a hic notat Baldus dictionem, *cætera*, comprehendere ea quæ sunt de perfectione contractus.
b an id quod venditorem facere & præstare oportet? (quo sensu cætera cognitionis dicimus, *l. 29. ff. de minorib.* Omnia quæ ad causam pertinent) an generalem hypothecam intelligemus quomodo dicimus, cætera bona pignori dare, *l. 2. §. qui potior. l. 1. ff. de distract. pignor.* vt sit sensus, pupillum ea generaliter obligare posse, quæ eius auctor alienare iusserit.

7 ¶ Eadem ratione, & si parens fundum vendidit, vel quis alius, cui pupillus successerit, potest dici, pupillum cætera[a] venditionis[b] inconsulto prætore posse perficere.

8 ¶ Fundum autem legatum repudiare pupillus sine prætoris auctoritate non potest. esse[c] enim & hanc alienationem, cùm res sit pupilli, nemo dubitat.

9 ¶ Non passim[d] tutoribus sub obtentu æris alieni permitti debuit venditio. námque non esse viam eis distractionis tributam. & ideo prætori arbitrium huius rei senatus dedit: Cuius officio in primis hoc conuenit excutere, an aliunde possit pecunia ad extenuandum æs[e] alienum expediri. quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel in numerato, vel in nominibus, quæ conueniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe[f] atque obuentionum. Item requirat, num aliæ res sint præter[g] prædia, quæ distrahi possint, ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit. Si igitur deprehenderit, non posse aliunde exsolui, quàm ex prædiorum distractione, tunc[h] permittet distrahi. si modò vrgeat[i] creditor, aut vsurarum modus parendum æri alieno suadeat.

10 ¶ Idem prætor æstimare[k] debebit, vtrùm vendere potiùs, an obligare permittat. nec non illud vigilanter obseruare, ne plus[l] accipiatur sub obligatione prædiorum fœnoris quàm "quod" opus sit ad soluendum æs alienum, aut distrahendum arbitrabitur. ne propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur. sed si sit alia possessio minor, vel minus vtilior pupillo: magis eam iubere distrahi, quàm maiorem, & vtiliorem.[m]

11 ¶ In primis igitur, quotiens desideratur ab eo, vt remittat distrahi, requirere[n] debet" eum," qui se instruat de fortunis pupilli, nec[o] nimiùm tutoribus, vel curatoribus credere: qui nonnumquam, lucri[p] sui gratia, adseuerare prætori solent, necesse esse distrahi possessiones, vel obligari. Requirat ergo necessarios[q] pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam pupillarium habet. aut, si nemo inueniatur, aut suspecti sint, qui inueniuntur, iubere debet, edi rationes: itémque synopsin[r] bonorum pupillarium: aduocatúmque[s] pupillo dare, qui instruere[t] possit prætoris religionem, an adsentire venditioni, vel obligationi debeat.

12 ¶ Illud quæri potest, si prætor aditus permiserit distrahi possessionem prouincialem[u], an valeat, quod fecit & putem valere[x]. si modo tutela Romæ agebatur: & hi tutores eam quoque administrationem subierant[y].

13 ¶ Ne tamen titulo tenus tutores ære alieno allegato, pecunia abutantur, quam mutuam acceperunt: oportebit prætorem curare, vt pecunia accepta creditoribus soluatur, & de hoc decernere, daréque viatorem, qui ei renuntiet[z], pecuniam istam ad hoc conuersam, propter quod desiderata est alienatio vel obligatio.

14 ¶ Si æs alienum non interuenit, tutores tamen allegent expedire, hæc prædia vendere, & "vel" alia comparare[a], vel certè istis carere: videndum est, an prætor eis debeat permittere. & magis est, ne possit[b]: prætori enim non liberum arbitrium datum est distrahendi res pupillares: sed ita demum, si æs alienum immineat. proinde, & si permiserit, ære alieno non allegato, consequenter dicemus, nullam esse venditionem, nullúmque decretum. non enim passim distrahi iubere, prætori tributum est, sed ita demum, si vrgeat æs alienum.

15 ¶ Manet actio pupillo, si postea poterit probari, obreptum[c] esse prætori. sed videndum est, vtrùm in rem an in personam dabimus ei actionem. & magis est, vt in rem detur, non" tantùm" in personam aduersus tutores siue curatores.

16 ¶ Communia[d] prædia accipere debemus, si pro indiuiso communia sint. cæterùm si pro diuiso[e] communia sint: cessante oratione, decreto locus erit.

Si alius proprietatem fundi, alius vsumfructum habeat.

6. *Idem* "libro secundo de omnibus tribunalibus."

c Alienat, qui repudiat.
d *v. in hanc l. Rollãdum à Valle 1. consil. 33.*
e *l. 1. §. 2. vers. 2. ff. eod. adde l. 15. §. 2. ff. de re iudicata.*
f Hæc venditio est, fructuũ futurorum venditio.
g *l. 16. C. eod.*
h Decreti interpositio in venditionibus rerũ pupillarium est futuræ venditionis permissio: quæ ordine precedere ipsam venditioné debet.
i Res pupilli immobiles non aliás vendi possunt quàm si creditor vrgeat vel dispendiũ sit in mora, *l. vltim. Cod. eodem.*
k *l. 1. § 2. vers. 2. ff. eodem.*
l iuxta modum necessitatis, mésuranda est potestas vendendi & obligãdi *Bald.* vt ne vnius nũmi prætextu aut vilissimi debiti res pretiosas & magno numero vendamus.
m *adde l. 7. §. 8. ff. de minoribus.*
n Inquirere facti veritaté à peritis iudex debet.
o Iudex non debet esse nimium credulus.
p nam quis facilè mentitur propter lucrum suũ *Bald.*
q *adde l. 5. §. 1. ff. quibus ex causis in possess.*
r breuem descriptionem bonorum pupillarium. de hac voce, vide Cuiac. 8 *obseruat.* 1. Robertum. 2. *animaduers.* 14. Ant. Mercatorem. 2. *not.* 14.
s *l. 9. §. 5. ff. de off. proconsulis: l. 1. §. 4. ff. de postulando:* Bald. hic notat, vsitatum in Francia esse, vt inopi cũ Rege litigaturo Rex ipse aduocatum administret.
t vel ex eo aduocatorum vtilitas intelligitur, *adde l. 22. ff. de testibus.*

u Decretum potest interponi de re alibi existente.
x Ratione personæ, voluntaria iurisdictio effectum suum extendit ad res extra territorium iudicij sitas, *Bald.*
y tutius est tamen ab vtroque iudice decretum interponi, *l. 30. §. 1. ff. de excusat. tut. vide quæ notaui ad l. vltim. ff. de iurid. & l. 16. Cod. de prædiis minorum.*
z hinc colligit Baldus, credi viatori seu nuncio publico & iurato, quoties ré exequitur secundum naturam sui officij, & in modicis.
a per mutandi facultatem tutori, prætor tribuere non debet, *vide l. 4. Cod. eodem.*
b *l. 12. 18. Cod. eodem.*
c *l. 1. §. 2. vers. 2. ff. eodem. l. 55. in fin. ff. de administrat. tutor.* Ex decreto obrepti tio non transfertur dominium *Bald.*
d *vide l. 7. ff. eodem.*

e vbi partes discretæ, ibi non est communio. Vbi non est communio, ibi diuisio. *Bartol.*
g *adde l. vltim Cod. de fundo dotali. l. 17. Cod. hoc titul. l. 13. §. 17. ff. commun. diuidund.*
h qui diuidit, alienat.
i quid si euidens sit vtilitas vtriusque pupilli? diuisionem valere aiunt Interpretes, argument. l. 14. in fin. ff. pro socio. l. vltim. ff. de ... dot. l. 20. ff. de ... auctoritat. tutor.

SEd si fortè alius proprietatem fundi habeat, alius vsumfructum: magis est, vt cesset hæc pars orationis, quæ de diuisione loquitur. nulla enim communio[f] est.

De prædiis communibus pupillorum. 1. *De pignore distrahendo à creditore pupilli.* 2. *De parente tutore.* 3 *De tutore qui aliud fecit, quàm quòd decretum est.* 4. *De decreto alternato* 5 *Si res sine decreto obligetur.*

7. *Idem*" libro trigesimoquinto ad Edictum".

SI pupillorum[g] sint communia prædia, qui diuersos tutores habent: videamus, an alienatio locum habere possit. &, cum prouocatio necessaria sit, puto alienationem[h] impediri[i]. neuter enim poterit prouocare[k]. sed ambo prouocationem exspectare. Item, si eosdem tutores habeant, multò magis[l] quis impeditam alienationem dicet.

1 ¶ Si pupillus dedit pignori "ex" permissu prætoris: nonnulla erit dubitatio, an alternatio possit impediri. sed dicendum est, posse[m] creditorem ius suum exequi. tutiùs[n] tamen fecerit, si prius prætorem adierit.

2 ¶ Si pater, vel parens, tutor sit alicui ex liberis: an prætor adeundus sit, si obligare velit? & magis est, vt debeat[o]. pronior tamen esse debet prætor ad consentiendum patri[p].

3 ¶ Si prætor tutoribus permiserit vẽdere, illi obligauerint, vel contrà: an valeat, quod actum est? & * mea fert opinio, eum, qui aliud[q] fecit, quàm quòd à prætore decretum est, nihil egisse[r].

4 ¶ Quid ergo si prætor ita decreuit, *vẽdere obligaréve permitto*? an possit liberorum arbitrium habere, qui faciat[s]? & magis est, vt possit. dummodò sciamus, prætorem non rectè partibus suis functum[t]. debuit enim ipse statuere, & eligere, vtrùm magis obligare, an vendere permittat.

5 ¶ Si obligauit rem tutor sine decreto, quamuis obligatio non valeat, est tamen exceptioni[u] doli locus. sed tunc, cùm tutor acceptam mutuam pecuniam ei soluerit, qui[x] sub pignore erat creditor.

6 ¶ Item videndum est, an & obligare ei rem possit. & dicendum est, si eandem sortem acceperit, nec grauioribus vsuris valere obligationem: vt ius prioris creditoris ad sequentem transeat.

De pro tutore prauo curatore. 1 *De curatoribus.* 2 *an obligari communia possint.*

8. *Idem*" libro secundo de omnibus tribunalibus."

QVi neque[y] tutores sunt ipso iure, neque curatores, sed pro tutore negotia gerunt, vel pro curatore: eos non posse distrahere res pupillorum, vel adolescentium, nulla dubitatio est.

1 ¶ Sed si curator sit furiosi,[z] vel cuius alterius non adolescentis: videndum est, vtrùm iure veteri valebit venditio, an hanc orationem admittemus. & puto, quia de pupillis princeps loquitur, & coniunctim tutoribus curatores accipiunt[a]. &[b] de cæteris puto ex sententia orationis idem esse dicendum.

2 ¶ An obligari communia possint, quæritur. sed non puto, sine decreto obliganda[c]. nam quod excepit oratio, ad hoc tantum pertinet, vt perimatur communio[d], non vt augeatur difficultas communionis.

Si præsidis successor fraudem & dolum deprehenderit.

9. *Idem* "libro quinto Opinionum".

QVamuis antecessor præsidis decreuisset, ea prædia venundari, quæ tutor pupilli, subiecto[e] nomine alterius emptoris, ipse sibi comparabat: tamen si fraudem & dolum contra senatusconsulti auctoritatem, & fidem tutori commissam, deprehendisset successor[f] eius: æstimabit, quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum[g] coercere debeat.

De litis æstimatione.

10. *Idem*" libro sextó Opinionum."

ILlicitè[h], post senatusconsultum, pupilli vel adolescentis prædio venumdato: si eo nomine, apud iudicem

titulus sit de alienationibus quæ fiunt per tutores, at non de his, quas tutor facit proprio nomine, vt in dubia quæstione hunc casum referamus ad suam Rubricam, *l. Imperator ff. de in diem addict.* Præterea vt se tutor hîc obligauerit proprio nomine, in facto consensit: quod præsumi non solet, nisi probetur. *l. an Cello §. ... ff. de captiuis* ad hæc si nomine proprio hîc vendidisset tutor, stricto iure repeteretur, & tamen dicitur hîc repeti ex æquitate *ff. eod. l. vindicantem. ff. de euict.* Ex æquitate, inquam, quia promissio negatiua, *Non cõtra veniendi*, tacitè videtur inesse omni contractui: alioqui pateret fraudi ac dolo via. qua ex causa Interpretes notãt, Rati clausulam in mandatis superuacuam esse, cùm & ea omissa mandator ratum habere teneatur. Ab his hic intellectus improbatur lege *si seruo infrà qui & à quibus manumiss.* Postremò maior est dubitatio in hac interpretatione, quoniam si tutor se hîc obligasset nomine proprio, indubius esset casus.

k id est, alter ex pupillis alterum prouocare ad diuisionem non potest. vide tamen Socinum reg. 329.
l Cur ita? vide leg. 42. §. 6. ff. de procuratoribus.
m facit lex 16. ff. de pignoratitia.
n vide l. 3. de pignoribus.
o *l. 3. Cod. eod.*
p amare enim liberos præsumitur: de qua præsumptione vide Alciat. de præsumpt. 1.
q etiam minus, quàm est permissum.
r A forma decreti non est recedendum. est enim stricti iuris, nec extenditur ad similia, vel minora Baldus. adde l. 8. ff. quibus mod. pign. solut. vide quæ notaui ad l. 21. ff. de regulis iuris.
s quid faciat Haloander.
t quia decretum iudicis non debet esse alternatiuum.
u *l. 14. Cod. eodem.*
x vide leg. 16. ff. de pignoratitia.
y leg. 4. in fine Codice de curat. furiosi.
z leg. 11. in fine infrà eodem. l. 2. Codice de curat. furios.
a accipiunt Haloander.
b adde leg. 34. in fine ff. de contrahend. emptione.
c leg. 17. Codice eodem.
d l. 1. §. 2. vers. vltimo suprà eodem.
e l. 2. Codice eodem.
f l. 26. suprà de testament. tutel.
g adde l. 38. §. 4. ff. de pœnis.
h Illicitè quod hic dicitur venundatum prædium, éstne prædium venditum non adhibitis solemnitatibus iuris? An potius prædium venditum proprio nomine? Bartolus in l. cum vir ... ff. de vsucap. hoc posterius non putat: cùm hic [illegible]

tutelæ,

a igitur non stricto iure: vt hinc colligas in hac facti specie, Tutorem se non obligasse proprio nomine, sed vt tutorem vendidisse.
b nec enim tam asperè tractãdum est ius prohibitæ alienationis prædiorum pupillarium, vt &, soluta æstimatione à tutore, in emptorem pupillus summo iure experiatur *Cuiac. ad l. 14. in fin. ff. quod met. caus.*

tutelæ, vel vtilis actionis æstimatio facta est, eáque soluta: vindicatio prædij ex æquitate[a] inhibetur[b].

De causæ cognitione Cum curatores distrahere volunt.

11. *Idem*" libro tertio, de Officio proconsulis".

SI prædia minoris vigintiquinque annis distrahi desiderentur: causa cognita † præses prouinciæ debet, id permittere. Idem seruari oportet, & si furiosi[c] vel prodigi vel cuiuscumque alterius prædia curatores velint distrahere.

Si tutor in locum creditoris successerit.

12. *Marcianus*" libro singulari ad formulam Hypothecariam".

NOn fit † contra senatusconsulsum, si cuius tutor creditori patris pupilli exsoluit, vt eius loco succedat.

De fundo infructuoso. 1. *Si tutor errore elapsus vendiderit, & pretium acceptum creditorib. soluerit.*

13. *Paulus*" libro singulari ad orationem Diui Seueri."

SI fundus sit sterilis[d], vel saxosus, vel pestilens[e]: vidẽdum est, an alienare eum nõ possit. & Imperator Antoninus & Diuus pater eius in hæc verba rescripserunt: Quod allegastis, infructuosum[f] esse fundum, quem vendere vultis: mouere nos non potest. cùm vtique pro[g] fructuum modo pretium inuenturus sit.

1 ¶ Quamquam autem neque distrahere: neque obligare tutor pupillare prædium possit: attamen Papinianus libro quinto responsorum ait, " tutorem pupilli sine decreto prætoris non iure distrahere. si tamen (inquit) "errore lapsus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus[h] paternis pueri soluerit: quandóque domino prædium cum fructibus vindicanti, doli non inutiliter opponitur[i] exceptio, pretium, ac medij temporis vsuras, quæ creditoribus debentur, non offerenti: si ex ceteris eius facultatibus æs alienum solui non poterit. Ego autem notaui: Etsi solui potuerit: si tamen illæ res saluæ erũt, ex quarum pretio æri alieno satisfieri potuit: dicendum est, adhuc doli exceptionem obstare, si lucrum captet pupillus ex damno alieno.

De testamento irrito.

14. *Idem*" libro nono Responsorum."

PAulus respõdit, etsi testamentũ patris postea irritum esse apparuit, tamen tutores[k] pupilli, siue curatores filij, nihil contra orationem Diuorum principum fecisse videri, si, secundùm voluntatem defuncti testamẽto scriptam, prædium rusticum pupillare vendiderunt[l].

DE CVRATORIBVS[m] FVRIOSO ET aliis[n] extra minores dandis[o].

TIT. X.

De prodigo & furioso.

Vlpianus" lib. 1. ad Sabinum."

LEGE[p] duodecim tabularum prodigo[q] interdicitur bonorum suorum administratio. quod moribus[r] quidem ab initio introductum est. sed solent hodie prætores, vel præsides, si talem hominem inuenerint, qui[s] neque tempus, neque finem[t] expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando[u] profudit, curatorem ei dare, exemplo furiosi[x]. & tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit, quod si euenerit, ipso iure[y] desinunt esse in potestate curatorum.

1 ¶ Curatio autem eius[z] cui bonis interdicitur, filio negabatur permittenda. Sed extat Diui Pij rescriptũ, filio[a] potiùs curationem permittendam in patre furioso, si tam probus sit.

De his qui reb. suis superesse non possunt.

2. *Paulus*" libro primo de officio Proconsulis."

† *l. 6 l. 18. C. eo. v. l. 9. ff. de off. pro consul.* Cui inhibetur? An pupillo? An tutori? vtique tutori. Cur inhibetur? An quia sine solennibus vendidit? An quia pretiũ recepit?
c *l. 8. §. 1. ff. eo.*
† hodie fieret contra constitutionem Iustiniani *Nouell. 72. in prin.*
d Agrorum vitiosorũ alij steriles, alij saxosi. alij pestilentes.
e De pestilenti fundo vide *l. 4. Cod. de ædilitiis act.*
f Infructuosos Ecclesiæ fundos sine decreto vẽdi nõ posse hinc colligit Cuiacius Nouella 7.
g valor rei ex eius reditu intelligitur *adde l. 92. ff. de leg. 1.*
h *l. 14 Cod eod.*
i hinc colligit Bartolus *in l. 8. ff. de transf.* minores (& ecclesiã) interdum res suas distrahere posse, etiam sine decreto.
k id Baldus extendit ad executores datos codicillis.
l hinc colligit Baldus, Testamẽtum irritum probare voluntatem defuncti.
m *§. 1. Instit. 23. Vlp. 12.*
n vt prodigo 5. *Cod.* 70. muto, surdo. *l. 10. Cod. de testam.*
o talis est prodigus, demẽns, fatuus, mutus, surdus, venter (*v. l. 8. ff. eod.*) laborans morbo perpetuo *§. 4. Instit. eod.* Bonis absentis, non defensi etiam datur curator *C de curatore bonis dãdo*: & bonis distrahendis. *l. 9. ff. eod. adde his omnibus l. 19. 20. 21. 22. ff. de reb. auth.* & generaliter, omnibus, qui reb. suis superesse non possunt *v. Cuiac. hîc.*
p *Vlpian. titul. 12. §. 2. & §. 4.*
q *l. 1. Cod. eod. l. 12. §. 2. ff. de tutorib. dat. Cic. de Senectute.*
r *Vlp. 11. §. 2.* nostro more *Cic. ibid. v. quæ notaui ad l. 1. ff. de donat. int. vir.*

s Prodigus neque tempus neque finem habet expensarũ *adde Aristotel. 4. Ethic. 1.* Sic largitio fundum non habet *Cicero 1. de offic.* Ita prodigus, à prodigendo id est, consumendo *Festus prodigere.*
t non habet fundum, peccat ἐν τῇ δόσει, sicut auarus ἐν τῇ λήψει. *Cuiac. ad l. 6. ff. de verbor. obligat.*
u disperdendo: ídque sua nequitia, & liberos ad egestatem perducendo. formulam interdicendi prodigo, vide apud Paulum 3 *sent* 4. §. 7.
x *Scripsi ad leges* XII. Tabularum. *Titulo de Tutelis adde Ciceronem. 2. de Inuentione & 3. Tusculana: 2. Vlp. 3. l. 7. Cod. de curat. furiosi: l. 27. §. Sin autem. Cod. de Episcop. audien.* vt meritò hic quæri possit, an quemadmodum pater furioso substituere potest *§. 1. Inst. de pupil.* ita possit prodigo *v. l. 16. §. 1. ff. eod.*
y i. quando certum est, eos neque furere amplius, neque prodigos esse *Bald.*
z i. patris furiosi.
a *l. 3. Cod. eod.* b *§. 4. inst. eod.*
c Filius patri furioso curator esse potest. *vt hic & l. 1. ff. eod. l. 4. ff. eod. l. 12. §. 1. ff. de tutoribus & curatorib. dat. adde l. 60. §. 4. ff. mandati. l. 3. Cod. eod.* neque impunè negligit furiosum parentem. *Nouell. 115. c. 3 §. 12.*

SEd & aliis dabit proconsul curatores, qui[b] rebus suis superesse non possunt: vel dari iubebit. nec dubitabit, filium quoque patri[c] curatorem dari.

De curatore bonis dando.

3. *Vlpianus*" libro trigesimo primo ad Sabinum."

DVm deliberant[d] heredes instituti adire, bonis à prætore curator datur[e].

De furiosa.

4. *Idem*" libro trigesimooctauo ad Sabinum."

FVriosæ matris curatio ad filium[f] pertinet. pietas enim parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua[g] debebitur.

Si bona claræ personæ venire debeant.

5. *Gaius*" libro nono ad Edictum Prouinciale."

CVrator ex senatusconsulto constituitur, cùm clara[h] persona (veluti senatoris, vel vxoris eius) in ea causa sit, vt eius bona[i] venire debeant. nam, vt honestiùs ex bonis eius, quantum potest, creditoribus solueretur, curator constituitur, distrahẽdorum bonorum gratia, vel à prætore, vel in prouinciis à præside.

De causæ cognitione.

6. *Vlpianus*" libro primo de omnibus tribunalibus."

OBseruare[k] prætorem oportebit, ne cui temerè citra causæ cognitionẽ plenissimum curatorẽ det. quoniam plerique vel furorem, vel dementiam fingunt[l], quo magis, curatore accepto, onera[m] ciuilia detrectent.

De patrimonio corpore ac salute furiosi. 1. *De alienatione facta à curatore, qui non cauit.* 2. *De exceptione rei Iudicatæ.* 3. *an vni ex curatorib. rectè soluatur: & an vnus rem furiosi alienare possit.*

7. *Iulianus*" libro vigesimoprimo Digestorum."

COnsilio & opera curatoris tueri[n] debet non solum patrimonium. sed & corpus, ac salus[o] furiosi.

1 ¶ Curator dementi datus, decreto interposito, vti satisdaret, non cauit[p]: & tamen quasdã res de bonis eius legitimo modo alienauit. si heredes dementis easdem res vindicẽt, quas curator alienauit. & exceptio opponetur, *si non curator vendiderit*: replicatio dari debet, *aut si satisdatione interposita secũdum decretum vendiderit* quod si, pretio accepto, curator creditores furiosi dimisit[q]. triplicatio doli tutos possessores præstabit.

2 ¶ Cum dementis curatorem, quia satis[r] non dederat, & res malè administraret, proconsul remouerit à bonis, aliúmque loco eius substituerit curatorem, & hîc posterior, cùm nec ipse satisdedisset, egerit cum remoto negotiorum gestorum, posteáque heredes demẽtis cum eodem negotiorum gestorum agant, & is exceptione rei iudicatæ inter se & curatorem vtatur: heredibus replicatio danda erit, *aut si is, qui egit, satisdederat.* Sed an replicatio curatori profutura esset, iudex æstimabit. nam si curator sequens pecuniã, quam ex condemnatione cõsecutus fuerat, in rẽ furiosi vertisset: doli triplicatio obstabit.

3 ¶ Quæsitum est, an alteri ex curatoribus furiosi rectè soluetur, vel an vnus rem furiosi alienare possit. respondi, rectè solui[s]. eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundũ furiosi legitimè mercaretur, vsucapturum. quia * solutio, venditio, traditio, facti[t] magis, quàm iuris sunt. ideóque sufficit vnius[u] ex curatoribus persona: quia intelligitur alter consentire. denique si præsens sit, & vetet solui, vetet venire, vel tradi: neque debitor liberabitur, neque emptor vsucapiet[x].

De curatore bonorum ventris nomine.

8. *Vlpianus*" libro sexto de officio Proconsulis."

BOnorum, ventris[y] nomine, curatorem dari oportet. eúmque, rem saluam fore, viri boni arbitratu satisdare proconsul iubet. sed hoc, si non ex inquisitione detur. nam, si[z] ex inquisitione, cessat satisdatio.

d *l. 8. ff. quib. ex caus. in possess.*
e aut signo publico defuncti domus obsignanda.
f *v. l. 2. in fi. ff. eodem.*
g si ita est, cur non in nuptiis matris consensus æquè requiritur ac ipsius patris?
h Clarissimorum nomine, senatores olim honorati, *vt & l. 100. ff. de verborum signif. l. 8. ff. de senatorib. l. 22. ff. ad municip. l. 10. Cod. de Nuptiis: Lampridius in Alexandro*, ac multis aliis clarissimis appellationẽ tributam esse verisimile est, q̃ senatorib. Atque ita accipiẽda est clara dignitas *l. 23. ff. quod metus causa* clarissimus vir. *l. 52. §. 2. ff. de iudiciis l. 35. ff. de legat. 3. [illegible] §. 1. ff. de his quæ vt indignis. l. 12. ff. de publ. iudic. l. 18. §. 1. ff. de iure fisci.* Lampridius *in Alexandro*, Præfectis Prætorio, senatoriam addidit dignitatem, vt viri clarissimi essent & declararentur: eáque nullã maiorem (quam conferret) dignitatem dicebat se habere Hadrianus, *teste Spartiano.* Postea Præsidibus prouinciarũ & aliis tributum vt clarissimi dicerẽtur, *v. Brissonium 3. select.* 16.
i *v. leg. 4. C. de curat. bon. dando.*
k Curator datur causa prius cognita.
l *facit l. 13. §. 1. in fi. l. 14. ff. de off. præs.*
m *facit l. 2. §. 2 in f. ff. de his qui notant.*
n id est defendi, vt passiuè hanc vocem accipias.
o quin & ipsi mores furiosi *l. 12. §. 3. ff. de admin. tut.* & ipsa securitas spectãda *leg. 14. ff. de off. præs.*
p *v. §. 2. ff. eod.*
q *l. 13. §. 1. ff. tit. prox.*
r *§. 1. ff. eod. l. 1. l. 3. l. 5. C. de tutor. qui non satisd.*
s vni sc. *l. 14. §. 5. ff. de solutionib.*
t Contractus & distractus sunt facti.
u *l. 5. C. de administ. tut. Vlp. 11. §. 26.*
x Vide Zasium. 2. *Responsor.* 39. vbi exponit, quando actus legitimũ sint facti vel iuris.
y *l. 20. ff. de tutorib. datis: l. 24. ff. de reb. auth.*
z *l. 13. in fin. ff. de tutoribus dat. Instit. de satisd. in pr.*

CODICIS IVSTINIANI D. N. SACRATISSIMI PRINCIPIS PP. AVG.

Repetitæ prælectionis

LIBRI XII.

COMMENTARIIS DIONYSII GOTHOFREDI I. C. *illustrati.*

Secunda editio priore multò auctior.

LVGDVNI,

Apud Hæredes Bartholomæi Honorati.

M. D. XC.

Cum priuilegio Sacræ Cæsaris Maiestatis & Christianißimi Francorum Regis.

IMPERATORVM NOMINA, QVORVM CONSTITVTIONES DVODECIM LIBRIS CODICIS sunt insertæ.

Hadrianus.
Antoninus Pius.
Diui fratres, siue M. Antoninus, & Verus.
M. Ælius Antonius solus.
AElius Pertinax.
Seuerus & Antoninus Caracalla.
Antoninus Caracalla solus.
Antoninus Heliogabalus.
Alexander.
Maximinus.
Gordianus.
Philippus.
Decius.
Gallus & Volusianus.
Valerianus & Gallienus.
Gallienus & Valerianus iunior.
Gallienus solus.
Claudius.
Aurelianus.
Probus.
Carius Carinus & Numerianus.
Carinus & Numerianus.
Diocletianus.
Diocletianus & Maximianus Herculius.
Constantius & Maximianus Galerius.
Constantinus Magnus.
Constantinus Iunior, Constantius & Constans.
Constantius & Constans.
Constantius solus.
Iulianus.
Iouinianus.
Valentinianus & Valens.
Iidem & Gratianus.
Valens, Gratianus & Valentinianus II.
Gratianus & Valentinianus II.
Iidem & Theodosius.
Valentinianus II. Theodosius & Arcadius.
Theodosius & Arcadius.
Iidem & Honorius.
Arcadius & Honorius.
Iidem & Theodosius iunior.
Honorius & Theodosius iunior.
Theodosius iunior solus.
Idem & Valentinianus III.
Valentinianus III. solus.
Idem & Martianus.
Martianus solus.
Leo.
Idem & Anthemius.
Leo iunior & Zeno.
Zeno solus.
Anastasius.
Iustinus.
Iustinus & Iustinianus.
Iustinianus solus.

LITERARVM NOTAE QVAE PER XII. LIBROS CODICIS VEL IN CONSTITVTIONVM INSCRIptionibus vel temporum denotationibus hinc viſuntur, ne cui fortè caliginem obijciant, ad hunc modum legi debent.

A.	Auguſtus.
AA.	Auguſti.
A.& C.	Auguſtus & Cæſar.
AA.& CC.	Auguſti & Cæſares.
Accept.	Accepta.
C.	Cæſar vel clariſsimus.
CC.	Cæſares vel clariſsimi.
CC.Coſs.	Clariſsimis conſulibus.
Cæſ.	Cæſar.
Cæſs.	Cæſaribus.
Ciuitat.	Ciuitatis.
Cl.Cæſ.	Clariſsimus Cæſar.
Com.	Comes.
Com.R.P.vel rer. priu.	Comes rerum priuatarum.
Com.ſ.l.vel ſacr.larg.	Comes ſacrarum largitionum.
Coſ.	Conſule.
Coſs.vel conſs.	Conſulibus.
Conſ.	Conſularis.
Conſt. vel CP. vel Conſt. vel Conſtantinopo.	Conſtantinopoli.
Correct.	Correctori.
D.	Data vel dicta.
Dat.	Data.
D.S.	Data ſubſcripta.
D.PP.	Data propoſita.
D N.	Domino vel domino noſtro.
Dix.	Dixerunt.
Emiſs.	Emiſſa.
Fl.	Flauius.
G.	Geſta.
Gen.P.P.	Gennadio Præfecto Prætorio.
Id.	Idus vel Idibus.
Imp.	Imperator.
Impp.	Imperatores.
In for.Tr.	In foro Traiani.
IV.	Quarto
Kal.	Kalendas vel Kalendis.
L.Iul.	Legem Iuliam.
Lect.Iul.	Lecta.ſ.apud acta.
Mag.	Magiſtro.
Magiſt.mil.	Magiſtro militum.
Mag.off.	Magiſtro officiorum.
N.	Nobiliſsimo.
N.Cæſ.	Nobiliſsimo Cæſare.
NN.Cæſs.	Nobiliſs.Cæſaribus.
Non.	Nonas vel Nonis.
N.P.vel Nob.P.	Nobili vel Nobiliſsimo puero.
Off.	Officiorum.
P.vel Pr.	Præſidi.
Præſ.prou.	Præſidi prouinciæ.
Pp.	Propoſito, vel perpetuo, vel Pręfecto Pretorio.
Pf.	Præfecto.
PP.G.	Propoſita geſta.
P.V.	Præfecto vrbi, vel vigilum.
P.vig.	Præfecto vigilum.
P.V.R.	Præfecto vrbis Romæ.
P.vel Pf.Aug.	Præfecto Auguſtali.
Pp.emiſs.	Propoſita emiſſa.
Pp.Gall.	Præfecto Prætorio Galliarum vel Prætoriorum Gallianorum.
P.A.	Perpetuus Auguſtus, vel Perpetuo Aug.
Pet.	Petita.
Pleb.	Plebis.
Præf.ann.	Præfecto annonæ.
Præt.	Pretoribus.
Pr.vel Prid.	Pridie.
Prop.vel propſt. vel propoſ.	Propoſita.
Proconſ.	Proconſuli.
Proconſs.	Proconſules.
Publ.iudic.	Publicis iudiciis.
Quæſt.	Quæſtori.
R.P.	Rerum priuatarum.
R.p.orient.	Rerum priuatarum orienti.
S.	Salutem, vel ſcripta, vel ſubſcripta, vel ſuppoſita.
S. D.	Salutem dicit vel dicunt, vel ſubſcripta data.
Subſcr.	Subſcripta.
SL.	Sacrarum largitionum, vel ſacrarum literarum.
Sacr.lit.	Sacrarum literarum.
S.pet.	Subſcripta petita.
S.P.	Suppoſita.
S.PP.	Subſcripta propoſita.
Supp.vel ſuppoſ.vel ſuppoſit.	Suppoſita.
S. petit.	Subſcripta petita.
Tit.	Titulo.
Trib.pl.	Tribunus plebis.
V.	Viro.
V.C.	Viro clariſsimo.
VV.CC.	Viris clariſsimis.
Vic.vel vicar.	Vicario.
K.N.	Kariſsimo nobis.

INCI-

INCIPIVNT TITVLI CODICIS DN. NOSTRI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS PERPETVI AVGVSTI, REPETITÆ prælectionis constitutionum Imperialium.

LIBER PRIMVS.

Fides.

De summa trinitate & fide catholica vt nemo de ea publicè contendere audeat Tit. 1. De sacrosanctis ecclesiis & de rebus & priuilegiis earum. 2. De episcopis & clericis & orphanotrophiis & brephotrophiis,& ptochiis & xenodochiis, & ascetriis,& monachis,& de priuilegiis eorũ & castrẽsi peculio,& de redimẽdis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.3. De episcopali audientia, & de diuersis capitulis, quæ ad ius curámque & reuerentiam pertinent pontificalem. 4. De hæreticis & Manichæis, & Samaritis.5. Ne sanctum baptisma iteretur. 6. De apostatis.7. Nemini licere signum saluatoris CHRISTI humi vel in silice,seu marmore aut sculpere aut pingere. 8. De Iudæis & cœlicolis. 9. Ne Christianum mancipium hæreticus vel Paganus vel Iudæus habeat,aut possideat aut circuncidat. 10. De Paganis sacrificiis,& templis.11. De iis qui ad ecclesias confugiunt vel ibi exclamant. 12. De iis qui in ecclesiis manumittuntur. 13.

Leges.

De legibus & constitutionibus principum, & edictis. 14. De mandatis principum. 15. De Senatusconsultis. 16 De veteri iure enucleando,& de auctoritate iurisprudentium qui in Pandectis referuntur. 17. De iuris & facti ignorantia. 18. De precibus Imperatori offerendis:& de quibus rebus supplicare liceat,vel non. 19. Quando libellus principi datus,litis contestationem faciat.20. Vt lite pendente,vel post prouocationem aut definitiuam sententiam nulli licet Imperatori supplicare. 21. Si cõtra ius vel vtilitatem publicam,vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum. 22. De diuersis rescriptis & pragmaticis sanctionibus. 23. De statuis & imaginibus. 24. De iis qui ad statuas confugiunt.25.

Magistratus.

De officio præfectorum Orientis & Illyrici. 26. De officio præfecti prætorio Africæ, & de omni eiusdem diœcesis statu. 27. De officio præfecti vrbis. 28. De officio magistrorum militum. 29. De officio quæstoris 30. De officio magistri officiorum, 31. De officio comitis sacrarum largitionum. 32. De officio comitis rerum priuatarum. 33. De officio comitis sacri patrimonij.[Constitutio Græca.]34. De officio proconsulis & legati. 35. De officio comitis Orientis. De officio præfecti Augustalis. 37 De officio vicarij. 38. De officio Prætorum. 39. De officio rectoris prouinciæ.40. Vt nulli prouinciæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur. [Constitutio Græca.] 41. De quadrimenstruis tam ciuilibus quàm militaribus.[Constitutio Græca.] 42. De officio præfecti vigilum. 43. De officio præfecti annonæ.[Cõstitutio Græca.] 44 De officio ciuilium iudicum. 45 officio militarium iudicum. 46. Ne comitibus rei militaris vel tribunis lauacra præstentur. 47 De officio diuersorũ iudicum. 48 Vt omnes tam ciuiles quàm militares iudices post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant. 49 De officio eius qui vicem alicuius iudicis vel præsidis obtinet. 50 De assessor. & domest. cancellariis iudicum. 51 De annonis & capitu administrantium, eorúmque assessorum, aliorúmue publicas solicitudines gerentium, vel eorũ qui aliquas consecuti sunt dignitates. 52 De contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos,& de inhibendis donationibus in eos faciendis:& ne administrationis tempore proprias ædes ædificent[sine sanctione pragmatica.]53 De modo mulctarum quæ à iudicibus infliguntur.54 De defensoribus ciuitatum.55 De magistratibus municipalibus. 56 De officio iuridici Alexandriæ.57.

LIBER II.

Iudicialia.

De edendo. 1 De in ius vocando. 2 De pactis. 3 De transactionibus. 4 De errore calculi. 5 De postulando. 6 De aduocatis diuersorum iudiciorum. 7 (De aduocatis diuersorum iudicum.)8 De aduocatis fisci. 9 De errore aduocatorum &c. 10 Vt quæ desunt aduocatis, iudex suppleat.11 Ex quibus causis infamia irrogatur. 12 De procuratoribus. 13 Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre. 14 De iis qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt. 15 Vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis imponat,vel vela regia suspendat. 16 Vt nemo sine iudicis auctoritate signa imprimat rebus, quas alius possideat. 17 Ne fiscus vel respublica procurationẽ alicui patrocinij in causa lite præstet. 18 De negotiis gestis. 19.

Restitutiones in integrum.

De iis quæ vi metúsve causa gesta sunt.20 De dolo malo.21 De in integrum restitutione minorum[xxv. annis.]22 De filiofamilias minore. 23 De fideiussoribus minorum.24 Si tutor vel curator interuenerit.25 Si in communi eadémque causa in integrum restitutio postuletur.26 Si aduersus rem iudicatam[restitutio postuletur.]27 Si aduersus venditionem.28 Si aduersus venditionem pignorum. 29 Si aduersus donationem. 30 Si aduersus libertatem.31 Si aduersus transactionem vel diuisionẽ. 32 Si aduersus solutionem à tutore vel à se factam.

nis & mercatoribus. 60 De vectigalibus & commissis.61 Vectigalia noua institui non posse.62. De commerciis & mercatoribus.63 De rerum permutatione, & præscriptis verbis. 64 De locato & conducto.65 De iure emphyteutico.66.

LIBER V.

Nuptiæ.

DE sponsalibus & arris sponsalitiis & proxeneticis.1 Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitia dederint.2 De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis. 3 De nuptiis.4 De incestis & inutilibus nuptiis. 5 De interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem seu curatorē filiósque eorum.6 Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias. 7 Si nuptiæ ex rescripto petantur. 8 De secundis nuptiis.9. Si secundo nupserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit.10 De dotis promissione vel nuda pollicitatione.11 De iure dotiū 12 De rei vxoriæ actione in ex stipulatu [actionē] transfusa, & de natura dotibus præstita.13 De pactis conuentis tam super dote, quàm super ante nuptias donatione, & paraphernis.14 De dote cauta & non numerata. 15 De donationibus inter virum & vxorem factis, & à parentibus in liberos , & de ratihabitione.16 De repudiis, & iudicio de moribus sublato.17 Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. 18 Si dos constante matrimonio soluta fuerit. 19 Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.20 Rerum amotarum 21 Ne pro dote mulieris, bona quondam mariti addicantur. 22 De fundo dotali. 23 Diuortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant. 24 De alendis liberis ac parentibus. 25 De concubinis.26 De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis, iusti efficiantur.27.

Tutelæ.

De tutela testamentaria. 28 De confirmando tutore 29 De legitima tutela. 30. Qui petant tutores vel curatores.31 Vbi petantur tutores vel curatores. 32 De tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum. 33 Qui dare tutores vel curatores, & qui dari possunt vel non[possunt.]34 Quando mulier officio tutelæ fungi potest. 35 In quibus casibus tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari potest. 36 De administratione tutorum vel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda vel deponenda.37 De periculo tutorum vel curatorum. 38 Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt. 39 Si ex plurib. tutorib. vel curatoribus omnes vel vnus agere vel conueniri possint.40 Ne tutor vel curator vectigal conducat. 41 De tutore vel curatore qui satis non dedit. 42 De suspectis[tutoribus vel curatoribus.]43 De in litem dando tutore vel curatore.44 De eo qui pro tutore negotia gessit. 45 Si mater indemnitatem promiserit. 46 Si contra matris voluntatem tutor datus sit. 47 Vt causæ post pubertatem tutor adsit.48 Vbi pupilli educentur. 49 De alimentis pupillo præstandis.50 Arbitrium tutelæ.51 De diuidenda tutela & pro qua parte quisque [tutor] conueniatur. 52 De in litem iurando. 53 De heredibus tutorum[vel curatorum.]54 Si tutor [vel curator]non gesserit. 55 De vsuris pupillaribus. 56 De fideiussoribus [tutorum vel curatorum.]57 De contrario iudicio[tutelæ.]58 De authoritate præstanda. 59 Quando tutores vel curatores esse desinant.60 De actore à tutore seu curatore dando. 61 De excusationibus, & temporibus earum. 62 Si falsis allegationibus excusatus sit.63 Si tutor Reipub. causa aberit.64 De excusatione veteranorum. 65 Qui numero liberorum se excusant.66 Qui morbo[se excusant]67 Qui ætate[se excusant.]68 Qui numero tutelarum se excusant. 69 De curatore furiosi & prodigi. 70 De prædiis & aliis rebus minorum, [sine decreto]non alienandis, siue obligandis. 71 Quando decreto opus non est.72 Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit. 73 Si maior factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit. 74 De magistratibus conueniendis. 75.

LIBER VI.

Serui & liberti.

DE fugitiuis seruis, & libertis, mancipiísque ciuitatum , artificibus diuerso operi deputatis ad rem priuatam vel dominicam pertinentibus.1 De furtis, & seruo corrupto.2 De operis libertorum 3 De bonis libertorum & iure patronatus. 4 Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit. 5 De obsequiis patronis præstandis. 6 De libertis & eorum liberis.7 De iure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis.8.

Bonorum possessiones.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus.9 Quando non petentium partes petentibus accrescant.10 De bonorum possessione secundum tabulas.11 De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. 12 De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis liberísque eorum datur.13 Vnde liberi.14 Vnde legitimi, & vnde cognati.15 De edicto successorio. 16 De Carboniano edicto.17 Vnde vir & vxor.18 De repudianda bonorum possessione. 19 De collationibus. 20 De testamento militis.21.

Testamenta vel quasi.

Qui testamenta facere possunt, vel non. 22 De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur. 23 De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt. 24 De institutionibus, vel substitutionibus, seu restitutionibus, sub conditione factis.25 De impuberum & aliis substitutionibus.26 De necessariis seruis heredibus instituendis vel substituendis.27 De liberis præteritis vel exheredatis.28 De posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis[vel præteritis.]29 De iure deliberandi, & adeunda vel adquirenda hereditate.30 De repudianda vel abstinenda hereditate.31 Quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur.32 De edicto diui Hadriani[tollēdo.] & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur.33 Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.34 De iis quibus vt indignis auferturhereditas: & ad senatusconsultum Sillanianum.35. De codicillis.36.

Legata.

De legatis.37 De verborum & rerum significatione. 38. Si omissa sit causa testamenti.39 De indicta viduitate & lege Iulia Miscella tollenda. 40 De iis quæ pœnæ nomine in testamentis vel codicillis relinquuntur.41 De fideicommissis.42 Communia de legatis & fideicommissis, & de in rem missione tollenda.43 De falsa causa adiecta legato & fideicōmisso.44 De iis quæ sub modo legata seu fideicommissa relinquuntur.45 De conditionibus insertis tam in legatis quàm in fideicommissis, & libertatibus,46 De vsuris & fructibus legatorum seu fideicommissorum.47 De incertis personis.48 Ad senatusconsultum Trebellianum.49 Ad legem Falcidiā.50 De caducis tollendis.51 De iis qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.52 Quando dies legati vel fideicommissi cedit. 53 Vt

in possessionem legatorũ vel fideicõmissorũ seruandorum causa mittatur,& quãdo satisdari debeat. 54

Intestati successio.

De suis & legitimis liberis,& ex filia nepotibus ab intestato venientibus.55 Ad senatusconsultum Tertyllianum. 56 Ad senatusconsultum Orfitianũ. 57 De legitimis heredibus.58 Cõmunia de successionibus.59 De bonis maternis, & materni generis. 60 De bonis quæ liberis in potestate cõstitutis,ex matrimonio vel aliter adquiritur: & eorũ administratione.61 De hereditatibus decurionũ,nauiculariorum,cohortalium militum & Fabricensium.62.

LIBER VII.

Manumissiones.

De vindicta libertate,& apud conciliũ manumissione.1 De testamentaria manumissione.2 De lege Fusia Caninia tollenda.3 De fideicõmissariis libertatibus.4 De dedititia libertate tollenda.5 De Latina libertate tollẽdã,& per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa. 6. De cõmuni seruo manumisso.7 De seruo pignori dato manumisso.8 De seruis Reipublicæ manumittendis.9 De iis qui à non domino manumissi sunt. 10 Qui manumittere nõ possunt,& ne in fraudem creditorum manumittatur.11 Qui non possunt ad libertatem peruenire.12 Quibus pro causis serui pro præmio accipiunt libertatem.13 De ingenuis manumissis.14 Communia de manumissionibus. 15 De liberali causa.16 De assertione tollenda.17 Quibus ad libertatẽ proclamare nõ licet:& de rebus eorum qui ad libertatẽ proclamare non prohibẽtur.18 De ordine cognitionũ.19 De collusione detegẽda. 20

Præscriptiones & vsucapiones.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. 21 De lõgi tẽporis præscriptione,quæ pro libertate,nõ aduersus libertatẽ cõpetit.22 De peculio eius qui libertatem meruit. 23 De senatuscõsulto Claudiano tollendo.24 De nudo iure Quiritiũ tollendo.25 De vsucapione, vel transactione.26 De vsucapione pro donato.27 De vsucapione pro dote.28 De [vsucapione pro herede. 29 Communia de vsucapionibus.30 De vsucapione transformanda & sublata differentia[rerum]mãcipi, & nec mancipi.31 De adquirenda & retinenda possessione.32 De præscriptione longi temporis,id est, decem vel viginti annorum.33 In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.34 Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio.35 Si aduersus creditorem.36 De quadriennij præscriptione. 37 Ne rei dominicæ vel templorũ vendicatio tẽporis præscriptione summoueatur.38 De præscriptione triginta vel quadraginta annorum.39 De annali exceptióne Italicis contractibus tollenda,& de diuersis temporibus, & exceptionibus,& præscriptionibus, & interruptionibus.40 De alluuionibus & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.41.

Sententiæ.

De sententiis præfecto prætorio. 42 Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat præsentibus partibus, vel vna absente.43 De sententiis ex periculo recitandis.44 De sententiis & interlocutionibus omnium iudicum.45 De sententia quæ sine certa quantitate prolata est. 46 De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur. 47 Si non à competente iudice iudicatum fuerit. 48 De pœna iudicis qui malè iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit. 49 Sententiam rescindi non posse.50 De fructibus & litis expensis. 51 De re iudicata. 52 De executione rei iudicatæ.53 De vsuris rei iudicatæ. 54 Si plures vna sententia condemnati sunt.55 Quibus res iudicata nõ nocet.56 Comminationes,epistolas, programmata,subscriptiones, auctoritatem rei iudicatæ nõ habere.57 Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum fuerit.58 De confessis.59 [Res]inter alios acta,vel iudicata aliis non nocere. 60 De relationibus.61.

Appellationes.

De appellationibus,& consultationibus.62 De temporibus & reparationibus appellationum seu consultationũ. 63 Quando prouocare non est necesse. 64 Quorum appellationes nõ recipiuntur. 65 Si pendẽte appellatione mors interuenerit.66 De iis qui propter metum iudicis non appellauerunt.67 Si vnus ex pluribus appellauerit.68 Si de momentaria possessione fuerit appellatum. 69 Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare,vel post duas sententias iudicum,quas definitio præfectorum roborauerit,eas retractare. 70 Qui bonis cedere possunt.71 De bonis auctoritate iudicis possidendis, seu venũdandis,& de separationibus bonorum. 72 De priuilegio fisci.73 De priuilegio dotis.74 De reuocandis iis quæ in fraudem alienata sunt.75.

LIBER VIII.

Interdicta.

De interdictis.1 Quorum bonorum. 2 Quorum legatorum.3 Vnde vi. 4 Si per vim vel alio modo absentis possessio turbata sit. 5 Vti possidetis.6 De tabulis exhibendis.7 De liberis exhibendis[seu deducendis.]& de libero homine exhibendo.8 De precario & Saluiano interdicto. 9 De ædificiis priuatis.10 De operis noui nuntiatione.]11 [De operibus publicis.12 De ratiociniis operũ publicorum,& patribus ciuitatum.13.

Pignora.

De pignoribus.14 In quibus causis pignus tacitè contrahitur. 15 Si aliena res pignori data sit. 16 Quæ res pignori obligari possunt,vel non:& qualiter pignus contrahatur.17 Qui potiores in pignore habeantur. 18 De iis qui in priorũ creditorum locũ succedunt.19 Si antiquior creditor pignus vẽdiderit.20 Si cõmunis res pignori data sit.21 De prætorio pignore:& vt in actionibus etiã debitorũ missio prætorii pignoris procedat.22 Si in causa iudicati pignus captũ sit.23 Si pignus pignori datũ sit.24 De partu pignoris,& omni causa.25 De remissione pignoris. 26 Etiã ob chirographariã pecuniã pignus teneri.27 De distractione pignorũ.28 Debitorẽ vẽditionẽ pignoris impedire nõ posse.29 Si vẽdito pignore agatur. 30 De luitione pignoris. 31 Si vnus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit vel acceperit.32 Si pignoris contentionem numeratio pecuniæ sequuta non sit.33 De iure dominij impetrando. 34 De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda.35.

Exceptiones.

De exceptionibus & præscriptionibus.36 De litigiosis.37.

Stipulationes.

De contrahenda & committenda stipulatione. 38 De inutilibus stipulationibus.39 De duobus reis stipulandi & promittẽdi.40 De fideiussoribus & mãdatoribus.41 De nouationibus & delegationibus. 42 De solutionibus & liberationibus.43 De acceptilationibus. 44 De euictionibus. 45 Creditorem euictionem[pignoris]non debere.

Patria potestas.

De patria potestate.47 De adoptionibus. 48 De emancipationibus liberorum.49 De ingratis liberis.50 De postliminio reuersis,& de redemptis ab hostibus.51 De infantibus expositis liberis & seruis & de iis qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.52.

Con-

Consuetudo.

Quæ sit longa consuetudo. 53.

Donationes.

De donationibus.54 De donationibus quæ sub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur. 55 De reuocandis donationibus.56 De mortis causa donationibus.57 De infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis, & decimariis sublatis.58 De iure libertorum. 59.

LIBER IX.

Iudicia publica.

QVi accusare non possunt.1 De accusationibus & inscriptionibus.2 De exhibendis vel transmittendis reis.3 De custodia reorum.4. De priuatis carceribus inhibendis.5 Si reus vel accusator mortuus fuerit.6 Si quis imperatori maledixerit.7 Ad legem Iuliam maiestatis.8 Ad legem Iuliam de adulteriis & stupro.9 Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit. 10 De mulieribus quæ seruis propriis se iunxerunt.11 Ad legem Iuliam de vi publica seu priuata.12 De raptu virginum, seu viduarum vel sanctimonialium. 13 De emendatione seruorum.14 De emendatione propinquorum. 15 Ad legem Corneliam de sicariis. 16 De iis qui parentes vel liberos occiderunt.17. De maleficis & mathematicis, & cæteris similibus. 18 De sepulchro violato.19 Ad legem Flauiam de plagiariis. 20 Ad legem Viscelliam.21. Ad legem Corneliam de falsis.22 De iis qui sibi adscribunt in testamento. 23 De falsa moneta. 24 De mutatione nominis.25 Ad legem Iuliam de ambitu.26 Ad legem Iuliam repetundarum.27 De crimine peculatus.28 De crimine sacrilegij.29 De seditiosis & iis qui contra Rempublicam audent plebem colligere.30 Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri possit.31 De crimine expilatæ hereditatis.32 De vi bonorum raptorum.33 De crimine stellionatus. 34 De iniuriis.35 De famosis libellis.36 De abigeis. 37 De Nili aggeribus rumpendis.38 De iis qui latrones vel aliis criminibus reos occultauerint.39 De requirendis [reis.]40 De quæstionibus. 41 De abolitionibus.42 De generali abolitione.43 Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.44 Ad senatusconsultum Turpillianum.45 De calumniatoribus. 46 De pœnis.47 Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.48 De bonis proscriptorum seu damnatorum.49 De bonis mortem sibi cósciscentium.50 De sententiam passis & restitutis.51.

LIBER X.

Fiscalia.

DE iure fisci.1 De conueniendis fisci debitoribus.2 De fide & iure hastæ fiscalis, & de adiectionibus.3 De venditione rerum fiscalium cum priuatis communium.4 Ne fiscus in rem quam vendidit, euincat. 5 De iis qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperint.6 Pœnis fiscalibus creditores præferri.7 De fiscalibus vsuris.8 De sententiis aduersus fiscum latis retractandis.9 De bonis vacantibus, & de incorporatione.10 De delatoribuss.11 De petitionibus bonorum sublatis.12 De iis qui se deferunt.13 Si liberalitatis socius sine herede decesserit. 14 De thesauris.15 De annonis & tributis.16 De indictionibus.17 De superindicto.18 De exactoribus tributorum.19 De superexactionibus. 20 De capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa. 21 De apochis publicis, & descriptionibus curialibus. 22 De canone largitionum titulorum.23 Ne operæ à collatoribus exigantur.24 De immunitate nemini concedenda. 25 De conditis in publicis horreis. 26 Vt nemini liceat in coemptione specierum se excusare, & de munere sitoniæ. 27 De collatione donatorum, vel releuatorum, aut tráslatorum seu adæratorum.28 De collatione æris.29 De discussoribus. 30.

Curiæ, Ciuitatum Munera & eorum excusationes.

De decurionibus & filiis eorum: & qui decuriones habētur: & quibus modis à fortuna curiali liberentur.31 Si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit. 32 De prædiis decurionum sine decreto non alienandis. 33 Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo distributionis eorum. 34 De imponenda lucratiua descriptione.35 De præbendo salario.36 Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.37 De municipiis & originariis.38 De incolis & vbi quis domicilium habere videtur, & de iis qui studiorum causa in alia ciuitate degunt.39 De honoribus & muneribus non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis. 40 De muneribus patrimoniorum.41 Quemadmodum ciuilia munera inducuntur.42 De iis qui sponte munera suscipiunt. 43 De iis qui à principe vacationem acceperunt. 44 De vacatione publici muneris.45 De decretis decurionū super immunitate quibusdam concedenda. 46 De excusationibus munerum. 47 De quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare.48 Qui ætate se excusát.49 Qui morbo.50 De iis qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerunt.51 De professoribus & medicis. 52 De athletis.53 De iis qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt.54 Quibus muneribus excusantur ij post impletam militiam vel aduocationem per prouincias suis commodis vacantes commorantur, & de priuilegiis eorum.55 De conductoribus vectigalium fisci. 56 De libertinis.57 De infamibus.58 De reis postulatis.59 De iis qui in exilium dati, vel ab ordine moti sunt.60 De filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur.61 De periculo successorum parentis. 62 De mulieribus, in quo loco munera sexui congruentia, & honores agnoscant. 63 De legationibus. 64 De excusationibus artificum. 65 De potioribus ad munera nominandis. 66 Si propter inimicitias creatio facta sit.67 De sumptuum recuperatione. 68 Si post creationem quis decesserit.69 De tabulariis scribis, logographis, & censualibus. 70 De susceptoribus, præpositis, & arcariis. 71 De ponderatoribus & auri illatione. 72 De auri publici persecutoribus.73 De iis qui ex publica collatione illata sût, nô vsurpâdis. 74 De auro coronario. 75 De irenarchis.76 De argēti pretio quod thesauris infertur.77.

LIBER XI.

DE lustralis auri collatione & nauicularijs seu naucleris publicas species transportantibus. 1 De prædiis & omnibus rebus nauiculariorum. 2 De nauibus non excusandis.3 Ne quid oneri publico imponatur.4 De naufragiis.5 De metallariis & metallis, & procuratoribus metallorum. 6 De murilegulis & gynæciariis, & procuratoribus gynæcij: & de monetariis, & de bastagariis.7 De vestibus holoueris & auratis, & de tinctione sacri muricis.8 De fabricensibus.9 De veteris numismatis potestate.10 Nulli licere in frenis, equestribus sellis & in baltheis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.11 De classicis.12 De decurialibus vrbis Romæ. 13 De priuilegiis corporatorum vrbis Romæ.14 De pistoribus.15 De suariis & susceptoribus vini & cæteris corpoartis. 16 De collegiatis, & chartopratis & numulariis. 17 De studiis liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ.18 De honoratorum vehiculis.19 De priuilegiis vrbis Constantinopolitanæ.20 De metropoli Beryto.21 De canone frumentario vrbis Romæ.22 De frumento vr-

LIBER XII.

Miscella de dignitatibus & de diuersis officiis.

INDEX

INDEX TITVLORVM CODICIS ORDINE ALPHABETICO DIGESTVS.

Prior numerus librum, posterior titulum indicat.

De His

FINIS.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI Augusti, repetitæ[a] prælectionis[b],

LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER.

DE[c] SVMMA[d] TRINITATE, ET FIDE[e] CATHOLICA[f], ET VT[g] NEMO DE EA PVblice[h] contendere[i] audeat,

TITVLVS PRIMVS.

a id est, secundæ editionis. §.3.s̃.de emendatione Codicis Iustinianei.
b id est, editionis. Est etiam prælectio, præceptoris lectio.
c ,Decret. 1. 1. sect.1.1. Clement. 1.
d id est, de quarũ maximæ erant in Ecclesia controuersiæ, vel quæ humanam cognitionem excedit, vel de summa Dei vnitate in tribus personis. Trinitatis epitheton hoc frequẽs veteribus, vt ἁγία sancta diceretur Athanas. Dialect. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. Dicitur & incorrupta. leg. 2. §. 1. infra.
e 16.Cod. Theod. 1. id est, de pręcipuis fidei Catholicæ articulis.
f i.quæ semper quæ vbiq; , quæ apud õnes, quę tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuersitate, & consensu, nouitati, parti, & paucorum errantium dissentioni antistat. vide Lyrinensem aduersus profanas nouationes. Eadem Apostolica l. 1.j. eod. Tertull. de præsc. Euangelica. d.l.1. Christiana l. 4.j. eodem 1.Eccles.1. actor. 1.vers.26. Tertullian.3. Apologet. Euseb. 5. Histor.1. Orthodoxa Eclog.ibid. & Romana de quo alibi dicam.

De vna deitate & trinitate. 1. De nomine eorum qui veram fidem amplectuntur, & de pœnis hæreticorum.

1. Imperatorum *Gratian. Valentinian. & Theod.*[k] AAA. Edictum ad populum vrbis Constantinopolitanæ:

CVNCTOS[l] populos quos[m] clementiæ nostræ regit imperium, in tali[n] volumus religione versari, quam diuum[o] Petrum[p] Apostolũ tradidisse Romanis[q], religio vsque adhuc[r] ab ipso insinuata declarat: quámque pontificem Damasum[s] sequi claret, & Petrum[t] Alexandriæ episcopum virum apostolicæ sanctitatis: hoc est, vt, secundũ apostolicam[u] disciplinam, euangelicámque doctrinam, patris & filij & spiritus sancti vnam deitatem sub pari[x] maiestate & sub pia trinitate credamus. 1. ¶ Hanc legem sequentes, Christianorum catholicorum[y] nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes[z], vesanósque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam[a] sustinere,[b], diuina[c] primùm vindictâ, pòst etiam motus ||animi|| nostri[d], quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus vltione plectendos, Dat. III. Kal. Mart. Thess. Gratiano A.V. & Theodosio A. Conss. 380.

De hæreticorum & fidelium congregationib. 1. Summa cõcilij Nicæni. 2. De hæreticis eiiciendis & catholicis episcopis ecclesiæ restituendis.

2. Iidem AA. Eutropio præfecto prætorio.

NVllus[e] hæreticis ministeriorum locus[f], nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem[g] elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. vnius & summi Dei nomen vbique celebretur. Nicenæ fidei dudum à maioribus traditæ, & diuinę religionis testimonio atque assertione firmatæ obseruantia semper mansura teneat. 1 ¶ Is autem Nicænæ adsertor fidei & catholicæ religionis verus cultor accipiendus est: qui[h] omnipotentem Deum & Christum filium Dei vno[i] nomine confitetur: Deum[k] de Deo, lumen de lumine: qui spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente[l] & speramus & accipimus negando non violat: apud quẽ intemeratæ fidei sensus viget, & incorruptę[m] trinitatis indiuisa[n] substantia quæ Græco[o] verbo ὁμοουσία rectè credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probanda, hæc veneranda sunt. 2 ¶ Qui verò non iisdem inseruiunt: desinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen assumere, & suis apertis criminibus denotentur, atque ab omni submoti ecclesiarũ limine penitus arceantur: cùm omnes hæreticos illicitas[p] agere inter oppida cõgregationes vetemus. at si quid eruptio factiosa tentauerit, àb ipsis etiam vrbium[q] mœnibus exterminato furore propelli

g *16. Cod. Theodos. 4.* h *vide leg. fin. infra eodem.*
i id est, contensiosè disputare. *d. l. 4.*
k Huius legis à Theodosio latæ meminit hac eadem sententia Sozomenus 7. *historiæ ecclesiasticæ 4. in fin.*
l Cuncti, omnes quidem sed coniuncti: omnes etiam locis disiuncti, *Fest. in Cuncti.*
m Hoc relatiuũ restringit suũ antecedens. quippe nec de facto, nec de iure (fuerũt. n. semper quidam liberi populi, liberæque ciuitates) *l. 7. l. 10. ff. de captiuis.* Byzantino, aut si mauis, Romano imperio vniuersus orbis ea tempestate paruit. peccant etiam historiæ cognitione & iure, qui negant imperia suos habuisse limites, & occasus, suáque decrementa, vel ob iustam inter plures cohæredes diuisionem, etiam à parentibus testamento factam (cuius extat exemplum Constantini magni *2. Sozomen. 32.*) vel æquam talionis & postliminij vicissitudinem. Nullum vniuersi orbis aut perpetuum imperium, nisi Dei. Maiora interire possunt. Romanum interiturum prædixit Sibylla apud Lactantium *7. cap. 15. in fin.* Notum est illud Antonij πᾶσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵνα τεθνήκασι. Notum est & illud, Latium in Latio. *adde quæ scripsi ad l. 20. ff. quib. mod. vsufr. amitt.* Nulla denique perpetua, aut ita constituta, vt ad orbis interitum perdurent. Ideoque negant interpretes, Imperatores iurisdictione controuersa vti posse extra territorium, *vide Rolandum à Valle. 1 Cons. 88. nu. 22. adde l. 5. ibi, In Romanum locum. j. de hæreticis.*
n sic alibi, sicut Athanasius Theophilus & Cyrillus credebant *l. 8. j. de hæret.*
o diuinum. *l. 1. Cod. de fide Catholica.*
p Possis & ipsum Paulum iure adiicere.
q apud quos crucifixus fuit. Tertul. *in lib. de præsc.* Felix ecclesia, Romanã intelligit, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur. r vsque ad hunc *Cod. Theodos.*
s de cuius electione v. Ammianum *lib. 27.* Ruffinum 2. *c. 20.* Socratem 4. *c. 24.*
t successorem Athanasij 2. *Ruffinus* 3:4. *Socrates* 30. *Idem, lib. 5. c. 3:7. Sozomen. 39. Epiphanius lib. 2. Tom. 2. hæres. 68. Zonaras anno* 377. u quæ non modò sub, sed & ab ipsis Apostolis, aut Apostolicis tradita, aut ab iis qui in eadem fide & cõsanguinitate doctrinæ fuerunt. *Tertull. li. de præ.*
x sub parili *l. 2. Co. Theod. de fide catholica* ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ *1. Eclog.* 1. hinc illud, Rapinã nõ est arbitratus εἶναι ἴσα θεῷ *Phillip. 2. v. 6* ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ *5. Iohan. 18.*
y i. in eo profitentur se Catholicos.
z ἀτίμους εἶναι καὶ τιμωρίαν προσδέχεσθαι infames & pœna affici. *Sozomenus. 7. c. 4.*
a *v. Authenticã Gazaros & l. 21. j. de hæreticis.*
b additur *l. 2. C. Theod.* nec eorũ conciliabula Ecclesiarum nomẽ accipere.
c *adde l. 2. j. de reb. cred.* id est, æterna. Possis etiam intelligere censuram Ecclesiasticam *v. c. 63. Canon. Apo.*
d huiusmodi motus, pro ratione magistratuum & prouinciarum sunt diuersi, *de quibus v. Paponem 1. Arrest. 2. Clarum 5. sent. §. hæresis.*
e Plenior extat hæc lex in Cod. Theod. *tit. de hæreticis. lege 6. lib. 16.*
f *l. 3. in fin. l. 5. j. de hæreticis Nou. 142.* vel pontificium, id est, potestas Ecclesiæ obtinendæ. *l. 3. in fin. Cod. Theod. de fide Catholica.* vel colligendi (se s.) copia. *lege 4. Cod. Theodos. ibid. & 1. l. 11. l. 26. eodem libro tit. 4.*

g Per fraudem elicita priuilegia, nullius sunt momenti.
h nota ἐπιτομὴν symboli Nicæni. i id est, pariter.
k adde Victorini confessionem de trinitate huic planè similem. *lib. 1. aduers. Ariũ.* sed & formulam fidei apud Socratem *1. hist. 5.* & Cyrilli epistolam ad Nestorium *apud Euagrium 2. cap. 18.* Hac etiam formula vtitur Marius Victor. *lib. 2. in f.* Deum in Deo, lumen in lumine. & Phoebadius *aduersus Arianos.* Deũ ex Deo, lumẽ de lumine.
l & filio, nam ab vtroque procedit. Datur à patre, *Ioan. 13. vers. 6.* mittitur *ibid. ver. 26* promittitur *Lucæ 24. ver. 49. act. 1. v. 4.* ἐκπορεύεται *Iohan. 15. vers. 26.* Inde appellatur πνεῦμα θεοῦ *Rom. 8. v. 14.* τοῦ πατρὸς *Mat. 10. v. 20.* τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν *Rom. 6. v. 11* dicitur etiam πνεῦμα υἱοῦ *Gal. 4. v. 9.* χριστοῦ *1. act. Rom. 8. v. 9. v. 11.* & à filio accipere. *Ioan. 16. v. 14. 15.* Huiusmodi emanatio Theologis processio dicitur: vox, meo iudicio, inuenta non tam ad exprimendum modum emanationis, quàm vt ea distingueretur à generatione filij. Qui plura volet de processione spiritus sancti, legat Hugonem Eterianum. In hunc locum v. quædam apud *Cuiac. 12. obs. 26.*
m Incorruptam trinitatem appellat quã Proclus epist. ad Arm. ἀμείωτον τριάδα dixit.
n non si tres personæ, tres ideo essentiæ. Malè Arrius in diuinis, à trib. personis ad tres naturas. Malè Sabellius ab vna natura ad vnam personam. malè quoque Eutyches ab vna Christi persona, ad vnam naturam: malè Nestorius à duabus naturis ad duas personas duxerunt argumentũ, *qua de re v. Vigil. li. 1. aduers. Eutychem.*
o Marius Victorinus *lib. 2. aduers. Arrianos.* magnum miraculum, Verbũ vos hæreticos facit, vel potius sonus verbi quod Græcè dicitur, *& post.* verbum ὁμοούσιον non est obscurũ, nã & nos diximus quid significet. Contrariũ nõ est, quia ad substantiam pertinet, quã omnes fatẽtur. Sed minus aut ampliùs exprimit? corrigendum potius quàm auferendum. Superuacuum non est, quia constat vbi & quomodo dicatur. Est vtile, quia excludit hęreticos, maximè Arrianos, Sed nuper est positum? quia nuper erupit venenata cohors hæreticorum, probatum verò à patribus in Nicæna ciuitate, & ab Imperatore.
p *v. quæ scripsi ad l. 8. §. 3. j. de hæreticis.* q *adde l. 4. in fin. j. eodem.*

a constat hanc legem esse tertiam huius tituli ex Euagrio 1. *cap.* 12.
b muneris est magistratuum, non tantùm Episcoporum, suis legibus diuinas confirmare *leg.5.eod.* non tamen nouas condere *act.4.ver.19.20.Galat.1.versic.* 10.
c Græcus philosophus autor Isagoges quæ Porphyriana dicitur, *de quo vide Epiphanium lib.1.tom.2.hæresis: August. 10.de ciuit.21.ad finem libri: Socratem 5.hist.19. Vincentium Lyrinensem aduersus profanas.*

iubemus. vt cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicæ ecclesiæ toto orbe reddantur. Dat. IIII.Id.Ianuar.C.P. Fl.Euchario & Fl.Syagrio.CC. Conss. 381.

Præfatio. 1. De libris porphyrij contra christianam religionem. 2. De Nestorianis puniendis. 3. De libris Nestorij & similibus comburendis. De synodo Nicæna & Ephesina. 4. De Irenæo. 5. Epilogus.

3.[a] Impp. *Theodosius & Valentinianus* AA. Hormisdę PP.

||DEcere[b] arbitramur nostrum Imperium, subditos nostros de religione cōmonefacere. ita enim & pleniorem adquiri Dei ac saluatoris nostri Iesu Christi benignitatē possibile esse existimamus, si quando & nos pro virib. ipsi placere studuerimus, & nostros subditos ad eam rem instituerimus.||

1 SAncimus||igitur,||vt omnia, quęcunque *Porphyrius*[c] sua pulsus insania||aut quiuis alius||cōtra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inuenta fuerint, igni[d] mancipentur. Omnia enim prouocantia Deū ad iracundiam scripta, & pias mentes offendētia, ne ad aures quidem hominum venire volumus. 2 ¶Præterea sancimus: vt qui adfectant impiam *Nestorij*[e] opinionē, vel nefariam eius doctrinam[f] sectātur: si episcopi aut clerici sint, ab ecclesiis eiiciantur: si laici, anathematizentur, secundum ea, quæ iam à nostra diuinitate sunt constituta. licentiam habituri orthodoxis, quicunque voluerint, secundum nostram legislationem, absque metu & damno ipsos propalare & accusare. 3 ¶Quoniam verò peruenit ad pias nostras aures, quòd quidam doctrinas quasdam conscripserūt & ediderunt ambiguas, & non per omnia ac præcisè congruentes expositæ orthodoxæ fidei à sancta synodo eorū sanctorum patrum, qui Nicææ[g] & Ephesi[h] conuenerunt, & à Cyrillo piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopus: iubemus, facta huiusmodi scripta siue antea, siue nunc, ||potissimum autē, ea quæ Nestorij sunt,|| comburi[i], & perfectissimo interitui mancipari, ita vt in nullius cognitionem venire possint. his, qui talia scripta aut tales libros habere aut legere sustinuerint, vltimum[k] supplicium experturis. de cætero nulli patente licentia, præter expositam fidem (vt diximus) tam Nicææ quàm Ephesi, aliud quid vel dicere, vel docere. transgressorib. nimirum huius nostri diuini præcepti, ei pœnæ, quæ continetur lata aduersus impiam Nestorij fidem, lege subiiciēdis. 4 ¶Vt autem omnes re ipsa discant, quantum nostra diuinitas auersetur eos, qui impiam Nestorij fidem adfectant: præcipimus, Irenæum[l] dudum ob hancce[m] causam nostræ indignationi suppositum, & postea (nescimus quomodo) post binas[n] nuptias (vt didicim⁹) præter apostolicos canones Tyriorum ciuitatis episcopum factum, ex Tyriorum quidem ecclesia deiici, in sua autem duntaxat patria degere quiescentem omnimodo, & schemate atque nomine sacerdotis exutum. 5 ¶Hęc igitur tua magnificentia, sequens nostræ religionis scopum obseruare & effectui dare studebit.||Dat.XIII.Kal.Mart.||449.

Ne quis de fide publicè contendat.

4. Imp. *Marcianus*[o] A. Palladio præfect. præt.

NEmo[p] clericus[q], vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana, publicè turbis coadunatis,[r] & audientibus, tractare[s] conetur in posterū, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam & iniuriam[t] facit iudicio reuerendissimæ[u] synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluere & publicè disputare cōtenderit. cùm ea, quę nunc de Christiana fide[x] à sacerdotibus, qui Chalcedone[y] conuenerunt[z], per[a] nostra præcepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones & instituta sanctorum patrum trecentorū decem & octo || in Nicæa, ||& cētū[b] quinquaginta||in hac regia[c] vrbe||definita esse noscātur. Nam in contemptores huius legis pœna[d] non deerit: quia non solùm contra fidem verè expositam veniunt, sed etiam Iudæis & Paganis ex huiusmodi certamine propha-

d Socrates 1.hist. 6. in 2. Constantini Epistola v. tomum 1. Concil. in Epist. Constantini ad omnes Episcopos l. 6. in fi. j. de hæreticis: Nouellam 42. ca. 1. in fin. adde §.3.j. eodem.
e de Nestorio & Nestorianis, *adde §.4.j. eodem, l. 5.§.2.l.6.§.2.l.7. §.1.l.8 §1. §.4. §.6.l.6.l.8.j. de hæreticis*: Nou. 115. *cap.3. circa finem. Rusticum aduersus Acephalos: Socratem lib.7. passim: Euagrium 1. c.6. & c.12. vbi meminit huius constitutionis: Vigilium 1. & passim.*
f quænam fuerit, dicetur suo loco.
g aduersus Ariū anno 20. Constantini. *Euseb.4. de vita Constantini 47.*
h Ephesinum concilium intelligit, coactū aduersus Nestoriū, an. Christi 430. *v. acta concilij Ephesini tom. 1. conciliorum: Socratem 7. hist. 33.*
i *v.§.1.5.eo.*
k id est, mortē *v.l.28.l.29.D. de pœnis.*
l *de quo v. Euagrium* 1. *cap.* 10. *Nicephorum 14. c.47.*
m Nestorij scilicet Eutychianū tamen fuisse reperio apud Euagrium *d. l.*
n *v.c.26. canonem Apost.*
o Extat hæc constitutio in actis cōcilij Chalcedonensis *act.3.* & in synopsis Basilicum 1.*ti.1.c.4* Adde huic legi titulum integrū Codicis Theodosiani de his qui de religione cōtendunt *lib. 16. tit.4.*
p In Ecclesia Dei tētatio est populi, error magistri: & tantò maior, quantò ipse est doctior, qui errat *Vincentius Lyrinensis d.l.*
q vel monachus 1.*Eclog.1.c.4.*
r adunatis, & aduenientibus *acta concilij Chalcedonensis.*
s Contendere, præsertim publicè, de Christiana religione prohibemur *vide ἐπιγραφὴν huius tituli.* Contendere est plusquam tractare, est tumultus & perfidiæ occasionem requirere ex sua disputatione. *vt hic:* turbare populum *l.3 C. Theodos. de iis qui super religionem,* profanare Iudæis & Paganis mysteria Christiana disputando *acta Concilij Chalcedonensis ibid.* huiusmodi disputationes meritò reprehenduntur ab Apostolo 1. *ad Timoth.4.ver.5. quibus adde l.6.§.1.j. de hæreticis. v. Ammian. li.23.*
t & meritò. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid vlterius disquirit, mendacium quærit *acta Concilij Chalcedonensis ibid.*
u religiosissimæ *acta Concilij Chalcedonensis.*
x fide statuta sunt ac iuxta Apostolicas &c. *acta Concilij Chalcedonensis ibid.*
y Bithyniæ metropoli, in Ecclesia martyris Euphemiæ *v. acta Concilij Chalcedonensis.* hodie vicus est exiguus sine mœnibus *v. Ortelium in synonymia Geographica.*
z aduersus Eutychem, Dioscorum & Nestorium. *v. acta Concilij Constantinopolitani. v. Euagrium 2. cap.3.4.*

a hic locus ostendit synodos antiquitus coactas Imperatorum decreto, idque confirmant acta concilij Chalcedonensis *act.* 1. & præsertim illa verba apud Euagrium 2.*hist.*18. modò placuerit diuinissimo, & sanctissimo nostro Imperatori.
b sensus est, Nicæno concilio 318. adfuisse Episcopos: Constantinopolitano 150. Chalcedonensi (de quo hic agitur) 630. c i. Constantinopoli.

nant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, ||à||consortio clericorum remouebitur, si verò militia præditus sit, cingulo[e] spoliabitur. cęteri autem huius criminis rei: si quidem liberi sint, de hac sacratissima vrbe[f] expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus suppliciis subiugandi: ||si verò serui, seuerissimis animaduersionibus plectentur. Dat.[g] VIII. Id. Febr. Constant. Patricio cons. & Richimer. 459.

Præfatio. 1. Summa catholicæ fidei. 2. Anathematizantur. Nestorius, Euthyches, Apollinaris & sectatores.

5.[h] Imp. *Iustinianus* A.

CVm recta atque irreprehensibilis fides, quam prædicat sancta Dei catholica & Apostolica ecclesia, nullo modo innouationem[i] recipiat: nos sequentes sanctorum Apostolorum, & eorum, qui post eos in sanctis Dei ecclesiis cōconuersati sunt, dogma, iustum fore existimauimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quæ in nobis est, sentiamus, insistentes & adhærentes traditioni & confessioni sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ, 1 ¶Credentes enim in patrem & filium, & sanctum spiritum, vnam essentiam in tribus hypostasibus[k] seu subsistentibus personis, adoramus vnam deitatem, vnam potestatem, trinitatem consubstantialē. In vltimis autem diebus cōfitemur vnigenitū Dei filiū, Deū de Deo, filiū ex Deo, ante secula & sine tēpore ex patre natum, coæternū patri ex quo omnia, & per quē omnia descendisse de cęlis, incarnatum esse ex spiritu sancto & sancta gloriosa & semper virgine Maria, hominem factum esse, crucem pertulisse, sepultu[l] fuisse, & resurrexisse tertia die: vnius & eiusdem miracula & passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Neque enim alium Deum verbum nouimus, alium Christū: sed vnum & eundem consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialē nobis secundum humanitatem. Mansit namque trinitas etiam post incarnatum vnum ex trinitate Dei verbum. Neque. n. quartæ[m] personæ adiectionem recipit sancta trinitas.
2 ¶Hæc igitur cum ita se habeāt: anathematizamus omnem hæresin, præsertim verò Nestorium Anthropolatrā[n], diuidentem vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrū[o], nec disertè & secundum veritatē confitentem sanctā gloriosam semper virginem Mariam theotocon esse, hoc est, Deiparam: sed alium esse dicentē Deum ex Deo patre, aliū qui ex sancta semper virgine Maria natus est: hunc[p] autē gratia & proximitate, quam habuit cum Deo verbo, Deum factum esse. Neque verò Nestoriū solum sed & Eutychem[q] mente captum, phantasiam inducentem: negantem autem veram ex sancta semper virgine & Deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem: neque confitentem per omnia consubstantialem patri secundùm diuinitatem, & consubstantialem nobis secundū humanitatem. Simili modo & Apollinarem animicidam seu psychophthoron[r], dicentē, Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrum inanimem esse, & confusionem seu perturbationem superducentem inhumanationi vnigeniti filij Dei. Sed & omnes, qui idem cum eis sentiunt. Si enim aliqui post hanc nostram præmonitionē, certò & liquidò id cognoscentibus & comperientibus locorum episcopis Deo amantissimis, inuenti fuerint posthac in contraria his opinione esse: hi nullius[s] indulgentiæ expectent veniam. iubemus enim tales, tanquam confessos hæreticos, competenti animaduersioni subiugari. Dat. 528.

Præfatio. 1. Summa catholicæ fidei. 2. Nestorius. 3. Eutychetes. 4. Apollinaris & eorum sectatores anathematizantur.

6. [t] Idem Imp. Constantinopolitanis.

CVm saluatorem & Dominum omnium Iesum Christum verum Deum nostrum colamus per omnia, studemus etiam (quatenus datum est humanæ menti assequi) imitari [u] eius condescensionem[x] seu demissionem. Etenim cùm quosdā inuenerimus morbo[y] atque insania detentos impiorum Nestorij & Eutychetis, Dei & sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ hostiū, nempe qui detrectabant sanctam gloriosam semper virginem Mariam theotocon siue deiparam appellare propriè[z] & secundum veritatem: illos

d nota pœnam publicè disputātium de religione.
e τῆς στρατείας ἐκπεσεῖται *Synop. eod.*
f Inter pœnas hęreticis indictas, hæc satis vsitata fuit, vrbibus expelli *vt l.2. s. eo.*
g alia extat subscriptio in actis Concilij Chalcedonensis *actio.3*
h Interpretatio Contij.
i *v. Tertull. lib. de præscrip. vide Vincent. Lyrinensem aduersus prophanas nouation. s.* hinc Christus dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός. *Heb.1. vers.3.*
l Hîc omittitur descensus ad inferos, vt & aliàs in Nicęno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi & Romano, & oriētalib. symb.
m sensus est, Trinitati per incarnationē verbi non accessisse quartā psonā, q Marcellus & Fotinus voluêre, *Teste Mario Victorino aduersus Arium lib.1. fol. 196.* nō est quartum in trinitate *v. Rusticum Diaconum aduersus Acephalos fol. 745.758.* nullus vnquam Christianorum dixit quia quaternionem colimus, aut quinionem, vel senionem, Rusticus *ibid. fo. 746.* τριάδα ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιφέρομεν. Procl. *in epist. ad Arm.*
n *v l.6.§.2.j. eo.*
o χριστοτόκον nō θεοτόκον hoc est, Christigenitricē non Dei genitricem. Duas enim in Christo personas constituebant Christum seu hominem, & Deum. negabat autem Mariā Dei genitricem. Erant & alij qui θεοτόκον eò admittebant, quod hominem peperisset qui postea Deus factus esset. *Vincē. Lyrinensis.*
p Christ⁹ nō ꝑximitate aut gratia verbi Deus, sed q̄a ipse verbū
q hic differentiam naturarum, ille vnitionē earum abiurat. *Rustic. d. loco.* r i. negantem animam in Christo fuisse *Fulgent. 1. ad Trasim.* saltem ratione præditā. *Vincent. adu. profanas nouation.* De Apollinari adde Tertul. *lib. de patientia. l.5. l.8. §.1. §.2. §.3. & seq. j. de hæret.* Epiph. *l.3. to.2. hæresi.* 76. Ruffinū *li.2.c.20.* Sozomenū 6. *hist.* 25. & 27. Theod. 5. *c.5.*
s pœnitentem primò, admitti vult Clarus: sed tamen detrudi in perpetuos carceres: relapso, non parci, ne quidem pœnitenti. *5. sen. §. hæresis vers. sed quæro.* t Contius hāc constitutionē Latinā fecit. u Ita Paul. 1. *Cor.* 11. μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. x συγκατάβασιν. συγκαταβάσεως autē voce videtur intelligere docēdi munus. mox, n. sequitur. Etenim & pòst illos festinauimus, quæ sit recta Christianorū fides, edocere. Quāquā scio & hac voce, Christi incarnat. intelligi apud *Proc. epist. ad Arm. vt & aliàs.* y hæresis morb⁹ atq; insania. z Nestorius Christotocō fatebatur, ac si Deus de Maria nasci nō potuisset in Sacros. mysterio, Ἀκέφαλοι Dei genitricē, ac si nihil humanę naturæ post vnionē in Christo remansisset. *Rust. fol.* 610. non alio modo quā Episcopi mater dicitur, quæ eum qui episcopus factus est, peperit. *Vincentius Lyrinensis fol.* 652.

festinaui-

a in Fidei articulis nihil innouandum.

b Trinitas ex ſcripturis ita probatur. filius non eſt ſolus, μόν⊕ *Ioan.5.verſ.16.* ſed eſt præterea pater *ibid.verſ.37.* Illi duo dicuntur *Iohan.10.ver. 7. Marci 18.* ab vtroque ſpiritus ἄλλ⊕ .i. alius *Iohan.14.verſ.16.* Hi τρεῖς .i. tres eſſe dicuntur *1. Iohan.5.verſ.7.* & tamen vnum. Auguſtinus de vera innocentia, quum ait, vnum, Arium percellit, quũ ait, ſumus, Sabellium ſtrauit. Idem *5. de hæreſibus 7.* quod dico vnum, audiat Arius: quod dico ſumus, audiat Sabellius: non diuidat vnum Arius, non confundat Sabellius ſumus. *Vigil.* dicendo ego & pater, diſcernit quod Sabellius malè cõfundit: addendo vnum vnit, quod malè Arius diſcernit.

feſtinauimus, quæ ſit recta Chriſtianorum fides, edocere. Nam hi incurabiles cùm ſint, celantes errorem ſuum paſſim circumeunt, (ſicut didicimus) & ſimpliciorũ animos exturbant & ſcandalizantur, ea aſtruentes, quæ ſunt ſanctæ catholicæ eccleſiæ contraria. Neceſſarium igitur eſſe putauimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia diſſipare, quàm omnibus inſinuare, quomodo aut ſentiat ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia, aut prædicent ſanctiſſimi eius ſacerdotes. quos & nos ſequuti, manifeſta cõſtituimus ea, quæ fidei noſtræ ſunt: non quidem innouantes[a] fidem, (quod abſit) ſed coarguentes eorum inſaniam, qui eadem cum impiis hæreticis ſentiunt. Quod quidem & nos in noſtri imperij primordiis pridem ſatagentes cunctis fecimus manifeſtum. 1 ¶ Credimus itaque in vnum Deum patrẽ omnipotentem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, & in ſpiritum ſanctum, vnam eſſentiam in tribus [b] hypoſtaſibus, ſiue ſubſiſtentibus perſonis, adorantes vnam deitatem, vnam poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem. In vltimis autem diebus confitemur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum Dei filium ex[c] Deo vero Deum verum, ante[d] ſecula &[e] ſine tempore ex patre[f] natum, coæternum[g] patri, ex quo omnia & per quem omnia, qui deſcendit de cœlis, incarnatus de ſpiritu ſancto, & ſancta glorioſa & ſemper[h] virgine Maria, & inhumanatus, ſiue homo factus eſt, & paſſus crucem pro nobis ſub Pontio[i] Pilato, ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die. Vnius ac eiuſdem paſſiones & miracula, quæ ſponte pertulit in carne, agnoſcentes. Non enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum nouimus, ſed vnum & eundem, conſubſtantialem patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Vt enim eſt in diuinitate perfectus, ita idem ipſe & perfectus eſt in humanitate. Nam eius ſecundum hypoſtaſim ſeu ſecundum perſonam vnitatem ſuſcipimus, & confitemur. Manſit enim trinitas & poſt incarnatum vnum ex trinitate Dei verbum. Neque enim quartæ[k] perſonæ adiectionem admittit ſancta trinitas.

2 ¶ His ita ſe habentibus, anathematizamus omnem hæreſim, præcipuè verò Neſtorium anthropolatram[l], & qui eadem cum ipſo ſentiunt vel ſenſerunt: qui diuidunt[m] vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum: & qui non confitentur propriè[n] & ſecundum veritatem ſanctam glorioſam & ſemper[o] virginem Mariam theotocon ſeu deiparam, id eſt, Dei matrem: ſed qui duos[p] filios dicunt, vnum ex Deo patre Deum verbum, alterum ex ſancta ſemper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine & propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum eſſe: & qui negant nec confitentur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum incarnatum & hominem factum & crucifixum, vnũ eſſe ex ſancta & cõſubſtantiali trinitate. Ipſe enim ſolus eſt coadorandus & conglorificandus patri & ſancto ſpiritui.

3 ¶ Anathematizamus inſuper & Eutychetem mentecaptum, & qui cum eo ſentiunt, aut ſenſerunt, qui phantaſiam introducunt, negántque veram natiuitatem ſeu generationem domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ex[q] ſancta virgine & Deipara, hoc eſt noſtram ſalutem: & qui[r] non confitentur ipſum conſubſtantialem[ſ] patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. 4 ¶ Similiter autem anathematizamus & Apollinarium pſychophthoron[t] ſiue animicidam: & qui cum eo ſentiunt, vel ſenſerunt: qui dicunt inanimem, hoc eſt animæ humanæ expertem, eſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum: & qui confuſionem aut conturbationem introducunt & inuehunt in vnigeniti Dei filij inhumanationem ſiue humanitatem: & omnes poſtremò, qui eadem cum ipſo ſenſerunt, aut ſentiunt. Dat. Id. Martij, Conſtinopol. D. N. Iuſtiniano PP. A. III. Coſſ. 533.

Scriptum eſt ſuperius edictum eodem[u] exemplo Epheſiis, item Cæſarienſibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezontiis, Hieroſolimitanis, Apameis, Iuſtinianopolitanis, Theopolitanis[x], Auguſtanis, Tarcenſibus, Ancyrenis.

c *vide. l. §. 1. ſ. eodem.*

d ἐν ἀρχῇ *Iohan. 1. verſ.* πρὸ πάντων *Col. 1. verſ. 17* πρὸ καταβολῆς κόσμου *Epheſ. 1. verſic. 4. 1. Pet. 1. verſ. 20.* σήμερον. i. hodie, & ſemper *Pſal. 2. Act. 13. verſ. 33. Heb. 1. verſ. 5.* χθὲς καὶ σήμερον *Heb. 13. verſ. 8.* non fuit tempus quando non fuit.

e fuit enim ante tempora, & ab eodem res omnes creatæ *Ioan. 1. verſ. 3. Coloſſ. 1. ver. 6. Heb. 1. ve. 10.*

f Eo reſpectu ἀμήτωρ: vt incarnationis intuitu ἀπάτωρ. *Lactantius 4. capite decimotertio.* Auguſtinus *5. de hæreſibus.* vnus ſine coniuge pater, alius ſine matre filius.

g nunquam pater ſine filio, quia nunquam ſine verbo, nunquam ſine virtute, nunquam ſine ſapientia eſſe potuit. *Euſebius Emiſſenus.* Nec heri Deus tantùm, hodie Deus & pater, ſed ſemper Deus & pater, & ſemper fuit cuius eſſet pater. *Agnellus ad Armenium.*

h ἀειπαρθένῳ.

i pro curatore Cæſaris in Syria *Tacitus 15. Cuiacius 19. capite decimotertio.* quam opinionem ſomnio tribuit Robertus *1. Animaduerſ. vigeſimaprima.* eo nomine notatus ab Antonio Mercatore *1. Nota. 2.*

k Vincentius Lyrinenſis, *aduerſus prophanas nouationes.* Anathema Neſtorio, neganti ex virgine Deum natum, adſerenti duos Chriſtos, & exploſa trinitatis fide, quaternitatem nobis introducenti. Ruſticus Diaconus *aduerſus Acephalos.* Nullus vnquam Chriſtianorum dixit, quia quaternionem colimus aut quinionem vel ſenionem. Marius Victorinus *1. aduerſus Arrium.* Marcellus & Photinus dicunt eſſe & Deum & λόγον & ſpiritum. Quartum autem filium id eſt, hominem, qui ex Maria, quem aſſumpſit λόγος & vt miniſtrum refert.

l Ideoque non tanquam hominem cum verbo coadoramus, ne diuiſionis ſpecies inducatur Cyrillus *apud Vigil. 5.* non coadorandus vt alter alteri, ſed vt vnus. *Ruſticus.*

m Naturarum vnitionem diuidebat: earum differentiã Eutyches negabat *Ruſticus.*

n de eo dixi huius legis initio.

o ἀειπαρθένον. p Nota dogma Neſtorij.

q ſed ex cœlo, vt Valens & Marcion. *v. Tertull. aduerſ. Marcionem & aduerſ. Valententinianos. Vigilium lib. 3.*

r Nota dogma Eutychetis. ſ negant conſubſtantialem, qui per vnitionem, poteſtate diuina, confuſionem naturæ introductam exiſtimant.

t *v. l. 3. §. 2. ſ. eod.* alio ſenſu Deicida appellatur, quòd ipſum Deum in carnem conuerſum & ita mortuum diceret. *Ruſticus.*

u Moris erat exempla edictorum ad plures tranſmitti. *Nouell. 6.*

x *Nou. 42. cap. 1.* id eſt, Antiochenſibus, *Nouella. 123. cap. 3.* quorum ciuitas euerſa, reſtaurata à Iuſtiniano Theoplis nomen aſſumpſit. *vide Cedrenum. 2. anno imperij Iuſtiniani. v. Cuiacium 8. obſer. 21. & ad Nouell. 7. inf.*

Præfatio. 1. Hæreticorum opinio & anathema. 2 Confeſſio catholica.. 3. De edicto Iuſtiniani. 4. De quatuor concilijs. 5. Epilogus.

7.[y] Idem Imperator Epiphanio ſanctiſſimo, ac beatiſſimo archiepiſcopo regiæ huius vrbis & œcumenico patriarchæ.

COgnoſcere volentes tuam ſanctitatem ea omnia, quæ ad eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, neceſſarium duximus hiſce ad eam vti diuinis compendiis[z] ac per ea manifeſta eidem facere, quæ iam moueri cœpta ſunt, quanquam & illa eandem cognoſcere ſumus perſuaſi. Cùm itaque cõperiſſemus quoſdam alienos à Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, impiorum Neſtorij & Eutychetis ſequutos deceptionem, diuinum antehac promulgauimus edictum (quod & tua nouit ſanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus, ita vt nullo quouis omnino modo immutauerimus, immutemus, aut prætergreſſi ſimus (eum qui nunc vſque coadiuuante Deo ſeruatus eſt) Eccleſiaſticum ſtatum (quemadmodum & tua nouit ſanctitas) ſed in omnibus ſeruato ſtatu vnitatis ſanctiſſimarum eccleſiarum cum ipſo[a] ſanctiſſimo Papa[b] veteris Romæ, ad quem ſimilia hiſce perſcripſimus. Nec[c] enim patimur, vt quicquam eorum quæ ad eccleſiaſticum ſpectãt ſtatum, non etiam ad eiuſdem referatur beatitudinem, quum ea ſit caput omnium ſanctiſſimorum Dei ſacerdotum, vel eò maximè quòd, quoties in eis locis hæretici pullularunt, & ſententia, & recto iudicio illius venerabilis ſedis coerciti ſunt. Ideóque ex præſentibus diuinis noſtris breuiculis[d], ſciet tua ſanctitas quæ à nobis propoſita ſunt quam & quibus ſtudio eſt, peſſimè interpretari, quę à nobis ſtatuta ſunt, comprehendetur.

1 ¶ Pauci quidam infideles & alieni à ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia contradicere Iudaicè auſi ſunt aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus rectè obſeruantur, probantur & annunciantur, negantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum[e] filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum ex Spiritu ſancto, & ſancta glorioſa, ſemper virgine, & Deipara, & hominem factum & crucifixum, vnum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis trinitatis, coadorandum & conglorificandum[f] patri, & ſancto ſpiritui, conſubſtantialem patri ſecundum Deitatem[g] conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Recuſantes .a. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei, & Deum noſtrum fateri, vnum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis trinitatis, manifeſtè deprehenduntur impij Neſtorij ſequi prauam doctrinam, ſecundum gratiam[h] eum dicentes filium Dei, & aliũ Deum verbum, & aliũ[i] Chriſtũ dicentes, quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipſis ſenſerũt, aut ſentiunt, vt alienos à ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

2 ¶ Et reuerendiſſimi ſacrorum monaſteriorum archimandritæ[k] ſequentes ſanctorum patrum traditionem (ea ſcilicet fide, vt nihil omninò antehac immutauerint, aut hodie immutent, ab eo qui nunc vſque, ſicuti dictum fuit, obtinuit eccleſiaſtico ſtatu) vnanimiter fatentur, & cum gloria annunciant Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium[l] eſſe, & ſine tempore[m] ex patre genitum[n] & in nouiſſimis[o] diebus deſcendiſſe[p] ex cœlis, & incarnatum ex ſpiritu ſancto, & ſancta, glorioſa ſemper virgine, & Deipara Maria, & hominem factum, & crucifixum vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis. Conſubſtantialẽ enim ipſum ſcimus patri ſecundum Deitatẽ, & conſubſtantialẽ nobis eundem ſecundum humanitatẽ, paſſibilem carne, eundẽ impaſſibilem Deitate. Queãdmodũ .n. eſt in Deitate perfectus, ſic idẽ in humanitate perfectus. Ideóq; eã quæ eſt ſecundũ hypoſtaſim[q] vnio

y Latina interpretatio Græcæ conſtitutionis.

z θείαις συλλαβαῖς: & infra eo. συλλαβῶν edicti compendijs. Eſt enim hæc lex quaſi compendium edicti alterius, à Iuſtiniano promulgati. Sacri apices qui ſint, dicã alibi.

a Iohannem intelligit, de quo *l. 8. ſ. eod.*

b aliarum etiam Eccleſiarum epiſcopi Papę appellati ſunt. hinc Cypriano Papæ præſbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ſalutem, *Cyprianus 2. epiſt. 7.* Sic & Athanaſius in *Apologia ſynodica* Papa appellatur: *& apud Epiphanium. vide quæ notaui ad Nouell. 123. c. 3.*

c hinc illud Ammiani *lib. 15.* Id enim ille (Conſtantium intelligit) Athanaſio ſemper infeſtus licèt ſcire impletum (id eſt, Athanaſium ſede ſua iam deiectum ab Arianis) tamen authoritate (qua potiores vrbis ęternę epiſc.) firmari deſiderio nitebatur ardẽti.

d συλλαβῶν.

e μονογενῆ vt & *ſ. eodem §. 2.* Ioanni *in Euang. 1. verſiculo 14.* dicitur etiam πρωτότοκος. *Lucas 2. verſic. 7. Hebr. 1. ve. 6.* id eſt, primogenitus, non quòd poſt eum alios, ſed quòd ante eum, nullũ Maria peperit. Sic in legibus ſupremus ſeu primus dicitur, etiã is, poſt quem nemo. *l. 9. ff. de reb. pub.* quem nemo ſequitur. *l. 92. ff. de verb. ſignif.* & proximus qui ſolus. *l. 1. §. 2. ff. vnde cognati. l. 155. ff. verb. ſig.*

f συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Impiè igitur negant Pneumatomachi, ſpiritum ſanctum patri & filio conglorificandum *vide Baſilium libro de ſpiritu ſancto. cap. 27. 28.* Sic alia in cauſa legimus Neſtorium docuiſſe hominem verbo coadorandum, tanquam alterum alteri, non ſicut vnum. *Ruſticus contra Acephalos.*

g θεότητα. Hinc illud, in eo habitat, πλήρωμα τῆς θεότητος *Coloſſ. 2. verſ. 9.* dicitur etiam de Deo θειότης *Paul. Rom. 1. verſ. 20.*

h Verbum non ſic filius, quemadmodum nos. Nos adoptione filij: illud, natura. Etiam quadam adoptione filius eſt Chriſtus, ſed ſecundum carnem *Mar. Victor. 1. aduerſ. Arian.* i & ſic duæ.

k Tyrannis primos Chriſtianos coegit ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, ſpeluncis διάγειν. Eorum primi archimandritæ dicti.

l Malè Arius de verbo, fuit tempus, quando non fuit.

m & ita exiſtente. malè Arius ἐκ μὴ ὄντων. n nec filius ingenitus, nec duo ingenita.

o *Heb. 1. ver. 1.* ex ſimili voce videntur hauſiſſe errorem ſuum qui Pauli ætate docebant diẽ Chriſti inſtare *2. Theſſ 2. v. 2. in fi.* nouiſſimũ diẽ intelligi ibi, ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου *Gal. 4. v. 4.* p *Epiſt. ad Ephe. 4. v. 8. 9.* & tamen citra mutationem loci.

q ὑπόστασις *perſona. Heb. 1. v. 3.* hinc vnio hypoſtatica. verbum propriè eſt perſona: caro adſumpta, aliam perſonam ei non adiicit, ſed ei vnitur.

a ἑνώσιν. aliud vnitio, aliud vnitas: ἕνωσις vnio, seu vnitio, ἑνότης vnitas. In Christo est, vnitio non vnitas naturarum: Hæc numerum non præsupponit. Illa præsupponit.

b *Matth. 1. vers. 20. in fin.* & hîc & illic particula ἐκ virtutem spiritus sancti significat, non substantiam. Et scholastici notant particulam de, hîc significare causam efficientem: respectu Mariæ, materialem.

nē[a] amplectimur, & confitemur: quemadmodum etiã vnigenitus filius verbum Dei ante secula & sine tempore ex patre genitus, Idem quoque in nouissimis diebus descendit è cœlis, & carnem assumpsit[b] ex spiritu sancto, & sancta, gloriosa & Deipara Maria, & homo factus. i. Dom. noster Iesus Christus propriè & secundũ veritatem Deus est, ita & sanctam, semper virginem Mariam propriè & secundũ veritatem matrem Dei dicimus, non [c] quòd Dei verbũ principium ex ipsa sumpsit, sed quia in nouissimis diebus descendit ex cœlis, & ex ipsa incarnatus, & natus, & homo factus est, quem confitemur, quemadmodum dictum est consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, eiusdē miracula & passiones quas vltrò sustinuit carne confitentes. 3 ¶Hæc igitur sunt in quibus per diuinum nostrum edictum hæreticos coarguimus, cui diuino edicto, vel omnes reperti hîc verissimi Episcopi & reuerendissimi Archimandritæ cũ tua sanctitate subscripserunt. 4 ¶Sequentes in omnibus sancta quatuor concilia, & quę ab vnoquoque eorum constituta. i. Nicænum[d] 318. patrum, & huius regiæ[e] 150. & Ephesinum prius & Chalcedonense manifestè omnibus (qui vnà nobiscum sentiunt) fidelib. sanctæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ traditam regulam fidei, hoc est sanctam formulam, seu symbolum tenemus, & custodimus à 318 sanctis patribus expositam, & illud quod in hac regia vrbe 150. sancti patres apertius exposuerunt, Nõ[f] quòd defectuosum esset prius, sed quoniam veritatis hostes partim subuertere cœperant sancti spiritus Deitatem, partim ex sancta semper virgine Maria, Deipara, verã incarnationem Dei verbi negauerant. Propterea scripturę testimoniis idem symbolum supradicti 150. sancti patres apertiùs exposuerunt, idq; & aliæ omnes sanctæ synodi. i. Ephesina prior, & Chalcedonensis eandem fidem sequentes susceperũt & custodierunt, sanctam, gloriosam semper virginem[g] Mariam Deiparam publicarunt, & non confitētes eam Deiparam anathemate percelluerunt, similiter anathematizarunt eos, qui aliud symbolum, aliámve sanctã formulam traderent, præter eam quæ à 318. sanctis patribus exposita esset & explicata & corroborata à 150. sanctis patrib. in hac regia vrbe congregatis, Et quidē Ephesinũ prius impium Nestorium, & eius dogma sustulit, & anathematizauit. Adhæc eos qui cũ eo senserunt, & sentiunt, & qui cõsenserunt, & consentiunt. Calcedonense verò sanctum cõsiliũ dãnauit & eiecit è sanctis Dei Ecclesiis, & anathematizauit impiũ Eutychē eiúsq; dogmata, & qui eadē cũ illo senserũt & sentiũt, & qui cõsenserũt eidē, & cõsentiũt, & omnes hæreticos eorũq; dogmata, & qui cũ illis senserũt, & sentiunt anathematizauit: pariter anathematizauit Nestorium scilicet eiúsque dogmata, & eos qui cũ eo senserunt & sentiunt, eósq; qui eũ eo consenserunt, & consentiunt. Chalcedonense verò sanctum consilium, Magni Procli ad Armenios conscriptam Epistolam, (quòd oporteat Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & Deum nostrum vnum sanctæ trinitatis per propriam [h] relationem) suscepit & confirmauit. Quæ supradicta quatuor sancta concilia, si negligimus, aut ea quę his constituta, damus licentiam damnatis ab iis hæreticis eorumque dogmatibus suam pestem rursus in sanctis Dei Ecclesiis ostēdere. Optãdum itaque, vt quod nondum contigit fieri, hoc aliquãdo contingat. Idque eò magis quòd supradicta quatuor sancta concilia: speciali confessione hæreticos, eorúmque dogmata damnarunt. Ideoque si quis ab vno supradictorum sanctorum conciliorum dissentiat, palàm est, eum amplecti dogmata à sanctis illis patribus damnata, & anathematizata. 5 ¶Nullus itaque frustra nos turbet spe vana innixus, quasi nos contrarium à supradictis quatuor conciliis fecerimus, aut faciamus, aut fieri à quibusdam permittamus, aut aboleri eorundem sanctorum quatuor conciliorum piam memoriam ex dictis Ecclesiæ diptychis [i] sustineamus. Omnes enim qui ab iis damnati & anathematizati sunt, & damnatorum dogmata, eósque qui eadem ac ipsi senserunt, aut sentiunt anathematizamus. 6 ¶Itaq; bene precetur nobis & nostro imperio beatitas tua, omnes de nostra intentione, & nostro erga irreprehensibilem fidē studio, docens & certiores faciens, Da. VII. KAL. APR. CP. D. N. IVSTINI A. P. P. III. COSS. 533.

Epistola Iohannis[k] Archiepiscopi & sanctissimi Patriarchæ vrbis Romæ.

8. Gloriosissimo[l] & clementissimo filio Iustiniano Augusto Ioannes episcopus vrbis Romæ.

c hoc velle videtur, Maria propriè est θεοτόκος. nõ quòd Deum ab æterno genuit: non quòd hominem nudũ peperit, qui post ea Deus: sed quòd in eius vtero per sacrosanctũ mysterium, vnitione naturarum indiuisibili facta, hominem ita parere non potuit, quin & Deus quoque ex ea nasceretur.

d Nicæna synodus Arium sub Constantino: Cõstãtinopolitana, Macedoniũ sub Theodosio seniore: Ephesina, Nestorium sub Theodosio iuniore: Chalcedonensis, Eutychem, Dioscorũ & ipsum rursus Nestorium sub Marciano, hæreticos damnauit. Hęc quatuor cõcilia præcipua à veteribus existimata sunt. *v. acta concilij Chalcedonensis in pr. Nou. 115. c. 3. §. 14.*

e Constantinopolim intelligit.

f Vincentius Lyrinēsis. Nullúsne in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis? habeatur planè, & maximus: sed ita vt verè sit profectus fidei nõ permutatio, crescat in scientia, sed in suo duntaxat genere, eodem dogmate, eodem sensu, eadē sententia. *& post.* Quid vnquam aliud conciliorũ decretis enisa est, nisi vt quod antea simpliciter, lentius & securius credebatur, hoc idem postea diligentius, instantius & solicitius crederet? &c. quæ *ib. v.*

g ἀεὶ παρθένον, ante partum & in partu (scriptũ est enim virgo pariet: sed & illud virum non cognosco. sed & illud, priusquam ipsi conuenirent inuenta vterum ferre *Matth. 1. versic. 18.*) adde & post partum. nec ferendi sunt qui abutuntur illis locis, non cognouit eam donec peperit primogenitum, ecce mater tua, ecce fratres tui foris stant: & quod Iacobus frater domini dicitur. Placent qui Ezechielis caput 44. hîc accommodant: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam. vt merito eos qui id negent ignorantia scriptorum labi, Epiphanius scripserit *libro tertio, tomo secundo, hæres. 78.* Et verò partus nihil derogat virginitati, sed hominis coniunctio.

h διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς. Hæc verba non reperio in epistola Procli ad Armenios.

Porrò is sensus, filius est vnus ex trinitate, non quatenus substantia aut Deus, sed quatenus filius. Vox filij relatiua ad patrem: vox Deus idem cum patre, Tertullianus aduersus Praxeam, Tres non statu, sed gradu: non substantia, sed forma: non potestate, sed specie. Hinc illæ enunciationes falsæ apud Scholasticos, Essentia essentiam, Essentia personam, Persona essentiam generat: sed illa vera est persona personam.

INter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime principum, puriore luce tanquam aliquod sydus irradiat, quòd amore fidei, quòd charitatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reuerētiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum[m], Domino loquente pręceptum est, Pasce oues meas. Quam esse omnium verè ecclesiarum caput [n], & patrum regulæ, & principũ statuta declarant, & pietatis vestræ reuerendissimi testantur affatus. Patet igitur, in vobis impletum fore, quod scripturæ[o] loquuntur: Per me reges regnãt, & potentes scribunt iustitiam. Nihil est||enim,|| quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe: nihil est, quod ita nequeat[p] occasui subiacere, quàm vera religio. nam cùm auctorem vitæ vel luminis vtraque respiciant: rectè & tenebras respuunt, & nesciunt subiacere defectui. Quam ob rem, gloriosissime principum votis omnibus exorabitur diuina potentia, vt pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integræ religionis studio, sine defectu sui in longiora tempora conseruet. hoc enim & sanctis credimus ecclesiis expedire. Scriptum[q] est enim, Labiis regit rex. & iterum: Cor regis in manu Dei est: & vbi voluerit, inclinabit illud. hoc est enim, quod vestrum firmat imperium: hoc, quod vestra regna conseruat. Nam pax ecclesiæ, religionis vnitas, auctorem facti in sublime prouectum grata sibi tranquilitate custodit. Neque enim parua ei vicissitudo à potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia diuisa secernitur, nullis incertis maculis variatur. Scriptum est enim. Quia cùm rex iustus sederit supra sedem, nõ aduersabitur ei quicquam malignũ. Proinde serenitatis vestræ apices, per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros, fratres & coepiscopos meos, reuerentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione cõperimus, quòd fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei pro submouenda hæreticorum intentione, secũdum apostolicam doctrinam, fratrum & coepiscoporum[r] nostrorum interueniente consensu. quod, quia apostolicæ doctrinæ conuenit, nostra auctoritate confirmamus.

¶*Textus autem epistolæ Imperatoris talis est.*

Præfatio. 1. De hæreticorum opinione 2. Catholica confessio. 3. De quatuor conciliis 4. De legatis ad Papam missis. 5. Petitio. 6. Subscriptio.

Victor *Iustinianus*, pius, felix, inclytus, triũphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo archiepiscopo almæ vrbis Romæ, & patriarchæ[s].

REddentes honorem apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati, (quod semper nobis in voto & fuit, & est) &, vt decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium vnitatem vestræ apostolicę sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarũ custodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes vniuersi Orientalis tractus & subiicere[t] & vnire sedi vestræ sanctitatis properauimus. In præsenti ergo quæ commota sunt (quamuis manifesta & indubitata sint, & secundum apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firmè custodita & prædicata) necessarium duximus, vt ad notitiam vestræ sanctitatis perueniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum & indubitatum sit, quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput[u] est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim (vt dictum est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis.

1 ¶Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quòd pauci quidam infideles, & alieni sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, contradicere Iudaicè atque apostaticè ausi sunt aduersus ea, quæ ab omnib. sacerdotib. secundum vestram doctrinam rectè tenentur, & glorificantur, atq; prædicãtur, denegantes dominum nostrũ Iesum Christum vnigenitum filium Dei, & Deum & dominum nostrũ incarnatum de sancto spiritu, & ex sancta atque gloriosissima semper virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis trinitatis, & coadorandum & conglorificandũ patri & spiritui sancto, consubstantialē patri secundũ diuinitatē, & cõsubstantialem nobis eundē ipsum secundum humanitatē passibilē carne, eundemque ipsum impassibilē deitate.

i διπτύχων. legitur dypticis in lege 1. *Co. Theod. de expens. ludor. lib. 15. actione 14.* concilij Chalcedonensis: & actione 4. quintę Synodi: & antiquus interpres Horatij, qui tabellas interpretatur, epistolas diptychas. *vide Suidam in verbo* διπτύχα. De polypticis dicam *ad l. 2. j. de discussoribus libro 10. titul. 30. vide Cuiacium 4. obser. 27.*

k cui Iustinianus primas deferebat in Ecclesia. ideóque Iohannis epistolã suæ fidei professioni idem adiũxit. *vide Cuia. 12. obs. 16.*

l Episcopus Romanus nomen suum hîc postponit imperatorio *Alciat. hic.*

m Petrum intelligit, ante quem tamē Andreas eius frater à domino vocatus est. *Iohan. 39. 40. 41. 42. 43.*

n *vide 40. distinct. capite vltimo.* & rescriptum orientalium ad Iulium Papam, & epistolam concilij Carthaginēsis (cui præfuit B. Augustinus) ad Bonifacium & ad Celestinum.

o *Prouerbior. 8.*

p Vera religio occasui non subiacet. *Esaias 40. Matthæus 5. versus 18. 1. Petr. 1. vers. vlt.* paucorum quidem hominum *3. Reg. 19. vers. 14. Rom. 11. versus 3.* & locorum esse potest. *Apocalyp. 12. vers. 6.* non est tamen sola, si Christum in fuga semper comitem habet. Cyprianus ad Tiberitanos *apud Fulgent. 2. ad Thrasimund.*

q *Prouerbiorum 22.*

r ad eundem modum Petrus, Seniores qui in vobis sunt obsecro. ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυρ *1. Pet. versu 1.*

s aliàs Papæ. *l. 7. s. eodem. Nouell. 131. c. 2.* t Plus est subiicere quàm vnire. Phocæ imperatori idem tribuitur, *Ado Viennensis in Chronico 604. Iuno in Chronico: Platina in Bonifacio 3.* & Michaeli Paleologo: cuius constitutionem *v. j.*

u *vide Gregorium 4. regist. epist. 21. 24. 36. 38.* Porro videtur huic legi contraria lex *24. j. titul. prox.* Huc pertinet Nouella 131. *cap.* 2. qua constitutum, vt Romanus ante alios sederet.

Recusantes enim dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium Dei & dominum nostrum fateri vnũ esse sanctæ & consubstantialis trinitatis: Videntur Nestorij malam sequi doctrinam, secundum gratiam [a] dicentis vnum filium Dei, & alium dicẽtis Dei verbum, & alium Christu. 2 ¶ Omnes verò sacerdotes sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, & reuerendissimi archimandritæ sanctorũ monasteriorum, sequentes sanctitatem vestram & custodiẽtes statum, & vnitatem sanctarum Dei ecclesiarum, quam habent ab apostolica vestræ sanctitatis sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, vno consensu confitẽtur & glorificant, prædicantes dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium & verbum Dei & dominum nostrum ante [b] secula & sine tempore de patre natum, in vltimis diebus descendisse de cœlis, & incarnatum de spiritu sancto, & ||ex|| sancta atq; gloriosa virgine & Dei genitrice Maria natum, & hominẽ factum, & crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum patri & sancto spiritui. nec [c] enim alium Deum verbum, & aliũ Christum cognoscimus, sed vnum atque eundẽ ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatem; & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. in vna enim substantia deitatetem suscipimus & confitemur, quod dicunt Græci τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. Idest, *eam, quæ secundum personam est, vnitatem confitemur.* Et quoniam vnigenitus filius & verbum Dei ante secula & sine tempore de patre natus, idem ipse & in vltimis dieb. descendens de cœlis, incarnatus de spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noster Iesus Christus, propriè & [d] verè Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam virginẽ Mariam propriè & verè Dei matrem esse dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipsa [e] sumpserit: sed quia in vltimis diebus descendit de cœlis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus, & natus est. Quem confitemur & credimus (sicut dictum est) cõsubstantialem esse patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundũ humanitatem: eiusdem miracula [f] & passiones, quas sponte in carne substinuit agnoscentes. 3 ¶ Suscipimus autem sancta quatuor [g] concilia: id est, trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicæna vrbe congregati sunt: & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia vrbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primò [h] congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt: sicut vestra apostolica sedes docet atque prędicat. Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicæ sedis vestræ, ita credunt, & confitentur & prędicant. 4 ¶ Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetriũ beatissimos episcopos, vt nec vestram sanctitatem lateat, quæ à quibusdam paucis monachis malè & Iudaicè secundum Nestorij perfidiam denegata sunt. 5 ¶ Petimus ergo vestrum paternum affectum: vt vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimum episcopum huius almę vrbis, & patriarcham vestrum fratrem: (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinãs in omnibus sedem sequi apostolicam beatitudinis vestrę) manifestũ nobis faciatis, quòd omnes, qui prædicta rectè confitentur, suscipit vestra sanctitas: & eorũ, qui Iudaicè ausi sunt rectam denegare fidẽ, condemnat perfidiam. Plus enim ita circa vos omnium amor, & vestræ sedis crescit auctoritas: &, quæ ad vos est vnitas sanctarum ecclesiarum, inturbata seruabitur, quando per vos [i] didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quæ ad vos relata sunt, syncerã vestrę sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis adquirere prouidentiam. 6 *Item subscriptio tali fuit.*

Deitas te conseruet per multos annos sancte ac religiosissime pater.

Sequitur residuum epistolæ Papæ.

LIquet igitur, Imperator gloriosissime, (vt lectionis tenor, & legatorum vestrorum relatio patefecit) vos apostolicis eruditionibus studere, cùm de religione catholicæ fidei ea sapitis, ea scripsistis, ea protulistis, ea populis fidelib. publicastis, quę (sicut diximus) & sedis apostolicæ doctrina, & sanctorum patrum veneranda decreuit auctoritas, & nos confirmauimus in omnibus. Oportunum est, ergo voce exclamare prophetica [k] Iucundetur tibi, & abundet cœlum desuper, & effundant montes iucunditatem, & colles lætitia lætabuntur. Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere: hæc, vt pupillas oculorum, cõuenit obseruare. Neque enim quisquam est, in quo Christi charitas feruet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cùm euidenter impietatem Nestorij, Eutychetísque, & omnium hæreticorum damnantes, vnam [l] veram catholicam fidem Domini & Dei nostri saluatoris Iesu Christi magisterio institutam, & propheticis apostolicísq; prædicationibus vbique diffusam, & sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam, inconcussè atque inuiolabiliter deuota Deo & pia mẽte seruatis: Soli etenim professionibus vestris aduersantur, de quibus diuina scriptura loquitur, dicens [m]. Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operiri sperauerunt. & iterum qui secundũ prophetã [n] dicunt Domino: Recede à nobis: vias tuas scire noluimus. propter quod Salomon dicit: Per semitas propriæ culturæ errauerunt: colligunt autem manibus infructuosa: Hæc est igitur vera vestra fides: hæc certa religio: hoc beatæ recordationis (vt diximus) patres omnes, præsuléśq; Romanæ Ecclesiæ, quos in omnibus sequimur: hoc sedes apostolica prædicauit hactenus, & inconcussè custodiuit. huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum se ipsa à ||sancta|| communione, alienum ab ecclesia iudicabit esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana inuenimus ciuitate, qui de Cumitensi [o] monasterio fuit: quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem, & velut oues, quæ perierant errantes, ad ouile contendimus reuocare dominicum: vt agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes loqui, quæ ad [p] pacem sunt. Ad non credentes autem, per nos primus apostolorum Esaiæ [q] prophetæ verbum dicit, ambulate [r] in lumine ignis vestri, & flammæ, quam succendistis. Sed obduratum est cor eorum, (vt scriptum est) vt non intelligerent: & pastoris vocem oues, quæ meæ non erant, audire minimè voluerunt. in quib. obseruantes ea, quæ ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minimè in nostra communione recipimus, & ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos: nisi, errore dãnato, doctrinam nostram quantocyus sequi, habita regulari professione, signauerint. Æquum quippe est: vt qui nostris minimè obedientiam accõmodant statutis, ab ecclesiis habeãtur extorres. Sed quia gremium suum nunquam [s] redeuntib. claudit [t] ecclesia: obsecro clementiam vestram: vt, si proprio deposito errore, & praua intentione depulsa, ad vnitatem ecclesiæ reuerti voluerint: in vestram communionem receptis, indignationis vestræ remoueatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem & saluatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatenus longæuis & pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione, & vnitate, & veneratione apostolicę sedis: cuius principatum, vt Christianissimi [u] & pij, conseruatis in omnibus. Præterea serenissime principum laudamus [x] legatorũ vestrorum personas Hypatij & Demetrij fratrum & coepiscoporum nostrorum: quos clementiæ vestræ gratos fore ipsa manifestauit electio. Nã tantæ causæ pondus non nisi perfectis in Christo potuisset iniungi. tantæ verò pietatis, tantæ reuerentiæ plenos affatus, nisi per amantes minimè dignaremini destinare. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei patris, & communicatio sancti spiritus sit semper vobiscum, piissime fili. Amen. *Itẽ subscriptio.* Omnipotens Deus regnum vestrum & salutem vestrã perpetua protectione custodiat gloriosissime & clementissime fili [x] Imp. Auguste. D. Romæ, VIII. Kalend. Apri. D.N. Iustiniano P.P.A. [IIII] & Paulino V.C. Conss. 534.

DE SACROSANCTIS ECCLEsiis [y] & de ||rebus, & ||priuilegiis [z] earum.

Tit. II.

De relictis ecclesiæ.

1. Imp. *Constantinus* August. ad populum.

HABEAT [a] vnusquisque [b] licentiam [c] sanctissimo catholico [d] venerabilíque concilio [e] decedens bonorum, quod [f] optauerit, relinque-

a si verbũ, Dei filius esset per solam gratiã nõ per naturam, nõ vnus ex trinitate esset.
b hinc Christus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως *Colos. 1. vers. 15.*
c is fuit error Nestorij: contrà, Christiani, vnus Christus nõ vnũ: In Christo nõ est alius & alius, sed aliud & aliud. At in Trinitate alius est & alius, non aliud & aliud: nõ vnus sed vnum.
d Quid dimidias mendacio Christũ? totus veritas fuit. *Tertull. li. de carne Chr sti*
e i. eius substãtia. Christus. n. quatenus ex patre genitus, matrẽ non habet: quatenus ex matre, patre caret.
f De miraculis & passionibus Christi, piè & sãctè Vigilius 2. cõtra Eutychetem hæc mihi visus est comparasse: Manicheus, inquit, dũ tantarũ virtutũ miracula respicit, quæ Dei filius operatus est, non vult eũ hominem cõfiteri, Fotinus, dum in eo naturã nostri corporis adtendit, Deũ esse nõ iudicat. Ille, vt seminet virtutes iste vt infirmitates repleat. Ille deitatis pręconia iste humanitatis allegat. Illũ maiestas tãti nominis, ab humanitatis professione reuocat, Istũ humilitas iniuriarũ quas Deo cernit indignas in hominis tantùm confessione retractat. Illum miracula auocãt istum passiones retardãt. Ille deitate fallitur, iste humanitate ostẽditur. Ille dicit, Deus est, Iste dicit, homo est. Grande miraculũ, vt expugnatione sui veritas cõfirmetur, vt verum vterq; dicat, dũ vterque mentiatur.
g *Nou. 131. c. 1. l. 23. j. de epis. & cle.*
h hoc addidit, vt excluderet Ephesinũ secũdũ consiliabulũ verius, quàm concilium.
i per nos *Hal.*
k *Psal. 95.*
l Magna hæc sunt ad cõmẽdationem Christianæ fidei, quòd vna vera & Catholica. quòd instituta Christi magisterio: quod vbiq. diffusa à proph. & Apost. quòd roborata per totũ orbẽ sanctorũ (intelligit martyres) cõfessionib. quod adunata patrũ atque doctorũ sentẽtiis. quod Episcoporũ vrbis Romæ veterũ doctrinæ consentanea. quod ab Imperatore & pio magistratu incõcussè & inuiolabiliter Deo deuota & pia mente seruetur. m *Esa. 28. v. 35.* n *Iob. 22. v. 17. adde Ierem. 44. ve. 16. 17. & seq.* o Acumitensi Græci ἀκοιμήτων. *Cuiac. 12. ob. 26.* p *Psal. 28. v. 3.* q *c. 50. v. vl.* r Bellouisanus torquet hunc locũ, vt probet hęreticos esse cõburendos *2. Pract. 13. n. 10.* s *Nou. 109. inf.* Contriti cordis holocaustũ nõ patitur repulsam *Cypr. de cœna Domini.* In vltimis, Dei clementia pœnitentes non excludit, nec vlla hora sera est, cui cõpũctio districta occurrit, *Idem de passione*, Adde ex decreto distinctionẽ de pœnitẽtia. t Imò claudit apostatis *l. 3. j. de apost.* u Hoc Epithetum hodie sibi vindicant reges Gallię. x rerum sacratum antistites solent ita oues appellare *Paul. 1. Cor. 4. ve. 14. ad Philem. adde 3. Decret. 481. ve. 10.* y *16. C. The. 2. Nou. 37.* sunt ędes Deo consecratæ Latini etiã Dominica appellarũt, qua vocẽ etiã Germani vtuntur *Domb. κυριακὸν vel κυριακὴν Die Kirch.*
z *j. Ecl. 3. N. 46. 131.*
a *l. 4. C. Theod. 1. c. fut. 12. quæ. 1.* in posterũ sc. nã ãte Cõstãtinũ fortè, aut nõ licuit, aut parum vsitatum fuit: iustis vel præceptis, vel exemplis *Deut. 10 d. c. futurã. c. vidẽtes. c. habebat. 12. quæst. 1.* quin Vestales nihil ex testamẽto capiebant. *1. Gell. 12. Symmach. 1. Epi. 40.* & Iudęorũ collegia *l. 1. j. de Iud.* & breuiter collegia illicita, *l. 8. j. de hered. inst.* Arcadius postea vetuit ecclesiasticis quicquã donari, etiam testamẽto *l. 20. le. 27. C Theod. eo.* ad id forte alludit Hieronymus *ad Nepotium 7. parte 3.* Pudet, inquit, dicere, sacerdotes idolorũ (*facit l. 20. ff. de annuis legatis*) aurigæ, mimi & scorta, hereditates capiunt: solis clericis & Monachis id lege prohibetur. & prohibetur, non persecutoribus sed principib. Christianis, (Valentinianũ Valentẽ & Gratianũ perstringit cuius lex ad Damascum extat *l. 20. C. Theodos. de episc.*) nec de lege cõqueror, sed doleo cur meruerimus hãc legẽ. Cauteriũ bonũ est, sed quo mihi vulnus, vt indigeã cauterio? Prouida, seueráque legis cautio & tamẽ necesse refrenetur auaritia, per fideicõmissa legib. illudimus. Apud Gallos, nouas possessiones, immobilia, feuda, & cẽsuales reditus Ecclesię sine Regio diplomate nequeũt adipisci, & nisi impetrato morticinij iure, vel à rege, vel iis quib. id licet. *v. Papo. 1. Arrest. t. 4. d' amortissemẽt.* Nicephori Phocæ constitutione id videtur fuisse abrogatũ. vide eiusdẽ cõstitutionem j.
b Cui testamẽtũ licet facere. Ideóq. furiosus, mutus, surdus, pupillus, dãnatus ad mortẽ deportãdus, & bãnitus nõ possũt testari ad pias causas. An idem in excõmunicato (*v. super ea re Soc. reg. 134.*) vsuario manifesto, filiofamilias, dubitante de suo statu. *v. Bald. hic.* Testandi facultatem numerari inter actus voluntarios hinc colligunt. *v. Nou. 134. c. 3.*
c Testamenti ad pias causas priuilegia ea hac lege colligas hęc à quibuscunque personis, cuicunque collegio, quantas summas optauerit, quo voluerit stilo relinquere. de quo v. *Clarũ. 3. sent. §. testamentum. quæst. 5. Tiraquellum tract. de priuileg. pia causa Grassum lib. 20. sentent. §. testamentum. quæst. 17. 18. 19. 20. 21.*
d aliud in non catholico, & illicito. An spurio? non vltra alimenta, licèt pia sit causa *Baldus hic.*
e id est, loco. An ad fabricam templi? *d. c. futuram.* An templi habitatoribus, putà clericis, monachis? licuit enim gentibus legare sacerdotibus & hierophylacis *l. 20. ff. de annuis.* & diis *l. 1. §. 5. ff. ad l. Falcid. Vlpian. ti. 22. §. Deos.* f Demus res inaliena-

re[a]: & non sint cassa iudicia||eius.|| Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur: quam vt supremæ voluntatis (postquam iam aliud[b] velle non possunt) liber[c] sit stylus[d]: & licitum[e], quod iterum non redit, arbitrium. P.P.V.Non. Iul.Romæ, Crispo I I.& Constantino I I.Cæs.Conss.321.

De sede Apostolorum & martyrum.

2. Imppp.*Gratianus.Valenti.& Theod.*A A A. Pancratio præfect.vrbi.

NEmo apostolorum vel martyrum sedem[f] humanis[g] corporibus[h] existimet esse concessam.D.I I I.Kal.Aug. Heracleæ, Euchario, & Syagrio Coss.381.

De reliquiis martyrum.

3. Impp.*Honorius & Theod.*AA.

NEmo martyres[i] distrahat, nemo mercetur[k].D.III, Kal. Mar.CP.Honor.N.P.& Euadio Conss.386.

De decanis ecclesiæ Constantinopolitanæ.

4. Iidem AA.Niceno qpp.

NOn plures, quam nongenti[l] quinquaginta, decani[m] sacrosanctæ huius amplissimæ vrbis deputentur ecclesiæ: nullíque his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum substituendi pateat copia: nulli alij corporatorum[n] præter dictum numerum per patrocinia[o] immunitate[p] concessa, negatáque omni nouationis facultate similia vindicandi his, quæ in honorem vel necessaria obsequia sacrosanctæ ecclesiæ indulta sunt.Dat.V I I.Kal.Sep.Eudoxiopoli.Hon. A.V I I I.& Theo.Iuniore A.V I I I.Cons.409.

De immunitatibus ecclesiarum.

5 Iidem A A.Melitio P.F.P.

PLacet[q] rationabilis consilij tenore perpenso[r] districta moderatione præscribere, à quibus specialiter necessitatibus singularum vrbium ecclesiæ habeantur immunes. prima quippe illius vsurpationis contumelia depellenda est: ne prædia[s] vsibus cælestium secretorum dedicata, sordidorum[t] munerum fæce vexentur. nil extraordinarium[u] ab hinc superindictumve[x] flagitetur. nulla translationum[y] sollicitudo signetur. postremò nihil præter[z] canonicam illationem, quàm aduentitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contrauenire post[a] debitę vltionis acrimoniã, quæ erga sacrilegos[b] ||iure|| promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur. Dat.V I I I.Kal.Iun.Rau.Honorio V I I I.& Theodosio V.AA.Cons.412.

De obseruatione & interpretatione canonum ecclesiasticorum.

6. Iidem AA.Philippo præfecto prætorio Illyrici.

OMni[c] innouatione[d] cessante, vetustatem & canones pristinos ecclesiasticos, qui[e] vsque nũc tenuerunt, etiã per omnes Illyrici prouincias seruari præcipimus: vt, si quid dubietatis emerserit, id oporteat (non[f] absque scientia viri reuerendissimi sacrosanctæ legis antistitis ||ecclesiæ|| vrbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris[g] prærogatiua[h] lætatur[i]) conuentui sacerdotali sanctóque iudicio reseruari.Dat.pridie Id.Iul.Eustathio & Agricola Conss.421.

De instructionibus itinerum & pontium.

7. Iidem AA.Asclepiodoto.

AD[k] instructiones[l] itinerum[m] pontiúmque[n] etiam diuinas domos, & venerabiles ecclesias[o] tam laudabili[p] titulo libenter adscribimus: quia[q] non est inter sordida munera numeratum.Dat.XV.Kal.Mart.C.P.Asclepiodoto & mariniano Conss.423.

De capitatione.

8. Impp.*Carus* Præsidoro præfecto prætorio.

SAcrosancta[r] Thessalonicensis[s] ciuitatis ecclesia apertè sciat propriæ tantummodo capitationis[t] modum beneficio nostri numinis subleuandum: nec extraneorũ grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis

bil es ob piam causam legatas. Num debebitur æstimatio? negat Baldus *hic.* Demus præteritis vel exheredatis iniustè liberis piam causam esse institutã? Augustinum ita respondentem audiat. Quærat alterum qui suscipiat, non Augustinũ. Imo Deo propicio neminem inueniet qui suscipiat. *August. sermone de vita Clericorum.17.quæst.4.§.vlt.* vt hinc colligat, In bonis testatoris, testatori propinquiores esse liberos quàm Ecclesiã: & in hac specie, Ecclesiam post liberos esse.

a Relinquendi verbum non ad donationes inter viuos pertinet, sed ad testamenta, & si quæ similia iudicia postrema. *ibi, quàm vt supremæ voluntatis.*

b mortuus velle non potest.

c *Nou.22.c.2.* & tamẽ adstrictus institutioni heredis, non collatus in arbitrium heredis, munitus soléni testiũ numero. *Baldus hic.* An ꝑ parte testatus, ꝑ parte intestat⁹ quis ad pias causas mori potest? Bartolus ait. Bald. negat.

d de stylo v. quę dicam .j. *quæ sit longa consuetudo.*

e Baldus videtur legisse liberum *qua de re v. Nou.22.cap.2.*

f martyriũ *l.vl. 9.C. Theo.17.* μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ θαπτέτω νεκρόν. Nullus in ecclesia sepeliat mortuum. Synopsis Basilicon.3. *ti.3. ex lib.5.tit.* 1. eã etiam tẽpli partem intelligit Baldus, quæ clericis adsignata: cui adesse laico non licet.

g sepeliendis.5. *Eclog.3.lib.5.t.1. c.2.* aut humãdis *l.6.C.Theodos. 9. tit.17.13.quæst.2. c.nullus.ca.non æstimemus.*

h An collegiis aut cõtractibus electionib. magistratuũ habendis? An habitationi, in ius vocationi, citationi, præhensioni? *.j. de his qui ad eccles.* Video seruum in iis manumitti posse *.j. de his qui in Ecc. manumitt:* tutorem dari *arg.l.e.3.§.3.D.de tutel.* & iurari *l.13.in f.j. de reb. credit,* protestationem fieri *Nou.115.ca. vlt.* An sentẽtia, an arbitrium, an examinatio testiũ fieri? sic puto, dummodo vsus non repugnet.

i Martyrem *l.7.9.Co.Th.17* λείψανα ἁγίων, id est, reliquias sanctorum 1. *Ecl.cap.5.fol.* .3. *Harmen.3.c.* περὶ λειψάνων ἁγίων.

k contractus ergo irritus, quænam pœna constituta? extraordinaria *Baldus.*

l Imò octoginta, *d.Nou.59.* m vespillones, copiatæ, lecticarij, fossarij, Bargenæ aut Bergenæ νεκροφόροι. *adde Noue.43.Nou.59.* n Corporati, eiusdem corporis & collegij. *v.l.vn.j.de collegiatis.* o vbi est numerus certus, non valet impetratio supra numerũ, vtcunque patrocinio summi viri fiat. p Recepti supra numerũ, non fruũtur priuilegio ordinariorum. q *l.40.Cod.Theodos.16.tit.2.* r Princeps, in dubio, omnia cum consilio agere præsumitur. s omnia sc. ad Ecclesiam pertinentia. t Prædia Ecclesiastica, à sordidis muneribus immunitatem habent *Nouell.131.ca.5 de quib v.l.13.14.15.16.j.de excus.mun.* u Ea sunt, quæ nec certã nec ordinatã formã præstationis habent. *l.10.§.1.§ de annuis.* eo ecclesiæ tenentur, nisi de extraordinario factum sit ordinarium *l.1.inf.j.de ind.* x superindictitiũ *l.40.C.Theod.16.t.2. v.j.de superindicto.* y *v.j.de coll.don.* z al. Ecclesiæ tenentur ad ordinarias præstationes, nec licet abuti nomine Ecclesiæ, euitandorum canonũ causa *Nou.37.* ordinaria igitur iugatio Ecclesiæ non est remissa. *v.l.3.j.de episcop.* Ambrosius de Imperatore loquens, si tributum petit, non negamus: Agri Ecclesię tributũ soluũt. De hac tamen re conqueritur Greg.7.*epist.* ad Theodor.& Theodebertũ Frãcorũ reges.114. Sanè à tributis immunes fuisse sacerdotes apud Ægyp. Iudęos Persas & Gall. in veterũ monumẽtis legimus *Gen.47. Diod.2.1.Esd.7.Xenoph.de vectig.Cæsa.6.de bel.gal.* sic in Bęotia agri deor. excepti erãt l. cẽsoria. quã tamẽ legẽ pub. ad nouos Deos subtiliter ꝑtinere negabãt: eosue qui aliquãdo mortales fuissent.3. *de nat.deor.* Hoc eodem prætextu iidem publicani prope Caystrum, loca quędam lunæ consecrata ad se rapuerunt. *Strabo 14.*

abusione[u] lædendam.Dat.V I.Id.Octobr.CP.Victore V. C. Coss.224.

De decanis seu collegiatis titulo tenus.

9. Impp.*Theo.& Valentinianus* AA.Cyro præfecto vrbi.

QVi sub prętextu decanorum seu collegiatorum, cùm id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus credimus esse obuiandum: ne quis sub[x] specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorum vel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodò collegiati vel decani festinant: Ideóque si quis eorum sub nudæ[y] appellationis velamine collegiatum seu decanũ se appellat: sciat, pro se alium subrogandum[z], qui prædicto muneri sufficiens approbetur: subrogatione videlicet loco memoratorum, vel eorum, qui moriuntur, primatum eius, qui subrogatur, admissa[a] iudicio: ab hac dispositione nemine se excusante sacrosanctarum ecclesiarum ||reuerétia||.D.X.Kal.April.Theodos.X V I I.& Festo Coss.439.

De nauibus & embola.

10. Iidem AA. Florentio PP.

IVbemus[b] nullam nauem[c] vltra duorum milium modiorum capacem ante[d] felicem embolam,[e] Vel publicarum specierum trãsuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ publicis[f] vtilitatibus subtractam, excusari posse. nec si cœleste cõtra proferatur oraculum, siue annotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio, prouidentissimæ legis regulas excusare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus obseruari: vt generaliter, si quid huiusmodi contra[g] ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. quicquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit adtentatum: id nauigij quod excusatur, publicatione[h] corrigimus.Dat.Theod.A.X V I I.& Festo.Coss.430.

De angariis parangariis, & plaustris.

11. Iidem AA.ad Taurum præfectum prætorio.

NEminem ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari pręcipimus, cùm ad felicissimam expeditionem[i] nostri numinis omnium prouincialium per loca, qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi, licet[k] ad sacrosanctas ecclesias[l] possessiones pertineant.Dat.X I I I.Kal.Mar.CP.Valen.A.V.& Anatolio Coss.440.

Confirmatio priuilegiorum ecclesiis concessorum. 1. Abrogatio sanctionum sacris canonibus aduersantium. 2. De salariis quæ de publico ecclesiis præstantur.

12. Imp.*Valentin.& Marcianus* AA.Palladio præfecto prætorio.

PRiuilegia[m], quæ generalibus[n] constitutionibus vniuersis sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ religionis retro principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. 1 ¶Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quæ contra[o] canones ecclesiasticos interuẽtu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare præcipimus. 2 ¶Et quia humanitatis nostræ est, egenis[p] prospicere ac dare operam vt pauperibus alimenta non desint[q]: salaria[r] etiam, quæ sacrosanctis ecclesiis in diuersis speciebus de publico hactenus[s] ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitatíque huic promptissimæ

a & ita, duabus pœnis afficiuntur, excommunicatione scilicet & exilio. b Sacrilegium committit, qui immunitatem Ecclesiæ violat. c *l.46.C.Theodos.de episcopis lib.16.* d quæ fortè obtinuerat tempore tyrannidis *l.16.j.eo.* e *adde l 12.j.eod.Nou.6 cap.1.Nou.83.c.1.Nou.123.* f atqui ad imperatorem eundum videtur? *l.1.j.de legibus.* g *l.52.in fin.j.de episcop.* ad differentiam nouæ *l.4.j. de oper.publ.* est enim duplex Roma *l.vl.j. in quib. caus.pign.7.Eclog.17.c.13.* Constantinopolim Græci vocant νέαν Ῥώμην *Zonar.act.cõsilij Chalced.c.22.*

h *l.45.C.Theodos.16.tit.2.* id est, patriarchatus *l.16.j.eod.*

i Imò, ei antistat *l.24.j.eo.*

k pars legis *6.C.Theodos.tit. de itinere muniẽdo li.15*

l Ecclesiæ à muneribus præsertim sordidis, immunes, εἰμὴ εἰς ἀνανέωσιν γεφύρας καὶ ὁδοστρωσιῶν, hoc est exceptis fontium & itinerũ instructionib. *synopsis Basilic.* 1. *c.5.l.7.j. de oper.pub.l.4.j.de priuilegiis domus August.l.6.C.Theod. de itinere muniendo.No.38.& 149.c.3.*

m ὁδοστρωσιῶν 5. *Eclog.1.c.5.*

n stratarum, *l.6.C.Theodos.15.tit.6.l.4.j.de priuil. dom.August.* murorum ciuitatis, putei publici & similium.

o locupletes scilicet, non si solæ aut destitutæ reditu.

p nõ sordido *.j.e.*

q Pontium & itinerum instructiones non censentur inter munera sordida.

r *pars legis 33.C.Theod. de annona & tributis lib.11.*

s *v.l.12.j.de annonis.*

t Capitationis voce, tributum soli interpretatur Molinęus.

u Priuilegij prętextu, illicitum non debet committi *l.1.j. vbi senatores.*

x *pars l.1.j.de collegiatis.*

y *l.5.ff de iure immunit.*

z Hæc lex non pertinet ad eum qui se fingit clericum: nec enim se decanum mẽtienti, alius subrogari potest, cũ non sit decanus. sensus est, Non seruientẽ Ecclesiæ priuilegio carere, eiusque loco alium subrogari.

a admisso. b *idem l.2.j.de nauibus non excusandis* c *v.l.2.j.de nauibus non excusandis.* d quo'anni tempore fuerit. vide Edictum Iustiniani 13.c.6. e id est, transuectionem specierum publicarum *v.Edict.Iustin.13.* f Publica vtilitas cuilibet priuati priuilegio præferenda. g Rescriptum obreptitium ipso iure nullum. h Ecclesiæ nocet factum priuati. *v.c.76.de reg.in 6 Edict.Iustin.13.c.10.* i Ecclesiæ ab oneribus expeditionis non excusantur *5.Eclog.1.c.7.l.2.j.de quibus muneribus: l.21.j.de cursu publico.* k Ecclesiæ obnoxiæ sunt angariis, & parangariis expeditionis tempore. *synopsis Basil.5.tit.1.c.5.& 7.l.2.j.quibus muneribus, vel præstationibus.*

l & alium quemcunque *d.c.7.* sed nec regiæ domus expeditionis tempore ab angariis & parangariis immunes. *l.21.j.de cursu publico.synopsis Basil.ibid. ex lib.56.tit.17.c.22.* m *l.21.22.Cod.Theod.* de sordidis & extraord. muneribus.11.*ti.*16.& *l.34.& 38.C.Theodos.l.22.§.1.j.de episc.Nou.*131. n Priuilegia quædam generalia esse possunt. o Canones, vbi agitur de re Ecclesiastica, iuri ciuili præferenda.

p Optimi principis officium est, egenis prospicere. q hinc colligunt, Votiuo pauperi alimenta, aut tale quid, vsusfructus nomine legari posse.

r salaria huiusmodi ex vectigalibus suis detracta, per singulas ciuitates Christiani principes alendis Ecclesiæ ministris addixerunt *vt hic.* quæ sublata à Iuliano, Iouianus restituit 4.*Theodoret.4.* Ad eum modũ Numa, Vestalibus stipendium de publico statuit. *Liuius* 1.& Ægypti reges, sacerdotib. Ægypti tertiã vectigalium *Diod.2.* Ita Plato, eos qui Reipublicæ præficiuntur ex publico alendos censet. s Eleemosynę consuetæ præstandæ sunt. Atqui sunt incertæ? non sunt, cum ex consuetudine quæ, & quantæ sint, appareat *l.14.§.1 D.de alimentis.*

per-

a secundi. b ipso iure *l.12.§.1.ȷ.eo.* c Capitulares libri statutorum *c. omnes in f.11.quæst.* d Attentata, alienæ iurisdictionis vsurpatio *v.Paponem 19. Arrest. 3. d' attentat.*

† Quæ hodie immutata duabus authenticis sequentibus.

e Religiosæ personæ etiam solenniter testari debent. f templum martyrum *l.16.ȷ.eo.l.7.C.Th. 9.tit.18.*

perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. AEtio & Studio Conss. 454.

De Statutis & consuetudinibus contra libertatem ecclesiæ, eiusque personas.

Noua constitutio Friderici[a] Imperatoris.

CAssa & irrita[b] esse denuntiari per totam Italiam præcipimus omnia statuta & consuetudines contra libertatem ecclesiæ eiusque personas, inductas aduersus canonicas & imperiales sanctiones, & ea de capitularibus[c] penitus aboleri mandat noua constitutio: & de cætero similia attentata[d] ipso iure nulla esse decernit. si quid contrà fiat: pœnæ, quæ statutæ sunt, imminebunt. Sed si per annum huius nouellæ constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum nostrum imperium impunè ab omnibus occupentur.

De vltima voluntate mulieris Deo dicatæ.

13. Iidem AA. Palladio præfecto prætorio.

GEnerali lege† sancimus: siue vidua, siue diaconissa, vel virgo Deo dicata vel sanctimonialis mulier siue quocunque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis fœmina nuncupata, vel testamento vel codicillo suo: (quod[e] tamen alia omni iuris ratione munitum sit) ecclesiæ vel martyrio[f] vel clero vel monachio[g] vel pauperibus aliquid, vel ex integro vel ex parte, in quacunque re vel specie, crediderit relinquendum id modis omnibus ratum firmúmque consistat: siue[h] hoc institutione, siue substitutione, seu legato, aut fideicommisso per vniuersitatem, seu speciali: siue scripta, siue non scripta voluntate fuit derelictum: omni in posterum in huiuscemodi negotiis ambiguitate submota, Dat. X. Kalend. Maij. CP. Anthemio Cos. & Valent. VIII. 455.

De reb. monach. In auth. de monachis. §. illud quoque col. 1. tit. 5. seu Nouell. 5. c. 5. & Nouell. 76.

INgressi[i] monasteria, ipso ingressu se suáque[k] dedicant Deo. nec [l]ergo de his testantur†: vtpote nec[m] domini rerum.

In auth. de sanctissimis episc. §. si qua col. 9. titul. 6. al. 15. seu Nouell. 123. cap. 38.

SI† qua mulier aut vir, liberis nõ extantibus, monasticam[n] vitam elegerit, & monasterium intrauerit, monasterio[o], quod intrauit, res[p] eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequàm de rebus suis inter eos[q] disponat, monasterium intret: liceat ei postea inter eos diuidere[r], legitima[s] nulli deminuta: & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter eos filios diuidere voluerit: sua persona filiis connumerata, partẽ sibi retineat, quæ monasterio competere debet. Sed si post ingressum monasterij moriatur[t], antequàm inter eos diuidat: filij legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente[u].

De alienatione oppignoratione emphyteusi rerum ecclesiæ. De acquisitione prædij sterilis, aut onerosi.

14. Impp. *Leo*[x] & *Anthemius* AA. Armasio præfecto prætorio.

IVbemus, nulli posthac archiepiscopo in hac vrbe regia sacrosanctæ[y] orthodoxæ ecclesiæ præsidenti, nulli œconomo, cui[z] res ecclesiastica gubernanda mandatur, esse facultatem fundos vel prædia siue vrbana, siue rustica, res postremò immobiles, aut in his prædiis colonos, vel mãcipia constituta, aut annonas ciuiles[a] cuiuscunque suprema vel superstitis voluntate ad religiosas ecclesias deuolutas, sub cuiusque[b] alienationis specie ad[c] quamcunque transferre

g .i. cœtui aut tẽplo monachorũ.
h Relinquimus moriẽtes vel scripto, vel non scripto, idq; vel instituendo, substituendo, legãdo, fideicommittendo.
i vide ad hanc Nou. Socinũ *reg.* 180.
k aliud ante ingressum *Nou. 5. c.5.* & certo casu post ingressum *v. Aut. proximam* Hæc authentica non seruatur in Gallia. monasterium enim non succedit religioso, sed proximiores ab intestato. Quin religiosi non succedunt proximis, nec monasterium eius loco. nec potest secularis factus, successionẽ reuocare. sed nec religiosos liberos, patres tenentur hodie heredes instituere aut legitimam eis relinquere *v. Rebuffum in prohemio constit. glos. 5. num. 20. 21. 22. 23. 24.* Putarem tamen habẽdam eo casu rationẽ extremæ paupertatis.
l De rebus Deo dicatis non possumus testari.
† hoc vt verum sit, vide Authenticam proximam.
m testari nõ possumus de rebus alienis.
† hæc authentica non seruatur in Gallia, vt dixi in superiore authentica.
n quod arctius est, quàm sacerdotiũ simplex.
o vel saltem rei alicuius vsum & defensionem sibi reseruare possunt? vtique, permittente tamen suo vel præposito vel supremo superiore.
p omnes, etiam vsusfructus commoditatẽ & Emphyteuseos priuatæ, immobilia, si modò monasteriorum eorum sit capax (quod in feudis apparet maximè) operarum obuentiones, lucra futura, vt legata & relicta *vide Paponem 1. Arrest. 8. num. 7.*
q non extraneos. hinc Baldus negat, monacho licere vxori dotem assignare, aut ei confiteri, vel de restituendis vsuris cauere.
r Potest igitur monachus testari inter liberos, vt hoc casu ex Nouella Leonis 5. de his quæ adquisiuit post ingressum. Ideoque posse videtur in his substituere. Ad hæc, potest testis esse quoque in testamento, & testamenti executor dari, aut si id ei non licet, executori à consiliis esse *Bald. hic.*
s Monachus liberis relicturus, quàm minus potest, legitimam eis relinquit: quàm plurimum, virilem sibi retinere debet.
t patre monacho, ante diuisionem bonorum præmortuo, liberi solam legitimam deducunt, quibus ideo monasterium fauorabilius videtur.
u non iure hereditario, sed cuiusdam acquisitionis. Inde negant interpretes, monasterium ad inuentarij confectionem adstringi: cùm propriè non sit heres *vide Grassum lib. sentent. §. hered. quæst. 6.* x *Huius legis mentio fit Nou. 7.*
y in maioris Ecclesiæ Constantinopoli. Hoc priuilegium postea porrectum est, ad reliquas maiori subiectas *leg. 17. ȷ. eodem.* & tandem ad omnes Ecclesias *Nou. 7.*
z Oeconomi Ecclesiæ munus id erat, res Ecclesiasticas gubernare *vt hic.* quæ cura post Episcopis ipsis demandata.
a Annonæ, sportulæ, pensiones immobilibus adnumerantur *Nouell. 7. in princip. Nouell. 120. cap. 1.* sic in feudis, feudum de camera, est cum ex arca dominij certum stipendium soluitur: de cauea, cùm ex cellario domini præstantur annonæ. *2. feud. 1. vide Cuiac. 1. Feud. 1. in princip.*
b cuiuscunque *Hal.* Alienationis verbo continetur venditio, donatio, permutatio. Interpretes tamen volunt, Prælatum posse Ecclesiæ præiudicare in adquirendis; non in adquisitis *vide Roland. a Vall. 1. consil. decimoquinto, num. 23.*
c Res ecclesiasticæ immobiles aut quasi immobiles, à nullo, & in nullum alienari possunt.
d putà, cum aliena Ecclesia *Nou. 94. cap. 2.* vel culturæ gratia (Huiusmodi diuisio non est alienatio *l. 38 D. famil. l. 86. in f. D. de l. 2.* vel si priuatus agit ad diuisionem. Necessitas enim probabilem facit diuisionem *l. 27. ff. de manumiss. test.*

personam. sed ea etiam prædia diuidere[d] quidem, colere, augere, & ampliare: nec vlli iisdem prædiis audere cedere. verùm siue testamento quocunque iure facto, seu codicillo, vel sola nuncupatione, legato, seu fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunque vltimo arbitrio, aut certè inter viuentes habita largitate, siue cõtractu venditionis, siue donationis, aut alio quocunque titulo quisquam ad præfatam venerabilem ecclesiam patrimoniũ suum, partémq; certam patrimonij in fundis, prædiis, siue domibus, vel annonis, mancipiis[e], & colonis, eorumq; peculiis voluerit pertinere: inconcussa ea omnia sine vlla penitus immutatione conseruentur. Scientes nulla sibi occasione vel tempore, ad vicissitudinẽ beneficij collocati[f] aut gratiæ referendæ, donandi, vel certè hominibus volentib. emere, alienandi aliquam facultatem permissam: nec si omnes cũ religioso episcopo & œconomo clerici in earũ possessionum alienationem consentiant. ea enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel posthac fortè peruenerint, tanquam ipsam[g] sacrosanctam & religiosam ecclesiam, intacta conuenit venerabiliter custodiri: vt sicut ipsa religionis & fidei mater[h] perpetua est, ita eius patrimonium[i] iugiter seruetur illæsum. 1 ¶Sanè si hæc nostræ perennitatis statuta audaci spiritu & mente sacrilega quisquã œconomorum vel hominum temeranda crediderit: ipse quidem, qui proteruo ausu ecclesiastica prædia donationis vel emptionis seu commutationis‖titulo‖, vel cuiuscunq; contractus alterius nomine (nisi eo modo, quo nunc[k] statuimus) acquirere‖vel habere‖tentarit, omnem huiusmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & pretia quidem & munera[l], quę eius rei gratia data fuerint œconomo, siue aliis quibuscunque personis, ecclesiæ lucris & cõmodis acquirantur[m], prædia autem, & in his omnibus constituta, ab ipsis clericis[n] temporalibus œconomis cũ fructib. seu pensionibus vel accessionib. totius medij tẽporis vindicentur, vt, tanquam penitus à nullo empta vel vendita, teneantur: quia ea, quæ contra leges fiunt, pro[o] infectis habenda sunt. 2 ¶Oeconomus autẽ, qui hoc fecerit, imò fieri passus fuerit, vel quacunque prorsus huiusmodi venditione, seu donatione, vel commutatione (nisi ea, quæ præsenti lege concedimus) postremò in quacunque alienatione consenserit: cõmissa sibi œconomatus administratione priuetur[p], déq; eius bonis, quodcũque exinde incommodum ecclesiæ cõtigerit, reformetur: heredésque[q] eius, & successores, ac posteri super hoc facto siue consensu, competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur. 3 ¶His tabellionibus, qui huiusmodi contractuum vetitorum[r] ausi fuerint instrumẽta conscribere, irreuocabilis[s] exilij animaduersione plectendis. 4 ¶His quoque iudicibus[t], vel ius gestorum habentibus, qui huiuscemodi donationum vel contractuum vetitorum gesta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium spoliatione damnandis. 5 Sanè ne[u] omnis religiosis œconomis commodæ prouisionis via & occasio venerandis ecclesiis profutura videatur exclusa: id, quod vtile plerunque iudicatur, sub cautelæ obseruatione necessariò procedere concedimus, Si[x] quando igitur vir religiosus œconomus huius regiæ vrbis ecclesiæ perspexerit[y] expedire, vt desideranti cuiquam certarum possessionum atque prædiorum (vrbanorum scilicet, siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentium temporalis[z] vsusfructus, possessio pro[a] ipsius petitione præstetur: tũc tẽporis, quod inter vtrosq; cõuenerit, siue[b] in diẽ vitę suę ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cũ eo, q hoc elegerit, ineat œconom⁹, atq; cõscribat: per quę & tẽpus, intra quod hoc prestari placuerit, statuatur: & manifestũ sit, quod quisq; acceperit ab inuicẽ[c] hu-

e rusticis scilicet *arg. l. 6. §. 1. ȷ. de secund. nup. l. 4. §. 5. D. de censib. v. Cuiac. Nou. 7.*
f colorati ita legit Baldus. adde Cuiacium *Nou. 7.* Color hîc plerũque donationi quæritur, vt donari dicatur *ἀντίδωρον*, id est, remunerandi gratia *Nouel. 120. c. 1.*
g intelliguntur ipsa templa *v. Nouel. 7. c. 10.*
h Ecclesia fidei mater *l. 16. inf. ȷ. eod.*
i Patrimonium Ecclesiæ (quantum fieri potest) perpetuum esse debet.
k *.i. ȷ. eod.*
l Cuiacius *d. l.* hoc verbo intelligit *ἀντίδωρα.*
m Illicitè contrahens, pretij soluti (aliud si nõdũ solutum est) amissione priuatur. quod tamen ei ab Ecclesia remitti potest.
n aut, eis tacentibus, à quouis, quin ab ipso œconomo, qui alienauit.
o Quę contra leges fiunt, pro infectis habenda.
p per sententiam. Vnde colligunt, verbum pręsentis & futuri tẽporis intelligi ipso iure: futuri, per sententiam, seu si dicta fuerit sententia. nisi verbo futuri temporis addatur verbum mox, illico, omnimodo vel simile: nisi verbum futuri temporis proferatur à testatore. *Gloss. leg. 16.* in verbo decernimus *ȷ. eodem. Baldus leg. 1. ȷ. de his quæ pœnæ: Gloss. in leg. criminali. ȷ. de iurisdict. l. si quis in tantum C. vnde vi: l. ȷ. de pedaneis iudic. Cremensem singulari. 7. Romanum singulari. 1.*
q Ob rem malè administratam, datur actio in Oeconomum, eiúsque successores.
r scriptor punitur *vide leg. 5. §. 9. D. de iniuriis: l. 15. ȷ. de decurionibus.* Tabellio vetitum instrumentum conficiens, irreuocabili exilio puniendus *vide leg. 16. D. de falsis. Bellouis. 1. capitul. 8. num. 10.*
s Hoc innuit, non omne exilium irreuocabile. *vide Papon. 3. notar. titul. de Rapeau de ban.*
t Iudices & actuarij, contractui vetito authoritatem præbentes, & priuantur dignitate & omnia bona amittunt.
u adde *leg. 24. D. de minoribus. leg. 12. § 1. 6. de admin. tut.*
x hæc verba referuntur *q. 2. c. ea enim. §. si œconomus.*
y In alienatione rei Ecclesiasticę requiritur vt subsit iusta causa: necessitatis scilicet vel vtilitatis: ideóque transactio superioribus causis destituta, redditur inutilis *vide Roland. 1. consil. 16. num. 16.*
a id est, petenti, prędia Ecclesiastica, vrbana vel rustica in temporalem vsumfructum dari possunt *Nou. 7. cap. 4.*
b Vsusfructus temporalis fit, pacto, ad certum tempus, vel ad vitam suscipientis.
c sic restitue ad inuicem. Huiusmodi beneficij gratia prestando quidem, &cet. Porrò, hęc verba innuunt hîc agi de mutuo vsu. vt Ecclesia fundum (fortè remotum) diuiti alicui (cui is proximus est) in vsum vitę dare possit, ea lege, vt vicissim ab eo fundum alium (sibi fortè vicinum) fruendum accipiat, *Nou. 7. c. 4.* ibi ἵνα ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀντιδοῦναι ἐκκλησίᾳ.

a mutui scilicet. b placitum temporum proprietate ad dominium, &c. *Hal.*
c quantam acceperat reditus, &c. *Hal.*
d 10. *quæst. 2. c. ea enim.* id specialiter Ecclesiæ constitutione concessum fuerat *l. 14. ꝟ. eodem.* e Nullus locus religiosus alienari aut pignorari potest.
f *subaudi* sine solennitate. de quo vide Socinum regula 110. g Ecclesia rem immobilem ab Imperatore acceptam alienare ac pignorare non potest, etiam alteri ecclesiæ *v. Nou. 120. c. 7.*

iusmodi beneficij [a] gratia præstando quidem ecclesiastici prædij pro tẽpore vsumfructum, post statutum autẽ tẽpus & placitum [b], ipsorum redituum proprietate ad dominiũ & ius ecclesiasticum recurrente firmiter: ita sc. vt siue cõpleto spacio, quod fuerit inter eos cõstitutum, siue mortis suæ tẽpore (si hoc quoq; conuenerit) is, qui possessionẽ ecclesiasticã & certorum redituum vsumfructũ habendi gratia interueniente pacto susceperit, non minùs quã alterius tantæ quantitatis, quantæ [c] acceperit reditus, cũ ipsorum prædiorum dominio & reb. immobilibus, eorumq; colonis & mancipiis ecclesiæ derelinquat. nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere, sed possessionẽ ecclesiasticã, tanquã nullo iure transcriptam, in iure ipsius atq; dominio permanere, & ab ecclesiasticis œconomis vindicari. D. G. P. Iordane, & Seuero Coss. 470.

In auth. de non alienandis aut permutandis §. nos igitur col. 2. tit. 1. seu nou. 7. c. 1. & in auth. de alienat. & emphyt. §. hoc etiam super ipsis. §. hoc ve. Iubemus col. 9. tit. 3. seu no. 120. C. 6. & 7.

HOc [d] ius porrectum est ad omnem [e] venerabilem locum, omnéque collegium, quod actio pia constituit: vt nec res eorum pignorentur [f]. Et hoc perpetuò seruetur in his rebus immobilibus, quæ [g] ab imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris [h] eatenus excipitur, si debitum vrget. Quod si ex mobilibus solui nõ possit: primò † res immobiles specialiter dentur pignori: quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem, quàm in vsuras vsq. ad quartam [i] centesimæ. Quod si [k] nolit creditor ita accipere: tunc ordinator [l] domus apud eum, à quo ordinatur, habitis [m] absque dispendio gestis, inter [n] (maiore parte ibidem seruientium [o] consentiente) & debitum existere. nec ex mobilibus [p] solui posse. quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesiæ [q] venalem esse publicè [r] notum sit: vt plus offerenti [s] detur, precio [t] modis omnibus pro debito dando. aliter [u] .n. res emptori non cõceditur. & hoc inscribatur [x] nihil esse factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore verò nõ inuento, res æstimata districtè creditori detur in solutum, addita [y] in precio vniuersæ æstimationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium. Sit tamen ea res mediocris [z] inter cæteras, inspecta ipsius qualitate [a] & quantitate & onere. Et is creditor hîc intelligatur, qui, quod credidit, probat [b] in vtilitatem diuinæ domus processisse.

In auth. de non alienandis aut permutandis. §. sicut autem col. 2. tit. 1. seu Nouell. 7. c. 12.

SIcut [c] alienatio rerum ecclesiæ interdicitur: ita prohibetur, ne qua sterilis [d] ei detur [e] possessio, aut alioqui onerosa, veluti fiscalium nomine vel onere.

In auth. de non alien. §. quia vero cognouimus col. 2. tit. 1. seu Nouell. 7. c. 11. & in auth. de alien. & emph. §. & quoniam. col. 9. tit. 3. seu No. 120. c. 7.

MVlto [f] magis prohibetur ipsius monasterij alienatio, qua redeat in antiquum statum, & secularem vsum.

In auth. de alien. & emph. §. si verò non sint versi. œconomis col. 9. tit. 3. seu Nou. 120. c. 5.

QVibuscunque [g] modis hoc ius aliis permittitur: interdicitur certis personis, res huiusmodi accipere, vt œconomo, eiúsque cognatis alioqui bona eorum & œconomorum, & ordinatorum, quibus coniuncti sunt, post mortem eorum peruenient ad ecclesiam, de qua rem acipiunt.

In auth. de non alien. aut permut. §. quia verò Leonis col. 2. tit. 1. seu No. 7. c. 5. & col. 9. tit. 3. de alien. & emph. §. Si verò præter hæc seu No. 120. c. 11.

QVi res iam dictas non [h] gratuito alienationis titulo citra [i] formam legis [k] accepit: rem quidem cũ omni incremento medij temporis restituat: eius autem, quod dedit, nullam actionem

immobilem ab Imperatore acceptam alienare ac pignorare non potest, etiam alteri ecclesiæ *v. Nou. 120. c. 7.*
h Ecclesia res immobiles à priuato acceptas alienare potest, si debitum vrget. † *adde l. 12. in fi. ff. de religiosis.* In alienationib. rerũ Ecclesiasticarum alia solẽnitas hodie seruatur *D. de Roga. decisione 135. Rebuff. in proœmio constitut. gloss. 5. num. 25. & in compendio alienationu rerum Ecclesiasticarum.*
i Quarta centesimæ, est quadrãs, vsura leuissima: vt si soluatur annuatim *trois pour cent.* quadringentesima pars sortis quolibet mense.
k Sublata spe quæstus, languẽt commercia *l. 8. ꝟ. de rescind.*
l vel eius loco procurator specialis, aut cum libera, aut certi negotij. Is enim potest accipere, si negotium aliter explicari non potest *Bald. hîc.*
m hodie etiam in Francia scriptura adhibetur ab initio *Rebuffus in compendio de alienatio. rerũ Ecclesiasticarũ nume. 10.*
n Rebuffus negat hodie requiri iuramentum ordinatoris *cap. 1. de rebus Ecclesiar. non alienand. in 6.*
o seu capituli *d. cap. 1. vide Rebuffum ibidem num. 17.* vel episcopi. Cuius? vtriusque: & eius in cuius diœcesi res sita est, & eius in cuius diœcesi ipsi contrahentes viuunt *Rebuffus ibidem num. 22.*
p quo nomine intelliguntur actiones & nomina ex re mobili non immobili prouenientia *Baldus hîc.*
q de cuius vtilitate agitur. Interpretes tamen volunt, vnitis duabus Ecclesiis, fundum vnius pro alterius vtilitate distrahi posse *v. Bal. hîc. v. quæ scripsi ad l. 12. ꝟ. de prædiis & aliis rebus minorum.* r Subhastationes bonorum Ecclesię fieri debent *arg. l. 4. ꝟ. de fide & iure hastæ:* per viginti dies *vt hîc: Rolandus à Vall. 1. consil. 33. num. 13.* quas tamen Rebuffus *d. l. num. 20.* negat requiri de iure Canonico.
s Plus licitanti, *au plus offrant & dernier encherisseur* res addici solet *l. 4. ꝟ. de fide & iure hastæ.* t .i. ea lege, vt precium acceptum creditoribus Ecclesiæ numeretur.
u Emptor rei Ecclesiasticæ curiosus esse debet, quo precium vertatur: *facit l. 3. §. 9. in fin. D. de in rem verso: leg. 15. §. 13. D. de reb. cred.* x auctarij vice, ad emptoris securitatem. puto itaque sicubi maximè, scripturam in huiusmodi alienationibus requiri. y An id æquum aut licitum iure poli? vide quæ notaui ad *Nou. 120. cap. 6. in fin.* z quid si alienari prohibita? *v. Nou. 120. c. 9.*
a Rei æstimatio qualitate, quantitate, & onere iudicatur. b quod in dubio prę̨sumitur ex confessione Episcopi & Capituli. aliàs qui emit ab Ecclesia, qui eidem credit, numerationem factam & conuersionem pecuniæ in vtilitatem Ecclesię tenetur probare *Bald. hîc.*
c Quid si nuncius Ecclesiæ pecuniam amisit? non est periculum emptoris *lege 31. ꝟ. de rebus credit.*
d aut damnosa.

e fingamus hereditatem damnosam ab Ecclesia aditã, nõ confecto inuentario: non tenebitur vltra vires hereditarias *Bal.* f Res ad Ecclesiam pertinentes prohibentur alienari, ergo multò magis ipsa Ecclesia. Propter Ecclesiam res vetãtur alienari, multò magis nõ alienabitur ipsa Ecclesia. Potẽtior .n. est prohibitio in causa, quã in causato.
g Sensus est, certis casibus res Ecclesiasticæ à quouis emi aut conduci possunt. at non ab œconomo eiúsque cognatis. quin, minùs ab illo, quã ab eius cognato: & meritò, nam alienatio facta per prælatum in consanguineos, non præsumitur facta in vtilitatem Ecclesiæ, sed ipsorum consanguineorũ *v. Alc. 1. præsumptio 29.* Et tamẽ si tutori res pupillares licet vendere, easdem eidem emere licebit, sed & eius vxori *l. 5. ꝟ. de contrahend. emptio.* Baldus addit, Episcopo permitti beneficiũ conferre adgnatis.

contra venerabilem locum [l], sed aduersus eum [m], qui alienauit, habet. Donatarius [n] autem & rem cũ omni causa & fructum restituat, & aliud tantundem. Creditor quoque, restituta re pignorata crediti actionem contra solu pignoris datorem habeat. Emphytheusis acceptor & ab ea cadat. nec, quod dedit, repetat: imo statim soluat, quod soluturus esset vnoquoque anno, si iure contraxisset. sed melius dicitur, omnimodo denegandas esse actiones huiusmodi acceptori.

In auth. de alien. & emph. §. si vero quædam sunt col. 9. tit. 3. seu Nou. 120. c. 1.

SI quas ruinas habent memoratæ diuinæ domus quas reædificare non valent, & hæ in emphyteusin dentur perpetuam [o]: emphyteuta vsuro materia habitationis depositæ domus: vt pensio diminuatur in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur: aut primitùs eo reædificante, ex adiectis illi per æstimationem pensionibus, medietas detur religiosæ domui. nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pensio.

In auth. de non alien. §. quia vero Leonis col. 1. tit. 2. seu Nou. 7. c. 3. & in auth. de alien. & emph. §. & hoc quidem vers. licentiam col. 9. tit. 3. seu Nou. 120. c. 6.

PErpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege [p], iurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem diuinæ domus effici: solito reditu ipsius rei, qui fuit, cũ [q] diuino iuri dedicaretur, non minuendo nisi in sextam partem: aut, si [r] ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. Quòd si res preciosa [s] quidem est, parum tamen, aut nihil præstat pensionum: res subtiliter æstimanda est, vt ex hac pensio iusta constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus.

In auth. de non alien. & perm. § Sinimus igitur col. 2. constit. 1. seu Nouell. 7. c. 2.

SEd & permutare [t] principi [u] licet pro re maiori, meliori, vel æquali, si respublica hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedente.

In auth. constitutio quæ ex adscriptitio §. quia igitur col. 5. titul. 9. al. 7. seu Nou 54. c. 2.

ITem sibi inuicem rectè permutant [x] cũ vtriusque indemnitate eorum sc. consensu interueniente, qui supra referuntur.

In auth. de ali. & emph. §. Si vero quis de prædictis col. 9. titul. 3. seu Nouell. 120. c. 7.

ITem prædium propter onus [y] fiscale inutile alienatur, gestis (vt supra) conficiendis, eorum iuramento præstito, id est, quòd alia de causa non alienatur, nisi vt immunitas eiusdem venerandæ domus seruetur.

Non soluens canonem per biennium vel rem deteriorem faciens priuatur emphyteusi.

In auth. de alien. & emphyt. §. Si vero quis aut locator col. 9. tit. 3. seu Nou. 120. c. 8. & de non alienan. §. scire col. 2. tit. 1. seu Nouell. 7. c. 3.

QVi [z] rem huiusmodi conductam vel in emphyteusim acceptã fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per bienniũ [a] non soluerit [b]: hac lege repelli [c] potest [d] vt tamen soluat totius temporis pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat, non [e] repetiturus, si quid impendit, nomine meliorationis.

In auth. de alien. & emph. §. Si vero aliquis voluerit col. 9. tit. 3. seu Nouell. 120. c. 2.

HÆc vsus præstatio locum habet in omni domo religiosa: quo finito, res vtraque pleno [f] iure perueniat in domum iam dictam: nec tributis quidem grauata maioribus sit ea res, quæ datur inuicem, & eiusdem reditus sit.

h Non gratuitò res alienatur, cũ discutitur.
i Res illicitè distrahitur, quoties cessat causa vel forma requisita in alienatione. k *14. sc. ꝟ. eo.*
l nisi facta sit locupletior.
m i. aduersus administratorem.
n Nota de his actibus præsertim quæri in rebus Ecclesiasticis, de donatione *vt hîc* de venditione, *ꝟ. eo.* de mutuo *vers. cred. ꝟ. eo.* emphyteusi *ver. emphyteusis. ꝟ. eo.*
o Domus ruinosa Ecclesiæ in perpetuam emphyteusim dari potest. Imò in tertiam generationem tantùm *Nou. 7. c. 3. v. d. c. 3. v. Nou. 120. c. 1. in fin.*
p *14. ꝟ. eo.*
q Hic casus referendus est ad res Ecclesiasticas, quarum reditus solo tẽpore, non clade aliqua diminutus est. De analogia iusti pretij fundorum & redituum, vide Molineũ *tracta. de vsur. quæst. 5. num. 113.*
r Non hîc agitur de remittendo colonis reditu ob cladem: agitur potius de locanda re Ecclesiastica, clade aliqua diminuta.
s Res pretiosa hîc dicitur, cuius reditus idem est qui ab initio.

t Rei Ecclesiasticæ certis casibus dominium permutari potest, *vt hîc.*
u Id est, cum Imperatore.
x Ecclesiæ sc. dominium.
y Prędia propter onus fiscale Ecclesiæ inutilia reddi possunt.
z id est, quicunque, siue priuatus, siue alia Ecclesia.
a continuum sc. Triennium expectandum est inter priuatos *Nou. 7. c. 3.*
b Quid si læserit? Baldus præsenti vsu non perpetuò priuari posse putat, *lege tertia infra de locato.* Lęsionem intellige, non modicam, circa proprietatem, dolo vel lata culpa datam. Quid si ignoret colonus viuat necne? pensio tamen Ecclesiæ soluatur ab eius procuratore? Is expelli non poterit, nisi probata coloni morte, saltem per famam aut coniecturam. præsumitur enim quis viuere *v. Alciat. 1. præsumpt. 44.*
c Qui re malè vtitur ea expelli potest, quod in Gallia locum non habet *v. quæ notaui ad l. 2. ꝟ. de iure emphyteu.* d nisi intra modicum tempus moram purgauerit. modicum, putà diei vnius *Bald.*
e *l. 2. C. de iure emphyteutico. Nou. 7. c. 3. Nou. 120. c. 8.* aliàs si non fuisset in culpa, repetiturus *l. 3. C. de iur. emph.*
f id est, directò.

a Contij interpretatio. Hanc autem legem edidit Antonius Augustinus. Aliam editionem habet Cuiacius 12. *obseru.* 28. sumptam *ex 3. Eclog. 3. fol. 35.* b ὁ συςησάμενος δωρεαςικὸν &c. Qui donationis instrumentum confici curauit ad exstruendum vel oratorium, vel xenonem, vel nosocomium, promissa, per episcopos & œconomos exigantur: nihilominus tamen arbitratu suo rem administret. *3. synopsis Basilic. 3. ex tit. 5. c. 8.*

15.[a] Imp. *Zeno.* **

Si quis donauerit oratorij seu xenodochij aut nosocomij, an ptochij construendi causa.

SI[b] quis donauerit aliquam rem mobilem vel[c] immobilem vel se mouentem aut ius [aliquod] personæ martyris, aut prophetæ aut angeli, tanquam ipsi postea oratoriũ ædificaturus, & donationem insinuauerit[d] apud quos necesse est: cogitur opus, quamuis[e] nondum inchoatum fuerit, perficere per se vel per heredes, & perfecto operi dare ea, quæ donatione continentur. Idem & in Xenodochiis, & Nosocomiis & Ptochiis obtinet, licentia danda episcopis & œconomis conuenire ipsos. His verò adimpletis administratio secundum ea, quæ his, qui liberalitatem exercuerunt, visa fuerunt, & secundum præscriptos fines fiat.

Rescisio eorum quæ tempore tyrannidis fuerant innouata.

16. Iidem AA. Sebastiano [f] PP.

DEcernimus vt, antiquatis ac infirmatis funditus his, quæ contra ipsum orthodoxæ religionis Deum quodammodo[g] facta sunt, in integrum restituantur vniuersa, & ad suum ordinem reuocentur, quæ ante professionẽ[h] nostræ mansuetudinis de orthodoxæ religionis fide, & sanctissimarum ecclesiarum & martyriorum statu firmiter obtinebant[i]: his, quæ contra hæc tempore[k] tyrannidis[l] innouata sunt tam contra venerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus episcopus patriarcha nostræ pietatis pater Acacius[m], quã contra cæteras, quę per diuersas[n] prouincias collocatæ sunt, necnon & reuerendissimos earum antistites, seu de iure sacerdotalium creationũ, seu de expulsione cuiusquam[o] episcopi à quolibet his tẽporibus facta, seu de prærogatiua in episcoporum concilio vel extra concilium ante alios residendi, vel de priuilegio metropolitano vel patriarchico[p] sub iisdem impiis temporibus, penitus antiquandis vt, cassatis[q] & rescisis, quę per huiusmodi sceleratas iussiones aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias siue formas subsecuta sunt, quæ à diuæ recordationis retro principibus ante nostrum imperium, & deinceps à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super[r] sanctis ecclesiis & martyriis & religiosis episcopis & clericis aut monachis, inuiolata seruentur. Sacrosanctam quoque huius religiosissimæ ciuitatis ecclesiam, & matrem nostræ pietatis & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & eiusdẽ regiæ vrbis sanctissimam sedem, priuilegia & honores omnes super episcoporum creationibus, & iure ante[s] alios residendi, & cętera omnia, quæ ante nostrum imperium vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus & sancimus. Dat. 16. Kal. Ian. Armatio v. c. [t] Conss. 476.

De alienatione, oppigneratione & emphyt. rerum Ecclesiæ.

17. [u] Imp. *Anastasius.*

PRiuilegia magnæ ecclesiæ Constantinopoleos[x], & sub ipsa administratarum & sustentatarum venerabilium domorum custodiuntor. 1 ¶Aliæ autem ecclesię & monasteria & ptochia & xenodochia & orphanotrophia eiusdem ciuitatis & confiniorum eius, & quæ sub ordinatione episcopi eiusdem sunt, quíque ab eo ordinantur metropolitæ, aut qui ab illis, immobile quid aut ciuiles[y] panes ne alienanto, nisi vtilis sit venditio aut hypotheca aut permutatio aut perpetua emphyteusis, hoc est, quando pretiũ eius, quod venditur[z], aut mutuum, quod sub hypotheca sumitur, profuturum est ad liberationem debiti ex successione contracti, aut ad vsus alios necessarios loco venerabili impendentes, aut ad aliam magis necessariam rem redimendam[a] aut ad imminentem venerabilis domus restaurationem. &, si permutationem[b] faciant, eam faciant cũ[c] re magis necessaria, & reditum non minorem eo, quod datur, habente, & emphyteusim[d] quoq; [faciant] absque reditus diminutione, aut de re seu possessione minus idonea [seu fœnea][e] nam quæ ob sterilitatem damnosa sunt, donari[f] & concedi possunt. 2 ¶Id verò, quod gestum erit, non aliter valeat, nisi vna ex supradictis causis in actis manifestetur, Byzantij quidem apud Magistrum[g] census[h], in prouinciis autem apud defensores[i] [ciuitatum] propositis sanctis scripturis[k], & pro ecclesiis quidem, pręsentibus œconomis[l], & qui in his morantur clericis, pro monasteriis autem præsentia requiritur Abbatum, & cæterorum monachorum, pro ptochiis verò administratoris, & ministrorum, & pauperum, pro xenonibus autem administratoris, & omnium, qui inuenientur, ministrorum gubernationis, & similiter in orphanotrophiis obseruator: ita vt obtineat quod pluribus placuerit, consentiente etiam episcopo locorum, in quibus consuetum est fieri. Non valente Magistro census aut defensore se excusare, quominùs suscipiant ac comprehendant venerabilem domum, in qua talis conficitur actio indemniter, & defendant ipsam. subiiciantur enim, ob prætergressionem, pœnæ auri librarum viginti. Et post hæc fiant instrumenta mentionem facientia causarum, & monumentorum confectionis, & appellationis[m] eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta sunt.
3 ¶Si quid autem supradictorum prætermissum fuerit: tã fœnerator,[n] quàm emptor excidat ipsa re & credito & pretio: qui verò in permutationem accepit, & id[o], quod dedit, & id, quod cepit amittat: qui verò in emphyteusin super[p] propriam vitam accepit vel donationem vel concessionẽ prohibitam, reddit quod accepit, & quantitatem alteram, quanti est id, quod datum est. 4 ¶Locum autem habent prædicta & in futuris ecclesiasticis rebus, & in præteritis[q] aut præsentibus. 5 ¶Existentibus autem rebus mobilibus extra[r] sacra vasa, & sufficientibus ad dictas causas, cesset necessariarum immobilium rerum, & panum[s] tam alienatio quàm hypotheca.

De reditu eccl. const ant. assignato vt exequiæ gratis fiant.

18. [t] Imp. *Anastasius.* [u]

MAgna, &c. Constitutio adsignat magnę ecclesiæ Cõstantinopoleos, septuaginta librarum auri reditum, eam ob causam, vt scilicet exequiæ[x] sine sumptu & gratis fiant in vrbe Constantinopolitana, & vsque ad nouos[y] muros, & Blachernas[z]. Nam Sycæ [seu Sycorum[a] transitus] pars sunt ciuitatis. Statuit contra delinquentes, pœnam quinquaginta auri librarum.

De insinuatione donationis.

c nota hæc rerum genera κίνητον ἀκίνητον, αὐτοκίνητον, δίκαιον. quibus addi cupio quod scripsi *ad l. 93. ff. de verb. sign. adde l. 30. ff. de vsurpat.*
d Instrumentum insinuatæ donationis Gręci δωρεαςικὸν vt ὠνητικὸν instrumẽtum emptionis *v. Cuiac. d. loco.*
e Res ita habet, Olim donatio re perficiebatur, hodie consensu *le. 30. D. de donationibus* sine acceptione non est *l. 8. §. 3. D. de bon. libert.* & in illo loco Terentij. Dos Pamphile est, decem talenta. Pamph. Accipio. Nisi dixisset, *Accipio*, dos non esset, inquit, Donatus. Debet igitur donatarius scire rem sibi donatam. Et hoc est, quod Græci dicunt donationem μονομερῶς factam non valere, excepto tamen casu huiusce legis, quo donatio facta (insinuata tamen) valet κατὰ μονομέρειαν *v. Cuiac. d. loco.*
f *v. quæ scripsi ad l. 9. j. de incestu.*
g id est, quocunque modo.
h profectionem. & rectè, intelligit autem suum profugium in Isauriam metu Basilisci.
i *l. 22. j. de episcopis.*
k De tyrannis hoc notatu dignum, sub Gallieno & Valeriano triginta Tyrãnos Imperiũ Romanum dehonestasse & hinc inde discerpsisse. Valeriano ipso, bellis Persicis occupato: Gallieno eius filio abdomini & ventri ita nato, vt dies ac noctes vino & stupris perderet orbem terrarum, vt vel mulieres eo melius imperarent. *Trebellius Pollio in Gallien.* & 30. *Tyrannis.* Aliis quoque temporibus, sui hoc est alij quoque Tyranni fuere: de quibus *v. 2. Euagr. 7. & 16.*
l *l. 6. s. eode.* Leo intelligit *Basiliscum*, qui ferè biennio Orientis imperium tenuit, & in eo Chalcedonense consilium ac Leonis tomum condemnauit, missis ad vniuersos episcopos litteris, quas συλλαβὰς ἐγκυκλίους Euagrius & Nicephorus vocant. Acacio patriarchæ Constantinopolitano multas subditas prouincias ademit, parúmque abfuit quin ipsum expelleret. Suidas *in voce βασιλίσκος* quemadmodum multos etiam Episcopos ex variis vrbibus expulit. sed opera Armatij, Basilisco expulso, Zeno imperiũ recepit *v. Nicephorum Euagrium scholasticum 2. c. 3. & sequent. Theodorum anagnostem, li. 2. Zonaram in Basilisco, Procopium, Iordanum,* & hanc legem constituit, qua infirmãtur acta Basilisci. De tyrannide Basilisci *adde l. vlt. j. de incestu.* De tyrannide Odenati *v. l. 4. C. de ingen. manum ss. Trebell. Poll. in Odenato & Zenobra.* Auidij & Cassij *l. 7. j. ad l. Iul. maiest.* Licinij *l. 1. C. Theod. de infirmandis his quæ sub tyrannis.* Maximi *l. 7. C. Theodos. d. ti.* Herculiani *le. 13. Cod. Theodos. ibid.* De Totila *adde Pragmatica Iustiniani c. vlt.* his adde Bartoli tractatum de tyrannia: & Baldum hîc explicantem qui sint tyranni *vide Cuiac. 3. obseru. 19.*
m patriarcha Constantinopolitanus, de quo superius dixi. n epistolas ἐγκυκλίους intelligit, de quibus dixi s. o id perpetrauit Basiliscus apud Antiochiam, Alexandriam, Ephesum, Tarsum, Chalcedonem, Hierapolim, Constantinam, Theodosiopolim, Mopsuestiam. p prærogatiuam vocat lex 6. s. eo. Ea adsidendi & procedendi ante alios fuit. j. eod. vnde προεδρία etiam dicitur. Cedebat vni Romano Constantinopolitanus *Nou. 131. c. 2.* Differt autem priuilegium Patriarchę à priuilegio metropolitani. Sunt autem inferiores metropolitani patriarchis siue archiepiscopis, superiores tamen sunt episcopis *v. Cuiac. hic.*
q adde Authent. cassa & irrita s. eo. Hinc Baldus, Omnia facta tempore tyrannidis iusto domino adueniente, cassari debent. Baldus *hic*, & Rolandus à Valle 1. *con. 4. nu. 24. 25.* negant Tyrannum præscribere posse dominium: seu dominium tyrannicum præscribi posse. Eodem modo intrusi nunquam præscribunt beneficium 12. *q. 2. c. alienationis*, minùs legitimè quæsita dignitas vel officium etiam non præscribitur *l. 55. j. de decurionib. adde l. 11. j. de liberali.*
r valent tamen emancipationes, donationes insinuatæ, venditiones, sententiæ, arbitria, compromissa, pactiones, professiones, deposita, & similia tempore tyrannidis facta, de quibus *v. l. 9. C. Theodos. de infirmand. his, &c. lib. 15. tit. 14. Bald. hic*, etiam de statutis processibus & iudiciis & contractibus & testimoniis, de electionibus Prælatorum factis sub tyrannide agit. Valent etiã pręscriptiones: cuius rei extat elegans exemplum apud Cic. 2. *officiorum vbi de Arato sicyonio loquitur: cuius meminit Plutarchus in Arato.* Aliàs, quæ tyrannidis tẽpore gesta sunt, tyrannide sublata, nũllius sunt momẽti. vnde dicendũ videtur Ciuitatẽ belló captam, si libertatẽ suam recuperauerit, recuperare sua pristina iura, nomina & actiones ab ipso tyranno in alium, tempore tyrannidis trãslatas. de quo v. Fabium 5. c. 10. *Hot. quæst. 5.*
s dixi de Patriarchio s. eo.
t adde & Basilisco. sed hîc in fastis omittitur vt tyrannus, & quod eius memoriam damnauerit Zeno. Quod accidit etiam Eutropio sub Arcadio & Honorio *l. 17. Co. Theod. de pœn.* & Heracliano, sub Honorio, & Theodosio *l. 13. C. Theod de infirm. his quæ sub tyrannid. gesta sunt. l. 21. C. Theod. de pœnis: v. Cui. 3. obs. 19. & 16. obser. 14.*
u Interpretatio Contij. Huius legis meminit *Nouell. 7.*
x *v. l. 14. s. eodem. No. 7. in princip.*
y πολιτικῶν σιτήσιν.
z Res ecclesiastica vendi aut pignorari iustis de causis potest.
a putà captiuos *Nou. 120. c. 2.*
b Res ecclesiæ permutari potest, si id Ecclesię vtile est.
c Qui rem magis necessariam, aut reditus non minoris adquirit, non læditur.
d Res Ecclesiastica in Emphyteusim dari potest *Nouell. 7. cap. 3.*
e ἢ παντελῶς ἀπόρου ὄντος. hinc fœnea possessio. ἄπορός τις κτῆσις *vide Nouellam 7. cap. 2.*
f Res ecclesiasticæ interdum dari possunt, vel saltem non admitti *Nouella 7. cap. 12.*
g *de quo vide Nouell. Leon. 44.*
h Insinuationes fiebant apud magistrum census.
i *vide infra de defensoribus ciuitatum.*
k de hac consuetudine alibi dicam.
l Nota de œconomo Abbate, & administratoribus ptochij, xenonij, & orphanotrophij.
m προσηγορίας.
n creditor, δανειςής.
o *adde leg. 2. §. 4. D. de administr. tut.*
p nota de emphyteusi accepta, ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωήν.
q *vide leg. 7. j. de legibus.*
r si res ecclesiasticas vendi necesse est, inchoandum à mobilibus, exceptis vasis sacris, aut sacra suppellectile. nec igitur sacra vasa poterunt pignorati? Imò possunt apud Gallos, etiam à manacho, ignorante, & inuito Abbate *vide Paponem 1. Arrest. 1. Arrest. 8.* 10.
s ciuilium scilicet *vide in princip. supr. eodem.*
t Interpretatio Contij.
u *Nouella 59.*
x Exequiæ sine sumptu & gratis fieri debent *vide Nouell. 59. capitul. 13. quæstion. 2. cap. quæsita. cap. postquàm, & sequent. v. Tertull. cap. 13. Apologetici.*
y *de quibus vide leg. 8. infr. de operibus publicis.*
z nouum palatium Constantinopolitanum. vnde Blachernensis portus, Blachernense templum. *Cedrenus in Michaele Balbo*, Blachernense suburbium *Nouell. 158*, malè apud Vuillelmum Tyrium *2. de bello sacro 7.* Blasquema.
a Is locus hodie Pera appellatur *vide Nouell. 59. capitulo quinto.*

a quid in liberatione sortis, non vsurarum? Quid in remuneratione iuris quæsiti, non quærendi? idem dicendum. At non idem in donatione facta, ob præmium emancipationis, & meritum specialiter expressum, & confessione iudicialiter facta coram iudice insinuationis. Quid si donator renuntiauit insinuationi, aut iurauit ratum habiturum donationem, non insinuatam? hoc non proderit donatori: nam qui ita iurat aut renunciat, donat.

b vt est redéptio captiuorum *l. 36. j. de donat.* Porrò de priuilegiis piæ causæ *v. hic Bart. & Bald. Socinum reg.* 310. *vbi enumerat 62. priuilegia piæ causæ: Tiraquellũ in tractat. piæ causæ vbi plura hoc est* 167. *priuilegia enumerat Grassũ lib. sentent. §. testamentum quæst.* 17. 18. 19.

c id est, insinuatæ.

d donatio ecclesiæ, vel pauperibus vsq; ad 500. aureos facta, valet, etiam nõ insinuata. Iam fingamus ita donatum, 40. ex fundo A. ducenta ex fundo B. tricenta ex fundo C. dono. Huiusmodi donatio, estne insinuanda? Si coniunctas summas inspicimus, erit insinuanda, quod vult Bart. & Bald. sin minus, non erit insinuanda, quod vult Speculator. Prior sententia vera est, idque propter actus vanitatem, & fraudis vitationem.

e nota piarum causarum genera.

f *l. 22. j. eo.*

g citra *Hal.* adde *l. 36. j. de donat.*

h nisi in fraudẽ alterius factæ: possunt enim reuocari, vtcunq; sint insinuatæ.

i *v. l. 34. j. de dona. vide Nou. 52. c. 2.*

k Donatio facta pauperibus non aliàs valet, quàm si facta sit prçſẽti aliud qui donationem pauperũ nomine ratam habeat. *v. Socin. reg.* 107.

l iudicis ordinarij, sc. cuius tamen decretum non est necessarium *vide Nouel.* 15. *c.* 3.

m adde & redẽptione captiuorum, vt & eorũ qui sunt in carcere, quibus facta donatio, etiam vltra 500. solidos, valet sine insinuatione *l. 36. j. de don.*

19. Imperator *Iustinianus* A. *Mennæ* P.P.

ILlud, quod ex veteribus legibus (licet obscurè positis) à quibusdam attentabatur, vt donationes[a] super piis[b] causis factæ, licet minus in actis intimatæ[c] essent, tamen valerent, certo & dilucido iure taxamus. vt in aliis quidem casibus iura vetera super intimandis donationibus intacta maneant. si quis vero donationes vsque[d] ad quingentos solidos in quibuscunque rebus fecerit, vel in[e] sanctam ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium, vel in gerontocomium[f], vel in brephotrophium, vel in ipsos pauperes, vel in quamcunque ciuitatem: istæ donationes etiam circa[g] actorum confectiones conualescant[h]. sin verò amplioris quantitatis donatio sit: (excepta[i] scilicet imperiali donatione) non[k] aliter valet, nisi actis[l] intimata fuerit. nulli danda licentia, quacunque alia causa, quasi pietatis iure subnixa, præter[m] eas, quas specialiter[n] exposuimus, introducenda, veterum scita super intimandis donationibus permutare. Dat. 528. Cont.

De annona militari.

X X.[o]

NEc[p] ex sacra forma vel archiepiscopi[q] iussu annona militaris[r] ad oratoria, vel clericos, vel monasteria transferatur, quasi deficientibus numero corporibus.

Sequitur alia epitome à Contio in hunc codicem relata.

20. Imp. *Iustinianus* A.

NEque[s] per sacras formas, neque per iussionem magistratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut clericos.

De alienatione rei sacræ.

21. Idem A. Demosthenī prçfecto prætorio.

SAncimus[t], nemini licere, sacratissima[u] atque arcana vasa, vel vestes, cæteráque donaria, quæ ad diuinam religionem necessaria sunt, (cùm etiam veteres leges ea, quæ iuris diuini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere: sed ab his, qui hæc suscipere ausi ferint, modis omnibus vindicari tam per[x] religiosissimos episcopos, quàm per œconomos, necnon & sacrorum[y] vasorum custodes: nulla eis actione relinquenda, vel super recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ sunt: sed, omnibus huiusmodi actionibus respuendis, ad restitutionem eorum omnibus modis coarctari. sin autem vel conflata sunt vel fuerint, vel alio modo immutata vel dispersa: nihilo minùs vel ad ipsa corpora, vel[z] ad ipsa pretia eorum exactionem competere siue per in rem, siue per condictionem, siue per in factum actionem: cuius tenor in multis & variis iuris articulis sæpe est admissus. excepta[a] videlicet causa captiuitatis, || & famis || in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contingerit. nam si necessitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & venditionem præfatarum rerum diuinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non absurdum est, animas[b] hominum quibuscunque vasis, vel vestimentis præferri. hoc obtinente non solùm in futuris negotiis, sed etiam in iudiciis pendentibus[c].

n Iura specialia non debent extendi, nisi ad similia, in quibus aut par, aut maior est ratio *l. 10. §. 6. D. de excus. tuto.* (fallit hoc in odiosis *l. 2. j. de patribus*) tunc enim non fit propriè extensio, sed ille casus inesse de iure dicitur. o 54. *synopsis Basilic. 7. ex lib. 5. tit. 1. c. 10.* p Interpretatio Leuclarij. q alij legunt ἀρχόντων Cuiacius legit ἀρχικῆς, 12. *obs.* 28. r Militaris annona ad oratoria, clericos, & monasteria non transferenda. s Interpretatio Contij.

t Huc referendum est sanctissima Ambrosij sententia *quæ officiorum libris continetur relata in c. aurũ. 12. quæst. 3.* Aurũ, inquit, habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget & subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adiuuat? *& post.* Nonne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quàm si sacrilegus contaminat & asportat hostis. *& post* melius fuerat vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum. Dices, timui ne templo Dei ornatus deesset? Aurũ sacramenta non quærunt. neq; auro placent, quæ auro non emuntur, ornatus sacrorũ, redẽptio est captiuorũ. *& post* in his tribus generibus (alimenta pauperum, captiuorum redemptionem, mortuorum sepulturã intelligit) vasa Ecclesiæ etiã initiata (hoc est consecrata) confringere conflare & vendere licet. Hæc sanctus Ambrosius.

u *§. 8. Instit. de rer. diuis. l. 1. j. de sepulchro: Nou. 8. c. 8.* x Episcopus agere potest pro reb. sacris sui Episcopatus. y sacrorum vasorum custos κειμηλιάρχης *No. 40.* cui κειμήλια Ecclesiæ commissa, *Theoph. §. 8. Inst. de rer. diuis.* Locus vbi ea vasa custodita κειμηλιαρχεῖον & κειμηλιοφυλακεῖον *Nou. 70. c. 4. inf. l. 20. §. 1. j. de agricolis & censitis.*

z Nota libellum, Peto rem, si extat, aliàs, si non extat æstimationem.

a *d. §. 8. d. c. 8. Nou. 65. Nou. 120. c. 10. adde 12. quæst. 2. c. Augustino. c. Apostolicos. c. & sacrorum. c. sacrorum. c. sicut: & quæst. 3. c. Aurum ecclesia habet non vt seruet, &c. c. Gloria episcopi est, pauperum operibus prouidere, &c.* Ob eam causam Socrates 7. c. 21. narrat Acacium Amidenum episcopum conflasse vasa omnia aurea & argentea, hoc clericis dicto palam, ὁ θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων οὔτε ποτηρίων χρήζει, οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὐδὲ πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστιν. Cui simile est illud Alexandri Imperatoris, -- in sacris quid facit aurũ? *Persius satyr. 2. in f. vide Cuiac. ad Nouell. 7.* Extat & aliud exemplum elegans de venditis vasis Ecclesiæ, ob famem publicam à Cyrillo Hierosolymorum episcopo, *cuius meminit Sozomenus 5. Trip.* 37. Tradit quoque Victor lib. 1. de persecutione Vãdalorum, Carthaginẽsem episcopum, vt captiuos à Vandalis & Mauris liberaret vasa aurea & argentea vendidisse. Ita Marius & Carbo aduersus Syllam dissidentes aurea atque argẽtea templorum ornamenta conflarunt. 7. *Valer.* 6.

In auth. de alien. & emphy. §. pen. in fin. col. 9. tit. 3. seu Nouell. 120. cap. 10.

P*Ræterea si habeat ecclesia superflua[d] vasa, cum debitrix sit, nec aliunde soluere poßit: ne quid immobile alienetur, vel distrahatur: integra ea (gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alij vendantur, quo magis debitum persoluatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc obseruationem: eisdem pœnis subiaceat, quæ in rebus immobilibus sunt prodita.*

De lucratiuorum inscriptionibus.

22. Idem A. Demosthenī præfecto prætorio.

SAncimus, res ad venerabiles ecclesias, vel xenones, vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia[e] vel ptochotrophia, || vel nosocomia || vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curiali[f] liberalitate, siue inter viuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum[g] inscriptionibus liberas immunésque esse. lege scilicet, quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuum, quæ huiusmodi piis consortiis deputatæ sunt, vigorem suum, pietatis intuitu, mitigante. Cur enim non faciamus discrimen[h] inter res diuinas & humanas? & quare non competens prærogatiua cœlesti fauori conseruetur? 1 ¶ Quam oportet non solùm in casibus, quos futurum tempus creauerit, sed etiam in adhuc pendentibus & iudiciali termino vel amicabili compositione necdum[i] sopitis obtinere. 2 ¶ Recitata septimo[k] miliario huius inclytæ ciuitatis, in nouo consistorio palatij Iustiniani.

De tempore actionis loco pio competentis, de actionibus ex legatis, vel fideicommißis.

23. Idem A. Iuliano P.P.

VT inter[l] diuinum publicúmque ius & priuata commoda, competens discretio sit: sancimus, si quis aliquã reliquerit hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, siue sacrosanctis ecclesiis, siue venerabilib. xenonibus[m], vel prochotrophiis, vel monasteriis masculorum, vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, necnon[n] iuri ciuitatum, vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum eis sit longæua exactio[o], nulla temporum solita præscriptione coartanda. Sed & si in redemptionem captiuorum quædam pecuniæ, vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ sunt: & earum exactionem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi actiones circumcludi. sed ne videamur in infinitum hanc extendere: longissimum[p] vitç hominum tempus eligimus: & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi † centum[q] annorum curricula excesserint. tunc enim tãtummodo huiuscemodi exactionẽ euanescere sinimus. Siue itaque memoratis religiosissimis locis vel ciuitatibus hereditas, siue legatum vel fideicommissum fuerit relictum, siue donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus mobilibus, vel immobilibus, vel se mouentibus, siue pro redemptione captiuorũ quædam fuerint derelicta, vel donata: sit eorum penè perpetua vindicatio, & ad annos centum (secundũ quod iam dictum est) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda,

b .i. vitam hominum, corpora.

c *v. l. 7. j. de legib.*

d Superflua vasa ecclesiæ distrahi possunt *vt hic. & Nou. 120. c. 10.*

e *l. 19. s. eod.*

f *Nou. 131. c. 5. in fin.*

g *v. l. vn. j. de imponenda lucra. desc.* Lucratiui tituli sunt, hæreditas, legatum, fideicõmissum, donatio causa mortis, donatio inter viuos dos, donatio propter nuptias: non emptio, nõ permutatio *v. Cuiacium ad d. l. vn.*

h *l. 23. j. eod.*

i *l. 1. in fin. j. de contract. iudic. ad de Nou. 115. c. 1.*

k *Nou. 118. in fin.* Septimum miliarium, palatium, quod fuit in suburbio Constantinopoleos, in quo Iustinianus iuri dicundo nouum consistoriũ extruxerat: quod & simpliciter Septimum dicitur *v. Cuia. 20. obs.* 3.

l *v. l. 22. s. eod.* Porro, quod Ausonius sic distinguit, Ius aliud sacrum, publicum, & priuatum, ad διχοτομίαν reduci potest. Ius publicum vel priuatũ. Publicum, aliud sacrum, aliud in magistratibus *v. Cui 15. obs.* 33.

m hac voce non modò peregrinorum hospitia, sed & ægrotorũ significãtur. Imò & quælibet hospitia. *Hesych. Pollux* 3. & 4. n *v. quæ scripsi ad l. 16. D. de verb. sign.* o Cur ita? quia recta, sine traditione, dominium rerum emptarum, donatarum, legatarum, transit in Ecclesiam: dũmodo tamen adquisitionem adprobet. Potest enim Ecclesia abstinere, & renuntiare beneficio huius legis, *v. Molin. 1. consue. §. 22. nu.* 133. p *l. 8. in f. ff. de vsuf. legato: No. 9. adde §. 1. j. eo.* hinc colligunt nonnulli, quemlibet præsumi centum annis viuere. de qua præsumptione *v. Alciat. 1. præsumpt. 44. Ias. hic. Cæpola cautela* 118. Contra Decius *in l. vl. j. de edict. D. Adriani & ibi Molin.* Cæterũ quando quis præsumatur mortuus *v. l. 6. §. 2. D. de senatusc. Silaniano.* † No. 19. quæ ad occidentales Ecclesias pertinet, vt hæc ad orientales, hodie sublata est. Huic præscriptioni centum annorum, quadraginta annorum præscriptio substituta est per Nou. 111. c. 1. & *No.* 131. *c.* 6. & ita quæ priuatis competunt actiones, excluduntur præscriptione annorum triginta: quæ Ecclesiis 40. *v. Cui. 5. obs. 5. & ad Nou.* 111. An hæc correctio etiam pertinet ad legata captiuorum redimendorum causa relicta? Theodorus in Nou. 111. negat pertinere. mouetur quòd id nominatim non est abrogatum. vt in Ecclesiis. verum id quoque abrogatum esse constat 3. *Basil. 5. c. 3. v. Cuia. c. 34. de præscr.* q Cur centum anni vitæ hominis longissimum tempus hîc constituitur? Dioscorides cõmentitiam hanc rationem adfert, quòd cor hominis ad annos 50. crescat, duabus drachmis in singulos annos: à 50. ad centesimum annum totidem drachmis decrescit. Inde fieri vt annum 100. homo non excedat. Eadem fuit opinio AEgyptiorum relata à Plinio 11. c. 37. Varro 5. de lingua Latina, seculum 100. annorum spatium, longissimæ vitæ in homine esse refert. Inde in ludis secularibus præco populum ad eosce ludos vocabat, quos nemo vnquam vidisset aut visurus esset. 7. *Plin. Festus in seculares, Censorinus de die natali: Platina in vita Fabiani.* Treb. Poll. in Claudio dixit 120. annos homini ad viuendum datos (quo loco etiam refert Mosen 125. annis vixisse) idq; vitæ spatiũ ei à numine constitutum *v. Genes. 6.* Staseas peripatheticus annos 84. vitæ humanæ spatio tribuit, eo

siue

abs spatio, extra studium quasi vili homines decurrere. *Cæsar de die natale.* vnde Varro 12. Hebdomadibus fatalem hominis vitam describit. *Plat. 81. Solon.* 70. annos tantum tribuit. *Laert. in Solon. Alij 60. lib. epigr. Græcorum* 3.
a *v. l. 2. §. comm. de legatis.* b *v. §. eo. in princ.* c 16. *quæst.* 4. *c. placuit. §. quas actiones.* d *Nou.* 9. e Epitome interprete Contio. f Imò, non Constantinopolitana, sed Romana *l. 8. ibi Reddentes honorem §. de sum ma trinitate.*
g παρέχωμεν δικαίωμα. Ius παρέχει κὸν de quo hic Nouel. 7. Nou. Leo. 13. est libellaria, alia ab emphyteusi. Libellaria venditio fit scriptura interueniente, certo pretio: & hoc amplius, certa pensione constituta, in annos singulos, & hac plerunque lege, vt stato condictoque tempore, contractus renouetur numerato certo pretio vel arbitrario. Emphyteusis nō solet renouati, non mutato possessore. Eadem emphyteusis sub lege meliorandi prædij datur. Libellaria non itē, Libellaria in perpetuum, emphyteusis ad tēpus. In libellaria aliqui interpretes volunt commissio locū esse post biennium, sicut in locatione, in emphyteusi post triennium, *v. Cuiac. 1. Feud. 2. fol.* 480.
h Imò, vltra permittitur, *Auth. perpetua 14. §. eo.*
i *v. Nou. 7. c. 3.*
k Epitome interprete Contio.
l de quibus dicā *§. tit. de numerar. actuar. & chartul.*
m εἰς τὸ ἐνοίκιον. Sed Cuiac. legit, εἰς τὸ Αἰγύπτου 12. *obs.* 28.
n & alio casu cētesimas. *§. eo. & §.* 1. *§. eod.*
o Chartularij supernumerarij esse non debent.
p ἀνάγνων. non ab similis subscriptio Imperatoria, de qua vide quæ notaui *ad const. Iust. de filiu liberorum in Africa.*
q lege Chartularij.
r de quibus *ad de §. 4. §. eo.*
s de quibus dicam ad titulum de susceptorib. præpositis & *arcarij.*
t sic apud Gentiles, Dij heredes institui poterant *l. 1. §. 5. ff. ad leg. Falcid.* nec quidem omnes sed certi *v. Vlp.* 22. *§. deos.* 6.
u hinc ratio dubitandi sumitur.

siue contra primas personas, siue contra heredes vel successores eorum moueatur. 1 ¶ In his autem omnibus casibus non solùm personales actiones damus, sed etiam in[a] rem, & hypothecariam, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommissariis hypothecariam donauit. & supradictis omnibus vnum tantummodo terminum[b] humanæ vitæ imponimus, id est, centū metas annorum. 2 ¶ Hæc autem omnia obseruari sancimus & in his casibus, qui vel postea fuerint[|]natil|, vel iam in iudicium deducti sunt. D.D.N. Iustiniano. P. P. A. Coss. 528. Goth. 48.

De præscriptionib. in auth. de eccl. tit. §. pro temporalibus autem. col. 1. tit. 14. al. 6. seu Nou. 136. c. 6.

QVas[c] actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præscriptio excludit, hæ, si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur: vsucapione triennij, vel quadriennij præscriptione in suo robore durantibus, sola[d] Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio vel priuilegio.

De prærogatiua ecclesiæ Constantinop. 1. De iure colonario. 2. De magistratu vel œconomo rem ecclesiasticam accipiente. 3. De rei ecclesiasticæ locatione vel emphyth.

24.[e] Imp. *Iustinianus.*

COnstantinopolitana[f] ecclesia omnium aliarum est caput. 1 ¶ Iure colonario[g] facta concessio, irrita est in ecclesiasticis, vtpote neque iure cognita. 2 ¶ Si in actu magistratus Constantinopoleos, per se vel mediam personam à magna ecclesia immobile accepit: id, quod gestum erit, irritum erit & dabit ecclesiæ æstimationem rei. Similiter & œconomus. Si verò & per alium modum persuaserit, aut coegerit peruenire ad se ecclesiasticam rem: & id, quod gestum fuerit, infirmum sit: & pro illo datum in personam ecclesię restituitur ipsi: & præterea subiicitur pœnæ viginti auri librarum ipse, & ille, qui rem dedit, & qui accepit ob eam rem, quod curauerit fieri contractum: datum ipsi reddit duplū: & omnia adquiruntur ecclesiæ. 3 ¶ Vltra[h] viginti annos res immobilis ecclesiæ ne locator. 4 ¶ Solis locupletibus licet & oportet ecclesiasticas res in emphyteusim dare propter restitutionem aspectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteusim capientis, & [i]duorū deinceps eius heredum: neque releuari amplius sexta parte seruati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res instante tempore, expellitur, & damnum sarcit. Si verò negligenter versatus fuerit œconomus, aut minus idoneis in emphyteusim dederit: ipse agnoscat damnum.

De chartulariis & œconomis.

XXV[k].

CHartularij[l] ecclesiæ magnæ, neque per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per cōductionem aut emphyteusim aut alium modum. 1 ¶ Fiunt chartularij, præeunte libello, & ferente subscriptionem tam patriarcha, quàm œconomo. 2 ¶ Et si quis ipsorum apparuerit surripuisse, aut transtulisse, aut aliàs inutilis esse: licet patriarchæ & œconomis, eum expellere de catalogo. 3 ¶ Fiunt autē ad scriniū Oriētis, chartularij x v. ad Asianę x v i. ad Ponti x v. ad[m] domesticorū, x v. ad. Thraciæ, v i i i. ad Antiochi, v i. ad Calopodij, v i. ad expensarum, x. ad legatorum, i x. 4 ¶ Et accipiunt ratione consuetudinum, pro emphyteuticis quidē instrumentis, quinquagesimas[n], pro conductionalibus verò, & cæteris contractibus, centesimam. 5 ¶ Si verò supra[o] præfatum numerum chartularius fiat, eiicitur & dat ecclesiæ x v. libras: & qui fecit illum, x x. 6 ¶ Cū inquisitione diligenti œconomi discutiuntor, sententia Patriarchæ, factam impensam ab emphyteutis & conductoribus & administratoribus, vno quoque ex œconomis inquirente in sibi commissa administratione-reliquarum verò rationem inquirēt ex iussione scripta Patriarchæ, qui rationib. subscribet hoc, Relegi[p] & quod extra hanc obseruationem discussum fuerit, de domo sua œconomi præstabunt. 7 ¶ Imputatæ autē

dubiis. f Cur ita? Ea quæ sunt consuetudinis & moris, considerari oportet *l. 31. §. 20. D. de ædilitio. l. 50. in fi. D. de leg. 1.*
g Ex frequenti conuersatione, maior affectio colligitur *l. 4. § de cast. pecul.*
h In dubio fauendum pauperiori, *Nouell. 131. cap. 9. in fin. l. 49. §. 5. tit. prox.*
i 16. *Cod. Theod. 2. Nou. 123.* Iidem primicerij presbyterorum, apices & principes omnium, Optato, *adde l. 6. §. titul. prox.* Et iidem sacerdotes dicuntur 3. *Eclog. 1. & l. 7. l. 18. §. eo.*
k *Synopsis Basilicē 3. c. 1. Nou. 123. ca.* 19. Clerici dicuntur, qui diuino cultui ministeria religionis impendunt *l. 2. Co. Theodos. de episc.* quæ lex extat apud Eusebium X. Huiusmodi sunt presbyteri, diaconi vtriusq; sexus, subdiaconi, archidiaconi, lectores diuinæ scripturæ, exorcistæ, ostiarij, psalstæ: & Hermiæ *li.* 5. ἀκόλουθοι, id est, monitores vel potius interpretes, vt apud Nicætam, qui omnes etiam ministri diuinæ legis in constitutionibus dicuntur. ab iis separatur iuuenes, ceu acolythi *v. l. 6. §. Parabolani. v. Cuiac. Nou.* 3. Qui nullum habent clericorum χῆμα plebei appellantur, & laici, *Lays.* Tertullianus, Differentiā, inquit, inter ordinem & plebē constituit Ecclesiæ authoritas.
l orphanotrophiis, xenodochiis, asceteriis, *Halic.* & malè. nec enim hic agitur de rebus (de quibus dictum est titulo superiori) sed de personis. Qui sint orphanotrophi *vide leg. 32. §. eodem.*
m qui aduenas excipiunt *l. 49. §. 3. §. eod.*
n qui infantes, recentéque à partu expulsos, aut carentes parentibus natos alebant *leg. 19. l. 22. §. titul. prox. Enfans trouuez.* Plurima in eum finem Lutetiæ loca constituta sunt.
o dicta *leg. 19. l. 22.* ij pauperes alunt.
p id est, deuotis, sacris meditationibus. quod institutum Maiorianus *Nouell. de sanctim. & vidui:* vocat philosophiam. vocatur à Nazianzeno & Hermia μοναχικὴ φιλοσοφία, *vide Cu*iac. hic. q alij enim sunt monachi ab asceteriis, vt asceterium aliud à monasterio *l. 54. §. eodem.*

seu acceptolatæ impensæ & illatatū pecuniarū accipiunt[q] œconomi centesimas[r] qui autē plus accipit, & ministerij chartularij & sacra dignitate excidit. 8 ¶ In cōtinenti oportet œconomos singulis mensibus aut ad summum binis, rationes reddere apud arcarios[s] si minus, periclitabuntur.

Si quis D. N. I. Christo reliquerit. 1. Aut alicui archangelo vel martyri.

26. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano. PP.

QVoniam in plerisque nuper testamentis inuenimus eiusmodi institutiones, quibus ex asse quis scripserat Dominum[t] nostrum Iesum Christum heredem, non[u] adiiciens oratorium, aut templum vllum, aut ipsum Dominū Iesum Christum ex semisse vel aliis inæqualibus partibus, alium verò quempiam ex dimidia vel alia portione: iam enim in compluria huiusmodi testamenta incidimus: cum videremus multam exinde incertitudinem secundùm veteres leges exoriri, Nos hoc etiam emendantes sancimus, si quidem Dominum nostrum IesumChristum scripsit[x] quis heredem vel ex asse, vel pro parte manifestè videri ipsius[y] ciuitatis vel castelli vel agri in quo constitutus erat defunctus, ecclesiam sanctissimam institutam esse heredem, & hereditatem peti debere per[z] Deo amantissimos eius œconomos ex asse, vel pro parte, ex qua heres institutus est. eodem obtinente, & si legatum, vel fideicommissum relictū sit. vt ipsa competant sanctissimis ecclesiis ad hoc quidem, vt ad pauperum[a] alimoniam conferant. 1 ¶ Si verò vnius ex archangelis meminerit, vel venerandorum martyrum, nulla facta ædis mentione: (quod quidem etiam nouimus à quodam factum, qui ex illustribus erat, & in omni verbōrum & legum doctrina spectatissimus) si[b] quidem aliquis sit in illa ciuitate, vel vicinia eius, venerabilis locus in honorem illius reuerendissimi archangeli vel martyris constructus, videri ipsum scriptum esse heredem: si verò nullus talis locus est in illa ciuitate viciniáve eius, tunc venerabilia loca, quæ in metropoli eius sunt, videri instituta. & si quidem in ipsa metropoli inuentus fuerit talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam, vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum: si verò illic nullus talis locus apparet, denuò ecclesias, quæ in illo loco sunt, capere id debere. sanè sanctissimis[c] ecclesiis omnes aliæ domus cedunt: nisi constet defunctum aliud nomen sensisse & voluisse adiicere, & aliud dixisse. nā tale quid accidisse & nos scimus in cuiusdam Pontici testamento, & tunc etiam constitutum fuisse, vt contra[d] scriptum veritas obtineret. 2 ¶ Si autem testator certum locum non apposuerit, multa[e] autem templa eiusdem tituli aut nominis in illa ciuitate inuenta fuerint vel eius vicinia: si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter[f] versabatur, & maiorem erga illud habebat affectionem[g] illi templo videri legatum relictum: si verò nihil tale inuenietur, maximè ei templo ex multis eiusdem nominis videatur relictum legatum vel hereditas, quod[h] est ceteris indigentius, & magis opis & eleemosynæ egens. Dat. X I I I. Kal. Nou. CP. Lampad. & Orest. VV. CC. Conss. 530.

DE EPISCOPIS[i], ET CLERICIS[k], ET ORPHANOTROPHIS[l], ET XENODOCHIS[m], & brephotrophis[n], ptochotrophis[o], & ascetriis[p], &[q] monachis[r], & priuilegiis[s] eorum, & castrensi peculio[t], & de redimendis[u] captiuis, & de nuptiis[x] clericorum vetitis seu permissis.

Tit. III.

De nouis collationibus. De hospitibus.

1. Imperator *Constantinus* A. clericis salutem dicit.

IVxta[y] sanctionem,[z] quā dudum meruistis, & auos & mancipia[b] vestra nullus nouis[c] collationibus obligabit: sed vacatione gaudebitis: præterea neque[d] hospites[e] suscipietis.† Dat. V I. Kal. Sept. Placido & Romulo Conss. 343.

Videtur enim incerta institutio, ideóque nulla. certum enim esse debet consilium testantis *v. Vlpian.* 22. *§.* 4.
x *v. Nou. Emanuelis Comneni c.* 2. y Si quid testator iussit fieri in rem piam, non adscripto loco, in ea ciuitate fiet in qua testator domicilium habuerit *l. 49. §. 2. §. de epis. Nou. 131. c. 9. l. 39. in f. D. de cond. & demon. 1.* in Ecclesia, vt vocant parochiali.
z Oeconomis competit actio ad petenda legata Ecclesiæ facta: œconomis respondent matricularij, Galli *marguilliers.* a Res enim Ecclesiæ ad pauperes non ad diuites, pertinent 16. *quæst. 1. c. vl.* b Ex hoc loco & sequentibus nota, legatum D. puta Paulo, deberi hoc ordine, Primùm parochiali, dein vrbano potius quàm extraneo, alteri vicinali, tum metropolitano. His deficientibus, ecclesiis vrbanis alterius cognominis: & ita defectu certi templi, nunquam deficit tale legatum *adde l. 20. §. de episc.* c nota sententiam. d *vide leg. 4. §. de testamentu.*
e Ambiguitas tollenda quantum fieri potest, vt actus sit in tuto *v. l. 22. D. de rebus*

r de quibus *vide leg. 26. §. de decurionibus.* s *leg. 37. §. 7. §. eodem.*
t *leg. 20. leg. 50. §. eodem: Nouell. 113. cap. 19.*
u *leg. 28. leg. 46. §. 1. §. eodem.* x *leg. 2. §. 4. leg. 19. §. eodem.*
y *leg. 7. Cod. Theodos. eodem Synopsis Basilicum 54. titul. 2. ex libro tertio, titulo tertio, cap. 5.* z *leg. 5. §. titul. prox.*
a Clericus eiusue mancipium nouis collationibus ne grauetur: sed nec metata præstet. b id est, familia. de qua *vide hic Bald.*
c 16. *quæst. 1. cap. generaliter, §. nouarum,* id est, extraordinariis *leg. 2. §. 2. §. eodem.*
d μηδὲ μιτάτα διδότωσαν *Synopsis ibid.*
e *§. 1. in fin. extra de iure immunit.*
† id non seruatur in Gallia. *Bugr. au traité des loix abrogees.*

a l.14.& 2.Cod. Theodos.eod. b illicitæ, 2.feud.53.§.1.in fin. c Ab exactionibus & sordidis muneribus, & extraordinariis, licèt negotientur, immunes cum clericis & coniugibus liberis sunto *synopsis d.l.*

d hinc colligit Baldus, Clericos immunes à tributis venditioni bonorum impositis. e Clerici non remouentur à mercatura honesta. f officinis. atqui neutrum clerico habere licet 44. *distinct.c.nullo.*

g i.ministris. Galli *Buticulos* vocant. Hominum vocabulo qui intelliguntur *v.l.11.* ⁊.*de commerciis. 16.C.Theod.* & *l.10*

h de qua alibi dixi *adde d.l.10.*

i Parentibus concessæ immunitates, ad eorum liberos porriguntur. An etiam post mortem patris? negat Baldus hîc.

k Clerici olim coniugati.

l Communitas delinquere potest.

m Hinc colligũt, ratione delicti, laicum sortiri forum ecclesiasticum.

n Imò duplum, *2.feud.53.§.1. v. illicitas.*

o Banniti bona confiscari, vt sæpiùs solent.

p ex contrario collige Bannitũ relaxari posse ex iusta causa.

q pars vlt. *l.15 Co. Theodos.eo.*

r *subaudi* ponatur: Nam de Ecclesiasticis prædiis dictum est, *l.5.C.de sacr. Eccles.* Est verò hîc sensus apud authorem synopseos *d.c.5.* Clericos qui sunt in prouinciis non solùm non aliena, sed ne quidẽ sua prædia excusare τῶν συντελεῖων à pulsionibus fiscalium & eorum translatione.

ſ Ratione censuum & tributorum personę ecclesiasticæ conueniri debent apud iudicem laicum *adde le.10.* ⁊.*de annonis: le. 18.* ⁊.*de palatinis sacrar. largit.*

t i.iugatione. atque ita clerici non sunt immunes à iugatione: quod ex Ambrosio in superioribus probatũ est.

u realia scilicet, non personalia.

x dequibus alibi dicam.

y Beneficiarij vel officiales rationalis, &c. ita legitur *l.7.Co.Theodos.de cohort. vide cap. vn.extra de oblig.ad ratio.*

De muneribus sordidis, vel à negotiatoribus, præstandis. 2. De muneribus extraordinariis. 3. De parangariis. 4. De clericis, & eorum vxoribus, liberis, ministeriis.

2. Imp. *Constantinus* A.||& *Iul.Cæs.*||Felici episc.

OMnis[a] à clericis indebitæ conuentionis iniuria, & iniquæ[b] exactionis repellatur improbitas. nulláq; cõuentio fit contra eos munerum sordidorum. & cùm[c] negotiatores[d] ad aliquam præstationem competentem vocãtur, ab his vniuersis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura[e] (honestati tamen conscia) congesserint: id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet. ad id, quod ex eorundem ergasteriis[f] vel tabernis cõquiri potuerit & colligi, collectũ id religionis existiment lucrum. 1 ¶Verumetiam hominibus[g] eorundem, qui operam in mercimoniis habent, diui principis genitoris mei statuta multimoda obseruatione cauerunt, vt iidem clerici priuilegiis pluribus redundarent. 2 ¶Itaque extraordinariorum munerum à prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat. 3 ¶Ad parangariam[h] quoque præstationem non vocentur, nec eorundem facultates atque substantię. 4 Omnibus clericis huiusmodi prærogatiua succurrat, vt[i] & coniugia[k] clericorum ac liberi eorum quoque.||&||ministeria, id est, mares pariter ac feminæ, eorúmque etiam filij||& filiæ||immunes semper ab huiusmodi muneribus perseuerent. Dat. IX. Id. Decemb. Med. Lecta V. Kalen. Ian. apud acta, Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. II. Conss. 357.

De collectis, exactionibus, angariis, parangariis.

Noua constitutio Friderici Imperatoris de statu. & consuet. contra lib.eccl. col.10. §. item nulla.

ITem nulla communitas,[l] *vel persona publica, vel priuata, collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant; quod si fecerint, & requisiti ab*[m] *ecclesia vel imperio, emendare contempserint: triplum*[n] *refundãt: & nihilominùs bona imperiali banno*[o] *subiaceant: quod absque*[p] *satisfactione debita nullatenus remittatur.*

De fiscalibus.

3. Idem A. & Cæs. ad Taurum præf. præt.

DE[q] his clericis, qui prædia[r] possident, sublimis auctoritas tua[ſ] non solùm eos aliena iuga[t] nequaquàm statuet excusare: sed etiam pro his prædiis, quæ ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitanda fiscalia[u] perurgeri. vniuersos namque clericos possessores duntaxat prouinciales, pensitationes fiscalium, translationésque[x] faciendas recognoscere iubemus. Data epistola prid. Kal. Iul. Med. Constantio A. X. & Iul. 3. Cæs. Conss. 360.

De officialibus rationalibus.

4. Idem A. ad Taurum P.P.

OFficiales[y] rationales[z], si, exhibitione cursus seu primipili[a] necessitate neglecta, interuersa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putauerint transeundem, ad priorem conditionem retrahantur. Si verò obnoxij[b] ratiociniis vel necessitatibus non sint: sub notione iudicum, officiis consentientibus, si probabilis vitæ studium id postulauerit, transferantur, nec cessionem metuant facultatum. Quòd si clandestinis artibus putarint irrependum: duas partes suarum rerum concedant liberis, aut, si proles defuerit, propinquis, ex propria substantia portionem tertiã sibimet retenturi. Sin verò propinquorum necessitudo defuerit: geminæ portiones officiis, in quibus militant, relinquantur, portione tantummodò tertia sibi retenta. Dat. IIII. Kal. Sept. Tauro & Flor. Coss. 361.

De curialibus aut officialibus. De Monachis.

z καθολικιανοί. *Auctor Paratili communicatus, Cuiac. à Petro Fabro, vt ille testatur ad l 5.* ⁊.*de iure fisci:* officiales procuratoris Cæsaris. Nam procurator ipse catholicus sæpe appellatur *v. Cuiac. ibid. adde l. pen.* ⁊.*de bon. proscr.*

a *add l.27.* ⁊.*eo. No 123.c. 1.*

† Rationibus reddendis obnoxius inutiliter fit clericus. b hoc non obseruatur in Gallia: nam & cancellarij sacerdotes esse possunt. quin & Curiales ingressuri monasterium de sua substantia possunt testari. *Pet. de bella Pertica, quæst. 238. Rebuf. in procemio constit gloss. 5. num. 25.*

c Clero fit iniuria, si indignus ad clericatum admittatur.

d Apostata non fruitur beneficio clerici *Bald.* † *v. l. 20.* ⁊.*de furtis. l. vn.* ⁊.*de raptu:* hac lege punitur conatus: quod in Gallia non seruatur, Rebuffus *d. l. num. 28. ad 31. De ea re dixi ad ad l.12. D. de pœnis.* Fatetur tamen Rebuffus *ibid. num. 31.* puniri multa pecuniaria, quin & interdum capitali. *adde Bellouisanum 1.c.13. Cuiac 5. obse. 25. l.1. D. de extraord.* e de quib. dicam ad *l.8.* ⁊.*eo.*

f *l.24. C. Theodos. de episc.* de quibus vide Duarenum *1. de sacr. Eccl. minist. 12.*

g *v. Duar. 1. de sacris 14.* h *v. Duar. ibid.*

i *v. Duar. ibid.* k *v. Duar. ibidem.*

l qui & iuuenes *l.10. C. Theodos. eo.* Corruptè hîc, iunguntur clericis, è quorum numero non sunt *l.24. C. Theod. ibid.* cereos & funalia deferebant. vetantur cerarium exigere ab hæredibus defunctorum *Nouell. 59.* De acolythis *v. Duar. 1. de sacris 14.*

m *l.8. C. Theodos. de fide testium lib.11.*

n *l.52.* ⁊.*eo. 3. Eclog. 1.c.1.* † *l.8. C. Theodos. de fide testium lib.11.* In Gallia Episcopi etiam testimonium ferre, sicuti laici coguntur. non tamen iurant tactis Euangeliis, sed posita ad pectus manu. Fieri etiam possunt periuri, vide Rebuffum in *procemio const. gl. 5. num. 27.*

o Omnis clericus ad ipsos vsq; ostiarios à personalibus muneribus excusetur *syn. Basil 54. tit. 7 & lib. 3. tit. 3. c. 5.*

p i. nec volens nec inuitus, sed domum mittitur, vt fit in *l. 2. §. 1.* ⁊.*de iure prop. calum.*

q hoc speciale. Nam reliqui cogi possunt *l.7.* ⁊.*de testibus.*

r dehonoratur. *Cod. Theod. de fide testium lib.11.*

ſ i. Episcopi, cui sacerdotis nomẽ sæpius tribuitur *l.18.* ⁊.*eod.* interdũ clericis & omnibus Christianis. Tertull. Christus sacerdotes nos Deo & patri fecit *v. Cuia. hic.*

† hoc nõ seruatur in Gallia vt s. dixi.

t *l.10. C. Theodos. de fide testium li. 11.* Apud Harm. *1. tit. 6. §. 16.* ἱερεῖς καὶ οἱ περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν ἀσχολούμενοι sacerdotes & omnes deniq; diuino ministerio addicti inuiti testimonium non dicũt: οἱ δὲ ἀρχιερεῖς Episcopi verò neque sponte neque inuiti: si tamen opus sit eorũ testimonio, propositis sacris Euãgeliis interrogantur.

u Presbyteri, ratione testimonij, torqueri nõ debent *11. C. Theodos. 39. l. 9.*

x Clerici torqueri possũnt.

y Hinc collige, Presbyteros superiorem inter clericos locum obtinere. apostolorum vice sunt, vt legimus, ἐν διαταγαῖς eorundem: eísque non minus quã episcopis incumbit ius annunciandi verbi σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος, & Paulo κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ: episcopis proximi *l.5. C. Theod. de hæret. v. Cuia. hic.* Video Petrum vocari συμπρεσβύτερον *1. Pet. 5. versi. 1.* Paulus ad presbyteros Ephesios *act. 20. versi. 17. 18.* Vos Spiritus sanctus posuit episcopos ad regendam Ecclesiam Dei: *& Tito versi. 5. 6.* Reliqui te in Creta, vt oppidatim constituas presbyteros, &c. Oportet enim episcopum inculpatum esse. Presbyteri orabant pro infirmis, ab eis accerscebantur, vngebant eos oleo, *Iacob. 5. versi. 9.* Aduersus eos accusatio non facilè admittebatur *Paul. 1. ad Timot. 5. versi. 17. 19.* Duarenus existimat Cardinales olim fuisse presbyteros, non quosuis, sed qui in maiore Ecclesia. quam cathedralem dicimus, rem diuinam cum episcopo suo facerent *1. de sacris 13.*

z producti, citati, moniti.

a Presbyteri falsi teneri possunt.

b sub nomine *dicto loco.* sub nomine superioris loci testimonium dicere citra corporalem iniuriam dicere est, prætextu & honore dignitatis ac muneris sacerdotis cogi testimonium dicere, citra iniuriam quæstionis & tormentorum.

c Quo quisque honoratior, eo grauiùs punitur, si deliquit. Imò mitiùs *l.28. in f. D. de pœnis.*

Auth. ex Nouell. 123. cap. 15.

SEd † *neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria*[c]. *Si verò tales personæ in clero constituantur: tanquam nec ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ restituantur: nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum non minùs quindecim annis impleuerit: tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ substantiæ sibi retenta, reliquis partibus curiæ & fisco vindicandis, si in clero constituti monasticam & decentem vitam impleuerint.* 1 ¶*Sed si post clericatus honorem aliquis eorum vxorem aut concubinam acceperit. propriæ fortunæ reddatur, licèt tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus vxorem ducere non prohibetur. Idem est & in omnibus aliis monachis, licèt nulli fortunæ priùs subiecti fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet ecclesiastico gradu constitutus, ad*[d] *secularem vitam redierit: honore nudatus, curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.*

Si quis sacratissimam virginem rapuerit, vel attentauerit.

5. Imp. *Iouinian.* A. Secundo præf. præt.

SI quis non dicam rapere, sed attentare † tantùm iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit: capitali pœna feriatur. Dat. XI. Cal. Mart. Gratiano. A. III. & Merobaude Coss.

De muneribus personalibus.

6. Imperatores *Valentinianus, Valens, & Gratianus.* AAA. ad Cataphronium.

PResbyteros[e], diaconos[f], subdiaconos[g], atq; exorcistas[h], & lectores[i], ostiarios[k], ||& acolythos[l]||etiã, personaliũ[m] munerum[n] expertes esse præcipimus. Dat. III. Non. Mar. Gratiano. A. IIII. & Merobaude Conss. 377.

De testimonio dicendo.

Pars[o] *actorum habitorum in consistorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum, & Theodosium, consulatu Syagrij & Eucherij virorum clarissimorum, die III. Kal. Ianuar. Constantinopoli in consistorio.*

7. Imp. *Theodosius dixit,*

NEc † honore[p], nec legibus episcopus[q] ad testimonium || dicendum || flagitetur. Item dixit, Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet. nam & persona oneratur[r], & dignitas sacerdotis[ſ] exempta confunditur.

Auth. ex Nouell. 123. c. 7.

SEd *iudex mittat ad eos quosdam de suis ministris: vt propositis* † *sacrosanctis euangeliis, secundùm quod decet sacerdotes, dicant ea, quæ nouerint, non tamen iurent.*

Presbyteri occasione testimonij non torquentur: puniuntur tamen si falsum dixerint.

8. Idem A. Paulino præfecto Augustali.

PResbyteri[t] citra iniuriam quæstionis[u] testimonium dicant: ita tamen, vt falsa non simulent. Cæteri verò clerici[x] qui[y] eum deinde gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti[z] fuerint, prout leges pręcipiunt, audiantur. ||vt|| salua tamen sit litigatoribus falsi[a] actio, si fortè presbyteri, qui suo[b] nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt præcepti, hoc ipso, quòd nihil metuant, vera suppresserint. multo magis[c] enim pœna digni sunt, quib. cùm plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, occulto inueniuntur in crimine. Dat. VIII. Cal. Aug. Arcad. A. & Bautone Conss. 385.

Auth.

a nota pœnā presbyteri, vel diaconi falsū dicētis. b pars prima *l.27.C. Theod. de episcopis lib.16.* † Paul. sexaginta *d.l.27.* vt & apud *1. ad Timoth.5.vers.9.* quinquaginta *vt hic, & Nou.6.cap.5. Chalcedonensis Synodus c.15. Sexta Synodus Trullo.ca.14.* hodie quadraginta *Nou.123.c.12.* & sic vtraq; discedit à præcepto Apostoli. † hodie id nō obseruatur. posset enim quis admitti ad subdiaconatum anno 18. ad diaconatum anno 20. ad sacerdotiū 25. *Clementina vbi de ætate.* Ad episcopatum anno 27. apud Gallos. *vide Rebuffum in procem. constit. gloss. 5. num. 32.* c *dixi ad l.9. s. eod.* d de pœnis secūdarum nuptiarū alibi dicam. e *l.31. Co. Theod. de Episcopis. libro 16.* f *sub.* cùm diuina mysteria & alij sacri cultus peragūtur *synopsi Basil. 60. titul. 21. ex lib.3. titul. 1.c.43.* g præsertim cū diuina mysteria & sacri cultus peraguntur *60. Eclog. 31. & lib. 3. titul. 1.c.43.* h Episcopo, clericis & aliis ministris *synopsis Basil. d. loco.* i vel in ipso cultu. *Holoand. adde Noue.123.cap.31.* k Σαστίνες ὑπομεῖναι, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι κελεύομεν verberari iubemus, & exilio multari *synopsis Basil. eod.* mox tamen hac lege fit mentio capitalis vindictæ. verū ad aliā facti speciē pertinet id genus pœnæ. l Diuersa hæc facti species à superiore. Prior pertinet ad eum qui Ecclesiā ingressus iniuriā intulerit Episcopo, clericis & aliis ministris: Hęc ad eum qui τὰ θεῖα μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας ταράξῃ, qui ipsa diuina mysteria & cultos diuinos turbat, quem κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι & κεφαλικὸν κίνδυνον ὑπομένειν capite puniri iubet lex. Quid si non λειτουργίας, id est, sacra mysteria, sed τὰς λιτὰς hoc est supplicationes turbauerit, aut simpliciter in iis iniuria affecerit ministrū aliquem Ecclesiasticum? Iniuria, verberibus & exilio vindicatur turbatio supplicationis capite punitur *synopsis d. loco.* m Iniuria ecclesiæ vel ministro facta, potest à quouis in iudicium deduci. n Iniuriam facere ministro, crimen est publicum. o apparitionis. p *vide l.68.ff. de rei vindic.* q τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ τὰς θείας λειτουργίας *Eclog. d. loco.* r *Ecloga d. loco.* s ἐν ταῖς λιταῖς, id est, supplicationibus. Litaniæ. *l.3.j. de hæreticis:* δημοσία πρόοδος *Nou.67.* Litaniarum vsus à Mamerco in Gallia repertus. t nota vt litaniæ olim fierent. u lex *33. Cod. Theod. de Episcopis lib.16.* x *16. Co. Theodos. 2. l.33.* y hinc Galli colligunt, Extraneos beneficiorum (eorum præsertim quibus animarū cura concessa est) in Gallia non esse capaces. *vide constitut. Caroli 7. anno 1431.* Hinc Innocentius Tertius *in cap. Bonæ.4.§. intelleximus de postulat.* Ideo, inquit, non poteramus, salua conscientia, in alia persona, quæ de regno Hungariæ originem duceret, congruè prouidere: nec vellemus ei præferre alienum, *adde cap. nullus inuit. 61. distint. adde 71. distinct. & cap. quoniam in plerisque de offic. ordinarij: & cap. vlti. de cler. peregr. ibi Catholicum præsentem nationibus illis conformem: gloss. in proœm. Pragmat. in verbo exterorum: Papon.3. Notar.6. cap. des lettres de Naturalité:* de quibus, vt & de iure Albinagij dicam *ad leg. vnic. j. non licere habitat. metrocom.* Possis addere hoc hodie non obseruari in Gallia ab eo qui Naturalitatis, vt vocant, literas à rege impetrauit. z *vide distinctionem 71. passim: & c. nobis de cleric. pereg.* vetat eadem ratione Augustinus *sermone ad populum in c. hortamur. distinct. 71.* aliunde venientes presbyteros suscipi, nisi cōsecratum à proprio loci episcopo, aut commēdatitias litteras habentē. Eadem distinctione vlt. *ex concilio Antiocheno,* peregrinos clericos suscipere nullibi licet, absque formata epistola.

Auth. ex Nouell. 123.c.20.

Presbyteri seu diaconi, si falsum testimonium perhibuisse cōuincantur, si quidem in causa pecuniaria, à diuino ministerio duntaxat per tres annos separati, monasteriis pro tormentis tradantur. sed [a] si in criminali: clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi sunt. Cæteri verò clerici, communi iure ab officio ecclesiastico repulsi, sine delectu causæ verberibus coerceātur.

De ætate Diaconissæ.

9. Imppp. *Valentinianus. Theodo. & Arcad.* AAA. Tatiano PP.

Nulla [b], nisi emensis quinquaginta † annis, secundùm præceptum apostoli, ad diaconissarum consortium transferatūr. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Valentiniano. A. IV. & Neotherio Conss. 390.

De ætate presbyteri, diaconi, subdiaconi, episcopi.

Auth. ex Nouell. 13.c.123.

Presbyterum minorem † xxxv. annis fieri non permittimus. sed neque diaconum, vel subdiaconum, minorem xxv. neque lectorem minorem annis xviij. Item episcopum minorē annis xxxv. ordinari prohibemus.

De ætate diaconissæ, & ea quæ peruenit ad secundas nuptias.

Auth. ex Nouell. 123.cap.13.

Diaconissam in sancta ecclesia non ordinari præcipimus, quæ minor sit annis quadraginta [c], aut si ad secundas [d] peruenerit nuptias.

De Iniuria facta sacerdotibus, & ministris, vel ipsi sacro cultui, locóque.

10. Imperatores *Arcadius & Honorius,* AA. Theodoro præfecto prætorio.

Si [e] quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in ecclesias catholicas [f] irruens [g], sacerdotibus [h] & ministris, vel ipsi cultui [i], locóque aliquid importet iniuriæ: quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur [k]: atque ita prouinciæ moderator, sacerdotū & catholicæ ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini [l] cultus iniuriam capitali in conuictos seu confessos reos sententia nouerit vindicandum: nec expectet, vt episcopus iniuriæ propriæ vltionē deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitq; cunctis [m] laudabile, factas atroces sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti [n] crimen publicum, persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quòd si multitudo violenta, à ciuilis apparitoris [o] executione & adminiculo ordinum ||vel ordinatorum|| possessorúmve non poterit flagitari, quòd se armis aut locorum difficultate tueatur: præsides prouinciarum etiam militari [p] auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur. Dat. VII. Kalen. Maij, Mediolani, Honorio III. & Eutychiano Conss. 398.

De iniuria vt suprà. De litaniis.

Auth. ex Nouel. 123.c.31.

Sed nouo iure pro tali iniuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed si sacra [q] ministeria turbauerit, vel celebrare prohibuerit: capite [r] puniatur. Idem est & in litaniis [s]: nam pro iniuria verberatus, exilio tradatur. si eas concusserit, capite plectatur. Laicis [t] facere litanias interdicimus sine clericis: quæ sine orationibus & cruce fieri non debent.

Vnde & quot clerici eligendi.

11. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

In [u] ecclesiis [x], quæ in possessionibus (vt fieri adsolet) diuersorum, vicis etiam vel quibuslibet locis sunt constitutæ, clerici non [y] ex alia possessione, vel vico, sed ex eo, vbi ecclesiam esse constiterit, ordinentur [z], vt propriè capitationis onus ac sarcinam recognoscant. ita vt pro magnitudine vel celebritate vniuscuiusq; vici, ecclesiis certus [a] iudicio episcopi, clericorum numerus ordinetur. Dat. 3. Kal. Aug. Minizo. Honor. A.4. & Eutychiano Coss. 398.

De curialibus.

12. Iidem AA. Eutychiano præfecto prętorio.

Si [b] quis curialis [c], clericus fuerit ordinatus, nec statim conuentione præmissa, pristinæ conditioni reddatur: is, vigore & solertia iudicantium, ad pristinam sortem, veluti manu iniecta, mox reuocetur [d], clericis enim vlterius legem [e] prodesse non patimur: quæ, cessione [f] patrimonij subsecuta, decuriones clericos esse non vetabat. Dat. 6. Kal. Aug. Minizo. Hon. A.4. & Eutychiano Coss. 398.

De priuilegiis ecclesiæ

13. Iidem AA. Fidiano vicario.

Si [g] venerabilis ecclesię priuilegia [h] cuiusquā fuerint vel temeritate violata [i], vel dissimulatione neglecta: commissum ||hoc|| quinque librarum auri condemnatione plectetur. Dat. 7. Kal. Iul. Brixiæ, Theodoro V.C. Coss. 399.

De excommunicatis.

Noua constitutio Friderici de statu. & consuetu. contra li. eccle. §. item quæcumque. coll. x.

Item quæcumque communitas [k] vel persona, quæ annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ fractā & violatam perseuerauerit, ipso iure imperiali banno subiaceat: a quo nullatenus extrahatur, nisi [l] prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

De episcopo exauctorato.

14. Iidem AA. Hadriano PP.

Quicumque [m], residentib. [n] sacerdotibus, fuerit episcopali loco vel nomine detrusus [o], si aliquid contra custodia vel quietē [p] publicā moliri fuerit deprehensus, rursusq; [q] petere sacerdotium, à quo videtur expulsus: procul ab ea vrbe, quam conturbauerit, centum millibus vitam agat, nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus [r] etiam eorum ||nostram|| indignationem subituris. Dat. Prid. No. Feb. Rauen. Stilicone & Aureliano Coss. 400.

Auth. ex Nouell. 123.c.11.

Si quis episcopus sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi ciuitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo degere iussus est: iubemus, hunc monasterio in alia regione cōstituto tradi: vt, quæ in sacerdotio reliquit, in monasterio degens corrigat.

De illicitis conuenticulis.

15. Iidem AA. Studio præfecto vrbi.

Conuenticula [s] illicita [t] etiam [u] extra ecclesiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus: proscriptionis [x] domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos noua ac tumultuosa [y] conuenticula extra ecclesiam celebrantes susceperit. Da. 4. Kal. Septemb. CP. Honorio A.6. & Aristæneto Coss. 404.

De censibus.

16. Impp. *Honor & Theodos.* AA. Anthemio P.P.

Quisquis censibus [z] fuerit annotatus: inuito agri domino temperet, ab omni clericatu: adeo vt, etiam si in [a] eo vico, in quo noscitur mansitare, clericatus fuerit, sub hac lege religiosum adsumat sacerdotium, vt & capitationis sarcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur, & in ruralibus obsequiis, quo maluerit, subrogato [b] vtatur: ea scilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis venerandis ecclesiis relaxatur. nullo contra hanc legem vmquàm valituro rescripto. Dat. ** Honorio A.8. & Theod. A.3. Coss. 409.

De publicis actionibus. vel ad curiam pertinentibus & publicis spectaculis. 1. De Parabolanis.

17. Iidem AA. Maximo P.P.

Placet [c] nostræ clementiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actionibus [d], vel ad curiam pertinentib. ||cuius corpori non sunt annexi||, habeant. 1 ¶ Præterea his qui parabolani [e] vocantur, neque ad quodlibet publicum spectaculum [f] neque curiæ locum, neque ad iudicium

a *Noue.123.c.18.* b pars legis *3. C. Theod. de his qui ad Ecclesias confugiunt lib.9.* c *Noue.123.ca.1. §. curialis.* d *l.53. §. 1. j. eod. adde l.60. j. de decurioni.* e *lege 56. & 104. Cod. Theodos. de decurionib. lib.12.* f *l. 5. j. qui locu cedere.* g *lex 34. Cod. Theodos. eod.* h *l. 22. j. eod.* i Pœna violantis priuilegia Ecclesię 16. *Cod. Theod. 2. l.34.* k Communitas excommunicari potest. l Bannum remitti potest. m *l.35. Co. Theodos. eod.* n *16. l. Theod. 2. C. 35. i.* syndico. o *Nouel. 123. ca. 11. inf.* p Magistratus officium est seditiosos ministros Ecclesiæ increpare. sic Constātinus, totam aliquando Tyri synodū nō dubitauit reprehendere, quòd Athanasio iniuriā fecisset: imò & castigare *Socrates 1. historiæ: Sozomenus.1.* Idē Nicomediēsem clerum suo iure reprehendit, eíque minatur si quid turbaret aut misceret. *Theodoretus. 1.* q Episcopatu repulsus, sacerdotium rursus petere nō potest. Hic locus etiam ostēdit, eosdem olim fuisse episcopos & sacerdotes *adde distinct. 50.* r Improbis nulla defensio pręstanda. s Pars interpolata *legis 37. Co. Theodos. de episcopis. l.5. j. de hæreticis.* conuenticulas illicitas *Cuia. 2. Feud. 53. §. 1. vers. conuenticula* Baldus legit *conuenticulā,* quem vide *hic,* explicātem varias (per singulos locos) argumentandi species, vt Topicorum loco iuris studiosis esse possint. t quid licita? potestne sacrum epulum extra ecclesiam celebrari? vide Nouellam Leonis 4. Potestne etiam baptismus extra templum conferri? vide Nouellam Leonis 15. u vt nullus omnino locus hæreticis pateat *v. l.3. j. de hæreticis.* est enim hæc vox etiam implicatiua. x Publicatur domus in qua fiunt illiciti conuentus. y *d. l.3. Cod. Theodos.* z *v. l.37. j. eod.*
a *Nouell. 123. cap.17. in fi.* b substituto *l.21. j. eod.*
c pars legis *42. Co. Theod. eod, adde Nouellam Leonis 86.*
d Clerici non possunt esse aduocati aut procuratores *adde l.26. l.41. inf. j. eo. Noue. 123. c.6, adde dist. 88.* e de quibus *v. l.18. j. eo.*
f *16. C. Theod. 2. l.42. Nou. 123. c.10.* Lactantius in *Epit. c.6.* gladiatorum sceleribus non minùs cruore perfunditur qui spectat, quàm ille qui facit, &c.

a *al.*breuib.parabolani *d.l.42.C.Theod.eo.*Breuis,hic,matricula est in qua parabolani inscripti b *παραβολεῖν v.l.34.§.de episcop.aud.* c dixi ad *l.17.§.cod.* d *lex.43.C.Theodos.eo.adde l.17 §.eo.*qui & parabolarij Iulio Firmico:paraboli,Socrati:parabolani *l.6.C.Theod.2.§.42.43.*vtq; inibi notatū est in margine, Parabolani. Cæterùm,ita dictꝰ, se conijciunt in magna pericula propter frequentē ægrotorum contactum *v. Cuiac. ad Nou.3.*Sunt.n. Græcis παράβολα, summis periculis obiecta *Canon.2.c.10.nu.5.Turneb.13. ad vers.23. Alciat.4.dispunct.9.Tiraquell.de nobilitate.* e medici tamē præstituebantur in municipiis nō ab episcopo, aut præside, sed ab ordine &possessorib. cuiusq; ciuitatis *v.l.1.ff.de decretis ab ordine faciendu.* f Parabolanos medicos arbitrio antistitis Alexādrini electos hic locus apertissimo indicio est,vnde parabolanosnō simplicitermedicos aut medicinam exercētes fuisse suspicio est, sed eos potius, qui certo genere voti & quasi religiosi, curandis ęgrotis pauperibus destinati publicè:quales augusta Lutetia, vnde mihi origo, paucis ab hinc annis,instituto sancto (neque dubito quin aliquando largius)ac certo numero cōstituit. Aliàs medici eligēdi ius, ciuitatū ipsarū fuit. *l.1.ff.de decretu ab ordine faciendu.* g de medicis& studio medicinæ in vrbe Alexandrina, hoc scitu dignū refert Ammianus. *22.inf.* ad commendādam, inquit, artis peritiā, medico pro omni experimē to sufficit,si Alexandriæ dixerit se eruditum. h Cuius? vtique Episcopi,de quo superiꝰ facta est mentio. Idē ergo anti quitus fuit sacerdos & episcopus. i *l.17.§.eod.* k *lex 44.C.Theodos.eod.*vult autē hæc cōstitutio, vt ne clerici qui nuptias contrahere canonibus vetantur, ἐπείσακτον mulierē domi adscitam & quasi focariā, &, vt eo tēpore loquebātur, sororem habeant: excepta matre, filia,sorore & similibus,quę ab omni suspiciōe immunes: Episcopos verò,

accedendi licentiam permittimus: nisi fortè singuli, ob causas proprias & necessitates iudicem adierint, aliquem pulsantes lite,vel ab alio ipsi pulsati, vel in communes totius corporis causas syndico ordinata: sub ea definitione, vt,si quis eorum hæc violauerit, & breuibus [a] parabolanis eximatur, & cōpetenti supplicio subiugetur, nec vmquàm ad eandem sollicitudinem reuertatur.Dat.3.Kalen. Octob. CP. Theo.A.7. & Palladio Coss. 416.

De ludis & spectaculis.

Authent. ex Nouell. 123.c.10.

INterdicimus sanctißimis episcopis,& presbyteris, diaconis,& subdiaconis, & lectoribus, & omnibus alijs cuiuslibet ordinis venerabilis collegij aut schematis constitutis,ad [b] tabulas ludere, aut alijs ludentibus participes esse,aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum [c] spectandi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit: iubemus,hunc tribus annis à venerabili ministerio prohiberi,& in monasterium redigi. sed in medio tempore si se pœnitentē ostenderit,liceat sacerdoti,sub quo constitutus est, tēpus minuere, & hunc priori rursus ministerio reddere.

De parabolanis.

18. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

PArabolani[d] qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, sexcentos constitui præcipimus: ita [e] vt per [f] arbitriū viri reuerendißsimi antistitis Alexandrinæ[g] vrbis de his qui antea fuerant, & qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sexcenti parabolani ad huiusmodi sollicitudinem eligantur: exceptis videlicet honoratis, & curialibus. Si quis autem ex his naturali sorte fuerit absumptus,alter in eius locū pro voluntate eiusdem [h] sacerdotis(exceptis honoratis & curialibus)subrogetur:ita vt hi secenti viri reuerendissimi sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent,& sub eius cura consistant: reliquis, quæ dudum latæ legis forma complectitur super his parabolanis,vel de spectaculis,vel de iudiciis, cęterisque (sicut iam [i] statutum est)custodiendis.Dat.3.Non.Feb.CP.Honorio XII.& Theod.10.A.A.Coss.418.

Quę mulieres cum clericis habitare possunt.

19. Iidem AA. Palladio P.vrb.

EVm [k], qui probabilem [l] seculo disciplinam agit,decolorari [m] consortio sororiæ [n] appellationis non decet: quicumque igitur cuiuscumque [o] gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur:extranearum [p] sibi mulierum interdicta consortia cognoscāt: hac tantùm eis facultate cōcessa, vt matres,filias, atque germanas [q] intra domorum suarum septa contineant. in his enim nihil sæui criminis existimari [r] fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quæ ante [s] sacerdotium maritorum, legitimum meruere coniugium. neque enim clericis incompetenter adiunctæ sunt, quæ [t] dignos sacerdotio viros sua conuersatione fecerunt. Dat.8. Id.Maij,Rauē.DN.Theod.A.9.& Cōstantio V.C.Cōss.420.

Authent.ex Nouell. 22.c.42.

MVlto magis [u] ergo cessant eorum coniugia, soli enim cantores lectoresque nuptias contrahere permittuntur. aliis autem omnibus penitus interdicimus. verumtamen si & ipsi ad secundas peruenerint nuptias, nequaquàm ad sacerdotij culmen ascendant.

Authent. ex Nouell. 6.c.5.

EPiscopo, [x] nullam mulierem secum habere permittitur sed si habere probetur,ab episcopatu deiiciatur, quo se fecit indignum.

De bonis clericor. & monachor.

20. Impp. *Theod. & Valen.* AA.ad Taurum præfec.P.&Patritium.

SI [y] quis presbyter [z], aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus,vel cuiuslibet alterius loci clericus,aut monachus, aut mulier, quæ solitariæ vitæ dedita est, nullo condito testamēto decesserit, nec ei parētes vtriusq; sexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationísve iure iungun-

nullam etiam earum,nisi episcopatu priuari velint. l Probabilem in seculo disciplinam agit,cuius secta atque conditio honesta est. m id est,dehonestari. n Ita solebât quodam clerici συνεισάκτους sorores,matres aut filias appellare,vt propudia sua (sub his videlicet pietatis nominib.) obtegerent. Id quod Hieronymus indicat *in libro ad Rusticum monachum de viuendi forma:& in libro de vitando suspecto contubernio:& in eodem sermone Iohannes Chrysostomus:& Anciranum concilium c.18.* o Græci distingunt inter presbyteros,diaconos,subdiaconos & episcopos. Illis licet συνοικεῖν habere: his non æque *Synopsi Basilic.3.titul.3.c.41.* p *§.1.tit.2.de presb. & diaconis ne habitent cum mulieribus capitis primi legum Boioariorum. addé Nouell.123.c.29.Nou.133.c.3.Nou.137.c.1.inf.* quas Ruffinus Aquilegiensis *in c.3.Nicæni concilij,* συνεισάκτους, interpretatur. Alij vertunt sub introductas,intromissas & adsciititias *c.nullus,c.interdixit,dist.32.* Super inductā vertit interpres *Nou.123.c.29.* quā ἐπείσακτον Græci *3.bcl.1.c.41.addé c.39.Aquisgranēsis cōcilij:&c.4.Arelatēsis secūdi:* Euseb.*7.hist.30.*vbi Rhenanus ex Chrysostomi quodam sermone,quales eæ mulieres fuerint, diligenter interpretatus est.*v.Cuiac.2.obs.29.* vt non malè iactaretur in eos illud Martialis, Quare ou habeat Fabula queris Vxorem, Themisson,habet sorores *v.Cuiac.ad Nou.6.insi.*

Tibullus. Hæc tibi vir quōdam,nunc frater,casta Mececa mittit. Seneca in Phædra, Me vel sororē,Hippolyte,vel famulā voca.Petronius,Recipies neruos tuos si triduo sine fratre dormieris. Idem Concilio tibi,ô iuuenis,sororē: Martialis,Fratrē te vocat & soror vocatur,idē, Desine me vocare fratrē, nec te carā enim vocer sororē. q In Nicæno concilio additur θεῖαν & quęlibet huiusmodi necessitudine coniūcta mulier, vt ꝓcul absit omnis ab ea suspicio *addé l.7.ff.de vsu & habit.* r Non præsumitur fornicatio, incestus,aut crimē inter cōsanguineos.*l.34.§.de adulteriis.v. Alciat.1.præsumpt.34.l.67.§.1 ff.de rit.addé v.ursera 1.pract.21.c.2.* s Episcopus, sacerdos aut clericus,eā, quę vxor ante Sacerdotiū fuit, domi habere potest. t videtur alludere ad versiculū 14.16.Epistol.ad Corint.c.7. u sensus est, Si nō permittitur ad tempus alicui mulierē domi habere, multò minus in perpetuū, q. ius matrimonio quisadipiscitur *§.1.Inst.de patr.potest.* x *3.Eclo.1.c.41.* y *l.vnica §.C.Theodos.de Episcopis lib.5.* z i.cleric°.aliud in episcopo. *v.Cuiac.ad Nouel.131.* a *Nouel.131.c.13.* b Post liberos cōiūctos & vxorē, curiā, patronū, & dominū, intestati religio si bona,ad monasterium deferuntur. c *l.50.§.eo.No.113.c.19.Nou.123.c.1.* † hoc hodie verum sit apud Gallos, dixi ad Authentica Ingressi *14.§.tit.prox.* d Iniquū est,auferre filiis legitimam. e sumpta hæc lex est ex *l.187.C.Theod.§.de decurionibus lib.12.* Igitur Curie mu neribus per substitutos periculo suarū facultatū satisfacere iubētur, episcopi, presbyteri, diaconi, illustres. f Nota argumētū ab episcopis ad illustres personas. Episcopi similes illustrib. non sunt tamen illustres: aliud in Cardin.*Bald.* g Ob dignitatē superueniētem pōt quis seruire per substitutū. h Qui alium substituit,suo periculosubstituit. i Nota pœnam calumniatoris episcopi. k τῷ δημοσίῳ

tur, vel vxor extiterit: bona, quæ ad eum vel ad eam pertinuerunt,sacrosanctæ [a] ecclesiæ vel monasterio, cui fortè fuerat destinatus aut destinata, omnifariam socientur: exceptis [b] his facultatibus, quas fortè censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti, vel curiali cōditioni obnoxij clerici, vel monachi,cuiuscumque sint sexus relinquunt. Neque enim iustū est, bona, seu peculia [c], quæ aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus,aut ad curias pro tenore dudum latæ cōstitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis aut monasteriis detineri: actionibus videlicet competentibus sacrosanctis ecclesiis vel monasteriis reseruatis, si quis forte prædictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negotiis, aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actionibus obligatus obierit. D.14. Kalend.Ian. Ariouindo & Aspere Coss. 434.

Authen. ex Nouell. 5.c.5.

NVnc autem,cum monachus factus est,hoc † ipso suas res omnes obtulisse monasterio videtur, si priùs testatus non sit,& exinde de iudicio eius cessante, lege disponitur: vt si liberos habeat,in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum [d] saluo tamen iure vxoris, & aliorum creditorum.

De muneribus curiæ.

21. Iidem AA. Thomæ præfecto prætorio.

AD [e] similitudinem [f] tam episcoporum orthodoxæ fidei, quàm presbyterorum & diaconorum, hi,qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos [g], periculo [h] suarum facultatum, curiæ muneribus satisfacere non vetentur. Dat.4. Non.AP.CP. Isidoro & Senatore Conss. 436.

De accusatione episcopi. 1. De priuilegiis ecclesiar. 2. De literis systaticis.

22. Iidem AA. Florentino.P.P.

SI qua per calumniam [i] postulatio super criminalibus causis apud competentem iudicem deposita exhibitionis causa, fuerit sacrosanctæ religionis antistiti triginta pondo auri condemnatione publicis [k] calculis inferenda, vt percellatur, præcipimus. 1 ¶ Quinetiam omnia priuilegia [l], quæ sacrosanctis ecclesiis, confugarum, aut clericorum, decanorum, aut aliorum ecclesiasticorum causa legibus sunt præstita, intacta atque illibata seruari.

2 ¶ Præterea iubemus, vt omnes clerici atque monachi, qui de suis [m] ciuitatibus ad hanc almam vrbem ecclesiastici negotij vel religionis causa proficiscuntur, litteris [n] episcopi [o], cui vnusquisque eorum iter faciens obsequitur, muniti adueniant: sciturí, quòd, si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quòd non clerici vel monachi esse putabuntur [p]. D.Theod.A.17.& Festo Coss.439.

Auth. ex Nouell. 123.c.8.

NVllus episcopus inuitus ad [q] ciuilem vel militarem iudicem in qualibet causa producatur vel exhibeatur,nisi princeps iubeat: iudex autem, qui duci vel exhiberi imperauerit, post cinguli priuationem, viginti libras auri ecclesiæ illi, cuius episcopus est, persoluat: executore post cinguli priuationem verberibus subdendo, & in exilium deportando.

De Fabiano seu Flauiano & Eutichete.

23. Imp. *Valent. & Martianus* AA. Palladio præfecto prætorio.

QVoniam venerabilis recordationis Fabianus [r] huius almæ vrbis episcopus, cùm venerabilis synodi innumerabilium penè sacerdotum,qui Chalcedone[s] conuenerunt,tanto & tali decoratus est testimonio,vt Eutyches,qui contrà senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus vno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio reueletur. Data Constantinopoli,pridie Nonas Asporatio V.C. & qui fuerit nunciatus Conss.*

De relicto pauperibus.

id est, publico aut fisco.*Synopsi Basil.60.titul.1.ex libro 3.titul.1.cap.2.6. Harmenenop.9.§.2.*vt fit quoties eum qui in crimine aliquo,Episcopū calumniatus fuerit,30.auri libras fisco pēdere. l Priuilegia ἐκκλησιαστικὰ firma esse debent*Synopsi ibid.* m Clerici peregrini fine literis testimonialibus diœcesani, non habentur pro clericis *addé Nou.86.& Cuia.ibid.* n vt ne clericus aut monachus habeatur ὁ συλλαβὰς(alij γράμματα) ἐκ τῶ ἐπισκόπου τὰς συστατικὰς (alij τὴν πόλιν) κατειληφὼς *Synopsi eod.* qui absq; litteris,seu syllabis epistolis episcopi sui comitatum aut vrbē adierit. συλλαβαὶ igitur epistolæ ac litterę: quæ commendatitiæ ab Augustino: formatę in actis cōcilij Antiocheni, dicuntur *71.distin.c.penult.& vlt.* o & qdē signatis, aliàs non facerent fidē.de huiusmodi litteris,vide Rebuffū *tomo 2.tract.de litteris requisitoriis nu.7.* p An perceptis ignorater dominū,vel clericū,incidat in feloniā vel canonē *v. Molinæ.1.cōsue.30.nu.350./51.152.153.* q Episcopꝰ nō trahitur inuitꝰ ad iudicium seculare *Salicet.* r Flauiā. Episcop. Constantinop. de quo *v.Euagr.2.hist.4.* De eiusdē rescripto ad Leō. *v.to.1.Cōciliorū v.in Epist. Leonis fol. 639.* Eiusdē rescriptū de fide ad Theodosium *v.acta concilij Calcedonensis fol.726.* Eiusdem appellationem à Dioscori sententia *ibid.* *act.1.fol.823.*Huius meminit Photius 2. Nomocanonis 9. f *v.l.4.§.de summa trini.*

24. Iidem AA. Palladio præfecto prætorio.

ID, quod pauperibus [a] testamento vel codicillis relinquitur, non vt incertis [b] personis relictum euanescat, sed omnibus modis ratum firmúmque consistat.

De foro competenti. 1. De cautione. 2. De sportulis.

25. Imp. *Marcianus* Constantino P. F. P.

CVm clericis in iudicium vocatis pateat episcopalis audientia [c]: volentibus [d] tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimæ tuæ [e] sedis examen cōtra catholicos sub viro reuerendissimo archiepiscopo huius verbis clericos constitutos, vel contra reuerendissimum œconomū, tam de suis quam de ecclesiasticis negotiis, sibimet nouerit expetendum. qui in nullo [f] alio foro, vel apud quemquam alterum iudicem eosdem clericos litib. irretire, & ciuilib. vel criminalibus negotiis tentet innectere. 1 ¶Memorati autem reuerendissimi clerici orthodoxarū ecclesiarum, quæ sub viro religiosissimo antitiste huius inclytæ vrbis sunt, in causa, in qua vel ipsi, vel procuratores [g], quos pro se dederint, sententiarum tuarum auctoritate [h] pulsantur, executorib. per quos cœperint conueniri, fideiussorem, sacratissimæ huius vrbis ecclesię œconomum, vel defensorem præbeat, qui vsq; ad quinquaginta libras auri fideiussor existat. Ipse verò reuerendissimus œconomus almæ huius vrbis ecclesiæ lite pulsatus fideiussorem pro se non præbeat: vt [i] pote qui & aliorum [k] clericorum fideiussor futurus est, sed fidei [l] suæ committatur. Quòd si lis diuersorum (excepto reuerēdissimo œconomo) clericorum, quę agitanda sit, memoratam summam videatur excedere: clericus lite pulsatus, det executori pro residua quātitate cautionem suam, cui nullum tamen insertum erit iusiurandum: quia ecclesiasticis regulis & canone à beatissimis episcopis antiquitùs instituto clerici [m] iurare [n] prohibentur. 2 ¶Statuimus autem, vt executoribus idem reuerendissimus œconomus, vel alij diuersi clerici sub beatissimo archiepiscopo huius splendidissimæ ciuitatis, sententiarum tuarum auctoritate cōmoniti, duos solidos tantummodò dent pro commonitione sua, & pro institutione procuratoris, si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diuersos apparitores eminentiæ tuæ, in his, quæ ex consuetudine præbentur officio, obseruari in causis prædictorū clericorū iubemus: vt litis sumptus vel expensæ à clericis pauciores humanioresq; [o] præstentur. D.8. * April. Varari, & Ioanne Coss. 456.

Auth. ex Nouell. 123. ca. 28.

SEd hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta, in qualibet causa criminali vel pecuniaria cuiuscumque quātitatis, vel diaconissa, vel monachus, vel ascetria, vel monacha amplius quatuor siliquis [p] permittantur dare: nisi cùm ex iussione principis ad alias prouincias vocantur: vbi non vltra vnū solidum accipiet executor. Episcopus pro rebus ecclesiæ suæ nihil præstet nomine sportularum: actiones contra ecclesias propositas œconomis suscipientibus, vel illis, qui in eam causam sunt ordinati. Qui contra hoc exegerit: in duplum, quod exactum est, reddet, nudandus cingulo, si miles est: si clericus, à consortio clericorum remouendus.

De sportulis vt suprà. De cautione ab actore præstanda.

Authent. ex Nouell. 112. c. 2.

GEneraliter autem iudex prouideat, libellum pulsato non porrigi, sportulásve ab eo non exigi, nisi prius & in libello actor per se, aut per tabularios conscribat, & actis interueniētibus fideiussorem idoneum periculo competentis officij præstet, quòd † vsque ad finem litis permaneat, eámque vel per se, vel per procuratorem exerceat. &, si conuictus fuerit iniustè mouisse litem: expensarum sumptuumq; nomine decimam † partem quantitatis in libello comprehensæ, pulsato restituat, aut si fideiussorem dare non valet, super hisdem iuratoriam exponat cautionem, & tactis † sacrosanctis euangeliis adfirmet, se fideiussorem dare non posse pœna iudici & eius officio imminente, si aliter versati fuerint, in denis libris auri. executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium: nisi causa moueatur ex consensu vtriusque partis.

De reliquiis sanctorum.

26. Imp. *Leo* A. Iuliano præfecto prætorio.

DEcernimus, vt posthac neque monachi neque quicūque alij cuiuscumque status atque fortunæ in ædes [q] publicas vel in quæcumque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem [r] crucem & sanctorum martyrum reliquias illicitè inferre [s] conentur, vel occupare [t] audeant ea, quæ vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamenta constructa sunt. Cùm enim religiosæ ædes non desint: possunt ibi, consultis priùs (vt oportet) religiosissimis episcopis, reliquias sanctorum martyrum, non quorundam vsurpatione, sed arbitrio reuerendissimorum antistitum collocare. Ideo patientiam & modestiam suam, quam leges nostræ & publica disciplina & ipsorum monachorum nomen [u] exposcit, studiosè vnusquisque tam monachus, quàm cuiuslibet alterius professionis retineat, & perpetuò obseruare procuret.

De his qui officia seu munera expleuerunt. De primipilaribus.

27. Idem A. Eutychio P.P.

QVisquis, emensis militiæ suæ stipendiis, expletisque officiis, siue muneribus, quæ cuicumque cōditione, aut consuetudine, aut lege debebatur, ad [x] consortium se contulerit clericorum, & inter ministros verę orthodoxæ fidei maluerit & elegerit numerari: nullius prorsus sententiæ acerbitate reuocetur: nec à Dei templis, quibus se consecrauit, importunis intentionibus abstrahatur: sed in hisdem beatissimis ministeriis secūrus permaneat & quietus, ad quæ post longi laboris lassitudinem ob reliquæ vitæ requiem cōsilio meliore protractus est: his actionibus, si quæ contra eum eiúsque patrimonium legitima intentione cōpetunt, pro [y] iuris ordine responsurus: exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis & publicis vtilitatibus in perpetuum esse subiectos, sacratissimæ constitutionis statuta sanxerunt.

Legatum relictum in redemptionem captiuorum, valet non obstante incertitudine personarum.

28. Idem & *Anthemius* AA. Nicostrato P.P.

NVlli licere decernimus: siue testamento heres sit institutus, siue ab intestato succedat, siue fideicommissarius vel legatarius inueniatur: dispositiones pij testatoris infringere [z], vel improba mente violare, adserendo incertū esse legatum vel fideicommissum, quod [a] redemptioni captiuorum relinquitur: sed modis omnibus exactū, pro voluntate testatoris, piæ rei negotio proficere. 1 ¶Et si quidem testator designauerit, per quem desiderat redemptionem fieri captiuorum: is, qui specialiter [b] designatus est, legati vel fideicommissi habeat exigendi [c] licentiam, & pro [d] sua conscientia votum adimpleat testatoris. Sin autem, personâ nō designatâ, testator absolutè tātummodò summam legati vel fideicommissi taxauerit, quæ debeat memoratæ causæ proficere: vir reuerendissimus [e] episcopus [f] illius ciuitatis, ex [g] qua testator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratiâ fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus. 2 ¶Cùm autem vir religiosissimus episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus: statim gestis [h] interuenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas susceperit, apud rectorem prouinciæ publicare debebit. Post vnius verò anni spacium, & numerum captiuorum, & data pro his precia eum manifestare præcipimus: vt per omnia impleantur ||tam|| piæ [i] deficientium voluntates. Ita tamen, vt religiosissimi antistites gratis [k] & sine vllo dispendio prædicta gesta conficiant: ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ, iudiciorum dispendiis erogentur. 3 ¶ Quòd si testator, qui huiusmodi legatum vel fideicommissum non designatâ personâ reliquit, barbaræ sit nationis, & de eius patriâ aliqua emerserit ambiguitas: vir reuerendissimus episcopus ciuitatis eius, in qua ||idem|| testator defunctus est, eiusdem habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus. 4 ¶ Quod si in vico vel territorio testator mortem obierit, illius ciuitatis vel reuerendissimus episcopus actionem habebit, sub qua vicus vel territorium [l] esse dignoscitur. 5 ¶ Et ne pium defuncti propositum improbâ fraudatorū calliditate celetur: quicquid pro huiusmodi causa à testatore relictum fuerit, vniuersi [m], qui

a Pauper, parum: inops, nihil habet. b Cur ita?ius & nomē heredis datur episcopis, œconomis, Xenoni. Nomē, vt sint heredes: ius, vt debita exigant, & creditorib. defuncti respondeant, & pauperib. relicta diuidant. *l. 49. §. 1. j. eod.* An vt Falcidiā vel Trebellianicā detrahent, quasi legatis aut fideicommisso onerati? non detrahunt. *d. l. 49.* aliàs nō valet legatū *l. 18. in f. ff. de vsufr. legat. §. 25. Inst. de legat. Vlp. 22. §. 4.* Incertis tamen de certis legare possumus *d. §. 25. l. 5. ff. de rebus dub.* nisi in libertate *l. 31. de manum. testam.* At hîc vt sint incertæ personæ, certa tamē sunt subiecta pietatis exercendę. Pauperes sunt instar collegij, quod vicē personæ repræsētat teste Bald. (apud quem hîc vide integrū tractatum de executorib. testamētariis.) quin & hoc casu, legatū certūdici potest, quia Deo relictū, qui certus est: sed & id priuilegio fieri dici potest: vel certos pauperes demonstrari ab executore testamentario vel legitimo, putà episcopo. *l. 28. §. 1. j. eod.*

c videtur esse pars legis decernimus. j. de episcopali audientia.

d *l. 13. in f. l. 29. j. de episcopali audient.* hinc collige, Ex plurib. legitimis iudicib. electionē permitti actori. Vbi reus habet plura fora de iure communi, non priuilegiato, electio est actoris *Bald.*

e id est, Præfecti Prætorio *l. 33. inf. j. eo.* & ita Clerici Constātinopolitani cōueniri poterant, vel corā episcopo Constātinopolit. vel præfecto. Ciuiles enim magistratus initiò iudices sacerdotum & clericorum fuêre.

f Vbi certi iudices delegati nullus alius potest cognoscere.

g Prima citatio potest incipere à procuratore *v. l. 3. ff. de alimētis.*

h In criminalibus (secùs in ciuilibus) sine pręcepto iudicis reus citari nō solet. Huiusmodi cōmissio est interlocutoria *Ba.*

i sensus est, qui nomine alieno fideiubet, suo cauere nō tenetur.

k Fideiussor clericorum, œconomus *l. 33. §. 2. j. eod.*

l Qui fidei suæ committantur, alibi dicam.

m Clerici non præstant iuratoriam cautionē. n vllo modo, vlla in causa. At fortè de calumnia iurare tenetur? Cuiac. negat *Nou. 49. in fin.* vbi notat illas formulas concisas iurandi. Si Deus *ex Iuliano*: Si valeas, *ex Gregorio Turonensi.* Reperio tamen œconomum iurare cogi, *Authentic. Hoc ius porrectum 14. suprà titul. proxim. l. 1. infrà de iureiurando propt. calum.* o Hinc colligunt, Humaniùs agendum cum clerico, quàm cum laico: quib. reclamat lex 8. *in fine suprà eo.* p siliqua seu sicilicū *l. 21. §. 2. ff. de annuis.* Græci κεράτιον vicesima quarta pars nummi, siue solidi. Apud Gallos aurifices *Carat*, est vicesima quarta pars auri puri *v. Molin. de vsuris nu. 64. 68.* De siliquarum exactionibus, de oneribus monopolij aurariæ functionis, & siliquatici v. Cuiacium *16. obs. 23.* † hodie auditur actor persequens litem, licèt non caueat de ea prosequenda vsque ad finem, aut soluendis expensis *v. Rebuff. in Proem. constit. gloss. 5. nu. 37. Roland. à Valle, 3. Consi. 71. num. 19.* P[illegible] nus eam solennitatem desuetudine non sublatam, omissam num vitiaretur processus? negat Rolandus à Valle *ibi. nu. 25.* Quia ordo iudicij non consistit propriè in præparatoriis, quorum omissio (excepto libello) non vitiat: maximè si non sint petita *ibi. nu. 26.* Meritò autem sublata est ea necessitas satisdādi, alioquin egeni suum iudicio nunquam recuperarent, vtpote destituti satisdatione. † apud Gallos ea non præstatur, nisi in Curia parui sigilli Montispessulani, *Rebuff. d. loco. nu. 37.*

† *quæ notaui ad Auth. sed iudex 7. s. eod.*

q ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται. in publico loco vel vbi spectacula populo exhibētur. *synopsi Basilic. 1. titul. 1.* περὶ λειψάνων ἁγίων. *5. & c.* περὶ σταυροῦ τιμίου *adde l. 26. §. 4. j. de episcopali audientia.*

r *1. synopsi 1. tit.* περὶ λειψάνων *c. 5. & tit.* περὶ σταυροῦ τιμίου *c. 15.*

s eadem ratione templa paganorum euerti vetant Imperatores. *l. 3. j. de paganis.*

t huc tamē refer dictum Alexādri Seueri *ex Lampridio.* Cùm Christiani quēdam locum, qui publicus fuerat, occupassent: cōtrà, popinarij dicerent sibi eum deberi, rescripsit, Meliùs esse vt quomodocūque illic Deus coleretur, quàm popinariis dederetur.

u de cuius etymo & officio *v. diligēter 16. dist. 1. c. placuit omnibus, & c. placuit communi.*

x *v. l. 4. s. eod.*

y per procuratorem *Noue. 123. c. 27.*

z Summæ improbitatis est, pia defunctorū iudicia infringere.

a quod redemptioni captiuorū relinquitur, nō habetur pro legato in certis personis relicto *l. 24. s. eod. l. 49. §. 1. j. eod.*

b Executor specialiter est nominandus in testamēto. De executoribus testamentorum *v.* Baldi tractatum *in l. 24. s. eo.* Bartolum *ad l. 9. in pr. n. 6. ff. de alim.* Ferrariensem *in forma libelli reddēdæ rationis tutelæ 35. in verbo ac executores 6.*

c Executor ad pias causas agere potest aduersus heredem grauatum.

d Executorem defuncti testamentarium vel legitimum non posse alteri officium & munus suum committere, hinc colligitur. Imò ne quidem ei ius substituēdi à testatore dari posse, nisi ad pias causas, notant. *vide Tiraquellum priuilegio 31. piæ causæ.* e Executor legitimus testamenti ad pias causas, Episcopus. f *v. l. 50. in f. ff. de here. peti.*

g Leg. in qua testator moritur: *vt in §. 3. j. eod.*

h Executor testamenti, inuentarium rerum acceptarum facere tenetur & rationem reddere. Si ita est, eius bona tacitè subiiciuntur hypothecæ. *facit l. 20. in f. suprà eodem.*

i An impiæ, iniustæ, an superstitiosæ? *vide l. 14. §. 5. ff. de religiosis: adde l. 5. §. 9. ff. de admin. tut. l. 1. §. 1. ff. vbi pupilli.*

k hinc illud: gratis accepistis, gratis date.

l id est, fundus. *adde l. 30. ff. ad municip.*

m Cuilibet legatum ad pias causas deferre licet.

a *l.2. in f. ⁊. de iure fisci.* b sensus est, Etiam testatore inuito, episcopus se intromittit pro eius voluntate exequenda *Salicet.* c Huiusmodi interdictio non potest mutare formam à iure communi constitutam *Bald.* d Qui negligit voluntatem defuncti implere, commodo sibi relicto priuatur *l.25. ⁊. de legatis.* e Iterata monitio per publicam personam facta, constituit debitorem in mora. f Quid si filius heres, moram cõmittat in relictis ad pias causas præstandis, an hereditate priuabitur? Nõ priuabitur, æquè ac si in libertate prçstãda moram admitteret. *l.1. §. sin autem. ⁊. de cõm. seruo.* Et hic priuari lucro dicitur. hereditas autẽ liberis quasi debita est. Præterea si id ita esset, omnes legitimæ imponerẽtur à patre, contra *l. quoniã. ⁊. de inoffici.* exheredaretur filius institutа ecclesia, cõtra cõsilium Augustini *17. quæst. 4. c. vlt.* Atq; filius morã admittens in relictis ad pias causas præstãdis, hereditate paterna priuari dicitur *c. licet extra de voto?* Nempe quia in illa specie filius iurauerat, se votũ patris impleturũ. Deinde nihil vetat hereditate priuari, & tamen legitimã consequi. Et hçc æquiora sunt, ni mirũ vt ne filius moram admittens in legatis ad pias causas præstãdis, hereditatẽ patris amittat. Imò nec ius primogenituræ, arg. *l.67. §.1. ff. de legat. 1. vide Couaruuia in c. si heredes. de testamentis.*
g lucrum sc.
h Interpretatio Contij.
i hinc illud, Si cupis esse, quod diceris, quid facis in vrbe? *16. quæst. 1. c. Si cupis: adde l.53. §. 3. ⁊. eod.*
k i. responsionũ *vide Nou. 123. c. 5.*
l *adde l. 4. ⁊. de summa trinit.*
m *l.15. in f. ⁊. eo.*
n Interpretatio Leunclaij, *ex epitome Basilicõ Michaelis Proconsulis Ataliensis.*
o i. nõ leuib. de causis *11. qu. 3. c. null⁹ sacerdotũ & c. certũ est pro his trib⁹ criminibus.*
p Episcopus mẽte pura, nuda consciẽtia, syncero iudicio eligendus.
q Episcopatus (vt & beneficij) incapax quis redditur ambitu seu simonia *vt hic: ca. nobis de simonia. c. cum clericis de pactis:* vt & alibi: ob crimẽ hæreseos *c. odit. 1. quæst. 1.* schismatis *c. inter hæresim 24. quæst. 3.* maiestatis *c. fœlicis de pœnit. in 6.* sacrilegij *c. venerabilem de elect.* falsi *c. ad falsariorum de crimine falsi:* periurij *c. querelã de iureiur:* homicidij *c. accidẽs de accusat. c. ad aures, de ætate & qualitate: c. vult de temp. ordin.* ita incapax fit infamis, vel apud bonos tantũ & graues viros. *c. laic. 33. distinct. c. vltimo de furtis:* delicti postulatus, licèt nondum damnatus *c. vlt. de testib. c. omnipotens de accusat.* communione vel officio interdictus neq; restitutus. *c. postulatus extra de cler. excom. c. cũ bonũ de ætate & qualitate: c. cum dilectus de consuet.* r De Simonia *v. 1. quæst. 1. Nou. 6. c. 1. §. 9.* De annatis alibi dicam *adde l. vn. ff. de ambitu: Nou. 123. c. 3.* ſ Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames? *Virgil. 3. Æneid. vers. 55. 56.* t Auaritiæ ardor profanus. u Ardor, auaro tribuitur: vt alibi, seruor: vt illo loco, feruet auaritia, miseráque cupidine pectus. x Non episcopus à locó, sed locus, episcopi vita purificandus est. y Episcopus, non precio, sed precib. ordinandus. z Quæri, cogi, rogari. & inuitari episcopus, non obtrudi, debet. a sic Alexander Seuerus, præfectũ vrbis à senatu accepit, alterum Prætorio præfecit, qui ne fieret, etiam fugerat, dicens: *Inuitos non ambientes in Republica tollerandos esse.* vide Spartianum in Alexandro Seuero. b Magnũ est, nudę virtutis prçmio reluctãte ad honores promoueri. c *v. Nou. 6. c. 1.* d Vbi par delictum, ibi pœna æqualis esse debet *l. vlt. ⁊. ad l. Iul. repet.* e *Eclo. 3. c. 12.* f Orphanotrophi, qui parentib. atque substantiis destitutos minores sustentant & educant veluti affectione paterna, *hac l. inf.* aut quasi tutores pupillorũ & curatores adolescentium.

id quocumque modo cognouerint, vel in viri clarissimi rectoris prouinciæ, vel in vrbis episcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem. nec delatoris [a] nomen suspicionémque formident: cùm fides atque industria eorum tam laude, quàm honestate, ac pariter pietate non careat: cùm veritatem in publicas aures lucémque deduxerint.

Authen. ex Nouell. 131. c. 11.

Licèt[b] testator vel donator interdixerit[c] ei aliquod ad hoc participium in ea re habere. Idem est in œconomo. 1 ¶ *Sed si hi, qui facere iussi sunt, neglexerint[d]: semel vel bis ab episcopo vel œconomo admoniti per[e] publicas personas, amittãt lucrum[f], quod eis contingebat ex voluntate defuncti: & episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud[g] quod distribui debet, distribuere, quod si non fecerit, rationem reddere debet.*

29. [h]Impp. *Leo & Anthemius* AA. Zenoni stratego.

QVi in monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi ciuitate seu aliis quibuscumque ciuitatibus[i] conuersandi: exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus, vt apocriseon[k] solarum causa exire possint. Caueant autem hi, qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina disputent[l], vel cõciliabulis[m] præsint, vel turba concitata simpliciorum animos seducant: scituri, quòd, si nostræ pietatis statuta neglexerint, legum austeritati subiicientur. Dat. Calen. Iun. CP. Leone & Probiano Coss. 466.

30. [n] *De excommunicatione.*

EPiscopis interdicimus, ne quem à sacrosancta ecclesia vel communione segregent, nisi [o] iusta causa probata sit. Qui verò citra probationem hanc segregat, à sacra communione quoddam ad tempus arcetur.

De electione episcopi.

31. Iidem AA. Armasio præfecto prætorio.

SI quemquam vel in hac regia vrbe vel in cæteris prouinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt, ad episcopatus gradum prouehi Deo auctore contigerit: puris [p] hominum mentibus, nuda electionis conscientia, syncero omnium iudicio proferatur. Nemo [q] gradum sacerdotij pretij venalitate[r] mercetur, quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum si dei prouidebimus, si auri [ſ] sacra fames in penetralia veneranda proserpat? quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus [t] ardor[u] auaritiæ. & à sacris aditis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus: vt, quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ proprię integritate purificet[x]. Nec precio[y], sed precibus ordinetur antistes. Tantùm ab ambitu debet esse sepositus, vt[z] quæratur cogendus[a], rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus[b]. cum sanè si quis hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecuniæ interuentu subiisse: aut si quis, vt [c] alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur: ad instar publici criminis & læsæ maiestatis, accusatione proposita, à gradu sacerdotij retrahatur. nec hoc solùm deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos par facinus coinquinat & æquat[d], vtrosque similis pœna comitetur. D. VIII. Id. Mar. Constantinopol. Marciano & Zenone Coss. 469.

Auth. ex Nouell. 123. c. 2.

QVod pro hac causa datum est, & precium, quod expensum est, restituatur ecclesiæ, cuius sacerdotium voluit comparare.

De orphanotrophis.

32. Iidem AA. Dioscoro præf. præto.

ORphanotrophos[e] huius inclitæ vrbis: (nulla subtilitate iuris obsistente) qui [f] quidem pupillorũ sunt quasi tutores[g] adolescentium verò quasi [h] curatores, sine vllo fideiussionis grauamine in emergentibus causis tam in iudicio, quàm extra iudicium, (vt opus exegerit) ad similitudinem tutoris & curatoris, personas & negotia eorum (si qua possint habere) defendere ac vindicare iubemus. ita videlicet, vt, præsentibus[i] publicis personis, id est tabulariis[k], aut [l] interuenientibus gestis in hac quidem inclyta vrbe apud virum perfectissimum magistrum census, in prouinciis verò apud moderatores earum, vel defensores locorũ: res eorum eis tradantur, à quibus sunt custodiendæ: vt: si quas earundem rerum, propter fœnus forsitan, vel aliam vrgentem causam, vel eo quòd seruari non possunt, alienandas esse perspexerint: priùs habita æstimatione, liceat eis alienationis inire contractum: vt precia eorum, quæ exinde colliguntur, ab eisdem personis custodiantur[m]. Huiusmodi autem pium atque religiosum officium prò tempore orphanotrophos ita peragere conuenit, vt minimè [n] ratiociniis tutelaribus seu curationibus obnoxij sint. Graue enim atque iniquum est, callidis quorundam (si ita contigerit) machinationibus eos vexare, qui propter timorem Dei parentibus atque substantiis destitutos minores sustẽtare, atque velut affectione paterna [o] educare festinant.

De foro competenti. 2. De cautione iudicio sisti. 4. Quis conueniri debeat in causis ecclesiasticis. 5. De sportulis. 6. ne clerici vexentur ab executoribus. 7. de priuilegiis pior. loc. & muneribus extraordinariis. 8. Depulsantibus ecclesiasticas personas sine iusta causa & legitima petitione.

33. Iidem AA. Eutropio PP.

OMnes, qui vbique sunt, vel posthac fuerint orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici cuiuscumque gradus sint, monachi quoque, in causis ciuilibus [p] ex nullius penitus maioris minorísve sententia iudicis ||commonitoria|| ad extranea iudicia pertrahantur: aut prouinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant, exire cogantur. nullus eorum ecclesias, vel monasteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere[q] miserabili necessitate iubeatur, sed apud suos iudices ordinarios[r], id est prouinciarum † rectores, in quibus locis degunt, ecclesiarum ministeriis obsecundent, omniúmque contra se agentium excipiant actiones: vt his horis saltem atque temporibus, quibus religiosos viros à turbulenta obseruatione prætorij vacare cõtigerit, cúmque eos ad tempus petitorum intentio calumniosa laxauerit, ad sua se monasteria & venerabiles ecclesias conferentes, sapienti animo, precatione sollicita[ſ], faciliúsque de proximo sacrosanctis altaribus obsecundent, in suis laribus[t] domiciliísque constituti. 1 ¶ In hac autem regia vrbe: si quando, cuiuscumque rei causa, episcopos, vel presbyteros, cæterósque clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsequuntur, siue monachos ex aliis quibuscumque prouinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quisquam vocare voluerit: in nullo alio sit licitum memoratos cuiquam pulsare iudicio, nisi [u] in tuæ sublimitatis dumtaxat examine, vbi eis & beatitudinis honor[x] debitus reseruetur, & oratorum adfluens in defensionibus copia largè præstetur. 2 ¶ Præterea cùm in prouinciis ex eius, qui regit prouinciam, fuerint sententia vel interlocutione cõuenti: siue illi sacerdotes, siue cuiuscumque gradus clerici, siue monachi habeantur, dummodò approbentur orthodoxi[y], qui in propriis causis contractibúsve pulsantur: non alios, quàm ecclesiæ propriæ defensores, seu [z] quos œconomos appellant, fideiussores præbeant: ne, dum executoris pertinax[a] & auara proteruitas extraneos & idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxiæ[b] paupertati infligatur incommodũ.

3 ¶ In hac autem inclyta vrbe inuenti, ex quacũque prouincia veniẽtes, cùm in tuæ amplitudinis iudicio (quod eis solum delegauimus[c]) lite pulsati fuerint: reuerẽdissimi orthodoxæ fidei sacerdotes, seu certè œconomi, aut[d] ecclesiæ defensores, seu clerici: in causis ciuilibus suis siue ecclesiasticis, nulla præbendi fideiussores molestentur iniuria: sed aut vicariis[e] fideiussionibus contradantur, quas tamen stipulationum solemnis cautela vallauerit: aut[f] cautioni & professioni propriæ, aut[g] facultatum suarum obligationibus cõmittantur. 4 ¶ Hoc nihilo minùs obseruando, vt in causis ecclesiasticis nullum[h] alium conueniri fas sit, nisi eum, quem dispensatorem pauperum, id [i] est œconomum ecclesiæ, episcopi tractatus elegerit. hunc enim sine dubio

g & patres.
h Orphanotrophi, quasi tutores & curatores *v. Nouel. 131. c. 5.*
i *adde l. 24. ⁊. de administr. tutor.*
k Orphanotrophi inuẽtarium facere tenentur. quinam alij? v. Rolandũ à Valle *⁊. cõsil. 49.* Estne hîc satis corã solo notario, sine testib. inuentarium facere? vtique. q in aliorũ inuentariis non est *v. Cuiac. No. 1.*
l Nihil interest inuentariũ fiat, apud notariũ an apud iudicem, si tamẽ apud notarium fiat, iudicis confirmantis & administrationẽ cõcedentis authoritas requiritur.
m vel alias res pro eis emant. vt huic legi addunt Græci *synopsi Basilicon 5. titul. 4. c. 12.*
n Orphanotrophi non tenẽtur ad rationes orphanis reddendas, *vt hic:* sed episcopo *No. 123. c. 23.* Imò, nõ tenentur reddere rationes *No. 131. c. 15.* solue, Dicta Nouella 131. indefinitè loquitur: ideóque potest ita intelligi, vt orphanotrophi teneantur reddere rationes, nõ ipsis orphanis *arg. l. vlt. §. 4. C. de bon. quæ lib.* sed episcopo.
o Educator, ei quem educauit, quasi pater *Theophil. in f. pr. Inst. de satisdat tutor. l. cum oportet. §. cũ autem. ⁊. de bonis quæ liberis.*
p *16. Cod. Theodos. 2. leg. 23.*
q *l. 32. §. 4. ff. de arbitris.*
r *v. l. 6. ⁊. de modo mulctarum.*
† Theodor⁹ lector, Nouo iure monachi *Nouel. 79.* & clerici corã suo episcopo conueniuntur. *Nouel. 83.*
ſ i. solita.
t Lares & domiciliũ monachi, monasteriũ.
u *l. 25. ⁊. eo. l. 13. ⁊. de epis. aud Nou. 83.*
x Clerico, quãuis litiganti, honor habẽdus est.
y Clerici, nõ orthodoxi, sortiũtur forũ seculare. z Ecclesiæ defensor idẽ, qui œconomus Ecclesię *vt hic. & §. 3. ⁊. q.* & dispensator quoq; pauperũ *§. 4. ⁊. eod.* a Ea sunt vitia executorum. b Pauper fideiussorẽ facilè reperire nõ potest: *adde Nou. 88. c. 2. §. 1.* c Hæc iuris delegatio nõ est propriè delegatio: sed ordinaria potestas *Bal.* d hęc particula *aut* pro *id est, sumitur. vt ⁊.* e i. mutuis. Quoties enim plures cõueniuntur, possunt vice mutua fideiussores esse *l. 28. ff. de tutorib. datis.* f *l. 25. §. 1. ⁊. eo. Nou. 123. c. 21. in f.* g Vtcunq; propter inopiam quis fideiussorẽ dare nõ possit, cogitur tamẽ pati bonorũ suorũ hypothecã. h *Nou. 123. c. 28.* In causis Ecclesiæ, conueniẽdus est œconomus. i Dispẽsator pauperum est œconomus Ecclesiæ. Idem postea vicedominus & maior dominus appellatus *dist. 89. c. volumus:* erat rerum ecclesiasticarum administrator, procurator Ecclesię, minor defensore & aduocato *1. quæst. 3. c. saluator:* arbitrio ei⁹ episcopiũ disponebatur *c. diaconus dist. 89.* ex administratore tandẽ iudex, viliũ tamen causarũ, & quasi pædaneus. Eam dignitatulam quidam principes nõ illibẽter postea inuolarũt: fortè vel pietatis, vel vtilitatis alicuius occultæ causa. De vicedominis adde Speculatorem *⁊. particula 3. rubr. de vicedomino.*

à [a] sacerdote conuenit ordinari. quem tamen conuentum, defensoris ecclesiæ fidei committi præcipimus. 5 ¶ Executoribus [b] in minoribus quidem iudiciis omnibus, in ipsa conuentione sacerdotum, seu clericorũ, nõ [c] amplius, quàm vnum semissem aut sperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verùm si apparitor tuæ magnitudinis, ex sententia tuæ sedis amplissimæ in [d] prouincia degentes eos [e] cõmouerit: iubemus, non amplius eum quàm duos solidos, sportularum nomine accipere. In hac verò vrbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis vno aureo, sportularũ gratia, à prouincialibus clericis contentus sit: quantę libet summæ, qui cõuentus fuerit, exponatur obnoxius. 6 ¶ Præterea nullus executor vexare [f] contumeliis [g] clericos vllos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conuiciis, aut corporalibus [h] iniuriis fatigare cõetur. his, qui huiusmodi aliquid agressi fuerint, post amissionem cinguli & patrimonij vltima protinus animaduersione plectendis. 7 ¶ Priuilegiis [i] sanè singulis, quibuscumque sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei, xenodochiis, siue ptochotrophiis, tam generaliter, quàm specialiter adtributis, perpetuò obseruandis: nullis eas [k] earumque [l] sacerdotes, aut clericos, cuiuscumque gradus sint, aut monachos, ptochotrophos, aut xenodochos ortodoxæ fidei deputatos, extraordinariis muneribus præcipimus prægrauari. Eas etenim sarcinas oneris, quas plerisque personis diuersa ratione remittimus, imponi beatissimis viris nostro sæculo inconueniens esse iudicamus. 8 ¶ Præterea: ne cui temeritas sua lucratiua [m] concedatur, & vt impudens calumniantium refrenetur audacia: iubemus: quotiens hi, qui sacerdotes, seu clericos, ac monachos, cæterosq́; superius designatos, vel in tuæ magnitudinis examine, vel in prouinciali iudicio, proposita actione, conuenerunt: si causa cognita conuicti fuerint sine iusta eos causa & legitima petitione pulsasse: omnes eis legitimas [n] expensas [n] sumptúsque, quos ab exordio cœptæ cõtrouersiæ ipsorũ vitio tolerasse eos cõstiterit, redhibere cogantur: vt hac saltem censuræ iustissimæ formidine reuocati, qui improbis assiduè cõflictationibus occupantur, acquiescant: iamque sopitis clamoribus iurgiorum, magistra deinceps necessitate, retinere se adsuescant.

De foro competenti.

Authent. ex Nouell. 979. c. 1. & 4.

Causa quæ fit cum monacho, vel cum muliere qualibet in monasterio consistente, non † apud iudicem ciuilem ventiletur: sed apud episcopum, qui de personæ præsentia, quod conuenit statuet: siue per abbatem, vel antistitem, vel per alios hoc fieri debeat: qui secundum legem rem disponat & sacras regulas, salua debita personæ reuerentia. Si verò contra fiat: pœnæ, quæ statutæ sunt, imminebunt. iudex enim, qui de his sententiam proferre præsumpserit, ab administratione depulsus tanquam diuinitati contumeliam faciens, pœna decem librarum auri vnà cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro ærario inferenda, executoribus, qui admonitionem facere præsumpserint: ab ipsis sanctissimis episcopis in locis decanicis [o] detrudendis, de cætero nullam exactionem facere permittendis.

Authent. ex Nouell. 83. in princ.

Clericus quoque in lite pulsatus pecuniaria causa prius apud episcopum conueniatur, per quem sine damno causa decidatur. Quòd si natura causæ vel alia ratio faciat, vt negotium apud eum decidi non possit: per ciuilem procedat iudicem, obseruatis clericorũ priuilegiis: nec mora circa talia fiat. 1 ¶ Sed in ciuili crimine ciuilis † præsit iudex, vt lis vltra [p] duos non egrediatur menses: nec tamen puniatur, etiam si reus sit inuentus, priusquam per episcopum sacerdotio spolietur. 1 ¶ Si verò crimen sit ecclesiasticum [q]: episcopalis erit examinatio, & castigatio.

De his, qui iustitiam denegant ecclesiasticis personis.

Noua constitutio Friderici Imperatoris de statu, & consuetu. condi. ecc. §. item statuimus, vt nullus collat. 10. constitu. fina.

Statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili † trahere ad iudicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones, Quod si actor fecerit: à suo iure cadat: iudicatum non teneat: & iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur. 1 ¶ Sancimus etiam, vt, si quis clericis, vel ecclesiasticis personis iustitiam denegare præsumpserit: tertiò requisitus, iurisdictionem [r] suam amittat.

De peculio clericorum.

34. Iidem AA. Eutropio PP.

Sacrosanctæ orthodoxę fidei episcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui, semel probatis moribus integritate castissima, ad hunc gradum meruerint peruenire: ea, quęcumque in eodem clericatus gradu locoque viuentes, acquirere & habere potuerint, etiam si in patris auique aut proaui potestate constituti sint, † & adhuc superstites habeantur, tamquam [s] bona propria vindicent: de his (si quãdo eis libitum fuerit) eis testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera [t] facultate concessa: vt ea bona quoquo tempore || nunquam ad diuisionem veniãt, || nũquam fratribus vel sororibus aut ex his genitis conferatur: sed ad eorum filios, posteros, & quoscumque extraneos † heredes perueniant: nec à patribus, auis, aut proauis, sed ab ipsorum liberis tamquam præcipua vindicentur: || & || certè his lucro cedant, quibus ipsi id peculium, vel inter viuos alienatione habita, vel mortis tempore vltima & iure cognita voluntate concesserunt. Dat. V. Kalend. April.

De solutione patriæ potestatis.

Authent. ex Nouell. 81.

Sed episcopalis dignitas soluit † ius patriæ potestatis, sicut etiam & consularis, & præfectura sacrorum prætoriorum, & vrbicaria, & magisterium militare: & omnis dignitas valens liberare à curia, liberat à patria potestate: cum hoc quodcumque cingulum suæ potestatis præmium honoratis præstet. Ita tamen, vt filij eorum post mortem auorum recidant in potestatẽ, ac si contigisset, eos morte parentum, & non ex præsenti lege suæ potestatis fieri.

De bonis clericorum.

Authent. ex Nouell, 131. c. 13.

Licentiam [u] habeat episcopus, quæcumque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcũque post episcopatũ iure cognationis vsque ad quartum gradum ad eum peruenerunt: ad quos voluerit, vltima voluntate transmittere: cæteris † rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiæ reseruatis: nisi in vtilitatem ecclesiæ, vel opera pietatis consumptæ sint. Eadem distinctione habita in administratoribus cuiuscumque loci religiosi. 1 ¶ Item si quis episcopus aut minister ecclesiæ moriatur sine testamento, & successore legitimo vel legitima: successio competit ecclesiæ, in qua constituti sunt.

De peculio clericorum.

Authent. ex Nouell. 123. c. 19.

Presbyteros, & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores (quos [x] omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum, & donare, cui volunt secundum leges, & in his testari, licèt sub parentum potestate sint: sic tamen, vt † horum filij, aut, his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem.

De priuilegiis locorum piorum.

35. Iidem AA. Dioscoro præfecto prætorio.

Omnia priuilegia [y] quæ à retro principibus, aut à nostra serenitate vel iudiciariis dispositionibus, aut liberalitatibus, pro singulis quibuscumque temporibus, ex cõsuetudine, || vel constitutione, || siue circa ius metatorum [z], siue in aliis quibuslibet rebus præstita sunt orphanotrophiis, siue asceteriis, vel ecclesiis, aut ptochotrophiis, seu xenodochiis, vel monasteriis, atq; cæteris omnib. ac || etiã || rebus iuris eorum, ad curam œconomi [a] viri religiosissimi presbyteri & orphanotrophi, vel ad eos, qui post eum loco eius successerint, pertinentibus, ad [b] similitudinem [c] Zotici [d] beatissimæ memoriæ, qui primus huiusmodi pietatis officium inuenisse dicitur: per hanc pragmaticam sanctionem firma illibatáq; in perpetuum custodiri decernimus: valdè etenim hoc videtur esse necessariũ: cùm exinde sustentatio vel educatio orphanis, atque egenis, & vsibus ecclesiasticis, ac ptochotrophiis, vel asceteriis cõparetur. Domus etiam aliasq; res superiùs nominatas, ad curã memorati [e] viri pertinentes, vel post modũ quolibet modo ad eius sollicitudinem, vel eorũ, qui post eum ad eiusdem orphanotrophij curã vocati fuerint peruenturas: ad instar maioris venerabilis ecclesiæ huius inclytæ vrbis: omnibus priuilegiis, quę eadem sancta ecclesia vel nunc adipiscitur, vel postea merebitur perpetuò potiri, pietatis intuitu decernimus. Dat. No. Ianuar. CP. Marciano A. Cos. & Zenone.

De episcopis, territorio, & iure singulari ciuitatum.

X X V I [f].

Vnaquæque [g] ciuitas proprium episcopum habeto. Et si quis vel per diuinum rescriptum ciuitatem aliquam aut suo episcopo, aut territorio, aut alio quopiam iure priuare audeat: exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomensium [h] Scythiæ ciuitas. illius enim episcopus, reliquarum [i] etiã ciuitatũ curam gerit: tũ etiam Leon-

a l. 1. ab episcopo.
b de quibus v. l. 12. J. de prox. sacror. scrin.
c l. 25. §. eod. ad de Nou. 123. c. 28.
d hinc colligũt Bald. & wurmserus 1. obs. 6. c. 9. Citationẽ verbalem in alieno territorio fieri posse. Aliud tamen fore, si territoria diuersorũ fuerint principum: vel si corporalis fiat præhensio adde l. 2. J. de off. præf. vrbi: v. Bald. hic.
e eos cõueniri monuerit Hal.
f Executori, vexationi indulgere non licet.
g Iubet igitur clericos immunes esse à contumeliis, impulsionibus, conuitiis, & corporalibus iniuriis executorum: quales ipsi executores inferre debitoribus solent in ipso exequendi officio.
h corporales iniurias hic vocat, manus iniectionem.
i l. 21. §. eod.
k l. 5. §. de sacro sanctis.
l l. 2. §. eod.
m lucrosa, Æquũ enim est quęque temeritatis suæ nõ alienæ pœnã pati.
n Victus victori condemnatur ad expẽsas. l. 4. J. de fruct. lib. & litis expens. l. 79. ff. de iudiciis.
† & ita abrogatur principium legis 25. §. eo.
o Decanica loca quæ essent dixi Nouella 79. c. 4.
† hoc abrogatur per Authenticam proximè sequentem.
p hoc speciale est in cleris: nã in cæteris instãtia criminalis non excedit biẽnium l. 1. l. 2. l. 4. J. vt intra certũ tempus.
q Criminum alia Ecclesiastica, alia secularia, alia mixta. Prioris generis hære sis ac simonia: secundi furtum & similia: tertij adulterium, concubinatus, mollities. vide Clarũ 5. sententiar. §. 1. quæst. 1. vers. prætermittendum.
† & ita abrogatur §. 1. Authenticæ superioris. Is tamen in vsum reductus est apud Gallos. hac Authentica Friderici desueta. qua de re valdè queritur Rebuffus in procemio constit. gl. 5. nu. 33.
r hoc item speciale est: In aliis enim causis, iurisdictionem non amittit, qui iurisdictione abutitur: sed extraordinem punitur. Nouella de mandatis. §. sit tibi: Nouella, vt litigantes iurant §. 1.
† hodie ipso iure Episcopatus filios liberat à patria potestate, Nouell. 81. At non liberat à curia Nouell. 123. c. 4.
s l. 50. J. eod. Nouell. 123. cap. 19.
t seruata tamen legitima parentibus. Authen. presbyteros. J. eo. & Nouell. 123. c. 19.
† hodie nõ nisi in certis bonis, Auth. Licentiam. J. eo. Nouell. 131. c. 17. v. etiam l. 42. §. 3. J. eo.
† & ita abrogatur pars legis 34. §. eod. ibi etiamsi in patris potestate sint.
u Bald. hanc licentiam ita explicat. Prælatum regularem non posse testari. Prælatum secularẽ de propriis posse testari, nõ de ecclesiasticis. Eãdem distinctionem seruandã, si de cõmunib. bonis sit quæsita. Quod si incertum est vnde peruenerint, in dubio præsumi quęsita ex reditibus ecclesię, & ita de his testari non posse adde wurmserum 1. pract. 39. nu. 3.
† & ita restringitur pars legis 34. §. eod. ibi & quoscumque extraneos.
x Clericorũ appellatione comprehenduntur presbyteri, diaconi, subdiaconi.
† & ita restringitur pars legis 34. §. eod. ibi. alienandi libera facultate.
y v. l. 22. §. eo.
z hoc est hospitio recipiendorũ.
a Nicænis, cuius nomẽ hic deesse satis ostendũt verba sequentia, ad curam memorati viri.
b Ad similitudinem aliquorũ aut alicuius loci, cõcessa alicui priuilegia, sprioris loci augẽtur priuilegia, & hęc augebuntur (nisi ad similitudinem præsentiũ tantum priuilegiorũ vnius loci, alteri loco priuilegia data sint argum. l. si ita ff. de auro) licèt, prioris loci deminutis priuilegijs, huius priuilegia minuũtur arg. l. 10. in fin. ff. de bonorum possess. contra tabul. de quo tamen dubitari potuit argt. l. in testamẽto. ff. de condit. & demonstrat.
c Eadem priuilegia postmodũ attributa sunt Xenoni Samsonis Nouel. 59. c. 3. 131. Procop. lib. 1. περὶ κτισμάτων, v. Cuiac. 1. obser. 12.
d Is Cõstantino politani orphanotrophi primus fuit Orphanotrophus, cui non multò post Nicon successit.

Procop. libro de ædificiis Iustiniani. e i. Niconis cuius nomen proprium deerat superius. f Interpretatio Contij. g i. v. Paul. ad Tit. 1. vers. 5.
h Sozomenus legit *Tomisium*, quorum episcopatui inter cæteros præfuit Theotinus 7. histor. 25. vel Theotimus 6. Socrates 11. i De vnione beneficiorum, vide quæ scripsi ad l. 40. J. eod.

topolis Iſauriæ ſubeſt epiſcopo Iſauropolitano [a].

De adſcriptitiis. 1. De ſeruis. 2. De loco iudicij.

37. Iidem AA. Sebaſt. PP.

IVbemus, adſcriptitiorum [b] creationes (ſecundum veterẽ conſtitutionem) niſi † dominorum poſſeſſionum, vnde oriundi ſunt, euidens concurrit conſenſus, nullius penitus eſſe momenti: ſed eiſdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (ſicut dictum eſt) euidẽter conſenſerint, ius proprium ad ſimilitudinem cæterorum colonorum in ſuos adſcriptitios exercendi, tamquam ſi nulla creatio interceſſiſſet, tribui facultatem. Idemque hoc ſuper illis quoque agricolis decernimus obſeruari, qui, cùm eſſent adſcriptitiæ conditionis nexibus adſtricti, ſolitariam vitam videlicet appetentes, quibuſlibet ſeſe monaſteriis cõtra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos. 1 ¶ Seruos ſanè ſociari clericorum conſortiis, volentibus atque conſentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cùm liceat eorũ dominis, data † prius ſeruis libertate, licitum eis ad ſuſpiciendos honores clericorũ iter (ſi hoc voluerint) aperire. 2 ¶ Omnes præterea virorum clariſſimorum prouincias moderantium ſententiis, abſque vlla priuilegij differẽtia (qui tamen præſidali iuriſdictioni ſubiecti ſunt) ſiue epiſcopi, vel quilibet clerici, aut monachi, aut cuiuſlibet conditionis ſint, pariter reſpondere decernimus, nulla [c] in poſterum viris clariſſimis prouinciarum rectoribus ad loca, in quibus incuſatæ perſonæ conſiſtunt, perueniendi neceſſitate penitus imponenda: cùm non ſolùm legibus, verùm etiam naturali quoque iuri [d] conueniat, quos res exegerit, iudicialibus ad iudicium vocari ſententiis, non ipſos iudices (quod dictu etiam iniuſtũ eſt) ad ſubiectos deduci, ſed per datos ab his iudices ad cauſæ examinationem in locis, vbi incuſati degunt, procedere.

De adſcriptitiis.
Auth. ex Nouell. 123. ca. 17.

ADſcriptitios in ipſis poſſeſſionibus, in quibus ſunt adſcripti, clericos etiam præter † voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam adimpleant, ſubrogato aliquo, quem maluerint.

De Seruis.
Auth. ex Nouell. 123. c. 17.

SI ſeruus, ſciente domino, & [e] non contradicente, in clericum ordinatus fuerit ab epiſcopo: ex hoc † ipſo, quòd conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit. Si verò, ignorante domino, ordinatus fuerit, liceat domino, intra anni vnius ſpatium & ſeruilem fortunam probare, & ſeruum ſuum accipere. Si verò ſeruus, ſciente, vel neſciente domino, (ſicut diximus) ideò, quòd in clero conſtitutus, liber eſt factus, miniſterium eccleſiaſticum reliquerit, & ad ſecularem vitam tranſierit. ſuo domino ad ſeruiendum tradatur.

38. Iidem AA. Sebaſtiano præfecto prætorio.

SEruis ſi dominorum fuerint voluntate muniti, ſolitariam vitam participiandi licẽtia non denegatur: dum tamen eorum domini non [f] ignorent, quòd ſi ſeruis ſuis ad monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatẽ, eorundem ſeruorum dominio, donec [g] iidem ſerui in eodem monachorum habitu durauerint, ſpoliandos eſſe cenſemus: alioqui: ſi, relicta fortè vita ſolitaria, ad aliam quamlibet ſeſe conditionem tranſtulerint: certum eſt, eos ad ſeruitutis iugum, quam monaſticæ profeſſionis cultu euaſeſerant, reuerſuros. Dat non. Feb.

De ſeruis, adſcriptitiis, & curialib. ſeu officialibus.
Auth. ex Nouell. 123. c. 4.

EPiſcopalis ordo liberat à fortuna ſeruili, vel adſcriptitia: ſed non à curiali ſiue officiali. nam & poſt ordinationem durat ita vt per ſubiectam vel interpoſitam perſonam officium adimpleatur: niſi curiæ, vel officio reſtituatur.

Auth. ex Nouell. 5. c. 2.

VErùm & ſi legitimo probatus experimento monachus efficiatur, euadet iugum ſeruitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monaſteriis permanere: poſtea verò ſi monachi facti fuerint, liberi erunt.

De monaſteria relinquentibus. 1. De fructuum oblatione. De angariis, & quibuſcunque vexationibus.

XXXIX.

QVi ſua monaſteria relinquunt: non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cuiuſcumque quãtitatis

a Iſauria Ammia. 14. Ptolo. ἰσαυρα metropolis quondã Iſauriæ. In eadem precipuæ vrbes Seleucia & Claudiopolis, *Ammia. ibi.*
b *dixi ad ca. 81. Apoſtolorum.*
† hodie, adſcriptij ad clericatũ poſſunt promoueri, inuitis dominis: ſed per ſubſtitutum ſeruire debent, *Auth. prox. ∫. eod.*
† hodie ſeruus conſentiẽte domino in clericũ ordinatus ipſo iure cenſetur liber, *Auth ſi ſeruus. ∫ eod. huc refer diſtinct. 54.*
c *vt l. 33. ∫. eo.*
d Iuri conuenit litigatores ad iudices deduci: nõ iudices ad litigatores. & vt Baldus ioculariter ſcribit, Fons ire nõ debet ad aſinũ, ſed è conuerſo. excipe tamen caſus *l. 15. ff. de iureiur. l. 2. §. 1. ∫. de iureiur. propter calum.*
† in eo derogatur legi 37. ∫. *eo. ibi, niſi dominorum euidens concurrit conſenſus.*
e Fauore religionis, qui non cõtradicit, cõſentire intelligitur.
† Olim expreſsè libertas erat cõferenda: & ita derogatur legi 37. §. 1 ∫. *eod.* ibi data primùm ſeruis libertate.
f Sciẽtibus, nec expreſſim vetantib. dominis, ſerui ſolitariã vitã poſſũt profiteri.
g Cauſa finalis commenſurata tempori, commẽſurat ſibi effectum ſecundũ illud tempus. *Bald.* vel ita, cõſenſus, fauor, priuilegium & immunitas cõceſſa alicui contẽplatione certè cauſæ finalis, tãdiu durare intelligitur, quãdiu cauſa ipſa finalis perdurat.
h Interpretatio Contij.
i *l. 2. ∫. de euictionibus.*
k nec n. ab aliis coguntur ipſi, *l. 2. ∫. eod.*
l ex nomocanone 1. c. 20.
m Interpretatio Contij.
n Abbates in Epiſcoporũ poteſtate cõſiſtũt: & ſi quid extra legem fecerint ab ipſis corrigũtur *c. abbates. ca. monaſteria. & ſequẽtib. 18. diſt. 2.*
o Monachi Abbatib. omni obedientia & deuotione ſubiacere debent, *d. c. 2. abbat.*
p beneficiorum multitudo iure ciuili prohibita *vt hic* & iure Canonico *c. cum in cunctis §. non verò: de elect. c. poſt electionem de conceſſione præbendæ: vide titulum de præbendis: deſtint 89. c. ſingula.* niſi forte ea ſit doctorũ penuria, vt vnũ plurib. eccleſiis quàm ſingulos ſingulis præfici expediat. *70. diſtin. c. ſanctorum.* Quin inuentæ ſunt beneficiorũ coniunctiones ſeu vniones, ob deſertas ciuitates, deminutos reditus & ſimilia *l. 36. ∫. eod. c. & temporis c. poſtquam 16. quæſt. 1. c. 2. de religioſis domibus: ca. eam te. de ætate & qualitate.* (Cuiuſmodi magiſtratuum coniunctiones multæ apud Iuſtinianũ *Nouell.* 8. 24. 25. 26. 27. 28. 29. ſic populus Albę & Romæ in vnũ coiit *Liuius 1. Ouid. 6. Faſtor.*) Cuiuſmodi vniones variè fiũt vno modò, vt planè vnũ beneficiũ, vnus ſit Epiſc. vnaq; Eccleſia *Noue. 28.* altero, vt vna ſit ſuperior & principalis, alia inferior & acceſſo-

ſint: etiam ſi non ſint confecta monumentorum geſta ſuper ipſis. In donationibus autem immobilium, oportet iura ſeruari, quando non adimitur ei qui donauit, euictio [i] [earum.] 1 ¶ Non oportet, epiſcopos aut clericos cogere [k] quoſquam ad fructus offerẽdos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare: quamuis vſus ita obtinuerit. Trãſgreſſor cadit ab eccleſia, & adminiſtratione ipſius, & dat decem libras. Hęc verò obtinent in ſola imperatrice [ciuitate,] & territorio eius, & locis ad eos, qui à patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his epiſcopos.

De monaſteriis, monachis, abbatibus, epiſcopis.

XL [l].

MOnaſteria [m] degunt [ſeu cẽſentur] ſub epiſcopis territoriorum ſuorum. & Abbatum [n] quidẽ curam gerunt epiſcopi: monachorum [o] verò abbates. 1 ¶ Non [p] ſit verò abbas [q] duorum † monaſteriorum.

Inſinuatio teſtamenti coram quo fieri debeat.

41. Imp. *Iuſtinus* A. Archelao præfecto prætorio.

REpetita [r] promulgatione, non ſolùm iudices quorumlibet tribunalium [ſ], verùm etiam defenſores [t] eccleſiarum huius almæ vrbis, quos turpiſſimum [u] inſinuandi vltimas deficientium voluntates genus irrepſerat, præmonendos eſſe cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium, ſecundum conſtitutionum præcepta, præterquam [x] magiſtro cenſus, competit. abſurdum etenim clericis eſt, immò etiam opprobrioſum [y], ſi peritos ſe velint ‖ oſtendere ‖, diſceptationum eſſe forenſium [z]. temeratoribus huius ſanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Dat. XIII. Calend. Decemb. C.P. Iuſtiniano. A. II. & Opiliano. Coſſ. 524.

De electione & rebus epiſcopi. 5. De œconomis. 6. De rebus xenodochi, noſocomi, ptochotrophi, orphanotrophi, 7. De his quæ poſt neceſſariam erogationem ſuperſunt. 8. De ſucceſſoribus. 9. Ne quis per largitionem ordinetur. 10. De pſalmodia. 11. Concluſio.

42. [a] Imp. *Iuſtinianus* A. Atarbio præfecto prætorio.

OMnem adhibentes prouidentiam circa ſanctiſſimas eccleſias in honorem & gloriam ſanctæ & incorruptæ [b] homouſiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rempublicam ſaluos fore credidimus, inſiſtentes etiam doctrinæ ſanctorum apoſtolorum, de creandis irreprehenſibilibus [c] ſacerdotibus, qui quidem ob id potiſsimũ ordinantur, vt [d] ſuis precibus benignitatem humaniſsimi Dei rebus adquirant communibus, præſenti lege ſancimus, vt quoties in qualicumque ciuitate ſacerdotalem ſedẽ vacare contigerit, decretum fiat ab his [e], qui eam ciuitatem incolunt, ſuper tribus [f] perſonis rectæ fidei, & honeſtæ vitæ aliorumque bonorum & virtutum teſtimonium [g] habẽtibus, vt ex ipſis idoneior ad epiſcopatum promoueatur: ſi enim ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium à Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleuerunt, & eius doctrinam omnibus impartiti ſunt, neque ipſi vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, vt qui ſubingrediuntur eorum ordinem, & inſtituuntur ſanctiſsimarum eccleſiarum ſacerdotes, purum habeant propoſitum, & pecunias [h] contemnant, omnemque vitam ſuam ad clementiſsimum applicent Deum? 1 ¶ Conuenit igitur huiuſmodi eligi & ordinari ſacerdotes, quibus nec [i] liberi ſint, nec nepotes. etenim fieri vix poteſt, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis [k], quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudium, omnemque cogitationẽ circa diuinam liturgiã & res eccleſiaſticas cõſumat. Nam cùm quidam, ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorũ ſaluæ fiãt, ad ſanctiſsimas adcurrant eccleſias, & eis omnes ſuas facultates adferant & derelinquant, vt in pauperes & egentes & alios pios vſus conſumantur: indecens eſt, epiſcopos in ſuum illas auferre lucrum, aut in propriã ſobolẽ & cognatos impendere. Oportet enim epiſcopum minimè impeditum affectionibus carnaliũ [l] liberorum, omniũ fideliũ ſpiritualẽ eſſe patrem. Has igitur ob cauſas [m] prohibemus habentẽ natos aut nepotes, ordinari epiſcopum. 2 ¶ De his verò epiſcopis, qui nunc ſunt, vel futuri ſunt, ſancimus, nullo modo habere eos facultatem teſtandi, vel donandi, vel per aliam quamcumq; excogitationẽ alienandi quid de rebus ſuis, quas, poſtquã [n] facti fuerint epiſcopi, poſſederint & adquiſierint vel ex teſtamentis, vel donatio-

ria, cui ideo vicarius certus cõſtituitur, miniſterij ſacri obeũdi cauſa. *ca. extirpandæ. §. qui verò de præbend.* Tertiò, vt neutra ſubiiciatur alteri, ſed ambabus ſuũ titulũ & gradum retinẽtib. idem miniſter præficitur *c. 1. ne ſede vacante: c. & temporis. 16. quæſt. 1.*
q Id in ciuilib. quoq; magiſtratib. cõſtitutũ: *l. vlt. de adſeſſ. l. 5. 4. qui militare. adde. l. lecta ff. de reb. creditis.*
† hic verſiculus hodie nõ eſt in vſu. Solẽt. n. adquiri diſpenſationes. ad duo vel tria beneficia: *c. de multa de præbendis.* Rectè Duarenus. 8. *de beneficiis.* 4. non minus, inquit, mõſtroſi videntur, qui tot perſonas in eccleſia ſuſtinent, quàm Briareus ille, qui manus cẽtũ habuit, vt eſt in fabulis: aut Geryõ, quem triũ corporũ fuiſſe perhibent.
r *l. 23. in verbis. repetita promulgatione. ∫. de teſta.*
ſ pro tribunali. *Cuiac. ad l. 7. in verbo ſi paciſ. fol. 113. ff. de pact.*
t *de quib. l. 33. §. 2. ∫. eod.*
u turpe eſt defenſori eccleſiæ, affectare munus inſinuandi teſtamenti.
x Apud magiſtrũ cenſus, teſtamenta inſinuari ſolita: *adde l. 23. ∫. de teſtamentis.*
y opprobrium *adde l. 17. ∫. eo.*
z Volunt tamẽ Canones ſacerdotẽ peritũ eſſe ſeculariũ negotiorũ, *v. diſt. 39.*
a Interpretatio Contij.
b ἀχεάντυ.
c Græci ἀνεπιλήπτυς hic: & *1. ad Timot. 3. ver. 2.* ſic Paul. *ad Titũ 2. verſ. 7.* δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς θεοῦ οἰκονόμον.
d nota munus Epiſcopi: & ita Petrus *act. 6. ver. 4.* ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν *adde l. 34. ∫. de epiſc. audien. Nou. 133. ca. 5.*
e Hinc illud Leo. Nulla ratio fuit vt inter Epiſ. habeãtur, q nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialib. epiſcopis, ſi modò ſint cũ metropolitani iudicio cõſecrati, *v. 62. diſt. c. nulla ratio. diſt. 63.* & Apoſtoli in eligẽdis diaconis aduocata multitudine diſcipulorũ, Diſpicite, inquiũt, ex vobis viros ſeptẽ quos pficiam, & placuit hæc oratio toti præſenti multitudini, *act. 6. ver. 2. 3. 4. 5.* f *No. 123. c. 1.* Cur nõ duabus? *vt act. 1. ver. 23.* g *1. ad Tim. 3. ver. 7.* h ſic, inter cætera, Paul. ait nõ oportere Epiſ. eſſe αἰσχροκερδῆ ſed ἀφιλάργυρον *1. ad Tim. 3. ver. 3.* i *l. 48. ∫. eod.* Imò quibus liberi ſint: *1. ad Timoth. 4. & ad Tit. 1. verſ. 6. adde Nouell. Leon. 2. 3.* k quas φροντίδας Græci, Paulus ἀνάγκην *1. Corinth. 7. verſ. 16. & prin. verſ. 32.* volo vos eſſe ἀμερίμνους, *huc refer verſ. 33. 34.* l *vide Nouell. Leonis 3.* quos tamen poſſumus ἔχειν ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος *1. ad Timoth. 3. verſ. 4.* poſſunt etiam iidem eſſe fideles *ad Tit. 1. verſ. 6.* m *v. Leon. Nouell. 2. 3.* n *vide Nouell. 131. c. 13.*

nibus

a Episcopi pos sunt de propriis bonis testari.
b ad quartum gradum.*d.c.*13.
c Adquisita ab episcopo, eo mortuo, deferuntur ad ecclesiam: nec in his testari potest.
d Nota rationem decidendi, Personæ extraneæ, si quid donant aut legant episcopo, eius sacerdotiũ potius spectant, quàm personã.
e *v. quæ scripsi ad Nou.38.in fi.*
f Oeconomi rationibus reddendis obnoxij.
g Oeconomi inter cætera munus fuit, mortuo episcopo, res defuncti episcopi cogere, & earum rationes reddere.
h Oeconomus ecclesiæ singulis annis rationem reddebat.
i Oeconomus episcopo rationes reddere tenetur.
k Obnoxius rationib. reddendis, si eas non reddiderit, onus earum reddendarum ad heredes transmittit. *v.l.12.j.arb.tut.*
l Piorum locorũ administratores, adquisita post susceptã huiusmodi administrationẽ siue testamento, siue alio modo in aliũ transferre aut donare alij non possunt, sed ea loco pio, quem administrant, relinquere coguntur: nisi ea habuerint à parentib. patruis, vel fratribus.
m Prępositi locorum religiosorum, de adquisitis testari non possunt.
n Loca religiosa, in adquisitis, succedunt præposito.
o Donantis pio loco ea mens est, vt relicta piè dispẽsentur.
p Præsumptio maxima iustæ administrationis sumenda est pro eo, qui pij loci administrationi p̃fectus ẽ.
q Quod prætextu alicuius accipitur, in eius vtilitatem verti debet.
r Qui dispensandi facultatẽ habet, seipsum eligere non potest, *arg.l.4.D. de tutorib.& curatorib. v. Bart. in l.43. nu.33.D.de vulgar.*

nibus, vel ex alia quacumque causa: exceptis [a] dumtaxat his, quas ante episcopatum habuerunt ex quacumque causa, vel quas post episcopatum à parentibus & theiis, hoc est, patruis vel auunculis[b], & à fratribus ad ipsos peruenerunt, peruenturæque sunt. quæcumque enim post ordinationem ex quacumque causa extra [c] præfatas personas ad ipsos peruenerunt, ea iubemus ad sanctissimam ecclesiam, cuius episcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari & euinci: nulla alia persona potestatem habente, ex eo proprium quid auferre lucrum. quis enim dubitauerit eos, qui ipsis proprias res relinquunt aut reliquerint, etsi in aliam personam transferunt aut transtulerunt, non [d] potiùs ipsum sacerdotium contemplantes, quàm eius personam, & cogitantes, quia non solum ab ipsis relicta piè insument, sed & suas ipsorum res adiicient, id fecisse? 3 ¶ Ab hac autem generali nostra lege excipimus ea [e] sola, quæcumque & qualiacumque in hunc vsque diem fuerint Epiphanij archiepiscopi felicis huius ciuitatis & sanctissimi patriarchę. Nam super his, quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea, quæ à nobis constituta sunt, obtinere, & ipsa ad sanctissimam maiorem ecclesiam pertinere iubemus. 4 ¶ Post mortem verò Deo amantissimorum episcoporum, iubemus, vt pro tempore illarum ecclesiarum œconomi rationes [f] reddant earum [g], quæ ab illis relictæ sunt, rerum: idque sanctissimis ecclesiis proficere, quod ex hac nostra lege eis debetur. 5 ¶ Et ipsos quidem œconomos cum iudicio & diligenti discussione creari præcipimus: scientibus ipsis: quòd singulis [h] annis rationem referent sanctissimo [i] episcopo suæ administrationis: & quacumque in re videbuntur res ecclesiasticas minuisse vel læsisse, vel proprium quæstum quæsisse, hoc ecclesiasticis rebus restituẽt. Itaque si quidem superstites istiusmodi rationes subierint, fiant, quæ suprà dicta sunt. si verò, non redditis rationibus, defuncti fuerint: tunc ipsorum heredes [k] subiiciantur tali discussioni, & conueniantur pro restitutione omnium, quæ ex ea causa debere illos constiterit. 6 ¶ Necessarium quoque esse credidimus, etiam super his aliquid definire, qui curam susceperunt suscepturíve sunt venerabilium xenonum, & nosocomiorum, & ptochiorum, & orphanotrophiorum, & brephotrophiorum. nam [l] & ipsis omnem licentiam auferimus, de adquisitis rebus post susceptas huiusmodi curationes vel per testamentum vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias [m] transferendi personas: exceptis, quæ priùs habuerant, vel postea à parentibus vel theiis vel fratribus ad ipsos peruenerunt. Omnia enim, quæcumque ad sancta pertinent loca, vel quæ ad ipsorum præpositos post susceptam huiusmodi curam peruenerunt vel peruentura sunt, ad [n] ipsa venerabilia pertinebunt loca. eáque piè in eos distribui & & erogari volumus, qui in illis locis sunt, vel curantur. Manifestum enim est: quòd quisquis derelinquit vel donat siue in scriptis siue sine scriptis xenodocho, vel nosocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho: idcirco dat, vt [o] piè per ipsum dispensetur: vt qui multam [p] de eorum pietate præsumptionem & occasionem habeat, qui iis locis præfecti sunt. neque verò iustum est, ipsum ea, quæ sub prętextu [q] eorum, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre, & proprio [r] lucro applicare, timore Dei contempto. quis enim tali curæ præpositum non existimet idcirco eã suscepisse, vt non solùm quæ extrinsecus ad eum peruenient, sed etiam omnia, quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat? 7 ¶ Amplius id quoque iubemus, vt quæcumque post necessariam erogationem in eos, qui eorum curæ commissi sunt, & debitam [s] curationem rerum & ædificiorum superesse contigerit, ea ad redituum comparationem proficiant. vndique enim noster scopus nostráque intentio est, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios vsus segregatas. sic enim quisquis pro sua anima quidquam facere volet, promptius erogabit: si [t] crediderit, ea, quæ ab ipso data fuerint, piè administranda esse. 8 ¶ Si autem contigerit aliquem ab administratione sua cessare, quam acceperat: sancimus, eum, qui in eius loco constitutus est, cum timore Domini rationũ redditioni subiici gestæ sub eo administrationis, sicut diuina nostra lege continetur: sciente & eo, qui post ipsum constitutus est, quòd Domino Deo pro his rationem reddet.

9 ¶ Præterea sancimus, (quemadmodum & diuinis [u] canonibus definitum est) ne quis episcopus, aut chorepiscopus[x], aut [y] visitator [z] siue circuitor, aut presbyter, aut alius cuiuscumque dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec œconomus, nec ecclesiecdicus [a], nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec quisquis ptochio [b] præficiendus est, per talem fiat largitionem: sed per iudicium & probationem eorum, qui in illis locis sunt, Deo amantissimorum episcoporum. Si verò quis inuentus fuerit occasione prædictarum ordinationum & administrationum aliquid dedisse vel accepisse, siue episcopus sit, siue clericus: & eum, qui præbuit, & [c] eum, qui accepit, extra sacerdotium & clerum fieri iubemus: vt post hæc Domini Dei subiaceant condemnationi. Si autem quis propter præfecturam dedisse [d] quid compertus fuerit: eum, qui ita præfectus factus fuerit, extra clerum esse iubemus. si verò œconomus vel ecclesiecdicus [e] seu defensor, vel chorepiscopus, id est, vel periodeuta [f], visitator, vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus, vel ptochio præpositus, comperietur præbuisse quid, vt sibi cura illa committeretur: & hunc remoueri ab huiusmodi cura, iubemus. 10 ¶ Præterea sancimus, vt omnes clerici per singulas ecclesias constituti, per seipsos psallant nocturna [g] & matutina & vespertina, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen [h] quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei. turpe enim est, pro ipsis scriptos necessitate ipsis inducta psallere. Si enim multi laicorum, vt suæ animæ consulant, ad sanctissimas ecclesias confluentes studiosi circa psalmodiam ostenduntur, quomodo indecens non fuerit clericos ad id ordinatos non implere suum munus? quapropter omnimodo clericos psallere iubemus, & ipsos inquiri à Deo amantissimis pro tempore episcopis & duobus presbyteris [i] in singulis ecclesiis, & ab eo [k], qui vocatur archos vel exarchos [l], & ab ecdico siue defensore cuiusque sanctissimæ ecclesiæ: & eos, qui inuenti non fuerint inculpatè in liturgiis perseuerantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute & communis reipublicæ, reliquerunt illis substantias, vt per eas debeant sacræ liturgiæ fieri, & vt in illis à ministrantibus piis clericis Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni [m] personæ, quæ quid horum prætermissum esse cognouerit, ea denunciare & publicare. 11 ¶ Ea verò, quæ à nobis sancita sunt, fini tradi & ad effectum perduci cum Dei benignitate iubemus: eos verò qui in suspicionem venerint, aliquid horum ausu temerario prætermisisse, primum [n] quidem ex Domini Dei iudicio periculum, ac deinde positas in hac lege pœnas sustinere. Dat. Kal. Mart. CP. DN. Iustin. P P. A. II. Coss. 528.

Præfatio. 1. De episcopis Constantinopolin proficiscentibus. 2. Sanctio. 3. epilogus.

43. [o] Idem A. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano & patriarchæ.

OMnem semper adhibentes prouidentiam circa sanctissimas ecclesias: per quas & nostrum imperium sustineri, & communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, necnon & nostras & cæterorum omnium animas studentes saluari: & eam ob rem solliciti assiduè, ne commoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacumque ciuitate sint constitutæ, aliqua ratione minuantur: néve, quæ in ipsis fiunt, diuinæ liturgiæ [p] ex Deo amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non conuenienter curentur, ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res, tam propter itinerum, quàm etiam commeantium huc sacerdotum & comitantium clericorum impensas: vnde sæpè & sub fœnore accipiendi necessitas emergit, & ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit: simul etiam ne ecclesiasticarum rerum non conuenienter procedat administratio per absentię Deo amantissimorum episcoporum tempus: his ad tuam beatitudinem diuinis apicibus vti oportere existimauimus. 1 ¶ Per quos ipsi iubemus, fieri omnibus manifestum, per singulas metropoles vniuscuiusque prouinciæ ipsi subiectis sanctissimis sacerdotibus: quoniam non decet aliquem ipsorum, aut eorum, qui in aliis prouinciarum ciuitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum, secundum propriam voluntatem absque diuina nostra speciali iussione [q], relinquere [r] quidem gubernatam à se sanctissimam ecclesiam, in hanc verò felicem commeare ciuitatem, qualiscunque emergat res: sed mittere oportere huc vnum aut duos ex sibi subiecto pio clero: & facere manifesta nostræ pietati ea, quibus opus habent, aut per seipsos, aut per intermediã tuam beatitudinem: sicque perfrui iusta & compendiaria nostra ope. si enim quippiam eorum, quæ ad nos relata

nenses ita appellatur. *v. Cuia. hîc.* Datur chorepiscopus certo vico vel pago ab episcopo vrbis. *v. cap.10. Synodi Antioch. & c.14. Synodi Neocæsariensis. & cap.13.* Papias regionarios vocat. *v. Cuiac. ad l. 6. D. de excus. tut.* dicti quasi χωρικοί, i. rustici. *v. Duar. 1. de benef. 9.* Video chorepiscopos conferri 72 discipulis. *68. dist. c. quamuis.* vt meritò possis dicere, à chorepiscopis cardinales suam dignitatem mutuatos.
y Idem fuisse videtur χωρεπίσκοπος & περιοδευτής.
z περιοδευτής. de quo dicam. *j. eod.*
a μήτε χωρεπίσκοπον μήτε περιοδευτὴν. *vt j. eo.*
b ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχείας. Is erat generalis mendicorum curator, diuersus à ptochotropho & œconomo.
c Dantem pariter & accipientem damnatio Simonis inuoluit. *c. quos constiterit. 1. quæst. 1.*
d Ambitus ecclesiastici pœna.
e *vt s. eo.* ἐκκλησιέκδικος defensor ecclesiæ.
f *vt s. eo.* περιοδευταὶ dicuntur ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς, vt Zonaras ait, visitatores. *c. non debere. dist. 80.* In locum remotorũ episcoporũ substitui solent Ioannes in epistola ad episcopos Galliæ de Contumelioso episcopo, Ne eius ecclesia destituta videatur, in eius locum visitatorem dari decernimus. *v. Cuia. hîc.* Idẽ defensor & adiutor episcopi à Papia, nulli certo loco deputatus: sed vbique implens absentis episcopi vicem. De periodeutis adde quę scripsi *ad l. 6. §. 1. D. de excu. tut. vbi vide Cuia.*
g Precum publicarum, aliæ nocturnæ, aliæ matutinæ, aliæ vespertinæ.
h eo nomine indigni priuilegio clericorum. *l. 9. s. de sacros. eccles. l. 5. D. de iure immunitatu.* De pseudoclericis. *v. Duar. 1. de sacris 17.*

s Reditus ecclesiastici, in alimenta personarum, dein ædificia, post hæc in emptionem prædiorum conuertuntur. *adde l.3. j. de vsur. pupillaribus.* t Eò libentius committitur alicui dispensatio, quò fides eius notior: quò denique speratur, res ita relictas iustè ac piè dispensatum iri. u *canone 28. apost.*
x Damasus *in epistola Laodicensi. c.57.* Zonaras χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι. *adde §.10. j. eo.* ruris aut suburbij episcopi, sub ditione episcopi aut metropolitani: defensores ecclesiæ ἄρχοντες: iidem qui & archidiaconi, vel archipresbyteri ferè vt Leo ait, & vt est in Synodo Neocæsariana. *c.14. adde c.10. Antiochenæ synodi: Basilium epistola ad Chorepiscopos.* ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν ο΄. Sigebertus, archidiaconi, qui dicuntur chorepiscopi. In antiquis monumentis, Abbas d. Irenæi & Iusti apud Lugdu-

i καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων à duobus protopresbyteris seu primis presbyteris.
k καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας.
l id est, chorepiscopo, de quo dixi. *§. 9. s. eod.*
m vt sit actio quasi popularis. *l. 1. D. de popularibus.*
n *v. l. 2. j. de reb. cred.* o Interpretatio Contij.
p de quibus à me alibi dictum est.
q *Nouell. 6. c. 2. 3. Nouell. 67. c. 3. Nouell. 123. c. 9.*
r Huc refer illud Synesij, χρῆναι τούτοις, ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπολείπουσι, πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀποκλείεσθαι,

fuerunt, tale nobis visum fuerit, vt indigeat ipsorum Deo amantissimorum sacerdotum præsentia, confestim tum proficisci iubebimus ipsos. absque verò tali diuina iussione, neminem proficisci concedimus. 2 ¶ Sciente horum transgressore, & rectè ac piè introductam à nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore obseruantiam prętereunte: quòd non paruam indignationem experietur: sed & sub excommunicatione fiet, si quidem metropolites sit, à tua beatitudine: si verò ciuitatis sit episcopus, quæ metropolitæ subiecta sit, ab ipso metropolita. pecuniariam namque pœnam definire contra contemnentes diuinam nostram dispositionem non necessarium esse putauimus, ne [a] inde ad sanctissimas ecclesias, quod inde euenerit damni, redundet: quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus. 3 ¶ Hæc igitur ad singulorum notitiam sub ipsa ordinatorum Deo amantissimorum Metropolitanorum episcoporum perferre tua sanctitas studeat, & ab vnoquoque missas responsiones tam per Metropolitas, quàm per ipsarum reliquarum prouinciæ ciuitatum Deo amantissimos episcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad nostram religionem referre. Dat. X. Kal. Mart. CP. DN. Iustiniano PP. A. II. Cos. 528.

De monachis & monastriis separandis.

44. [b] Idem A. Menæ P. P.

SAnctissimarum ecclesiarum & piissimorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus omnibus habitantibus monasteria conuersari cum [c] mulieribus monastriis, aut occasionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipsis habeant, (hoc enim iustam suspicionem introducit, assiduè, aut cùm voluerint, cum ipsis congrediendi) sed ita segregatos esse, vt nullam [d] participationem ad inuicem ob quamcumque causam habeāt ipsi, neque excogitari aliquam occasionem vel illis vel his mutuæ inter se commorationis. sed soli per se homines in quolibet monasterio degant, à vicinis sibi per quamcumq; causam monastriis segregati: solę item per se mulieres non commistæ viris: vt omnis suspicio indecoræ [e] conuersationis penitus tollatur [f]. Sed si viri fuerint plures: oportet prouidentia singularum ciuitatum episcoporum, fœminas in alium conuenientem locum transferri, & dari monasterium ipsis, in quo oporteat ipsas in posterum apud se ipsas honestè conuersari. sin plures inueniantur fœminæ, aut etiam pari numero: viros quidem transferri, fœminas autem in monasterio manere, ita vt res ipsius monasterij mobiles & immobiles, & se mouentes, hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata diuidant. Necessariis autem responsis [g] apud se degentium separatim mulierum, vnum senem [h] à Deo amantissimo episcopo ciuitatis segregari. ad diuinas verò peragendas liturgias & sancta [i] communione participandas vnum presbyterum, & vnum diaconum honestæ vitæ dari. qui hæc sola supradicta agere debeant, non etiam conuesci & conuersari aut cohabitare cum ipsis. His enim seruatis, & ipsis felix vita erit, qui solitariam vitam elegerint, & communis nostræ reipublicæ res paratiorem consequentur à Deo clementissimo opem. Quæ igitur super communibus rebus & nunc rectè habere existimauimus, huiusmodi sunt. sed & credidimus non paruam hinc visum iri additam esse his ex diuina nostra constitutione vtilitatem. 1 ¶ Sed & obseruatione & cautela diligenti opus est, ne vllo modo prætereantur hæc. quod non aliter continget, quàm si Deo amantissimi cuiusque ciuitatis episcopi [k] inspiciant diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis, conuersationes: &, si quid senserint huiusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale ipsorum inceptum: & pœnis subiiciant eos, qui post nostram prohibitionem adhuc talia perpetrant: & cogant, vt eorum conuersationes sint puræ, & separatæ ab omni commercio muliebri. Nam & ipsis Deo amantissimis episcopis, si hoc rectè ęstimare voluerint, perspicuum est, quòd ex obseruatione honestæ huius deuotissimorum monachorum conuersationis: & si eis contigerit nihil indecens aut inhonestum accidere: clemens Deus propitius res communes nostræ reipublicæ secundabit. 2 ¶ Sed ne vel ipsi Deo amantissimi episcopi superuacuum ducant hoc nostrum præceptum: nosse ipsos volumus, quòd si quis ipsorum manifestus sit, non cum omni diligentia [l], hæc inuestigare, aut manifestum lapsum non secundum prædictos modos emendare: obnoxius quidem erit iudicio Domini Dei, & nunc in ipsum veniet imperij nostri indignatio, & circa ipsum periclitabitur sacerdotium, neque alia maiore opus erit indignatione. 3 ¶ Tua igitur excellentia diuinam nostram hanc legis positionem manifestam faciat cuiuscunque metropoleos Deo amantissimis episcopis, & clarissimis præsidibus prouinciarum, addens & hoc: quòd & ipsi, si opus sit, omne ferant [m] auxilium piissimis ciuitatum episcopis ad huiusmodi [lapsus] coercenda, quę tolli iussimus: & si qua negligentia eos vsos esse inuenerint, manifestam eam nobis proprio facient iudicio, vt vtique omnes cognoscant, & quænam ab ipsis seruari debeant, & ex negligentia [n] definitam [o] pœnam. Curent autem & Deo amantissimi metropolitæ, etiam aliis reuerendissimis ciuitatum episcopis eiusdem prouinciæ facere manifestam diuinam hanc nostram legem, & denunciare omnibus, vt vigili studio hæc custodiant verentes definitam pœnam. 4 ¶ Ac ne protrahatur plena obseruatio diuinæ nostræ huius legis: atque etiam ne ipsi reuerendissimi monachi, qui in præsentia conuersantur cum monastriis, paruum putent tempus sibi dari ad debitam & iniunctam ipsis separationem faciendam: annale [p] ipsis definimus, decretum ab eo [die] quo manifesta diuina nostra lex hæc facta fuerit. ita vt post anni curriculum, si appareant ea, quæ ad conuictum attinent, in eodem manere schemate, locus sit omnimodo insertis diuinæ huic nostræ legi pœnis. Dat. XV. Kal. Febr. CP. Decio VC. Cos. 529.

a Est iniquum, alterius peccato pœnam alteri infligi.

b Contij interpretatio.

c *Nou. 123. c. 29. & 36. & l. 19. s. e.*

d *adde Nou. 133. c. 3.*

e *v. l. 19. s. eo.*

f quantumuis eos adoptauerint sibi fratrū, cognatorū, aut dilectorū loco.

g Apocrisiarios intelligit.

g *Nou. 123. c. 36.*

h minus enim suspicionis est in sene, quàm in iuuene. idq; eo magis, si non modò senex, sed eunuchus sit, quod suadet. *Nou. 133. c. 5.*

i Sancta communio liturgiā adsequi solet.

k *Nou. 133. c. 4.*

l Episcopo indigna est negligentia. *v. 84. dist.*

m Seculari manu episcopi sunt iuuādi. Sic alibi, Iudices manu militari vtuntur in exequendis sententiis. *l. 68. ff. de iudic.*

n Pœna negligentis episcopi.

o *§. 2. s. eo.*

p aliàs tempus tacitè inesset huic imperio. *l. 2. §. 6. D. de eo quod cert. loc. l. 1. in fin. D. de cond. & demonst. l. 24. ff. de oper. libert.*

q Interpretatio Contij.

r de quibus *v. cap. Nicena Synodus. dist. 31. 1. ad Tim. 3. vers. 2. & 4. & c. 4. ver. 1. 2. 3. ad Tit. 1. vers. 6. & canonem 50. Apostol. 1. Cor. 7. ver. 7. & c. 9. ver. 5.*

s *adde Nou. Leonis 3.* At fortè permissu episcopi id fieri poterit vt Ancyrana voluit. *c. 10.* Nouell. Iustin. *123.* id vetat. Ratio- nem vide apud *Cuiac. Nouell. 22. fol. 383.*

t *v. Nouell. 22. c. 42.*

u *hac de re. v. distin. 10.*

x *Nou. 13. c. 1.*

De filiis presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum.

45. [q] Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SAcris canonibus [r] neque Deo amantissimis presbyteris neque reuerendissimis diaconis aut subdiaconis nuptias contrahere [s] post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reuerendissimis psaltis & lectoribus id concedentibus: animaduertimus quosdam despicientes quidem sacros canones, pueros autem generantes ex quibusdam mulieribus, quibus coniungi secundum sacerdotalem censuram non possunt. quoniam igitur pœna facinoris huius in sola [t] sacerdotij erat amissione: sacros autem canones non [u] minus, quàm leges, valere, etiam nostræ volunt leges: sancimus obtinere in illis, & quæ sacris visa sunt canonibus, perinde ac si ciuilibus inscriptum esset legibus: & omnes istiusmodi homines tam [x] sacerdotio, quàm diuino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, nudari. quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia: sic [y] & secundum nostras leges, rem ipsam prohiberi: & præter supradictam excidendo ministerio pœnam, ne † legitimos quidem & proprios esse eos, qui ex huiusmodi inordinata constupratione nascuntur, aut nati sunt: sed eam, quæ ex talibus seminibus oritur, participari turpitudinem. tales enim eos esse disponimus, quales quos leges ex incestis aut nefariis natos nuptiis definiunt. ita vt neque naturales, aut nothi seu spurij intelligantur. sed prorsus & vndique prohibiti, & successionis genitorum indigni, ac nec donationem [z] ab illis capere possint, neque hi, neque horum matres, nec per interpositas quidem personas. sed omnibus in hos collatis à patribus beneficiis ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, reuertentibus. quod enim sacri canones prohibent, id [a] etiam & nos per nostras abolemus leges [b]. Si verò simulata quædam obligatio sub specie mutui, vel alterius contractus instrumenti fiat, quæ obligatum faciat eum, qui huiusmodi constuprationis particeps factus est: hanc etiam infirmam esse volumus: & talium rerum donationem, non ad eā personam, in quam concepta sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam peruenire. Data XV. Kal. Nouemb. CP. Lamp. & Oreste VV. CC. Coss. 530.

De relicto ad pias causas. 9. annali.

46. [c] Idem A. Iuliano P.P.

SAncimus: si quis moriens piam fecerit dispositionem vel per institutionis modum, vel per legatum, aut fideicommissum, aut mortis causa donationem, vel aliū quemcunque [modum] legitimum: siue iniunxerit pro tempore episcopo curam agere, vt impleantur, quæ ipse voluit, siue & hoc reticuerit siue etiam in contrarium prohibuerit: necessitatem [d] habere heredes, id, quod ordinatum est, facere & adimplere omnimodo. quòd si id sponte non fecerint, confestim loci Deo amabiles episcopos, curiosos esse circa hæc, & postulare, vt illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed siquidem ecclesiæ ædificationem iniunxerit testator, intra triennium, instare eos, vt perficiatur. si verò xenonis ædificationem, intra vnum [e] annum duntaxat id fieri cogere, tanquam sufficiente tempore hoc constituto ad perficienda, quæ placuerunt testatoribus: cùm sit possibile & domum conducere, & infirmos illic in lectis sternere, donec opus ædificationis xenonis seu hospitalis compleatur. si verò quædam dari simul & vna præstatione in pias causas damnati fuerint: confestim cogere eos facere, hoc est, post testamenti insinuationem, & post adprehensam [f] hereditatem vel legatum ab his, qui honorati sunt. 1 ¶ Si autem transierit prædictum tempus, ac neque ecclesia, neque hospitale ædificatum fuerit: neque hospitalis aliquis sit, qui hoc ordinet: mox ipsos Deo amabiles episcopos [g] exigere ea, quæ pro eo ordinata sunt, & in id conuenienter quæsita: & facere ædificationes sanctissimarum ecclesiarum, & hospitalium, & gerontocomiorum [h], aut orphanotrophiorum præparationem, aut ptochotrophiorū, aut nosocomiorum constructionem, aut captiuorum [i] redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, à testatore ordinatam: designare etiam seu præficere, qui hæc administrēt, xenodochos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos, gerontocomos, vel simpliciter piarum [k] actionum diœcetas

y Canonibus ab aliquo actu prohibitus, prohibitus quoque intelligitur legibus: vt ita fiat illatio à canonibus ad leges.

† verisimile est id nouo iure mutatum esse. iubentur enim clerici contrahentes nuptias, adhærere vxoribus suis. *Nou. 22. c. 42.*

z *Cuia. consul. 2.* hinc colligit, Legatum à presbytero filiæ suæ factum, pro non scripto haberi: quasi incapaci relictum. Idque verius est, si eā ex vxore alterius susceperit. Id ita sentit Hotomanus *consil. 16.* Res ita est, Nouo iure, hoc est, *Nouell. 89. & Nouell. 117.* spurios ex damnato concubitu susceptos vsque adeò à progenitorum fortunis arceri, vt etiam parentes eos alere prohibeantur. De iure tamen canonico, naturali pietate inspecta, pater tenetur eos alere: & ipsis relinquere potest alimenta, aut ad ea vsque, non vlterius. *cap. non haberet. 5. extra de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* Eámque communem esse opinionē refert Roland. à Valle *1. consi. 74. nu. 39. & seq.* Idem refert Mich. Grassus *lib. sent. §. legatum quæst. 6.*

a Leges non dedignantur sacros canones imitari. *Nou. 83. c. 1.*

b Cur ita? *collige ex c. constitutiones. dist. 10.*

c Interpretatio Contij.

d *Nou. 1. c. 1.*

e *Nou. 1. c. 4.*

f Hereditas, nisi adita, non transmittitur. *l. vn. §. 5. J. de caducis.*

g quorum oneri incumbit, personis ad id specialiter deputatis deficientibus, eo nomine agere. *l. 25. §. 1. s. eod.*

h *leg. s. de sacros. eccles.*

i Captiuorum redemptio, inter pias causas numeratur. *vt hic.*

k nota de piarum actionum diœcetis & curatoribus. *adde §. 3. J. eo.*

diœcetas & curatores. non ampliùs valentibus post dicti temporis lapsum & dictam indeuotionem his, qui illa non fecerint, immiscere se prædictarum rerum administrationi, aut Deo amabiles episcopos impedire ab illarum rerum administratione. 2 ¶ Clarissimis prædibus prouinciarum necessitatem imponentibus heredibus omnimodo ea perficere. namque & veteribus [a] prædicatum est legibus, necessitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quæ illi reliquerunt. 3 ¶ Sed Deo amabiles episcopi: si quidem aliquos disertè hi, qui defecerunt, præposuerint rebus: (veluti xenodochos, ptochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos, aut orphanotrophos, aut gerontocomos, aut paramonarios [b], aut œconomos, aut, simpliciter, || dicendo, || piarum actionum administratores) illos quidem permittant habere administrationem: ipsi verò non administrent quidem, sed administrationem illorum inspiciant aut obseruent: & rectè quidem habentem laudent: in quibusdam autem aliquid prætergredientem corrigant: pessima autem administratione facta etiam eos expellant, & alios instituant, qui cogitent & animo concipiant magni Dei timorem, & terribilem magni & nunquam finiendi iudicij diem, ad quam [c] illos respicientes conuenit omnia facere cum ad Deum coordinata mente. Si verò neminem disertè hi, qui moriuntur, præstituerint administrationi, sed in heredum potestate totum posuerint: hi autem rem neglexerint: continuò ipsi Deo amabiles episcopi & administrent, & præficiant suprascriptas personas, (vt ptochotrophos, aut nosocomos, & cæteros deinceps, qui etiam magni Dei honorem mente præferant) vt omnimodo & via & artificio ad effectũ perducantur, quæ ordinata sunt. 4 ¶ Supra autem omne tempus quo distulerint facere disposita scripti heredes: eos cogi soluere & fructus [d] & reditus & omnem legitimam accessionem à tempore eius, qui disposuit, mortis, sancimus: non [e] inspecta mora à litis contestatione aut conuentione, sed ipso [f] iure intellecta (quod dicitur vulgò) mora præcessisse, & locum habente, fructuum & aliarum rerum accessione. 5 ¶ Hoc eodem obtinente: & si non ab herede, sed à fideicommissario [g] aut legatario relictum fuerit huiusmodi pium legatum: & illud acceperit is, qui legato honoratus est. & mox quidem licentiam esse Deo amabilibus episcopis poscere tales personas quibusdam rebus honoratas facere disposita. 6 ¶ Si [h] verò negligentes fuerint locorum Deo amabiles episcopi id agere, fortè gratia corrupti à scriptis heredibus vel legatariis, vel fideicommissariis: licentia erit aut metropolitano prouinciæ [i], aut archiepiscopo illius diœceseos, hæc cognoscenti, inquirere, & cogere, pium opus aut piam liberalitatem omnimodo impleri. & cuicunque ciuium idem etiam facere licentia erit. cum sit enim communis pietatis ratio, communes & populares [k] decet etiam affectiones constitui harum rerum executionis. habituro vnoquoque licentiam ex nostra hac lege mouere *ex* [l] *lege condictitiam*, & postulare relicta adimpleri. sciente, qui hæc neglexerit, Deo amabili episcopo: quod & ipse, præter imminentes è cœlo pœnas, etiam imperialem motum super huiusmodi contemptum experietur. 7 ¶ Vt autem adhuc maiore metu terreantur heredes morientium, vel harum rerum procurandarum & faciendarum onere grauati, quominùs harum rerum effectum differant: & hoc sancimus: vt si impetiti à Deo amabilibus episcopis, qui his rebus honorati sunt, postea cessauerint, seu distulerint, ita vt præsidum exactione opus fuerit: confestim non solùm ipsi simplum (quod dicitur) exigantur, sed omnino duplum. [m] si enim apud veteres erant quædam themata in quibus, ex inficiatione [n], dupla condemnationis inducebantur: quomodo vtique non etiam hîc eos, qui non solùm ne spontè fecerint, sed tempus præterea protraxerint, & postremò impetiti à Deo amabilibus episcopis, ac deinde neque ipsis statim parentes, opus habuerint etiam præsidiali exactione: dupli exactione non conuenit castigari? 8 ¶ Si verò morientes suos heredes voluerint, quando morituri essent ipsi heredes, actionem aliquam implere piam, non autem in ipsorum vita: & hoc custodiri: & non [o] in medio heredes cogi facere quid eorum, quę testator post ipsorum mortem voluerit fieri. cùm verò morientur ipsi: necessitatem habeant omnimodo ista implere: dilatione autem aliqua ab ipsorum heredibus facta, tunc necesse est, illa fieri, quæ antè disposuimus.

9 ¶ Si verò aliqua eorum, quæ vocantur *annalia* [p] *legata*, relicta fuerint aut donata clero fortè, aut monasterio, aut ascetriis, aut diaconissis, aut ptochiis, aut xenonibus, aut nosocomiis, aut brephotrophiis, aut sanctissimarum ecclesiarum pauperibus, aut (simpliciter) cœtibus quibusdam piis, aut omnino non prohibitis [q] ex plebe collegiis: velint autem secundum aliquod tempus hi, qui tunc repe(r)iuntur, auro accepto super tali actione transigere [r]. non liceat id agere: neque, quod factum fuerit, ratum esto: imò & [s] priuationem rerum [t], qui hæc redemit vel transegit, sustineat. quandoquidem necesse erit: his quidem, qui aliqua parte temporis fuerint, esse pecuniarum copiam: his autem, qui futuri sunt, omnimodam relictorum priuationem. sed nec ipsum *Annaliorum* nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam & annuum hoc reliquit, conseruabitur, sed statim extinguetur vnà cum ipsa relictorum interiens alienatione. Manere igitur perpetuò [u] ipsos obnoxios huiusmodi dationibus sancimus. adeò vt, si qua fiat alienatio, & ipsa irrita sit: & hi, qui quandoque præerunt piis locis, licentiam habeant persequi, & exigere ipsa, nulla temporis præscriptione opponenda ipsis, cùm [x] per vnumquemque annum talis nascatur actio. Quinimò hypothecæ subiecta sint eius, qui reliquit bona, huiusmodi legatorum causa: ita vt licentiam habeant ex ipsis rebus satis piis operibus facere, non solùm pro relictis, sed & pro fructibus ipsorum, & reditibus, & omni legitima accessione temporali (vt dictum [y] est) nulla retinentibus præscriptione conuenire queunte, quantumcunque quis numerauerit tempus: Nisi inter hunc [z] annali legato oneratum, & eum qui secundum sacros canones & nostras leges pręsul constitutus est, istiusmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, vt reditus pro annuo legato daretur à grauata persona, semper vigens ac perpetuus, & non multis publicis oneribus obnoxius: sed & accessionem habens, omnino quidem non [a] minorem quarta parte puri reditus, aut ampliùs, quantum scilicet inter eos placuerit. si enim tale quiddam in scriptis fiat pactum, & datus fuerit talis reditus & receptus in scriptis, pactionibus & transactionibus, & id manifestum per gesta monumentorum constitutum fuerit: cessare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus est, sancimus. eum verò reditum pro legato constitui, perpetuò ad id deputatum, & qui alienari à nemine, quocumque alienationis modo, possit. nullo [b] autem horum subsecuto, subiacere perpetuò (vt antea à nobis dictum est) dationi annuorum legatorum eos, qui his grauati sunt, sancimus: vt & nomen & memoria defuncti, & vt annui reditus in ipsis operibus perpetuò conseruentur. Dat. XV. Kalend. Nouembr. Constantinop. Lamp. Coss. & Oreste. 530.

a adde *Nouel.* 1.c.1.
b παραμοναρίους. Ii erant villici, siue actores possessionum, ex eorum genere qui res ecclesiasticas administrant. quãuis aliàs hi videantur appellari, Satellites, adseclæ, buccellarij. Est.n. Nicetæ παραμονὴ, πελεκυφόρους βάρβαρους. *v. Cuiac. hic.*
c si non amore, terrore saltè ac metu pœnæ homines à vitio abstinere debent. Breuis differentia legis & euangelij, amor & timor.
d *Nouell.*131.*c.*12.*in fi.*
e hic casus est specialis, *Nouell.* 131.*cap.*11. Aliud enim in aliorũ legatis. *l.*23.*D.de leg.*1.
f Mora fit interdum ipso iure.
g & merito: sunt enim fidei commissa legatis exæquata. *l.*1. *D.de leg.*1.
h Episcopi curam gerit Metropolitanus: Metropolitani, Archiepiscop[9]. i De metropolitano & archiepiscopo. *v.dist.*21. *c.cleros.* Cæterùm hîc Episcopi, Metropolitani, & Archiepiscopi tectis verbis distinguuntur: Episcopi locorum seu singularum vrbium: Metropolitani, prouinciarum: Archiepiscopi, diœceseos totius curã gerebant.
k *l.*1.*& seq.D. de popularib. actionib.*
l Cur ex lege condictitia? collige ex *l. vnic.ff. de condict. ex lege.*
m Piorum legatorum actio, non modò inficiatione duplatur, sed ex mora.
n §.19. §.23.*in fi.inst.de act.*.
o nec.n.iustè agi potest ante conditionis euentum. *l.*5.§.2. *D. quando dies legati.*
p seu annua. *v.tit. D. de annuis legatis: adde l. vlt.*§.*eo.*
q Collegio prohibito legari non potest. Quę sint prohibita. *v.l.*1.*ff.quod cuiusque.*
r Non licet monasterio de annuo legato transigere.
s Emptor rei vetitæ alienari, rem emptam restituere cogitur: nec datum precium repetit, quasi indebitum, *vt hic.*§. *vlt.Inst.de oblig. quæ quasi ex contractu.*
t χρημάτων.
u διηνεκῶς. hoc verbum intelligendum est pro subiecta quæstione. *v.l.*1. *D. pro socio.* Cur perpetuò? collige ex *l.*20. *D.de annuis.*
x Quarum rerum actio singulis annis nascitur, earum perpetua petitio est, nulla præscriptio.
y §.4.§.*eo.*
z atqui Ecclesiæ concessia est tantùm permutatio, vel cum alia Ecclesia. *Nouell.*54. *c.*2. vel cum principe. *Nou.*7.*c.*2.
a *adde l.* 8. *in fi.ff.de transact.*
b Forma iuris omissa, actum vitiat.

De electione. 1. *& confirmatione abbatis.* 2. *& abbatissæ.* 3. *& ceterorum.*

47. [c] Idem A. Iuliano P.P.

SAcris [d] nostris legibus existimauimus oportere & hanc addi: quæ ex virtute, non [e] autem ex temporibus, religiosas abbatias [f] seu præfecturas tribuit. ita videlicet, vt in piis monasteriis aut asceteriis, non omnimodo mortuo abbate vel abbatissa, is vel ea, qui vel quæ tempore antiquior est, aut secundus secundáve deinceps eligatur. consentimus enim naturæ, neque omnes similiter bonos, neque omnes in æquo facienti malos: sed quem vtique & vita [g] optima, & mores honesti, & circa pium exercitium constantia, & commune reliquorum monachorum complementum, aut maxima eorum pars, idoneum ad hoc putauerit, & sacris euangeliis propositis elegerit, ad præfecturam vocari. ita vt, si quidem primus post defunctum vtilis sit, & monachis præesse dignus, ille aliis præferatur: si verò qui post illum est, similiter in ipsum feratur futuri præfecti calculus. si verò nullus horum dignus videatur: confestim is [h], qui ex omnibus idoneus erit, cuiuscumque gradus sit, præordinetur abbas, qui sit videlicet & vitæ honestæ, & honestæ conuersationis, & qui seruare creditos sibi possit, cùm sit conueniens, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque [i] ex sortibus [k], neque ex fortuitis circunstantiis, sed ex electione, & ex eo, quod præstantius est, fieri: & bonum apud omnes testimonium & probationem esse, fieri ordinationi ordinem.

1 ¶ Manifesta autem hæc fieri Deo amabili episcopo: vt, cùm is didicerit eum qui est electus, & hoc se rectè habere adprobauerit, consentientem electoribus calculum ferat, & promoueat ipsum ad huiusmodi abbatis ordinem. Adprobare verò oportet hanc ipsam electionem, & pro tempore Patriarcham, & qui in his locis sunt, Deo amabiles episcopos, habentes & ipsos iudicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, si non per electionem, sed ad aliquam passionem [l] seu affectionem respicientes humanam, promotionem fecerint. habituris ipsis & in hac vita & in futura à Deo immissam pœnam: videlicet ipsorum negligentia animabus plurimis peccatorum causas præbente.

2 ¶ His omnibus & in reuerendissimis fœminis aut virginibus, quæ piis monasteriis præsunt obtinentibus.

3. Reliquo omni sacro ordine, sacro ministerio secundum suos gradus præsidente, & nulla in re per præsentem nostram innouato legem. Dat. XV. Kalend. Dec. CP. Lamp. & Oreste Coss. 530.

De electione episcopi.

48. [m] Idem A. Ioanni P.P.

SAncimus, neminem ad episcopatum ordinari, nisi & in aliis rebus vtilis & optimus sit, & neque mulieri cohabitet, neque † liberorum existat pater. sed loco vxoris, ad-

c Interpretatio Contij.
d Huius legis fit mentio in Nouellis.
e Non pro ætate, sed merito Abbatiæ conferendæ sunt. Sic non ętas, sed vita seniorem facit. Hinc illud, Laqueus iuuenum oẽs vos. & rursus, Maledictus puer centum annorum 2. *quæst.*7. *cap. Paulus dicit, Seniorem non increpaueris.*
f nota formam eligendi Abbatis.
g Dignitas aut nomen non facit episcopum, sed vita: non episcopi nomen, sed vita reuerentiam meretur. *c.plerunque. in fi.c.non omnes. c.non omni.*2.*q.*7.
h Hinc illa puerorum nænia, Rex eris, aiunt, Si rectè facies.
i Atqui sorte Matthias electus est. *Act.*1.*versic. vlt?* Certè, quædam sortibus fiunt, de quibus dixi *ad l.* 3.§. *ad comm.de legatis.* nec inde tamen sortilegi artem suam statuere debẽt. 26. *quæst.* 2.*c.non statim.& seq.*
k *sic Virgil.lib.* 2. *Æneid. versu* 201. Laocoon ductus Neptuni sorte sacerdos.
l *v.l.*31.§.*eo.*
m Interpretatio Contij.
† *l.*42.§.1.§.*eo. v. Nou. Leon.*2.3. 1.*Tim.*3.

hæreat quidem & continens sit circa sanctissimam ecclesiam : loco [a] verò liberorum, omnem Christianum & orthodoxum habeat populum: cognoscens, sic ab initio ea, quæ de successione Deo amabilium episcoporum sunt, nos disposuisse, & cum eiusmodi cogitatione processisse nostram legem: & eos, qui præter hæc quid faciunt, aut fecerunt, omni episcopatu indignos esse. qui enim, post hanc nostram constitutionem, facere aliquos episcopos præter eius vim, aut fieri ausi fuerint : neque in episcopis numerabuntur, neque manebunt in sacris : sed expulsi ab his, aliis dabunt locum ordinationis, cùm in primis diligentissimę, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. IIII. Kal. Sept CP. post Consulat. Lamp. & Orest. 531.

De institutione captiuorum aut pauperum.

49. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni PP.

SI quis ad [b] declinandam [c] legem Falcidiam, cùm desiderat totam suam substantiam pro redemptione captiuorum [d] relinquere, eos ipsos captiuos [e] scripserit heredes [f]: ne videatur, quasi incertis [g] personis heredibus institutis, iudicium suum oppugnandum reliquisse : sancimus, eiusmodi & talem institutionem pietatis [h] intuitu valere, & non esse respuendam. 1 ¶ Sed & si pauperes [i] quidem scripserit heredes : & [k] non inueniatur certum ptochotrophium, vel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitauerit : sed sub incerto vocabulo pauperes fuerint heredes instituti : simili modo & huiusmodi institutionem valere decernimus. 2 ¶ Et si quidem captiuos scripserit heredes ciuitatis, in [l] qua testator larem [m] fouere ac degere noscitur, episcopus & œconomus hereditatem suscipiant: & omnimodo in redemptione captiuorum procedat hereditas, siue per annuos reditus, siue per venditionem mobilium [n] seu se mouentium rerum sit: nullo penitus ex hoc lucro vel œconomo, vel episcopo, vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo. Si enim propter hoc à [o] speciali herede recessum est, vt non Falcidiæ ratio inducatur : quomodo ferendum est, hoc, quod in sacrum [p] venerit, per Falcidiam vel aliam occasionem minui ? 3 ¶ Vbi autem indistinctè pauperes scripti sunt heredes : ibi xenonem eius [q] ciuitatis omnimodo hereditatem nancisci: & per [r] Xenodochium [s] in ægrotantes fieri patrimonij distributionem, secundum quod in captiuis constituimus, vel [t] per redituum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel in sese mouentium, vt ex his res immobiles comparentur, & annuus victus ægrotantibus accedat, quis [u] enim pauperior est hominibus, qui & inopia tenti sunt, & in xenone repositi, & suis corporibus laborãtes, necessarium victum sibi non possunt afferre ? 4 ¶ Licentia omnino danda & in priore & in secunda specie, & actionem mouere, & debita exigere: vt in captiuos, vel in ęgrotantes consumantur. Si enim heredum [x] eis & ius [y] & nomen dedimus, sine [z] Falcidiæ tamen legis emolumento : necesse est eos debita exigere, & creditoribus respondere. 5 ¶ Sin autem ampliores in ciuitate xenones vel ptochotrophia sint : ne incerta videatur pecuniarum datio, tunc ei xenoni vel ptochotrophio, qui pauperior [a] esse dignoscitur, easdem res vel pecunias adsignari censemus: hoc videlicet discutiendo à viro reuerendissimo locorum antistite, & sub eo constitutis clericis. 6 ¶ Sin autem nullus xenon in ciuitate inueniatur : tunc, secundùm de captiuis sanctionem, pro tempore œconomus sacrosanctæ ecclesiæ vel episcopus hereditatem accipiat: & sine [b] Falcidiæ ratione pauperibus, qui in ciuitate sunt, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus, eædem pecuniæ distribuantur.

7 ¶ Hæc tamen omnia locum habere sancimus, quando non certi xenonis vel certi ptochotrophij, vel certæ ecclesiæ nominatio à testatore subsecuta est, sed incertus est eius sensus. Sin autem in personam certam venerabilémve certam domum respexerit, ei tantummodò hereditatem vel legatum competere sancimus, nulla [c] Falcidia nec in hac parte intercedente. 8 ¶ In omnibus autem huiusmodi casibus cœlestes iracundias, sacrosanctarum rerum administratores expectent, si qualecumque lucrum ex huiusmodi gubernationibus sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio cõsenserint, & non grauissima pœna & interminatione, quod perperam factum est, studeant corrigere.

De captiuis redimendis.

Auth. ex Nouell. 115. c. 3.

SI † captiui [d] alicuius liberi seu cognati redemptionem eius neglexerint, non solùm exheredari possunt, sed etiam lege [e] denegatur eis successio, &c, si fuerint scripti heredes, tantum valeat testamentum in aliis [f] capitulis. Hæc ergo successio defertur ecclesiæ [g] ciuitatis eius, expendenda scilicet in captiuorum redemptionem. Multò [h] magis si extraneos instituerit, qui redimere supersedeant. Excipitur minor octodecim annis. Qui [i] autem redimere student, si proprias non habeant pecunias, super [k] quibuslibet rebus ipsius in eam causam rectè contrahunt, etiam si minores viginti quinque annis sint, maiores tamen octodecim qui tamen pro [l] maioribus viginti quinque hic accipiuntur. Et captiui, si reuersi fuerint, coguntur [m] habere ratum contractum. Eadem [n] pœna est parentum, si redemptionem neglexerint liberorum [o].

De peculio clericorum, & querela inofficiosi.

50. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm lege Leonina viris reuerendissimis episcopis & presbyteris & diaconis peculium [p] habere quasi castrense concessum sit, eo addito, vt & in ipso testari possint: dubitabatur, si huiusmodi testamenta debeant de inofficioso querela expugnari: cùm de omnibus personis, quæ huiusmodi peculium meruerunt, eadem fuerat quæstio exorta. Sancimus itaque, viris reuerendissimis episcopis & presbyteris & diaconis, qui tale peculium quasi castrense possideant, super his tantummodò rebus, quæ quasi castrensis peculij sunt, non solùm vltima condere secundùm leges elogia licere, (quod ex Leonina constitutione descendit) sed etiam eorum vltimas voluntates super his tantummodò habitas, de inofficioso querelæ minimè † subiacere. Dat. Non. Febr. C P. post Consulatum Lampadij & Orestis, anno 11. 532.

De præscriptione fori, & renunciatione iuris sui.

51. Idem A. Ioanni P.P.

SI † quis [q] in conscribendo instrumento [r] sese confessus [s] fuerit non [t] vsurum fori præscriptione [u] propter sacerdotij [x] prærogatiuam: sancimus, non licere ei aduersus [y] sua pacta venire, & contrahentes decipere [z] : cum [a] regula [b] sit iuris antiqui, omnes [c] licentiam habere, his, quæ pro se indulta sunt, renunciare. Quam generalem legem in omnibus casibus obtinere sancimus, qui necdum per iudicialem sententiam vel amicabilem conuentionem sopiti sunt. Dat. Kal. Septemb. CP. post consulatum Lampad. & Orestis VV. CC. 532.

De tutela & cura.

52. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

GEneraliter [d] sancimus, omnes viros reuerendissimos episcopos, necnon presbyteros, diaconos & subdiaconos, & præcipuè monachos, licèt [e] non [f] sint clerici; immunitatem [g] ipso iure omnes habere tutelæ [h] siue testamentariæ, siue legitimæ, siue datiuæ, & non solùm tutelæ eos

[a] hinc illud Pauli, Non vt confundam vos, hæc scribo, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ 1. *Cor.* 4. *vers.* 14. [b] id est, declinaturus, aut tacitè prohibiturus. [c] sensus est, Qui captiuos in vniuersum instituit heredes, totam hereditatem eis confert, nulli Falcidiæ subiectam. Qui volent sua bona nulli Falcidiæ subiici, captiuos aut pauperes heredes instituant. quod apertius exponam §. 4. j. *eo.* [d] Vox captiui est incerta ideóque videbatur legatum non valere. j. *tit. de incert. person.* [e] Captiui heredes institui possunt. [f] i. instituerit. An idem si substituerit? Baldus ait. [g] Quod captiuis relinquitur, non relinquitur incertis personis. *l.* 24. *l.* 28. s. *eo. Nou.* 131. *c.* 11. Cur ita? stricto quidem iure, instituti captiui ac pauperes, quorum singulæ personæ incertæ. verum pietatis ea ratio est hac lege, vt ius & nomen heredis tribuatur certis pauperum & captiuorum administratoribus. Hi semper certi: nimirum episcopus, œconomus, xenon: licèt ipsi pauperes quibus viritìm fiat distributio, incerti. [h] Cuius maximus est fauor. [i] Quæ superius dicta sunt de captiuis, eadem locum habent in institutione pauperum. [k] Ratio dubitandi ex *l.* 9. §. 9. *D. de her. instit.* [l] *v. l.* 26. s. *tit. prox.* [m] de lare. *v. l.* 1. §. 2. *ff. de agnoscend.* [n] *v. quæ notaui ad l.* 93. *D. de verb. sig.* [o] A speciali herede interdũ ita recedere possumus, vt Falcidia non vtatur. [p] Quod captiuis aut pauperibus relinquitur, sacro corpori relinqui intelligitur. Ea ratio est, ob quam huiusmodi relicta non minuuntur per legem Falcidiam. Vetatur enim rerum sacrarum deminutio. [q] Qui xenonem heredem instituit, in dubio suæ ciuitatis xenonem instituisse intelligitur. Etenim suam quisque magis quàm alienam ciuitatem diligere præsumitur. & ita rectè iudicari potest ex præsumpta voluntate testatoris. [r] Qui xenodochium instituit, per eum ægrotos aduenas instituere videtur. [s] Xenodochus is est, qui aduenas ægrotos, inopes, debiles, inualidos, necessarium sibi victum parare nequeuntes, hospitio excipit. [t] sensus est, Xenones ita solent institui, vel vt certam summam pauperibus semel distribuant, vel vt reditum annuum erogent, vel vt ex mobilium precio immobilibus emptis annuum victum ægrotantibus præstent. [u] sensus est, vox *Pauperis* à propria significatione non est detorquenda. Ideóque, pauperibus institutis non tam eorum hospes, quàm ipsi hospitio excepti ac egentes, instituti videntur. [x] Testamentarius executor, actiones mouere potest sicut hæres. *Bart.* [y] Piorum locorum administratores, si quid ipsis piis locis testamento sit relictum, ipsi, inquam, administratores, eo casu ius & nomen heredum sortiuntur ac ferunt: nempe vt debita testatori exigant, & eius creditoribus satisfaciant. & creditoribus, dimissis, relicta ipsis pauperib. diuidant seu distribuant. Hoc cũ fit, videntur comparari heredibus fideicommissi restitutioni obnoxiis: dicet igitur aliquis, Trebellianicam aut Falcidiam ab iis deduci? eò magis quod hac lege ius & nomen heredum accipiant? Non ita ius est: alio enim fini heredes: non vt lucrum faciant, sed vt integrum relictum distribuant: nullo lucro ei relinquendo. §. 2. s. *eod.* sine Falcidiæ ratione. §. 6. nulla Falcidia intercedente. §. 7. j. *eo.* [z] sic intelligo, Xenodochum (idem sentiendum in similibus personis) heredem institutum, vniuersam hereditatem pauperibus distribuere teneri: nec ex ea deducere quartam iure institutionis. § . 6. j. *eo.* Alias nimis generale est, quod ex hac lege colligi solet. Ex relictis ad pias causas non debetur legitima: cum legitima iure naturæ debita semper detrahenda sit, licet aliud sit in legitima debita iure institutionis. *v. Wurmserum* 1. *Pract.* 39. *c.* 8. [a] sensus est, Relictum certo xenodochio, ei deberi. §. 7 j. *eo.* si incerto, ciuitatis xenoni debebitur. §. 7. j. *eo.* Quid si plura sint in ciuitate xenodochia? pauperiori. Si nullum? Episcopus relictum pauperibus distribuit integrum, nulla deducta quarta. [b] *v.* §. 4. s. *eo.* §. 7. j. *eo. Nou.* 131. *c.* 12. [c] §. 7. j. *eo.* † vsus huius Authenticæ is est apud Gallos, Captiuus de suis testari potest, si postea liberatus moritur intestatus, ei succedet, non ecclesia, sed proximus: quamuis redemptionem captiui neglexerit, quia ipse ingratitudinem videtur remisisse, si non est in vita conquestus. *l. vlt.* j. *de reuoc. donat.* Quid si in captiuitate moritur intestatus? Bona eius posse applicari fisco putat *Rebuff. in proœ. const. glo.* 5. *nu.* 35. [d] *subaudi* à latronibus, furibus, hostibus, piratis & similibus: quinimò custodia publica clausi, etiam pro quantitate aliqua pecuniaria: modò non perpetua sit custodia, aut iudicis sententia definita. Frustra enim pro eiusmodi captiuo redimendo laborant. [e] ipso iure: neque requiritur sententia iudicis. [f] legata igitur ad pias causas hîc præstantur, licèt ex testamento non adeatur hereditas. [g] non proximis. *v. l.* 1. j. *de secund. nupt.* [h] Hereditas facilius eripitur extraneo heredi, quàm coniuncto. [i] etiã extranei. [k] super re captiui, redimendi eius causa, contrahere etiã extraneus potest. [l] Minor 25. maior 18. annis pro maiore habetur vt captiui bona, pro eo redimendo possit obligare vel vendere. atque ita pietatis causa, ætas minoris suppletur. [m] etiam inuiti captiui redimi possunt. *arg. l.* 6. *D. de appell. l.* 3. j. *de liberal. causa: l.* 52. §. 10. *D. pro socio.* [n] Redimere captiuos liberos parentes debẽt, vt à liberis redimi debent. [o] Quid si legitimam captiuus consecutus sit à patre? vel hoc etiam casu parens filium liberare cogitur: ne in huius legis pœnam incidat. Nam vt maximæ legitimam filio captiuo iam dederit, pietatis tamen officia in filium exercere cogitur. *Castrẽsis hîc.* Quæri hoc vtiliter potest, vtrum quod filij redimendi causa pater numerauerit, id in legitimam filij possit imputare necne? Bartolus negat rectè imputare, pietatis fauore. *l. liber captus. C. de captiuu. Bart. in l. Stichus.* 16. *in fi. D. de peculio legato.* Quid si filij nomine se pater obligauit necdum numerauit? solida obligatio parti filij non imputabitur. *Bald. in l. filię. C. familiæ.* [p] Clerici peculium quasi castrense habent. *l.* 34. s. *eo.* † puto hoc abrogatum esse. *Nouell.* 123. *c.* 19. Authentica presbyteros. j. *eo.* † *l.* 29. j. *de pactis.* Hæc lex non seruatur de iure canonico, *c. si diligenti.* 2. *extra de foro compet.* [q] putà clericus. [r] putà mutus. [s] vltrò, vel pactis, vel per stipulationem. [t] qua aliàs vti posset, nisi ei renunciasset. [u] i. exceptio. Paucis ita habet, Quemlibet foro suo renunciare posse, si modò forum litigatorum fauori attributum est, non honori iudicum. Sic vasalli, etiam inuiti, coguntur de feudo apud Pares Curiæ litigare. Causæ domaniales regis Gallię, etiam volentibus partibus apud alios iudices quàm superiores Curiæ agi non possunt. Ad hæc, Priuati iurisdictionem non habentes tribuere eam non possunt. *v. Bald. hîc.* [x] Sacerdotij enim prærogatiua ius fori speciale tribuit. *Authentica statuimus* 33. s. *eo.* [y] Vtiliter renunciari potest foro suo. Huiusmodi renunciationi stari oportet, ne alioquin aduersus pacta veniatur. [z] prima ratio decidendi. [a] altera ratio decidendi. [b] de qua *v. quæ notaui ad l.* 29. *de pact.* [c] Renunciare iuri pro se introducto quisq; regulariter potest. v. tamen exceptiões varias apud *Socin. regula, Renunciare.* 339. [d] hæc constitutio extat. 16. *dist.* 1. *c. generaliter.* [e] Clericorũ appellatione qui contineantur. *v. Nou.* 123. *c.* 19. [f] Monachi non sunt clerici, fieri tamen possunt clerici. *l.* 2. *C. Theod. de episc.* 16. *q.* 1. *c. de monachis.* vt Iulianus Apostata ex monacho factus est clericus in ecclesia Nicomediæ. *Aug. epist.* 76. *v. Cuia. Nou.* 6. [g] Clerici inuiti tutores non dantur. [h] Quin tutores eos dari, concilia

esse ex-

esse expertes, sed etiam curæ † non solùm pupillorum, & adultorum, sed & furiosi, & muti, & surdi, & aliarum personarum, quibus tutores vel curatores à veteribus legibus dantur. 1 ¶Eos tamen clericos & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent, non diuagantes [a], neque circa diuina ministeria desides: cùm propter hoc ipsum beneficium eis indulgeamus, vt, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant [b]. 2 ¶Et hoc non solùm in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, sed & in omni [c] terra vbicunque Christianorum nomen colitur, obtinere sancimus.

Auth. ex Nouell. 123. c. 5.

PResbyteros, diaconos, aut subdiaconos, iure cognationis ad tutelam vel curam vocatos suscipere permittimus [d]: si tamen intra quatuor [e] menses, ex quo vocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declarauerint, talem administrationem propria se voluntate suscepisse. Si quis autem sic fecerit, nullum ex hoc præiudicium circa alienã tutelam vel curam patiatur. 1 ¶Episcopos autem vel monachos tutelam alicuius personæ subire non permittimus.

De curialibus & taxeotis. 1. de clericis aut monachis suum ordinem deserentibus, & in armatam militiam transeuntibus. 2. de substitutione aut fideicommisso sub conditione defectus liberorum. 3. De solutione matrimonij, & dote, ac donatione propter nuptias.

53. Idem A. Ioanni PP.

SAncimus [f] neminem omnino, neque curialem [g], neque taxeotam, episcopum aut presbyterum decætero fieri: nihil [h] attinente aut attingente hac lege eos, qui ante eam huiusmodi sacerdotio digni habiti sunt: decætero verò nemine omnino, qui supradictæ sit fortunę, ad prædictas consecrationes [i] ascendere: & maximè si & iam antea ministrauerat, aut taxeotis seruierat iussionibus. eum enim, qui enutritus est in executionibus vehementibus [seu asperis,] & his, quæ ex ea re accidunt, peccatis, non vtique æquum fuerit, modò [k] quidem & illico esse taxeotam, & buleutam, & facere omnium acerbissima, mox autem sacerdotem ordinari, de humanitate & innocentia exponentem dogmata. præterquam si [l] ab infantia, & nondum quidem ephebiam excedente ætate, ei contigit inter reuerendissimos monachos connumerari, & morari in eo ipso schemate [m]. tunc enim permittimus ipsi, & presbyterum fieri, & ad episcopatum venire. cum sit manifestum, simulátque tale quid euenerit, & dignus sacerdotio apparuerit, quod confestim licentiam habebit manere in episcopatu, & ministrare, dummodò quartam [n] partem suæ substantię vniuersæ præbeat decurionibus & fisco (secundùm nuper [o] de quarta parte positam à nobis legem) aut soli fisco, si quidem taxeoticæ fortunæ ei esse contigerit. Si verò & in reuerendissimis archimandritis censeatur, & manserit inter ipsos: & hoc etiam modò damus fortunæ liberationem, quartam & tunc partem suæ substantiæ (vt prædiximus) prębituro. aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinato, tale quid agere permittimus. Sciente tua excellentia, quia hæc obseruari debent ab omnibus Deo amabilibus episcopis, pœnam expectaturis circa ipsum sacerdotium, si quid tale fecerint: præter id, quod etiam nec ipse ordinatus sacerdotio fruetur, licèt fuerit antea in aliquo gradu sacerdotij ordinatus, sed inter priuatos redigetur, & ministeria [p] exequetur, quibus subiacebat prius. Quæ omnia obtinere in futurum volumus tempus: quoniam nunc primum à nobis inuenta sunt: non pertinẽte vllo modo hac lege (vt diximus) ad eos, qui semel hac dignitate sacerdotali decorati sunt: sed licentiam habentibus ipsis per substitutos ministrare iuxta Theodosij & Valentiniani piæ memoriæ constitutionem [q], quæ ad Thomam rescripta est. 1 ¶ Ad hæc & illud iustũ esse, & obtinere, & in vsu esse sancimus, quod positum ab initio, & vsu obseruatum, nescimus, quonam modo in dissuetudinem abiit. Meminimus enim, nos in Arcadij & Honorij piæ memoriæ constitutionem [r] incidisse volentem, clericos, si neglexerint suum ordinem, & in qualemcunque armatam militiam transierint, vel depositi à Deo amabilibus episcopis, militare ausi fuerint, mitti quidem ipsos militia adepta, tradi verò ciuitatum curiis ministraturos in posterum publico, quando & Domini Dei seruitio, quamdiu militarunt, se abdicauerunt. Quæ omnia obtinere ex hac nostra sancimus lege iubentes, ipsos statim & confestim ciuitatis illius, ex qua sunt, fieri curiales: nisi vehementer curialibus abundet ciuitas, quo casu vicinæ [s], vel vlterioris etiam vsque ad vnam prouinciam alteram, vbi maximè curialium constituta est penuria. Si verò latitantes [t] (vt probabile est) fiant: licentiam damus curialibus, statim ingredi res eorum, eorum bona detinere, & satis sibi secundum legem inde facere. Hæc igitur super reuerendissimis clericis cuiuscunque gradus obtinere in perpetuum sancimus, & in his, quæ iam perpetrata sunt, obtinere legem eam volentes, quæ & priùs erat. Quoniam autem & quandam constitutionem [u] inuenimus de monachis differentem & volentem ipsos non relinquere propria monasteria, neque turbare ciuitates, quam & ad quoddam sancitam esse tempus quidam suspicantur: oportere existimauimus occasionem inde accipientes, perfectiorem & in omne tempus etiam hoc reformare. ita vt nemini de cætero reuerendissimorum monachorum licentia sit, tale quid agere, & relinquere quidem monachicum habitum [x], circuncingere autem qualemcunque militiam aut cingulum aut dignitatem, aut eorum, qui in iudiciis versantur, sequi vitam, & Dei seruitio humanas occupationes præferre aut cognoscere. illo, qui tale quid fecerit, dando † curiæ ciuitatis illius, aut illius, ex qua est, aut etiam alterius, vt prædictum est. & si quidem locuples sit, etiam pecuniaria subiturus munera: sin minùs, corporalia munera & hîc licentia danda curiis, (vt prædiximus) si inuisibiles [y] fiant, occupare bona, & sibi ex his satisfacere secundùm legem. In omnibus autem casibus, in quibus accipere ex his curias iubemus causis, volumus mediam quidem horum partem curiales suscipere non in auro, sed immobili possessione, vel quæ subsit, vel quæ sit comparanda secundùm priùs à nobis emissam legem, aliam verò dimidiam generali mensæ tuæ excellentiæ inferri, vt tuus etiam thronus prouideat vigilanter, ne quid tale [commissum] lateat: sed, simulátque quid factum fuerit, conueniens super hoc fiat medela. pręterquàm si [z] nunc ipsi vltrò & sponte militiã reliquerint, vel simpliciter quod habent schema, & ad monachicã rursum seriò & verè reuertantur vitam, & inter reuerendissimos clericos connumerari festinent. Si enim hoc fecerint intra annum vnum ab hac lege lata: remittimus eis pœnã, sufficere ipsis ex exercitio putantes emendationem. Hæc autem obtinere in sequens volumus tempus, neque illos extra dictam relinquentes pœnam, quotquot à nostro principatu monachi facti, tale quid fecerunt. id enim, quod præcessit [a], simul quidem ob humanitatem, simul etiam tempus verentes, dimittimus, quãdo nihil disertè statutum priùs erat. 2 ¶ Item illud statuimus: siue pater, siue mater, siue alius quis ex defectu liberorum restitutionem aut substitutionem [b] induxerit quibusdam siue masculis, siue fœminis, hi autem ad nuptias venire propter conuersationis non elegerint modum: rescindi tales restitutiones aut substitutiones, & habere ipsos potestatem, in quem voluerint modum, pium tamen, quæ inde proficiscuntur, consecrare, & aut consumere superstites, aut relinquere morientes. sicut & si, sub conditione liberorum susceptionis [c], ipsis quid relictum fuerit: oportet & hoc ipsum habere eos, liberos suscipere minimè coactos. Eandem quoque legis positionem & in mulieribus virginitatem [d] professis, & vxores ducere omnimodo prohibitis reuerendissimis clericis extendimus & reponimus. & hanc gratiam Deo pro nostris temporibus dignam referimus. 3 ¶ Ad hæc sancimus siue vir ad solitariam vitam venire voluerit, siue mulier, viro derelicto ad exercitationem monachicam venerit: ne hoc damni causam præbeat: sed vt sua omnimodò recipiat: ita vt liceat vxori ||&|| dotẽ recipere suam [e]: & propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitauerat: & quod inde venit lucrum, non secundum eam, quę per repudium fit, disiunctionem vindicare, aut manere apud eum, qui non diuertit, sed secundùm quod in casum [f] mortis factum est pactum, quasi videatur is, qui diuertit à communi alterius conuictu, mortuus esse in alterius contubernio, cùm cohabitanti sit omnino inutilis [g]. quicquid autem in dotalibus instrumentis receptum fuerit ex pactis in casum mortis, id debitum intelligatur. non audente muliere ante anni lapsum in aliud respicere matrimonium, propter [h] generationis [aut seminis] incertitudinem. sed si quid tale futurum sit, statim mitti diuortium, quod idcirco *bona* [i] *gratia* vocatur, ab ea, quę conuersionem non eligit, persona, atque ita agat, quod voluerit lucris (vt antè dictum est) ad ipsam pertinentibus sanè eo, quod lucrandum esset ex tali causa, omnimodo, si & in prioribus nuptiis vel vir vel mulier mansissent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, si qui fuerint, conseruando. Dat. V. Kal. Decemb. CP. Post Coss. Lampad. & Orest. anno II. 532.

De raptu mulierum Deo dedicatarum.

54. Idem A. Hermogeni magistro officiorum.

RAptores virginum [k], vel viduarum, vel diaconissarum, quę Deo fuerint dedicatæ, pessima criminum peccantes, capitis [l] supplicio plectendos esse decernimus. quod non solùm ad iniuriam hominum, sed & ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur. Qui itaque huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium tempore inuasionis præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehensi à † parentibus san-

vetant, vt Cyprianus scribit *1. epist. 9.*

† *adde Canonem Apost. 6. & 80.*

a *v. Nouel. 123.* huc refer Nouellam 133. Hieronymus *ad Paulinum*, si cupis esse quod diceris, i. monachus, seu solus, quid facis in vrbibus? *16. q. 1. c. si cupis.* Eugenius Papa, Sicut pisces sine aqua, carent vita: ita, sine monasterio monachus. *16. q. 1. c. placuit*, Duplex est opus monachi, Aut diuinis vacare scripturis, aut opera manuaria meditari. *Nou. 133. c. 6.*

b *l. 32. §. 4. D. de arbitr. Nouell. 123. c. 6.*

c subaudi, quę imperatori sit subiecta: aliàs extra territoriũ constitutio vim nõ exerit. *l. vlt. D. de iur. fisci.*

d non tamen inuiti accipiẽt. *v. Cuia. Nou. 123.*

e *v. Cuia. c. 16. de præscript.*

f Interpretatio Contij.

g βουλευτὴν μήτε ταξεώτην. *Græci hic. v.* ταξεωτικοί. curiales, decuriones, curiæ ciuitatis obnoxiæ: ταξεωτικὴ τύχη, curialis cõditio. *dist. 51. 53. Nou. 123. c. 15.*

h lex ad præteritos casus in dubio non extenditur.

i ἱερατείας.

k hinc illud Hieronymi *ad Oceanum*, Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudum fautor histrionũ, nunc virginum consecrator. *adde quæ notaui ad Nou. 133. c. 1. in fin. & l. 73. §. 2. D. de iniur.* ibi, Heri seruus, hodie libertus.

l *Nouell. 6. c. 1. Nouell. Leonis 6.*

m i. habitu. *Plautus in Amphitr.* Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, Quòd ego huc processi, sic cum seruili schema.

n nota de quarta bonorum decurionis applicanda fisco.

o i. anno 558. *l. vlt. j. quando & quibus quarta pars: adde Nou. 6. c. 1.*

p *de quibus l. vlt. j. de decur.*

q *l. 21. s. eod.*

r *l. 12. s. eod.*

s *adde l. 26. §. 1. s. de sacrosanctis.*

t nota pœnam latitantis curialis.

u fortè *l. 29. s. eod.*

x μοναχικὸν σχῆμα.

† *Nouell. 5. c. 6.* Ex Nouella Leonis huiusmodi desertor non datur Curiæ, sed reuocatur ad monachismum. *Nouell. Leonis 7. 8.*

y εἰ ἀφανεῖς γένοιντο. i. si latitent. *l. 7. D. quib. ex caus. in poss.* Alio certè sensu illud Lucæ 24. *ver. 31.* ἄφαντος ἐγένετο, accipitur.

z Mora purgata non nocet. *l. 7. D. de in integ. l. 135. D. de verb. oblig. l. 105. D. de solutionib.*

a *v. l. 7. j. de legib.*

b Substitutio precaria facta sub conditione, Si sine liberis heres institutus decesserit, herede transeunte in clerum aut monasteriũ, fit irrita.

c Demus filio aliquid relictũ à patre sub ea conditione, *Si liberos susceperit.* Demus filiũ clericum fieri, & ita spem implendæ conditionis amittere, an debebitur legatum? vtique. Remittitur enim clericis cõdicio suscipiendorum liberorum. Quando legati petitio erit? Statim ab ingressu monasterij. *adde Nou. 123. c. 37. in fi.*

d quod ius est in conditionib. liberis masculis religionem aliquam profitentibus appositis, idem extenditur ad fœminas.

e sensus est, Viro monasterium ingrediente, dos vxori & lucrum ex donatione propter nuptias, (de quo conuenit, in casum mortis, non diuortij) redditur, nisi ipsa solitariam vitam profiteatur.

f Professio monachismi ceu monachismus, morti magis cõparatur, quàm diuortio. *l. 56. j. eo. Nouell. 22. c. 5.* Ideóque quod pacti sunt coniuges in casum mortis, locum habet in casu monachismi.

g etiam ratione habitationis, quod non est in clericis. *l. 19. s. eod.*

h *l. 11. D. de his qui notant.*

i *Nouell. 22. c. 4.*

k Quid si mulier virum rapiat? Tiraquellus raro quidẽ fatetur id euenire, idem tamen statuendũ esse putat *de retractu. §. 10. gl. 2. num. 4. Bald. hic.* eorum sententiam iuuant ea verba *in fin. j. eo.*

siue fœminæ sint.

l nota pœnam raptoris virginum, &c. *adde l. 1. j. de raptu.*

† Rebuffus negat in Gallia id obseruari, neque licere consanguineis puellæ raptorem interficere *in procem. constit. glo. 5. nu. 34.*

ctimonialium virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, aut earum consanguineis, vel tutoribus seu curatoribus, conuicti interficiantur. Sin autem, post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidem regia vrbe tam viri excelsi præfecti prætorio, quàm gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis præfectus Ægypti, & vicarij, & proconsules, & nihilo minùs viri spectabiles duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuslibet ordinis iudices, qui in locis illis inuenti fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & cõprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes, sine [a] fori præscriptione, durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnent supplicio. Bona autem eorum, si hoc commissum fuerit in sanctimonialem virginem, quæ vel in asceterio vel monasterio degit, siue eadem virgo diaconissa constituta sit, siue non, eidem † monasterio vel asceterio, vbi consecrata est, addicantur: vt ex his rebus & ipsa solatium habeat, dum viuit, sufficiens: & res omnes sacrosanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio. sin autem diaconissa cuiuscunque ecclesiæ sit, in nullo tamen monasterio vel asceterio constituta, sed per se degit: raptoris eius substantia ecclesiæ, cuius diaconissa est, adsignetur: vt ex his facultatibus ipsa quidem vsumfructum, dum superest, ab eadem ecclesia consequatur, ecclesia verò omnem proprietatem & plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio. nemine vel iudice vel quacunque alia persona hæc audente contemnere. Pœnas autem, quas prædiximus, (id est, mortis, & bonorum amissionis) constituimus non tantum aduersus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati [b] in ipsa inuasione & rapina fuerint. Cæteros autem omnes, qui conscij & ministri huiusmodi criminis reperti & conuicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcunque opem eis tulerint, siue masculi, siue fœminæ sint, cuiuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ capitali tantummodò subiicimus. Vt huic pœnæ omnes subiaceant, siue volentibus [c], siue nolentibus sanctimonialibus virginibus, siue aliis supradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Dat. XV. Kal. Decemb. CP. D N. Iustiniano P. P. A. III. Coss. 533.

De filiisfamilias.

55. Idem A.

VT non [d] liceat parentibus impedire, quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob solam causam exheredare. sed si ipsi testamentum condant, necesse habento quadrantem illis relinquere. sin autem hoc non fecerint, locus sit ab intestato. 1 ¶ Quòd si illi monasteria aut ecclesias relinquant, atque mundani [e] fiant: omne ipsorum ius ad monasterium aut ecclesiam pertinet.

De arris sponsalitiis. De dote, & donatione propter nuptias. 1. De filiisfamilias. 2. De his qui sanctimonialem vitam deserunt. 3. Ne Iudæus vel Paganus vel hæreticus seruos Christianos habeat.

56. Idem A. Ioanni P. P.

DEo nobis auxilium præbente, omnia, quæ pro honore sanctæ ecclesiæ catholicæ ad Dei placitum fieri properamus, legibus constituere, & operibus adimplere desideramus. Et iam quidem multa cum eius auxilio statuimus, quæ ecclesiasticæ doctrinæ atque statui conueniunt. in præsenti verò hoc pia deliberatione duximus corrigendum. quod hactenus contra Dei timorem flebat. Cognitum etenim nobis est: quod si quis sponsus, vel sponsa, post datas & acceptas arras, voluisset se diuino [f] deputare seruitio, & à seculari [g] conuersatione recedere, ac sanctimonialem vitam viuere, atque in Dei timore permanere, compellebatur vir quidem ea, quæ arrarum nomine dederat, amittere, sponsa verò in duplum id, quod acceperat, reddere. quod nostræ mansuetudini religioni contrarium esse visum est. Vnde per præsentem legem in perpetuum valituram iubemus: vt si [h] quis sponsus vel sponsa || desiderauerit seculi istius vitam contemnere, & in sanctimonialium conuersatione viuere, || sponsus quidem omnia, quæ arrarum nomine, futuri causa coniugij dedit, sine vlla deminutione recipiat, sponsa autem non duplum (sicuti hactenus) sed hoc tantummodò sponso restituat, quod arrarum nomine acceperat, & nihil amplius reddere compellatur, nisi quod probata fuerit accepisse. Nam & maritis & vxoribus, qui seculo renunciant, iam anteriore [i] lege à nobis prouisum est: vt, siue maritus siue vxor religionis causa à coniugio recesserit, & solitariam vitam elegerit, vnusquisque eorum res suas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præstiterat, & hoc tantummodo lucri nomine consequatur ab eo, qui solitariam vitam elegerit,

a Raptor virginis fori præscriptione vti non potest: potest enim vtique conueniri. vide plures species apud Socinum regula De licta. 87.
† 17. *quæst. 1. c. Si quis rapuerit. c. excommunicauimus.* 13. *extra de hæret.* In Gallia id negat seruati Rebuffus *d. loco nu.* 34. sed bona raptoris fisco applicari, reseruatis monasterio quibusdam amẽdis arbitrio iudicum imponendis. Ideoque Gallis parum vtilis erit regula, quam ex hoc textu quidam colligũt, possessionẽ raptoris monasterio adquiri, sine vlla adprehensione.
b Agentes & consentientes puniuntur eadem pœna.
c Etiam volenti facta iniuria puniri potest, si id publicè expediat.
d *Nouel.* 123. *c.* 41. *v. Cuiac.* 12. *obs.* 26. *in fin. vbi* notat, Monachismo deleri ingratitudinem erga parentes: & econtrà. Colligi autẽ potest, Inuito parente liberos monachismum profiteri posse, nec eo prætextu, quasi ingratos exheredari.
e *v. Nouel.* 123. *c.* 2. i. laici qui & idiotæ. *Nou. 6. c. 1.* seculari conuersationi dediti. *l.* 56. *s. eo.*
f *l.* 60. *in fin. D. de donat. int. vir. Nou.* 22. *c.* 5. *Nou.* 117. *c.* 12. *Nouell.* 123. *c.* 39.
g *v. Nou. 6. c.* 1.
h nota regulam.
i *l.* 53. *s. eo. No.* 122. *c.* 5.
k Monachismus morti cõparatur. *l.* 35. *§.* 3. *s. eod.* Est enim mors veluti ciuilis vita solitaria.
l Liberi, à parentibus inuiti è monasterio non sunt retrahendi.
m Hoc innuit iustam ingratitudinis causam non esse, solitariam vitam, parentibus inuitis, profiteri. qua de re vide *Alciat.* 4. *parergon.* 23. & 19. *quæst.* 3. *c. vlt. Nouell.* 123. *c.* 41. *vbi dixi.* 5. *Harmenop.* 9. *insi.*
† Liberis monachismũ pro-

quod debuit legitimè vel ex pacto per casum mortis [k] exigere.

1 ¶ Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignum esse iudicamus: vt, si quis in parentum potestate constitutus vel constituta, vel forsan huiusmodi iure absolutus vel absoluta elegerit se monasterio vel clero sociare, & reliquum vitæ suæ tempus sanctimonialiter degere voluerit, non liceat parentibus eosdem vel easdem quocumque modo abstrahere [l], vel propter hanc tantummodò causam quasi ingratum [m] vel ingratam à sua hereditate vel successione repellere, sed necesse sit eis omnimodo, cùm vltimam voluntatem suam siue per scripturam siue alio legitimo modo perficiunt quartam † quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere. sin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin verò vltimam voluntatem parentes neque testamento neque alio vltimo elogio declarasse monstrati fuerint: omnem parentum substantiam heredes, quibus ab intestato competit, secundùm leges nostras, sibi defendant: nullo eis impedimento ex sanctimoniali [n] conuersatione generando, siue † soli, siue cum aliis ad successionem vocantur.

2 ¶ Huius autem perpetuæ nostræ legis beneficia, eos volumus obtinere, qui in monasterio vel clericatu perseuerauerint. Nam si qui eorum, de quibus præsentem legem posuimus, sanctimonialem vitam elegerint, ad secularem autem conuersationem postea remeauerint: iubemus [o], omnes eorum res ad iura eiusdem ecclesiæ vel monasterij, à quo recesserint, pertinere. 3 ¶ His ita dispositis, repetita [p] lege iubemus, vt nullus Iudæus, vel Paganus, vel hereticus seruos [q] Christianos habeat. quòd si inuenti in tali reatu fuerint: sancimus, seruos omnibus modis liberos esse secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In præsenti autem hoc ampliùs decernimus: vt si quis ex prædictis Iudæis, vel Paganis, aut hæreticis habuerit seruos nondum catholicæ fidei sanctissimis mysteriis imbutos, & prædicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem venire, postquam catholicæ ecclesiæ sociati fuerint, in [r] libertatem modis omnibus ex præsenti lege eripiantur, & eos tam iudices prouinciarum, quàm sacrosanctæ ecclesiæ defensores, necnon beatissimi episcopi defendant, nihil pro eorum preciis penitus accipientibus dominis. Quòd si fortè post hac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidẽ conuersi fuerint, non [s] liceat eis ad seruitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præcesserunt. Sed si quis talia vsurpauerit, pœnis grauissimis subiacebit. Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu nostra sanxit æternitas, omnes iudices, & religiosissimi antistites, siue Africanæ diœceseos (in qua maximè huiusmodi vitia frequentari cognouimus) siue aliarum prouinciarum, gnauiter & studiosissimè obseruari procurent. Nam contemptores non solùm pecuniaria multa, sed etiam capitis supplicio ferientur.

De legato annali.

57. [t] Idem A. Ioanni P. P.

PRæsens lex in alterius legis scriptæ à nobis refertur mentionem, quam procuidubio & denuò confirmare cum quadam meliore putauimus oportere adiectione, maiorem pœnam contra delinquentes proferendo, non [u] quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum est, quàm humanitas) sed vt metu pœnæ eos, qui ad peccandum procliues [x] sunt, à peccando arceamus. Scimus igitur nos scripsisse legem [y] dicentem, nullam esse licentiam sanctissimarum ecclesiarum œconomis, aut antistibus xenonum, aut nosocomiorum, aut ptochiorum, aut monasteriorum siue virorum siue mulierum, aut aliorum talium corporum [z] quorum præfata constitutio meminit, ea, quæ in perpetuum illis relicta sunt, quæ *Annalia* vocant leges, secundum aliquod pactum aut auro distrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, & posteris adimere id, quod eis obueniret exinde, solatium. & conuenientes legi adiecimus rationes: vt quia non amplius propter tale commentum, nec appellatio quidem annui, conseruetur, nisi per singulos annos contingat præstari sed semel repræsentatum [a], postea perfectè pereat. Hanc iterum cum aliqua adiectione renouantes legem, sancimus: si quis aut reuerendissimorum œconomorum, aut xenodochorum, aut nosocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliorum contentorum [b] priore nostra diuina constitutione personarum, id, quod in perpetuum relictum est venerabilibus domibus quibus præsunt, siue in auro siue in aliis rebus, tentauerit transmutare, ne videatur esse perpetuum, sed transactionibus, aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus, vt quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentauerit, præter vim à nobis nuper profectæ in huiusmodi rebus diuinæ legis: nullam habere vllo modo licentiam hoc facere: sed & si fecerit, irritum esse, quod factum

fessis parentes quartam relinquere tenentur. Hoc non seruatur in Gallia. *v. Rebuf. in proœm. consue. gl. 5. n. 24.*
n Sanctimoniali vitæ, hîc opponitur secularis conuersatio. Secularis nomine vitam damnabilẽ ne intelligas, sed procliuem ad carnis vitia propter frequẽtem hominum conuersationem. Aliàs etiam verum esse potest, quod ab Aristotele dicitur *1. Politic. 3.* Eum qui sit absque ciuitate per naturam, non per fortunã, aut nequam esse, aut potiorem homine. vt ab Homero, per contumeliam increpatur, sine tribu, sine iure, sine domo.
† Monachi parentibus succedunt ab intestato, siue soli sint, siue cum aliis. Hoc non seruatur in Gallia. nec enim succedunt parentibus tales liberi. *v. Rebuff. ibidem num. 22.*
o nota pœnam monasterium suum deserentis, & ad secularem vitã transeuntis.
p vel de qua sæpius dixi, vel quia superiores emendamus. *§. 1. s. eo.* quo sensu Codex repetitæ prælectionis dicitur.
q *v. l. vnic. s. ne Christia. mancip.*
r Christiana professione, Iudæorum serui & gentiliũ fiunt liberi: quod ætate Pauli non fuit *epist. ad Philemonem versic.* 10.
s Semel adepta libertas, inuito & innocenti non potest adimi, videbatur autem res ad causam vtilem rediisse. Christiani seruos Christianos habere possunt: at non Iudæi.
t Interpretatio Contij.
u *l. 8. s. de iudiciis. l. 90. l. 183. D. de reg. iur.*
x *adde l. 9. D. de variis & extraordin. l. 16. §. 4. D. de pœn.*
y *l. 45. §. vlt. s. eod.*
z *l. 46. §. 9. s. eod.*
a Transactio improbatur, quæ fit ideo vt repræsentata pecunia consumatur. *l. 8. §. 6. D. de transactionibus.*
b περιεχομένων, id est, de quibus diximus. *l. 46. s. eod.*

a An & ei, qui ipse transegit? id videtur, *arg. leg. pen. & vlt. D. de postul.* b & quasi cursores vitæ lampada tradunt *Lucret. 2.* c πέρας τοῦ βίου ὁ θάνατος *No. 1. c. 1. inf.* πάντα διαλύων θάνατος *Nou. 22.* De morte vide Sebastianum Medicem *in tractatu, Mors omnia soluit.*

d voto saltem: nam interdum diruuntur *l. 73. D. de cont. empt.* e perpetua, perpetuam causam habent.

factum fuerit: & licentiam esse ei [a], qui post ipsum eandẽ suscipiet coram, vel etiam eo negligente (vt fieri potest) cæteros deinceps omnes statim reuocare id, quod fuerit factum, & ita infirmum declarare, atque si ab initio nõ processisset: vt & fructus medij temporis, & vsuras, & omnem vtilitatem ad pium pertinere omnimodo locum: omnib. quæ medio tempore attentata sunt, quiescentibus. Homini etenim cuique cursus [b] vnus est vitæ, ab opifice datus, cuius finis est omnino mors [c]: venerabilibus verò domibus, & earũ cœtibus, indesinenter à Deo custoditis, nõ est neq; secundùm earum possessiones inducere aliquam metam: sed quousque vtique permanserint venerabiles domus, (manent [d] autem in perpetuum, & vsque ad huius seculi cõsummationem, quousque Christianorum nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem [e] est manere & in perpetuum relictas erogationes aut redditus immortales semper piis actionibus nunquam cessaturis seruituros. Eum igitur, qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto aut per aliam occasionem præsumpserit, damnum quidem nullum induci (secundum ea, quæ prædicta sunt) his, contra quas talia perpetrarunt, domibus: sed illas quidem domos & aurum, & [f] rem lucrari, quam acceperunt, & nihilominus relictum exigere absque vlla quacunque diminutione, tam ab ipso, qui hoc egit, quàm ab eius heredibus & successoribus & illius res & bona obligari ipsi, qui cum eo contraxit, & ea ipse vindicet tam contra illius personam, quàm bona ipsius, vsque ad plenam & competentem ipsi indemnitatem. ne scilicet contra venerabilem domum quam contra fas fraudauit, vllam speret datorum recuperationem, aut eius quod factum est, instaurationem. quod autem ad ipsum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat à legibus licentiam [g] regredi contra ipsum, & heredes eius, & eius res, &, quod datum est, si possit, exigere, vt si minùs ob Dei metum, metu saltem propriæ ipsorum substantiæ & suorum heredum tardiores fiant ad huiusmodi pactiones, quas in confesso est eos nullius boni causa celebrare, sed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam superatos. Quæ omnia per hanc diuinam legem prohibentes, & ipsam sacris nostris inscribi legibus sancimus, & offerimus ipsi domino vniuersorum Deo, & saluatori nostro Iesu Christo, pulchrum quoddam & conueniens ipsi sacrificium & ipsam adducentes. Dat. prid. Id. Septemb. CP. DN. Iustinia. PP. AA. IIII. & Paulino V. C. Conss. 534.

f *No. 7. c. 6.* Galli, *le drap & l'argent.*
g *No. 6. c. 6.*
h De episcopali iudicio *C. Theod. lib. 16.*
i *l. 25. s. ti. prox. 16 Cod. Theod. 2. l. vl.* non est iurisdictio, vt vult Accursius: non est diœcesis, vt vult Haloander, quia vt foro, ita apparitione & executione carent episcopi. Audientia, iudicium est atque notio, quæ episcopo in clericos & monachos competit.
k *l. 21. in fin. l. 31. in f. l. 32. j.* cognitionem *l. 8. j. eo.*
l *l. 8. j. eod. le. 18. l. 46. s. tit. prox.* & prouidentiam, *l. 1. j. eo.* officium, *l. 5. j. eo.*
m *l. 8. j. eo. l. 14. le. 7. s. tit. prox.*
n si modo mercandi videantur exercere solertiam. ita refertur in l. *5. C. Th.* de lustrali colat. *li. 13.*
o Episcopalis prouidentiæ est, ne mercatores carius (quàm par sit) merces suas vendat. Est enim seruandus modus in pretio & eius officij pauperes adiuuare.
p i. episcopi præsertim.
q hæc lex interpolata ex *leg. 19. C. Theod. quorum appellationes non recipiantur li. 11.*
r Appellare ante definitiuam sententiam non licet.
s quæ & præiudicialis dicitur *v. Cui. 12. obs. 6.*
t *l. 10. l. 15. l. 16. l. 30. Co. Theod. li. 11. tit. 36.*
u *11. C. Theod. 36. l. 19.* non est lex *5. j. quorum appellationes*: quæ hac posterior est. Est potius lex *10. 15.* & 16. *d. ti. C. Theodos.*
x quod fit si laicus frustratoriè appellat
† hoc non seruatur: de iure canonico *Bal. hic.*

DE EPISCOPALI [h] AVDIENTIA [i] ET DIVERSIS CAPITVLIS, quæ ad ius [k] curámque [l] & reuerentiam [m] pertinent Pontificalem.

Tit. IIII.

De modo mercandi.

1. Impp. *Valentin. & Valens.* AA. ad Iulianum comitem Orientis.

NEGOTIATORES ||si|| qui ad domum nostram pertinent, ne [n] modum [o] mercandi videantur excedere: Christiani [p] (quibus verus cultus est, adiuuare pauperes, & positos in necessitate) prouideant ||episcopi.|| Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop. Valentiniano & Valente AA. Conss. 368.

De clerico ante definitiuam sententiam appellante.

2. Iidem AA. ad Claudium P. P.

y *l. 8. C. Theod. de indulgentiis criminum li. 9. tit. 38. Syn. Basil. 7. tit. 17. c. 16. 1. Harmen. 4. §. 10.*
z conuenit etiam episcopis, id vt fiat adde 60. *Eclog. 35. cap.* 12.
a Vbi ius deficit, ad consuetudinem principis recurri potest.
b quæ semper Christianis insignis fuit *adde l. 8. D. ad Turpill.*
c Huiusmodi liberatio, relaxatio est potius, quàm vera dimissio.
d *l. 10. j. de feriis: adde l. 3. in fin. j. de abolitionib. adde quæ notaui ad l. 7. §. 2. D. ad l. Iul. maiestatis.* e Quæstio haberi potest die feriato. f Pœnam talionis homicida sustinet sine remissione, vt vult Bald. g lex de seditiosis quotidie queri iubet *Cic. pro M. Cœlio.* h i. à principe, quam appellationem recusauit Augustus. De principis beneficio desperet, qui in principem commisit *arg. l. 37. §. 1. D. de minorib.*
i Congeminatum delictum venia caret *v. quæ notaui ad l. 15. in f. D. ad Turpill. le. 28. §. 3. D. de pœnis: v. Bellou. 3. prac. c. 16. nu. 7. & c. 19. nu. 10. Pap. 24. Arrest. 10. nu.* 8.
k qui iterum deliquit post veniam semel impetratam, consuetudinem quandam peccandi habere dicitur. Et tamen ne hinc colligas, Consuetudinem ex bino actu generari, agitur enim non de consuetudine iuris, sed facti *Bal. hic.* loquitur ergo ὑπερβολικῶς, nec enim habitus ex vno aut altero actu generatur, *v. Cuia. 20. obs. 1.*
l Hæc lex deest in Haloandri editione. Est autem vltima *j. tit. de off. præt.*
m pars leg. 12. C. Theodos de scenicis *li. 15.* n *adde Nou. 6.*
o *Nou. 123. c. vl. v. Pet. Greg. 38. Syntag. c. 5. inf.* p vt & matronarum Tertull, *c. 6. apologetici.* vetantur ab eodem Theodosio *l. 11. C. Theodos. de scenicis l. 15.* vti gemmis, sigillatis, sericis & textis vti auratis. q vetantur etiam vti aliis vestibus, & inter cæteras iis, quæ crustæ dicuntur *l. 11. C. Theod. l. 15. tit. 7.* r *l. 1. Cod. Theod.* de Alexandrinæ plebis primatibus *li. 14. tit. 27. lj,* vt & diœcetæ fuerunt defensores Alexandriæ vrbis: nec alioquin putes cum Accursio archipresbyteros, aut archiepiscopos, aut minores sacerdotes fuisse. Hotomanus legit Archigerontes, quos principes fabrorum (qui regiis ac publicis ædificiis præsunt) interpretatur. Video eos vocari principales Alexandrinos *leg. 56. in f. de decurionibus*, summates ordinis Alexandrini *leg. 57. dict. titul.* Alexandrinæ plebis primates *leg. Archigerontes 1. Codic. Theodos. de Alexandrinæ plebis primatibus.* sanè Archigerontes nihil aliud, quàm γερουσίας, id est, senatus, & curiæ primi: curiæ, inquam municipalis, seu senatorum municipalium, principales curiæ. Neque enim raro in iure munera ciuitatis Alexandrinæ Græcis vocabulis finiuntur. hinc illa, χειροτονία, [illegible], *l. vl. §. 19. D. de munerib.* ὑπομνηματογράφοι *l. 59. C. Theod. de decur.*

SI [q] clericus ante [r] definitiuam sententiam, frustratoriæ dilationis causa, ad appellationis auxilium conuolauerit: multam [s] quinquaginta [t] librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores sanctio [u] generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fisco [x] nostro volumus † accedere, sed pauperibus fideliter erogari. Dat. VI. Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Conss. 369.

Qui ex carceribus die Paschalis dimittuntur.

3. Imppp. *Valentinianus. Theod. & Arcad.* AAA. Neotherio P. P.

NEmo [y] deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis expectet exequantur iudices [z], quod indulgere consueuimus [a]. vbi primus dies [b] Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissoluãtur. [c] Sed ab his secernimus eos, à quibus contaminari potiùs gaudia lætitiámque communem, si dimittantur, animaduertimus. quis [d] enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero, ||vel stupri, || incestive reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem || virginis || in summa quiete, & gaudio communi persequatur instantiùs? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit patiatur [e] tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatórque monetæ. homicida, ||parricidáque, || quod [f] fecit, semper expectet. reus etiam maiestatis, [g] de domino [h], aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum nostræ serenitatis eo præcepti fine concludimus, vt remissionem veniæ crimina nisi [i] semel cõmissa non habeant: nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potiùs, quàm consuetudini [k], deputauerint. Dat. Kal. Maii. Arcadio A. & Bautone V. C. Conss. 385.

De numero electione & officio prætor.

||Imperator.

TRes [l] tantummodo prætores electæ opinionis in hac vrbe per singulos annos iudicio senatus præcipimus ordinari, qui competentes causas & debitos actus integrè disceptare, atque retractare debeant.

De habitu virginum Deo dicatarum.

4. Imperatores *Theodos. Arcad. & Honor.* AAA. Rufino præfecto prætorio.

MImæ [m], & quæ ludibrio [n] corporis sui quęstum faciũt, publicè habitu [o] earum virginum [p], quæ Deo dicatæ sunt, non vtantur [q].

De archigeron. & diœcetis ergosiotanor.

5. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Gennadio præfecto August.

ARchigerontes [r], diœcetæque [s] ergasiotanorum [t] nonnisi [u] Christiani dirigantur. quod officium tuum sollicitis obseruet excubiis. Dat. Non. Febr. Constantinopol. PP. Alexandriæ Eutycheo, Arcad. IIII. & Hono. III. AA. Conss. 396.

Ne quis damnatum eximat. De appellatione.

6. Iidem AA. Eutychiano.

ADdictos [x] supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas [y] vocant, per [z] vim atque vsurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ sub persecutione [a] pergentes nullus teneat aut defendat, Sed sciat se cognitor [b] triginta

s hoc est curatores corporis ergositonorũ. Fuerunt enim ciuitatibus sua corpora vt & curiæ. His, ditiores: illis, tenuiores adscripti. Harũ primi, Archigerontes *vt paulo ante dictum est* summates & primates *l. 57. j. de decurion.* & pro vrbis amplitudine interdum pauciores vel plures. Hinc tres primates *l. de creationibus j. eo.* quinque summates ordinis *d. l. 57.* decem primi curiales *l. 54. Co. de hæreticis.* Corporũ vero primi διοικηταὶ hic vt & *Nou. 128. c. 16.* Curatores corporis *l. 3. D. de colleg.* patroni corporum *l. 2. l. 12. C. Theod. de pistorib. l. 9. C. Theod. de suariis* reliqui, corporati, *l. vl. C. The. 1. de Alexandrinæ vrbis primatibus li. 14. tit. vl.* hîc ergositonę: quibus cura præcipua frumẽti comparandi. Quod si roget, cur hos ex Christianis eligi mandet Imperator? fortassis ea fuerit ratio, quòd Alexandrini factiosi *Philo. in Placcum: Dion. 39.* quos & aliàs fidei Christianæ contemptu, cõmercia monasteriorum vsurpasse constat *ex Nou. 7. c. 11.*
t ergasioctonorũ *Hal.* ἐργασίας ταμιῶν *Alc. 3. disp. 18.* quo nomine intelligit dispensatores annonæ principalis. Hotomanus legit *Ergasticorum.* Ergasticos intelligit, operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo, quasi principe & magistro, gubernantur. Alij legunt Ergasiotarum. Ergasiotanorum vocabulo Accursius (vt est accuratus & fœlix in vocabulorum difficilium interpretatione) Christianos intelligit damnatos ad metalla. Sunt enim ei, scotana, metalla. Ego puto legendum, diœcetæ Ergositonorum, ac si diceremus, Præfectos eorum qui frumentum Alexandriæ comparant σιτωνὴς, curator frumento comparando *l. vl. D. de muneribus.* Id munus Iustinian. appellat αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν Edict. 13. *de Alexand. c. 4. c. 8. in f.* quemadmodum & id quod Alexandria Romam mittebatur αἰσίας ἐμβολῆς σίτου *ibi & c. 8.* αἰσίαν σιτοπομπίαν. Superiorem etiam sententiam confirmat *l. 17. j. eo.* u *v. l. 9. j. de diuers. off. lib. 12. tit. 60.*
x *pars legis* 16. *C. Theod. de pœnis lib. 9. & l. 57. C. Theodos. de appell. lib.* 11.
y *li. 11. C. Theod. ti.* 30. *l.* 57. cœnobitas 9. *C. Theod. 40. l.* 16. Gennadius *in Euagrio*, composuit cœnobitis ac synoditis doctrinam aptam vitæ cõmuni Soc. 4. *hist.* 23. πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίοις μοναχούς. Synoditæ & Cœnobitæ sunt, quib. vna & eadẽ domus & omnia sunt cõmunia *v. Cu. ad No. 5.* z Eam licentiã fortè vsurparunt clerici exẽplo Pontificum: quorum occursus sępe seruabat ductos ad suppliciũ. *Cu. hic.* si quis ad verberãdũ ducebatur, se ad pedes flaminis Dialis prouoluisset, eo die verberari piaculũ erat 10. *Gell. 15. Plut. in Num. vbi de Vestalib. & problematũ 3. vbi de flam. Dial.* Quin, vinctus, si ędes eius introiisset, solui necessum erat: & eius vincula per impluuium in tegulas subduci atq; inde foras eiici. *Gel. d. l.* idq; Vestalib. etiã concessum, *Plut. in Numa, v. Alexandrũ ab Alexandro 5. genia. 12.* & hodie ex communi opinione Cardinalib. *Clarus 5. sen. §. vl. quæ. 98. ver. vlterius quæro*: eã rationẽ reddit, quod Cardinales æquiparãtur regib. & in iis resideat tota ferè maiestas Christianę reipu. Eorundẽ domib. ac palatiis, idẽ *li. 5. §. vl. quæ. 30. ver. itẽ adde*, ius asyli tribuit, *v. Corsetum. Marsil. in singularibus. Cottam, Tiraquell. de pœn. temperandis c. 55.* a persecutione *9. Cod. Theod. 40. leg. 16. vers. reos.* b id est, iudex.

a Pœna arbitraria punitur is, qui condemnatum eripuit: quæ etiam capitalis esse potest *v. Bal. hic. & Bossium tit. de Captura 3. nu. 15. 16. 17. & 18.* b nota episcopi munus.
c Delicta monachorum ab episcopis sunt vindicanda.
d *v. l. 29. j. de appellation.* e sumpta hæc lex videtur ex *l. 10. C. Theodos.* de iurisdictione, & vbi quis conueniri debeat *li. 2.* Est enim eorundem imperatorum & ad eundem Eutychianũ: nisi quod illa de Iudæis, hæc de Christianis loquitur, illa Constantinopoli, hæc Mediolani scripta est.
f Idem licuit Iudæis apud suos Patriarchas, *d. l. 10. C. Theod.*
g In ciuili negotio laici possunt in episcopum quasi arbitrum & cognitorem, compromittere: eiúsque iudiciũ firmum erit: latũ tamen aduersus solos præsentes.
h adfuisse *Hal.*
i Episcopus comparatur præfecto prætorio *vt hic.* vt & alibi consuli, *in Auth. sed episcopatus 34. §. tit. prox.*
k nostris deferri.
l à præfecto prætorio non appellatur, sed supplicatur *l. vn. j. de sententiis præf. præt. l. 19. j. de appell.*
m si prorogatio fit seu cõsentitur in iudiciũ à cuius sententia nõ appellatur, in causa autem prorogata appellari non potest *Barb. hic Ludou. Romanus singulari 11.*
n quid si ita legas, definitio executioni tribuatur.
o Contradictio animo appellandi, est species appellationis *Bal.*
p Sententia rectè lata confirmanda.
q ne dicas simpliciter, Eum qui sententiam confirmat, eam exequi. Secundus iudex hîc sentẽtiã exequitur, quia priori, i. episcopo, nullã competebat executio. Et ita secularis magistratus rogatus ab episcopali magistratu sententiam exequi debet. *facit l. 5. j. de iurisd. adde Roland. à Valle 1. consil. 37. num. 1.* Quod si quæras cuius iudicis sit exequi, sic habẽdum est, in criminalibus, vt sæpius, remitti reũ ad locum delicti. In ciuilibus absolutoriã sententiam secum trahere executionem: correctoriam, executioni mandari à secundo iudice: quia ex ea ius oritur. Confirmata sententia iudicio secundo non vtriusque est executio, sed iudicis secundi. Confirmata tempore, ceu desertione appellationis, prioris *v. Bald. hic.*
r Seculares iudices possunt causas episcopis delegare.
s *Lex 7. Cod. Theodos. de custodia reorum lib. 9.*
t aliis etiam diebus episcopi tenentur id facere *leg. 22. j. eodem.*
u sensus est, Diebus dominicis præsides debere custodias inuisere: & curare vt commentarienses eos tractent humaniter, eísque, (nisi de suo viuant) præbeant & alimonia & lauacra.
x fortè in intimis tenebris *l. 1. j. de custod. reor. 9. C. Theodos. 3. l. 7.*
y *d. l. 7.* Libelli, suntne libræ farris, vt vult lex 12. tabularum, *apud Gell. 20. c. 1.* aut, vt *ibidem* vult Fornerius 1. *sent.* 6. selibræ? Libella hîc, suntne libra (à libo deducta) vt vult Accursius? An potius vox *Libellis* à libro deducitur, vt putat Spigelius? An verò à plurali libellæ (libræ diminutiuo) deriuabitur? quod Alciatus putat *1. Parerg. 17.* eo scilicet sensu, vt chœnix victualis substantiæ custoditis sit præstãdus. An potiùs cum Forcatulo *c. 23. pœnus in f.* dicemus legendum *Libellis duabus.* in fœminino. eáque voce nummos significari? vt sit sensus: In carcerem coniectis, iísque egenis pecuniam ex publico dari, quanta ad tenuem alimoniam satisfecerit, eámque custodiis emi à commentariensi, sumptibus duarum aut trium libellarum.
z vt commentariensi *d. l. 7.* & malè. sic lege commentariensi.

librarum auri multa, & primates officij capitali esse sententia feriendos, nisi vsurpatio ista vindicetur. At si tanta clericorum aut monachorum audacia est, vt bellũ potiùs, quàm iudicium futurum esse existimetur: ad clementiam nostram commissa referantur, vt arbitrio [a] nostro mox seuerior vltio procedat. Ad episcoporum sanè culpam (vt cętera) redundabit, si quid fortè in ea parte regionis, in qua ipsi populos Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur [b], ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, à monachis perpetratum esse cognouerint, nec vindicauerint. [c] Quibus in causa [d] criminali, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus. Dat. V I. Kal. Aug. Mnyzo, Honorio A. IIII. & Eutychiano Consf. 398.

De his qui ex consensu litigant apud episcopum.

7. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI [e] qui ex consensu apud sacræ [f] legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur: sed experientur illius in ciuili duntaxat negotio, more [g] arbitri, sponte residentis iudicium. Quod his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos, potiùs abfuisse [h] quàm sponte venisse constiterit. Dat. V I. Kal. Aug. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Consf. 398.

8. Imppp. *Arcadius, Honor. & Theod.* AAA. Theodoro P.P.

EPiscopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à sacerdotibus elegerint. eámque [i] illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam iubemus, quam vestris [k] deferri necesse est potestatibus à [l] quibus non licet prouocare. [m] Per iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni [n] executio tribuatur. Dat. Id. Decemb. Basso & Philippo Consf. 408.

Auth. ex Nou. 123. c. 21.

SI quis litigantium intra decem dies contradicat [o] his, quæ iudicata sunt: tunc locorum iudex examinet causam: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sententiam suam propriã hoc confirmet [p], & executioni [q] propriæ tradat, quæ iudicata sunt: & non liceat victo iterũ in tali causa appellare. Si verò sententia iudicis contraria fuerit: tunc licet à sententia iudicis appellare. Si tamen ex imperiali iussione, aut iudiciali [r] præcepto episcopus iudicat inter quascunque personas: appellatio aut ad principem, aut ad eum, qui transmisit negotium, transferatur.

De custodiis.

9. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Cæciliano P.P.

IVdices [s] dominicis [t] diebus productos reos de custodia [u] carcerali videant, & interrogent: ne his humanitas clausis [x] per corruptos carcerum custodes negetur, victualem substãtiã non habentibus faciant ministrari libellis [y] duobus, aut tribus diurnis, vel quot existimauerint commentariensẽ [z], decretis [a] quorum [b] sumptibus proficiant alimoniæ pauperum. quos ad lauacrum sub fida custodia duci oportet. multa iudicibus viginti librarũ auri, & officiis [c] eorum eiusdem ponderis constituta. ordinibus quoq; triũ librarum auri multa proposita, si saluberrima statuta contempserint. Nec deerit antistitum Christianæ religionis cura [d] laudabilis, quæ ad obseruationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem. Dat. V II. Idus Feb. Rauennę, Honorio V III. & Theodosio I I I. [e] AA. Consf. 409.

De mathematicis.

10. Iidem AA. Cæciliano P.P.

MAthematicos [f], nisi parati sint, codicibus [g] erroris proprij sub oculis episcoporum incendio concrematis [h] catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam [i] ad errorem primum redituri, non solùm vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Quòd [k] si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint: deportationis pœnam excipiant. Dat Kal. Feb. Rauen. Honor. V I I I. Theodosio I I I. A A. Consf. 409.

De reuersis ab hostibus.

11. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

CHristianos [l] proximorum [m] locorum volumus sollicitudinem gerere, vt Romanos captiuos, qui reuersi fuerint, nemo teneat [n], nemo iniuriis aut damnis afficiat. Dat. I I I. Idus Decemb. Honorio V I I I. & Theodosio I I I. AA. Consf. 409.

De lenonibus.

12. Impp. *Theod. & Valentinia.* Florentio præfecto prætorio.

SI [o] lenones patres & domini [p] suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint: liceat filiabus & ancillis, episcoporum [q] implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui [r]. Dat. [s] Kal. Maij, Felice & Tauro Consf. 428.

De clericos lite pulsantibus.

13. Imperator *Marcianus* A. Constantino P. P.

DEcernimus: vt [t] quicunque catholicarum ecclesiarum, quæ sub viro religioso archiepiscopo huius [u] almæ vrbis sunt, reuerendissimum œconomum, (siue de ecclesiasticis, siue de propriis, & ad ipsum solum pertinentibus causis) vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare: apud [x] memoratum beatissimum archiepiscopum causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac synceritatem geminam [y] præbiturum, & sacerdotis, & iudicis. volentibus [z] tamen actoribus pateat episcopale iudicium. ac nullus, qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem ducatur inuitus. Dat. V I I I. Aprilis. Varari & Ioanne Consf. 456.

De lenonibus. 1. Ne mulier inuita coniungatur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agat.

14. [a] Imperator *Leo* ad populum.

NEque seruum neque liberum corpus, sit, qui [b] audeat in meretriciam vitã producere, aut prostare, siue thymelicus [c] fuerit, siue alio pacto scenica persona. ac, si mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur à quocunque sine vllis sumptibus apud eius oppidi magistratum aut episcopum. 1 ¶ Quib. curæ erit, ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro [d] agere inuitam.

De aduocatis.

15. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicostrato P.P.

NEmo [e] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi [f] sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione, factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condẽnatione sustineat. idem verò quicunque ausus fuerit, contra prouidum nostræ serenitatis decretum, officium aduocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium pręstiterit, ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis ac perpetui exilij specialiter sustinebit, scituris etiã ꝓuinciarum

a decretis: quorum, &c. *Hal.* decretis quorum, &c. *d. l. 7. Co. Theodos.*
b Si vera est lectio Alciati & Forcatuli legendum est *quarũ*, nec enim vox libellis libri aut libi diminutiuum est sed libræ: nisi eo relatiuo intelligamus ipsos nummos. vt sit sensus: Commentariensi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures, in vsum custodiatũ, quæ inopes sunt decerni. Ego verò ita legendum puto, quæ prosiciant alimoniæ, & sumptib. pauperum, quos ad lauacrum, &c.
c id est, ministris.
d *v. huius tit. Epigraphen.*
e V I I I. *d. l. C. Theod.*
f *l. vlt. C. Theod. de maleficiis & mathematicis* & his similibus *l. 9. syn. Basil. 1. ὡς μαθηματικῶν ca. 17.* Mathematici, sunt impostores. qui mathematicorum liberalĩ nomine adumbrantes ineptias suas, profitentur se fata cuiusque nosse, & natalitias syderum obseruationes: quibus similes arioli, aruspices, augures, vaticinatores, somniorũ interpretes *v. j. de maleficiis.*
g i. libris.
h *v. l. 6. j. de hæreticis.*
i id est, ac iureiurando dato, se nunquam in eum errorem redituros.
k Tribonianus hîc somniauit. Rectiùs Græci εἰ δὲ μὴ ταῦτα, i. si postea. vt sit sensus, Si post hanc legem latam.
l Pars vltima legis vltimæ Cod. Theodos. de postliminio lib. 5. Por ro Christianorũ voce hîc maximè intelligit, Episcopos Christianorum.
m sensus est, Subditi Romani hostium vicini, operam dare debent, vt captiuis Romanis libera ad suos sit redeũdi facultas *5. Cod. Theod. 4. l. 2.*
n sub iure pignoris.
o Pars legis 2. C. Theodos. de Lenonibus lib. 15. Extat & eadem hæc lex in l. 6. j. de spectaculis lib. 11. tit. 40. *syn. Basil. 60. tit. 38. c. 1.*
p sed & redemptores *l. 7. j. de postlim. reuersis.*
q *leg. 6. j. de spectaculis, lib. 11. tit. 40. 15. C. Theod. 9. leg. vlt.*
r fiunt sui iuris patria potestate hunc in modum soluta *d. c. 1.*
s *Dat. X I. Cal. v. leg. vlt.*
t *adde l. 25. s. de episcopis.*
u *l. 34. §. 3. s. de episcopis.*
x *d. §. 3.* hæc lex abrogatur *l. 29. in pr. j. eo.*
y Personam duorum sustinere quis interdum potest, sacerdotis & iudicis *vt hic.*
z *v. l. 25. l. 33. s. de episcopis.*
a Interpretatio Antonij Augustin.
b *v. l. vl. j. de nupt.*
c *de quo vide l. 10. ff. de pollicitat.*
d *l. 33. j. eod.*
e *l. vl. j. de postulando: Nou. 112.*
f *v. l. 9. j. de diu. off.* Non alia ratione Iustinianus Gilimeri negauit patriciatus dignitatem, quàm quod Arrianus esset *Procopius.* Hinc collige, non alios quàm Christianos orthodoxos ad Reipublicæ curam vel administrationem, vel institutionem admitti, *adde l. 5. s. eo. l. 19. j. eo. l. 18. j. tit. prox. Nou. 8. c. 1.*

rum

rum rectoribus, quòd is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kalend. August. Constantinopo. Anthemio A. II. Conss. 468.

De arrhis sponsalitiis.

16. Iidem AA. Erythrio præfecto prætorio.

SI legibus prohibitæ [a] non sint separatæ nuptiæ, & post arras sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter religionis [b] diuersitatem [c] recusauerit: si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arras, hoc idem mulierem vel parentes eius cognouisse: sibi debeant imputare. si verò horum ignari, sponsalitias arras susceperint, vel post datas arras talis causa pœnitentiæ intercesserit: iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis nec non arris præstitis custodiri censemus. Dat. Kalend. Iul. Martiano & Zenone Conss. 469.

περὶ τῶ σιτώνȣ. I. De curatore frumentario.

XVII. [d]

ELectione episcopi & primorum ciuium Sitonæ [e] fiant ex militaribus ordinibus aut ex veteranis, aut ex tyronibus, siue militaturis. qui id transgressus fuerit, triginta libris multetur.

De annonis militum stationarior.

XVIII.

MElites qui præsunt, & in custodia consistunt in suis (vt vocant) sedetis [f] siue stationibus, species ad se pertinentes, ex ciuitatibus, aut ex eius regionis agricolis ad suas annonas arbitratu episcopi, aut magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, accipiant. neque cogatur collator numeratam pecuniam præstare.

De defensoribus ciuitatum.

19. Imperator *Anastasius.* A. Eustachio P.P.

IVbemus, eos tantummodò ad defensorum [g] curam peragendam ordinari, qui [h] sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, hæc in primis sub gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrádas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, vt reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur. Dat. XIII. Kalē. Maij, Sabiniano & Theodoro Côss. 505.

Auth. ex Nouell. 15. cap. 1.

PRæsides gentium per vnamquamque ciuitatem præparēt homines non vilissimos, sed nobiliores ciuitatum habitatores [c] quibus aliqua ratio est bonæ opinionis constituta, nominare defensores per circulum: vt, eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem reuertantur: decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea ciuitate consistentium: electione facienda à Deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in [i] opera ciuitatis impendetur: & post pœnæ solutionem nihilo minus defensoris officium suscipere cogetur, & iurabit, omnia secundum [k] leges & ius agere. & confirmabitur ex præcepto gloriosissimorum præfectorum nostrorum. & in biennio solo administrabit. & iudex potiùs, quàm defensor esse videbitur: vt etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componantur. & habeat vnum exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio, & iudicet in causis pecuniariis vsque ad trecentos aureos. Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & vnum hominem, qui acta conseruet.

De iureiurando à magistratibus præstando.

Noua constitutio Friderici Imperatoris, de statu. & consuet. contra libert. eccl. §. statuimus etiam. collat. 10. constit. fin.

STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, consules, siue rectores, quibuscūque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum † quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare studebunt. ita vt amodo quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam seu temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorúmque sententias ex tunc irritas iudicamus & inanes.

De iureiurando à militibus præstando.

XX. [l]

NEmo [m] militet, qui non apud acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis euangeliis se esse Christianū orthodoxum. fiántque acta ad eum magistratū, sub quo militaturus est. & duo tantū aurei pro ea re præbeantur. Si verò id neglectum sit: dabit libras quinquaginta is magistratus, eiusque officium viginti. qui verò militauit, & atque à militia eiicietur. testes, qui peierauerint, in corpus punientur. illæ verò multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

De non numerata pecunia.

21. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

SI præsens [n] quidem sit, qui pecuniam numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam [o] verò administrationem in prouinciis gerat, vt difficile esse videatur, denunciationē [p] eidem non numeratæ pecuniæ mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione vti velit, alios [q] iudices adire, & per eos ei manifestare, quia exceptionem huiusmodi obiicit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. Quòd si non sit [r] alius administrator ciuilis, vel militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile, qui memoratā querelam opponit, eum adire, & ea, quæ dicta sunt facere: licentiam damus [s] etiam per virum reuerendissimum episcopum [t] eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere. 1 ¶ Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis [u] locum habere, receptum est. Dat. Kal. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano A. II. Cos. 528.

De custodia reorum.

22. [x] Imperator *Iustin.* A. Menæ P.P.

NEminem volumus in custodiam coniici absque [y] iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorū magistratuum huius felicissimæ vrbis, vel prouinciarum, aut defensorum ciuitatum. 1 ¶ De his autem, quicunque coniecti aut coniiciendi sunt, Deo amabiles locorum episcopos iubemus per vnam [z] cuiusque hebdomadę diem, id est, feria quarta [a], aut sexta, quæ & Parasceue [b] appellatur, eos, qui in custodia habentur, visitare [c] & diligenter inquirere causam, ob quam detinentur: & siue serui sint, siue liberi, siue pro pecuniis, siue pro aliis criminationibus, siue pro homicidiis coniecti, illustrissimos & spectabiles & clarissimos magistratus admonere, tam eos, qui sunt in hac felicissima vrbe, quàm qui sunt in prouinciis, vt ea exequantur circa ipsos, quæ diualis nostra constitutio ad illustres præfectos ea de re emissa præcipit licentia data Deo charissimis pro tempore episcopis, si quam negligentiam admissam cognouerint ab illustrissimis & magnificentissimis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quæ illis parent, officiis, talem ipsorum negligentiam indicandi, vt conueniens aduersus negligentes animi nostri motus insurgat. Dat. XV. Kal. Febr. CP. Decio Cos. 529.

23. Idem A. Menæ P.P. [d]

PRiuatos [e] carceres modis omnibus in vrbibus atque in vicis constitui vetamus [f]: ipsis, qui custodiuntur, Dei amicissimorum loci episcoporum prouidētia à detentione remissis. Dat. 12. Cal. Febr. CP. Decio Coss. 529.

De infantibus expositis.

24. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

NEmini licere volumus, siue [g] ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus [h] sit, eum puerū in suum dominium vindicare, siue nomine dominij [i], siue adscriptitiæ [k], siue colonariæ [l] conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerint [m], licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito, hi, qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia, quę habuerint, quo modo voluerint, transmittant. Hæc obseruantib. non solùm præsidibus prouinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis. Dat. Chalcedone 8. Cal. Iul. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss. 530.

De alea seu cottis.

25. [n] Idem A. Demostheni PP.

QVæ de alea [o] siue (vt vocant) cottis, ac de eorum prohibitione à nobis sancita sunt; ea liceat Dei amicissi-

a pars *l. 5. in fin. j. de spōsalibus.*
b sponsalia dissoluuntur propter religionis diuersitatem *vt hic.* adde *l. 5. j. de Iudæis. Harm. 4. tit. 2. §. 5.* Idē Harmen. *4. ti. 1. § 28.* in speciem magis hunc locum refert, vult enim sponsalia solui, διὰ καινοτάτην θρησκείαν ἀγνοηθεῖσαν καὶ δογμάτων διαφορὰν, propter nouum aliquod & ignotū religionis genus & religionum diuersitatem.
c Hi ἑτερόδοξοι dicuntur Harm. *d. § 5.*
d Interpretatio Antonij Augustini.
e *v. quæ notaui ad l. 5. s̄. eo.*
f σεδέτοις *hic adde Th. in §. ἐν οἷς in princ. tit. Inst. de milit. testam.* sedeta erant ædes *Inst. de mil. testam.* fossata, vel statiua, teste Suida. Actus dicuntur *in l. vlt. j. de re stit. milit. l. vlt. j. quib. caus. cessat. Inst. de mil. test. in pr. Veget. 2. c. 4. Cuiac. consult. 49.* notat, Eum qui in expeditione fuerit militē, in castris, in fossato, in hybernis, in statiuis, in præsidiis, iure militari testari posse. Iure militari, inquam, vel vnico teste, vt Theoph. scripsit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis cō stare possit de militis volūtate.
g *v. l. 8. j. de defens. ciuit.*
h *v. l. 9. j. de diuer. offic.*
i *adde l. 26. j. eo.*
k *v. Inst. de off. iudic. in pr.*
† Bart. negat hāc Auth. approbari cōsuetudine, sed aliam formam iuramenti introductam.
l videtur esse hæc lex Iustini. *Nou. 109.*
m *l. 9. j. de diuers. offic.* Hæc lex renouat quod antea Honorius, constituerat, &, vt Zozimus refert, mox mutauerat propter Genericum copiarum Dalmaticarum ducem *v. Cui. i. hic.*
n Eadem verba extant in *l. 14. §. 4. ver. sed si quidē præsens sit. j. de non numer.*
o puta magistratum *l. 2. D. de in ius vocando.*
p citationē. Hæc denunciatio manifestationis & intimationis vim habet.
q ordinario, vel episcopo, *Bart.* ordinario, inquam, iudice contractus, vbi partes sortiuntur forum *Bald.*
r aut sit suspectus. Potest enim quis suspectum iudicem habere συναλλακτικὸν τῆς δίκης λαμβάνειν τὸν ἐπίσκοπον. Quòd si monitus ab episcopo iudex non obtemperet, episcopus rem omnem ad Imperatorem deferre debet *3. Eclo. 3. ex li. 6. tit. 22.* Addunt ex hoc loco propter absentiam iudicis episcopum adiri, eíque actorum confectionem permitti.
t hinc colligunt, adiri episcopum posse, vbi contractus est vsurarius. non vt cognoscat de cō tractu, sed vt aduocet iudicem.
u numeratur .n. inter pias & fauorabiles causas.
x Interpretatio Contij.
y *l. 6. j. de cust. reo.*
z ἑκάστην editio Parisiensis, ἑκάστης, ita legit *Cui. c. 3. de præsc.*
a quam τετράδα vocāt Græci hoc loco *60. Eclog. 35. c. 21.* quartus septimanæ dies est Mercurij adde *No. 137. c. 4.* Petr. Alexandrinus *c. 15.* τετράδι γὰρ καὶ παρασκευῇ νηστευτέον, τὴν μὲν διὰ τὸ Χριστοῦ τὸ προδοσίας συμβέλιον· τὴν δὲ παρασκευὴ διὰ τὸ σωτήριον πάθος *v. Cui. ibid.*
b i. die Mercurij, vt superius dixi: idque ob memoriam Christi passionis.
c Manus est episcopi, custodias visitare, & eorū miseriæ causas diligenter inquirere.
d Interpretatio Antonij Augustini.
e *v. l. vn. j. de priu. carceribus adde 60. Syn. Basil. 52. ex lib. 55. c. 1.*
f excipe certos casus, de quibus vide quæ notaui *ad l. 25. ff. de adulter iis.*
g Hominum alij ingenui, alij libertini, alij serui.
h Hæc verba extant in *l. 3. j. de infant. expos.*
i siue vt seruum. Hinc colligere possis, Alios reuera nobis seruire, quia tales sunt: alios agricolationis tantū causa, quales sūt adscriptitij & coloni: de quibus mox dicetur.
k Adscriptitij quasi serui sunt, dominū habent ad quem eorum peculium pertinet: cui etiā reddi solent. Inspecto fisco, & aliis, liberi & propriorum possessores *v. Cuia. j. ad tit. de agric.*
l Coloni sunt liberi, & res proprias habent, terram tamen dimittere non possunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina est, quā persona: colonus redditur terrę, vide titulos *de agricolis, censitu & colonis: de colonis Palestinis, de colonis Thraçensibus, de colonis Illyricianis.* Ii si prædio rustico seruiunt, coloni propriè dicuntur: si vrbano, inquilini.
m alumnis.
n Interpretatio Antonij Augustini.
o *vide synopsis Basil. 3. tit. 1. περὶ κοττιστῶν ἤτοι κυβευτῶν l. 18. s̄. de episcop. Nou. Leon. 87. l. 17. s̄. de episc. l. vlt. §. 1. §. 3. j eod. Nouell. 123. c. 10.*

mis episcopis[a] & perscrutari, & cohibere, si fiant, & flagitiosos per clarissimos prædides prouinciarum & patres defensorésque ciuitatum ad modestiam reducere. Dat. 10. Kalend. Octob. CP. Decio Coss. 529.

De his quæ singulis annis ad ciuitates pertinent. 1. De discussoribus aut ratiocinatoribus aut exæquatoribus. 2. De sportulis. 3. De formis non emittendis à magistratibus. 4. De locis publicis seu vniuersitatis. 5. De aquarum distributione. 6. De cautionibus. 7. De sportulis & descriptione. 8. De officio episcopi. De metatorum exactione. De rapinis.

26.[b] Idem A. Iuliano. P.P.

De his, quæ singulis annis ad ciuitates pertinent, (siue ciuiles reditus sint, siue fructus, ex publicis, aut priuatis pecuniis, quę ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur, siue ad opera[c], siue ad rem frumentariam, siue ad publicos aquæductus, siue ad balneorum calefactionem, siue ad portus, siue ad murorū aut turriū ædificationem, siue ad pontium atque viarum refectionem, siue ad publicas denique causas pertineant,) tam ex publicis, quàm ex priuatis, vt dictum est, causis sancimus, vt in vnum conueniant religiosissimus episcopus[d], ac tres bonæ existimationis & qui cæteris præstant in ea ciuitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, & curent, vt & metiantur, & rationē conficiant, qui ea administrant, aut qui administrauerunt, & in monumentorum gestione ostendant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum, & balneariarum pecuniarum, siue quæ in viis muniendis aut aquæ ductibus aut aliis rebus consumuntur. Quæ omnia nūquam omnino minui volumus. In monumentorum verò gestione appareat, sitne solutus, an obligatus, qui ea administrauit, & an, quod debuit, soluerit, atque ita erit cautum ei, qui eam curā suscepit. Mittemus. n. nos, cū placuerit, quem commodum erit, vt inspiciat[e] rationes ab eis factas: & cùm rectè factas esse repererit, calculum feret, quo ipsis heredibúsq; & successoribus consuletur: neque aliarum rationum, aut cōtrouersiarū occasio relinquetur. Omnia verò, propositis sanctis Euangeliis, diligenter fiant, nam inquisitionem nos cū libuerit, fieri iubebimus. Oportet itaq; studere religiosissimum episcopum, & qui cū eo rationes conficiunt, vt opera in ingentes sumptus præscripta, singulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus subesse, qui ea administrat, neque ferat sanctissimum eius loci episcopum, & illos possessores, qui ad eam rem constituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur[f] id agere per clarissimum prouinciæ præsidem, & cohortem, quæ ei parere solet: ac sine vllo damno compellatur, vt modis omnibus rationes submittat religiosissimo episcopo, & primis illis ciuitatis: quódque appareat ab eo deberi, ciuitati reddatur. 1 ¶ Omnem verò libertatem tollimus nostris præsidibus mittendi in agros discussores[g] aut ratiocinatores aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per subreptionem[h] emanauerit, liceat religiosissimo episcopo eius ciuitatis suscipere quidem sacram formam, renunciare tamen nobis, vt nos cognoscamus, an ex nostra ad illum prędidem iussione, an per[i] obreptionem factá sit, vt si per subreptionem facta esse videatur, quod factum sit, inutile fiat, & periculum subeat, qui eam quæsiuit. Si verò ab aliquo è nostris præfectis emissum decretum, aut commonitorium sit, aut præceptum aliquod, aut rationum[k] scriptura, & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus vt modis omnibus non eius vrbis episcopus & primi[l] ciuitatum illis rebus præficiantur: sed liceat prouinciæ præsidi, & ipsis possessoribus, ac ciuibus iussiones reiicere, ac ne obulum quidem ea de causa præstare. Si verò in ea re sanctissimus episcopus negligens fuerit: habebit & Dominum Deum nostrum infensum, & imperialem vindictam expectabit, si ea seruili[m] silentio, sacerdotaliq; licentia indigno, prætererierit. 2 ¶ Si quis autem in prouincia renunciauerit magistratuum aut consulum processiones[n], siue generales formas gloriosissimorū præfectorū, aut alicuius alterius è nostris magistratibus, siue constitutionem, siue sacrum commonitorium[o], siue generales literas, siue erectionem imperialium statuarum[p] indicauerit: nō liceat amplius sex[q] nummis aureis in singulas nunciationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales literas, aut statuarū erectiones accipere in singulis prouinciis, ad quas literas accepit: ac, licet multę sint in ea prouincia vrbes, nihil amplius præstetur, quā illi[r] sex nummi. Si quid verò amplius acceperit, eius quadruplū restituet. liceátque eius vrbis episcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri & prouincię prędidi, & ei subdito officio, & episcopo[s] imponitur, si illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. 3 ¶ Nemini[t] enim omnino permittimus nostrorum magistratuum huiusmodi formas[u] circa prouincias emittere de riuorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum à muris, aut stationum à porticibus, aut eorum, quæ produlia[x] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum columnarum euersione, aut de imaginibus aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de ciuilibus quibuscunque controuersiis. Sed liceat episcopo, & iis,[y] qui primi sunt eius vrbis, & præsidibus prouinciarum, & possessoribus, ac ciuibus, insinuata aliqua forma, ei quidem non defferre, sed prohibere ac coercere omnem exactionē, omnémque vim, quæ ex eo eueniat. Eadémque pœna afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint. 4 ¶ Sed & oportet episcopum, ac patrem[z] ciuitatis, & cæteros bonę opinionis possessores prouidere, ne locus aliquis ciuilis aut publicus iuxta[a] muros vrbis, aut in publicis porticib., aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebitè possideatur, néve publicus locus alicui sine nostra sacra forma tradatur. 5 ¶ Idem inquirant de aquarum distributione, quæ sacra aliqua forma cuiq; pertineat: vt ne hic plus, ille minus habeat, quàm ei competit. 6 ¶ Neq; verò fideiussionis causa aut supra mandati formam nostros subiectos affici pateremur. sed si quidem immobiles[b] res habeant idoneas: iusiurandum tantùm præstent, & conscribatur. sin autem non habeant: vsque ad quantitatis æstimationem, fideiussionem sine vllo damno præbeant. Si verò dubitauerint[c] exactores de fideiussorum fide, facultatibus, aut cautione: in eundem locum religiosissimus episcopus, & patres[d] ciuitatis, ac defensor conueniant, & decernant, an idoneus esse fideiussor videatur vsque ad quantitatem, de qua agitur & necesse habeat exactor suscipere eum in fideiussorem qui nihil pro fideiussione, aut sacramento pręstabit. præterquàm si priuata nostra aut cuiusquā magistratus maioris iussione personam ducendam esse, fideiussori non esse credendum decernatur. Tūc enim licebit exactori fideiussorem non accipere, id verò agere sine[e] vllo detrimento. Cæterùm eadem multa aduersus religiosissimum episcopum, & clarissimum prouinciæ præsidem imponitur, si quid eorum transgredi passi fuerint, aut si cū transgressum erit, non id statim renunciauerint. 7 ¶ Neq; etiā patiantur, vt plus definita parte à nostra constitutione pro sportulis accipiatur: néve descriptio ob aliquam causam in ciuitatibus fiat: nisi ob illas tantùm, quas supra enumerauimus, renunciationes processionum[f], constitutionum, sacri & generalis commonitorij, aut formæ, aut literarum, & huiusmodi omniū rerum, de quib. antea[g] sanximus, itē quę propter suam conseruationem, atque salutem ciues facere voluerint ad opera fortè publica, vel ad sitoniam, vel ad aliam quamuis causam, quæ omnibus placeat propter vrbis honorem[h] fieri, ex quo resp. adiuuetur. Contra eos verò qui hæc transgredi tentauerint, & si ad nos religiosissimi episcopi id non retulerint, ea seruentur, quæ antea à nobis cōmonita sunt. 8 ¶ Atq; oportet singularum vrbium Dei amantis. episcopos, cū omnia cognouerint, quæ à nobis de his rebus disposita sunt, & de metatorum[i] exactione, & de rapinarum prohibitione, ac de cęteris reb. quę nostra sacra cōstitutione cōtinētur, quę de omnib. edita est, finē cōpetētē imponāt. Dat. 8. Kal. Iulias Chalcedone, Lamp. Coss. 530.

De curatore furiosi.

27. Idem August. Iul. præfecto pretorio.

De creationibus curatorum qui furiosis vtriusq; sexus dantur, necessariū nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et si[k] quidem pater curatorem furioso vel furiosę in vltimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, vbi & fideiussionem cessare[l] necesse est, paterno † testimonio[m] pro eius satisdatione sufficiente: ipse, qui datus est, ad curationem perueniat. ita tamē vt in prouinciis apud prędides earum, pręsente eis tam viro religiosissimo locorum antistite, quàm tribus primatibus, actis interueniētibus, tactis[n] sacrosanctis scripturis, deprōmat, omnia se rectè & cū vtilitate furiosi gerere, neq;[o] prętermittere, quæ vtilia esse furioso putauerit, neq; admittere ea, quæ nō vtilia furioso esse existimauerit. &, inuentario[p] cū omni subtilitate[q] publicè[r] cōscripto[s], res suscipiat, & secundū sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eū pertinentium, ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. Sin autem testamentum quidē parens non cōfecerit, lex[t] autē curatorē, vtpote agnatum, vocauerit: vel, eo cessāte, aut, non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc scilicet & in prouinciis apud[u] præsides cuiuscunque prouinciæ, & virum religiosissimum episcopum ciuitatis, necnon tres primates creatio procedat. ita vt, si quidem curator substantiam idoneam possidet, & sufficientem ad fidem gubernationis, sine[x] aliqua satisdatione creatio procedat. sin[y] autem non talis census eius inueniatur: tunc & fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur. creatione omninò, sacrosanctis scripturis propositis, in omni causa, celebranda: ipso

autem

a Episcopi munus in aleatores inquirere, eósq; castigare.
b Interpretatio Anton. August.
c Cura frumentaria, & ędificiorum, puta aquæ ductuū balnearū portuum, murorum, turriū, pontium, viarum & similium etiam ad episcopū pertinet.
d *v. Edict. Iust. 2. c. 2.* Id etiam curę esse debet præsidibus *l. 7. ff. de off. præsid.*
e Iterata etiam rationum redditio fieri potest.
f Episcoporum sententias, secularis iudex exequi solet.
g discussores ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς *Græci hic. No. 17. c. 4.*
h Augustinus *in Iosue*: Iuris est forensis, vt qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit quod impetrauerit *v. l. 29. ff. de falsis.*
i κατὰ συναρπαγὴν.
k λογοθέσιον.
l τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας hos appellant Græci *hic vt & §. 3. j. eo.*
m ad eorundem παρρησίαν referri potest *l. 33. §. 2. j.*
n προαγωγάς de quib. *v. No. 105. c. 1*
o κομμονιτωρίων. editio Parisiensis συμβολαίων *Basi. apud Cu. 12. obs. 22.*
p Harum in ciuitate ponendarū beneficiū à principe tribuebatur. Cuius rei cupiditate summa tenebantur ciuitates *v. Cui. j. de stat.*
q & sic non immodico precio *l. vn. j. publicæ lætitiæ. adde Cui. 12. obs. 22.*
r de quibus superiùs dictum est.
s Episcopi multa pecuniaria coerceri possunt.
t *l. vl. j. de ope. pub.*
u *Nou. 17. c. 4.*
x περὶ τῶν καλουμένων προδουλείων.
y τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι *vt §. 1. s. eo.*
z τόν τε πατέρα. *Græci hic. vt. §. 6. j. eod.*
a *l. vl. §. pen. j. de discussorib. l. 9. §. pen. D. de rer. diu.*
b *l. 15. D. qui satisdare.*
c Exactor & apparitor, causæ cognitionem non habet.
d τόν τε πατέρα καὶ ἔκδικον τῆς πόλεως. *vt §. 4. s. eo.*
e i. impunè, sine fraude.
f de quib. *§. 2. s. eo. No. 105. c. 1.*
g *i. d. §. 2.*
h Ædificia ad honorem & decus vrbiū pertinent *l. 20. §. 10. inf. ff. de oper. noui. l. 2. §. 17. l. vlt. ff. ne quid in loco pub.*
i Metatores sunt quib. pręparandi hospitij procuratio incūbit. Optatus *li.* 3. Cū ante vēturos milites metatores, vt fieri solet, mitterentur. metata sunt hospitia, quæ militib. prouinciales præbent *v. l. de metatu.*
k Eadem verba extant in *l. 7. §. 5. j. de curat. furios.*
l Tutor testamētarius non satisdat *vt hic. & d. §. 5.*
† hoc videtur innuere, non testamentarios cogi ad satisdationē: quod in Gallia non obseruatur, vbi omnis tutor ex inquisitione datur. Solent enim consanguinei tutores, promittere pupilli indemnitatem, cum obligatione omniū bonorū suorum *Rebuff. in procem. const. gl. 5. nu. 39.* Neque satisdare solet mater vel auia: vt & quiuis tutor, etiā si ad paupertatē deuenerit *idem Rebuff. in tract. de sententiis prouisionalib. artic. 3. gloss. 2. nu. 8.*
m Testimonium patris pro satisdatione sufficit *vt hic.* vt quo testimonio nullum maius sit liberis *l. 7. §. 1. j. de curat. furios.*
n Exigitur iusiurandum à curatore furiosi.
o Tutoris officiū est & curatoris, vtilia non prætermittere, inutilia non admittere.
p *d. §. 5.* quod ita verū est, vt præsumatur dolo versari, si inuentarium facere neglexerit *l. 7. ff. de administ. tutor. v. Roland. à Valle 1. cons. 49. nu. 55.* Curator ad litem, ad id éstne obstrictus? Bart. ait. Accursius negat, quem omnes sequuntur: ídq; ita obseruari in camera imperiali refert Andreas Gayllus *2. obs. 108* Cogi tamen ait ad satisdationē rem pupilli saluā fore. Aliud est in curatore *glo. l. 1. in f. in verbo. venter. ff. de curat. bon. dando.*
q i. nullis omissis.
r nec enim priuata conscriptio aut notatio sufficeret.
s Scriptura in inuentario requiritur. nec enim audiretur tutor testibus bona pupilli probaturus.
t lege XII. Tabularum adgnatorum tutelā, adgnati sortiebātur dixi ad l. XII. *tab. tit. de Tut. c. de curatoribus.*
u Nota personas à quib. dari tutor aut curator pōt.
x sufficit. n. datū fuisse ex inquisitione.
y A datiuo tutore, cum creatur, exigi iusta de causa potest fideiussio.

autem curatore,cuiuscunque substantiæ vel dignitatis sit, præfatum sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstante,& inuentariũ publicè conscribente:& hypotheca[a] rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res possint furiosi vndique vtiliter gubernari.Dat.Kalend. Septemb.Constantinop.Lamp.& Oreste VV.CC.Coss.530.

De liberis furiosi, vel de mentis nuptias contrahentibus.

28. Idem A.Iuliano præfecto prætorio.

TAm dementis [b] quàm furiosi, liberi, cuiuscunque[c] sexus,possunt[d] legitimas[e] contrahere nuptias:tam dote, quã ante nuptias donatione à curatore[f] eorum prestanda[g]: æstimatione tamen in hac quidem regia vrbe excellentissimi præfecti [h] vrbi in prouincis autem virorum clarissimorum earum præsidum vel locorum antistitum,tam opinione[i] personæ,quàm dotis moderatione [k], & ante nuptias donationis,statuenda,præsentibus [l] tam curatoribus dementis,quàm furiosi,necnon his,qui ex genere [m] eorum nobiliores sunt.ita tamen,vt nulla ex hac causa oriatur,vel in hac regia vrbe.vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi,vel dementis,vel mente capti:sed gratis[n] omnia procedant:ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

De his qui parentes. 1. aut liberos furiosos negligunt.

Auth. ex Nou.115. c. 3.

LIberi[o] furiosi,qui curam eius negligunt præbere, tam exheredatione digni sunt.quàm aliis pœnis legitimis. Nam si quis alius,attestatione ad eos missa,cùm adhuc negligant,in domum suam eum susceperit,& procurauerit: ex hoc erit eius successor legitimus,licèt testatus esset etiam in liberos fortè: manentibus tamen aliis testamenti capitulis. 1 ¶ Eadem pœna parentibus imponenda, si quidem de libeais in furore constitutis curare neglexerint.

De foro clerici & episcopi accusati.

29.[p] Idem A. Iuliano P.P.

SAncimus,vt nemo venerabilis clericus ab aliquo siue clerico siue laico ab initio apud beatissimum prouinciæ patriarcham accusetur.sed prius[q] iuxta sacra instituta apud episcopum ciuitatis,in qua clericus versatur:tum, si is suspectus est,apud metropolitanum episcopum reum agat. sed si fortè ne ei quidem accusatio placuerit: ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat: & cum Metropolitano tribus conuenientibus religiosiss. episcopis, qui cæteris propter ordinationem præferuntur: de causa corã tota synodo cognoscatur.& si quidem ei,quæ iudicata erũt placuerint,ab accusando discedat.si verò se lædi existimauerit,prouocet illius prouinciæ beatiss.Patriarcham, atque iis,quæ ipse iudicauerit,omnino pareat,perinde ac si eum ab initio iudicem esset consecutus.nam[r] contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi à maioribus nostris constitutum est. ¶ Hoc idem seruandum est, si episcopus ab aliquo laico,siue ab aliquo clerico, siue ab altero religiosiss.episcopo accusatus sit. Nam [s] vt statim accusatio ad sanctissimos Patriarchas deferatur,& vt accusati in aliam prouinciam mittantur,omnino prohibemus[t]. præterquàm si accusationem quis ob eã rẽ intulerit,quòd causa illius regionis religiosiss. episcopo commissa fuerit.quo casu licet ad ipsos quoque sanctiss. Patriarchas deferre accusationem.Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum,vt is causam audiat, vt anteà à nobis dictum est. 1 ¶ Non verò ei liceat facere,vt descendant in prouincias venerabiles clerici, & immodicas sportulas,dum accusantur inferãt,qua in re hucusque peccatum esse cognouimus.Neque enim in singulas reorum personas[u] sexta plus aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis,qui à sanctiss.patriarchis ac Metropolitanis mittuntur,aut, si episcopus missus est, sex tantùm aurei ex quacunque quantitate ac causa,neque amplius prebeatur.Hoc in Metropolitanis etiam teneat,cùm ad eos accusatio contra episcopum,qui sub eo sit, aut eius prouinciæ clericum defertur.Nam si in ciuilib. iudiciis moderari sportularum[x] & sumptuum modum curauimus, eáque ex lege præstari voluimus:multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum seruari sancimus. 2 ¶Enimuerò si,remissa causa ad sanctis.patriarcham,aut ad aliquem ex religiosiss.Metropolitanis,aut ad alium Dei amantiss.episcopum sententia lata sit,quę alicui parti displiceat,ac prouocetur: ad Archiepiscopalem hanc sedem referatur appellatio, in qua(vt adhuc seruatum est)lis cognoscatur, 3 ¶ Si verò quis ausus fuerit aduersus hæc quicquam tentare: is quidẽ omne,quod accepit,cum altero[y] tanto, ei qui negocium passus est,præstabit fiétque ecclesiasticæ multæ subiectus apud sanctiss.patriarcham,aut religiosiss. Metropolitanũ, qui tunc erit,ecclesiasticorum numero eiiciendus. 4 ¶Has autem actiones,si quidẽ ad ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore iubemus,vt à solis religiosiss.episcopis aut Metropolitanis,aut à sacris synodis, aut à sanctis patriarchis cognoscantur.si verò ciuilium rerum controuersia sit, volentes[z] quæstionem apud antistites instituere,patiemur,inuitos[a] tamẽ non cogemus,cùm iudicia ciuilia sint,si ea adire malint,apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere. 5 ¶Quoniam verò quidam sint sancti patriarchæ, qui in prouinciis,in quibus existunt, metropolitanorum officium gerunt:alij per totam diœcesim,episcoporum metropolitanorum,atque aliorum qui sub eis sunt, ordinationes faciunt:ea de causa illud obseruari sancimus, quod de Metropolitanis antea disposuimus.is enim iure metropolitanus vocatur,qui in episcopos minores[b] ex sacris regulis eã potestatem habet.Dat.X V.Kal.Nou.CP. Lamp. Coss. 530.

De tutoribus vel curatoribus dandis.

30.[c] Idem A.Ioanni PP.

SAncimus in curationibus iuniorum,siue[d] primę,siue secundæ sint ætatis,aut alij quidam,quibus lex dat curatores,si quidem vsque ad quingentos[e] aureos & solummodo facultates sint iuniorum,non præsidum prouinciarum expectare creationem, neque impensis maximis subiici, pręsidibus fortè neque morantibus in vrbibus illis,in quibus prospici curationi cõtingit,sed apud ciuitatis illius Ecdicum[f] [defensorem]aut strategum[magistratũ municipalem,]vel in Alexandrina ciuitate apud eius iuridicum[g],vnà cum religiosissimo eius episcopo, aut aliis etiam publicis personis,si harum copiã habeat ciuitas,fieri creationes curatorum seu tutorum. fideiussore secundum mensuram facultatum dato secundùm dictarum personarum iudiciũ: & aliis omnibus procedentibus,quęcunque super tutorum vel curatorum fideiussione[h] & secundùm modum facultatum consueta sunt:sola personarum transmutatione, per quas hæc fiant propter minorum vtilitatem à præsenti sanctione introducta:omnibus videlicet his sub sola duorum nomismatum [i][id est solidorum]datione conficiendis,pręsertim cùm hac maximè de causa hæc posità est constitutio:pœna imminente,si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam seu curationem spe maioris lucri:& eo non solùm triplũ redditur omne, quidquid acceperit, sed etiam ab ipsa sollicitudine & administratione remouendo.Cùm autẽ factæ fuerint tutorũ aut curatorum creationes,præsente etiam religiosiss.ciuitatis episcopo: in ipsis sanctissimæ ecclesiæ archiis [k] deponi gesta sancimus: vt sit perpetua rei memoria,& nõ intercidat casib. fortuitis curationis exinde quæsita cautela. His quæ in magna hac ciuitate fiunt,tutelis aut curationib.apud solũ clarissimum prætorem faciendis,vt iam sancitum est. Dat.V. Kal.Aug. CP.post consulatum Lampad.

De interruptione præscriptionis.

31. Idem A.Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus,vt si[l] quando absuerit is,qui res alienas vel creditori obnoxias detinet:& desideret dominus rei vel creditor suam intentionem proponere: & non ei licentia sit, absente aduersario suo,qui rem detinet,vel infantia,vel furore laborante & neminem tutorem vel curatorem habẽte,vel in summa potestate constituto,||eandem rem auctoritate sua vsurpare:||licentia ei detur adire pręsidẽ prouinciæ,libellúmque ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra constituta tempora interruptionem facere. sin autẽ nullo poterit modo pręsidem adire:saltem [m] ad episcopum locorum eat,& suam manifestare voluntatẽ in scriptis deproperet.Dat.Constantin.Kal.Octo.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. Coss.531.

De emphyteusi.

32.[n] Idem A.*

DIfferente domino recipere emphyteuma,licentiã habet emphyteuta consignare [o] ipsum & Cõstantinopoli quidem in fine triennij contestari id ipsum apud hyparchos[seu præfectos prætorio,]aut apud præfectũ vrbis aut competentem recusantis magistratum,aut patriarchã, si dominus homo sit potens:in prouinciis autẽ apud pręsidẽ,aut,eo non morante ibi apud defensorẽ,aut episcopũ ciuitatis,in qua est is,qui recusat:& vnius ipsorum assumere testationẽ,ac nisi aut sic acceperit canonẽ,canõ soluitur,& lucratur canonẽ emphyteuta etiã sequentis tẽporis, & eousq;,quo dominus mittat per testationẽ petitũ.exinde etenim, non autem ex preterito tempore accipiet, & post

a Ad hæc igitur tria coguntur datiui tutores, Iurare rem pupilli saluam,inuentarium conscribere,bonorũ propriorum hypothecam pati.*l.vl.§.6.j.de cura.fur.*
b Demens alius est à furioso.
c nullo discrimine habito inter masculos & fœminas *v. l.25.j.de nupt.*
d sine metu exheredationis.
e in quibus ætas legitima semper requiritur.
f Iam sc.cõstituto. aut si nullus est curator, constitui debet *le.6. D.de iur.dot.*
g non arbitrio contrahentium aut curatoris,sed earum personarum,ac iudicum qui sequuntur.
h Iudices æstimare debẽt quãtitatẽ dotis, aut donationis propter nuptias faciendæ à liberis in furiosi parẽtis potestate positis.
i Dos & donatio propter nuptias constituenda est,habita ratione mariti, eiúsque vxoris *l. 60. D.de iur.dot.*
k nec enim æquum est vniuersa bona in dotẽ dari *l.12.§.2.ff.de admin.tut.*
l Solus iudex dotem pupillo constituere non potest, absente curatore:nisi curator vltro latitet.
m Agnatorum præsentia requiritur, quoties de dote agnatę cõstituenda agitur: nõ omnium sed nobiliorum ac proximiorum.
n vix est vt hodie id obseruetur.
o Filius iustè exheredari potest, si parentis furiosi curã neglexerit: & econtra *v. Nou.115.c.3.* quin potest filius patris &matris esse curator *l.1.in fin. l.4.D.de cur.fur.*
p Interpretatio Antonij Augustini.
q Notent clerici antiquos & sacros gradus fori Ecclesiastici. Apud episcopum prima accusatio instituenda, ab eo ad metropolitanum prouocatur,ab eo ad synodũ, ab ea ad patriarchã, à Patriarcha ad nullum:quod notatu dignũ est *adde §.2.j.eo. No. 6. c.8.* Est igitur episcopus clericorũ primus Iudex.
r A Patriarcha ad nullum appellatur. s Author tamen synopseos Basil.*3.ti.1. c.* περὶ πατριάρχου scribit,posse quem apud patriarcham primã accusationem instituere, ac petere per litteras eius,dari sibi iudicem à locorum episcopis:cuius sententia si recusata fuerit, rursus patriarcha iudicabit.
t Potest tamen quis etiam apud Patriarcham primam accusationem instituere, ac petere,per literas eius dari sibi iudicẽ à locorũ episcopo *3.Ecl.1.c.5.& j.eo.* u nota quãtitatẽ sportularũ iudicialiũ à clericis præstandarũ. x Sportulis modus adhibẽdus *l.33.§.5.s.de epis.& toto tit.j.de sport.* y Imò,cũ triplo *§.24.Inst. de act.* Imò, quadruplo

l.2.j.de sportulis. z *l.25.s. de episcopis:* Inter volentes cuiusuis iudicis,consensus est *l.2.D.de iudiciis.*
a In inuitos tamen iudicium redditur, sed à suis iudicibus.
b τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων.vt sit sensus, Metropolitanus is est,qui potestatem habet in minorum ciuitatũ episcopos. Cui definitioni conuenit *c. cleros. §. ordo.ver. metropolitani. 21.distinct.* Metropolis *l. 4. §.5.inf. D.de off. procons.* mater vrbium ab Ammiano dicitur: mater & caput prouinciæ *l. 7.ff. de off. procons.* metrocomia,mater vicorum *v.Cuia. ad l.8.j. de exactoribus* metropolis gentium *le. 6. §.2.inf.D. de excus.tut.* vbi minorum, maiorũ & maximarum vrbium fit mentio. De metropoli plura *v.j.de metropoli Beryto.*
c Interpretatio Contij.
d πρώτης εἴτε δευτέρας ἡλικίας, cum dixit, innuit pupillos & adultos. Prima ætas, pupilli: secũda, adulti est Huius .n. constitutionis cũ faciat mentionem Iustinianus *§. non autem 6. & ibidẽ Theoph.Inst.de Atiliano tutore*,pupilli &adulti meminit, quibus (si eorum facultates sint 500.solidorũ) à defensore ciuitatis, à magistratibus, à Iuridico, tutores & curatores creari iubet, adscito Antistite.
e qui solidi etiã dicuntur *§. 5.Instit.de Attiliano.*
f Pro diuersarũ prouinciarum idiomate, ita iudices appellabantur ἔκδικοι & ita quoque dicũtur *Nou. 15.* περὶ ἐκδίκου & *Theoph. §. 5.Inst. de Attiliano tutore.* Iuridici vt hic στρατηγοὶ vt hic & *5.Harm.11. §. 19.* vbi interpres perperã pro stratego, vertit exercituũ ducẽ. Quẽadmodum perperam apud Theoph. illo loco legitur. Defensores ciuitatum adscito episcopo & aliis publicis personis, τουτέστι στρατηγοὺς ἢ ἐν ἀλεξανδρείᾳ τὸν ἰουρίδικον tutores & curatores creare.cũ sit sensus potius.Defensores ciuitatum,vbi ij fuerint,adscito Episcopo, tutores & curatores creare:vbi non fuerint τοὺς στρατηγοὺς ἢ ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἰουρίδικον, hoc est, magistratus municipales & Iuridicum Alexandriæ. g de quo *v.j.eo.& D.de off.iuridici.*
h *l.4.in f.l.5 6.7.D.de fideiuss.tut.& tit.Instit de satisdat.*
i nomismata,aurei solidi. k de archio dixi *ad l.9.§.6.D. de pœn.* de archeotis *v.l.18.§.10. D.de mun.* De Ecclesiæ archiuis *adde Nou. 74. c. 2.* l eadem verba extant in lege *2.j.de annali exceptione.* m *l.21.s.eo.* n Interpretatio Antonij Augustini.
o *adde l.7.in fin.j.de pact.int.empt.l.2.in fin.j.de iur.emphyth.*

trienniũ[a] poſt atteſtationem eiuſmodi indeuotum emphyteutam expellere poterit.

De ſcenicis mulieribus & de nuptiis.

33.[b] Idem A. vbique terrarum conſtitutis epiſcopis.

SAcram fecimus conſtitutionem[c], nemini permittentes neque inuitam mulierem ancillam aut liberam in ſcenam aut orcheſtram pertrahere: neque conuerti volentẽ, prohibere eam eius fideiuſſores, quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo, ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & à clariſſ. prouinciarum præſidibus, & à ciuitatum religioſiſſ. epiſcopis conſtituimus, dantes licẽtiam religioſiſſ. epiſcopis vnà cũ clariſſ. prouinciæ præſide, etiam inuitos[d] trahere ad ſe eos, qui compulerint, aut qui mutari ſeu conuerti ab ea actione prohibuerint: & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiã, ipſos verò ciuitate expelli. Si verò qui prouinciam regit, ipſe ſit, qui eas compulerit, aut à prædicta actione conuerſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit: damus licentiam, & ſolos religioſiſſ. epiſcopos adire eam, quæ talia patitur, aut eius fideiuſſorem, hunc verò [epiſcopum] aduerſari[e] magiſtratum habenti, & non permittere iniuſtè agere, aut, ſi minùs fuerint ad id exequendum potentes, indicare id noſtro imperio, vt à nobis competens exerceatur pœna, fideiuſſionibus ſimul liberandis, & fideiuſſoribus indemnibus conſeruandis, licentiam dantes conuerſis[f] huiuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimum, etiam ſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorati non amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantib, nuptialibus nimirum inſtrumentis omni modo inter ipſos factis: eadémque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes. 1 ¶Hanc autem dictam conſtitutionem & in quinto[g] libro omnium conſtitutionum huius ſcilicet noſtrę pietatis cognominis libri, ad ciuiles magiſtratus reſcriptam, poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem & vobis vbique terrarum poſitis religioſiſſ. epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregantes, quæ ad ipſam pertinent, expoſitione latiore ſancita etiam eandem diuinam conſtitutionem fecimus etiam ad vos, vt ſacerdotalẽ conſeruantes reuerentiam, & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis, tam magni Dei metum, quàm imperialem indignationem, ſi quid horũ prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kal. Nouemb. CP. DN. Iuſtin. IIII. & Paulino Coſſ. 534.

De ludis & ſpectaculis.

34.[h] Idem A. Epiphanio ſanctiſſimo archiepiſcopo huius feliciſſ. vrbis, & vniuerſali Patriarchæ.

CErtiſſimè credimus, quia ſacerdotum puritas[i] & decus & ad Dominum Deum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum feruor, & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces[k], multum fauorem noſtrę reipubl. & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros ſubiugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus, & quanto plus rebus illorum accedit honeſtatis & decoris, tantò[l] magis & noſtram remp. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtam & vndique irreprehenſibilem[m], & reliquũ populum inſtruxerint: vt his ad illorum honeſtatem reſpiciens, multis peccatis abſtineat: planum eſt, quòd inde & animæ omnibus meliores erunt, & facilè nobis tribuetur à maximo Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto clementia conueniens. 1 ¶Hæc igitur nobis ſpeculantibus nũciatum eſt, præter communem rerum fidem, quoſdam ex reuerendiſſimis diaconis itémque presbyteris, nam eo amplius etiam dicere erubeſcimus[n], Deo amantiſſimos nempe epiſcopos) quoſdam, inquam, ex his non verentur alij quidem per ſeipſos cubos[o] ſeu teſſeras contrectare, & adeò pudendum atque ipſis etiam idiotis à nobis frequenter interdictum ſpectaculum[p] participare: alij verò talem ludum non accuſant: ſed vel communicant facientibus: aut ſedent ſpectatores actus indecori: & ſpectant quidem cum auiditate omnimoda res omnium rerum importuniſſimas: ſermones vero audiunt blaſphemos[q], quos in talibus neceſſe eſt fieri: polluunt etiam ſuas manus[r], & oculos, & aures, ſic damnatis & prohibitis ludis: alij verò neque obſcurè aut latenter aut equorum[ſ] certaminibus ſe immiſcent: aut etiam inuitant aliquos ſuper equorum profligatione aut victoria, vel per ſeipſos, vel per alios quoſdam, vt quia non decenter talia ludant: aut ſcenicorum vel thymelitarum[t] ſpectatores fiunt ludorum, aut earum, quæ in theatris certantium ferarum[u] pugnæ fiunt, neque cogitant, quemadmodum ipſi vel his, qui modò & recens initiati ſunt & adorãdis myſteriis dignati, ipſi prædicunt, vt abrenuncient aduerſarij dæmonis[x] cultui, & omnibus pompis eius, quarum non minima pars talia ſpectacula fiunt. 2 ¶Sæpè quidẽ ipſis talia cuſtodire debere prædicauimus. videntes autem de his factam nobis relationem, in neceſſitatem incidimus ad præſentem veniendi legem, tum propter noſtrum ſuper religionis ſtudium, tum etiam propter ſacerdotij ipſius ſimul & communis reipublicæ vtilitatem. 3 ¶Et ſancimus neminem, neque diaconum, neque presbyterum, & multò magis neque epiſcopum: (quod quidem & incredibile fortè videri poſſit, vt quorum in[y] ordinationibus preces[z] ad Dominum mittuntur Chriſtum Deum noſtrum, & inuocatio ſancti & adorandi ſit ſpiritus, & eorum capitib.[a] aut manibus imponuntur ſanctiſſima[b] eorum, quæ apud nos ſunt myſteriorum, vt ſcilicet ipſis ſenſoria[c] omnia inſtrumenta putà fiant, & cõſecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cætero & poſt diuinam noſtram legem, aut cubicare[d] [.i. teſſeris, ſeu aleis ludere] quocunq; aleę genere, aut ludo: aut ita ludentibus communicare, aut conuerſari, aut vnà recreari, aut vnà cum eis agere, aut eis teſtimonium perhibere: aut intereſſe plebeiis huiuſmodi ſpectaculis, quæ priùs diximus, aut quid eorum, quæ in his prohibentur facere: ſed omni ad illa participio in poſterũ abſtinere. Quod enim præceſſit iam: tametſi[e] etiam inquirere oportuerat, nec participare indecenter oportebat: tamen propter humanitatem[f] indulgemus, præſentis legis obſeruationem omnibus in poſterum iniungẽtes tempus. Decet enim ipſos ieiuniis & vigiliis[g] & meditationib. ſeu exercitationibus in diuinis oraculis, & pro omnium ſalute fundendis vacare precibus: at[h] eos, qui talia non reliquerint nec ceſſauerint omnino polluta & prohibita contrectare. idem enim, etiam ſancimus & in reliquos clericos, ſubdiaconos nempe, & lectores: quando & ipſi[i] ſacræ[k] menſæ, & omnis circa ſanctiſſ. eccleſias ornatus conſtituti ſunt miniſtri & operarij, & ſacra contrectantes eloquia: dum ſacras nobis ex ſacris noſtris Bibliis illi[l] quidem legunt ſcripturas hi verò hymnos & odas canunt. 4 ¶Si verò quis de cætero tale quid faciens deprehenſus fuerit: & delatus fuerit id vel in hac felici ciuitate tuæ ſanctitati, vel prouincias ſub ipſa poſitas, Deo amantiſſ. metropolitis, & cæteris epiſcopis, quorũ ordinationem tuæ beatitudinis facit thronus: & talis quædam ſuperuenerit accuſatio aut diacono, aut presbytero, & multò magis epiſcoporum Deo amabilium cuidam: tuam hîc beatitudinem, & in prouinciis poſitos ſub te Deo amãtiſſ. metropolitas, &, qui ſub ipſis ſunt, epiſcopos, hæc cùm diligentia omni ſecundum ordinationis ordinem quærere & perſcrutari, neque defunctoriam facere inquiſitionem, ſed & teſtes fide dignos audire, & per omnem viam procedere ad eruendam veritatẽ. ſicut enim ipſis talia interdicimus, ita & calumniam[m] peti à quibuſdã vetamus. & ſi, vndique diſcuſſione diuinis propoſitis eloquiis facta, verè ſe habere accuſatio apparuerit: & cõuictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator eſſe vel aleatorũ particeps, aut talibus adſidens vanitatibus, vel prædictis intereſſe ſpectaculis: aut etiam fortè aliquis Deo amabilium epiſcoporum (quod quidem neque euenturum eſſe confidimus) prorſus talis cuiuſdam particeps[n] eſſe ſpectaculi, aut cum aleatoribus vnà ſedere, & diſponere, ac paciſci, aut ſponſiones facere de cætero auſus fuerit: eum mox à tua beatitudine, aut[o] à metropolita, aut Deo amantiſſ. epiſcopo, ſub quo ordinatus eſt, ſi quidem aliquis prædictorum ſit clericorum, à ſacra ſeparari[p] liturgia: imponi autem ipſi canonicam pœnam: & definiri tempus, intra quod conueniat ipſum ieiuniis & ſupplicationibus vtentem, magnum propitiari Deum ſuper tali tranſgreſſione. & ſi per definitum tempus, qui talem pœnam ſuſcepit, maneat lachrymis & pœnitentia & ieiunio & ad Dominũ Deum oratione, remiſſionem delicti exorans: confeſtim eum, cui ſubiectus eſt, hoc diligenter cognito, & ſolicitè requiſito, communem quidem pro ipſo orationem fieri curabit, & cum omni diligentia iniunget ipſi, vt poſtea à tali ſacerdotij dedecoratione abſtineat. & ſi putauerit ipſum ſufficienter ad pœnitentiam veniſſe, tunc ſacerdotali eum reſtituere[q] dignetur clementiæ. ſi verò & poſt excommunicationem inuentus fuerit neque vera pœnitentia vſus, & aliàs etiam aſpernatus eam rem, & manifeſtè ab aduerſario (diabolo) mente ineſcatus: ipſum quidem ſacerdos, ſub quo degit, ſacris eximat catalogis, omnino eum deponens: ille autẽ non ampliùs vllo[r] modo licentiam habeat ad ſacerdotalem venire gradum. ſed ſi quidem habeat facultates, ciuitatis illius curiam, in qua conſecratus eſt primum, aut, ſi non habeat curiam ea ciuitas, alia curia prouinciæ, quæ maximè indiget curiali, accipiet illum in poſterum curiæ† cum ſuis facultatibus ſeruiturum. ſi verò facultates non habet, officialis in poſterum fiat prouincialis officij pro[ſ] eo, quod antè fuit ſacratus, & eam ob rem quod Dei officium dereliquit, erit officialis prouincialis, hanc ſibi turpitudinem pro priſtino honore imponens. 5 ¶Hæc igitur omnia ſancimus in hac quidem felici ciuitate tuam cuſtodire ſanctitatem, & ſingularum eccleſiarum defenſores, & œconomos, quibus curæ erit hæc inquirere, & denunciare, & conuictos priuare datæ eis à ſanctis eccleſiis annonæ erogatione, in prouinciis autem: qui ſub tua ordinati ſunt beatitudine, Deo amantiſſ. metropolitæ: ad hæc etiam, qui illis ſubſunt, religioſiſſ. epiſcop. & eorum eccleſiec-

dici[a]

a *l. 2. ꝗ. de iure emphyt.* biennij in caſu legis 56. *in f. D. locati.*
b Interpretatio Antonij Auguſtini.
c *l. 14. ꝟ. eo. l. vl. ꝗ. de nupt.*
d De ſeruili ſilentio epiſcoporũ *v. l. 26. §. 1. ꝟ. eo.*
e Theatri ſcenæ & ſpectaculorũ vitiis, epiſcopos mederi oportet.
f Mimæ aut ſcenicę mulieres ab huiuſmodi vita poſſunt diſcedere, eóq; facto impunè nubere honeſtis viris *No. 78. c. 3. No. 117. c. 6.* & ita abrogari videtur *l. 7. inf. ꝗ. de inceſtis.*
g *l. vl. ꝗ. de nupt.*
h Interpretatio Contij.
i Puritas animi in epiſcopis requiritur.
k Munus epiſcopi precari *l. 42. ꝟ. de epiſc.* Preces epiſcopi reipublicæ vtiles.
l *No. 133. c. 5. inf.*
m ἀνεπίληπτον vt *hîc. & 1. Tim. 3. ve. 2.* ἀνέγκλητον *ad Tit. 1. verſi. 6. 7.*
n Omne animi vitium tanto cõſpecti⁹ in ſe, crimen habet quãto maior qui peccat habetur.
o Cubi teſſerę, & aleę, clericis & epiſcopis interdicũtur. *l. 17. ꝟ. de epi. l. 25. ꝟ. e. No. 123. c. 10. inf. No. Leo. 85. 87. & canon. apoſt.* Iidem ταβλίζειν. i. tabulis ludere prohibẽtur *3. ſyn. Baſil. 1. c. 19.* περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων ταβλοδόχος aleatorum ſuſceptor *v. Cui. Nou. 123.*
p Eccleſiaſticis perſonis ne dum alea licet ludere ſed nec ludentes ſpectare.
q Blaſphemię aleã conſequi ſolẽt. *l. 2. in f. l. vl. ꝗ. de aleatoribus.*
r Ludus nefari⁹, in quo & manus & oculi & aures hominum polluuntur.
ſ *de quib. v. l. 3. ꝗ. de ſpectaculis.*
t de thymelicis alibi dixi.
u multo magis eorũ in quib. homines interficiũtur. Ea omnia nõ modò ad beatã vitã nihil conferũt, ſed etiã nocẽt plurimũ *v. Lactã. 6. c. 20. v. Tert. li. de ſpectaculis Lipſiũ li. de gladiat.*
x Spectacula gẽtiliũ dęmonũ cũltus, & põpę: quo nomine deteſtãda. *Tert. ex Dauide d. l.* cõcilia impiorũ: viã peccatorũ, & cathedrã peſtiũ appellat: iis ſatisfaciens, qui negabãt nullibi in ſcriptura reperiri, Non in in circũ ibis, non in theatrũ, agonum munus nõ ſpectabis: *adde diſt. 23. c. his.*
y Epiſc. prę eunte oratione eligẽdi *act. 1 v. 24.*
z fiunt etiã ieiunia *diſt. 75.*
a *adde diſtinct. 23 c. epiſcopus.*
b ἁγιώτατα τῶν παρ᾽ ἡμῖν μυστηρίων, oleũ intelligit & vnctionẽ.
c αἰσθήσεια ſenſus.
d κυβεύειν.
e Pręteritis delictis faciliùs indulgetur, quã futuris: ſed & præteriti delicti pactio admittitur, futuri non ęquè *l. 27. §. 4. ff. de pa.*
f *Nou. 6. c. 8.*
g *adde Nou. 133. c. 6.* alij legunt ἀγρυπνίαις.
h ita vertere debuit, at non hęc relinquentes.
i .i. ſubdiaconi. nota ſubdiaconi officiũ *21. diſtin. c. cleros v. hypodiaconos: adde Duar. 1. de ſacris 14.*
k ἱερᾶς τραπέζης. huc refer viſionẽ Antonij Magni, qua Γ ἱερὰν τράπεζαν à mulis ſubuerti vidiſſe ſcribitur, teſte Sozomeno *6. hiſt. 5. in fin.*
l lectio eſt corrupta. Loquitur autem περὶ ἀναγνωστῶν de lectorib. id itaq; innuit, Lectoris officium in Eccleſiis fuiſſe & ex Bibliis ſcripturas legere, & hymnos & odas canere. Eo munere Iulianus cognomẽto Apoſtata, quondã functus eſt *Theodoret. 3. c. 2.* Et lectoris quidem videtur generalis appellatio: propriè ſumpta, pronũciatorem ſignificat. aliàs, modulatorem, qui cantor. ab eo præcentores, ſuccentores, concentores *21. diſtinct. ca. cleros verſi. lectores. & ſequent.* pòſt id munus ad ſubdiaconos tranſlatũ videtur. *7. Iſid. 14. c. cler. diſtin. 21*
m *v. l. 1. ti. 5. de calumniatorib. adde & 2. quæſt. 8.*
n Aleę particeps cenſetur, qui nedũ ludit, ſed cũ aleatorib. ſedet, qui paciſcitur, q ſponſiones facit.
o Cleric⁹ aleator põt deponi vel à Patriarcha, vel à metropolitano, vel ab epiſcopo.
p Priuatio liturgiæ, pœna Eccleſiaſtica.
q Clericus ex auctoratus, iuſta de cauſa reſtitui poteſt.
r Clerici in perpetuũ clericatu priuari poſſunt.
† id videtur abrogari *No. Leo. 7. & 8.*
ſ Mutari militia eccleſiaſtica ſeu ſacra in ciuilem poteſt.

dici[a] & œconomi[b] & ipsi ad eundem modum qui prędictus est, re vtentes, & sacram venerationem vndique irreprehésibilem & inculpabilem custodientes, conseruabunt quidé ista. vt & gloriosissimi sacrorum nostrorum prætoriorum præfecti (dicimus [c] autem orientis cum subditis gentibus eorum iurisdictioni, item Illyrici, atque etiam Afrorum præeminentes diœcesi) & parentia eis officia, & clarissimi prouinciarum præsides & ciuitatum defensores: ipsi quidem, qui maximos magistratus gerunt, indignationem nostram subuerentes: officia autem non obsecundantia ipsis, decem auri librarum expertura pœnam: pręsides verò prouinciales maiores pariter & minores, & obtemperantia ipsis officia, & insuper ciuitatum defensores quinque auri librarum pœnam metuentes: si hæc cognoscentes, non adnunciauerint & ipsi sacerdotibus: (id est, aut Deo amabil. episcopis, aut sanctiss. metropolitis, aut vniuscuiusque diœceseos sanctiss. patriarchis, secundùm suam cuique regionem, vt ipsi hæc intelligentes, secundùm quod antea definitum est, omnibus se opponant & resistant) & postquam ab eis is, qui harum rerum conuictus fuerit, depositus fuerit, non curiæ † ciuitatis aut officio eum tradi curauerit. & gloriosissimus præfectus huius felicis ciuitatis hæc custodiet, si quidem in hac peccetur regia nostra ciuitate, vnà cum obediente ipsi officio, ipse quidem indignationem nostram subueritus, ipsius autem officium decem librarum auri metuens pœnam. 6 ¶ Verùm ista quidem nos legislaitonis modo confecimus. illud verò in confesso est, quia nobis quidem consecrata sunt Deo pro sacerdotum ipsius honestate. Si verò ipsi transgressi fuerint ea, quæ sunt ordinata, & dissimulent & non vindicent, sed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cælestes[d] pœnas habebunt & illinc condemnationem, quæ illis in ipso Dei repræsentabitur tribunali, quæ indecentem dissimulationem arguet & vindicabit. Si verò & aliquis ciuilium magistratuum maiorum, aut minorũ, officialium, aut defensorum, aut, cùm hæc didicerit, non indicauerit: aut, cùm vindicare liceret, neglexerit: aut rem mercede prodiderit, sciat, quòd præter interminatas à nobis pœnas, habebit à maximo Deo nostro pœnam sequentem, & obnoxius erit execrationibus omnibus, quæ sacris continentur libris. 7 ¶ Sicut autem hæc nobis ob nihil aliud, quàm ob Domini sancita sunt cultum, sic & hoc addimus, vt inquisitiones cum summa diligentia fiant, & ne [e] quis calumniator insurgat in aliquos aut falsò accusaturus, aut falsum testimonium laturus his de rebus. sicut enim sacerdotibus si quid tale egerint tales imposuimus pœnas, ita & his, qui calumniari ipsos tentarint, ex cælo & legibus nostris pœnas imminere volumus, si, accusatione cœpta, seu adnunciatione, aut persequi noluerint, aut perseuerare in huiusmodi accusationib, non quiuerint, D. P R. N O N Nou. C P. Iustiniano PP. A. I V. & Paulino V. C. Coss. 534.

DE HAERETICIS [f] ET MANICHAEIS [g] ET SAMARITIS [h].

Tit. V.

De priuilegiis & muneribus.

1\. Imppp. *Constantin.* ||*Constantius & Constans*|| ad Dracilianum||præfect. Vrbi.||

PRIVILEGIA [i] quæ contemplatione religionis indulta sunt, catholicę tantùm legis obseruatoribus prodesse oportet. Hæreticos non solùm ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed etiam diuersis muneribus constringi & subiici [k] PP. Kal. Septemb. Generasto, Constantino A. V I I. & Constantio Coss. 326.

Auth. ex Nou. 119. c. 1.

ITem priuilegium[l] dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus à lege data, clauduntur his, quæ catholicam non participant communionem.

Vt omnes hæreses perpetuò quiescant. 1. Qui dicuntur hæretici.

2\. Imppp. *Grat. Valentin. & Theod.* AAA. ad Hesperium PF. P.

OMnes [m] vetitæ legibus diuinis & imperialibus constitutionibus hæreses perpetuò quiescant. ¶ Nemo [n] vlterius conetur, quæ repererit profana præcepta vel docere [o], vel discere. Nec antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam [p] non habent: nec ministros creare, qui non sunt. Nec per conniuentiam iudicantium, omniúmque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur, & crescat. 1 ¶ Hæreticorum [q] autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent. qui[r] vel leui argumento||à||iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Dat. I I I. Non. Augu. Mediolani, Ausonio & Olybrio Coss. 379.

De locis. 1. De Litaniis.

3\. Impp. *Arcad. & Honor.* A A. Clearcho præfecti vrbi.

CVncti[s] hæretici proculdubio nouerint omnia sibi loca adimenda[t] esse: siue sub ecclesiarum nomine teneãtur, siue diaconica[u] appellentur, vel etiam decanica[x]: siue in priuatis ædibus, vel locis huiusmodi cœtibus copiam præbere videantur: his ædibus, vel locis priuatis, ecclesię[y] catholicæ vindicandis. 1. ¶ Ad hoc interdicatur his omnibus, ad litanias [z] faciendas nocte vel [a] die prophanis coire conuentibus: statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ ||vel præsidale quinquaginta,|| si quid huiusmodi fieri vel in publico, vel in priuatis ædibus conceditur. Dat. V. Non. Martij Arcadio I I I I. & Honorio I I. AA. Conss. 396.

De legibus & moribus. 1. De publico crimine. De publicatione bonor. 2. De liberalitate & successione. 3. De donatione & contractibus. 4. De morte & memoria rei. De vltima voluntate. 6. De liberis de pœnitentia. De his qui hæreticos recipiunt. 8. De seruis hæreticorum.

4\. Iidem & *Theod.* AAA. ad Senatorem P. V.

MAnichæos [b] seu Manichæas, vel Donatistas [c] meritissima seueritate persequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune sit cũ cæteris[d]. 1 ¶ Ac primùm quidem volumus esse publicũ[e] crimé: quia quod in religionem [f] diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, quos bonorum etiam ||omnium||publicatione [g] persequimur. 2 ¶ Ipsos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate [h] & successione quolibet titulo veniente. 3 ¶ Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremò contrahendi cuiquam conuicto relinquimus facultatem. 4 ¶ In [i] mortem quoquę inquisitio [k] extendatur. Nam [l] si in criminibus maiestatis licèt memoriam accusare defuncti, non immeritò & hic debet subire||tale||iudicium. 5 ¶ Ergo & suprema illius scriptura irrita sit[m]: siue testamento, siue codicillo, siue epistola [n] siue quolibet alio genere reliquerit voluntatem, qui Manichæus fuisse conuincitur. 6 ¶ Sed nec filios hæredes eis existere, aut adire permittimus, nisi[o] à paterna prauitate discesserint. Delicti enim veniam pœnitentibus damus. 7 ¶ In[p] eos etiam auctoritatis nostræ aculei dirigãtur, qui eos domibus[q] suis damnanda prouisione defendũt. 8 ¶ Seruos insuper extra noxam esse volumus: si dominum sacrilegum euitantes, ad ecclesiam catholicam seruitio fideliore transierint. Dat. VIII. Kal. Mar. Romę, Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss. 407.

Si dominus temporalis terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate.

Noua constitutio Friderici imperatoris de statu & consuetud. §. si verò dominus. collat. x. constitutio. fin.

SI verò dominus temporalis requisitus † & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruẽt: saluo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominùs lege obseruata contra eos, qui non habent domos principales.

De credentib. receptatorib. defensorib. & fautorib. hæreticorũ.

Noua constitutio Friderici imp. de statu, & consuet. §. credentes. coll. x. const. fin.

CRedentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum damnamus, firmiter statuentes, vt: si post quàm quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere cõtempserit intra annum: ex tunc ipso iure fit infamis: nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur: neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit: eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si verò fuerit aduocatus: eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio: instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censeantur.

Ne hæretici in loco Romano conueniendi orandíve, facultatem habeant. De Manichæis pellendis, & vltimo supplicio tradendis. Confirmatio legum contra hæreticos latar. De donationibus. De vltimis voluntatibus. De ædificiis. De procuratore De auxilio ciuili, militari, curiarum, defensor. Iudicum. De militia, & variis pœnis. De beneficio aduersus leges impetrato.

a nota de episcoporũ ecclesiecdicis *adde l. 42. §. 9. s. de episcopis.*
b 1. *quæst. 3 c. saluator.*
c *v. j. de off. præf. Præt. Orientis & Illyr. & tit. de off. præf. præt. Afr.*
† *§. 4. inf. s. eo. & Nou. Le. 8. in f.*
d Solét imperatores episcopis cælestes pœnas primũ, deinde humanas proponere.
e *v. 2. quæst. 8.*
f *16. C. Theodos. 5. 5. Decr. 7. 1. sinopsis Basil. 2. l.* περὶ αἱρετικῶν *4. leg. 6. Harmen. 11. adde Nou. 45. Nouell. 109. Nouell. 132. 1. Papo. Arrest. 2. Clar. 5. sent. §. hæresis Boss. tit. 27.*
g *1. Eclog. 1. c. 25.* περὶ μανιχαίων.
h *No. 45. 129. 144.*
i *l. 1. C. Theod. de hæreticis. li. 16.* Ecclesiasticis data priuilegia, ad hęreticos non pertinẽt *No. 109. c. 1.*
k Sic alibi *No. 45.* Hæreticos odio prosequimur.
l de quo in *l. 12. j. qui potiores adde No. 109.*
m sumpta ex initio *l. 5. Co. Theod. eo. ad Hesperum.*
n sumpta ex *l. 24. C. Theod. eo. ad Rufinũ præf. præt.*
o Eadé culpa est, prohibita discere, ac docere *l. 8. j. de malefic.*
p Nemo fidé annunciare potest, quã non habet. Nemo creare episcopũ põt, qui ipse episcopus non est *16. Cod. Theod. 5. l. 22. 24.*
q lex est 28. *Cod. Theod. ad Aurel. proconś. Asiæ.*
r Hæreticus est, qui leui argumẽto à iudicio & tramite Catholicæ religionis deuiat *vt hic.* omnis non orthodoxus *v. l. 12. j. eod.* aliam definitionem *v. in No. 109 in pr. ver. hæreticos 24. quæst. 3. c. hæresis & seq.* Certè à pertinaci spiritu & opinione singulari hæretici dicũtur *v. Tertul. lib. de præsc.* His affines schismatici. inter vtrosque tamẽ aliquid interest *distinct. 3. c. inter hæresim.*
s *l. 30. C. Theod. eo. adde No. 37. & 132*
t *16. C. Theod. 5. c. 30. l. 2. s. de summa tri. l. 15. s. de epis. l. 5. j. de pagan. No. 37. §. nullꝰ No. 131. c. 14. Nou. 132.*
u *ca. 21.* Synodi Laodicenæ ἐν τῷ διακονικῷ. In decanicis habentur conuentus, & in ea etiam coniici solent, res pretiosæ *v. Cuia. ad No. 79. c. 8.*

x decanonica *l. 30. C. Theod. l. 16. tit. 5.* De decanicis v. quæ scripsi ad *No. 79. c. 3. in f.*
y fisco nostro adcorporandis. ita legitur *d. l. 30.*
z Litaniã faciẽdam *d. l. 30.* Litaniæ sunt præces, quæ vel die vel nocte fiũt. *Nou. 123. c. 32.*
a vel interdiu *d. l. 30.*
b *l. 40. C. Theod. eod.* Manichęi à Manete velut noua & inopinata prodigia in hũc mũdũ de genere Persico prodierunt *Dioclet. & Maxim. in Co. Greg.* Fulgentius 1. *ad Trasim.* Manes in Christo carnis fantasiam credere maluit, quàm naturam. de Manichęis *v. August. to. 6. Epiph. 2. to. 2. hær. 66.*
c *v. August. tom. 7. adu. Donatistas*
d etiã hæręticis.
e Maneris hęresis & Donati, publicum crimen est.
f Religioni illata iniuria, ad omnes pertinet.
g cedũt ne fisco? non cedunt, sed proximis vsque ad secundũ gradum *d. l. 40.* idẽ quoq; extare in Basilicis refert Cuiacius 12. *obs. 30.* Solos liberos postea excipi animaduerti in lege 15. j. *eod.*
h Manichæi & Donatistę, donationũ & successionum incapaces. De Donatistis vide Augustinum contra 1. epist. Parmeniani *l. 54. C. Theodos. de hæreticis.*
i i. post mortẽ 6. *Harmenop. 11.*
k Excommunicantur etiã post mortem 24. *qu. 2. c. sane.*
l Nota argumẽtum à maiestate terrena ad cælestem sumptum.
m dummodo defuerint proximi ad secũdum gradum *v. Cuiac. 12. obs. 30.*
n *l. vlt. j. familiæ.*
o & ita fortè intelligenda est lex 15. j. *eod.* Solet enim pœnitenti ignosci. j. *eod.* 24. *quæst. 3. c. si habes: l. 28. j. de appellat.*
p plenior extat hic locus. *l. 40. C Theod. eod.*
q Qui sciés Donatistam & similes domo excipit, punitur.
† Ex hac Authẽtica Fredericum imperatorẽ fuisse destructum à Papa refert Baldus hîc. vi enim huius Authenticæ, Papæ concessisse regnũ Siciliæ Carolo Andegauensi.

5. Impp.[a] *Theod.* & *Valentinianus* Cæſ. Florentio præfecto prætorio.

ARiani[b], & Macedoniani[c], Pneumatomachi[d], Apollinariani[e], Nouatiani[f], ſeu Sebatiani[g], Eunomiani[h], Tetraditæ, ſeu Teſſareſcædecaditæ[i], Valentiniani[k], Pauliani[l], Papianiſtæ, Montaniſtæ[m] ſeu Priſcillianiſtæ[n], vel Phryges[o], vel Pepuzitæ[p], Marcioniſtæ[q], Borboritæ[r], Meſſaliani[ſ], Euclitæ[t], ſiue Euthouſiaſtæ[u], Donatiſtæ[x], Audiani[y], Hydroparaſtatæ[z], Taſcodrogitæ[a], Batrachitæ[b], Hermogeniani[c], Photiniani[d], Pauliniani, Marcelliani[e], Ophitæ[f], Encratiſtæ[g], Carpocratitæ[h] Saccophori, & qui ad imam vſque celerum nequitiam peruenerunt Manichæi[i] nuſquā in Romanum[k] locum conueniendi morandíque habeant facultatem, Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & vltimo ſupplicio tradendis. quoniam his nihil relinquendū loci eſt, in quo ipſis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoque legibus quæ contra eos, cæteróſq;, qui noſtræ fidei refragantur, olim diuerſiſque tēporibus latæ ſunt: ſemper viridi obſeruātia valituris: ſiue de donationibus, in hæretic. conuenticula, (quæ ipſi audacter eccleſias nuncupare conātur) factis, ſiue ex vltima voluntate rebus qualitercunque relictis, ſiue de priuatis ædificiis, in quæ domino permittēte vel conniuente conuenerint, venerandæ nobis catholicæ eccleſiæ vindicandis: ſiue de procuratore: qui hoc neſciente domino, fecerit, decem librarum auri multam: vel exilium, ſi ſit ingenuus, ſubituro: metallum verò poſt verbera, ſi ſeruilis conditionis ſit. Ita vt nec in publicum conuenire locum, nec[l] ædificare ſibi quaſi[m] eccleſias nec ad circūſcriptionem legum quicquam meditari valeant: omni ciuili & militari, curiarum etiam, & defenſorum, & iudicum, ſub viginti librarum auri interminatione, prohibendi auxilio. Illis etiam omnibus in ſua manentibus firmitate, quæ de militia, pœniſque variis, déque diuerſis ſunt hæreticis promulgata: vt nec ſpeciale quidem beneficium aduerſus leges valeat impetratum. Dat. Conſtantinop. 3. Kalend. Iun. Felice & Tauro Conſſ. 428.

De nominib. hæretic. 1. De lib. Neſtorij. De diſputationibus. De conuenticul. ſanctio.

6. Iidem AA. ad Leontium præfectum vrbi.

DAmnato[n] portentoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutantur. ſed quemadmodū Ariani ab[o] Ario, lege diuæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis: Porphyriani à Porphyrio[p] nuncupantur: ſic vbique participes nefariæ ſectæ Neſtorij, Neſtoriani vocentur: vt cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti. 1 ¶ Nec verò impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorij aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam decretáque ſanctiſſimi cœtus antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos, habere, aut legere, aut deſcribere[q] quiſquam audeat: quos diligenti ſtudio requiri, ac publicè comburi[r] decernimus ita vt nemo in religionis diſputatione[ſ] aliquam ſupradicti nominis faciat mētionem, aut quibuſdam eorum, habendi concilij gratia, in ædibus, aut villa, aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conuenticulum clàm aut apertè præbeat quos omnes cœtus celebrandi licentia priuari ſtatuimus. Scientibus vniuerſis violatorem huius legis publicatione bonorū eſſe coercendum. Dat. 3. Kal. Aug. Conſtantino. Theodoſio XV. & Valentiniano IIII. AA. Conſſ. 435.

De muneribus.

7. Iidem AA, Florentio præfecto prætorio.

CVriales[t] omnium ciuitatum oneroſis, quin etiam militiæ, ſeu diuerſis officiis facultatum & perſonaliū munerum obligatos, ſuis ordinibus cuiuſcunque ſectæ[u] ſint, inhærere cenſemus: ne videamur hominib. execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficiū præſtitiſſe: quos volumus huius conſtitutionis auctoritate dānari. Da. Prid. Kalend. Feb. Theodoſio A. XVI. & Feſto Conſſ. 439.

De *Apollinariſtis ſeu Eutychianiſtis.*

8. Impp. *Valent. & Martianus* AA. Palladio præfecto prætorio.

QVicunque in hac ſacra[x] vrbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca diœceſi, diuerſiſq; aliis prouinciis, Eutychetis prophanam peruerſitatem ſequuntur: & ita nō credunt: vt trecenti decem & octo ſancti patres tradiderūt, catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alij venerabiles epiſcopi, qui in alma vrbe Conſtantinopolitana poſtea conuenerūt: & ſicut[y] Athanaſius, & Theophilus, & Cyrillus ſanctæ recordationis epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiam Epheſina ſynodus, (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorij error expulſus eſt) in vniuerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis ſynodus eſt ſecuta, prioribus conciliis ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo, neque adiiciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciāt ſe eſſe hæreticos ||Apollinariſtas.|| Apollinaris. n. facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus[z] mēte ſacrilega ſunt ſecuti. 1 ¶ Ideoque hi homines, qui Apollinaris vel Eutychetis peruerſitatem ſequuntur, illis pœnis, quæ diuorum retrò principum conſtitutionibus cōtra Apollinariſtas, vel ſerenitatis noſtræ poſtmodum ſanctiones cōtra Eutychianiſtas, vel hac ipſa Auguſtiſſima lege contra eoſdem decretæ ſunt nouerint ſe eſſe plectendos. 2 ¶ Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt, Eutychianiſtas: (quibus etſi eſt in appellatione diuerſitas, tamen eſt in hæreſis prauitate coniunctio: & diſpar quidem nomen, ſed idem[a] ſacrilegium) ſiue in hac alma vrbe, diuerſiſque prouinciis, ſiue in Alexandrina ciuitate, ſiue intra Ægyptiacam diœceſin ſunt: ||&|| neque ita credunt, vt prædicti venerabiles patres credebant, neque viro reuerendiſſimo Alexandrinæ vrbis antiſtiti Procerio[b] fidem orthodoxam tenenti communicant epiſcopos, & preſbyteros, alióſve clericos creare, & habere prohibemus: ſcientibus tam his Eutychianiſtis & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam epiſcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quam his, qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere: pœnam exilij cum facultatum ſuarum amiſſione ſe ſubituros. 3 ¶ Vniuerſi præterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ, non eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant: paraſynaxes[c] & conuenticula tam diurna quam nocturna non contrahant: neque ad domum vel poſſeſſiones cuiuſquam, neque ad monaſterium vel quemcunque alterum locum operaturi ſectæ funeſtiſſimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe Domino volente conſtiterit: poſt rem in examine iudicis approbatam, domū[d] vel poſſeſſionem eius in qua conuenerint, vel monaſterium, eius ciuitatis orthodoxæ eccleſiæ, in cuius territorio eſt, iubemus addici. Si verò ignorante domino, ſciēte verò eo, qui penſiones domus exigit, vel actore ||vel conductore|| prædij, paraſynaxes, & conuenticula interdicta collegerint: conductor, vel procurator, ſiue actor, vel quicumq; eos in domum vel poſſeſſionem vel monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxeis[e] conuentúſque celebrari: ſi vilis & abiectæ ſint conditionis, fuſtib.[f] publicè & in pœnam ſuam, & in aliorum coerceantur exemplū: ſi honeſtæ verò ſint perſonæ: decem libras auri, multæ nomine, fiſco noſtro cogātur inferre. 4 ¶ Nullum præterea Apollinariſtam vel Eutychianiſtam ad aliquam iubemus aſpirare militiam. Et ſi inuenti fuerint militari cingulo ſoluti, honeſtorum hominum & palatij communione priuētur. Nec in aliqua, nec in qua nati ſunt ciuitate, vel vico, aut regione verſentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati ſunt tam ſacratiſſimo comitatu, quàm omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. 5 ¶ Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publicè vel priuatim conuocādi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi[g], ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis adferendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonenſem ſynodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros[h] & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi perpetua deportatione damnentur. Eos verò, qui diſcendi[i] ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarū auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, iubemus ſubire diſpendium. Vltimo etiam ſupplicio coerceantur, qui illicita docere[k] tentauerint. Omnes verò huiuſmodi chartæ, ac libri, qui funeſtum Eutychetis ||ſcilicet|| & Apollinaris cōplexi fuerint dogma, incendio concrementur: vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, vt immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus prouinciarum, eorúmque apparitoribus, defenſoribus etiam ciuitatum: quòd, ſi ea, quæ legis huius religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari: denarum librarum auri multam fiſco ||noſtro|| inferre cogantur: inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebūt. Dat. Cōſt. Id. Aug. Conſtantino & Rufo Cōſſ. 457.

De ſepultura.

Hanc conſtitutionem edidit Cuiac. lib. 12. obſ. cap. 30. Notatur in Nomocan. t. 8. cap. 7. eſſe huius t. conſt. 8. al. 9. in qua caueatur,

vt qui

a ſumpta & interpolata hæc lex eſt ex *l. 6. ſ. C. Theod. eod.*
b de quib. vide Epiphaniū *2. to. 2. hæreſ. 69.* De Semiariis v. etiam eundem *3. tom. 1. hæreſ. 73.*
c De Macedonio vide Theodor. *2. hiſtor. 6.*
d de quibus v. Epiphanium *l. 3. tom. 1. hæreſ. 73.*
e de Apollinarianorū libris v. Euſeb. *4. hiſt.* 26.
f de Nouatianis vide Euſeb. *7. hiſtor. 7.*
g qui & Sabatiani à Sabatio Nouatianorū presbytero *Socrat. 7. hiſtor. 5. Sozom. 7. c. 18.*
h de Eunomianis vide Ruff. 1. *hiſtor. 25.* Theod. 2. *hiſtor. 29.* Sozomen. 6. *cap. 27.*
i de quibus vide Epiphan. 2. *tom.* 1 *hæreſ.* 50. 24 *quæ. 3. c. quidā §. Teſſareſcadecaitæ.*
k v. Tertul. *adu. Valent.* & de iiſdem Epiphaniū *1. tom. 2. hæreſ.* 31. quos Gnoſticos vocat.
l à Paulo Samoſateno *24. quæſt. 3. c. quidā. §. Pauliani, de quibus v. Epiphan. 2. tom. 2. hæreſ. 65.*
m à Montano *dict. c. quidam. §. Montani.* iidem Phryges, ſeu Phrygaſtæ & Cataphryges, *dict. c. quidam §. Cataphryges. v. Epiph. 2. tom. 1. hære. 48.*
n à Priſcilla, quam vt Propheteſſam iactabant, cum Maximilla *Epipha. d. loco: & hæreſ. 49.*
o *ſ.* dixi.
p à Pepuza vrbe, in qua Priſcilla *de qua ſ. dixi.* aut vt alij volunt (Quintilla) ſuas prophetias inchoauit *v. Epiph. 2. to. 1. hær. 49.*
q *d. c. quidam. §. Marcioniſtæ. adde Tertull. aduerſus Marcionem. Epip. tom. 3. hæreſ. 42.* Iidem Marcianiſtæ *in l. 65. hæreticorum 16. C. Th. ſ.*
r qui & Borboriani *16. C. Theod. l. Hæretic. 65. vel, vt alij Codices habent 56.* Coddiani, Stratiotici, Phibionitæ, Zoaclei, Barbolitæ etiam appellati ſunt. *v. Epip. 1. Tom. 2. hære. 36.*
ſ Iidem Maſſaliani. de quibus v. Epiphanium 3 *tom. 2. hæreſ.* 80. fortè legendum Meletiani. de quibus *v. Epiph. 2. tom. 2. hæreſ. 68.*
t Iidem qui & Meſſaliani, quaſi dicas precatores *vide Epiphanium dicto loco.*
u Enthyſiaſtæ *d. l. 65. C. Theod.* & malè. Entouſiaſtæ dicti, quòd ſe correptos numine fingerent *Theod. 4. hiſtor. 11.*
x *v. l. 4. ſ. eod.* qui & Donatiani *Epiphan. 2. tom. 1. hæreſ. 59. in f.*
y qui & Odiani. *Epiph. 3. tom. 1. hæreſ. 70. adde Theod. 4. hiſt.* 10.
z aquam pro vino ad communionem exhibebant, iidem Aquarij.
a qui & Taſcodrugitæ *Epip. 2. to. 1. hær. 48.* quaſi diceres Perticonaſati, aut Perticoroſtrati *ib.* Iidē, Aſcodrogitæ *in l. 18. j. eodem.*
b fortè legendū Hieracitæ de quibus vide Epiphanium *2. to. 2. hæreſ. 67.*
c *v. Tertull. adue. Hermogenem. d. c. quidam §. Hermogeniani.*
d *de quib. vide Epiphan. 3. tom. 1. hæreſ. 71.* à Photino Gallogræciæ epiſcopo *d. c. quidam §. Photiniani.*
e de Marcellianis *v. Epiphan. 3. tom. 1. hæreſ. 72.*
f de Ophitis *v. Epiphan. 1. tom. 3. hæreſ. 37.*
g qui & Encratitæ. *de quibus v. Epiphan. 1. tom. 3. hæreſ. 46. & 2. to. 1. hær. 47.*
h de quibus vide Epiphaniū 1. *tom. 2. hæreſ. 27.* malè apud Haloandrū legitur, *Apotactitæ.*
i de Manichæis vide Epiphaniū *2. tom. 2. hæreſ. 66.*
k Romano loco. Extra ſuum territorium, imperator nihil iuris habet.
l *vide Molinæum de vſuris quæſt. 20. num. 214.*
m *v. l. 8. §. 3. j. eo.*
n *l. vlt. C. Theod. eodem. adde c. fraternitatis. 4. in fi. extra de hæret.*
o Hæretici à ſuis ſectæ auctoribus denominantur: quod merito fuit conſtitutū. Nullum enim genus exortum eſt errorum, quod ita ſit repertū Chriſtianæ religioni aduerſari, vt non affectauerit atq. ambiuerit Chriſti nomine gloriari. *Auguſt. tom. 4. lib. de fide inuiſibili. adde Tertullianum c. 3. Apologetico: Eou. 109.*
p *Na. 42. c. 1. §. 2.*
q de deſcriptione *v. l. 5. §. 9. ff. de iniur.*
r *l. 8. l. 16. j. eodem l. 2. §. 2. ſ. de ſumma trinit. l. 10. ſ. de epiſcop. aud. §. 21. ſ. conſt. ad Senatum l. 4. §. 1. ff. familiæ: adde act. 19. ve. 18. Liuium 29. Paul. 5. ſent. 23 §. 12. adde eundē lib. 5. t. 2. §. vl. l. 8. j. de malefic Nou. 42. c. 1. & c. 59. Apoſtolorum.*
ſ *v. ſ. de ſum. tri.*
t ſumpta hæc lex eſt ex Nou. Theod. de Iud. Samaritanis, hæreticis & Paganis. *3. §. & quon. decet.*
u *l. 9. j. eod.* & ſuperſtitiōis. *l. 12. j. eo. l. 49. de curiō. Nou. 45. vbi v. Cuiac. ad. N. 109. c. 1.*
x i. Cōſtātinop.
y *adde l. 1. ſ. de ſumma trinit.*

z *Noue. 109.* a hoc videtur innuere, vtrumque carnis Chriſti veras proprietates ſuſtuliſſe. b Proterio. c Hæretici eccleſias nō habēt, ſed quaſi, *l. 5. in f. ſ. e.* nō *συνάξεις* ſed *παρασυνάξεις vt hic & j. eo.* non baptiſmata parabaptiſmata, *l. 14. j. e. N. 37. & 132.* exiſtimātur, ſed nō ſunt eccleſia, congregationes eorū illicitæ dicuntur. *l. 2. ſ. de ſumma trinit. adde Cuiac.* d Domus in qua cōuēticula illicita habita ſūt, monaſterio addici ſolita. e *v. ſ. e.* f hinc colligere poſſis, Hæreticos nō ſēper capitali ſupplicio affectos fuiſſe. g *v. l. 4. ſ. de ſum. tri.* h *v. l. 6. §. 1. ſ. e.* i Diſcēs illicita punitur. k Docēs illicita punitur.

vt qui inopia premuntur hæretici, ἀξιωματικὰ non accipiant à iudiciis, vel ecclesiis.

9.[a] Imp. *Martianus.*

HVmanum & pium hoc arbitrati, hæreticos permittimus[b] ſepeliri[c] legitimis ſepulchris.

D.Conſtantinop.Id. Aug.Conſtant.& Rufo Coſſ.457.[q]

Epitome ſuperioris conſtitutionis ex Nomocan.tit.12.c.2.

HAEretici legitimo modo, vt cæteri[e], ſepeliuntor.

De his, quæ in hæreticos conferuntur, de templis.

10. Imp. *Anaſtaſius* A. Erythrio PP.

SI quis orthodoxæ religionis emptione vera, vel fictitia, aut quocunque alio iure, vel titulo prædia, vel poſſeſſiones, réſque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, in [f] hæreticæ ſectæ, & contrariæ orthodoxæ fidei ſentientem quamcunque perſonam transferre voluerint: nullam huiuſmodi vel inter viuos habitam vel ſecreto iudicio compoſitam valere volumus voluntatem, etiam ſi ab orthodoxæ fidei venditore, vel quocunque modo alienatore commentitio ſub qualibet occaſione fuerint aſſignata: ſed irrita omnia huiuſmodi documenta, & tanquam nec penitus ſcripta eſſe cenſemus. Hęc enim prædia & poſſeſſiones, quæ in hæreticas perſonas quocunque modo tranſlatæ fuerint vel collatæ, fiſci noſtri iurib. decernimus vindicari. Siue enim apud dominos poſſeſſoréſve orthodoxos ea prædia maneant, ſiue ad fiſci[g] noſtri iura peruenerint: neceſſe eſt, in his eccleſias & oratoria conſtituta diligentius & ſolicitius inſtaurari. Noſtræ etenim ſerenitatis vndique ad hunc exitum prouidentia ducit, vt omnipotentis Dei templa (in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant) cultu aſſiduo per omnia ſecula redititua[h] ſeruentur. Nec enim dubitari poteſt: ſi in hæreticos tales veniant poſſeſſiones, in quibus veræ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur: omnimodo ab his deſeri, atque deſtitui, || & || omni cultu vacare: omnib. ſacris & ſolitis viduari myſteriis: omni ſplendore priuari: || nullis populorum conuentionibus, || nullis clericorum obſeruationibus celebrari: & ex hoc ſine dubio eaſdem eccleſias perire, ruere, & complanari. Nec enim de earum inſtauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant. Quæ omnia reſecantes, ad præſentē legem peruenimus. Dat. V. Id. Aug. Boetio V.C. Conſ. & Eutherico. 511.

De Manichæis ſupplicio afficiendis.

11. Græca conſtitutio Anaſtaſij, aut Iuſtiniani. eius epitome.*

VBicunque Manichæi inueniantur, capite [i] damnandi ſunt.

Alia epitome ex Eclog. Βασιλ. περὶ Μανιχαίων, *c. 25.*

MAnichæo [k] in loco Romano degere deprehenſo, caput amputator.

De Manichæis capite puniendis. De dignitatibus & militiis, De Gotthis. 1. Si parentes diuerſæ fidei & religionis ſunt.

XII.[l]

Græca conſtitutio Iuſtini[m] Auguſti. Eius epitome ex collatione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum.

MAnichæi vndique expelluntor, & capite puniuntor. Reliqui autem hæretici, (hæreticus[n] eſt omnis non orthodoxus) & Græci [ſeu pagani] & Iudæi, & Samaritæ prohibentur magiſtratum gerere, & dignitatem habere, aut ius dicere, aut defenſores [o], aut patres ciuitatum fieri, (ne habeant licentiam vexare, aut iudicare Chriſtianos, aut epiſcopos) item militare[p] quoque prohibentur, præterquā ſi ex genere cohortalinorum[q] ſunt. hi enim manent onera [r] quidem ſuſtinentes: non offendentes autem, neq; in orthodoxos quid exequentes in publicis, vel priuatis cauſis. Quid autem tentauerit quid horum facere, præterquam quòd factum pro infecto erit, dabit etiam XX. libras, & qui publicis ipſos deſcriptionibus inſerere conati fuerint, etiam XX. & præſides, quinquaginta. & omnes hę priuatis rebus inferuntur. Excipiuntur Gotthi[ſ], qui fiunt fœderati, & aliter, prout viſum imperatori fuerit, honorantur.

Alia eiuſdem pars ex Theodoro Hermopolita.

1 ¶ Parentibus [t] diuerſæ fidei exiſtentibus & religionis, illius ſententia præualeat, qui ad orthodoxam illos elegerit [u] perducere fidem. & quamuis pater ſit, qui contradicit: ne exinde ſuccenſendi materiam captans, neceſſariis eos priuet alimentis, aut aliis neceſſariis expenſis.

a Interpretatio Contij.
b *v. tamen c. 12. extra de ſepulturis.*
c ſepulturæ ius non ademptum eſt hæreticis: vt hac lege, hæreticus in familiare & gētilitium ſepulchrum inferri poteſt. Igitur ab orthodoxo inferri in id genus ſepulturę nō prohibebitur.
d Aliam ſubſcriptionem habet *Cuia. 12. obſ. 30.*
e quidam hîc addunt negatiuam ex nomocanone. *adde c. Eccleſiam de conſecratione.*
f *Nou. 131. c. 4.*
g hodie Eccleſiæ *Nou. 131. c. 14.* neque id nouum, plerunque enim nouæ conſtitutiones dāt Eccleſiæ, quod veteres fiſco. *v. Cuia. ad d. No. 131. inf.*
h rediuiua.
i *l. 12. j. eod.*
k *ſynopſis Baſil. 1. tit. 1. ex No. 4. c. 4.*
l Interpretatio Contij.
m *Nou. 109.*
n *v. l. 2. ſ. eo.*
o ἢ ἔκδικοι ἢ πατέρες πόλεων.
p *l. 18. in p. j. eo.*
q κορταλίνων.
r *v. l. 3. in fi. ff. de decur. l. 15. §. 6. D. de excuſ. tut.*
ſ quorum plerique Arriani erāt ſed & leges ciuiles exteros non tenent.
t Parens orthodoxus alteri parenti non orthodoxo præferendus.
u *l. 18. §. 2. j. eod.*

XIII.[x]

De filiis orthodoxis patrum non orthodoxorum.

Græca conſtitutio Iuſtini vel Iuſtiniani.

Eius epitome.

HÆretici patres nihil habentes legitimum, quo accuſent orthodoxos filios, coguntur præter facultates[y] ſuas etiam alimenta erogare illis, & reliqua neceſſaria, & coniungere [in matrimonium] orthodoxis. & dare dotes, & antenuptiales donationes, prouidentia præſidum & epiſcoporum. 1 ¶ Orthodoxi filij hæreticorum, qui[z] nihil deliquerunt in parentes, illibatum accipiunt & indeminutum quod eis ab inteſtato competit. & aduerſus hæc facta vltima volūtas infirmatur, conſeruatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si verò quid deliquerint in parentes, accuſantur, & puniuntur. Habent autem, & cum deliquerint, quartam facultatum ipſorum [partem], teſtamento facto. 2 ¶ Eadem & in Iudæis & Samaritis obtinent.

Quæ interdicuntur hæreticis.

XIIII.[a]

**Græca conſtitutio eiuſdem Imperatoris. * Epitome ex Græca collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum, & Nomocano. tit. 12. cap. 2.*

HÆretici ſynacteria ſeu collectas facere non poſſunt, aut paraſynaxes [b], aut ſynodos, aut ordinationes, aut baptiſmata [c], aut exarchos habere, aut paternitates ſeu abbatias, aut defenſiones inſtituere, aut curare ſeu adminiſtrare villas per ſeipſos, aut per interpoſitas perſonas, aut quid prohibitorum facere, qui tranſgreſſus hæc fuerit, vltimum [d] ſupplicium luit.

XV.[e]*

De Manichæis habentibus liberos orthodoxos

Græca conſtitutio. Epitome ex indice Baſilicorum Κατὰ στοιχεῖον.

MAnichæi [f] liberos[g] quidem habentes orthodoxos[h], in eos & ſolos ab inteſtato || tranſmittant: nulli autem alij viuentes aut morientes alienanto, [ſeu per inſtitutionē, ſeu per legatum, ſeu per donationem,] omnimodo eorum facultatibus ad fiſcalem redituris rationem.

XVI.

D*i Manichæis. 2. & eorum libris manifeſtandis.*

Græcæ conſtitutionis epitome, ex collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.

EX Manichæo factus orthodoxus, ſi inuentus fuerit ea, quæ [priſtini] erroris erant, facere, aut ſaltem vna degere duntaxat & conuerſari cum Manichæis, nec confeſtim prodiderit illa competenti iudici, vltimo [i] ſupplicio punitur. 1 ¶ Idem qui in dignitatibus & militiis ſunt, ſollicitè eos, qui in ſuo conſortio ſunt eiuſmodi, inquirant, & prodant, quia ſi comprehenſus Manichæus dixerit ſciri ſe & noſci talem à quibuſdam, congruè illi puniuntur, vt qui eadem deliquerint, tametſi non ſint tales. eadem enim delinquere videntur ſcientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifeſtum.
2 ¶ Qui habet libros Manichaicos, & non manifeſtat eos, vt comburantur [k] punitur.

De *ſynagogis. 1. Succeſſionibus, donationibus & alijs alienationibus Samaritanorum.*

17. [l] *Græcæ conſtitutionis Iuſtiniani epitome. ex eadem collectione.*

SAnctæ, & c. Samaritanorum [m] ſynagogæ deſtruuntur. &, ſi alias tentent facere, puniuntur.
1 ¶ Non † poſſunt ſucceſſores habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, præter [n] orthodoxos. neque donant, aut aliter alienant hi, qui non ſunt orthodoxi. ſed fiſcus ipſa vindicat prouidentia epiſcoporum & præſidum.

Productio ſuperioris legis de Samaritis ad alios hæreticos.

18. [o] *Græcæ conſtitutionis eiuſdem Iuſtiniani epitome ex eadem collectione.*

QVæ de Samaritis lege ſtatuta ſunt [p] circa ſynagogas, & ſucceſſiones: obtinent & in Montaniſtis[q], & Aſcodrogitis [r], & Ophitis[ſ]. Soli enim orthodoxi ſuccedunt ipſis ex teſtamento, & ab inteſtato, & legata capiunt. ceteri autem hæretici, id eſt, qui non ſunt orthodoxi, & Græci, ſeu pagani, & Samaritæ non militant[t], neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curā, neque docent, neque aduocationibus funguntur. Si verò quis ad ea obtinenda ſimulet ſe orthodoxūm, & appareat vxorem habens aut liberos hæreticos, & non adducat ipſos ad orthodoxiam, eiicitur. Si verò etiam lateat: non poteſt quid ſuarum rerum donare, aut aliter alienare hæretico: ſed hęc

x interpretatio Contij.
y Orthodoxis liberis plus præſtare coguntur hæretici patres, quàm hæreticis. *Nou. 115. c. 2.*
z *l. 4. §. 6. ſ. eod. adde l. 15. j. eod.*
a Interpretatio Contij.
b *l. 8. §. 3. ſ. eod. v. Nou. 132.*
c *Nou. 37.* Baptiſmi ius interdictum videtur hęreticis, *hac lege.*
d *l. vlt. j. eodem.*
e Interpretatio Contij.
f Synopſis Baſil. 1. *tit. 1. c.* περὶ μανιχαίων. *Eclog. 1. c. 27.*
g & ita reſtringenda eſt lex 4. §. 6. *ſ. cod.*
h *d. §. 9. & l. 13. §. 1. ſ. eod.*
i Grauior pœna contumaci hîc imponiturquàm in lege 10. *ſ. de epiſcop. audientia.*
k *v. l. 6. ſ. eodem.*
l Interpretatio Contij.
m quorum fit mentio in Nou. 129. 144. *Edictū Iuſtiniani 9. c. 2. apud Epiph. 1. tom. 1. hæreſ. 9.* Horū variæ claſſes Eſſenorum *Epiph. ibid. hær. 10.* Sebuæorum *hæreſ. 11* Gorthenorum *hæreſ. 12.* Doſithe orum *hæreſ. 13.* Doſithei meminit Tertulian. *in lib. de præſcript. circa fi.*
† Hoc abrogatur. *Nou. 129.* reuocatur per *Nou. 144.*
n *l. 15. ſ. eod.*
o Interpretatio Contij.
p *l. 17. ſ. eod. adde d. c. 2.*
q de quibus lex 5. *ſ. eod. Epiphan. 2. tom. 1. hæreſ. 48. c. quidā 24. quæſt. 3. §. Mōtani. Tert. in libro de ieiunio aduerſus Pſychicos in pr. & in libro aduerſus Praxeam.*
r qui & Taſcodrogitæ *l. 5. ſ. eo. l. 19. inf. j. eod.*
ſ *l. 5. ſ. eo. l. 19. in f. j. eod. d. quæſt. 3. § Ophitæ. de quib. v. Tertull. in lib. de præſc. circa f. Auguſtinum de hæreſibus ad Quodvultdeum: Epiph. 1. tom. 3. hæreſ. 37.*
t *l. 20. ſ. tit. prox.*

& hæreticam delatam ipsius successionem vindicat [a] fiscus. In vniuersum enim qui participes sunt militiæ, aut dignitatis, aut aduocationis, aut publicę liberalitatis aut applausus, solos orthodoxos habet successores. & res ipsorum quocumque modo ad hæreticum delata, fiscus vindicat.

1 ¶ Si alter coniugum orthodoxus sit, & alter hæreticus, oportet [b] fieri liberos eorum orthodoxos. quòd si ex his alij orthodoxi fiant, alij hæretici maneant: soli succedunt vtrique parenti, orthodoxi. Si verò omnes sint hęretici. cognati orthodoxi succedunt, aut iis non existentibus fiscus.

2 ¶ Habet [constitutio] diuersas pœnas contra neglectores, & non persequentes aut indicantes præsides & officia ciuilia, vel militaria, & episcopos, qui quidem & de neglectoribus præsidibus referunt principi. pœnæ verò fisco applicantur.

De parentibus non orthodoxis habentibus vel non habentib. liberos orthodoxos.

19. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

COgnouimus multos esse orthodoxos liberos, quibus nec pater nec mater orthodoxæ sunt religionis. Et ideò sancimus: vt non tantum in casu, vbi alter ||non|| orthodoxæ religionis est: sed etiam in his casibus, in quibus vterque parens alienæ sectæ sit, id est, pater & mater: hi tãtummodò liberi ad eorum successionem siue ex [c] testamẽto [d], siue ab intestato vocentur: & donationes seu aliæ liberalitates his accedere possint, qui [e] orthodoxorum venerabili sunt nomine decorati: cæteris liberis eorum, qui nõ Dei omnipotentis amorem, sed paternam vel maternam impiam affectionem secuti sunt, ab omni beneficio [f] repellendis. Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad [g] agnationem vel cognationem eorum (orthodoxos tamen) easdem res vel successiones peruenire. Quod si ||nec|| agnatio vel cognatio recta inueniatur, tunc easdem res fisci nostri iuribus vindicari. 1 ¶ Sed ne videamur, morientibus quidem genitoribus, liberis prouidere: viuentibus autem, nullam inferre prouidentiam: (quod etiam ex facto nobis cognitum est) necessitatem [h] imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos secundum vim [i] patrimonij alere: & omnia eis præstare, quæ ad quotidianæ vitæ conuersationem sufficiant: sed [k] & dotes [l] pro filiabus & neptibus dare, & [m] ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus perscribere, in omni casu secundum [n] vires patrimonij huiusmodi liberalitatibus æstimandis: ne propter diuini amoris electionem, paterna vel materna sint liberi prouisione defraudati. Omnibus videlicet, quæ nostræ constitutiones de pœnis Paganorum [o], & Manichæorum [p], & Borboritarum [q], & Samaritarum, Montanistarum, & Tascodrogitarum, & Ophitarum, ceterorumque hæreticorum iam constituerunt, ex hac nostra lege confirmandis, & in perpetuum valituris. Dat. Const. X. Kal. Decemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

Authentic. ex Nouell. 115. cap. 3. §. 14.

IDem est de Nestorianis & Acephalis [r]. quia si quis ex his liberos habet ecclesiæ sanctæ communicantes, his solis ex testamento vel ab intestato hæreditatem transmittere potest. Si verò permixti sunt: portio infidelium interim resideat penes orthodoxos: ipsis si conuersi fuerint, restituenda quidem, sed absque ratione fructuum & administrationis. Permanebit autem apud orthodoxos, si ipsi perseuerent in nequitia. Si autem omnes liberi peruersi sint, vocentur agnati rectæ fidei. Quibus non inuentis, si clericus fuerit, ab ecclesia intra annum admittatur. quo transacto si non fuerit clericus, succedat fiscus.

De pœnis hæreticorum. 1. De suspectis.

In Authent. de statu & consuetud. §. Gazaros. coll. 10. constit. fin.

GAzaros [s], Patarenos [t], Leonistas, Speronistas [u], Arnoldistas [x], Circumcisos, & omnes hęreticos vtriusqus sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: censentes, vt omnia bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filij [y] eorum ad successionem eorum peruenire non possint: cum longè grauius sit, æternam, quam temporalẽ offendere maiestatẽ. 1 ¶ Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad mandatum ecclesiæ iuxta considerationem suspicionis, qualitatémque personæ, propriã innocẽtiam congrua purgatione monstrauerint: tanquam infames & banniti [z] ab omnibus habeantur: ita quod si sic

a *Nouell. 144. c. 1.* b *v. l. 12. in fi. s. eod.* c Testamentũ inter liberos orthodoxos hæreticus pater facere potest. d Hæretici non succedunt patri ab intestato, vel ex testamento. e Patri hæretico, soli liberi Christiani succedunt. *l. 15. l. 18. s. eod.*
f etiam dotis. g Liberis non orthodoxis, hæreticis, adgnati orthodoxi in successione ab intestato adquirenda præferuntur: & post adgnatos fiscus.

h Hæretici parentes, liberos orthodoxos coguntur alere.
i Expensę ad instar patrimonij semper redigẽdæ.
k Videtur constare argumentum ab alimentis ad dotem.
l quarum causa semper fauorabilis.
m tales enim donationes exæquatę dotibus.
n Dotes pro ratione patrimonij paterni, filiabus constituendæ *l. 60. ff. de iure dot.*
o de quibus dicam .j. *de paganis.*
p de his omnibus dixi s. *ad l. 5. & l. 18.*
q de Borboritis. *adde l. 5. s. eo.* vbi dixi. & *l. 21. j. eod.*
r qui & Acephalitæ *c. quidã 24. quæst. 3. §. Acephalitæ: v. Rusticum Diaconum aduer. Acephalos.* Iidem Seueritæ & Iulianistæ (à Iuliano) & Contobabditæ & Angelitæ, vt ait Damascenus. Acephali dicti, quòd nullos haberent Episcopos, nullos presbyteros, nullos conuentus 18. *Nicephor. 45. 49. & lib. 17. c. 7. 8.*
s quos Grægorius Catharos appellat *c. excommunicamus 15. extra de hæreticis,* & rectè τὸ ϑ in ζ mutato. vt & D. in Z. Ziabulus pro diabolus.
t Patharenos *d. c. 15.* Alij, Patharinos: alij Patrinos. in d. cap. excommunicamus, ita legitur. Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, passaginos, Tossepinos, Arnoldistas, Speronistas.
u *d. c. 15.*
x Arnaldistas *d. c. 15.* ab Arnaldo *Sygonius 11. regni Italici: Bernard. 2. epistolar. 195. Sabellicus 9. Anead. 9.*
y etiam catholici. *vide quæ dixi ad Nouellam centesimamdecimamquintam capite tertio §. decimoquarto. Clarum 5. sententia. paragrapho hæresis. versu Et scias.*
z Banniti, exules.
a Interpretatio Contij.
b *leg. decimaquarta supra eodem.*
c *leg. decimaquinta s. de episcopis.*
d in quorum etiam errorem Tertullianus incidit. vide Vincentium Lyrinensem *aduersus prophanas nouationes.*
e *Nouella centesimaquadragesimaquarta cap. 2.*
f *vide Nouellam 45. cap. primo Synopsis Basilicon 21. titul. primo cap. quadragesimotertio 3. Harmenopul. 6.*

per annum permanserint: extunc omnes, tanquam hæreticos, condemnamus.

De his, quæ interdicuntur hæreticis.

20. Const. Græca epitome ex ead. collectione.

HÆretici [a] communicantes, aut synaxes [b] aut baptismata facientes, puniuntur, vt qui leges trãsgrediuntur: & qui domos [c] ipsis ad hoc prębent, iam sancitis pœnis subiiciuntur. 1 ¶ Soli orthodoxi intra sacra septa habentes ergasteria vtuntur priuilegiis: non item hæretici, qui nec intra sacra septa negotiantur, ne diuina audiant mysteria.
2 ¶ Montanistæ [d] verò neque commorantur cum his, qui ex his orthodoxi facti sunt: & qui dicuntur ex ipsis episcopi aut clerici, expelluntur vrbe Constantinopolitana. 3 ¶ Vetantur [e] mercari mancipia, neque erogationes percipiunt, qui ex his egentes sunt, eas, quæ dicuntur honoraria ex iudiciis vel ecclesiis. & qui tribuit eis irrationabilem præfecturam, decem librismultatur, & decem quoque libris pręsides ex negligentia, & comes priuatarum, & officiũ eorum.

De testimoniis. De hæreticis, quibus omnis legitima conuersatio interdicitur.

21. Idem A. Ioanni P.P.

QVoniã multi iudices in dirimendis litigiis nos interpellauerunt, nostro indigẽtes oraculo, vt eis referetur quid de testibus [f] hęreticis statuendum sit, vtrúmne accipiãtur eorũ testimonia, an respuãtur: sancimus, contra [g] orthodoxos quidẽ litigantes nemini hæretico: vel his etiam, qui Iudaicam [h] superstitionem colunt, esse in testimonia cõmunionem: siue vtraque pars orthodoxa sit, siue altera. Inter [i] se autem hæreticis vel Iudęis, vbi litigandum existimauerint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatorib. etiã testes introducere, exceptis scilicet his, quos vel Manichaicus furor, cuius partem & Borboritas [k] esse manifestum est, vel Pagana superstitio detinet: Samaritis nihilominùs, & qui illis non [l] absimiles sunt, Montanistis, & Tascodrogitis [m] & Ophitis: quib. pro reatus similitudine omnis legitimus [n] actus interdictus est. Sed his quidẽ, id est Manichæis, Borboritis [o], & Paganis, necnõ Samaritis, & Montanistis, & Tascodrogitis, & Ophitis omne testimoniũ, sicut & alias legitimas cõuersationes, sancimus esse interdictũ. Aliis verò hæreticis tantummodò iudicialia [p] testimonia cõtra orthodoxos secundum quod constitutũ est, volumus esse inhibita. Ceterùm testamentaria testimonia eorum, & [q] quæ in vltimis elogiis vel in contractibus consistunt, propter [r] vtilitatem necessarij vsus eis sine vlla distinctione permittimus, ne probationũ facultas angustetur. Dat. V. Kal. Aug. Cõstantino. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 530.

De testamentis militum.

22. Idem A. Ioanni P.P.

DIuinam nostram sanctionem: per quam iussimus neminem errore constrictum hæreticorum, hæreditatẽ [s] vel legatum vel fideicommissum, accipere: etiam in vltimis [t] militum voluntatibus locum habere præcipimus, siue communi iure, siue militari testentur. Dat. Kal. Septemb. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. an. secundo ||Imperij Iustiniani.|| 6. 532.

NE [u] SANCTVM BAPTISMA ITERETVR.

Tit. VI.

1. Imppp. *Valent. Valens & Grat.* AAA. ad Flauianum vicarium Africæ.

ANTISTITEM [x] qui [y] sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit [z], sacerdotio indignum esse censemus. ¶ Eorum [a] enim condemnamus errorem, qui apostolorum pręcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant [b], lauacri nomine polluentes. Dat. XVI. Kal. Nouemb. Constant. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conss. 377.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P.

SI [c] quis rebaptizare quempiam de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus: vnà cum eo, qui piaculare crimen commisit, (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic cui persuasum sit [d], supplicio percellatur. Dat. XII. Kal. Aprilis Constant. Lucio V. C. Cos. 413.

g Contra orthodoxos, hæreticus aut Iudæus testis esse non potest. excipe casus infra enumeratos.
h *vide le. 3. in fine D. de decurionibus.*
i Hæreticus (excipe hîc enumeratos) hæretico testis esse potest.
k *vide l. 5. l. 19. in fine s. eodem.* Græcis βορϐορῖται *21. Eclog. 1. cap. 43.*

l Samaritæ non absimiles paganis. *vide Nouell. 129.*
m qui & ἀσκοδρουγῖται *d. cap. 43.*
n An hîc agitur de iis actibus legitimis, quorum fit mentio in lege 77. *ff. de regulis iuris.* Hotomanus putat *32. Illust. fol. 219.* Cuiacius negat *15. obs. 16.* hísce vocabulis intelligit conuersationem forensem.
o χάριν τῶν ἀποδείξεων quo amplior sit probationum facultas *synopsis d. loco.*
p Hæreticus aduersus orthodoxum in iudicio testis esse non potest.
q Orthodoxo hæreticus testis esse potest testamentarius, & in contractibus *vi. Oldend. cap. 4. de testibus num. 17.*
r *vide l. 5. & l. 19 s. eodem.*
s Hæreticus incapax est hæreditatis, legati & fideicommissi, & consequenter donationis causa mortis, de quibus vide Cuiacium *consul. 32.*
t *v. l. 5. j. de test. militis.*
u *16. Cod. Theod. 6.*
x *lex 1. Co. Theodos. eod.* quæ est ad Iulianum proconsulem Africæ. atqui Episcopi iubentur deponi, nisi pollutum ab hæreticis rebaptizarint? *c. episcopum 45. in canonibus apost.* Pollutum intellige, non baptizatum in trinitate. Idem dicendum, si dubitatur de aliquo, sit baptizatus necne. Nam in dubio nõ prę sumitur baptizatus. *v. Alciat. 2. præsumpt. 4. cap. de quibus 2. extra de baptismo.*
y Odio contrariæ religionis id fiebat à quibusdam *c. vlt. extra de baptismo.*
z Iam lotum nõ reuocamus ad fontem. absit vt iteremus quod semel est; aut duplicemus quod vnum est, *Optat. de Donat.* nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescinditur. *August. de hæres.* In modum semel nati hominis, baptisma semel conceditur à Deo. *leg. 58. Codice Theodos. de hæreticis.*
a *l. 2. Cod. Theod. eodem.* b Qui rebaptizat, id aufert, quod geminat. *l. 5. Cod. Theod. de hæreticis.* Secundus baptismus non est purificatio, sed incestus.
c *pars legis 6. Cod. Theod. eodem.*
d in hoc casu scilicet, aliàs pecuniariter *l. vlt. j. eodem.*

3. Impp.

a Pars vltima legis 65.C.Theodoſ.de hæreticis.ſyn.Baſil.1.*tt.1.c.* *περὶ αἱρετικῶν*.
b & meritò,quod enim Chriſtiano non licet *l.1.ſ.eod.*multò minùs hæretico.
c Anabaptiſtæ teſtamenti faciendi , aut inter viuos donandi ius non habent. An idem in reliquis hæreticis? *v.l. 21.in f.ſ. de hæreticis.*
d 16. *Cod.Theodoſ.7.ſynopſis Baſilic.*60.*titul.*54.6.*Harmenopul.*11.qui ſunt *vide leg.*4.*j. eodem.*

3.Impp.*Theod & Valent.*AA.Florentio præf.præt.

NVlli[a] hæreticorum [b] danda licentia eſt vel ingenuos, vel ſeruos proprios , qui orthodoxorum ſunt initiati myſteriis,ad ſuum rurſus baptiſma deducendi , necnon illos,quos emerint , vel qualitercunque habuerint nec dum ſuæ ſuperſtitioni coniunctos , prohibendi catholicæ ſequi religionem eccleſiæ. Quod qui fecerint:vel,cùm ſit ingenuus , in ſe fieri paſſus ſit : vel factum non detulerit : exilio,ac decem librarum auri multa damnabitur: teſtamenti [c] & donationis faciendæ vtriſque deneganda licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus , vt nulli iudicum liceat delatum ad ſe crimen minori aut nulli coercitioni mandare : niſi ipſe idem pati velit , quod aliis diſſimulando conceſſerit,Dat.III.Kal.Iun.Conſtantinopoli ,Felice & Tauro Coſſ.428.

DE APOSTATIS.[d]

Tit. VII.

De publicatione bonorum.

1. Impp.*Conſtant.& Iulian.*Cæſ.ad Thalaſſium.

SI [e] quis lege venerabili conſtitutus,& ex Chriſtiano Iudæus effectus , ſacrilegis cœtibus aggregetur : cùm accuſatio fuerit approbata , facultates eiuſdem dominio fiſci [f] iubemus vindicari.Dat.V.Non.Iul.Mediol.Conſtantio A. IX.& Iulian. Cæſ. II. Coſſ.357.

De accuſatione defuncti.

2. Imppp.*Gratian.Valent.& Theod.* AAA. ad Hypatium P.P.

SI[g] quis defunctũ[h] violatæ[i] atque deſertę Chriſtianæ religionis accuſat:eúmque vel ad ſacrilegia templorum, vel ad ritus Iudaicos tranſiſſe contendit : eáque gratia teſtari[k] minimè potuiſſe confirmat , intra [l] iuge quinquennium,quod || de || inofficioſis actionibus conſtitutum eſt, proprias exigat actiones , futurique iudicij huiuſcemodi ſortiatur exordium.Dat.XII.Kal.Iun.Patauí. Merobaude II.& Saturnino Coſſ. 383.

De teſtimonio, teſtamenti factione, ſucceſſione, reſtitutione, pœnitentia.

3. Imppp.*Theod.Valent.& Arcad.*Flauiano prefecto prætorio.

HI[m]:qui ſanctam fidem prodiderunt[n],& ſanctum[o] baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt: à conſortio omnium ſegregati ſint,à teſtimoniis alieni, teſtamenti (vt antè iam ſancimus)non habeant factionem,nulli in hereditate[p] ſuccedant,à nemine ſcribantur heredes[q].Quos etiam præciperemus procul abiici , ac longiùs amandari: niſi[r] pœnæ viſum fuiſſet eſſe maioris , verſari inter homines,& hominum carere ſuffragiis.Sed nec vnquam in ſtatum priſtinum reuertantur:nec flagitium horum obliterabitur pœnitentia [f]: neque vmbra aliqua exquiſitæ defenſionis,aut muniminis obducetur.quoniã quidem eos [t], qui fidem,quam Deo dedicauerant,polluerunt , & prodentes diuinum myſterium in profana migrauerunt:tueri ea,quæ ſunt commentitia,& concinnata,non poſſunt. Lapſis etenim & errantibus ſubuenitur : perditis verò , hoc eſt ſanctum baptiſma profanantibus,nullo remedio pœnitentiæ(quę ſolet aliis criminibus adeſſe)ſuccurritur[u]. Dat.V. Id.Maij.Concordiæ,Tatiano & Symmacho Coſſ.391.

De præſcriptione temporis. De teſtamentis, donationibus, venditionibus.

4. Impp. *Theod. & Valen.* AA. Baſſo præfecto prætorio.

APoſtatarum [x] ſacrilegum nomen, ſingulorum vox continua accuſatione inceſſet,& nullis[y] finita temporibus huiuſcemodi criminis arceatur indago. Quibus quãuis præterita interdicta ſufficiant : tamen etiam illud iteramus,ne[z],poſtquam à fide deuiauerint , teſtandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec venditionis ſpecie[a] facere legi fraudem ſinantur:totúmque ab inteſtato Chriſtianitatẽ ſectantib. propinquis potiſſimũ deferatur.

e *l.7. Co.Theodoſiano* , de Iudæis, Cœlicolis & Samaritanis *li.1.* Qui ex Chriſtiano factus erit Iudæus *δημευέσθω*,proſcribitor , ſeu bona eius publicantor ſynopſis Baſilic. 60. *titul. 54. cap.* 20. 6. *Har.11.§.1.*
f Bona Apoſtatæ confiſcantur *Salicet.*
g pars vltima legis 3.Cod.Theodoſ. de apoſtatis.
h Mortuus, deſertæ religionis accuſari poteſt *l.* 4.§.4.*ſ. de hæreticis.* Quod ad inſtantiam Regis Franciæ factum fuiſſe aduerſus Bonifacium Papam,refert Clarus 5.*ſent. §. hæreſis, verſic. item de crimine.*
i Crimen violatæ aut deſertę religionis.
k Apoſtatæ non licet teſtari.
l Poſt quinquẽnium de religione defuncti non eſt quærendum. adde & ſimiles caſus *l.* 5 *j. de adult. l.13.l.5. D.de iniur.l.7.D. peculatus:tit. D. ne de ſtatu defuncti.poſt. quinquẽ.* Suetonius *in Veſpaſ.* Vetuit inter cætera quæri de cuiuſquam defunctorum ſtatu vltra certos annos.
m *l.4.C.Theodoſ. eod. 6. Harm.* 11. §.5.
n *οἱ ἀποστάντες d. c.5.*
o *ὁ προδιδοὺς ἅγιον βάπτισμα* & cæt. Qui ſanctũ baptiſma prodidit , teſtimoniũ non dicit , nec teſtamentum facit, nec alii ſuccedit , Nam eſſe apoſtata intelligitur.*ſyn. Baſil.*60. *titul.54.ca.* 21.& 22.
p *ſubaudi* ab inteſtato 6. *Harm.* 11.§.5.
q vel legatum, aut mortis cauſa donationem accipiant *Cuia.conſult.*32.
r Summum pœnæ genus,verſari inter homines & eorum ſuffragiis carere.
ſ Pœnitenti parcitur *leg. 4. §. 6. ſupr.de hæreticis. leg.4. leg. 41. Co. Theodoſ. eodem. leg. 8.circa finem, ſupr. de ſumma trinitate.*præterquam Apoſtatæ *vt hic.*

t hoc innuit , Qui fidem prodidit, tueri commentitia non poteſt : ſed quo tandem ſenſu? ſic reſtitue , eos qui f. q. D. d, p. & p. d. m. i. p. m. tueri non poſſumus.
u Quid ſi fidem hæretico dederis ? Clarus negat ei ſeruandam à priuato, 5. *ſentent. §. hæreſis. verſic. præterea.* quod certè durum. eſt enim graue fidem fallere *leg. 1. D. de pecun. conſtitut* Clarus *ibidem , & in verſic. vlterius* negat contumaci præſtari patronum aut procuratorem.
x *lex.7.Cod.Theodoſ. de apoſtatu.*
y quandiu viuunt *l.2.ſ.eod.*adde alios caſus *l.12.j.de falſis.l.13.ſ.de Silaniano:l. vlt.ff. ad l.Pompeiam:l.19. in fin.ff.de falſis.*
z 50.*Eclog.54.c.23.* a Venditionis ſpecies eſt, venditio *εἰκονικῶς εἰς ἀπάτην τοῦ νόμου* contracta *d.c.23.*

In tantum autem cõtra huiuceſmodi ſacrilegia perpetuari volumus actionem vt vniuerſis ab inteſtato venientibus, etiam[b] poſt mortem peccantis,abſolutam vocem inſinuationis congruæ non negemus.Nec id patiemur obſtare , ſi nihil in teſtationem prophano dicatur viuẽte productum. Sed ne huius interpretatio [c] criminis latiùs in incerto vagetur errore : eos præſentibus inſectamur oraculis:qui nomine Chriſtianitatis induti , ſacrificia [d] ſacrilega vel fecerint,vel facienda mandauerint:quorum etiam poſt mortem comprobata perfidia hac ratione plectenda eſt, vt donationibus teſtamentiſque reſceſſis :hi , quibus hoc deferret legitima ſucceſſio , huiuſmodi perſonarum hæreditate potiantur,Dat.VII.Id April.Rauennæ,Theodoſio XII.A. & Valentiniano A.II.Coſſ.426.

De eo, qui alium in nefandam ſectam ritúmve tranſduxit.

5. Iidem AA. Florentio PP.

EVm[e],qui ſeruum ſiue ingenuum inuitum [f] ſeu ſuaſione plectenda,ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandã ſectam [g] ritúmve tranſduxerit,cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus.Dat.Prid.Kal.Feb.Theodoſio XV.& Valentiniano IIII.AA.Coſſ.435.

De clericis vel monachis Apollinariſtis, vel Eutychianis.

6. Impp.*Valent.& Martian.*AA.Palladio præfecto prætorio.

EOs[h]:qui catholicarũ eccleſiarum clerici,vel orthodoxę fidei monachi [i], relicto vero orthodoxæ religionis cultu , Apollinaris vel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſecuti fuerint:omnibus pœnis, quæ prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtitutæ ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani Imperij ſolum repelli , ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Dat.Kal.Aug.Val.A.VII.& Auiano Coſſ.450.

NEMINI † LICERE SIGNVM [k] SALVATORIS Chriſti humi,vel in ſilice,vel in marmore,aut inſculpere,aut pingere.

Tit. VIII.

1. Impp.*Theod.& Valentin.*AA.Eudoxio P.P.

CVM ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis religionem tueri : ſignum ſaluatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo , vel in ſilice, vel in marmoribus humi [l] poſitis in ſculpere, vel pingere : ſed quodcunque reperitur tolli , grauiſſima pœna multando eo , qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerit,ſpecialiter imperamus.Dat.XII.Kal.Iun.Hierio &Ardaburio Coſſ.427.

DE IVDÆIS[m], ET COELICOLIS[n].

Tit. IX.

De legatis.

1. Imp.*Antonnin.*A.Claudio Triphonino.

QVOD Cornelia Saluia vniuerſitati [o] Iudeorũ, qui in Antiochienſium ciuitate conſtituti ſunt, legauit [p], peti non poteſt.Dat.Prid.Ka.Iul.Antonio A.IIII.& Balbino Coſſ.214.

De feſtiuitatibus.

II. Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoca.tit.7.cap.4.& Euſtathio de temporibus.

IN feſtiuitatibus aut ſabbatis ſuis Iudæi corporalia [q] munera non obeunt : neque quicquam faciunt : neque propter publicam priuatámque cauſam in ius vocantur , aut ipſi Chriſtianos in ius vocant.

De his, qui conuerſos ad Chriſtianiſmum iniuria afficiunt.

3. Imp.*Conſtantin.*A.ad Euagrium P.P.

IVdæis[r], ||& cœlicolis,||& maioribus [ſ] eorum , & patriarchis volumus intimari : quòd,ſi quis poſt hanc legem aliquem,qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultũ reſpexerit,ſatis[t],aut alio furoris genere(quod nunc fieri cognouimus) auſus fuerit attentare:mox flãmis[u] dandus eſt,

b intra quinquennium tamẽ *l.2.ſ.eod.*
c nota definitionem apoſtatæ *adde 60.Eclo. 54.6.Harmen.11.* Iidem dicuntur Magaritæ.*Cuiac. hic.*
d *Harmenop.d. loco.*
e Pars Nouellæ Theodoſij de Iudæis, Samaritanis hæreticis & paganis.3. §. his adiicimus:videtur etiam hæc lex interpolata ex *l.22.in fi. Cod. de Iudæis.*
f Nota pœnam cogentis Chriſtianum ad apoſtaſiam.
g De Iudęo mẽtem Chriſtianã corrumpente. *adde 6. Harmen.* 11.§.3.
h NouellaMartiani,quæ extat in actis concilij Calchedonẽſis.
i Nota de pœna clerici &monachi in hæreſim prolapſi.
† hic titulus nõ obſeruatur in Gallia Author *legum in Gallia abrogatarum.*
k *σταυρὸν τίμιον 1.Ecl.1.c.15.* venerabilem crucem.*l.26.ſ.de epiſcop.* Cur ſignũ dicitur ? dicam *ad Nouell. Leonis* 72.
l *vide cap. 73.Synodi in Trullo. Paulum Diaconũ in Tiberio.*
m *Synopſis Baſilic.1.tit.1.c.11:16. Cod.Theod.8.adde Nouell. 137. περὶ ἑβραίων : adde 5. decret.6.& 5.clement.3.& 5.Extr. 2.Iudæis & Saracenis:& extrauag. Ioannis de iiſdem Iudæis & Saracenis.* hic titulus abrogatur Nouella Leonis 55.
n *de quibus vide l.12.j.eod.*
o *vide Cuiacium 7.obſeruat. trigeſima.*
p Iudæorum vniuerſitati legari non poteſt.
q Iudęis erant hieri,archiſynagogi , & patres ſynagogarum, preſbyteri , patriarchæ , apoſtoli ad exigendũ aurum*l.1.l.2.* didaſcali *l. Hiereos 8. leg. decimaquarta leg. vigeſimatertia Cod. Theodoſ. de Iudæis. ἔξαρχοι* & proceres.*leg. 9.j. eod.*

r pars prior.*l.1.Cod.Theodoſ.eodem.*
ſ dabantur enim eis maiores *vide quæ notaui ad l.12.j.eodem.*
t 16.*Cod.Theodoſ.8.c.5.1.ſynopſis Baſilicon Eclog.1.cap.11.ex lib.54.cap. 29.*
u De pœna Iudæi in neophitum ſeditionem mouentis. Hic tamen notandum, neophytum non liberari Chriſtianiſſimi profeſſione à delictis anterioribus *vide Clar.5.ſentent.§.vlt.quæſt.51. verſ. vltimò quæro.*

a Synagogæ Iudæorum immunes ab hospitatura.
b adde quædam ex *l.21. in fin. j. de operib. publicis.* His addenda lex Francica *1. ca. 144.* qua cautum fuit, vt nullus presbyter annonam vel fœnum in ecclesiam mitteret. *adde Nouell. Theophil. 2.* c *lex 99. Cod. Theodos. de decurionibus lib. 12.*
d *l. 9. j. eod.* Iudæi non sunt à Curiæ muneribus immunes. Hinc collige, sectam Iudæorū non prohiberi. Circuncisio eis permittitur *l. 11. ff. de sic. Ecles. 1. c. 11. ex li. 60. tit. 39. cap. 11.* decuriones fieri possunt *l. 3. in fi. ff. de decur.* munera ciuilia obire coguntur. *l. 15 §. 6. ff. de excusat. tut.*
e *l. 2. C. Theod. de Nuptiis lib. 3. l. 5. C. Theod. ad l. Iuliā de adulterijs lib. 9.*
f etiam si publica & vulgaris sit mulier. *v. Couar. in epitome 4. decretal. 2. parte 6. §. 11. num. 3. Gomezium in c. mulieres numero 12. de Iudæis in 6.*

& cum omnibus suis participibus concremandus. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Murgillo, Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Coss. 315.

De militibus velut hospitij merito irruentibus in synagogam iudaicam.

4. Impp. *Valent. & Vales* AA. Remigio magistro offic.

IN synagogam [a] Iudaicæ legis, veluti hospitij [b] merito, irruentes milites iubeas [g] emigrare: quos priuatorū domus, non religiosarum loca habitationum meritò conuenit attingere. Dat. Prid. Non. Martis Valentiniano & Valente AA. Coss. 365.

De muneribus.

5. Imppp. *Gratianus, Valentinianus & Theod.* AAA. Hypatio PP.

IVssio [c], qua sibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas [d], rescindatur. Dat. XVIII. Kalend. Maij, Mediolani, Merobaude II. & Saturnino Coss. 383.

De nuptijs.

6. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE [e] quis Christianam mulierem [f] in [g] matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudæę Christianus coniugiū sortiatur. nam si quis aliquid huiusmodi admiserit: adulterij [h] vicem commissi huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Dat. Prid. Id. Mar. Thessalonicæ, Theodosio A. II. & Cynegio Coss. 388.

g nec Iudæus Christianam ducere: nec Christiana Iudæo nubere legitimè potest. quin, adulterij vicem id crimem obtinet. j. *eodem* Ea prohibitio locū habet in aliis etiam sectis: vt, sic catholici cū impiis connubium non obtineant. *Gen. 6. Exod. 34. Deut. 7. 3. Reg. 11. Esdr. 2. ca. 9. act. 2. c. 15. 1. Cor. 6. 28. quæst. 1. c. caue. c. non oportet v. consiliū Laodicenum c. 31. Chalcedonense c. 14. & Carthaginense ca. 21. Tertulliā. 2. ad vxor. Cyprian. 3 ad Quirinum. Augustin. 1. de adult. coniug.* Demus sponsalia etiam contracta rescindi debēt. *l. pen. in f. j. de sponsalibus.* Demus non orthodoxos inter se matrimoniū reipsa contraxisse? vtique constabit matrimonium. habent. n. [i]

Nuptiæ inter Christianos prohibitæ, etiam inter Iudæos prohibentur, ipsorum lege cessante.

7. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* AAA. Infantio comiti Orientis.

NEmo Iudæorum morem [i] suum in coniunctionibus retineat, neç iuxta legem suam [k] nuptias sortiatur. nec in diuersa [l] sub vno tempore coniugia conueniat. Dat. III. Ianuar. Theod. A. III. & Habundantio Coss. 393.

De iudicijs & arbitrijs.

8. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Eutychiano.

IVdæi [m] communi Romano iure viuentes, in his causis, quę tam ad superstitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant solemni more iudicia, omnésque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones. ¶ Si [n] qui verò ex his communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Iudæos [o] in ciuili duntaxat negotio putauerint litigandum: sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Eorum etiam sententias iudices exequantur, tanquā ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. VI. Non. Febr. Honor. A. IIII. & Eutychiano Coss. 398.

De pretio rerum venalium.

9. Iidem AA. ad Iudeos. q.

NEmo [p] exterus [q] religionis Iudæorum, Iudæis pretia statuet, cum venalia proponunt: Iustum [r] est enim sua

hæretici sua coniugia, vt & Turcæ & Ethnici. Demus alterum coniugatorū orthodoxum fieri? demus è contrario, vnum ex duobus orthodoxis in hæresim labi? vetat Paulus fidelem ab infideli discedere: si tamē discedat manere innuptū iubet. *1. Cor. 7. ver. 10. 11. 12.* Potest ergo fidelis sola thalami inspectione separari *d. ver. 11.* idque Gręgorius etiā voluit *c. vl. ext. de conuers. coniug.* Hinc constat, propter hæresim, matrimonij vinculum non separari. *v. synod. Trident. sess. pen.* Quòd cùm ita sit, abrogatur Canō 76. Synodi sextæ Constantinopol. habitę in Trullo, qui definierat huiusmodi matrimoniū ἄκυρον ἡγεῖσθαι, καὶ ἄθεσμον διαλύεσθαι, i. irritum fieri, atque illicitū dissolui. Redeamus ad thori separationē. Ea ne vltrò fieri à fideli potest? An verò iudiciū Ecclesiæ requiritur? Vrbanus negat requiri præcisè, cogi tamē eo casu mulierē reuerti ad virum pœnitentē: quę aliàs inuita nō cogeretur, si iudicio ecclesiæ diuertisset *ca. de illa 6. extra de diuortijs.* Iam demus orthodoxum cū infideli, nedum Iudęo sc. Saraceno, Pagano, & similib. sed hæretico, qui Christum inuocat, scienter contraxisse ac mox pœnitere: num audietur? alibi dicam.
h & ita capitale crimē erit. quęrit Alciat. *7. parerg. 123.* quo supplicio afficiendus sit, qui cum Iudęa rē habuerit? notat, vt adulterum puniri, si animo contrahendi matrimonii: sin minus, extraordinaria pœna, qua de re v. alia quædam apud Clarū *5. sent. §. fornic. 5. vers. cum Iudæis.* i non omnem tamen. Nā & apud eos vetitæ sunt nuptię inter ascendentes & descendentes, & inter collaterales certis gradib. morē intellige, eum qui sequitur. possis & addere ius suscitandi seminis fratri mortuo *Gen. 39. Deut. 25.* k sed iuxta leges cōmunes *synopsis Basil. 1. t. 1. ex lib. 60. t. 39. ex. c. 33. 34. 35.*
l *Nou. 89. c. 2. §. 5. 6. Harm. 4. c. περὶ τῶν ἐχόντων δύο γυναῖκας. 5. j. de donat. ante nuptias.* duæ sunt poligamiæ species. Prior, quoties duæ vno tempore habentur vxores. Altera, quoties priore mortua, altera ducitur. De priori specie hîc agitur, de qua si quæras Iure diuino num admitti debeat? Respondeo, non admitti. At, inquies, nullibi prohibitam. Dices etiam dilectæ & exosæ vxoris. *Deut. 21. ver. 15.* & plurium vxorum *2. Sam. 12. vers. 18.* mentionem fieri: Patriarchis veteris testamenti plures vxores fuisse? *Gen. 2. Paralip. 13. Iud. 8. 2. Regum 3. & 20: 3. Reg. 11.* Polygamiam in ecclesia Christiana receptam *arg. 1. Timoth. 3.* & ab Atheniensibus *15. Gell. 20.* Polygamiam non repugnare necessariis ad salutem? vsitata diuortia eius beneficio euitari? non inconueniens esse, vt vno capiti plura sint membra? Respondeo. In rebus controuersis ad initia recurrendum *Matth. 19. vers. 8.* ab initio ita non fuisse constat. notum est enim illud, Erūt duo in carne vna *Gen. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 5. Luc. 16. Nouella Leonis 30. inf.* suam quisque vxorem & proprium quæque virum habeat. *1. Cor. 7. vers. 2.* Quin si naturæ rationem quærimus, ipsa generatio nōn perficitur, nisi ex duobus: si amorem coniugalem. solidus inter duos tantùm esse potest: nec sic erit indiuidua vitæ coniunctio, si vtrique pluribus adhærere permissum est. ad hæc si cōsideramus id quod homo per se potest, vnus pluribus non ita potest sufficere: si æquitatem, plures mariti vxori permittēdi: si liberorum & familiarum certitudinem, si parentibus honorem debitum, tollendus erit maritorum aut vxorum ille numerus: si consulas iurisprudentes, eósque Ethnicos, Polygamiā non probarunt *l. 1. in fi. ff. de his qui notant.* si Imperat. iidem vetuerunt, *vt hic l. 2. j. de incestu. l. 18. j. de adulter. Nou. 18. c. 2.* Constat igitur, nec eandem duobus nuptā esse posse nec eidem licere eodem tempore duas vxores habere *§. 6. Instiut. de nupt. l. 15. §. 4. ff. de manumiss. vindicta.* vt iam duæ Iacobi vxores, gregésve concubinarum Salomonis ad Christianos non pertineant. Quid quod vxorem habenti, concubinam apud Romanos habere non licuit *l. 1. j. de concubinis. Paul. 2. sentent. 20. §. vnico.* & quod magis mirere, vnicam tantùm cōcubinam, non plures? *vide Cuia. ad Nouell. 18. c. 5. Nouell. 89. cap. 12. §. 5.*

cuique committere. Itaque rectores prouinciarum vobis nullum discussorem [s] aut moderatorem esse concedent. Quòd si quis sumere sibi curam (præter vos, procerésque [t] vestros) audeat: eum, velut aliena appetentem, supplicio coercere festinent. Dat. IIII. Kal. Mart. Const. Arcadio IIII. & Honorio III. A. Coss. 396.

De curiæ obnoxijs.

10. Iidem AA. & *Theodosius* A. Eutychiano P.P.

QVicumque [u] ex Iudæis obnoxij curiæ [x] comprobantur, curiæ mancipentur. Dat. III. Kalend. Ianuar. Theodos. A. I. & Rumoridio Coss. 403.

De solennib. De sancta cruce.

11. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P.

IVdæos [y] quosdam [z] festiuitatis suæ solemnia [a] ad pœnæ quondam recordationem [b] incendere [c], & sanctæ [d] crucis adsimulatam speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilega mente exurere, prouinciarum rectores prohibeant: néve locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus suos citra contemptum Christianę legis retineant, amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperauerint. Dat. IIII. Kal. Iun. Const. Basso & Philippo Coss. 408.

De cælicolis, & eorum ædificijs.

12. Iidem AA. Iouio P.P.

COElicolarum [e] nomen inauditum quodammodo nouum crimen superstitionis vindicauit. Hi, nisi ad Dei cultum venerationemque Christianam cònuersi fuerint, his legibus, quibus præcipimus hæreticos adstringi, se quoque nouerint adstringendos. Ædificia autem eorum, quæ nescio cuius noui dogmatis conuentus habent, ecclesiis vindicentur. Certum [f] enim est, quicquid à fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium. Dat. Kalend. April. Rauennæ, Honor. VIII. & Theod. III. AA. Coss. 409.

m *l. 10. C. Theod. de Iurisdictione & vbi quis conueniri debeat lib. 1. tit. 1.* Iudæi secundum iura communia viuant & conueniantur. *synopsis Basilicon. 1. περὶ Ἰουδαίων c. 36.*
n Iudæi, si pactione cōmuni apud Iudæos in negotio pecuniario vel ciuili litigabunt, valebit sententia, tāquam legitimi cognitoris & arbitri dati, eáque iudices exequātur. *synopsis Basilicon d. c. 36.*
o id est, Archisynagogi Iudęorum, arbitri inter suos esse possunt. huc refer *l. 7. s. de episcop. aud.* p *l. 10. Cod. da Iudæis lib. 16.*

De festiuitatibus.

13. Iidem AA. Iouio PP.

DIe [g] sabbati ac reliquis sub tempore, quo Iudæi cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri [h] debere precipimus. ita [i] tamē, vt nec illis detur licentia eodem die Christianos orthodoxos conuenire, ne Christiani fortè ex interpellatione Iudæorum ab officialibus, præfatis diebus, aliquam sustineāt molestiam. cùm fiscalibus commodis, & litigiis priuatorū constet reliquos dies posse sufficere. Dat. 8. Cal. Aug. Rauēnæ, DD. NN. Honorio 8. & Theod. Aug. 3. Coss. 409.

Ne Iudæi lædantur, & ne insolescant.

14. Iidem AA. Philippo P.P. per Illyricum.

NVllus [k] tanquam Iudæus, cum sit innocens [l] obteratur: nec expositum eum ad contumeliam religio

q Puta Christianus idémque priuatus officialis, l. nemo *16. Cod. Theod. de Iudæis. 1. Eclog. 11. c. 37.* At non Præses *infi. j. eod. l. 1. §. 11. ff. de off. præf. vrb.*
r Quisque suæ rei iustus est moderator & arbiter *l. septuagesima D. de rei vindicat. l. 21. Cod. mandati. l. 9. D. rer. amot. l. 2. D. si à parent. quis manumiss. l. 13. §. vlt. D. de iniur. l. vlt. D. de annona. l. 8. §. 3. D. de adquir. rer. dominio. §. 40. Inst. de rerum diuis.* hinc colligunt, hæredem prohiberi non posse à testatore, ne res proprias distrahat. *v. quæ notaui ad l. 55. ff. de legat. 1.*
s hinc colligere possis, Discussoris munus fuisse inter cætera, statuere rebus venalibus pretia.
t ἐξάρχους vocat autor synopseos Basilicon *1. t. 1. περὶ Ἰουδαίων c. 37.*
u *l. 165. C. Theod. de decurionibus, lib. 12.* x *l. 4. s. eodem.*
y *l. 18. Cod. Theodos. de Iudæis lib. 16.*
z quosdam *l. Iudæos Cod. Theodos. eodem.*
a solenni Aman. ita legitur in *Cod. Theod. l. Iudæos tit. de Iudæis.* de qua solennitatē *v. hist. Ester. c. 11. vers. 21. & Ioseph. 11.* b sumptæ sc. de Amano.
c puto legendum, *incedere*, vt innuat speciem quandam ambarualium.
d sensus est, Iudæi in memoriam crucifixi Amanis, annuatim crucem ligneam cōtumeliæ causa vicatim præferebant. eámque postea exurebant. Inde, quidam ex Iudæis irridendæ passionis & mortis domini occasionem arripiebant.
e pars prior legis *l. 19. Theod. de Iudæis lib. 16.* de quib. in epigraphe & *l. 3. s. eod.* quorum dogma nouum appellant imperatores in *l. omnia C. de hær.* synopsi Basilicō, li. 1. c. περὶ αἱρετικῶν eos appellat σεβομένους τὸν οὐρανὸν cœlum colentes. Sophonias reprehendit quosdam ex Iudæis, qui militiam cœli colerent: ad quos Iuuenalis videtur allusisse, Nil præter nubes & cœli numen adorant: & Petronius *in catalectis*, loquēs de Iudæo, & cœli summas aduocat auriculas. sed hi ad Christianorum hæreticos non pertinent. Augustinus *epist. 163.* refert maiorem cœlicolarum noui apud Donatistas baptismi authorem fuisse. erant enim cœlicolis maiores *arg. l. 3. s. eo. v. hic Cuiac.*
f Qui nō est mecū, cōtra me est. *Accur.* g *l. 3. C. Theod.* de feriis *li. 2. adde. No. Leo. 83.*
h Die sabbati Iudæi nec cōueniri, nec cōuenire alios possunt. *Cui. c. 3. de præs.*
i *l. 1. ff. quod quisque iuris.* k Lex 21. *C. Theod.* de Iudæis. Nemo Iudæos nihil deliquētes violet: aut synagogas eorū, aut habitacula concremet. Quod si quid deliquerint apud iudicem accusantor. Non tamen vlli Iudæo fas esto quidquam contra reuerentiam Christiani cultus insolenter admittere. synopsis Basilicon. *ibid. cap. 39. & 40.*
l Iudæi innocētes nō sunt offendēdi *adde l. 6. j. de pac. pag. 1. Ec. 1. c. περὶ Ἰουδαίων c. 31. f. 2.*

qualis-

qualiſcumque perficiat. non paſſim eorum ſynagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam ſine vlla ratione lædantur: cùm alioquin, etiam ſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibiipſi permittere valeat vltionem. Sed vt in hoc perſonis Iudæorum volumus eſſe prouiſum: ita id quoque monendum eſſe cenſemus, ne Iudæi fortitan inſoleſcant, elatíque ſui ſecuritate, quicquam præcipites in Chriſtianam reuerentiam vltionis admittant. Dat.8.Id.Aug.Conſtantinop. Honorio 9.& Theodo.5.AA.Conſſ.412.

De iudice competenti.

15. Iidem AA.Aureliano PP.

SI [a] qua [b] inter Chriſtianos & Iudæos ſit contentio: non à ſeniorib. Iudæorum, ſed ab ordinariis [c] iudicibus dirimatur. Dat.13.Kal.Nou.Hono.12.& Theod.8.AA.Coſſ.418.

De circumciſione.

16. Iidem AA.Aſclepiodoto P.P.

IVdæi & bonorum [d] proſcriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, ſi noſtræ fidei hominem circumcidiſſe [e] eos, vel circumcidendum mandaſſe conſtiterit. Dat.Prid.Kal.Febr, Theodoſ.17.& Feſto Conſſ.439.

De anniuerſario canone.

17. Impp.*Theod.& Valentin.*AA. Ioanni comiti ſacrarum largitionum.

IVdæorum [f] primates, qui in vtriuſque Paleſtinæ, ſynedriis [g] dominantur, vel in aliis prouinciis degunt, periculo ſuo anniuerſarium canonem de ſynagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigant ad eam formam, quam patriarchæ quondam coronarij [h] auri nomine poſtulabāt: & hoc, quod de Occidentalibus Patriarchis conferri conſueuerat, noſtris largitionibus inferatur. Dat.3.Kal.Iun. Conſtantinop.Florentio & Dionyſio Conſſ.429.

De Iudæo Chriſtianum ad ſuam religionem traducente.

18. Idem **Græca conſtitutio ex lib.60.Baſilic.tit.54.c.31. & Nomocanon.tit.9.c.25.*

IVdæus, qui eum, qui Iudaicæ religionis non eſſet, contraria doctrina ad ſuam religionem traducere [i] præſumpſerit, bonorum proſcriptione damnetur, miſerúmque in modum puniatur.

Eadem conſtitutio Græcè & Latinè ex Baſil.lib.60. tit. 54. cap. 31.

SI [k] Iudęus pertrahere Chriſtianum ad religionem ſuam auſus fuerit, proſcribitur, & ſanguinis pœnam ſuſtinet.

De adminiſtrationibus & dignitatibus, de ſynagogis.

19. Iidem A A. Florentio P. P.

HAc valitura in omne æuum lege ſancimus, neminem [l] Iudæorum, quibus omnes [m] adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſunt, nec defenſoris ciuitatis fungi ſaltem officio, nec patriæ [n] honorem arripere concedimus: nec adquiſiti ſibi officij auctoritate muniti, aduerſus Chriſtianos, & ipſos plerumque ſacræ religionis antiſtites, veluti inſultantes fidei noſtræ, iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem. 1 ¶ Illud etiam pari conſideratione rationis arguentes præcipimus, ne ||qua|| Iudaica|| ſynagoga in nouam [o] fabricam ſurgat: fulciendi [p] veteres permiſſa licentia, quæ ruinam minantur [q].
2 ¶ Quiſquis igitur vel infulas acceperit, quæſitis dignitatibus non potiatur: vel ||ſi|| ad officia vetita irrepſerit, ab his penitus repellatur: vel ||ſi|| ſynagogam extruxerit, compendio catholicæ eccleſiæ nouerit ſe laboraſſe. Et qui ad honores ||& dignitates|| irrepſerit, habeatur, vt antea conditionis extremæ, etſi honorariam ||illicitè|| promeruerit dignitatem. Et qui ſynagogæ fabricam cœperit, non ſtudio reparandi, cum damno [r] quinquaginta librarum ||auri fraudetur auſibus ſuis. Cernat præterea bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis deſtinandus. ||quaſi|| qui fidem alterius expugnant peruerſa doctrina. Dat.Prid.Kalend.Febr. Theodoſ.A.17.& ||Feſto|| Conſſ.439.

NE [ſ] CHRISTIANVM MANCIPIUM hæreticus, vel Iudæus, vel Paganus habeat, vel poſſideat, vel circumcidat.

TIT. X.

1. Impp.*Honor.& Theod.*AA.Monaxio P.P.

IVDAEVS [t] ſeruum Chriſtianum nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocunque titulo conſequetur. Quòd ſi aliquis Iudæorum mancipium vel Chriſtianum habuerit, vel ſectæ alterius ſeu nationis crediderit ex quacumque cauſa poſſidendum, & id circumciderit: non ſolùm mancipij damno multetur, verùm etiam capitali [u] ſententia puniatur, ipſo ſeruo pro præmio libertate donando. Dat.4.Id.April. Conſtantin.Honor.A.11.& Conſtantio V.C.2.Conſſ.417.

2. *Conſtitutionu Græcæ epitome ex lib. 60. βασιλικ. ex indice κατασειχίων. & ex collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum, & aliis auctoribus.*

GRæcus [x] ſeu Paganus & Iudæus, & Samaritanus [y], & alius hæreticus, id eſt, non exiſtens orthodoxus, non poteſt Chriſtianum mancipium habere, neque catechumenum [z] circumcidere [a]: quia & ipſum mancipium Chriſtianum ad libertatem peruenit, & qui poſſidet, dat priuatis ||largitionibus|| triginta libras.

a pars quædā legis 22.*C.Theodoſ.de Iudæis.*
b *l.22.l.78.C.Theod.eod.*
c Iudæus actor vel reus forum Chriſtiani ſortitur.*Salycet.*
d pars vltima legis 26.*C.Theodoſ.*de Iudæis.
e *l.28. C.Theo. eod. 1. Eccl. cap. περὶ Ἰουδαίων.cap. 41.42.ex lib.60. tit.39.30.*
f *l.vlt.C.Theo. eod.*
g *v.l.vlt.D.de decretu ab ordine.*
h *v.l.1.ĵ.de auro coronario.*
i *Eclog.d.loco. c.31.*
k Interpretatio Leunclaij. *v. d. c.31.*
l pars Nouellę Theodoſij, de Iudæis, Samaritanis, hæreticis, & Paganis 3.
m Iudæi arcentur ab honorib.
n nec patris honorem.*Cuia. 12.obſ.30.* vetantur enim Iudæi eſſe ἔκδικοι πόλεως ἢ πατέρες. Patres ciuitatis ſunt curatores ciuitatis. *l. 3.ĵ.de his qui ſpont. munera: vbi v.Cuiac.* Græcis etiā ἀγυνόμοι, teſte Vlpiano *in Demoſthenem.*
o Iudæi nouas ſibi ædificare ſynagogas prohibentur. *v.Cuiac. 16.obſ.3.*
p v.Caſſiodorū *in reſcripto quodam Theodorici ad Iudæos 2. lib. variar.*
q Quid ſi penitus collapſæ, an reſtaurari poſſunt? Grego. permiſit. *c. conſuluit. extra de Iudæis*, & æquo iure, reſtauratæ non nouæ, ſed eædem ędes intelliguntur, ſecus ſtricto iure. *l. 20. §. 2. D. de ſeru.vrb.*
r magiſtratus arcent quātum poſſunt homines à falſis religionibus: ſed religio imperari non poteſt, nihil ea magis eſt voluntariū. *Lactantius.*
ſ 16.*C.Theod.*7 Ne Chriſtianū mancipium Iudæus habeat. *Viglius verò in l. 1. D.ſi cert.pet.nu.* 14. ita legit, Ne Chriſtianū mācipium, hæreticum, vel Iudæum Paganus habeat, &c.
t *l.4.C.Theod. eo.lib.*16. Iudæus Chriſtianū mācipium ne habeto, nemo ſua religione docendo imbutum circumcidito. Nec item quiuis alius hęreticus mancipium Chriſtianum habeto. *ſynopſis Baſilic.*1.*tit.*1.*περὶ Ἰουδαίων.c.*50.
u nota pœnam circumcidentis Chriſtianum. *adde 6.Harmenop.*11.1.*Ecloga περὶ Ἰουδαίων.c.*41.42.
x Interpretatio Contij.
y *Nouell.*129.144.
z Catechumeni, ſunt auditores baptiſmo deſignati.
a *v.Gregor.epiſt.3.c.21.Nou.*144.*c.*2.
b 16.*C.Theod.*10.*περὶ ἑλλήνων.*1.*ſynopſis Baſilic.*1.*c.*3 *περὶ ἑλληνιζόντων.* 6.*Harmenop.*11. id eſt, de Græcis. ita dictos opinor, quòd initio naſcentis Eccleſiæ inter cæteras nationes, Græci obſtiterint Euangelio. Pagani verò quaſi in pagis viuentes, alieni à ciuitate Dei, *Optat.* Puto paganos ob contemptum vocatos fuiſſe, quaſi diuerſos à Chriſtianis Chriſto militātibus, & Chriſtinnis ignobiliores. Nā & in iure, pagani militibus opponuntur, Gentiles, Ethnicos, nationes dictos opinor, comparatione habita ad Chriſtianos, qui numero erant pauciſſimi.

DE PAGANIS [b], ET SACRIficiis, & Templis.

TIT. XI.

De templis Paganorum claudendis. 1. De ſacrificiis prohibitis. 2. Sanctio.

1. Imp. *Conſtantius* ad Taurum P.P.

PLACVIT [c] omnibus locis atque vrbibus vniuerſis claudi [d] protinus templa, & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. 1 ¶ Volumus etiam cunctos ſacrificiis [e] abſtinere. 2 ¶ Quòd ſi aliquid fortè huiuſmodi perpetrauerint, gladio [f] vltore ſternantur. facultates etiam perempti fiſco decernimus vindicari: & ſimiliter puniri [g] rectores prouinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Dat.Kalend.Decemb.Conſtantio 4.& Conſtante AA. Conſſ. 342.

De ſacrificiis prohibitis.

2. Imppp.*Theod.Grat.& Valent.*AAA.Cynegio præfecto prætorio.

NE [h] quis mortalium ita faciendi ſacrificij [i] ſumat audaciam, vt inſpectione iecoris, extorúmque [k] præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel (quod eſt deterius) futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat. Acerbioris etenim imminebit ſupplicij cruciatus ei, qui contra vetitum, præſentium vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Dat. 7. Kalend.Iun.Arcad. & Bautone Conſſ. 385.

De ſacrificiis, de public.oper.ornamentis.

3. Impp.*Arcad.& Honor.*AA.Macrobio P.P.Hiſpaniarum & Procliano vicario quinque prouinciarum.

SIcut [l] ſacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta [m] ſeruari. Ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere: ſi quod reſcriptum, ſi qua lex fortè prætenditur: abreptæ huiuſmodi chartæ ex eorum manibus, ad noſtram ſcientiam referantur. Dat.4.Kal.Feb.Rauen.Theodor.V.C.Coſ.399.

De ritibus & feſtis.

4. Iidem AA.Apollodoro proconſuli Africæ.

VT [n] profanos ritus iam ſalubri lege ſubmouimus, ita feſtos conuentus ciuium & communem omnium lętitiam non patimur ſubmoueri. Vnde abſque vllo ſacrificio [o], atque vlla ſuperſtitione damnabili, exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, miniſtrari etiam feſta conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus. Dat.13.Kal.Sept.Patauio, Theodor.V.C.Coſ.399

De veteribus templis.

5. Impp.*Honor.& Theod.*AA.populo Carthaginienſi.

OMnia [p] loca, quæ ſacris error veterum deputauit, noſtræ [q] rei iubemus ſociari. Quod autem ex eo iure vbicumque ad ſingulas quaſcumque perſonas vel præcedentium principum largitas, vel noſtra maieſtas voluit peruenire, id in eorum patrimoniis æterna [r] firmitate perduret. Ea verò quæ multiplicibus conſtitutis ad venerabilem eccleſiam volumus pertinere, Chriſtiana ſibi meritò religio vindicabit. Dat.3.Kalend.Septemb.Rauennæ, Honorio 10. & Theodoſio 6.AA.Conſſ.415.

De Iudæis vel Paganis non lædendis.

6. Iidem AA.Aſclepiodoto P.P.

c *l.4.C.Theod. eo. adde Alciat. 1.Parerg.* 13. vbi elegantem locū recitat ex Caſſiodoro.
d Conſtantinus templa Paganorum claudi iubet. 8.*Nicepho.* 18.& 25. 16.*Cod. Theod.*10.*c.*4.
e 6.*Harme.*11. *d.c.*4. *adde l.2.l.12.ĵ.eo.* vide quæ notaui de vetitis ſacrificiis *ad l. 13. D. de ſicar. adde l. vnic.ĵ.de theſau. Paul. 5. ſent.3.§.9.*
f Pœna gentiliſmi & ſacrificantium. & ita deterior conditio Paganorum quàm Iudæorū, quorum ſecta prohibita non eſt.
g Rector prouincię, negligentiæ punitur.
h *l.9.C.Theod. eo. adde Nicepho.* 18.*c.*4.
i *l.1.ŝ.eo.*
k Extiſpicina prohibita.
l *l.15.C.Theod. eod.*
m qualia ſunt in vrbibus. nam templa, quæ in agris aut abditis locis conſtituta, nulla ornamenta habebāt, Patres in concilio Africano deſtrui poſtulant. Eo munere, ſi quis vnquā ſtrenuè, B. Martinus apud Gallos functus eſt. *vide Sulpit. in eius vita.*
n *l.17.C.Theo. eod.*
o Sacrificia ſuperſtitioſa Gentilium vetita, at non voluptates, feſti conuentus, & feſta conuiuia, iis obſeruari ſolita.
p pars legis.20. *C.Theod.eo.*
q occupabantur plerunque à monachis. *l.26. ŝ.de epiſc.* Igitur ex hoc loco poſſis colligere, Templa Paganorum Principis facta fuiſſe, non eccleſiæ.
r hinc colligere poſſis, Dominium principis alienari non poſſe. apud Gallos id ita obſeruatur, & meritò. nam quæ prouinciæ à populo regi adferuntur, dotis publicæ locum obtinent, ideóque, vt mulieris dos alienari non poteſt, ita nec regis dominium. Atqui ſecundogenitis Regum liberis certæ prouinciæ adſignantur? vtique, ſed earum dominium à Corona non abſcinditur. Quemadmodum etiam poſſeſſiones quædam patrimoniales in priuatos transferuntur, accedente authoritate curiæ Pariſienſis, ſaluo tamen ſemper regis dominio. *v.Papon.5.Arreſt.*10.

a pars vltima legis 24.C. Theodos.eod. b hinc possis colligere, Gentilismum simpliciter capitalem non fuisse, sed certis casibus: v.l.1.§.2.s.eo.l.7.10.j.eo. c sub. Curiarum, de quibus dixi. l.5.j.de episcopali audientia. d synopsis Basilic. x. tit.1.περὶ θυσιῶν.c.12. e Paganorum, superstitio hic funditus tollitur, Iubentur delubra claudi. Prohibet enim honores simulachris reddi, potest templorū sertis re dimi, ignes aris accendi, thura in aris adoleri: victimas cædi: vina pateris libari, religionē vocari, eorū sacrilegiū, pœna mortis in eum qui secus fecerit indicta. f nota cultus, & simulachrorum ceremonias. g l.1.§.2.s.eo. h Fiscus bonorum principū, nedum spoliis hostium, sed gentilium sacer dotium damnis augetur. i Interpretatio Contij. k hinc illa Symmachi querela, Oro vos, iustitię sacerdotes, vt vrbis vestræ sacris reddatur priuata successio, dictent testamenta securi, & sciant sub principibus nō auaris stabile esse quod scripserint, &c. l v.l.16.in fin. D.de vsufr.leg. m exstat apud authorem synopseos. 1. tit. 1.c.περὶ ἑλλήνων. n Interpretatio Contij. o Apostatæ vltimo supplicio puniuntur. v.s. de apostatis. p Pædobaptismus hic probatur. q Baptismus gentilibus imperatur. r adde l.18.s. de hæreticis. s Pœna recusantis baptismū adde §.3. t id est, summo supplicio. l. 11.12. s. de hæreticis. ‡ s. Synopsis Basilic.5. 9.C.Theo. 45. c. eos.distin. 87.17. quæst.4.c. reum.2. Harmenop.9. hic titulus non est in vsu apud Gallos. Solēt enim delinquentes & debitores in Ecclesiis capi, salno iure redintegrandi, si rectè cōfugerint. v. Lucium 1. Placit. 2. Papon. 1. Arrest.1.n.17.18. 19.ad 24. Rebuf. in proœ. constit. glo.5.nu.40. Idē in tractatu immunitatis ecclesiasticæ tom.2.ibi differit de immunitatis etymo, causis, locis, personis, pœnis, iudice, & effectu. u Ecclesias. C. Theo.eo.Hal. x hi confugæ dicuntur.l.22.§.1.s.de epist.refug.l.6.§.1.j.eod. y v.l.5.j.eo. z l.2.C.Theod.eod. a Iudæi criminum rei, vel debitores, iure asyli non fruuntur. b An debitor in loco sacro arrestari possit. v. Pechium.c.6.de iure sistendi.nu.1.2. c Qui confugam ex ecclesia abducit, tenetur maiestatis.alii verberatus & detonsus deportatur.l.2.j.de crimine sacri legij: synopsis Basilic.5.tit.5.ex lib.60.tit.45.c.17. d l.4.C.Theod.eod. synopsis Basilic.5. tit.5.c.1.2.Harmenop.9. e obseruanda est descriptio hæc templi Constantinopolitani. f θυσιαστήριον. g καὶ τὸν ὀικτήριον ναόν. Lex Græca.5. (. Theodos. eod. aliàs τὸν οἰκτήριον νάον. v. (uiac.2.obs.29. h hoc innuit quatuor parietibus septum fuisse oratorium templi. i Nouell.17.c.7.ἐλέου ζωμόν.i.misericordiæ.quale fuit Athenis, Theoph.Instit.de iure natur.§.1.in fin.Pausani in Atticis. Alibi etiam fit mentio aræ salutis. Theodos.& Valentin. imperatores, ζωμὸν σωτηρίας καὶ ὄν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασι, ἀρχαίοτης ἀνέθηκε. huc refero illud Euripid. in Andromac. ἔξελθ' καταφυγὼν ... δρο μῶν ... βωμὸς θεῶν. Chremes apud Teretium Heautontim. act. 5. scena 2. Nec tu aram tibi. Neque precatorem parasis. De aris plura vide apud Ferrandum 2. explicat.14. k hæc particula superest. l ἐστὶ ἐν οἰκίοις ἢ κήποις ἢ αὐλαῖς ἢ λούτροις ἢ στοαῖς.vt hinc constet templi Constanti nopolitani eam fuisse faciem. Priorem altaribus & oratoriis destinatā eámque quadruplici muro distinctam à posteriore, de qua mox. Posteriorem verò occupatam cellulis siue domibus eorum qui ecclesiæ ministrabant, sed & eorum hortulis, balneis, areis & porticibus. Hanc posteriorem rursus partem fores & ianuas habuisse, quæ hic extremæ fores Ecclesiæ, & ianuæ primæ Ecclesiæ versus la ca publica dicuntur. Fuerit igitur (vt veterē illam rationem templi cum nostris cōferamus) pars illa prior ea quam nostri appellant l'Eglise & le Temple. Posterior, quā nos vocamus le Cloistre. In vtramuis partem rei cōfugerant, ad Ecclesiā confugisse diceban tur: & confugij seu asyli iure fruebantur. m supra dicti. alterius fit mentio, puta 30.passuum à foribus Ecclesiæ in canone definiuit.17.q. 4. & ibid.cap.id constituimus: domibus Episcopalibus idem concessum. n θυσιαζηνέοις μήνειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν ἢ παννυχίζειν. i. altaribus manere, vesci, cubare, vel pernoctare. Græci ita legūt in eccl. ἐσθίειν ἢ ὑπνοῦν. 6. Eclog. 5.c.11. o Arma à templis prohibentur. p sed apud episcopos deponant. Eccl.d.loco. q Pœna confugas inuadentium. r ἐλπίδος καὶ ὅρκου. s Confugæ religioni quam armis innixi.

CHristianis[a], qui verè sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, vt Iudæis, ac Paganis quietè[b] degentibus nihilque tentantibus turbulentum, legibúsque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola, quæ abstulerint, sed conuicti in duplum, quæ rapuerint, restituere compellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia, & principales[c] cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserunt, vt eos, qui fecerint, puniendos. Dat.6.Id.Iun. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.423.

De delubris, simulachris, sacrificiis & ritibus.

7. Impp. *Valentin.* & *Mart.* AA. Palladio P.P.

NEmo[d] venerandi adorandique animo delubra[e], quæ olim iam clausa sunt, reseret. Absit à seculo nostro infandis execrandísque simulachris honorem pristinum reddi, redimi[f] sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimari sacrilegiū. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostræ sanctionem, & contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentauerit: apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitimè accusetur, & conuictus proscriptionem omnium bonorum suorum & vltimum[g] supplicium subeat. Conscij criminis ac ministri sacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, sustineant: vt hac legis nostræ seueritate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quòd si vir clarissimus rector prouinciæ post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione conuictum, tantum scelus dissimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipse iudex, quinquaginta etiam officium eius confestim fisco nostro inferre cogatur. Dat. Prid. Id. Nouemb. Martia. A. & Adelphio Conss. 451.

De his quæ Paganis interdicta sunt, non pertentandis.

8. Impp. *Leo* & *Anthemius* AA. Dioscoro P.P.

NEmo ea, quæ sæpius Paganæ superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare, sciens, quod crimen publicum committit, qui hæc ausus fuerit perpetrare. Intantum autem huiusmodi facinora volumus esse resecanda, vt etiam si in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, scientibus videlicet dominis: prædium quidem vel domus sanctissimis iuribus ærarij addicentur[h]: domini verò pro hoc solo, quòd scientes consenserint sua loca talibus contaminari sceleribus, si quidem dignitate vel militia quadam decorantur, amissione militiæ vel dignitatis, necnon rerum suarum proscriptione plectentur: priuatæ verò conditionis vel plebeiæ constituti, post cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

De eo quod paganis donatur, vel relinquitur. 1. *De paganorum impietatibus puniendis.*

9. *Græcæ constitutionis epitome ex præfata collectione & Nomoca.tit.6.c.3.& tit.12.c.9.*

SI[i] quid datum fuerit aut relictum locis, aut personis, aut ad constructionem Paganici erroris: vrbs illud accipiet[k], in[l] qua personę habitant, aut sub qua loca subiacent. & expenduntur ad similitudinem imperialium redituum.

1 ¶ Paganorum autem impietates puniunt prę sides: & quę supra suam potestatem erunt, referent imperatori.

1. *De baptismo.* 4. *De sacrificiis. Ne pagani doceant. De publica annona.*

10. *Græca constitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoc.*[m] *tit.4.c.4.& tit.3.c.10.*

QVi[n] post sanctum baptismum in errore paganorum manent, vltimo[o] supplicio plectuntur. 1 ¶ Qui verò nondum sunt baptizati: ipsi cum liberis, & coniugibus, & omnibus suis perducant se ad sanctas ecclesias: & suos paruulos[p] liberos sine mora baptizari[q] curent: maiores verò priùs scripturas secundum canones doceantur. 2 ¶ Si verò propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant[r] baptizari, & liberos, aut coniuges ipsorum, aut domesticos suos in errore reliquerint, & eos, qui sibi attinent, & necessitudine iuncti sunt: publicantur[s], & competenter plectuntur, & rempublicam non attingunt. 3 ¶ Si verò non sint baptizati: nec participes erunt in vlla parte reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium vel immobilium, sed fiscus ipsas vindicabit, & congruē puniuntur, & exulabunt. 4 ¶ Si autem apparuerint sacrificantes, aut idololatrantes: vt Manichæi[t] puniuntur.

5 ¶ Non docent autem pagani qualemcunque doctrinam, neque publica fruuntur annona, nec secundum sacram quidem formam.

DE † HIS, QVI AD ECCLEsiam[u] confugiunt[x], vel ibi exclamant[y], ||& ne quis ab ecclesia extrahatur.||

TIT. XII.

De Iudæis.

1. Impp. *Arcad.* & *Honor.* AA. Archelao P. Augustali.

IVdaei[z], qui reatu aliquo vel debitis fatigati simulant se Christianæ legi velle coniungi, vt ad ecclesias confugientes euitare possint crimina[a], vel pondera debitorum, arceantur, nec antè suscipiantur, quam debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. Dat.5.Kal.Iul. Constantinop. Cæsario & Attico Conss.397.

Ne confugientes ad sacras ecclesias, inde abducantur.

2. Impp. *Honor.* & *Theod.* AA. Iouino P.P.

FIdeli deuotáque præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere[b], sub hac videlicet definitione: vt, si quisquam cōtra hanc legem venire tentauerit, sciat se maiestatis[c] crimine esse retinendum. Dat.10.Kal.April. Constant.& Const. Conss.414.

De spatio ad tuitionem confugientium concesso, & de armis.

Extat quidem hæc constitutio Græca integrior in 3. synodi actis, sed qualem Theodosius, & post eum Iust. in suum Cod. retulit, demptis videlicet procemiis & epilogis, talem ex C. Theodos. edidimus.

3. Impp. *Theodosius* & *Valentinianus* AA. Antiocho PP.

PAteant[d] summi Dei templa timentibus. nec[e] sola altaria[f] & oratorium[g] templi circumiectum, qui[h] ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita: sed vsque ad extremas fores ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram[i] salutis esse præcipimus: vt inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, ||&[k]|| ianuas primas ecclesiæ, quicquid fuerit interiacens siue[l] in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere: ne qui hoc ausus fit, cùm discrimen suum videat, ad expetendam opem ipsi quoque confugiant. Hanc autem spatij[m] latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo, & sacrosanctis altaribus[n] confugientium quemquam manè vel vespere cubare, vel pernoctare liceat: ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsos, qui confugiunt, pietatis ratione seruantibus.

1 ¶ Arma quoque, in quouis telo, ferro, vel specie, eos, qui confugiunt, minimè intra ecclesias[o] habere præcipimus: quæ non modò à summi Dei templi[p] ac diuinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. 2 ¶ Proinde ij, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum, aut ad sacrosanctum altare, siue vsquam gentium, siue in hac alma vrbe confugiunt, somnum intra templum, siue ipsum altare, vel omnino cibum capere absque aliqua eorum iniuria, ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quæ in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus capitalem[q] pœnam esse propositam, si qui eos conentur inuadere. Quibus si perfuga non aduuit, neque consentit: præferenda humanitati religio est, & diuina lex, quæ diximus turbanda temeritas. 3 ¶ Hos verò, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus. dein si telis cincti, quouis ecclesiæ loco, vel ad templi septa, vel circa, vel extra sint: statim eos, vt arma deponant, auctoritate episcopi à solis clericis seuerius conueniri præcipimus, data eis fiducia[r], quòd religionis[s] nomine meliùs, quàm armorum præsidio muniantur. Sed si ecclesiæ voce moniti, post tot tantorúmq; denunciationes noluerint arma relinquere: iam clementiæ nostræ apud Deum & episcopum causa

purgata

a Qua cautione confugæ extrahi poſſunt. b Pars legis.16. *C.Theodoſ.eod.ſynopſi Baſili.5.tit.5.c.11.ex lib.6.tit.3.c.17.§.4.l.6.§.5.j.eod.* c *v.Alciat.2.parerg.45.& Othonem Fringe.ſem.4.Chronic.* d De captura,vt fieri,cuius iuſſu,qui capi poſſunt. *v.Boſsium tit.de capt.3.Papo.2.not.7.c.Forme de proceder au criminel.Clar.1.ſent.§.vlt.q.*28.Nemo ea de re diligentius Pechio ſcripſit,quem vide paſſim *in tract.de iure ſiſtendi.*

purgata armatis, ſi ita res exegerit, intromiſſis, trahendos ſe abſtrahendóſque eſſe cognoſcant,& omnibus caſibus eſſe ſubdendos. Sed neque epiſcopo inconſulto [a],nec ſine noſtra ſiue iudicum in hac alma vrbe, vel vbicumque iuſſione,armatum quempiam ab eccleſiis abſtrahi oportebit:ne, ſi multis paſſim hoc liceat, confuſio generetur. Datum X. Kalend. April. Conſt. Antiocho V.C. Conſ. & qui fuerit nunciatus. 431.

De ſeruis.

4. Impp.*Theod.*& *Valent.*AA.Imperio P.P.

SI [b] ſeruus [c] cuiuſquam in eccleſiam altariáve armatus, nullis hoc ſuſpicantibus, inopinatus irruerit: exinde protinus abſtrahatur, vel cõtinuò domino,vel ei,vnde eum tam furioſa formido proripuit, indicetur, eíque mox abſtrahendi copia non negetur. Sed ſi armorum fiducia reſiſtendi animos inſania impellente conceperit: abripiendi [d] extrahendíque eum domino, quibus id poteſt efficere viribus,concedatur. Quòd ſi illum etiam configi in [e] concertatione pugnáque contigerit:nulla erit eius noxa,nec conflanda criminationis relinquetur occaſio, ſi is, qui ex ſtatu ſeruili in hoſtilis & homicidæ conditionem tranſiliit, ſit occiſus.Dat.5.Kal.April.Valerio & ||Ætio|| Conſſ.432.

De ſeditione,conclamationibus,tumultu,impetu,conuenticulis.

5. Imp. *Martianus* A.ad populum.

DEnunciamus vobis omnibus:vt in ſacroſanctis eccleſiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum [f] pace & quiete vota competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione:nemo conclamationibus [g] vtatur:nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula [h] collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcumque loci colligere ac celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges à quibuſdam ||ſibi|| exiſtimet perpetrari: liceat ei adire iudicem, & legitimum poſtulare præſidium.Sciant ſanè omnes: quòd ſi quis contra huius edicti normam aut agere aliquid,aut ſeditionem mouere tentauerit,vltimo ſupplicio ſubiacebit. Dat.3.Id. Iul.ipſo Martiano A.& Adelphio Conſſ.451.

Ne quis de Eccleſia pellatur, vel trahatur de rebus victualibus & veſtibus & quiete. 1. De monitione iudicis. 2. Et de eo qui latet intra fines eccleſiæ repræſentando. 4. Si monitus reſpondeat. 5. vel non. 6. De officio œconomi,vel defenſoris eccleſiæ.

6. Imp.*Leo* A.Erythrio P.P.

PRæſenti [i] lege decernimus per omnia loca valitura, (excepta hac vrbe regia: in qua nos diuinitate propria degentes,quoties vſus exegerit,inuocati,ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus)nullos penitus, cuiuſcumque [k] conditionis ſint, de ſacroſanctis eccleſiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas [l], nec [m] pro his venerabiles epiſcopos,vel religioſos œconomos exigi,quæ ab ipſis debeantur:his,qui hoc moliri,aut facere,aut nuda [n] ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali [o] & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis. Ex his ergo locis, eorúmque finibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt,nullos expelli aut eiici aliquando patimur:nec in ipſis eccleſiis reuerendis ita quemquam detineri atque conſtringi, vt ei aliquid victualium [p] rerum,aut veſtis negetur,aut [q] requies.

1 ¶ Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in eccleſia publicè,& ſe in ſacris locis offerant quærentibus conueniendos: ipſis, ſeruata locis reuerentia, iudicum, quibus ſubiacent, ſententiis moneantur,reſponſum daturi, quale ſibi quiſque perſpexerit cõuenire. 2 ¶Quòd ſi in finibus eccleſiaſticis latitant: religioſus œconomus, ſeu defenſor eccleſiæ, vel certè quem his negotiis commodiorem [r] auctoritas epiſcopalis elegerit, reconditam latentémque perſonam decenter ſine vllo incommodo monitus intra fines eccleſię,ſi inuenitur,præſentet. 3 ¶ Cùm autem monitus [ſ] fuerit in publico priuatóque contractu actione ciuili [t]: in eius ſit arbitrio [u], ſiue per ſe,ſiue (ſi magis elegerit) inſtructo ſolenniter [x] procuratore directo, in eius iudiciis, cuius pulſatur ſententiis,examine reſpondere. 4 ¶Sed ſi hoc facere detrectet,aut differat: iudiciorum legúmque ſolitus ordo ſeruetur.Itaque ſi res immobiles [y] poſſidet:poſt edictorum [z] ſolennium citationem,ex ſententia iudicantis,vſq; [a] ad modum debiti, bonorum eius ſiue prædiorum traditio ſiue venditio celebretur.Quòd ſi res mobiles habet,eáſque extra terminos occultat eccleſiæ:ſententia iudicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocumque loco occultentur,erutæ,pro æquitatis tramite,modóque debiti publicis rationibus priuatíſque proficiant. Sanè ſi intra fines habentur eccleſiæ, vel apud quemlibet ex clericis abſconditæ ſiue depoſitæ fuiſſe firmantur: ſtudio & prouidentia viri reuerendiſſimi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ diligentia inquiſitæ,hæ quolibet modo ad ſacroſanctam eccleſiam peruenientes, proferantur: vt pari æquitatis ordine, iiſdem ex bonis fiſco [b] vel reipublicæ,ſiue creditoribus, & quibuſcunque iuſtis petitoribus ad [c] modum debiti conſulatur. Sicubi depoſitæ vel commodatæ dicuntur: inquirendi talem volumus eſſe cautelam: vt, ſi ſola [d] ſuſpitione apud aliquem adſerantur abſconditæ, de ſua [e] etiam conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis antiſtitis iubeatur:adiicientes,quòd ea,quæ [f] de principalibus perſonis decreuimus ||in cauſis|| fideiuſſorum, ſiue mandatorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, & ſociorum, ſeu participum, & omnino in iiſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſeruari: ſcilicet ſi ipſos quoque ſecum confugæ intra eccleſiarum terminos habere voluerint: vt eorum quoque bonis publica [g] debita priuatáque ſoluantur:& per eos rerum, vbicunque depoſitæ ſunt, procedat inquiſitio. Et hæc quidem de ingenuis liberíſq; perſonis. 5 ¶ Sanè ſi ſeruus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris [h], ſiue libertus,& huiuſmodi aliqua perſona domeſtica [i], vel conditioni ſubdita,conquaſſatis [k] rebus certis atque ſubtractis,aut ſeipſum furatus [l], ad ſacroſancta ſe loca contulerit:ſtatim à religioſis œconomis ſiue defenſoribus,vbi primùm hoc ſcire potuerint, per eos videlicet,ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus, pro eccleſiaſtica diſciplina & qualitate commiſſi aut vltione competenti, aut interceſſione humaniſſima procedente remiſſione veniæ [m], & ſacramenti [n] interuentione ſecuri ad locum ſtatúmque proprium reuertantur:rebus,quas ſecum habuerint,reformandis [o].diutiùs enim eos in eccleſiis non conuenit morari: ne patronis ſeu dominis per ipſorum abſentiã obſequia iuſta denegentur,& ipſi per [p] incommodum eccleſiæ egentium & pauperum [q] alantur expenſis. 6 ¶ Inter hæc autem quæ ſedulò ad religioſi œconomi ſiue defenſoris eccleſiæ ſolicitudinem curámque reſpiciunt, erit etiam illud obſeruandum, vt ſingulorum intra eccleſias confugiẽtium perſonas [r],cauſáſque inceſſanter conquirant:deinde iudices, vel eos, ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſtantius inſtruant, & æquitati conuenientia diligentius exequantur. Dat.prid.Kal.Mar.Leone A.III.Coſſ.466.

De magiſtratibus adeundis, & eccleſiis non turbandis. De Imperatore per Archiepiſcopum inſtruendo.

7. *Græcæ conſtitutionis epitome ex Græca collectione eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

QVi [ſ] habet actionem aut controuerſiam cum aliquo, ne turbet [t] eccleſias per ſe aut alium,ſed adeat magiſtratus. Si verò imperatore in criminibus opus habeat: per archiepiſcopum, ipſum inſtruat. Aduerſus hæc faciens caſtigatur.

De exclamatione. 1. De eo qui propter potentem perſonam ad eccleſiam confugit.

8. *Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione.*

QVi [u], imperatore ad magnam eccleſiam in feſto procedente,exclamatione [x] vſus fuerit:excidet re ſperata, & per præfectũ eiectus caſtigabitur. 1 ¶Qui verò propter potentẽ perſonam ad eccleſiã confugit: doceat imperatoriam maieſtatem per archiepiſcopũ & eccleſiæ defenſores.

e Qui alicuius corporaliter prę hendendi iuſtã cauſam habuit, ſi aduerſarium reluctantem ac pugnantem in concertatione interfecerit,impunè ei erit. *vt hic. arg. l.29.§. pen. D.ad l.Aquil. l.vlt.j.quando liceat vnicuique ſe ſine iudice.Marſil.l.1.D. de ſicar.num.*62. Idque ita obſeruari refert *Clar.5.ſenten.§.vlt.in pr.*addit tamen, apparitori iudicis id non permitti, ſi aliàs reũ potuit præhendere. Quin, reum impunè eis obſiſtere poſſe,diploma præhenſionis permiſſæ, aut officij ſui inſignia non oſtentantibus. Addit etiã iudici reſiſti poſſe, quoties ad inſtar priuati procedit.*l.170 D.de reg.iur.* f *Nou.*123.*c.*31. g Exclamare in eccleſiis non licet. *l.vlt.j.eod. adde epigraphen tituli*, id enim ad earum venerationẽ pertinet. *adde quæ ſcripſi ad Feſtum in peſcito linguã. adde Ambroſium.3.de velandis virginib. Collectanea Benedicti Leuite 6. c.173.& 193. Arrianum. 4. Epictet.3.* h Cuiacius legit,*conuenticulas* in lege, Hac edictali,*de Feudis 2.tit.*53.Conuenticulæ cœtus illiciti. Conuenticula prohibentur. *v.l.2.D.de colleg.l.15.ſ.de ſacroſ.eccleſ.* i *v.Iaſ.in l.vinum.num.6.D.ſi certum. Boer.deciſ.*109. *Guidon. Pap.q.121. Alciat.3.præſumpt.33. Corraſ.5.Miſcellan.*23. k etiam publici debitoris. *v.§.4.j.eo.* l Cõfugæ ſunt, qui ad eccleſias confugiunt.*l.22 §.1.ſ.de epiſc.* m Videbatur enim æquum, locum dari clarigationi & repreſſaliis. n Nuda cogitatio,nudúſque tractatus interdum punitur. *v.quæ notaui ad l.18.D.de pœnis.*quod in Gallia præciſè locum non habet, vt ſcripſi *ad l.5.ſ.de epiſc.* o Eccleſiæ immunitatem violans,iure ciuili ſummo ſupplicio punitur,*vt hic.* Iure canonico,pœna arbitraria.*c.non minus.c.aduerſus.de immunitate eccleſiarum.* p Victus verbo quid contineatur. *v.quæ notaui ad l.43.D.de verbor.ſignific.adde Michaelem Graſſum lib.ſent.§ legatum,quæſt.*22. vbi inter cætera de alimentis hoc tradit ex communi opinione,Pharmaca alimentorum vocabulo comprehendi:alimentorum legatarium non cogi ad habitandum cum herede: non teneri eidem obſequiũ domeſticum præſtare. q hoc verbo tectum intelligunt. His enim tribus vita ſuſtinetur,victu,veſtitu,& tecto. r Quò commodiùs actus exerceri poteſt, eò melius. ſ id eſt, citatus in ciuili iudicio.Citari ceu vocari in eccleſia quis poteſt, at non extrahi aut rapi.Vis aſyli hæc eſt,vt inde inuiti non extrahantur,Sic inuitus nemo domo extrahitur. *l.28.D.de in ius.*Si tamen aditus ſpectatur, aut ex publico conſpicitur,in ius vocari poteſt.*l.19.d.titul.* t in criminali ſecus.*l.pen.§.vlt.D.de pub. iud.* u *v.l.vlt.j.de procuratoribus.* x de hac ſolennitate.*v.Inſt.de ſatiſdat.* y Diſcuſſis primò mobilibus. *l.15.§.2. D.de re iudic.* qui tamen ordo apud Gallos non ſeruatur,apud quos creditor ab immobilibus inchoare poteſt ex ſtatuto Curiæ, & edicto regis Franciſci I.anno 1539.*v.Guid.Pap.deciſ.*281.niſi agatur de rebus minorum.adeò vt omiſſa illa diſcuſſione, prædium minoris plurimo licitanti ex ſolemnibus programmatis addictum,ſenatuſconſulto ſit ablatum,*Lucius 7.Placit.2.nu.3.* z plura enim requiruntur.*v.l.68.D.de iudiciis.adde Cuiac.20.obſeru.11.*

a Olim,fiebat miſſio in vniuerſa bona: hodie,pro rata debiti. *Nou.53.c.4. in fin.* b *v.tamen Nouell.17.c.7.§.1.* Edictum Iuſtiniani *13.c.vlt.§.3.* c eſt enim iniquum alterius incommodo & iactura quem locupletari. d Sola ſuſpitio contrectationis rei alienæ,ſufficiẽs eſſe poteſt, vt quis cogatur iurare. e De ſua quiſque conſcientia iurare, iuſta de cauſa, cogi poteſt. *l.6.j.de procur. l.3.j.de reb. credit.l.21.verſic. ſin autem dicatur.j.de fund.inſtruct.l.26.in fin. j.de vſur.l.vlt.§.10.j.de iur. delib. l.vlt.in fin.j.de bon.auth.l.4.§.3. D.de edend.* f Si perſonæ extraneæ reo principali cogũtur iurare,multò magis rei fideiuſſor, mandator, familiaris, ſocius, eiúſque particeps. g Non tantùm priuatus, ſed publicus debitor iure Aſyli frui poteſt(& ita ius illud ad cuiuſcunque conditionis homines pertinet.*in pr.ſ.eod.*)nec eorum nomine epiſcopi conuenientur.*§.eod.*qua in re allegatur lex 1.*C.Theod.eo.* In cauſa tamen tributorum aliud omnino eſt,nec ſeruatur ius Aſyli. Tenetur etiam œconomus & epiſcopus, ſi confugas non exhibuerit. *Nouell.17.& edicto Iuſtin.10.cap.1.& edict.13.* In criminalibus cauſis non ſeruatur ius aſyli. *d.Nou.17.37.117.c.vlt.*Imò ex altari extrahi poſſunt.*Conſtantin.in Nouell.* περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους. Erant aſyla apud Iudæos,ſed iis tantùm proderant, qui nolẽtes ſanguinem effuderant. *Exod.21. Numer.35.Deuter.4.& 19.Ioſ.20.3.Reg.1.2.*

h *l.20.j.qui accuſare.l.25.§.2.D.de ædilit.l.1.§.18.D.de vi & vi armata.* id eſt, ſeruus. Hi enim antiquitus familiares:vt domini ipſi, patresfamilias *Seneca 6.epiſt.47. Macrob.1.Saturnal.*11.id eſt, ſuſcepi, *Petrus Pith.in notis Moſaic.c.9.*de ſuſceptis alibi dixi. i Perſonæ domeſticæ cenſentur ſerui, coloni, adſcriptitij, familiares, liberti. qui domeſtici. *v.l.24.D.de teſtib.l.11.§.1.D.de pœnis.l.3.j.de teſtib.* k conuaſatis. *Contius in editione Pariſienſi.* Fures inſignes non fruuntur iure aſyli. & ita intellige c. reum.*17.q.4.*Sanè quoque interpretari oportet capitulum inter alias. 6 *extra de immun.eccl.*quo ex Eccleſia prohibetur extrahi liber reus, quantacunque grauia maleficia perpetrauerit. Paulò poſt enim Innocentius excipit publicos latrones, nocturnos agrorum populatores. l i.fugitiuus.*l.1.j.de fugitiuis.* m *v.quæ notaui ad Nouell.117.c.14.123.c.35.5.c.2.* n Clerici interdum iurare coguntur. o reſtituendis. p hic locus oſtendit,Confugas expenſis eccleſiæ alendos. q Bona eccleſiæ,bona pauperum,*l.2.ſ.de epiſc.* r Ius enim variatur pro ratione circumſtantiarum. *v.l.16.§.1.D.de pœnis.* ſ Interpretatio Contij. t *v.l.5.ſ.eod.* u Interpretatio Contij. x *v.l.5.ſ.eod.*

a De manumissionibus in ecclesia. *C.Theod.lib.4.tit.7. adde Vlp.l.1.§.8.l.1.in fi.l 2.j. comm. de manumiss.l.Gaium.1.§.2.Concilium Africanum.* 1. *Theophil.Instit. de libertinu.* 1.*Harmenop.*18.§.9. b 4.*C.Theodos.*7. c hoc tamen genus manumissionis tribuitur Constantino.1.*hist.tripar.*9.7.*Nicepho.*16. d Ciuitas Romana non nisi solennibus decursis conferebatur, vel in comitiis Romanis, vel in templo Feroniæ Deæ, in quo serui, capite raso, pileum libertatis insigne accipiebant. *Liuius* 2.*Plutarch.in Publicola*, *Caius* 2. *Instit.* Id autem valde molestũ erat. 1.*Herm.*9. e & antistitis. *l.vnic. C. Theod. eo.* Hinc cõstat, genus hoc manumissionis successisse in locũ eius, quæ per censum fiebat. *adde l.2.j.eo.* §.1. *Inst.de libert.adde Vlpian.*1.§.8. f sensus est, Plena & iusta libertas in ecclesiis conferri potest, teste populo & signatore episc. De seruorum in ecclesia manumissione. *v.Forn.*1.*sel.*4. g *l.1.C.Theod. eod.* h Quo iure olim ciuitas Romana, certis solennitatibus decursis deferebatur, eodem hodie deferri potest in ecclesia. i Clerici seruos habere possunt, nec enim pugnat cum libertate Christiana, quæ est spiritus, seruitus corporalis. *v. epist.ad Philemonem.* k Clericorum serui, quibuscunque verbis, quacunque scriptura, quocunque loco, etiam absente episcopo, ciues fieri possunt. l 1. *D.*3.1.*Cod. Theod.*1. 1.*Harmenop.*1. m 1.*D.*4. περὶ διατάξεων. 2. *Eclog.* 5. adde de nouis constitutionibus. *Nouel.* 66. Constitutionum vocabulo intellige rescripta, subscriptiones, adnotationes pragmaticas, decreta, mãdata, interlocutiones, edicta.

DE[a] HIS QVI IN ECCLESIIS[b] manumittuntur.

TIT. XIII.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Protogenem episcopum.

IAMDVDVM[c] placuit, vt in ecclesia[d] catholica libertatem domini suis famulis præstare possint, si sub aspectu plebis[e], adsistentibus Christianorum antistitibus, id faciant: vt[f] propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscumque scriptura, in qua ipsi vice testium signent. Vnde à vobis quoque ipsis non immerito dandæ & relinquendæ sunt libertates, quo quisque vestrum pacto voluerit, dummodò vestræ voluntatis euidens appareat testimonium. Dat.6.Id.Iun.Sabino & Rufino Consf.316.

2. Idem A. Osio.

QVi[g] religiosa mente in ecclesiæ gremio seruis suis meritam concesserint libertatem, eandem eo[h] iure donasse videantur, quo ciuitas Romana solemnitatibus decursis dari consueuit. Sed hoc duntaxat his, qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, vt, cùm suis[i] famulis tribuunt libertatem, non solùm in conspectu ecclesiæ ac religiosi populi plenum fructũ libertatis concessisse dicantur, verùm etiam cùm postremo iudicio dederint libertates, seu quibuslibet[k] verbis dari præceperint: ita vt ex die publicatæ voluntatis sine aliquo iuris teste, vel interprete cõpetat directa libertas. Dat.Kal.Maij, Crispo II. & Constantino II. Consf.321.

DE LEGIBVS[l], ET CONSTItutionibus[m] principum[n], & edictis.

TIT. XIIII.

De interpretatione inter æquitatem & ius.

1. Imp. *Constantinus* A. Basso præfecto vrbi.

INTER[o] æquitatem iúsque[p] interpositam interpretationem nobis solis[q] & oportet & licet inspicere. Dat.3. Non.Decembr.Sabino & Rufino Consf.316.

De priuilegiis.

2. Impp. *Theod.* & *Valent.* Cæsar ad Senatum.

QVAE ex[r] relationibus[s] vel suggestionibus iudicantium, vel consultatione in commune florentissimorum sacri nostri palatij procerum auditorium introducto negotio statuimus, vel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ, vel ciuitati vel curiæ donauimus: nec[t] generalia iura sint, sed leges[u] faciant his[x] duntaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata: nec ab aliquo retractentur[y]: notam infamiæ subituro eo, qui vel astutè[z] ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per surreptionem[a] eliciti. & iudice, si dissimulauerit, vel vlterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiserit, & sub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit[b], triginta librarum auri condemnatione plectendo. Dat.8.Id.Nouemb.Theodosio A.XI. & Valentiniano Cæsare Consf.425.

n de constitutionibus Pontificum, *v.*1.*decret.*2.1.*sext.*2.*dist.*15.de Apostolotum canonibus.*dist.*16.De generalibus conciliis.*dist.*17.de conciliis episcopalibus.*dist.*18.de epistolis decretalibus.*dist.*18.19.20. o *v.l.9.j.eo.* p strictum sc. q nec decreto opus est.*Aristot.*5.*Ethic.*10. sensus est, Vbi lex negotium quæsitum palam definit, iudex eam sequi debet, quantumuis dura sit: solius principis est eam mitigare, *vt hic.l.9.*11.12.*j.eod.Nouell.*43.& *l.*12.§.1.*in fi.D.qui & à quibus manumiss.* verbis edicti inseruire tutius est. *l.*1.§.*sed si. D.de executoria.* Vbi verò lex scripta palàm negotium non definit, iudex potest ex duarum vel diuersarum legum sententia, & collectione, vna scilicet stricti iuris, altera æquitatis plena, argumentum ad facti controuersi decisionem ducere, & hanc illi præferre. Huc etiam refer, quod de iuris & constitutionum differentia vtiliter scripsit Cuiacius 7.*obs.*18. r ἀναφορὰν μηνύσιν, καὶ κινουμένην δίκην vocat author Synopseos *Basilic.*2.*tit.*6.*c.*7. relationem, suggestionem, motam litem. *vt l.*3.*j.eo.* precatio, relatio, lis mota. s id est, appellationibus. *v.j.de relationibus.* t Personales, aut vnius negotij constitutiones, non sunt generales. Atqui leges Codicis sunt huiusmodi, ergo ad omnes non pertinent? solue. Huiusmodi rescripta legem generalem facere possunt, si animus principis fuit τὸ καθόλου ποιεῖν νομοθέτημα, vel si legem edicti nomine nuncupauit.*l.*3.*j.eo.* u Priuilegia sunt leges speciales. x Personalia suum indiuiduum non egrediuntur. §.6.*Instit.de iure naturali.l.*1.§.2.*D.de constit.leg.*45.*de arbit.l.*12.*l.*13.*D.soluto.l.*7.*D.de exceptionibus.* y Priuilegia semel concessa princeps retractare non potest. z Priuilegia principum benignè interpretanda. *l.* 43. *D.de vulgar.* a Priuilegium priori contrarium, præsumitur obreptitium, nec à iudice audiendum. b Iudex non impunè colorata, id est, gratiosa relatione apud Principem vtitur. c Etiam in personam principis locum habẽt οἱ γενικοὶ καὶ οἱ καθολικοὶ νόμοι. *synopsis eodem.c.*9.1.*Harmenop.* 1.§.39. d nota ex hac lege vim, effectum, & notas legum generalium. e His signis leges generales esse depræhenduntur, si ad Senatum missæ vt confirmentur: si edicti vocabulo nuncupatæ: si iussæ diuulgari: si ad omnes similes causas iussæ extendi: si generales nuncupatæ: adde, si in corpus iuris relatæ. *v.Bald.hic.* f id est, senatum. Senatus venerabilis cœtus, *vt hic:* gloriosissimus. *l.*8.*j.eod.*

g id est, si legem edicti vocabulo nuncupauit. h *Edictum* 12.*cap.*1. i motus spontaneus principis, qui hîc dicitur Theophilo ἐξ οἰκείας φύσεως. *Inst.de iure naturali.* recentioribus, motus proprius. k *v. quæ scripsi ad l.*1.*s.eod.* l facta. *Hal.* quam lectionem probat *Cuiac.*16.*obs.*9. m Proprium imperatoris, legibus viuere. *l.*3.*j.de testamentis.* Principem decet leges seruare. *l.*23.*D.de leg.*3. *adde quæ scripsi ad l.* 4.*j. ad l. Falcid. & Nou.*105.*c.*2. §.4. n hinc illud Symmachi *ad Imperatorẽ*, Plus apud vos iustitia, quàm licentia, valet. *Symmachus in orat. pro veteri deorum cultu.* Illud certè multò elegantius, Principem legibus solutum nõ esse, sed videri. *l.*27. *D.de leg.*3. nam quod legimus legibus solutũ. *l.*31. *D. de legib.* τῶν νόμων ἐπάνω. *Chrysostom.* κρείττων νόμους ἐκ ἀνυπεύθυνον *Plato: Nou.* 105. intellige, vt cæteros: ἁμαρτήσας γὰρ οὐ κολάζεται. 1. *Harmeno.* 1.§.48. *v. Cuiac.* 15.*obs.*30. o Principis authoritas à iure dependet. Ideóque, si quid princeps statuerit, iusta causa moueri præsumitur. *v. Alciat.* 3. *præsump.*8. p Non est princeps supra leges, sed leges supra principem, *Plin. in Panegyric. ad Traian.* q oraculum vocat, sententiam hanc auro dignã & cedro, vt apud *Pli.*18.*c.*6. r An successoribus, vt putat Accursius? An & aliis etiam non successoribus qualescunque illi sint? quod & æquum est. s honestè. Putemus tamen hoc sequentib. esse exemplo, & præcepto. Vice versa, Ius regium cuius fit mentio. 1. *Reg.* 8. *vers.*11. bonis regibus nec præcepto nec exẽplo. Illic enim ostẽditur, quid acturi sint reges reprobi, quid vitaturi sint boni. *Gregorius* 1.*reg.*10.*exposit.*4.

Species constitutionum.

3. Iidem AA. ad Senatum.

LEges vt[c] generales ab[d] omnibus æquabiliter in posterum obseruentur, quæ[e] vel missæ à nobis ad venerabilem cœtum[f] oratione conduntur, vel[g] inserto edicti[h] vocabulo nuncupantur: siue eas nobis spontaneus[i] motus ingesserit, siue[k] precatio, siue relatio, vel lis mota legis occasionem postulauerit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus diuulgari, vel expressius continere, quòd principes censuerint ea, quæ in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata[l] componere. Sed & si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere: vim obtineat edicti: interlocutionibus, quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune præiudicantibus: nec his, quæ specialiter quibusdam concessa sunt ciuitatibus, vel prouinciis, vel corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentib. Dat.8.Id.Nouemb.Rauennæ, Theodosio A.XII. & Valentiniano A.II. Cos.426.

De Principe.

4. Iidem AA. ad Volusianum præfectum prætorio.

DIgna[m] vox est maiestate regnantis, legibus alligatum[n] se principem profiteri. Adeo de[o] auctoritate iuris, nostra pendet auctoritas. & reuera maius[p] imperio est, submittere legibus principatum. Et oraculo[q] præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, ||aliis[r]|| indicamus[s]. Dat.3.Id.Iun.Rauennæ, Florentio & Dionysio Coss.429.

De eo, quod est contra legem, vel in fraudem legis.

5. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

NOn[t] dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. [u] Nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua[x] prærogatiua verborum fraudulenter excusat. ¶ Nullum[y] enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutũ, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres quàm nouellas trahi generaliter imperamus: vt legislatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse[z] sufficiat: cætera||que,|| quasi expressa, ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur[a], si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantùm, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum est. Sed & si quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est: illud quoque cassum[b] atque inutile[c] esse præcipimus. ¶ Secundùm itaque prædictam regulam, qua vbicunque||non|| seruari factum[d] lege prohibente censuimus, certum est nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum[e] admitti. Dat.7.Id.April.Constantinop.Theodosio A.XVII. & Festo Coss.439.

De interpretatione constitutionis fauorabilis.

6. Iidem AA. Florentino P.P.

QVod[f] fauore quorundam constitutum[g] est, quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inuentum videri. Datum Kalend.August.Theodosio A.XVII. & Festo Consf.439.

t Hæc lex sumpta est & interpolata ex Nouella Theodosij, Ne curialis prædium alterius conducat, aut fideiussor conductoris existat. 4.*in pr.adde c.*88.*de regulis in* 6.
u Pars legis præcipua, eius voluntas: qui contra hanc nititur, in illam committit. voluntas, sententia. *l.*29. *D.eodem. l.*6.*in fin. D.de verborum significationibus.* διάνοια. *l.*30.*D.eodem.*
x ῥητὸν scriptum. *d.l.*30. verba. *d.l.*29.*d.l.*6. sæua verborum prærogatiua.
y Pacisci, conuenire, aut contrahere lege prohibente non possumus.
z Is speciem fieri velle non videtur, qui genus prohibuit. Lex multa fieri nõ vult, quæ expressim non vetuit. Fraus fit legi, vbi id fit quòd lex non vetuit, noluit tamen. *d.l.*30. Fraus fit à re ad aliam. *l.*3.§.3.*in fi.l.*7.§.3.*D.de Sc.Macedon.* à persona ad aliam. *l.*5.*D.de donat.inter vir.l.*26.*in fi.j.de vsuris.l.*5.§.3. *D. de authorit.tutorum. Nou.*22.*c.*27. *Nouell.*123.*c.*2.*l.*10.*j.de pactis pignorum.* à contractu ad alium. *d. l.*5. §.5.*l.*22.*l.vlt.*§.1.*j. mandati.* à modo ad alium. *l.*8.§.14.*D.ad Velleian.* de nomine ad aliud nomen. *l.vlt.j. de assessoribus:* de tempore ad aliud tempus. *l.*3.§.1.*D.de minoribus. l.*59. *D.soluto:* de quantitate ad aliam quantitatem...4.§.2.*D.de his qui notant.l.*16. *D. de iure patronat. l.*16.*vers.qui autem.j.de vsur.*
a Prohibita si fiant, inutilia & pro infectis habenda. *l.*102.*D.de regul.*
b Cassum & inutile est ipso iure, quod fit lege interdicente.
c Minus quam perfecta lex est, quæ id quod vetat non rescindit: vt quondam lex Cincia. *Vlp.*1. Hodie quælibet est perfecta. *vt hic.v.Cuiac.*19.*obser.*30. *adde cap.quæ extra ius.*64.*de regulis in* 6.*adde Nouell.*14.*c.*1.*in fi.vbi de lenociniis.*
d Facere, stipulari, mandare & iurare lege prohibente, non possumus.
e *l.*7.§.16.*D.de pactis.* de iure Canonico mulier iureiurando renuntians exceptioni dotis alienatæ, non auditur. *cap cùm contingat.*28.*extra de iureiur.in* 6.
f *l.*25.*D.eodem.cap.indultum.*17.*cap.*28.*cap.quod ob gratiam.*61.*de regul.in sexto: adde quæ notaui l.*2.*D.de lege commiss.l.*3.§.5.*in fin.D. de Carbon.vide l.*19.*in fin.j.de fide instr. v.Dinum ad d.cap.*61.
g vel lege, vel priuilegio, vel contractu.

a Omnia constituta non præteritis calumniam faciunt, sed futuris regulam imponunt. *l.3.C.Theodos.de constitutionibus principum.lib.1.* b *v.l.20.j.de vsur.l.12.j.de suis.l.23.j.mandati.adde species huius legis ex Nouell.73.c.9.115.c.1.158.c.1. l.vlt. in fin.j.de curatore furiosi.l.vnic.§.15.j.de caducis. 2.Feud.55. vers.nec autem.5.Feud.19.Ciceronem 3.Verrina.Nouell.39.* c i.legum ea est natura in dubio, id legibus inesse creditur.

De negotiis præteritis & futuris.

7. Iidem AA.Cyro P.P.& Consuli designato.

LEges [a] & constitutiones futuris [b] certum [c] est dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari: nisi [d] nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus [e] negotiis cautum sit. Datum Non.April.Constantinop. Valentiniano A.V.& Anatolio Coss.440.

Quæ obseruanda sunt in lege condenda.

8. Iidem AA.ad Senatum.

HVmanum esse probamus, si quid de cætero in publica priuatáque causa, emerserit necessarium, quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea tam proceribus nostri palatij, quàm gloriosissimo [f] cœtu vestro, Patres conscripti, tractari [g], & si vniuersis tam iudicibus, quàm vobis placuerit, tunc legata [h] dictari: & sic ea denuò collectis omnibus recenseri: & cùm omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari: vt vniuersorum [i] consensus, nostræ serenitatis auctoritate firmetur [k]. Scitote igitur, Patres [l] conscripti, non aliter in posterum legem à nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit obseruata. Benè enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id [m] ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare. Dat. 16.Kal. Nouemb.Ætio 3.& Symmacho Coss.446.

De scientia, interpretatione, & emendatione legum.

9. Impp. *Valentinianus* & *Martianus* AA.ad Palladium præfectum prætorio.

LEges [n] sacratissimæ, quæ constringunt hominum vitas, intelligi [o] ab omnibus debent [p]: vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Si quid verò in iisdem legibus latum fortassis obscurius [q] fuerit, oportet id ||ab|| imperatoria interpretatione patefieri, duritiámque legum nostræ humanitati incongruam emendari. Datum 6. Id. Febr. Anthemio [r] Coss.

Qui teneantur legibus.

10. [s]

OMnes legibus regantur, etiam si ad diuinam domum pertineant. Dat.8.Id.Febr.Anthemio A.II.Cons.455.

Si de nouo iure dubitetur.

11. Impp.*Leo* & *Zeno* AA.

CVm de nouo [t] iure, quod inueterato vsu non [u] adhuc stabilitum est, dubitatio emergat: necessaria est tam suggestio [x] iudicantis, quàm sententiæ principalis auctoritas. Dat.10.Kal.Maij, Leone iuniore A.Cons.474.

De sententia imperatoris. 1. De legum interpretatione, & legislatione.

12. Imp. *Iustinianus* A.Demostheni P.P.

SI [y] imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & partibus [z] comminus constitutis [a] sententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant hanc [b] esse legem non solùm illi causæ, pro qua producta est, sed & omnibus similibus. [c] Quid enim maius [d], quid sanctius [e] imperiali est maiestate? vel quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, vt regalem sensum contemnat [f]. cùm & veteris iuris conditores constitutiones, quæ ex imperiali decreto processerunt, legis vim obtinere, apertè dilucidéque definiant? 1 Cùm igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum [g], si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam subtilitatem [g] tam risimus, quàm corrigendam esse censuimus. Definimus autem omnem imperatorum legum interpretationem [h], siue in precibus, siue in iudiciis, siue alio quocumque modo factam, ratam & indubitatam haberi. Si enim in præsenti leges condere soli [i] imperatori concessum est: & [k] leges interpretari, solo dignum imperio esse oportet. Cur [l] autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & sese non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurratur? & quare [m] omnes ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostræ, si non à nobis interpretatio mera [n] procedit? Vel quis legum [o] ænigmata soluere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est? Explosis itaque his ridiculosis ambiguitatibus, tam [p] conditor quàm interpres legum solus imperator iustè existimabitur: nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis hoc maiestas imperialis permisit. Dat. 6. Kal.Nouembr. Decio V. C. Cons. 529.

d Lex nominatim de præterito potest disponere. *v.l.vn.j. de contractib. iud.*

e Potest princeps, etiam pendenti negotio, nouam legem dare. *l.21.inst.s. de sacros. ecclés. v.Nou.19.*

f *v.l.3.s.eo.*

g Lex primùm examinatur, dein scribitur, tertiò recitatur. *vt hîc.*

h legem dictari.

i *adde l. 2. D. de decret.ab ord.*

k leges à Principe cõfirmandæ sunt.

l Hac formula plerunque ipsi Principes edictis suis, senatum alloquebãtur, vt in Nouella Theodosij 8. Principium verò rescripti ita plerunque inchoabat, si ex ipso exercitu mittebatur: si vos liberíque vestri valetis, bene est: nos exercitúsq; noster valemus. Finis verò: Manu diuina. Optamus vos fœlicissimos ac florentissimos nostríque amantissimos, per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis P.C. Ad hunc modum M. Lepidus Imperator ad senatum rescribit apud Ciceronem *10.familiar.34.* si vos liberíq; vestri valetis bene est: ego quoque valeo. Deos hominésque testor. P.C.&c.

m Senatus, imperij beatitudo & principis gloria.

n Hæc lex erat præfatio Nouellæ Martiani, *de matrimoniis Senatorum:* quæ hodie extat integra in libro Nouellarũ Martiani, & in breuiario Alarici.

o *l.12.j.de iur. & fact. ignor.l.1. §.2. D.de ædil. v. Corsetum.4.Miscell.10.*

p ideóq; præsumuntur ab omnibus sciri. *v. Alciat. 1. præsumpt.31. v.Nou. Leonis 77.*

q Obscuram legem princeps solet interpretari. r hanc subscriptionem Cuiacius non probat *12.obser.31.* s hanc legem Cuiacius restituit. *12.obser.31.* t Nouum ius est, contra rationem iuris communis introductum. *l.14.15.D.eod.* u Ius singulare vsu inueterato præscribi potest. x *l.27.D.de fideicomm.libert.* y Principis sententia (ἀπόφασις dicitur Græcis) inter duo lata, in similibus vim habet. *Synopsis Basilicon, 2.tit.6.c.20.* z duabus scilicet, actore & reo. *v.l.5.§.5.j.de temp.appell.* Princeps igitur non poterit sententiam ferre contra partem non auditam: eo quoque pertinet quod à quibusdam dicitur, Constitutionem principis iustitiam denegantem, nullam esse. *vide Antonium Corsetum in verbo, Princeps.* a aliàs non valent Principis sententiæ, etiam in notoriis, sine citatione *Wurmser.1.Pract.22.nu.13.adde Oldendorp,c.30. de re iudic.* b Sententia principis ius dubium declarans, ius facit, quoad omnes. c *l.3.§.eo.l.12.D.eo.* d Nihil maius aut sanctius imperio. e sancti, principes. notum est enim illud τὸν βασιλέα τιμᾶτε. *1.Petr.2.vers.17. adde 1.Rom.13. 2.ad Timoth.2.vers.2.* g Vana subtilitas repudianda. *l.47.§.1. D.de negot.l.8.§.16.D.quibus mod.pign.l.7.in fin.j.de instit.& substit.l.7.j.de Senatusc.Trebell.*

f

h Ratæ sunt & indubitatæ legum interpretationes, ab imperatoribus factæ,

i Soli imperatori leges condere permissum. num igitur Duci, Comiti, Marchioni perpetuam dignitatem & iurisdictionem habenti? Rolandus à Valle licere putat, eorúmque decreta ius ciuile nuncupari posse. *1.consil.86.nu.11.*

k Ei tantùm interpretatio permissa, cui soli ius condendæ legis est.

l Frustra consulitur is, cui consilium dare non licet.

m nota argumentum, Fit, ergo ius est.

n mera interpretatio.i.ius interpretandi.

o hinc illud Iuuenalis --- veniet de plebe togata, Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.

p Princeps conditor & interpres legum vnicus.

DE [q] MANDATIS [r] PRINCIPVM.

TIT. XV.

An mandata non scripta valeant.

1. Imppp. *Grat.Valentin.*& *Theod.* A A A.ad Fusignium præfectum prætorio.

SI [s] quis [t] adserat cum mandatis [u] nostris secretis se venisse: omnes sciant, nemini quicquam, nisi [x] quod scriptis [y] probauerit, esse credendum: nec vllius dignitate terreri, siue [z] ille tribuni, siue notarij [a], siue comitis [b] proferat dignitatem: sed sacras nostras literas esse quærendas. Dat.16.Kal.Iul.Heracleæ, Merobaude 2.& Saturnino Coss. *

2. Impp. [c] *Iustinus* [d] & *Iustinianus* AA.

SAncimus [e] ne quis clarissimorum nostrorum magistratuum, maximorum vel mediorum, in suis sententiis adscribat, nos diuino verbo [f] iussisse aliquem in ius duci aut exhiberi, aut aliquid diuersum iudicari ab iis quæ apud ipsos fiunt. nisi [g] si de iudicis adsessoris datione quæstio sit, aut de rectè ferenda sententia. Id si acciderit, volumus vt iudices in suis sententiis mentionem faciant, se non de scripto, sed ore tantùm illa aut à nobis accepisse, aut à gloriosissimo quæstore nostri palatij, aut aliquo spectabilium referendariorum. His tantum casibus sine scripto aliquo, iussioni nostræ fidem adhiberi volumus [h].

DE SENATVSCONSVLTIS [i].

TIT. XVI.

1. Imppp. *Grat.Valentin.*& *Theod.* AAA. ad Senatum.

QVAMVIS Senatuscõsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur: adiicientes, vt, si quisquam speciali supplicatione eliciẽdum aliquod rescriptum tentauerit, vt transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonij parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Dat.7.Kal.August.Heracleæ, Richomere & Clearcho Coss.384.

DE VETERI IVRE ENVCLEANDO, & de auctoritate [k] iuris prudentium [l], qui in Digestis referuntur.

TIT. XVII.

1. Imp. *Iustinianus* A.Triboniano viro eminentissimo quæstori sacri palatij.

DEo auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, &c.

Hæc constitutio, quia iam reperitur impressa in capite Digestorum, sub ea inscriptione, De conceptione Digestorum, *hic iterum non excudetur. ídque eo magis, vt breuitati huius voluminis consulamus.*

q *1.C.Theod.3.*

r *Nou.17.* Mandata principũ, sunt præcepta, siue monita, quæ certis personis dantur à Principe, veluti præfectis & procuratorib. Dion.3. ἐντολάς vocat. Græci etiam παραγγέλματα & ὑποθήκας & *Nouell. 26.* ἀποκρίσεις & *Nou.25.*

s *l.vn.C.Theodos. de mandatis principum.*

t nuntius, & quidem absente principe.

u puta, priuilegij, dignitatis, delegationis.

x Pro iurisdictione delegata à principe, (aliud in priuato. *Bald. hîc*) non præsumitur, nisi probetur.

y Mandatum principis scriptura probandum. *l.5. in fin.j. de iure fisci.* Fides non habetur mandatis, quæ secreta quis se habere adfirmat ex ore principis sine scripto.

z Hi extra ordinem in prouincias mittebantur. *v.Cuiac. Nou.17.*

a Notariatus, dignitas est: vnde colligunt, infamem, notariũ esse non posse. *arg. l. 1.j. de dignitatibus* quod in notariis principum admittas rectè: at nõ passim in aliis.

b consistoriani. *v.l.25.j.de procuratoribus.Cuiac.ad Nouell.17.& 71.*

c hanc legem Cuiacius ex Basilicis restituit. *12.obser.31.& Nou.124.c.4.*

d *Nouella 124.cap.4.*

e Latina interpretatio.

f id est, ore, sine scripto.

g Mandata quibus iudex, aut collega iudici datur, aut acta celeriter edi, & litem finiri princeps iubet, non requirunt scripturam.

h In quibusdam editionibus addita est huic titulo Nouella 17. sed malè: cùm ea sit emissa post editionem Codicis, Belisario consule.

i *1.D.3.* quæ fieri vetat Nouella Leonis 78.

k æquali scilicet, vt alter altero potior non habeatur: & ita abrogata est lex 1. *Cod. Theodos.de respons.prudentum.*

l *adde l.vnic.C.Theodos.de responsis prudentum.lib.1.*

a Contij interpretatio. b 22.*D.6.*νόμ.2.*synopsis Basilic.*4.1.*Harmenop.*1.*cap.*περὶ ἀγνοίας νόμου, &c. Legis vocabulo intellige constitutiones Principum, Senatusconsulta, responsa prudentum, & similia. c Idem dicendum in rustico, si non potuit consulere peritiores. *l.9.§.3.D.eod.* d agit etiam qui excipit. *l.1.D.de except. vide Oldendorp. de iure singulari.c.11.num.2.* e Pro milite hæc tria faciunt, quòd miles exceptionem omiserit, quod certet de damno euitando, quòd reus. Duo contrà faciunt, res iudicata & iuris ignorâtia. f id est, ignorantiam, qua destituitur, si peritiores cõsuluit, aut si ipse peritus iuris habetur. *Bald.hîc.v.l.3.j.de test.milit.* g non idem in militia togata. vix est enim vt in aduocato iuris ignorantia excusetur. *v.l.11.j.de aduoc.diuers.* h putà exceptionem peremptoriam, veluti doli, rei iudicatæ, pacti de non petendo. *§.9.Institut. de except.* quod est contra ius commune. *l.2.j.sent.rescindi.* i Exceptio quę non excluditur per sententiam, excluditur per executionẽ sententiæ. k *vide Socin.regula 132.* l Tria faciunt contra Iuuenalem (de quo hac lege) quod maior renunciauerit, quod ius ignorauit quòd de lucro certet. m Minori vigintiquinque annis iuris ignorantia prodest. *v.l.2.D.eod.* n Seræ non sunt preces, quæ fiunt intra annum. *l.6.D.ad Tertull.* quo iure? non stricto, sed ex æquo & bono. *Bal.hîc.* o Tria quoque hîc Marcellæ obstant ꝙ maior intra tẽpus non petierit, quod de lucro certet, quòd ius ignoret. p aliud in non emancipata. quia tunc intra triennium. *l.vlt.j.de repud.* q Cessatio annua petendę bonorum possessionis commissa ab emancipato, inducit tacitam renunciationem. r aduersus erroneam diuisionem datur restitutio, errore probanti. s Præsumitur pro scriptura testamenti. Præterea negationem adseueranti, ad scripturã impugnandam, incumbit onus probationis. t rectorem. u hinc illa fortè Gallorum regis clausula ad iudices, *A nostre aimé & feal.* x Probata rei veritate, facti error ostenditur. y aliàs testamentum præsumitur solenne. z i. quæ pro testamento. a *l.9.j.eo.l.15.j.de liberali.* Rerum veritatem, gestorum (ita legit Hotomanus, non *gestarum,2.j.Illust.fol.*169.) error non vitiat. *l.6.§.1.D.de off.præsid.adde Cuiac.*12.*obs.*19. b Responsio quæ iusta causa destituitur, non officit respondenti. vel ita, Qui falsam qualitatem rei per errorem attribuit, sibi non nocet. c hinc Molinæus, *de vsur. nu.*209. Simplex recognitio in Feudum vel emphyteusim, licèt non semper disponat, tamen inducit probationem: nedum quoad illum actum vel preteritam solutionem, sed etiam in futurum, donec contrarium probetur. d secus, si non animo transigendi. *l.2.j.de cond.indeb.* e i. quantitatem. f Sponsio per errorem facta, spondenti non officit. g soluto. *vt in l.vlt.j.ne fiscus.* h Quatenus erratum est in promittendo, eatenus promissio reuocari potest. *adde l.7.8.D.de leg.2.l.54.in fi.D. ad Treb. l.21.D. de verb.obl.*

2. Imperator *Cæs.Flau.Iustinianus* A. ad Senatus & omnes populos.

TAnta circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella, &c.

Hæc constitutio, est iam impressa, Digestorum initio. Ne iterata molestiam lectori adferat, néve hoc volumen, quod breue esse cupimus, in immmensum crescat, lectorem eo remittimus. habet eam etiam inscriptionem, De confirmatione Digestorum.

In nomine Domini & Dei nostri Iesu Christi.

Imperator Cæsar Flauius Iustinianus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, fælix, inclytus, victor, triumphator, semper colendus Augustus, ad magnum Senatum & populum, & omnes orbis nostri ciuitates.

DEdit [a] nobis Deus post pacem cum Persis initam, post Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquisitionem, póstque nominatissimam Carthaginem nostro iterum Imperio sociatam, vt veterum legum renouationis opus ad optatum finem perduceremus, &c.

Integra hæc constitutio, iam impressa est, Digestorum initio. Ne iterata tædium adferret, néve hoc volumen cresceret in immensum, curauimus non excudi Lectorem beneuolum eo remittimus.

DE IVRIS [b] ET FACTI ignorantia.

TIT. XVIII.

De milite.

1. Imper. *Antoninus* A. Maximo Militi [c].

QVAMVIS, cum causam tuam ageres [d], ignorantia [e] iuris propter simplicitatem [f] armatæ [g] militiæ allegationes [h] competentes omiseris: tamen, si [i] nondum satisfecisti, permitto [k] tibi, si cœperis ex sententia conueniri, defensionibus tuis vti. Datum VII. Kalend. Maij, duobus Asperis Conss. 213.

De renunciatione hereditatis.

2. Imp. *Gordianus* A. Iuuenali.

CVm ignorantia [l] iuris facilè excusari non possis, si maior [m] annis ||vigintiquinque|| hereditati matris tuæ renunciasti, sera [n] prece subueniri tibi desideras. Dat. 14. Kal. Maij, Ariano & Papo Conss. 244.

De bonorum possessione omissa.

2. Imp. *Phil.* A. Marcellæ.

SI [o] emancipata [p] à patre, intra annum bonorum possessionem petere cessasti [q]: prætendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. 16. Kalend. Iul. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De diuisione & testamenti vitio.

4. Impp. *Dioclet.* & *Maximianus* AA. Iulianæ.

SI, post diuisionem [r] factam, testamenti vitium in lucem emerserit: ex his, quæ per ignorantiam confecta sunt, præiudicium tibi non comparabitur. Ostende [s] igitur hoc apud correctorem [t] virum clarissimum amicum [u] nostrum, testamentum vel fide veri [x] deficere, vel iuris [y] ratione stare non posse: vt infirmata scriptura, quæ testamenti [z] vice prolata est, solidam successionem obtineas. Dat. 8. Id. Iul. Diocletiano 4. & Maximiano 3. AA. Conss. 290.

De falsa responsione.

5. Iidem AA. & *Constantinus* & *Maximian.* nobilissimi Cæss. Martiali.

CVm falsa [a] demonstratione mutari substantia veritatis minimè possit: respondendo [b] id, quod paternum erat, ex maternis esse bonis, nihil [c] egisti. Dat. Prid. Kal. Ian. Diocletiano 5. & Maximiano 4. AA. Conss. 293.

De promissione indebiti pro parte.

6. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non transactionis [d] causa, sed indebitam, errore facti, olei materiam [e] vos Archantico stipulanti spopondisse [f] rector prouinciæ animaduerterit: reddito [g]; quod debetis, residui [h] liberationem condicentes audiet. Dat. 5. Kal. Maij, CC. Conss. 294.

De causa decisa vel non.

7. Iidem AA. & CC. Zoæ.

ERror [i] facti [k], nec dum [l] finito [m] negotio, nemini nocet. Nam causa decisa velamento tali [n] non instauratur. Dat. 6. Non. Iul. CC. 3. Conss. 300.

De testamentis.

8. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

CVm testamentum nullo iure [o] constiterit: ex eius, qui ab intestato successit, professione [p] sola, veluti ex testamento libertos per errorem profitentis, orcini vel proprij [q] liberti, si non ipsius accessit iudicium, (cùm errantis [r] voluntas nulla sit) effici non potuerunt. Dat. 5. Kalend. Septemb. CC. 4. Conss. 302.

De liberali causa.

9. Iidem AA. & CC. Caio & Anthemio.

NOn idcirco minus, quòd à vobis velut [s] à liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur, (cùm nullus [t] sit errantis consensus) mouere status quæstionem prohibentur eius heredes. Dat. 6. Id. Decembr. CC. V. Conss. 305.

De solutione indebiti.

10. Iidem AA. & CC. Araphiæ.

CVm quis [u] ius ignorans, indebitam pecuniam soluerit: cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantùm, repetitionem indebiti soluti competere tibi notum est. Dat. 5. Kal. Ianuar. CC. 6. Conss. 306.

De sexu & ætate.

11. Imp. *Constantinus* A. Valeriano agenti vicariam præfecturam.

QVamuis [x] in lucro [y] nec fœminis [z] ius ignorantibus subueniri soleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam [a] locum hoc non habere, retrò principum statuta declarant. Dat. 3. Kalend. Ma. Gallicano & Symmacho Conss. 330.

De constitutionibus principum.

12. Imppp. *Valent. Theod.* & *Arcad.* AAA. Flauiano P. F. Illyrici & Italiæ.

COnstitutiones [b] principum nec ignorare [c] quemquam, nec dissimulare permittimus. Dat. 6. Kal. Iun. Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Conss. 391.

De mulieribus.

13. Impp. *Leo* & *Anthemius* AA. Erythrio P. P.

NE passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his, quæ prætermiserint, vel ignorauerint: statuimus, si per ignorantiam iuris damnum [d] aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur, in his tantùm [e] casibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subueniri. Dat. Kal. Iulij, Martiano & Zenone Conss. 469.

DE PRECIBVS [f] IMPERATORI offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat, vel non.

TIT. XIX.

De seruis.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximia.* AA. Firminæ.

LICET seruilis conditio deferendæ precis facilè capax non † sit: tamen admissi sceleris atrocitas, & laudabilis fidei exemplum super vindicanda [g] cæde domini tui, nobis hortamẽto fuit, vt præfecto prætorio iuxta annotationis [h] nostræ decretum demandaremus, (quem adire cura) vt auditis his, quæ in libello contulisti, & reos inuestigare, & seuerissimam vindictam iuxta legum censurã exigere curet. Dat. 8. Id. Octob. Diocletian. 6. & Maximiano 3. AA. Conss. 296.

i *adde l.9.j.ad l.Falc.* k Demus minorem absque tutore in iudicio delictũ confessum esse, potéstne restitui aduersus confessionem, ante latam sentẽtiam? posse ait Rolandus à Valle 1. *consil.* 51. *nu.*39. l finitur verò per transactionem. *l.6.s.eo.* & rem iudicatam & eius executionem. *l.1.s.eo.* m Error facti negotiis decisis non prodest *synopsis Basilicon* 2.*tit.*6.*c.*16. n i. erroris. o vtpote destitutum solennibus. p Qui profitetur Titium testamento manumissum, videtur testamentum agnoscere. Id ita est, si testamentum aliàs solẽne fuit. Aliàs, talis professio ea quæ testamento desunt non supplet. q i. per errorem confitentis. r *v.l.9.j.eo.l.15.D.de iurisd.* s Qui velut à liberis pecuniã accepit, liberos quidem fatetur: si tamen verè non sunt liberi, mouere eis status quæstionem potest. nocet ei tamen tantisper confessio, dum constet de errore. *Molinæus de vsuris. q.*20. *nu.*209. t *l.8.s.eo. l.vn.j.de errore calculi.l.2.j.de errore aduocat.l.13.j.de probat. §.33. Inst. de act. l.37.D.de auro. l.57.D.de oblig.l.116.D.de regul.* u non minor tamen. *l.29.D.de condict.indeb.* non mulier, *v.l.13.j.eo.* x *l.3.C.Theod. de sponsalib. & ante nuptias donationib.* y vt si ei acceptolatum. aliud in damno. *l.9.s.eo.l.8.9.D.eod.l.6.j. qui admitti. l.110. in fin.D.de regul.v.Cuia.*14.*obs.*39. z maioribus vigintiquinque annis sc. a i. contra minorem. b *synopsis eod. c.*21.1.*Harmenop.*1.§.54.*l.*2.*Cod.Theod. de constitutionib. principum libro* 1. c legum ignorantia non excusat. *l.9.s.de legib.* præsertim in delictis. *v.Clar.*5.*sent.§.vlt.quæst.*60. d *l.11.s.eod.* e aliud in lucro. *d.l.11.* f 2.*synopsis Basilicon.c.*περὶ αἰτήσεων, βασιλεῖ προσφερομένων, καὶ περὶ τῶν ἀπόντων ἄρχειν ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ. De precibus, imperatori offerendis, & de iis qui administrationem in sua prouincia petunt, eas solent subsequi rescripta, subscriptiones, adnotationes. † est hodie. *l.6.j.eo.* g indicanda. *Cuia.*12.*obs.*22. & ita legendum esse ait in *l.1.j.pro quib.cau.ser.adde l.3.§.13.14.ff.de Silan.l.4.ff.de bo.lib.l.197.ff.de ver.sig.* h De adnotationib. *v.Dua.*1.*disp.*6.

De

† *l.3.Cod.Theodos.de diuersis rescriptis lib.*1. †. i.dilatoria Paponius hanc legem accommodat ad illud genus literarum, quas Galli vocant *lettres de souffrance*, 3.*not.*7. *c.des lettres de souffrance*,ibi, *Si le Roy peut, & quand, par ses lettres de souffrãce arrester la saisie des Seigneurs feodaux.* An moratoriæ exceptionis vocabulo intelligere hîc etiã possumus inducias biennij aut quinquennij quę solent tribui egenis debitorib. quarum fit mẽtio in lege 4.j. *eod.* Cuiacius 2. *obs.*10.negat,qui hoc verbo, moratoria, intelligit pacti conuẽti exceptionem, puta ne intra quinquenniũ petatur cui opponitur peremtoria, Ne vnquam petatur. Prior creditori à principe relaxari potest: posterior nõ potest.*Cuiac. ibid.*

De exceptionibus.

2. Imp.*Constantinus* A.Seuero PF.V.

QVoties † rescripto nostro moratoria † præscriptio permittur, aditus supplicanti pandatur.Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit: sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest.nec [a] præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. Dat. 10. Kalend. Iun. Niceæ, Paulino & Iuliano Conss.325.

De damnosis fisco. De iuri contrariis.

3. Idem A. ad populum.

NEc [b] damnosa [c] fisco, nec iuri [d] cõtraria postulari oportet. Dat.prid. Kalend. Octob. Constantio A. 7. & Constantino Cæs.4.Cons.354.

De dilatione solutionis.

4. Imppp. *Gratianus Valent.* & *Theod.* AAA. Floriano præfecto prætorio.

VNiuersa [e] rescripta, quæ in debitorum [f] causis,super præstandis dilationibus [g] promulgantur, non aliter valeant,nisi † fideiussio idonea super debiti solutione prębeatur.Dat.8. Kalen. Mart. Constantinop.Antonio & Syagrio Cons. 382.

De sententiis præfectorum prætorio.

5. Impp. *Valentin.*& *Valens.* AA. ad Volusianum præfect. prætor.

SI quis aduersus præfectorum prætorio sententias duxerit supplicandum [h], victúsque de [i] fuerit: nullam habebit licentiam iterum [k] super eadem causa supplicandi. Dat. 15. Kalend. Octob. Romæ Valentiniano & Valente AA. Conss. 365.

Auth. Nouell. 119.c.5.

QVæ supplicatio gloriosissimis præfectis, vel eorũ cõsiliariis, vel causas introducentibus intra decem dies post sententiam offerenda est. Quo subsecuto, sententia non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fideiussionem præbuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resoluatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur: executio causæ sine fideiussione procedet: retractationis iure illi seruãdo, qui se grauatum putauerit, vt intra biennium † supplicare possit imperatori.

De eo, per quem preces offeruntur.

6. Impp.*Honor.* & *Theod.* AA. Isidoro PP.

VNiuersis simul hanc obseruantiam remittimus: vt, à quocumque liberę conditionis constituto, vel seruo [l] supplicante impetratum fuerit rescriptum, minimè requiratur, per quem preces oblatę sint. Dat.3.Id.Nouemb.Theodos.A.7.& Palladio Conss.416.

De contrariis Iuri.

7. Impp.*Theod.* & *Valent.* AA.ad Senatum.

REscripta [m] contra [n] ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari [o] præcipimus: nisi fortè sit aliquid, quod nõ [p] lædat alium, & prosit petenti, vel [q] crimen [r] supplicanti-

a Omnis illegitima reiiciatur exceptio 2.*synopsis Basil.6.c.9.in f.1. Harmenopul. 1.§.40.*

b Nemo quid fisco vel iuri dãnosum postulet *synopsis Basil.eod. cap.* περὶ αἰτήσεων *& rest.*

c *v.l.vlt.j.si contra ius v.Oldẽd. c.9.excep.nu.3.ad 25.qu.2.c. nec dãnosa.*

d *l.6.j.de operibus publicis.*

e *l.6.C.Theod.de diuersis rescriptis.*

f Dilatio, de qua hîc agitur, non habet locũ (vt notat Papo 10. *Arrest.9.*) in debitis post dilationem datã cõtractis, vel priuilegiatis, sed nec in summa ex senatuscõsulto vel sentẽtia à qua non est appellatũ debita, vel ex reliquatione rationũ, emptione fundi & pensionibus, locum habet in debito ex alimẽtis præstitis cõtracto *Papo ibid. nu.6.& seq.*

g biennij putà aut quinquẽnij *l.8.j.qui bõ.cedere v. Papo.* 10. *Arrest.9.des respits & quinquenelles. & 3. Notar.80.c. des lettres de respit & quinquenelles: Rebuff.tõ.2.in tractatu de literis dilatoriis, annalibus, quinquennalibus,*&c. Cuiacius 2.*obs.*10.ex Cassiodoro 2. *variar.* testatur idem obseruatũ à Theodoro Italiæ & Gotthorum rege *adde wurmser. obseruat.1.pract.28.9.* aliàs nemo excusari potest à dolo. *l.vlt.§.1.j.de manumissi testamento* † hoc non obseruatur in Gallia, In dilatione annua vel biennij, reus auditur dans fideiussorem qualemcunque: id si non potest, iuratoriæ cautioni cõmittitur. Iure olim cogebatur ad pignus dandũ *arg.leg. Si debitoris.j.de iudiciis, in verbo pignorum,* hoc etiam non seruatur in Gallia *Papo.*10. *Arrest.9.ibi, Debteur impetrant de respit ne doit garnir. adde Rebuff.in pocemio Const.gl. 5.nu.42.* aliàs rescripta ferè semper supplicanti essent inutilia. h Supplicatur aduersus sententiam præfecti prætorio, non appellatur. Non appellatur διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς, vt ait Theodorus Hermopolites. Et ita supplicatio subsidium est appellationis. Huiusmodi supplicationem διδασκαλικὸν Græci appellant. *Nouell.119. adde l.vn.j.de sent.præf.præt.* De remedio supplicationis v. Oldendorpium *in tract.de re iud.* vbi tractatur de remediis aduersus iniquã sententiam, *ibi, Tertium remedium:* Rebuf.*to.1.tract. de supplicationibus seu errorum propositionibus.* i de vno fuerit, &c. *Haloander.* k Semel supplicari potest. † in Gallia intra annum *Rebuff.in procem. const.glo.5.num.41.* l & ita pars legis primæ hoc titulo videtur abrogata. m *l.3.s. eod.synopsis Basil.2.titul.5.c.7.1.Harmenopul.1 §.36.25.quæst.2.cap.rescripta.* n *v.l.vlt. j.si contra ius vel vtilitatem.adde Papon.3.Notar.5.cap.Quand, & comment peut le Prince deroguer au droit.* o *l.10.s.de sacros.Eccl.l.vl.j.si contra ius:l.4.infr.de emanc.* p An princeps Ecclesiam onerare possit *v. Papon.3. notar.* 8. *cap. Des lettres pour soldats en religion & d' œconomat.* q ἢ ἄνευ ἐγκλήματος χαρίζεται ἀναχώρησιν *synopsi d.loco,* id est, quoties citra criminis accusationẽ veniam indulget. Harmenopulus verò *d.loco ita legit,* ἐὰν ἐγκλήματος χαρίσεται παρὰ χρῆσιν id est, si præter consuetudinem criminis gratiam facit. r Durum est tamen dici homicidium dedita opera factum, remitti posse. qua de re alibi plenius dicam. ſ sic interpretor, Non noceat supplicanti, si integrum instrumenti (quod impugnare non potest) tenorem, supplicationi non inseruerit, vt cui sufficiat eius articuli (de quo litigare cupit) vim inserere. t id est, ea quæ in se dubitationem habent *j.eod.* u Libellis etiam, qui præsentes erant, interpellabãt Imperatorem veteri more, *vt hîc.* & *l.33.j. de re indicata:Tacit.4.Suetonius in Augusto 53.& in Domitiano 17.Martialis.lib.8.* Hinc libellus principi datus *l. 15. ff. de in ius vocando:l.15. §.29.ff. de iniuriis:l.5.ff ad Turpill.l.7.§.16.ff.de interdictis & relegat.* His libellis vel ipse Imperator subscribebat, vel aliis subscribẽdũ dabat. (id vim legis habebat. *l.1. ff.de cõstitut.principum:l.32.§.14. ff.de arbitris*) Aliis, inquã, putà Iurisconsultis. Hinc Papinianus, libello egisse dicitur l.12 ff. de distract. pignorũ. Hinc Aurelius Arcadius, magister libellorũ dicitur in inscriptione legis.1.*ff. de offic. præf.prætorio.* Porro ea formula erat libelli. Factũ narrabant supplicaturi, rogabant deinde Imperatorẽ, vt supplicationi adiiceret. Id pôst scribebatur, *Fieri placet.* Postremò qui præerat pro magister, testabatur se subscripsisse tali die, tali Consule, de quo vide plura apud Brissoniũ *3.select.*17.

bus indulgeat. Dat. 8. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio 12.& Valentiniano 2.AA.Conss.426.

De instrumentis. Superflua non debent inseri supplicationi.

8. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

INstrumentorum exempla non [ſ] prosit precibus adiunxisse: sed necesse sit eorum in supplicatione vim [t] exprimi, vt responsuro principi, vera precatio rem aperiat cognoscendã: ||his|| solis (cùm necessitas exegerit) verbis precibus inserendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, vt etiam meritò nostrum expectetur iudiciũ. Dat.6.Kal.Apr.Cõstantin. Florentio & Dionysio Cõs. 429.

QVANDO LIBELLVS [u] PRINCIPI DAtus, litis contestationem faciat †.

Tit. XX.

1. Impp.*Arcadius* & *Honorius* AA. Remigio præfecto prætorio.

DVBIVM [x] non est, contestationem ||litis|| [y] intelligi [z], etiam si nostræ [a] fuerint tranquilitati preces [b] oblatæ: eásque aduersus heredem quoq; eius, in quem porrectæ sunt, vel ab herede eius, qui meruit, exerceri. Dat.3.Kal.April.CP.Arcadio 4.& Honorio AA.3. Conss. 396.

2. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

TEmporales actiones, quæ per oblationem precum, & ad eas rescriptionem perpetuantur, definire necessariũ esse duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad [c] eas rescripta perpetuari, quæ à prætore constitutæ, annali tempore coartatę sunt. Dat. Kalend.Aprilis, Constantinopoli, Decio V.C.Conss.529.

VT LITE PENDENTE, † VEL POST prouocationem, aut definitiuam sententiam, nulli liceat imperatori supplicare.

Tit. XXI.

De prouocatione omissa.

1. Imp. *Alexander* A. Caperio.

LICET, postquàm supplicasti, priùs [d] quàm rescriptum impetrares, præses prouinciæ vir clarissimus pronunciauerit, cùm tamen à sententia nõ prouocaueris, rescriptum, quod postea [e] secutum esse suggeris, ad retrahenda ea, quæ decreto terminata sunt, non patrocinatur. Dat.Kal.Mart.Lupo & Maximo Conss.233.

De causa pendente vel terminata.

2. Imp.*Constantin.* A. Probiano suo salutem.

SVpplicare [f], causa pendente, non licet, nisi [g] vel actorum communium, vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam [h] rescripto vel consultatione quæstionem, exquisito suffragio, refricare conabitur: in [i] omnem litis æstimationem aduersario suo protinus con-

† *Nou.82.Noue.113.* Bugnonius, *in tractatu legũ abrogatarũ,* notat hũc titulum non vsitatum in Gallia.

x *l 8. Co. Theod. de rescript.*

y etiam criminalis. Barto. per *l.miles.§.sexaginta. ff. de adulteriis.* Contrarium putat Bald. hic, quem vide.

z quod ad euitandam prę scriptionem attinet *l 24.ff.de liberali:* & quidẽ annalem, nõ aliàs *v.l. 2.j.eo.* nõ accusationem *l. 5. ff. ad Turp.*

a Nõ idem est, si datæ fuerint præfecto prætorio *l. 1.j. de off. præf.prat.*

b Rescripto conceditur ius contestationis *l.33.j.de de donat.* c Libellus principi datus, litis contestationem tantùm facit in actionibus prætoriis annalibus, non ciuilibus.

† Bugnonius, *d. loco,* negat hunc titulum in Gallia obseruari. in ea regi supplicari vbicunque subest æquitas è re nata procedens, Rescriptum ea forma concipi, *Nonobstant l'estat du procez instruit, couché en droit & conclu, rigueur de droit, vs & coustume du pays,* &c.

d nota hîc tria tempora supplicationis, Sententiæ latæ, Rescripti ad supplicationem.

e Quid? ante sententiam potestne vtiliter rescriptum impetrari? potest non ad impediendum cursum litis iam contestatæ: sed nondum contestatæ. Potest etiam rescriptum, pendente lite, impetrari: quo mandetur iudici, vt ex æquo & vitata temporis prolixitate, iudicet. *vide Papon.* 3. *notar.5. capi. Des lettres incidentes en general in fin.* Dicendum plenius, etiam lite pendente cognitionem sustinendam: humanum esse, dilationem accipi, cognitionem ad aliquem modum sustineri *leg. 36. D. de iud.* idque militia, morbo, legatione, & ætatis imbecillitate occupatis conceditur. Galli huiusmodi literas vocant, *lettres d'estat,* quia causa in eodem statu quo relinquitur dormire solet. Impetratę sortiuntur effectum demonstrato elogio ducis, medici, principis, libris παιδοτροφιῶν *de quibus v. Papon.3.notar.8.ca. Des lettres d'estat.*

f *l.6.Cod.Theodos. de appellationibus.libro* II.

g *v. Nouell.113.cap.2.*

h *leg. 3. infr. de error.aduocat. l.vlt. infr. quomodo & quando iudex; leg. vlt. j. sent. rescindi.*

i nota pœnam supplicantis aduersus litem sententia terminatam.

a *l.17.C.6.Theod.de appellationib.* b. *v.l.1.infr.de his qui propt.met. iud.l.3.j.sent resc.* † Rebuffus negat se vidisse hoc in Gallia obseruari *in procemio constituit. gloss 1. numer.45.* c naturale, gentium & ciuile. Idem dicendum, si contra solennitatem iuris *v.Pap.3.notar.5.c. Quand, & comment peut le Prince deroger au droit. Oldendor.in tract. de re iudic.cap. si contra ius, & sequent. vbi de nullitatibus sententiarum tractat: adde eũdem c. 58.de exceptionibus num.4. & sequent.* Interdum tamẽ contra ius potest iudicari: vt si à Principe lex nominatim statuatur cũ hac clausula: *Tali lege nõ obstante ca. 1. de cõstitut. princip. Bartol.Nou.107. num.107.*

demnetur: omni venia deneganda, si quis contra hæc supplicare tentauerit. Dat.Id. August. Arelate, PP.Id. Octob. Thebeste, Sabino & Rufino Conf. 316.

De prouocatione omissa.

3. Idem A.ad vniuersos prouinciales

QVi [a] licitam prouocationem omiserit [b], perpetuò silere debebit: nec à nobis impudẽs petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, desiderio suo carebit, & ignominiæ † pœna notabitur. Dat.Kale.August.PP.Kal. Septemb.Basso & Ablabio Conf. 331.

SI CONTRA IVS[c] VEL VTILITATEM publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum.

Tit. XXII.

De omissione.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Gregorio.

NON idcirco minùs, is cui ex nostro rescripto cognitio delata est, iudicare potest, quòd ex gestis quædam [d] in precibus omissa proponis. Dat.V.Non. Maij, Diocletiano 4.& Maximiano 3. AA. Conss. 290.

De mendacio.

2. Iidem AA. & *Constantius* & *Maximian.* CC. Statiæ.

PRæscriptione [e] mendaciorum [f] opposita: siue [g] in iuris narratione mendacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi [h] fraude pro tenore veritatis, non deprecantis affirmatione datum iudicem cognoscere debere, & secundum hoc de causa conuenit ferre sententiam. Dat.Kalen.Deceb. Sirmij. CC. Conss. 294.

Si precum falsitas arguatur.

3. Imp. *Constantinus* A.ad B..ssum PP.

PVniri [i] iubemus decem librarum auri multa iudices, qui vetuerint precum [k] argui falsitatem. Dat. Kalend. Octob.Constantino A.3.& Licinio Cæs.3. Conss.323.

De eo cui executio mandatur.

4. Idem A.ad Pompeianum consularem Campaniæ.

ET [l] si non cognitio [m], sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet [n]: vt: si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur. Dat. III.Idus Nouemb. Aquis, Dalmatio & Zenophilo Conss. 333.

De mendacio.

5. Impp. *Theodo. & Valentinian.* AA. ad Senatum.

ET si legibus consentaneum sacrum oraculum mẽdax [o] precator attulerit, careat penitus impetratis. &, si nimia mentientis inueniatur improbitas, etia [p] seueritati subiaceat iudicantis. Dat.VII.Id.Nouemb. Theodosio XII.& Valentiniano II. AA. Conss. 426.

De his quæ iuri, vel vtilitati publicæ aduersantur.

6. Imp. *Anastasius* A. Matroniano P.P.

OMnes cuiuscumque maioris vel minoris administrationis vniuersæ nostræ reipublicæ iudices monemus: vt [q] nullum rescriptum, nullam pragmaticam [r] sanctionem, nullam sacram adnotationem [s], quæ generali iuri vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigij patiantur proferri: sed generales [t] sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas. Datum.Kalen.Iul.Constan. *

d quæ aliàs expressa, fuissent à principe cõcessa. e id est, exceptione. Non appellatur à cõcessione rescripti *l.2.l.15.infr. de appellat.* sed ab eius executione v.Rebuffum *to.2.in tract. de rescriptis in præfationib. ibi, Duodecimo:* adde Papo. *3.notar.5.c. Comme lon peut appeller des rescrips* Oldendorpium *c.9.de except. ibi, exceptiones aduersus rescriptũ* wurinserum *1. Pract.8.obs.8.* f Mendaci mẽdacium non prodest *l.5. infr.eod. adde l. 29.ff. de falsis.l.1.ff.de natalibus.* g Qui supplicat, aut verum dicit, aut falsum: si falsum, aut in iure aut in facto. In facto dupliciter, dum factum esse asserit, quod factum nõ est, vel è contra. huc res redit, per obreptionẽ impetrata nullius esse momenti. *v.Roland. à Valle 1. consilio trigesimo quarto. nume. 5. adde Papon.3.notar.5. c. Des lettres non receuables.* h Mentiri non tantùm dicitur, qui falsum asserit: sed qui verũ reticet, qui omittit. *l.1.§. eod.* i Pœna iudicis non admittentis exceptionem aduersus subreptitiũ rescriptũ. k Preces, etiam subsignatæ ab imperatore, mẽdacij seu obreptionis argui possunt: nec fit iniuria principi: vt qui falsum iurare nolle præsumatur.

l *l.4.Co.Theod. de rescriptis lib.1.* m putà euocatio. n à quo? ab ipso iudice executionis, qui non tantum facti executor, sed iuris *Baldus.* o *l.2.§.eod.* p Pœna nimij mendacij *adde l.29.ff.de falsis: adde Paul. sent.12 §.penult.* q Omne rescriptum, cui cui modi sit, ad quemcumque iudicem, irritum esto, si iuri generali, vel vtilitati publicæ nocet *Synopsis Basilicón. 2.tit. 5.c.19. Nou. 11..c.1.* r ea fit de consilij sententia *l.vlt.j.de prox.sacr.scrin.* s ea fit ad libellum breuiter adnotato nomine principis. t Constitutiones generales, rescriptis potiores. u Alia ius faciunt, alia non faciunt. suntque vel personalia, generalia, perpetua, temporaria: alia valent, alia non valent: alia adnotationes & subscriptiones ad libellum breues, alia pragmaticæ sanctiones. x τῶν βασιλικῶν ἀντιγραφῶν *2.Eclo.5.1.Co.Theod 2.*adde ex iure Canonico 1. *decret.3.1.sext.3.1. Cl.3.Papon.3. Notar.5.fol.316.318. & sequentibus Reb. Tom.2.tract. de rescriptis seu literis regiis.* y *l.7.in pr.j.eod.* in iis princeps adhibito consilio & tractatu, fusiùs respondet ad preces, relationem, vel suggestionẽ iudicum, vel aliorum: & aliis quidem rescriptis preces inseruntur non pragmaticis *Aug.in collatione tertiæ diei cum Donatistis, v.Cuiac. hic.* z *adde l.1.j.si vnus ex pluribus appellat.* a Rescriptum communiter impetratum, præsumitur vtrique concessum. Beneficium collatum vni consortium, ad alium etiam pertinet.

b *l.41.j.de regulis iuris.* c Cur ita? præsumuntur in subsequentibus repetita, quæ in eorum præfationibus dicuntur. d Rescripta principum perpetua sunt, nisi certum tempus in eis specialiter sit definitũ. *Synopsis Basilic. 2.titul.5.c.21.* † iure ciuili sc. non Canonico *c.si autem c.plerumque de rescr.*& Gallico, *Guido decisione 135.* Rebuffus tamen *in procemio constitutionum gl.5.nu.44.* addit literas prehensionis non tolli anno. vnde vulgò dicitur, *Prinse de corps ne surannee iamais.*

DE DIVERSIS[u] RESCRIPTIS[x], ET pragmaticis [y] sanctionibus.

Tit. XXIII.

De causa communi.

1. Imp. *Alexander* A.Supero.

SI [z] libellum de cõmuni causa tu fratérve tuus, dedisti: quamuis rescriptum ad vnius [a] personam directum sit, vtrique [b] tamen prospectum est [c]. Datum Id. Iul. Alexandro A.II. & Marcello Conss. 227.

De duratione rescripti.

2. Imp. *Claudius* A. Epagato.

FAlsò [d] adseueratur †, auctoritatem rescriptorum deuoluto [e] spacio anni obtinere firmitate suam nõ oportere: cùm ea, quæ ad ius rescribuntur, perennia esse debeat, si modò tempus, in quo allegari vel audiri debent, non sit comprehensum. Dat.VII.Kalend.Nouemb.Antiochiano & Orphito Conss. 271.

De originalibus & exemplis.

3. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA.Crispino præsidi prouinc. Phœniciæ.

SAncimus, vt authentica [f] ipsa atque originalia [g] rescripta, & nostra etiam manu subscripta [h], non [i] exempla eorum insinuentur. Dat. Prid.Kalend. Apr. Annibaliano & Asclepiodoto Coss. 292.

De beneficiis personalibus sine die & consule.

4. Imp. *Constantinus* A. ad Lysitanos.

SI [k] qua beneficia personalia sine [l] die & consule fuerint deprehensa auctoritate careant. Dat.V.Kale. August.Samaniæ, Probiano & Iuliano VV. CC. Conss. 322.

De administrationib. & dignitatibus.

5. Imppp. *Valentin.Theod. & Arcadius.* AAA. ad Nicentium P.P. annonæ.

SAcrilegij [m] instar est, super quibuscumque administrationibus vel dignitatibus [n] promulgandis [o], diuinis obuiare [p] beneficiis. Dat.Kalen. Febr.Mediolani, Arcadio A.& Bautone Conss. 385.

De sacro encausto.

6. Imp. *Leo* A. Hilariano magistro officiorum & patricio.

SAcri affatus, quoscumque nostræ mansuetudinis in quacumque parte paginarum scripserit auctoritas, nõ alio vultu penitus, aut colore [q], nisi purpurea tantum modò inscriptione lustrẽtur: scilicet vt cocti muricis, & triti cõchylij [r] ardore signentur. Eaque tantummodò fas sit proferri vel dici rescripta in quibuscumque iudiciis, quæ in chartis siue membranis subnotatio nostræ subscriptionis impresserit. Hanc autẽ sacri encausti [s] confectione nulli [t] sit licitum aut concessum habere, aut quærere, aut a quocunque sperare: eo videlicet, qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu, post proscriptionem bonorum omnium capitali non immerito pœna plectendo. Datum VI. Kal. April, Iordane & Seuero Conss. 470.

De clausula, Si preces veritate nitantur. 1. De pragmaticis sanctionibus.

7. Imp. *Zeno* A. Sebastiano præfecto prætorio.

VNiuersa rescripta: siue in personam precantium, siue ad quemlibet iudicem manauerint: quæ vel adnotatio, vel quæuis pragmatica sanctio nominentur: sub ea cõditione proferri præcipimus †, *si [u] preces veritate nitantur.*

e i. exactio. f Per authentica, non per exempla rescriptũ probatur. Authentica in multis aliis causis requiruntur *l. 8. ff. fam. l. vlt. ff. quemad. test. l. 2. ff. de fide instrum. l.48.ff.de actioni. empti.* penes quem esse debeant, successorem aut heredem *v.l.4.l.5.ff. familiæ:* creditorem *v. l.15.ff.de reb. auth. iud.* Quid si Authentica aut chirographia pupillorum sint amissa aut exusta? debitores ex inuentario conueniri possunt *le. 57.ff.de administ. tutor.* g αὐθεντικά. *Synopsis eod.c.22.* h *l.6.j.eod.c. dicenti. versi. Sancimus 25. quæst.2.* i Exempla τὰ ἴσα: *synops. eod. d.c.22.* vnde dicitur exempla instrumẽtorum nõ probare, nisi petita sint citata parte, & iudicis cõmissione *Castrens. hic.* k *l.1.Cod Theod. de constitut.principum.* l Non valent rescripta sine die & consule *c. dicenti ver. Si quas 25. quæst.2.* nisi relata sint in corpus iuris *constitut. de nouo Codic §. 2. & constit. de Iustinianeo codice confirmando §. 3.* Adde & illud Augustini *in collatione tertiæ diei cum Donatistis.* Euidentissimè legibus definitum esse, imperialia constituta, etiamsi consules non legantur, in dubium non vocari *vide Cuiac. hic:* his adde Paponem 3. *Notar. 5. cap. de la datte des rescripts.* Sic dies & consul in accusatione & testamento inseruntur, non in editione *v. quæ aduersari. Synopsis not.ad l.3.ff.de accus.* m sacrilegij instar rescriptis principum *Basilic. eod.c.14: adde l.2.j.de crimine sacrilegi.*

n putà tribunatu militari, centurionatu & similibus: quę Cicero, Suetonius, & Lampridius vocant beneficia ad ærarium delata: & Hygenus, adscripta in libris beneficiorũ *v.Cuia.hic.* o i. à nobis cõcessis, p *vide Nou.114.* si iudex eas contẽnat. q & hic color encautum appellatur *j.eo.* Cauteria legimus ad pictoris instrumentũ pertinere *l.17.ff.de inst.* r ita legitur apud Plinium 35.c.11. nota formam encauti, componendi, Sic Paleologus Imperator Constantino. Romæ, in æde spiritus sancti, Ecclesiæ Romanæ subiectionem iurans Syngrapham cõcilij sanguine à se suscriptam testatam relinquit. Epitome Chronicorum weruetonis Leodiensis monachi apud Brissonium. s Encaustri *Hal.* Encauti *Cui.* Encauti fit mentio in lege 4. *Cod.Theod. de extraor.muner.l.1.§.1.j.de colleg.l.9.j.de agricol.Rod.7.c.31.* Encautum ἐγκεκαυμένον. Græci etiam appellãt σεβάσμια κεραία & σεβασμίας καὶ θεοειδεῖς κεραίας. t *facit.l.3.C. Theod.ad l.Cornel.de falso lib.9.* † Innocẽtius vult hãc clausulã, *Si preces veritate nitantur,* etiã subintelligi, quamuis nõ sit expressa *c.2.extra de res.v.An.Gayllũ 1.obs.14.* u ἐὰν τὰ ἀληθῆ ἐδιδάξεν. *synopsi Basilic.eod.c.20.adde l.4.§.si contra ius. Nouellam 138.in f. Nouellam 151.ca.1.l.5.j.si quis alteri vel sibi.*

Nec

Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licèt in iudicio adserat veritatem, nisi quæstio fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Nam & vir magnificus quæstor, & viri spectabiles magistri scriniorũ, qui sine præfata adiectione qualecũque diuinum responsum dictauerint: & iudices, qui susceperint, reprehensionẽ subbibũt. Et qui illicitè dicta scribere ausi fuerint, cuiuscunq; scrinij memoriales, seu pragmaticarij, vel adiutores primicerij, amissione cinguli feriantur. 1 ¶ Pragmaticas præterea sanctiones non [a] ad singulorum preces super priuatis negotiis proferri: sed si quando corpus aut schola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædã vniuersitas hominum ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus: vt in his etiam veritatis [b] quæstio reseruetur Dat. X. Kale. Ian. Constantinopo. post consulatum Basilisci II. & Armatij. 47.

De subscriptione quæstoris.

Authent. ex Nouell. 114. c. 1.

GLoriosissimi quoque quæstoris subscriptio est necessaria: in qua contineatur, & inter quos, ad quem iudicem, & per quem sacrum dirigatur oraculum. alioquin à nullo iudice suscipiatur: & qui contra fecerit, xx. lib. auri plectatur, & eius officium simili pœna percellatur.

DE[c] STATVIS[d], ET imaginibus.

Tit. XXIIII.

De iudicibus.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI quis iudicum accepisse æneas vel argenteas vel marmoreas statuas[e], extra imperiale beneficium, in administratione positus, detegetur: emolumenta, quæ accepit in ea positus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis vel præsumptis in quadruplum fisco nostro inferat: simúlque nouerit existimationis suæ pœnam se subiturum. Nec eos sanè à periculo pudoris [f] haberi volumus immunes, qui adulandi studio, aut metu inconstantis ignauiæ transire, quę sunt interdicta, tentauerint. Dat. XII. Kal. Ian. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Consf. 398.

Quæ seruantur in statuis, vel imaginibus principib. erigendis.

2. Impp. *Theod. A. & Valent.* Cæs. Aetio præfecto prætorio.

SI[g] quando [h] nostræ statuæ vel imagines eriguntur, siue diebus (vt adsolet) festis siue communibus: adsit iudex sine adorationis [i] ambitioso fastidio: vt ornamentum diei & loco, & nostræ recordationi sui probet accessisse præsentiam. Dat. III. No. Maij, Theodo. A. XI. & Valentiniano Cæsare Consf. 425.

De priuata collatione.

3. Iidem A. & C. Florentio præfecto prætorio.

IN nostræ serenitatis imaginibus ac statuis erigendis priuatæ collationis [k] iniuriam propulsari præcipimus, ne quid in eis suum collator cognoscat. Dat. III. No. Aprilis Theodosio A. XVII. & Festo Consf. 439.

De sumptibus.

4. Idem A. & C. ad Nomum comitem & magistrum officiorum.

ET virtutum præmia [l] tribui merentibus conuenit, & aliorum honores aliis [m] damnorum occasionem fieri non oportet. Idcirco quotiens vel iudicibus nostris, vel cuilibet alij statua fuerit à quocumque collegio, seu officio, vel in hac sacratissima ciuitate, vel in prouinciis postulata: nequaquàm ex descriptione sumptus colligi patimur: sed eius [n], cuius ad honorem petitur, expẽsis propriis statuam collocari præcipimus. Dat. V. Kal. April. Theod. A. XVIII. & Albino Consf. 444.

DE HIS QVI AD STATVAS[o] confugiunt.

Tit. XXV.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Cynegio præfecto prætorio.

QVI [p] ad statuas vel vitandi metus [q], vel creandæ inuidiæ[r] causa confugerint: si certas habuerint causas, quibus confugere ad imperatoria simulachra debuerint: iure ac legibus vindicentur [s]. Sin verò probati fuerint artibus suis inuidiam inimicis creare voluisse: vltrix in eos sententia proferatur. Datum Prid. Non. Iul. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio Consf. 386.

DE OFFICIO[t] PRÆFECTI[u] PRAEtoriorum[x] Orientis, & Illyrici.

Tit. XXVI.

De libelli datione.

1. Imp. *Alexander* A. Theodoro.

LIBELLVS præfecto prætorio [y] datus pro litis contestatione haberi non potest. Datum Prid. Kalend. Octobris, Agricola & Clementino Consf. 231.

De formis præfector. prætorio.

2. Idem A. Restituto.

FOrmam [z] à præfecto prætorio datam, etsi generalis sit, minimè legibus vel constitutionibus contraria: si nihil postea ex auctoritate mea innouatum est: seruari, æquum est. Dat. Idib. August. Seuero & Quintiano Consf. 236.

De Iudicibus mutandis, & furibus puniendis, & relatione ad principem.

3. Imppp. *Valen. Theod. & Arcad.* AAA. Tatiano præfecto prætorio.

SI quos iudices vel [a] propter aduersam & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam [b], aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua [c] inutiles esse repererit: his ab administratione remotis, & vice eorum aliis subrogatis, furibúsque pœnis legitimis subactis, ad nostræ mansuetudinis sententiam non crimina, sed vindicta referatur. Dat. V. Idus Decẽb. Cap. Arcad. & Bautone Consf. 385.

Cognitio de Iudice ordinario.

4. Iidem AA. Addeo comiti & magistro vtriusque militiæ.

DE ordinario iudice semper illustris est cognitio præfecturæ: licèt militari viro ab eo facta fuerit iniuria. Dat. Prid. Kal. Ian. Constantino. Theod. A. III. & Habundantio Consf. 393.

De rescriptis.

5. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Anthemio præfecto prætorio.

SI qui posthac velut indebitis oneribus grauati, ad preces crediderint conuolandum, siue de nauiculariis rationibus, siue transuectionibus: rescripta, quæ de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuę rescribantur. Dat. Idibus Decembris, Stilicone II. & Anthemio Consf. 405.

Quidam libri notant hic desiderari Græcam constitutionem.

Eius epitomen ex Ecl. Basilicon putat Leunclaius hanc esse.

VI.

PRæfectorum [d] prima sit ante vniuersos sedes: post eos, senatorum.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRAETOrio Africæ, & de omni eiusdem diœceseos statu.

Tit. XXVII.

De Iudicib. ciuilium administrationum, & officiis eorum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi.

Imperator Cæsar Flauius Iustinianus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, VVandalicus, Africanus, pius felix. inclytus, victor, ac triumphator, semper Augustus, Archelao præfecto prætorio Africæ.

QVAS gratias, aut quas laudes Domino Deo nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mẽs nostra potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & antea à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eius beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus, præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude & pro suo nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera, quæ in seculo cõtigerũt: vt Africa [e] per nos tamẽ breui tempore reciperet libertatem, antea nonagintaquinque [f] annos à VVãdalis captiuata: qui animarum fuerant simul hostes, & corporum. nam animas quidem diuersa tormenta atque supplicia non ferentes, rebaptizando [g] ad suam perfidiam transferebant: corpora, verò liberis natalibus, clara, iugo barbarico durissimè subiugabant. Ipsas quoque Dei sacrosanctas

---

a πραγματικὸς θεῖος τύπος *synopsis Basilic. eod. c. 27.* sacra pragmatica forma non ad singulorum, sed ad corporis collegij, ciuitatis, & prouinciæ preces profertur.

b τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τούτων σκοπουμένης *synopsis ibid.* sic tamen, vt in his quoq; spectetur veritas.

c De imaginib. Imperialibus. Cod. Theodosiano *libro 15. titul. 4.*

d 15. *C. Theo. 4.*

e *l. 2. ff. de loco pub. fruendo.*

f i. infamiæ.

g *l. vnica Cod. Theodos. eod.*

h 15. *C. Theod. 4. l. vn.*

i Principis statuæ non sunt adorandæ *Ambros. 6. Hexamer.* Hinc Tyberius, *auctore Suetonio*, statuas inter ornamẽta domorum, non inter simulachra deorum, poni voluit.

k collectionis *Hal.*

l Præmia bene meritis tribuenda.

m Honor vnius alterius damno esse non debet.

n sed ei, cuius.

o *9. Co. Theodos. 44.* statuæ initio meritissimis positę, tyrannicidis Harmodio & Aristogitoni apud Athenienses *34. Plinius 4. Arrianus 7.* apud Græcos iis qui olympico certamine vicissent. Excepta deinde res à toto orbe terrarum: nec hominib. modo sed & Diis in tẽplis & mulieribus quoque publicè positæ 34. *Plinius. 4. 5. 6.* Religio, diuinis attributa *Plautus Rudẽte: Iusti. 20. in 3. l. 3. §. de his qui ad Ecclesias* vt & Principum statuis *Philostratus. 1. de vita Apollonij.*

p *l. vnica. Cod. Theodos. eod.*

q *l. 2. ff. de his qui sunt sui.*

r *v. l. 8. ff. de variis & extraord. criminibus l. 28. § 7. ff. de pœnis.*

s *subaudi* ab iniuria. *Cicero 1. de finibus.* sapientia sola nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicat.

t De origine, officio, potentia & insignib. Præfectorum Prætoriis vide Petrũ Fabrum *1. sem. 1. 2. 3.* eorum potestas dicitur ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα à Zosimo.

u Rolandus à Valle *1. consi. 70.* refert *nume. 16.* Præfectis Prætorio exæquari senatus & parlamenta Forcatulus verò Conestabilẽ *c. 17. Penus iuris ciuilis nu. 1.* Sed Papo confert cum eo quem nunc Cãcellarium vocamus *3. notar. 7. fol. 495.* & malè meo iudicio. Galli eos olim appellarũt *Maires du palais*, quorũ dignitas magna fuit tẽporibus Merouingiorũ. Si fas sit comparare, Præfecti Prætorio vicẽ, ij sustinere hodie videntur, qui ab Hispano rege regnis præfecti delegantur: quales denique possis dicere, viceregis prouinciarũ Hispanicæ ditionis.

x Duo in vrbe fuerunt tempore Iustiniani Præfecti Prætorio Oriẽtis *l. 54. §. de episcopis:* & sub eorum cura diœceses quinque, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. & cuiusque diœceseos prouinciæ varię quib. præsidentes dabãtur. Fuit & alius Præfectus Prætorio Illyrici: & sub eius dispositione diœceses duę Macedonia & Dacia. Fuit etiã quodã tempore sub Iustiniano Præfectus Prætorio Italiæ, de quo *No. 69. & 79.*

y Aliud si principi *l. 1. §. quando libellus principi.*

z Formas præfectorum prætorio Græci vocãt ἐπαρχικά de quibus *v. Cuia. 6. obs. 10. adde l. 16. §. de iudic. l. 27. §. de fideiussor.*

a Ob aduersam valetudinẽ, negligentiam vel furtũ, iudex remoueri potest.

b *adde l. 14. in f. ff. de offic. præsid.*

c *l. 38. §. de decurionibus.*

d interpretatio Leunclaij. extat autem hæc constitutio apud authorẽ synopseos *Basilicôn li. 6. tit. 1. c. 12.*

e Africa de Vãdalis recepta à Iustiniano.

f Quot annis à Vandalis Africa fuerit occupata.

g Vandali Anabaptismo polluti. hoc fortè didicerant à Donatistis.

a v. *Optatum contra donatistas.* b Nota Iustinianum vidisse Christianos, quibus Vandali linguam exciderant, nec tamen eis loquendi facultatem ademerant. Hac sæuitia Honoricus vsus est aduersus catholicos, cùm ab iis impetrare non posset vt Arrij doctrinam sequeretur. Legimus quoque mutum quendam ita natum, post abscissam linguam statim loquutum refutasse Arrianorum hæresim, & de fide Christiana veras voces emisisse, idq; vidit Marcellus Comes. Idem se vidisse in multis refert Æneas Gazeus *in Theophrasto.* Idé visum fuisse Constantinop. refert Procopius *li. de bello Vandalico:* & ex his duos, cũ se scortis miscuissent, loqui desisse. His adde Victorem Vticensem *lib. de persecutionib. Africæ:* & Paulum Diaconum *in Odoacr:* vide *Cuiac. 19. obs. 6.* Forcatulus *in cupidine iurisperito. cap. vlt. inf.* & hoc etiã de Argonaii refert ex Valerio Flacco: Veturos inquit, canit errores, canit & Iouis iras Vocibus, humanis, stellati conscia cœli. Nam quod de asina Baleami adfertur *Num. c. 22.* nõ magis huc pertinet, quã illud Liuij Boue in Capitolio locutũ. c Magistratus seruus Dei. d Roma à Vandalis capta. e Africa, tépore Iustiniani, propriũ habuit Præfectũ Prætorio. f Hæc est illa Carthago Romani imperij æmula *Strabo lib. 17. inf.* condita à Didone & colonis Tyriis *Virg. 1. Æneidos ver. 15. 16. Tertullian. lib. de Monogamia: & Apologetico aduersus gẽtes. Strabo lib. 17. inf.* septuaginta duob. annis ante Romã, vt ex Trogo refert Iustinus *lib. 18.* aut 112. vt vult Iosephus *1. contra Apionem:* euersa à Scipione *2. Flor. 5.* restaurata ab Augusto. *Strabo lib. vlt. Pompon. Mela. 1. c. de Africa: Pli. lib. 5. Plutarch. in Iul. Cæsare:* capta à Vandalis *Procop. 1. de bello Vãdalico:* recuperata à Belisario Iustiniani præfecto *Procop. ibid.* Princeps olim Africæ *Tertull. lib. de pallio in pr.* hodie vicus mediocris *Leo 5. Afric.* g Zeugia à qua Zeugitana. h à qua Byzacena prouincia *l. 2. §. 19. §. 23. eo.* dux Byzacenę *l. 2. eo.* malè Bizãcium: corrupti Hieratiũ, apud Sextũ Ruffum. i *l. vlt. de annon.*

ecclesias suis perfidiis maculabãt: aliquas verò ex eis stabula [a] fecerunt. Vidimus [b] venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis pœnas suas miserabiliter loquebãtur. Alij verò post diuersa tormenta per diuersas dispersi prouincias, vitam in exilio peregerunt. Quo ergo sermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimũ seruũ suum[c], ecclesiæ suæ iniurias vindicare dignatus est, & tantarũ prouinciarũ populos à iugo seruitutis eripere? quod beneficium Dei antecessores nostri non meruerunt: quibus non solùm Africam liberare non licuit: sed & ipsam[d] Romam viderunt ab eisdem Vandalis captam, & omnia imperialia ornamenta in Africam exinde translata. Nunc verò Deus per suam misericordiam non solùm Africã, & omnes eius prouincias nobis tradidit, sed & ipsa imperialia ornamenta, quæ captã Roma fuerant ablata, nobis restituit. Ergo post tanta beneficia, quæ nobis diuinitas contulit, hoc de Domini Dei nostri misericordia postulamus, vt prouincias, quas nobis restituere dignatus est, firmas & illæsas custodiat: & faciat nos eas secundùm voluntatem suam ac placitum gubernare: vt vniuersa Africa sentiat || omnipotentis || Dei misericordiam: & cognoscant eius habitatores à quã durissima captiuitate & iugo barbarico liberati, in quanta libertate sub felicissimo nostro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper virginis & Dei genitricis Mariæ precib. vt quicquid minus est reipublicæ nostrę, per nos vltimos seruos suos restituat in suo nomine Deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere. 1 ¶ Deo itaque auxiliante pro felicitate reipublicæ nostræ, per hanc diuinam legem sancimus, vt omnis Africa, quam nobis Deus præstitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem, & propriam[e] habeat præfecturam: vt sicut Oriens, atque Illyricũ: ita & Africa prætorianã maximã potestate specialiter à nostra clementia decoretur. Cuius sedem iubemus esse Carthaginem[f] & in præfatione publicarum chartarum præfecturis aliis eius nomen adiungi, quam nunc tuã excellentiam gubernare decernimus. 2 ¶ Et ab ea auxiliante Deo septem prouincię cum suis iudicibus disponantur: quarum Tingi[g] || & , || quæ proconsularis antea vocabatur, Carthago, & Byzacium[h] ac Tripolis rectores habeant consulares: reliquæ verò, id est Numidia, & Mauritania, & Sardinia, à præsidibus cum Dei auxilio gubernentur. 3 ¶ Et in officio quidem tuæ magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici præfecti prætorio Africæ, trecentos nonagintasex viros per diuersa scrinia & officia militare decernimus. In officiis verò consularium ac præsidum quinquaginta homines per singula officia esse sancimus. 4 ¶ Quæ verò emolumenta siue magnificentia tua, siue consulares, & præsides, & quod vnusquisque ex officio eorum de publico cõsequi debeat, notitia subter annexa declarat. 5 ¶ Optamus ergo, vt omnes iudices nostri secundùm voluntatem & timorem Dei, & nostram electionem atque ordinationem sic suas administrationes gubernare studeat: vt nullus eorum aut cupiditati sit deditus, aut violentias aliquas vel ipse inferat, vel iudicibus, aut officiis eorum, aut quibuscumque aliis collatoribus inferre permittat. Licèt enim per omnes prouincias nostras (Deo iuuante) festinemus, vt illæsos habeant collatores: maximè tamen tributariis diœceses Africanæ consulimus, qui post tantorum temporum captiuitatem meruerunt (Deo iuuante) per nos lumen libertatis adspicere. Ergo iubemus, omnes violétias & omnem auaritiam cessare, & iustitiam atque veritatem circa omnes nostros tributarios reseruari. Sic enim & Deus placabitur: & ipsi possunt celeriùs, sicut collatores alij nostræ reipublicæ, releuari atque florere. 6 ¶ Sportulas[i] etiã ab officio tam viri magnifici, præfecti || prætorio || Africani, quàm reliquorum iudicum sic exigi iubemus, quomodò in nostris legibus est dispositum: & ab omni republica nostra custoditur: vt nullus audeat quocumque tempore, vel quocumque modo earum excedere quantitatem. 7 ¶ Hoc etiam præsenti sanctione credimus ordinandum, vt non multa dispendia pro completione chartarum, vel codicillorum, vel in nostro laterculo, vel in scriniis præfecti prætorio per Africam iudices sustinere videantur: quia, si ipsi dispendiis læsi non fuerint, nullam habebunt necessitatem eiusdem nostræ Africæ tributarios prægrauandi. Iubemus ergo, vt iudices diœceseos[k] Africanæ tã ciuiles, quàm militares, in nostro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis suæ consuetudinib. nihil vltra sex solidos præbeant: at verò in scrinio præfectorum non vltra duodecim solidos cogãtur inferre. quẽ modũ si quis excesserit: ipse quidem iudex triginta librarum auri dispendio

k diœcesis, multarum prouinciarum administratio atque cõplexus. l Notitia, est breuis aut libellus, in quo descriptio status, administrationis & diœceseos alicuius continetur *l. 3. l. 5. Cod. de aduoca. diuer. l. vn. de excusa. artif. l. penult. & l. vlt. de diuers. off.* Hinc de statu imperij sub Imperatoribus Constantinopolitanis agens liber, *Notitia imperij Romani* inscribitur: adde & aliam notitiã, quę extat in *l. 2. §. 3. eod. m l. 7. de palat. sacrar. largit. Nou. 8. c. 1. §. 1. m v. tit. de annonis & cap.* n consiliariorum. o Cancellarij, iudicum secretarij *v. l. 3. l. 5. de assessoribus domest. & cancel. iud.* p Quatuor hæc erant scrinia, memoriæ, libellorũ, epistolarum, dispositionum *l. 20. de fide instrumentorum: l. vlt. de decurionib. l. 3. de off. q. l. 3. 4. 11. de proxim. sacror. scrin. l. 2. de priuil. eor qui in sacro:* Interdum scrinium

subiacebit: officiũ verò eius nõ solùm simile dispendiũ, sed & capitale periculũ sustinebit. Nã si aliquis ex quacumque parte ausus fuerit iussiones nostras excedere, & non festinauerit cum Dei timore eas seruare: nõ solùm dignitatis aut substãtiæ periculũ sustinebit, sed etiã vltimo supplicio subiacebit. 8 ¶ Et est notitia[l] Deo auxiliante. Pro annonis & capitu[m] pro tẽpore PP. per totã Africã auri libras centum. Pro annonis Consulariũ[n] auri libras 20. Pro annonis Cancellariorũ[o] auri libras 7. Itẽ officiis eius ita. In scrinio primo homminib. decẽ pro annonis. 18. pro cap. sol. 12. Fiunt sol. 148. Itẽ Numerario, pro ann. sol. 5. & pro capi. solid. 4. Fiunt solid. 46. Secundo pro ann. 3. ann. solid. 5 & pro cap. 7. cap. solid. 5. & pro cap. 2. cap. sol. 4. Fiunt sol. 16. 3. verò & 4. ad ann 50. ann. solid. 5. & ad cap. 50. cap. sol. 4. Fiunt 24. Reliquis 3 ad ann. 50. ann. solid. 5. & ad cap. 50. ca. sol. 4. Fiunt solid. 28. In scrinio secundo, vt suprà scriptũ est. In scrinio tertio, vt suprà scriptũ est. In scrinio quarto[p] vt suprà scriptum est. In scrinio primi scrinij, quod est subadiuuæ[q] hominib. 10. ann. 14. cap. 12. Fiũt sol. 116. f. Ita primi scrinio pro ann. 3. ann. solid. 5. & pro capi. 2. cap. solid. 4. Fiunt soli. 23. Secundo pro ann. 2. ann. solidi. vt suprà scriptum est, & pro cap. solid. vt suprà scriptũ est. & fiunt solidi 16. Tertio & quarto pro an. 1. annona, solidorũ vt supra scriptum est, & pro ca. 1. cap. solidorũ, vt suprà scriptũ est. Fiunt sol. 23. Reliquis hominibus 6. ad ann. 1. anno. sol. 5. & pro capitu. capit. solid. 4. Fiunt sol. 58. In scrinio cõmentariensis[r] hominibus. 12. an. 17. capit. 4. Fiunt solidi 153. Primo commentariensi. an. 3. sol. 5. pro cap. 2. cap. sol. 4. Fiunt sol. 23. Sequentes homines. 3. ad an. 2. ann. sol. 5. pro cap. 2. ca. sol. 4. Fiunt solidi 48. Reliqui homines 8. ad an. 1. an. sol. 5. & cap. 1. capit. solid. 4. Fiunt sol. 27. In scrinio ab actis hominib. 10. ann. 14. cap. 12. solid. 118. Ita primo ann. 3. pro ann. 1. solid. 6. cap. 2. capit. sol. 4. Fiunt solid. 23. Secundo & tertio ad ann. 2. an. solid. 5. & ad capit. 2. cap. sol. 4. Fiunt sol. 32. Reliquis 17. ad an. 1. solid. 5. ad cap. 1. cap. soli. 8. Fiunt solid. 64. ¶ In scrinio libellorũ[s] hominibus 7. ann. 6. capit. 6. Fiunt sol. 5. pro capit. 2. capitu. sol. 4. Fiunt solidi 16. Secũdo 2. pro an. sol. 10. pro cap. 1. sol. 4. Fiunt solid. 12. Reliquis hominibus 4. ad an. 1. ann. solid. 5. & ad capit. 1. solid. 4. Fiunt solid. 36. ¶ In scrinio exceptorum[t] hominibus 60. ann. 74. ca. 62. solid. 618. Ita primo & secundo anno 3. pro an. solid. 5. & ad ca. capit. sol. 4. Fiunt solid. 46. Aliis hominibus 6. ad ann. 2. an. sol. 5. ad 1. cap. solid. 4. Fiunt sol. 116. Reliquis hominib. 10. ad ann. 1. ann. solid. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt sol. 115. Reliquis hominibus 44. ad an. 1. sol. 5. & ad cap. sol. 4. Fiunt sol. 386. ¶ In schola singularium[u] hominib. 50. an. 3. cap. 1. sol. 473. Ita 1. an. 2. an. sol. 5. ca. 1. cap. sol. 3. Fiunt sol. 34. Secundo, tertio & quarto ad an. 5. ann. sol. 5. & ad cap. 1. ca. sol. 4. Fiunt sol. 34. S. Reliquis 46. ad ann. 1. sol. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt sol. 418. ¶ In schola mittendariorum[x] hominibus 50. an. 52. S. cap. 50. sol. 442. Ita primo anno 2. ann. sol. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt solidi 14. Secundo, tertio & quarto ad ann. 1. ann. sol. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt sol. 34. S. Reliquis hominibus 46. ad ann. 1. ann. sol. 5. & ad cap. 1. ca. solid. 4. Fiunt solidi 324. ¶ In schola[y] cursorum hominibus 30. ann. 22. S. cap. 30. sol. 232. Ita primo anno, ann. soli. 5. cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt solidi 17. Secundo, tertio & quarto ad ann. 1. S. ann. solid. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt sol. 34. S. Reliquis hominibus 26. ad ann. 1. an. sol. 5. & ad capitu. 1. ca. solid. 4. Fiunt solidi 234. ¶ In schola nomenculatorum[z], hominibus 22. ann. sol. 5. capitu. 12. solid. 4. Fiunt solidi 115. Ita, primo ann. ann. solid. 5. cap. 1. S. capi. solidos 4. Fiunt soli. 16. Reliquis hominibus 11. ad an. 1. an. sol. 5. & ad capit. 1. cap. sol. 4. Fiunt sol. 99. ¶ In schola stratorũ[a] hominib. 6. an. 7. cap. 6. sol. 59. Ita, Primo anno. an. sol. 5. cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt solidi 14. Reliquis hominibus 5. ad an. 1. an. sol. 5. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiunt solid. 45. ¶ In schola prætorianorũ[b] hominibus decem an. 12. cap. 11. sol. 97. Ita, Primo annonæ pro an. 2. sol. 5. pro ca. sol. 4. Fiũt sol. 16. Reliquis hominib. 9. ad an. 1. pro an sol. 5. ca. 1. pro cap. sol. 4. Fiũt sol. 71. ¶ In schola draconariorũ[c] hominib. 10. an. 11. ca. 10. S. sol. 206. Ita Primo an. pro ann. sol. 4. & ad cap. 1. cap. sol. 4. Fiũt sol. 16. Reliquis hominibus 9. ad an. 1. pro an. sol. 5. cap. 1. pro cap. sol. 4. Fiunt solidi 80. ¶ In scrinio operũ[d] hominibus 20. an. 24. ca. 21. sol. 224. Ita, Primo an. 3. pro ann. sol. 5. cap. 2. pro cap. sol 8. Fiunt sol. 24. Reliquis hominibus 3. ad ann. 2. pro. ann. sol. 5. & ad cap. 1. pro cap. sol. 4. Fiũt sol. 62. Reliquis aliis hominib. 6. ad an. 1. pro an. sol. 5. & ad ca. 1. pro cap. sol. 4. Fiunt sol. 90. ¶ In scrinio arcæ[e] hominibus 20. ann. 28. cap. 21. solid. 224. Ita, Primo ann. 3. pro an. sol. 5. cap. 2. pro cap. sol. 4. Fiunt solid. 23. Reliquis hominibus 4. ad an. 2. pro an. solid. 5. & ad ca. 1. pro cap. sol. 4. Fiunt solid. 42. Reliquis aliis hominibus 6. ad ann. 2. solid. 5. & ad cap. 1. pro cap. sol. 4. Fiunt solid. 68.

c Ij dracones ferebant ad prælium. Draco signum militare cohortis. Primum signum totius legionis aquila *v. Vegetium 2. ca. 13.*
d nota de scrinio operum. e hinc arcarij, Præpositi his suscipiendis, quæ in arcam præfecti prætorio inferuntur *v. de susceptoribus præpos. & arc.*

disponitionũ o mittitur. *l. 5. 6. 10. de proxim. sacror. scrin. l. 1. de priuil. eor. qui in sacro palat.* Erãt & scrinia exceptorũ, Tabulariorum, Canonum, numerorum, mittendariorum *l. vlt. de vestibus holobar. l. 7. de palatinis sacra. largit. l. 1. de murileg.* Fabricarum, barbaricariorum *l. 1. de præpos. agent. in reb.* aut ad responsum *d. l. 7.* Hinc scriniarij *l. vlt. de testam. milit. l. vlt. de cast. pecu. l. 10. de numerar. l. vlt. de appar. præfect. prætor.* Scrinij magister *Lampridius.* q subadiuua. i. adiutoris adiutor *l. vlt. de agẽtib. in reb.* cuius munus τῶ βοηθεῖν *Synesius epist. ad Heruncianum. Suidas. l. 3. Cod. Theodos. de agentibus in reb.* Ea forma, dicitur subceratores *l. 50. de negotiis.* & subdoctor ab Ausonio, ad victorinum subdoctore qui Græcis ὑποδιδάσκαλος ordinarij doctoris vicarius, morũ κεσμητης *Ioseph. Scalig. lib. 1. lect. Ausonianarum ca. 15.* r Cõmentariensis, cuius manu actus subnotantur *l. 45. §. 7. ff. de iure fisci.* s nota describnio libellorum. t *l. 5. l. 2. de prox. sacr. rum scrin. l. 1. §. l. vlt. de pala. sacrar. largit. l. vlt. de re milit. l. vlt. de castr. pec. l. 5. de numerariis.* u Singulares siue singularij, q. singula siue singula .i. abreuiatura scribebant. Sic singula, singla, sigla, & tandem vigla. Notę distant à singlis. Sigla, sunt singulares literæ: notæ, non sunt literæ. A siglis singulatij, vt à notis notarij *v. Cuiac. 12. obs. vlt.* x *l. 3. l. 7. 8. de palat. sacrar. largit.* y Nota de schola cursorum. z Alio sensu accipitur hîc, quàm in lege *7. §. 5. ff. de oper. libert.* a stratorum *v. de stratoribus.* b Prætoriani, milites præfectorum prætorio.

Reliquis

Reliquis aliis hominibus 110. ad ann. 1. pro ann. solid. 5. & ad cap. 1. pro cap. solid. 4. Fiunt solid. 90. ¶ In schola [a] chartulariorum [b] hominibus 50. ann. 58. cap. 2. pro cap. solid. 4. Fiunt sol. 24. Ita, Primo ann. 3. pro an. sol. 5. ca. 2. pro cap. sol. 4. Fiunt solid. 23. Reliquis hominibus 3. ad ann. 2. pro ann. sol. 5. & ad cap. 1. pro cap. sol. 4. Fiunt solid. 48. Reliquis aliis hominibus 5. ad ann. 1. pro an. solid. 5. & ad ca. 1. pro cap. solid. 4. Fiunt sol. 49. Reliquis hominibus 40. ad ann. 1. pro an. sol. 5. & ad cap. 1. pro capit. solid. 4. Fiunt solid. 360. Fiunt homines 396. ann. 499. solid. 2. 490. cap. 420. Fiunt solid. 4. 73. 3. 682. Item pro ann. & cap. censualium sol. 449. Officiorum eius solidi 160. potest medi hominibus 5. ann. 48. capit. 18. solid. 418. Ita, Primo anno pro ann. 15. cap. 5. solid. 5. Secundo pro ann. 10. cap. 5. sol. 70. Reliquis hominibus 3. ad an. 8. & ad ca. 2. sol. 150. 7 ¶ Grammaticis [c] hominibus 2. ad an. 10. & ad cap. 2. ad sol. 70. sortitas. 8 ¶ Oratoribus [d] hominibus 2. ad an. 10. cap. 5. ad sol. 70. 9 ¶ Hæc igitur, quæ pro dispendiis, ciuilibus iudicibus Africæ, eorúmque officiis, id est tã scriniariis [e] amplissimæ eius præfecturæ, quã cohortalibus [f], per hanc diuinam cõstitutionem statuimus: tua magnitudo cognoscens, ex Kal. Septemb. futuræ tertiæ decimæ indictionis effectui mancipari, obseruaríque procuret, atque edictis publicis omnibus innotescat. His scilicet, qui ordinati fuerint à tua sublimate secundùm præsentem diuinam constitutionem, firmitatem sui status in perpetuo habituris. Nam Deo iuuante de militaribus iudicibus, & de officiis eorum, & de alio nostro exercitu per aliam sanctionem statuemus. Datum Constantin. DN. Iustiniano PP.

De Iudicibus militaribus & de officiis eorum.

2. Idem A. Belisario magistro militum per Orientem.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ad omnia consilia omnésque actus semper progredimur. per [g] ipsum enim iura imperij suscepimus. per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmauimus. per ipsum acerbissimos hostes, & fortissimos tyrannos deiecimus. per ipsum multas difficultates superauimus. per ipsum Africam defendere, & sub nostrum imperium redigere, nobis concessum est. per ipsum quoque, vt nostro moderamine rectè gubernetur, & firmè custodiatur, confidimus. Vnde per eius gratiam etiam ciuilium administrationum iudices & officia singulis Africanis prouinciis constituimus attribuentes quidem emolumentum, quod vnusquisque percipere debeat. Ad eius igitur prouidentiam etiamnum animum nostrum referentes, & armatas militias, & duces militum ordinare disponimus. 1 ¶ Sancimus itaque, vt dux militum Tripolitanæ [h] prouinciæ in Leptimagnensi [i] ciuitate sedes interim habeat. Dux verò Byzacenæ [k] prouinciæ ||&|| in Capsa & altera [l] Lepte ciuitatibus interim sedeat. Dux verò Numidię [m] prouiciæ in Constantinensi [n] ciuitate sedes interim habeat. Dux autem Mauritanię [o] prouinciæ in Cæsariensi [p] ciuitate interim sedeat. 2 ¶ Iubemus etiam: vt in traiectu, [q] qui est contra Hispaniam, qui Septa dicitur: quantos prouiderit tua magnitudo, de militibus vnà cum tribuno suo homine prudente, & deuotionem seruante reipublicæ nostrę, per omnia constituas: qui possint & ipsum traiectum semper seruare, & omnia, quæcumque in partibus Hispaniæ vel Galliæ seu Francorũ [r] aguntur, viro spectabili duci denunciare, vt ipse tuæ magnitudini referat. In quo traiectu etiã dromones [s], quantos prouideris, ordinari facias. 3 ¶ In Sardinia [t] autem iubemus ducem ordinari: & eum iuxta montes, vbi Barbaricæ gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantos & ibi tua mágnitudo prouiderit. 4 ¶ Et homines diligenter pro commissis suæ custodiæ prouinciis inuigilent: & ab omni hostium incursione subiectos nostros tueantur illæsos: & festinent die noctéque Dei inuocando auxilium, & diligenter laborando, vsque ad illos fines prouincias Africanas extendere, vbi ante inuasionem Vandalorum & Maurorum respublica Romana fines habuerat, & vbi custodes antiqui seruabant: sicut ex clausuris [u] & burgis [x] ostenditur. maximè autem ciuitates, quæ prope clausuras & fines antea tenebantur, cùm essent sub Romano imperio constitutę, auxiliante diuina misericordia cùm hostes per partes expelluntur, festinent comprehendere atque munire: & in illis duces & milites per partes accedant, vbi antea fines [y] & clausuræ prouinciarum erant, quando integræ Africanæ seruabantur sub Romano imperio prouinciæ, quod Deo annuente (cuius auxilio nobis restitutæ sunt) speramus cito nostris prouenire temporibus: & vt in securitate & pace prouinciæ cum antiquis finibus integræ seruentur, & vigiliis

a Schola, corpus & collegiũ militãtium, quidam interpretantur, locũ in quo militãt: meo tamẽ iudicio malè.
b de quibus dicam .j. *de numerarius, actuarius & chartularius.*
c *adde l. 2. l. vlt. .j. de professorib.*
d *d. l. 2. d. l. vlt.*
e σκεινιάειος ὁ χαρτοφύλαξ author etymologici χαρτυλάειος τοῦ ἐπάρχου Suidas, memorialis Præfecti pretorio, magistri militum, comitis vtriusque ærarij. Proconsul Asiæ & Castrensis ac Palatij suos habere scriniarios *v. j. de nume. act. char. adiutoribus, scriniariis.*
f cohortales officiales prędidum, consulariũ, correctorum *v. j. de cohortalibus.*
g ἀναφορὰ figura dictionũ species, cũ in principio multarum orationũ idem verbũ repetitur.
h quæ Orosio & Aetico Subuentana & Arzugum, hodie fortè Gare gare, v. Orteliũ. Quæ hodie Africæ Tripolis nominatur, noua est, ab Africanis extructa circa veterem destructã à Mauris *v. Leon. 5. Africæ.*
i Lepti magnæ. Leptis magna hodie Lebida.
k *v. l. 1. §. 2. .s. eod.*
l i. parua, quæ hodie Africa nuncupatur.
m quæ hodie Biledulgerid *Ioh. Leo. in sua Africa.*
n Ea fuit à Romanis ędificata, de qua vide Leonem *lib. 5. sua Africa.*
o Mauritaniæ *Hal.* Mauritania (Hebræis *Phut.*) duplex, Tingitana, quę & etiam Bogudiana, Mauritania, Sitifensis, Hispania Transfretana, Hispania Tingitana, inferior Mauritania. Hodie regnũ Marrochi nuncupatur, si Antonio Curioni: regnũ Fezzæ, si Nigro credimus. Altera Cæsariensis, quę Masilia & Massæsylia: hodie regnũ Tremessenum.
p Hãc hodie nũcupari, Cabo Figato refert Pinetus *v. Procopium. lib. 6. de ædificiis Iustiniani.*

q Hic traiectus hodie dicitur, *Estroit de Gibraltar & de Marroch.* Thevetus dicit ab Aethiopibus Gebethon, Gebetthatat & Zuchat nuncupari. quæ nomina valde mihi vnà cum authore, suspecta. r Franci tempore Iustiniani Gallias occupabant, nec iis imperabat Iustinianus, vt hîc liquet: & tamen se Francicum appellat multis locis & inscriptionibus. fortè quòd dux quidam Francorum à Narsete Iustinianei exercitus duce, propè Tarentum fuerat superatus: cùm 22. antea annis Franci Theodeberto rege duos instructissimos exercitus Iustiniani & Gothorum (qui in procinctu erant, vt inter se dimicarẽt de Mediolani possessione) fudissent *v. Procop. lib. 1. de bello Gothor.* s Dromones, nauigij longioris & ad cursum expediti genus *Isidor. 19. Etymologiar. 1. Cassiodor. 5. variar.* Dromoni contrarius musculus, curtũ nauigij genus *Zonar. tõ. 3. in Mauricio & Iustinia. Rhinotmeto.* A Dromone, Dromonarij *Cassiodor. lib. 2. & 4. variar.*

ac laboribus deuotissimorum militum, & cura spectabiliũ pro tempore ducum custodiantur illæsæ: quoniam ita cõuenit, vt semper custodes fines prouinciæ seruent: ne detur hostibus licentia incurrendi aut deuastandi loca, quæ nostri subiecti possident. 5 ¶ Quantos autem milites, siue pedites, siue equites, per vnumquemque limitem collocari oportet ad custodiendas prouincias & ciuitates, tua magnitudo, prout considerauerit, ordinet, & nobis referat: vt si præuiderimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eã: sin autem perspexerimus & aliquid amplius fieri, vt eam augmentemus. 6 ¶ Quid autem [z] stipendiorum nomine pro se suísque hominibus, & quid eius officium consequetur: hoc in subdita declaratur notia. 7 ¶ Sicut ergo prædictum est, interim nunc duces ac milites secũdum nostrã dispositionem in locis seu ciuitatibus, in quibus iussimus, sedeant, donec Deo auxiliante nobis ac reipublicæ nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, in quibus vniuscuiusque prouinciæ antiquus limes constitutus erat, quando florente Romana republica memoratæ prouinciæ integræ tenebantur. 8 ¶ Pro limitaneis verò ordinandis necessarium nobis esse videtur, vt extra Comitatenses milites qui [a], per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui [b] possint & castra & ciuitates limitis defendere, & terras colere; & vt alij prouinciales videntes eos per partes [c], ad illa loca se conferant. Et exemplum [d] fecimus vnius numeri limitaneorum: vt secundum exemplum, quod nos misimus, per castra & loca, quæ prouiderit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordinet: sic tamen vt: si inueneris de prouinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant: limitaneorum constituas numero in vnoquoque limite: vt, si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei [e] sine Comitatensibus militibus vnà cũ ducibus suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerint nõ longè limitem exeuntes, nec ipsi limitanei, nec duces eorum: vt nullum etiam dispendium à ducibus [f] vel ducianis prædicti limitanei sustineant, nec aliquas [g] sibi consuetudines de eorum stipendiis per fraudem ad suum lucrum cõuertant. Hæc autem non solùm in limitaneos volumus obseruari, sed etiam in Comitatenses milites. ¶ Et vnumquemque ducem & tribunos eorundem militum iubemus: vt semper milites ad exercitationem [h] armorum teneant, & non concedant eos diuagari, vt, si quando necessitas contigerit, possint inimicis resistere: & nullum audeant duces aut tribuni commeatalem [i] de ipsis dimittere: ne, dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquãt prouincias. Nam si vsurpauerint memorati duces, vel officia eorum, seu tribuni, commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere. hoc non solùm in quadruplum iubemus publico rependere, sed etiam dignitate eos priuari. Magis enim debent & duces & tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos de nostra largitate remunerationem sperare, & non de commeatis [k] militum aut eorum stipendiis lucrum sibi acquirere: quoniam ideo ordinati sunt milites, vt per ipsos prouinciæ vindicentur: pręcipuè cùm sufficienter & ipsis ducibus & eorum officiis emolumenta præstitimus, & semper prouidimus vnumquemque secundùm labores suos ad meliores gradus & ad maiores dignitates perducere. 10 ¶ Postquam verò Deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes omnis in antiquũ statum peruenerit, & benè ordinatus fuerit: tunc vbicunque necessitas emerserit, viri spectabiles duces inuicem sibi, quando vsus exegerit, auxilium præbeant: vt prouinciæ seu limites, eorum vigiliis & laboribus (Deo iuuante) illæsi custodiantur. 11 ¶ Sicut autem iubemus audaces & feroces contra inimicos iudices ac milites nostros esse: sic volumus eos mites & beneuolos circa collatores [l] nostros existere, & nullum damnum nullámque læsionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militibus ausus fuerit quamcumque læsionem tributariis [m] nostris inferre: periculo viri spectabilis ducis seu tribuni & principis digna vindicta afficiatur, vt indemnes tributarij nostri custodiantur. 12 ¶ Si verò pro quibusdam causis interpellatio apud nostros iudices facta fuerit: iubemus, non ampliùs sportularũ nomine, quàm nostris legibus definitum est, executores accipere, pœnam eisdem legibus incertam ex transgressione formidantes. 13 ¶ Cùm autem Deo annuante Africanę nostræ prouincię per tuam magnitudinem secundùm nostram dispositionẽ ordinatæ, & limites in antiquum statum reducti: & omnis Africa sic detenta fuerit, sicut erat: cùm ergo hæc omnia, (Deo iuuente) præsente tua magnitudine, disposita & perfecta fuerint: &, per labores tuos [n], ||antiquos|| fines omnes

t *§. 3. §. 19. in f. .j. eod.*
u quæ clausuræ *v. l. 4. .j. de off. magist. off.*
x Hæc vox deducitur à voce Gręca πύργος. Vegetius *lib. 4.* Castellum paruũ burgum vocat. Paulus Orosius in Valẽtiniano, crebra per limitem habitacula constituta Burgos vulgò appellat. Eadem vox reperitur in lege penultima .j. *de fundis rei priuata v. Cuiac. 3. obs. 24.* A burgis dicti Burgarij, hoc est burgorum qui in limitibus erãt custodes. De burgariis Hispaniæ vide l. vnicã Co. Theodo. de burgariis, *lib. 7. tit. 14.* Idque satis ostenditur sequentib. titulis 15. 16. 17. quorũ hæc est inscriptio, de terris limitaneis, De littorum & itinerũ custodia, de lusoriis Danubij Dictos Burgũdiões à burgis Paulus, Luitprandus & Isidorus existimãt *v. Pithœum. 1. aduer. 14.*
y Imperatores Romani habuerunt in limitib. τὰ ὀχυρώματα, quæ ipsi clusuras appellant. id ab Hadriano videtur institutum. Spartianus, Per ea tẽpora & alias, frequẽter in plurimis locis, in quib. Barbari nõ fluminib. sed limitib. diuiduntur, stipitib. magnis in modum muralis sepis fũditus iactis atq; connexis barbaros separauit. *Hæc ille.* Harum clusarũ vel clusorũ propugnacula castella (vnde castellani milites) & burgi. De ea re alibi dicam *v. Pithœũ d. loco.*
z Ducis vocabulũ hîc nomẽ dignitatis. hinc dux militũ Tripolitanæ prouinciæ, Byzacenæ, Numidiæ, Mauritaniæ *§. 1. .s. eo.* Sardiniæ 13. .s. *eo.*
a nec. n. omnes comitatẽses in castris: sed in aula & comitatu principis *l. 2. .j. de priu. eor. qui sacr. palat. l. 13. .j. de re militar.*
b Limitanei milites vnde dicti, & eorũ munus.

c Per partes, i, interdũ: aut dispositos in illis partib. Partes. n. pro regione vsurpauit superius *§. 2.* d Exẽplum possis Gallicè interpretari *vn estat.* e Limitanei à comitatensibus differunt. illorũ proprium munus est, in limite tuendo versari: horum extra ordinem *.s. eo. ibi qui per castra sunt.* A comitatensibus comitatenses legiones *l. 7. .j. de palat. sacra. larg.* comitatenses numeri *l. 14. .j. de re militari.* f Nota de ducib. vel ducianis limitaneorum militũ. g aliqua sibi cõsuetudine de eorũ, &c. h *v. Veget. de exercen. tyron. 1. de re. milit. 9. & seq.* i Cõmeatalis miles, is est cui in stipendij partem dãtur alimenta, ex commeatu ac alimento publico. k Alij legunt *commeatib.* Commeatus militum vel commeata, sunt cibaria & alimenta exercitus. l ij postea dicũtur tributarij, cõferentes tributa *v. Nou. de collatorib. 128.* m qui tributa cõferũt. n fuit, n. recuperata à Vandalis Africa, duce Belisario.

Africa receperit : & docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceseos, id est, quanti & qui milites in quibus locis vel ciuitatibus constituti sunt, & quanti limitanei, & in quibus locis & militiis collocati sunt : tunc iubemus tuã magnitudinem ad nostram clementiam remeare. 14 ¶ Interea vero si aliquas ciuitates seu castella [a] per limites cõstituta prouiderit tua magnitudo nimię esse magnitudinis, & propter hoc non posse benè custodiri: ad talem modũ, ea construi disponat, vt possint per paucos benè seruari 15 ¶ Cùm autem magnitudo tua, omnibus dispositis, ad nos remeare iussa fuerit: tunc duces vniuscuiusque limitis: quotiens pro componendis ciuitatibus aut castris [b], & pro stipendiis suis, aut pro annonis aliquod opus habuerint: celeriùs ad virum magnificum præfectum per Africam significent: vt ipse, quæ necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio prouinciis noceat. 16 ¶ Ea verò, quæ ipse fecerit, vel quæ adhuc necessariò procurãda sunt postea, & memoratus vir magnificus præfectus||prætorio|| Africæ, & viri spectabiles duces, & de aliis omnibus, quæ ibi aguntur, frequenter ad nos referant : vt benè facta confirmemus : & quæ oportuniùs debent fieri, ex nostra dispositione peragãtur. 17 ¶ Hoc etiam decernimus, vt iudices, qui ordinandi sunt per Africanos limites, nihil ampliùs in sacratissimo palatio [c] cuilibet personæ, aut dignitati, vel in prætorio [d] per Africam præfecturæ & magisteriæ [e] potestati præbeãt, nisi quantum subter annexa declarat notitia [f]. nam si quis amplius, quam in subdita notitia taxatum est, vsurpauerit seu acceperit, triginta libras auri multæ dependat nomine, cum quo & periculo indignationis nostræ||serenitatis||subiacebit. nulla alia qualibet persona aut dignitate aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos, quorum nomina in subiecta notitia continentur. 18 ¶ Ad hoc iubemus, vt (Deo iuuante) vnusquisque dux seu eorum officia [g], secundũ quod notitia subter annexa continet, emolumenta sua ex tributis Africanæ prouinciæ ex Kalen. Septembris instantis felicissimæ tertiæ decimæ indictionis percipiant. 19 ¶ Et hæc notitia [h], Deo volente, debet delegari Ducibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro onnonis & capitu per singulos annos præbendis. Ita, Clarissimo viro duci Tripolitanæ prouinciæ & hominibus eius singulis sol.5. cap.159. singulis caput. sol.783. Adsessori ducis, & officio ac hominibus eius, 40.ann.96. S.sing.an cap.sol.6. Simul fiunt pro ann.& cap.sol.674. Diuiduntur sic, Adsessori in ann.8.ca.4. Primicerio [i] in ann.8.cap.2. Ducenariis 3.ad ann.6.sol.fiũt ann. capitis fiunt capitum.cap. Centenariis [k] 6. ann.5.sunt. Fiunt ann. 4.& ad cap.1.fiunt ann.16. & ad cap.3. fiunt cap. 8.Circitoribus [l] 9.semis. Aliis 11.ad an.1.S.fiunt ann.14.sunt. & ad cap.3.fiunt cap.11.Idem viro clarissimo duci Byzacenæ prouinciæ & hominibus eius ann.190.singulis in an.sol. 5.cap.158.singulis cap.sol.10. Simul fiunt pro ann. cap.sol. 670. omnes Diuiduntur sic, Adsessori in ann.7.cap. 4. Primicerio in ann.5.cap.2. Numeratio in ann. 6.cap.3. Ducenario 4.ad ann.3.fiunt ca.3.Centenariis 6. an.*an.15.& cap.1. fiunt cap.7.Circitoribus 9.ad ann. * fiunt an.13.& ad cap.3. fiunt cap.7.Circitoribus 9 ad ann.2.fiunt 18.& ad cap. fiunt ann. * 13. * cap.9.semis. Alij 11.ad an.3. * fiunt ann.13.S.& ad cap. 11. Item viro clarissimo duci Numidiæ prouinciæ, & hominibus eius an. 190.singul.ann.solid.8.cap.158. singulis cap.sol.9. Simul fiunt pro ann. & cap.soli.351. 34. Adsessori ducis & officio eius, hominibus 40. ann.& cap.sol.5.capit. 49.singuli cap.sol.5.cap.47.2.singulis cap.sol.3.Simul fiunt pro ann.& capit.sol.164.S. Diuiduntur sic. Adsessori in an. 13. capit. 6. Primicerio * ann. capit. 3. Numerario [m] in annum 4. * Fiunt ad ann. 16. & ad capit. centenariis ad ann.11.S.Fiunt duodecim.& ad cap. capita.6.Biarchis.8.Circitoribus [n] 9.ad an.2. fiunt ann.127. & ad cap.3.fiunt cap.8. semis. Aliis 11.ad ann.2.fiunt ann.16.sunt 15. & ad cap.3.fiunt cap.11. Item viro clarissimo duci Mauritaniæ prouinciæ & hominibus eius an.190.singulis ann.solilidi 5.cap.sol.200. 160.35. Adsessori ducis & officio eius hominibus 40. an.96. S.*.3.S.fiunt simul pro an.& cap.sol.670.3.S.Diuiduntur sic. Adsessori in an.9 cap.4.Primicerio in an.5.cap.1. Numerario in an.cap.3.Ducenariis 3.ad an.3.S.fiunt an.* & ca.3.fiunt cap.2.* Centenariis 9.ad an.10. & ad caput.3. fiunt capita 5. Biarchis [o] 8. Circitoribus ad ann.8.fiunt ann.18. & ad cap.3. fiunt cap.3 fiunt capit.11.Item viro clarissimo duci [p] Sardiniæ insulæ, & hominibus eius ann, 190. singulis ann, solidi 282. Adsessori ducis, & officio eius hominibus 40.ann.96. S. Singulis ann.sol. * cap.48 singulis cap. sol.9.Simul fiunt pro ann.& cap.150.186. Diuiduntur sic. Adsessori ann.9. & cap 3.Primicerio in ann.2. cap.3. Numerario in annum ca. 3.Ducenariis [q] 4.ann.3.sunt an 16.& cap.3.sunt & cap.9.Circitoribus 9.ann.3.Fiunt an.29.& cap.3.fiunt cap.9. Circitoribus 9. ann.3. fiunt ann.4. cap. 9.semis. Aliis 11.ad ann.16. sunt.& ad cap.3 fiunt cap.20. ¶ Notitia consuetudinum, quas in sacro laterculo, & in pretorio amplissimæ prefecturæ per Africam, & in officio magistri militum, pro tempore dux præbere debet vniuscuiusque limitis, sic, In sacro laterculo sol.6. In officio magisteriæ militum potestatis pro insinuandis administrationis suæ diuinis nostræ serenitatis adfatibus solid. 12. In officio amplissimæ prefecturæ per

a v.§.4.s.eod.

b hic iungũtur ciuitates & castra, vt superius ciuitates & castella §.14.s.eo.

c Scrinio sacri laterculi. siue palatij. Sacro laterculo pro codicillis suarũ dignitatũ inferebant duces de quibus §.8.s.eod.

d Scriniis & officiis Præfecti Pretorio, pro codicillis suarũ dignitatum, præsides inferebant.

e militaris sc. Duces militares inferebant, pro codicillis suarũ dignitatum, scriniis magistri militum.

f Notitia quid sit, v.§.s.eod. Galli, Estat. Idem ꝑ exemplum §.8.s.eod.

g i. eorum homines.

h v.§.8.s.eod.

i Primicerium Græci definiunt τὸν πρῶτον τῆς τάξεως v.j. de primicerio.

k l. 1.j. de lucris aduocat. l.4.j. de agenti. in reb. l.1. j. de exact. tribu. Olim centuriones dicebantur 2. Veget. 13. Centena, ordo & dignitas promotionis l. 1. Cod. Theod. de Cæsarianis : l. 1. Cod. Theod. de murilegul. l.5. C. Theo. de decurion.

l v.j.

m Hi tabulariorum munere fungebantur v.j. de numerariis.

n ij vigilias circumibant, & si qua emersisset culpa, renuntiabant 3. Veget. 8.

o officiales sũt, victui præfecti, quorum meminit Hieronymus ad Pammachiũ, hinc Biarchia l. 1.j. de off. magistri offic.

p de quo §.3.s. eod.

q qui ducendis scholarib. præsunt l. 3.j. de agẽtib. in reb. l. 1.j. de lucro aduocat. l. 1.j. de exact. trib. l.9. Cod. Theod. de exact. tribut. Cyprianus 1. Epist. 4. Ducenarius potius quàm episcopus. Meminit huius muneris Nicephorus 6.c.30. Ducenarius Vegetio, qui ducentos homines ducebat 2.c. 8. Hinc ducenaria l.1.j. de off. magist. off.

Africam pro insinuandis eiusdem chartis, solid.12. ¶ Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui ea mancipari obseruaríque præcipiat. 22 ¶ Emissa lex Idibus Aprillis CP. DN. Iustiniano PP.A. IIII.& Paulino V. C. Conss. [r] 23 ¶ Et hęc notitia, Deo volente, debet delegari iudicibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo duci Tripolitanæ prouinciæ, & hominibus eius anno * nonagesimo singula annona solidos quinque cap. centum quinquaginta nouem singuli cap. solidos ducentos octoginta duos: adsessori ducis, & officio ac hominibus eius quadraginta annis nonaginta & septem. Itẽ viro clarissimo duci Byzacenæ, & hominibus eius similiter. Itẽ viro clarissimo duci Numidiæ & hominibus eius similiter. Item viro clarissimo duci Mauritaniæ prouinciæ & hominibus eius similiter. Item duci Sardini & hominibus eius similiter. 24 ¶ Item notitia consuetudinum, quas in sacro [s] laterculo, & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africam, & in officio magistri militum pro tempore dux præbere solet vniuscuiusque limitis, sic: In sacro laterculo sex solidos. In officiis magisteriæ militum potestatis pro insinuandis diuinis administrationibus, seu diuinæ serenitatis affatibus, solidos duodecim. pro officio amplissimæ præfecturę per Africam pro insinuãdis eius chartis solidos duodecim. 25 ¶ Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari obseruaríque præcipiat.

DE OFFICIO PRÆFECTI vrbi [t].

Tit. XXVIII.

De Cura annonæ.

1. Impp. *Valentinianus & Valens* AA. ad Volusianum præfectum vrbis.

STVDENTIBVS nobis statum vrbis, & annonariam rationem aliquando firmare : in animum subiit, eiusdẽ annonæ curam non omnibus deferri potestatibus. Et ne præfectura vrbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium [u] annonarium redundasset: idem [x] præfecturę sollicitudinis necessitatem mandamus: sed non ita, vt lateat officium annonariæ [y] præfecturæ: sed vt ambæ potestates, inquantum sibi negotij est, tueantur ciuilem annonam : sitque societas muneris : ita vt inferior gradus meritũ superioris agnoscat, atq; ita superior potestas se exerat, vt sciat ex ipso nomine, quid præfecto debeatur annonæ.

De personis aduocandis, vel non.

Præfectus vrbis in prouinciis agentes non euocat nisi duabus ex causis.

2. Iidem AA. ad Ampelium præfectum vrbi.

QVod promulgatis sanctionib. tua synceritas, rescriptũ esse non nescit, etiam ex præcepto nostro competẽter obseruet: nec quasdam personas de prouincia existimet aduocandas, nisi [z] tantummodò suos officiales, & homines populares [a] huius almæ vrbis seditioni obnoxios.

Collatio præfecturæ vrbis, & aliar. dignitatum.

3. Imppp. *Valens, Gratianus, & Valentin.* AAA. ad Rufinum præfect. vrb.

PRæfectura vrbis [b] cunctis [c], quæ intra vrbem sunt, antecellat dignitatibus tantum||ex omni parte deriuatis,||quantum sine omni iniuria ac detrimento honoris alieni [d] vt supra. Datũ 6. Kal. Iul. Valente A. V. & Valentiniano Iun. Conss. 368.

Qui subiiciuntur præfecto vrbi.

4. Imppp. *Theod. Valentinianus & Arcad.* AAA. Seuerino comiti sacrarum largitionum.

OMnia corporatorum [e] genera, quæ in Constantinopolitana ciuitate versantur, vniuersos quoq; ciues ac populares [f], præfecturæ vrbanæ regi moderamine cognoscas.

De primicerio.

5. Imp. *Theod.* A. Constantino præfecto vrbis.

PRimicerius [g] adiutor tuæ sedis officij per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscæ ordinationis [h] meruit, curam insuper personarum [i], vsurpatione omni atque ambitione cessante, suscipiat. hoc etiam adiecto: vt si quis ex memorato ordine vel conditionis humanæ fine præuentus, vel alia quacumq; ratione, militiæ gradum propriæ amisisse mõstrabitur : solitæ ambitionis iniuria [illegible]nte, locum is, qui iuxta ||matriculæ|| [k] veritatem [illegible], obtineat.

r i. anno Christi 534.

s de sacro laterculo alibi dicã.

t l. ff. 12. περὶ ἐπάρχου πόλεως καὶ τάξεως καὶ προνομίου αὐτοῦ synopsis Basilic. 6. tit. 4. Hic magistratus institutus ab Augusto, teste Suetonio & Aurelio Victore.

u i. ad munus præfecti annonæ j. eod.

x adde l.1 §.11. ff. eod.

y eadem annonaria potestas l. 22. Cod. Theodos. de pistorib.

z hinc colligũt, Certis casibus citationem extra territorium tolerari v. quæ notaui ad l. 33. §.5. s. de episcopis.

a hanc vocem Cuiacius hic & §.8. obs. 28. refert ad factiones agitatorũ quatuor, quæ in vrbe erant: Venetam, Prasinam, Albutam, Russatam, quas Gręci δήμους vocant Noue. 13. & 17. & lib. 5. Epigrammat. hinc factionarij l. 1. Cod. Theodos. de equis cur : adde quæ notaui ad l. 28. §. 3. ff. de pœnis.

b etiam Constantinopolitanæ 6. synopseos Basilic. 4. cap. 11. adde 6. Harmenopul. 1. §. 7.

c Nouell. 62. §. 2. Cassiodorus in formula præfecturæ vrbanæ. Confidẽs supra omnes consulares, sententiam primus dicis.

d ea de causa Capitolinus in Pertinace dicit, Præfectum vrbi cum omnib. participasse sermonem.

e Corporati à corporibus. Corpora σωμάτια 6. synopsis Basilic. ca. 12.

f πολῖται dicuntur apud authorẽ synopsi eo. c. 12.

g i. primas, prior, antiquus adiutor.

h non intelligit legem 7. j. de aduocat. diuers. iud. quæ scripta est de aduocatis Præfecturæ prętorianę non vrbicariæ, sed aliã quandam v. Cuiac. 13. obs. 1.

i curam epistolarũ Cuiac. ibid. nam hæc cura numeratur inter officia præfecti vrbi, & dicitur à Cassiodoro, Cura canonicarum epistolarum lib. 12.

k alij legunt materculæ. De matricula aliàs dixi.

DE

a Primus Conſtantinus (auctore Zoſimo) diſciplinam militarem tranſtulit in magiſtros militum à Præfectis Prætorio.
b *v.l.2.j.de off.milit.iudic.Edict.Iuſtiniani 4.cap.2.§.2.* c *v.l.72.ff.de furtis.*
d *l.5.j.de apparitoribus magiſt.milit.* e *l.15.j.de re milit.*
f virorum. quidam ita legunt: non rectè meo iudicio. nec enim milites referuntur in viris, ſed in numeris: intellige ergo numeros militares. Numerus eſt catalogus militum ſeu breuiculum, quo nomina militum continentur. *l.4. l.39. l.43.ff.de teſtam.milit. l.16. Co.de teſtã.milit.* Numeri fortiſſimi. *Vieilles bandes.*
g vide Nouellã 31. de deſcriptione quatuor pręſidũ Armeniæ.
h *de quo v. Nou.* 28.
i Anzethenam *Nou.31.c.1.*
k Aſteænã, *d.c.1*
l Ophenã, *d.c.1.*
m *σοφανὴν Arrian.*
n *d.c.1.*
o Balabithenã, *d.c.1.*
p eáque minor. Leucoſyria Gręcis: Hebræis Ararat. hodie Anaduole, ſi credimus Gyrauæ, Pegian, ſi fides adhibenda Caſtaldo.
q eáque maior, Hebræis, Aram, teſte Aria Montano, hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyrauæ. Theuetus ſcribit à Meſopotamiis & Perſis Thoura Arénoe. i. mõtes Armeniæ: & à Neſtorianis Zelbicdibes. i. montes à lupis habitati. Verùm mihi ſuſpectus ille author eſt.
r Præſentales militum magiſtri, qui in præſenti erant, *en quartier ou ſeruice*: hoc eſt, comitatui principis iũcti. *l. vlt.j. de re milit. l.4.j. de apparitorib.magi. milit.* Sic pręſentales domeſtici. *l.6.j. de aduocat. diuerſ.iud. l.vlt.j. de domeſt. & protectorib.* i. obſequio principis diurno deputati. *l.13.j.de re milit.* Sic præſentales milites, præſẽtales numeri. *l.18. l.vl.inf.j. de re mili.* & pręſentes ordines apud Nicephorum 17. *Hiſtor.* 1. & præſentalis curioſus cur publici, in notitia imperij Romani: & *ϛρατηγὸς τῶν πραισενταλίων in edicto 14. Iuſtiniani. v. Briſſonium.*
ſ *j.li.12.t.6.1.ff.13.Nou.80.6.Ecl.6.adde Nouell.41.*

DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM[a].

Tit. XXIX.

De prouincialibus. De præfectura.

1. Imppp. *Valent. Gratian. & Theod.* AAA. ad Enſignium P.P.

VIRI illuſtres comites & magiſtri peditum, & equitum, in [b] prouinciales nullam penitus habeant poteſtatem: nec ampliſſima præfectura in militares viros.

De apparitoribus.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. ad Hypatium magiſtrum militum per Orientem.

APparitores per Orientem ſtatutos officij[c] tui ad aliud iudicium trahi minimè oportebit. Sciat igitur illuſtris magnificentia tua, ſub te, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui vltra ſtatutos militant. De tributarijs collationibus.

3. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

EOs, qui [d] vltra ſtatutos in officio magiſteriæ per Orientem poteſtatis militant, ciuilium quoque iudicum ſententiis ſuper quolibet negotio ſubiacere ||præcipimus:|| ipſis quinetiam ſtatutis in tributariis collationibus ciuilium quoque iudicum diſpoſitionibus proculdubio pariturus.

De translatione militum.

4. Imp. *Anaſtaſius* A. Ioan. Magiſtro militum per Illyricum.

MIlites de locis, in quibus conſiſtunt, ad [e] alia loca ſine ſpeciali noſtræ ſerenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expenſæ in locis, in quibus conſiſtunt, minuantur. Sed ſi fortè quædam vrgens & neceſſaria cauſa emerſerit: vtilitati ac ſecuritati publicæ tam ampliſſimam prætorianam præfecturam, quàm tuam ſedem ſine vlla procraſtinatione proſpicere protinus oportet, & ſuggeſtiones ad noſtras aures deſtinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi ſunt: quàm ea, ad quę peruenire eos oportet: nomináque fortiſſimorum numerorum [f], in quibus iidem milites referuntur: necnon quantitatem annonarum: & ante omnia cauſam, ob quam iidem milites transferendi ſunt: vt, poſt talem ſuggeſtionẽ, à noſtra auctoritate competentia procedant.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentib.

5. Imp. *Iuſtinianus* A. Zetæ viro illuſtri, magiſtro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & ||cæteras|| gentes.

CVm propitia diuinitate Romanum nobis ſit delatum imperium: ſollicita cura, cauta diligentia pertractantes perſpeximus oportere etiam partibus Armeniæ[g], & Põto polemoniaco [h] & gentibus proprium magiſtrum militum per hanc legem conſtituere: tuámque magnitudinẽ, quæ nobis ex antè geſtis optimè commendata eſt, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus: certáſque prouincias, iſt eſt, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes, Anzitenam[i] videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam[k], Sophenam[l], Sophonenam[m], in qua eſt Martyropolis[n], Belabitenam[o], & primam[p] & ſecundam[q] Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum ſuis ducibus commiſimus, comite Armeniæ penitus ſublato: cunctóſq; ſubdimus numeros, non modo quos in præſenti nouos conſtituimus, ſed etiam de præſentalibus[r], & Orientalibus, & aliis agminibus ſegregatos: non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: ſed quia plures eis addidimus ſine reipublicæ grauamine, & ſine augmento ſumptuum, aliquantos ſubtraximus: ita tamen, vt poſt hanc ſubſtractionem ampliores remanſerint, quam vſque ad noſtra felicia fuerant tempora.

t in eo continebatur notitia minorum dignitatum: in maiori, maiorum. Illi quæſtor: huic, primicerius notariorum & tribunorum præerat. Per quæſtorem igitur principes largiebantur minores dignitates. Per eundem tribunũ etiam interdum princeps pecunias ſuas largiebatur & maiores dignitates. *Caſſiodorus in formulis.* Quemadmodum & Quæſtori non hoc tantùm munus fuit. per eum etiam in Senatu orationes, epiſtolæ & libelli principis recitabantur. & quia ſæpe ex plebe (aliorum litteratorum penuria) aſſumebatur, honor & titulus Quæſtoris ei deferebatur, vt ingredi ſenatum poſſet. lapſu temporis conſiliis principum quæſtores adfuerunt & ad preces reſponderunt, leges dictarunt: vnde à Symmacho quæſtor dicitur precum arbiter: & legum conditor & à Caſſ[iodoro] Principis imago, vox & cuſtos legum: & in Nouell. Valent. *de homicid. caſu factis.* Iuſtitiæ & legum cuſtos, theſaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem poſtea *μέγας λογοθέτης.* nouiſſimè Cancellarius, *Nicetas 7. Annal.* Quæſtor ipſe à Caſſiodoro, dignitas literatum dicitur, quòd literatis tantùm deferretur. *vide Cuiac. hic de cancellario. vide Lucium 3. placit. 7. Papon. 3. Notar. 5 fol.523 & ſequentibus. & 4. Arreſt.8.*

u ita dicitur ducto nomine à quadrata figura: quaſi *πλίνθις* Galli *le petit roule: vide Cuiaciũ hic.*
x exque ſcrinio.
y nota dignitates ad curam minoris laterculi pertinentes.
z Minus laterculum, aliquando commiſſum fuit magiſtro militum: hodie, quæſtori.
a *l.2.l.3.j.vbi ſenat.l.38.j.de appellation.l.2.verſ. ſin autem.j.de tẽporib.appel.l.vlt.j.de his qui per metum.l.7.8.9.10.11.12.14. in Epigraphe j. de proxim.ſacro.ſcri. l.1.2 3.4. in epigraphe.j. de agentib.l.1. 2. in epigraphe.j.de præpo. agen. l.4.6. in epigraphe.j.de princip. agent. l. vlt. in epigraphe.j. de curioſis.leg.3.l.4. in epigraphe.j. de caſtrenſianis: Ammian.20. Ambro. 7.epiſt.53. Nicephor.10. & aliis infinitis locis:* aulicorum ſc. *τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων.* Suidas in Theodoſio: *ἡγέμων τῶν βασιλείων, Theodoret.* id eſt, miniſtrorum principis, quorum moribus præerat. miniſtri principis, miniſteriani, cubicularii, ſilẽtiarij, decani: & breuiter, diſciplina morum ad eum in palatio pertinebat. Senatores etiam in conſiſtorium principis inducebat. vnde à Caſſiodoro, donator aulici cõſiſtorij, quaſi alter lucifer appellatur. Curam præterea gerebat curſus publici, *l.9. infra de curſu publico.* & fabricæ armorum, fabricenſium limitis, limitaneorum militum, militum ſupernumerariorum, *vide Cuiacium hic. vide Petrum Fabrum 1. ſemeſt. 5.* ſi ita eſt, is ſolus plurium Gallicorum magiſtratuum munus ſuſtinebat.
b *v.l.1.j.de exac. tribut.*

DE OFFICIO QVÆSTORIS[ſ].

Tit. XXX.

De minoris laterculi cura.

1. Imp. *Theodoſ.* A. Saluſtio quæſtori.

TOTIVS minoris[t] laterculi[u] curam ſcias ad tuæ ſublimitatis ſollicitudinem pertinere, ita vt tuo arbitratu, &[x] ſcrinio memorię totius minori laterculi, dignitates, hoc [y] eſt præfecturæ, omnes tribunatus, & præpoſituræ caſtrorum, iuxta conſuetudinem priſcam clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. VI. Kal. Maij Conſtant. Caſtino & Victore Conſſ. 424.

2. Idem A. Helioni comiti & magiſtro officiorum.

OMnes minoris laterculi dignitates, quæ ſub cura quidem ac ſollicitudine viri illuſtris quæſtoris eſſe antea videbantur, poſtea [z] verò vel vniuerſæ, vel mediæ ad magiſtrorum militum poteſtatem diſpoſitionémque transierint: placuit nunc clementiæ meæ, vetuſti temporis more reuocato, ad priſca deinceps iura reuocare. Dat. III. Kalen. Maij, ſupraſcriptis Conſſ. 424.

De officijs & conditionibus non vſurpandis.

3. Imp. *Anaſtaſius* A. Euſebio magiſtro officiorum.

OFficia, & conditiones, quæ pertinẽt ad viros deuotos in ſacro ſcrinio memoriæ militantes, nemini liceat ſub quacunque occaſione ſine vlla diuinæ ſubſcriptionis liberalitate peragere, eo, quicunque in hoc fuerit poſtea facinore conuictus, publicatione bonorum ſuorum multando: officio quoque rectoris prouinciæ, in qua non allegato ſuper gerenda ſollicitudine ſacro reſcripto aliquis auſus fuerit eandem curam ſibimet vſurpare, trium librarum auri diſpendio feriendo. Dat. Kal. Mar. Conſtantinop. Anaſtaſio A. & Rufino Conſſ. 492.

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM[a].

Tit. XXXI.

De priuilegijs ſeruandis. De creationibus.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Agentes in rebus.

PRIVILEGIIS dudum ſcholæ veſtræ indultis, ||&|| integris reſeruatis, ad ducenariam [b], centenariam [c], & biarchiam [d] nemo ſuffragio, ſed labore vnuſquiſque perueniat: principatum verò adipiſcatur matricula[e] decurrente: ita vt ad curas agendas & curſum illi exeant, quos ordo militiæ vocat [f] & eius laborum adiutor. Præterea in [g] quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas conſtituta eſt, idoneus [h] probitate morum ac bonis artibus præditus, noſtris per magiſtrum obtutibus offeratur, vt noſtro ordinetur arbitrio.

De ordine militiæ ſeruando.

2. Imppp. *Valent. Theodoſ. & Arcad.* AAA. ad Patricium magiſtrũ officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [i] militiæ atque ſtipendia præuertat, etiã ſi noſtri numinis per obreptionem detulerit indultum. ac ſi quis formam admiſſi iſtiuſmodi docebitur obtuliſſe: in locum, ex quo indecenter emerſerat, reuertatur: vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire PP. Hadrumeti.

De ſenatorib. & ducenarijs.

3. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Pleitio comiti & magiſtro officiorum.

SCholarium noſtrorum deuotio probata à noſtris parẽtib. circa maximæ ſerenitatis noſtræ affectionẽ enituit. vnde quidquid ad fouenda ſeruandáque eorum priuilegia poſtulatur, ſtatim credidimus admittendum. Ideoque ſuggeſtionem tui culminis approbantes, viris ſpectabilibus comitibus ſcholarũ verberandi degradandíve[k] ſenatores &

c *vide l.2.§.19.s. de off. præf. prætor. Afr.* d *d.§.19.*
e matercula. *Halicarnaſ. l. vlt. in fin. s. de off. præf. vrb.*
f *al.* vocat, & labor. Adiutor præterea *& cæt. Cuiacius ad leg. quintam infra de principibus agentium in rebus: vt in l.20. Cod. Theodoſ. de agentibus in rebus.* qui militiæ labore atque ordine decurſis, *l.4. Cod. Theodoſ. de curioſis.* quatenus labore atque ordine ad curſum dirigamini.
g Securitas ſcholæ in probis ſcholaribus conſiſtit.
h *l.6.j. repetund. Nouell. 8. verſ. quapropter. Nouell. 161. cap.1.*
i *vide l.7.j. de proxim. ſacror. ſcrin.*
k regradandi *Hala. l.1.j. de priuileg. ſchol.*

a Nonio *Cuiac. 3 obs. 24.*
b Ex hoc verbo Cuia. *3. obs. 24.* emendat *le. 4. j. de off. iud. milit. l. vl. j. de off. magist. mil.* clausuræ, clisuriæ, clusuriæ, κλεισοῦραι, κλεισούρματα τῶν διαβατῶν Suidas: Procopius 3. *de ædif. Iust.* Anna imperatoris Alexij *lib. 10.* Cassiodor. *2. variar.* Vopiscus *in Bonoso.* Clausæ, clusæ, interpositiones. Luitprandus *1. c. 2. 5. c.* Ado, Sigebertus τὰ ἀκλείσματα τῆς πύλης ὁδοῦ τὰς πυλῶν *Herodian.* Burgi, castra castella *l. 2. §. 8. de off. præfect. præt. Afr.* Vallum *Cassiod. in chronico.* Prætenturæ *Ammian. 14.* his ad fines lusoriæ naues prohibendis barbarorum incursionibus idoneæ. *Co. Theod. de lusorijs Danubij v. Petr. Pithœum v. aduers. 14.*
c De probatoria dicam *ad l. 9. j. de diuers. off.*
d De scholarib. dicam *l. j. de priuileg. scholarum.*
e *de quib. v. l. vl. j. de Apochis.*
f Olim præfectus ærario dicebatur. Sed vox Comitis omnib. magistratib. data, qui principis comitatum obseruarent, & tandem ad omnes præpositos.
g Thesaurorum principis. Largitionum dicitur, quod ex iis quisque liberalitatẽ principis expectet, quod ad exercendam liberalitatem destinati esse debeant. Huic comiti suberant speciales comites largitionum diffusi per prouincias, comites metallorum, rationalessummarum, præpositi thesaurorũ, procuratores monetarum, procuratores Gynecæorum, i. textrinorum sacrorum & similia. *v. Cui. hic.* ab eo præbebantur pondera auri, argenti, æris *No. 128. c. 15.*
h *v. l. 1. j. di apochis.*
i *v. l. 1. j. de canone largitionalium.*
k Is videtur successisse in locum procuratoris rei priuatæ seu patrimonij, de quo dixi in *l. 39. in fi. D. de legatis. 1.* Porro fitmentio huius Comitis *in l. vl. j. de adsess. l. vl. j. de petit. subla tis: l. 3. j. de locis vocantib. l. 13. j. de aduocatis diuers. iudic. l. 64. j. de decurionib. Nou. 128. c. 23. No. 117. c. 13. No. 125. c. 43. Nou. 124. c. 3.*
l additur in editione Haloandri sacri palatij, sacrique patrimonij. Sacri patrimonij fit mentio in *l. 13. j. de vectigalib.* Res priuatæ principis, sunt ne separatæ εἰς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως, vt volunt interpretes Græci *lib. 6. Βασιλικῶν.* Suntne ἀδέσποτα & vacantes, vt vult Strabo? Suntne res omnes? quando ita est, omnes dici principis *l. 3. j. de quadriennij præscript.* Rem ita quidam explicant. Tres fuisse principis θησαυρούς, Proprias & priuatas principis *vt hic:* quasi proprias, vt fiscales, (quibus præerat Comes, cuius facta est mentio titulo superiore, fiscales tamen pertinent ad hunc titulum *l. 1. j. eod. Nou. 60. c. 2.* destinatas ad epulas aulicas: hinc comes sacri patrimonij. Puto id adumbrari posse, si dicamus, Comitem, quo de hic agitur, à Gallis appellari *Threforier & receueur du domaine*, eum quo de agitur titulo superiori, *Threforier de l'Espargne:* eum verò cuius fit mentio *j. tit. prox. Threforier de la maison du Roy.*

ducenarios licentiam denegamus. Ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, castrorúmque & clausurarum cura.

4. Iidem AA. Nomo [a] magistro officiorum.

CVræ tui perpetui culminis credimus iniungendum: vt super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorúmque ac clausurarum [b] cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Datum 2. Id. Septemb. Constantinop. Maximo II. & Paterio Conss. 443.

De creandis. 1. vel subrogandis scholarib. 2. de quadrimenstruis breuib. conscr. bendis.

5. Impp. *Iustin. & Iustinian.* AA. Tatiano magistro officiorum.

IVbemus, eum ad militiam deuotissimorũ scholarium de cætero peruenire, qui nostrum meruit iudicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habẽtibus, fine huiusmodi probatoria [c] aliquem inter eosdem viros deuotos scholares [d] suis referre præceptionibus. sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit, non solùm ea se priuari, verumetiam pœnæ viginti librarum auri subiici. 1 ¶ Illud etiam obseruari de cætero volumus, vt: si quis locus statúsve scholarium in quacunque schola vacauerit: ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locũ præceperit. 2 ¶ Ad hæc quadrimenstruos [e] breues eorundem scholarium, cura tuæ sublimitatis & pro tempore viri excellentissimi magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio laterculi præstari, ibi deponendos: vt semper notitia eorundem scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. 10. Kal. Maij, Constantinop. Mauortio V.C. Coss. 523.

DE OFFICIO COMITIS [f] SACRARVM LARGITIONVM. [g]

Tit. XXXII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Limenio comiti.

PALATINIS hæc cura debet esse præcipua vt, periculo proprio notariis destinatis, super negligentia iudicum (si ita res exegit) conquerantur, eorum sit impunita desidia. 1 ¶ Iudices quoque de eorum nominibus referre conuenit, quos commodis propriis, magis quàm vtilitatibus publicis studere prouiderint: breues etiam quadrimenstruos [h] ad officium palatinum nouerint dirigendos: aurumque exactũ ad sacras [i] largitiones sine vlla dilatione esse mittendum, Datum 3. Kalen. Maij, Honorio VII. & Theodosio II. AA. Conss. 407.

DE OFFICIO COMITIS [k] RERVM PRIVATARVM. [l]

Tit. XXXIII.

De actis ad officium rei priuatæ transmittendis.

1. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Honoratum consularem Byzacij.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quib. aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium rei priuatæ tua grauitas acta transmittat: vt instructione percepta: quid sibimet iuris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. 6. Kal. Ianuar. Valenti. & Valente. AA. II. Conss. 368.

De thesauro. 1. de cautione præstanda. 2. de rebus nuntiatis ante sententiam ex scripto latam.

NEque [m] comes priuati patrimonij, neque quiuis alius eorum magistratuum, qui vel in vrbe Constantinopolitana, vel in prouinciis sunt, eum, qui super [n] thesauro aliquem defert admittat. 1 ¶ Sed si super alio fiscali iure nunciationem quis faciat sub fideiussione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat.
2 ¶ Et ne quod sigillũ, vel descriptio, vel alia vlla innouatio interueniat super rebus nunciatis ante sententiam ex scripto latam.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII [o].]

Tit. XXXIIII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Mineruio comiti rerum priuat.

AD Palatinorum curam, & rationalium officia omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarij [p], hoc est, emphyteuticarij, iuris exactio reuertatur. Dat. Kalendis Ianuarij, Mediolani, Cæsario & Attico Conss.

2. Iidem AA. Vrsatio comiti rer. pri.

SI quis iudicum vir illustris, vel præfectus Vrbi, cognitionem comitiuæ rerum priuatarum examini debitã, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra eiusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium eius teneatur, quã decet in articulo [q] exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociandam. Dat. 6. Id. Aug. Rauennæ, Constantio & Constantino Conss. 397.

DE OFFICIO [r] PROCONSVLIS [s], ET LEGATI [t].

Tit. XXXV.

1. Imp. *Constant.* A. Ælio proconsuli Africæ.

LEGATI non solùm ciuiles, sed [u] etiam criminales causas audiant [x]. ita vt, si sentẽtiam in reos ferendam prouiderint, ad proconsules eos trãsmittere non morentur.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII [y]]

*

1. Impp. *Honor. & Theodos.* AA. Simplicio proconsuli Asiæ.

OFFICIVM Hellesponti consularis æternæ recordationis patrem serenitatis nostræ adiit: & expositis suis incommodis, quibus à Vicariagnis [z], apparitoribus vrgebatur, orauit sub tuæ sublimitatis agere potestate, cuius allegationes humanæ proclmius pium principem commouerunt: quod & nos obtinere censemus.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS [a].

Tit. XXXVI.

1. Imp. *Leo* A. Vseo [b] P.P.

TITVLOS, qui Alytarchiæ [c] & Syriarchiæ [d] muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis comitis Orientis, quàm viri clarissimi rectoris prouinciæ flagitari præcipimus. Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis comitis Orientis, & eius officio: Syriarchiæ verò sollicitudine viri clarissimi moderantis prouinciam [e] eiúsque apparitoris exerceantur. nullique penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

m lex restituta à Cuiacio *lib 60. Basilic.* extat apud authorem Synopseos Basilic. *6. & 1. cap. περὶ κατα...*
n *l. 7. j. de delatoribus.*
o in editione Haloandri non distinguitur hic titulus à titulo superiori. Cuiacius legit de officio comitis sacri patrimonij. Ai t tamen hunc titulum nullam habere legem Latinam, Græcam quidem habuisse, sed quę desideratur.
p *al.* perpetuarij vel emphyteuticarij. *Cuiac. ad l. 1. j. de locatione prædiorum.*
q vide quæ notaui ad *l. 127. ff. de reg. iur.*
r *1. ff. 16. 6. Eclog. 2. adde Nouell. 30. 103.* Post illustres, de quibus superius egit, ad spectabiles descendit.
s Proconsules mittebantur in prouincias cum imperio consulari. *Saluian. 7.* Proconsul quatum ad nomen, proconsul: quãtum ad potentiam, consul.
t habétne is propriam iurisdictionem? Cuiac. ait, *7. obs. 21.*
u idque ex ordinatione Augusti, *Suetonius, Strabo.*
x Imò audire non possunt. *l. 6. in fin. ff. eodem. l. 1. §. 4. ff. de suspectis tutorib.*
y Hic titulus deest in editione Haloandri: improbatur etiam à Cuiacio.
z Vicarianus à Vicario. Vicarij prouinciarum, vices præfectorum prætorio in diœcesibus gerebant. In Oriente tres erãt Asianæ, Ponticæ (de quo hîc) & Thraciæ. Potuerunt esse & alij in Occidente, variis temporibus, vt Romæ, Africæ, & Hispaniarum. qua de re alibi dicam in edicto de Vicario Ponticæ. *adde & l. j. de off. vicarij. l. vl. j. de diuers. off.*
a sub eo erant quindecim prouinciæ, Palæstinæ tres, Syriæ duæ, (Optatus tres facit) Ciliciæ duæ, Phœniciæ duæ, Cyprus, Euphratesis, Osroena, Mesopotamia, Isauria, Arabia, *Nouell. 8.*
b Vseo *Hal.* Pusseo *Cuiac. 2. obs. 23. al.* Vseo.
c Liminarchiæ, *Cotta in memorabilibus in voce Lymenarcha.* Lyciæ *Hal.* & malè. quia Lycia (vt ex notitia constat) non Orientis, sed Æsianæ diœceseos. Neque interim dicas non fuisse Lyniarchen. quũ vel ex Strabone libro 14. cõstat à Lyciæ ciuitatibus eligi solitum. quo loco perperàm Xylander, vertit Lyciæ principem. Porrò Alytarcha fuit sacerdos Antiochię in Syria: ita dictus, quòd in ludis (qui in honorem deorum fiebant. *j. eod.*) τοῖς ἀλύταις. i. Mastigophoris præesset. *v. Cuiac. 2. obs. 13.* Alytarchæ fit mentio. *l. vlt. j. de cupressis. l. 12. Co. Theod. de iure fisci, l. vlt. C. Theod. de expens. ludor.*
d *l. 1. j. de naturalib. lib. l. 6. §. 14. ff. de excusat. tut.*
e Syriæ salutaris sc. Alytarchia ad Syriæ primæ præsidem, cuius metropolis Antiochia, Theopolis postea vocata à Iustiniano *Nou. 7. 109. 24.* Syriarchia, ad Salutarem. *v. Cuiac. 8. obs. 21. adde eundem ad Nou. 8.*

DE[a] OFFICIO PRÆFECTI[b] AVGVSTALIS[c]

Tit. XXXVII.

De tributis.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Florentio præfect. Augustali.

OMNIA tributa per Ægyptiacam diœcesim,[d] cura & prouidentia claritatis tuæ[e] à moderatoribus prouinciarum exigi iubemus. Si qui tamē ex possessoribus: siue militaribus, siue non militaribus: ad inferenda, quæ debentur, audaces extiterint: eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus.

De Iudicib. ordinarijs.

2. Imppp. *Theodos. Arcad. & Honor.* AAA. Rufino præfect. prætorio.

PRæfectus[f] prætorio Augustali ordinariorū sub se iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non[g] amouendi vel puniendi habeat potestatem.

DE OFFICIO VICARII[h].

Tit. XXXVIII.

Collatio vicariorum & comitum. De dignitate.

1. Imppp. *Valent. Valens & Gratianus* AAA. Antonio præfecto prætorio.

IN [i] ciuilibus causis vicarios[k] comitibus militū conuenit anteferri: in militaribus negotiis, comites vicariis anteponi. quotiens societas in iudicando contigerit: priore loco vicarius ponetur, comes adiunctus accedat. Siquidem præfecturæ meritū cæteris dignitatibus antistet: & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere iudicet[l] portionem, & sacræ[m] cognitionis habeat potestatem, & iudicationis nostæ soleat repræsentare reuerentiam.

De relationibus.

2. Iidem AAA. ad Hesperium præfectum prætorio.

RElationes vicariorum, si quando vsus attulerit ad nostram mansuetudinem referantur. Relationes enim iudicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces à nostris adytis repellamus.

DE[n] OFFICIO PRÆTORVM[o].

Tit. XXXIX.

De iurisdictione.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Senatum.

PRAETORI[p] defertur hæc iurisdictio, sancientibus nobis, vt liberale negotium ipse disceptator examinet. Sanè [q] interponi ab eo decreta [r] conuenit: vt siue in integrum restitutio referenda est, probatis duntaxat causis, ab eodem ||etiam|| interponatur decretum: || seu|| tutoris dandi, seu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorū, quippe cùm apud [s] eum [t] quoque adipisci debeat patronorum iudicio sedula seruitus libertatem. Nec sane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, vt patenti [u] copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cùm se intelligant his obsequij plus debere, ||à|| quibus sese meminerint sacris vinculis exutos. Datum VI. Kal. Ian. Eusebio & Hypatio Consſ. 359.

De creationē. de sumptibus.

2. Impp. *Valent. & Martian.* AA. Tatiano PP.

TRes[x] tantummodò prætores electæ opinionis in hac vrbe[y] per singulos annos iudicio senatus † præcipimus ordinari: qui competentes causas, & debitos actus integrè disceptare atque tractare debebunt: vt hi tantum tres ex his, qui proprium larem in[z] hac alma vrbe habeant, non ex prouinciis eligantur. Nec si quis fortè propter alias causas ad hanc vrbem de prouinciis venerit ad præturę munus efferatur: sed hi tantummodò (vt dictum est) qui hîc domicilium fouent: ita tamen, vt nec ipsi sumptus [a] quosdam inferre cogantur inuiti [b], sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. XV. Kal. Ianuar. Constant. Valentiniano VII. & Auieno Coss. 450.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE[c].

Tit. XL.

De causa falsi, & de proprietate.

1. Imp. *Alexand.* A. Iuliano.

POTEST de falso[d] causam cognoscens præses prouinciæ, incidentem [e] proprietatis quæstionē dirimere. Dat. VI. Kalend. April. Maximo II. & Vrbano Consſ. 225.

De potentior. insolentia.

2. Imp. *Constant.* A. ad Maximianum præsi. pro.

PRæsides prouinciarum oportet: si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non[f] possunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt: de eius nomine ad nos, aut certè ad prætorianæ præfecturæ scientiam referre: quo prouideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur. Dat. V. Kal. Maij, Probiano & Iuliano Coss. 322.

De acclamationibus, & accusationibus iudicum.

3. Idem A. ad prouinciales.

IVstissimos & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, vt honoris eis auctiores proferamus processus,[g] & è contrario iniustos, & maleficos, querelarum vocibus accusandi, vt censuræ nostræ vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter inuestigabimus: præfectis prætorio, & comitibus, qui per prouincias constituti sunt, prouincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. Kal. Nouemb. Constant. Basso & Ablauio Consſ. 331.

De officialibus præfector.

4. Idem A. ad Periclem præsidem.

IN officiales præfectorum, cursum[h] publicum laniantes, vel praua contra vtilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita vt præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat. X. Kal. Nouemb. Nicopoli, Cōstantio & Albino Consſ. 335.

De maiorib. & minorib. iudicibus.

5. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Apronianum præf. vrbi.

POtioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia[i] tribuatur. Sed vbi publica tractatur vtilitas etsi[k] minor iudex veritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. Sanè qui insignia dignitatis ad hoc exercet vt indignis iniuriis existimet adficiēdos eos, qui officia cū potestate moderantur: non declinabit nostræ indignationis aculeos. Dat. V. Ka. Iun. Arintheo & Modesto Consſ. 372.

De hyematione

6. Imppp. *Valent. Gratian. & Theodos.* AAA. Cynegio P.P.

CIuitas Phodiorum[l] iniuriam suam non tam decenter, quàm serò conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus: vt, quoniam tempore hyemis[m] nauigatio sæpè periculosa est, ||&|| semper incerta, in illis quinque[n] vrbibus, quæ[o] potiores esse cæteris asseruntur, vicissim hyemādum sibi iudices recognoscant. Quòd si cuiquā tale existat ingenium, vt præcepta nostra contemnat: quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

De eo qui ex venturæ delegationis titulis profligauit.

7. Imppp. *Valent. Theodos. & Arcad.* AAA. Cynegio P.P.

QVi ordinariam[p] gesserit dignitatem: quicquid ex venturæ delegationis titulis profligauerit, cum dispendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra prouinciarum positus inferre debebit. Datum VII. Kal. Iun. Constantinopoli. Honorio nobilis. puero & Euodio Consſ. 386.

De intercessore siue executore tribuendo, vel non.

8. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.

a l. ff. 17.
b ne dicas proconsulis. Trebellius. n. Pollio refert, Fasces consulares Alexandriam (ea fuit sedes præfecti Augustalis) ingredi non licuisse.
c i. ab Augusto primum constituti in Ægypto, prouincia facta: *l. 1. j. de postulando l. 35. ff. ex quibus cau. mai. Tacit.* 12 *Dion.* 52. *Arrian.* 3. *de expedit. Alex.* Ægyptij annos etiā numerabāt ex suo Augustali, vt ex Chronicis Alexandrinis Cuiac. probat *hoc tit.*
d Sub cura Augustalis pręfecti fuerunt sex prouinciæ: Libyæ duæ; Thebais, Ægyptus, Arcadia, Augustānia.
e *v. l. 6. in fi. j. de exact. trib.*
f Præfectus Augustalis ordinariorum, &c. *v. Cuiac.* 8. *obs.* 21.
g Suidas tamen de hoc pretore tradit, habuisse eum τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν: Tacitus regis loco fuisse, adde *Ammian.* 22. & *l.* 59. *j. de decurionibus.*
h Is pro præfecto pretorio mittebatur in tractū vel diœcesim aliquam aliquot in se prouincias continētē. Diœcesis Thraciæ 6. Pōtica 11. vel 12, Asiana 11. (teste Theodoreto 5. sed tamen notitia imperij octo tantū adscribit) Fuit etiā Macedoniæ, Romę, Italiæ (sub eo erāt decem prouinciæ) Asiæ, Britanniæ (singulis suberant quinque prouinciæ) Gallię Hispaniarū (singulis suberant septē prouinciæ) Reliqua v. apud Cuia. *hoc tit.* His adde quę scripsi ad *l. vn. s. de off. com. sacri. patrim.*
i Vicarii & Comitis militum notio quæ.
k hos τοποτηρητὰς Græci appellant Synopsis Basilicôn 2. 6. *ti.* 18.
l iudicat *Hal.*
m Vice sacra vicarii iudices dicuntur *vt hîc*: & tamen ab his appellatur, non appellatur à Pręfectis prætorio v. Cuiac. 16. *obs.* 2. vbi probat ab his qui vice sacra iudicant, appellari posse.
n *adde tit. C. Theodos.* de Prætoribus. *lib. 6. tit. 4.*
o 12. *lib. 2. j. eod.* 1. *ff.* 14. Cuiac. legit, prætoris. *adde Nou.* 13. 25. 27. 29. 104. Cuiac. putat hîc initium duci magistratuū clarissimorū.
p *l. 16. C. Theod. eod.*
q *l. 4. j. de vindicta.*
r obserua causas, de quibus olim prætor cognoscebat.
s Decretorum interpositio propriè pertinet ad Cōstantinianū prætorem, de quo v. quæ dicam. j. *adde Cuiac.* 7. *obs.* 23.
t *Vlp.* 1. *§.* 7.
u patente.
x *l. tres tantummodo* 3. s. *de episcopali audientia.* pars legis 1. j *de prætorib.* Flauialis, Constantinianus *l. vl. j. de prædio minorum.* triumphalis, *l. 5. l. 13. l. 25. Cod. Theodos. de Prætorib. lib. 6.* interdum habuit quatuor, interdum quinque, interdum octo, Constantinianum, Constantianum, Theodosium, Arcadiū, triumphalem, Augustalem, Romanum, Laureatū. *l. 25. C. Theod. eod.* In antiqua Roma primis tēporibus fuerunt, XIIX. *l. 2. §. 32. ff. de orig. iuris. adde quæ scripsi ad Theoph. §. 29. inst. de legat.*
y Constantinopolitana sc. † Olim Prætoris designatio & nominatio senatoribus erat concessa, *l. 13. 26. 27. Co. Theod. eod.* sed hanc legem abrogauit Leo, *Nouell.* 47.
z Extranei ad dignitates non sunt promouēdi. v. tamen quæ dicam. j. vt nulli patriæ suæ.
a *l. 1. j. de prætoribus.* Olim prętores cogebantur ad certos sumptus faciendos, vel in vrbis fabricas, vel in populi voluptatem *l. 5. §. 10. ff. commodati. Plutarc. in Bruto. adde Lipsium lib. de glad. cap. 9.*
b ad hoc olim etiā coacti quæstores. Lamprid. *in Alex. Seuero,* Quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare. *l. Lipsiū d. loco. fol.* 35.
c 1. *C. Theodos.* 6. 1. *ff.* 18 *adde Nou.* 24. 25. 29. 104. 111 Rectores vnius prouinciæ erant vel præsides, vel correctores, vel consulares erāt sub cura eorū, quib. plures prouinciæ demādabantur, vt procōsulis, Comitis orientis, Præfecti augustalis. Ordinarij & publici iudices etiā appellantur, & à Græcis ἐμβαθμοὶ *Nouell.* 20. & 112. & fratres interdum ab imperatoribus, in subscriptionibus cōstitutionum ad eos directarum, *v. Cuiac. hîc.*
d putā instrumento.
e *l. 1. j. de ordine iud. l. 26. j. de adul.*
f interdū iudicis vires, seditiosis non sunt pares. exemplū v. apud Ammianū *lib.* 26.
g Prodeuntibus rectorib. prouinciarum licuit acclamare.
h *v. j. de cur. pub.*
i *v. l. 2. 3. j. de off. diuers. iud.*
k Maioribus iudicib. officio suo non fungentib. minores partib. eorum possunt se immiscere.
l Rhodiorum *Hal.* Is error natus est ex litera, P accepta pro Latina P. vt in illo Lucilij versu apud Terentium Scaurū, Apes apes Græci vt faciunt. Martialis loquens de Gręcis & quos ἄρες decet sonare, *v. Cuiac.* 16. *obs.* 6. simili errore *Arione* pro *Apione* legitur *No.* 78. *in f.*
m De mense Ianuario ita præcepit Aratus. μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσης πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος. & Cicero, Hoc caue te Ponto studeas committere mēse. & Festus Auienus, Non tum mihi longa phaselis Æquora tententur, non tum freta turbida ponti Quis petat.
n Cuiacius *d. loco* hoc refert ad quinque metropoles quinque prouiciarum, quibus præerat quæstor exercitus. vt sit sensus, Quæstores exercitus vno anno hybernare in Rhodo, ibique audire causas appellationum, alio in Cypro, & sic deinceps in aliis. quod tamen aliter definitur Nou. 41. *adde Nou.* 50.
o *l. 1. j. vt omnes iudices, tam ciuiles.* i. quæ sunt metropoles, Vrbium enim nomine metropoles significantur, *l. 4. §. 9. ff. de damno.*
p puta præsidis, consularis, correctoris.

NE quis iudicum in prouincia sua præfectianum [a] vel palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in huiusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem [b], id est executorem, cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu priuato seu publico negotio putet esse tribuendum. Nam peccantem contra consulta cælestia, cum officio suo non solùm detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. Constantinop. Honorio N.P. & Euodio Coss. 386.

De Augustiß. vrbe iniussa principis non adeunda.

9. Iidem AAA. Polemio præfecto prætorio Illyrici.

NVllus prouinciæ moderator augustissimam vrbem [c] sine iussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quẽ contra decreti nostri præcepta venisse: is congrua condẽnatione plectetur. Dat. Kal. Ian. Mediolani, post consulatũ Timasij & Promoti. 390.

Vt non palatini, sed iudices exigant à prouincialibus.

10. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum.

NVllum palatinis tibi obsecundantibus cum prouincialibus volumus esse commercium. sed iudices scire debent, hoc sibi præcipuè esse commissum, vt ipsi à prouincialibus exigant, & consueta deposcant palatinũ verò possessor non horreat, qui [d] non sibi, sed iudicibus atq; officiis præceptus est imminere. Dat. 6. Kal. April.*

De potentum procuratoribus.

11. Imppp. ||*Arca.*|| *Honor. & Theod.* AAA. Theodoro præfecto prætorio.

MOderatores [e] prouinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentum [f] procuratores perperam iniustéque committant. Dat. 6. Kal. Decemb. Rau. Basso & Philippo Coss. 408.

De apparitoribus.

12. Impp. *Honor. & Theodos.* AA. Monachio PP.

OMnes prouinciarum apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motum [g] iudicis nudatos, verberibus, si ita res tulerit) subiacere præcipimus: vt & facilis executio rerum publicarum sit, & officiorum insolentia comprimatur, & iudicum seueritati competens reddatur auctoritas. Dat. 6. Kal. Ian. Honor. 9. & Theod. 5. AA. Coss. 412.

De cohortalibus.

13. Imp. *Leo* A. Constantino PP.

SI quis cohortalibus [h] adhuc obsequiis obligatus, regimẽ prouinciæ, vel cingulum cuiuslibet militiæ dignitatisue quoquo modo meruerit: contra licitum vsurpatis impetratisve careat, etiam si vltroneè à nostra liberalitate ius regendæ prouinciæ vel militiæ seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit delatum fuisse. Dat. 7. Id. August. Leone A. 4. & Probiano Coss. 471.

Vbi rectores prouinciarum habitare debent.

14. Idem A. eidem præfecto prætorio.

NVlli iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus sacra palatia aut prætoria [i] sunt, liceat, his relictis, priuatorum [k] sibi domos ad habitandum veluti prętoria vindicare: sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia seu prætoria||cogantur || vt hac necessitate compellantur eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium est, & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium autem vel suscipiendis [l] conseruandisque speciebus publicis horreorum vice, vel alij necessarię rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentauerit: protinus eum atque officium eius quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum, quod neglexerit, palatium soluere sancimus. Dat. 6. Id. Febr. Clementino & Probo Coss.*

a Præfectianus, Præfecti prætorio apparitor, *v. l. 2. l. 3. ꝭ. de apparitoribus præf. præt.* adde l. vnicam Co. Theod. Ne præfectianus exactoris vel curiosi vel horreorũ custodis fungatur officio *lib. 12 tit. 10.*

b miles intercessoris, id est, executoris, munere fungi non potest, *l. ꝭ. de iurisd. om.* de intercessore dixi ad *l. 7. ꝭ. quæ ex pign.*

c *Syn. Basil. 1. c. 80.* Constantinopolim 6.

d Palatinus domesticus principis *Conan. 4. c. 15. num. 4.* & malè. Pertinet enim ad comitem sacrarum largitionum, vel rerum priuatarum, *vt hic.* Eius partes erant vrgere, instare, monere, ne quid aduersus chartularios attentaretur, *Cuiac. ad l. 2. l. 3. ꝭ. de canone largitional. tit.*

e *l. vlt. C. Theod. eo.*

f potentium *C. Theod. 1. titul. 6. leg. 5.*

g 1. indignationem *vt l. 14. ꝭ. de testib. l. 20. ff. cõm. diuid. v. Cuia. 13. obs. 29.*

h *l. 12. 13. 14. ꝭ. de cohortalibus.*

i Prætoria, non sunt villæ, vt putat Rhenanus apud Tertullianũ lib. ad *Scapulam,* sed domus magnificæ Præsidũ, iudicúmve causa in vrbibus extructæ, *l. 31. §. de episcopu. l. 3. ꝭ. de oper. publ. l. 3. ꝭ. de metat. l. vlt. Cod. Theod. de off. omn. iud. Nou. 24.* Vopiscus in Aureliano, Forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea prætorium publicum constitutum. Prætorium etiam veteres appellarũt partem villæ latiùs ædificatam, & patrifamilias habitationi relictam, *l. 12. D. de vsu. l. 2. D. de seruit. rustic. v. l. 198. D. de verb. sign.*

k *leg. 3. ꝭ. de metat.*

l *v. ꝭ. de conditis in publ. horr.*

m si quis prouincialis à principe, petierit administrationis officiũ in sua prouincia, sacrilegij tenetur: nisi vltrò princeps eum magistratum fecerit, *Syn. Basil. 2. περὶ αἰτήσεων &c. adde l. 15. §. titul. prox. l. vl. ꝭ. de crimine sacril.*

n etiam fiscalis & adsessoria. *l. 10. ꝭ. de adsessorib. leg. 1. Cod. Theod. eodem l. 3. ꝭ. de diuers. off. adde l. 3. D. de off. adsessor.*

o *l. 38. D. ex quibus caus. maior.* sic legimus, Cassiodorum, patriæ suæ Lucanię & Brutiorũ correctorem fuisse *Cassiodor. 1. variarum.*

p ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur *Paulus 5. sent. 12. §. 5.* Idem constitutum fuerat à Philippo Pulchro anno 1302. & Carolo Quinto anno 1366. Gallorum regibus: adeo vt vi eorum constitutionis, multi priuarentur senatorio munere, quod Parisienses essent, *vide Papon. 3. notar. 8. c. des prouisions d'office fol. 604.* id tamen hodie non obseruatur, Idque videtur niti lege 17. §. 4. *D. ad municipal.* quæ vult in dignitatibus conferendis originarium præferri. At extraneus dignitatis non est capax, *leg. vlt. §. de offic. præt.* Hoc ita est, si modò omnino extraneus: quales non sunt, qui eidem principi subiecti sunt.

q Ante Anastasiũ vetustissima lex reperitur Antonini apud Xiphilinũ μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν ἄρχειν.

r *adde l. vnicam C. Theodos. de priuileg. domus Augustæ lib. 10. tit. 25.*

s *l. 1. ꝭ. de apochis. v. l. 1. §. de off. com. sacrar. largit. l. pe. C. de canone largit. tituloꝝ.* Quadrimẽstrui dicũtur, quòd quarto quoque mense conficiuntur. Trib. enim pensionibus anni cuiusque indictiones soluerentur, *l. vlt. ꝭ. de annonis. l. 15. l. 16. C. Theodos. eod. tit.* Cassiodorus, vt trina illatione deuotus possessor suam compleat functionem. Idẽ *12. variar.* Expensarum fidelem notitiam quatuor mensibus comprehensam. Hi breues à chartulariis conficiebãtur, & ad officia palatini, aut prę fecti prætorio trãsmittebãtur, *v. Cuiac. ꝭ. de apochis.*

VT NVLLI [m] PATRIÆ SVÆ ADMINISTRATIO [n] SINE [o] SPECIALI PERMISSU PRINCIPIS PERMITTATUR [p].

Tit. XLI.

* *Græca constitutio Anastasij [q] Imper. vt scribit Iac. Cuiacius ad Paul. lib. 5. sent. tit. 12. qui tamen putat esse const. vlt. tit. De offic. rectoris prouinciæ. at non aliter sentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui nouam Rubricam minio scriptã post illum titu. descriptam habent & Græcorum interpretum consensu, qui ad l. vlt. ꝭ. de crim. sacrileg. hunc titulum numerãt 41. lib. 1. Cod. in eadem est etiam nobiscum sententia præstantißimus Ant. August. Cæterum crediderim idem hac constitutione fuisse cautum, quod supradicta vlt. constit. tit. de crim. sacrileg. continetur. Cont.*

DE [r] QVADRIMENSTRVIS [s] BREVIBVS [t].

Tit. XLII.

**Græca constitutio deest.*

Hunc titulum disertè ita scriptum in veteribus libris, & à nemine adhuc recentiorum animaduersum intrepidè restitui, vt qui & hoc loco opportunè sit insertus. putat quidem Iacobus Cuiac. vir doctißimus, eum fuisse additum tit. De apochis lib. 10. quia & quadrimenstruorum breuium l. 1. illius tit. mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia hic iã proprio fuerat loco collocatus. extat similis tit. lib. 11. Cod. Theodosiani tit. 25. De quadrimenst. breuib. & sub eo constitut. singul. Theodosij, Arcadij, & Honorij AAA. Cont.

t Breues, brebia, βρέβια, breuicula *Zonaras in concilio Carthaginensi:* Anna *Alexan. 6. Iulianus. epist. ad commun. Iudæorum. l. vlt. ꝭ. de conueniendis fisci debitoribus. l. 1. ꝭ. de apochis.* sunt chartulæ breues.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILVM [u].

Tit. XLIII.

1. Impp. *Theod. & Arcad.* AA. Nepthidio præfecto vrbis.

PRÆFECTI vigilum huius vrbis nihil de capitalibus causis [x] sua auctoritate statuere debent: sed si quid huiusmodi euenerit, culmini tuæ potestatis referre: vt de memoratis causis celsiore sententia iudicetur.

u id est, *D. 15.* περὶ τῆς πραιτώρων τοῦ δήμου ἤτοι νυκτεπάρχων *Nouell. 13.* περὶ νυκτεπάρχου ἤτοι πραίτωρος δήμου. *6. Eclog. 5.* Ideo dicitur obscurus iudex, arbiter silentiosus incendiariorum & furum indagator. Eleganter Cassiodorus de præfecto vigilum, Furta eum facere in furibus, dum illos noctu circũuenit.

x grauioribus sc. & in liberos. *vide Nouell. decimamtertiam.*

DE OFFICIO PRÆFECTI [y] ANNONAE [z].

Tit. XLIIII.

Græca constitutio sub hoc tit. miniato deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restitutis quinque titulis in hoc primo libro Cod. qui antea deerant, (id est, tit. De offic. comitis sacri patrimon. tit. De offic. Vicarij qui in omnibus manuscriptis extat, tit. Vt nulli patriæ suæ administratio, &c. titul. De quadrimenst. breuib. & tit. De offi. præf. anno.) perpulchrè numerus tit. huius lib. per omnia conuenit cum numero Græcorum. quos duos numeros conciliare anxiè studuit Ant. Aug. nec tamen præstare potuit. Cont.

y extraordinariè pro tempore & necessitate exigente constituebantur.

z is inter cætera per officinas pistorum discurrebat, pensúmque & munditiam panis exigebat. *Cassiodorus.* Cognoscebat etiam criminaliter de his quæ ad annonam pertinebant, *vide Cuiacium in hunc titul.*

DE [a] OFFICIO CIVILIVM [b] IVDICVM.

Tit. XLV.

De honoratis litigantibus.

1. Imppp. *Arcad. Theod. & Honor.* AAA. Curtio præfecto prætorio.

HONORATI [c], qui litem habere noscuntur, his horis||vel temporibus [d], quibus|| causarum vel merita vel fata [e] panduntur [f] residendi [g] cum iudicibus non habeant facultatem. Dat. 3. Non. Febr. Rauennæ, Basso & Philip. Coss. 408.

De publicis functionibus.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio præfecto prætorio.

a Extat Cod. Theodos. 1. *titul.* 7.

b Hi opponuntur militaribus: de quibus ꝭ. *titulo proximo. adde 1. Cod. Theod.* 7.

c *l. vnica Cod. Theodos. eod.*

d nec enim omnibus temporibus iudices adiri poterant, puta meridianis horis. *l. vnic. Cod. Theos. eodem.* Idem autem constituerant Valens, Gratianus, & Valentinianus, ibi, Ne quis domum iudicis ordinarij postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet. Huiusmodi leges iudiciarias Augustus tulit, quas edicta Macrobius vocat. *1. Saturnal. 10.* in iis inter cætera cautum erat, ne reus vel accusator domum iudicis ingrederetur. Idem obseruatum fuisse in actore Cuiacius existimat *6. obseru.* 34. vbi tractat de legibus iudiciariis.

e facta. *vide Cuiac. 16. obs. 9.*

f vide quæ dicam *ad l. 3. ibidem.* Sedendi quoque in aliqua secretarij parte ꝭ. *vbi senatores.*

g penduntur. *l. vnic. Cod. Theodo s. eodem.*

Si quis

a Præsumitur pro iudicis fide: de qua præsumptione *v. Alciat. 3. præf. 9.*
b 1. C. Theod. 8. opponuntur ciuilibus, de quibus dictum est titulo superiore.
c *l. vnic. C. Theodos. eod.* videtur intelligere comites militum Orientis: quorum vnus in Ægypto, alter per Isauriam *l. 1. §. de offic. vicar. l. 6. ꝗ. de adsessoribus & titulo proximo ꝗ. eode m. ne rei militaris comitibus.*

Si quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, alio quo se defendere tentet munimine: adeat iudicem, & promat, quę duxerit adserenda. Quem si iudex (quod non[a] arbitramur) minus audire maluerit: ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor verò eius, quinquaginta feriatur dispendio. Dat. 13. Kal. Aug. Constant. Honorio VIII. & Theodosio 3. AA. Coss. 409.

d *l. vnic. C. Theo. eodem.*
e *l. 2. ꝗ. eodem. l. 8. §. de offi. rector. prouinc. 1. Harme.*
f *vide pragmaticam Iustiniani c. 23. l. 2. ꝗ. si à non cōpetente iudice.*
g id est, ne vnquam omnino. *l. vnic. Cod. Theod. eodem.*
h id est, adscripti curiis ciuitatum.
i id est, forum, vt sit sensus, Paganum non cogi in foro militari litigare, *l. 1. §. eod. l. 1. §. de off. magist. mili. l. 42. ꝗ. de decurionibus. Nouell. 145.*

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM[b].

Tit. XLVI.

De negotijs priuatorum.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. magistris & comitibus vtriusque[c] militiæ.

NVNQVAM[d] omnino in[e] negotiis priuatorum[f] vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Feb. Constantinop. Theod. A. 3. & Habundantio Coss. 393.

De foro competenti.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monachio PP.

Præcipimus ne[g] quando curiales[h] vel priuatæ conditionis homines ad militare exhibeantur iudicium[i], vel cōtra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogātur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduersus comitianum[k] officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquādo tentauerit. Dat. 6. Kal. Septemb. Theod. A. 7. & Palladio Coss. 416.

k Comitianum officium hic, id est, comites militum, de quibus dixi in epigraphe legis. 1. §. eo. officiales.
l Nonio *vid. l. 4. §. de offic. magist. off.*
m *al.* limitum, vt infra tit. 3. *pro* limitis *legitur* militis.
n vt Sophanenę, Balbitenæ, & aliæ, de quibus *v. l. vlt. ꝗ. de offic. magist. milit.*
o quidam legūt, lustriarum: alij, luxuriarum. Cuiacius verò *3. obseruat. 24.* clu suriarum ex lege *4. §. de offic. magist. off.*
p *l. 6. ꝗ. de iurisdi. l. vlt. ꝗ. vbi de curiali. l. 3. ꝗ. vbi senatores. l. vlt. ꝗ. de fide instrumento. l. 33. ꝗ. de appellat.* magisterium militare. *l. 25. ꝗ. de procurat.* Suidas μαγιστερία ἀρχή.
q dixi ad epigraphen legis. 1. §. *tit. de off. milit. eod.*
r aliorúmve comitum, &c. *l. 2. Cod. Theodos. eod. vide Cuiac. hic.*
s id est, & ciuilium & militarium omniū. *1. Codice Theodos. 9.*
t *leg. prima Codice Theodos. eodem.*
u vide in hunc locum Socinum *regula ducentesima quinquagesima nona.* Mares carcerem patiūtur, Mulieres inuitæ, ab apparitore domo abstrahi, & in publicum educi non possunt. in causa criminali Fideiussoribus committuntur, vel iuratoriæ cautioni: vel si graue crimen intentetur, custodiæ mulierum, *vide Nouell. 134. & ibi Cuiacium.* Ad hæc, è sua patria non trahendæ in sacrum comitatum *vide l. vnic. ꝗ. quando Imperator.* Hoc hodie desuetum.
x Quid si fisco debeat? vide Authenticam proximam ꝗ.
y *le. 3. infra eodem l. 5. supra de offic. rect. prouinc.*

De his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militauerūt.

3. Impp. *Theodos. & Valent.* AA. Anatolio magistro militum.

NEmo de his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militauerit, scholæ agentium in rebus quacumque subreptione post completam militiam societur, nec agendi vices viri clarissimi principis accipiat facultatem. Si quis autem aduersus hæc nostrę perennitatis decreta venire conetur: militia spoliatus, proscriptionis pœna pro parte bonorum tertia constringatur. Datum V. Kalend. Februarias, Constantinopoli. Maximo I I. & Paterio Coss. 443.

De ducibus militum.

4. Iidem AA. Nomo[l] magistro officiorum.

DVces militum[m], & præcipuè quibus gentes. quæ maximè cauendæ sunt, appropinquant[n], in ipsis limitib. commorari, & milites ad proprium redigere numerū imminentibus magisteriis potestatibus, diuturnísque eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Castrornm quinetiam refectionis‖lustrationisque[o]‖curam habeant. Quibus cum principibus castrorúmque præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem: distribuendam videlicet inter eos magisteriæ[p] potestatis arbitrio, deputamus. Datum II. Id. Septembr. Constantinop. Maximo I I. & Paterio Coss. 443.

NE REI MILITARIS COMITIbus[q] vel tribunis lauacra præstentur.

Tit. XLVII.

1. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodos.* AAA. Anthemio P.P.

OMNEM inquietudinem à curiis & ciuitatibus præcipimus prohiberi: nec vlla priuata ab his succendi balnea ad tribunorū, vel ducum, aliorúmve[r] militarium comitum vsus: nec ad ærationem aliquam pro hac causa profligari. illustribus enim tantummodò viris comitibus, ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus. dupli pœna violatoribus huius sanctionis imminente. Dat. V. Kal. Decembr. Arcadio A. VI. & Probo Coss. 406.

DE OFFICIO DIVERSORVM[s] IVDICVM.

Tit. XLVIII.

De mulieribus.

1. Imp. *Const.* A. ad Domitium Celsum vicarium.

z superscriptionibus. a Græcis ὑπαρχικῷ *Synopsis Basilicōn. 6. titul. 1. cap. 115.* officiales qui adsunt cornibus secretarij *v. l. 2. ꝗ. de prox. sacror. scrin.*
b οἱ τῆς τάξεως πρῶτοι. *Synopsis Basilicōn. ibidem.*
c hi ἀξιωματικοί. *Synopsis Basilicōn. ibidem.*
d Honorati consistorium principis ingrediuntur. Porrò consistorium ad συνέδριον principis refertur, ab eo consistoriani, *l. 1. ꝗ. de comitibus.* Consistoriani, id est, comites consistorij.

NEMO[t] iudex‖aliquem‖officialem ad eam domum, in qua materfamilias[u] degit, cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, vt candē in publicum protrahat: cùm certum sit, debita eius, quæ intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscunque rei habita distractione, publicis[x] necessitatibus posse seruari. Quòd si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra vllam indulgētiam capitali pœna plectetur. Datum IIII. Id. August. Sabino & Rufino Coss. 316.

Authentica ex Nouell. 134. cap. 9.

SEd hodie nouo iure pro fiscalibus vel priuatis debitis nulla mulier debet includi: sed ad iudicem veniet per se, vel per procuratorem suum: vel mittat vnum vel alterum, quatenus negotium legitimè exequantur. Si contra factum fuerit, maiores iudices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis, cingulo spoliabuntur, & pœnis subiacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

e *vide l. 1. §. eodem.*
f Idem lege Iulia repetundarum cautum esse refert Cicero.

De honore viris celsioribus deferendo.

2. Imppp. *Valentinianus, Theodosius, & Arcadius.* AAA. ad Principium P.V.

SInguli quique iudices sciant, celsioribus viris, & his, quorum nonnunquam iudicio prouehuntur, honorificentiam[y] debitam esse præstandam: nec in proscriptionibus[z] suis fratres audeant nominare: apparitione multanda, cuius hæc est cura. Datum Idib. Febr. Richomere & Clearcho Coss. 384.

g ἐπειδὰν κατάδοντο τὴν ζώνην, postquam cingulum deposuerint. *Synopsis Basilicōn. 6. titul. 1. ex titul. 3. adde Nou. 8.*
h ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ *Synopsis Basilicōn. ibidem.* id est, in prouincia.

3. Iidem AAA. Constantino P.P. Galliarum.

SCiant principes, & corniculari[a], & primates[b] officiorum, & iudices etiam, ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis[c] viris (quibus etiam consistorium[d] nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretarij iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia[e] non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Datum V. Id. Nouemb. Tyberiade, Timasio & Promoto Coss. 389.

VT[f] OMNES IVDICES TAM CIuiles quàm militares post administrationem[g] depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus[h] vel certis locis[i] permaneant.

Tit. XLIX.

1. Imperator *Zeno* A. Sebastiano præfecto prætorio.

NEMO ex viris clarissimis præsidibus prouinciarum, vel consularibus, aut correctoribus, vel quadministrationis maioris infulas[k] meruerint, [l] id est, viri spectabiles[m] proconsules, aut præfectus augustalis, aut comes Orientis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicunque dux, vel comes cuiuslibet[n] militis, vel diuinarum[o] comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur. Sed per id tempus præsides quidem & consulares, necnon correctores[p] in metropoli, spectabiles verò iudices tam ciuiles quàm militares in ciuitatibus administratæ diœceseos illustrioribus[q] publicè, non domi, vel intra sacrosanctos[r] terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernauerāt, ora versentur: vt pateat omnib. facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam commouendi: ita, vt ab omni defensus iniuria prouisione post eum administrantis, ac periculo officij, nec minus curialium, & defensoris ciuitatis, iuratoriæ tantùm cautioni commissus, postquàm fuerit in querimoniam deuocatus, pulsare volentibus (vt dictum est) pro legum ratione respondeat. Nec vllam ante præfinitum tempus de prouincia discedendi excusationem ei tribuat vel diuinæ[f] vocis copia, vel codicilli alterius administrationis oblati, vel præceptum amplissimæ tuæ sedis, vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum pręfatæ, vel alterius ciuilis vel militaris cuiuscumque potestatis, vt quamcunque sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremò cuiuslibet artis astutia, cuiuscumque occasionis excogitata calliditas excludatur: vt modis omnibus, quæ pro vniuersarum prouinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quòd locis sedem constituere iubetur, in quibus oportet omnibus præsto esse rectorem, nec diuerticula religiosa sectari. *l. 4. Cod. Theodos. de officio rectoris prouinciæ.*

i ἐν τῷ θέματι. Eusthatius *libro de temporibus ca.* πόσει μωνικῆς §. ἐὰν ὁ ἄρχων &c. Prouinciam igitur θέμα vocat: & ita Zonaras *in Heraclio,* ἐκ τῶν θεμάτων, id est, ex prouinciis. Theodorus Hermopolites. *6. c. 1.* εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤγουν εἰς τὰ θέματα. & alio loco δικαιοδοσίαι ἐχέσ τοῖς θέματι. inde apud Harmenopulum *1. tit. 4.* θεματικοὶ κριταὶ καὶ θεματικοὶ ἄρχοντες, oportuit vertere iudices prouinciales, non pedaneos, aut delegatos, *vide Cuiacium cap. 18. de præscriptionib.*
k insulas *Halicarnas.* & malè. Infulas mereri, est honorem adipisci.
l Mereri hîc, vt & veteribus, non est labore opera aut merito adquirere: sed, adeptum esse simpliciter.
m nota qui sint spectabiles.
n cuiuslibet limitis.
o nota de comite diuinarū domorum.
p quibus pars prouinciarum demandata. *leg. 10. D. de offic. præf.*
q Ciuitates illustriores, metropoles *vide l. 6. §. de off. rector. prouinc.*
r *sub.* Ecclesiæ. Ita Iudex in his

f diuina, reuocatoria, vel codicillis alterius administrationis, &c. *Hal.* quam lectionem probat Cuiacius *Nouell. 8.*

a *l.10.ff.de off.proconsulis:l.vn.ff.de offic.præfecti August.l.2.ff.ad l.Iul.maiest.Nou.95.c.1.in f.* b φούγων non est fugitiuus, sed reus. sensus est autem, vt Præses qui finito magistratu contra præcepta legum ante dies 50. prouincia excesserit, reducatur & in prouinia remaneat per sex menses, prouincialium actiones excepturus.
c de sex mensibus vide Cuiacium *c.18.de præscriptionibus.*

si quis temeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam vel violandam crediderit, licèt & maiestatis reus non immeritò iudicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam, publicis calculis inferre cogetur: simili pœna plectendo ||eo,|| qui post eum administratione suscepta minimè eum curauerit honestè retinendum, aut super eius fuga protinus referendum.

1 ¶ Administrationem autem deponere non volumus decessorem, antequam [a] successor ad prouinciæ fines peruenerit, licèt literis ad eum, seu programmate, vel edicto ad officium & prouinciales vsus fuerit.

2 ¶ Ipse autem, qui præsentem fugiens [b] non obseruauerit legem, vbicunque repertus fuerit, licèt in hac florentissima ciuitate, ad prouinciam sine vllo penitus obstaculo, præceptione tui culminis, cura etiam viri clarissimi rectoris prouinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per sex [c] mensium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minimè possint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore seruato, non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. 3 ¶ Quod si intra quinquaginta dierum numerum fuerit fortè pulsatus, & præfato tempore elapso necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi: accusatione verò super criminibus facta, per inscriptionum laqueos irretitus, vsque ad terminum causæ ibidem necessariò perdurabit. 4 ¶ Sciant autem vniuersi iudices, apud quos vel administrationis iure, vel ex præcepto amplissimæ tuæ sedis, huiusmodi controuersiæ ciuiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum spatium debere se præfata litigia, postquam orta fuerint, terminare. Nam si supersederint: ipsos quidem decem [d] librarum auri condemnationem subire sensemus: accusationem verò seu ciuilem intentionem semel in iudicium deductam præfato modo legitimè terminari. Dat. Id. Octob. Constant. Zenone A. II. Cos. 479.

Authent. ex Nouell. 8. cap. 9.

SI verò, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur: detineatur à prouincialibus: & omne, quod datum fuit, ex occasione, furti actione exigatur: præsente tamen Deo amabili episcopo, & causam ex non scripto examinante.

DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM ALICVIVS IVDICIS vel præsidis obtinet [e],

Tit. L.

De causis ad remp. spectantibus.

1. Imperator *Gordianus* A. Domitio præfecto prætorio.

IN causa, quæ spectant ad vtilitatem reipublicę, eum, qui vice præsidis prouinciam administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit. Sanè si in aliquo captum est ius reipublicæ: iuxta scita diuorum principũ defensores reipub. si modò adesse fiduciam negotio putant, restitutionis auxilium possunt flagitare. Dat. III. Non. Nouemb. Sabino II. & Venusto Cos. 241.

De Iurisdictione.

2. Mandata Imperatorum *Theod. & Valent.* A A. missa Antiocho, cæterísque præfect. prætorio per referendarium [f], quæ sic habent.

SVggerente magnificentia vestra, docta imperialis æternitas, debere eos, qui [g] præceptione principali [h] seu vestræ sedis amplissimæ tueri locum rectorum prouinciarũ noscuntur, auctoritatem habere tutores [i] seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere [k] ad alienandas minorũ similiúmque eis personarum seu curialium [l] facultates, & emancipationes quoque legibus [m] celebrare, & omnia, quæ ad iurisdictionem rectoris prouinciæ pertinent, actitare: præcipere dignata est pro dispositione vestræ celsitudinis præfatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. prid. Idus Octobr. Constant. Hiero & Ardaburio Coss. 427.

d librarum decem auri pœna.
e ad tempus sc. idque iussu principis vel perfecti prætorio *l.2.j.eod.* iudice vel præside defuncto: vel quia ad tempus ei prouincia commissa est: quo munere nonnũquam fungebãtur procuratores Cæsaris, *l.1.j. de pedaneis. l.3.j. vbi causa fiscales. l.2.j.de pœnis.* Sic Pontius Pilatus procurator Cæsaris erat, in Syria vice præsidis, *Cuiacius hic, & 19. obs.* 15. quod à Roberto non probatur 1. *animaduers.21. in fi.* probatur verò ab Antonio Mercatore. *1. Notar.* 21. Cuiacius *ad Nouell.* 8. putat derogatum huic titulo, vetito præside *τοποτηρητὰς*, seu vicarios in ciuitatibus (se absente) constituere: vtpote eo munere ad defensionem ciuitatis translato. Paucis sic sentio, Eũ de quo hîc agitur vicem iudicis vel præsidis obtinuisse *vt hîc:* vice præsidis prouinciæ administrasse. *l.1.j. eodẽ.* locum rectoris prouinciarum tuitum, iussu principis vel ipsius præsidis, *l.2.j.eodem.* Vnde constat, huic vicario, defuncto tantùm pręside, locum nõ fuisse *l.2.j.eodem. τοποτηρητὰς Nou.8.ca.4.* videntur fuisse locorũ quorundam defensores, non integræ prouinciæ: vt res eo redeat, à Præsidibus mãdari potuisse integræ pronínciæ administrationem, sed & iurisdictionem, at non potuisse certis locis ac ciuitatibus defensores dari, *l.1.ff. de tutoribus datis:* estque diuersus à vicario (de quo *s.titul.*38.) legato, eóve cui mãdata est à præside iurisdictio.

f Referẽdarius, qui recitat principi supplicum desideria, & mãdata Principis iudicibus insinuat, *Nouella* 10. *Nouell.*113. *Nouel.* 124. *Procop. de bello persico: Ammon.* 4. *capite* 41.

g Vicem iudicis vel præsidis quis obtinebat, iussu principis vel P. prætorio.
h *leg. 1. s. de mandatis princip. leg. 1. §. 4. ff. de legatis. 3.*
i *leg. prima D. de tutoribus datis.*
k Imò, eam facultatem mandare præses potest, *l. 2. in fin. ff. de eo cui mandata*
l hinc & ex verbo, *Decretum supra eodem* colligunt, Non valere venditionem prædiorum curialium, nisi fiat causa probata apud acta præsidis. *vide. Cuia. ad l. 1. j. de præd. curial.* poterat etiam dici apud acta vicarij, de quo hîc agitur.
m hinc colligunt, Vicarios constitui, vt ea quæ legibus specialiter Præsidibus data sunt, exequantur *v. Cuia. ad Nou. 8.*
n *1. D. 22. 7. Eclog. 1.* o *v. l. 1. j. eodem.* adsensores etiam vocantur. 1. *Cod. Theodos. 11.*

DE [n] ADSESSORIBVS [o], ||ET|| DOMESTICIS, ET CANCELlariis [p] iudicum [q].

Tit. LI.

Vt consiliorum principes spe præmiorum prouocentur, non metu cogantur.

2. Imperatores *Diocletianus, & Maximianus* AA. Paulino.

STVDIORVM [r] labor meretur, vt hi, qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum [s] participes cupiunt, spe præmiorum [t] atque honorificentia sua prouocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, & necessitate incongrua libertati. Datum prid. Id. Iul.

De subscriptionib.

2. Imperator *Constantinus* ad Bassum P.V.

PRæsides non [u] per adsessores, sed per se [x] subscribant libellis. Quòd si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit: mox adsessor, qui subscripsit, exilio puniatur: præsidis verò nomen ad nos referri iubemus, vt in eum seuerius vindicetur. Dat. XV. Kal. Septemb. Constantino A. VI. & Constantino Cæsare Coss. 329.

Vt consiliarij, cãcellarij & domestici post depositam administrationem quinquaginta dies in prouincia resideant.

3. Impp. *Arcadius & Honorius* AA. Messalæ P.P.

COnsiliarios iudicum, & cancellarios, & eos, qui domesticorum [y] funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta [z] dies in prouinciis residere præcipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit: eáque in quaspruplum restitui [a] iubemus, quæ docebuntur ablata: vt duplum spoliatus accipiat, & [b] duplum noster fiscus adquirat. Dat. VI. Kal. Ianuar. Mediolani, Theodosio & Rumoridio Coss. 403.

De domestico iudicis à publicis actibus arcendo.

4. Iidem & *Theod.* AAA. ad Cęcilianum vicarium.

DOmesticus [c] iudicis à publicis actibus arceatur. Quòd si necessitatib. publicis sese conuictus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, vt competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. Apri. Honorio A. VI. & Aristeneto Coss. 404.

De ministeriis non iterandis.

5. Imperatores *Honorius & Theodosius* A A. Seleuco præfecto prætorio.

NEmo in prouinciis, qui semel domestici vel cancellarij [d] ministerium gesserit, ad [e] eandem obseruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decemb. Rauen. AA. X. & VI. Coss.

6. Iidem AA. Vitaliano duci Libyæ.

NEmo de domesticis [f] ducum vel comitũ militarium, officiis eorum connumeratus, post completum sui tẽporis actum ad [g] eandem rursum sollicitudinem audeat adspirare: decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem: eadẽ pœna officio quoq; eius coercendo, si per ambitionem, vel auaritiã ex his aliquid temerariè consenserit. Datum VIII. Kalend. Nouem. Honorio A. XI. & Constantio II. Coss. 417.

De peculio quasi castrensi.

7. Iidem AA. Eustachio præfecto prætorio.

VElut [h] castrense peculium filiifamilias adsessores etiã post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestísque lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Constantinop. Hono. XIII. & Theod. X. AA. Coss. 422.

De electione & accusatione domesticorum, vel cancellariorum, & de quæstionibus.

8. Iidem AA. Asclepiodoto præfecto prætorio.

NVllus [i] iudicũ ad prouinciam sibi cõmissam quenquã secũ ducere audeat, cui domestici vel cancellarij [k] no-

p *v. l. 3. j. eod. v. l. 8. j. eod.*
q omnium iudicum *leg. 6. 11. 12. j. eod.*
r Iurisprudentia requiritur in adsessore, *vt hic. & leg. 1. j. eod. Nouell.* 82. At non in eo cui is assidet. ideóque illi imputatur imprudentia, nõ magistratui, *leg. 2. D. quod quisque.*
s Ij sunt iurisprudentes ἀρχόντων σύμπονοι *7. Eclog. 1. 6. 1.* βοηθοὶ, *Macarius Homil. 15.* cõsiliarij *leg. 3. 7. 11. 12. 13. j. eodem.* adsensores *C. Theodos. eodẽ.* vbi quidam legunt adsertores. Vt differant à iudicibus, vide legem 2. & 13. *j. eod.*
t Alexander Seuerus adsessoribus salaria instituit: sæpe dicens Ad rempublicã esse promouendos, qui per se rempublicam gerere possent, nõ per adsessores. *Spartian. in Alexand. Seu.*
u Adsessores nõ sunt iudices, nec enim possunt libellis subscribere *No. 60.*
x non per adsessorem. An cũ adsessore potest? *l. 13. j. eo.*
y Nota qui sint domestici iudicum. De domestico adde *l. 4. 5. 6. 8. j. eo. adde l. 1. j. ad legem Iuli. repet.*
z *l. vn. s. vt omnes iudices.*
a *leg. 1. leg. 4. j. ad leg. Iuliam repet.*
b sensus est, Quadruplũ hîc diuiditur inter fiscum, & spoliatum.
c *vide leg. 3. s. eodem.*
d *vide leg. 8. j. eodem.*
e *vide leg. 6. j. eodem.*
f *vide leg. 3. s. eodem.*
g *leg. 5. s. eodem. leg. 1. j. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. in fin. j. de castrensianis: l. 18. D. ad municip. l. 14. in fin. D. de muneribus.*
h Quod ex lucro legitimo adsessionis filiusfamilias adquisiuit, castrensis peculij priuilegiis donatur, 2. *Cod. Theod. eod. l. 4. j. de aduoca. diuers. iud. l. 1. §. 16. D. de collat. §. vl. Instit. de milit. testam.*
i *l. 3. C. Theod. eo.*
k *l. 3. l. 5. s. eo. l. 2. §. 18. s. de off. præfect. præt. Afr. Nouell. 161. c. 1.* Cancellarij, à secretis iudicum. dabant operam scribendis & expediendis epistolis, iussionibus, edictis, relationibus, responsis, & sententiis, in loco quodam vt consistorio proximo, reticulis siue cancellis clauso, vt fit etiam hodie in Curiis. Per eosdem fiebat ad iudices admissio. dictos ait Agathias li. 1. *ἐκ τῶν κιγκλίδων.* videntur etiam vocari viri epistolares *l. 5. §. 2. j. de temp. appell* & hoc erant iudicibus, quod principibus tribuni & notarij.

men imponat:nec profectum ad se vndecunque suscipiat,ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicibus applicari iubemus. ita vt post depositam administrationem nec militiā deserant,& prouincialibus præsentiam sui exhibeant, quò volentibus sit accusandi eos facultas.Si.n.idonea causa exegerit:ad detegenda iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet.Dat.pri.Kal.Iul.Asclepiodoto & Mariniano Coss. 423.

De domesticis exhibendis.

9. Impp.*Theod.& Valentin.*AA. ad Taurum.

SI, post depositam administrationem iudicum, præsentiam vel exhibitionem domesticorum [a], querimonia prouincialium aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit: per eosdem administratores,quorum domestici fuerint,iudicio legibúsque tradantur.Dat. V.Non.Iul. Constantinop.Theodosio A.XIIII.& Maximo Coss.433.

De eo qui vltra quatuor menses assedit in sua prouincia.

10. Iidem AA.Florentio præfecto prætorio.

IN[b] consiliariis obseruari censemus, vt in eum, qui in sua prouincia vltra[c] quatuor menses moderatoribus adsederit aduersus leges antiquas,& diuorum retrò [d] principum scita,proscriptio bonorum,& accusatio publici [e] criminis immineat,nisi per cœleste oraculum, vel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. Dat. XIII.Kal. Febr. Theodos.VII.& Festo Coss.439.

De onere indictionis.

11.Iidem AA.Zoilo præf. præt. Orientis.

NOn minùs adsessorib. maiorum magistratuum, quā ipsis iudicibus nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est.Ideoque consiliarios virorum illustrium præfectorum tam prætoriorum,quàm huius inclytæ vrbis, eminentissimorúmque magistrorum militum, necnon etiā viri illustris magistri officiorum,siue prædicto officio iam functi sunt,seu fungentur in posterum, post depositum etiam officium ab[f] omni indictionis onere seu ciuiliū seu militarium iudicum prorsus immunes esse præcipimus:vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur:quinquaginta librarum auri officio tui culminis cō demnatione multando,si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit.Dat.V.Kal.Mar.Theodosio A. XVIII.& Albino Coss.444.

De iisdem consiliariis sæpius adiungendis.

12. Impp. *Valent.& Mart.* AA. Palladio P.P.

LIceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate, cōsiliarios sibi eosdē secundò,ac tertio,& sępius adiungere:quia qui semel [g] rectè congitus est, non debet ob hoc solum quod iam probatus est,improbari. DatumVal.A.***.

De iure dicendo.

XIII. [h]

NVnquam [i] sine [k] iudicibus consiliarij, eorum nomina ponentes, ius dicant.

Ne quis eodem tempore aduocatus & adsessor sit:néve duorum magistra tuum adsessor sit. 2. Sanctio.

14. Imper.*Iustinianus* A.Demostheni præf.præt.

NEmo [l] ex his,qui aduocati causarum cōstituti sunt, vel fuerint etiam in hac regia vrbe,in quocunq; iudicio deputati, & in aliis omnibus prouinciis nostro subiectis imperio,audeat in vno [m] eodémque tempore tam aduocatione vti,quàm consiliarij cuiuscunq; magistratibus,quib. respublica gerenda committitur,curam arripere:cùm satis abundéq; sufficiat, vel per aduocationem causis perfectissimæ patrocinari,vel adsessoris officio fungi: ne, cùm ad vtrumque festinat,neutrum bene peragat:sed siue aduocatus esse maluerit,hoc cum debita solertia implere possit: vel,si adsessionem elegerit,in ea videlicet permaneat. ita tamen,vt,post consiliarij sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. 1 ¶ Nec sit concessum cuiquam duobus magistratibus adsidere, & vtriusque iudicij curam peragere:(neque enim facilè credendum est etiam duabus [n] necessariis rebus vnum sufficere. nam,cùm vni iudicio adfuerit,alteri abstrahi necesse est:sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentum iudicio. 2 ¶ Nec callidis machinationibus huiusmodi legem putet quis esse circumscribendam, etsi non consiliarij signum,quod solitum est, chartis imponat [o], sed alias quasdam literas excogitatas adsimulauerit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamen vmbra latêre:cùm in legem committant||&||hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant.Neque sibi blandiri quenquam oportet, quòd præsentis ||etiam||legis aculeos possit euadare, quemadmodū & anteriores leges super hac re positas deluebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inuentus,sciat se de matriculis [p] aduocatorum penitus esse delendum, & decem [q] librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum, per virum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cùm nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit.Eidem pœnæ quidem subiiciendo etiam eo, vel eis, qui in his causis, quarum patrocinium adepti sunt,quibúsque aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunque magistratus colore audeat vel audeāt vindicare:ne affectionis suæ||vel||aduocationis memor,incorrupti iudicis non possit nomen perferre.Dat.V. Kal.Octob.Chalcedone,Decio V.C.Cos.529.

DE ANNONIS [r], ET CAPITATIONE [s] ADMINISTRANTIVM, ET eorum adsessorum, aliorúmve publicas sollicitudines gerentium,vel eorum,qui aliquas consecuti sunt dignitates.

Tit. LII.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentino præfecto prætorio.

OMNIBVS tam viris spectabilibus, quàm viris clarissimis iudicibus,qui per prouincias siue militarem siue ciuilem administrationem gerunt,necnon comiti commerciorum [t],magistro æris,siue priuatæ rei rationali per Ponticam atque Asianā diœcesim,item & adsessorib. iudicum singulorum in prębendis solatiis annonarum hic fixus ac stabilis seruabitur modus, vt ea pro annonis & capite dignitatis suæ debitis pretia consequantur, quæ particularibus delegationibus [u] solent contineri.Dat.III.Kal.Iun. Constantinop.Theodosio XVII.& Festo Coss. 439.

DE† CONTRACTIBVS IVDICVM [x] VEL EORVM QVI SVNT circa eos [y]:& inhibendis donationib. in eos faciendis:& ne administrationis tempore proprias ædes ędificent||sine sanctione pragmatica.||

Tit. LIII.

Prætores & prouinciarum rectores non possunt per se vel per alios contrahere in loco sibi commisso,nisi pro necessitate victus & vestitus Salyc.

1. Imp.*Iustin.* A. Mennæ P.P.

QVICVNQVE [z] administrationem in [a] hac florentissima vrbe gerunt,emere [b] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter possunt, nisi [c] specialem nostri numinis hoc eis permittentem diuinam rescriptionem meruerint. 1 ¶Donationes [d] verò omnimodo recusent,scientes non esse validas eas in quibuscunque rebus, & quacunque æstimatione,nisi post administrationē depositam, vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit,vel tempus quinquennale præterierit, in quo nulla querela super iisdem donationibus, vel ab ipso donatore, vel ab eius successoribus facta sit. 2 ¶ Prouincias [e] verò moderantibus, non solùm donationes,sed [f] etiam emptiones quarumcunque mobilium vel immobilium rerū(præter eas,quæ ad alimoniam, vel vestes pertinent) & ædificationes,licèt [g] sacri apices aliquid eorum permiserint, penitus interdicimus. Nec ratum sit, quod his donatione, vel venditione datum est, licèt [h] quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit, vel [i] consensus donatoris vel venditoris post eandem administrationem adiectus sit. 3 ¶Hæc [k] autem etiam ad domesticos [l] & consiliarios [m] eorum trahi necessarium duximus: illud etiam adiicientes, vt nec per [n] interpositam personam aliquid eorum sine periculo possit perpetrari.
4 ¶||Quæ etiam ad præterita [o] negotia referri sancimus, nisi [p] transactionibus, vel iudicationibus sopita sint.||Datum V.Id.Decembr.Constantinop.D. N. Iustiniano A.II. Coss. *

a *v.l.3.ſ.eo.*
b *v. Brissoniū.1. select.12.*
c Adsidere præsidi nemo in sua prouincia potest vltra mēses quatuor *vt hic.*quod ideo constitutū, vt ne quid gratiosè vel per calumniā in suos admittat. *le.37.l.38.ff. ex quib. causis maior.*De quatuor mensib. *v. Cui.c.16.de præsc.* di. Marci Antonini &Commodi authorū huius leg.teste Zonara:vel Pescennini Nigri *teste Spart.*
e *v.l.vl.ſ.de crimine sacrilegij.*
f Immunitas eorum,qui adsidēt maiorib. magistratib.
g Semel bene,pbata, non sunt improbanda.
h Hæc lex sumpta est ex *7.Syn. Basil.1.c.1.*
i Leunclaij interpretatio.
k possunt ergo cū iudicib. *vl.2.ſ.Nou.60.*
l Adsessor pariter esse, & aduocati munere fungi nemo potest, vt nec duobus magistratib. eodem tempore operam suam præstare. Quod si id faciat, ab aduocatorū ordine submouebitur, auri decē libras *vt hic* (apud authorem synopseos *d. l.c.2.*legitur, vna auri libra) largitionibus inferet,indignationē principis subiturus.
m *l.5.D.eo.*
n *l.vl.ſ.de adsessorib.l.9.ff.de pactis.*
o Adsessores chartis iudicialibus signa sua imponebant: antè quidem cōsueta. vt fraudem huic legi facerent quæ vetat quenquam simul fungi adsessoris, & aduocati officio, signum aliquod nouū chartis iudicialibus adscribebant, vt ipsi,actis viderentur.
p ἐκβαλέσθω τῶν συνηγόρων.
q καὶ λίτρας μιᾶς *Syn.Ba.7.tt.1.c.2.*
r Annonę sunt, quibus vitam nostram toleram[9].
s & capitu,*Hal.l.1.§.8.ſ.de off.præfect.præt.Afr.*Capita sunt pabula equorum & iumentorum Hesych. καπιτὸν πα ρέβλημα ἀλόγων pabula iumētorum, quæ vulgò dictitant capita, *Ammian. 22.* ad equos capitū definitum,*Casiod.7.* τὰ πεντήκοντα κά πιτα *Edi.Iust. 13. c.3.*
t cui curæ est, ne commercia illicita exerceantur, cuique soli à barbaris comparandi serici, in vsum principis ius potestásque est:& sine quo cum barbaris vltra fines constitutos negotiari non licet *l.2.ſ.quæ res vend.*
u quę & delegatoriæ. Notitiæ sunt quæ singulis administratoribus &, officiis delegantur :quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita & precia eorum: quæ sumunt vel ex tributis, vel ex publicis horreis. Sunt & aliæ delegationes his contrariæ:quarū meminit lex 1.*2ſ.de indictionibus:*& *No.128.c.3.*
† vide in hunc tit. Cuiac.16.*obs.13.* Hic titul.non obseruatur in Gallia,sed nec apud eas gentes, apud quas perpetui sunt magistratus, *Gui.Pap. decis.195.* Quin Leo.No.82.permittit vrbanis iudicibus negotiari,ędificare & munera capere. vetantur tamen ab eo pręsides *No.23.*in prouinciis domestica sponsalia contrahere.
x & vrbanorum & prouincialiū.
y *v.l.1.§.3.ſ.eo.l.33.D.de reb.cred.*
z *Syn.Basil.6.ti.1. ex tit.3.& 19.tit.1.& li.10.tit.2.c.33.l.1.ſ.de his quæ vi metusq; causa. 3.Harm.3.§.11.*
a *6.Eclo.1.fol.45.*
b *v.Cui.16.obs.13.*
c Melior est vrbanorum in eo conditio, quàm prouincialiū *§.2.ſ.eo.*Quid si paterna eorum bona à fisco distrahantur? vtique emere possunt *l.62.ff.de reb. cred.*
d etiam ex testamento. extranei tamē,vt exTheophilo refert Anastasius bibliothecarius *v. Cui.h.t.*
e *l.49.ff.de contr. empt.l.8.D. ad l. Iul.repet.l.46.§.2.D. de iure fisci.*
f *d.l.8.§.1.*
g In eo durius agitur cū prouincialibus, quā cū vrbanis *§.1.ſ.eo.* & meritò. Maior est enim in prouinciis grassandi copia.
h abrogatur *l.5.6.C.Theod. de his administ. vel off. publ.*
i Cur ita? collige ex *l.29.D. de reg. iur.*
k An quę dicūtur initio huius legis an quod *§.2.ſ.eo.*cōtinetur.
l sunt enim iudicum suppositæ personę *l.3.ſ.si certum.l.vn.ſ.si rector.prouinc.*
m quos Gręci συμπόνοις; παρέδρους, συνέδροις, συγκαθέδροις, συμβούλοις. Latini, cōsiliatores, *Lactant.2.*Plin.4.*epist.* consiliantes *l.12.Co.Theod. de legatis.* participes *l.vn.ſ.si rector. prouinc.*consiliares *l.5.D.de off.adsessor.adde Cu.No.119.*
n *l.13.ff.de re mil.l.3.ſ.de reb.cred.*
o Leges trahūtur etiā ad pręterita, si hoc nominatim sit expressum *l.7.ſ.de legib.l.vl.ſ.de pact.pign.No.13.No.66.No.115.c.1.*
p *leg.22.§.1.ſ.de*

sacr. eccl. adde Nou. 15. c. 1. a περὶ θεσπισμάτων, & c. 43. Eclog. 7.
b nec enim licet in infinitum *l. vl. j. eod. l. 5. j. quando prouoc.*
c de quibus superioribus titulis dictum est, exceptis procuratore Cæsaris & curatore Reip. *l. 2. l. 3. j. eod.* & defensore plebis *leg. 5. j. tit. prox.* dixi plenius ea de re, & ad quos pertineat ius mulctæ dicendæ in *l. 131. D. de verb. sign.*

d Mulcta damnũ pecuniæ irrogat, non famæ. vt differat à pœna *v. l. 31. §. 1. D. de verb. sign.*
e meos, i. rationales. quidã ita legunt.
f cur ita? *v. l. 2. in f. ff. de iudiciis.*
g de quo *l. vl. D. de off. adsessor. l. 37. D. de pact. adde l. 46. §. 1. D. de adm. tut.*
h id est, censor rerum ad ciuitatem pertinentium. Idem κριτὴς δοκιμαστής. prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat *l. 46. D. de damno: l. 3. §. 4. l. 5. §. 4. §. 10. D. quod vi: l. 2. l. 3. D. de admin. rer.* causas reipublicæ agit, ex decurionibus legebatur. Idem pater ciuitatis etiã appellabatur *leg. vlt. j. publicæ lætitiæ. v. Cuiac. ad l. 3. C. de his qui spõte munera:* curator operum, curator ciuitatis, ἀστυνόμος. *v. Cuia. 12. obseru. 30. in f.* curator emendi frumenti *l. 46. §. 6. D. de administ. tut.* vt crearetur *v. l. vl. j. vt nemini liceat in coemp.* Collectæ tributorum pecuniæ ad eum deferebantur *l. vlt. inf. C. publicæ lætitiæ. Nou. 128.* Brissonius tamen 3. select. 18. hoc accipit de procuratore Cæsaris.
i 44. *Eclog. 7. c. 3.* Ea suprema multa est Præfecto prætorio concessa. Cassiodorus, Magna quantitate multas errantes.
k 44. *Eclog. 7. c. 3.* Omnis multa plerunque accedit fisco: potest tamen à iudice specialiter deputari publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis *vt hic: & l. 2. in fin. j. de aleat.* vel pauperibus *l. 2. s. de episc. aud. leg. 20. Cod. Theod. quorum appell. nõ recip. Cassiod. 8.* ídque parlamenta Galliæ sæpius vsurpant.

DE[a] MODO[b] MVLTARVM QVAE A IVDICIBVS [c] infliguntur.

Tit. LIIII.

De fama.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Firmo.

MVLTA damnum famæ[d] non irrogat. Datum V. Idus Aprilis, Antonino A. & Geta vtrisque II. Coss. 206.

De procuratore Cæsaris vel rationali.

2. Imp. *Alexan.* A. Decimio præfecto prætorio.

PRocuratores meos vel[e] rationales, multę indicendæ ius non habere[f], sæpe rescriptum est. Datum XIIII. Kal. Sept. Modesto & Probo Coss. 229.

De curatore reip.

3. Imp. *Gord.* A. Celeri P.P.

CVrator[g] reipublicæ (qui Græco vocabulo logista[h] nũcupatur) multandi ius non habet. Dat. Idib. Septemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De præfectis prætorio.

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theodos.* AAA. Eutropio PP.

ILlustres viros præfectos prętoriis vsque ad quinquaginta[i] librarum auri multam, cùm peccatum grauissimum erit, peruenire sinimus. Dat. VIII. Id. Ianuar. Gratiano V. & Theodos. AA. Coss. 380.

Cui quæratur multa.

5. Imperatores *Valent. Theod & Arcad.* AAA. ad Prætextatum præfectum prætorio.

MVltarum seuera compendia ærario nostro protinus esse quærenda nullus ignoret: nisi[k] ipse iudex id, quod ad pœnam admissi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputauerit. Datum V. Id. Septemb. Aquileiæ, Richomere & Clearcho Coss. 384.

De modo multarum.

6. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Messalę PP.

EOs, qui ordinario[l] prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vltra[m] duarum vnciarum auri summam condemnare non patimur. 1 ¶ Proconsularẽ verò potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum vnciarum auri summa cohibebit. in qua[n] forma etiam comes Orientis, atque præfectus Augustalis erit. 2 ¶ Cæteri verò spectabiles iudices, & qui vice[o] nostra administrationis gubernacula susceperint, vltra tres auri vncias sibi intelligant licentiam denegatam. 3 ¶ Id quoque obseruandum à moderatore esse censemus, vt in vnius correptione personæ (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ[p] tantummodo in anno[q] cõdemnationis sub præstituta summa seueritas exerceatur. 4 ¶ Quòd si quis prædictum modum[r] excesserit: huius auctor admissi condemnato[s] ad dupli restitutionem: fisco verò nostro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. 5 ¶ Nec[t] tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatib. aut manubiis, id est, deprædationibus, aut concussionibus, furtis, aliísque flagitiis, quæ coerceri seueriùs conuenit, fuerint deprehensi: scilicet vt scripta[u] per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium sententia proferatur. 6 ¶ Nec putent factu facile esse[x], vt aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingrauet: aut erubescenda[y] varietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum esse, quod iusserint: nisi[z] paupertas condemnati hoc persuaserit. Dat. XII. Kal. Sept. Theodosio A. II. & Cynegio Coss. 388.

l Præsides intelligit: & eos quidem qui sunt in actu, ἐμπραγματικῶν, Græci *Eclog. d. l. adde l. 33. s. de episc. l. 2. j. de prox. sacror. scrin. Nou. 20. 31. 103. & 112.* quasi infimi ordinis. Sic ordinarij milites, gregales, & manipularij. ἐμβαθμοὶ etiam dicuntur *v. Cuia. ad l. 4. j. de annonis & adtit. de off. rector. prouinc. s. eod.*
m Iudex multam hîc definitam excedere non potest *vide Socin. reg. 248.*
n *Ecloga dicto loco.*
o καὶ οἱ ἐν τάξει τῶν ὑπάρχων ὄντες *Ecloga. dicto loco*, id est, & qui vicem præfectorum gerunt.
p *Ecloga dicto loco cap. 4.*
q κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν, id est, in eodem anno *Ecl. ibid.*
r Multarum iudicialium modus certus esse debet, *vt hic*: quid in stipulationibus & pactis? possumúsne pœnam infinitam stipulari? *v. Cuia. 16. obs. 34.* Hæc interea regula notanda est. Neminem posse pœnam stipulari, vltra legitimam vsurę quantitatem *l. 15. j. de vsuris 44. Ecl. 7. ex l. 23. tit. 3. c. 58.*
s condemnatæ. quidam ita legunt. Græci ita rem totam expresserunt, τὸ δὲ διπλάσιον ἀναδιδοῖ τῷ θεσπισθέντι: vel, vt ibidem alter legit, θεσπισμαθέντι vt sit sensus: Eum qui modum in indicenda multa excesserit, teneri duabus pœnis: & ipsi condemnato ad dupli restitutionem, & fisco ad parem multam, quam indixit.
t *leg. 1. j. de sententiis ex periculo.*
u sibi scilicet. Nam superior iudex pœnam potest remittere.

x Sensus est, Modum multarum de quo hoc titulo agitur, nõ pertinere ad sacrilegos, fures & huiusmodi grauiorum delictorum reos 43. *Ecl. 7. c. 4.*
y Varietas in iudice erubescẽda *vide l. .. D. de re iudic. le. 15. j. de pœn.*
z Iudex, contrario iudicio, multam moderari, & remittere potest: non omnino, sed iusta tantùm de causa. verbi gratia propter inopiam rei *leg. 6 in fin. ff. de off. præsid.* Plinius 4. *Epist.* Prętor senatori multam dixit, egit ille in senatu causam suam sic, vt deprecaretur. remissa est multa. Interdum pœna pecuniaria mutatur in corporalem *leg. 4. versic. quod si. j. de seruis fugit. leg. 1. in fin. j. de pœnis. 2. Feud. 55. §. quæ verò.*

DE[a] DEFENSORIBVS† CIVITATVM[b].

Tit. LV.

De quibus causis defensores cognoscunt.

1. Impp. *Valent. & Valens* AA. Senecæ defensori.

SI quis de tenuioribus[c], ac minuscularíis[d] rebus interpellandum te esse crediderit, in minorib. causis, id est, vsque ad quinquaginta† solidorũ summam, acta iudicialia conficiat. scilicet vt, si quando quis vel debitum iustum, vel seruum, qui per fugam[e] fuerat elapsus, vel quod vltra delegationem dederat, postulauerit, vel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. Cæteras verò, quæ dignæ foresi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Dat. XV. Kalen. Ian. Terici, Valentiniano & Valente AA. Coss. 365.

Ex quibus eligendi defensores.

2. Iidem AA. ad Probum præfectum prætorio.

DEfensores ciuitatum, non ex decurionum seu cohortalium[f] corpore, sed aliis idoneis[g] personis huic officio deputentur. Datum III. Nonas Nouemb. iisdem Coss. 365.

De rusticis.

3. Iidem & *Gratianus* AAA. ad Senatum.

VTili ratione perspectum est, vt innocens[h] & quieta rusticitas, peculiaris patrocinij, id est, defensoris locorũ beneficio, perfruatur, & apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem. Dat. IIII. d. Aug. Hierapoli, Valentiniano & Valente AA. vtrisque II. Coss. 368.

De officio defensor.

4. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AAA. Theodoro defensori.

IN defensoribus[i] vniuersarum prouinciarum erit administrationis hæc forma[k] & tempus quinquennij † spatij metiendum: scilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: descriptionibus rusticos vrbanósque non patiaris affligi: officialium insolentiæ, & iudicum procacitati (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi, cùm voles, ad iudicem liberam habeas facultatem: superexigendi damna, vel spolia plus petẽtium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquã vltra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est, nisi tali remedio, non posse reparari. Dat. XI. Nonas Ianuar. Constantinop. Arcadio & Bautone Coss. 385.

5. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Potamio præfecto Augustali.

DEfensores[l] nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis[m] sui tantùm fungantur officio. Nullas infligant multas. Sæuiores non exerceant quæstiones[n]. Plebem vel decuriones ab omni improborum insolentia, & temeritate tueantur: vt id tantùm, quod esse dicuntur, esse non desinant. Dat. III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss. 392.

6. Iidem AAA. Tatiano PP.

PEr[o] omnes regiones, in quibus fera & periculi sui nescia[p] latronum feruet insania, probatissimi quique & districtissimi defensores adsint disciplinæ, & quotidianis actibus præsint, qui non sinant crimina impuni-

a Extat titulo 1. *Codice Theodos. 10.*
† 1. *Cod. Theod. 10. Nouella 15.* περὶ τῶν ἐκδίκων.
b singularum scilicet, similes erant tribunis plebis vrbis Romæ. Iidem locorum defensores *leg. 3. j. eodem:* parentes plebis, *leg. 4.* defensores plebis *leg. vn. in fin. j. de offic. iuridici.* defensores disciplinæ, *leg. 6. j. eodem: vide leg. 4. 5. infr. de defensoribus. adde Alciat. 3. distinctio 5.*
c maiores enim remittuntur ad Præsidem *leg. 7. j. eodem.*
d munuscularíis *Hal.*
† hæc summa paupertatis definitur in lege 10. *D. de accusat.* Hodie est 300. ex Nouella 18. *capit. 5. in fine.*
e *leg. 5. j. de fugit.*
f id est, ex plebe.
g quin, ne quidem illustres & milites hoc munus declinare possunt, *Nouell. 15. cap. 1.*
h Rusticitas innocens & quieta patrocinio indiget, vide Renatum Choppinum, tract. de priuilegiis rusticorum.
i defensoribus singularum ciuitatum. quidam ita legunt & rectè.
k Forma defensoris ciuitatum: adde aliam ex Cassiodoro *7. Variarum. 11.*
† hodie biennij *Nouell. 15.*
l *leg. 2. C. The. eo. lib. 1.*
m Laus est, magistratum nomini suo respondere, *vt hic & l. 2. C. Theo. eo.* Cassiodorus *7. variarum 11. seu in formula defensoris*, nihil venale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis.
n Ius etiam præhensionis habuerunt, sicuti tribuni plebis *l. 22. s. de episc. audien. Nouell. 15.* quæ illis denegata erat *l. 5. C. Theodos. de exhibend. reis: vide Cuiacium 9. de præscriptionibus.*
o *l. 13. Cod. Theodos. eodem.*
p Latronum vita, periculi sui nescia: *vt hic & l. 3. Cod Theodos. tit. 10.*

ta[a] coa-

ta [a] coaleſcere [b], remoueant † patrocinia, quæ, fauorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo, maturari ſcelera fecerunt. Datum 5. Id. Aprilis, Arcadio A. 2. & Rufino Coſſ. 392.

7. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Cæciliano P. P.

DEfenſores [c] ciuitatum oblatos ſibi reos in ipſo latrocinio [d] vel congreſſu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut ſtupro, val raptu, vel adulterio deprehenſos & actis [e] publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cum his, à quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione [f] ad iudicium dirigant. Dat. Prid. Kal. Ian. Mediolani, Stilichone 2. & Anthemio Conſſ. 405.

De ordinatione. 1. De eo quod fit in læſionem poſſeſſorum.

8. Impp. *Honor & Theod.* AA. Cæcilio P.P.

DEfenſores ita præcipimus ordinari, vt ſacris [g] orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, reuerendiſſimorum epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium [h] decreto conſtituantur. de quorum ordinatione referendum eſt ad illuſtriſſimam prætorianam poteſtatem: vt literis [i] eiuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas.

1 ¶ Quòd ſi quid à qualibet perſona contra publicam diſciplinam in læſionem poſſeſſorum fieri cognouerint defenſores, referendi habeant poteſtatem ad illuſtres & magnificos viros præfectos prætoriis, & illuſtres viros magiſtros equitum & peditum, magiſtros etiam officiorum, & comites tam ſacrarum largitionum, quàm rerum priuatarum. Dat. 15. Kal. Feb. Rauennæ, Honorio 8. & Theod. 3. AA. Conſſ. 409.

De fraude ſuſceptorum coercenda. 1. De actorum confectione iniurias ſuas conteſtari cupientibus non deneganda.

9. Iidem AA. Cæcilio PP.

IVbemus [k] cura ac ſolertia defenſorum minimè poſſeſſores maioribus [l] menſuris [m] & ponderibus à ſuſceptoribus prægrauari: ſed eos deprehenſos, ad iudicium dirigi cum ipſo commiſſæ fraudis indicio [n]. 1 ¶ Illud etiam fieri permittimus: vt, ſi prouincialibus noſtris conteſtari iniurias ſeu læſiones ſuas cupientibus [o], actorum [p] confectio à defenſoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conſcriptum, eo tempore, quo fuerat conteſtandum, in frequentioribus [q] ciuitatum locis proponendi [r] conueniendíque ſcribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi, per quæ libellum colligi oportebit, atque inuitis ſuprà memoratis perſonis ſub actorum confectione ingerendi, quorum quæſtione fides poſſit inquiri. qua probata. in eos quos geſtorum petitam confectionem negaſſe conſtiterit, vigor iudiciarius exeratur [ſ]. Dat. 12. Kal. Feb. Rauennæ, Honorio 9. & Theodoſio 3. AA. Coſſ. 409.

De abdicatione.

10. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Cyro præfecto prætorio.

NVlli defenſorum licere decernimus, ſi de publica ſollicitudine ſe voluerit liberare, niſi diuinos affatus intimauerit tuæ ſublimitatis iudicio: triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quàm cæteris iudicibus: vel temeratoribus ſacri noſtri oraculi ſubituris, ſi neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. 15. Kal. Sept. Conſtant. Cyro 5. C. Conſſ. 441.

a impunitate *leg. 3. Cod. Theod. eodem.*
b id eſt, conualeſcere. vel vt quidam legunt, coaleſcere.
† hinc colligunt, Ob delictum hæreticis denegari delinquentibus aduocatum. Quidam negant hoc in Gallia ſeruari. Rebuff. *in proœ. conſtitut. gloſſ. 5. num. 46.* negare videtur. nec enim in Gallia moris eſt, vt delinquenti detur aduocatus, cum cogatur ore proprio reſpondere. quandoquidem omnia criminalia apud Gallos extraordinariè expediuntur.
c *leg. 5. Cod. Theodoſ.* de exhibendis vel tranſmittendis reis *l. 9. tit. 2.*
d *leg. 6. ſ. eod. leg. 8. infr. eodem. Nouell. 15. ca. 9.*
e Apud defenſores acta edebantur, etiam aduerſus potentiores *leg. 9. j. eodem*, qua de cauſa & archiuum habent, ſiue ſcrinium & ſcriniarium vnum, & exceptorem & officiales duos. Apud eos nemo emancipatur, aut manumittebatur: hæc enim iudices exigunt, apud quos ſit legis actio. Ideóque de his acta non conficiebant. *vide Cuiacium ad No. 15. in fine.*
f proſecutione. & rectè. Inde proſecutores *leg. 7. D. de cuſtod.* idonea proſecutione mittere, *Faire conduire le criminel, auec ſeure & bonne garde.*
g *v. l. 18. ſ. de Iudæis: adde No. 15. c. 1. l. 19. ſ. de epiſ. aud. l. 9. j. de diu. off.*
h *l. 19. inf. ſ. de epiſc. aud.*
i De literis prætoriæ ſedis, vide Cuiacium *ad Nou. 8.*
k *l. vlt. C. Theodoſ. 11. tit. 8.* de ſuperexactionibus.
l Defenſoris inter cætera fuit, commerciis ciuitatũ prouidere, vt hoc ex loco poteſt colligi, ſed apertius ex formula eiuſdem defenſoris quæ exſtat apud Caſſiodorum *7. variarum 11.* Commercia, inquit, ciuibus ſecundum temporum qualitatem æquali moderatione diſpone. Quia non eſt laboriosum vendendi ſummas includere, niſi ſtatuta pretia caſtiſſimè cuſtodire.
m *v. l. 9. j. de ſuſceptoribus.*
n id eſt, cum ipſis ponderibus & menſuris.
o *Nouell. 35. ca. 3.*
p vide quæ notaui *ad leg. 8. ſ. eodem, adde leg. 30. infr. de donation.*
q Proſcriptio fit de futura auctione, propoſitis libellis in celeberrimis locis. *Cicer. pro Quint.* Theophilus ἐν τοῖς ἐπιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι *leg. vlt. j. de delator.*
r adfigendi *l. vlt. Cod. Theod. 11. tit. 8. Nou. 120. c. 6. §. 2.*
ſ exerceatur.
t Defenſor ciuitatis abdicare publicam ſollicitudinem non poteſt, ſine imperiali permiſſione: *adde l. 20. ff. de off. præſid. adde l. 2. j. quando tutores eſſe deſinant.*

‖DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS. [u]‖

Tit. LVI.

De nominatione & excuſationibus.

1. *Conſtantinus* A. ad Florentium PP.

DECVRIONES [x] ad magiſtratum, vel exactionem annonarum, ante [y] tres menſes, vel ampliùs, nominari debent: vt, ſi querimonia eorum iuſta videatur, ſine impedimento in abſoluendi locum alius ſubrogetur. Datum Id. Apr. Conſtantinop. Seuero & Rufino Coſſ. 323.

De actis conficiendis.

2. Impp. *Valentinian. & Valens* AA. ad Germanianum.

MAgiſtratus [z] conficiendorum actorum habeant poteſtatem. Datum Kalend. Ianuar. Gratiano N. P. & & Dagalaipho Coſſ. 366.

DE OFFICIO IVRIDICI [a] ALEXANDRIAE.

Tit. LVII.

1. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Alexandro duci & præfect. Auguſtali.

IVBEMVS, apud Alexandrinæ duntaxat clariſſimæ ciuitatis iuridicum, licitum & conceſſum eſſe, ſingulis quibuſcunque volentibus donationis conſcriptæ ſolenniter inſtrumenta reſerare: eiſdémque robur adiiciat geſtorum ſeries apud eundem confecta, tanquam ſi apud virum clariſſimum moderatorem [b] prouinciæ, vel magiſtratus [c], vel defenſores [d] plebis, habita fuiſſe dicerentur.

u Ij vt plurimum erant, Duumviri, ſimiles duobus conſulibus populi Romani. Sumebãtur duũuiri ex ordine decurionum.
x *l. 8. Co. Theod.* de decurionibus *lib. 12. tit. 1.*
y *l. 8. C. Theod. 12. tit. 1.*
z municipales ſcilicet, quibuſcum hoc commune habent etiam defenſores ciuitatum *leg. 9. §. 1. ſ. tit. prox.*
a *1. D. 20.*
b id eſt, rectorum prouinciæ *leg. 30. infr. de donationibus.*
c *leg. vlt. ſ. tit. prox.*
d *leg. 9. §. 1. ſ. de defenſoribus ciuitatum.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, repetitæ prælectionis,

LIBER SECVNDVS.

DE EDENDO[a].

TITVLVS PRIMVS.

a 2.D.13.περὶ ἐκδόσεων 7. Eclo.18. fol.86. De libello oblato 2.extra 3. id est, de editione actionis. Quid sit edere, vide leg.3.inf.eodem.

b id est, quo genere probationum, alio tamen ab editione rationum.

c Deponenti, depositi incumbit probatio.

d id est, pars tibi aduersa, ἵνα τοὺς λόγους τοὺς ἰδίους ὁ ἀντίδικος παρέχοι σοι & pòst τὰ τοῦ ἀντιδίκου σου βρέβια, id est, aduersariæ tuæ breuia. synopsis Basil.7.ti.18.c.14. Aduersarium suum ad album producere in l.1. §.1.j.eodem. non id significat rationes tumultuariè confectas in mundum redigere, vt ibidem notaui Alciatum sentire. Possum° domi, absente & ignorante aduersario, id facere, nec tamen ei edere. Non omnis rationum transcriptio est editio. Producere ad album, est ἐπιδεῖξαι ἀπὸ τοῦ χάρτου (quidam legunt χαρτίου) τὴν ἀγωγὴν 7. Ecl.18.c.1. id est, digito demonstrare ex albo prætorio, qua actione sis vsurus.

e Reus non sine causa ad editionem rationum cogendus est. Causæ ex æquo & bono petuntur à iudice.

f Editio fit aduersario iudicis officio nobili, non iure actionis. Qua de re vide Bellonum 2. supputat. 11.

De deposito. An reus rationes exhibere cogatur.

1. Imp. *Antoninus Pius* A. Æmilio.

IPSE dispice, quemadmodum[b] pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes[c]. Nã quod desideras vt rationes suas aduersaria[d] tua exhibeat: id ex[e] causa ad[f] iudicis officium pertinere solet. P.P. IIII. Kalend. Octobris. Sabin. 2. & Seuero Conss. 156.

De actis publicis.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Fausto.

IS[g], apud quem res agitur acta publica[h] tam ciuilia quàm criminalia[i] exhiberi[k] inspicienda[l] ad[m] inuestigandam veritatis fidem iubebit. PP. Non. Iulij, Seuero A. & Albino Coss. 195.

De emendatione, vel mutatione.

3. Iidem AA. Valenti.

EDita actio speciem[n] futuræ[o] litis demonstrat: quam emendari[p], vel mutari licet; prout edicti[q] perpetui monet auctoritas, vel[r] ius reddentis decernit æquitas. Dat. 2. Kal. Septemb. Seuero 3. & Antonino AA. Coss. 203.

De onere probationis. An reus edere cogatur.

4. Imp. *Antoninus* A. Epaphrodito.

QVi[s] accusare[t] volunt, probationes habere debent: cùm neque iuris, neque æquitatis ratio permittat, vt[u] alienorum[x] instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non[y] probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit[z]. PP. 5. Id. Mart. duobus & Aspris Coss. 213.

De rationibus priuati creditoris.

5. Imp. *Alexand.* A. Valentinianæ.

NOn[a] est nouũ eũ[b], à[c] quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, vt fides veri constare possit. PP. 7. Id. Mar. Maximo 2. & AEliano Coss. 224.

De rationibus publicis.

6. Idem A. Vranio.

IVstum est desiderium eius, à quo pecunia petitur, licèt[d] nomine[e] publico, vt rationibus publicis exhibitis constet, quantũ ||sub|| nomine suo solutum sit. PP. 16. Kalen. Dec. Maximo 2. & AEliano Coss. 224.

De instrumentis priuato communib. cum fisco.

7. Idem A. Valenti.

PRocurator priuatæ rationis, instrumentorum, quæ cõmunia[f] tibi esse cum fisco dicis, describendorum[g] facultatem secundum morem fieri iubebit. & si quando res exegerit, ad fidem petitionis tuæ apud alium iudicem probandum aliquod[h] eorum proferri: desiderante eo, qui conuenitur, ||vt id fiat, præcipiet.|| PP. 10. Kalend. Mart. Fusco & Dextro Conss. 226.

Si in aliquo documento alterius documenti mentio fiat.

Auth. ex Nouell. 119. c. 3.

SI quis in aliquo documento mentionem[i] *faciat alterius documenti: nulla*[k] *ex hac memoria fiat exactio, nisi*[l] *aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges quantitatis debitæ probatio exhibeatur.*

Saluo iure addendi. alias si ineptus sit libellus, reo ista exceptio cõpetit. de qua vide Oldendorpiũ in tit. de exceptionib. c. 21. & in tractatu de Formula libelli. Libellum ante litem contestatam emendare quis potest, v. Socin. reg. 235. post contestatã non potest v. Socin. reg. 236.

q id est, quemadmodũ edictis prætorum licet.

r Vbi ius scriptũ deest, iudex ex æquo supplere solet.

s synopsis Basil. eo. c. 17 Theophi. §. 2. Inst. de act. l. vlt. j. de rei vindic. v. in hunc locum Socin. reg. 112.

t vel agere: Accusatori, & actori probatio incumbit l. 8. j. de probationib.

u Nemo ex alienis instrumentis aut probationibus iuuari debet, litéve suam instruere 1. Harmen. 2. §. 14.

x id est eorum, qui ad id speciali iure non coguntur. Quilibet fisco edere tenetur l. 3. D. eodem. Argentarij priuato etiam coguntur edere l. 10. §. 1. D. eodem. Quin reus cogitur exhibere, respondere & interdum iurare, & ita causam aduersario edere l. 3. j. de reb. cred. In criminalib. etiã causis reus in quæstione cogitur verum euulgare j. de quæst. Magna discordia, Reum non cogi instrumenta aduersario prodere: & tamen compelli respondere, exhibere, iurare, verum fateri, & quod eo occultiùs est, animi secreta in seipsum euulgare: qua de re alibi dicam.

g Acta facta in vno iudicio, in alio fidem non faciunt. vide tamen Socin. regula 4.

h confecta apud publicas personas, quales sunt ipsi iudices, actuarij, notarij.

i nedum apud se edita in alio iudicio, vt vult Zoanetus: sed etiam apud iudicem primæ instantiæ.

k Cui? reo: qualiacunque etiam sint instrumenta, vide Clarum 5. sent. §. vlt. quæst. 49. vbi tractat de publicatione processus criminalis. & ipsi actori etiam criminalia: sed ab actuario, notario, & similibus personis, non ab ipso reo. Reus enim actori nõ tenetur edere acta, siue sint ciuilia, siue criminalia. Ciuilia non leg. 4. j. eodem, nisi iusta causa sit leg. 1. j. eod. Criminalia non, ne alioquin cogatur cum poëta dicere, Heu patior telis vulnera facta meis. At enim dices, delatorem cogi, aduersario petente, mandatorem edere leg. 2. §. 5. leg. 24. D. de iure fisci. & meritò. Nam delator partes accusatoris sustinet: ideóque ea lex reo edi, non actori, iubet.

l nudis enim actuarij, aut notarij leg. 40. D. de testam. milit. verbis non est credendum. Scriptura instrumenti præterea requiritur, aut fit nihil vide Paponem 3. notar. 2. c. la partie principale de tout notoire, est l'escript.

m v. Socin. reg. 113.

n spem Hal. & malè Species; id est, genus actionis l. vn. j. de lit. contest. libellum sine conclusione non valere hinc colligunt v. Socin. reg. 231.

o Editio, litis indicium est, vt contestatio eiusdem initium. De ordine iudiciorũ dicam. j. de litis contestatione. Hîc tantùm dicam, Editionem extra iudicialem, vocationem in ius antecedere l. 13. D. de seru. vrban. iudicialem subsequi. Est enim inciuile, & animi ad lites propensi indicium, ignorantem in ius vocare: qui alioquin (edita ei actione) potuisset sponte actori satisfacere. Et ita regulariter ab apparitoribus reo dici solet, Solue, aut diem dico, aut duco in ius. Præsenti in iudicio reo iterũ editur actio. In ciuilibus causis libelli continent summarias causas petendi. Quod ita verum esse Cepola notat cautela 84, vt reus (eo ordine neglecto) in iudicio vltro debitum confessus, ad expensas non possit condemnari.

p Libellus emendari, aut mutari potest ab actore §. 34. Instit. de actionibus. Emendatio eius, ad partem: mutatio, ad totum refertur. Fit emendatio adiiciendo, vel detrahendo. hinc illa clausula libellis inseri solita, Saluo iure addendi. An alterutrũ actori, reo inuito, licet impunè? Non licet l. 78. D. de iudiciis. l. 3. §. 1. D. de accusation. qua de re vide apud Ferrariensem titul. de forma libelli in actione reali 2. num. 29. ibi

y l. 9. j. de oblig. l. 2. j. de probationibus l. 9. j. de exceptionibus.

z l. absoluetur definitiuè vel non definitiuè. An & ab obseruatione iudicij? v. Hipp. de Marsilij singulari 169. Mathesilanum singulari 17.

a syn. Basil. 7. ti. 18. c. 17. in fin.

b is à quo petitur, reus v. l. 6. infr. eod.

c Actor suas rationes edere reo tenetur. Expunctarum enim rationum qualitas à reo petitur iniustè. nihil itaque reo nocet amissio securitatis, cùm illationis fides ei seruari possit ex creditorum rationibus. cùm dico creditorem, fiscum etiam intellige v. l. 6. infr. eodem.

d l. 4. j. de fid. instrum. l. 2. j. de colla. æris: adde No. 128. c. 4.

e siue sit debitum πολιτικὸν siue δημόσιον. ciuitatis vel fiscale syn. eo. c. 18.

f Instrumenta earum rerum quas cum fisco communes habemus, apud fiscum esse debent: vt & regulariter apud digniorem, putà maioris partis heredem l. 4. in f. D. familiæ: l. vlt. D. de fide instrum. penes heredem, non fideicommissarium l. 24. j. de fideicomm. penes heredem venditorem, non emptorem l. 49. in f. D. de act. empt. penes eum quem digniorem creditores dixerint l. 15. D. de rebus auctor. iud.

g vt scilicet priuatus habeat exemplum authentici d. l. 4. in fin.

h authenticum scilicet & originale l. 24. j. de fideic. l. 43. D. de act. pign. l. 49. in fin. D. de act. emp. vide in hunc locum elegans Arrestum Parisiense apud Lucium 9. placitorum 1. num. 1.

i Clausula motus proprij, inducit probationem, vt etiam aientia verba in rescripto probent Albericus.

k Exemplum non probat. vide tamen Socinum reg. 136.

l non creditur exemplo instrumenti, sed authentico. Cur ita? vel ideo, quòd in iis tantùm notario creditur, quibus rogatus est, vt & in iis solis quæ gesta sunt tempore instrumenti. Ad hæc, quæ ad aliud referuntur, ex eo ad quod referuntur sunt probanda. Potest etiam falsum argui & ex ipsius authentici scriptura & signis. Quid si originale sit amissum? vtique exemplo credi potest l. 37. §. 5. D. de legat. 3. & ita, chirographo debitorum pupilli amisso, creditores ex inuentario possunt conueniri l. 57. D. de admin. tut. adde No. 127. c. 2. l. 6. in fi. l. 7. D. de edendo, vt hinc colligas, exẽplo credi. Exemplum instrumenti etiam probare vt l. 45. §. 5. §. 6. D. de iur. fisc. nisi promptum sit ac descriptum parte non citata, aut citra iudicis iussum l. 3. j. de diuersis rescriptis.

a vide Synop. Basil. *7.titul.18.cap.20.*
b *l.1.l.2.l.3.l.4.ꝫ.eodem.*
c *l.5.l.6.l.7.ꝫ.eodem.*
d Reus iustè desiderat, vt actor (quem mox doli exceptione submotutus est) rationes edat *l.6.ꝫ.eod.* vt crassius loquar, Origine exceptionis suæ, reus in instrumentis actoris se fundare potest. in quibus causis libellus necessariò non requiratur. vide Oldendorpiũ in *tractatu de formula libelli.*
e *v.le.1.D.de fide instrum.*
f originem petitionis ex aduersarij instrumentis aduersarius postulare non debet.
g Actor, originẽ petitionis ex instrumentis rei fundare non debet *l.1.4.ꝫ.eo.*
h *2.D.4.§.3. Instit.de pœna temerè litig.* id est, de his qui in ius vocari possunt *7. Eclog.8.v. Cuiac. 10. obs. 10.* Sed liceat nunc illud scire, Citatio in quocunque actu necessaria sit, necne. Mynsingerus ex communi sententia doctorum *2. obs. 91.* negat quenquam cogi ad eũ citandum, qui sit præsens, cui nulla cõpetat defensio, qui dolosè latitet, absentem quidem, sed qui actum impedire nõ posset, si præsens esset, vbi de tributis, collectis & functionibus fiscalibus agitur. Vbi quis suspectus est de fuga, si periculum in mora, si pro absente pronuncietur in causa criminali, in omnibus actibus in quibus figura iudicij non requiritur, qui expediuntur per iudicem ante citationem partis, in causa principali, qui solo iudici concludunt, aut expediuntur secundum solam conscientiam, si pactum sit de capiendo debitore, eiúsve bonis. in relatione agrimensorum, in iuramento deferendo super taxatione vel liquidatione rerum vi raptarum, si de absfuturis testibus interrogandis agitur, si prodigo interdicitur bonorum administratione, si actus alium tangit per nudam consequentiam, non principaliter. ideóque negant citandum fideiussorem, si ferenda est sententia aduersus principalem. De citationibus adde Andream Gayllium *1.obs.48.ad fin.60.* de requisitis libelli v. eundem *ibidem obs.91. ad fin.69.*

quia & quantitas, cuius memoria facta est, pro veritate debeatur. Hoc enim & in veteribus legibus inuenitur.

8. Idem Augu. Floro.

ET[a] quæ à diuo Antonino [b] patre meo, & quæ à [c] me rescripta sunt, cum iuris & æquitatis rationibus congruunt. nec enim diuersa sunt vel discrepantia: quod multum intersit: an ex parte eius qui aliquid petit, quíque doli exceptione submoueri ab intentione petitionis suæ potest, rationes promi reus [d] desideret, quibus se posse instruere[e] contendit, quod vtique ipsa rei æquitas suadet: an verò ab eo, à quo aliquid petitur actor, desideret rationes exhiberi: quando hoc casu non [f] oportet originem petitionis ex instrumentis eius, qui [g] conuenitur, fundari. PP. Kalend. Octob. Fusco & Dextro Conss. 226.

DE[h] IN IVS VOCANDO[i].

Tit. II.

De vxore patroni.

1. Imp. *Alexander* A. Trophinio.

SICVT bonis moribus conuenit, reuerentiã[k] manumissoris vxori[l] præberi: ita re exigente, in ius eam sine permissu prætoris vocari, prohibitum est. PP. IIII. Kal. Aprilis, Agricola & Clementino Conss. 231.

De patrono, patrona, eorumque liberis, parentibus & heredibus.

2. Imp. *Gordianus* A. Nocturno.

VEnia[m] edicti non [n] petita, patronum, seu patronam, eorúmque parentes, & liberos, heredes insuper, etsi extranei sint, à libertis seu liberis [o] eorum non debere in ius vocari: ius certissimum est, nec in [p] ea re rusticitati venia præbeatur, cùm [q] naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. Cùm igitur confitearis patroni tui filiũ sine permissu præsidis te in ius vocasse: pœnam edicto perpetuo præstitutam, rescripto [r] tibi concedi, temerè desideras. PP. VIII. Id. Nouemb. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De parentib.

3. Impp. *Dioclet. & Maximia.* AA. Rosanæ.

QVi in potestate patrum agunt, aduersus eos [s] experiri non possunt. Si igitur emancipata es: venia[t] edicti petita, hoc facere non prohiberis. quod & in matris [u] persona obseruandum est. PP. VIII. Id. Nou. Diocletiano II. & Maximiano AA. Conss. 287.

Ne in ius vocatus, ad aliud iudicium vocetur, & de fori præscriptione.

IIII[x].

QVi[y] semel in ius vocauit aliquem in regia vrbe, vel in prouincis, post libellum ei oblatum, ampliùs eundem reum ex scripto, vel sine scripto, ne peragat, hoc est, ne iudicem sine scripto aduersus eundem adeat, sed apud[z] primum iudicem permaneat. 1 ¶ Qui libellum accepit, etiam si in aliud officium translatus sit, miles fortè vel clericus factus, respondeat omnino in primo foro, quod secundum primam eius conditionem censetur competens, nullam habens fori præscriptionem.
2 ¶ Qui semel in ius vocauit, si post admonitionem[a] reo oblatam eum ad alium [b] iudicem ob easdem causas vocauerit: & eum [c] indemnem[d] præstet, & causa cadat, etsi iustam habuit actionem.

i Grauius est in ius vocare, quàm actionem edere. hoc extra iudicium: illud, in iudicio fit.
k è contrario, Maritus iniuriam patitur, vxore iniuriis affecta *§. 2. Institut. de iniuriis.*
l *l.4.§.1.ff.eodem.* ergo nec maritus patronæ vocari poterit sine venia? non poterit, vt quem patrona colit, colat etiam libertus ac reuereatur. Accursius aliud esse putat ex lege 6.*infr. de operibus libert.* quæ de operis loquitur, non de honore, *vide Cuiacium* 10. *obseru.* 10.
m gratia edicti *Hal. adde l.3.ꝫ.eo. l.10.§.4.l.vl.D.eo.* Macrobius 7.*Saturnal.5.* Gratiam edicti facit, qui id permittit quod edictum vetat.
n aliud si impetratur.
o Filius liberti, patrono paterno acceptam ferre ingenuitatem debet *l. vlt. ꝫ.de libert. vede Nouell.* 22.
p aliàs rusticitati solet ignosci. *vide Socin. reg.* 348.
q Rusticitas non excusatur aduersus naturam, eaue quæ iure naturæ prohibentur.
r Ius alteri, putà patrono, adquisitum, rescripto principis remitti non potest. ideóque malè hinc colligunt, Principem generaliter posse remittere omnes pœnas *v. Papon.2.No.7.fol.464.465. Clar.5.sent.§.vl.quæst.59.*
s *leg.4.D.eodem.§.3. Instit. de pœna temerè.*
t *vide leg. 2.ꝫ.eodem.*
u & meritò. nec enim ex iure potestatis, quod iure ciuili introductum est, hoc ius descendit: sed ex iure naturali & reuerentia, quæ debetur parentibus ex æquo, *adde Cuiacium* 10. *obs.* 10.
x Hanc legem restituit Cuiacius 13. *obs.*11. eius etiam facit mentionẽ 10.*obs.*10.*infi.*
y Latina interpretatio.
z quia post litis contestationem iudex recusari non debet. *Nouell. 53. cap. 3.*
a hanc est citationem ὑπόμνησιν Græci appellant. Synops. Basil. *7.tit.8.c.28.*
b εἰς ἕτερον δικαστήριον ad aliud forum. *Synops.*
c id est, accusatum. d *d. Nou.53.c.1.* e *2.D.13.2.Cod.Theod.9.1.Paul.sent.1.11.Synop.Basilic.1.§.3.Instit.de except. 1. extra 35. 1. Sext.18. 1. Harmenop.9.*

DE PACTIS[e].

Tit. III.

De fideicommisso conditionali.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Philino.

CONDITIONIS[f] incertum[g], inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum est. Cùm igitur verbis fideicommissi petitum à patre tuo [h] profitearis, vt, si vita sine liberis decederet, hereditatem Licinio Frontoni restitueret: pactum eo tempore de sextante [i] ||Licinio|| Frontoni dando, cùm[k] liberos Philinus[l] non sustulerit, interpositum, non idcirco potest iniquum videri [m]. quòd facta (sicut placuit) diuisione diem suum, te[n] filio eius superstite, functus esset. PP. VII. Kal. Decemb. Seuero A. & Victorino Conss. 204.

Si actum sit aduersus emptores hereditatis.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Claudio.

POst venditionem hereditatis à te factam, si creditores contra emptores [o] actiones suas mouisse probare poteris, eósque eas spontanea [p] voluntate suscepisse: exceptione[q] taciti pacti[r] non inutiliter defenderis[s]. PP. Prid. Id. Feb. Seuero III. & Antonino AA. Cos. 203.

De Seruo.

3. Iidem AA. Restituto.

SEruus creditoris meliorem [t] causam domini facere potest: in deterius autẽ reformare nouo pacto non potest: obligationem rectè constitutam. PP. VIII. Kal. April. Seuero III. & Antonino AA. Conss. 203.

De litis renuntiatione.

4. Iidem AA. Valeriæ.

POstquam[u] liti de prædio motæ[x] renunciasti[y], causam finitam instaurari||posse||nulla ratio permittit, PP. IIII. Id. Feb. Albino & AEmiliano Conss. 207.

De solutione partis, & pacto de parte non petenda.

5. Imp. *Antoninus* A. Demagoræ.

CReditori tuo si partem pecuniæ exoluisti, de parte verò non petenda inter te & eum conuenit ob causas negotiáque eius tuo patrocinio fidéque defensa: eã obli-

e Conditio ea fuit Si sine liberis decesseris, hæreditatem fratri restituito. i. Renunciari iuri futuro simpliciter non potest *v. Soci. regul.* 338.
g est enim valde incertũ, aliquos liberos quis sit habiturus necne.
h Fingamus auũ meum à patre meo petiisse, vt si sine liberis decederet, Titio patruo meo hæreditatem restitueret.
i id est, duabus vnciis, perinde ac si grauatus, fideicommissario dixisset, Si moriar sine liberis, cogor quidem ex testamẽto paterno hereditatẽ tibi restituere: sin minus, non cogor. quin, vt cõditio eueniat, possum vsq; ad quadrantis quantitatem retinere, vel alienare. Si tamen futuræ illi spei renũciare volueris, duas vncias ex supradicta hereditate repræsentabo, vt in reliquis portionibus mihi sit libera alienandi facultas, vtcunq; sine liberis moriar. De hoc inter fratres conuenit. Quæritur, quid iuris sit? Philinus, filius Philini, patre mortuo, pactum rescindi postulãs non auditur.
k id est, vtcunque.
l parens meus scilicet cuius nomen itidem fero.
m mihi scilicet, id est, Conuentionem superiorem factam à patre cum meo patruo, non possum improbare.
n hinc dubitandi ratio sumitur. Nam & antiquo iure, rogati inuicem sibi, si sine liberis decessissent, hereditatem restituere: altero decedente sine liberis, hereditas ad eum perueniebat, qui superuixisset, nec ex eo pacisci poterant contra voluntatem testatoris *Paul.4.sent.1.§.13.* Idem in hac specie dicendum videbatur. Præterea, videtur Licinius Fronto pacisci cum fratre viuente de eius successione, quod est prohibitum *l.vl.ꝫ.eodem.*
o Creditor hereditatis, ea vendita, in eius emptorẽ experiri potest *l.2.§.9.D.de heredit.vend.* Quæritur, an si, neglecto venditore, in emptorem egerit, tacitè videatur heredi pactum fecisse de non petendo.
p hinc sumitur ratio decidendi, & ex *l.14.§.9.D.de alitio.*
q An ipso iure? qui nostro nomine iudicium excipit, nos liberat, quemadmodum is qui nostro nomine soluit *l.5.ꝫ.eo.* non ipso iure. Nec enim emptor hereditatis actiones creditoris excipit venditoris nomine, sed proprio *v. Donellum hic.*
r atqui nullum pactum intercessit? dic tacitum interuenisse. vnde colligitur? ex ipsa actione mota in emptorem hereditatis, neglecto eius venditore: in qua nec ipse emptor auctorem suum laudauit, nec creditor vllam in agendo venditoris mentionem fecit. Sponte creditor actiones suas mouerat in emptorem: emptor sponte eas suscepit: vtique scire debuit venditorem teneri. si id neglexit, facilitati suæ acceptum ferre debet. Demus pactum, negari tamen posse videtur pacto creditoris & emptoris exceptionem venditori adquiri *l.1.infi.ꝫ.per quas personas.*
s etiam si emptores non sint soluendo. Atqui tacita minus nocent, quàm expressa? si ignoranti creditori facta fuisset expressa delegatio, delegato debitore non soluendo, in debitorem priorem daretur ei regressus *arg.l.41.§.3.D.de iure dot.* Ergo & hoc casu multò magis, cùm creditor errasse deprehendatur. t *v qua notant ad l.133. ff.de reg.iur.* u Postquam semel liti motæ renunciatum est, nulla ratio permittit eam ex pœnitentia instaurari *Syn.Basil.11.tit.1.c.41.in f.* x Lis nulla est, nisi mota sit: mota censetur, etiamsi solus actor egerit: contestatur ex actoris intentione, & rei depulsione. Quid, liti contestatæ potéstne renunciari? Aliud est enim liti renunciare, & rei in litem deductæ seu causæ. Causa à lite seiuncta est.
y expresso vel tacito pacto. vt sit sensus, Nedum re iudicata, iureiurando & transactione litem finiri *l.1.infi.D.ad Tertull.* sed & pact. Huiusmodi renunciationes fiebant apud acta *l.3.ꝫ.de repudianda: l.18.ꝫ.de donat. l.11.ꝫ.de falsis.*

a quia partem pecuniæ re ipsa soluisti.
b quia pactum tibi factum est de non petenda altera parte. Pactum autem iure honorario, id est, à Prætore defenditur *l.7.§.7.D.eodem.*
c Perpetua exceptio, perpetuam tollit actionem.
d de non petendo. e quæ pacti subsidiaria est. f *Syn. Basil. eodem.c.45.1. Harm.9.§.27.* & stipulationes *l.4.j.de inutilib.*
g *l.7.§.7.D. eod. Paul.1.senten.1.§.4. l.30.j.eo.l.vn.§.16.C. de rei vxoriæ act.*
h *d.§.4. le.4.j. de inutilib. stipul.l.1.§.7.D.de positi:l.14.§.1.ff. soluto.l.26.D. de verb.oblig. v.c.58 de regulis in 6.*
i *l.5.j.de hære.act. v.l.95 §.2.ff.de solutionibus.*

gatione partim ciuili iure[a], partim honorario[b], liberatus es. Nam exceptio perpetua[c] pacti conuenti[d] vel doli[e], residui petitionem repellit: cùm & solutum per ignorantiam, repeti potuisset. PP.VIII.Kal.Aug.Romæ, Ant. A.IIII. & Balbino Coss. 214.

De pactis contra ius vel bonos mores.

6. Idem A. Basiliæ.

PActa[f] quæ contra[g] leges constitutionésque, vel contra bonos[h] mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est. PP.Kal.Aug.hisdem Cons.214.

De creditore qui successit debitori.

7. Idem *Augustus* Iulio Maximo.

DEbitori tuo si[i] heres extitisti: actio, quam contra eum habuisti, adita hereditate confusa est. Sed si eam hereditatē, posteaquam in iudicio obtinuisti, ei[k] tradidisti, quē sententia superaueras, ea conditione pactóque, vt tam cæteris creditoribus[l] quàm tibi[m] in eo, quod tibi deberetur, si[n] eam hereditatem non adisses, satisfaceret: pacti conuentionísque fides seruanda est: quæ si non seruatur, ex stipulatu[o], si modò pacto subiecta est, dabitur actio: || vel præscriptis[p] verbis, si stipulatio non interuenit. ||PP.III.Kal. Aug.Antonino A.IIII.& Balbino Coss.214.

De pecoribus partiariis.

8. Idem A. Mucatraulio[q].

SI pascenda[r] pecora partiaria[s] (id est, vt fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & pastorem diuidantur) Apollinarem suscepisse probabitur: fidem pacto præstare per iudicem compelletur[t]. PP.IIII.Kalend. Octob.Alexandro A.II.& Marcello Coss.227.

De dolo.

9. Imp. *Alexand.* A. Dionysio.

CVm, posteaquam aduersarius matris tuæ victus esset[u], matrem tuam circumuenerit[x], vt ei caueret nullam se controuersiam de seruis moturam: id pactum mala fide factum, irritum est: & cùm ex ea conuentione cum[y] matre tua agi cœperit, iudex eam liberabit. PP.Prid.Id.Sept.Alexand.II.& Marcello Coss.227.

De dote, differentia legis, & pacti nudi.

10. Idem A. Nicæ.

LEgem[z], quam dixisti, cùm dotem pro alumna dares, seruari oportet. nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex[a] pacto actionem non nasci. tunc[b] enim hoc iure vtimur, cū pactum nudum est. alioquin cùm pecunia datur, & aliquid

k id est, tertio alicui. puta heredi defuncti ab intestato, & legitimo: qui fortè testamētum iniustum, aut falsum, aut inofficiosum dicebat.
l hereditariis scilicet.
m qui eiusdem hereditatis eras creditor.
n id est, perinde ac si. Sit hæc hypothesis. Solue quod ex hereditate Titij defuncti mihi debetur: Actio. Si quæ tibi actio competit, ea sublata est. siquidem, semel defūcto succeßisti ex eius testamēto: aditione eiusmodi tuum debitum sublatum est *l.95.§.2.ff.de solution.* Exceptio, Hoc ita est, sed eandem hereditatem tibi restitui ea lege, vt mihi satisfaceres: Replicatio. Pacti fides seruanda: Decisio. Quæ actio eo nomine actori competet? dic *vt.j.eo.*
o *l.14.j.eo.*
p Stipulatio impedit præscriptis verbis actionē: quia stipulatio ipsa, nouatio est. q Mucatraulo *Cuiac. adde l.4.j. de iure fisci.* r *l.13.§.1.D. de præscript.*
s Pecora partiaria sunt, de quorum fœtu inter dominum & pastorem certis portionibus diuidendo conuenit *l.25.§.6.D.locati.* Sed Hotomanus hîc legit *Partiariò*, aduerbialiter.
t Ratio dubitandi hinc orta est, quod saltem non ex locatione teneretur, cùm eius merces regulariter in pecunia numerata fiat *l.1.§.9.D.depositi.l.5.§.2.D. de præscript.* non ex societate, quia nulla hîc pecoris societas ratione dominij *l.13.§.1.D. de præscript.* non ex pacto, quod nullam pariat actionem *leg.27.j.locati.* Quid iuris? Donellus hîc nudum esse pactum negat, cùm sit adiunctum traditioni. Ait hanc conuentionem esse societatis. Hotomanus præscriptis verbis actionem dari putat *hic.*
u ídque ipse sciret.
x ei persuadens nondum in eius fauorem rem iudicatam fuisse.
y hîc præsupponendum est, seruos (de quibus agebatur) fuisse in potestate mulieris.
z sensus est, Rebus certa lege datis, ex ea lege actionem dari *vide Cuiac. 11.obseru. 17. in fine.*
a vide in hanc sententiam *Socinum regula 9.*
b *l.7.§.4.D.eo.l.27.in fin.j.de locato:l.1.j.de pactis conuen.l.5.j. de contrah. stipul. Paul. 2.sentent.14.in fine.*
c hæc lex extat in lege 1.j.sine sensu.
d tuo patri scilicet.
e ipsa Nouerca scilicet, sit hæc hypothesis, Meus pater, idémque tuus maritus, vsuras à te debitas, multis annis tuis creditoribus soluit, refunde, Actio. fundum ei dotalem dedi obstrictum supradictis vsuris. Ad eum fructus eius fundi pertinuerunt: onus itaque eius sustinere debuit *l.13.D.de impensis.* Exceptio. Fundum dedisti quidem, sed æstimatum. Quæ dantur æstimata dominium transferunt in accipientem: æstimatio enim locum venditionis obtinet *leg.3.D locati.leg.10. D.de iure dot.* Quod cùm ita sit, si quos fructus ex eo percepit, eius fuerunt non tui. Ex re enim sua non tua percepit. Itaque cum vsuras tuis creditorib. soluerit, tuum negotium gessit, quo nomine teneri te æquum est, ídque eò magis quod cùm dictum fundum patri meo venderes, ita conuentum est, vt debiti tui vsuræ soluerentur. nam venditor id præstare debet, quod in venditione se præstaturum promisit *leg.2.l.6.§.pen.l.11. D.de act.empt.* Replicatio. Notum est iam quid iudicari debeat.
f ex empto *Hot.l.13.§.19.D.de act.empt.*
g non competit *l.1.in fine.j.sine sensu*: & malè.
h vt & legata *l.6.§.2.in fin.D.de iure codic.l.17.§.3.D.de legat.1.* fideicommissa *l.19.j. de fideic.* heredum institutiones *l.16.D. de vulg.* constitutiones principum *l.vl.D.de const.princ.* leges. vnde illud 12. tabularum, Vt quodcunque postremum populus iussisset, id ius ratúmque esset *Liu.7.& 9.v.Hotom.*

i id est, vltima. *adde l.3.D.de rescind. adde leg.35.j.de donat.* k Quod apud acta fit, violentius obligat, quàm quod priuatim. Hinc colligunt, Testamentum, quod aliàs requirit septem testes, donationem causa mortis, quæ aliàs quinque testes requirit, valere coram duobus apud iudicem, si apud acta insinuetur. Præsumitur enim omnis metus & dolus abesse, vbi iudex suum decretum interposuit. *v.Vurmserum 1. pract.1. obs.11.*

de reddenda ea conuenit, vtilis est condictio. PP.III. Kal. Mar.Albino & Maximo Coss.228.

De dote.

11. Idem A. Capitoni.

EX[c] conuentione quidem: qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cùm fundum in dotem daret[d], vt creditoribus, quibus fuerant prædia obligata, vsuras solueret[e]: actio tibi aduersus eam competere non potest, etsi pactum in stipulationem deductum probetur. Sed si fundus æstimatus (ita vt pars instrumenti significat) in dotem datus est: ex vendito[f] actio, vt placiti stetur, competit.[g] PP. Non.Decemb.ipso A.III.& Dione II.Coss. 232.

De prioribus & posterioribus pactis.

12. Idem A. Flacillæ.

PActa[h] nouissima[i] seruari oportere, tā iuris, quàm ipsius rei æquitas postulat. Quapropter si conuentione, quæ præcessit, diuersa pars vsuram se non esse consensit, & maximè[k] si (vt proponis) id etiam apud acta præsidis adseuerauit: actionem, quæ super prima conuentione fuerat, exercere non prohiberis. PP.III.Kal.Martij, Agricola & Clement. Coss. 231.

De contractibus bonæ fidei.

13. Imp. *Maximinus* A. Mario.

IN bonæ fidei contractibus[l] ita demum ex pacto actio[m] competit[n] si[o] incontinenti[p] fiat. nam quod postea[q] placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. PP.V. Id. Ian.Maximino A.& Africano Coss. 237.

De pacto pœnali & stipulatione subiecta.

14. Imp. *Gordianus* A. Cælio militi.

SI[r] pacto[s], quo pœnam aduersarium tuum promisisse proponis, si placito non stetisset, stipulatio subiecta[t] est: ex stipulatu agens: vel[u] id, quod in conuentionem deuenerat, vt fiat, consequeris: vel pœnam stipulatione comprehensam more[x] iudiciorū exiges. nam bona[y] aduersarij tui in te transferri citra[z] solemnem ordinem frustra deprecaris. PP.Kal.April.Gordiano A.II.& Pompeiano Coss.242.

De futura succeßione.

15. Impp. *Valentinian.* & *Gallien.* AA. & *Valerianus* nobiliss. Cæs. Pactumeio.

PActum[a]: quod dotali instrumento[b] comprehensum est, vt si pater vita fungeretur, ex æqua[c] portione ea, quæ nubebat, cum fratre heres patris sui esset: neque vllam† obligationem contrahere, neque libertatem[d] testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. PP.X.Kalen. Martij, AEmiliano & Basso Coss.267.

De precaria substitutione.

l de quibus *v.§.28.Inst.de actionib.* An idē est in stricti iuris iudiciis? Acc. ait. *arg.l.27.28.j.eo.l.40. versic. dicebam ff.de reb. cred.* Idē confirmat Cuia. *10.ob.34.* Donell. verò negat pacta stricti iuris iudiciis (putà stipulationi & mutuo) adiecta parere actionē, siue ante siue post, siue in continenti, seu in ipsa traditione facta sint. Mouetur, quod supra quàm datū sit, re cōtrahi obligatio nō possit *l.17.ff.eo. adde l.9.j.de non numerata pecunia.* & pro omisso sit habēdum, quidquid verbis expressum non est in stipulatione *l.99.D.de verb.oblig.* Hinc sequi, pacta ex sui natura, cōtractus stricti iuris non ingredi, multò minùs eos pacto informari. Si ius spectamus, posteriorem hāc sententiam veram puto: sin vsum, sublata vtpote hodie differentia contractuum stricti iuris: prior vera dici potest.
m Non propria: sed actio empti, si iūctum est pactum emptioni: locati, & locationi: & idem in similibus.
n i. pactum incōtinenti adiectū format actionē, *l.7.§.5.ff.eo.*
o *adde 1.Harm.9. §.21.*
p ex continenti, *l.7.§.5.D.eo.* seu tempore cōtractus *l.pen.j de pactis inter empt.* statim *l.27.j.eod.* in ingressu contractus *d.§.5.* ἐν ἀρχῇ *11.Eclo.1.c.5.* initio contractus *l.5.j.de pact.inter empt.* i. antequam contractus perficeretur, i. nondū contractu perfecto, non post contractum iam perfectum, cùm nondum lex contractui data esset.
q Pacta ex interuallo pariunt exceptionem. Ex interuallo fieri, est contractum subsequi: fieri μετὰ χρόνον *Eclo.d.l.* re iam contracta, post contractum iam perfectum.
r si pacto subiecta sit pœnæ stipulatio, optio stipulatori datur, vt aut stipulatione vtatur, aut exceptione, si modò acceptoferat pœnam, déque ea non petenda cautionē interponat *1.Harm.9.§.26. adde eundem ibid.§.10.*
s Pacto pœna promitti potest, at peti non potest, nisi stipulatio sit subiecta.
t Stipulatione pacto subiecta, non ex pacto quod antecessit stipulationem, sed ex stipulatione quæ subsecuta est agitur *l.27.j.eo.*
u Et res debita, & pœna eius loco, simul peti non potest.
x id ita interpretor, recepto in ipsis iudiciis, nec improbato legibus.
y Quo iure nitebatur actor ad id postulandum? puto ex conuentione pœnali, de qua hîc agitur: vt meritò hinc colligere possis, neque pacto, neque stipulatione fieri posse, vt creditor propria authoritate bona debitoris in se transferat, citra solennem iuris obseruationem. ídque ea de causa constitutum, ne via fœneratoribus pateret. In hac quæstione tota hæc lex verè occupata est.
z id est, non seruato iuris ordine, cùm nulla sententia præcesserit *leg.58.D. de re iudicata.* a *adde l.pactum dot.j.de collat.l.vl.D.de suis.*
b Pactum hoc vestitum est literis.
c huc res redit, An quis hereditatem suam contractu inter viuos, putà dotis, societatis omnium bonorum, in aliquem, præsertim in liberos, deferre possit? vel ita, An successiones pactis vel stipulationibus possint obstringi. Negatur. *vt hic.& l.5.j.de pactis conuentis.l.4.j.de inutilib.stipul.* Contrarium extat in *l.vl.j.eo ibi, nisi ipse fortè.* Idem quoque negat Leonis *const.19.* & praxis teste Masuerio, & ita iudicatum fuisse in Senatu Tholozano & Parisiensi Papo refert *20.Arrest.2.Arrest.1.* Atqui si id admittitur, licita erit bonorum omnium donatio. Ea concessa, libertas testamenti præripietur, quod esse non debet *j.eodem.* Respondeo, libertatem non tolli, sed restringi, vt mox dicam.
† hoc non seruatur, vt supra dixi.
d hinc colligunt. Donationem omnium bonorum non valere (de quo v. Socin. *reg.108.* id ne ita est? est omnino. non idem si donauit bona sua, omnia bona sua, omnia bona sua mobilia & immobilia. his enim casibus libertatem sibi non abstulit testandi de bonis futuris, quæ tacitè videtur excepisse: quemadmodum si expressim reseruauit sibi futura, aut quædam bona. At non idem si hereditatem donauit, aut si vsumfructum ita sibi reseruauit, vt de eo non posset testari. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorum valeat, oportet vt illud quod donator sibi reseruat, sit eius conditionis, vt de eo testari possit, de quo Clarus *4.sent.§.Donatio quæst.19.* Et hæc regula

16. Impp.

ita vera eſt, vt donatio omnium bonorum præſentium,& futurorũ non poſſit confirmari iuramento *Rol.à Vall.1.conſ.39.nu.1.2.* a *adde l.1.§.eod.* b Precaria ſubſtitutio mutuo conſenſu remitti poteſt *l.11.§.eo.* poteſt etiam remitti non mutuo *l.1.§.eo.* & breuiter Spes futuræ ſucceſſionis,fideicommiſſum ſub conditione relictũ, pendente conditione,pacto remitti poteſt,ſi cauſa ſubſit. c ſolenni tamen.Nuſquã enim reperietur in libris iuriſconſultorum vlla renunciatio hereditatis, niſi formalib. & diſertis verbis expreſſa, *vt hic & l.2.3.§.de tranſac. v.Hotom. conſi.8.* d *Synopſis Baſili. eod.c.58.* e Pactum non requirit ſcripturã vt hîc:1. *Harmeno.9.§.8.*vt & diuiſio hereditatis *l. 21.§.eo.l.5.§.de tranſact.v.l.9.§.de fide inſtru.* pignus *v.l.4.§. de inſtrum.* venditio *l.10.§. de fide inſtrument. l. 3.§. de fide & iure haſtæ:*locatio *l.14.§. de locato:*nuptiæ *l.19.§.de nuptiis:* emãcipatio *l. 11. infr. de fide inſtr.* pignus hypotheca *l.4.ff.de pignorib. l.4.ff. de fide inſtrum.*&generaliter,Scriptura in nullo actu requiritur *Nou.73. c.8.*Eos tamẽ excipe, in quibus ſcriptura de ſolẽnitate aut partiũ cõuentione neceſſariò requiritur,*vt l.17.§.de fide inſtrum,* vt in teſtamẽto non nuncupatiuo *l. 21. infr. de teſtamentis:* emphyteuſi:*l.1.infr. de iure emphyteutico:* literarũ obligatione, ſentẽtia definitiua *l.2. infr. de ſent. ex breuiculo:* in legitimandis liberis in concubinatu ſuſceptis, per matrimonium *l.10.11.§.de naturalib.* in nuptiis ſenatorũ & honeſtiorum *Noue.74.c.4.* ſed & in mutuo, ad emendum militiæ caſum *Nouel.97.c.4.* in eo qui ius πρωτοπραξίας ſeu prior in hypotheca eſſe affectat *Noue.136. c.3. l.ſcripturas infr. qui potiores:*In arbitrij emologatione *l.4.in f.l. 6.§.de arbitris* in cõteſtatione non numeratæ pecuniæ *l.14.§.4.§.de non numerata.Noue.100.c.1.*in emancipatione *l.2.l.vlt. de emancipat* in adoptione *l. vlt.§. de adopt.*v.Speculatorem *tit. de inſtr.edit.§. reſtat autem.verſ.Azo verò:* Ferrarienſem *in forma productionis teſtamenti 13. in verbo coram.* f τοῦ πράγματος. *ſynopſis.*i.venditoris aut rei venditę. g Si vni ex correis debendi fiat pro ſua perſona liberatio, tacitè videtur creditor cum eo pactus,ne pro ſuorum correorum perſonis conueniatur.aliàs,ſi non ea formula liberatus eſſet, ob reliquos poſſet conueniri *l.2.3.infr.de duobus reis.* h *ſynopſis Baſilic.eod.c.60.* 1. *Harmenop.9.§.30. & 1.tit.16.§.6.* i putà paganos,non milites. k ἐπὶ παράταξιν vbi in aciem prodeunt.*ſynopſis Harmenop.*

16. Impp. *Dioclet.*& *Maximian.* AA. Diaphanto.

CVm proponas, filios teſtamento ſcriptos heredes rogatos eſſe,vt[a], qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hereditatis reſtitueret:quoniam pręcariã[b] ſubſtitutionem fratrum conſenſu [c] remiſſam adſeris,fideicommiſſi perſecutio ceſſat.PP. IIII. Id.Feb. Maximo II. & Aquiliano Conſſ. 286.

De Scriptura.

17. Iidem A A.Deximacho.

PActum [d], quod bona fide interpoſitum docebitur, etſi ſcriptura [e] non exiſtente, tamen, ſi aliis probationibus rei [f] geſtæ veritas comprobari poteſt, præſes prouinciæ ſecundum ius cuſtodiri efficiet. PP.IX. Kal.Iul. hiſdem Cõſſ. quibus ſuprà. 286.

De parte accepta ab vno ex correis debendi.

18. Iidem AA. Iulio & Æmilio.

SI creditores veſtros ex parte debiti admiſiſſe quemquam veſtrum pro [g] ſua perſona ſoluentem probaueritis: aditus rector prouinciæ,pro ſua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit. PP. VII. Id. Ian. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conſſ 287.

De futura ſucceßione.

19. Iidem AA. Victoriano militi.

LIcet[h] inter priuatos [i] huiuſmodi ſcriptum,quo comprehenditur, vt is,qui ſuperuixerit,alterius rebus potiatur, ne donationis quidem mortis cauſa geſtæ efficaciter ſpeciem oſtendat: tamen cum voluntas militum, quæ ſuper vltimo vitæ ſpiritu, deque familiaris rei decreto, quoquo modo cõtemplatione mortis in ſcripturam deducitur,vim poſtremi iudicij obtineat: proponáſque te ac fratrem tuũ ad [k] diſcrimen prælij pergentes,ob communem mortis fortunam inuicem † eſſe pactos, vt ad eum,qui ſuperſtes fuiſſet,res eius,cui caſus finem vitæ attuliſſet, pertinerent: exiſtente conditione intelligitur [l] ex fratris tui iudicio,(quod principalium conſtitutionum prompto fauore firmatur) etiam rerum eius compendium ad te delatum eſſe.PP.XV. Kal. Decemb. Sirmij,ipſis XV. & III.AA. Conſſ. *

De rerum Dominio.

20. Iidem AA. & CC. Martiali.

TRaditionibus [m] & vſucapionibus [n] dominia [o] rerum, non [p] nudis [q] pactis transferuntur [r]. PP.Kal.Ian.V. & IIII. AA.CC. Conſſ. 293.

De diuiſione & tranſactione.

21. Iidem AA.& CC. Euſebio.

CVm proponas, inter vos ſine [s] ſcriptura placuiſſe, fratrum tuorum ſucceſsiones æquis ex partibus diuidi,& tranſactionis cauſa probari poſſit hanc interceſſiſſe conuentionem: exceptione [t] te tueri potes, ſi poſſides. Quod ſi aduerſarius tuus teneat[u] ex hoc placito nullam actionem natam eſſe, ſi tibi ſtipulatione nõ proſpexiſti, debes intelligere: nec aduerſario tuo tranſactione vti [x] concedendum eſt, niſi [y] ea quæ placita ſunt,adimplere paratus ſit.PP.Kal. Maij, Fauſto II.& Gallo Conſſ. 298.

† Non valet conuentio inter duos facta de mutua ſucceſſione,*l.4.§.de inutilib.ſtipul.* (eam Græci vocant ἀλληλοκληρονομίαν) *v. 1. Harmeno.9. c.* περὶ ἀλληλοκληρονομίας: niſi inter commilitones *vt hic:& l. 4.§.de inutilib. ſtipul.* in ipſo procinctu ἐπὶ παράταξιν ἐξιόντας 11. *Eclo.1.c.60.Harmenop.d.loco:*non valet inter virum & vxorem *v. Cuia.16. obſeruat.39.& ad l.26.ff.de verb.obligat.*Valebit ergo huiuſmodi conuentio inter ſolos milites? Papo 20. *Arreſt.2.arreſt.1.*ait vſu hodie receptum eſſe in Gallia, præſertim inter nobiles, vt in ſocietate omnium bonorum alter alterum heredem poſſit inſtituere. Hot.conſilio 1.ſcribit, Huiuſmodi donationes inter viuos reciprocè factas valere:præſertim, vt familiæ conſeruentur, & ſi fiant inter cognatos & agnatos *fol.7.& fol.48.&ſeq.* Idem ex communi opinione refert, hanc legem ad paganos extendi communi omnium gentium vſu. Huiuſmodi confraternitatem in Germania initam anno 1373. inter ducem Saxoniæ & Landgrauiũ Heſſiæ: & aliam diuerſo tempore inter ducem Saxoniæ & Marchionem Brandeburgenſem: & in Gallia quoque talem donationem initam inter dominos d'Alegre: in Italia inter dominos de Molza, & breuiter paſſim valere huiuſmodi conuentiones refert Cynus,Baldus Caſtrenſ.Salycet.*ad.l.ſi pater.infr de inofficioſo:* Hippolytus ſingulari 150. & 333.*Tiraquell.ad.l.ſi vnquam,numero 10.1.infr.de reuocandis donat.Mynſinger.2.obſ.33. Dixi ad.l.5.§.de* pactis conuentis. l Imò pactum mutuæ ſucceſſionis non valet.*l.70.ff.de heredib.inſt.* m *ſub.*factis à domino ex iuſta cauſa,idque iure gentium *l.2.infr.ſtellionatus l.7.in f.ff.pro emptore 11. Eclog.1. cap. 61. 1. Vlpian.7.l.9.§. de donationibus inter virum & vxorem l.13.infr.de diſtract.pignor,*1.traditione. eaq; non nuda. Nuda nõ eſt, quæ cauſam habet ac titulum: non quemuis, ſed alienationis cauſam continentem *l.31.ff.de acquir.rer.* E contrario, ſolus titulus dominium non transfert,niſi ſequatur traditio *l.11.infr.de rei vindicat.*Ad hæc, Traditio non fit cuiuſuis rei *l.70.ff.de contrah.empt.l.83.ff.de verb.obligat.l.182.ff.de regul.§ 8.Inſtit.de rer.diuiſ.*à quauis perſona *l.1.ff.de fundo dotali:l.22.infr.de adminiſt.tut.Nouell.de non alienandis reb. Eccleſiaſt.7. c.1.& 120 ca.7. adde caſum legis 3.ſuper eodem:*aut quauis forma, de qua dicam *ad l.2.§. de acquir. poſſ.* Effectus traditionis eſt, In adquirendo domino tempus traditionis magis conſiderari,quàm tituli: qua de re dicam *ad l.15.infr.de rei vindic.* Illud interim adiiciendum, quibuſdam caſibus dominium transferri & ad nos redire ſine traditione:qua de re dicam *ad l.11.§.quando dies leg.* n ſi traditio facta ſit à non domino,idque fit iure ciuili *v.l.3.ff.de vſucapionibus,* de quibus dicam *infr.de vſucapion. transformanda.* Hinc colligunt.Directũ dominium præſcriptione non transferri,ſed vtile tantùm dominium, de quo vide Socinum regula 97. o Dominiũ, eſt ius de re corporali perfectè diſponẽdi, niſi lex obſtet. eſtque vnicum numero & ſubſtantia *l.14.§.2.ff.de exceptio.rei:* habet tamen qualitates diuerſas. hinc directum, vtile, vel quaſi dominium.Vtile interdum cõcurrit cum directo (vt in Emphyteuta)aut ei repugnat. *vide Ferrarienſem in forma libelli actionis realis, 2. in verbo iure dominij vel quaſi,9.* p ȣ μὲν διὰ ψιλοῦ συμφώνου i. nõ nudo pacto *Synopſis d.c.60.* ȣ μόνον ψιλοῖς συμφώνοις *Ibid. ca* περὶ ψιλῆς ἐπαγγελίας *ca.69.* id eſt, nõ nudis tantùm pactis. q Nuda pacta hîc intellige, quæ traditione deſtituũtur:nuda,*vt in l.1.ff. de pignorat.actio.§.44.Inſtit.de rer. diuiſ.l. 8.§. de actio empt.* Pacta an obligationes dixeris,nihil intereſt *leg.3.ff. de obligationibus.* r Trãsferuntur etiam aliis modis à traditione. Sunt enim alij modi transferãdi dominij, quã traditio & vſucapio *v. l.vltim. §.quando dies legat.*verùm quęri poteſt cur nõ dominia pactis trãsferũtur? Dic quia rerũdominia à naturali poſſeſſione cœperunt *v Cui.ad l.1.§.de vſucap.* ſ *v.l.18.§.e.l.9.§. de fide inſtrumẽt.*

De tutoribus & curatoribus.

22. Iidem AA.& CC. Archelao.

PActum curatoris [z] recipere minorem quantitatem paciſcentis,adultæ ætatis ſuffragium, ne noceat, efficiet. tutores [a] enim & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, non etiam remittentes [b] præſtant obligationis liberationem.PP. XVIII.Kal. Decembr. Sirmij ipſis VII.& VI. AA. 299.

De filio.

23. Iidem AA.& CC.Honorato.

FIlius [c], paciſcendo [d], aut debitum accipiendo:nihil detrahit patris obligationi.PP.XVII.Kal.Decemb.Sirmij, ipſis VII.& VI.AA.Conſſ. 299.

An pactum cum quibuſdam factum aliis proſit.

24. Iidem AA. & CC.Dominæ.

SI actionem legati vel fideicommiſſi, quam aduerſus heredes mariti [e] quondam tui habuiſti, te adfectione [f] heredum aliis remiſiſſe probetur: exceptionem pacti contra debitores [g] inſtituenti, actiones nocere tibi minimè poſſe intelligis [h]. PP.XVII.Kal.Ian.Sirmij,CC.III.Conſſ. 300.

De pactis debitorum.

25. Iidem AA. & CC. Euhemero.

DEbitorum pactionibus [i], creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt. S.IIII.Kalen.Maij, Sirmij, CC. III. Conſſ. 300.

De pacto ſucceſſorum debitoris.

26. Iidem AA. & CC.Corneliæ.

PActo ſucceſſorum debitoris, ex lege [k] duodecim tabularum æs alienum hereditarium pro portionibus quæſitis ſingulis ipſo iure diuiſum,in ſolidum vnum obligare creditori non poteſt. quod & in honorario ſuccedentibus iure, locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis coheredem vel non perfectis in diuiſione placitis conuenire, quanti tua intereſt,potes.PP.III. Id.Octob. Variani, CC.Conſſ. *

De Stipulatione pactum confirmante.

27. Iidem AA.& CC.Aurelio Chreſimo.

PEtens ex ſtipulatione, quæ placiti ſeruandi cauſa ſecuta [l] eſt:ſeu anteceſſit [m] pactum,ſeu poſt ſtatim interpoſitum

fit interdum diuiſio inſtrumentis interpoſitis *leg. 35.ff.eod.* t Poſſidenti ex cauſa tranſactionis,iuſta cõpetit exceptio. u *l.25.§.familiæ.* x Cur ita? *vide l.45. D. eo.* y cum effectu ſcilicet *leg.28.§.de tranſactionibus.*Nemo mihi imputare poteſt,ſibi promiſſum non ſeruari, quando primus ipſe non ſeruat *vide c.75.de regulis in 6.*Aduerſario non cogimur ſeruare contractum,qui illum non obſeruauit:fides,frangenti non ſeruatur, ſed nec iuramentum, (cui ineſt tacita conditio, ſi ipſe fidem ſeruaueris)quia pœna non committitur ei,qui hac de cauſa recuſauit contractum ſeruare. quod magis eſt,ad pœnam contra aduerſarium poteſt agere. Plura vide apud Rolãdum à Valle 1.*conſi.57. numero decimo nono, ad vigeſimum quartum.* Socinum *regula 149.*Fidem frangenti fides frãgatur eidem. z Idem in patre,qui in filij præiudiciũ non poteſt renuntiare ſucceſſioni & hereditati 1200. aureorum, pro ſumma mille aureorum *leg.11.§.de iure fiſci: l. 26.§.de fideicommi l.10.D.de tranſactionibus. vide Hoto. conſilio octauo.* a Tutoribus pupilli debitum exigere conceſſum eſt: at non remittere *leg.28.§.1.D.eodem.* donare, diminuendi cauſa tranſigere *l.46.inf.D. de adminiſtrat.tutor.* pupillum ſpoliare *l.7 §.3. D. pro emptore:* deteriorem eius conditionem facere *l.15.28.§.1.ff.hoc titul.* b Imò remittere poſſunt: ſunt enim domini vice *leg.56.§.4.D. de furtis & l.157. D.de regulis iuris.* Solue, Sunt domini loco, cùm pupillum non ſpoliant. dicta lex 56. agit de tranſactione litis dubiæ, cuius euentus dubius ac incertus,pupillo oneri eſſe poterat. c *adde l.4.§.ſi aliena res pignori l.30. D.eo.l.27.D.de ſolutionib.*Idem in affini vel quaſi,ſine mandato *v.Bald.hic* d i.pactum debitori patris faciens de non petẽdo.Quid ſi alimentorũ aut valetudinis cauſa,aut vt ſtudiis liberalib.erudiretur,vt legatione fungeretur,mutuũ accepit,an non pater obligabitur? vtiq;: quod ex pietate paterna colligimus *v.l.5.§.ad Macedonianũ* & ipſa neceſſitate. Nemo.n. vẽto viuere potuiſſe intelligitur *l.2.in f.D.de alimẽt.pupill.* e Maritus vxori legare & fideicõmittere põt. f i.ſi probaueris te legata remiſiſſe aliis quàm veris heredib. vel ſi cũ tibi ea mẽs fuiſſet legata remittendi veris heredib.tu opinatis ac falſis remiſeris:tale pactũ veris heredib.nõ proderit.Cur ita? quia ſpeciali quadã priorũ affectione potuiſti legatũ remittere,veris heredib.tibi ignotis,nulláq; affectione tibi cõiunctis aut fortè inimicis. g i.cõtra veros heredes. h vnde? ſuperius dixi. i Quantũuis debitores inter ſe paciſcãtur,creditori nihil deperit *l.39. D.de negotiis.* k ſenſus eſt, Lege XII.tabularũ ſinguli heredes pro portionib. quæ eis ſunt quæſitę *v.l.1.inf.§.ſi cert.petat.*tenẽtur. At fortè eorũ vni,reliqui coheredes onus æris alieni diſſoluendi poſſunt iniungere,ea lege, vt viciſſim nomina hereditaria(chirographis ei traditis)exigat? poſſunt certè ita paciſci. At nõ in præiudiciũ creditorum. Quid ſi ille heres non ſoluit? coheredes in eum agent, partim de chirographis communibus exhibendis, partim in id quod ſua intereſt. l hîc agitur de ſtipulatione pactum ſubſequente. ideóque malè hinc colligunt, pactum ex continenti adiectum ſtipulationi ineſſe ex parte actoris. Hotomanus tamen hîc legit *facta.* m id eſt, ſi in inſtrumento (pactum enim hîc ſumi oportet pro inſtrumento pactum continente) pacti narratio ſtipulationem ſubſequitur, vel pactum,

Quod vt intelligatur, ſciendum eſt eam eſſe naturam ſtipulationis & pacti, vt pactũ ſtipulationem inutiliter ſubſequatur. Stipulatio pacto adiecta obligat, at non è conuerſo. At ſi ſcripturæ ſeu inſtrumenti ordinẽ intuemur, pacti narratio & antecedere & ſubſequi ſtipulationis narrationẽ poteſt. Natura igitur pactum ſtipulationẽ non poteſt ſubſequi, ſed ſcriptura. v. Donellum hîc: & Cuia. 10. *obſer.* 34. In eo ſunt diuerſi quemadmodum & Hot. Cuiac. *d. loco in medio & fine*, pactũ ſtipulationi adiici poſſe incõtinenti tantùm ait: idque in ſolam vtilitatem rei non actoris. Hot. *quæſtio. Illuſt.* 34. *fol.* 243. ſcribit, pactum confeſtim adpoſitum cõtractui ſtricti iuris in adminiculis ineſſe ex parte actoris: ex interuallo ex parte rei. Donellus verò, vtrouis modo, id eſt ſiue antè, ſiue poſt adiici inutiliter pactore ſcribit. *ad l.* 13. *ſ. eo. n.* 33. a Non ſi quis ꝗ præſtat ſæpius, ideo conſentire intelligitur, ſeq; in id obligare, vt idem in perpetuum præſtet deinceps, *Donel.* vel ita, Onus perpetuę præſtationis, pacto veſtito etiã aliquot annorum præſtatione, adquiri non poteſt, ſed ſtipulatione *l. 7. infr. de vſuru. leg. 31. ff. de oper. libert.* vel ita, Rei indebitæ per aliquot annos preſtatio nõ obligat ad perpetuam præſtationem, niſi præſtatio vniformi ter continuata eſt, vt debita (quod hîc ceſſat) & tempore immemoriali: quo caſu nõ eſt neceſſe allegare vel probare aliã cauſam: quia tãti temporis obſeruatio habet vim conſtituti. Conſtituto de prẹſtatione cauſali, ſufficiunt decem cõtinuorum annorum præſtationes, & ita intellige legem *6. ff. de vſuris.* ne alioquin cum hac diſſideat: *adde l. 1. j. de agricolis*: v. Molinæum *in tract. de vſuris quæſt. 19. n. 200. j. quæſt. 20. num.* 205. Triennij tamen tempus in caſu legis *1. j. de fideicommiſſis*, ſufficit: vt & in reliquis præſtationibus quæ cauſam euidentem habent.

ſitum ſit, rectè ſecundum ſe ferri ſententiam poſtulat. S. VI. Id. Nouemb. Heracleæ, CC. Conſſ. *

Si certis annis quod conuenerat, datum fuerit.

28. Iidem AA. & CC. Leontio.

SI certis[a] annis, quod[b] nudo[c] pacto conuenerat, datum fuerit: ad præſtandum in poſterum indebitum ſolutum obligare non potuit eum, qui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. III. Non. Decemb. Burtodixi, ipſis VIII. & VII. AA. Conſſ. 303.

De fori præſcriptione, & iuris ſui renuntiatione.

29. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni PP.

SI quis in[d] conſcribẽdo inſtrumẽto ſeſe confeſſus fuerit non[e] vſurum fori[f] præſcriptione[g] propter[h] cingulum militiæ[i] ſuæ. vel dignitatis[k], vel etiam ſacerdotij[l] prærogatiuam, licèt antea dubitabatur[m]: ſi[n] oporteret eandem ſcripturam tenere: & eum, qui hoc pactus eſt, non debere aduerſus ſuam conuentionem venire: vel licentiam ei præſtare, diſcedere quidem ab ſcriptura, ſuo autem iure vti: ſancimus[o], nemini licere aduerſus pacta ſua venire, & cõtrahentes decipere. Si[p] enim & ipſo prætoris edicto[q] pacta conuenta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita ſunt, omnimodo obſeruanda ſunt: quare & in hac[r] cauſa pacta non[ſ] valeant: cùm[t] alia ſit regula[u] iuris antiqui, omnes[x] licentiam habere, his: quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare? Omnes[y] itaque iudices noſtri hoc in litibus obſeruent: & huiuſmodi obſeruatio, & ad pedaneos[z] iudices, & ad compromiſſarios, & arbitros electos perueniat: ſcituri, quod, ſi neglexerint, etiam litem[a] ſuam facere intelligantur. Dat. Kal. Septemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

Pactum de hereditate viuentis.

30. Idem A. Ioanni præf. præt.

DE quæſtione tali à Cæſarienſi[b] aduocatione interrogati ſumus: Duabus vel pluribus perſonis ſpes alienæ hereditatis fuerat ex cognatione forte ad eos deuoluendæ. pactaque inter eos inita ſunt pro[c] aduentura hereditate quibus ſpecialiter declarabatur, ſi ille mortuus fuerit, & hereditas ad eos peruenerit, certos modos in eadem hereditate obſeruari: vel, ſi fortè ad quoſdam ex his hereditatis cõmodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur, ſi[d] huiuſmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat autem eis quæſtionem: quia adhuc ſuperſtite eo, de cuius hereditate ſperabatur, huiuſmodi pactio proceſſit: & quia non ſunt ita confecta, quaſi omnimodo hereditate ad eos peruentura, ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt, *ſi ille mortuus fuerit, & ſi ad hereditatem vocentur hi, qui huiuſmodi pactionem fecerunt.* Sed nobis omnes huiuſmodi pactiones odioſæ eſſe videntur, & plenæ triſtiſſimi & periculoſi euentus. Quare enim quodã viuente[e] & ignorante de rebus eius quidam paciſcentes conueniunt? Secundùm veteres[f] itaque regulas ſancimus, omnimodo huiuſmodi pacta, quæ contra bonos[g] mores inita ſunt,

b putà 50. aureos *ſynopſis Baſil.* 11. *tit.* 1. *c.* περὶ ψιλῆς ἐπαγγελίας 76. c χωρὶς ἐπερωτήσεως ſine ſtipulatione *ſynopſis Baſil. eod.* d id eſt, ſi quis in ipſo contractu: aut in continenti contractus. Ex cuiuſmodi pacto iure ciuili naſcitur actio: iure prætorio, exceptio & replicatio. e vide ad hunc locum Socinum *regul.* 339. f Quiſque in ſuo foro conueniendus. Forum peculiare ſortimur ratione militiæ, dignitatis, ſacerdotij. Si alio loco conuenimur, competit nobis exceptio. De exceptionib. declinatoriis aduerſus iuriſdictionem vide Oldendorpium *c. 6. Enchiridij except.* 7. g id eſt, exceptione. Porrò fori præſcriptioni renunciat, qui hoc aduerſario largitur, vbi vbi conuentus ab eo fuerit, ſe ad ſuum forum vel iudicem ſuum, litem non reuocaturum. maius eſt expreſſè conſentire in quemuis iudicem, quàm ſimpliciter polliceri, ſe ad eum iudicem non iturum, ad quem iure poſſit reuocare. Priore caſu in quemuis iudicem conſentitur: poſteriore, non conſentitur, ſed in eos tantũ, quos iudices iure communi haberes ſi miles non eſſes. Itaque in hac hypotheſi, tametſi miles nõ poſſit reuocare aduerſarium ad iudices priuilegio datos: non ad quoſuis: tamen trahetur ab aduerſario, ſed ad eos tantùm, quorum eſſet iuriſdictio, ſi donatus priuilegio non fuiſſet. h id eſt, occaſione militum, &c. Fori præſcriptio ſeu exceptio tribus ex cauſis hîc competit, propter militiã, dignitatem, ſacerdotium: igitur, militi, magiſtratui, & ſacerdoti competit. i Miles apud magiſtrum militum *l. penult. j. de iuriſd.* Clerici, apud Præſidem in prouinciis, aut apud P. Prætorio in vrbe conueniri poſſunt *l. 31. ſ. de epiſcopis.* k *vide l. 7. j. de Iuriſdict.* l *l. 51. ſ. de epiſcopis.* Nouel. 136. *cap.* 1. m forte ex *l. ſi conuenerit 8. ff. de Iuriſdict.* Verùm ibi licuit ante aditum iudicem pœnitere. Aliàs aditione fit competens. n Græca locutio, *Si.* pro *An.* o Pacto renunciare foro poſſumus. p Prima decidendi ratio. q *l. 7. §. 7. ff. de pactis.* r Foro poſſumus renunciare. ſ Imò, cur non valere debẽt? valent præſertim re integra *l. 18. ff. de iuriſdict.* Solue, dicta lex 18. negat pactum nudum ſufficere ad fori renunciationem. aliud in pacto veſtito cohærẽtia contractus *vt hîc.* t ſecunda decidendi ratio ſatis infirma. Multis enim caſibus renunciare non licet iuri ſuo: putà dotis priuilegiis. *l. 2. ff de pactis dotalib.* alimentis. *l. 8. ff. de tranſact.* cautioni vſusfructus *l. 1. j. de vſufr.* Verùm dici poteſt, quemque iuri pro ſe introducto poſſe renunciare, lege nominatim id permittente. u eodem pacto ex regulis iuris, ius à ſe inductum confirmat Iuſtinianus *l. 30. j. eo.* x *l. 7. §. 54. l.*

31. *l. 43. l. 46. in f. ff. eod. l. 4. §. 4. ff. ſi quis cautionibus. l. 41. ff. de minorib. l. 24. §. 8. ff. de dãno: l. 23. 27. ff. de reg. iur.* y Nota genera iudicum qui ſequuntur, Pedanei, compromiſſarij, arbitri, electi. z Iudicum alij pedanei, compromiſſarij, arbitri. a Litem ſuã facere quid *vide in l. vlt. ff de extraordin. cognit.* b ne dicas Cæſaris aduocatum cum Accurſio, ſed vrbis Cæſareæ Palæſtinæ, vnde Palæſtina aduocatio dicũtur *l. pen. j. de fideiuſſ.* c Coruina conuẽtio eſt, paciſci de viuentis hereditate, eo ignorante. *l. 2. §. 2. ff. de vulgari: l. 1. §. 21. ff. de collat. bonorum.* d i. an, vt lege 29. *ſ. eo.* e Viuentis non eſt hereditas. Ideoque ſi quis ita emerit pro ſe ſuiſq; filiis & heredibus, vel ſi quis ita conceſſerit mihi, & filiis, & heredib. vel ita heredẽ inſtituerit, me, liberos meos, & heredes, liberi mecum non cõcurrũt, quia me viuo heredes nõ ſunt. Aliud erit ſi quis me & filios meos heredes inſtituerit. *v. Graſſ. lib. ſent. §. hered. q.* 4. f Ita veterib. regulis ſuas deciſiones cõfirmat Iuſtinianus *l. 29. ſ. eod.* g *l 6. ſ. eod.* h *d. l. 46. ff. de her. inſt.* i Eo, de cuius ſucceſſione agitur, ſciente, iubẽte, adde & ne quidem in mortis articulo reuocãte, de eius hereditate, licèt viuentis, paciſci poſſumus. Imò non poſſumus, eo etiã permittente. confirmatur enim ſpes paciſcentiũ, qui nihil nõ auſuri ſunt in eum, ex cuius morte ſperant aliquid. Ad hæc, Is de cuius ſucceſſione paciſcitur, de ſua hereditate trãsferenda paciſcens non obligatur *l. 35. ſ. eod. l. 5. j. de pact. cõuent. l. 4. j.*

repelli, & nihil ex his pactionibus obſeruari: niſi ipſe fortè, de cuius hereditate pactum eſt, voluntatem[h] ſuam eis accommodauerit, & in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpacium perſeuerauerit. tunc etenim ſublata acerbiſſima ſpe, licebit eis illo ſciente[i] & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare. quod etiam anterioribus ||legibus &|| conſtitutionibus[k] non eſt incognitum, licèt à nobis clarius eſt introductum. Iubemus etenim, neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus eſſe admittendas, neque alium quemquam contractum: cum in alienis[l] rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci, ſecta temporum noſtrorum non patiatur. Dat Kalen. Nouemb. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

DE TRANSACTIONIBVS[m].

Tit. IIII.

De pactione vel tranſactione facta cum quibuſdam ex tutoribus vel curatoribus.

1. Imp. *Antoninus* A. Celerio.

NEQVE pactio neque tranſactio cum quibuſdam ex curatoribus[n] ſiue tutoribus facta, auxilio cæteris eſt in his, quæ ſeparatim communitérve geſſerunt, vel gerere[o] debuerunt. Cùm igitur tres curatores habueris, & cùm duobus[p] ex his tranſegeris: tertium conuenire non[q] prohiberis. Dat. Kalend. Maij, Gentiano & Baſſo Conſſ. 212.

De metu litis.

2. Idem A. Luctatio.

CVm te proponas cum ſorore tua de hereditate tranſegiſſe, & ideo certam pecuniam ei te debere cauiſſe: etſi[r] nulla[ſ] fuiſſet quæſtio hereditatis: tamen, propter timorem[t] litis tranſactione interpoſita, pecunia[u] rectè cauta intelligitur, ex qua cauſa ſi fiſco ſoluiſſes[x], repetere[y] non poſſes: &, ſi non[z] ſoluiſſes, tamen iure conuenireris. PP. 3. Id. Auguſt. Ant. A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

De Actione adminiſtratæ curæ.

3. Imp. *Alexand.* A. Tulliæ.

AGe cum Geminiano[a], quod pater eius curator tibi datus negotia tua geſſerit. & ſi apud iudicem negabit ſe hac actione teneri, quoniam[b] tranſactio &[c] Aquiliana ſtipulatio[d] interpoſita eſt: iudex contemplatione[e] iudicij, quod bonæ[f] fidei eſt, quæret, de quanta pecunia nominatim tranſactum ſit. & ſi apparuerit de minore tranſactum[g] quantã pecuniam reliquã ex adminiſtratione curæ deberi probatũ fuerit, ſoluere eum iubebit[h], quod non in ſtipulationem Aquilianam obligationis iure tãtum deductum eſt,

de inutil. ergo nec paciſcentib. conſentire. Solue, hoc noſtro caſu, qui conſentit, hereditatem ſuam non promittit abſolutè, cùm ante mortem ſuam voluntatem mutare poſſit. k *l. 2. C. Theo. fa. erciſ.* l *l. 2. ff. de pign. l. 38. §. 4. ff. de ver. obl.* Rem alterius donare non poſſumus. m *2. ff. 15. 2. Co. Theo. 9. Cod Gregoriano & Hermogeniano tit. de pactis & tranſact.* περὶ διαλύσεων 11. *Ecl. 2. 1. Harmen.* 10. 1. *extra* 36. Tranſigere, eſt cauſam ſeu litem *l. 16. j. eod.* rem *l. 1. ff. eod.* controuerſiam *l. 14. ff. eo.* vel futuram *l. 2. j. eo.* vel pendentem, aut motã *l. vlt. j. eo.* dubiam tamen *l. 12. j. eod.* incertam, nondum finitam *d. l. 1.* conſenſu *l. 13. l. 41. j. eo.* certa conditione *l. 25. j. eod.* certa lege *l. 14. ff. eo.* i. aliquo dato. *l. 6. l. 37. j. eod. l. 65. §. 1. ff. de condict. indeb.* retento *l. 37. j. eo.* vel accepto *l. 24. j. eo.* vel promiſſo *l. 2. l. 67. l. 38. j. eo.* finire *l. 10. l. 16. l. 29. j. eo. l. 1. ff. eod.* ac decidere *l. 8 l. 17. j. eod.* n Idẽ ſi cũ vno fideiuſſore. Pactum enim ab altero ex duobus fideiuſſoribus factũ, nihil prodeſt. *l. 15. §. 1. ff. de fideiuſſorib.* o Curatores & tutores non modò tenentur ex malè geſtis, ſed ex his quoque quæ debẽt gerere. Quanquam is etiam malè gerere dicatur, qui quæ gerere debeat, omittit. p Qui tranſigit cum duobus ſibi obnoxiis, tertium tacitè liberaſſe non cenſetur *l. 15. ff. de tute. & rationib. l. 3. ff. eo. l. 3. j. res inter alios acta.* q Cur non prohiberis, cùm obligentur plures tutores in ſolidum & in eo ſint correi *l. 38. l. 55. ff. de adminiſt. tutorum: l. 5. j. arbit. tutel.* & pactũ vnius correi, alteri proſit *l. 25. ff. de pactis: l. 3. §. 2. ff. de liberat. legat.* Pactum fuit perſonale, quod alteri non prodeſt *l. 25. D. de pactis.* r De lite nondum mota poſſumus tranſigere *l. vlt. j eod.* ſ Imò non eſt tranſactio, niſi rei dubiæ *l. 1. D. eod. l. 22. D. de in ius vocando: l. 2. D. ſi quis caut.* t Propter litis metum tranſactioni locus eſt. Satis eſt ad tranſactionem, litis metus. Hoc ipſum quod à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe tranſigendi *l. 65. §. 1. D. de condict. indeb.* u Pecunia tranſactionis nomine cauta, iure peti poteſt. x quid? quam ſummam, num dicemus viceſimam hereditatis, quæ fiſco ſoluebatur, vt vult Cuia. *9. obſ.* 24. Aut verò id ꝙ Luctatius ex trãſactione dare debuit ſorori ſuæ, cui fiſcus iam ſucceſſerat, vt vult Accurſ. & Hot. aut certè qui ſorori ſucceſſiſſet, vt vult Donellus? y *l. 23. j. eod.* Solutum tranſactionis cauſa non repetitur. z Promiſſum tranſactionis cauſa, condici nõ poteſt. a herede tui curatoris ſcil. b Prima dubitandi ratio hinc ſumitur. Nam lis per tranſactionem finita prætextu minoris quantitatis inſtaurari non põt *l. 78. in f. D. ad Trebel.* c Altera dubitãdi ratio hinc ſumitur: Nam Aquiliana ſtipulatio actionem perimit. *l. 4. D. eo.* d i. acceptilatio. Solet. n. Aquilianæ ſtipulationis verbo acceptilatio, quę illam ſequitur, intelligi *l. 5. l. 15. D. eo.* & è cõtra *v. Cuia. 5. obſ.* 36. e Decidendi ratio. f negotiorũ geſtorum actionẽ intelligit. *§. 28. Inſti. de act. l. 7. D. de negotiis: l. 5. D. de obl.* g tranſactum eſſe quantitatem pecuniæ, quam ex adminiſtratione, &c. *Hal.* h cur ita? *v. l. 5. D. eod.*

a Actio per acceptilationem extingui solet. Extincta semel actio resuscitari nõ põt altero inuito. At enim dixeris, eũ qui accepto tulit deceptum fuisse? Antiqua ei non restituetur, sed eius loco dabitur de dolo actio, nisi is transigendo etiam dolum aduersario remiserit. b Cur nõ tutelæ & curæ? quia subtilitate iuris Aquiliana stipulatio etiam dolo malo facta, tutelæ administrationi interposita, ipsę tutelę actionem extinguit *l. 9. §. 2. ff. eo. l. 36. ff. de verb. obligat.*

c Doli actio subsidiaria ei est, qui dolo inductus reo debitori acceptò tulit debitũ. *vt hic. & l.1.§. si quis. ff. de dolo:* quemadmodum & metus causa actio ei datur, cũ j. acceptilatio metu extorta *l. 21. § si metu. ff. quod metus causa.*
d Doli actio olim annua: iure nouo, biennij. *l. vlt. j. de dolo.*
e bienniũ *l. vlt. j. de dolo.*
f Si de dolo trãsigendũ, specialiter remitti oportet.
g Heredes tutorum tutelæ tenentur.
h Transactio legitimè facta à maiore 25. annis nõ rescinditur.
i de eo dixi *ad leg. 17. §. tit. prox. adde l. 17. j. de fid. inst.*
k Partis confessione nulla melior & efficacior haberi potest probatio *v. Roland. a Valle 1. consil. 21 nu. 2.* Idẽ operatur confessio, quam publicũ instrumentũ *Bald.*
l Instrumẽta ad id inuenta sunt vt probent.
m Solet enim trãsactio interponi dato aliquo vel retento *l. 38. j. eod.*
n Negotium quod hic gestum est. Do vt des. Nam actor hic remittit actionẽ, vt ei pars hereditatis detur.
o De querela inofficiosi potest transigi.
p Iustam defuncti transactionẽ heredes rescindere nõ possunt.
q Imò sinit quoniam transactio inofficiosi querelam integram relinquit. *l. 27. ff. de inofficioso.* Dic aliud esse in filio q querelã instituit, aliud in eius herede *l. 15. §. 1. l v. in f. cũ l. sequen. ff. de inofficioso.* Cur aliud? quia heredi alia actione succurritur, æquum fuit grauẽ actionẽ inofficiosi non concedi. Defuncti enim existimationem lędit, instituta inofficiosi actio *l. 2. l. 5. ff. eod.* Quod si quæris quæ sint illæ actiones quibus heredi succurratur dic *vt in vers. verum. j. eod.*

ctum est, quanta erat quantitas pecuniæ quæ debebatur. Dat. Prid. Id. August. Maximo II. & Æliano Consf. 224.

4. Idem A. Numidio.

ACtione administratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis annos compleuit, in Aquilianam stipulationem deducta, & per [a] acceptilationem extincta, nullam [b] aliam superesse [c], nisi de dolo intra [d] concessa tempora [e], non ambigitur: nisi specialiter [f] etiam de dolo transactum sit PP. I. Non. Martij, Alexandro A. II. & Marcello Consf. 227.

De transactione cum herede tutoris sine scriptura.

5. Idem A. Euocato.

CVm te transegisse cum herede [g] quondam tutoris tui profitearis: si id post legitimam [h] ætatem fecisti, frustra desideras, vt à placitis recedatur. licet enim (vt proponis) nullum [i] instrumentum intercesserit: tamen: si de fide contractus confessione [k] tua constet: scriptura, quæ [l] probationem rei gestæ continere solet, necessaria non est. PP. Kal. Mar. Albino & AEmiliano Consf. *

De Querela inofficiosi, de actione ex stipulatu, vel præscriptis verbis.

6. Idem. A. Pomponiis.

CVm mota inofficiosi querela matrẽ vestram cum diuersa parte transegisse, ita [m], vt [n] partem bonorũ susciperet, & à lite discederet, proponatis: instaurari quidem semel omissam [o] querelam per [p] vos, qui matri heredes extitistis, iuris ratio non [q] sinit. Verùm si fides placitis præstita non est: in [r] id, quod interest, diuersam partẽ rectè conuenietis. Aut [s] enim stipulatio conuentioni subdita est: & ex stipulatu actio competit. aut, si omissa verborum obligatio est, vtilis actio, quę præscriptis verbis rem [t] gestam demonstrat, dãda est. PP. VIII. Id. Ian. Agricola & Clemẽte Cõs. 231.

De procuratore.

7. Imp. *Gord.* A. Iunio militi.

TRansactionis [u] placitum ab eo interpositum, cui causæ actionem [x], non [y] decisionem litis mãdasti, nihil [z] petitioni tuæ derogauit. PP. XIIII. Kal. Ian. Gordiano A. & Auiola Consf. 240.

De alimentis.

8. Idem A. Licinio.

DE alimentis [a] præteritis [b], si quæstio deferatur, transigi potest. De futuris autem sine [c] prætore seu præside interposita transactio, nulla auctoritate iuris censetur. PP. X. Kal. Ian. Pio & Pontiano Consf. 239.

De possessione.

9. Idem A. Agripino.

SI super [d] possessione, quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris à fratre vxoris tuæ, pactum conuentum & stipulatio inter vos (vt allegas) interposita est, vt, si [e] intra diem certum decẽ aduersarius tuus autem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes, vel [f], si eam inferre quantitatem non curasset, vlterius quæstionem non patereris: &, is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit: cõsequens est te ad quem res pertinet, vim [g] ab eo pati non debere. Cui [h] rei gratia vir clarissimus præses [i] prouinciæ interpellatus [k] vim ||fieri|| prohibebit [l]: pręcipuè cum, etiam si in [m] rem diuersę parti actio competeret, huiusmodi pactione [n] propter vtilem exceptionem posset submoueri. PP. VI. Id. April. Gordiano Aug. II. & Pompeiano Consf. 242.

r Qui iniustam transactionem impugnat, tenetur in id quod interest. s Ob non seruatam nobis fidem transactionis, id quod interest petimus vel ex stipulatu (si stipulatio transactioni interuenit) aut præscriptis verbis, si stipulatio omissa. t Præscriptis verbis actio rem gestam i. ipsum factum demonstrare solet *l. 1. j. de reuocand. iis quæ in fraud. v. quæ notaui ff. de præscript. verb.* Hinc etiam colligunt, Transactionem contractũ esse innominatũ, cùm ex ea detur præscriptis verbis actio u *l. 2. Cod. Gregoriano eod.* x Actionis executor, litisue procurator transigere, decidere, solutionem acceptare non potest *l. 13 ff. de pact. l. 86. ff. de solutionib.* y Actionem causę habẽtis procuratoris, & decisionẽ litis habentis differentia. Hic, non ille transigere potest. z Imò derogare videtur. Nam post litem contestatem, procurator efficitur rei dominus *l. 11. ff. de doli except.* solus procurator, de quo hîc agitur, procurator ad negotia gerenda non ad litis decisionem fuit. a De alimentorum transactione hoc paucis notandum, De alimentis testamento, codicillis aut mortis causa donatione relictis, transigere non possumus *l. 8. §. 2. ff. eod.* nisi præterita sint *vt hic.* Atqui de futuris etiam pacisci possumus *v. hic Donellum num. 8.* ergo & transigere. proniores sunt homines ad transigendum, quàm ad paciscendum, Paciscentes donant *l. 1. ff. eo.* transigentes etiam aliquod modicum præsens accipiunt. b Cur de præteritis licet, de futuris non licet? Nemo in præteritum viuit, licet iam vixerit, ea tamen nunquam ad præteritã vitam à defuncto fuerunt destinata, ideoq; contra testatoris voluntatem non transigitur. c Cur de alimentis testamento relictis transigere vetatur? non vt non egeat legatarius, id. n. falleret in diuite. sed & nemo alimenta legata possit gratis remittere. non vt honos præcisè habeatur voluntati defuncti: nunquam enim transactio permitteretur. Dicendum ergo prohiberi non præcisè, sed causa cognita. d de *Hal.* e Transactio fieri potest sub conditione. f quinetiam possidendi causam nobis stipulari possumus. g Is, cui trãsactione libera fundi possessio cessa est, vim pati nõ debet. h Minas aut vim inferentem repellit prætor officio suo: vel potius interdicto vti possidetis i. *l. 1. ff. vti possidetis.* i *l. vlt. ff. quod metus causa: l. 1. ff. vti possidetis.* k Iudex officium suum nõ impertitur nisi rogatus. Vide tamen hîc Decium. l *l. vlt. D. quod metus.*

m ex hac pactione exceptio datur aduersus actionem in rẽ *vt hic* rectè. duplex enim retinẽdæ possessionis via est, aut exceptio, aut interdictũ *l. 1. §. 3. D. vti possidetis.*
n Trãsactio potest fieri sola promissione, hoc est, etiãsi nihil datum sit.
o Patrui nepotib. ex fratre cõtra fidẽ sanguinis quæstionem status, & successionis paternæ mouent.
p De statu & successione trãsigere licet.
q *l. 16. j. eo.*
r *v. l 16. §. de pactis: & l. 1. eod.*
s & ita abrogatur sententia apud Paulum 4. *sent. 1. §. 13.*
t quæ, cum rara sit, summopere retinenda.
u Votum mortis alterius improbandum.
x i. non ei minor.
y minor nõ restituitur aduersus trãsactionẽ.
z In reciproca remissione minor nõ restituitur. quia vbi par conuentio est, lædi nemo intelligitur.
a In eo transactio differt à pacto *l. 1. D. eod. 1. Harmẽ. 10. §. 14.*
b Dubietas, nota transactionis *l. 1. D. eod.*
c Dubitandi ratio elicitur hoc ex loco: quoniã hic administrator plerumque tutor appellatur, & sicubi tutor aut curator domini locum obtinet *l. 27. D. de admin. tutorũ.*
d i. gratiosè *j. eo. l. 4. D. de decretis ab ordine faciẽd.* quodcumq; fit gratiosè in perniciem reipub. nullius est momenti.

De lite non renouanda.

10. Imp. *Philippus* A. Apollophaniæ.

FRatris tui filiis de paterna successione ac statu etiã nunc contra [o] fidem sanguinis, itemq; placitorũ [p], quæstionẽ inferre parum probe postulas. nullus etenim erit litium [q] finis, si à transactionib. bona fide interpositis cœperit facilè discedi. PP. Prid. Kal. Apr. Peregr. & AEmil. Consf. 245.

De fideicommisso reciproco.

11. Impp. *Valerianus,* ||*Galienus*|| AA. & *Valerianus* nobilis Cæsar Caiano militi.

DE fideicommisso à patre inter te & fratrem tuum vicissim [r] dato, si alter vestrum sine liberis excesserit vita, interposita trãsactio rata [s] est: cùm fratrum concordia [t], remoto captandæ mortis alterius voto [u] improbabili, retinetur. & non potest eo casu rescindi, tanquam circumuentus sis: cum pacto tali consenseris: neque eam [x], cui subueniri solet, ætatem agere te proponas [y]: nec, si ageres, iisdem illis de [z] causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes PP. XV. Kal. Decemb. Valeriano & Gallieno AA. vtriusque II. Consf. 256.

De administratoribus ciuitatis.

12. Iidem A. Primo.

PRæses prouinciæ existimabit: vtrum de [a] dubia [b] lite transactio inter te & ciuitatis [c] tuæ administratores facta sit: an ambitiosè [d] id, quod indubitatè deberi posset, remissum sit. nam priore [e] casu ratam manere transactionem iubebit: posteriore verò casu nocere ciuitati gratiam [f] non sinet. PP. XVI. Kal. Mart. AEmiliano & Basso Consf. 260.

De metu & dolo. De domino & seruo.

13. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Probæ.

INterpositas [g], metus causa transactiones ratas non haberi, edicto [h] perpetuo continetur [i]. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea, quæ consensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis [k] periculum, vel corporis cruciatum [l] contineat. Ad vim tamẽ vel dolum arguendum qualitas causæ principalis non [m] sufficit. vnde, si nihil tale probari potest consensu quæstiones terminatas minimè instaurari oportet. Sed quoniam eum, cum quo te trãsegisse commemoras, ex ancilla ||tua|| natum, seruum tuum esse adseueras: si [n] vera sunt, quæ precibus complexus es, alia ratio pactum reformat. nec enim dubij iuris est, dominos cum [o] seruis suis paciscentes, ex placitis teneri atque obligari non [p] posse. S. IIII. Nonas April. Byzantij, ipsis IIII. & III. AA. Consf. 290.

Si à transactione recedatur.

14. Iidem AA. Sopatræ.

SI diuersa [q] pars contra placitum agere nititur [r]: ęquitatis ratio suadet [s] refusa [t] pecunia (cùm & [u] tu hoc desideras) causam ex integro agi. PP. IIII. No. Iul. ipsis IIII. & III. AA. Consf. 290.

De Aquiliana stipulatione, & acceptilatione.

15. Iidem AA. Pontio.

VT [x] responsum congruens accipere possis, insere [y] pacti exemplum. ita enim intelligemus, vtrum sola con-

e Trãsigere administrator reipubli. vel ciuitatis potest, at non donare. Aliud est enim donatio & administratio *l. 7. D. de donat. l. 7. §. si tutor D. pro emptore l. 2. §. ius reipublicæ D. de administ. rerum.* f Ciuitatis administrator trãsigere põt de re ciuitatis, at nõ debitũ liquidũ remittere. g *10. Eclo. 2. ex lib. 11. tit. 2. c. 21.* h *l. vlt. D. eo. l. 1. quod met.* in genere, at indefinitè. vnde edictũ pertinere videtur ad quemcumq; metũ. k *v. l. 8. j. de rescindẽda.* hinc videtur excludi metus reuerẽtialis. vt sit sensus, Transactionẽ inter patrẽ & filiũ initã valere, nec rescindi metus reuerentialis prætextu: cũ is tantùm metus transactioni sit contrarius, qui salutis periculũ &c. inferat. quod in filiab. verum esse negat Hot. *consi. 7.* l τιμωρίας *synop. Basil. d. loco.* m Imò, qualitas facti sufficit *l. 10. j. de rescind.* solue, Facti qualitas, i. atrocitas, sufficit *l. 9. j. de his quæ vi.* Causa, i. personarum qualitas, nõ sufficit *l. 6. d. tit. l. vlt. D. quod met. causa.* Qualitas personarũ, putà si patronus *vt hic.* n nec enim falsis precib. principes indulgent. o Transactio inter dominũ & seruũ nõ cõsistit *le. 6. j. an seruus. l. 36. j. de liberali: l. 4. D. de iudicijs:* An idem in adscriptia? v. Cuia. *12. obs. 35.* p teneri posse videbatur. Nam pacto naturalis obligatio constituitur *l. 95. §. naturalis. D. de solutionib.* Est verò seruus naturalis obligationis capax *l. 13. l. 64. D. de condict. indebiti. l. 14. D. de obli.* q i. aduersa, quæ trãsactionis causa aliquid acceperat. r adde, & sic ipsam nõ impedias, quominus, transactione irrita, causa ad priorẽ statum redeat. s Imò dissuadet. Nã cùm ius Transactionis edicto sit confirmatum publicũ videtur: Ius autẽ publicũ pacto mutari non potest *l. ius publicum D. de pactis* Dic pacisci nos non posse aduersus edictum iubens aut prohibens *l. 7. §. ait prætor D. de pactis.* posse, si edictũ permittat: *l. 41. D. de minorib.* t Transactione rescissa mutuo partiũ consensu, quidquid aut ab vno, aut hinc & inde datũ & acceptũ erit, restitui oportet *l. 17. j. eo. adde l. 41. j. eo. l. 96. §. 1. D. de solutio.* u Aduersus transactionem, vtroq; cõsentiente instaurari lis potest. x Trãsactio ipso iure tollitur per acceptilationem ei subiunctã *l. 2. l. 3. j. de acceptilat. l. 4. l. 32. hoc tit.* Quid si non sit subiecta: per exceptionẽ, idque prætoris beneficio *l. 28. j. eo.* Idem in re iudicata est. *l. 1. D. de except. rei iudic.* Aliàs transactione, vt re iudicata, finiri lites dicuntur *l. 20. j. eo. l. 1. in f. D. ad Tertull.* y Ius ex facto oritur.

uentio fuerit, an etiam Aquiliana ſtipulatio nec non & acceptilatio ſecuta fuerit. quæ ſi ſubdita eſſe illuxerit, nullam [a] aduerſariæ tuæ petitionem hæreditatis, vel in rem ſpecialem competere, palàm eſt. PP.XV.Kal.Auguſt.ipſis IIII. & III.AA.Conſſ.290.

De lite non reſuſcitanda.

16. Iidem AA.& CC.Cæcilio.

CAuſas[b] vel lites tranſactionibus legitimis finitas, imperiali reſcripto[c] reſuſcitari non[d] oportet. S.V.Id.Mart. ipſis V.& IIII. AA.Conſſ.293.

Si is, qui quid tranſactionis cauſa accepit, de conuentione reſiliat.

17. Iidem AA.& CC.Marcello.

CVm proponas: ab ea, contra quam ſupplicas, litem, quam tecum habuit, tranſactione deciſam eámque acceptis [e] his, quæ negotij dirimendi cauſa placuerat dari, nunc de conuentione reſiluiſſe: ac petas vel pacto ſtari, vel[f] data reſtitui: perſpicis: ſi quidem de his reddendis *manente*[g] *tranſactionis placito*, ſtatim ſtipulatione, ſi contra fecerit, proſpexiſti, & vigintiquinque annis maior fuerit: quòd exceptionem[h] pacti[i], &[k] actionem[l] datorum habeas. quod ſi nihil tale conuenit: exceptio tibi[m]: non etiam eorum, quæ dediſti, repetitio cõpetit, parta ſecuritate. PP.V.Id.Iun.ipſis AA.V.& IIII.Conſſ.293.

De publicis criminibus.

18. Iidem AA.& CC.Valenti.

TRANSIGERE[n] vel paciſci de crimine [o] capitali, excepto † adulterio[p], prohibitum non eſt. in aliis[q] autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licet citra[r] falſi[ſ] accuſationem. S. III. Kalend.Septemb. AA. Conſſ.293.

De inſtrumentis poſt tranſactionem repertis.

19. Iidem AA.& CC.Ireneo.

SVb[t] prætextu inſtrumenti poſt reperti, tranſactionem bona fide finitam reſcindi, iura non patiuntur. Sanè ſi per ſe vel[u] per alium ſubtractis inſtrumentis, quibus veritas argui potuit, deciſionem litis extorſiſſe probetur: ſi quidem actio ſupereſt: replicationis auxilio doli mali, pacti exceptio remouetur: ſi verò tam perempta eſt, intra conſtitutum tempus tantùm actionem de dolo potes exercere. Dat.IIII.Kal.Octob.Sirmij, AA.Conſſ.293.

De vi tranſactionis. De nocte.

20. Iidem AA.& CC.Antiſtiæ.

NOn[x] minorem[y] auctoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe, recta ratione placuit. Siquidem nihil ita fidei[z] congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerant cuſtodiri. Nec[a] enim ad reſcindendum pactum ſufficit, quòd hoc ſecunda[b] hora noctis interceſſiſſe proponas: cùm nullum tempus ſanæ[c] mentis maioris vigintiquinque annis conſenſum repudiet. S.IIII. Kalend.Octob.ipſis AA. Conſſ.293.

a Acceptilatio perimit omnem trãſactionem *l.4.s.eo.l.32.j.eo.l.2.3.j.de acceptilationibus l.10.13.s.eo.v.Papo.3.* b *ſynopſis Baſil.c.11.titul.2.ca.24.1.Harmenopul.10.§.10.* c *Notar.15.c.Des reſcrits contre tranſactiens.* d Cur nõ oportet, cùm capite damnatos reſtituat? *l.27.ff. de pœnis. l.pen.ff.de iniuſto.* Reſcriptum illo caſu nemini dãnoſum eſt, aliàs non admitteretur *l.3.l.7.s.de precib.l.2. §.merito ff.ne quid in loco publ.l.12 ff. de religioſ. l. penult.ff.de heredi. inſt.* e *l. 24.j.eo.* f n[illegible] genus pe[illegible] alternati[illegible] vel pacto ſtari, vel datum reſtitui *adde l.14* g Poſſumus hãc clauſulam tranſactioni adiicere, Siquid cõtrà hanc trãſactionem feceris, neque audieris, & eo amplius, quod à me trãſactionis cauſa acceperis, reſtitues *l.16 ff.e. ſynopſis eod.c.27.* h Ex ſtipulatione, actio: ex clauſula, exceptio competit. i ſi aduerſus trãſactionem quid molitur. k Imò alterutrũ tantùm cõpetere videtur: quoniam qui à trãſactione recedit, commodum ex ea percipere nõ debet (hęc enim repugnant, actũ oppugnare, & ex eo commodum exigere *l.8.§.meminiſſe.ff.de inoffic.l.13.§.penult. ff.de iure fiſci.* Denique trãſactione reſoluta, datum eius cauſa condicitur *l. 23. ff. de condict. indebiti.* Præterea qui à tranſactione recedit, fidem & naturalem æquitatẽ violare videtur. *l.1.ff.de pactis.* l i. repetitionẽ. m nolenti ſ. à tranſactione recedi. Itaque ſit hoc cõſtitutum, Indulges aduerſario reſtitutionẽ? refundere à te acceptã pecuniã tenetur *l.14. s.eo.l.40.j.eo.* Nõ vis tranſactionẽ reſcindi? dupliciter tibi conſultũ. habes.n.vel exceptionem & datorum repetitionẽ, ſi eius repetitionẽ ſtipulatus ſis, rata manẽte trãſactione: aut ſi id non ſis ſtipulatus, ſolam exceptionẽ. *l.23.§ penul.in f.ff.de condict.indebit.* Illud amplius eſt, Iuratã tranſactionem oppugnantẽ, infamia notari *l. 41.j.eo.* priuari dignitate *l.17.j.de dignitatib.* ſtellionatus teneri, ideoq; puniri exilio, aut eius loco pœna pecuniaria, arbitrio iudicis *v.Ferrar.in forma. Vt pacta ſeruentur 36. in verbo tranſact.7.n.13.inf.* n *ſynopſis eod.c.26. 1.Harmenop.10.§.3.* o non capitali, *Hotomanus 21. Illuſt.fol.141.* † hæc verba deſunt in C. Gregor. *Cui.6.obſ.* 11. Azo putat maritis hodie permiſſum tranſigere & paciſci cum ſuis vxorib. adulterij nomine *Nou.134.c.10.* p Trib. quæſtionibus res tota definiri poteſt. Primò, Num adulterij crimen capitale ſemper fuerit apud Romanos, de quo v. quę notaui *ad l.30.in f.j.de adult.* Deinde, An de adulterio paciſci liceat. Poſtremò, An de eodẽ liceat tranſigere. De vtraq; quæſtione dicam *ad l.10.j.de adult.* q Publicorum criminum, alia ſanguinis pœnã ingerunt: alia nõ ingerunt. In illis paciſci licet: in his, non licet. Cur tã variè? Licet cuiq; reo quouis modo ſanguinẽ ſuum redimere *l.1.ff.de bon.eor.* licet etiã accuſatori deſiſtere: quia ſi nõ probauerit, punietur eadẽ pœna, qua reus *l.vlt.j de accuſ.* puniri tamẽ volunt pœna pecuniaria *l.3.in f.ff.de præuaricat*: ſed & à quouis poſtea accuſari *l.5.in f.ff.de vi. publ. Hartma.2.Pract.20.obſ.1.* Aliud omnino puto. & admitti huiuſmodi trãſactionem, ſi iuſtam accuſator deſiſtendi occaſionem habuit. potuerunt.n. probationes ei deeſſe. ſin iuſtã neglexit, puniri *l.2.j.de abolitionib.v.Alci.5.paradox.11.* r i.niſi de falſo 11. Ecl.2.c.26.1.Harmen.10. Accurſ.*hîc*: Bart.*hîc nu.4.* Bald.*hîc in pr.* Salic. Alexa.*hîc*: Cui.*6.obſ.11.& 19.obſ.39.* Delrio *hîc nu.141.* Alij aliter interpretantur, hac nimirum ſententia, Neminem de falſo poſſe trãſigere, quin falſum cõmittat *Alci.hîc*: quin in falſi accuſationem incidat *Donel.hîc nu.55.56.& ſeq.* niſi falſi accuſationem ſubire velit, ſine falſi crimine *Hoto.21.Illuſt.fol.142. Sans cõmettre fauſſete. Imbertus in Enchiridio in verbis, En quel cas eſt permis de tranſiger.* Sans ſoy ſommettre à eſtre accuſé de faux. *Papo.1.Notar.6.c.des tranſactions fol.418.* Citra, pro Sine, vſurpatur in lege 3.*j.de vſuris*: *l.1.j.ſi res alien.pignor.l.7.ff.de ſeruis exportandis: l.1.§.1.ff.de vſur.* Poſteriores notant hoc etiam ſeruari in Gallia, vbi de falſo tranſigere non licet. At fortè de iure licuit tranſigere de falſo? Prioris ſententiæ interpretes, hoc voluerunt: poſterioris, negãt. qua de re dicam ſuo loco *ad l.7.j.de falſis.* Quid? paciſci licuitne de falſo? *ibid.* dicam. Cur potius falſi hîc tenetur, qui tranſigit de crimine non capitali, quàm alterius? quia re vera falſum committit. Ecquod illud? dum verum diſſimulat, præuaricatur: dum deſiſtit ab accuſatione, tergiuerſatur *l.1.ff.ad Turp.* & hoc quidem Azo animaduertit *hîc*: & Accurſius in l. de crimine 10.j. de adulteriis: cuius ſententiam video à Donello *hîc* defendi *nu.68.69.* ſ Num omne falſi crimen non capitale? v. quæ dicam *ad l.7.& 16.j.de falſis.* t *ſynopſis Baſilic.11.tit.2.c.27. 1.Harmenop.10.§.14.* u Qui pręciſè vel per alium ſubſtraxit inſtrumenta aduerſarij, vt cum eo tranſigeret vtilius, tranſactione non iuuatur *vt hic.* ¶ An aliud, ſi vterque iuſta ignoratione ductus, vel neuter in dolo? hoc velle videtur lex 29.j.eo. & ita fortè eſt intelligenda lex 78.*in f.ff.d Treb.* quæ negat dari reſtitutionem aduerſus tranſactiones factas cum herede (cuius iuſta eſt ignorantia) grauato fideicommiſſi reſtitutione. vtcumque quadrupli læſio ea continetur. Imò, vt ſit neuter in dolo, ſi tamen tranſactum eſt ex teſtamento, ac poſtea reperti ſunt codicilli, competet actio ei, qui læſus erit *l.3.§.1. hoc tit.* Ad hęc, qui ſic trãſegit, de ſuo iure decidit, nõ viſis veris inſtrumẽtis. Nulla eſt autem trãſactio non viſis neque cognitis verbis teſtamenti *l.6. ff.eo.l.1.§.1.in f. ff.teſtamẽta quẽadmo.* Solue, Inter ignorantes tranſactio inita tenet, non tamẽ in teſtamentariis cauſis *vt s.* reipublicæ *l. 35. ff.de re iud.* & pupilli *l. 3.j.de iure reip.* Eccleſiæ. *Bal.hîc*: & iureiurando delato à iudice inopia probationum *l. 31.ff.de iureiurãdo*: in quib. propter inſtrumenta reperta receditur à litis finitione.

De ſimulata emptione.

21. Iidem AA.& CC.Geminiano.

CVm ea, quæ tranſactionis cauſa dari[d] aut retineri conuenit, velut[e] emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præſcribitur: his, quæ ſimulatè[f] geruntur, pro infectis habitis, fruſtra ficti[g] pretij poſtulatur numeratio. S.V. Nonas Octob.ipſis AA.Conſſ.293.

De doli conteſtatione.

22. Iidem AA.& CC.Alexandro.

SI[h] maior tranſegiſti ad reſcindendã tranſactionẽ de dolo conteſtatio[i] non ſufficit. S.Kal.Dec.ipſis AA.Conſſ.293.

De condictione indebiti.

23. Iidem AA.& CC.Tatiano.

NEc intentio[k] creditorum Archimedori[l], cui alios ſucceſſiſſe profiteris, ſi obligatus pro eo non fuiſti, tenere te[m] poteſt: ſed hoc integro[n] negotio tractari conuenerat. nam cùm iam quæſtionem tranſactione deciſam, & à te dari placitam, numeratã pecuniam proponas: huius indebiti ſoluti prætextu, improbè tibi petitionem decerni poſtulas: cùm[o] etſi tantum in ſtipulationem fuiſſet deducta: indebiti promiſſi velamento defendi non poſſes. Dat.VIII. Idus Mart.CC.Conſſ.294.

De ſolutione partis.

24. Iidem AA.& CC.Victorino.

SI[p] quidem ex cauſa tranſactionis acceptis ||his,|| quæ inſtrumento continentur, nihil[q] amplius peti conuenit: aduerſariam tuam exceptionis auxilio defendi perſpicis. Sin verò certam quantitatem, quaſi[r] ſolam ab ea debitam, reddere ſe debere: ſine litis deciſione confeſſa eſt: tam eam, quàm reſiduam debiti partem petere minimè prohiberis. S.V.Non.April.Sirmij, CC.Conſſ.294.

De tranſactione vel donatione ob ſpem futuræ ſucceſſionis facta.

25. Iidem AA.& CC.Marcellæ & Quirillæ.

SI maiores vigintiquinque annis cum patruo ſiue auunculo veſtro tranſegiſtis, vel ei debita donationis cauſa ſine aliqua condition[ſ] remiſiſtis: non idcirco[t], quòd[u] hoc eius hereditatis captandæ[x] cauſa, id eſt, ſpe[y] futuræ[z] ſucceſſionis, vos feciſſe proponatis, aliis ei ſuccedentibus inſtaurari finita debent. S.II.Id.Apr.CC.Conſſ.294.

An tranſactio mutua noceat liberis.

26. Iidem AA.& CC.Dionyſiadæ.

x Imò minor eſt. Nam ex re iudicata infactũ & ex iureiurando datur actio, *l.8.j. de reb. credit.* non ex tranſactione *l.27. & l.ſeq.ff.de iureiu.* y An idem ſit tranſactio iureiurãdo firmata? Caius ait *in d.l. 31.in f.* Rolãdus à Valle refert contrariam ſententiam eſſe veriorem communi interpretum opinione *1. cõſil. 13.nu.27. huc refer Fornerium 2. ſelect. 9.* quia ex vtraque naſcitur exceptio *l. 28.j. eod. l.1.j. de exceptionib.* Harmenopul. ait, trãſactionis maiorẽ authoritatẽ eſſe *1.tit.10.* z *l.1.ff.de pactis.* a Nõ occupacta, trãſactiones, ſtipulationes fieri poſſunt *vt hic.* An & actus ciuiles, legitimi & legis actiones. Hoc negat, ideoq; noctu teſtamentũ fieri nõ poſſe, licèt noctu ſignari poſſit *l.22.in f.ff.qui teſtã.* quod nõn probo. Nã ſi nocte teſtamentũ ſignari & ſubſcribi põt *ſynopſis Baſil.35.tit.1.c.23.5.Harme.1.§.10.* igitur & fieri nocte teſtamentũ poteſt. vno enim & eodẽ actu teſtamentũ fieri debet *l.28.Co. de teſtamẽtis.* b ea eſt nobis ſeptima poſt meridiẽ: Quæ nobis hora ſeptima poſt meridiẽ, ea Romanis ſecũda hora noctis. huc refer *l.8.ff.de feriis: l.8.ff.de ſeruit.l.5.in f.ff. qui teſtamẽ.l.7.D.de vſucap.l.2.in f.D.de verb.ſign.* Trãſactio noctu fieri põt, ſi teſtamẽtum noctu ſignari poteſt *l.22.§.6.D.qui teſtam.* Poteſt etiã arbitriũ ferri. An ſententiæ? Oldendorp. negat, *arg. l.2.§.3.j.de orig.iur.l.1.§.8. D.quãdo appellandũ. adde Socinum regula 359.* Nou.82.c.3.v.Oldẽd.c.22.*de re iud.* c Sanę mẽtis hominib. licet quauis hora tranſigere. Tẽpus igitur trãſactionis nõ officit, ſed mẽtis imbecillitas. d Trãſactio fieri ſolet, re aliqua data aut retẽta *l.38.j.eo.* e ſenſus eſt. Quoties in aliquo inſtrumẽto, dicis cauſa, ſcribitur reũ trãſactionis cauſa debere, emptionis nomine pretiũ ab eo peti nõ põt. quia ficti i. ſimulati pretij, vel ſimulatę vẽditionis nulla petitio eſt: & ita veritas tranſactionis præualet fictæ venditioni *l.5.D.de contr. empt.l.54.D. de obli.l.16.D.de reg. iur.* Igitur ex tranſactione cui vẽditionis nomen accommodatur, venditi actio nõ competet. f Simulata pro infectis habẽtur *v.j.plus valere quod agitur.* g *l.9.in f.j de contra. empt.* h *ſynopſis Baſilic.11.tit.2.c.30. 1. Harmenop.10.§.15.* i *Eclo.2.c.30.*i. proteſtatio facta extraiudicialiter paulò ante, vel paulò poſt cũ amicis vel vicinis, abſente eo qui cũ trãſigitur *l.9.j.de his quæ vi*: paulò poſt ἅμα τῷ γένεσθαι τὴν διάλυσιν *Ecl.ibid.1.Harmẽ.10.in f.* tranſactioni factæ nõ obeſt. k Exceptio, Nõ ſũ hæres, oppoſita creditorib. hereditariis, eſt exceptio intẽtionis. *Bald.hîc*: Intẽtionis dicitur, quę in facto verſatur. Ea iuris exceptioni opponitur. Iuris exceptio eſt, quoties æquitas ſtricto iuri opponitur. v. Oldend.*c.3.excep.n.5.* l Artemidori *Hal.* m te nõ põt, quidã ita legũt, & malè: ſenſus eſt, Nõ hæredẽ, nõ teneri pacto defuncti, niſi vel pro eo obligatus fuerit, vel niſi vt heres ſoluerit. n i. nulla quantitate crediorib. defuncti à te numerata. o Nota argumentũ, Cui denegatur indebiti promiſſi exceptio, multo magis ei denegabitur indebiti ſoluti repetitio *l.65.§.1.ff.de condict.indeb. adde l.3.ff.de confeſſis.* p Non præſumitur igitur facta hęc cõfeſſio animo trãſigendi. q Cui facta eſt promiſſio, nihil amplius peti, is debere deſinit. debere, inquã, eius rei nomine, qua de agebatur: non aliarũ *l.31.j.eod.* Igitur partis confeſſio reliquã debiti partẽ non extinguit: neq; tranſactionis vim obtinet. *vt hic* ſic partis ſolutio, in reliquã debiti partẽ litem non extinguit. dixi *l.7.j.de except. l.6.j.de ſolutioni.* r ſit hoc argumentũ. Quinquaginta aureos debes, ſolue. Actio. Atqui vel chirographum vel mea confeſſio, qua niteris, nihil aliud innuit, quã me quinque redditurum, Exceptio. Tua confeſſio qualitates alias nõ excludit. Replicatio. Rei veritas, nõ opinio debitoris ſpectãda, Deciſio. ſ expreſſa *l.7.j.de condict.ob cauſ.* t regulariter enim, ob cauſã datũ, cauſa nõ ſecuta condicitur *l.1.D.de condict.cauſa data.* u hinc illud interpretũ, Propoſitũ in mente retentũ nihil operatur *adde 1.Harmen.10.in f.* x *l.11.j.de teſtam. militis.* y ſpe datũ, ſpe nõ ſecuta, non cõdicitur *l.3.§.ſed ſi ſeruus. D.eo.l.12.j.de donat. ante nupt.* z ſpes hæc inhoneſta *l.penult.s.de pactis.*

TRansactione matris, filios eius non [a] posse seruos [b] fieri, notissimi [c] iuris est. S. Id. Apr. CC. Conss. 294.

De ægroto.

27. Iidem AA. & CC. Catoni

SAnum [d] mente [e], licèt [f] ægrum corpore, rectè transigere, manifestum est. nec postularc debueras improbo desiderio, placita rescindi valetudinis corporis aduersæ velamento. S. V I I. Idus Maij, CC. Conss. 294.

De actis & scriptura.

28. Iidem AA. & CC. Sapparitæ.

SIue [g] apud acta rectoris prouinciæ siue sine [h] actis scriptura intercedente vel non [i], transactio interposita est: hanc seruari cõuenit. ¶Sed quoniã, *vt* [k] *certum quid accipias*, conuenisse te, licet sine [l] scriptura, proponis, nec huius rei causa stipulationem secutam esse: quamuis ex pacto non potuit nasci actio: tamen rerum vindicatione [m] pendente, si exceptio pacti opposita fuerit doli mali vel in factum replicatione vsa, poteris ad obsequium placitorum aduersarium tuum vrgere. Dat. I I I. Non. Iul. CC. Conss. 294.

De Speciebus post transactionẽ repertis, & de errore.

29. Iidem AA. & CC. Martiæ.

SVb [n] prætextu specierum [o] post repertarum: generali [p] transactione finita, rescindi prohibent iura. Error autem circa proprietatẽ [q] rei apud aliũ extra personas transigentium tempore transactionis constitutæ, nihil potest nocere. S. I I I I. Kal. Octob. CC. Conss. 294.

De dolo.

30. Iidem AA. & CC. Antonino.

TRansactione finita: cùm [r] ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quam eorum contra quos preces fundis, confitearis: instaurari, graue, nec non criminosum tibi est. S. V. Idus Octob. Crebro, CC. Conss.

De clausula nihil amplius peti.

31. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI de certa [s] re pacto transactionis interposito, hoc comprehensum erat, *nihil* [t] *amplius peti*: etsi [u] non additum fuerat, *eo nomine*: de cæteris tamen quæstionibus integra permaneat actio [x]. PP. I I I I. Idus Octobris, Byzantij, CC. Conss. 294.

De re iudicata.

32. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

SI [y] causa cognita prolata sententia, sicut iure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solemnitate suspensa [z] non est: super [a] iudicato frustra transigi, non est opinionis incertę: Proinde si [b] non Aquiliana stipulatione & acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti, præses prouinciæ vsitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit S. V I I I. Kalen. Nouemb. CC. Conss. 294.

De euictione.

33. Iidem AA. & CC. Euchrusio.

SI pro fundo, quem petebas, prædium certis finibus liberum [c] dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis vigintiquinque fuisti: licèt [d] hoc prædium obligatum post, vel [e] alienum pro parte fuerit probatum: instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sanè, si placita seruari secuta est: vel, si non intercesserit, præscriptis [f] verbis actione ciuili subdita, apud rectorem prouinciæ agere potes. Si [g] tamen res ipsas apud te constitutas, ob quarum quæstionem litis intercessit decisio, fiscus vel alius à te vindicauit, nihil petere potes. S. V. Id. Nouẽb. Melantiadæ, CC. Conss. 294.

a Posse videbatur: quia mater ad liberalem causam exercendam admittitur *l. 3. §. 1. ff. de liberali causa.* b *l. 1. ȷ. res inter alios: l. 13. ȷ. de probation. l. 6. leg. 10. ȷ. de liber.* aut spurios *l. 29. in f. ff. de probat.* c Cur notissimi? Ius libertatis pacto mutari non potest *l. 6. l. 10. Cod. de liberali causa.* d *adde l. 3. ȷ. qui test. l. 2. ff. qui testa.* e aliàs mente non sana. consentire non potest, qui sentire non potest. *l. 8. ff. de optione legata.* f aliàs corpore affecto. mens affecta minus sana est l. 1. §. *apud Vlpianũ l. 4. ff. de ædilitia. l. 17. ff. qui testã.* g καὶ ἐν ὑπομνήμασι καὶ χωρὶς ὑπομνημάτων καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως. id est, & apud acta & sine actis: & scriptura & sine scriptura transactio facta stabilis est *synopsis Basili. 11. tit. 2. c. 36. 1. Harmen. 10. §. 2.* h Trãsactio extra iudicium fieri potest 11. *Eclog. 2. c. 36.* i Trãsactio scripturam non requirit *v. l. 5. inf. s. eod.* k hoc sæpe euenit in trãsactionibus *l. 37. ȷ. eod.* l Trãsactio scriptura munita, ex stipulatu actionem parit. m Casus, Pręsta ꝙ transactione te mihi dare oportet, Actio. Tibi nõ teneor. pactũ enim nudum intercessit, quod actionem non parit, Exceptio. Atqui ista exceptio parum te iuuat, cũ dolo facias fidem non adimplés. Replicatio. Promissor tenetur, Decisio. *ad l. 21. s. de pactis: l. 27. ff. de inoff.* n *synopsis Basili. eod. c. 30.* o i. instrumentorum. p Generalis trãsactio (propter instrumenta de nouo reperta) nõ rescinditur. Generalis est, quoties rerum omnium nomine debitori fit acceptilatio. Aliud erit, si acceptilatio fit rei certæ ac specialis: *l. 1. inf. ȷ. de reb. cred.* aut si coactus à iudice tibi accepto tuli *l. 31. ff. de iureiurando: l. vlt. ȷ. de reb. cred.* aut si instrumẽta mihi subtraxeris *l. 19. s. eod.* aut si ex falsis instrumẽtis transactum *l. penult. ȷ. eo.* alios casus addidi *ad. l. 19.* Hoc addendum, quamuis transactionem, iusta de causa à principe rescindi posse *l. 27. ff. de pœnis.* q *l. 18. ȷ. de rei vindicat. 11. Eclog. 2. c. 36.* r Qui dolum commisit, transactionis rescisionem petere non debet *l. 20 ff. eod. l. 2. ff. ad Velleian. l. 13. in f. ff. de reg. iur. vide l. 4. ȷ. de reuoc. donat.* s περὶ μιᾶς αἰτίας, id est, de vna re. *synopsis eod ca. 39. 1. Harmenopul. 10. §. 20.* vt certum, sit hîc idẽ, quod vnum. t *dixi ad l. 24. s. eod.* u 11. *Eclog. 2. cap. 30.* x Transactio generalis non extenditur ad ea de quibus verisimiliter non est transactum *vt hic.* Quid enim si de deposito transegit, mutui autem actionem habebat? 1. *Harmenopul. 10. §. vlt.* y *synopsis Basilic. eod. ca. 40. 1. Harmenopul. 10. §. 4. l. 4. Cod. Gregoriano eod.* z *l. 7. ff. eo.* aut ignoretur an sit iudicatum *l. 11. ff. eod.* a super iudicato non subsequuta appellatione frustra transigi, non est opinionis incertę *l. 4. Cod. Gregoriano eod.* Iudicatum res est certa. Transigitur autem de re dubia: ideoque super iudicato non potest transigi 11. *Eclo. 2. cap. 40. l. 23. §. 1. ff. de condic. indeb.* potest tamen res ad iudicata donari *Paul. 1. sent. 1. §. vlt.* b quia *Donellus hic, nu. 27. 28. & sequentib.* c id est, non pignoratum. d id est, licet is fundus sit euictus. hinc collige, Ratione euictionis, non rescindi transactionem, dari tamen actionem præscriptis verbis. e Duæ quæstiones hinc nascuntur, An si prædium (quod transactionis causa datum est) vel obligatum vel alienum fuerit, resolui possit transactio, eo petente, cui talis fundus datus fuerit transactionis causa. f quia pro fundo quem petebas, fundus tibi promissus euictus est. Est autem contracta hîc permutatio. g sensus est, Si fundus quem à Titio petebas re ipsa tibi restitutus, & is postmodum ab aliquo sit euictus, nullum habes regressum aduersus eum qui restituit. h Liberatio fit interdum donatione, interdum transactione. i Sciens & volens non decipitur, nec de dolo potest conqueri *l. 1. in f. D. de act. empt. l. 3. §. 5. ff. de homine libero. vide le. 109. l. 145. D. de regul. iur.* hinc colligunt, Venditori sciẽti verum rei suæ valorem, nõ competere remediũ legis 2. ȷ. *de rescindenda.* qua de re, vide plura apud Rolandum à Valle 1. *consil. 59. numer. 10. & sequentibus.*

De administratæ tutelæ obligatione. De hereditatis pollicitatione.

34. Iidem AA. & CC. Cyrillo & Ptolomaidi.

CVm donationis seu [h] transactionis causa administratæ tutelæ debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec vmquam volentibus [i] dolus inferatur: frustra de dolo querimini: nec ad implendum promissum [t] hereditatis propriæ pollicitatione [k] quisquam adstrigantur. PP. VI. Idus Nouemb. CC. Conss. 294.

De præsentia amicorum & de metu.

35. Iidem AA. & CC. Hammoni.

TRansactionem, quæ dominij translatione vel actione peracta [l] seu perempta, finem accepit: cum ea amicis [m] etiam interuenientibus reuera ostenditur processisse: metus velamento rescindi postulantis professio detegit improbitatem. S. I X. Kalend. Decembr. Nicomediæ, CC. Conss. 294.

Si quod conuenit, nec datum sit, nec offeratur.

36. Iidem AA. & CC. Achillæ.

SI maior annis vigintiquinque transegisti: quamuis dari tibi placita, repræsentata [n] necdum probentur: nec offerant hi, qui conueniuntur, ne [o] quid amplius ab his exigi possit, exceptionis proficit æquitas. S. V I. Id. Decembr. CC. Conss. 294.

De stipulatione pœnali.

37. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

PRomissis [p] transactionis causa non impletis, pœnam [q] in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat. S. X I I. Kalend. Ianua. Nicomedia, CC. Conss. 294.

Quomodo transigitur.

38. Iidem AA. & CC. Theodotioni.

TRansactio [r] nullo [s] dato, vel retento [t], seu promisso, minimè procedit. S. V I I I. Kalen. Ianua. Nicomediæ CC. Conss. 294.

De pœnitentia.

39. Iidem AA. & CC. Martianæ.

QVamuis [u] eũ, qui pactus est, statim [x] pœniteat [y] transactio ‖tamen‖ rescindi, & lis instaurari nõ [z] potest. & qui tibi suasit, intra certum tempus licere à trãsactione recedere: falsum adseuerauit. S. Kalend. Ianua. Sirmij, CC. Conss. 294.

De scriptura. De Aquiliana stipulatione & acceptilatione de pœna.

40. Imppp. *Gratian. Valent.* & *Theod.* AAA. Eutropio PP.

VBi pactum vel transactio scripta est, atque Aquilianæ stipulationis & acceptilationis vinculis firmitas iuris innexa est: aut subsecutis secundùm leges accommodandus est consensus: aut pœna [a] vna cum his, quæ data [b] probantur, ante cognitionem causæ (si aduersarius hoc maluerit) inferenda est. Dat. I I I. Non. Iun. Constantin. Eucherio & Syagrio Conss. 381.

De iureiurando.

41. Impp. *Arcad.* & *Honor.* AA. Rufino præfect. prętor.

SI † quis [c] maior annis ‖ vigintiquinque ‖ aduersus pacta vel transactiones nullo cogente imperio, sed libero arbitrio & voluntate confectas putauerit esse veniendum

k Pollicitatione hæreditatis nemo astringitur *vide leg. 30. supr. de pactis: adde l. 61. D. de verbor. obligat. adde le. 25. supr. eod.* l pacta *Hal.* m Non præsumitur decipi, qui præsentibus amicis transegit ὅπου φιλία ἐστὶν οὐ βία τεχνάζεται 1. *Harmenopul. 10. §. 13.* Amicorum præsentia, securitatis testimonium est. De hac præsumptione v. Alciatum 1. *præsump. 21.* Planè si vnus tantum interuenerit amicus, aliud esse dicendum existimat Tiraquellus, *in lege si vnquam in verbo susceperit liberos num. 238.* n id est, oblata. *synopsis Basilic. eod. ca. 44. 1. Harmenopul. 10. §. 7.* o In contractu trãsactionis, tãquam stricti iuris, non veniunt vsuræ à tempore moræ *Alexãd. facit lex 32. §. 2. D. de vsuris: 11. synopsis Basilic. 2. cap. 44. 1. Harmenopul. 10.* p *synopsis Basili. Cod. cap. 45. in prin.* q Reo transactionis promissum nõ implente, pœna promissa potest ab eo exigi. Quid si pœna non fuit promissa? aliud. *l. 17 supr. eod. l. 6. infr. de contrah. stip.* r *synopsis Basili. eod. ca. 45. in f. 1. Harmeno. 10. §. 1.* s *l. 21. s. eo. l. 1. in f. D. eo. adde l. 3. inf. infr. de repud.* dixi s. *in Epigraphe: adde* 11. *Eclog. 2. cap. 45. in f. 1. Harmenopul. 10. in princ.* t vtrunque. vnde colligunt, Transactionem esse contractum nominatum, *adde quæ scripsi: l. 39. ȷ. eod.* u *synopsis eo. c. 27.* x *adde l. 5. ȷ. de obligat. l. 12. inf. ȷ. de contra. emp.* y 11. *synopsis Basilic. 2. ca. 47. 1. Harmenop. 10. in f. adde l. 3. infr. de rescindenda.* z Transactionem contractũ esse nominatum hinc colligitur: qui si innominatus esset, reuocaretur. *l. de di. ff. de condict. ob causam: l si quis ff. de pact. adde l. 38. s. eod.* Bartolus hoc esse verum existimat: verùm speciale esse fauore liberationis & minuendarum litium. Alij dicunt, reũ pœnitentem admitti, re adhuc integra. *l. sicut. ȷ. de obligat. & act. addd Corasiũ. 1. Miscell. 25* a debita ex stipulatione *l. 37. s. eo. 11. Eclo. 2. c. 48.* b *l. 14. s. eod. l. 41. ȷ. eod. l. 16. ff. eod. l. 23. in f. ff. de condic. indeb. Paul. 1. sent. 1. §. 3.* † *lex 8. Cod. Theod. de pactis. & transact. liber. 2. 1. Harmenop. 11. §. 11. synopsis Basilic. 11. tit. 2. c. 49.* hanc legẽ nimis durã esse refert Roland. à Valle 1. *consil. 57. nu. 46. 47.* Ideoq; vix obtinere in practica, aut saltẽ non habere locũ nisi concurrãt & verificentur omnia quæ hîc continentur. Requiritur autẽ vt contraueniẽs sit maior, ꝙ qualitas ætatis allegetur, ꝙ cõtractus sit initus nullo cogẽte imperio, ꝙ iuratus, ꝙ de rei circũuentione & dolo cõstet. c hac voce etiã cõprehẽduntur mulieres *Tiraq. de retract. gentilitio § 1. glos. 9. nu. 213.* Idẽ tamẽ *in leg. si vnquam, in verbo reuertatur, n. 329. ȷ. de reuoc.* tradit hanc legem locũ non habere aduersus tertiũ, si vnus transigentiũ rem vendiderit.

a nota modos quibus quis peccat in implenda transactione. b Eo nomine datur exceptio iurisiurandi *v. Oldendorp.c.3. de exceptionibus.* Iuramento excludi facultatem more purgandæ hinc colligitur. aliud tamen esse iure canonico *gloss.32.quæst.1.c.2. Romanus singular.446.* c nota resilientem à transactione iurata, quatuor pœnis subiici: fieri infamem, actionem amittere, pœnam promissam luere & accepta restituere.

vel[a] interpellando iudicem, vel supplicãdo principibus, vel non implendo promissa: eas autem, *inuocatio*[b] *Dei omnipotentis nomine*, eo auctore solidauerit: non[c] solùm notetur infamia[d], verumetiam actione priuatus[e] restituta pœna[f], quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus, itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti iura seruauerint. ¶ Eos etiam huius legis vel iactura[g], dignos esse iubemus, vel munere[h], qui nomina nostra placitis inserentes, *salutem*[i] *principum* confirmationem initarum iurauerint esse pactionum. Dat. V. Id. Octob. Constantinop. Olybrio & Probino Conss. 395.

De falso. De iureiurando.

42. Impp. *Leo & Anthe.* AA. Acrochirio PP.P.

SI[k] ex falsis instrumentis transactiones vel pactiones initæ fuerint: quamuis[l] iusiurandum[m] ||de|| his interpositum sit: etiam ciuiliter falso reuelato, eas retractari præcipimus: ita demum, vt, si de[n] pluribus causis vel capitulis eædem pactiones seu transactiones initæ fuerint, illa[o] tantummodo[p] causa vel pars retractetur, quæ ||ex|| falso instrumento conuicta fuerit, aliis[q] capitulis firmis manentibus[r]: nisi fortè etiam de[f] eo, quod falsum dicitur, controuersia orta decisa sopiatur. Dat. Kalend. Iul. Constantino. Martiano & Zenone Conss. 469.

De quæstione super seruili vel adscriptitia conditione.

43. Imp. *Anastasius* A. Thomæ P.F.P. per Illyricum.

IVbemus, in omnibus litigiis iam motis & pendentibu[s] seu postea super seruili vel adscriptitia[t] conditione mouendis, transactiones celebrandas vel iam celebratas (si non alio iuri cognito modo eas vacillare contigerit) vires suas obtinere: nec ob id videri tenorem earum titubare, quòd pro conditione seruili vel adscriptitia confectæ sunt. Dat. XV. Kal. Decemb. Patricio & Hypatio Conss. 541.

DE ERRORE[u] CALCVLI[x].

Tit. V.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Aureliano Quarto.

ERRoREM[y] calculi, siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit, veritati non afferre præiudicium, sæpè constitutum est. vnde rationes etiam sæpè computatas denuò[z] tractari posse, si res iudicatæ[a] non sunt, vel[b] transactio[c] non interuenit, explorati iuris est. Sed & si[d] per errorem calculi velut debitam quantitatem, cùm esset indebita, promisisti: condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Kalen. Mart. AA. Conss. 287.

DE POSTVLANDO[e]

Tit. VI.

De prohibitione à Iudiciis.

1. Imp. *Antoninus* A. Artemidoro.

CVM à præfecto AEgypti perpetuò[f] causas agere prohibitus, non appellaueris, placitis obtempera. PP. III. Kalend. August. Sabino II. & Anulino Conss. 217.

De libertinis.

2. Imp. *Alexander* A. Polydoro.

NEc cæterorum liberti[g], ne dum mei quidem: si ita sunt literis eruditi[h], vt patrocinia desiderantibus præstare

d A transactione iurata resiliẽs, notatur infamia *1. Eclog.2. cap.49.1. Harmenop. 10. 2. Cod. Theod.9.*
e *v.l.1.§.2.j. de adsertione tollenda.*
f *v.l.40.s.eod.*
g hoc respicit periurũ ipsum.
h hoc referendum ad eũ, cui pœna & multa eius qui peierauit, lucro cedit.
i Per salutem principũ veteres iurabãt etiã Christiani, nunquã per Geniũ. Tertullianus *c. 32. Apologetic.* sicut non Iuramus per genios Cæsarũ, ita per salutem eorum quæ augustior est omnibus geniis. Ita Polycarpũ iussum à proconsule per Genium Cæsari iurare. *Euseb. 3. histor.eccles.14.* iurasse quoque per principũ venerationem cõstat ex *l.2. Co.de reb.creditis.*
k *adde infr. si ex falsis instrumẽtis.*
l Transactio ex falsis instrumentis interposita, iureiurando cõfirmari non potest. *vt hic. adde l.vlt.j.de non numerata pecunia.*
m *11. synopsis Basilic.2.ca.2.vel 50.*
n Trãsigere de plurib. causis & capitulis simul possumus.
o *v.l.5.inf.supr. de legi.No. 51.c.1.*
p & ita vtile per inutile non vitiatur.
q Eatenus iurata transactio rescinditur, quatenus est facta prętextu falsorũ instrumentorum.
r Vtile per inutile nõ vitiatur. *vide quæ scripsi ad l.12.j.de testamentis.*
f hic casus est diuersus à superiori. aliud enim ex falso instrumento transigere, aliud de eo quod falsum dicitur *v. Cuiac.6. obs.11.*
t hinc colligit Cuiac.6. *obse.11. & 19.obser.39.* de falso, iure transigi posse *l.18.supr.eo.* Hotomanus verò *21.Illust.* admittere id videtur, si criminaliter agitur, non si ciuiliter *l.7.s.eo.l.16.l.penul.l.vlt..j.de falsis* de ea re dicã *ad l.7.j.de falsis.* u v. in hanc legem Cuiac. *12.obs.35.adde l.13.in f.s.eo.* x *11.Eccleg. 2.c.52.& 53.tit.3.& lib.11.tit.2.c.52.vi. Edictũ 9.c.2.inf.* y *synopsis Basilic.11.tit.2.c.52.* z i.computationis. quæ sæpissimè in transigendo accidit. a Sæpe computatæ rationes denuò tractari possũt, etiam inter mercatores, quamuis peritos numerandi, quantũuis res sit minima. vt enim rescindatur calculus, nõ est quęrenda lęsio vltra dimidiam, nisi iudicatum sit aut trãsactum *v. Molinæum de vsuris quæst.14. Mam.182. Rol.à Vall.1.consf.49.nu.49.* aliàs rationi & calculo stari debet, nisi de errore probetur. *Ferrariensis in forma, Vt pacta seruentur 36.ibi, discussu.2.nu.4.* b Nec sententia, nec transactio reuocatur ob errorem calculi. Imò res iudicata reuocatur *leg.1.§.1.ff. quæ sent. sine appell.* Solue, Si error calculi in sententia non exprimitur non potest reuocari *v.Oldendorp.ca.26. De sententia & re iudicata v.hîc Bald.* c Imò error impedit transactionis effectum *l. obligationum.ff.de obligat.* & ita Raguerius putat. Alij valere transactionem errore factã, censent: etiam si error exprimatur *aug.l.sed etsi quis ff.si quis cautionib.l.si quis postquam. ff.de fideiuss.& ita Petrus Butrig. & Bartol.*

d *synopsis eod.c.52.* e *3.ff.1.2. Cod. Theodos.10.'.extr.37. adde 8. synopsis Basilic.1. & Lucium 5.placit.1.* f *leg.1.§.13.ff.de off.præf.vrbi:leg.9.ff.de pœnis.* g liberti postulare possunt *vt hîc*, non serui. h In patrono requiritur eruditio *l.7.j de professorib.& medicis:* & in adsessore *l.2.ff.de off.adsess.* An in iudice? *v.l.1.s.de off.adses.v.* quæ dicam *ad l.pen.j.de iudi.* huc pertinet illud Ammiani 30. *aduersus imperitos*, è quib. inquit ita sunt rudes aliqui, vt nũquam se Codicẽ habuisse meminerint, & si in circulo doctorum, authoris veteris inciderit nomẽ, piscis aut edulij peregrinum nomẽ arbitrantur.

possint prohibentur id facere. PP. Non. Mar. Iuliano II. & Crispino Confess. 225.

Si causa ob quam promissum est, non sequatur.

3. Imp. *Gordianus* A. Flauiano.

SI[i] sub specie honorarij[k], quod aduocato vsque ad certum[l] modum deberi potuisset, eam quantitatem, quàm desiderio tuo complecteris, te daturum cauisti: &, quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti: nec temporis spatio, gesto negotio cõsensum ac fidem accommodasti: competenti exceptione non numeratæ pecuniæ tutus es: & ex hac causa cautionem interpositam vsitato more potes condicere. PP. V. Id. Iun. Sabino II. & Venusto Conss. 24.

De absentia patroni.

4. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Theodoti.

VElamento absentis[m] patroni causæ, rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur. S. IIII. Kalen. Ian. Nicomediæ, CC. Conss. 294.

Pactum de quota litis.

5. Imp. *Constan.* A. Helladio.

SI qui aduocatorum existimationi[n] suæ immensa atque illicita compẽdia prætulisse sub nomine honorariorum ex[o] ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ[p] partis cum graui damno litigatoris & deprędatione poscentes fuerint inuenti: placuit, vt omnes, qui in huiusmodi sæuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur. Dat. III. Kal. April. Paulino & Iuliano Conss. 325.

De officio aduocati.

6. Impp. *Valent.* & *Valens.* AA. ad Olybrium præfect. vrb.

QVisquis[q] vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit aduocatus[r] & iudex: quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum.

1 ¶ Ante omnia autem vniuersi aduocati ita prębeant patrocinia iurgantibus: vt non vltra, quàm litium poscit vtilitas, in licentiam conuiciandi[f], & maledicendi temeritatem prorumpant. agant, quod causa desiderat. temperent se ab iniuria. Nam si quis adeo procax fuerit, vt non ratione[t], sed probris putet esse certandum: opinionis suæ imminutionem patietur. nec enim conniuentia commodanda est: vt quisquam, negotio derelicto, in aduersarij ||sui|| cõtumeliam aut palàm pergat, aut subdolè. 2 ¶ Præterea nullum[u] cum[x] eo litigatore cõtractum, quem in propriam recipit fidem, ineat aduocatus: nullam conferat pactionem. 3 ¶ Nemo ex his, quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit litigator. 4 ¶ Nemo ex industria protrahat[y] iurgium. 5 ¶ Apud vrbem autem Romanam etiam honoratis, qui hoc officium putauerint eligẽdum, eò vsque liceat orare, quousque maluerint, videlicet vt non ad turpe compendium stipémque deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærãtur. Nam si lucro[z] pecuniáque capiantur: veluti abiecti atque degeneres, inter vilissimos numerabuntur. 6 ¶ Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, vult esse causidicus: eam solam, quam sumet tempore agẽdi, sibi sciat esse personam, quousque causidicus est. Nec[a] putet quisquam honori suo aliquid esse detractum: cùm ipse necessitatem elegerit standi[b], & contempserit ius sedendi. PP. 10. Kal. Sept. Valentiniano & Valente AA. Conss. 367.

De æquitate in aduocatis concedendis, seruanda.

7. Iidem, & *Gratianus* AAA. ad Olybrium præfectum vrbi.

i Qui aduocaturo sibi, de iis quæ aduocationis nomine debitur[9] est, quasi ex mutui causa cauerit, non numeratæ pecunię exceptione vtatur, nisi tempus præterierit, & cautionem suã cõdicat. *synopsis Basilic.eod.ca.13.*
k hinc colligit Hotomanus, libros à typographo ipsorũ auctori pro corollario deberi *consil. 3.*
l i. centum aureos. *vid.leg.1.§.12. inf.ff. de extraord. vi. Luc. 5.placit.1. arrest. vlti.*
m Absentia aduocati non vitiat sententiam. *dixi ad l.1.infr. de repud. bonorum possess. adde casum l.6.j. de reuoc.donat.*
n existimatio cõpendio pecuniario prefertur.
o τῆς δίκης μοίρας. hoc est de accipienda post victoriam certa parte litis *synopsis eod. cap.15.* Hi non iure causæ sed fundorum, pecorum, & mancipiorũ qualitate rationéque tractata, clientũ præcipua poscere dicuntur, coacta pactione: *l.1.Co. Theodos. eod.*
p Aduocato, *vt hic: l.53.ff. de pact. l.1 §. 12.ff. de extraordinariis. 8. Eclog.1.c. 15.l.6. §.2. infr. eod.* procuratori *le.15. supr. de pact.* de quota litis pacisci non licet. sunt enim cõsceleratæ huiusmodi pactiones *leg. 1. Cod. Theodos. eodem.* De huiusmodi ergo Iabib. litium *v. Cuiac. 8. obs.31.*
q *l.2.Cod. Theod. eodem.*
r In eodẽ negotio nemo aduocatus & iudex *l.14.s.de adsessorib.l.5.ff.de off.adsess. l.17.ff.de iuris.* quod olim nõ vetitũ erat. *Plin.3.epist.* Possis & hoc addere, aduocatum meum mihi testem esse non posse *v. wurmserum 1.pract.4. obs.1. synopsi Basil.eo.c.17.*
f hinc illud Ammiani 30. Cùm ad inopiam venerunt allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi licentiam. quo nomine ob assidua in personas honorabiles probra, diebus dictis sunt damnati. t Ratione non probris certandum. u nullũ neque pactũ, neque contractũ de lite aut mercede *synopsis Basilic.eod. cap.18.*
x μετὰ τοῦ οἰκείου προσφυγος, cum confugiente ad suum patrocinium *synopsi d. ca.18. vt & c.15.* y De his Ammianus 30. Per morborum simulationem cõsulto cessantes, vtque peruulgati iuris proferatur lectio vna, septem vendibiles introitus præparant, dilationũ examina longissima contexentes. Moratores dicebantur *v.Cuia. 4.obs.40.*
z αἰσχροκερδία in aduocato turpis. vt & aliàs in Episcopo *1. ad Timot.3. vers.3. ad Titum 1.vers.7.* in philosopho *l. 8.§.4.ff.de vacat. mun. l.1.§.5.ff. de extraord.*
a Iudex honori suo nihil detrahit, cùm postulat.
b Stat aduocatus, sedet iudex *v.l.3.j.vbi senatores.* Tam est honesta causidicina, vt ea fungi iudici non sit inhonestum.

Pro-

PRouidendum est, ne [a] hi, quos in foro aut meritum nobilissimos [b] fecerit, aut vetustas, in vna parte consistant, aliam à rudibus atque tyronibus necesse sit sustineri. atque ideò si in vno auditorio duo tantùm præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarioris iudicantis officio sit, vt par causidicorum distributio [c] fiat: & exæquetur partibus auxilium singulorum: & æqua diuisio procedat. Si quis verò monitus à iudice, ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicumque parti patrocinium denegauerit: careat [d] foro [e]: sciat etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse [f] cum plurimis, & aduersario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam à se litem foueri, & auctoritatem, iudiciariam à se delusam experietur. Dat. Cal. Mart. Treueris, Valentiniano & Valente AA. vtrisque 3. Conss. 370.

De eo qui non est, sacrosanctis catholicæ religionis imbutus mysteriis.

8. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicostrato præf. præt.

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi [g] sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuę centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. idem verò, quicumque ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per subreptionem arripere & prohibitum patrocinium præstiterit, ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis atque perpetui exilij specialiter sustinebit: sciturus etiam prouinciarũ rectoribus, quòd is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kalend. April. Constantinop. Anthemio A. 2. Conss. 468.

DE ADVOCATIS [h] DIVERsorum iudiciorum.

TIT. VII.

De præuaricatione.

1. Imp. *Antoninus* A. Doloni.

SI patronum causæ præuaricatum [i] putas, & impleueris accusationem: non deerit aduersus eum pro [k] temeritate commissi sententia: atque ita de principali causa denuo quæratur. Quòd si non docueris præuaricatum: & calumnia notaberis, & rebus iudicatis, à quibus non est prouocatum [l], stabitur. PP. 3. Kal. Octo. Antonino A. 4. & Albino Conss. 214.

De decurionibus.

2. Imppp. *Valens, Gratianus, & Valentin.* AAA. ad Antonium præf. præt.

QVi necessariò patriæ [m] suę debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos esse nolumus euagari [n]: permittentes, vt in negotiis, causidicorum fungantur officiis, & in ciuitatibus propriis subeant munera curialium: ita tamen [o], vt non [p] contra rempublicam ciuitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. Dat. 15. Kalen. Sept. Rauennæ, Valente 6. & Valentiniano 3. AA. Conss. 378.

De prouincialibus functionibus.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. ad Africanum præf. præt.

NE [q] quis ex corpore togatorum [r] ||minimè curialibus nexibus illigatus || prouinciales † suscipiat functiones: scilicet vt ambientibus claudatur ingressus, & inuitis necessitas auferatur. Dat. 3. Non. August. Constantinopol. Arcadio 4. & Honorio 2. AA. Conss. 394.

De peculio quasi castrensi.

4. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Eustathio P. P.

FOri [s] tui culminis & vniuersorum iudiciorum aduocati, quicquid ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierint, id ||etiam|| post patris obitum, præcipuum, veluti [t] peculium castrense, ad exemplum militum, proprio dominio valeant vindicare. Dat. 10. Kal. Apr. Constantinop. DD. NN. Honorio 13. & Theodos. 10. AA. Cos. 422.

De muneribus necnon priuilegiis & immunitatibus.

5. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Cyro præf. vrb.

QVicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus togatis per Orientē eminentissimę præfecturæ reuerentia [u] studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris vrbicariæ præfecturę. Dat. 7. Kal. Ian. Constantinop. Theodosio 12. & Valentiniano 2. A. A. Conss. 426.

6. Iidem AA. ad Florentium P. P.

SAncimus [x], vt aduocatis, qui apud tuam magnificētiam causas acturi sunt, à nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo vlla penitus iniungatur. sed nec aduocatis prouinciarum vel spectabilium iudicum quisquam existimet, aliquid iniungendum. Nulla igitur togatis inspectio, nulla peræquatio ingeratur, nulla operis instructio, nulla discussio [y], nullum ratiocinium imponatur, nullũ denique aliud [z] eis mandetur, præter arbitrium [a] in [b] eodem duntaxat loco, vbi aduocationis exercent officium: quinquaginta [c] librarum auri ||pœna||officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentauerit. Dat. 8. Kalen. Mart. Constantinop. Theodos. A. 17. & Festo Conss. 439.

7. Iidem AA. Thalassio P. P. per Illyricum.

IIsdem priuilegiis, iisdémque immunitatibus potiri togam [d] illustrissimæ per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientem prætorianæ sedis excelsæ, decernimus. Dat. 7. Id. Septemb. Constantinop. Theod. A. 17. & Festo Conss. 439.

De numero aduocatorum. De curiali vel alia viliori conditione. De quasi castrensi peculio.

8. Iidem AA. Cyro P. P. consuli designato.

CVm aduocatio prætoriana centum quinquaginta [e] numero togatis minimè vel minuendo vel augendo concludatur: iubemus, eos, qui ex his ad fisci patronatum peruenerint, à cohortis [f] vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocumque [g] genitis liberos custodiri: pòstque tale officium depositum, annúmque [h] completum, aduocatorum consortio abscedere cum comitiua consistoriana: omnéque, quod togatis fori celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adquiritur titulo, quasi [i] castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec auis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus: his omnibus etiam ad vrbicariæ præfecturæ aduocationem trahendis. Dat. 3. Kal. Ian. Valentiniano. A. 5. & Anatolio Conss. 440.

De aduocato, qui administrationem aliquam peregit.

9. Iidem AA. Apollonio P. P.

SI quis de togatis fori celsitudinis tuæ, vel Illyricanæ, seu vrbicariæ præfecturæ, siue de his, qui in prouincialibus iudiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuæ sedis regendæ prouinciæ munus potestatémque susceperit: post peractam integrè ac sine vlla opinionis labe administrationem, & ad illud officium, vnde abstractus est, & vnde sibi vitæ subsidia comparabat, remeandi [k] habeat facultatem: nec causas orare denuò quadam prohibeatur iniuria. Dat. 12. Kal. Septemb. Constantinop. Eudoxio & Dioscoro Conss. 442.

De patronis fisci.

10. Impp. *Valentin. & Martianus* AA. Palladio P. P.

BInos [l], qui priores [m] in tui culminis sede inueniuntur, ad patronatum fisci singulis quibuscumque annis accedere, paribus [n] dignitatis & priuilegiorum insignibus ambiendos ||esse|| præcipimus, quibus antehac vtebatur is, qui solus fisci creabatur patronus. Dat. 14. Kal. Iul. Constantinop. Herculano & Asporatio. Conss. 452.

De numero & filiis aduocatorum. Quales & quomodo creandi aduocati.

11. Imp. *Leo* A. Viuiano P. P.

NEmini licere sancimus aliquem sub [o] adsidendi colore statutis centumquinquaginta [p] aduocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium assumpserit, aggregare. I ¶Non aliter verò consortio aduocatorum tuæ sedis aliquis societur, nisi [q] priùs in examine viri clarissimi rectoris prouinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta confiant, quibus apertè pateat cohortali [r] vitæ ac fortunæ eundem minimè subiacere. ||atque hæc fieri volumus, ||si præsens vir clarissimus rector prouinciæ fuerit in eius examine. si verò abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta confiant. Iurisperitos [s] etiam eorum doctores iubemus iuratos [t] sub gestorum testificatione depromere, esse eum, qui posthac subrogari voluerit, peritiâ iuris instructum [u]. Filios [x] autem togatorum excellentiæ tuæ, qui

a Iudex causidicos ex æquo partib. tribuat, vt non in vna parte eruditi, in altera rudes & inexercitati reperiantur. *synopsis eo. c. 22.*
b hinc quidam colligunt, aduocatos esse nobiles, quòd hîc nõ dicitur. Alij colligunt, scientiæ vetustatem homines nobilitare. Sed verius est has particulas, *nobilissimos, præstantissimos*, excellentes & primos significare. & ita nobilis & nobilissimus dicitur apud Ciceronem 1. & 2. *de oratore*: 2. *de finibus*: & *pro Cluentio Macrob. 7. saturnal. 15.* sic nobiles scelere. *Cicero pro Roscio Amerino*: virgo nobilis. *Horat. 4. Carminũ.* Nobiles agri. *Ouid. 3. Amor. 2.* nobiles feræ. *Claudian. 3. panegyr.* nobilissima prædia *Cicero pro Roscio Amerino* æquulei, argentei nobiles. *Cicero 6. in Verrem* bellum nobile. *Horat. adde Tiraquell. cap. 2. de nobilitate.*
c *l. 1. §. 4. D. eo. l. 9. §. 5. D. de off. procons.*
d Potest quis cogi ad patrocinium præstandum. *v. quæ notaui ad l. 156. D. de reg. iur. adde Nou. 17. c. 14.*
e De hoc pœnæ genere. *v. l. 9. §. 4. D. de pœn. Mynsing. 4. obs. 32*
f *Paul. 5. sent. 25. §. 7. l. 38. §. 8. 9. D. de pœn.*
g Hæreticus, aduocatus esse non potest. *l. 15. s. de episc. aud. Nouell. 144. c. 2.* vt & aliæ permultæ personę. *v. l. 9. j. de diuers. off.*
h Aduocatus est, qui in consilium aduocatur: patronus, qui causam agit. *Asconius.* Hodie patroni & aduocati, causidici etiam dicuntur, & oratores. *Tacit. lib. de oratorib.* sed & rhetores & togati. eorum munus causidicina Ammiano, & *l. 118. C. Theo. de decur.* ea forma qua iuridicina à Tertulliano *in libro de Pallio.* & indicina ab Apuleio 7. *adde Cuiac. 4. obser. 40.*
i 8. *synopsis Basilic. 1. c. 24. l. 11. j. de accusationib. l. 3. §. 13. D. de hom. libero. l. 3. D. ad Turp. adde d. l. 18. §. 1. D. de muner.*
k Aduocatus præuaricator extraordinariè punitur. *v. Cuiac. 6. obs. vlt.*
l præuaricatum, quidam ita legunt. m *adde l. 116. C. Theod. de decur. lib. 12.*
n Statuti aduocati suo foro nunquam excedunt: supernumerarij oberrant per fora omnia. *v. Cuiac. hîc.*
o & meritò. est enim indignum, vt qui magistratum, & salarium à republica accipit, contra rempublicam patrocinio fungatur. *l. 1. j. de aduoc. fisci.*

p Imò, contra rempublicam possunt. *l. 6. l. pe. D. eo.* solue, Possunt pro affine & cognato, vel coniuncta persona: pro aliis non possunt. *v. l. 13. j. eo.*
q *152. C. Theo. de decur. lib. 12.*
r id est, aduocatorum.
† hinc colligunt, Aduocatum nedum cogi, sed ne volentem admitti ad vectigalia colligenda.
s *sumpta ex l. 3. C. Theodos. de postulando lib. 2.*
t Quæsita ab aduocatis filiisfamilias, ad instar quasi castrensis peculij redacta. *l. 7. s. de off. adsessor.*
u Reuerentia literarum, contemplatione literatæ militiæ. *Nouell. Valent. de postulando.*
x Hæc lex desumpta ex Theodos. & Valent. Nouella de postulando & perpetuanda aduocatione. quam P. Pithœus integram edidit.
y Imò sollicitudo potest iniungi. *l. vlt. j. de discuss.*
z Baldus his verbis etiam innui putat, aduocatos immunes esse ab excubiis faciendis.
a Aduocati arbitri dari possunt. In Gallia absfuturi præfecti ac iudices regij, iudicãdi munus, digniori vel antiquiori aduocato solent delegare.
b Extra forum suum, aduocatus patrocinio fungi cogi non debet.
c Nota pœnam eorum, qui violant aduocatorum priuilegia.
d i. togati seu aduocati.
e In vnoquoque foro certus erat aduocatorum numerus, certáque matricula. *adde l. 11. j. eo. l. vlt. s. de adsessoribus.*
f *l. vlt. j. eod. l. 2. j. tit. prox.* hinc cohortalis. i. vilis.
g *v. l. 66. j. de decur.*
h Aduocati nõ erant olim perpetui. Eorum paucitas effecit postea vt perpetuarētur. qua de re *v. Cuia. 16. obs. 22.* Annus de quo hîc agitur, in biennium etiam mutatus est. *l. 12. j. eo.*
i *l. 4. s. eo.*
k Si aduocatus ad vnum officium assumitur, eo finito, potest ad aduocationis officium remeare.
l Duo olim fisci aduocati.
m Fisci aduocatio, prioribus aduocatis decernenda.
n Quando vna dignitas duob. confertur, in solidum confertur.
o Vetitus consilium dare, adsessor esse non potest.
p *l. 8. s. e.*
q *adde l. 7. j. de professorib. & medicis.*
r *adde d. l. 8.*
s i. professores. De Iurisconsultorum appellationibus variis. *v. Cuia. 7. obs. 25.*
t Assertioni doctoris statur de peritia discipuli. *Bal.*
u hinc colligunt, aduocatum læsum iuris imperitia non restitui.
x Togatorum filij, non togatorum filiis præferendi. *l. 13. j. eo.*

vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitauerint, cæteris supernumerariis anteferri. 2 ¶ Illud insuper decernimus, vt etiam his qui vltra centumquinquaginta aduocatos eminentissimæ tuæ sedis reperiuntur, liceat & apud virum spectabilem proconsulem, vel præfectum Augustalem, vel comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios, & apud rectores prouinciarum negotia perorare. Dat. Kal. Feb. Const. Magno & Apollonio Coss. 460.

De patrono fisci.

12. Idem A. Eusebio P.P. Illyrici.

SAncimus, patronum fisci iudicio celsitudinis tuæ non iam quotannis [a], sed biennio pro vetere consuetudine finem officij sui sortiri: saluis eidem consortio priuilegiis omnibus quæ à retrò principibus meruit, manentib. Dat. 10. Kal. Mart. Constantin. Basilio & Viuiano Coss. 463.

De aduocatis Alexandriæ, & de aduocato fisci.

13. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Alexandro duci Ægyptiaci limitis, & præfecto Augustali.

PEtitionem virorum disertissimorum aduocatorum Alexandrinæ splendidissimæ ciuitatis, quam de fori sui matricula & fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus quinquaginta statutos haberi: eorúmque nomina pro tempore matriculæ [b] conficiendæ inscribi: & eos aduocationis officium in iudicio tam viri spectabilis præfecti Augustalis, quam viri spectabilis ducis Ægyptiaci limitis petentibus adhibere: cæteros verò vltra memoratum numerum constitutos, apud alios iudices eiusdem Alexandrinæ ciuitatis perorare: illis [c] scil. cet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis. Egredientem autem post biennium fisci patronũ, contemplatione laborum, exconsularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari: licentia facultatéque ei non deneganda, cùm vsus exegerit, tam pro [d] se, quam pro filiis, parentibus & vxoribus necnon etiam personis ex transuerso latere vsque ad quartum gradum constitutis, patrociniũ suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu cum sequentem sine vlla dilatione in locum eius subrogari: hæredibus defuncti nihil exinde [e] sibi commodi acquiri posse sperantibus: cunctis priuilegiis, quæ hactenus habuisse noscuntur, necnon his, quæ suggestio tuæ magnitudinis continet, etiam in posterum intactis inuiolatisque seruandis: quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostræ serenitatis honore possint in otio & tranquillitate reliquum vitæ suæ tempus peragere, nulla eis inuitis ingerenda sollicitudine.

Collatio aduocatorum & militum.

14. Iidem AA. Callicrati P.P. Illyrici.

ADuocati [f], qui dirimunt ambigua fata [g] causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non [h] minus prouident humano generi, quàm si prælis atque vulneribus patriam parentésque saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos. militant [i] namque [k] causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. Dat. 5. Kal. Apr. Constantino. Zenone & Martiano Coss. 469.

De priuilegiis. 1. De salario.

15. Imp. *Leo* A. Dioscoro P.P.

POst duos [l] fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdem beneficiis muniuntur, sexagintaquatuor [m] togatos, qui in præsenti sunt, à primo vsque ad sexagesimumquartum imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberíque eorum honorati sunt. 1 ¶ His quoque illud adiiciendum esse statuimus, vt, si quis patroni fisci adeptus gradum fatalem diem obierit, vniuersa [n] totius anni solatia, ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad hæredes seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento, quam ab intestato liberam habeat facultatem. Dat. 17. Kal. Iun. Constantinop. Festo & Martiano Coss. 472.

De priuilegiis.

16. Impp. *Leo* Iunior & *Zeno* AA. Iustiniano præfecto vrbi.

AD similitudinem sexagintaquatuor [o] aduocatorum fori amplissimæ prætorianæ præfecturæ, quindecim tantum ex foro tuæ magnitudinis, qui in præsenti gradus primos obtinent, post fisci videlicet patronum, eisdem priuilegiis nostræ mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberíque eorum muniuntur. Dat. 17. Kal. Apr. Constantino Leone iuniore A. Coss. 474.

De aduocatis præfecturæ per Illyricum. 1. & eorum priuilegiis.

17. Imp. *Zeno* A. Paulo P.P. per Illyricum.

IVbemus, aduocationem fori tui culminis centum quinquaginta [p] (sicut anteà constitutum fuerat) aduocatis concludi: eundémque numerum, quoties vel professionis fine [q], vel morte, vel quocunque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ sedis impleri: ita vt in præsenti quidem, & hinc vsque ad biennium [r] ad impletionem supra definiti numeri subrogandi, sine vlla cohortalis [s] aut cuiuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salua videlicet aduersus eos apparitoribus, si qua competit, actione: quam certum est, postquàm fisci patronatum officio impleto exegerint, euanescere. post lapsum verò biennium, foro tuę magnificæ potestatis inseri postulantes, non aliter, nisi sub gestorum confessione minimè eos cohortali conditioni subiacere patefactum fuerit, admittantur.
1 ¶ Cuncta sanè priuilegia, quæ magnificæ per Orientem præfecturæ aduocatis ex diuinis retrò principum, seu inclytæ recordationis Leonis, vel nostris sanctionibus indulta sunt. tuæ [t] quoque gloriosissimæ sedis causidicis absque vlla discretione competere, per hanc in æternum valituram legem sancimus. Dat. 6. Kalend. Ian. Constantinop. Decio & Longino Coss. 486.

De multis.

18. [u]

NVllus [x] multæ dictionem habeat in eos aduocatos qui intra fori prætoriani statutum [y] numerum sunt præter ipsum præf. præt.

De lite non protrahenda.

19. [z]

NE [a] ideo lis protrahatur quòd in ea non reperiantur aduocati [b] tres, cùm duo sufficiant.

DE [c] ADVOCATIS DIVERSORUM IUDICUM.

TIT. VIII.

De dignitate eius, qui deposuit officium aduocationis.

1. Imp. *Anastasius* A. Eusebio magistro officiorum.

SVggestionem viri illustris comitis rerum priuatarum [d], & proconsulis Asiæ duximus admittendam: per quam nostræ serenitatis auribus intimauit, fori sui aduocatos communi petitione magnopere postulasse, vt, postquàm aduocationis deposuerint officium, dignitate quadam, nostra liberalitate, potiantur. Iubemus itaque post depositum (vt dictum est) præfatum officium, vnumquemque eorũ, qui in præsenti sunt, vel postea matriculis eorum pro tempore fuerint inserti, clarissimi primi ordinis comitis perfrui dignitate: quatenus & tempore quietis fructum [e] præteritorum laborum consequantur: próque fide atque industria erga clientes suos comprobata ||à|| priuatæ conditionis hominum multitudine segregati, clarissimis meritò connumerentur. Dat. 2. Kal. Ian. Constantino. Anastasio A. 2. Coss. 496.

De cohortali, vel deteriore conditione.

2. Idem A. Thomæ P.P. per Illyricum.

ADduocatos ||amplissimæ|| tuæ sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum & officium prouehuntur, vna cum liberis iam natis, vel postea procreandis, ab omni cohortalis [f] seu cuiuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conseruari decernimus: || cum || constet hoc iampridem tam aduocatis amplissimæ prætorianæ per [g] Orientem, quàm magnificæ vrbicariæ [h] || præfecturæ || sacris constitutionibus esse indultum: & non dubium sit, non tantùm eas, sed etiam sublimissimæ tuæ sedis germanas [i] esse potestates. Dat. 12. Kal. Dec. Patricio & Hypatio Coss. 501.

De priuilegiis patronorum fori, comitis orientis, fisci.

3. Idem A. Constantino P.P.

IVbemus, pro tempore primatem [k] aduocatorum fori viri illustris comitis orientis, per biennium [l] fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hoc quoque transacto, professionem aduocationis deponere. consortio videlicet eorundem aduocatorum ad quadraginta tantùm viros redigendo, ita vt, si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis officio minimè reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo: ne quadraginta virorum numerum aduocatorum consortium excedere contingat. 1 ¶ Ad hæc eos, qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro [m] se, quàm pro iugali [n] sua, & socero, & socru, necnon genero & nuru, liberisque propriis, colonis & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio. 2 ¶ Nec ædiculas eorum metatorum [o] onere molestari, si tamen in vna tantummodò suáque domo singuli talem prærogatiuam sibi vindicare maluerint. 3 ¶ Pro sportulis præterea modum, quem notitia [p] nobis porrecta declarat, tam pro his, quàm pro colonis, & eorum seruis custodiri: neminique præberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem con-

---

a vt olim. l. 8. s. e. l. 3. j. tit. prox.
b erat certa aduocatorum matricula. l. vlt. in fin. s. de adsessorib.
c l. 11. §. 1. s. eo.
d adde l. 6. l. pen. D. de postul. Ratione sanguinis multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. qua de re vide Rol. à Valle 7. consil. 45. nu. 46. & ita aduocatus fisci, se suósque fisco præferre potest: vt priuata caritas publica hoc casu videtur potior. hinc etiam colligunt, Neminem præsumi, aduocatione suscepta, polliceri officium suum aduersus liberos. adde l. 3. s. t. l. 5. s. j. tit. proxi. adde quæ scripsi ad l. 3. j. de locato.
e i. nihil præter salarium illius anni in quo decedit. l. 15. in fin. j. eo.
f De militiæ castrēsis & quasi castrensis cõparatione. v. Ciceronem orat. pro Murana.
g facta. Hal. vtrumque rectè. sunt enim & incidunt in causis facta quædam, & dies qui appellantur fatales, Isocrates aduersus Callimachum πολλὰ παρὰ γνώμην ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀποβαίνειν, καὶ ὅτι τύχῃ μᾶλλον ἢ τῷ δικαστηρίῳ κρίνεται fortunę iudicio. l. 13. D. de statu. Pacatus, nolo miserorũ vel factum onerare vel fatum. Cuia. 16. obser. 9. Huc refer illud Ammiani 30. Id habet causidicina cum cæteris metuendum, quòd accidentia secus in potestate esse existiment patronorũ, & omnes certum exitum iisdem soleant adsignare. & nõ litis rerum, &c. & l. 41. C. Theo. de appell. disceptatiõis fata. Adde quæ de fatalib. scripsi ad Nouel. 49. c. 1.
h Aduocati nõ minus prosunt reipublicæ, quã milites.
i Non soli milites, sed etiam aduocati militant. Nihil tam simile bello est, quàm lis & iudicium.
k In quibus rebus cõsistat aduocatorum militia.
l l. 10. s. eo.
m l. 6. j. eo.
n adde l. 13. in fi. s. eo. Aduocatus fisci ante annum completũ decedens, ad hæredem transmittit salaria anni integri. facit lex 4. D. de off. adsesso. l. 19. in fi. D. locati.
o l. 15. s. eo.
p l. 8. l. 11. s. eo.
q Aduocatorũ finis aliquis legitimus. v. Cuia. 16. obs. 22.
r v. l. 12. s. eo.
s l. 8. s. eo.
t l. 7. s. eo.
u Latina interpretatio.
x Cuiac. 13. obser. 2.
y l. 8. in pr. l. 11. in pr. s. eo.
z Latina interpretatio.
a Cuiac. 13. obser. 2.
b plures enim aduocare licet. l. 7. in pr. s. de postulando.
c huius tituli inscriptio in multis deest.
d de quo v. s. de off. comit. rer. priuat.
e Finis legitimus aduocatorum, frui quibusdam priuilegiis. v. Cuiac. 16. obs. 22.
f l. 8. l. vlt. s. tit. prox.
g d. l. vlt. infi.
h d. l. 8. in fi.
i Præfectura prætoris orientis, Illyrici, vrbicaria, germanæ potestates.
k Inter aduocatos, discrimen fuit. Nam cum hic primatus fiat mentio, distinctum à cæteris fuisse colligi potest. l. 12. s. tit. prox.
l l. 12. s. tit. prox.
m v. l. 13. s. tit. prox.
n i. vxore.
o qui metati, v. j. de metatu.
p quid notitia dixi aliàs.

tra eos excedendi. 4 ¶ Nec de cætero quenquam, antè quàm per statuta [a] tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. 5 ¶ Et filios aduocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitū vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eíque gratis & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinā meruerint. 6 ¶ Vt autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt, vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia [b] eius transire, hísque seruari: quàm ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt, vel postea deposuerint, minimè cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis oneri (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententiam viri spectabilis comitis Orientis, vtpote competentis iudicis, conueniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Sabin. & Theodor. Conss. 505.

a l.5.§.4.j.eod. Olim quadriennium constitutum erat. hodie quinquennium. *Const. ad antecessores.§.1.in fin. v. Cuiac.12.obseru. vlt. in pr.*

b *l.5.in fin.j.eo. l.15. in fin. s. tit. prox.*

De priuilegiis patronorum fisci.

4. Idem A. Eustachio P.P.

LAudabile [c] vitæque hominum necessarium aduocationis officium, maximè principalibus præmiis oportet remunerari. 1 ¶ Ideóque iubemus viros clarissimos fisci [d] pro tempore patronos fori tuæ celsitudinis solemni die [e] festiuitatis Kalendarum Ianuariarū ipsius tantummodò anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorij comites diuina nostræ serenitatis manu [f] puncti [g] consequi solatia. 2 ¶ Et postquàm tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeāt, eos clarissimorum notariorum inseri consortio, tribunorum sacras solitas epistolas sine [h] quadam suffragij solutione percepturos. 3 ¶ Et si quis per sententiam sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit: eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri eorum, si alter adesse non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari. 4 ¶ Quotiésque de nuptiis || quis || sine [i] dotalibus instrumentis mutuò contrahendi matrimonium [k] animo celebratis, super affectu suo liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus vti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrū eorum (vt dictum est) gestis interuenientibus commendari, ita videlicet, vt iuri cognitę allegationes absentibus personis, si quæ competunt, seruentur intactæ. 5 ¶ His insuper, quicunque apud viros gloriosos pro tempore consules [l] mancipia sua libertate donare voluerint: antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam aduocationis vocem accommodare. 6 ¶ Aliis nihilominùs priuilegiis, quæ iam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc aduocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diuersis modis indulta sunt, ex hac etiā sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. 12. Kal. Decē. Constantinop. Ariouinio & Messala Conss. 506.

c Aduocatio commendatur, & ipsa honestate & necessitate.

d sic restituo, fisci patronos fori tuæ c.s.d.f. Kal. Ian. pro tēpore ipsius tantummodo anni.

e Is dies erat largitionum. *10. Nicephor. 23. v. Cuiac. j. de canone largitional. titul.*

f i. nostra liberalitate.

g Alij legunt, puncta solatij. Alij puncti consequi solatia. *Cuiac.13.obs.2.* monet legi posse, pacti solatium, aut pacta solatia. Punctum solatij ferre, possumus interpretari, punctum seu mercedem honoris.

h Filij statutorum, nihil impēdunt pro introitu. *adde l.6. j. eod.*

i hinc colligit *Cuiac. 13. obs. 4.* per nuptias filios naturales suos & legitimos fieri posse, etiam sine dotalib. instrumentis, quòd aliàs repugnat. *§. vlt. inst. de nupt. Nouell.12.18.*

k matrimonij

l *v. l. vlt. j. de vindicta manumiss.*

De priuilegiis patronorum fori præsidalis secundæ Syriæ & fisci.

5. Idem A. Sergio P.P.

PEtitiones virorum disertissimorum fori præsidalis secundæ Syriæ prouinciæ aduocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & iubemus, pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia [m] sibi communi consensu deputata, per idem biennium consequi: hócque transacto professionem aduocationis deponere, consortio videlicet eorundem aduocatorum ad triginta tantummodò viros redigendo: ita vt si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis officio minimè reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo, ne triginta virorum numerum aduocatorum excedere consortium contingat. 1 ¶ Ad hæc || eos, || qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officiū, postea quoque non prohiberi singulos tam pro [n] se, quàm pro iugali [o] sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberísque propriis, colonis & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio. 2 ¶ Nec ædiculas [p] eorum, metatorum onere molestari: si tamen in vna tantummodò suáque domo singuli talem prærogatiuam sibi vindicare maluerint. 3 ¶ Pro sportulis præterea modum, quem notitia [q] nobis porrecta declarat, tam pro his, quàm pro colonis, & eorum seruis custodiri: neminíque præbere licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. 4 ¶ Nec de cætero quemquam, antequàm per statuta [r] tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. 5 ¶ Et filios aduocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eíque gratis, [s] & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. 6 ¶ Vt autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt vel fuerint, non tantùm superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad [t] heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia eius transire, hísque seruari: quā ipsos, qui fisci patronatum iam deposuerunt, vel postea deposuerint, minimè cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententiam viri clarissimi prouinciam, in qua degunt, moderantis, vtpote competentis iudicis, conueniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Decem. Anatolio & Agapito Conss. 508.

m *l.3.s.eo.*

n *l.3.§.1.s.eo.*

o Iugalis, coniux.

p *d.l.3.§.2.*

q quid notitia. *v. l.1.§.8.s. de off. præf. præt. Afr.*

r quinquenniū sc. *d.l.3.§.4.*

s i. nihil impendunt pro introitu.

t *d.l.3.§.vlt.*

De priuilegiis patronorum fisci.

6. Imp. *Iustin.* A. Marino P.P.

REstituendæ sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis diuæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, necnon fideiussorum [u] vires æstimantibus, tamen auferendas credidit præparca posterioris subtilitas principis, vt iam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni præfatam auri summam sine fraude [x] annis singulis consequantur, ab amplissima tua sede pari lance in vtrumque diuidēdam. Nam vniuersis [y] redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. 1 ¶ Sacras insuper epistolas [z] quibus approbantur viri clarissimi tribuni prætoriani & notarij, non vnius tantùm nomine, sed alterius quoque vtrius præstandas perspicimus, siue suos filios, siue alios quosdam duxerint illustrandos. 2 ¶ Ad hæc, altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur: quos vnius solùm nomine eisdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente: seu qui ex prouinciis suis, vel ex amicis voluerint, in prouinciis tamen degentibus. 3 ¶ Licentiam eis prætérea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram adoraturos [a] purpuram, statutis inferendos præsentialibus [b] domesticis, vnum equitum, alterum scholæ peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi sunt: nullo, dum supererunt, de militia venumdanda [c] pacto cum eis interposito, quorum eiusmodi conuentiones intersunt. ita tamen, vt iidem viri facundissimi, cùm offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis millia, nihílque amplius, nouerint dependenda viris magnificis comitibus dicatissimorum [d] domesticorum: id est, equitum quidem pro eo, qui inter equites meriturus est: peditum autem pro eo, qui inter pedites inferendus est: solitis videlicet statim stipendiis, necnon etiam cæteris solatiis iisdem tyronibus deputandis sine quolibet alio dispendio. 4 ¶ Aliis etiam priuilegiis potiantur, quæ diuersis temporibus consecuti sunt siue per Augustos apices, siue per dispositiones & sententias amplissimæ tuæ sedis. nam qui nobis digni iudicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adiuuandi. Dat. Kal. Decemb. ipso A. & Eutherico Conss. 531.

u Dabantur olim arbitri ad fideiussores probandos. *l. 9. D. qui satisdare. l. vlt. D. à quibus appellare. l.7. §. 3. D. de minorib.*

x i. sine diminutione.

y vniuersis redditur quod eorum primatibus indulgetur.

z *l.4.s.eo. l.45. C. Theod. de decur.* Eædem dicuntur instrumenta. *l.7.j. de fide instrum.* Testimoniales missionis honorariæ epistolæ. *l. 15. Cod. Theod. de professorib.* Veget. 2. contubernalibus completis stipēdiis per testimoniales promouere dimissum. *v. Cuia. ad l. vlt. j. de professorib.*

a de adoratione purpuræ imperialis, alibi dicam.

b præsentibus. *l. vlt. j. de domesticis & protectoribus. adde Edictum Iustiniani. 13. c. 2.*

c militiæ domesticorū vendi possunt, quædam etiam vendi non possunt. *l. vlt. j. de pignor. v. quæ notaui ad l.5. j. qui milit. ad de Nouell. 53. c. 4. & ibi Cuiac.*

d nota epitheton domestici.

De numero aduocatorum. 1. De temporis ordine seruando. 2. vbi degendum. 3. Sanctio. 4. De sexcentis aureis. 5. De priuilegiis olim indultis. 6. De sportulis, & sumptibus litis.

7. Idem A. Theodoro P.P. [e]

PEr hanc legem decernimus, ne, antequàm in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, aspirare quis qualibet arte concedatur, aut possit: nisi vel eorum filij, qui triginta priorum [f] obtinent numerum, facundiæ studiis eruditi, gratis [g] videlicet, & sine vllo suffragio, aut fortasse exteri non vltra duos per annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps, postquàm in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. 1 ¶ Interdicenda quoque cunctis licentia præuertendi [h] progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: &, vt in mercatorum contractibus, loco permutandi: & adhuc tyrones iam interesse veteribus. 2 ¶ Hoc etiam pronuntiandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta obseruatione glorificæ tuæ sedis. Nouerint etenim, qui, post nomen impetratum patroni litium, vltra trium [i] annorum spatium ex sacratissima hac vrbe morandum duxerint, nec nuncupationem togati, nec priuilegia virorum huiusmodi concedenda sibi: vt ne repetitis [k] ex industria prædictæ sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicetur peregrinationis excursus. 3 ¶ Quorum omnium si quid vel minimum quocūque tempore fuerit violatum: viginti primates eiusdem ordinis, & qui pro tempore sollicitudinem ab actis [l] in amplitudinis tuæ gerent officio, adiutores etiam eorum denis singuli libris auri ferientur, quòd aduersus imperialia consulta serenitatis nostræ tendentibus non statim obiecerint intercessionem legis præsentis, aut non restiterint, & omnino non prohibuerint, ne

e præfecto vrbi. *Cuia. 13. obs. 1.*

f Priores aduocatorū sunt primicerij & primates. *§. 4. j. eod.*

g *l.5.§.5.s.eo.*

h suo ordine dignitates adipiscendæ. *l.8.j.eo.*

i *v. Cuia. d. loco.*

k petitis.

l Notitia imperij Romani inter officia præfecti vrbi, hunc etiam qui dicitur *ab actis* numerat.

a decernetur. b discursum. c *al.*celebrem. d Hinc Baldus colligit, Salarium solui doctoribus & aduocatis in medio anni. Quid pensio domus locatæ? in fine anni, nisi aliter dictum sit. *l.*1.§.4. *D.de migrando. l.*42. *D.de verb.oblig. l.*9. *D.de regulis iuris.* e October medius olim anni mensis, anno ab Aprili incipiente.
f tribunali. g eidem ordinatum ostenditur, &c. h i. in posterum.

quid tentaretur contrarium, cùm nec in administratores sublimissimæ tuæ sedis, si non intentè custodierint disposita salutaria, &, vt non temerentur, prospexerint, pœna deerit [a] decem auri librarum. 4 ¶ Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis, ad exemplum priorum temporum, ex arca tui iudicij consulatur: ne post decursum [b] celere [c] aduocationis, & labores gloriosos egeni exeant: non (vt sæpè contingit) incerto die præstentur, sed cum||ad||medium [d] iter peruenerint patrocinij rerum fiscalium: id est, Kalendis [e] Octobribus per annos singulos sine cunctatione soluentur. 5 ¶ Quicquid insuper priuilegiorum retrò principum sacris affatibus, vel auctoritate tribunalis [f], cuius interest, huic eidem [g] ordini datum ostenditur, inuiolatum seruari. 6 ¶ Cúmque lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu ciuilis causæ certamine, aut criminalis quæstionis obtentu, hîc, vel in prouinciis: cùm per concessum tempus eorum adesse quemquam euenit, nullas executores sportulas adsequi: nec qui controuersiis mouendis inseruiunt, aut excipiendo, seu præparando, vel officio quolibet alio, quocumque nomine sumptum exigendum censemus. Dat. Id. Feb. Constantinop. Iustiniano & Opilione Conss. 524.

De priuilegiis patronorum fisci.

8. Idem A. Archelao P.P.

NEmo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cætero [h] permutationum saltibus [i] superiore gradu captato, fruiturum se beneficiis, quæ patronis ærarij, seu dum officium exhibent causis fiscalibus aut post impletum agmen [k] impartita monstrantur. Dat. 12. Kal. Septembr. Iustiniano & Opilione Conss. 5.

Productio. §.2. l.7. ad aduocatos Illyricanos.

9. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

DE constitutione [l] diuinæ recordationis Iustini patris nostri super togatis amplissimæ tuæ sedis prolata, Illyricani aduocati postulauerunt à nobis, ||eis||clarum fieri, si [m] locum etiam circa eos posset habere, siue cum commeatu, siue sine commeatu iudicio eiusdem sublimitatis ||tuæ||abfuerint. Sancimus itaque ||talem|| legem generaliter etiam in persona eorum valere, vt si quis sine commeatu vltra continuum biennium [n] abfuerit, vel cum cômeatu vltra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris disertissimis togatis eiusdem sedis adsistere. Perfruantur igitur aduocati eiusdem sublimitatis hac nostra generali sanctione.

i Qui per saltum promouetur, non fruitur priuilegio.
k ne dicas officium, cum Accursio. Agmen hîc significat numerum.
l *l.*7. *s. eo.*
m i. an.
n *v. Cuiac.* 13. *obs.*1.
o i. de officio aduocatorum fisci. Cæterùm hoc notandum est: Fisco, suum ac proprium patronum fuisse à M. Antonino primùm institutum, si Capitolino credemus, Aderat hic fiscalibus causis. *l.vlt.j.eo. l.vlt.ff. de iure fisci.* ac liberalibus, quæ eo non interueniente in integrum restituebantur. *l.* 3. §.9. *in fin. l.* 7. *D. de iure fisci.* Porro ex aduocatione cuiusque sedis creabantur singuli vel bini & interdum biennij munere fungebantur, pro varia cuiusque fori consuetudine. Bini in præfectura prætorio Orientis & Illyrici. *l.* 10. *s. de aduocat. diuers.* biennales erant in Præfectura Illyrici. *l.*6. *s. de aduocat. diuers iudic.* Hi omnes cum liberis, posterisque liberabantur omni viliore conditione & comitiua consistoriana, aliisq; honoribus ornabantur. *l.* 7. *l.*8. *l.*11. *s. de offic. diuers. iud. l.*4. *l.*6. *s. de aduoc. diuers. iud.* vtrobique. 64. primores aduocati, patronorum fisci priuilegiis fruebantur. *l.*15. *s. de aduoc. diuers. iudic.* Vnicus fisci patronus erat, & quidem biennalis Alexãdriç, exconsulari dignitate decoratus. *l.*13. *s. de aduoc. diuers. iudic.* Erat etiã vnicus & biennalis in foro Præsidali Syriæ. *d. l.*13. & foro Comitis Orientis. *l.* 3. *s. de aduoc. diuers. iudic. adde Briss.* 3. *select.*13.
p Prætextu salarij non soluti, aduocati causam fiscalem deserere non debent.

DE ADVOCATIS FISCI [o].

TIT. IX.

An contra fiscum patrocinium præstari possit.

1. Imp. *Antoninus* A. Claudio.

CVm te fisci causam ag tasse proponas, quanuis [p] te salarium percepisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim, qui causam fisci egissent, prohibitum [q] est aduersus fiscum patrocinium prçstare. PP. 13. Kal. Ian. Antonin. A. IIII. & Balbino Cos. 214.

2. Impp. *Valerianus & Gallien.* AA. Frequentio.

POtes, auctoribus nobis, aduersus [r] fiscum quoque patrocinium exhibere priuatis: dum eam. f. causam, quam tu, cùm fisci aduocatus fueras, fortè tractasti, suscipere declines. PP. 6. Kal. Mart. Valeriano & Gallieno AA. Cos. 255.

De commodis fiscalibus non occultandis. De calumniis non mouendis.

3. Imp. *Constantin.* A. Æliano proconsuli Africæ. post alia.

FIsci aduocatus pœnas metuens, caueat [s], ne fiscalia commoda occultet, néve vllo negotio existẽte, fisci nomine priuatis audeat calumnias [t] commouere. Dat. 6. Id. Nou. Treum. Constantinop. A. 4. & Licinio Cæsa. 4. Cos. 315.

De rationalibus & præfectis ærario.

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. ad Ammianum comitem rerum priuatarum.

q *l* 2. *j. eo. l.*2. *s. de aduoc. diuers. iud.* excipe casus legis 13. *s. de aduoc. diuers. iud. l.*3. §.1. *l.*5. §.1. *s. de aduoc. diuers. iud.* excipe *l.*2. *j. eo.* r *dixi s. ad l.*1.
s Nota quæ sunt cauenda fisci aduocatis. t *v. l.*1. *j. de bo. aduocat.* u *de his vide l. vlt. in fin. j. ad l. Iul. maiest.* Procurator Cæsaris, absentibus aduocatis fisci, causas rei priuatæ, vel ærarij sacri disceptare non debet. *l.*41. *C. Theod de appell. lib.*11.
x Aduocati fisci, patroni ærarij. *l. pen. s. tit. prox.* Philostratus in Cyrino, fisci aduocationem vocat, την τȣ ταμιείȣ γλῶτταν: & *Basi.* συνήγορον τȣ ταμιείȣ, i. qui interueniat pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum sacrarum largitionum: in prouinciis apud procuratorem Cæsaris: in vrbe, apud Præfectum ærarij. *v. Cuiac. hîc.*
y aduocatione. *d. l.*41. z 2. *C. Theod.*11. a 8. *synopsis Basi* c.1. c.45.
b & tacentib. *l.*3. *j. eo. l.*79. *D. de verb. obl.* c *l. vnic. C. Theo. e. l.*9. *s. de iur. & fact. l.*92. *D. de reg. iur.* d sunt libelliones pragmatici. *l.*9. §.4.5. *D. de pœnis.* diuersi ab aduocatis. Hi agunt, illi scribunt. e *l.*23. *j. vt lit. pend. v. l. vlt. j. sent. rescind.* f præsentem. *Hal. adde l.*1. *s. eo.* g Nota, Ex continenti, id est, triduo. *adde l. vlt. j. de iud.*
h hæc verba, i. triduo proximo, desunt apud authorem synopseos *Basilic.*8. *tit.*1 *ex lib.*51. *tit.*4. *c.*47. i Sic glans legenda intra triduum. *l.*1. *D. de gland. e. l.*9. §.1. *D. ad exhib. adde casum. l. vlt. j. de iudic. v. Cuiac. c.*5. *de præscript.*

RAtionales [u], priuatæ rei causis, vel sacris ærariis [x] præsidentes, examen præsente fisci aduocato [y] suscipiant. PP. 17. Kal. Ian. Merobaude II. & Saturnino Conss. 383.

DE [z] ERRORE ADVOCATORVM, vel libellos seu preces concipientium.

TIT. X.

De præsentia principalis litigatoris.

1. Imp. *Alexand.* A. Aureliæ.

EA [a], quæ aduocati præsentibus [b] his, quorum causæ aguntur, allegant perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. PP. Kal. Mart. Albino & Maximo Conss. 228.

De errore scripturæ.

2. Imp. *Gor.* A. Rogato militi.

ERrores [c] eorum, qui desideria, id est, preces scribunt [d], veritati preiudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem, cuius mentionem libello insertam esse proponis, manifestè probare potes non intercessisse: allegationes tuas lædi non oportere, is, qui super negotio disceptaturus est, non ignorabit. PP. 10. Kal. Iul. Pio & Pontiano Conss. 239.

De præsentia litigatoris, & de sententia lata.

3. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Vlpiæ.

SEntentiis [e] finita negotia, rescriptis reuocari non oportet. Nec enim quæ constituta sunt, ||id est,|| vt aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari possunt: cum te præsente [f], neque causæ palam ex continenti [g], id [h] est triduo [i] proximo contradixisse, neque post [k] sententiam appellationis remedio (si tibi hæc displicebant) vsum esse proponas. Dat. 6. Kalend. Septemb. Viminacij, CC. Conss. 294.

VT QVÆ DESVNT ADVOCAtis [l] partium, iudex suppleat [m].

TIT. XI.

1. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. ad Honoratum.

NOn dubitandum [n] est, iudicem, si quid à litigatoribus, vel ab his, qui [o] negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere [p], & proferre quòd sciat [q] legibus & iuri publico conuenire. S. 16. Kalend. Mart. Diocletiano V. & Maximiano IIII. AA. Conss. 293.

EX [r] QVIBVS CAVSIS INFAmia [s] irrogatur [t].

TIT. XII.

De carcere, & vinculis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Manilio.

INfamiae detrimentum minimè tibi affertur ob id solùm, quòd in carcerem [u] coniectus es, vel vincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt. PP. sine die & consule.

De eo qui plus debito exegit.

2. Iidem AA. Venerio.

NEque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui, cùm plus debito nomine debitorum [x] exegisset, in duplum à præside condemnatus est. PP. 5. Id. Ian. Laterano & Rufino Conss. 198.

De eo, qui ad tempus ordine motus est.

3. Iidem AA. ad Metrodorum.

ETsi seuerior [y] sententia dici debuit: tamen [z], cùm proconsul vir clarissimus certis [a] rationibus motus [b] mi-

k Ante sententiam licet errorem corrigere. *l.*4. *in fi. D. de noxalib.* §. 34. *Inst. de act.*
l quidam legunt, aduocationi.
m hinc colligunt, Iudicem iudicare non secundum acta, sed ex conscientia. de qua quæstione *v. Cuiac.* 11. *obs.*19. *Hoto.* 25. *Illust.* Paucis *Harmenop.*1. *tit.* 4. de finit, Omissas rationes iuris ab aduocato à iudice suppleri: at non factũ tamen, seu negotium.
n Dubitandum videbatur, quia iudex supplendo, patrocinari videtur non iudicare. 14. *Gel.*2.
o hi συνήγοροι. hoc sensu, Quæcunque vel à litigantib. vel ab aduocatis omittuntur à iudicib. suppleantur. *synopsis Basili.*6. *ex lib.*8. *tit.* 1. c.48.1. *Harmenop.*4. §.18.
p *l. vlt. j. de app.*
q Iudex petitus suum interponit officium, non aliàs. *v. tamen Socin. regul.* 197.
r Commodè hîc titulus subsequitur titulũ *de aduocatis,* Infames enim postulare prohibentur. *Paul.* 1. *sent.*2. §.1.
s *adde* 10. *j.*57. 3. *D.*2.21 *synopsis Basilic.*2.6. *Harmenop.* 15. quæ ab Augustino diffamia dicitur, in quæstionibus veteris testamenti. *adde Lamprid. in Alexand.* Porrò, infamia est læsio dignitatis status, & damnum famæ.
t non irrogatur. ita concipitur titulus in Basilicis, περὶ ἀτιμῶν δι᾽ ὧν ἀτιμία τινὶ ȣ̓ προσγίνεται. *Cuia. hîc.* Affirmatiuè tamẽ concipitur in Ecloga.
u Carcer, seu sola vincula, nõ infamãt. *vt hîc:* Seruis tamen, qui ob delictũ, pœnæ causa vincti fuissent, vincula nocebãt ex lege Ælia Sẽtia, vt nec Latini nec ciues Romani manumissione fierent, sed deditiorum numero, qui vilis propemodum, abiectus & infamis numerus erat. Plura vide apud *Cuiac.*15. *obseruat.*7.
x tributorum. *Haloand.* & rectè meo iudicio. vt sit sensus, publicanum non ideo fieri infamem, quòd in duplum fuerit condemnatus iniustæ exactionis causa.
y Græci hanc legem ita opponunt. apud authorem synopseôs 21. *tit.*3 *cap.* 3. Condemnatio grauior irrogata, vltra pœnam à lege definitam, releuationem infamiæ largitur.
z *adde quæ dixi ad l.*11. *D. de pœnis.*
a Quid, iudici amicitia, iustáne ratio est, vt in amicum mitiorem sententiam ferat? Tiraquellus ita censet *tract. de pœnis causa* 16. & 17. siue amicitia ipsius rei ductus id faciat, siue amicorum eius.
b *l.*31. *D. de pœn.*

a ex duabus fortè legibus. Quid?potéſtne ſeueriorem ſententiam dicere? *v.l.*13.§.7.*D.eo.l.*11.*D.de pœnu.* Ex his colligunt, Iudicem in ordinariis criminibus pœnam minuere aut augere non poſſe: in extraordinariis, poſſe: ídque pro qualitate rerum, factorum, perſonarum. *vide Gaudinum tract.de maleficiu.rubr. vtrum pœna poſsit augeri.* b Sententia temporalis, habet effectum temporalem.*l.*8. *D. de poſtul.l.*1.*j.de his qui in exiliũ.* Imò, & vltra tẽpus.*l.*6.*j.eo.* hinc etiam collige, Infamiam ad tempus inuri poſſe, c Biennij prohibitio, ſequentium annorum indulgentia eſt.

tiorem [a] ſententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abſtinere iuſſerit, tranſacto [b] tempore non eſſe te in numero infamium, palàm eſt: eo [c] quòd poſt biennium remiſiſſe tibi prohibitionem decurionatus iudex videtur. PP. X.Kalen.Ian.Laterano & Rufino Conſſ.198.

De exilio temporali.

4. Iidem AA.Venuſtiano.

SI Poſſidonium in [d] tempus anni relegatum, ſententiam non exceſſiſſe proconſulis probaueris: quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam ſententiæ ſeueritas [e] cum cæteris damnis tranſigere videtur. PP. VI. Kalend. Mart. Saturnino & Gallo Coſſ.199.

De fuſtibus & iniuriis.

5. Iidem AA.Ambroſio.

DEcuriones quidem, item filios decurionum fuſtibus [f] caſtigari prohibitum eſt. Verùm ſi iniuriam [g] te feciſſe proconſul vir clariſſimus pronunciauerit, ignominia notatus es. PP.Kalen.Iul.Saturnino & Gallo Conſſ.199.

De condemnatione in opus publicum ad tempus.

6. Iidem AA.Iuſto.

AD tempus in opus publicum damnati, priſtinum quidem ſtatum [h] retinent: ſed damno infamiæ poſt [i] impletum tempus ſubiiciuntur. PP. VII. Id. Decemb. Geta & Plautiano Conſſ.204.

De eo, qui bonis paternis abſtinuit.

7. Iidem AA.Demetrio.

NEmo ob id, quòd bonis paternis ſe abſtinuit [k], infamis eſt. PP. 5. Id. Ianuar. Antonino A.& Geta II.vtriſque Conſſ.206.

De furto, & de eo, apud quem res furtiua inuenta eſt.

8. Iidem AA.Vlpiæ.

SI furti condemnata es, citra verbera quoque [l] fuſtium, famæ damnum ſubiiſti. Quòd ſi res furtiua, quam alter ſurripuit, apud te ignorantem comperta eſt: non læſit exiſtimationem tuam durior ſententia. PP.10.Kal.Mart. Antonino A.& Geta vtriſque II.Conſſ.206.

De publicis negotiis defenſis.

9. Iidem AA.Læto.

NEminem ſequitur infamia ob [m] defenſa publica negotia patriæ ſuæ. PP.12.Kal.Mart.Antonino A.& Geta vtriſque III.Conſſ.209.

De iniuriis.

10. Iidem AA.Seuero.

INiuriarum ex [n] perſona quoque ſerui damnatus, infamia notatur. PP. 4.Kal.Auguſt.iiſdem Conſſ.209.

De ceſsione & venditione bonorum.

11. Imperator *Alex.*A.Herennio.

‖DEbitores,‖ qui bonis ceſſerint [o], licèt ex eâ causâ bona eorum venierint, infames non fiunt. PP.10.Kalen. Maias, Maximo II.& Æliano Conſſ.224.

De expilata hereditate.

12. Idem A.Donato.

SI, te expilaſſe [p] hereditatem, ſententia præſidis conſtiterit: non ex eo, quòd non & alia pœna tibi irrogata eſt, furti improbioris [q] infamiam euitaſti. PP.Kal.Iul.Iuliano II.& Criſpino Conſſ.225.

d Exiliũ temporale non infamat.

e Nec ſeuerioris legis ſententia infamat. *vt hic.& l.*10.*in fin. D. de pœnu.* nec mitioris.*l.*3.*s.eo. v.Cuiac.*20. *obſ.*38.

f *l.*9.*j.de pœnis: l.*9.§ 12.*D.de pœnu.*

g Iniuriæ nominatim damnatus, fit infamis. *l.*4.*in fi.D. eod.*§.2.*Inſtit.de pœna temerè litigantium*: *adde l.*9.*j.eo.*

h id eſt, libertatem & ciuitatem. Damnati verò in perpetuum opus, ciuitatem tantùm amittunt, non libertatem. *l.* 17. *in fi. D.de pœnu. v.Cuia.*15. *obſer.*22.*in fin.*

i Damnatio in opus publicum, relegatione in opus grauior. Hæc, tempore finito.non infamat. *l.*44.*s.eod.* illa, infamat.*vt hic.*

k Abſtinere à bonis paternis, infamiam non adfert.

l & furti damnatus. *l.*63. *D.de furtu. l.* 1.*D.hoc titul.*& fuſtigatus fit infamis. *v.l.*16.*j.eo.*

m ob non defenſa. *Hal.*& malè, Senſus apertè colligi poteſt ex *l.* 4.*j.de delatoribus.l.*2.*D.de iure fiſci.*

n ſenſus eſt, Condemnatum iniuriæ factæ etiam vili perſonæ, notari. *adde l.*5.*s.eo.*

o Bonorum ceſſio, eorumque vẽditio infamiam nõ infert. *l.* 2.*l. vlt.j. qui bonu cedere:* de iure quidem. nihilominus tamen ceſſio, ſpecies eſt quædam ignominiæ. *Nou.*3.4.135.*adde Hotom.*24.*Illuſtr.in fin.* præſertim ſi ea fiat bonis decoctis. *Hotom.ibid.Cuiac. ad Nouell.*135. p Expilatæ hereditatis damnatus fit infamis. q Furtum ſimplex eſt quid improbum: expilata hereditas, quid improbius.*l.*1.§.1.*D.de effractorib.* Baldus adiicit, rapinam eſſe improbiſſimum quid. *v. Cuiac.*6. *obſ.*2. r Non ideo infames liberi, quod à patre ſuo in teſtamento ſunt notati. *l.* 3. *D.de lib.& poſthum. l.*29.§.1.*D.de probat.* vel exhæredati: licèt exhæredatio ſpecies ſit quædam iniuriæ. *l.* 8. *D.de inoff.l.*132.*D.de verb.oblig.l.*10.*j.de teſtam.milit. v.Cuiac.ad Nou.*18.*fol.*367.*in fi.* ſ *ſumpta ex Codice Gregoriano tit.de poſtul.* t Fuſtigatio non infamat, ſed cauſa. *l.*22.*D.eod.* niſi publicè facta ſit.*l.*16.*j.eod.*& inter cædendum, præco ita dixerit, Nec ſis adeò vilis, vt ſine iuſta cauſa accuſationem inſtituas. u *l.*1.*l.*8.*in fi.l.*11.*D.eod.*

x De luctu (vt Philoſophus) ita loquitur Seneca epiſt.64. Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec fluant. Lachrymandum eſt, non plorandum. Duram tibi videor legem ponere, cùm Poetarum Græcorum maximus ius flendi dederit in vnum duntaxat diem: cùm dixerit, etiam Nioben de cibo cogitaſſe. Per lachrymas argumenta deſiderij quærimus, & dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus.

y abſtinere à conuiuiis, ornamentis & alba veſte. *Paul.*1.*ſent.*21.§.3. hæc enim lugubria. Dixi ad *l.*8.*D.eod.* z olim conſiſtebat luctus mulierum etiam in habitu.

a Tempus luctui mulieribus præſtitutum olim, erant menſes decem: nam & hoc fuit legitimum pariendi tempus. Hodie præſtituti ſunt duodecim: ídque non modò ob confuſionem ſanguinis, ſed ob reuerentiam mariti: quandoquidem etiamſi intra annum peperit, annum luctus peragere debet, niſi hoc à principe vel Senatu impetrauerit, vt ſibi intra legitimum tempus nubere liceret. Quid ſi maritus hoſtis ſit patriæ, quid ſi non mortuus, ab ea tamen diuertit? Cùm primùm pepererit, poteſt nubere. *l.* 11. §.1.*D.eod.* 4.*Harmenop.*6.*vbi tractat de adulterio.* Poſt partum mulier ἐν τῷ πένθει, alij non poteſt nubere: ἐν τῷ πενθίμῳ poteſt. πένθος eſt virorum luctu dignorum: πένθιμος, indignorum. 4.*Harmen.*6.*c.*περὶ μοιχείας. *Nou.*22.*c.*40. *vide Cuiac. c.*20.*de præſcript.* Eadem diſtinctione idem vtitur. 6.*obſeru.*32.*adde* 21.*Eclog.*2.*cap.*5.*& ſeq.*

De his, quæ pater in teſtamento, filios increpans ſcripſit.

13. Idem A.Iuuentio.

EA, quæ pater teſtamento ſuo filios increpans [r] ſcripſit, infames quidem filios iure non faciunt, ſed apud bonos & graues opinionem eius, qui patri diſplicuit, onerant. 13.Kal.Nou.ipſo A.III.& Dionyſio Conſſ.230.

De fuſtibus. De quæſtione.

14. Imp. *Gordian.* Iouino.

NVllam [ſ] exiſtimationis infamiã auunculus tuus pertimeſcat ictibus fuſtium ſubiectus‖ob [t] crimen quæſtione habita,‖ ſi ſententia non præceſſit ignominiæ maculam irrogans. Dat.Kal.Sept.Pio & Pontiano Coſſ.329.

De luctu.

15. Idem A.Sulpitiæ.

DEcreto ampliſſimi ordinis luctu [u] fœminarum deminuto [x], triſtior [y] habitus cæteráque hoc genus inſignia mulieribus remittuntur [z]: non etiam intra tempus [a], quo his elugere maritum moris eſt, matrimonium contrahere permittitur: cùm etiam, ſi nuptias alias intra hoc tempus ſecuta eſt, tam ea, quàm is, qui ſciens eam duxit vxorem, etiam ſi miles ſit perpetuo edicto labẽ pudoris contrahat [b]. PP.17.Kal.Iul.Gordiano A.& Auiola Conſſ.240.

De fuſtibus, & ſuperdicto ἐσυκοφάντησας.

16. Idem A.Domitiano.

FVſtibus cæſum, cui per præconem [c] ita dictum eſt ἐσυκοφάντησας [d], i.*calumniatus es*, vt calumniatorem videri notatum, ideóque eſſe famoſum, manifeſtum eſt. PP.3.Kal. Auguſt Sabino & Venuſto Conſſ.241.

De interlocutione iudicis ſine cauſæ cognitione.

17. Idem A.ad Magnum.

VErbum precibus inſertum potiùs verecundiam onerare, quàm vllam exiſtimationis maculam videtur aſpergere. Etenim cùm non [e] cauſa cognita dictum eſt ἐσυκοφάντησας [f], ſed ad poſtulatum patroni, interlocutione iudicis reſponſum ſit: nequaquam hoc infamiam irrogat. PP.8. Kal.Octob.Attico & Prætextato Conſſ.243.

De iniuriis, de pacto, tranſactione, iureiurando.

18. Impp.*Valerianus & Gallienus* AA.Antiocho.

NOn [g] damnatos quidem duntaxat iniuriæ, ſed pactos [h] quoque perpetuum edictum infamat. Verùm pactos eos demum, qui vllos aduerſariis nummos pro mala conſcientia ex tranſactione numeraſſent, in hac cauſa placuit intelligi. Cæterum ſimplex [i] eius ‖rei‖ gratia integram pacti exiſtimationem illibatámque conſeruat. Quòd ſi iureiurando [k] deciſa contentio ſit: nemo dubitauerit, quin religionem abſolutio iudicantis ſequatur. PP.14.Kal.Ianuar. Seculare II. & Donato Conſſ.261.

De interlocutione præſidis.

19. Impp.*Carinus & Numerian.* AA.Ariſtocrati.

INterlocutio [l] præſidis, quæ indicta [m] eſt, infamem eum, de quo quæris, feciſſe non videtur, cùm non ſpecialiter ob iniuriam vel admiſſam vim condemnatus ſit, ſed ita præſidis verbis grauatus & admonitus, vt ad melioris vitæ frugem ſe reformet. PP.17.Kalend.Febr. Carino II. & Numeriano AA.Conſſ.284.

De fœneratoribus.

20. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA.& CC.Fortunato.

IMprobum [n] fœnus [o] exercentibus, & vſuras [p] vſurarum

b niſi infamiã princeps remiſerit. *v.l.* 4.*j.ad Tertull.* Sunt & aliæ eius pœnæ. Nihil capere poteſt ex bonis prioris mariti: nihil ex donatione propter nuptias. *l.* 2.*j. de ſecund.nupt.* nihil ab extraneo poteſt capere: nullo titulo poteſt in ſecũdum maritum vltra tertiam bonorũ transferre, non exiſtentibus liberis. Exiſtentibus, non poteſt vltra virilem. *l.* 6.*j. de ſecundu*: non ſuccedit cognatis, niſi vſque ad tertium gradum. *l.* 1.*j.de ſecundu.* Sunt & aliæ pœnæ, *de quibus vide Cuiac.ad Nou.*22.

c Mos antiquus & à Platone probatus *in legibus lib.*11. *vide l.*13. *in fin. D. de iureiurando*: Ad rem redeo Per præconem. id eſt, præconis voce. *Lamprid. in Alexandro*, Turium necari iuſſit, præcone dicente, *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* *Spartianus in Seuero*, Fuſtibus eum ſub elogio præconis cecidit, *legatum populi Romani homo plebeius temerè amplecti noli.* Alia quædam repetita ex antiquitatis flore. *v. apud Cuiac.* 8. *obſ.* 7. ex Zonara, *in Valentiniano*, ex Xiphilino, *in Iuliano & Seuero*. ad hæc, ex more Vaſconum. ſed & alia eiuſmodi refert. 13.*obſ.* 3. *in fin.* ex Ambroſij ſermone 90. Petronio, Suida, *in Piſiſtrato*: Ioſepho *in Machabæis*: Arriano 3. ἀναβάσεως. Niceta.

d *l.*17.*j.eodem.* συκοφαντεῖς, ita legendum monet *Cuiacius* 13.*obſeruat.*3.

e *l.*19.*j.eod.l.*13.§.6.*D.eod.*

f συκοφαντεῖς. *Hal.* Cuiacius 13.*obſeruat.*3. Forcatulus *in Sphæra legali fol.* 17. hinc, & ex lege 16. *ſuprà eodem. l.* 13. *in fine. D. de iureiurando. l.* 9. §. 8. *Digeſt. de pœnis*: colligit, Romæ Græcis verbis permultas ſententias latas fuiſſe. Cæterum qui hìc iocos & riſus audire volet, legat Accurſium hanc particulam explicantem.

g Iniuriæ damnatus, aut iniuriæ ſibi illatæ nomine pecunia data tranſigens, fit infamis. Eam enim ob cauſam pecuniam dare videtur, quod ſibi conſcius ſit. Contrà iniuriam acceptam pecunia nulla accepta remittens, aut eius nomine non agens, non fit infamis. *Synopſis Baſilicôn.eo.cap.*16.6.*Harmeno.*15.§.8. Quid, damnatus iniuriæ, an ſemper infamis eſt? non fit infamis, ſi modica ſit iniuria. *vide Gayllum* 2.*obſeru.*402.

h qui paciſcitur, precio accepto ſcilicet. *infrà eodem:* de iniuria ſibi illata, fit infamis. *l.*6.§.3.*D. eodem*: 1.*Harmenopul.* 10. Tranſigendi verbo vtitur idem Harmenopulus 6. *titul.* 15.

i Gratis licet remittere iniuriam, at non pretio accepto.

k *l.*6.§.4.*D.eodem.*

l *l.*17.*s.eod.l.*13.§.6.*D.eod.* putà generalis.

m dicta eſt. *Hal.*

n vide quædam in hunc locum apud *Cuiac.*9.*obſ.*28.

o 21.*Eclog.*1.*c.*18. 3.*Harmenop.*7. vbi tractat de vſura eccleſiaſtica. *&* 6.*tit.*15.§.6.

p Vſuras vſurarum exigere non licet. *v.l.* 28.*j.de vſuru.*

illicitè exigentibus infamiæ [d] macula irroganda [e] eſt. S.17. Kal.Mart.ipſis AA.Conſſ.284.

De minore, qui artem ludicram exercuit.

21. Iidem AA.& CC.Statio.

SI fratres tui minores [f] duntaxat ætate ||in|| ludicræ [g] artis oſtentatione ſpectaculum ſui populo præbuerunt, inuiolatam exiſtimationem obtinent. Dat.5.Kal.Septemb. ipſis AA.& Conſſ.284.

Pro ſocio.

22. Iidem AA.& CC.Domitiano.

FIdem rumpens [h] ſocietatis, cum infamiæ periculo, ſuo nomine pro ſocio conuentus, ad faciendum ſatis vrgetur. Dat.6.Id.Decemb.Nicomediæ,CC.Conſſ.284.

DE PROCVRATORIBVS [i]. TIT. XIII.

Cautio de rato.

1. Diuus *Antoninus Pius* A. Seuero.

CAVTIO ratihabitionis [k] tunc [l] exigitur à procuratore, quoties [m] incertum [n] eſt, an ei negotium mandatum ſit. PP.4.Id.Octob.Gallicano & Venuſto Conſſ.151.

De cauſa appellationis pecuniaria.

2. Diui fratres Sextiliæ.

CVm rem pecuniariam eſſe dicas: potes per [o] maritum tuum, ſolemnibus impletis, appellationi aduerſariæ tuæ reſpondere: cum appellationes pecuniariæ [p] etiam per [q] procuratores exerceri ab vtraque parte litigantium poſſint. Accepta 8.Kal.Aug.ipſis III.AA.Conſſ.163.

De fideicommiſſo.

3. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA.Pomponio.

EVm, qui res agit heredum, à quibus tibi deberi fideicommiſſum dicis, euoca [r] ad prætorem virum clariſſimum: qui aut tibi reſpondere [ſ] cogetur, aut ab [t] adminiſtratione negotiorum ſecundùm formam iuriſdictionis prohibebitur. Deliberabit [u] autem prætor, ſi non defendantur heredes, an mittere te in poſſeſſionem [x] debeat ſecuturus iuriſdictionem, quę exerceri aduerſus [y] indefenſos ſolet. PP.10.Kal.Sept.Chilone & Libone Conſſ.205.

De abſente. De mulieribus.

4. Iidem A.Saturnino.

QVia, abſente te, iudicatum dicis: æquum eſt, tibi reſtitui [z] cauſæ defenſionem. Nec oberit tibi, quòd vxor [a] tua interfuit iudicio, aut etiam acquieuit ſententiæ: cùm aliena [b] negotia per mulieres non aliter agi poſſint, niſi [c] in rem ſuam, & proprium lucrum mandatæ ſint eis actiones. PP.Prid.Non.Ian.Apro & Maximo Conſſ.208.

De reconuentione.

5. Imperator *Antoninus* A.Pancratiæ.

ACtionem ei, qui abſentis nomine agere vult, ſi [d] non eum defendat, denegari oportere, iam edicto perpetuo expreſſum eſt. 4.Kal.Mar.Duobus & Aſpris Conſ.213.

De reo criminis.

6. Imp. *Alexand.* A.Martiano.

REum [e] criminis conſtitutum, defenſionem cauſæ ſuſcipere non [f] poſſe, antequàm [g] purget innocentiam

d Negat Molinæus *num.46. de vſuris:* eam infamiam ipſo iure fœneratori inuri, niſi ſimul cùm vſuris principale legitimum modum excedant, quæ verba, vt nimiū obſcura, reiicio. Apertiùs *ibid.nu.*614. fatetur, ipſo iure fœnus improbum infamare. Quæri poteſt, An vſurarius criminaliter ſit puniendus? Clarus 5. §. *vſura.20.verſic.ſed quæro,* puniri extra ordinem cenſet. Sed Molinæus *dicto loco. num.* 156. reiecta Baldi opinione, amplectitur Bulgari, Cornei, Decij, Angeli, Socini opinionē, & criminaliter puniri & torqueri poſſe refert, licèt de iure non ſit cautum: & ita ſe vidiſſe ait in Senatu Pariſienſi. Idem refert *Papon.2. Arreſt.7. nu.*24. Mouetur *l.9.§.5. in fin. D. de publican.* vbi qui exigunt aliquid illicitum extra ordinem puniuntur.

e Quid, improbus vſurarius non poſtulabit dominiū vſurarum in ſe transferri? negat Clarus *dicto loco:* ſed nec teſtari, niſi pręſtita cautione de vſuris reſtituendis. *Oldendorp.c.4.de teſtib.nu.9.11. & cap.66. de except. nu.*10.11.12.13. negat teſtem eſſe poſſe, *arg. l.3. §.5.l.21. §.2. D.de teſtib.*

f aliud, ſi maiores.

g *l.2.in fin. D. eod. adde 6. Harmenop.15.*

h Cōdemnatus actione pro ſocio, fit infamis. *l 6.§ 5.D.e. §.2.Inſtit.de pœna temere litig. 6. Harmenop. 15. in fin.21. ſynopſis Baſilic.1.c.20.*

i 3. *D.32.Cod. Theod.12.Paul.1. ſent.2.l.3.8.ſynopſis Baſilic. ex lib.15.tit.4. Extra* 38. 1. *Sexto* 105.1. *Clement.9. Lucius 5. Placit.* 2. *Papon. 6. Areſt.4.& 5.& lib. 2.Notar. 2.c. des procureurs.*

k Per cautionem rati, procurator fit legitimus.

l Negatio rem dubiam facit. *v. tamen Socin. regula 275.*

m *l.39.§.1.D. eo.l.2.j.de conſortib.§.3. Inſtit.de ſatiſd.* Alios caſus. *v.apud Soci. regul.*318.

n ergo à contrario: ſi certum fuerit, de eo nō caucbit. *v.Socin.regula* 317.

o Maritus poteſt eſſe vxoris procurator ad litem. *adde l.2.j.qui dari tutores.*

p *d.§.3.l.vnic.ſ.de ſatiſdando.l.21.D.ratam rem.* At in criminalibus non datur procurator, ſed defenſor. *l.33.§.4.D.eod.Paul.5.ſent.*16.§.11.

q hinc colligunt, Cauſam initium poſſe ſumere à citatione adminiſtratoris, tutoris, curatoris, & ſimilium. *adde l.35.§.1 ſ.de epiſ.v.l.1.§ 2 D.de adminiſt.tut.l.3.D.de alimentu.*

r *l.3.j.quorum appellationes.*

ſ Procurator cogitur reſpondere.

t Suſpectus adminiſtrator, vel tutor ob contumaciam poteſt remoueri.

u Miſſio ex primo decreto, non fit ſine cauſæ cognitione.

x domini ſcilicet. Ob contumaciam procuratoris fit miſſio contra dominum, & tamen hinc colligitur, Procuratoris contumaciam regulariter domino non nocere. *v. Socin. regula* 321.

y Reo indefenſo, actor in eius bonorum poſſeſſionem mittitur. *l.2.in fi.j.vbi in rem actio.l.8.in fi.j.qui & quando iudex.l.2.D.quib.ex cauſ.in poſ.*

z Non legitimè defenſus reſtituitur ad totam cauſam.

a Abſens non legitimè defenditur, qui defenditur per vxorem.

b Nota regulam.

c *adde l.55.D.eod.* Mulier in rem ſuam poteſt eſſe procuratrix ex ceſſione mariti.

d Non admittitur ad agendum abſentis nomine, qui eum defendere recuſat. *l.35 in fi.l.43.§.4.D.eod.* Datus ad agendum, defendere tenetur: at non è contra. Datus ad defendendum, non cogitur agere. *c.conſtitutus.de procur.*

e Accuſatus de crimine capitali, non poteſt eſſe alterius procurator. Imò, poteſt. *l.21.D.de accuſationib.* Solue, poteſt, ſi eius crimen ſuſpenſum eſt.

f *ſynopſis Baſilic.8.περὶ ἐκδικητῶν.c.79.*

g *v.quæ notaui ad l.6.§.9.ſ.de his qui ad eccleſ.*

ſuam, incognitum non eſt. 6.Kal.Mart. Maximo II.& Æliano Conſſ.224.

De milite.

7. Idem A.Macrino.

MIlitem [h] nec [i] pro patre, vel matre, vel etiam vxore, nec ex ſacro reſcripto, procuratorio nomine experiri oportet: cum neque defenſionem alienam ſuſcipere, vel redimere negotia, vel quaſi ſuffragatorem accedere. vtilitate publica permittatur. PP.8.Id.Mart.Maximo II.& Æliano Conſſ.224.

An procurator procuratorem facere poſſit.

8. Idem A.Manſueto.

QVod quis ſibi debitum exigere tibi mandauit, ante [k] litis conteſtationem tu alij [l] petendum mandare non potes. PP.8.Kalend.Septemb. Maximo II. & Æliano Conſſ.224.

De militibus.

9. Idem A.Aufidio.

QVi ſtipendia merentur: ſuis negotiis ſupereſſe, inoffenſa diſciplina [m], poſſunt. Nec poteſt dici eum, qui honeſtâ & verecundâ præcedente cauſâ mandatas [n] ſibi actiones exercuerit, alieno negotio fungi: cùm, licèt contentio ex perſona alterius bona fide ſumatur, hunc tamen rem ſuam gerere non ambigatur. quod militibus meis interdici non modò abſurdum, verùm etiam iniquum eſt. Sine die & conſule.

De finibus mandati. De fraude, vel dolo.

10. Idem A. Caſtiæ.

SI procurator ad [o] vnam [p] ſpeciem conſtitutus, officium mandati egreſſus [q] eſt: id, quod geſſit, nullum domino præiudicium facere potuit. Quòd ſi plenam [r] poteſtatem agendi habuit, rem iudicatam reſcindi non oportet [ſ]: cum ſi quid fraude vel dolo egerit conuenire eum more iudiciorum non prohibearis [t]. PP. 3. Kalend. Mart. Albino & Maximo Conſſ.228.

De pupillis, adultis, & eorum tutoribus vel curatoribus.

11. Idem A.Sebaſtiano.

NEque tutores neque curatores ex ſua perſona in rem pupilli vel adoleſcentis procuratorem facere poſſunt, ſed [u] actorem [x] conſtituere debent. Pupillus autem vel pupilla, adultus vel adulta, tam ad agendum quàm ad defendendum, tutore ſeu curatore interueniente, procuratorem ordinare poſſunt. Ipſi etiam tutores & curatores poſt [y] litis conteſtationem à ſe factam, ad exemplum [z] procuratorum, qui litem conteſtati ſunt, dare procuratores non prohibentur. PP.Prid.Id.Maij.Alexand.A.3.& Dione Conſſ.230.

Qui ſine mandato admittuntur. De ætate.

12. Idem A.Frontoni.

EXigendi à filio tuo mandati, qui ſe defenſioni tuæ offerebat, duplici ratione neceſſitas non fuit: aut quod defendere [a] quis, ſiue libertus, ſiue extraneus ſit, ſine mandato poteſt, ſatiſdatione [b] tamen pro defenſione præſtita, & alia proculdubio obſeruatione ſubiecta: aut quod filius [c] etiam ſi vltro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. Sanè, quòd nec [d] dum legitimam [e] ætatem idem filius tuus compleuerit, ob hoc quidem depellere à procurationis officio eum iudex non iniuſtè potuit: ſed multò iuſtiùs [f] fuit, huiuſmodi [g] defenſorem audire, quàm te abſentem quaſi contumacem & indefenſum graui condemnatione afficere. 5.Kal.Octob.Agricola & Clementino Conſſ.231.

h Nemo militantium fiat ſuſceptor, defenſórve cauſarum: nec ad cognitionem alieni iurgij ſuffragator accedat. vbi interpres, militantes non permittuntur legibus lites ſuſcipere alienas, nec Procuratores fieri poſſunt. *l.6.C.Theod.eod.*

i Filius idémque miles, patris procurator eſſe non poteſt: etiam ex reſcripto principali. *l.9.j.eod.l.8.D.eod.§.vlt.Inſt.de except.*

k Ante litem conteſtatam, procurator ad litem, alium ſuo nomine nō poteſt ſubſtituere. *l.11.l.23.j.eod. l.8.§.3.D. mandati. l.4.in fi.D. de appellat.* niſi ſpeciale ſubſtituendi ante litem mandatum habeat. *v.wurmſer.1.pract.5.obſ.*14. Aliud in procuratore ad negotia. *d.§.3.* & in rem ſuam *l.33.j. de donationibus. wurmſer. d.loco: obſeruat.1.& 19.* Verū dicta lex 33. loquitur de procuratore in rem ſuam.

l Procurator regulariter aliū procuratorem ſuo loco ſubſtituere non poteſt. *v.tamen Socin.reg.*319.

m ſine offenſa diſciplinæ. *Haloand.*

n Qui mandatas actiones exercet, alieno negotio non fungitur. *l.13.j. eod. l.8.§.2.l.55. D.eod.*

o Huic mox opponitur procurator plenam poteſtatē agendi habens.

p poteſt enim ad vnam tantū conſtitui. *l.1.§.1. D.eod.*

q Procurator fines mandati egreſſus, domino non præiudicat.

r vel liberam adminiſtrationem. *l.7. in fin. pr.D.de peculio:* vel ſi ita datus eſt, vt id omne agere poſſit, quod præſens dominus faceret. *l.1.D.de off. procurat. Caſar. l.60. in fin. D. mandati.*

ſ In huiuſmodi tamen libero mandato nō includitur poteſtas donandi. *l.7.j. de donationibus.* & delegandi. *l.6.§.2.D. de condict.indeb. l.2. D.de his quæ in fraud. Papon. 2. Not.2.cap. des procureurs. fol.* 109. *ad* 118. vigintiquatuor caſus enumerat, quos negat cenſeri permiſſos procuratori cum libera.

t Quid ſi procurator non ſit ſoluendo? non dabitur actio in tertium, niſi is cum procuratore colluſerit. *l.3.§.1.D. de eo per quem. l.7.§.9. D. de dolo:* aut ſi quid procuratori ſubtraxerit. *l. 12. D. de furtu.* Hinc conſtat nullo iure, procuratore non exiſtente ſoluendo, dominum reſtitui aduerſus eum, qui bona fide cum procuratore contraxit. quod tamen non obſeruari refert Gayllus 1. *obſeruat.* 45.

u Actoris & procuratoris differentia.

x *§.vlt.Inſtit.de curatorib.l.13.D.de tutelis.l.9.D.ratam rem.*

y *dixi ad l.8 ſ.eo.* Cur ita? quia tunc domini litis facti ſunt.

z *l.24.in fin.j.eodem.*

a Poſſumus alium defendere ſine mandato.

b *vide Nouell.128.c.10.*

c Filius etiam ſine mandato, patris nomine vltro agere poteſt. Satiſdare tamen debet, iudicatum ſolui. *l.35.D.eo.l.3.§.3.D.iudic.ſolui.*

d Minor vigintiquinque annis εἰς φροντίδα οὐ καλεῖται in rerum alienarum curam non vocatur. *1.Harmenop.12.§.41.*

e Minor vigintiquinque annis, procurator non facilè admittendus. *lege 51. D. eodem.*

f E duobus malis, minus eligendum.

g id eſt, minorem vigintiquinque annis.

De præ-

a *l.9.§.eod.l.8.§.2. D.eodem.*
b id est, exceptio.
c id est, Exceptio declinatoria omissa in causa principali, non potest opponi in causa appellationis *Bal. v.VVurmser.1.pract.8.obs.10.*
d Minor potest causæ victoriam obtinere, etiam per procuratorem minùs legitimè constitutum nec eo prætextu dãnatus, causam restitui rectè postulat. E contrario, si procuratorem illegitimũ habet, non potest damnari *le. 46. D.de re iud.*
e *Syn.Basil.10. ex lib.8.tit.2.c.88.*
f Nota regulam.
g Nemo litem alterius redimat gratis quidem procurator fiat qui volet, nec data pecunia actionem suscipiat: ita Græci hunc locum accipiunt apud authorem *Syn.Bas. 8.c.* περὶ ἐντολέων 89.
h *l.20.j.mandati. l.53.ff.de pact.l.7. in fi. D. mandati. l.5.§.de postulando: v.Cuiac.8.obs. 31.*
i hinc colligere possis. Vetus procuratoris officiũ longè diuersum fuisse ab eo quod nostro tempore procuratores exercent: quorum oculatæ manus nihil credunt, nisi quod tenent.
k *v.l.19.j.eo.* Generalis procurator cum libera, res domini immobiles vendere non potest *l. 63.D.eo.*
l generalem scilicet *v. quæ notaui ad l.9.§.4. D. de admin. rer.*
m *l.8.§.1.l.35.§. 2.ff.eod.l. 156. D. de reg.iur.*
n id est, agendi potestatem: potest tamen interdum cogi defendere *l.5.§. eo. v.VVurmser.1.pr. act 5.obs.6.*
o nisi pauperum causa *v. Mynsing. 4.obs.32.*
p *l.8 §.8.D.mandati.* Cogitúrne eam in iudicio appellationis prosequi? non tenetur, si ad vnam tantùm causam datus est. *vide VVurms.1.Pra.5. obs.9.* Potéstne appellari ab executione? non potest sine speciali mandato, etiã si permissũ fuerit appellare ab omni sententia, vel interlocutoria, vel definitiua *v. Roland. à Valle 1.consil 43. num.11.*

De præscriptione militiæ.

13. Imp. *Gordianus* A. Luciano militi.

ITa demum super lite persequenda, quam tibi mater mãdauit[a], actionem intentare potes, si, cùm primùm litem contestareris, non est tibi eo nomine opposita præscriptio [b]militiæ: quod nec cùm [c]appellatio agitur, tibi obiici potest. Nam si integra res est, ratio perpetui edicti acceptam tibi non permittit alieno nomine actionem intendere 3. Id.Ian. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De minore vigintiquinque annis.

14. Idem A. Sabiniano.

NOn eo minùs sententia aduersus te lata, iuris ratione subsistit, quod aduersaria tua minor vigintiquinque annis constituta, causam suam marito[d] sine curatore agendam mandauit. Minoribus[e] enim[f] ætas in damnis subuenire, non rebus prosperè gestis obesse consueuit. PP 3. Non. Octob. Gordiano A.2. & Pompeiano CC. Conss. 242.

De redemptione litis.

15. Impp. *Diocle. & Maxim.* AA. & CC. Cornificio.

LItem[g] te redemisse[h] contra bonos mores precib. manifestè professus es: cùm procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum[i] esse debet) non sit res illicita: huiusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur. S.3.Non.April. CC. Conss. 294.

De venditione.

16. Iidem AA. & CC. Paconiæ.

PRocuratorem[k] vel actorem prædij[l], si non specialiter distrahendi mandatum accepit, ius rerum dominij vẽdendi non habere, certum ac manifestum est. Vnde si non ex voluntate domini vendentibus his, fundum comparasti: peruides improbum tuum desiderium esse, dominium ex huiusmodi emptione tibi concedi desiderantis. S. Non. April. Byzantij, CC. Conss. 294.

De inuito.

17. Iidem AA. & CC. Mardonio.

INuitus [m]procurationem[n] suscipere nemo cogitur[o]: nec eandem vltrà, nisi prouocationis[p] causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur: cùm fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Iun. Philippopoli, Dioclet.5. & Max. AA. Conss. 293.

De fœminis.

18. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

ALienam[q] suscipere defensionem, virile[r] est officium, & vltrà sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo si pupillus est, tutorem pete. S.14. Kal. Feb. Sirmij, CC. Conss. 294.

Si actor pretium in rem domini verterit.

19. Iidem AA. & CC. Firmo.

SI precium quidem actoribus alienum fundum[s] vel seruum citra[t] mandatum domini tibi distrahentibus dedisti, & neque præcessisse, neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem[u] autem eius idem precium processisse, prouinciæ præses causa cognita perspexerit: hoc tibi restitui iubebit[x]. Prid. Id. Mar. CC. Conss. 294.

De negotij transitu ad personam procuratoris.

20. Iidem AA. ad Verinum præsidem Syriæ.

NIhil arbitramur interesse[y], vtrum ab initio, an cœpta iam lite negocium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat.10. Kal. Octob. *Demesso CC. Cons.*

De fœminis & de maritis.

q Nullo pacto fœminæ, aut ampliùs quàm sibi competit agere, aut pro aliis possũt interuenire personis *l. 5.C.Theod.eod.lib.2.*
r ideóque non cadit in fœminam *l.2. D.de reg.iur. adde l. 4.§.eod.l.21.j. eod.* at fortè cadit speciali iure in matrem? ne id quidem. ea pupillo curatorem tenetur petere *vide Bald. hic.*
s seruus qui res domini administrat, nec rem mobilem, nec immobilem quæ est in bonis domini, alienare potest, citra domini volũtatem. Si verò in rem domini pretium præcessit, emptori pretium restituitur *Syn.Basil.7.tit.6.ex lib.8.tit.2.c.93.*
t hinc oritur ratio dubitandi *l.16.§.eo.* u decidendi ratio.
x vel actione de in rem vers. vel negotiorum actione, vel condictione sine causa vel officio iudicis. y quod ad dandi facultatem. z Imò non cogitur satisdare *l.vl.j.de pactis conuent u*: solue, Agitur hîc de bonis vxoris viro non traditis: non de dote, aut paraphernalibus *Bart. Bald.* a pudoris habenda ratio.
b *l.vl in fi.j de arbitris.* c i. quantumuis sit coniuncta persona. d *l. 10. §. eo.* Imò, & vltra potest *l.56. l.62.ff.eo.* solue, Potest, sed quod necessariò cohæreat mandato. e ὁ μὴ πρὸ ... ἐντολέως &c. Procurator post litem contestatam (perperam Leunclaius ita vertit, Qui post litem contestatam procurator institutus est: (neque enim hîc agitur de procuratore instituto post litem contestatam, sed simpliciter de procuratoris iure post litem contestatam) à domino litis ne remouetor: nisi capitalis inimicitia vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit *Syn. Basil.8.* περὶ ἐντολέων *c.95.* f Procurator lite contestata, litis, non ipsius rei dominus efficitur *l.23.j.eo.*

21. Imp. *Constantinus* A. ad consilium prouinciæ Africæ.

MAritus citra mandatum in rebus vxoris cum[z] solenni satisdatione & alia obseruatione intercedendi liberam habeat facultatem: ne fœminæ, persequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris[a] irreuerenter irruant, & conuentibus virorum vel iudiciis interesse[b] cogantur. Sin autem mandatum susceperit, licèt maritus sit[c], id solùm[d] exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Dad.4.Id.Mart. Adrumeti, Constantino A. & Licinio Cæsare vtrisque 2. Conss. 312.

De litis translatione.

22. Idem A. ad Bassum P. vrbi.

PRocuratoribus[e] institutis, & post contestatam litem dominis[f] effectis: hi, qui mandauerint, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales[g] inimicitiæ, vel morbus[h], vel alia[i] necessaria causa intercesserit: tunc enim, etiam inuitis his, transferri lis potest. Dat.13. Kal. Iul. Constantin. AA. & Licinio Cæs. v. vtrisque Conss. 319.

De iure procuratoris effecti domini litis.

23. Imp. *Iulianus*. A. Secundo præfecto prætorio.

NVlla[k] dubitatio est, post[l] causam in iudicio agitatam, vtpote dominum[m] litis procuratorem effectum, etiã post excessum[n] eius, qui agendam vel defendendam litem mandauerat, posse inchoatam causam iurgiúmque finire: quippe cùm & procuratorem posse[o] eum instituere, veteris iuris voluerint conditores. Lect.2. Non. Febr. Iul. A. 4. & Sallustio Conss. 363.

De exceptione procuratoria.

24. Imppp. *Gratian. Valentin. & Theod.* AAA. Pancratio præfect. vrb.

LIcèt[p] in principio[q] quæstionis persona[r] debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum à domino litis habeat: si tamẽ falsus[s] procurator inueniatur, nec[t] dici controuersiæ solent, nec potest esse iudicium[u]. Dat.2. Kalend. Aprilis Constantinop. Antonino & Syagrio Conss. 382.

De his, qui per se litigare non possunt.

25. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Tatiano præfecto prætorio.

QVicunque prætorianæ† vel vrbanæ præfecturæ sublime fastigium, vel magisterium militare, vel consistorianæ comitiuæ[x] insignia meruerit dignitatis, vel proconsulare ius dixerit, aut vicarij fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel infertur iurgium[y], vel refertur: procuratoris personam in negotij sui iura substituat. Quod si quis sanctionis huius statuta transgressus, iudiciis sese iurgaturus ingesserit: careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem expectauit euentum. iudex nihilo minùs, qui contra fecerit, nouerit à se viginti libras auri, ||item|| ab officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat.18. Kal. Octob. Arcadio A. II. & Rufino Conss. 292.

Auth. ex Nouell.71. c.1.

HOc ius stabit vsque ad illustres solos. cæteri enim commune ius amplectuntur.

De causis pecuniariis.

26. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Anthemio PP.

IN[z] pecuniariis controuersiis, etsi specialiter hoc præcepti vel sententiæ minimè designat auctoritas, passim vnicuique[a] (si[b] tamen ita maluerit) per procuratorem respõdendi tribuimus facultatem: nisi fortè quosdam, iustiores nonnunquam ob causas vehementiores, maximi iudicis vocabit auctoritas. Dat. Prid. Id. Octob. *.

Ne quis in duobus foris procurator sit.

περὶ μετεντάλματων.

g *l.14.l.21.D.eod. v.l.6.§.17. D. de excus.tut.*
h *l.20.ff.eo.*
i *l.10.l.23.ff.eod.* adde, nisi procuratori consentiatur ab ipso domino *Bart.hic.*
k *l. 1.C.Theod.eo.*
l *l.11.l.22.§.eo.*
m *d.l.22.*
n i. mortem, obitum. Symmachus *1.epist.* Successit aliud, vt obitu Marcianæ clarissimæ fœminæ, mandatũ diceretur extinctum, sed cõtrà, venerabilis Iuliani sanctio stare iussit procuratorum officia, causarum dominis viuentibus inchoata *v.Cuia. 2.obseru.31. adde quæ notaui ad l. 59. in fi. D. de re iudicata: c. 1.§.1. extra hoc tit.* Sed iam obtinuit, mortuo domino eius heredes citandos ad causam reassumendam *v. Mynsing. 6.respons.51.num. 20. & sequentib.*
o *v.l.10.§.eod.*
p *l.3.C.Theod.eo. interpolata.*
q In quacunque materia, primò quærendum est de personis *l. 4. ff.qui testamenta: l.4.D. de iure codic. instit. de iur. perso. in pr.*
r quid enim si mandato careat quid si procurationis incapax, si causæ præsenti, aut certè à constituente non potuit dari? Quid si non cauit de rato? De exceptione aduersus procuratores? *v. Bar. hic:* Oldendorpiũ *c. 3. de exception.* Harum quædam ante & post litẽ contestatam proponi possunt. Antè, vt Non cauisti de rato, Tu miles, Tu minor tu mulier. Pòst non habes mandatum, tu furiosus, infans, seruus, *v. Vurms. 1. pract. 8. obs. 9.* Si quid ita fiat, illegitimi procuratoris processus efficitur nullus *v. Roland. à Valle 1.cons.71. nu.4.*
s *l. 1.j.quib.res iudicata non nocet: v.l.19.j. de furtis.* Falsus dicitur, qui non habet mandatum, aut si habet à non idonea persona, aut reuocatum. *Bald.*
t Vtcunque falsus procurator sit admissus de facto, non nocet de iure *Bald.* non valet lata sententia v. Oldendorpium *c.28. de sent. & re iudic.*
u Iudicio nullo non præcluditur via exceptioni declinatoriæ *Bald.*
† hæc lex corrigitur per *Nou. 71.c.1.* x De comitibus *v.l.1.§.de mandat.prin.*
y pecuniarium. aliud tamen in criminali *v.l.3.j.vbi senatores.*
z Litigare tenetur, quis per se in iudicio maximè criminali *vt hic & c. pastor de iudic.* Fallit in quibusdam personis quæ per alium possunt. vt est magistratus *leg. non solum D. de procuratoribus* episcopus *5. quæst.3.cap. quia episcopi* vniuersitas *l. eorum l. item & l.1 ff. quod cuiusque vniuer.* illustris. *arg. huius legis* pupillus, furiosus, prodigus & similes *Butr. in c. pastor. de iud.* excommunicatus *c. intelligimus de iudic.* qui custodia publica detinetur *Bal. in l. eos.§. super his. ff. de appell.* adde *Socin. reg. 245.*
a *v l 3 ff. quib. ex caus. in possess. l.6.§.3.§. de his qui ad Eccl.*
b hinc colligunt, in citatione simpliciter facta alterutrum tacitè intelligi, vt vel per se, vel per alium compareat. c hæc lex restituta à Cuiacio 13. obs.5.

a Contij interpretatio.
b *adde leg. 9. D. eodem: leg. 14. ſ. de adſeſſoribus: leg. 5. §. 2. D. de auth. tut. leg. 9. D. de pa-ctis.* c μετένταλμα, eſt tranſlatio negotij ſiue mandati.
d Satiſdatio iudicatum ſolui, vulgaris & ſolita: non qua forma dicitur in lege 5. *D. de verb oblig.* aut in lege 1. *D. de prat. ſtipulat.* ſed qua in lege 4. *de ſeparationibus*, quod ſit vulgaris & frequens.

COnſtitutio[a] prohibet duorum iudiciorum vnum[b] eundémque publicum procuratorem eſſe: ſed alios quidẽ eſſe in maximis iudiciis glorioſiſſimorum magiſtratuum procuratores, alios verò qui eloquentiſſimis iudicibus pedaneis miniſtrent in litibus ac neque eum qui litẽ inchoauit procuratorem apud Diætetam ſeu pedaneum, eundem ipſum terminare ipſam litem apud glorioſiſſimum magiſtratum, ſed ne metentalma, id eſt, tranſlationem mandati fieri ab ipſo ad alium procuratorem, qui apud glorioſiſſimum magiſtratum adſideat: nulla impenſa pro permutatione procuratoris facienda in hoc metentalmate[c]. neque communi[d] ſatiſdatione pro hoc metentalmate exigenda, ſed & iudicatum ſolui ſatiſdationem & de ratihabitione cautionem ita ab initio concipi, vt comprehendatur in his, & expenſæ huius metẽtalmatis, vt is à quo exigitur alterutra harum ſatiſdationem ſtipuletur, *Quia ſpondeo me & hunc apud Diætetam procuratorem pro iudicatorum ſolutione aut ſatiſdatione confirmaturum, & ſi contingat ex relatione diætetæ aut ex appellatione data contra ipſius ſententiam transferri cauſam ad maximum[e] iudicium, cui ſubeſt diæteta, etiam tum ex metentalmate futurum procuratorem in maximo iudicio ſimili modo confirmaturum me ſpondeo.* Si non hæc omnia obſeruata fuerint, ſi quidem circa maximum iudicium lex hæc tranſilita fuerit, competenti ſcrinio quinque auri libras perſoluet pœnam. Si verò circa diætetas hæc lex prætermiſſa fuerit, is qui litem adimplet, qui apparet eloquentiſſimo, Diætetæ vnius auri libræ exigetur pœnam. Alij verò duo qui ex officio ſegregati ſunt, & attributi diætetæ ſiue ex ſcholis, duarum auri librarum exigentur multam. Ipſe verò procurator à quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis caſtigetur à magiſtratu aut Diæteta, interdictus in poſterum procuratoris officio fungi in iudicio.

De fideiuſſore. 1. Si moriatur, aut aliàs non appareat procurator.

19. *Conſtitutionis argumentum ex lib. Euſtathij* περὶ χρονικῶν διαςημάτων.

SI[f] fideiuſſor procuratoris non definierit tempus, & dixerit fortè, *Ego ſ. deiubeo pro ipſo*, & is mortuus fuerit, aut ampliùs non appareat, idque contigerit intra viginti dies, alius fideiuſſor dandus erit. 1 ¶ Si moriatur, aut aliàs nõ inueniatur is, qui ad litem ab aliquo datus eſt procurator, poſt viceſimum diem à iudiciali decreto ſuper alterius procuratoris datione interpoſito, ſex mẽſium acceſſionem ſeu terminum habebit principalis reus peregrè degens in remota prouincia, ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per ſe in iudicium: ſi enim in proxima, non autem in longinqua prouincia abſit: tunc iudicis arbitrio terminus ſiue dilatio definietur.

NE[g] LICEAT POTENTIORIBVS[h] PATROCINIVM[i] LITIGANTIBVS præſtare, vel actiones[k] in ſe transferre[l].

Tit. XIIII.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Ariſtobulo ſalutem.

DIVINAE admodum conſtituit Diuus Claudius[m] conſultiſſimus princeps, parens noſter, vt[n] iactura cauſæ afficerentur hi, qui ſibi potentiorum patrocinium[o] aduocaſſent: vt, hoc propoſito metu, iudiciariæ lites potiùs ſuo[p] marte diſcurrerent, quàm potentiorum domorum opibus niterentur. ¶Quem[q] palam eſt in tantum prouincialium quæſtionib. eſſe commotum, vt huius ſanctionis rectores prouinciarum cuſtodes, & contemptæ huius rei vindices fecerit: ſcilicet vt in actores ſeu procuratores in ſubſidia negotio-

e Maius iudiciũ dicitur, cui adhęret iudex pedaneus. Singulis enim iudiciis certi adſcripti erant iudices pedanei *Cui. 13. obſ. 9. inf.* Ij non vtebantur propria iuriſdictione, nec ſententias exequebantur, ſed ad eas exequendas ſumebant ex cohortalib. & ſcholis vel ſcriniis *v. Cu. 12. obſ. 1. in fi.*
f Interpretatio Contij.
g Titulus Syn. Baſil. ita conceptus eſt περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν 7. ti. 9.
h quales ſunt ij, qui opibus & gratia valent. Pindarus χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποισι ὁμιλεῖν κρεισσόνων Heſiodus ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν *v. Cuiac. hic.* Porro hinc colligitur argumento per contrarium ducto, ceſſionem regulariter promitti. de quo *v. Socin. reg. 48.*
i *de quo l. 1. ſ. eo. No. 30. c. 12.* Porro in eo differt hic titulus à titulo de alienatione iudicij mutandi, in quo agitur de re in potentiorẽ tranſlata: in hoc agitur de lite tãtùm tranſlata.
k *l. 2. ſ. eod.*
l de ergolabis litium v. Cuiac. 8. *obſ. 31.*
m ſecundus ſcil. qui M. Aurelius Claudius: cuius & à Zonara recitatur alia conſtitutio. De petitionibus bonorum ſublatis *v. Cuiac. d. l.*
n Ad patrociniũ potentioris litis cauſa confugiẽs, cauſa cadit: *Syno. 7. tit. 9. c. 1. 2. Harmen. 10. §. 5.*
o id eſt, procurationem non aduocationem *arg. l. 6. ſ. de poſtulat.* quia procuratores magis inſtant cauſæ, quã aduocati.
p ſuo marte diſcurrere aut decurrere lites dicuntur, cùm via ſolenni & vſitata expediuntur. q Qui in patrociniũ potens litis cauſa alium ſuſcipit κἂν συγκλητικὸς ὢν etiamſi ſenator ſit, ἔξω τῶν διατεταγμένων τιμωρείσθω extra ordinem punitur. *Syn. & Harmen. ibid.*
r Potentiores ſuſcipiunt alienas lites, accepta interdum pecunia *vt hic*: interdum data *l. 15. ſ. tit. prox.* Prius ita fit, veluti ſi mercedem acceperis, ob litem alienam agendam quaſi tuam, ſub pactione tertiæ, vel dimidiæ aut quotæ partis, quod leges vetãt. Idem dicendum, ſi mercedem acceperis vt bona aliena aut agricolas defenderes *vide Cuiac. dicto loco.*
ſ vt huius conſtitutionis ac legis diſceptatores & vltores ſint prouinciarum præſides *Syn. ibid.* Atque ita præſes punit ſibi æqualem, id eſt, clariſſimum dignitate, imparem tamen in adminiſtratione.
t *l. vn. C. Theod.* de actionibus ad parentes tranſlatis *lib. 2.*
u cautiones *d. l. vnica* vt ſit ſenſus. Eum qui mutuum det, vel alio modo contrahat, ſi ſuo nomine recuſauerit ἀσφάλειαν γραμματεῖον ἢ ἄλλο συμβόλαιον, cautionem, nomẽ, inſtrumentum accipere, & ea in potentem aliquem tranſtulerit, qui id fecerit, ἐκπίπτειν τοῦ τοιούτου χρέους tali debito excidere *Syn. ibid. c. 2. Har. ibid. §. 6.*
x Nota pœnam, debitum in potentiorem transferentis.

y Vorare debitorem velle is videtur, qui ſuas in eum actiones potentiori cedit *leg. 22. ſ. mandat.*
z Huius tituli inuerſa. Sic enim conceptus eſt Titulus. Cod. Theod. De his qui potentiorum nomina in litem prætendunt, aut titulos prædiis aſſignant. Cęterum adde huic titulo Nouellam 17. *cap.* 18. & Caſſiodorum.

rum vel vſurpatos gratia, vel redemptos[r], ſeuera ſententia vindicarent. Quare cùm interſit in vniuerſum omnium, & præcipuè tenuiorum, qui ſæpè importunis potentium interceſſionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. ¶Nec metuas, ne præiudices clariſſimis viris: cũ[ſ] Diuus Claudius huius rei rectorem prouinciæ diſceptatorem, &c, ſi res poſtularet, vltorem ſpecialiter fecerit. Dat. 4 Id. Septemb. A'A. 3. & 1. Conſſ. 287.

2. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Ioanni P. P.

SI[t] cuiuſcunque modi actiones[u] ad potentiorum fuerint delatę perſonas, debiti creditores iactura[x] multentur. Aperta enim credentium videtur eſſe voracitas[y], qui alios actionũ ſuarum redimunt exactores. Dat. 5. Id. Iul. Honor. 7. & Theod. 2. AA. Conſſ. 407.

DE[z] HIS, QVI POTENTIORVM NOMINE[a] TITVLOS PRAEDIIS affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt[b].

Tit. XV.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Meſſalæ. PP.

ANIMADVERTIMVS[c] plurimos iniuſtarum deſperatione cauſarum, potentium[d] titulos[e], & clariſſimæ priuilegia dignitatis, his[f] à quibus in ius vocantur, opponere. At ne in fraude legum aduerſariorúmque terrorem his nominibus abutantur[g], & titulis: qui huiuſmodi dolo ſcientes conniuerint[h], afficiendi ſunt publicæ ſententiæ nota. Quod ſi nullum hac in parte conſenſum præbuerint, vt libelli aut tituli eorum nominibus, [vel] ædibus affigerentur[i] alienis: eatenus in eos, qui fecerint, vindicetur, vt affecti[k] plumbo perpetuis metallorum ſuppliciis deputentur. ¶Quiſquis igitur lite pulſatus, (cùm ipſe & rei ſit poſſeſſor & iuris, & titulum illatæ ſolenniter pulſationis exceperit) contradictoriis[l] libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum: eius poſſeſſionis[m] aut cauſæ, quam ſub hac fraude aut retinere, aut euitare tentauerit, amiſſione multetur[n]: nec repetendæ actionis, etiam[o] ſi ei probabilis negotij merita ſuffragantur, habeat facultatem. ¶Eos ſanè: qui ſe ſponte alienis litibus inſeri patiuntur, cùm his neque poſſeſſio neque proprietas competat: veluti famæ ſuæ prodigos, & calumniarum[p] redemptores, notari oportebit. Dat. 15. Kal. Decemb. Med. Stilichone & Aureliano Conſſ. 400.

VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRAEDIIS SVIS VEL ALIENIS imponat, vel vela regia[q] ſuſpendat.

Tit. XVI.

1. Impp. *Honorius & Theodoſius* AA. Flauiano præfecto prætorio.

REGIAE maieſtatis eſt, vt noſtræ tantùm domus & patrimonia, titulorum inſcriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico iuri eſſe deputandum id[r], cuius nomen dominicum præſcribitur. Dat. 3. Cal. Decemb. Rauennæ, Baſſo, & Philippo Conſſ. 408.

Imponens titulum vel vela regia rebus ab alio iuſtè vel iniuſtè poſſeſſis, ſi plebeius eſt vltimo ſupplicio punitur: ſi nobilis deportatur.

2. Impp. *Theodoſ. & Valentinian.* AA. ad Florentium P. P.

a Solius eſt fiſci titulos alienis prædiis imponere. Titulos ſiue ſigna Græci σήμαντρα, *Edict. Tiberij ca. 1.* *author Syn. Baſil. 7. tit. 10. & tit. 11.* appellat πιτλοὺς & σφραγῖδας. huc illud Auguſtini referri poteſt *ex Pſalm. 21.* Ne domos ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces. ipſe vult eſſe poſſeſſor & frontem domus ſuę de titulo alieno muniri, vt cũ titulus lectus fuerit, conterritus quis potẽtia nominis, abſtineat ſe ab inuaſione *v. Cuiac. ad l. 3. ſ. de bon. vacantibus.*
b Prętendere nomina in litem, eſt ἐπιφημίζειν.
c *l. vn. C. Theod. eo. lib. 2.*
d putà ſenatorum.
e qui & δείγματα, characteres, *Tyb. Nou. de diu. domib. 164.*
f Pertinet hæc lex ad reos, qui potentiorum nomine aut titulo adiuncto, actores terrent? & rẽ cuius nomine cõueniuntur, ſimulant alterius potentioris eſſe. Horũ pœna hæc eſt, vt affecti plũbo, perpetuis metallorum ſuppliciis deputentur. hac lege *Syn. Baſil. d. l.*
g *No. 17. c. 15. No. 164. c. 1.*
h conniuent *d. l. 1.*
i adfigantur *d. l. 1.*
k ἵνα μολίβδῳ πανταχόθεν περισφιγγόμενος τουτέστι κλοιοφόρος ἢ πλυμβατιζόμενος δίλωκως εἰς τὸ μέταλλον ἐκπέμπηται *Syn. Baſil. d. l.* id eſt, vt vndique plumbo conſtricti, hoc eſt, metallum geſtantes vel plumbati in metallũ perpetuò dẽtur.
l ἀντιρρήτοις λιβέλλοις contradictoriis poſſeſſionibus aut titulis *d. l. 1.* contradictoris poſſeſſoris titulis, quidam etiam ita legũt.
m τῆς κτήσεως αὐτὸν καὶ τῆς διοικήσεως ἐκπίπτειν *Synop.* poſſeſſione ipſa & adminiſtratione ſeu actu eius excidere.
n nota pœnam titulum alienum prætendentis. hinc illud Auguſtini *in ſermoni.* In ipſis deprecationib. ſuis, titulum Chriſti heretici poſuerunt: vt prædæ ipſorum defenderentur per titulum potentis. Quid facit Chriſtus? eiicit prædatorem, titulum non deponit & poſſidet domum, quia ibi inuenit titulum ſuum.
o id eſt, quamuis in eam iuſtas quaſdam allegationes habeant.
p ἐργολάβοις συκοφαντίας. *Synopſ.*
q vela regalia *Hal.* Ambroſius ea etiam appellat cortinas regias *3. Epiſt. 33.* Publici tituli ab Halarico apud Caſſiodorum: tituli fiſci à Theodorico apud Caſſiodorum: fiſcales tituli *l. 2. ſ. de aqua duct. lib. 11. ti. 42.* dicuntur, quæ duo poſtrema pertinere poſſunt ad *tit. 18. ſ. eo.* Gregorius ad Conſtantiam Auguſtam *4. Epiſt.* quæritur de Steph. quodam chartulario, quod nomine fiſci, loca ſingulorum inuaderet, & titulos imponeret indicta cauſa.
r huc refer illud Auguſtini, de quo ſuperius diximus. hinc colligere poſſis, Vrbem imperialem cenſeri, in cuius portis aut ædificiis publicis, inſignia imperatoris longiſſimo tempore ſuſpenſa fuerint, nemine ea euertente.

Ne quis

NE quis vela regia suspendere, vel titulum audeat, sine præceptione iudicis competentis, alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona possideat: licèt non dominus, licèt iniustus possessor, vel temerarius inuasor, qui possidet, doceatur. Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, vltimo subdi supplicio, si clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandúmque, non solùm ciuitate Romana, sed etiam libertate priuari censemus: executorésque huius legis omnes iudices esse oportere. Deponendi autem, vel frangendi[a] titulos, & conscindendi vela, non solùm eis, ad quorum præiudicium tale aliquid contra fas, contráque leges committitur: sed omnibus tam liberis, quàm seruis sine metu calumniæ, vel accusatione[b] criminis licentiam ministramus: decernentes, iudices eorúmque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem vel[c] admittant, vel depositam scribi concedant. Dat. X V. Kalend. Iul. Theod. A. X V I I. & Festo Conss. 439.

VT † NEMINI LICEAT SINE IVDICIS AVCTORITATE SIGNA[d] rebus imponere alienis

Tit. X V I I.

1. Imp. *Probus* A. Octauio.

SAEPE rescriptum est, ante sententiam signa rebus quas aliquis tenebat[e], imprimi non oportere. Et ideo ea rebus aut fructibus apud te cõstitutis illicitè imposita, poteris ipse licitè detrahere[f]: vt amotis his, causa, quæ ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. 4. Kal. Iul. Probo A. I I. & Lupo Conss. 278.

2. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Craugasio.

REbus, quas alius detinet[g], imprimere signa nemini licet, etiam si suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet[h].

NE FISCVS[i] VEL RESPVBLICA PROCVRATIONEM ALICVI patrocinij causa in lite præstet.

Tit. X V I I I.

De pretextu debiti.

1. Imp. *Gor.* A. Legitimo & aliis.

REIPVBLICAE iuribus adiuuari te sub obtentu[k] quantitatis, quam eidem reipublicæ debes, contra iuris rationem desideras. 3. Id. Ian. Gordiano A. I I. & Pompeiano Conss. 242.

De donatione partis rerum vel actionum.

2. Idem A. Tertullo.

CVm allegas, partem[l] rerum vel actionum dimidiam fisco quo magis eius iuribus protegaris, velle te donare[m]. huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina non patitur. vnde ius tuum, si quod tibi competit, citra inuidiam[n] fisci mei tueri solenniter cura S. 6. Non. Aug. Gordiano A. I I. & Pompeiano Conss. 242.

De pretextu debiti.

3. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Amphioni.

ABhorret à seculo nostro, sub prætextu[o] debiti procurationem contra priuatos fiscum præstare. Dat. 8. Kal. Ian. Philippopoli, CC. Conss. 294.

4. Iidem AA. & CC. Achilli.

AD fraudem[p] creditoribus faciendam, inuidiam[q] fiscalium, contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde[r] itaque, quod fisco nostro debes. &, si conuentus velut à creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges vti potes. Dat. 16. Kal. Ian. Sirmij, CC. Conss. 294.

DE NEGOTIIS[s] GESTIS.

Tit. X I X.

De sumptibus factis affectione materna, vel domestica.

1. Impp. *Seuerus* & *Anton.* AA. Sopatræ.

CVM tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdémque tutores || seu curatores || peteres: munere[t] pietatis fungebaris: quæ causa non admittit negociorum gestorum actionem, vt sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cùm, etiam si quis pro affectione domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit. PP. 3. Non. Octob. Dextro & prisco Conss. 197.

De pupillo.

2. Iidem AA. Rufinæ.

COntra impuberes quoq; si negocia eorum vrgentib. necessitatis rationib. vtiliter gerantur: in quantum locupletiores[y] facti sunt, dandam actionem, ex vtilitate ipsorum receptum est. Quæ tibi quoque iure decernitur, quod sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si[z] nõ matertera[a] eiusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. X. Kal. Febr. Laterano & Rufino Conss. 198.

De soluto pro coherede.

3. Idem AA. Hadriano.

SIue pro fratre coherede[b] pecuniam soluisti, negociorum gestorum actione experiri potes: siue pignoris liberandi[c] gratia debitum vniuersum soluere coactus es, actionem eandem habebis, vel iudicio familiæ erciscundæ, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequêris. PP. 8. Kal. Feb. Anulino & Frontone Conss. 200.

De pupillæ negotiis tutoris mandato gestis.

4. Iidem AA. Claudio.

QVi pupillæ negocia tutoris mandatu[d] suscepit, pro tutore negocia non[e] videtur gessisse, sed negociorum gestorum actione pupillæ tenebitur. PP. I I I. Nonas Decemb. Fabiano & Mutiano Conss. 202.

De liberto.

5. Iidem AA. Tryphonio.

OFficio[f] nec minùs obsequio liberti[g] functus, negociorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. 13. Ka. Iu. Geta & Plautiano Coss. 204.

De curatore dato patris testamento.

6. Iidem AA. Gallo.

CVratorem tibi quidem patris testamento[h] datũ dicis, quod[i] non potest videri iure factum quòd si (vt proponis) administrationi se immiscuit: negociorum gestorum[k] actio tam aduersus eum, quam contra[l] heredes eius tibi competit. PP.* Apro & Maximo Coss. 208.

De aditione her editatis ex parte.

7. Imp. *Antoninus* A. Euphratæ.

SI ab eo, qui negotia tua gessit[m], heres ex duabus vnciis institutus es[n]: etiam si adeas hereditatem, in reliquis[o] decem vnciis aduersus[p] coheredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem. PP. V I. Id. Mar. Romæ, Sabino & Anulino Coss. 217.

De temporis præscriptione.

8. Idem A. & C. Seuero.

ADuersus eos qui negotia tua gesserunt, negociorum gestorũ iudicio ciuiliter consiste. nec tibi oberit, si ꝑpter occupationes[q] militares eã litẽ tardius fueris executus cũ hoc genus actionis longi[r] temporis pręscriptione excludi nõ possit. V I. Ka. Aug. Antonino &[s] Aduento Coss. 219.

De ratihabitione.

9. Idem A. Sallustio.

SI pecuniam || tuam || à debitore tuo Iulianus exegit[t] eámque solutionem ratam habuisti: habes aduersus eum negociorum gestorum actionem. PP. V I I I. Kal. Mart. Præsente & Extricato Coss. 218.

De eo qui seruum ægrum curauit.

10. Imp. *Alexand.* A. Secundo & aliis.

SI seruum alienum non inutilem domino constitutum, ęgrũ[u] curastis, negociũ vtiliter gessistis, & cõpetenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. X I I. Kal. Decemb. Alexandro A. I I. & Marcello Conss. 227.

De impensis à matre factis.

11. Idem A. Herenniæ.

ALimenta quidem, quæ filiis[x] tuis præstitisti, tibi reddi non iusta ratione postulas: cùm id exigente materna[y] pietate feceris. Si quid autẽ[z] in rebus eorum vtiliter & pro-

a iure meo refringere possum tabulas, quas alter vi aut clam fixerit ad ianuas mearum ædium *l. 1. j. tit. prox. l. 22. §. 2. ff. quod vi aut clam. Nou. 28. c. 5. Edict. Tiberij c. 4.*
b hoc igitur crimẽ capitale est, extremique supplicij *v. Nou. 64.*
c *subaudi*, aduersus eos, qui eiusmodi vela conciderint,
† *v. Nou. 60.*
d propria sc. de regiis dictum est tit. 16. de potentioris titulis dictum est *tit. 15. s. eod.*
e fortè vt sibi debitam vel obligatam *l. 2. j. eodem.*
f *l. vlt. s. tit. prox.*
g iure fortè pignoris *j. eod. adde le. 22. §. 2. D. quod vi.*
h nisi velit suis omnibus rebus quasi publicatis titulos fiscales apponi. *Nou. 17. c. 15. Nouell. 28. c. 5.* Imò, & extremũ supplicium pati *Nou. 164. v. Cuia. hic.*
i nec potens priuatus *titul. 14. 15.* nec fiscus, nec respublica patrocinium litis alienæ suscipere debet *vt hic. l. 22. §. 2. ff. de iure fisci.*
k *l. 3. j. eod.*
l *d. §. 2.*
m Donationem litis suscipiendæ causa fiscus non admittit.
n *l. vl. j. eo. l. 91. D. de heredib. instit. Paul. 5. sent. 12. §. 7. 8. adde l. 1. j. qui militare.*
o *l. 1. §. eo.*
p Fraus nulli inferenda, ne quidem à fisco.
q *l. 2. infi. s. eo.*
r i. solue *vt l. 6. s. de iuris & facti.*
s *5. ff. 5. Paul. 1. sent. 4. 5. Harmen. 11. c.* περὶ [illegible] *adde 8. Eclo. 2. ex lib. 17. ti. 1.* Negotiorum gestores sunt procuratores voluntarij sine mandato.
t Sumptus factus ab eo qui pietatem paternam vel similem debet, in dubio præsumitur factus animo non repetendi *le. 15. j. eo. l. 27. in fin. ff. eo. l. 32. §. 2. ff. de condict. indeb.* ideóq; gestor contrariũ probare tenetur *l. 34. ff. eo.* contrarium autem colligi potest in dubio, ex quantitate impensarum *l. 47. ff. de donationib. int. vir.* ex contraria protestatione gerentis, & facultatibus eius, cuius negocium geritur.
u hæc est contraria actio, negotij gestori competens *l. 2. 10. 20. D. eod.*
x aut amici *l. 44. D. eo.* aut maritali *l. 13. j. eo.*
y Pupillus factus locupletior obligatur *l. 6. l. 21. §. 1. l.* [illegible] *37. D. eo.*
z Pupillus non tenetur de negotio gesto, si idem [illegible] negotium gratis facturus erat, non cuiuis tamen id affirmanti temere credi op[illegible] potest enim id pupilli gratia quiuis ad id conductus ementiri, in damnum bonæ fidei gestoris *adde l. 6. inf. D. eodem.*
a Matertera admittitur ad defensionem negotij *Bal.*
b *l. 31. in fin. ff. eo. v. l. 18. infi. j. familia.*
c Solutio voluntaria, parit negotiorum gestorum actionem, *vt hic*: necessaria, parit actionem ex illa causa, ex qua descendit *j. eo.* vel vtile negotiorũ gestorum iudicium *l. 3. §. 10. ff. eod.*
d Substitutus à tutore tenetur ei mandati: pupillo, negotiorũ gestorum. Et ita tutor ad negotia facit procuratorem proprio nomine *Bal.* Quid si nullo mandato tutoris gessit, sed sine tutor tutelæ teneretur? negotiorum tenebitur *l. 6. ff. eo.*
e quia nec ignorans, nec sciens se tutorem dicit *leg. 1. §. 2. ff. de eo qui pro tutore: Paul. 1. sent. 4. §. vl.* sed simpliciter mandato tutoris gessit.
f Officium (vnde inofficiosum *l. 1. ff. de iure patro.*) libertus patrono præstat, vt homini: obsequiũ, vt patrono *Bald.*
g Libertus præstans officium & obsequium liberis patroni, negociorum gestorũ actione eos non obligat.
h Curator testamento non datur, datus confirmatus est *l. 16. ff. de excus. tut. §. 1. Inst. de cur. l. 1. in f. ff. de confir. tut.* Si quid ante cõfirmationẽ gessit, negotiorum gestorum actione id repetit
i Curatorem pater non potest liberis suis testamento relinquere *vt hic. adde 5. Harm. 11. §. 33.*
k *Dixi ad l. 4. in f. j. qui dare tutores.*
l *l. 7. l. 17. j. 40. l. 3. ff. eo.*
m quique eo nomine tibi tenebatur.
n videtur confusio facta tui crediti, cũ eo quod tibi debebatur.
o sensus est, Hereditatis aditionem non cõfundere debitum, nisi pro hereditaria portione.
p heredem tui debitoris *l. 6. s. eod.*
q Negotiorũ gestoris. Is tacitè non videtur debitum remittere, qui propter occupationes militares reum conuenire non potest.
r Ratio administrationis exigi potest vsque ad 30. annos *Bal.* Actio negotiorũ perpetua.
s *v. Cui. 15. obs. 3.*
t Debiti exactio sine domini mandato facta, eius ratihabitione confirmari potest.
u *l. 10. in fin. D. eo. v. l. 2. ff. de impen.* excipe casus legis *27. §. 17. ff. ad Aqui.*
x Mater si quos sumptus fecit in alendis liberis, *vt hic*: iisve redimendis, *l. 17. infi. de capti. & postlim.* in dubio videtur donasse *v. quæ notaui ad l. 1. s. eo.*
y *l. 1. s. eo.* Idem in patre *l. 15. j. eo.*
z Parens sumptus factos in rebus liberorum, *vt hic*: aut in eius rebus emendis. *Bal. hic*: non videtur donare, *vt hic*: In dubio tamen si eos aluerit, intelligitur eis donasse alimenta, *s. eodem.* vt & expensas factas in petendo eis curatore vel tutore *leg. 1. s. eodem.* Et ita fauorabilior est expensa in persona, quam in rebus. De expensis studiorum & dote, alibi dicam.

a Mos ille vel ex quantitate sumptus, aut personis definitur.
b *vide quæ notaui ad l.14.§.7.D.de religio.* Donandi animus non præsumitur.
c *l.4.D.eo.l.2.in fin.j.de rei vind.l.33.in fin.de l.3.* In dubio quid dicendum? quantitas solutæ pecuniæ spectanda.
d putà furiosam *vide leg.22.§.8.D.soluto.* e maritali. qua nulla maior esse potest.

babili[a] more impendisti: si non & hoc materna liberalitate, sed [b] recipiendi animo fecisse te ostenderis: id negociorum gestorum actione consequi potes. PP. XII. Kal. Feb. Albino & Maximo Coss. 228.

Si filius pro patre soluerit

12. Idem A. Theophilo.

SI filius pro patre suo debitum soluerit: nullam actionẽ ob eam solutionem habet: siue in potestate patris, cùm solueret, fuerit: siue sui iuris constitutus: si[c] donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui iuris constitutus, pro patre suo negocia gerens, non præcedente mandato debitum eius soluit: negociorum gestorum agere cum patruis tuis ||potes|| PP. Kal. Aug. Agricola & Clementino Coss. 231.

De impensis in vxorem ægram vel in funus eius.

13. Idem A. Aquiliæ.

QVod in vxorem tuam ægram[d] erogasti: non à socero repetere, sed affectioni[e] tuæ ||debes|| expendere. In funus[f] sanè eius, si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quem dos[g] rediit, iure conuenis. PP. VIII. Kal. Nouem. Agricola & Clementino Coss. 231.

De negotiis mariti, & vxoris, mandato mariti gestis.

14. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quàm vxoris eius negocia gessisti tam tibi, quàm mulieri inuicẽ negociorum gestorum competit actio. Ipsi sanè, qui mandauit, aduersus te mandati actio est. sed[h] & tibi aduersus eũ contraria, si quid fortè supererogasti. PP. X. Cal. Mar. Maximo II. & Vrbano Conss. 225.

De eo quod vitricus in priuignas impendit.

15. Imp. Gord. A. Eutychiano.

SI paterno affectu[i] priuignas[k] tuas aluisti, seu mercedes ꝓ his aliquas magistris[l] expendisti: eius erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si, ||vt||[m] repetiturus ea, quę in sumptũ misisti, aliquid erogasti: negociorum gestorum tibi intentanda est actio. PP. VI. Id. Iul. Gordiano A. & Auiola Cons. 240.

De tributis pro sorore solutis.

16. Impp. Gallus & Volusian. AA. Eutychiano.

SI negocium sororis[n] tuæ gerens, pro ea tributa soluisti, vel mandante ea, vel rogante id fecisti: negociorum gestorum actione, vel mandati, id, quod soluisse te constiterit, repetere poteris. PP. XI. Kal. Maij, Gallo & Volusiano Coss. 253.

De successoribus curatoris.

17. Impp. Dioclet. & Max. AA. & CC. Claudiæ.

CVratoris etiam successores[o] negociorum gestorum vtili[p] conuẽtos actione tam dolum[q] quàm latam culpã prestare debere, nec ad eos officium[r] administrationis transire[ſ], ideóq; [t] nullã alienandi eos res adultæ potestatẽ habere conuenit. Dat. XIII. Kal. Ian. Sirmij, AA. Coss. 293.

De bona fide de gestis ex necessitate.

18. Iidem AA. & CC. Pomponio.

OB[u] negocium alienum gestum, sumptuum factorum vsuras[x] præstari bona[y] fides suasit. quo iure contra eos etiam[z], quorũ te necessitate compulsum negocium gessisse propònis, per [a] iudicium negociorum gestorum vteris. Dat. IX. Kal. Ian. AA. Conss. 293.

De re communi.

19. Iidem AA. & CC. Alexandro.

AB vno herede pro solido re veluti cõmuni [b] vẽundata, de precio[c] cohęres vẽditoris negociorum gestorũ ||actione|| ratam[d] faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. Sirmij, CC. Coss. 294.

Collatio tutoris vel curatoris & negotiorum gestoris de dolo, & culpa, de his quæ negotiorum gestor exegit, vel non.

20. Iidem AA. & CC. Octauianæ.

TVtori vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum, negocium alienum sponte gerit: quippe superioribus[e] quidem necessitas muneris, administrationis finẽ, huic autem propria voluntas facit, ac satis[f] abundéq; sufficit[g] si cui vel in paucis amici labore consulatur. Secundùm quæ super his quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus. vltrò[h] quis administrauit, cùm non[i] tantum dolum, & latam culpam, sed & leuem præstare necesse habeat: à te conueniri potest. & ea quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum vsuris[k] compelletur reddere. De cæteris verò, quæ ab aliis tui constituta iuris detenta exacta nõ sunt, ab hoc, qui nec [l] agendi quidem propter exceptionis [m] obstaculum facultatem habere potuit, exigi non potest: & idcirco aduersus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. VIII. Kal. Maij. Sirmij, CC. Coss. 294.

De manumissione.

21. Iidem AA. & CC. Michræ.

SI cognati tui seruos suos manumiserunt: hoc, quòd administrasse eos rem tuam contendis, impedimento[n] eorum libertati fieri non potuit. Quin autẽ ex actu præcedẽti post manumissionẽ[o], si vtriusq; temporis administratio non cõnexa, sed separata sit: cõueniri non posse, procul dubio est. Dat. 6. Kal. Octob. Viminacij, CC. Coss. 294.

De casu fortuito.

22. Iidem AA. & CC. Eulogio.

NEgocium gerentes alienum non interueniente speciali pacto, casum[p] fortuitum præstare non compelluntur. Dat. 11. Kal. Decemb. CC. Coss. 294.

Vtrum hæc actio sit in rem, an in personam.

23. Iidem AA. & CC. Theodoro.

NEgociis gestis, non in rem[q] sed in personam est actio. Dat. 12. Kal. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss. 294.

De prohibitione domini.

24. Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.

SI quis, nolente, & specialiter[r] prohibente [ſ] domino rerũ, administrationi earũ sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expẽsis, quę circa res factę sunt, talis negociorũ gestorũ habeat aliquã aduersus dominũ actionẽ. Quã quibusdã[t] pollicentib. directã vel vtilẽ, aliis negantib. (in quib. & Saluius Iulianus fuit) hoc decidentes sancimus, si contradixerit[u] dominus, & eũ res suas administrare prohibuerit, secundũ Iuliani sententiam nullam esse aduersus eũ ||vel directam, vel vtilẽ|| contrariã actionem, sc. post denunciationẽ, quã ei dominus transmiserit nõ concedens ei res eius attingere, licèt [x] res benè ab eo gestę sint. Quid deinde, si dominus aspexerit ab administratore multas expensas vtiliter factas: & tũc dolosa adsimulatione habita eũ prohibuerit, vt neq; anteriores expensas præstet? quod nullo modo patimur: sed ex[y] quo ||ea|| testatio ad eũ facta est, vel [z] in scriptis, vel sine scriptis sub testificatione aliarũ tamẽ personarũ: ex eo die ꝓ faciẽdis meliorationib. nullã[a] cõpetere actionẽ: super anteriorib. autẽ, si vtiliter factę sunt, habere eum actionẽ contra dominũ concedimus sua natura currentem. Dat. 14. Ka. Decemb. Lãpadio & Oreste Cos. 530.

DE HIS QVAE VI[b] METVSVE[c] CAVSA GESTA SVNT.

Tit. xx.

De rei interitu.

1. Imp. Alex. A. Felici.

PER-

f Maritus expensas factas in funere vxoris repetere potest, *adde leg.14.§.7.D.de religiosis.*
g & meritò. Nã impensa funeris æs alienum dotis est *l.16.D.de religiosis.* Hinc etiam collige, Maritum impensas vxoris nomine factas ab eo repetere, ad quem dos eius rediit. Quid si dos nulla? heredes ab intestato. quid si nulli sint? pater defunctæ conueniri potest, funeris nomine *l.28.D. de religiosis.* Quid si pater nõ sit soluendo? maritus sumptus à se factos sibi imputabit *d.l.28.* Quid si tertius funerauit? maritus in quantum facere poterit conueniendus *d.l.28.* Interim hoc mirum videri possit. Onus funerandæ filię patri magis incumbere, quàm marito.
h Idem actus respectu diuersarũ actionum, diuersi generis actiones potest parere.
i qui in huiusmodi personis præsumitur, cùm eis priuigni, & priuignæ necnõ filij eorum sint liberorum loco *leg.40.D.de ritu: vide Cuiac.9.obs.18. adde quæ notaui ad leg.4.§.4.D. de gradibus.* Nec tamen tenetur vitricus onera priuigni aliàs suscipere *l.3.§.7 D.de muneribus.*
k De vitrico *adde l.1.j.vbi pupill' educari: leg. vlt.j. de contraria tutelæ.*
l Huiusmodi expensæ, cessante affectu vitrici præsumpto, repetuntur, de quib' vide quæ notaui *ad l.79.ff.de ver. signif.*
m *adde l.34.D.eod.*
n Dictum est, de expensis factis à matre *leg.1.leg.11.* filio *leg.12.* marito *leg.13.14.* vitrico *leg.15.* liberto *leg.5.* coherede *leg.3.s.eodem.* Nunc tractat de iis quæ factæ sunt à fratre. Id autem definit, Soluentem tributa pro alio (etiam si sit frater) repetere posse *Alexander.*
o Successor gestoris tenetur negotiorum gestorum actione *leg.6.s.eodem. leg.1. & 2.j.de heredibus tutor.* Quid quæ pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione tenetur *leg.4.j.qui dare tutores: Paul.1.senten.4.§.vl.* tametsi is qui pro tutore negotia gessit, propria actione, id est, protutela teneatur, quæ diuersa est ab actione negotiorum gestorum *l.1.§.si quis quasi D.de eo qui pro tutore: l.penult.D.de tutelis & rat. distrahendis.*
p Nam ipse curator vtili negotiorum gestorum actione tenetur. *vide Cuiac.ad §.vl. Paul.1.sentent.4.*
q Dolus & culpa defuncti purgantur in persona hæredis.
r Non officium sed obligatio tutoris in hæredes descendit: officium, inquam, quia est quid industriale.
ſ Morte finitur officium *l.1.j.si quis ignorans rem minoris.*
t Qui non habet autoritatem tutoris, alienare non potest.
u Synop.Basil.*15.tit.1.ex lib.17.tit.2.c.18.5.Harm.11.§.19.*
x *leg.19.§.4.D.eodem.leg.37.D.de vsuris.*
y *vide quæ notaui ad leg.1 ff.de oblig.*
z i. multò magis. vt sit sensus, Si, qui vltro negotia gessit, sumptuum à se factorum vsuras potest petere, & is multò magis qui ex necessitate gessit.
a si apud prouinciæ præsidem cum eis actione negotiorum gestorum experieris. *Synop. dicto loco.*

b *adde leg.31.in fin. leg.40.D.eodem.leg.25.§.16.D.familiæ.*
c *adde l.1.in fin.j.de rebus alien.*
d Post ratihabitionem, negotiorum gestorum actio competit *l.9.in fin.ff.eodem.*
e Tutor, curator, extraneus, alienum negotium gerunt. Hic vltrò, illi necessitate.
f *l.39.§.2.in fin.D.de admin.tut.v.l.88.§.5.D.de legat.2.l.vlt.Cod.ne vxor pro marito.*
g Imò non sufficit, tenetur enim si quædam non gesserit *l.6.in fin.ff.eo.*
h Spontaneus gestor tenetur de dolo, lata & leui culpa *l.11.D.eo.v.l.23.ff.de reg.iur.* interdum de casu *leg.22.ff.eo.* interdũ, de dolo tantùm *l.3.§.9.D.eo.*
i Negotiorum gestor bonam fidem & exactã diligentiam reb. eius pro quo interuenit præstare debet *Paul.4.sentent.4.§.1.* dolum & omnem culpam, hoc est, non tantùm latam culpam, sed & leuem *vt hîc.* Interdum tamẽ præstat dolum duntaxat *le.3.§.interdum ff.eodẽ.* interdum etiam casum *l.si negotia.D.eo.* adde quæ scripsi *ad l.3.§.9.ff.de negotiis.*
k pecunię quam apud se habuit *v.l.23.in f.ff.de vsuris.*
l Gestor actiones mouere non potest, ideóque vsuras non præstat eorum, quę non exigit *l.6.in fin.ff.eo.l.31.§.4.in fin.ff.de hered.petit.*
m Inutilis est actio, quam elidit exceptio.
n Non est humanum ob rei pecuniariæ quæstionem, libertati moram fieri *l.37 ff.de fideic.libert.*
o sensus est, Seruus ex negotio in seruitute gesto liber factus, non tenetur *d.l.37.l.17.18 ff.h.t.v.l.1.l.3.j.an seruus:* nisi negociũ etiam post libertatem continuauerit *d.l.17. adde l.13.ff.de tutel. & rationibus.*
p Gestor casus non præstat *l.22.D.eodem, 6.j.de act.pignor.* nisi hoc fuerit conuentum *l.1.j.de commodoto: l.23.ff.de reg.iur.l.39.ff.mandati.*
q licèt ex renascatur & rem repetamus. hinc ratio dubitandi sumitur *vide hîc Accursium.*
r Nolle dicitur, qui specialiter prohibet: vide quæ notaui ad *l.3.ff.de reg.*
ſ *l.40.ff.mandati.v.* in hunc locum Socin.*reg.137.*
t nota conflictum opinionum.
u post domini prohibitionem ac denunciationem factos sumptus, gestor non repetet. Cur ita? quia in alieno sciens sumptus fecit. aliud si in suo, quod suum existimabat *l.13.ff.pro empt.* de vi protestationis dixi ad *l.14.ff.deligiosis.*
x Imò, eo casu malę fidei possessor & prædo sumptus repetit *adde l.38.ff.de rei vind.* quid iuris? repetit ex æquitate, vt *ibid.* dixi. Dominus autem non censetur locupletior si sumptus facti, negotium eius absumunt *l.38.ff.de rei vind.* & breuiter, Malæ fidei possessor necessarias impensas repetit *l.5.j.de rei vind.* & vtiles *l.38.ff.de hered.pet.* Voluptuarias ita demum, si tolli possunt, aliàs non recuperat *arg.l.38 ff.de rei vin.* his adde Cuiac.10.*obs.1.* & 13.*obs.26.in fin.*
y Denunciationis ac prohibitionis effectus, vires tantùm capit à suo initio. Protestatio non trahitur retro *Bal.* sed tamen videtur repugnare *l.5.j.de ædific.priuatis.* Alios casus in quibus expensæ etiam contra voluntatem domini factæ, repetantur v. apud Corsetum singulari *Expensæ*, vbi quinque casus adfert: adde Socin. *reg. Expensæ.* 137. vnde lex casus ponit.
z nota quemadmodum fieri debeat protestatio.
a id vt intelligendum, dixi superius.
b 1.*extr.*40.1.*sixt.*20.περὶ βίας 10.*Eclo.2.&c.c.* περὶ *sent.7.*
c 4.*ff.2.4.ff.4.v.Papon.3.Notar.9.c.de crainte* φόβου *c.* περὶ ἀνάγκης καὶ βίας 1.*Harm.*11.*v.Papon.3.Notar.9.c.de force & violence.* *Paul.1.*
d hîc incipit tractatus Restitutionum. Restitutiones dantur ob eas causas: si qua in re læsi, vi, metu *vt hîc*: dolo *tit.21.* ætate *ti.22.ad.f.46.* simplicitate militię armatę *tit.51.* aut alia quauis causa quę restitutionem mereatur *54.* translatione iudicij in alium *55.vide Paul.1.sentent.14.§.2.*

a etiam ſine dolo furis *leg.14.§.11.D.eedem.* vt ſit ſenſus, Interitus periculum furem ſpectare.
b Qui ſoluit (vt & qui ratum habet *l.4.̃j.eo.*) quod ex cautione debet non præſumitur metu ſoluiſſe *l.23.D.eo.l.8.D.de cond.ob turp.*
c Geſtum præſumitur ſpontaneè factum, non metu *vide Alciat. 3. præſumpt. 7.*

PERSECVTIONEM eorum, quæ vi vel furto ablata ſunt, etiam ſi poſtea interciderint[a] integram eſſe, iure reſponſum eſt. PP. X. Kal. Decemb. Maximo II. & Aeliano Conſſ. 224.

De eo qui cauit, deinde ſoluit.

2. Idem A. Alexandro.

CVm te non ſolùm cauiſſe, verùm etiam ſoluiſſe pecuniam confitearis: qua ratione vt vim paſſus reſtitui[b], quod illatum eſt, poſtules, perſpici non poteſt: quando veriſimile[c] non ſit, ad ſolutionem te properaſſe omiſſa querela de chirographo vtpote, per vim extorto, niſi & in ſoluendo vim te paſſum dicas. PP. 6. Kal. Iul. Alexandro A. II. & Marcello Coſſ. 227.

De venditione, de herede, de actione in rem, de longæ poſſeſſionis præſcriptione.

3. Imp. *Gord.* A. Caio.

SI vi vel metu fundũ auus tuus diſtrahere coactus eſt: etiam ſi maximè emptor eum alij[d] vendidit: ſi tamen tu auo tuo heres[e] extitiſti. vt tibi reddito[f] à te pretio reſtituatur, poſtquàm placuit in rẽ[g] quoque dari actionem ſecundum formam perpetui edicti, adito præſide prouinciæ poteris poſtulare, ſi[h] modo qui ſecundo loco comparauit, lõgæ poſſeſſionis præſcriptione non fuerit munitus. PP. 6. Id. Aug. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

De venditione, de anno, de cauſæ cognitione quid veniat in hanc actionem.

4. Idem A. Primo & Euthydico.

SI[i] per vìm vel metum mortis, aut cruciatus corporis vẽditio à vobis extorta eſt, & non poſtea eam conſenſu[k] corroboraſtis: iuxta perpetui formam edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiundi poteſtas eſt) ſi res non reſtituatur, quadrupli condemnationem referetis, ſcilicet reddito[l] à vobis precio: poſt annum vero cauſa cognita, eadem actio in ſimplum permittitur. quæ cauſæ cognitio eò pertinet, vt ita demum decernatur, ſi[m] alia actio non ſit. PP. 3. No. Aug. Gordiano A. & Auiola Coſ. 240.

De venditione, de perſona à qua vis eſt adhibita.

5. Idem. A. Rufo militi.

NOn intereſt, à quo vis adhibita ſit patri & patruo tuo, vtrùm ab emptore, an verò, ſciente[n] emptore ab alio, vt vi metúve poſſeſſionem vendere cogerentur. Nam ſi adhibita vi compulſi ſunt poſſeſſiones ſuas, quæ maiore valebant, minimo[o] diſtrahere: iuriſdictionis tenore, vt id, quod improbè factum eſt, in[p] priorem ſtatum reuoluatur, impetrabunt. PP. 6. Kalend. Ian. Gordiano A. & Auiola Conſ. 240.

De dignitate.

6. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Polliæ.

AD inuidiam alicui nocere nullam[q] dignitatem oportet. vnde intelligis, quòd ad metum arguendum, per quem dicis initum eſſe contractum, ſenatoria[r] dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea. PP. 3. Kal. Maij, Heracliæ, CC. Conſſ. 294.

De metu mortis, cruciatu corporis, capitalibus minis.

7. Iidem AA. & CC. Cotui.

SI donationis[ſ], vel tranſactionis, vel ſtipulationis, vel cuiuſcunque alterius contractus obligationis confectum inſtrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales[t] minas pertimeſcendo, adito præſide prouinciæ probare poteris: hoc ratum haberi ſecundùm edicti[u] formam non patietur. Dat. 2. Non. Ian. AA. Coſſ. 299.

De ſpe recipiendi, de metu ciuilium munerum.

8. Iidem AA. & CC. Tryphonio.

CVm te domus & horti venditionem feciſſe ſub ſpe recipiendi, quod de frumento feceras, inſtrumentum, vel

d Actio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta, & ſequitur ſingula rem ſucceſſorẽ.
e Actio quod metus cauſa, datur heredi *l. 14. §. 2. inſi. D. eo.*
f ſpolians non eſt reſtituendus, niſi refundat precium *l. 4. inſi. ̃j. eo.*
g Spoliato datur in rem actio vtilis *l. 9. §. 4. l. 6. D. eodem. Paul. 1. ſent. 7. §. 4.* Vtilis in rem actio concurrit cũ actione quod metus cauſa *v. Cuiac. 16. obſ. 13.*
h Res metu vendita, à ſecundo auctore præſcribi poteſt.
i *Synop. Baſil. 10. tit. 1. ex tit. 7. ca. 20.*
k etiam tacito, putà ſolutione *l. 2. ̃s. eo.* Ratihabitio actus non præſupponit antecedentem actum metu factum fuiſſe. Conſenſus geminatio tollit metus præſumptionem
l *dixi ad leg. 3. ̃s. eod.*
m *l. 14. §. 2. D. eodem.*
n Vim adhibuiſſe is præſumitur quo ſciente vis illata, vel qui eam ſubmiſit. *l. 9. §. 1. l. 14. §. 3. in fin. D. eo. l. 15. in fin. D. de dolo.*
o *v. l. 8. ̃j. de reſcindenda.*
p Reſtitutione, res in priorem ſtatum reuoluitur.
q etiam imperatoriam & publicam *l. 2. inf. ̃s. ne fiſcus.*
r Ex ſola dignitate ſenatoria non præſumitur metus illatus *vt hic.* multo minus Senatori præſumitur metus in vrbe illatus *l. vl. D. eodem.* Quid, reuerentia paterna éſtne metus ſpecies? non eſt iuſta *l. 26. §. 1. in f. D. de ſtipulat. l. 22. ff. de rit.* Quid mariti? & ea quoque non eſt in dubio iuſta *Bald. hic.*
ſ ἐὰν πράσεως ἢ ἐπερωτήσεως *&c.* id eſt, ſi vẽditionis vel ſtipulationis 10. *Syn. Baſil.* περὶ φόβου *c. 29.* hinc colligitur, donationẽ eſſe contractum *l. 8. ̃j. de præſcript. 30. adde quæ notaui ad l. 19. ̃j. de verb. ſignif. & Bellon. 2. ſupputat. 2.*
t Minæ capitales iuſtum metum inducunt *leg. 23. §. 2. D. eodem.* Quando minæ illatæ cenſeantur *vide leg. 9. ̃j. eodem.*
u τοῦ νομικοῦ διατάγματος *Synop. Baſil.* legalis edicti.
x Metus ne quis vocetur ad munera, non inducit actionem quod metus cauſa.
y Cur ita? *vide leg. 9. ̃j. eodem.*
z Iactationes metus inferendi, pertinent ad futurum: metus autem eſt vis præſentis *leg. 9. D. eodem.*
a *leg. 22. ̃s. de tranſact.*
b *vide quæ dixi ad leg. 13. ̃s. de tranſact.*
c Qui quid metuens facit, ne ſibi damnum adferat accuſatio inſtituta aut inſtituenda, metum ſibi infert potiùs, quàm ab alio accipit. Metus ſpontaneus non attenditur.

d id eſt, cùm metuerem ne me accuſaret, vel ne ab accuſatione incœpta deſiſteret *Syn. Baſil. eodem c. 32. adde l. 9. ̃j. de contr. ſtipul.*
e *vide l. vnica ̃s. de contr. iudic. Syn. Baſil. 19. tit. 1. ex lib. 10. tit. 2. c. 33.* multo magis in maiori *leg. 3. §. 1. leg. vlt. in fin. D. eodem.*
f *vide leg. pen. ̃j. de reſcind.* vide Cuiacium 16. *obſeru.* 13. vbi tractat de his quæ adminiſtrantibus, vel officium publicum gerentibus vendita ſunt.

timore ne ad[x] ciuilia munera nominareris, proponas, & reſcindi venditionem, veluti metus cauſa factam, deſideres: intelligis, ad ratum non habendum contractum, metum huiuſmodi[y] prodeſſe non poſſe. Dat. 11. Kal. Sept. Viminacij, CC. Coſſ. 300.

De iactatione, conteſtatione, atrocitate facti.

9. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

MEtum non iactationibus[z] tantùm, vel conteſtationibus[a], ſed atrocitate[b] facti probari conuenit. Dat. Kal. Decemb. CC. Coſſ. 300.

De metu accuſationis.

10. Iidem AA. & CC. Fauſtinæ.

ACcuſationis inſtitutæ[c] vel futuræ metu[d] alienationẽ ſeu promiſſionem factam reſcindi poſtulantis, improbum eſt deſiderium. Dat. 6. Kal. Feb. CC. Coſſ. 302.

De eo qui eſt in officio, de eo qui coniugis vel amici nomine abutitur.

11. Imp. *Conſtantinus* A. ad Euagrium præf. præt.

SI per impreſſionem quis aliquem metuens ſaltem in mediocri[e] officio conſtitutum, rei ſuæ in eadem prouincia vel loco, vbi tale officium peragit, ſub venditionis titulo fecerit ceſſionem, & quod emptum fuit, reddatur, & nihilo[f] minùs etiam pecunia retineatur: ſimili pœna ſeruãda, ſi qui vel coniugis[g] vel amici[h] nominibus abutentes, prædam tamen ſibi acquirant. X. Kalen. Octob. Aquileiæ, Conſtantio A. VII. & Conſtantino Cæſ. Conſſ. 353.

De extortis per potentiam.

12. Impp. *Honor. & Theodoſ.* AA. ad populum.

VEnditiones[i], donationes[k], tranſactiones[l], quæ per potentiam[m] extortæ ſunt, præcipimus infirmari. Dat. 13. Kal. Mart. ipſis AA. VIII. & III. Conſſ. 409.

DE DOLO[n] MALO.

Tit. XXI.

Si fideiuſſor à creditore pignora emerit.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Clementinæ.

SI[o] fideiuſſor à[p] creditore pignora emerit[q]: oblata[r] quantitate ſortis & vſurarum[ſ], tibi dominium cum[t] fructibus, quos bona fide percepit, conſultiùs reſtituet, ne fidei[u] ruptæ gratia de dolo poſſit actio exerceri. Accepta Dat. III. Id. Maij, Plautiano & Geta Conſſ. 264.

Si alia actio detur vel non. De cauſæ cognitione.

2. Imp. *Antoninus* A. Agrippæ.

DE dolo actio, cùm[x] alia nulla competit, cauſa cognita permittitur. Dat. Non. Nouemb. Gentiano & Baſſo Conſſ. 212.

De abſentia reip. cauſa.

3. Imp. *Gordianus* A. Aquilino.

NOn poſſunt obeſſe tibi tempora[y], quæ in actione de dolo ſolent computari, quibus reipublicæ[z] cauſa (vt allegas) occuparis: ſed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præſtituta tempora cœperis obtinere. PP. Ibid. Auguſt. Sabino II. & Venuſto Conſſ. 241.

De contractu facio vt des.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Manandræ.

CVm proponas, inter te, & eũ, quẽ in cõtubernio[a] ancillã tuã ſibi cõiunxiſſe memoraſti, placuiſſe, vt[b] tibi pro eadẽ daret mãcipiũ: intelligis, quod ſi manumiſiſti, vel ei tradidiſti, & ille manumiſit, reuocãdæ[c] libertatis poteſtatẽ nõ habes, ſed ſolũ, ſi necdũ ſtatutũ tẽpus exceſſerit, & fidẽ placiti rũpat, deſiderare debes, de[d] dolo tibi decerni actionẽ. Quòd ſi penes te dominium eius remanſit: adito præſide prouin-

g Fraus fit legi, quoties non ipſi, ſed per interpoſitas perſonas legis mentem violamus. *dixi ad l. 5. ̃s. de legibus.*
h Amici nomine abuti non oportet, *vt hic.* Imò poſſumus abuti *l. 14. ̃j. de contr. ſtipul.*
i *l. vlt. Co. Theod.* de contrahenda emptione *lib. 3. ti. 1. l. 23. § 1. ff. eo. l. 6. D. de off. præſid.*
k *l. 7. ̃s. eo.*
l *d. l. 7.* adde & quoſcunque contractus *d. l. 7.*
m *l. 3. §. 1. D. eo. d. l. 6.*
n 4. *D. 3. 1. Paul. ſenten. t8 2. Codic. Theodoſ. 15. 1. Eclog. 3.* περὶ δόλου. 1. *Harmenopul. 3. cap.* περὶ δόλου: 2. *Decret. 14. 2. ſext. 6. 1. Clement. 4. 2. Extraua 3. vide Papon. 3. Notar. 9. cap. de dol. & fraude.*
o vide omnino in hanc legem Cuiacium 3. *obſ.* 37.
p Fideiuſſor pignora à creditore poteſt emere: non tamen debitor ius dominij amittit: vt cui competat ius pretij offerendi. Ponamus obtuliſſe? pignus reddendum. An & fructus quoque percepti? vtique ſi pignus ſimplex erat, nõ vſurarium, & ita hanc legem intellige cum Molinæo, *quæſtio 49. num. 349. de vſuris: leg. 59. § 1. D. mandati: leg. 5. in fin. leg. 6. D. de diſtract. pigno: leg. 59. D. de fideiuſſoribus.*
q Pignus debitoris fideiuſſor à creditore poteſt emere: *vt hic.* at non in præiudicium ſecundi alterius creditoris, *leg. 2. D. de diſtract. pignorum.*
r id eſt, ſi offeras fideiuſſori tuo ſortem, & vſuras: viciſſim tibi pignoris dominium & fructus reſtituet.
ſ eaſdem vſuras ſecundus creditor rei principalis, pignus à fideiuſſore reuocans, fideiuſſori offerre debet, *dicta lege 2.*
t ſorti mutui opponitur, dominium pignoris: ſortis vſuris, fructus pignoris.
u Fidem rumpit debitori, qui cùm ſimpliciter pro eo fideiuſſerit, pignus eius emendo vſuras pignoris, non vſuras ſibi retinet.
x *leg. 1. §. 1. D. eodem.*
y de quibus *vide leg. vlt. ̃j. eodem.*
z Tempus mouendæ actionis de dolo præteritum, abſenti reipublicæ cauſa non nocet.
a quod quid ſit *vide leg. 3. ̃j. de inceſtu.*
b Nota de contractu, facio vt des.
c Data ſemel libertas reuocari non poteſt.
d *leg. 5. § 3. D. de præſcriptis: vide Forcatulum cap. 3. Cupid. num. 5.*

cię,cum natis eius hanc potes recuperare,si nulla mouea tur status quæstio. Datum 3. Kalend. Maij, Heracliæ CC. Conss. 294.

De transactione inter filiam emancipatam & patrem qui tutelam eius gessit.

5. Iidem AA.& CC. Amphidrosæ.

SI superstite patre per[a] emancipationem tui iuris effecta, matri successisti, rebúsque tuis per legitimum [b]tutorem patrem eundémque[c] manumissorem administratis, postea transegisti[d] cú eo bona fide:perspicis,quod,si pactum [e]tantùm factum sit, petitio tua per exceptionem[f] submouetur. si verò nouatio[g] legitimo modo intercessit,& acceptilatio [h]subsecuta est: nullam[i] tibi iam superesse actionem. Sanè si læsa es immodicè[k] liberatione solenniter per nouationem atque acceptilationem tributa: non de dolo propter[l] paternam verecundiam,sed in factum actio tibi tribuenda[m] est. Dat.Id.Iun.CC.Conss. 294.

De indiciis.

6. Iidem AA.& CC. Hymnodę.

DOlum ex indiciis[n] perspicuis [o]probari conuenit[p]. Da tum Kal.Decemb.CC.Conss. 294.

De repudiatione hereditatis.

7. Iidem AA.& CC. Sebastiano.

SI maior quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundę relinquitur. Sanè si eius vxoris tibi substitutæ dolo [q] factum est, actionem de dolo contrà exercere potes. Dat. XVI. Maij, CC.Conss.

De tempore huius actionis.

8. Imp. *Constant.* A. ad Symmachum vicarium.

OPtimum † duximus, non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse commemorauerit, neque intra anni vtilis tempus, sed potiùs ex eo die, quo adseritur commissus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moueri. siue absuerit, siue præsto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur. ¶ Omnes igitur sciant, neq; [r] incipiendæ post biennium[s], neque ante completum biennium cœptæ; post biennium ‖ verò ‖ finiendæ doli actionis ‖ esse ‖ concessam licentiam. Dat. 8. Kal. Aug. Nesso, Constantino A.V. & Licinio Cæsare Conss. 319.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE MINORUM ‖ vigintiquinque annis ‖.

Tit. XXII.

De querela inofficiosi.

1. Imp. *Alexander* A. Plotianæ.

ILLUD inspiciendum est, num inofficiosi querelæ vel palam, vel tacita [u] dissimulatione sit renunciatum. Nec hoc autem in tuam personam cadere posse, auxilium, quod ætati impertitur ostendit. Dat. 5. Id. Iul. Maximo II. & Æliano Cōs. 224.

De bonorum possessione, & numero liberorum.

2. Imperator *Gordianus* A. Alexandro.

EO tempore, quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit: licèt quinque[x] filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad edicti prærogatiuam pertinet: sc. si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur. PP. VIII. Id. Aug. Vlpio & Pontiano Conss. 239.

De contractu minoris habentis vel non habentis curatorem.

3. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA.& CC. Attiano.

SI [y] curatorem habens minor quinque & viginti annis post pupillarem ætatem res vendidisti, hunc contractū seruari non oportet[z]: cùm non absimilis[a] ei habeatur minor[b] curatorem habens, cui à prætore curatore dato, bonis interdictum est. Si verò sine curatore constitutus contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem[c], si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita nō prohiberis[d]. Dat. 14. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Conss. 293.

De probatione minoris ætatis & tempora restitutionis excessisse.

a Emancipatione, ius patriæ potestatis soluitur §. 6. *Inst. quib. modu ius pat. potest.*
b *v. Inst. de legit. parent. l. 1. §. 1. 2. ff. si quis à parent. manum ss.*
c Idē pater esse potest & manumissor.
d Emancipatus, cū patre potest transigere.
e de non petendo scilicet.
f Pactum enim valet ad exceptionem *l. 27. §. 2. ff. de pactis.*
g quod quid sit *v. l. 1. ff. de nouationibus.*
h quæ quid sit *v. l. 1. ff. de acceptilationibus.*
i quia acceptilatio perimitur ipso iure *d. §. 2.*
k Ob immodicā læsionem transactio rescindi potest. & ita *l. 2. & 8. j. de rescindenda,* pertinet ad transactionem.
l *adde l. 30. ff. de operis libertorū. l. 11. 12. ff. 10. l. 1. §. 4. ff. de vi & vi: 1. Harm. 2. c.* τὶ ὅζι χρηματικὸν, &c.
m an id abrogatū? *v. l. vlt. j. qui & aduersus quos.*
n ex insidiis *Cui. 11. obs 11. in f.* ἀπὸ ἐπιβουλῶν *10. Ecloga 3. c. 46.* & ita in *l. 8. C. de rescindenda.*
o atqui dolus interdum præsumitur *l. 41. ff. ad l. Falcid.*
p nec enim vagari oportet in dolo obiiciendo *16. ff. eo. l. 6. ff. de probat.*
q & persuasione *l. 9. §. 1. D. eo. l. 4. §. 28. ff. de doli mali.*
† *l. vn. C. Th. eo. ex qua hæc interpellata.*
r Actio de dolo neque incipit à biennio post dolum commissū: neque finitur à biennio actionis de dolo institutæ: sed inchoatur & finitur prorsus intra continuum biénium. *Syn. Basil. 10. tit. 3. c. 47.*
s Biennij (olim erat annalis *v. Cusac. ca. 21. de præscription.*) silentio perit actio de dolo *vt hic. Eclog. c. 43. eo.* at non perit exceptio. est enim perpetua 1 *Harm. 3. c.* περὶ δόλου *§. 70. & 71.* Quin & post biénium non competat actio de de dolo, actio tamen in factum, de eo quod ad reum peruenit, competit. *l. 28. in fi. l. 29. D. eo.* Videri etiam potest huic legi derogari, & actionem de dolo quadriennio præscribi *l. vl. j. de temporib. in integ. restit.*
t *4. D. 4. Paul. 1. sent. 9. 2. C. Theod 16. 10. Eclo. 4. 1. Harm. 12. v. Papon 3. Notar. 9. c. de restitution de mineur.*
u *l. 8. §. 1. l. 15. §. 1. D. de inoff.* hinc colligit *Cuia. 17. obser. 17.* Querelam inofficiosi imitari actionem iniuriarum.
x *v. l. 12. j. de administ. tut.*
y si absque curatoris sui consensu minor quidquam alienauerit, nihil videtur facere 1. *Harm. 12. §. 37.*
z atqui possunt ex stipulatu obligari *l. 101. ff. de verb. obl.*
a Minor habens curatorem, ei est similis, cui bonis interdictum, id est, prodigo cōparatur. Neuter sua potest alienare. An eo tantùm casu similis? Robertus negat 1. *animaduers. 12.* Antonius Mercator ait 1. *Notat. 12.*

4. Iidem AA.& CC. Isidoro.

SI minorem te quinque & viginti annis fuisse, cùm contraheres, ostenderis,[e] & tempora[f] restitutionis præstituta excessisse, ab aduersario tuo comprobatum non fuerit: præses † prouinciæ in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Conss. 293.

Si dolus aduersarij non probetur si ante impletum 15. annum restitutio petatur.

5. Iidem AA.& CC. Rufo.

MInoribus in integrum restitutio, in quibus[g] se captos probare[h] possunt, etsi dolus aduersarij non probetur competit. 1 ¶ Ante[i] impletum etiam quintum & vicesimum annum, de his, in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maij, Heraclię, AA. Conss. 293.

De morte aduersarij.

6. Iidem AA.& CC. Sententiæ.

SI intra ętatem, cui succurri solet in integrum restitutio nis ‖ auxilio ‖ lis[k] inchoata[l] est, nec ei ætate renunciatū est, mors eius, contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest. Dat. V. Kal. Maij, Sirmij, CC. Conss. 294.

De tutore falso ætate probata liberato.

7. Iidem AA.& CC. Seueræ.

DE tutela auunculi eiusdémque tutoris, cui[m] falsò ętate probata pręstitisti liberationem, quem ignarum ętatis [n]tuæ non fuisse tam officium[o] tutelæ quàm sanguinis proximitas arguit [p] si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes eius conuenire potes. Dat. 11. Kal. August. CC. Conss. 294.

De prætermissis vel ignoratis.

8. Impp. *Honor.* & *Theod.* AA. Iuliano proconsuli Africæ.

MInoribus in his, quę vel prætermiserunt[q], vel ignorauerunt innumeris auctoritatib. constat esse consultum. Dat. Non. Maij, Constantio V.C. Cos. 420.

De eo qui vsus est iure communi.

9. Imp. *Zeno* A. AEliano præfecto prætorio.

NOn[r] videtur circumscriptus esse minor, qui iure sit vsus communis. [s] Dat. Ka. Ian. Basilio & Constante Conss. 480.

DE FILIOFAMILIAS MINORE[t].

Tit. XXIII.

De fideiussione.

1. Imp. *Gordianus* A. Gaudiano militi.

FILIUSFAMILIAS, si minor vigintiquinque annis pro extraneo fideiussit[u], in integrum restitutionē implorare non prohibetur. Sed & si[x] pro patre suo fideiussor extitit, eíque diem suum functo non[y] successit: in integrum restitutionē postulare potest. Dat. Kal. Iul Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De mutuo.

2. Idem A. Tryphoni militi.

SI frater tuus, cùm mutuam[z] pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu eius, nec contra senatuscon sultum contractum est: propter lubricum ætatis, aduersus eam cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. PP. III. Non. Octob. Vlpio & Pontiano Conss. 239.

DE FIDEIUSSORIBUS MINORUM.

Tit. XXIIII.

Restitutio concessa minori, non prodest fideiussori. Alex. De euictione.

1. Impp. *Seuerus* & *Antoninus* AA. Mironi.

POSTQUAM[a] in integrum ætatis beneficio restitutus es, periculum euictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogeris. Sed ea res fideiussores, qui pro te interuenerunt, excusare non[b] potest. Quare

b *legendum videtur* maior, *vt* minori curatorem habenti comparetur maior bonis interdictus, & ideo curatorem habens.
c quę datur quoties constat de lęsione. & ita contractus adulti nō est ipso iure nullus. Nam si nullus esset non daretur restitutio. Hæc enim ad ea tantùm refertur, quæ antea tenuerunt *l. 7. in fi. ff. de exceptionibus.*
d Imo videtur non prohiberi *l. 101. j. de verb. obl.*
e Qui allegat ætatem eam probare tenetur *leg. 9. j. de probat.* nec .n. præsumitur quis minor *v. Alciatū 2. præsumpt. 14.*
f *v. j. de temp. in integr. adde l. 1. j. si tutor. No. 155. c. 1.*
† in Gallia rex solus restituit. ideóque minor non auditur sine literis regiis. *Rebuff. in proœm. constit. gloss. 5. nu. 48.*
g & ita non in omnib.
h An minori incumbat onus pbandæ læsionis *v. l. 16. j. de prædiis adde l. 9. §. 4. ff. de iureiurando.*
i *l. 1. in fi. j. si minor se maiorem.*
k Instantia restitutionis in integrum transit ad heredem.
l Restitutione postulata nihil innouandum. *v. Socin. reg. 346.*
m i. cui, cum falsò te maiorem esse probauisset, liberationem fecisti *adde l. vl. j. si minor se maior.*
n Ætas testibus probari potest.
o *l. 2. §. 2. j. de iureiur. propter calū.*
p Coniuncti sanguine, pręsumuntur scire ætatem cognatorum *l. 9. in f. ff. vnde cognati. l. 37. j. de liberali causa.* Ea præsumptio tam est efficax, vt onus probandi transferat *v. Roland. à Valle 1. cons. 19. adde l. 9. j. de nuptiis*: aliàs ignorantia præsumitur *l. 6. j. qui militare.*
q *l. 44. D. eo. v. titul. j. si vt omissam.*
r *Syn. Basil. 10. tit. 4. c. 58. 1. Harm. 12. §. 61.*
s seu publico *l. 11. §. 3. in fin. D. eo. l. 51. §. 4. D. de fideiussoribus l. 47. in fi. D. de solutionibus l. 116. §. 1. D. de reg. iur. v. Molin. quæst. 13. de vsur. nu. 164. Cuiac. 16. obseru. 14.*
t restituendo sc. *l. 3. §. 4. l. 38. in fi. D. de minorib. l. 8. §. 6. j. de bon. quæ lib.*
u *j. si aduersus fideiussorem l. 7. §. 3. D. de minoribus.*
x *l. 8. j. de fideiuss.*
y Filius, qua filius est, pro patre non tenetur, sed qua heres *l. 3. l. 4. j. Ne filius pro patre: leg. 12. j. de obligat.*
z *v. l. 1. j. si aduersus credit.*
a In integrum restitutis minoribus, tenentur nihilominus qui eorum nomine fideiusserunt. 1. *Harm. 12. §. 64.*
b Minore restituto, eius fideiussores non restituuntur *leg. 2. j. eodem. leg. 13. D. eodem.* Imò restituuntur *l. 51. D. de procuratoribus.*

man-

mandati iudicio, si pecuniam soluerint, aut condemnati fuerint, conuenieris: modò si eo quoque nomine restitutionis auxilio non[a] iuuaberis. V I. Kal. Octob. Seuero A. & Albino Conss. 195.

De obligatione fideiussoris ob venditionem & de dolo.

2. Impp. *Dioclet. & Maximia.* AA. Curioni.

SI ea, quæ tibi vendidit possessiones interposito decreto præsidis, ætatis tantùmmodò auxilio iuuatur: non est dubium, fideiussorem ex[b] persona sua obnoxium esse contractui. verùm si dolo[c] malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti iuris est, vtrique personæ, tam venditricis, quàm fideiussoris, consulendum esse. S. V I. Kalend. Maij, Diocletiano II. & Maximiano AA. Conss. 287.

SI TVTOR VEL CVRATOR INTERVENERIT[d].

Tit. XXV.

De aditione hereditatis.

1. Imp. *Antoninus* A. Martianæ & aliis.

SI iam puberes vtriusque sexus parentum hereditatem adiistis: si etiam nunc in ea ætate estis, vt, eo quòd paternæ hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis: per[e] procuratores vestros aditæ præsidem prouinciæ. Quòd si legitimam ætatem implestis: idque tempus[f] quo in integrum restitui potestis, excessistis: curatores vestros, si aduersus eos nondum experti estis, iudicio secundum formam iuris conuenite. PP. I I. Non. Apr. Læto & Cereali Conss. 216.

De gestis in iudicio vel extra iudicium.

2. Imp. *Alexan.* A. Martianæ.

MInoribus[g] annis vigintiquinque etiã in[h] his, quę præsentibus tutoribus, vel curatoribus, in iudicio, vel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumuenti sunt, placuit. PP. I I I. Non. Mart. Max. I I. & AEliano Conss. 224.

De male gestis à tutore vel curatore & de concurrentibus remediis.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Nicomedi.

ETiam in his, quæ minorum tutores vel curatores malè gessisse probari possunt[i]: licèt personali actione à tutore vel curatore ||ius|| suum consequi possint: in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minorib. dari iam pridem placuit. Datum I I I I. Non. Maij, Maximo & Aquilino Conss. 286.

De contractu cum curatoribus.

4. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI creditor non vestram[k] personam[l], sed curatorem secutus, cum ipsis contractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus aduersus vos actionem competere manifestum est. V. K. Maij, Heracliæ, AA. Conss. 293.

De concurrentibus remediis.

5. Iidem AA. & CC. Valentino.

ETiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel[m] aliàs contrahentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis præiudicio per electionem[n] generando, placuit. V I. Id. Dec. CC. Conss. 294.

SI ||IN|| COMMVNI EADEMQVE CAVSA IN INTEGRVM restitutio postuletur.

Tit. XXVI.

Pactum sororis fratri non præiudicat. vt nec restitutio sororis fratri patrocinatur.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Aphobio & aliis.

NEc si maior vigintiquinque annis soror vestra fuit vobis non mandantibus[o], nec rata[p] transactionem habentibus, de iure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quæ gessit[q], his consensum post vigintiquinque annos ||ętatis|| commodastis: quamuis illa[r] minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis tamẽ ad communicandũ edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari non[s] potest. S. III. Idus Aug. CC. Conss. 294.

SI[t] ADVERSVS REM IVDICATAM[u] ||RESTITVTIO[x] postuletur.||

Tit. XXVII.

De iudicio tutelæ.

1. Imp. *Alexand.* A. Viliis.

MINVS ex tutelæ iudicio consecuti, de superfluo[y] habere actionem ita potestis, si tempore iudicii minores annis fuistis, & nunc beneficiũ ætatis vobis largitur. Ceterùm si post legitimã ætatem sententia prolata est: iteratò[z] eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. P. P. V. Kal. Febru. Pompeiano & Peligno Conss.

De patria potestate.

2. Imp. *Gord.* A. Serenæ.

SI cum pater tuus te in sua potestate esse, miniméque emancipationem[a] à se factam valere diceret proconsul super causa cognoscens, te eius potestati subiectam pronunciauerit: cum aduersus eam sententiam in integrum restitui postules: is, qui prouinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. P P. X V. Decemb. Vlpio & Pontiano Conss. 239.

De sententia eius qui vice principis iudicauit.

3. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* Cæs. Ælianæ.

ADuersus sententiam eius, qui tunc vice[b] principis[c] iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud prętorem seu præsidem prouinciæ clarissimum virum flagitare nequaquam poteris. Nam aduersus eius sententiam, qui vice principis cognouit, solus[d] princeps restituet. P P. XVIII. Kal. Nouemb. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De minoribus defensis vel indefensis.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Vrbinio & aliis.

CVm & minores vos esse affirmetis, & indefensos[e]: nullum vobis præiudicium fieri præses prouincię pro sua grauitate curabit. Nam si, iusta defensione tutorum vel curatorum vobis assistente[f], aliquid statutum est: intelligitis, in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem[g] obtinente, etiam si per procuratorem vestrũ legitimè[h] ordinatum lis agitata est. Dat. XVI. Kal. Maij, Maximo & Aquil. Coss.*

De sententia lata contra tutores vel curatores.

5. Iidem AA. & CC. Martiano.

IN rem[i] pupilli vel adulti contra tutores seu curatores à præside lata sententia, restitutionis auxilium non[k] minus, quàm si quid aduersus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. Datum X. Kalend. Nouemb. AA. Conss. 293.

SI ADVERSVS VENDITIONEM[l].

Tit. XXVIII.

De iureiurando.

1. Imp. *Alex.* A. Florentio militi.

SI[m] minor annis vigintiquinque emptori prædij cauisti nullam de cætero te esse controuersiam facturum, idque etiam iureiurando[n] corporaliter[o] præstito seruare confir-

a i. nolis vti.
b Minore restituto, non restituitur eius fideiussor. eóque respectu restitutio beneficium personale dicitur: quoties ad heredes descendit, dicitur reale *vide Vurmserum. 1. pract. 25. obseru. 3.* Hócne perpetuò verũ est, restituto minore fideiuss. non restitui? restitui constat *in l. 31. ff. de procurator.* è cõtrario non restituitur hoc *tit. l. 35. ff. de arbitris.* Sic definitio, Si dolus intercessit in fideiussione, fideiussor iuuatur *vt hic l. 7. § 1. ff. de exceptionib.* quemadmodum si nihil creditori minoris deperit *le. 89. ff. de adq. hered.* si ignorauit minorem *l. 48. ff. de fideiussorib.* si minor successit *l. 95. § 3. D. de solutionib.* Si hæc desint, non iuuatur *l. 13. ff. de minorib. l. 25. ff. de fideiussorib.*
c Rei cohærentes exceptiones etiã fideiussori competũt *l. 7. § 1. ff. de exceptionib.*
d An restituendus minor? dic vt. j. *eo.*
e per curatores vestros *Cui. ad l. illud ff. de minoribus.*
f *l. 4. s. de in integrum.*
g Minores qui sub tutela, vel sub curatione sunt, in iis in quibus circumscripti fuerũt, etiam præsentib. tutorib. vel curatorib. restituuntur. *Syn. Basil. 10. ti. ex tit. 7. 1. Har. 12. § 34.*
h Minor circũuẽtus in iudicio vel extra, præsente tutore vel curatore restituitur *l. 4. j. si aduers. rem iud. l. vl. ff. de in integ. l. 29. l. 47 ff. de minoribus.*
i Personalis actio, ordinaria: restitutio, extraordinaria: vtraq; cõpetit minori aduersus tutores & curatores.
k i. minoris.
l Tutor spondẽs sui pupilli nomine, non vt tutor, sed vt quiuis, spõsione sua non obligat pupillum.
m hinc colligũt differentiam inter distractũ & contractum.
n Minor restitui potest aduersus electionem.

o Gestum ab aliquo, fit nostrum mandato, vel ratihabitione. p Ratã qui habet vẽditionem rei suæ, sibi pręiudicat *vt hic.* Imò non pręiudicat *l. 6. § 6. ff. de negotiis.* q in minori ætate. Imò initiũ actus inspicitur *l. 3. § Seio ff. de minorib.* r factum vnius ex fratrib. non nocet alteri *l. 1. j. de commun. rerum alienat. l. 1. j. quib. res iudicata.* s Restitutio minori concessa non prodest maiori, quãuis minoris consorti & socio *v. l. 47. § 1. ff. de minorib.* Imò prodest in indiuiduis, puta seruitutib. *l. 4. § 3 ff. si seruitus vindicetur; l. 1. ff. si vnus ex plurib. l. 10. ff. quemad. seruitutes. v. hic Bart.* t Minores condẽnati restituuntur, vt litem rursus mouere possint *Syn. Bas. ti. 9.* Etiam aduersus rem iudicatam minorib. datur in integrum restitutio *1. Harm. 12. § 47.* u *l. 18. ff. de minorib.* Restitui etiam potest, si prouocationem omisit *l. 7. § 11. ff. de minorib.* vel allegationem, *l. 36. & tit. si contumax fuit. l. 53. 54. ff. de re iudic.* aduersus sententiam cuiusque iudicis, etiam principis. *l. 3. j. eodem. l. 18. ff. de minoribus.* etiam si agatur de causa status. *l. 2. j. eodem.* vtcumque à tutoribus defensus fuerit. *l. vlt. j. eo. l. 29. l. 47. ff. de minorib.*
x Remedia aduersus sententiam, restitutio *vt hic*: Appellatio. j. *de appellationib.* supplicatio aduersus sententiam principis & præfecti prætorio *l. 4. & Authent. sequenti. s. de prec. b. imper. l. vnic. j. de sent. præf. præt.* quærela falsi. j. *si ex falsis*: nullitatis propositio, de qua vide Oldendorpium *ca. 57. de exception. & in tract. de sente. t. & re iud.* Paponem *2. Notar. c. Des exceptions.*
y Minor etiam aduersus partem sententiæ potest restitui, *l. 29. § 1. ff. de minorib.*
z Minor (aliud in maiore) potest restitui aduersus sententiã *l. 18. § 1. l. 40. ff. de minorib.*
a *l. 5. in fi. ff. de probationib.*
b *l. 18. § 3. § 4. ff de minorib.* v. in hunc locũ Cuia. *16. obs. 2.*
c vel præfecti prætorio. *l. 16. in f. ff. de minoribus.* Quid si lis in principis auditorio iudicata? iterum iudicari potest, *d. l. 18. § 1.*
d *d. § 3.*
e Sententia lata contra minores indefensos, est ipso iure nulla: è contrario, Vbi legitimè defẽsi, valet iudicium & sententia. *l. 2. in quib. caus. resti.*
f *v. l. 2. s. si tutor.*
g Idem operatur procurator legitimus, quod tutor & curator. Poterítne authoritatẽ pupillo præstare? Baldus putat posse.
h vel à minore cum authoritate tutoris. *l. 23. in f. ff. de minoribus.*
i i. contra cõmodum minorum.
k Sententia lata contra tutorem in causa pupillari, dicitur lata cõtra pupillũ: ideo pupillus potest restitutionem petere.
l quid, aduersus emptionem potéstne restitui? potest, nedum si eum emptionis initæ pœniteat. *l. 11. § 4. l. 27. § 1. ff. de minorib.* sed si eam affectet. *l. 35. 38. ff. de minori.* Potest etiam restitui aduersus permutationẽ. *l. 4. j. de prædijs & alijs reb. minor.* est enim emptioni vicina. *l. vlt. j. de rer. permut.* eiusque quasi mater, *l. 1. ff. de contrah. emp.* Plura de restitutionibus aduersus emptionem, vide in l. 1. § 13. *ff. si quid in fraud. patron.*
m Minor restituitur aduersus venditionem propriam, etiamsi iusiurandum interposuerit. *Synopsis Basil. 10. t. 10 & 12. 1. Harmen. 12. § 65. l. 27. § 1. vers. itẽ ex diuerso. ff. de minor. l. 1. j. de prædijs minorum.* n Minor iureiurando potest sibi auferre restitutionis beneficiũ. o *l. 3. in fi. j. si minor se maiorẽ.* i. tactis sacros. Euangeliis, vel manu sublata, ꝙ Balsamo vocat σωματικὸν ὅρκον. *v. Cuiac. ad Noue. 51. adde l. 9. § 4. ff. de iureiurando.*

masti: neque† perfidiæ[a] neque periurij[b] me auctorem||tibi|| futurum sperare debuisti. Dat. VI. Kal. Septemb.

Noua constitutio Friderichi.[c]

Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inuiolabiliter custodiantur †. Per vim[d] autem vel per iustum metum extorta etiam à maioribus, (maximè ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.

De commentitijs venditionibus, vel curatorum insidijs.

2. Imppp. *Constant.*||*Constantius & Constans*, AAA.||ad populum.

IN[e] integrum restitutione minoribus aduersus commentitias[f] venditiones, & aduersus tutorum ||seu curatorum|| insidias, sanctionum præsidio cautum esse non dubium est. Datum Id. August. Sirmij, Constantio II. & Constante. CC. Conss. 339.

SI ADVERSVS VENDITIONEM PIGNORVM[g].

Tit. XXIX.

Si res minoris est vendita iure creditoris, minor non restituitur, nisi ob enorme damnum. Bald.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Sabinæ & aliis.

ETIAM[h] aduersus venditiones pignorum[i] quæ à[k] creditoribus fiunt, minoribus subueniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) iampridem placuit. si igitur pignori captis prædiis, ac distractis, enorme damnum ex huiusmodi venditione passos vos ostenderitis: præsertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. 10. Kalend. Decemb. Sirmij, ipsis AA. Conss. 293.

2. Iidem AA. & CC. Seueræ & Clementinæ.

REm[l], quàm à[m] patre vestro quondam creditor eius obligatam sibi distraxit, per ætatem vestram postulantium reuocari desiderium non habet rationem. quod iuris est, etiam si extraneo successistis. Nam si creditor non bona fide versatus est: ipsum magis, vel tutores, siue curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt, conuenite. Dat. XIII. Kal. Maij, Syrmij, CC. Conss. 294.

SI ADVERSVS DONATIONEM[n].

Tit. XXX.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Theodoræ.

SI[o] quæ res[p] ante nuptias congruenti[q] moderatione à minore annis vigintiquinque marito sponsaliorum tempore, etiam curatore præsente, tibi donatæ sunt: obtentu ætatis non reuocabuntur. S. III. Non. Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

Pater non potest alienare res donatas filijs emancipatis.

2. Iidem AA. & CC. Medeæ.

SI in te ac fratrem tuum emancipatos[r] pater vester donationem fecit: in alium postea transferẽdo portionem eius, nihil vobis abstulit: nec si frater tuus||sibi||quæsiti prædij rustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter senatusconsulti auctoritatem: nec auxilium in integrum restitutionis hac in re necessarium est. In aliis verò rebus, quæ etiam sine decreti recitatione alienari possunt: si, postquàm sibi donatæ fuerint, postea alij donanti eandem patri voluntatem[f] in minori ætate commodauit, nec præstituta tempora restitutionis excessit: hoc auxilium implorare potest. Datum VIII. Kal. Ianuar. AA. Conss. 293.

SI ADVERSVS LIBERTATEM.

Tit. XXXI.

De sententia.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Hamniæ.

SI post decretum prætoris viri clarissimi, qui fideicommissariam libertatem deberi pronunciauit, Secundus, (quem conditioni non paruisse conqueréris) manumissus non est: ætas tua litis instaurationem admittit. Quòd si[u] libertatem (quamuis indebitam) dedisti: non posse eam reuocari intelligis: sed damnum[x], quod ob eam causam illatum est, iudicio negotiorum gestorum à curatoribus tuis esse sarciendum. PP. II. Kal. Iul. Laterano & Rufino Conss. 198.

De manumisso vindicta.

2. Imp. *Gord.* A. Solanoæ.

EVsi[y] minor viginti annis (vt allegas) constituta, seruum tuum, ab eo circumscripta in consilio[z] manumisisti: tamen vindictæ[a] imposito, qua libertas iusta munitur, nec obtentu quidem ætatis rescindi potest: indemnitati[b] verò tuæ à manumisso scilicet sarciendæ, ab eo, cuius iurisdictio est, quatenus iuris ratio permittit, consuli debet. PP. VI. Id. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

Si vindicta vel alio modo manumissio facta sit, & de fraude curatorum.

3. Impp. *Valerianus & Gallienus* AA. Marthonæ & Sabinillæ.

QVos retrahi in seruitutem postulatis, si non[c] in concilio causa cognita, cùm minores annis viginti fuissetis, manumisistis: nõ[d] per in integrum restitutionem, sed ipso[e] iure persequi potestis. Quòd si, probata causa, libertas præstita est: restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest. Si tamen in ea re, culpa seu fraude liberti, eiusdémque curatoris, ratio vestra læsa sit: sarciri[f] damnum ab eo, qui hoc intulit, præses prouinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. VIII. Kal. Octob. Seculare II. & Donato Conss. 261.

De sententia.

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Tatiano.

IN[g] iudicio de liberali causa sententiam pro libertate latam, ne quidem prærogatiua minoris ætatis sine appellatione[h] posse rescindi, ambigi non potest. Dat. VI. Id. Ian. ipsis AA. V. & IIII. Conss. 293.

SI ADVERSVS TRANSACTIONEM[i] vel diuisionem[k] ||in integrum minor restitui velit.||

Tit. XXXII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Antonio.

CVm, in integrũ pupilla restituta, rescindi transactionem[l] vel diuisionem[m] placuit: tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, vteris. PP. XV. Kal. April. Sirmij, AA. Conss. 203.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Hymnodæ.

SI ex persona minorum in integrum restitutio aduersus transactum propter ætatis auxilium imploretur: tibi quoque agenti ex integro, vel replicatione contra exceptionem pacti, vel, si peremtam esse constet pristinam obligationem, ex instauratione negotij tributa[n]||tibi||actione consulendum est. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. 203.

SI ADVERSVS SOLVTIONEM[o] à tutore vel à se factam.

Tit. XXXIII.

Minor causa cognita restituitur aduersus solutionem factam eius curatori. Bald.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Soterícæ.

EXEMPLO cæterorum debitorum tutores etiam, quæ ex administratione tutelæ debent, curatoribus soluentes liberantur: sed ante tempus in integrum restitutionis præstitutum edicto perpetuo permissum[p] beneficium implorari: &, an sit tribuendum, per causæ[q] cognitionem æstimari potest. Dat. VI. Id. Febr. CC. Conss. 294.

2. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

INdebito[r] legato, licet per errorem iuris à minore soluto, repetitionem ei decerni: si necdum tempus, quo restitutionis tributur auxilium, excesserit: rationis est. Dat. XV. Kal. April. Sirmij, CC. Conss. 294.

SI ADVERSVS DOTEM[f].

Tit. XXXIIII.

Minor circumscripta in datione dotis viro, tanta dote indigno, non tantum ipsa restituitur, sed etiam heres eius.

† dic vt in authentica proxima. video Græcos affirmatiuè legisse eo sensu, minores restitui aduersus venditionem propriã, etiam si iusiurandum interposuerint. 10. Eclog. 10. & 12.
a his verbis Imperator denegat iurisiurandi veniam.
b his verbis denegat Imperator restitutionem in integrum.
c 2. Feudorum 53. §. 3.
† hoc non seruatur in Gallia. Minor petit dispensationem iuramenti ab episcopo, vel eius vicario: quæ nõ solet denegari: & postea literas impetrat à rege vel eius cancellario. & ita seruatur in Curiis omnibus, etiam in restitutione maiorũ. *Rebuf. in proœmio const. glos. 5. num. 50. idem tom. 2. tract. de restit. & relevat.*
d *vide Cuiac. l. hac edictal. §. 1. item sacramenta: 2. feud.*
e *l. 1. Co. Theod. de integri restitutione lib. 2.*
f *l. 7. §. 8. ff. de minorib.*
g 10. Eclog. 11.
h Minores restituuntur aduersus venditionẽ pignorum suorum factam à suis creditorib. si in ea magno detrimento sint affecti. *Synopsis Basilicon 10. tit. 1.*
i *l. 9. l. 38. ff. de minorib.*
k *adde l. 4. j. de rebus alienis non alienandis. l. 2. in fin. j. de præ. minorum.*
l Restituuntur minores aduersus venditiones pignorum, à creditoribus factas: nisi fortè eorum pater, pignori ea obligauit creditoribus non ipsi minores. *1. Harmenop. 12. §. 49.*
m Minor aduersus distractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligauerat (si non ita vt oportet distractæ sint) restitui in integrum potest. *Paul. 1. sent. 9. §. vlt. adde l. 1. §. 2. l. 5. §. 3. ff. de reb. eor.* & ita pignus hereditarium, i. successit ad minorem delata, potest à creditoribus distrahi: Conuentionale, id est, à minore constitutum, non potest.
n 10. Eclog. 12.
o Synopsis Basilicon 10. titul. 12. 1. Harmenop. 12. §. 45.
p Mobiles. Nam immobiles non potest sine decreto alienare. *l. 8. j. de prædiis minorum.*

q Minor potest vxori moderatè nuptiarum causa donare, curatore præsente. aliud si nimium *l. 4. j. de prædijs. l. 12 §. 3. ff. de administratione tutorum.*
r Pater non potest res donatas filiis emancipatis alienare. vel ita, Donatum à patre minori emancipato, nequit alteri pater donare. *Synopsis Basilicon d. c. 12.* ne quidem, minore ipso consentiente *1. Harmen 12. §. 26.*
f Qui alienare non potest, non potest alienationi consentire. *l. 160. ff. de reg. iur.*
t 10. Eclog. 13.
u Minor aduersus iam collatã libertatem restitui non potest: aduersus competituram potest. *l. 11. §. 1. l. 33. ff. de minoribus.*
x *l. 2. 3. j. eod. l. 11. l. 48. §. 1. ff. de minoribus.*
y Etsi minor circumscriptus, seruum in concilio manumiserit, non restituitur: sed à manumisso indemnitati eius cõsulitur, si sine cõcilio manumiserit, restituitur. *Synopsis Basilicõ 10. tit. 13.*
z ἐν συνεδρίῳ. *Synopsis Basilicõ 10. titul. 13. vide j. de vindicta & apud concilium manumissione 10. Eclog. 13.*
a *dixi ad Vlpiã. 1. §. 7.*
b *vide l. 1. inf. s. eod.*
c *Eclog. d. loco.*
d Cur ita? quia quod est nullũ, rescindi non potest.
e *v. l. 2. j. in quib. caus. restitutio.*
f *vide l. 1. in fi. s. eod.*
g Sententia pro libertate lata ne quidem prærogatiua minoris ætatis rescindi potest. *Synopsis Basilic. 10.* αἰτί... *ex tit. 3. c. 4.*
h *l. 9. j. de appellationib.*
i 10. Eclog. 14.
k *adde l. 17. j. de prædijs minorum.*
l *l. 96. §. 1. ff. de solutionib.* minor tametsi transegerit, restituitur. *Synopsis Basilic. 10. tit. 14.*
m *l. pen. j. comm. diuid. leg. 17. j. de præd. minor. l. 1. 8. in fi. ff. de reb. eor.*
n tributa actione rescissoria. *Cuiacius ad l. 28. D. de minorib.*
o *l. 98. §. 2. ff. de solutionibus.* vide Socinum regula 263.

p promissum Cuiacius 17. obs. 6.
q *l. 11 §. 3. l. 24. §. 1. l. 44. ff. de minoribus.*
r *l. 25. ff. de minoribus. adde Synopsis Basilic. 10. tit. 15.*
f 10. Eclog. 4. 16.

1. Imp.

a In dote omnium bonorum constituenda mulier circumscripta restituitur *vt hic. adde Syn.Basilic.10.tit.16.* eadem ratione in dotis æstimatione decepta restituitur *1. Harm.12.§.50.*
b *l.3.§.5.l.9.§.1.ff.de minorib.* Idem dicendum si supra vires patrimonij *l.43.§.1.D. de adm.tut.* c Heres minoris deceptæ in dote constituenda, restitutionem petere potest. Restitutio transit ad heredem *l.18.ff.de minorib.l.6.j.soluto.*

1. Imp. *Alexand.* A.*Valen.*

QVONIAM circumuentam[a] dicis sororem tuam omnia[b] bona in dotem dedisse: an veritas allegationi ||tuæ|| adsistat: si[c] ad te hereditas sororis tuæ vel bonorum possessio pertinuit, & tempora[d] nondum præterierint, intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem: præses prouinciæ, præsente aduersa parte[e], examinabit. Dat.VI.Id.Iul. Maximo & Paretno Cons. 234.

SI ADVERSVS DELICTVM.

Tit. XXXV.

Regula & exceptio.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Longino.

IN criminibus[f] quidem ætatis suffragio minores non iuuantur. etenim malorum mores infirmitas[g] animi non excusat. si tamen delictum non[h] ex animo, sed[i] extrà venit: noxia non committitur, etiam si pœnæ causa pecuniæ damnum irrogetur: & ideò minoribus in hac causa in integrũ restitutionis auxilium competit, Dat.Id.Octob.Seuero A.II.& Victorino Cons. 201

De petitione tutoris omissa.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Proculæ.

LIcèt in delictis ætate[k] neminem excusari constet: matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapsa non petiit, eorum minimè denegari successionem conuenit: cũ hoc in maioribus matribus tantum obtineat. V. Nonas Mart.CC.*294.

SI ADVERSVS VSVCAPIONEM.

Tit. XXXVI.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Isidoræ.

CONTRA eos, qui res[m] minorum tenẽt, si vsucapione[n] dominium acquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kal. Maij, Sirmij CC. Cos. 294.

SI[o] ADVERSVS FISCVM[p].

Tit. XXXVII.

De venditione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Longino.

SI Probus in minore ætate constitutus, circumuentus à Rufino dispensotore[q] nostro, venditionem[r] rei præcipiti animo, pretio longè minore[s] contrahere festinauit: iuris publici[t] fiscus noster in integrum restitutionis iure sequetur auctoritatem[u]. Dat.*Seuero A.II.& & Victorino Coss. 201.

De iudice competenti & de causæ cognitione.

2. Imp. *Alexand.* A. Antiocho & aliis.

SI aduersus priuatos in integrum restitutionem tam tu quàm fratres tui desideratis: præsidis prouinciæ viri clarissimi notio est: isque cognita causa æstimabit, an auxiliũ, quod imploratis conferri vobis debeat. Quòd si[x] aduersus fiscum id postulatis, intelligitis, procuratorem meum vnà cum preside, presente fisci patrono adire vos debere. Dat. Kal.Aug. Alexand.A.II.& Mar.Cos. 227.

De iudice competenti.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Laurentio.

EDicto[y] quidem diui Marci[z] parentis[a] nostri res minorum exceptæ[b], nihil tuum adiuuant desideriũ: siquidem debiti[c] causa patris minoris, vel etiam ipsius prædia venundata quinquennij † prescriptionis nullam admittunt quæstionem. Sed quoniam per collusionem siue fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo[d] precio fundũ tuũ cũ mancipiis venundatũ asseueras: si aditus Rationalis[e]

d *l.2.l.4.j.de restit.in integ.leg.6.ff.de in integ.resti.*
e i. marito: vt hinc colligas, dotem profectitiã penes maritum manere. *v. quæ scripsi.ad l.4.j.soluto.*
f *l.2.j.eo.l.9.§.2.l.37.§.1.ff.de minori.Paul.1.sent.9.§.1.l.36.ff.de adulteriis: l.14.in f.D.de Silaniano.*
g Infirmitas non excusat peccantem.
h hanc negatiuã Haloander non legit.
i sed ex contractu *Hal.* i. ex re ipsa tantùm. Græci ita legunt ἀλλ' ὅτε τὸ ἁμάρτημα μὴ ἀπὸ ψυχῆς πονηρᾶς ἀλλ' ἀπὸ συναλλάγματος ἔρχεται sed ita *Syn. Basil.10.tit.17.* εἰ μὴ ἐκ πονηρᾶς προαιρέσεως γίνεται τὸ ἁμάρτημα. *Harmen.1.tit.2.§.25.*ita εἰ μὴ ἐκ πονηρᾶς ψυχῆς καὶ προαιρέσεως γίνεται τὸ ἁμάρτημα. Contractu, inquam, eóque inuoluntario *v. Cuiac.hic.*
k Ætas non excusat à delicto: nisi tam imbecilis sit, vt non sit capax delicti *v. Molin. de vsur. quæst. 13.nu.164.*
l aliam rationẽ adfer, ne & filiũ & hereditatem eius simul amittat.
m confusè satis loquitur Imperator. nec enim distinguit mobiles an immobiles.
n sic statuo, Res pupilli mobiles, viles præsertim & tempore perituras, legitimè à tutore distrahi *l.22.j.de administr.tut.* eásque vsucapi. sed & immobiles legis præscripto, & sine vlla læsione alienatas in eadem esse causa *s.si aduers.vend.* Si alterutræ illegitimè venditæ sint, non vsucapi *vt hic. l.45.D.de minorib.l.48.ff.de adq.rer.adde leg.vl.j.in quib.caus.in integ.l.3.inf.j.de præscript.30.10.Eclog.4.tit.18.46.Syn.Basil.tit.19.*

o Etiam aduersus fiscum restituitur minor *adde 1. Harmen.12.§.* p *Eclog.16.c.19.*
q Dispensator principis, qui eius pecunias administrat. *C.Theod.de his qui cum dispensatore contraxerunt 10.tit.24.* adde *l.4.j.de fide instrument. & quæ scripsi ad Varronem in fine lib.4.Nonium 3.nu.18.Fest.in dispensator Theoph.§.recte Inst.mandat. l.51.62.D.de solut.* r vel locationem *l.45.D.de iure fisci.* s *l.2.8.j.de rescindenda.*
t id est, communis. Minor restituitur etiam cõtra fiscum sicut aduersus priuatum.
u atqui non videtur restituendus, cùm ei decepto competat ordinarium beneficium *l.2.j.de rescind.* Restitutio vtilior est minori, quia non cogitur probare se deceptum vltra dimidium iusti precij *Bald.*
x De minore restituendo aduersus fiscum, cognoscit procurator Cæsaris cum preside, præsente fisci patrono: aduersus priuatum, solus præses.
y quo, emens à fisco, post quinquennium securus est aduersus agentem. z *§.vlt. Inst.de vsucap.dixi ad Theoph.ibid.Harm.3.tit.3.§.95.addit. Commodi.*

a Imperatores solent prædecessores suos (ne quidem agnatione aut stirpe coniunctos) parentes appellare *vt hic: & l.vnic.s.ne lic.potentiorib.l.2.j.de reb.credit.l.5.j.de ripu.l.8.j.de magistratib.conuen.l.1.j.diuort.facto.l.1.l.vlt.j.qui non possunt ad libert.l.11.j.de accusat.l.17.j.de adult.l.vn.j.de reu.l.vnic.j.de periculo eorum.l.1.j.de omni agro.l.2.j.de reb.*
b exemptæ *Hal.* c Res pupilli, debiti causa, potest à fisco alienari legitimè, eo secuto, minor non restituitur. At si talis venditio gratiosè facta in necem minoris, venditio rescindi poterit, minore tamen debitum fisco persoluente. *l.6.in fi.j.de fide & iure hastæ.*

noster tuis adesse fidem allegationibus, nec[f] seruatam solennitatem hastarum animaduerterit: fisco ne satisfaciente, reuocata venditione, fundum tibi restitui iubebit. Dat. Id. Febr. Sirmij. CC. Conss. 294.

SI ADVERSVS CREDITOREM[g].

Tit. XXXVIII.

1. Imp. *Antoninus Pius* A. Prunico.

CVM & ipse profitearis, cum Zenodora minori vigintiquinque annis ||te|| contraxisse, nec[h] doceri potuisse prætorem virum clarissimum ex eo contractu locupletiorem ||eam esse|| factam: intelligis eam merito in integrum restitutam. Dat. VI. Non.Aug. Largo & Massalino Conss. 148.

2. Imp. *Gordianus* A. Caiano.

SI (vt allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec[i] ea in rem tuam versa est: aduersus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare. PP.III.Non.Februar. Gord.A.II.242.

SI MINOR[k] AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

Tit. XXXIX.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Florentio & alijs.

SI[l] vos paternæ hereditati non immicuistis: ob eam rem testificatio[m] necessaria non fuit, cùm fides[n] veritatis verborum adminicula non desideret. Quòd si pro[o] herede gessistis, vel bonorum possessionem accepistis: propter ætatem, cui subueniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. PP.VI. Nonas Maij, Saturnino & Gallo Conss. 199.

In authent. vt spon. larg. §. ad hæc quoque. coll. 9. tit. 2. seu Nouell. 119. cap. 6.

SI omnes creditores[p] præsentes sunt, vbi restitutio postulatur: à iudice vocentur, vt intersint, cum minor se abstineat. Sed si omnes absunt[q], vel quidam: solenniter à iudice citentur[r]. quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hæreditate discedat: iudice prouidente[s], vbi & qualiter res hereditariæ debeant custodiri, quantitate earum in actis[t] manifestanda.

2. Imp. *Gordianus* A. Herodotæ.

SI cùm aui tui testamento te heredem[u] reliquissent, hereditates eorum non adisti[x]: liberum tibi est, repudiata[y] paterna successione, per in integrum restitutionis auxiliũ (quo te ætatis iure dicis esse munitam) hereditatem parẽtum tuorum (licèt anteà non adisti) nunc obtinere. PP.III. Nonas Febr. Gordiano A.II.& Pompeiano Conss. 242.

SI VT OMISSAM HEREDITATEM, vel bonorum possessionem, vel quid aliud acquirat.

Tit. XL.

1. Imp. *Gordianus* A. Protæ.

MINORES vigintiquinque annis non tantùm in his, quæ ex bonis propriis amiserũt. Verumetiã si hereditatem sibi delatam non[a] adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulare, iamdudũ placuit. PP.Id.Oct.VI.Pio & Pontiano Cõs. 239.

2. Imp. *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Sarapiadi.

AD bonorum possessionem[b] in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio iam pridem placuit. Restituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis[c] tempore patris, debent conferre ||fratrib.|| Dat.XVI.Kal.Nou. Sirmij, CC. Conss. 294.

† hodie quadriẽnij. vide Cuiaciũ *j.de quadriennij præscript.*
d *l.3.j.si vendito pignore.*
e i. procurator Cæsaris. *l.3.j.de iure fisci.*
f Res immobiles minorũ decursis hastis alienari debẽt *l.2.j.si vendito pignore.*
g id est, si aduersus mutuum. Minoribus, etiam cum mutuum sumũt, & id malè consumunt succurritur, *Synopsis Basil.10.t.20.*
h Minor non factus locupletior ex mutuo, vel simplici vel vsurario, creditori solutionem denegare potest. idque vt faciat, prius in integrũ restituendus. *l.2.j.eod.l.1.s.de filio fam.minore.l.24.§.4.l.27.§.1.ff.de minoribus.* nec interest extraneus an ipse tutor mutuũ dederit. *v.Molin.de vsur.quæst.37.nu.274.280.*
i *v.l.1.s.eod.*
k Si vt se ab hereditate abstineat. *vulgat.* si se abstinuit hæreditate *Hal.Ecl.d.loco c.21.22.*
† *adde l.3.§.2.D.de minoribus.*
l Minor restituitur, si non commodo suo hereditati se immiscuerit, vel eã adierit: vel è cõtrario, *Synopsis Basilic.10.ti.21.*
m In filio non est necessaria verbalis hereditatis paternę repudiatio.
n Vbi constat de veritate, verbis non est opus. Interdum tamẽ verba requiruntur vt in stipulatione. *l.1.ff.de verb.obligat.* nouationibus. *l.1.in fin.j.de nouationibus.* in testameto nũcupatiuo *l.29.j.de testã.*
o *l.7.§.5.ff.de minoribus.*

p Creditores citandi, quoties neglecti lædi possunt. *l.39.ff.de adopt.l.47.ff.de re ind.*
q Præsens in iudicio non est citandus. r Restitutio aduersus hereditatem cõceditur post tres menses, si citandi citati non compareant. vide Guidonem Papæ, *decis.141.143. Rotam decis.19.*
s Iudex ex officio suo potest, parte non petente, prouidere, ne bona pereant.
t Inuentariũ tutoris apud acta conficiendum. Ita confectũ dicitur insinuatũ. *Bald.*
u patre suo fortè vel exhæredato, vel mortuo.
x id est, repudiasti, vel anno tacuisti. *l.1.j.quando non petentium.*
y minor potest paternã hereditatẽ repudiare, & auitam antea non aditã amplecti.
z Minor siue omiserit hereditatem vel bonorum possessionem restituitur. *vt hic:* Omittere est, non adquirere superiori titulo, de hereditate malè hoc est, cum suo incommodo adquisita, dictum est. *adde l.4.j.arbit.tutelæ.*
a Omissam hereditatẽ minor adire potest. *l.7.§.7.ff.de minor.l.8.§.6.j.de bo.quæ libe.*
b Ad bonorum possessionẽ omissam, minores admitti possunt, c *l.6.j.de collat.*

a i.non habet locum. b Pœna inultæ mortis defuncti, non habet locum in heredibus minoribus. Mortem defuncti non vindicasse, minoribus non nocet, aliis nocet. *v.l.6.ɉ.de his quib.vt indign. Synopsis Basilicôn* 10.*tit*.23.
c quinquennij, *l.8.in fi.ff.de inof.*
d Tempus mouendæ querelæ de inofficioso, ipso iure non currit minoribus. vel ita, Inofficiosi testamenti querela legitimam ætatem adsequuta, intra quinquennium perimitur. Minorib. autē, nisi xxv. annum impleuerint, quinquēnii tempus non currit, *Synopsis Basilicôn* 10.*t*.23.
e id est, in integrum restitutio. Ita definitur à Paulo. 1.*sente*.7.§.1.
f Quid hinc sequetur? minores non proposita querela inofficiosi intra quinquennium, ipso iure defendi: Eorum silentio aduersariis nihil adquiri. Plus est integrā causam seruari, quàm restitui. Huiusmodi silentium nullum est. si valuisset ad tempus, necessaria esset restitutio: non valuit & tamen minor iuuatur, manet igitur illi causa integra.
g Fauore minoris, re ipsa & sine interpellatione, in bonę fidei cō tractibus, (& in testamentis) mora contrahitur: ideóque tenetur debitor minori ad vsuras. *l.5.ɉ. de act. empt. l. 5. D. de minorib. l.1.§. vlt. D. de vsur. l. 26.§.1.D.de fideiussor.* Huiusmodi mora à Molinæo irregularis nuncupatur, 40. *de vsur.num.*205. vel ita, Debitores minoris, si debitū legatum aut fideicōmis. vltrò non soluerint, moram committunt.
h In bonæ fidei contractibus & quibusdam stricti iuris iudiciis, vsuræ debentur ipso iure.
i Recipi dicuntur, quæ morib. & consuetudine seu illiterato suffragio admittuntur.
k Testamenta sunt stricti iuris, & tamen hîc petuntur vsuræ ex mora. Hinc colligunt, magis cō siderari priuilegiū ætatis, quàm naturā propriæ actionis. *l. 3.§.2. D. de adimendu legatis.*
l Tutor (excipe testamētarium) qui non cauit rē pupilli saluam fore, non habet administrationem rerum pupillarium. ɉ. *de tutore qui non satis dedit.* Lata sententia contra eum qui administrationem tutelæ non habet, nulla est: ideoque ea minori non nocet.
m sancimus *Duar.* n minor ætas imperfecta.
o Exceptio non numeratæ pecuniæ, minoribus non currit. *Synopsis Basilicôn* 10. *tit*.23.*in fine.* p id est, antehac.
q aliud in non minoribus, *l.3.ɉ.de præs.30.annorum.l.3.ɉ.quib.non obiicitur.*
r Olim currebat quidem præscripto aduersus minores, sed aduersus eam restituebantur. Hodie præscriptiones. ɉ. 30. annos non currunt. vt sit sensus, Hodie nō modò exceptionē pecuniæ non numeratę opponi per minores, vniuerso minoris ætatis tēpore & quadriennio post, sed & alias exceptiones quæ tempore solent præscribi.

IN QVIBVS CAVSIS IN INtegrum restitutio necessaria non est[a].

Tit. XLI.

De morte defuncti non defensa.

1. Imp. *Alexander* A. Mutato.

MINORIBVS vigintiquinque annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse, si[b] mortem defuncti parentis non vlciscantur, innumeris diuorum parentū meorum ac meis rescriptis continetur. V. Idus Maij, Alexandro A. III. & Dione Consf. 230.

De querela inofficiosi.

2. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Theodoræ.

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius præscriptio[c] seram inofficiosi[d] quæstionem mouentibus opponi solet, manifestè antè descripsimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non redintegratio[e] amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa seruatur[f]. P P. II. Id. Aug. Tusco & Basso Consf. 260.

De mora.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Decimo.

IN minorum persona[g] re ipsa ||&|| ex solo tempore tardæ precij solutionis[h], recepto[i] iure moram fieri creditum est in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis[k] & legatis.

De sententia lata contra tutorem, qui pro officio tutelari non cauerat.

4. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non[l] cauerat, iudicio expertus est: contra eū lata sententia iuri tuo officere non potuit: nec ea, quæ ab eo gesta sunt, vllam firmitatem obtinent. Frustra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras: quando ea, quæ ab eo gesta sunt, qui legitimi administratoris personam sustinere non potuit, ipso iure irrita sunt. S. 18. Kal. Nou. Nicomediæ, CC. Consf. 294.

De præscriptionibus.

5. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus[m] fauore imperfectæ[n] ætatis exceptionem non numeratæ[o] pecuniæ ab initio[p] minoribus[q] non currere, ne, dum in integrum restitutionem expectamus, aliquod emergat obstaculum, per quod huiusmodi beneficio minor vti non possit, vel substantia eius subuertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus vetera[r] iura currere quidē temporales præscriptiones aduersus minores concesserunt per in integrum autem restitutionem eis subueniebāt, eas ipso iure non currere. meliùs etenim intacta[s] eorum iura seruari, quàm post causam vulneratam remediū quærere: videlicet exceptionibus trigintavel quadraginta annorum in suo[t] statu remanentibus. Dat. Cal. Nouenb. Cōstantinop. post Lampadium & Orestem V V. CC. Consf. 531.

QVI, ET ADVERSVS QVOS in integrum restitui non possunt.

Tit. XLII.

Si adolescens diligens & industrius esse dicatur: si decurio sit: si liberos susceperit.

1. Imp. *Alexander* A. Cononidi.

IN consilio quidem cognoscentis de restitutione in integrum, esse oportet, num is, qui se minorem annis læsum esse dicit, diligēs[u] paterfamilias fuerit, actibúsque publicis industrium[x] se docuerit, vt lapsum eum per ætatem verisimile non sit. Verum si[y] causa cognita circumuentus deprehēdatur. propter hoc solum velut præscriptione à solito auxilio remoueri non debet, scilicet quòd vrgentibus patriæ necessitatibus decurio[z] minor annis creatus sit, vel prorogandæ[a] soboli liberorum educatione prospexerit. PP. X. Kal. Oct. Lupo & Maximo Consf. 233.

An contra parentes vel patronos detur restitutio.

2. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm[b] apud veteres dubitabatur, an liberi[c] parentes suos, vel liberti patronos in querimoniam deducere possent, quasi non[d] ritè in eos versatos: quidam existimabant, nullam esse contra huiusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali, vel patronali reuerentia huiusmodi petulantiæ refragante, nisi[e] ex magna causa, vel aduersus turpem eorum personam: alij autem personarum quidem vel causæ distinctionem respuendam ||esse|| censuerunt, tunc autem tantummodò dandam esse restitutionem putauerunt, cùm minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patrisvel patroni circumscriptum esse diceret. Sed vt maneat[f] in omnibus honor parentibus, ||&|| patrono, vel patronæ illibatus, atque intactus: sancimus, nullo modo neque aduersus parentes vtriusque sexus, neque aduersus patronum vel patronam dari restitutionem[g]. nam personarum reuerentia omnem eis excludit[h] restitutionem: cùm proculdubio sit, etiam ipsas personas cauere, ne quid sui opinioni contrarium ex stat. Dat. Kal. Sept. Cōstantinop. post consulatū Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

s *l.2.in f.ɉ.eod.* Præstat, morbo occurrere, quàm depellere. *adde Terentium Eunucho act.4.scæ a.6.& l.1.ɉ. quando liceat vnicuique sine iudice vindic.*
t Quis status earum exceptionum aduersus minores? An vt currant aduersus minores mox restituendos, vt vult Accursius? aut non restituendos vt vult apud eundem Aldricus? An verò, vt non currant pupillis, sed adultis, vt vult Baldus? *v. Bart. hic n.*11.
u *l.11.§.3.l.44. D. de minorib. Synopsis Basilic.* 10. *tit*.24.1.*Harmen*. 12.§. 66.
x Præsumitur pro industrio.
y Propter veritatem, receditur à verisimili.
z *l.1.ɉ.de pradijs*
a *v.l.12.ɉ. de administ.tut.*
b Minor aduersus patrē, patronumve quærelā mouens, non restituitur. *Synopsis Basilicôn* 10.*titu*. 24.*in f.*
c *l.27.in f.D. de minorib.*
d *l.11.D.de dolo l.4.§. 6.D.de dolo except.l 7.ff.de obseq.*
e *Noue.*155.*c.*1.
f *Nouell.*155.*ca.*1.
g datur tamen in factum actio. *l.5.ɉ.de dolo.l.11. in fi.D.de dolo.*
h Imò non excludit. *l.2.ɉ.si aduersus rem iud. l. 2.ɉ.si aduers. donationem: l. vlt.ɉ. de bonis quæ liberis.*

SI[i] MINOR SE MAIOREM DIXErit, vel ||maior|| probatus fuerit.

Tit. XLIII.

De errore.

1. Imp. *Alexander* A. Maximianæ.

SI, cùm minor annis vigintiquinque esses, tabulis[k] quæ sunt tuarum professionum[l], oblatis tibi, ætatem quasi maior annis vigintiquinque decepta[m] probasti: in integrum restitutionem intra statutū legibus tempus, etiam post impletam ætatē, de omnibus intra[n] ||eam|| ætatem aduersus te gestis, postulare apud eum, cui de ea re iurisdictio est potes. XII. Kalen. Apr. Maximo & Paterno Consf. 234.

De dolo & fallacia minoris.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Vitaliano.

SI is qui minorem nunc se ||esse|| adseuerat, fallaci maioris ætatis mendacio te deceperit, cùm iuxta statuta iuris errantibus[o] non etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant, in integrum restitui non debet. Dat. III. Kalen. Decemb. Diocletiano II. & Maximiano AA. Coss. 293.

De dolo minoris. de iniuria & circunuentione aduersarij. de iureiurando.

3. Iidem AA. & CC. Theodoræ.

SI, alterius circumueniendi causa, minor ætate maiorem te probare aspectu[p] laboraueris: cum malitia[q] suppleat ætatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionib. quàm rescriptorum auctoritate denegari statutū est. Quòd si per iniuriam vel circumuentionem aduersarij hoc fuerit factum: durabit beneficium, quo minoribus causa cognita subueniri solet. Aditus itaque præses prouinciæ, probationis ætatis examinata causa, si tuum dolum non repererit intercessisse, ac te minorem ||tunc|| fuisse probaueris, causa cognita in integrum restitui prouidebit. Si[r] tamen in instrumento, per sacramenti[s] religionē, maiorem te esse adseuerasti: non ignorare debes, exclusum[t] tibi esse in integrū restitutionis beneficium: nisi palam & euidenter ex[u] instrumentorum probatione[x], non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Huiusmodi autem sacramento corporaliter[y] præstito nullum tibi superesse auxilium, perspicui iuris est. Dat. 13. Kal. Octob. Sirmij, CC. Coss. 294.

De errore.

4. Iidem AA. & CC. Labio.

CVm circa probandum annorum numerum, apud rectorem prouinciæ erratum esse proponas, & in huiusmodi causis etiam filiisfamilias minoribus subueniri admissum sit: ea, quæ in prece[z] contulisti præsidē prouinciæ

i 10. *Ec.4. tit.* 25.
k *adde l. 2.§.2.ɉ. tit.45.2.l.12.l.16 D. de probat. l.2. §.1. D. de excus. tut.* Ætas liberorum probari potest ex libro paterno. *v. Roland. à Valle* 1.*cons*.31. *nu*.2.3.
l si minor errore lapsus, sese maiorem dixerit, nihilominus restituitur. 1.*Harmen.*12.§.53.
m huius generis sunt censuales libri *l.3.D.de censibus.* & παιδογράφια libri ętatum, quos parētes solent memoriæ causa cō scribere.
n *l.5.in fi. D. de in integr.*
o *l.37.D. de minor.l.2.§.3. D. ad Velleian.*
p διὰ τῆς οἰκείας θέας *Synopsis Basilic.*10.*tit.*25.*in fi.* 1.*Harmen.* 12. §. 54. id est, per proprium aspectum. *l.32.D.de minor.* v. quæ dicam ad *l.3.ɉ. quando tutores esse.*
q Malitia minoris, ætatem iustā repræsentat. vel sic, Malitiæ non succurritur. *l.38. D.de rei vindic.l. 110.in f.ff.de reg. iur.*
r si minor se maiorem dixerit, aut probauerit apud Præsidem, aut per sacramēti religionem in instrumento adseuerauerit aut corporaliter iurauerit, aliquādo restituitur: aliquando non restituitur. *Synopsis Basilic.*25 *tit.*25.*in pr.*
s An minor aduersus iuramentū restituatur. *v.l.1.ɉ.si ardu.vend.l.9.§.4.D. de iureiur.*
t Imò non videtur excludendus. *l 5.in f.ɉ.de leg.solue*, Plus est corporaliter iurare, quàm instrumento aut nuda voce. Corporaliter iurare, est tactis sacros. Euangeliis. *v.l.1.ɉ.si aduers.vend.adde* 10.*Eclog.4.tit.25.c.4.*
u hinc colligit Cuiac. Scriptum scripto plerumque refutari *ad Nouell.90.*
x prolatione. *Hal.* sic Græci συμβολαίων παρὰ σοῦ φερομένων
y σωματικῶς *Synopsis Basilic. d.c.25.* σωματικῶς αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ corporaliter & ipsa veritate 1.*Harmenopul.* 12. §.55. porro corporaliter iurare quid sit, dixi ad *l.1.ɉ.si aduers.vendit.* z preces.

examinare

a *l.7.s.de in integrum.* b *1.Paul.sent.§.3.Eclog.d.l.tit.26.* c id est, eadem.
d Nota genus exceptionis. *Tibi imputa, si non appellasti.*
e Aduersus sententiam iudicis restitutio minoribus datur *Syn.Basi.10.ti.26. 1.Harmenopul.* 12. §.47.
f qui solent pupillo dari ad lites. g Noua defensio, nouam causam facit.

examinare conuenit. qui, si, æstimata ætate tua, maiorem annis falsa [a] opinione te præsumpsisse ex probationum luce cognouerit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Dat. 6. Id. Decemb. CC. Cons. 294.

SI SÆPIVS[b] IN INTEGRVM RESTITVTIO POSTVLETVR.

Tit. XLIIII.

De re iudicata.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Romano & aliis.

SI || post sententiam proconsulis contra vos latam desiderastis in integrum restitui, nec obtinuistis: frustra rursus, vt ea [c] quæstio|| in integrum restitutionis|| agitetur, desideratis. appellare [d] enim debuistis, si vobis sententia displicebat. sed [e] si adhuc in ætate estis, cui subueniri solet: appellandi ius vobis restituimus. PP. V. Kal. Aug. Chilone & Libone Conss. 205.

De nouis causis.

2. Imp. *Alexander.* A. Iusto militi.

QVanquam curatores [f] pupillæ victi sunt, cùm in integrum restitui pupillam desiderabãt: cùm tamen nouis [g] defensionibus causam instrui posse dicas: adeant curatores vxoris tuæ iudicem, & petant, vt causas in integrũ restitutionis agant. PP. V. Kal. Aug. Alex. A. II. & Marcello Conss. 227.

3. Imp. *Philippus* A. Anitiæ.

IN vna eadémque causa iteratum [h] in integrum restitutionis auxilium non iure, nisi nouæ [i] defensiones prætendantur, posci, sæpè rescriptum est. PP. II. Kal. Iul. Peregrino & AEmiliano Cos. 245.

DE[k] HIS, QVI VENIAM AETATIS IMPETRAVERVNT[l].

Tit. XLV.

De restitutione deneganda.

1. Imp. *Aurelianus* A. Agathocli.

EOs, qui veniam ætatis|| à principali clementia || impetrauerunt; etiam si minus idoneè rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimũ est: ne hi, qui cũ eis contrahunt, principali [m] auctoritate circumscripti esse videantur. PP. Kalend. Iul. Aureliano A. & Capitolino Conss. 275.

De venia ætatis concedenda.

2. Imp. *Constantinus* A. ad Verinum præf. præt.

OMnes [n] adolescentes, qui [o] honestate morum præditi paternam frugem, vel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare [p] audeant, cùm † vicesimi [q] anni metas impleuerint [r]: ita vt post impetratam ætatis veniam iidem ipsi per se [s] principale beneficiũ allegantes, non solùm per [t] scripturam annorum numerũ probent, sed etiam testibus [u] idoneis aduocatis, morum suorum instituta, probitatémque animi, & testimonium vitæ honestioris edoceant. 1 ¶ Fœminas quoque, quas morum honestas, mentísque solertia commendat, cùm octauũ & decimum annum egressæ fuerint, veniã ætatis impetrare sancimus. Sed eas propter pudorem [x] ac verecundiam fœminarũ, cœtui publico demonstrari non cogimus: sed, percepta ætatis venia, annos tantùm|| ætatis|| probari|| posse|| testibus|| quinque [y] || vel instrumentis [z] misso procuratore [a] cõcedimus: vt ipsæ etiam in omnib. negociis tale ius habeãt, quale & mares habere præscripsimus: ita tamen, vt prædia sine [b] decreto non alienent. 2 ¶ Sed Senatores [c] quidem

h ἐν δευτέρῳ *Synop. Basil. 40. tit. 26. 1. Harm.* 12. §. 48.
i Denegata semel restitutio, non est ampliùs petenda: nisi petatur ad aliud, vel ad idem ex noua causa *vt hic.*
k *2.C.Theod.* 17. 10. *Eclog 4. ti.27.*
l putà à principe. huc refer *Papon.3. Notar.9.c. des lettres de iustice.* Leonis constitutione, ætatis venia solet impetrari à iudicibus *Nou. Leon.* 28 *in fi.*
m Auctoritate principis nemo debet decipi. Et ideo illud precium iustum censendũ est, quod taxatum erit à superiore. vide in hunc locum Molinæum *de vsuris quæst. 59. nu. 404.*
n *l.vn.Co. Theod.* de his qui veniam ætatis impetrarunt. *l.2.tit.* 17.
o id raro princeps solet concedere *l.3. D. de minorib.*
p Nota quibus veniam ætatis princeps indulgere soleat.
† Ætatis veniam masculus impletis annis XX. fœmina, impletis XVIII. annis à principe potest impetrare. *Syno. Basil.10.ti.27. v. 2. Harmenop. 12. §.22.* Leonis verò constitutione, etiam ante vicesimum ætatis annum, veniam ætatis impetrant *Nouella Leonis 28. in fi.*
q in fœminis XVIII. §.1.j. eo. *dicta Nouell. Leonis.* Porrò hanc ætatem Constantinus *in dicta lege vnica C.Theod.* inter plenã perfectámque adolescentiam & robustissimam iuuẽtutem mediã locat & firmatam appellat: ætatibus ita distributis, vt prima ætas, sit pueritiæ, sequẽs, adolescentiæ, tertia, firmata hæc, quarta, legitima: quinta, senectus. Quibus addi potest distinctio ætatum: qualis à Seruio Tullio constituta. cuius ex 1. Tuberonis historiarum meminit Gellius 10. *cap.* 28. Seruius enim Tullius cùm quinque classes iuniorum, census faciendi gratia, institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim: atque inde ab anno 17. quos idoneos iam esse Reip. arbitraretur, milites scripsisse: eosque ad annum 46. iuniores: suprá que eum annum, seniores.
r Annus in venia ætatis completus requiritur, non inceptus.
s Vbi requiritur examinatio personæ, non admittitur procurator.
t Probatur ætas per scripturam *adde.l.2.s.si minor se maiorem.*
u Ætas scriptura & testibus probari potest consanguineis *l.7. D. de in integrum re-* obstetricibus *l.3.D.de Carboniano. vicinis.l.12.D.de probat.*
x pudor, interdum causa est priuilegij.

y Nota casum in quo probatio quinque testium requiritur.
z *l.1.s.si minor.*
a A personali comparitione fœminæ excusantur. *l.vl.j.de arbitris.*
b Ætatis venia non confert potestatem alienandi immobilia.
c Non continuò pro maiore habetur, qui senatoriam dignitatem adeptus est. *adde l.1.in fi.j. quib. & aduersus quos.*

clarissimi viri in hac regia vrbe commorantes apud sublimitatem tuam, cæteri verò apud prætorem [d], in prouinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant [e]. 3 ¶ Hi verò, qui contra [f] memoratã dispositionem veniam ætatis à principali clementia impetrauerint, sciant eam nullas vires obtinere. Dat. 3. Cal. Iul. Romæ, Crispo II. & Constantino Cæs. II. Cons. 321.

De rerum obligatione vel alienatione.

3. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfect. præt.

EOs, qui veniam ætatis à † principali clementia impetrauerunt vel impetrauerint, non [g] solùm alienationem, sed etiam hypothecam [h] minimè posse sine [i] decreti interpositione rerum suarum immobilium facere iubemus, in quarum alienatione vel hypotheca decretum [k] illis necessarium est, qui nec dum veniam ætatis meruerunt: vt similis [l] sit in ea parte conditio minorum omnium, siue petita sit, siue nõ, ætatis venia. Dat. 8. Id. April. Decio V.C. Coss. 529.

Quæ sit legitima vel perfecta ætas.

4. Idem A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel || si se|| absolutè dixerit perfectæ [m] ætatis: illam tantummodò ætatem intellectam esse videri volumus, quę & vigintiquinque annorum curriculis completur, non quæ [n] ab imperiali beneficio suppletur: & præcipuè [o] quidem in substitutionibus vel restitutionibus hoc intelligi sancimus, nihilominus tamen & in aliis: nisi specialiter quisquã addiderit, ex venia ętatis velle aliquid procedere. Datum 9. Kalend. Apr. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons. 530.

SI[p] MAIOR FACTVS RATVM habuerit. †

Tit. XLVI.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinque & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine [q] scriptura, facta sine dolo diuisio est, eámque post [r] legitimam ætatem ratam fecerint: manere integram debere conuenit. S. 8. Kal. Maij, AA. & Cons. 293.

2. Iidem AA. & CC. Sortiri.

QVi [s] post [t] vigesimumquintum annum ætatis ea, quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionem eorum postulant. Dat. Id. Febru. CC. Conss. 294.

VBI[u] ET APVD QVEM COGNITIO IN integrum restitutionis agitanda sit.

Tit. XLVII.

De sententia procuratoris Cæsaris.

1. Imp. *Antoninus* A Seuero.

SI quid à procuratore [x] meo iudicatum est, id per in integrum restitutionem pręsidis sententia non potest rescindi. princeps enim solus [y] contra sententiam procuratorum suorum in integrum restituere solet. PP. 6. Kalend. Decemb. Læto & Cereali Cons. 216.

De repetitione dati ex causa transactionis.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Aquilinæ.

QVoniam ea [z], quæ in trãsactione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequens est, si de his repetendis per || in integrum|| restitutionem, vel quamcunque aliam causam putaueris agendum: eius adire te prouinciæ præsidem, in [a] qua domicilium habent, quos conuenis. Dat. 3. Kalend. Septemb. Cap. post tertium Consulatum Lampadij & Orestis. 531.

d olim apud præfectum vigilum. l.1.*C.Theo. de his qui veniam ætatis.* Ea res facit, vt hoc vocabulo *Prætorem*, Cuiacius intelligat, Prætorem plebis ex Nouella 13.
e Petens beneficium, causam eius impetrandi tenetur exprimere.
f Priuilegia cõtra leges impetrata, sunt nullius momenti.
† à Iudicibus. *Nouella Leonis.28. in fine.*
g Ætatis veniã consequuti, sine decreto alienare immobilia sua nõ possunt.
h Minor, impetrata ætatis venia, immobilia non potest alienare, aut obligare.
i ἄνευ ἐγγράφου ψηφίσματος, & χωρὶς ἀποφάσεως κριτοῦ. *Synopsis ib. & tit.28.titul. 2. cap. 2.* χωρὶς διακρίτου dixit Harmenopulus *d.loco.*
k bona immobilia minorum non possunt alienari aut obligari, sine decreto.
l Nota casum in quo minoribus similes sunt ii, qui veniam ętatis impetrarũt.
m In dubio, perfecta ætas, intelligitur ætas 25. annorum naturaliter impleta, non beneficio principis aut fictione indulta. *l.50.in fi.ff.de legat.3.l. vlt. ff. de condit. & demonstrat.*
n Baldus hic colligit, Emphyteusim datam alicui pro se & liberis, non pertinere ad legitimatos.
o In testamentis, verba naturaliter & propriè sunt intelligenda,
p *adde.j.lib.5.tit. 74.10. Eclog. tit. 4.ex lib.28.*
† id quod minor ipse gesserit, nõ restituetur. *l.1.l.2.j. eodẽ.* & ita abrogatur *l.3.§.2.ff. de minorib.*
q Diuisio hereditatis potest fieri sine scriptura. *l.21.§. de pactis;*

l. 9.j. de fide instrument. r *l. 2.j. eodem. l. 3. §. 1. l. 30. ff. de minoribus.*
s Synopsis Basilicõn, 10. *titul.* 20. 1. *Harmenopul.12.§.32.*
t Ratihabitio minoris facta in maiori ætate, reconciliat contractum in minori ætate habitum.
u *Synopsis Basili. 10. tit.29. adde l.2. in f. s. de his qui veniam ætatis.*
x vide quæ scripsi de Procuratore Cæsaris *ad tit. de officio Procuratoris Cæsaris.*
y *adde l.3.s.si aduersus rem iudicat.*
z Transactionis nomine soluta minor repetit & recipit. *Synopsis Basilicõn 10. titul.29. in fine.*
a Agens ad distractum, tenetur sequi forum rei, & ita restitutio non petitur in loco contractus initi, sed in domicilio rei.

De his qui propriam vel mandatam iurisdictionem habent & de arbitris.

3. Imp. *Iustinianus* A. Iohanni præfec. præt.

CVm scimus esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrum postulantur, siue tantummodò apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, siue apud pedaneos iudices: siue eas minores vigintiquinque annis petierunt, siue maiores, secundùm quod anterioribus sanctionibus vel veteris iuris vel nostris declaratum est: sancimus, nõ solùm apud iudices pro [a] tribunali huiusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos iudices, quos Augustalis dederit maiestas, aut nostræ reipublicæ administratores, vel in hac regia vrbe vel in prouinciis: vt videatur ipse, qui iudicem destinauerit, vtpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & causas eius examinare: sic etenim non difficilis erit causarum examinatio. Sed ne quis ita effusè intellectum nostræ constitutionis audeat esse trahendum, vt etiam apud compromissarios [b] iudices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos, qui dantur à iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodò iudicandi facultatẽ putet huiusmodi extendi sanctionem: hos tantùm generaliter volumus tales causas dirimere, qui vel certæ administrationi, cui & iurisdictio adhæret [c], præpositi sunt, vel ab his fuerint dati: & multò magis si à nostra maiestate delegata eis sit causarum audientia [d]. Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur: & hoc addendũ esse censemus, vt his tantùm [e], quos supra enumerauimus, liceat de in integrum restitutione disceptare, siue hoc specialiter eis fuerit mandatum, (quod & veteribus non fuerat incognitum) vel si generaliter dati sunt iudices, vel in aliis speciebus insiderit quædam quæstio restitutionis. Dat. 3. Kal. Septemb. post cõsulat. Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

DE REPVTATIONIBVS [f] QVÆ FIVNT in iudicio in integrum restitutionis.

Tit. XLVIII.

Restitutio concessa minori, omnia in pristinum statum restituit, tam pro, quam contra.

1. Imp. *Antoninus* A. Tatiano.

QVI restituitur in integrum, sicut [g] in damno morari non debet, ita nec [h] in lucro, & ideò quicquid ad eum peruenit vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu: hoc debet restituere. 1 ¶ Sed & si intercessori [i] minor vigintiquinque annis interuenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. 2 ¶ Sed & cùm minor adiit [k] hæreditatem, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hæreditate peruenit, debet præstare. verum & si quid dolo [l] eius factum est, hoc eum præstare conuenit. Sine die & consule.

ETIAM PER PROCVRATOREM [m] CAVsam in integrum restitutionis agi posse.

Tit. XLIX.

1. Imp. *Alexand.* A. Licinio.

CAVSAM in integrum restitutionis, si qua cõpetit, etiam per procuratorem [n] agi posse placet. Datum 13. Kal. Octobr. Pompeiano & Pelignο Cons. 232.

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POstulata, ne quid noui fiat.

Tit. L.

1. Imp. *Gord.* A. Secundino militi.

POSTVLATA [o] in integrum restitutione, omnia in suo statu [p] esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est. idq; curabit is, ad cuius partes ea res pertinet. PP. 12. Kalend. Iul. Gordiano A. & Auiola Cons. 240.

DE RESTITVTIONIBVS MILITVM [q] ET eorum, qui reipublicæ causa absunt.

Tit. LI.

De bonorum possessione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Chiloni.

SI Valerianus centurio cohortis duodecimæ Alpinorum antè vita decessit, quàm ‖bonorũ‖ possessionem acciperet: hæres [r] eius ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annũ [s] vtilem ita rectè implorabit, si [t] Valerianus post exactos

a Cognitio restitutionis tribunal exigit.
b De causa restitutionis in integrum, non potest in arbitrũ cõpromitti, non fit compromissum, nec de ea arbiter potest cognoscere. *vide VVurmser. 1. Prac. 3. obs. 3.*
c Iurisdictio ordinaria & contentiosa inhæret territorio: limites iurisdictionis sunt limites territorij *Bald.*
d Delegat⁹ principis ad audiendum, delegatus censetur ad definiendum: multò magis ad incidentia, quarũ concessionẽ specialem requiri negat *Bald.*
e hinc etiã colligunt, causam restitutionis nõ posse compromitti. *adde l. 34. in f. ff. de minor.*
f 10. *Synopsis* 4. *ex tit.* 30. i. de his quæ adolescenti petenti restitutionem in integrum imputantur, vt ea vel reddat vel compẽset.
g Omnis restitutio in integrum est reciproca aut iniquissima, si ex vno latere tãtùm consistat. *l. 24. §. 4. C. de minoribus. excipe l. pen. C. de his qui veniam ætatis causa. ad de Molineum de vsuris. quæst. 11. n. 157.*
h Imò, in lucro. *l. 7. §. 8. ff. de minoribus.*
i *l. 48. l. vlt. ff. de minorib.*
k Minor restitui potest aduersus aditam hæreditatẽ. *C. si minor ab hæreditate.*
l dolus enim rẽ representat.
m *l. 25. §. 1. ff. de minorib. & eclog. d. loco 31. 1. Harmẽ. 12. §. 67. excipe casum. l. 2. C. de his qui veniam.*
n Mandatum speciale habentem. An hoc perpetuum? negat Baldus dominũ præcisè cogi ita constituere, Cõstituo te procuratorem, ad petendam restitutionem in tali causa aduersus N: sufficere si datus sit generaliter ad petendã restitutionem. *v. VVurmserum 1. pract. 25. obser. 3.*
o *l. 3. C. de appella.*
p ideóque qui lucrum sentit ex cõtractu vel sententia, nõ potest eam exsequi aduersus eum, cui cõcessa est restitutio. idem non poterit rẽ alienare. Vis ea est restitutionis, vt negotij vires suspendat *l. 32. C. de transact.*

dies, quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est. PP. Kal. Non. Laterano & Rufino Cons. 198.

De bonorum deminutione. de actione amissa.

2. Imp. *Alexander* A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum, qui reipublicæ [u] causa absentes sunt deminutum est, actionéve qua competente eis, aliquis liberatus fuit: in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum [x] vtilem permittitur. PP. 13. Ka. Nou. Alex. A. II. & Marcello. Cons. 227.

De vsucapione.

3. Idem A. Flauio Aristodemo militi.

QVod tempore militiæ [y] de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is reipublicæ causa abesse desiit, intra annum [z] vtilem amota præscriptione temporis medij possessionem vindicare permissum est. vltrà autem ius possessoris lædere contra eum institutum non oportet. PP. Non. Ianuar. Maximo II. & Æliano Cons. 224.

De possessione & distractione bonorum.

4. Imp. *Gord.* A. Mastriano.

IGnorare non debes, eorum, qui reipublicę causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantùm possideri [a]: venditionem [b] autem in id tempus differri, quo reipublicæ causa abesse desierint. Dat. 12. Kal. Ian. Gordiano A. & Auiola Cons. 240.

De quadriennij prescriptione.

5. Idem A. Secundino militi.

NEque reipublicæ causa absentibus, neque aliis maioribus ad titulũ in integrum restitutionis pertinentibus, præscriptionem quadriennij [c] post factam à fisco venditionem obesse ‖posse‖ manifestum est. PP. 6. Id. Maij, Sabino & Venusto Cons. 241.

De distractione hypothecæ.

6. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Germano Centuriano.

SI, cùm militaribus laboribus operam dares, creditoris tui hæredes possessiones sibi obligatas distraxerunt: poteris, adito præside prouinciæ, in integrum restitutionem impetrare, retractatáque [d] venditione, recipies possessiones, oblato antè ‖debito, vel‖ precio †, si minus debito fuisset. PP. 4. Non. Apr. Valeriano & Gallieno AA. Cons. 255.

De gestis à patre.

7. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Marinæ.

‖EA, ‖ quæ [e] à patre geruntur, non decet pro disciplina militari à filiis ad irritum reuocari: præsertim cùm nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmés cõquestum fuisse super huiusmodi contractu. Dat. Non. Feb. CC. Conss. 294.

De tempore expeditionis alioue.

8. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SAncimus, his solis, qui in [f] expeditionibus [g] occupati sunt ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quam in petendis in integrum restitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis vel in suis ædibus [h] degunt, minimè eos ad vindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. Dat. 6. Id. April. Const. Decio V. C. Cos. 529.

DE VXORIBVS MILITVM, & eorum, qui reipublicæ causa absunt.

Tit. LII.

1. Imp. *Alexand.* A. Secundinæ.

TEMPORALIBVS actionibus exclusis mulieribus, quæ cum maritis reipublicæ causa absentibus peregrinatæ [i] sunt, ad exemplum militum subueniri solere non est ignotum. PP. 3. Non. Decemb. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

2. Impp. *Diocletianus, & Maximianus*, AA. & CC. Quintiliano.

EI, quæ diutissimè fuit cum marito, qui militiæ operam dabat, non officit præscriptio longi temporis. sed quia huiusmodi diutinæ absentiæ commenta callidè adhibita atque composita obesse omnino non debent: decernimus, vt si talis mulier domum ad se pertinere monstrauerit, quę in absentia eius vendita est, refuso [k] pretio, quod reuera solutum est, eandem recipiat. Datum 8. Kalend. Decemb. ipsis AA. & Conss. 293.

q 10. *Synopsis Basilic. l. 4. & ti. 33. 4. ff. 6 adde Papõ. 3. Not. 9. fol. 704.*
r Hæres ex persona defuncti, restitutionis beneficium potest petere.
s hodie intra quadriennium continuũ. *l. vl. C. de temp. in integr.*
t Hæres restituitur ex persona defuncti, dummodo beneficiũ restitutiõis sumpserit originem ex illius persona.
u *l. 1. ff. ex quib. caus. maior.*
x *l. 40. ff. ex quib. caus. maior.*
y hodie intra quadriennium continuum. *l. vl. C. de temporib. in integr.*
z hodie intra quadriẽnium *d. l. vlt.*
a & eorum bonis curatores dari. quinetiã possideri quidem militis bona, donec in castris esset, aliquãdo edixit consul Roman⁹, vt Liuius scribit *lib.* 2. sed extra ordinem. nã ex ordine possideri possunt, v. Cuiac. 10. *obs. 31.* vbi tractat de causis possessionis bonorũ rei seruãdę causa.
b *l. 6. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. l. vlt. ff. de reb. auctoris.*
c Olim quinquẽnij ex edicto D. Marci. Rebus alienis, citra debiti causam, à fisco venditis, earum domini intra quadrienniũ fisco litẽ mouere possũt: post quadriennium non possunt. *§. vltimo Institu. de vsucap.* nisi reipublicæ causa abfuerint *vt hic. Eclo. d. loco cap. 5.*
d retractáque, *Hal.*
† Putarem has duas voces, *vel pretio.* dispungẽdas esse. & post: *si minus debitum fuisset.*
e Priuilegiũ successoris non rescindit legitimũ factum prędecessoris. *Baldus.*
f *v. l. penul. C. de testam. milit.*
g aliud, si milite præsente quid statutum, *l. 15. §. 2. ff. ex quib. caus. maior.* aut eius procuratore. *l. 39. d. tit.*
h sedibus *Halic.* ἐν τοῖς οἴκοις *Græci: v. l. 18. C. de episcopali audiẽtia*
i quibus officiũ publicum damno esse non debet, nec eorum vxoribus esse cõuenit.
k *l. 6. C. tit. pro.*

DE

DE TEMPORIBUS[a] IN INTEGrum restitutionis tam minorum,& aliarum personarum,quæ restitui possunt,quam etiam heredum eorum.

TIT. LIII.

De militibus & eorum successoribus.

1. Imp.*Gord*.A.Pudenti militi.

IN his, in quibus læsus es, cùm minor annis viginti quinque esses, toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes:tempus etenim post impletam minorem ætatem constitutum, ex die [b] missionis iuxta rationem iuris computari debet. PP. 3.Non. Octobr. Pio & Pontiano Consf.239.

Si minor succedit maiori causa militiæ absenti,toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

2. Idem A.Secundino Militi.

SI intra legitimam ætatem,vel ea impleta,nondum exacto tempore præstituto,pater tuus in fata concessit, túque ei heres [c] extitisti, & intra viginti quinque annos, vel post eam ætatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: præses prouinciæ, causa cognita, per in integrum restitutionem ex persona defuncti subueniri tibi prouidebit.Dat. II.Kal.Nouemb.Pio & Pontiano Consf.239.

3. Idem A.Mutiano militi.

SI intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur,constitutus es, vel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es: continuatum [d] beneficium restitutionis,per vsucapionem,licèt ante militiam suppleta sit, non patitur te dispendio rei familiaris affligi.Dat.Kal.Nouemb.Pio & Pontiano Consf.239.

4. Imperatores *Diocletianus & Maximianus*, AA.& CC.Dionysio.

EX persona fratrum,si tibi eorum quæsita est successio[e], potes, contra quem supplicas, agere: non ignorans, quod si minores viginti quinque annis militauerint fratres tui,atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. 8. Kalend. Ianuar. Philippopoli, C C. Consf.294.

De venia ætatis impetrata. 1. Si minor minori. 2. maiorive. 3. aut maior minori successerit.

5. Imp.*Constantinus* A.ad Bassum P.P.

EA [f],quæ de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt,custodiri conuenit, & si fortè quis beneficio nostro ætatis [g] veniam fuerit consecutus:ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum [h], finiendásque causas iure tempus habeat præstitutum. ita tamen, vt nunquam minoribus viginti quinque annis constitutis,de his,quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur. 1 ¶ Si quando sanè in [i] minoris iura successerit minor: minimè prohibeatur, cùm quintum & vicesimum suæ ætatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio vti tempore illibato. 2 ¶ Quòd si maioris fuerit minor iura nactus: quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendásque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur extitisse,reliquum fuerat. 3 ¶ Cùm verò maior successionem fuerit adeptus minoris: si quidem ciuili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox cùm fuerit adita [k] hereditas: si verò honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando [l]ac terminando[l] in integrum restitutionis negotio,solida sine vlla diminutione tempora supputentur. Dat. Non.Octobr.Romæ,Constantino A.& Licino Cæs.vtrisque II.Consf.312.

De dote cauta non numerata.In authent.de temp.non solut. pecuniæ super dote.§.generaliter.coll.8.tit.1.al.col.7. tit.10.seu Nou.100.c.2.

SI minor viginti quinque annis de dote cauta non numerata statim non queritur: restituitur eatenus, vt non transcendat à tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoque mortuo intra prædictum tempus,indulgetur annus heredi eius.Sed si heres sit minor maioris seu minoris defuncti, quinque annorum gaudeat spatio,non expectato exitu ætatis eius.

a *10. Eclog.4. tit.34.*
b nota ordinẽ temporis, Minoris ætatis, petendæ restitutionis ętatis causa, missionis à militia. vnde possumus colligere, Tempus restitutionis petendæ, quod aliàs effluxit, si ætatis priuilegiũ spectemus, retineri propter nouum priuilegium eiusdem personæ, putà militiæ. Priuilegium ætatis continuari cum alio priuilegio. *l.3.§.eo.*
c *dic vt in l.5. §.1.2.3.§.eo.*
d *dixi ad l.1. §.eo.*
e Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens, successori competit.*Salycet.*
f pars legis 2. *C. Theod. de integr. restit. lib.2. Synopf. Basilic.4. ex tit.34.*
g *v.§.de his qui veniam ætatis.*
h restitutiones.
i Si maior maiori succedit,hęredi idem tempus competit quod defuncto. si minor ab adita hereditate. *§. vlt.§. eod.* quadriennium ex persona defuncti. *l. 4. §.§.eod. l. 19.§. de minorib.* Si minor minori succedit, heres ex sua persona restituitur, nec defuncti tempus numeratur, *vt hic. Paul.1. sent. 9.§.4.*quod interdũ etiam quadriennium potest excedere,vt in hypothesi *l.1.§.eo.* Si maiori, post suam legitimã ætatem tantum temporis habet, quantum defuncto supererat.*§. 2.§.eod.l.19.D. de minorib. §.2.§.eo. l.vlt.in fi.§.si maior.fact. alienat. fact.sine decret.*
k Creta. *d.l.2. C.Theod.* Verum hæc vox sublata est à compositoribus,propter cretiones sublatas.
l *v.l.42.D.de reg.iur.*
m Plures dilationes dantur reo,quàm actori. *v.quæ notaui ad l. 125. D. de reg.iur.*
† *l.vlt.§.de repud.* & ita intra 20. annum ætatis restitutionẽ maior petere tenetur.Apud Gallos ex edicto Francisci I. potest intra 35.annum. *v. Rebuff. tom.2. tractat.de resti.gl.2.*
n Continuus annus dicitur:

De dilationibus.

6. Idem A.ad Iulianum præfectum vrbi.

PEtendæ in integrum restitutionis temporibus obseruatis,si dilatio ab actore petatur,quæ intra metas restitutionis valet artari:eandem, quocumque flagitante, causis cognitis tribui oportebit. Sin verò eiusmodi postulantur curricula, quæ intra spatium receptũ angustari nequeunt: (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, & eius terminos prorogabunt) dilationem petitori denegari conueniet.in eius enim arbitrio [l] fuerat,tunc inferre litigium, cùm petitæ dilationis mora superstite spatio posset includi. 1 ¶ Quòd si defensio rei dilationis suffragium postulauerit: eandem asserta causa citra spectaculum temporis differri sancimus:quia nequaquam steterat in ipsius potestate,quando litigio pulsaretur. dari igitur debet, etsi [m] impetrata dimensio sese vltra temporis definitionem proferat. qua dilatione,si à reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus vti minimè prohibebitur.Datum 14.Kalend.August.Romæ, Constantino Cæs.V.& Maximo Consf. 319.

De anno vtili in quadriennium continuum transfuso. 1. quæ tempora excipiuntur in restitutionibus.

7. Imp.*Iustin*.A.Ioanni P.P.

SVperuacuam differentiam vtilis anni in integrum restitutionis à nostra republica separantes,sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma vrbe, & in Italia,& in aliis prouinciis quadriennium †continuum [n] tantummodo numerari ex die,ex quo annus vtilis currebat,& id tempus totius loci esse commune. ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est. Quod non solùm in minorum restitutionibus, (quibus vtilis annus incipit currere,ex quo vicesimisexti anni dies illuxerit) sed etiam in maiorum [o], hoc idem adhiberi sancimus,vt & hic pro vtili anno memorata continuatio temporis obseruetur ad interponendam constitutionem,finiendámque litem. 1 ¶ Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus: ita & in maiorum,tempus,in quo reipublicæ causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quæ veteribus legibus enumeratæ sunt, fuerint occupati, omne excipiatur. & non absimilis sit in hac parte minorum & maiorum restitutio. Dat.Kalend. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii & Orestis VV.CC.Consf.531.

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES [p] in integrum restituantur.

TIT. LIIII.

De officio legationis.

1. Imperator *Antoninus* A.Æmiliano.

SI propter officium legationis [q] ad me bona fide factæ,absens & indefensus condemnatus es: instaurationem iudicii iure desideras,vt ex integro defensionibus tuis vtaris.nam eos quoque, qui legationis officio funguntur,in eo [r] priuilegio esse, in quo sunt,qui reipub.causa absunt,receptum est. PP.5.Non. Mart.Duobus & Aspris Consf.213.

De custodia militari.

2. Idem A.Dionysio.

SI idcirco apud arbitrum præsentiam tui facere non potuisti, quòd sub custodia [s] militari iussu præsidis detinebaris, ídque in veritate esse præsidi prouinciæ probaueris [t]: accipies causæ instaurationem. PP.13.Kal.Octob.Læto & Cereali Consf.216.

De contractibus bonæ fidei.

3.Impp.*Dioclet.& Maxim*.AA.& CC.Proculo decurioni.

IN contractibus [u], qui bonæ fidei [x] sunt,etiam [y] maioribus officio iudicis causa [z] cognita publica iura subueniunt.Dat.Non.Aug.Diocletiano & Aristobolo Consf.285.

De Republica.

4. Idem AA.Prisciano.

REspublica [a] minorum iure vti solet:ideóque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. 2. Id.Nouembr. Diocletiano & Aristobolo Consf.285.

De reuerso ab hostibus.

5. Iidem AA.Liciniano.

SI ab [b] hostibus cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio reuersus,successiones eorum quæsisti:exemplo vtilis actionis,quæ in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic obiici solet) obiectu res vindicare non prohiberis. Dat.16. Kal.Maij,CC.Consf.294.

quia in eo etiã computantur dies feriati.*vide wurmser.1.pract. 25.obs.vlt.*vbi etiam addit formam libelli pro impetranda restitutione. Plenius de huiusmodi libellis.*v. Oldendorp. class. 6.act.8.*vbi de libello restitutionis minorũ tractat,vt & 9.maiorum:10.quod metus causa:11. doli mali. *adde Ferrar. in forma libelli super petitione restitutionis in integ.*
o i.si,cùm abessent reipublicæ causa, læsi fuerint, intra quadriennium à suo reditu restitutionem postulant. Demus maiorem in rationum computatione deceptum?Error calculi quadriennio non præscribitur. *l. 8. de administ.rer.* 13. *ff. de diuersis & temporalib.præscrip.* quin actio de dolo suũ biennium retinet. *l. vlt.§.de dolo.*
p *4.D.6.v.Papon.3. Notar. 9. fol. 657. Oldend. class.1.act.9.*
q *l.8.l.25.infi. l.28. §.1. l.32.D. eod.l.14.D.de legationib.*
r Legati ciuitatum habentur pro absentibus reipublicæ causa.
s *l.1.§.1.§.9.l. 15.l.23. D.eod.l. 2.§.1. & seq.l.4. §.1. D.si quis cautionib.*
t *v.l.19.§.1.ff. de probat.*
u *l.1. in fi.l.26. §.9.l.28.§.2.D.e. adde l. 3.§.comm. vtriusque.l.2.§.de rescindenda. l.7. D. de in integr. adde Cuiac. 13. obseru.24.*
x an & in stricti iuris? vtique. *l.4.§.de dolo.*dicam plenius *ad l.2.§.de rescind.*
y *v.l.3.§.comm. vtriusque iudicij.*
z restitutionem non petunt, sed officio iudicis eis subuenitur. *Synopf.Basilic.10. tit. 1. ex tit. 36. cap.3.*
a *l.22.in fin.D. eod. l.3.§. de iure reipub. l. 9.D.de appellationibus.* An idem est in rege & fisco,negat Cynus hîc. sed *Guido Papa. decis.302.* refert Carolum regẽ Franciæ restitutum fuisse sententia iudicis aduersus remissionem, quam fecerat Lud. Pictauiẽsis,de Comitatu Valẽtiæ.
b *l.23.§.1.D.e. adde Paul.3.sent. 4.§.8.*

a 4.*D.7.1.Decret.*32 Vide formulam huius actionis apud Oldendorp.*Class.1.act.*11.
b Possessio parit in rem actionem.*l.17.D.de pignoribus.* In rem actio, possessorem tenet.*l.1.j.vbi in rem.*ex possessione est.*l.24.§.2 D.de iudiciis.*
c Recepti arbitri, iudices sunt compromissarij non ordinarij.*l.pen.j.eod.* Receptum enim est compromissum.*l.14.§.1.j.de iudiciis.*adeuntur autem vel ex pacto nudo, aut constipulatione, vel ex iureiurando *l.4.j.eo.* sublata à Iustiniano.*Nouel.82.* aliàs, dantur à iudicibus.
d arbitriis.*Haloand.adde 4.ff.8.1.Decretal. 43.1.sext.22.7.Ecloga 2.1. Harmeno. 4. cap.* περὶ αἱρετῶν κριτῶν. Modum huius actionis, vide apud *Ferrariens. in forma compromissi 28. adde Oldendorp. in Enchirid.excep. c.8.* vbi tractat de exceptionibus aduersus arbitros: *adde Rebuf. tom.3. tractat.de arbitris & arbitratorib. & quomodo illorũ sententiæ reformari debeant.*
e A sententia arbitri non appellatur. *l.32. §. 14. D. eod. Carthaginiensis synodus c.98. & 123.* Ea est arbitrij natura ac ratio vera, quam & Græcorum lex cõprobat apud Demosthenẽ, ἐν τῷ κατὰ μειδίου & Lucianus *in abdicato.* Imò, appellatur. *l. 9. D. qui satisdare. l. vlt.in fin.j.de iudiciis. adde l.14. in fin. D. hoc tit.* Solue, Ab arbitris datis à iudice appellatur, non à compromissariis. *v.Baronem ad d. l. 9. Cuia.9. obser.23.* Quid? nunquam à compromissario appellatur? appellatur: sed eo casu quo ex eius sententia actio oriretur, *Bart. hic num.3. aduersus glossam* quemadmodũ, si de iure debuit pronunciare, nec formam iuris obseruauit. Id etiam locum habet in arbitro, in quem consanguinei ex statuto coguntur compromittere. nam ab eo potest appellari. *wurmse. 1.Pract.24.obser.16.* Cuiacius scribit, morib. Galliæ à compromissario appellari *ad Nou. 82. in fin. & consult. 12. v.Socin.regula 17.*
f Ex sententia arbitri non oritur iudicialis actio.

DE ALIENATIONE[a] IVDICIJ mutandi causa facta.

TIT. LV.

Facta alienatione ratione mutandi iudicij, possessor potest conueniri rei vindicatione, quam possessio parit Bald.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Attalo.

CVm in [b] rem actionem possessio pariat aduersario, alienatione etiam iudicij mutandi causa celebrata, in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venundedit, & emptori tradidit: quem elegeris, conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. Datum 6. Kalend. Decembr. Viminacij, CC. Conss. 294.

DE RECEPTIS[c] ARBITRIS[d].

TIT. LVI.

De appellatione. De iudiciali actione. De pœna, si intra diem compromisso comprehensum iudicetur.

1. Imperator *Antoninus* A. Nepotianæ.

EX sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi, appellari non [e] posse, sæpè rescriptum est: quia nec iudicati [f] actio inde præstari potest. & ob hoc inuicem pœna [g] promittitur, vt metu eius à placitis non recedatur. Sed si vltra [h] diem compromisso comprehensum, iudicatum est, sententia nulla est, nec vllam pœnam committit, qui ei non paruerit. PP. 9. Kal. Aug. Romæ, Antonino A. IIII. Coss. 223.

De eo qui præsentiam sui facere detrectat.

2. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus* AAA. Clementi.

SI contra compromissum aduersarius tuus apud electum arbitrum præsentiam [i] sui facere detrectauit, placitæ pœnæ videtur obnoxius. PP. 8. Kal. Ian. Caro & Carino Conss. 283.

De doli except. De doli clausula.

3. Impp. *Dioclet. & Maximia.* AA. & CC. Petroniæ.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans, si sordes [k] vel euidens gratia eorum qui arbitrati sunt, intercessit, aduersus filiam [l] tuam agentem ex stipulatu, exceptione [m] doli mali vti poteris: sed ex doli mali clausula, quæ compromissi stipulationi subiici solet, filiam tuam conuenire non vetaberis. PP. 3. Id. Ian. ipsis AA. Conss. 293.

De iureiurando. 6. De verborum subtilitate negligenda.

4. [n] Imp. *Iustinianus* A. Demostheni P.P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis periurium committatur, & detur licentia [o] perfidis hominibus passim definitiones iudicum eludere: sanctissimo † arbitrio & huiusmodi rem censemus esse componendam. 1 ¶ Si igitur inter actorem & reum, necnon ipsum iudicem fuerit consensum [p], vt cum sacramenti religione lis procedat, & [q] ipsi quidem litigatores ||in scriptis|| hoc suis manibus [r], vel per publicas personas ||scripserint,|| vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce deposuerint, quòd sacramentis præstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, quòd & ipse [s] arbiter iuramentum præstiterit super lite cum omni veritate dirimenda: eius definitionem validam [t] omnimodo custodiri censemus, ||&|| neque reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. 2 ¶ Sin autem de [u] arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipsæ autem partes literis hoc manifestauerint, quòd iuramenti nexibus se illigauerint, vt arbitri sententiæ stetur: & in præsenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam seruari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus: siue ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur, siue post definitiuam sententiam hoc scriptum inueniatur, quòd ||cum|| sacramẽti religione eius audientiam amplexi sunt, vel quòd ea, quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. 3 ¶ Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis vel depositionibus (vt dictum est) manifestum facientibus, præstiterit iuramentum, quòd cum omni veritate liti libramenta imponat: similem esse ||etiam|| in præsenti casu prioribus eius definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatum. 4 ¶ Et in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel condictionem ex lege, vel in rem vtilem instituere actionem, secundum quod facti qualitas postulauerit. 5 ¶ Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil [x] tale apparuerit [y], vna autem pars dicat iuramentum esse præstitum, quatenus arbitrali stetur sententiæ: huiusmodi litigatorum, vel solius [z] arbitri sermones minimè esse credendos: cùm & si quis iuramentum datum esse non iudice supposito, nec inter hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio (quæ inter homines imperitos sæpè accidit) non aliquid vigoris rebus iudicatis inferat, sed in huiusmodi casu hæc obtineant, quæ veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

In authent. de Iudicibus. §. quia verò multæ. col. 6. tit. 11. al. 10. seu Nou. 82. c. 11.

D*Ecernit ius nouum, nullum sic [a] fieri posse arbitrum, vt cum sacramenti religione iudicet, sed pœnam statuat: qua præstita liceat à iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum fuerit: iudex, qui malè iudicat, si dolo facit, pœnam à Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur.*

Finis Authent. Sequitur text. l. Codicis.

6 ¶ Si quis autem post [b] arbitri definitionẽ subscripserit[c], ἐμμένειν (*i. permanere*) vel πληροφορεῖν[d], (*i. implere*) vel διδόναι, *i. dare.* (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem vtilius visum est) etsi [e] non adiecerit ὁμολογῶ[f], id est, *spondeo*: & sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consensit. qualis enim differentia est, si huiusmodi verbis etiam ὁμολογῶ adiiciatur, vel huiusmodi vocabulum omnino omittatur? si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis superuacua [g] obseruatio ab [h] aula concessit, & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis multa vitia stipulationum, multásque ambages, scrupulosósque circuitus correximus: cur non & huiusmodi scriptura totam formidinem veteris iuris amputamus: vt, si quis hæc scripserit, vel vnum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? cùm non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, vt tantùm non contradicat, sed vt etiam ea impleat, aduersus quæ obuiam ire non potest. Datum 3. Kalend. Nouembr. Decio V.C. Coss. 529.

De exceptione, & actione. 1. De temporis interruptione. 2. vt his quæ apud compromissarios facta sint, in ordinariis iudiciis vti liceat.

5. Idem A. Iuliano P.P.

CVm antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque [i] pœna compromissi vallabat, neque [k] iudex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, vt illorum sententiæ staretur, procreabat: si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei præsidij: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit sub eo pacto ||vel|| in scriptis, vel non in scriptis habito, vt eorum definitioni stetur: si quidem subscripserint[l], postquã definitio processerit, quod non displiceat ambabus partib. eorum sententia, non solùm ||reo|| exceptionem[m] veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sententia eius executioni mandari, in hac quidem regia ciuitate ab officio eminẽtissimæ præfecturæ, vel eius, cuius [n] forum pars persequitur fugientis: in prouinciis autem tam per moderatores, quàm per apparitores eorum, vel per iudices, quorum regimen ||pars|| pertimescit pulsata. Sin autem post sententiã minimè quidem subscripserint ||se|| arbitri formam amplecti, sed silẽtio [o] eam roborauerint, & nõ intra decẽ[p] dies proximos attestatio [q] missa fuerit vel iudici vel aduersario ab alterutra parte, per

a hodie arbitri non sunt eligendi cum iuramento, & si electi, potest recedi ab illorum arbitrio. *Nouell. 82. c.11. vbi vide Cuiac.*
b scripturã requiri in arbitri omologatione hinc colligitur.
c subscripserit ὁ μὴ ἀντιλέγων τὰ διορισθέντα δίδοναι. *Hal.*
d Cuiacius videtur legisse πληρῶν 17. *obs.16.*
e Causa dubitandi ex eo videtur oriri: quòd infinitiui ἐμμένειν, πληροφορεῖν, διδόναι, & similes, nullam animi inclinationem ostendant. Infinitiui ea est natura, vt omnes ipse sequatur modos, atque cum ipsis coalescat ad significandum. Itaque Græci rectè ἀπαρέμφατον appellarunt, quippe quod nihil indicet aut finiat. suus non est, sed aliorũ. *v. Scalig. c.114. de causis linguæ Latinæ.* Quod cũ ita sit, huiusmodi infinitiui destituti alterius modi verbo, nihil videntur significare, eóque pacto non obligare iis vtentẽ. Ratio verò decidendi in eo est, repeti verbum ἀπὸ κοινοῦ. Eodem modò testamentum non minus valet, quòd in nũcupando herede omissum sit verbum directũ *Esto. l.7.j.de test. l.1. D.de her. Inst.* Idem dicẽdum in fideicommisso, si omissum est verbum *Volo, l.10.j.de fideicom.* Sic omissum verbum *Dare*, non vitiat legatum. *l. 106. D.de leg.1.* si cõstat de voluntate, debetur legatum, licèt minus scriptum. *l. 67. §. 9. ff.de legat.2.*
f inde homologatio & homologandi verbum practicis vsitatum, alio loco Barbari, Emologare dicunt.
g Subtiles, & nimis onerosæ verborum formulæ, in iudiciis, arbitriis, & stipulationibus desuetæ.

g Nota vtilitatem pœnæ debitæ ex compromisso. h Quid? An non potest compromissarius terminum prorogare? potest vtique, si ei data fuerit facultas. non poterit tamen in infinitum, quantumuis liberam potestatem habeat, sed ad duas aut tres vices ad summum, *Ias.ad l.vlt.§.de sacros.eccles.wurms.1.pract.3.obs.2.*
i *v.l.27.§.4 D.eo.* k sordes ῥυπαρία. *synops.Basilic.7.2.c.55.* l Compromitti potest inter patrem & filiam. m *l.32.§.14.infi.D.eo.* n hanc legem à Basilicis abesse Cuiacius notat *h.t.* o Periuria vitanda.
† abrogatur. *v.Nou.82.c.11.§.1.*
p Paria sunt iurare, & consentire, vt cum sacramenti religione lis procedat: modò de consensu appareat. q Nota formam iurandi in arbitrum, *v.tamen auth.prox.j.eo.* r Idem operatur scriptura propria, ac manu tabellionis facta. *Bald.* s Nota de compromisso iureiurando partium &, ipsius arbitri, delato tamen & recepto. *vide auth.prox.j.eo.* t Ab arbitri sententia iureiurando electi, non appellatur. *v.tamen auth.prox.j.eo.* u Nota de arbitrio solo partium iuramento delato, *v.tamen auth.j.eod.* x Nota de arbitrio nudo consensu partium delato. y Non præsumitur iuratum, nisi probetur iuratum. z Iudex de actis & gestis in causa testificari non potest. *v.Socin.reg.199.*

h Al. aula concessit, i. non est in vsu. i Quoties sine pœna compromissum est, sententia arbitri est inutilis: nisi ea taciturnitate vel subscriptione confirmata sit. *v. Oldendorp.c.8.de excep.nu.9.* k Arbitri, vel mutuo partium consensu accipiuntur, vel à iudice dantur. l Ex sententia arbitri electi nudo pacto cũ pœna & illa clausula, *Rato manente pacto*, acceptata, expressè vel tacitè à partibus, oritur actio & exceptio. Quid si vel nudo pacto vel stipulatione pœnali citra superiorem clausulam? ad pœnam agitur. Quid si nuda stipulatione? ad interesse. *Bart.hic, & wurmse.1.pract.22. obs.8.* m De exceptione compromissariæ pronunciationis. *v.Oldendorp.c.40.de except.* Interim notandum est, acta coram arbitro non valere, nisi scripta sint: *v.Socin.reg.5.* n Sententia arbitri executioni mandatur per iudicem rei, nec respicitur locus arbitrij. o exẽplũ. *v.in l.5.j.de re iud.* p Decẽ dierũ silentio, sentẽtia arbitri approbata intelligitur. q Clandestina attestatio, nõ infirmat arbitri sententiam.

a *Nou.82.c.11.* b Citatio facta coram arbitro interrumpit præscriptionem.
c Confessiones & attestationes coram arbitro valent, etiam finito compromisso.
d Mulier non potest esse arbiter. Ante hanc constitutionem *Cuiac.13.obser.22.* putat mulieribus integræ famæ id licuisse. Nam & Homeri 8.Odyss. Areta vxor Alcinoi dicitur etiam inter viros disceptasse lites & moribus Galliæ mulier inter beneficiarios, aut subditos suos ordinariam iurisdictionẽ habere potest, qui more cõfirmantur. *c.electi.de arbitr.*
e *l.21.s̃.de procuratoribus. l. 2. §. 1. s̃. de his qui veniam ætatis.ad de l.2.D.de cura. furios. l. 2. D.de reg.iur.*
f 4.*instit.*11.2. *D.*8.9.11.7. *D.*9. 39. *D.*1.2..3. 46. *D.*6.7.*&* *Paul.*1. *sent.*11. Satisdant actor, reus, eorúmque procuratores. Ille de lite persequenda & expensis litis, & decima litis, si succubuerit. id vt obseruaretur in Gallia, ostendi in Authentica generaliter.25.s̃.*de episc.* Reus præsens satisdat iudicio sisti. §. 2. *Instit. de satisd. vide wurmser. 1. pract.10. obser.1.* Procurator actoris & rei satisdat quoque, vt.j.dicetur.
g Procurator datus ab actore apud acta, non satisdat ratam rem dominum habiturum. sed si datus ab absente & de eius mandato dubitatur. *l.1.s̃.de procur.§.3. Instit.de satisdat.* satisdabit rem ratam. *v.Oldendorpium class.1.act.7.* De satisdatione pro curatoris actoris. *v.wurmser.1. pract.10.obs.1.*
h Procurator præsentis non cauet de rato.
i Mutatio procuratoris clandestina non nocet aduersario.
k Procurator actoris tenetur cauere de defendendo in causa reconuentionis. *l.15.in fin. D. de procurat. Bart.* & meritò, cùm in ea partes rei sustineat.
l Procurator rei, satisdat de iudicato soluendo. *l.46.§.2. D. de procurat.* De cuius actionis formula *v. Oldendorp. class. 1. act.7. & D.iudicatum solui.§.4. §.5.Inst.de satisd.* De satisdatione procuratoris rei *v.wurm.1.prac.3*
m *l.1.j.eo.v.authorem ad Herennium lib.1.* Causa cadebat, qui non quemadmodum oportet, egisset. Erant autem formulæ omnium rerum apud veteres. Cicero pro Roscio Comœdo. n *l.2.j.eo.* o i.de formulis in actionibus vsitatis sublatis. Sunt etiam scrupulosæ huiusmodi solemnitates in stipulationibus. *§.1.Instit.de verb.oblig.* donationibus. *l.vlt.j.de donat.* & arbitriis. *l.4.in fin s̃.de arbitris* testamentis. *l. quoniam.j.de testamentis:* bonorum possessionibus. *l. vlt.j.de bon. possess.* denunciationibus. *l.si quis C.Theod.de denunciationibus.* interdictis. *l.vlt.j.de interdictis.* adoptionibus. *l. 12.j.de adoptionibus.* emancipationib. *l. vlt.j.de emancip.* sunt sublatæ.
p non tamen actiones. Aliud actio, aliud actionis formula. Illa, ad agendi substantiam: hæc, ad formam & quidem verbalem, refertur.

te, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam: tunc silentio partium sententiam roboratam esse, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minimè cupiente: nihil fieri præiudicij, neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt, secundum nouellam [a] nostri numinis constitutionem. tunc etenim ea omnia seruari ||oportet,|| quæ lege nostra super huiusmodi audientia definita sunt. 1 ¶ Licet non ignoremus Iulij Pauli opinionem, & aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt ||quidem|| huiusmodi quæstionem, quam in præsenti aggredimur, non autem peritissimè peregerunt, sed vsque ad quasdam actiones temporales standum esse existimauerunt: plenius tamen & generaliter definimus conuentum in scriptis apud compromissarium iudicem factum, ita temporis [b] interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. 2 ¶ Ad hæc generaliter sancimus, in his, quæ apud compromissarios facta sunt, si aliquid in factum respiciens, vel professum est, vel attestatum, posse eo & [c] in ordinariis vti iudiciis. Dat.6.Kal.*Lampadio & Oreste VV.CC.Conss.530.

De mulieribus.

6. Idem A. Ioanni P.P.

Sancimus, mulieres [d] suæ pudicitiæ memores, & operum, quæ eis natura permisit, & à quibus eas iussit abstinere, licet summæ atque optimæ opinionis constitutæ in se arbitrium susceperint, vel, si fuerint patronæ, etiam si inter libertos suam interposuerint audientiam: ab omni iudiciali [e] agmine separari, vt ex earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduersus iustos earum contemptores habeatur. Datum Kalend.Septemb. Constantinopoli, Lampadio & Oreste Conss.530.

DE SATISDANDO [f].

TIT. LVII.

Procurator actoris factus apud acta non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo. Bart.

1. Impp. *Diocl. & Maximian.* AA. & CC.

Non est incerti iuris, eum, qui apud acta [g] factus est agentis procurator, non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare. hoc enim casu veluti præsentis [h] procuratorem interuenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata [i] voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. Sin autem ei ab aduersario suo opposita [k] fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite præstare cogitur. qua non præcedente, lis, quæ ei data est, vlterius procedere à iudice non conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum [l] solui satisdationem in omnibus causis præstare cogitur. Datum 9. Kal.Nouemb.CC.Conss.294.

DE FORMVLIS [m] ET IMPETRATIONIBUS [n] ACTIONUM [o] SUBLATIS.

TIT. LVIII.

De formulis.

1. Imperator *Constantinus* A.Marcellino præsidi Phœniciæ.

Ivris formulæ [p] aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur. Dat.10.Kal.Febr.Constantio III.& Constante II.AA.Conss.342.

q ita vt hodie actiones ex legibus & edictis nobis ipso iure competant, etiam si non postulentur.
r de hoc iureiurando *vide Socin.regula* 208.209. Dixi plura in praxi ciuili. *tit.de iureiurando.*
† nec remittendo. *l.2.j.eod.cap.cæterùm.de iuramen.calumn. & cap.*1.§.1.*de iuramen. calum.in 6.22.Eclog. 6. Nou.49. Nouel.Leonis 97. 107. v.wurmser. 1.pract. 14.* Hoc non seruatur in Gallia, quia non solent Galli vti calumnia. Hodie esset vtile hoc obseruari, *vide Rebuff. in procem.constitut. glo.5.nu.50.* Non seruatur etiam iure Feudistico. *2.Feud.33.§.1.*
s *l.9.j.de rebus credit. l. vlt.j. de fideicommissis. l. 34.l.37.D.de iureiur.l.11. §.pen. D.de rer.amot.*
t Cur inuentũ iuramentum calumniæ?
u hinc colligunt in causis voluntariæ iurisdictionis, putà si agitur de impetrando priuilegio, vel impetrãda dispensatione, hoc iuramentum locũ non habere.
x Demus iudicem ex officio aliquid facere, num (quasi litigans) iurabit de calumnia? non iurat. cum inquirit ex officio, non litigat. *Bald.*
y Qui seruos in quæstionem petit, iurat de calumnia: sed & aliis se probationibus destitui. Tormenta probationũ reliquarũ subsidia sunt.j. *eod. l. vlt.j. de quæstionibus.*
z Qui ita iurat, corporaliter iurat.
a Quæstio non exposcitur, nisi desperatis aliis probationibus.
b Iudices non admittunt litigatorũ causas, nisi primùm litigatores iurauerint.
c *Nouell.90.c. vlt.in fi.*
d *l.13.§.4.j.tit. prox. 7. Eclog.8. Ex tit.14.c.16.*
e Aduocatus munere suo fungi non potest, antequã iuret.
f Leges imperatoriæ non obligant extraneos.
g Leges dant formam futuris negotiis. *l.7.s̃.de legibus.*
h Iurare de calumnia principales ipsæ personæ tenentur. *vide Socin.regula 207.*
i i.reum, qui vt sæpiùs iudicium solet defugere. *l.5.s̃.de arbitris.* k Petitio actoris, reíque responsum, præcedere solet exactionem iuramenti. Quid, huiusmodi omissio vitiátne processum? *v.Roland.à Valle 1.consil.71.nu.7.8.32.* Potéstne remitti? parentibus & patronis remitti potest. *v.Forner.2.select.4.Cuiac.9.obs.37.l.37.§.4.D.de iureiur.* Aliis ita remitti non potest, quin iudices ex officio possint exigere. *Bald.hic.v §.4.j.eo.*
l i. litis contestationem. m Confessio de credulitate æquè præiudicat, ac confessio de veritate. *vide Socin.regula 68.* n Nota ordinem iurandi. Priore loco, actor: secundo, reus: tertio, aduocati iurant.
o *in princip.s̃.eod.*

De impetratione actionis.

2. Impp. *Theodosius & Valentinianus*, AA. Hierio præfecto vrbi.

Nvlli prorsus non [q] impetratæ actionis in maiore vel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei & proposito negotio competentem eam esse constiterit. Dat.10.Kal.Maij, Felice & Tauro Conss.428.

DE IVREIVRANDO PROPTER [r] CALUMNIAM DANDO †.

TIT. LIX.

De probationibus. 1. De quæstionibus.

1. Imp. *Iustinianus* A.Demostheni P.P.

In omnibus causis: siue propter literas fuerit apud te certatum, siue propter instrumenta, siue propter quicquam aliud, in quo necessitas probationis incumbit: sancimus, non [s] aliter easdem probationes præstare compelli, nisi prius, qui eas exposcunt, iuramentum de calumnia præstiterit, quod non causa differendi huiusmodi proposuit allegationes. nam sacramenti timore [t] contentiosa [u] litigantium [x] instantia compescitur. 1 ¶ Ne autem perperam in quæstionem [y] seruorum quidam venientes, sui animi crudelitatem exerceant: non aliter concedi eis, qui quæstionem seruorum exposcunt, ad hoc venire, vel à iudicibus audiri, nisi priùs tactis [z] sacrosanctis scripturis deponant, quòd non odio seruorum, vel propter offensas coheredum ad hoc venerunt: sed quia aliter [a] rerum hęreditariarum veritatem exquirere vel ostendere non possunt. Dat.12.Kal.Octobr.Constantinop.Decio V.C.Conss.529.

In authent.de his qui ingre.ad ap.§.fin.coll.5.tit.4. al.tit.11.seu Nou.49.c.3.

Hoc sacramentum hodie remittitur: cùm in initio iuret nihil se calumniosè in toto negocio exigere.

De litigatoribus & patronibus causarum. Quid iurandum. 1. vbi iurandum. 2. De administrantibus res alienas. Quid iurandum. De aliis iuramentis. 3. De absente. 4. De sacramento non remittendo. 5. Si mandatum esse non constet. 6. Si actor, 7. vel reus iurare noluerit. 8. De vtilitate & vsu huius legis. 9. De litibus tempore huius legis latæ pendentibus vel futuris.

2. Idem A.Ioanni præfecto prætorio.

Cvm ||&|| iudices [b] non [c] aliter causas dirimere concesserimus, nisi sacrosanctis [d] Euangeliis propositis: & patronos [e] causarum in omni orbe terrarum, qui [f] Romano imperio suppositus est, priùs iurare, & ita perferre causas disposuerimus: necessarium duximus præsentem legem ponere, per quam sancimus, in omnibus litibus, quæ fuerint post [g] præsentem legem inchoatæ, non aliter neque [h] actorem neque fugientem [i] in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem [k] & responsionem [l], antequam vtriusque partis aduocati sacramentum legitimum præstent, & ipsæ principales personæ subeant iusiurandũ: & actor quidem iuret non calumniandi animo || litem se || mouisse, sed existimando bonam causam habere: reus autem non aliter suis allegationibus vtatur, nisi priùs & ipse iurauerit, quòd putans [m] se bona instantia vti, ad reluctandum peruenerit, & postea [n] vtriusque partis viros disertissimos aduocatos (|| secundum || quod iam dispositum est à nobis) iuramentum præstare, sacrosanctis [o] videlicet Euangeliis ante iudicem positis.

Quid iurandam. In authent. De his qui ingred.ad appel.§.fi. col.5.tit.4.al.11.seu Nou.49.c.3.

In isto iuramento adiiciendum est, nullam in tota lite exactuum probationem, nisi quam pro veritate putat quis necessariò esse exhibendam: ne sæpiùs iuretur in causa.

a *Nouell.123.c.7.124.c.1.* De denunciationibus ad domum. *v.Cuiac.fol.15. vide Nouell.124.c.1.l.15.D.de iureiur.* b *Nouell. 124. c. 2.* Legitimi administratores iurare debent de calumnia. c etiam procuratores ex officio dati & fisci. *Gayll.1.obser. 88.& 89.* d sic Suetonius Caligula, vt omnibus iuramentis adficerentur.
e Pupilli iusta ignorantia præsumitur. Sciens non præsumitur peierare aut fallere. *l.26. D.de iureiur.* Nihil posse scire intelligitur. *l. vlt. D. de iur.& fact.* Hinc colligit Baldus, Personam in qua non est discretio iuris & facti, non iurare de calumnia. & tamen admitti ad testimonium, quia in eo ferendo non requiritur sciētia iuris sed facti, quæ illi innotescit sensu corporali.

Vbi & coram quibus iurandum. In authen, vt litigantes iurent. §.1.col.9.tit.7.al.5 seu Nou.124.c.1.

PRincipales personæ, vel illæ, ad quas negotium in medio migrauerit, coram iudicibus iurent, quòd nihil penitus causa patrocinij iudicibus vel alij cuicumque personæ pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam: exceptis his, quæ propriis aduocatis pro patrocinio præstant, alijsque personis, quibus nostræ leges dari disponunt. 1 ¶ Sed si in sacro consistorio lites vel consultationes intromittantur: sub præsentia sacri Senatus prædictum iusiurandum præstetur. 2 ¶ Sed si qui litigantium ad iudicem venire nequeunt: prædictum iusiurandum præstent coram officiis ab administrantibus directis ad eos cum aduersa parte. 3 ¶ Mulier honestæ vitæ absente aduersario iuret coram officialibus. 4 ¶ Sed si partes in aliis locis abesse contingat, vel vna earum absens fuerit: iuret sub gestis monumentorum apud iudicem prouinciæ vel apud defensorem locorum. 5 ¶ Si quis autem litigantium prædictum iusiurandum præstare noluerit: per sententiam iudicis actor casum actionis, reus condemnationem sustineat. 6 ¶ Tutores & curatores in causis, quas agunt, prædictum iusiurandum præstabunt.

Finis Authenticæ. Sequitur textus I.C.

1 ¶ Sin autem vel dignitas vel sexus personæ non concesserit eam ad iudicem peruenire: in domo [a] litigatoris sacramentum procedere, altera videlicet parte vel procuratore eius præsente. 2 ¶ Quod obseruari oportet, & si [b] tutores, vel curatores, vel aliæ [c] quædam sint personæ, quæ administrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt. Conuenit enim & ipsos iureiurando affici [d]: quia ipsi causam scientes, ita ad eam perueniunt. neque enim pupillus [e], neque adultus, vel aliæ huiusmodi personæ: sed ipsi, qui pro eis tutelam, vel curam, vel aliam legitimam gerunt administrationem, scire [f] possunt causam, & ita ad iudicium peruenire, eo quòd ex animi sui scientia [g] iurent. Et licèt veræ causæ natura alia forsitan est: tamen, quod [h] quisque credit & existimat, hoc est iurandum. Omnibus aliis iuramentis, quæ vel ex præteritis descendunt legibus, vel à nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis.
3 ¶ Sin autem abfuerit [i] alterutra pars, & per procuratorem causa eius agitetur: non antè licentiam habeat actor litem exercendam suo procuratori mandare, nisi priùs actis interuenientibus in [k] prouincia, in qua degit, sacramentum calumniæ subeat. Similíque modo si reus abfuerit, & forsitan per iudicatum solui stipulationem procuratorem ordinauerit, vel defensor [l] pro eo interuenerit: & ipse vel præsente actore per se, vel per [m] instructum procuratorem [n], vel etiam absente eo (si hoc iudex perspexerit) inter acta iuramentum præstet, quod reum dare antea dispositum est. 4 ¶ Sed quia veremur, ne forsitan quidam collusione aliqua vtentes, remittere [o] videantur inter se huiusmodi sacramentum, & ex prædicta dissimulatione nostram sanctionem deludant: sancimus, omnes iudices, licet ex compromisso [p] cognoscant, vigorem suum exercentes (quia non pro commodo priuatorum, sed pro [q] communi vtilitate præsentem legem posuimus) minimè [r] pati tale sacramentum remitti, sed omnimodo hoc & ab actore, & à fugiente exigi: ne paulatim videatur huiusmodi res defraudari, & sacramentum vel principalium personarum, vel aduocatorum ex quacumque parte mutilari.
5 ¶ Hoc etiam huic legi addendum esse censemus: vt si

f *l.7.§.de in integ.restit.*
g sui sententia *Cuiac.1.obser.21.* & ita sunt locuti veteres. *Liuius 22. Cicero in Acad. & 3.offic. Gell.4. c.vlt.l.3. §.2. D.de testib.*
h & ita qui iurat, potest excusari à periurio, si id iurauerit quod crediderit. Iuramentum de calumnia est credulitatis: de quo & cuius forma vsitata in quibusdam Germaniæ locis. *v. wurmserum 1. pract.14.obs.8.*
i *Nou.124.c.1.*
k Iurari alibi potest de calumnia quàm in foro in quo litigat reus, i. actor de calumnia iurare potest in loco sui domicilij, non in foro iudicis apud quem experitur.
l Quid si sit coniuncta persona? quid si ignoretur vbi reus viuat? curator bonis dabitur iuraturus de calumnia, *facit l.15.ff.ex quibus caus. maior. v.Bald.hic.*
m dixi superius de hac re.
n An iurare de calumnia domini procurator possit. *v. quæ notaui l.14.§.13. D.de iureiur.* vtique iurare posse hîc ostenditur, & est exemplum apud Liuium 31. Demus principalem seu dominum iurasse de calumnia, an iterum procurator de calumnia iurare cogitur? hoc volunt. sed tamen eo casu quo procuratoris confessio & contumacia noceret domino. *vide wurmser.1. Pract.5.obseru.8.* Quid, hæredi potéstne deferri iuramentum calumniæ? *vide l.12.J. de rebus credit.*

o Iuramentum calumniæ vtrum remitti possit. *v.Gayli.1.obseru 84.*
p Coram compromissario iudice, iuratur de calumnia.
q Quod ad communem vtilitatem immediatè spectat, pactis priuatorum remitti non potest.
r Iuramentum de calumnia non est remittendum. dixi superius de hac quæstione. *adde Forner. 2.select.4.* Ferrariensis putat remitti posse, & partem allegare se stare simplici dicto aduersarij, *Ferrariens. in forma libelli de opposit. contra testes 12. in verbo, & non iurat.9.*

quis pro alio litem mouere [s] voluerit, & nullo mandato prolato, sed per fideiussionem ratam rem dominum habiturum, suam personam firmauerit: ne vel ex hac machinatione lex circumscribi videatur: sancimus, si quid tale in posterum emerserit, (siue pro vna persona quis litem mouere voluerit, siue pro aliquo corpore [t], vel vico, vel alia vniuersitate) fideiussionem quidem [u] solitam præstare, litem autem vlterius [x] minimè procedere, nisi intra à iudice statuendum tempus faciat personas principales [y] sacramentum subire, vel præsente aduersario, si hoc maluerit, vel alio pro eo agente, vel [z] penitus altera parte cessante, inter acta apud defensorem locorum huiusmodi sacramentum ||calumniæ,|| vel ab ipso, pro quo agitur, vel ||à|| plurima [a] parte vel idonea vniuersitatis procedat. 6 ¶ Quòd si actor noluerit sacramentum calumniæ subire, & hoc legitimè fuerit approbatum [b] non liceat ei penitus ad litem peruenire, sed [c] cadat ab instituta actione quasi [d] improbus litigator, & tristitia [e] iudicum ei cum summa interminatione occurrat, & à iudicio eum quàm longissimè expellat. 7 ¶ Sin autem reus hoc sacramentum subire recusauerit: in his capitulis, quæ narratione comprehensa sunt, pro [f] confesso habeatur: & liceat iudici sententiam proferre, quemadmodum ei ipsa rei qualitas suggesserit. 8 ¶ Sic enim non lites solùm, sed etiam calumniatores minuentur: sic pro iudiciis putabunt sese homines in sacrariis [g] sisti. Si enim & ipsæ principales litigantium partes per iuramentum lites exerceant, & causarum patroni præbeant sacramentum. & ipsi [h] iudices propositis sacrosanctis scripturis tam causę totius faciant examinationem, quàm suum proferant arbitrium: quid aliud, nisi pro hominibus Deum in omnibus causis iudicem esse, credendum est? Antiqua itaque calumnia [i] quiescente, & eius ambagibus, constitutio nostra dilucida & compendiosa in terris clareat omnibus, & sit maximum dirimendarum [k] causarum remedium.
9 ¶ Sed prædictum sacramentum in litibus quidem, quæ necdum sunt inchoatæ, prestari volumus in ipso [l] litis primordio. Sin autem causæ adhuc pendentes inueniantur: vel post litem contestatam, & post solitas iudiciales cautelas iam præstitas: si quidem præsto fuerit vtraque persona, & in eadem ciuitate vel in territorio eius moratur: & in his litibus sacramentum locum habere, & in primo post hanc legem ingressum eum compelli iusiurandum præstare. Sin autem vna pars abfuerit: ne videatur propter absentiam personæ lis differri, & aliquod contrarium eueniat nostro proposito, & quod pro [m] compendio litium introductum est, ||protinus|| hoc in aduersariam figuram transformetur: iubemus præsentem quidem personam omnimodo dare sacramentum, absenti [n] autem in pendentibus duntaxat, litibus (secundum quod prædictum est) hoc concedi. Sin autem vtraque principalis persona abfuerit: ne diutiùs lites protelentur: etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP.4.Kal.August.Iustiniano A.IIII.& Paulino V.C.Consf.534.

3. Idem *

PAteat omnibus nostram rempub. procurantibus conuenticulam seu conspirationem iurisiurādi religione, vel quoquo modo compositam, à nostra maiestate prohiberi & detestari. vnde huius rei fautores & socios ab omni publico honore sibi commisso infamiæ nota priuamus. non habentibus autem, ad vllum publici honoris gradum accedendi licentiam penitus amputamus.

s i. agere.
t Procurator admittitur ad iurādum de rato in causa priuatorum, sed & in causa corporum, vicorum, vniuersitatum.
u i. de rato.
x id est, vltra litis contestationem.
y *§.3.s.eo.*
z Actor iurare potest de calumnia: vel reo præsente vel absente, absente vel præsente eius procuratore, vel apud acta.

a Et in priuatorum causis, & vniuersitatis iurandum est de calumnia. *v.l.19 D.ad municip.*
b Iuramentum calumniæ non committi ipso iure hinc colligunt. *v. Gayll.1. obser.86.*
c Nota pœnam actoris nolentis iurare de calumnia.
d Actor nolēs iurare de calumnia, præsumitur improbus litigator.
e id est, seueritas.
f Reus iuramentum calumniæ recusans, habetur pro confesso. *l.38. D.de iureiur.§.1.Insti. de pœna temere litig.*
g Iudicia cùm rectè procedūt, æquitatis delubra: cùm deprauantur, foueæ fallaces & cæcę. *Ammian.30.*
h *in pr.s.eo.*
i id est, calumniæ actionem. de qua *Instit.de pœna temere litigantium.§.vtriusque.* k Iuramentum remedium maximum expediendarum litium. *l.1.D.de iureiur. Paul.2.sent.1.§.1.*
l Iuramentum de calumnia, in ipso litis primordio præstandum.
m Vt litium compendia sunt quærenda, ita earum fugienda est comperendinatio.
n vide quæ scripsi ad *l.15.D.de iureiurando.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, repetitæ prælectionis,

LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS[a].

TITVLVS PRIMVS.

De stipulatione vsurarum.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Clementi.

IVDICIO cœpto[b], vsurarum[c] stipulatio non est perempta. superest igitur, vt debitorem eius temporis, quod[d] non est in iudicium deductum, conuenire possis. PP. Kalend. April. Antonino II. & Geta II. Consf. 209.

Si sæpius tutelæ agatur.

2. Idem AA. Valerio.

LIcet, iudice accepto[e], cum tutore tuo egisti: ipso ||tamen|| iure actio tutelæ sublata non est. & ideo si rursus eundem[f] iudicem petieris: contra[g] vtilem exceptionem rei iudicatæ, si de specie[h], de qua agis, in iudicio priore tractatum non esse allegas, non inutiliter replicatione doli vteris[i]. PP. 6. Kal. Ian. Faustino & Rufiniano. Cos. 211.

Si quæstio status bonorum disceptationi concurrat.

3. Imp. *Alexand.* A. Faustinæ.

QVoties quæstio status[k], bonorum disceptationi concurrit: nihil prohibet, quò[l] magis apud[m] eum quoque, qui alioqu[n] super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. PP. Id. Febr. Iuliano II. & Crispino Consf. 225.

De quæstione euictionis omissa.

4. Idem A. Popilio.

SI cùm tibi precium prædiorum à curatoribus comparatorum, reputaretur[o], & instrumenta emptionis traderentur[p], quæstionem omissæ euictionis[q] non mouisti: intelligis, semel finitam litem instaurari non posse. PP. Kal. Aug. Modesto & Probo Consf. 229.

De iudice delegato.

5. Imp. *Gord.* A. Marcello.

AIudice[r] iudex delegatus[s], iudicis dandi potestatem non habet[t], cùm ipse iudiciario munere fungatur[u]: nisi à principe iudex datus fuerit. PP. 4. Non. Sept. Vlpi. & Pontiano Consf. 239.

Quid sit iudici per se vel per Consiliarios expediendum. In authen. vt defun. seu fuco non iniur. à cædi §. illud. col. 5. tit. 15. al. 13. seu Nouell. 60. c. 2.

ADhæc, si administrator sit, & publicis occupationibus impediatur, litem apud se agitandam saltem in contestatione audiat: & rursus in medio semel: & in fine omnia etiam, quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiam: & appellationem, si fiat suscipiat. cætera licet expediri per consiliarios. Item iudex appellationis rem per se audiat. Delegatus autem omnino per se litem vnà cum consiliariis examinet. Sed si contra hoc factum fuerit, graues pœnæ sequentur. nam administratores & delegati viginti librarum auri multam præstabunt. consiliarij, si quidem aduocati sint, ab aduocatione expellentur, si verò non sint, sed cingulum habeant: cingulo priuabuntur: & decem libras auri præstabunt.

De seruis.

6. Idem A. Iuniæ.

SEruus[x] in iudicio interesse[y] non[z] potest. nec, si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutum est, subsistit. Dat. 15. Kalend. Septemb. Gordiano A. & Auiola Consf. 240.

7. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Hyrinæ.

CVm[a] debitoris tui seruum tibi pignoris iure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti tenere profitearis: aduersus eum dari tibi actiones contra ius postulas: si quidem inter[b] seruum & liberum consistere nullum ||possit|| iudicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio iudicis venire te conuenit, quàm illicita postulare. S. 14. Kalend. Maij, Sirmij, CC. Consf. 294.

De æquitate & stricto iure.

8. Impp. *Constant. & Licin.* AA. ad Dionysium.

PLacuit[c] in omnibus[d] rebus præcipuam[e] esse[f] iusti-

a seu cognitionibus iudicũ datorum à magistratu vel principe. 5. *D.* 1. 2. *C. Theo.* 18. 7. *synops. Basilic.* 1. 2. *Decreta.* 1. 2. *Sext.* 1. 2 *Clement.* 1. 2. *Extra* 1.

b Iudicium cœptũ dicitur interdum, lite contestata, interdũ sola citatione.

c lite contestata vsuræ currũt. *l* 35. *D. de vsuris.* Sortis obligatione (adde & præteritarum vsurarum) in iudiciũ deducta, pœna crescit. *l.* 99. *D. de verbor. obligat.*

d Petitio sortis non impedit cursum vsurarũ pendente iudicio. *Baldus.* Vsuræ quę pendente iudicio emergunt, si non eodẽ iudicio, vel à principio litis petitæ sint, alio iudicio sunt petendæ.

e Iudex acceptus, delegatus ab ordinario. *l.* 5. ***j****.eo. l.* 15. *D. de re iudic. Zasius.* non ordinarius, vt vult Odofredus.

f Causæ continentia non est diuidenda. *l.* 16. ***j****.eod.* Quæri potest quomodo hîc ad eundem iudicem eundum, cùm eum constet iudicasse, atque ita officio suo functum. *l.* 42. *D. de re iudic.* Non ita est, datus enim iudex fuit in hac hypothesi generaliter ad definiendam tutelæ actionem. vnicam autem tantùm eius speciem definit. ideóque officiũ eius non extinctum. *l.* 43. *D. de arbitris.*

g Contra vtilem exceptionem, datur replicatio doli. h Si petitio generalis, prosecutio specialis fuerit, & postea sententia generaliter feratur, ea vtique restringetur ad prosecuta tantùm, non ad ea, quæ in iudicium non deducta fuerint. *adde l.* 3. *s. de transact. l.* 43. *D. de arbitr.* i nisi cùm generaliter petiisses, de vna tantùm specie probaueris. *l.* 29. *s. de transact.* nisi id quod nunc petis, continebatur principali, vt sunt fructus & vsuræ, euictiones. *l.* 4. ***j****.eo.* k Si quæstio status in controuersiam motam inciderit, neglecta principali, causa status priori loco cognoscitur. *l.* 6. ***j****. de ord. cogn.* l id est, quo minus *Azo. & Glossa interlinearis. Cuiac. ad l.* 7. *§.* 2. *D. pro emptore.* m Qui de re aliqua principaliter non potest cognoscere, si ea incidenter moueatur de ea cognoscet. n à contrario collige, Eundem iudicem quæstionis principalis iudicem esse causæ & emergentis seu incidentis. *Bald.*

o dum illi rationem tutelæ tibi redderent. possunt enim tutores & curatores contrario iudicio tutelæ pupillis suis reputare quod eorum nomine impenderint. *l.* 1. *§.* 4. ***j****. de contraria.* p sensus est, Popilium curatori suo litem mouisse, curatorem ei reputasse precium fundi comparati, quam emptionem vt probaret, instrumenta emptionis in iudicium protulisse: mox, Popilium sententia iudicis damnatum, eam impensam curatoris agnoscere, emptionis instrumenta Popilio tradidisse: finita mox lite, Popilio fundum euictum fuisse: venditore non soluendo, mox aduersus curatorem egisse, eo scilicet nomine, quòd cùm supradictum fundum emeret, cautionem omisisset euictionis. Curator huiusmodi imprudentiam nunquam sibi reputatam fuisse à Popilio, vel in ipso iudicio, vel cùm ei instrumenta emptionis traderentur, negat. Contendit itaque hoc negocium & sententia iudicis, & spontaneo Popilij consensu finitum: semel finitam litem non instaurari. Quid iuris? pro curatore iudicatum est. At, inquies, quo iure? An non minor restituitur aduersus rem iudicatam, si læsum se ostenderit. *s. si aduers. rem iud.* An non quoque minores iuris ignoratione decepti, restituuntur. *l.* 11. *s. de iur. & fact. ignor.* Ea res mouit Zasium *hic num.* 4. vt diceret, minorem esse restituendum, cui non illibenter accedo, nisi dicas Popilium iam maiorem vigintiquinque annis curatoribus iudicium dictasse.

q Euictio, est de appendicibus venditionis. Qui de principali egit omisso accessorio, si postea in sententia nulla accessorij fiat mentio, accessorium intelligitur remissum, & ita finitum, vt postea eius nomine quæstio moueri nõ possit.

r iurisdictionem habente, id est, à magistratu. *Liuius* 3. *&* ***j****. de iurisdict.*

s Pedaneus iudex delegatus à iudice non à principe, iudicem dare non potest. *l. vlt. D. de off. eius cui manda. l.* 5. *D. de iurisdict.* Cur ita? Principis delegatus habet apparitores, executores proprios, & adsessores, ad instar magistratus: quod cæteri delegati non habent. *v. Nou.* 60. *Cuiac.* 12. *obs.* 1. *adde Hartmannum* 2. *pract.* 1. *obs.* 8.

t Imò habet, vt legatus proconsulis. *l.* 12. *§.* 1. *D. eo. l.* 12. *D. de off. proconſ.* solue, Speciale est in proconsule. *Accurs. Bald. Zas. hic.* An perpetuò verum est à delegato iudice non subdelegari? Zasius ait *hic num.* 15. quod ita verum est vt subdelegare nõ possit etiam in causis necessarij impedimenti, nec post litis cõtestationem, nec partiũ consensu.

u loco alterius sc. non proprio. *l.* 3. *D. de off. eius cui mand.* Quod proprium non habemus, dare alteri non possumus: at proconsul legatus nihil proprij habet. *l.* 13. *D. de off. proconſ.* & tamen subdelegat. *l.* 12. *d. tit.* solue, In legato proconsulis vestigia quædam sunt magistratus, ex quo lex ita disposuit, vt is possit subdelegare. Ideóque proconsul dicitur propriam iurisdictionem legatis dare. *l.* 4. *D. de off. eius cui mand.* Eáque lex ita conciliari potest cum *l.* 13. *D. de off. proconſ.* vt sit sensus, Legatum proconsulis subdelegare posse quia iurisdictionem habet, qua vti potest, quasi iure proprio: quod non ex authoritate proconsulis. *d. l.* 13. sed legis ita statuentis ac volentis, dependet. Itaque propriam non habet, si conditionem proconsulis spectemus: habet propriam, si legis vim ac potestatem consideres, cui id ita constituere licet. ad hæc, cum dicimus: Propriam iurisdictionem à proconsule legato conferri, ne intelligas eam conferri in indiuiduo, quam habet proconsul (alioquin ea data, nihil penes eum esset) sed eandem in specie. vt ea sit propria legato, qua quasi iure proprio vti potest, non voluntate proconsulis, sed vi legis id ita statuẽtis.

x seruus non litigat, nec facta in eum condemnatio subsistit. *synopsis Basilic.* 7. *tit.* 6. *c.* περὶ δικῶν. 6. 1. *Harmenop.* 1 4. *§.* 7. y sisti tamen potest iudicio. *l.* 81. *D. de verb. obl.* z *l.* 13. *D. si quis cautionibus. l.* 107. *D. de reg. iur.*

a Si bona debitoris tui defuncti ab eiusdem seruo occupantur, non debes illum seruum conuenire. *vt hîc; &* 6. *s. eo.* sed heredes defuncti, aut quemuis hominem causam hereditatis defendentem. Quod si neque heres sit neque curator aliquis bonorum, potes à iudice petere, vt te ex officio suo in possessionem bonorum defuncti immittat. vnde colligunt, Possessionem ex primo decreto peti posse, & obtineri sine aliqua citatione contra hereditatem iacentem, vel bona vacantia: ex secundo, quo ius dominij constituitur, non posse, nisi curatore bonis dato. *D. de curat. bon. dando.* b *l. vlt.* ***j****. de noxalib. act.* c 7. *Eclog.* 3. *ex tit.* 6. *c.* 8. d Imò, non in omnibus: non in legatis. *l.* 69. *D. de leg.* 3. non in contractibus. *l.* 1. *§.* 20. *§. sed si sciente. D. de exercitoria.* non in causis libertatis (vtcumque sint fauorabiles) *l.* 12. *D. qui & à quibus.* non in sententiis aut iudiciis. *l.* 1. *s. de legibus.* Nullo igitur casu. Imò in omnibus, sed quæ lege palam non sunt definitæ.

e hinc æquitas vocatur summa ratio in *l.* 43. *in fin. D. de relig.*

f Cui? num iudicibus? si iudicibus, an omnibus? dixi ad *l.* 1. *s. de legib.*

tiæ æquitatíſque [a] quam [b] ſtricti [c] iuris [d] rationem. Dat. Id.Maij,Voluſiano & Anniano Conſſ.314.

De re plene inquirenda,& de partibus interrogandis.

9. Impp.*Conſtantin.*A.ad Maximum.

IVdices [e] oportet inprimis rei qualitatem plena [f] inquiſitione diſcutere [g], & tunc vtramque partem ſæpiùs interrogare[h],nunquid noui addere deſideret:cùm hoc ipſum ad alterutram partem proficiat, ſiue definienda cauſa per iudicem,ſiue ad maiorem poteſtatem referenda ſit. Dat.2. Id.Ian.Sirmij,Licinio V.& Criſpo Conſſ.318

De allegationibus & dilationib.In authen.vt cum de appella.cog. §.ſed & hoc.col.8.tit.16.al.11 ſeu Nou.116.c.2.

IVbemus: vt, ſi quando vna pars allegationibus ſuis renunciauerit,alia verò pars ſe habere aliquid, quod proponat, dixerit, iudex negocij modis omnibus eam partem, quæ vtitur dilatione, compellat intra triginta dies, poſtquàm altera pars allegationibus renunciauerit, quicquid velit,ſine aliqua intermiſſione proponere. Quod ſi non fecerit,tunc ad eius malitiam ſuperandam alius menſis indulgeatur à iudice. Si verò adhuc diſtulerit, alterius menſis dilatio ei præbeatur. Ita vt ſi vſque ad prædictos tres menſes ſuas non propoſuerit allegationes,cauſæ cognitor non ampliùs expectans, ſententiam omnibus modis,legibus & moribus conſonantem proferat:vel, ſi noluerit, referat, ne litigatoribus malè tractantibus liceat cauſarum exitus vltra protrahere.

De cauſæ continentia non diuidenda.

10. Idem A.ad Seuerum præfectum vrbi.

NVlli [i] prorſus audientia præbeatur: qui cauſæ continentiam [k] diuidet [l]: & ex beneficij prærogatiua id, quod in vno eodémque iudicio poterat terminari, apud diuerſos iudices voluerit ventilare: pœna ex officio iudicis imminente ei: qui contra hanc ſupplicauerit ſanctionem: atque alium ſuper poſſeſſione [m], alium ſuper principali [n] quæſtione iudicem poſtulauerit. Dat.3. Kalend. Auguſt. Paulino & Iuliano Conſſ.325.

Vt Iudex leges non verba principis attendat.

11. [o] *Græca huius conſtitutionis argumentum ex indice Baſilicorum & Theod.Hermopolita.*

SVbtilitatem [p] legum iudex curæ [q] habeat: non autem his,quæ præter ius dicta, vel prolata ſunt ab imperatore,attendens.

De dilationibus. 1. De recuſatione iudicis.

12. [r] Imp. *Zeno.* *

OMnes [ſ] magiſtratus & diuini iudices compendioſè lites decidant, & ſi quis litigantium crebrò competentem iudicem adiens, ſine iuſta cauſa differatur, adeat principem, auxilium ab eo expectans. Sin recuſet quis iudicem bona fide ante litis conteſtationem,iudex alius ei ex

a *l.57.ſ.de epiſcopu.l.90.D.de regul.iuris.* Æquitas, iuſtitia, *vt hic.* verum ius, germana iuſtitia. *Cicero* bona fides. *l.29.§.4.D.mandati.* naturalis iuſtitia. *l.13.§.7.D.de excuſ.tut.* humanitas,benignitas,æquum,bonum,bonum & æquum. *l.1.D.de iuſtitia.l.91.§.3.D.de verb.oblig.* δίκαιον.*ſynopſ.d.loco.* vtilitas communis. *l.51.§.2.D.ad l.Aquil.* τὸ ἐπιεικὲς,iuſtum quidem, ſed non ſemper ſcriptum, & ita opponitur iuſto legitimo ab Ariſtotele.5.*Ethi.*10.Ea,rationem perſonarum habet. *l.14.§.6.D.de religioſis.* educitur ex ipſarũ rerum natura.*l.14.§.13.D.de religioſis.* iudici ante oculos eſſe debet. *l.4.in fi.de eo quod certo.* vnde religio iudicantis dicitur.*l.13.D.de teſtibus.* iuris ſcripti duritiem & aſperitatem, habita ratione circumſtantiarum mitigat. Qua via? veluti ſi depræhendens neque plus aut minus in facto eſſe quàm in lege ſcripta, dicas ſcriptam legem facto controuerſo propriè conuenire:ſi tamen legiſlatoris mentem attentius conſideres & ipſam facti controuerſiam non conuenit. Húcque ſpectat ars boni & æqui. *l.1.in pr.ff.de iuſt.& iur.* vera philoſophia non ſimulata, quæ ſui ſtudioſos ſacerdotes facit, *ibid.§.1.* De æquitate alibi etiam dixi ad *l.21.D.de interrog.* Obiter in terea notãdum eſt,originem æqui oriri ex vniuerſali lege: quippe legiſlatores nõ omnes caſus definiunt, ſed eos qui plerunque accidũt. *Ariſt.5.Ethic.8.* Deciſio caſus omiſſi in lege vniuerſali petenda non ex ipſa lege, ſed ex eo quod bonũ & æquum diximus,vt æquitatem ipſam,poſſimus appellare,ſcriptæ legis ſupplementum. b Æquitatis δίκαιον:ius ſtrictum, ἀκρίβεια.*ſynopſ.Baſilic.7.tit.3.ex tit.6.c.8.* c Ius ſtrictum *hic*,non eſt ius ſcriptum,ſed iuris ſcripti prædura, & ab humanitatis regula aliena interpretatio:ſtricta ratio. *l.43.in fin.D.de religioſis.* ius ſummum *Cicero.* apices iuris. *l.29.§.4.D.mandati.* mera cognitio. *l.14.§.13.D.de religioſis.* ſubtilitas verborum.*l.20.in fin.D.de rebus credit.* Opponitur æquitati(de qua ſuprà dixi)vt homini politico & humano,barbarus: vt ſpiritui, littera. dicitur & ſcrupuloſitas, nimiáque ſubtilitas.*l.12.ſ.de iniuſto.* cauillatio,ſubtilitas iuris.*l.17.D.de iniuſto.* authoritas iuris ſcientiæ. *l.91.§.3.D.de verb.oblig.* ratio diſputandi. *l.51.§.2.D.ad l.Aquil.* ἀκρίβεια *ſynopſis d.loco.* ſummum ius, ſumma iniuria. *Terent. Heautontim.* ſummum ius,ſumma crux. *Columella 1.* Eam ob cauſam Coriolanus in exilium miſſus, vt nimius exactor legũ *Halicarnaſſ.8.* ius nimis ſcrupuloſum,& ideo non admittendum. *l.33.D.de excuſ.tut.* ſubtilis ratio.*l.51.in fin.D.ad l.Aquil.* ſubtilis regula & humanitas opponuntur in *l.13.D.de lib.& poſthum.*

d Imò,ſtricti magis quàm æquitatis,*d.l.59.d.§.20.d.l.12.d.l.1.* dixi ſuperius & ad legem primam. e hæc lex interpolata ex *l.1.C.Theod.eod.lib.2.tit.18.*

f hoc locum non habet in rebus minimi momenti,& aliis cauſis quę moram non admittunt,vt alimentorum & ſimilium,de quibus *v.Rebuffum tomo primo tractat.de ſentent.præiudicialibus ſeu prouiſionalibus.* g id eſt,cuncta terminari *l.iudicante 1.C.Theod.lib.2.tit.18.quam vide & cap.iudicantem.vlt.31.quæſt.5.*

h ex officio,parte etiam non petente.*v.l.11.D.de interrog.act.*

i *l.2.C.Theod.de iudiciis.lib.2.tit.18.* k *l.2.ſ.eod.* vbi cœptum iudicium,ibi finem accipere debet.*l.30.D.eod.* neque hodie in huius,cras in alterius foro lis finienda. *v.quæ notaui ad l.5.ſ.arbitriũ tutelæ.* l *l.2.ſ.eod.* Cur id fieri non oporteat. dixi ad *l.1.D.quibus de rebus ad eundem iudic.* m Alia eſt enim proprietatis,alia poſſeſſionis cauſa,*vt hic*: In hac,de erepta poſſeſſione:in illa de proprietate agitur.vtraque in vno eodémque iudicio debet cognoſci. *Gregor.7.epiſt.100.* & hæc priùs quàm illa. An & ſimul? Symmachus *1.epiſt.* refert id ab imperatoribus conſtitutum:Iudices ad id non cogi:ſed tamen,ſi velint,de poſſeſſione cognoſcentes poſſe etiam continuò, ſi caſus tulerit,de proprietate cognoſcere. qua de re pleniùs *v. Cuiac.2.obſeru.35.* Superiori quæſtioni ſubcontraria eſt ea, An pendente iudicio petitorio, agi poſſeſſorio liceat & à rei vindicatione ad poſſeſſionis cauſam progredi? de qua *v.Hotom.q.29.*

n Cauſa principalis,id eſt,proprietatis.*l.1.C.Theod.vnde vi.* quæ & negotium principale.*l.7.in fin.ſ.ad l.Iul.de v.* Caſſiodor.4.*variar.* Si in cauſa momentaria (id eſt,poſſeſſionis)vel principali iuſtitiam adeſſe cognoſcet.*v.Cuiac.5.obſer.19.in fin.*

o Cuiacius hanc legem reſtituit. *9.obſ.20.* p Interpretatio Contij.ſententia hæc eſt.Iudices ſequi ius ſtrictum legum debere:at non ea quæ plerunque à principe dicta prolatáve παρανόμως præter ius *ſynopſ.Baſilic.7.tit.6.c.11.*

diuina aditione dabitur. quod ſi & iuſtè recuſare [t] videbitur poſt conteſtationem iudex alius aut coniudex ne [u] petatur. apud vnum enim iudicem omne moueatur cauſæ negotium.& ſi incompetens ille ſuper aliquo videatur cauſæ capitulo,ex propria ſententia ad competentem iudicem illud capitulum remittatur. Secundò enim aut ſæpius conuentus ſeu expertus quis & ex ſecunda cauſa in duplum reponet damnum,& ſine fideiuſſoribus, aut eieratione ex ſecunda conuentione apud primum intendet iudicem.

De litibus triennio finiendis. De eremodicio & de ſumptibus litis.

13. Imp. *Iuſtin.* A.Iuliano.P.P.

PRoperandum [x] nobis viſum eſt:ne lites fiant penè immortales [y], & vitæ hominum modum excedant: (cùm criminales quidem cauſas iam noſtra lex [z] biennio concluſit: & pecuniariæ cauſæ frequentiores [a] ſunt, & ſæpe ipſæ materiam [b] criminibus creare noſcuntur)preſentem legem ſuper his per orbem terrarum, nullis locorum vel temporum anguſtiis coartandam, ponere. 1 ¶ Cenſemus itaque omnes lites ſuper pecuniis quantæcumque quantitatis:ſiue ſuper conditionibus, ſiue ſuper iure ciuitatum,ſiue priuatorum fuerint illatæ, ſiue ſuper poſſeſſione, vel dominio, vel hypotheca, ſeu ſuper ſeruitutibus, vel pro aliis quibuſdam cauſis, pro quibus hominibus inter ſe litigandum eſt: (exceptis tantummodo cauſis, quæ ad ius fiſcale [c] pertinent, vel quæ ad publicas reſpiciunt functiones) non vltra triennij † metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas: ſed omnes iudices ſiue in hac alma vrbe, ſiue in prouinciis maiorem ſeu minorem peragant adminiſtrationem, ſiue in magiſtratibus poſiti vel ex aula noſtra dati vel à noſtris proceribus delegati: non eſſe eis concedendum vlterius lites, quàm triennij ſpacio, extendere. Hoc etenim iudicialis magis eſſe poteſtatis, nemo eſt,qui ignoret.nam ſi ipſi noluerint: nullus tam audax inuenitur, qui poſſit inuito [d] iudice litem protelare.

2 ¶ Et ſi quidem pars actoris ceſſauerit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennij metæ poſt [e] litem conteſtatam iam prope [f] finem veniant, vt ſemeſtre tempus tantùm ei ſuperſit: licentia erit iudici [g] per executores negotij actorem requirere parte fugiente [h] ex vna [i] parte actoris abſentiam incuſante [k]: & iudicibus omnimodo ſuas aures huiuſmodi quæſtionibus reſerantibus. & ſi per [l] tres vices hoc fuerit ſubſecutum, decem † dierum ſpacio per vnumquemque [m] introitum [n] deſtinato, & nec ita pars actoris fuerit inuenta, & neque per ſe, neque per [o] procuratorem inſtructum peruenerit: tunc iudicem negocij acta [p] apud ſe confecta conſpicere|| cenſemus.|| Et ſi quidem nihil ſufficiens actitatum eſt, ex quo poſſit termino cauſæ certa fieri coniectura: volumus non ſolùm partem fugientem [q] ab obſeruatione iudicij relaxare,ſed etiam in omnes expenſas, quæ conſueto modo circa lites expenduntur,eum cõdemnare, vera quantitate earum

q *l.3.ſ.de ſententiis ex breuiculo.l.20.ſ.de pœnis.* r Cuiacius hanc legem reſtituit.9.*obſer.20.* exſtat 7.*ſynopſ.Baſil.6.c.12.* ſ Interpretatio Contij. t *c.6.de off.legat.in 6.Nouell.53.c.3.* u *adde caſum legis vltimæ ſ.de in ius vocand.*

x Cauſæ criminales biennio finiendæ.Pecuniariæ verò cuiuſcumq; fuerint quantitatis,à quacunque perſona in quacumque cauſa (excepta dumtaxat cauſa fiſci publicarúmq; functionum) ſolo triennio ab omnibus iudicibus quicunque fuerint, finiendæ. *ſynopſ. Baſilic.7.tit.6.c.3.* y Litium immortalitas vitanda.*l.4.§.1.ff.de alie.iud.mut.cauſ.l.21.in fi.D.de reb.credit.l.1.§.10.D.de operis noui: adde Inſtit.de pœna temerè litigant.* z Inſtantia cauſarum criminalium nõ durat vltra biẽnium. *l.2.3.ſ.vt intra cert.temp.crim.quæſt.lib.9.* a Pecuniariæ cauſæ criminalibus frequentiores. b Pecuniariæ lites ſæpe in criminales degenerant. c Cauſæ fiſcales & pertinentes ad publica munera, intra ſex menſes à lite conteſtata finiendæ.*v.l.vlt.ſ.de iure fiſc.* † Lites ciuiles (quæ tamen nõ pertinent ad fiſcum & publicas functiones. *ſ.eod.* & ad legata, fideicommiſſa, & libertates. ſunt enim tales cauſæ intra annum finiendæ. *Nouell.1.vbi vide Cuiacium*) triennio finiendæ,*vt hic*: quod & Manuelis Comneni Nouella quadam confirmatũ eſt, De triennio *v.Cuiac.cap.22.de præſcript.* Hoc tempus legitimũ appellatur in *l.32.in fi.D.eo.* Vbique gẽtium inueterato ab omnibus ſeculis morbo,lites diutiùs viuunt.Illud interim notandum, In Gallia ſic inſtantiam perimi triennij ſpatio, computando à die vltimi termini *de la derniere procedure*,vt ab eo tempore nemo litem proſequi poſſit ſine literis regiis.*v.Rebuff.in proœm.conſtit.glo.nu.51.*

d Inuito iudice neutra pars litigantium litem prorogare poteſt. At iudex poſt triennium ſententiam ferre poteſt? non poteſt. Cur ita? triennio perimitur inſtantia: ea perempta, ceſſat citatio. Si ius diceretur hoc fieret ſine citatione, ſine citatione ſententia nulla eſt. Poſt peremptam igitur inſtantiam ſententia nulla. *v. Oldendorp.c.8.de ſentent.& re iudicata.*

e Tempus inſtantiæ incipit currere poſt litem conteſtatam.

f Quod à triennio,ſolo ſemeſtri diſtat,prope triennium eſſe dicitur,Proximitas,ſi tempus ſpectes,ſemeſtri definitur.*v.Cuiac.17.obſ.4.in fi.*

g *v. Iafredum deciſ.333.* h Quando vnus litigatorum abeſt,litis perſecutio continuanda ad alterius præſentis petitionem.

i μονομερῶς.*v.Cuiac.Nouell.49.*

k hinc colligunt. Iudicem nunquam procedere niſi ad inſtantiam partium:quod vt nimis generale hîc dicitur. Iudex enim plerumque ex officio procedit. Hinc etiam colligunt, Abſentem non priùs contumacem cenſeri, quàm eius abſentia ab aduerſario præſente fuerit accuſata. l *v.l.8.ſ.quomodo & quando iudex.*

† *l.6.D.eod.* hodie triginta dierum ex *Nouell.112.c.3.*

m hic erat mos iudiciorum, vt ſi litem cœptam pars vna deſeruiſſet, altera iudicium ingrederetur ac poſtularet aduerſus abſentem,Edictum primum: quod impetratum condicebatur abſenti,dato ei termino decem dierum. Eo non comparente, ſecundum edictum poſtulabatur.quod mox eidem abſenti denunciabatur, additis rurſus aliis decem diebus.Eo rurſus non comparente,tertium edictum poſtulabatur dari, quod abſenti denuò condicebatur (trinæ enim denunciationes fiebant) *ſ.eod.ibi.per tres vices*, addito decendio. Eo non comparente, poſtulabatur edictum quartum & peremptorium. Interdum tamen omiſſo quarto edicto,abſens condemnabatur.*l.2.9.ſ.quomodo & quando iudex.* & ita reddebatur Lis ἐρήμη ſiue μονομερὴς δίκη. *v.Cuiac.9.obſeru.22.*

n Introitus eſt, quo præſens aduerſarius abſentem accuſat, & de ſumptibus litis quos interim fecit,conqueritur atque deplorat, qui tertiò fieri ſolebat. *v.Cuia.d.loco.*

o Non eſt abſens,qui per procuratorem comparet.

p Iudex ex actis & allegatis iudicare debet. An ex conſcientia? alibi dixi.

q Pars fugiens,reus.Græcis ita φεύγων dicitur. Hinc Alcibiades, teſte Æliano 13.dicebat,Stultum eſſe reum,qui licet iniuſtè accuſatus ſit,non fugiat,cùm poſſit fugere. Idem cuidam interroganti cur iudicio patris diffideret.Imò & matris,inquit,Fieri enim poteſt nonnumquam,vt errore inducta,nigrum calculum pro albo inferat.

a Actor præsens, interdum absente reo (putà quando actoris libellus est ineptus, aut nõ sunt sufficientes eius probationes) condemnari potest. idque iudicis officio, *vt hic*: & ita iudex absentem potest, non tantùm absoluere ab obseruatione iudicij, sed ei præsentem condemnare in expensis. expensis, inquam, quas reus se fecisse iurauerit. Quando absolutoria ab obseruatione iudicij fieri debeat, v. wurmserum 1. *Pract. 22. obs. 15. & tit. 24. obs. 14.*

sacramento fugientis manifestanda, & omni cautela, quam super lite reus exposuit, reddenda: quę & si remanserit, viribus euacuabitur. Sin autem ex gestis apud se habitis, parte actoris minimè inuenta, possit inuenire viam, qua manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente [a] actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre sententiam non moretur, & presentem [b] reum absenti actori condemnare: expensis tantummodo litis, quas reus legitimè se expendisse iurauerit, condemnatione excipiendis. quia hanc pœnam [c] actori & meliorem causam habenti propter solam absentiæ contumaciam[d] imponimus: nullo penitus ei regressu ad eandem litem conseruando. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absoluatur. Sin verò aliqua condemnatio contra reum pro obsente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putauerit fugitiuus [e]: nullo modo iterum eandem litem resuscitare [f] concedimus. & hæc quidem pœna actori fiat imposita. 3 ¶ Sin autem reus absfuerit, & similis [g] eius processerit requisitio [h], quemadmodum pro persona actoris diximus: etiam absente eo eremodicium [i] contrahatur: & iudex (secundum quod veteribus legibus cautum est) ex vna [k] parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inuentus, etiam [l] contra absentem promere condemnationem non cesset, quæ ad effectum [m] perducatur: & per res [n] & facultates fugientis victori satisfiat: siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest [o], siue per relationem [p] ad maiorem iudicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur: nulla licentia ei vel alij [q] personam eius solam prætendenti concedenda contradicendi, cùm in [r] possessionẽ ex huiusmodi causa actor mittitur. nec [s] si reuersus ipse fuerit, & voluerit fideiussores dare, & possessionem recuperare, audiatur in huiusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. 4 ¶ Cùm autem eremodicium ventilatur siue [t] pro actore, siue pro reo: examinatio causæ sine vllo obstaculo celebretur. Cùm enim terribiles [u] in medio proponũtur scripturæ: litigatoris absentia Dei præsentia repleatur [x]: nec pertimescat iudex appellationis [y] obstaculum, cùm ei, qui contumaciter [z] abesse noscitur, nulla sit prouocationis licentia: quod & in veteribus legibus esse statutum, manifestissimi iuris est. 5 ¶ Huiusmodi autem sententia prope finem triennij † proferatur, pro quo & præsentem legem induximus. Si enim in anteriori tempore, in quo larga temporis superest dilatio, & spes absenti relicta fuerit reuertendi, alterutra pars cessauerit: in sola expensarum datione & absolutione forsitan præstetur pœnalis sententia, non autem tunc mors [a] litis & condemnatio in absentem introducatur, quæ in his tantummodo casibus accidunt, in quibus triennij effluentis imminet formido. 6 ¶ Siue autẽ alterutra [b] parte absente, siue vtraque præsente lis fuerit decisa: omnes iudices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant ‖victum‖ in [c] expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis expensis litium iurauerit: non ignorantes, quòd, si hoc prætermiserint[d], ipsi de proprio huiusmodi pœnæ subiacebũt, & reddere eam parti læsæ coartabuntur. 7 ¶ Et hæc de alterutra parte litigantium contumaciter absente nobis statuere visum est, ad æquitatis rationem omnia corrigentibus. 8 ¶ Sin autem vtraque parte imminente, & litem peragere cupiente, iudex eam accipere noluerit: vel [e] propter amicitias, ‖vel inimicitias [f]‖ vel turpissimi lucri gratia, vel propter aliud quodpiam vitium, quod miserrimis animis huiusmodi iudicum innasci potest, litem ipse ausus fuerit protelare[g]: & propter hoc triennium fuerit transactum: iudex, si quidem in magistratu positus est, vel in maiori dignitate vsque ad illustratus gradum, decem [h] libras auri priuatis nostris largitionibus inferre per [i] scholam [i] Palatinam compelletur. Sin autem iudex minor fuerit trium librarum auri multa plectetur per eandem [k] scholam exigenda, & nostro ærario applicanda: & eo remouendo, alter iudex in locum eius subrogabitur [l] sub similis pœnæ formidine. his omnibus locum habẽtibus, cùm vnus iudex vnam causam ab initio peragit. Sin autẽ in medio ‖triennij,‖ vel morte[m] iudicis, vel alia irrecusabili occasione iudicium fuerit mutatum: tunc: si quidem ex triennio annale tempus, vel amplius residet, in quo alius iudex ‖ei‖ causæ imponitur: intra reliquum tempus causa finiatur. Sin autem minus, quàm annale sit: tunc omne, quod deest, repleatur, vt non in minore ‖quam‖ perfecti anni tempore litem possit subrogatus iudex tam discutere, quàm terminare. 9 ¶ Illo proculdubio obseruando: vt, si neq; per alterutrã litigantium partẽ, nec per iudicem steterit, quò minùs lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum: licentia detur iudici, & eos [n] duarũ librarũ auri pœna afficere per scholam Palatinam exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso videlicet iudice in sua sentẽtia hoc ipsum manifestate, quòd per patronos causarũ, vel fugientis, vel agẽtis, dilatio facta est, vel per omnes vel per quosdam ex his: necessitate aduocatis imponenda, ex quo litem peragendã susceperint, eam vsq; ad terminũ, (nisi lex, vel iusta [p] causa impediat) implere, ne ex eorum recusatione fiat causæ dilatio: honorariis [q] scilicet à cliẽtibus, qui dare possunt, disertissimis togatis omnimodo pręstandis: &, si cessauerint, per [r] executores negotiorum exigendis, ne per huiusmodi machinationem causæ merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronũ eligere maluerit. 10 ¶ Hæc autẽ omnia in his omnib. à nobis cauta sunt, quib. perfectæ ætatis cõstitutis arbitrium suum pro omnibus causis sufficit. 11 ¶ Sin verò causæ vel pupillorum, vel adultorum sint, vel aliorũ sub cura agentium, masculorũ, vel fœminarũ: vt per tutores, vel curatores, vel actores, vel eorum procuratores agãtur: & eorum desidia [s] triennium fuerit elapsum, & causa ceciderint: litẽ quidẽ nihilo [t] minus [u] suum habere vigorẽ: omnem autẽ iacturam, quæ ex hac causa oritur, ad tutores, & curatores, aut eorum fideiussores, hæredesq; & res [x] eorũ, & ad omnes quorum in hac causa legitimè interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis vel minoribus eorum substantia tunc [y] in id, in quo fuerint detrimentum perpessi, placuit in integrum restitutionis auxilium eis superesse. Dat. VI. Kal. April. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 539.

b Præsens reus interdum absenti condẽnatur. i. Interdum causa potior est absentis quàm præsentis. Absens per contumaciã, si bonã causam habuerit, nõ ideo minus vincit. *l. 73. ff. eod.*

c Nota pœnam absentis actoris. Quantũuis contingat secundũ eũ iudicari, non tamẽ reus ei cõdemnatur in expẽsis: quinimò, expensas factas à reo soluere tenetur. & ita hoc casu victor victo dãnatur: & viatica, sumptúsque litis exsoluit.

d in quam non incidit, qui culpa leui non dolo cõparuit: putà quia dum veniret ad iudicem passus est interea se à ludentib. detineri fortè nõ malè: quia animum iudicij contẽnendi nõ habuit. *Iafredus decis. 333.*

e Actor fugitiuus, i. absens & contumax.

f Absenti contumaci, nulla redintegrandæ sentẽtiæ per appellationem ratio est.

g Similis modus attẽditur in reo, quàm in actore.

h i. trina denũciatio, per quàm quis fit contumax *l. 8. C. quomodo & quando iudex.*

i Eremodiciũ, litis desertio §. 4. C. eo. l. ff. iudicatum solui.

k In eremodiciis agitur causa μονομερῶς.

l Absens indefensus (si malam causam habeat) prẽsenti condẽnandus.

m Vna est sententia, quæ executione destituitur.

n Sententia cõdemnatoria executioni mãdari debet in bonis cõdemnati.

o Demus res fugientis ac contumacis sitas esse extra territoriũ iudicis.

p Si id eueniat vt res victi extra territorium iudiciale sitæ sint, minor ad maiorem (idem dicendum in æquali) referre solet: ab eoq; petere, vt sententia executioni mandetur, v. quæ notaui ad *l. vlt. ff. de iurisdict. v. l. 15. §. 1. ff. de re iudic: l. 12 §. 1 ff. de reb. auctor. iud.* q Tertium excipe, opponẽtem de suo iure, ac de suis hypothecis agentẽ *v. l. 2. C. ne vxor pro marito.* r Victor in victi contumacis bonorum possessionem mitti solet. Latitantis bona possideri solẽt *l. 1. §. 2. ff. quib. ex caus. in poss.* s Priuatus possessione bonorum ex contumacia, ea nõ recuperat, oblatione fideiussoris & sumptuum. sed sola satisdatione. quid si in ipsam rem facta est executio? nunquàm auditur *v. Bald. hic.* t Litis desertio fit, tam ab actore quàm à reo. u i. sacra scripta *l. 11. §. 1. C. eo.* x Litigatoris absentia Dei & iudicis præsentia suppletur. y *l. 40. §. 1. ff. de pactis.* qui Græcis vno vocabulo ἐφέτης appellatur. vide ἐφεσιμὸν δικαστήριον Iudicium appellationis. z Verus contumax non appellat. Quid si appellauerit? Iudex appellationis de veritate cõtumaciæ cognoscet. † hodie anni *Nouell. 112. in f.* a Lis moritur, cùm legitimis tẽporibus transactis perit *l. 18. §. 4. ff. de dolo: l. 3. §. 1. ff. qui in fraud. l. 2 ff iudic. solui.* E cõtrario lis viuere dicitur *l. vlt. in fi. C. de fide instrum.* b μονομερῶς *§. 3. C. eo.* c Victus victori expensas debet *v. l. 4. C. de fructib. & lit. expens. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2.* d Iudex qui hoc casu nõ condẽnat victum in expẽsas, eatũnomine victori tenetur.

e vltra iudiciũ.

f vide *Harmen. initio operis: C. quatuor 11. distinct. 3.*

g Nota pœnam iudicis litem vltra bienniũ malitiosè protelãtis.

h In pœnis pecuniariis, grauiùs puniuntur potentiores: in corporalib. mitiùs *l. 4. §. ff. de incendio.*

i *§. 9. C. eo.* De schola palatinorum alibi dicã.

k i. palatinorũ de quibus alibi dicam.

l Qui subrogatur, iisdem conditionibus subrogati intelligitur, quę decessori propositæ erãt.

m *l. 60. ff. eo.*

n Nota pœnam aduocati, cuius mora fit quominus lis definiatur.

o *§. 8. C. eod.*

p *l. 8. ff. de procuratoribus.*

q Si propter salariũ non solutũ lis retardatur, officio iudicis pars soluere compellitur.

r Litigatores cogi possunt ad honorariũ aduocato præstandum.

s Cuia. 12. *obs. 21.* notat ex hoc paragrapho, Plus petitione tutoris & curatoris pupillis nõ noceri.

t hinc colligit Bald. Bona tutoris & curatoris ad litem, tacitè obligari.

u i. nullo modo *Cuia. ad l. 7. §. 2. ff. pro emptore. adde quæ scripsi ad l. 2. §. 1. ff. vi bonorum raptorũ.*

x Iudicij tẽpora minoribus currunt, regressu in tutores & curatores suos dato. Iis non soluẽdo existentibus, restitui possunt.

y In subsidium, minores possunt restitui in integrum.

De Iureiurando à iudice. 1. vel ab aduocatis præstando, etsi aduocatus iurare vel patrocinari noluerit.

14. Idem A Iuliano PF. P.

REm non [z] nouam neque insolitam aggredimur: sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cùm verò contempta [a] sit, non leue detrimẽtum causis inferentẽ. cui enim non est cognitum, antiquos [b] iudices non aliter iudicialem calculum [c] accepisse, nisi priùs sacramentum præstitissent, omnimodo sese cum veritate & legum obseruatione iudicium esse disposituros? Cùm igitur & viam non inusitatam inuenimus ambulandam: & anteriores leges nostræ, quæ de iuramentis positæ sunt, non minimam suæ vtilitatis experientiam litigantibus præbuerunt, & ideò ab omnibus meritò collaudantur: ad hãc in perpetuum valiturã legẽ peruenimus, per quam sancimus, *Omnes* [d] *iudices*, siue maiores, siue minores, qui in administrationib. positi sunt vel in hac regia ciuitate, vel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, siue eos, quibus nos audientiam committimus, vel qui à maioribus iudicibus dantur, vel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id est compromisso [e] (quod iudicium imitatur) causas dirimendas suscipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex auctoritate sententiarum, & partium consensu electi sunt, & generaliter omnes [f] omnino iudices Romani iuris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi priùs ante sedem iudicialem sacrosanctæ deponantur scripturæ, & hæ permaneant nõ solùm in principio litis, sed etiã in omnib. cognitionib. vsq; ad ipsum terminum, & diffinitiuæ sententię recitationẽ. Sic etenim attendẽtes ad sacrosanctas scripturas, & Dei præsentia cõsecrati, ex maiore præsidio lites diriment, sciturí, quod nõ [g] magis alios iudicãt, quàm ipsi iudicãtur: cùm etiã ipsis magis, quàm partib. terribile iudiciũ est. siquidẽ litigatores sub hominib. ipsi autem Deo inspectore [h] adhibito causas proferunt trutinãdas. Et hoc quidẽ iusiurandũ iudiciale omnib. notũ, & Romanis legib. optimũ à nobis accedat incrementũ, & ab omnib. iudicib. obseruandũ: & si prætereatur, contẽptoribus periculosum sit.---

In authen. de de defen. Ciuil. §. Iusiurandũ col. 3. tit. 2. Seu nou. 15. c. 1. & in authen. Iusiurandũ quod præst. ab his §. pe. col. c. ti. tit. 3. Seu in Iureiurando subiecto nouellæ.

HOdie iurant se facturos, secundum quod eis visum fuerit iustius & melius: exceptis defensoribus ciuitatum, qui iurant omnia secundum leges & intra se facturos.

z 7. *Synopsis Basilic. 6. cap. 14. & tit. 14. c. 16. adde l. 2. C. de iureiur. propter calum.* Accursius notat, Bulgarũ hîc derisum fuisse à suis auditoribus quod cũ nocte viduã duxisset, manè consequẽte, hanc legem cœpisset interpretari.

a Desuetæ leges, si optimæ, in vsum reuocandæ. b i. ante Caij Cęsaris tempora, qui sorte eligebantur, ij in singulis causis iusiurandũ præstabant *v. Asconiũ & Ciceronem.* c Calculus iudicialis est sentẽtia definitiua. d vt omnes iudices, quicũque tandem fuerint, ab ipsis litis primordiis vsq; ad sententiam, & in ipsa sententiæ recitatione, collocatis autem se sanctis Euãgeliis, iudicent *synopsis d. loco.* e Cõpromissa iudicia imitantur *l. 1. l. 32. §. 9. ff. de arbit.* f Iudices (qualescunque illi sint) iurant propositis sacrosanctis scripturis, se litem dirempturos cum veritate: iurant in leges. g Huc referri potest illud Senecæ, quidquid à vobis minor expauescit, hoc vobis maior dominus minatur. *adde Euangel. Luc. c. 6.* h Sic agendum cum homine quasi Deus videat: Sic cum Deo loquendum, quasi homines videant. *2. Paralip. 19. Epictet. Hesiod.*

vbi de Iustitia: Demosthen, orat. cōtra Aristogitonē, vbi de Iudicibus in se oculos desigentib. loquitur: Plautus Rudente, vbi de falsò iudicantibus. Phurnutus lib. περὶ τῆς θεῶν φύσεως *Pind. in olymp. Harmenopul. præfat. operis, adde ex anthologia Græcorū poetarum distichon Luciani.* a Vt vtriusq; partis aduocati in ipsa litis cōtestatione per sancta Euāgelia iurent, se in clientis sui causa, nullā operā nullumq; studium intermissuros: & causam bonā existimare, nec falsi patrocinij sibi cōscios esse. Quod si interim dum cognoscitur causa causam improbauerint, ab ea desistant: nec licentiam litigator habeat alterum patronum inuitandi. *synopsis Basili. eod. c. 14. adde §. 1. Inst. de pœna tem. litigantium.*

Finit auth. sequitur tex. l. C.

1 Patroni [a] autem causarum, qui vtrique parti suū præstantes auxilium ingrediuntur, cū lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionē obiectam, in qualicumque iudicio maiore vel minore, vel apud arbitros siue ex compromisso, siue aliter datos vel electos, sacrosanctis euangeliis tactis iuramentum præstent, quòd [c] omni quidem virtute sua omniq; ope, quod verū & iustum existimauerint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studij relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita: quòd improba sit, vel penitùs desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi sciētes prudentésque mala conscientia liti patrocinabuntur: sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent [d], ab huiusmodi communione sese penitus separantes. Hocq; subsecuto, nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius aduocati patrocinium conuolare: ne, melioribus [e] contēptis, improba aduocatio subrogetur. Sin autem pluribus patronis adhibitis & iuramento ab omnibus præstito, quidam ex his causa procedente patrocinandū esse crediderint, quidam recusauerint: exeant quidem recusantes, volentes autē remaneāt, causæ etenim terminus manifestare poterit qui timidiùs, quiq; audaciùs iudicium vel reliquerūt vel protulerūt: nec in hac parte litigatoribus dāda licentia alios pro recusantibus subrogare. Dat. 4. Kalen. April. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

Si contumax postea appareat, & de Impensis.

15. Idem A. Iuliano P.P.

SAncimus, omnes iudices, (siue in hac florentissima ciuitate siue in prouinciis) si quando absens persona citata postea apparuerit, nō aliter ei iudicialem aditum reuelare, sed omnem claudere ei iudiciorum copiam, nisi [f] priùs omnia damna restituat ex huiusmodi vitio aduersariis eius inflicta, siue circa ingressus litis, siue circa honoraria aduocatorum, vel alias causas, quæ in iudicio versantur: æstimatione iudicis † quantitate eorum definienda, postquam iuratum ab eo fuerit, qui fecit expensas: executoribus negociorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentib. scituris iudicibus nostris, ‖ & executoribus: ‖ quòd si hoc prætermiserint, ex sua substantia huiusmodi detrimentum læsis resarcire compellentur. Quod & in pedaneis iudicibus obseruari censemus, licet non citati sed requisiti litigatores mala conscientia abfuerint. Dat. X. Kal. Maij, Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

In authen. de Iudic. §. oportet col. 6. tit. 10. Seu. no. 82. c. 10.

POst iusiurandum delatum & præstitum non licet iudici amplius taxare. Sed & si hodie priùs iudex taxauerit, & ita secundum quantitatem à iudice taxatam iuratum fuerit: non habeat licentiam iudex minùs, quàm iuratum fuerit, condemnare. Sed si viderit iudex neutrum litigatorum subdi debere rationi sumptuum propter negotij varietatem: sua sententia hoc declaret.

De recusatione Iudicis & appellatione.

16. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

APertissimi [g] iuris est, licere litigatoribus iudices delegatos [h], antequam lis inchoetur, recusare [i]: cùm etiā ex generalibus formis [k] sublimissimæ tuæ sedis statutum sit, necessitatem imponi, iudice recusato, partibus ad eligēdos arbitros venire, & sub audientia eorum sua iura proponere. Licèt enim ex imperiali numine iudex delegatus est: tamē quia sine [l] suspicione omnes lites procedere nobis cordi est: liceat ei, qui suspectum [m] iudicē putat antequam lis inchoetur, eum recusare, vt ad alium curratur, libello [n] recusationis ei [o] porrecto: cùm post litem cōtestatam neque appellari [p] posse ante definitiuam sententiam iam statuerimus, neque recusari posse, ne [q] lites in infinitum extendantur: eodem [r] scilicet executore necessitatem [s] partibus per ordinarium iudicem & omne ciuile auxilium imponente, & arbitros eligere, & ad eos venire: & sic litē ap-

b *v. l. 1. in fin. j. de lit. contestat.*
c Patroni causarum iurant de fide perferenda & omni integritate *adde l. 2. §. de iureiurando propt. cal. §. 1. vers. vtriusque. Instit. de pœna temerè litig.*
d Quandocunque aduocatus dicit se læsā habere conscientiam ex litis improbitate, potest à patrocinio desistere *Baldus.*
e Meliorib. cōtemptis, ad improbos non est refugiendum.
f Reus è latibulis vel è fuga emergēs integris omnib. i. bonis non vēditis, nō recipitur aliter, quàm si omnia dāna actori restituerit, ac prætereà satisdederit iudicio sisti, tū de lite disceptatur plenissimè. Nam summaria cognitio rem non definiuit, litem non consumpsit. *Nouel. 53. c. 4. in fin. vbi vide Cuiac.*
† *Nou. 18.* hodie actor. *Noue. 82.*
g Potest iustè recusari iudex ante litis contestationem: si absque ratione quis & iniustè recusauerit, hoc est post cōtestationem litis, repelletur. *synopsis Basilic. 7. titul. 3. ex tit. 6. c. 2. adde l. 4. j. de iurisdict.*
h aliud in ordinariis. Vsus apud Gallos cōtrariū obtinet. Possunt enim ordinarij recusari, vitata tamen calumnia. id enim multa pecuniaria & honoraria puniri solet apud eosdē Gallos constitutione Frācisci I. & Caroli *9. v. Papō. 2. Not. 2. c. des procureurs, ibi, dixseptiesme.* i Potest iudex delegatus iustè recusari ante litis contestationem, postea non potest. Litem enim contestantes, iudicem adprobamus. *l. vltima, infrà de exceptionibus: vide Hartmannum 2. Pract. 1. obseruat. 11. vide. 7. Eclog. 3. folio 62. & ibidem, titul. 8. folio 86.* k *vide leg. 2. supra de offic. præf. præt. Or.* l *lege 47. D. eodem.*
m Iudex suspectus recusari potest. De exceptionibus recusatoriis aduersus iudices vide Oldendorpium *cap. 7. Enchiridij exceptionum* 1. Hartmannus tamen vnicam tantùm esse causam recusationis ait, quæ varias causas habeat *dicto loco obseruat. 9.* quod non probo. Quale est enim illud, vnica est causa ex variis causis insurgens. De refutatione iudicum, vide plura apud Cuiacium *9. obs. 23.* Hoc addidero, causas recusationis attendi vel ex persona solius iudicis, vel iudicis ac vnius litigatorum simul, vel ratione territorij, vel ratione causæ. de quibus v. Paponem 2. *Notar. in prin.*
n Iudex recusatur libello, *vt hic:* vel apud acta *l. vlt. j. eod.* libello recusationis vel actis inserta causa *l. 9. in f. prin. D. de liberali causa:* eaque legitima, non leui, v. Hartmannum *dicto loco obs.* 11. Specialiter etiam causas exprimi vsus obtinuit *cap. Suspicionis. cap. cum speciali, vt lite non contestata.* Quid si recusatus sententiam dixit? nulla erit, v. Oldendorpium *cap. 5. de sententiis & re iudic.* Hartmannum 1. *practic. 1. obs. 10.* o non vt de causis recusationis cognoscat, sed vt iudiciali munere abstineat. non enim ipse de causis recusationis cognoscit, legitimæ sint necne, sed arbiter v. Hartmānum 2. *obs. 1. obs. 13. adde l. vlt. j. eod.*

petere [t], quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod: & si ab imperiali maiestate iudex delegatus non sit, sed ab alio culmine: obtinere censemus. Dat. V. Kalen. Maij. Constantin. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De episcopo Iudici suspecto adiungendo.

Authent. ex Nouell. 86. cap. 2.

In authen. vt differentes Iudices audi. Interpellan. allegatio §. si verò contigerit col. 6. tit. 15. al. Colla. 9. tit. 10. Seu nou. 86. c. 2.

SI verò contigerit, aliquem subiectorum nostrorum in dubitationem habere iudicem: iubemus sanctißimum archiepiscopū vel episcopum locorum audire causam vna cum clarißimo iudice [u]: vt ambo aut per amicabilem [x] compositionem dissoluant, quæ dubia sunt, aut per annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicent inter litigantes: ne prouinciales recedentes à patria, ad longinqua trahantur examina. Si autem iudex episcopo parêre noluerit: principi scribat, qui de eo iudice sumet vindictam.

De militaribus hominibus.

17. Idem A. Ioanni PF. P.

CErti iuris est, quod concessa [y] est etiam militaribus hominibus iudicandi facultas. Quid enim obstaculi est, homines qui alicuius rei peritiam habent, de ea re iudicare? cùm sciamus, & militares magistratus, & omnes tales homines per vsum [z] quotidianum iam esse approbatos: vt & audiant lites, eásque dirimant, & pro sui [a] & legis scientia huiusmodi altercationibus finem imponant. Dat. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De recusatione iudicis.

18. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm specialis iudex siue ab augusta fortuna, siue à iudiciali culmine in aliqua prouincia, in qua incusatus degit, datus est: & vna pars suspectum [b] eum sibi esse dicit: ne fortè absente persona iudicis, & in alia ciuitate eiusdem prouinciæ commorante, compellatur longo itinere emenso recusationis libellum ei [c] incusatus offerre: sancimus, si quidem præsto est præses prouinciæ in illa ciuitate, vbi de ea re dubitatur, licere ei, qui suspectum sibi iudicem esse dicit, ipsum præsidem adire, & hoc facere in actis manifestum. Si autem nō est moderator prouinciæ in præfato loco: hæc eadem apud defensorem locorum vel duumviros municipales gestis [d] apud eos habitis & celebrare: & iudicē quidē eum recusare: illico [e] autē, ‖ id est ‖ intra triduū proximum sine vlla dilatione, compelli [f] arbitrū vel [g] arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex remoueatur, & alter nō eligatur: electione videlicet arbitri, si variatum [h] inter partes fuerit, simili modo vel præsidis prouinciæ, si adest, vel defensoris locorum, vel magistratuū municipij arbitrio dirimēda: & executore negotij, cui mādata est huiusmodi causæ examinatio [i], imminente: & statuta ab arbitris effectui mancipāte, nisi fuerit prouocatū [k], tunc enim ipse, qui iudicē antea dedit, qui suspectus visus est, appellatione trutinata, formam causæ imponat legitimam. Dat. Id. Nouemb. Lampadio & Oreste Conss. 530.

DE SPORTVLIS [l], ET SVMPTIBVS IN diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus litium.

Tit. II.

Vt exhibitus ab apparitore à quo traditus fuit obseruetur.

1. Impp. *Gratian. Valen. & Theod.* AAA. ad Potitum vicarium.

QVISQVIS fuerit exhibitus [m] vsq; ad negotij terminum ab eo apparitore, cui primùm traditus fuit, obseruari eum decernimus: si qua præsumptione fuerit hæc māsuetudinis nostræ

p *l. 4. j. de iurisdictio. v. l. vlt. j. de sentēt. & interloc.*
q Nota rationē quare ab interlocutoria non appellatur.
r In eo scilicet, *Hal.*
s Delegatus recusatus, potest per se vel per ordinarium immānere, vel eligantur arbitri.
t *al.* apparentes ab apparendo, vnde apparitores apparāte *al.* apparare. *id est,* ordinare.
u i. præside.
x Transactionis species est, arbitramentū, vt vocant.
y *l. 6. j. de iurisd. omn. iud. & §. de off. milit. iud.* Milites possunt esse iudices, ergo imperiti iuris munere iudicandi fungi possūt. dixi ad *l. 1. §. de adsessor: & l. 1. j. de postulādo,* adde Hotomanū *26. Illustr.*
z Peritia vsu comparatur.
a magis tamen ex legis consciētia quàm sua iudicare debet. legis conscientia, secūdū acta & probata *l. 13. §. 2. §. eo. l. 6. §. 1. D. de off. præs.* v. in hūc locū Hoto. *26. Illustr.*
b *dixi ad l. 16. §. eod.*
c Iudicis recusatio fit corā ipso iudice, qui recusatur: aut eo absente, corā iudice ad quē, aut eo absēte, corā municipiali. adde wurmserū 1. *obs. 1. obs. 16.*
d Suspectus iudex recusatur per libellū, vel apud acta. *adde Cuia. 9. obs. 23.*
e Fit ilicò quòd fit intra triduū. *v. l. 3. §. de errore aduocat.* De triduo vide Cuia. *c. 5. de præscript.*
f Oblata recusatione, coguntur litigatores optare arbitros. Huius generis arbitri, iuris arbitri dicūtur. quo loco notandum est, Tres casus in iure expressos quibus eliguntur iuris arbitri. Primus casus est *vt hic & c. sufficiens de officio delegat. c. cum speciale de appellat.* secundus, quoties ambigitur de reuocatione literarum *c. pastoralis.* Tertius *de quo. 9. quæst. 1. c. clericus. adde Gloss. in c. statutum de rescriptis: vide Scheuthiū 1. Conclusio. 49.* g In hoc differt ius ciuile à canonico, quo præcisè citra alternationē coguntur partes eligere arbitros *c. secūdo requirimus, c. cū speciali, de appellat. c. licet de foro cōpetenti.* h Si variatur inter partes de eligendo arbitro, iudex arbitrum dare potest *l. 17. § 6. ff. de arbitris.* i exactio *Hal.* ἐμβιβασμὸς *v. Cuia. c. 9. obser. 23. in fi.* k ad quem: si princeps vel prætor iudicē recusatum dedit, recusati loco arbiter datur: à cuius sententia, Princeps vel prætor, i. is qui dedit, appellabitur. potest enim ab arbitro appellari *l. 9. ff. qui satisd.* l i. salariis, quæ conuentus reus dat executoribus. Cur hæc salaria ita appellentur v. Budæum *ad l. si mulier, ff. de dona. int. vir.* Alciatum *3. dispunct.* 17. Cuiac. *hic l. 6. §. 1. ff. de decurionib. 7. synopsis Basilic. 4.* Ab iis præstandis fiscus est immunis (fiscus enim semper litigat gratis *Iulian. ad Nouell. 17. & 21.*) & episcopi *Noue. 123.* & personæ tenuiores *l. vlt. j. de fruct. & lit. expens. Nouell. 17.* m id est, ductus ad iudicium.

post-

posthabita præceptio: primiscrinio, qui iussa temerauerit[a], quinque librarum auri condemnatione multando. Dat.Kal.Iul.Mediolani, Ausonio & Olybrio Conss. 379.

a id est q. alius ἐκβιβαστὴν seu executorem dederit, ἐγ. οἱ. sis Basilic. 7. titul. 4. ια. περὶ ταξεωτῶν 17.

De his qui edicta perferunt in prouincias.

II[b].

QVi[c] sacra pergmatica aut edicta preferunt eorum qui[i] gesturi sunt magistratū ciuilem aut militarem quindecim[d] solos aureos ex prouincia referunto, & nihil amplius: quod si plus recipiant, quadruplum reddant, non valentes ad sui defensionem proponere, quòd à volentibus id quod amplius est, acceperunt. Sed huc vsque generalis est constitutio: postea verò propriam definit pœnam contra ducem Thebaidos ad quem rescripta est, & eos qui post hâc eundem adipiscentur magistratum, nisi à transgressoribus legis definitam exegerint pœnam.

b hæc constitutio ex Basilicis restituta à Cuia. 12.obs.22.
c Latina interpretatio.
d nota quantitatē sportularū. cū hac cōstitutione conuenit cōstitutio Attalarici apud Cassiodorum lib. 9.

De executoribus remouendis & puniendis.

3. Idem A. Iuliano P.P.

||OMnibus|| iudicibus licentiam præstamus, siue his quibus à nostro numine lites mandantur, illustrib. vel spectabilibus, vel clarissimis. vel togatis fori cuiuscūque præfecturæ, vel aliis quibúsque: vel his, qui ex nostris iudicibus delegandas lites accipiunt) executores[e] si cessauerint causas eis instructas offerre, & remouere[f] ab executione eos, & alios idoneos supponere, vel etiam multis afficere: si quidem illustres sint iudices, vsque[g] ad sex solidorum summam: sin autem alij, vsque ad tres tantummodo aureos: & ad iudices, quorum interest referre, quatenus militia exuti pœnas luant corporales. Nostris autem amplissimis iudicibus licentia sit & maiores pœnas, & corporales[h] maculas executoribus imponere, si malè fuerint circa lites versati: vt sciant, non esse causas à se deludendas, nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum. Dat.V.Kalen.Apr. Lampadio & Oreste Conss. 530.

e Duo executores singulis iudicibus attributi erant *v. Cuia. ad Nouel.82.*
f Executor, ob negligentiā, officio suo potest priuari.
g Multæ dicendæ ius vsque ad sex & tres solidos.
h Executor delinquens, in officio corporali multa puniri à maiore iudice potest.

De insinuatione de edendo. 1. De conditione Iudicio sisti. De solatio ob editionem accipiendo.

4.[i] Imp. *Iustinianus.* *

IS[k] cui commissæ sunt publicæ aut priuatæ commoditates (sententiæ aut iussiones fortè hoc loco) à principe vel aliquo illustrissimorum magistratuum, conueniat quidem reum, & priusquam insinuet illi huiusmodi iussiones. (Interdum enim oportet eas ignorari) neque consuetas sportulas accipiat ab ipso, neque exigat ipsum, nisi exemplum diuinæ aut maximæ iussionis ediderit ipse, ex qua commonuit ipsum. Si verò alterius cuiuspiam magistratus publicam aut priuatam præceptionem habet aut præsides eius loci, ne exigat conuentum, neque consueta accipiat, nisi insinuauerit priùs præsidi prouinciæ, vt inde possunt assumere exemplum, hi qui conuenti sunt, & libellus eis edatur, aut inscriptio, in criminalibus. Si verò non obseruatis his conuentionem obtulerit, aut consueta exegerit executor, liceat conuento repellere eum. Neque verò prætextu fideiussionum sine causa damno adficiantur prouinciales ab exactoribus, vel pro constitutione procuratoris. sed si quidem immobilem possessionem habent, iuratoriam emittant scripturam, si verò non habent, fideiussorem vsque ad quinquaginta auri libras præstent indemnitatis gratia: controuersia autem orta de persona fideiussoris vel de tenore iuratoriæ cautionis, apud episcopum ciuitatis & & patrem & ecdicum seu defensorem, ea dirimatur. necessitatem habente exactore accipere idoneum ab illis iudicatum fideiussorem, aut cautionem acceptam. Si verò ex diuina iussione aut maxima præceptione moneatur omnimodo ipsam personam abducere, nec ipsam fideiussori credere, tunc liceat ipsi non accipere fideiussorem, sed ducere personam sine damno & cum omni moderatione. Deo verò amabilis locorum episcopus, si permiserit conculcari legem aut non minatus fuerit aduersus transgressorem, & Dei offensionem incurrat, & imperialem experietur animi motum. Similiter verò & præses prouinciæ si negligat legem, & carebit magistratu & publicatus in perpetuum relegabitur. Ne accipiant autem exactores qui edunt libellos aut inscriptiones & conuentiones aut instrumenta, vltra quam sequente constitutione permissum est solatij loco, aut, si transgressi fuerint subiaceant eius pœnis. V. * * * Datum Kalendis Iunij C P. DN. Iustiniano perp. A. III. Conss. *

i Hanc legem ex basilicis restituit Cuiacius 12. obs.22.
k Latina interpretatio.

DE PEDANEIS[l] IVDICIBVS.

Tit. III.

De procuratore Cæsaris.

1. Imp. *Gordianus* A. Vicaniis.

l Ij quasi plano pede aut stantes iudicabant, non pro tribunali aut sedentes: imò collatitio aut fortuito scāno vel cespite. *Noue.71.81.* & à Græcis χαμαιδικασταὶ dicuntur & διαιτηταὶ κληρωτοὶ *v. Nouell. 82. & ibid. Cuia.* Pedaneis singulæ causę cognoscendæ à magistratibus delegabantur, cognitionem habuerunt non iurisdictionem *l.vlt.§. vbi & apud quē cognit.restit.* humiliores causas disceptabant *l. vlt.j.eod.*

PROCVRATORI nostro non[m] vice præsidis agenti, dandi iudices inter priuatas personas non competere facultatem, manifestum est. & ideò si (vt allegastis) inter priuatas personas is, cuius meministis, arbitros dandos putauit: sententia ab eis prolata, nullo[n] iure subsistit. P.P. Kalen. Feb. Attico & Prætextato Conss. 243.

m *v. l.23. §.1.ff. de appellationib.*
n Sententia eius qui delegatus est ab incompetenti iudice, ipso iure nulla est *facit l. vlt. an f.ff.de iurid.*

In quibus causis possunt Præsides iudices dare.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Vicariis.

PLacet nobis, præsides de his causis, in quibus, quòd ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant, notionis suæ examen adhibere. ita tamen: vt, si vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, iudices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi conuenit, vt in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudices licentia eis permissa credatur. quod vsque adeò in præsidum cognitione retinendum est, vt eorum iudicia non deminuta videantur dum tamen & de ingenuitate[o], super qua poterant[p] etiam antè[q] cognoscere, & de libertinitate præsides ipsi diiudicent[r]. Dat. 15.Kal. Aug. CC.Conss. 294.

o *adde l.23.§.7. ff.de arbit.*
p *l.2.j.de libertis: l.6.j.de reb. cred.*
q *vide Plinium lib. 10. epistolar. ad Traianum.*
r non pedanei. vt hinc possis colligere, Pedaneos iudices humiliorum litiū esse iudices *l.vl. j.eod. vide tamen l.6.j.de reb.credi. l.2.j.de libertis & eorum liberis.*

Vt Iudex datus cognoscat non ad Iudicium presidiale remittat. De appellatione.

3. Exemplum sacrarum literarum eorumdem AA. & CC. ad Serapionem.

PLacet, vt iudicibus (si quos grauitas tua disceptatores dederit) insinues vt delegata sibi negotia latâ sententiâ terminent: nec[s] in his causis, in quibus pronunciare debent, & possunt, facultatem sibi patere remittendi ad iudicium præsidale cognoscant: maximè cùm, & si iudicatio alicui litigatorum parti iniusta videatur, interponendæ prouocationis potestas à sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. Dat. VIII.Kale.April. Antiochiæ, CC.Conss. 294.

s Delegati causas sibi delegatas debent iudicare, nec eas ad delegantem remittere.

De iure subrogando.

4. Iidem AA. & CC. Firmino.

PLacuit, quoties pedanei iudices dati, post litem contestatam vel ad aliud iudicium necessariò[t]. diriguntur, vel publicæ vtilitatis ratione in alias prouincias proficiscuntur, vel diem[u] obierunt, atque his rationibus negotiis cœptis finis non potuit adhiberi, alium in locum eorum iudicem tribui, qui negotium examinet, ne huiusmodi casibus interuenientibus, impedimentum aliquod in persequendis litibus afferatur. Dat.X.Kal. Tiberio & Maximo Conss. 765.

t Reuocatione delegati non finitur instantia.
u Morte delegati, delegatio non finitur, sed ex eisdem actis per subrogatum iudicatur.

In quibus causis præsides possunt iudices dare.

5. Imp. *Iulianus* A. Secundo præfecto.præt.

QVædam sunt negotia, in quibus superfluum est, moderatorem expectare prouinciæ: ideoq; pedaneos iudices (hoc est, qui[x] negotia humiliora[y] disceptant) constituendi damus præsidibus potestatem. Dat. V.Kalen. August. Antiochiæ, Mamertino & Neuita Conss. 362.

x *facit. l.2. inf. §.eod.*
y putà 300. aureorum. eaque Iustinianus vult eos disceptare ἐν σχήματι παρασημειώσεως. παρασημείωσις, comprehendit præcipua capita eorum quę dicuntur ὡς ἐν συνόψει ἢ δι' ὀλίγων. nec cognoscunt plene cognitionaliter, actis accuratè diligēterque confectis, sed per annotationem tantùm *v. Nou. 82. & Cuia. ibid.*

Constitutio Græca Zenonis de pedaneis iudicibus qua certum numerum pedaneorum iudicum introducebat, quos diætetas vocabat, i. (vt Latino vocabulo exprimam) arbitros. Sed non valde deploranda est eius iactura, vt quam Iustinianus in vniuersum sustulerit, aliis duodecim pedaneis iudicibus in Zenonianorum locum institutis. Nouell.82.de iudicibus.§. veterem. Antonius Contius.

QVI PRO SVA IVRISDICTIONE iudices dare, daríve[z] possunt.

Tit. IIII.

1. Impp. *Theodosius & Valentinianus* AA. Cyro præfecto prætorio.

IN causarum delegationibus illud consultissimè præcipimus obseruari, vt ita valeant, si[a] ab iurisdictionem pertineant delegantis. Quòd si quis quis alienæ iurisdidictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum patientiam[b] accommodare censemus. Et si contra leges obtemperauerit deleganti: omnia quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro[c] infectis haberi præcipimus, ac si ipsi, qui delegauerant, alienæ iurisdictionis iudices resedissent: vt ne[d] appellandi quidem necessitas victis aduersus eas sententias imponatur. ||Hæc teneant,|| nisi iudices à[e] nobis specialiter delegātibus dati, aliis causas delegauerint iudicandas. nam his delegantibus, nullo personarum causa-

z Infamis potestne iudex dari? nō potest. pōt tamen esse arbiter. v. wurmserū 1.pract. 1.obs.14.
a Delegare quis ea tātùm potest quę in sua iurisdictione habet.
b parientiam *Cuia.1.obs.6.* Parientiam accomodare, est obtemperare. & ita locutus est Cassiodorus 7. formularū, parientiam commodate. & Gellius 1.c.13. culpa imparientiæ.
c Delegatio facta ab incompetenti iudice, est ipso iure nulla.
d & meritò. appellationes, enim remedia sunt aduersus iniustam sentētiam. Sententia nulla, nō est sententia.
e Delegati à principe possunt subdelegare *v. l.5. §. de iudicijs.*

a *Cod.Theodoſ.eod.lib.2.vide 1. Harmenop.4.§.2.3.ſynopſis Baſilic.7. tit.3.c.32.l. 10.ff. de iuriſdi.l.13.ff.quod met.l. penult.ff.de arbitru: l.17.ff.de iudiciis: l.1.§.2.ff.quod legat.* vel ſuorum *l.5.ff.de iniuriis: v.Oldendorp c.6.de ſentent. & re iud.* Ecquid igitur conſilij dabitur ſubditis aut ciuibus litigantib. aduerſus dominum, rempublicam, principem, regem, imperatorem? vtique, poteſt qui ſuperiorẽ nõ recognoſcit, ius ſibi dicere *l. 41. D. de heredib. inſtit. Bart.hic:num.1. Rollan.à Valle 1. conſi 29.nu* 21.In Germania, Princeps imperij, ſubditũ conuenire debet in camera imperiali, non coram ſuis conſiliariis: & è contrario, in eadem camera à ſuis ſubditis cõueniri poteſt, niſi probauerit hoc ius vel conſuetudine vel vſu ſe habere vt coram ſuis conſiliariis conueniri debeat *Mynſing.5. obſ.*1.Iure Gallico, rex ſibi ius nõ dicit, ſed ei dicitur à Parlamentis. & ita interdum cauſa cadit. Indulgentiæ nonnunquã ab eo indultæ reiiciuntur: qua in re tãtum abeſt, vt quidquã eius maieſtati detrahatur, vt eo nomine ſecuriorem eam faciat *vi. Papon.2. Notar. c. diuiſion de l'ordre de plaider. fol.23.* Reliqui nobiles aduerſus ſuos vaſallos litigant in ſuo auditorio per procuratorẽ. Volunt etiam interpretes, quẽlibet poſſe ſibi ius dicere in defectum iudicis *l. 54.j. de decurionib.l. 10. §.16.ff. quæ in fraud.* v. Hartmannũ. *2. pract.1.obſ.*1.Demus re ipſa in ipſo iuris loco iniuriam illatã iudici, poteſtne in ſua cauſa ius ſibi dicere? poſſe putant eo caſu. aliàs reus ad alios iudices remittendus. de quibus *v.Papon. 2.Notar.c. diuiſiõ de l'ordre de plaider.fol.23.*

b vel teſtimonium præbeat *l. 9.j.de teſtib.* vide ad hanc legem Socinũ *reg. 195.*

c *l. vnica Cod. Theodoſ.eod.*

rúmve habito tractatu, appellationum ad eos iure iudicia remeabunt. Dat.XIII. Kalend.Ianuar.Valentiniano A.& Anatolio Coſſ.440.

NE QVIS IN SVA[a] CAVSA IVDIcet, vel ius ſibi dicat[b].

Tit. V.

Nemo eſt iudex in propria cauſa.Bald.

1.Imppp.*Valens, Gratianus, & Valentinianus* AAA. ad Gracchum præfectum vrbi.

GEneRALI[c] lege decernimus, neminem ſibi eſſe iudicem, vel ius ſibi[d] dicere debere. in re enim propria iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ. Dat. Kalend. Decembr. Valente VI.& Valentiniano II.AA.Coſſ.378.

QVI LEGITIMAM PERSONAM ||ſtandi|| in iudiciis habeant, vel non.

Tit. VI.

De pupillo.

1. Imp.*Gordianus* A.Candidæ.

SI, cùm eſſes pupillaris[e] ætatis, ſine tutoris auctoritate cum aduerſario tuo conſiſtens, præſes prouinciæ aduerſus te pronuntiauerit: minimè auctoritate iudicati nititur, quod ſtatutum eſt. Dat.Iuid.Decemb.Gordiano A.& Auiola Conſſ.240.

De pupillo & adulto.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus*.AA. & CC.Gemachæ.

IN rebus, quæ priuati iudicij quæſtionem habent, ſicut pupillus tutore auctore & agere[f] & conueniri poteſt, ita adultus curatore conſentiente litem & intendere & excipere debet.Dat.IX.Kal.Ian.CC.Coſſ.294.

De momentanea poſſeſſione.

3. Impp.*Honorius & Theodoſius* AA.Iuliano proconſuli Africæ.

MOmentaneę[g] poſſeſſionis[h] actio exerceri poteſt per quamcunque[i] perſonam. Sub colore autem adipiſcendæ poſſeſſionis obreptitia[k] petitio[l] alteri obeſſe non debet, maximè cùm abſque conuentione perſonæ legitimæ initiatum iurgium[m] videatur. Nihil autem opitulatur conuentio[n] circa minorem habita, cùm id[o] rectiùs circa[p] curatorem debuerit cuſtodiri.D.II.Non.Mart.Rauennæ, Conſtantio & Conſtantino Conſſ.339.

VT NEMO INVITVS AGERE[q] vel accuſare cogatur.

Tit. VII.

1. Imp.*Dioclet.* A. Camerio.

d *l.vlt.j.vbi ſenatores*: atqui filius patris poteſt eſſe iudex *l. 77.D.de iudiciis.*

e Sententia lata cõtra pupillũ indefenſum ipſo iure non tenet *l.6.§.5.ff. de cõfeſſis.*

f aliàs, ſi pupillus aut minor verſatur in iudicio ſine authoritate tutoris aut curatoris, poterit excipi aduerſus eius perſonam. v. Oldendorpium *cap.12. Enchyridij exceptionum*, vbi tractat de exceptionibus aduerſus actorem.

g momentariæ *Hal.*momenti actio *l.vlt.4.Cod.Theodoſ.vnde vi.21.* Cur ita dicitur? *v.l.8.j.vnde vi: his adde l.1.in fi.j.ſi per vim.* h aliud in cauſa proprietatis. Cur tam variè? fauetur poſſeſſioni. i His verbis includũtur etiam inhabiles perſonæ *Bald.* & ita minor, legitimam perſonam ſtandi in iudicio habet in cauſa momentariæ poſſeſſionis. At fortè id locum habet ſi de recuperanda vel retinenda tantum, non de adipiſcenda poſſeſſione egerit? Accurſius ita putat. Cuius opinionem Imbertus non exiſtimat receptam eſſe in parlamentis Galliæ. *Imbert. in Enchirid.in verbo, vn mineur n'eſt point releué.* k Puto id his obſcuris & malè contextis verbis innui, Nõ ſi aduerſus minorem, abſente eius tutore, adipiſci poſſeſſionem poſſumus, continuò nobis licebit proprietatis quæſtionem ei mouere. Nam ſi ſummo iure aut exactiùs rem totam volueris conſiderare, reperies cauſam etiam poſſeſſionis aduerſus illegitimam perſonam à te motam fuiſſe. putà aduerſus minorem indefenſum. Nihil igitur proderit ita argumentari. Poſſeſſionem aduerſus minorem tutore deſtitutum potuiſti adipiſci: ergo & proprietatem. Nam vtcumque poſſeſſionis cauſa momentaria ſit, nec dilationem requirat, eiúſque fauor id elicere videtur, vt tibi liceat aduerſus minorem ſine tutore agere: rectius tamen eam minori mouiſſes, præſente curatore. l i.proprietatis actio.*Cuia.hic.* m poſſeſſionis. ſcilicet. n i.adeptio poſſeſſionis. o interdictũ de poſſeſſione motũ. p i.adhibito, vocato, præſente minoris curatore. q Inuitus nemo ciuiliter vel criminaliter agere cogitur. *ſynopſis Baſil. 7.tit.18.ex tit.19.c.4.* r v.quę de inuito ſcripſi *ad l.69.l.156.ff.de reg.iur.* ſ *l.4.j. de vſuris pupillarib.l.20.j.de pignorib. & hypot.l.5.in f.ff.de doli except.* agere tamẽ cogimur in caſu legis *11.j.mandati.l.2.j.vbi tutor.l.18.l.24.j de admin.tut.l.2.j.de his quib.vt indig.* *l.10.j.de legit.heredib.l.5.j.de ingenuis: & Nou 112.c.3.l.8.D.de negotiis.* t *l.19.ff.de accuſationib.* u *adde 7.l.b. 9.j.adde 2.Decret.12.* de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. x ſic lege, Præſidis prouinciæ delegatũ, ruptumq; eſſe teſtamentũ &c. Huius lectionis rationẽ mox reddam. y Agnatione poſthumi teſtamentum rũpitur *l.1.ff.de iniuſto.* z Cuius? ne dicas pręſidis. ad eum enim pertinet cognitio cauſarum liberaliũ *v.l.5.j.de ordine cognitionum*: q hîc negatur. Si dixeris delegati pręſidis, nulla eius facta eſt in editiõe vulgari mentio. & tamen ad eũ hęc tota lex pertinet. Itaque fruſtra non video ſuperius emendaſſe, *præſidis prouinciæ delegatum.* Sit hic ſenſus, Cùm actor de hereditate apud pedaneum ageret, ei ſtatus controuerſia à reo mota eſt. Reus eadẽ opera cauſam vtpote liberalẽ & ſtatus remitti ad præſidem poſtulat, negans pedaneũ iudicẽ de ſtatus cauſa poſſe cognoſcere: Quid iuris? reſpondẽt imperatóres ad eundum ipſum delegatum: cauſam rupti apud eum agendã: ſtatus quæſtionem incidentẽ ab eo ſummariè examinandã: nõ vt de ea apertè pnunciet, ſed ſi fortè repererit rei intentionẽ non probari, hereditatẽ actori (cuius agnatione teſtamentum defuncti ruptum eſſe pbatur) reſtitui à reo iubeat.

INVITVS[r] agere[ſ] vel accuſare[t] nemo cogatur. Datum Id.Octobris, Carino II.& Numeriano Conſſ.282.

DE ORDINE[u] IVDICIORVM.

Tit. VIII.

Si teſtamentum ruptum dicatur & de cauſa ſtatus.

1. Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Marcellinæ & aliis.

ADITE præſidem[x] prouinciæ, & ruptum eſſe teſtamentum Fabij Præſentis agnatione[y] filij docete. neque enim impedit notionem eius[z]: quòd[a] ſtatus quæſtio in cognitionem vertitur, etſi ſuper ſtatus cauſa cognoſcere non poſſit[b] pertinet enim ad officium iudicis[c], qui de hereditate cognoſcit, vniuerſam[d] incidentem[e] quæſtionem, quæ in iudicium deuocatur, examinare[f]: quoniam non de ea, ſed de hereditate pronunciat. Dat.XIII.Kalend.Decemb. Geta & Plautiano Conſſ.204.

De quæſtione generis & familiæ erciſcundæ.

2. Imp. *Antoninus* A.Magnillæ.

SI quæſtio tibi generis ab his, quos fratres patrueles[g] eſſe dicis, non fiat: adito præſide ||prouinciæ,|| & accepto familiæ erciſcundæ iudicio[h], experire. Quod ſi de ea re[i] quæſtio erit: priùs[k] de natiuitatis[l] veritate ſecundum iuris formam quæri, idem vir clariſſimus curæ habebit. PP. X.Kalend.Aug.Antonino A.IIII.& Balbino Coſſ.214.

De cauſa ciuili & criminali.

3.Impp.*Valerianus & Gallienus* AA. Demetrio.

CVm ciuili diſceptationi principaliter motæ quæſtio criminis incidit, vel crimini prius inſtituto ciuilis cauſa adiungitur: poteſt[m] iudex eodem tempore vtramque[n] diſceptationem ſua ſententia dirimere. PP. Nonas* Gal.A. V.& Fauſtino Conſſ.263.

Priùs de criminali eſt pronunciandum, quàm de ciuili cauſa cognoſcatur.Bald.

4. Imp.*Conſtantinus* A.ad Calphurnium.

QVoniam, ciuili diſceptatione intermiſſa, ſæpe[o] fit, vt priùs de crimine iudicetur: quod, vtpote maius[p], meritò minori præfertur: ex quo criminalis quæſtio quocumque modo ceſſauerit, oportet ciuilem cauſam velut ex integro in iudicium deductam diſtingui: vt finis criminalis negotij ex eo die, quo inter partes fuerit lata ſententia, initium ciuili quæſtioni tribuat. Dat. Id. Mart. Nepotiano & Facundo Conſſ.336.

DE[q] LITIS CONTESTATIONE[r],

Tit. IX.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Valenti.

RES in iudicium deducta non[ſ] videtur, ſi tantùm poſtulatio[t] ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita[u]. Inter[x] litem enim conteſtatam & editam actionẽ per-

a Ratio dubitãdi hinc ſumitur.
b Malè hæc verba retulerũt interpretes ad prędidem *v. l. 5.j.de ordine cognit. v. Hot.5.obſ.17.*
c i.delegati.
d i.qualemcumque etiã ſtatus *vt hîc.*
e Incidens quęſtio ea eſt, quæ extra formulam prioris actionis exoritur *l.1.§. de off. rect. prouinc.*
f decidendi ratio.
g Fratres patrueles ſunt, ex duobus fratribus geniti *l.1.§.6.ff. de gradib.*
h iudice.
i i. de genere, natiuitate, origine, ſtirpe. k Status quæſtio, ante hereditatis quæſtionem decidenda *j. de ordine cogni.*
l i. generis *§.eod.* m Iudex datus, de cauſa criminali incidenter poteſt cognoſcere. ſed certè pręſtat vt verbo, *Iudex*, intelligam magiſtratum *vi.l.1.§. de off.rector.prouin. & l. 11.j.de falſis: l.31.ff.de falſis.* n In arbitrio iudicis eſt cumulare ciuilem & criminalẽ quæſtionem, vt ex Symmachi epiſtolis didicimus. In quibuſdam cauſis etiã iubetur ciuilem anteponere criminali *l.26.j.de adult.l. 8.j.ad l.Fab.l.2.Cod. Theodoſ.ad leg. Cornel. de falſis.* o Hæc verba regulam hîc adferri oſtendunt. Nam regulæ iuris, ex his quæ ſæpius fiunt, conſtituuntur. Aliud eſt autem, Sæpe fieri, aliud Semper. Nec enim ſemper criminalis actio præfertur ciuili *v. Cuiac. 20.obſ.25.* p Maius minori præfertur. q vide quædam ad hunc locum apud Socinum regula 239.240.241.242.243. r *2. Decret.5.2.Sext.3.v.Cuiac.9.obſ.21. vide Feſtũ in Conteſtari.* De effectibus litis conteſtatæ, v.Rebuffum *to.4.fol.315.* & Hot.*3.obſeru. 28.* wurmſerum *1.pract.13.* adde vtilem in hunc titulum quæſtionem ex Gayllo *1.obſ. 75.ad fin.78.* ſ Litem cõteſtandi animus non præſumitur c.1.extr.eod.vide tamẽ Socinum *regula 241.*
t Simplex poſtulatio non facit litis conteſtationem.
u Lite conteſtata, poſſuntne teſtes admitti? non poſſunt. vide tamen Socinum *regula.242.* x Editio litem futuram demonſtrat *l.3.§.de edendo.* Conteſtatio eius initium. Plus eſt litem initium iam habere, quàm futuram eſſe. Edita reo actione extra iudicium, idem in ius vocatur: mox editur ei coram iudice actio. ſi negat, lis cõteſtata dicitur, v.Cuia.*d.loco* adde: ſi reus vincendo tacuerit, neq; refutauerit iudicẽ, tunc fit litis conteſtatio *Nouell. 53.cap.3 §.2.* Sed Vigelius *in ſuo de litis conteſtatione libello.* Litem conteſtatam eſſe putat, tunc cum acta iudici referuntur iam iam dicturo ſententiam. Galli. *lors que le proces eſt inſtruit & preſt à iuger.* vel conſtitutionem ſtatus cauſæ. Gloſſæ lites conteſtatæ αἱ ἀρχὴν λαβοῦσαι ἐν δικαστηρίῳ δίκαι ἐξ ἀντικαθισθέντων

multum

a Narratio constat petitione actoris & rei responsione *l.2.ǯ.de iureiurādo: propter calumniam cap. vnico de litis contestation.* contradictione *l.14.§.1.ǯ.de iudiciis*: i. negatione. Quintilianus *3. Instit.* 7. si negat reus, faciet statum qui negat. Quid si reus fateatur & distinguendo respondeat? Vigelius *dicto loco*, putat litem nondum contestatam, nisi actor aliquid respondeat. Illud singulare est ex Rodolpho Agricola 2. *de inuentione 12.*

multùm interest. Lis enim tunc contestata videtur, cùm iudex per narrationem[a] negocij[b] causam[c] audire[d] cœperit. Dat. Kal. Septemb. Seuero III. & Antonino. AA. Conss. 201.

In authen. de exhib. & Introdu. reis §. Sancimus col. 5. tit. 8. al. 9. seu nou. 53. cap. 3.

Offeratur[e] ei[f], qui vocatur ad iudicium[g] libellus: & exinde præbitis sportulis[h], & data fideiussione[i], viginti[k] dierum gaudeat induciis: quibus deliberet[l], cedatne an contendat: aut iudicine alium adsociari[m] petat, vel recuset eum: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato iam petierit[n]. Denique præsens interrogetur[o], an[p] hoc tempus litis transierit, quod non modò ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione[q] manifestetur: quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita, pro nihilo[r] habenda est.

In authen. de executoribus §. 1. coll. 7. tit. 8. al. 2. Seu no. 96. cap. 1.

Libellum verò non aliàs actor dirigat, nisi prius & in ipsum, quem dixi obnoxium, & in negotij executorem[s] exponat cautionem, se scilicet vel intra[t] duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei, qui conuenitur, contingens restituturum in duplum, cautione tamen non transcendente triginta sex aureos.

DE[u] PLVS PETITIONIBVS[x].

Tit. x.

1.[y] Imp. *Zeno* *

OMNIS actor[z] siue masculus siue fœmina ante definitam dilationem debiti agens & per hoc reum damno adficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam vsurā in medio accipiens, quantum ipse præuenire definitum solutioni diem conatus est. & hoc verò tempore elapso, non aliter agat, quàm si impendia primæ instantiæ circa litis præmonitionem facta, aduersario soluat. Si verò tutores aut curatores tēpore aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, vt qui sub aliorū tutela & cura sint, sed ipsi tutores & curatores agnoscant sibi inde contingens damnum. Qui verò hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ aut curæ exigunt, & qui cōtra minores aut maiores de negotiis gestis (seu de gesta) intendunt, aut deposita ab aliis data exigunt, vt eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui iustam habeant ignorantiæ causam. Tunc verò is qui plus petit, damnificetur, quando manifestè conuictus fuerit per auaritiam delinquere. Si verò quis minus quàm re vera sit, taxauerit suam litem, nec ad hoc respiciat iudex, sed in verā quātitatem calculum ferat.

2. Iustinianus A. *

ZEnonis Diuæ memoriæ vestigiis insistentes, præsenti lege decernimus: vt quicumque ante tempus debitum exegerit, tanto[b] tempore vltra constitutum tempus manifesta plus petitione sine vsurarum acceptione expectet. nec tunc agere antè potest, quàm omnia damna parti diuersæ restituat. tutores vel curatores talia perpetrantes, ipsi damnabuntur. exceptis his, qui res hereditarias petunt, aut rationes tutelæ vel curæ, siue negotiorum gestorum agunt contra minores, seu maiores, vel qui depositum repetunt, quasi ex successione. 1 ¶ Qui autem minus[c] petit in iudicio, in nullo læditur. 2 ¶ Si quis verò maiorem, quàm sibi debetur, quantitatem in libello conuentionis inserue-

Quamdiu cōsentanea dicuntur, certum est, quæstionem esse nō posse: vbi cœperint resistere, ita vt alter nō progredi longius alterum patiatur, quæstio erit. Plura vide apud Vigelium *ibidem*.
b vtriusque litigatoris.
c casum *Hal.* i. id in quo lis atque causa versatur.
d i. nosse; & is quidem scopus est litis contestationis, vt iudex statum causę cognoscat, atq; ita iudicet. Forma cōtestationis in petitione & responsione versatur: materia, controuersia ipsa: origo prima, ius naturale: secūda, ius Romanū. vide Oldendorpium *in præfationib. classium. cap. de litis contestatione.* Potestne iudicari sine litis contestatione? Rolādus à Valle ait, idque in causis summariis 1. *consil. 71. num. 35. 36.* Sic sentio, Vel voce vel scripto petitionem concipiendā. in causis quę dilationem non requirunt, non expectata respōsione vberiore partis, secūdum actorē iudicari, & tamen causæ vberiorem cognitionem, in aliud tempus reiici. Re ita constituta, iudices nunquam iudicare posse, quin lis sit reipsa cōtestata, aut pro contestata habeatur: quod accidit in contumace, quem pro cōfesso habemus.
e Libellus est ne necessarius in omnibus causis? nō est. potest enim sine scripto procedi, presertim in causis summariis *Roland. d. loco, nu. 37. 38.* adde alias exceptiones ex Socino *regula 235.* Requiritur tamen in omni iudicio saltem verbalis petitio. Alterutra tam est necessaria in iudiciis, vt nullo modo possit remitti consensu partium. Quid si remissa sit? iudicium cessat, nec vllo petente, nullo contradicente sententia ferri potest.
f aut ei qui vocatus defenditur. g aut ad arbitrium *Bald.* h de quibus *v. s. de sportulis.* i Reus cauere tenetur iudicio sisti. nec tamen ea satisdatione in iudicem consentit: est enim necessaria, quæ cōsensum non inducit *Bald hic.* k in causis ciuilibus: in criminalibus aliud tempus datur *l. 2. ǯ. de exibend. reis.* quid, ea dilatio potestne à iudice minui? non potest. datur enim à lege. si minueretur, contra ius diceretur sententia *s. si contra ius.* Potest autem ea dilatio minui, quæ ab officio iudicis dependet. l Reo datur terminus ad deliberandum. m Nota formam agendi, Peto non procedi sine iudice adsociato. Lex non associat, nisi petatur. *Bald.* n Qui aliquem iudicem petit, eum posteà recusare non potest. o De lapsu termini potest constare partis confessione. p Iudex, de lite non cognoscit intra tēpus dilationis datū reo. q Confiteri intelligitur etiam is, qui subscripsit. Possumus quoque hæc verba referre ab subscriptionem actuarij. r Forma requisita omissa, actus fit nullus. Inualida contestatio, nihil operatur: *Wurmserus 1. pract. 13. obser. 2.*
s Per publicum officialem alteri quæritur actio in eo, quod pertinet ad eius officium. t Intra duos menses lites contestandæ. u Qui plus petebant, olim causa cadebant. *Cicero 1. de oratore & pro Roscio Commœdo.* Idem *pro Roscio Amerino* Hic tu si amplius HS. nummo petiisti, quàm tibi debitum esset, causam perdidisti. Sueton. *in Claudio 14.* His qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones *Paulus 3. sent. vlt.* Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculū plus petendi, officio iudicis omnibus æstimatis quarta faciēda est, quę apud hæredem remaneat. Idem *2. sent. 5.* si totum petit, plus petendo causa cadet. Hoc etiā plus petitionis periculum à Maioriano in Nouellis perstringitur: cuius extant quoque exempla *l. 1. ff. de interrogat. in iure faciendis: l. 36. ff. de solutionib. §. si quis agens Inst. de act.* apud *Paul. 1. sent. 10. l. 1. & 2. Cod. Hermogen. de calumniatorib. Emisencium Homilia de Paschate.* x *Paul. 1. sent* 10. 2. *Decret. 11. §. 33. Inst. de actionib.* y hæc lex à Cuiacio restituta fuit *12. obs. 21.* extat verò *6. synopseos Basil. c.* περὶ χρεὼς ἀπαιτήσεως *c. 22.* z Latina interpretatio. a Omnes qui agunt, siue masculi, siue fœminæ sint, si ante definitū debiti tēpus petierint, & hoc ipso dānum reo dederint, tantū temporis expectent: (vsuras intereà nullas accipientes) quanto ipsi pręstitutū tēpus anticipare conati sunt. Quod si etiā tempus hoc præterlabatur, aliter litē ne suscipiāt, nisi sumptus primæ aditionis in litē factos, aduersario refuderint: *synopsis Basilic. 7. tit. 6.* vbi scholiastes excipit eū, q. debet inopi fisci debitori: vt à quo possit fiscus etiā ante tēpus debitū exigere *l. 1. ǯ. de condict. ex lege: adde ǯ. de cōueniendis fisci debitorib. lib. x. tit. 2.*
b nota pœnam plus petentis tēpore *§. 33. in fine Insti. de actionib.*
c Plus petere in iudicio non licet, minus licet *§. 3-. Insti. de act.*
d Nota pœnam plus petentis quantitate *§. 33. in fin. Insti. de act.*
e restituta à Cuia. *12. obs. 21.*
f Latina interpretatio.
g Quantam cōcurrere necesse est, vt huius legis pœna locum habeat. Primò, necesse est, vt cautio sit exacta maioris summę: 2. vt per dolum: 3 vt reus sit vocatus in iudicium, & lis contestata. quarto q. conuincatur *synopsis Basilic. 7. tit. 6. c. 22. & lib. 9. tit. 4. ex lib 7. tit. 6. ca. 23. ex lib. 7. tit. 6. ca. 23.*
h Nota quibus modis huius legis pœna euitetur.
† huic pœnitentiæ locus nō est iure Canonico, vide Socinum *regula 44.*
i Transactio facta bona fide (licèt super cautione dolo extorta) valet *Bar.*

rit, in triplum[d] parti aduersæ restituere compellatur, quicquid ex hac causa sportularum nomine executoribus amplius dedit.

Superioris constitutionis Epitome ex Basilicis[e].

SI quis[f] actor in misso à se libello, maiore quantitate inserta, maioris damni causa fuerit ei, quem in ius prouocat in triplum reddat damnum quod propter eum passus fuerit aduersarius. Vera autem quantitas actionis intelligatur, in quam iudex tulerit sententiam.

3. Imperator *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

ODiosas contrahentium calliditates amputare properantes, censemus, vt si quis, certa quantitate sibimet debita, super ampliore[g] pecunia per dolum & machinationem cautionem exegerit, & ad iudicium debitorem vocauerit: si quidem[h] ante inchoatam litē calliditatis eum pœniteat† & debiti veram quantitatem confessus fuerit: nullo eum dispendio prægrauari. sin autem liti præbuit exordium, & in certaminibus negotij permanens arguatur de adiecta falsa quantitate: non solùm ea, sed etiam toto debito eum fraudari: transactionibus[i] scilicet & secundis confessionibus, siue insinuatæ sint, siue non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem. talibus enim cautionibus hoc obiicere non oportet. Dat. XV. Kalen. Nouemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

DE DILATIONIBVS[k].

Tit. xi.

De causa & Spatio.

1. Imperator *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. dicunt.

QVONIAM[l] plerumque euenit, vt iudex instrumētorum[m] vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur, spatium instructionis exhibendæ postulatum dari conuenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum: vt, si ex ea[n] prouincia, vbi lis agitur, vel persona vel instrumēta poscantur, non amplius quàm tres[o] menses indulgeantur: si verò ex continentib. prouinciis: sex[p] mēses custodiri, iustitiæ est. In transmarina[q] aūt dilatione nouem[r] menses computari oportebit. Quod ita constitutum iudicantes sentire debebunt, vt hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium[s], sed eandem dilationem, si rerum vrgentissima[t] ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exigerit, non facilè[u] amplius quàm semel, nec vlla trahendi[x] arte sciant esse tribuendam. Datum XV. Kel. Apr. CC. Conss. 294.

De rescripto quo quis ad extraordinarium Iudicem trahitur.

2. Imp. *Constan.* A. ad Vrsum Vicarium.

SI[y] quando quis rescriptum[z] ad extraordinarium[a] iudicem reportauerit: dilatio ei penitus deneganda est. Illi[b] autem, qui[c] in iudicium vocatur, danda est ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes: quoniam instructus esse nō potuit, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur. Dat. II. Non. Mart. Volusiano & Anniano Conss. 314.

De satisdatione ab actore præstanda. Si actor reo nō occurrat, Authet. ex Nouell. 53. cap. 1.

k Dilatio est, prolatio diei. huc refer *2. ff. 12. 2. Cod. Theodos. 7.* περὶ ὑπερθέσεως. *7. Eclo. 17. ca. 7. & 7. cap.* περὶ προθεσμιῶν τῶν διδομένων τοῖς δικαζομένοις παρὰ τῶν δικαστῶν. de iis spatiis, quæ litigantib. à iudicib. dantur *adde 2. decretal. 8. 2. extrauag. 2. §. 10. 11. Instit. de exceptionibus* vide Rebuffum *tom. 2. tract de dilationib.* Antonium Gayllum *1. obs. 91. & sequentibus.* Hartmanium. *2. obs. 12.* Oldendorpium *in Enchiridio exceptionum. c. 4. nume. 13 fol. 304.* Rebuffus in procemio *consti. glos. 5. num. 52* refert de stylo communi, & consuetudine curiarum, non obseruari in regno Franciæ dilationes iuris: sed ex stylo, vel curiæ arbitrio dari. l *synopsis Basilicum. 7. tit. 17. ex c. 11. ad. 18.*
m Dilatio ex causa datur instrumenti vel personæ exhibendæ gratia *adde l 23. ff. ex quib. caus. ma.* n Dilationes moderandæ sunt secundum locorum distantiam.
o Dilatio testium vel instrumentorum ex eadem prouincia exhibendorum causa, non plus quàm tres menses proroganda. quæ tribus mensibus perfici oporteat, vide Cuiacium *c. 14. de præscript.* p De sex mensibus vide Cuia. *c. 18. de præscriptionibus.*
q *leg. 1-. ǯ. eodem.* r De nouem mensibus vide Cuiacium *cap. 19. de præscriptionib.*
s summum scilicet, ac plenè voluntarium. Causa cognita, dilationem dari oportet.
t. *leg. 10. ǯ. de feriis.* u *l. vlt. ff. de feriis*: aliud si iusta causa sit *l. 7. ff. de feriis*: *leg. 45. ff. de iudiciis. ǯ. vt causæ crimin.* adde alias exceptiones ex Socino *regula 312.*
x Dilationibus nimiis causæ non trahendæ.
y *l. 1. Cod. Theodosiano eod: synopsis d. loco.*
z puta principis. Impetrato rescripto, non detur dilatio ad illud exhibendum, Actor venire debet instructior: quàm reus.
a id est, delegatum. Extraordinarius iudex delegatus. Iurisdictio delegata extraordinaria, *cap. inducia 3. quæstio. 3.*
b & sic plures dilationes dantur reo quàm actori *vide l. 125. ff. de regul. iur.*
c Melior est causa excipientis *l. 42. inf. ff. de regulis iuris.*

† hæc forma non seruatur de consuetudine *Bald.* a *leg.vlt.ff.de stipulationib.prat.*
b Reo absoluto ab obseruatione iudicij, actor in expensis condemnatur.
c Pendente dilatione nihil innouandum, vide Socinum *regul. 93.* d Huiusmodi feriæ ob res bene gestas, à solo Imperatore indicuntur ob id imperiales dictæ *v.l.4.* *j.tit.prox.* extra ordinem indictum *l. 26.j.7.ff.quibus ex causis maiores.* e *l.26.§.7.* *ff.ex quib. causis maiores* vt dies diuino cultui dedicati, vt messes & vindimiæ *l.5.j.tit. prox.* f *3.quæst.3.c. inducias, ver.à iudice.* Cur ita? qui procedit, vix est vt causam rectè diiudicare possit. hîc autē requiritur causæ cognitio. alij volunt à procedente iudice, vtilem dari non posse. ꝙ sententia iudice stante lata, nulla sit. *j.eo.* ibi, *sed confitentē.* vide Oldendorpiū *c.9.de sent. & re iud.* At nō idem est in manumissionib. quæ magistratu in balneum vel theatrum eunte, cōferri solent *§.1. Insti.de libertis.* manumissio in transitu fieri potest, nec requirit tribunal *l.7. §.ff.de manumiss. vindict.*
g planaria *Hal.* Planaria cognitio, quę fit de plano: citra tribunal.
h pro tribunali sc. Tribunal, sedile iudicis.
i In consistorio principis dilationes non dantur. Cur ita? quia imparati ad cognitionē principis, ne dū instructi benè, nō admittūtur *l.1.j. de relationibus.*
k *l.3. C.Theodos. eod.*
l i.& priuato & fisco.
m *l.4.C.Theod. eo.synopsis eo.inf.*
n *l.1. in f.supr. eod.*
o *le.vn.C.Theodos.eod. l.3. Cod. Theodos. de iure fisci.l.41.C.Theodos. de appellat. l.vlt. C.Theod.de reper. appellat.*
p *2.ff.12.7. Ecl. 17.2.Co.Theodos. 8. 2. decretal. 9. Nou. Leon.* 54.v. constitutionem 2. Emanuelis Comneni de feriis, vbi recensētur dies feriati apud Græcos:

Quod fieri non debet, nisi † actor satisdederit[a]*, certā promittens quantitatem se daturum, si litem non exequatur, aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum intra decem dies reo præsente non occurrat: dimittatur*[b] *reus, exacto, eo quod promissum est, & si quid circa litē plus impendisse cum taxatione iudicis iurauerit.*

De cessatione officij Iudicis. De feriis.

3. Idem A. Profuturo præfecto Pannoniæ.

Siue pars, siue integra dilatio fuerit data: eo vsque iudicis officium conquiescat[c], donec petiti temporis defluxerint curricula. Feriæ autē, siue repentinæ[d], siue solemnes[e] sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur. Datum VII.Id. Febr.Sirmij, Licinio V.& Crispo Coss. 318.

De Iudice procedente vel considente.

4. Idem A.ad Catullianum proconsulem Africæ.

A Procedente[f] iudice dilationem non conuenit postulari, etiam si vtraque parte præsente tribuatur: cū non aliàs nisi causa cognita, indulgeri queat: & cognitio causæ non interpellatione plenaria[g], sed considente[h] magis iudice legitimè colligatur: vt, si fortè dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per sententiam iudicis dirimatur. Dat.V.Id.Febr.Sirmij, Licinio V.& Crispo Coss.318.

De rescripto principis Quando deneganda dilatio.

5. Idem A. ad Maximum præfectum vrbi.

Cum à nobis fuerit ad appellationem cōsultationémve rescriptum: siue sit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non sit, siue ne petita quidem: eam dare cuiquā non licebit eadem ratione, qua ne in iudiciis[i] quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet. PP. Romæ, VIII. Kalen.April. Probiano & Iuliano Coss. 322.

De Lite inter priuatos & fiscum.

6. Imppp. *Constantinus, Constantius, & Constans,* AAA. ad Petronium vicarium Africæ.

Inter[k] priuatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit: vtriq;[l] parti petendæ dilationis per defensores suos copia deneganda nō est, si hoc commoditatis ratio postulauerit. Dat. V.Id.April.. Aquileiæ, Acindyno & Proculo Coss. 340.

De spatio.

7. Imperatores *Arcadius & Honorius,* AA. Messalæ PP.

Nec[m] de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina[n] etiam dilatione mēsium nouem[o] spatia egredi concedatur. Dat. VI.Kal.Decembr. Eutropio & Theodoro Coss. 399.

DE FERIIS[p].

Tit. XII.

De appellationibus.

1. Imperatores *Constantius, & Maximian.* AA. *Seuerus & Maximin.* Nobb.CC. Verino.

QVONIAM consulis, an similis obseruantia à nobis adiiciendarum feriarum, quæ rebus[q] feliciter gestis proueniunt, ad appellationum quoque tempora porrigenda sit, Verine charissime: rescribi placuit experientiæ tuæ, vt[r] in causis prouocationum iugiter[s] & sine aditamento huiuscemodi dierū tempora scias seruari debere, & supradictorum dierum ||obseruationi|| in appellationū causis minimè fieri adiectionē[t].

Enumeratio feriarum Solemnium.

2. Imp. *Theod.* A. Viceno.

Vt[u] in die Dominico[x] emancipare[y] ac manumittere[z] liceat, reliquæ causæ vel lites[a] quiescant: & à die octauo Kalendarū Iulij[b] vsq; in Kalendas Augusti messis feria concedatur: & à Kalen. Augusti vsq; in decimū Kalendarum Septembris agendarū causarum tribuatur licētia. A decimo autem Kalendarū Septembr. vsque in Idus Octobris vindemialis feria concedatur. Sanctu quoq; diē Paschæ[c], & diē Natalis[d] Domini, & Epiphaniæ, septē qui præcedunt, & septem qui sequuntur, sine strepitu volumus obseruari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

De Die Dominico.

3. *Constant.* A. Elpidio.

Omnes iudices, vrbanæq; plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis[e] quiescant. Ruri tamē positi, agrorū culturæ liberè licenterq; inseruiant: † quoniam frequenter euenit, vt[f] non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur, ne occasione momenti[g] pereat commoditas cælesti prouisione concessa. Dat. Nonis Mart. Crispo II.& Constantino II.Coss. 321.

Quis possit ferias indicere.

4. Idem A. ad Seuerum.

A Nullo iudice præsumi ||debet,|| vt auctoritate sua ferias aliquas[h] condat. Nec enim imperiales[i] ferias vocari oportet, quas[k] administrator edixerit: ac per hoc, si nomine eximutur, etiā fructu carebūt. Dat.Id.Apr.Sirmij. *

De causis publi. ac fiscalibus. 1. De causis pistoriis.

5. Imppp. *Valent. Valens & Grat.* AAA.ad Olybrium.

Publicas[l] ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis[m] mensibus, hoc est, sine aliqua intermissione, distinguat. 1 ¶ Pistoriis[n] quoque causis iisdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. Dat. IIII.Nonas Maij, Tiberiade, Valentiniano N.P. Coss. 368.

De tempore quadragesimæ.

8. Iidem AAA. Luciano vicario Macedoniæ.

Quadraginta[o] diebus, qui auspicio ceremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur † criminalium quæstionum. Datum Kalend. Aprilis, Thessalonicæ. *

Enumeratio feriarum solemnium.

7. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Albino præfe. ||vrb.||

Omnes[p] dies iubemus esse iuridicos[q]. Illos tātum manere feriarū dies fas erit, quos geminis[r] mensib. ad requiem[s] laboris indulgentior annus excepit, æstiuos[t] feruoribus mitigandis, & autumnos[u] fructib. decerpendis. Kalēdarum quoque Ianuariarum consuetos dies ocio[x] mancipamus. His adiicimus natalitios[y] dies vrbium maximarū Romæ[z] atq; Cōstantinopolis: in quib. debent iura differri, quia[a] & ab ipsis nata sunt. Sacros[b] quoq; Paschæ[c] dies, qui septeno[d] numero vel præcedunt, vel sequutur. Dies etiam Natalis, atque Epiphaniarum[e] Christi. &[f] quo tempore commemoratio Apostolicæ passionis totius Christianitatis magistræ[g] à cunctis iure celebratur. in quibus etiam prædictis sanctissimis diebus neque spectaculorum[h] copiam reseramus. ¶ In eadem obseruatione numeramus & dies Solis[i], quos Dominicos ritè dixêre maiores, qui repetito in sese calculo reuoluuntur: in quibus parē necesse est

& tomū 1. *des ordonnances royaux tit.16.du temps des vacations.* Vbi agitur de feriis apud Gallos receptis. Oldendorp. *c.31.de exceptionibus,* vbi tractat de exceptione feriarū, & feriis Augustæ constitutis à Carolo v. anno 1548. adde wurmser. *1.pract.*11. Feriæ, dies quieti à litib. induciæ litium: quæ feriis agere liceat, vide apud Macrobium. 1. *saturnaliorum. 16.* q Huiusmodi feriæ repentinæ dicuntur *l.3.s.tit. proxim.* r sensus est, Tempore feriarū appellationem interponi. s Feriato die ad aliquem actū iudiciarium procedi non potest, fallit tamen in appellatione, quæ die feriato potest interponi, *vt hic,* plures exceptiones vide apud Socinum *regula 92.* t actionem *Hal.* u Contius hîc, negat hanc constitutionem reperiri in vetusto Codice, & ab Hundaricho hîc insertam ex breuiario Alarici: non esse Theodorici regis Francorum, vt quidam putant: reperiri apud Sozomenum, *1.ca.9.* verum extat fragmentum in *l.1.in f.Cod.Theodos.eod.* x *v.leg.vlt.§.1.j.* qui & Solis: *l.3.l.7. versi.in eadem infr.eo.l.1.Cod. Theodos. eod.* y *l.8.j.eo.* z *dicta lege 8.* a Sententia lata die feriato nulla est, *vide Oldendorpium cap.23.de sentent. & re iudic.* b *Plin.8. Epist.21.* Iulio mense, quo maximè lites interquiescunt. c *l.6.7.8.j.eo.* d *v.l.7.j.eo.* e ἐν τῇ κυριακῇ i. dominico *l.2.s.eo.l.vlt.§.1.j.eo.* † *7.Eclo.17.c.9.1.Harmeno.4.* Leonis Nouella 4. iubet etiam Agricolam die dominico vacare. Illud notandum, pacta & transactiones in eo fieri permitti? at non Circense certamen aut venationem ferarum, etiamsi in eum incidat natale principis. *7.Ecl.17.c 17.* f hoc est, dies dominicus plerūque reperitur aptior πρὸς ἀροτρίωσιν ἢ πρὸς τὴν τῶν ἀμπέλων γεωργίαν. ad arandum, vel ad culturam vitium. *synopsis Basilic.7. tit.17.ca.9. 1.Harmenop.4.§.6.* g Momenti occasione perit commoditas fructuū. vnde in ipsis fructibus colligendis vel momenti habetur ratio. h repentinas sc. possunt tamen iudices statas & solemnes indicere *l.4.ff.eo.l.7.ff.de off.proconsul.* In regno Franciæ soli regi competit ius feriarum ac nundinarum subditis indulgere. ꝙ vti fiat, vide Papon. *3. Notar.8.ca. des lettres de feries & marchez.* i i. repentinas *l.1.s.eo.* dixi etiam ad *l.3.s.tit. prox.* Imperiales appellantur, mutato nomine Imperatiuarum *Macrob.1.saturnalior.16.* quæ à consulibus aut Prætoribus imperabantur *l.26.§.7.ff.ex quib.caus maior.* k Quod Imperatoris administrator constituit, imperiale non est: nisi iussus aut consensus principis accedat. l Publicæ & fiscales causæ, non admittunt ferias. m *v.l.7.j.eo.*
n v. Cuiac. in hunc locum. *ca.13.de præscri.* vbi tractat de mancipibus seu curatoribus pistrinorū qui Noue. 80. dicūtur προεστῶτες τῶν ἀρτοποιῶν ἐργαστηρίων.
o *7.synopsis Basilic.17.cap.12. 1. Harmen. 4.* De quadraginta diebus v. Cuia. *c.12. de præscript.*
† Vsus hanc legem antiquauit.
p *Ecl.ibid.ca.13. l.2.C.Theodos.eo.* Qui ferias allegat eas tenetur probare. Iurisdictio est rerum permissarū, quouis tempore licita, nisi probetur excepta.
q Dies Iuridicus, ἐμπράκτος. *7.Ecl.17.c.13.*
r *l.5.s.eod.*
s Theodosius ad Senatum *Nouell. de decurionibus.* Otio vos frui quodam tēpore patimur, ne labore videamini defatigari continuo.
t æstiuis feruorib. *l.2.C.Theod. eo.* hæ sunt messium, & vindemiarum.
u autumnis fetibus decerpendis *le.2.C.Theod. eod.* sic Asclepiades, ex autumnali redolet vindemia fœtu. Hæ sunt vindemiarum feriæ. Minutius Fœlix in Octauio, Sanè & ad vindemiā feriæ iudicariæ curam relaxarunt.
x Dies ocio mācipati ἄπρακτοι, ἀργαὶ ἡμέραι. χολάζουσι τὸ δικαστήριον *Nouell. 8.*
y γενεθλιακὸς *synopsis ibid.* Natalitia vrbiū suarū celebrabant veteres *v.4.ad Atticum.1.* vt & coloniarum deductarum. *ibid.* & ædium dedicatarū *ibidē.* Porrò festus dies natalis Romæ Palilia vel Parilia. *vide Plutharchū in Romulo: Ciceronem 2.de diuinatione. Festum, in Parilibus in Popularia sacra.* Ceterùm Natalium (vt opinor priuatorum) sacra pulte fitilla confici solita refert Plini. *18.c.8.* die natali merum Genio fundebant, nō hostiam faciebant: hoc ideo, quod, vt Varro in libro cui Titulus est Atticus, cùm munus annale Genio suo soluebāt & manū cæde ac sanguine abstinerent, ne die qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Inde Deli ad Apollinis genitoris aram, vt Timæus auctor est, nemo hostiā cędebat. *Censorinus c.3. de die natali,* vbi refert moris fuisse quemque suos tantummodo proprios coluisse natales. adde Martianum, Capellā 2. *Philologias* vbi de genio speciali & populari.
z Parilia. a deferre *l.2.C.Theo.eo.*& malè Græci ἀργεῖν, vt sit sensus, Æquū esse dieb. natalitiis vtriusq; Romę iura differri ac quiescere, quoniā ab hisce duab. vrbibus iura sunt inuēta *Ecl.d.c.13.* b Notitiam sacrarū feriarū vide in Noue.1. Manuelis Cōmeni *& c.158.legū Francicarū.* c *v.l.2.s.eo.* d de septem dieb. v. Cuia. *c.6.de præscrip.* De numero septenario vide Forcatulum *in Sphæra legali fol.20.* e *l.2.s.eo.* ἐπιφανειῶν *Ecl.d.loco.* qui & τῶν φώτων dicuntur *v.Cuiac.c.3. de præscript.* Ammianus de Iuliano apostata illiciente populi fauorem, specie Christianæ professionis loquens *lib.21.* Vt interim, inquit, hæc celarentur, feriarum die, quē celebrantes mense Ianuario Christiani, Epiphaniam dictitant, progressus in eorū Ecclesiam solemniter numine orato discessit. f Festos dies Apostolorū memoriæ dicatos, vt opinor, intelligit: quibus apostolorum παθήματα & mortem præcipuè commemorabant Christiani. g hinc Apostoli, magistri nationum à Tertulliano *lib.de resurrect.*& martyrij, Idem in *scorpiaco,* Sanguis etiā martyrum dicitur serere & rigare ecclesiā. h *7.Ecl.17.c.13.ca.17. v.l.vlt.§.1.j.eo.* i *l.3.s.eod.* Dies solis, dies dominicus. *vt hic & l.3. Cod. Theodos. de exsecutoribus & exact. lib.8.tit.8. l.13.Cod.Theodos.de exactionib.11.tit.7.* Græci κυριακὴν vocant *7.Eclog.17.ca.13.* cuius fit mentio Apoc.1.*vers.*10. Eundem diem μίαν σαββάτων id est. primam, Paulus vocat *1.Cor.16.versic.2.*

habere

a *v.l.vlt.§.1.j.eodem.* b *l.2.in f.C.Theodos.* ἡμέρα γενεθλιακὴ τοῦ βασιλέως *7.Eclog.17.cap.13.in f.& c.17 inf.* c *d.l.2.d.c.13.* & 17. i.dies quo quis imperator fuit renunciatus.*v.quæ notaui ad l.233.§.1.ff de verb.signific.*
d *l.8.j.eod.* e *adde casus l.5.§.1.s.eodem.* f *Synopsis Basilic.7.tit.17.cap.14.*
g *l.7.in fi.s.eod.* h *l.8.C.Theod.eod* i *l.2.s.eod.* k *d.l.2.* possunt etiam tutores dari. *l.3.§.3.ff.de tutelis: Paulus 2.sent.25.§.3.l.C.Theodos.hoc titulo.7.Eclog.17.cap.14.* & ita actus voluntariæ iurisdictionis possunt explicari quolibet die, etiam feriato.

habere reuerentiam: vt nec apud ipsos arbitros[a] vel à iudicibus flagitatos, vel sponte electos, vlla sit cognitio iurgiorum. Nostris etiam diebus, qui vel lucis[b] auspicia, vel ortus[c] imperij protulerunt. In quindecim[d] autem Paschalibus diebus compulsio annonariæ[e] functionis. & omnium publicorum priuatorúmque debitorum differatur exactio. Dat.2.Id.Aug.Romæ, Timasio & Promoto Conss.389.

De quindecim diebus paschalibus.

8. Iidem AAA. Tatiano præfecto pretorio.

ACtus[f] omnes, seu publici sunt, seu priuati diebus quindecim[g] Paschalibus conquiescant. ¶ In[h] his tamē & emancipandi[i] & manumittendi[k] cuncti licentiam habeant: & super his acta non prohibeantur. Datum Ka.Ian. Arcadio A. II. & Rufino Conss.392.

9.* Græca constitutio.

Eius epitomen restituit. Ant. Augustinus, Quia tamē is putat eam potius esse epitomen l.3. Latinæ, suprà de episcopali audientia, & nos idem arbitramur, ideo eam prætermisimus.

De latronibus & Isauris.

10. Impp. *Honor & Theod.* AA. Anthemio præfecto prætorio.

PRouinciarum[l] præsides moneantur, vt in quæstionibus latronum[m], & maximè Isaurorum[n], nullum quadragesimæ ||tempus|| nec venerabilem Paschæ diem existiment excipiendum[o]: ne differatur sceleratorum proditio[p] consiliorum, quæ per latronum tormenta[q] quærenda est: cum[r] facillimè & in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Da.5.Kal.Mart. Basso & Philippo Conss.408.

De diebus festis. 1. De die dominico.

11. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Armasio præf.præt.

DIes festos maiestati[s] altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum[t] vexationibus profanari. 1 ¶ Dominicum[u] itaque diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, vt à cūctis executionibus[x] excusetur: nulla quemquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida[y] vox silescat, respiret à controuersiis litigantes, & habeat fœderis interuallum, ad sese simul veniant aduersarij non timentes, subeat animos vicaria[z] pœnitudo, pacta conferant. transactiones loquantur. Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, obscœnis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena[a] theatralis, aut Circense[b] certamen, aut ferarum[c] lachrymosa spectacula. &, si in nostrū ortum[d] aut natalem celebranda solemnitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionémque patrimonij sustinebit, si quis vmquā hoc die festo spectaculis[e] interesse, vel cuiuscunque iudicis apparitor[f], prætextu negotij publici seu priuati, hæc, quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat.Id. Decembr. Constantinop. Zenone & Martiano Conss.469.

DE IVRISDICTIONE[g] OMNIVM iudicum, & de foro competenti[h].

Tit. XIII.

De consensu litigatorum.

1. Imp. *Antoninus* A. Seuero & aliis.

l *l.vlt.Co.Theod. de quæstionibus. lib.9.tit.35.*
m *l.3.de episcop. aud.l.11.j.de accusat.v. Dua.dispu.12.*
n *l.7.9.C.Theod.35.l.10.j.de vi public.7.Eclog.17.cap.15.1.Harmen.4.§.9.* vbi in margine dicuntur φωνεῖς & χωσιαρίοι. apud Nicetam, κωρσιαρίοι sunt piratæ, dicti à Zonara ἔθνος κλωπικόν. De Isauris plenius vide apud Dionem 55. Ammianum 14. Vopiscū *in Probo*: Strabonem 12. Marcell. *lib.14.* Alciatum 3. *Disp.20.* Duarenum *2.disput.12.* Forcatuli Necyomantiā *dialog.92.nu.12.* Porrò Isauros, latrones à gente appellari verisimile est: vt Ambrones dissoluti: Cimbri, latrones: Osci opisci seu Obscæni. *Fest.*
o Quid? licétne debitorem fugientem die dominico, manu iniecta sistere? *vide l.54.j.de decurionib.*
p Socius criminis aduersus socium eiusdem criminis auditur hoc casu *l.6.j.de custodia reorum.*
q *l.pen.ff.*
r Dei venia speranda, vbi multorum salus & incolumitas procuratur.
s εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ τιμῶν *7.Eclog.17.cap.17.*
t *l.1.l.3.C.Theo. de executoribus. & exactionibus. lib.8.tit.8.l.10.C.Theodos. de exactionibus 11.t.7.*
u Nota quæ diebus dominicis fieri vetita.

x Die dominico nulla executio, admonitio, fideiussionis exactio, apparitio, aduocatio, cognitio, subhastatio, controuersiæ disceptatio. *vt hic.* Igitur die dominico nulla fiet executio? v. Guidonem Papæ *decis.215.* De debitore fugiēte, & an die dominico possit capi. vide Socinum *regula* 78. An & propria authoritate sine apparitore possit capi, collige ex *l.54.de decurionibus: l.10.§.16.ff.de his quæ in fraudē credit.* Huc referenda lex vetus Francica *è capite 139. legum Francicarum.* vt mercatus die dominico in nullo loco habeatur.
y opinor vetari subhastationes, quæ fiebant præconis voce: vnde quiâ nexis & debitoribus molesta, horrida vox præconis hîc dicitur. z Vicariam pœnitudinem videtur vocare, q per vices redire debeat. per vices, hoc est, per dies dominicos.
a *l.vlt.Cod.Theodos.* de spectaculis. *lib.15.titul.5.* b ἱππικὸν *Eclog.ibid.*
c κυνήγιον *Eclog.ibid.* d *l.7.in f.s.eodem.* e Die dominico spectaculis interesse vetitum. De detestatione munerum & ludi gladiatorij: vide Lypsium *cap.12.Saturn.* adde Tertulianum *libris de spectaculis.* f Citatio facta die feriato non valet, sed nec ad diem feriatum. sed & si fiat, vt quis se sistat ad diem non feriatum, non valet. *vide VVurmserum 1.obseruat.6.obseruat.4.*
g *2.ff.1.2.Cod.Theodos.1.7.Eclog.1.2. Decretal.2 2.Sext.2.2.Clement.2.Luc.11.Placit.4.*
h i. vbi quis conueniri debet. *C.Theod.eod.* Competens forus (dicitur etiam forus ab Isidoro, Lucillio, Pomponiò Attellanario & Marco Victorino) proprius, congruens. Incompetens, incongruus, alienus. De exceptionibus declinatoriis aduersus iurisdictionem, v. Oldendorpium *cap.6.Exceptionum.* i Cæsaris procurator non iudicat inter solos priuatos, sed inter priuatos & fiscum. *l.12.s.si aduers.fisc.* k incompetens iudex (habens tamen iurisdictionem) partiū consensu fit competens: *l.14.ff.eod.l.3.in f.l.4.ff.de arbitris.l.1.ff.de iudicijs.l.15.§.4.ff.ad Trebell.l.28.ff.ad municipales.*

l *vide l.29 s.de pactis.* m Imò potest pœnitere is qui consensit aut se subiecit incompetenti iudici. *l.si conuenerit 8.ff.de iurisdict.* Dic pœnitere posse, quia nō plenè se subiecit. non plenè, si nondum eum adiit aut litem apud eum cōtestatus est. *d.l.8.* aut in continenti contractus alicuius, se, interposita etiam scriptura, subiecit. *d.l.29.*
n Priuatorum consensus iudicem quamuis incompetentem & incōgruū, competentem facit, si modò eum adierint. Huiusmodi aditione ac facto, desinit esse nuda adeūdi iudicis conuentio.

NON quidem fuit competens iudex procurator[i] noster in lite priuatorum: sed, cum ipsi eum iudicem elegeritis[k], & is consentientibus aduersariis sententiam tulerit: intelligitis, vos acquiescere[l] debere[m] rei ex consensu vestro iudicatæ[n]: cùm & procurator iudicādi potestatem inter certas habeat personas: & vos incongruum eum esse vobis iudicem sciētes. tamen audientiā eius elegistis. Quod & in aliis similibus iudicibus tam in actionem proponentis, quàm in exceptionem opponentis persona locum habebit. Dat.2.Id.Ianuar. Messala & Sabino Conss.215.

Vt actor forum rei sequatur.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Alexandro.

IVris ordinem conuerti postulas, vt non actor[o] rei forū, sed reus actoris sequatur. nam vbi domicilium reus habet, vel tempore contractus[p] habuit, licet hoc postea trāstulerit, ibi tantùm[q] eum conueniri oportet. Dat.6.Id.Oct.*

De consensu priuatorum.

3. Iidem AA. Iudeæ.

PRiuatorum[r] consensus iudicem non facit eum, qui[s] nulli præest iudicio; nec, quod is statuit[t], rei iudicatæ continet auctoritatem. Dat.6.Kal.Ian.AA.& Conss.293.

Ne post litem contestatam ordinariæ sedis declinetur examen.

4. Imp. *Constantinus* A. ad vniuersos prouinciales.

NEmo[u] post[x] litem contestatam ordinariæ[y] sedis declinet examen: nec ||prius|| præfecti prætorio, aut comitis Orientis, vel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditoriū veniat. Dat.Kal.Octob. Basso & Ablabio Conss.331.

De negotio criminali. 1. Si quis in vetito vocet examine.

5. Impp. *Arcadius & Honorius.* AA. Vincentio præfecto prætorio Galliarum.

IN criminali[z] negotio rei[a] forum accusator sequatur. 1 ¶ Is[b] verò, qui suam causam siue criminalem siue ciuilem sine[c] cælesti oraculo, in[d] vetito vocauit examine, aut executionem poposcit militarem[e]. actor quidem propositi negotij actione multetur[f]: reus verò pro condemnato habeatur: & tribuni siue vicarij[g] capitalē sibi animaduersionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum executionem interdictam præbuerint. Dat.5.Kal.Ian. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.397.

De magistris militum.

6. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P.

MAgisteriæ[h] potestati, inter militares viros, vel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quæstionum audiendi concedimus facultatem: præsertim cùm ipsum ||de|| more litigantium esse videatur, constétque militarem reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coerceri. Datum 5. Kalend. Maij, Lucio V.C. Cos.413

De his qui professiones aliquas seu negotiationes exercent.

7. Imp. *Anastasius* A. Constantino P.P.

PEriniquum & temerariū esse perspicimus, eos, qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, iudicum, ad quos earum professionum seu negotiationū[i] cura pertinet, iurisdictionem & præceptionem declinare conari. Quapropter iubemus, huiusmodi hominibus nec

o Actor rei forum sequitur. *l.5.j.eodem. 1.Harmenopul.2.§.1.§.2.§.3.vbi vide: l.4.Cod.Theodos.de Iurisdictione lib.2.l.3.j. vbi in rem act.l.vni.j. vbi de heredit. l.2.j. vbi de crimi. l.3.j.vbi causæ status. Synopsis Basilicôn 7.titul.5.cap.82. & titul.3.cap.38. & titul.3.ex titul.5.cap.87.1.Harmen.2.* Fallit regula in euocationib. *vide l.5.§.1.j.eod.* vide alias exceptiones apud Socinum *regula* 10. Illud notandum; in regno Franciæ tria esse sigilla, quæ obligationi ac instrumento iūcta, reū adtrahūt ad iurisdictionem actoris. Ea sunt autem. Parisiense, Montispessulanum paruum, & Nundinarum Briæ & Campaniæ. vide Rebuffum *tom.1. tract. de literis obligatoriis glo.6.* Ad hęc, Priuilegia scholasticis Parisiensibus data ea sūt, vt ad suum & Parisiēse forum reos pertrahant. *vide Tom.4. des ordonnances titul.11. Papon. tit. notar. cap. Des iuges, ibi, Des iuges conseruateurs. adde Socinum regula 339.*
p Forum in loco cōtractus regulariter quis sortitur, vide Socinum *reg.160.*
q Fallit hæc regula, quoties fori priuilegio reus renunciat. *l.51.s.de episcop. aud. leg.29. supra de pactis.*
r Sic Augustinus *in quæstione veteris testamenti,* Præfectus, inquit, potest agere vicem præfecti, & prætor prætoris, non tamen principis, potest agere vicem alicuius. Quæ sententia Augustini adeo vera est, vt neque sua auctoritate, neque consensu priuatorū id possit. Potest enim alioqui ex mandato Prætoris vel alterius potestatis, vice eius fungi priuatus. *l.vlt.D.de officio eius cui mandata est iurisdictio.*
s Priuatus, consensu partium non fit iudex. *l.1.D.de iudicijs.*
t Nulla est sententia, quam priuatus protulit. *v.Oldendorp.c.de sent ent.& re iudic.*
u Nec post litis contestationem licitum est iudicem aliquem alicui recusare, nec ante sententiam appellare *Synopsis Basilic.7.t.8.ex lib.9.tit.1.cap.78.*
x Ordinaria iurisdictio non potest declinari post litem contestatam. *l.16.s.de iudicijs l.13.j.de exceptionibus: l.52.D.de iudicijs Nouell 53.cap.3.*
y Ordinariam autem sedem quidam hic interpretantur præsidalem. i. fori ordinarij, non iudicis. *v.Cuia. ad Nou.53.* z idē in ciuili. *l.2.s.eo.* a *v.l.38.s.de episc.aud.*
b *l.9.C.Theod.eod.* c Rescripto principis causa ad incompetentem iudicem euocati potest. *l.2.s.de dilationib. Nouell.53.cap.1.* d Nota pœnam trahentis alium ad forum incompetentem. *l.13.§.3.s.de iuris & facti.*
e Milites non debent fungi officio executoris *ad l.6.s.de off.rectoris prouinc.*
f verbum futuri temporis non intelligitur ipso iure: nisi addātur hæc *cassentur & irritentur.* Bald. *Romanus sing.2.* Idem in verbo *priuetur & careat* si à testatore proferatur. *Bald. ad l.1.j.de his quæ pœnæ: c.ad omnes de rescrip.* v.plura apud Socinum *reg.360.* Mathesilanum *singulari* 112. Cremensem *singulari* 7. g ad hunc vicarium refer l.*vlt.s.de erogat.milit.annonæ.l.1.j.de vbi.v.Cuiac.adde Vegetium.4.*
h *v.s.de off.magist.milit.t.29.lib.1.adde l.17.s.de iudicijs.l.1.j.de exhib. l.8. D.de custodia.l.4.§.5.D.de re milit.* i Collegia possunt habere proprios iudices. quod si habuerint, eorum iurisdictio non poterit declinari à collegiato.

I. j.

cuiuslibet militiæ, seu cinguli, vel dignitatis prærogatiuā in hac parte suppetere: sed eos, qui statutis in quacunq; militia connumerati sunt, vel fuerint, ||vel|| qui dignitatem aliquam prætendunt, sine aliqua fori præscriptione his iudicibus tam in publicis, quàm in priuatis causis obedire cōpelli, ad quorum solicitudinem, professionis seu negotiationis, quam præter militiam (vt dictum est) exercent, gubernatio videtur respicere: ita tamen, vt ipsis nihilo minus iudicibus, sub quorum iurisdictione militia siue dignitas eorum constituta est, proculdubio respondeant: his videlicet, qui contra huius tenorem legis venire tentauerint, militiæ cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis.*

QVANDO IMPERATOR INTER PVPILLOS[a], VEL VIDVAS, vel ||alias|| miserabiles[b] personas cognoscat: & ne exhibeantur.

Tit. XIIII.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Andronicum.

SI[c] contra[d] pupillos, vel viduas, vel ||diuturno[e]|| morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ iudicium: memorati à nullo nostrorum iudicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere: quinimo intra prouinciam, in qua litigator & testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam: atque omnis cautela seruetur, ne terminos prouinciarum suarum cogantur excedere. Quòd si[f] pupilli vel viduæ, aliíque fortunæ iniuria miserabiles, iudicium nostræ serenitatis orauerint, præsertim cùm alicuius potentiam perhorrescunt: cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere. Dat. Kal. Iul. Constantinop. Optato & Paulino Conss. 334.

VBI[g] DE CRIMINIBVS [h]AGI OPORTEAT.

Tit. XV.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Laurinæ.

QVAESTIONES eorum criminum, quæ legibus, aut[i] extra ordinem coercentur, vbi[k] commissa[l], vel inchoata[m] sunt, vel vbi[n] reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. PP. IIII. Non. Octob. Dextro & Prisco Coss. 194.

De plagio cognoscitur apud quemlibet iudicem competentem. Bal.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Niceæ.

SCiens liberum[o] venundando, plagij crimen committit. Ab eo itaque, qui super hoc queri potest, aditus competens iudex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi[p] degit, ibi causam cognoscet. Dat. II. Non. Feb. Sirmij, CC. Coss. 294.

In auth. vt omnes obedi. iudici prouin. §. hæc considerantes. col. 5. tit. 24. al. 20. No 69. c. 1.

QVa in prouincia quis deliquit, aut[q] in qua pecuniarum, aut criminum reus sit, siue de terra, siue de terminis, siue de possessione, siue de proprietate, siue de hypotheca, aut de alia qualibet occasione vel de qualibet re fuerit reus: illic etiam iuri subiaceat. quod ius perpetuum est. Si ergo ambo & actor & reus sint in prouincia: illic, omni priuilegio cessante, res expediatur. Eo autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior, ipsum, qui id admisit, vel eius curatorem conueniam, cui datis induciis[r], licet denuntiare domino causæ: qui si neque per se veniat, neque mittat: is, qui primò conuentus est, præsentatus condemnetur, in quo sit obnoxius: insuper & is, qui mittere noluit. si tamen omnino appareat obnoxius. nam & de rebus eius satisfiet, si[s] is, qui præsens est, non sit soluendo. Sed si nec ipse, qui dominū præsentare debuit compareat præconia voce vocatus: condemnetur, quia contumacia eius pro præsentia est. Quod si desit actor, cū reus venerit, siue miserit: absoluendus est: vt & damna ei resarciantur. Excipitur hîc, si forma pragmatica occasione publicæ causæ procedens præceperit quenquam principali comitatui exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus. Induciarum verò tempus noua constitutione varium præfinitum est ex diuersitate locorum, quatuor sc. mensium, si vicina est prouincia, in qua hoc agitur, vna aut duab. mansionib. in medio prouinciarum constitutis: si verò maius sit spatium, sex. si verò ex Palæstina, aut Ægypto, aut gentium longinquarum, octo menses sufficiant. si verò ex Hesperiis gentibus, aut Septentrionalibus, aut Libya: sufficiens visum est tempus nouem mensium.

a sensus est, Apud quem iudicem, pupilli, viduæ, & huiusmodi personæ conueniendæ.
b puta, debiles, valetudinarios *l. 1. j. eo.*
c *l. 2. C. Theod. de officiis iudicum omnium lib. 1.*
d Casus prior legis: Pupilli, viduæ, miserabiles personę, rescripto principis euocare, non euocari, possunt *in fin. j. eo.* Est enim absurdum huiusmodi personas σκύλλεσθαι ταῖς ὁδοῖς adde *l. 2. §. de off. diuers. iud. l. 2. C. Theo. de off. iud. omn.*
e Diuturn⁹ morbus, sonticus.
f Casus posterior legis: Personis (quarum hîc fit mentio) licet aduersarios suos, impetrato rescripto, euocare in aulam siue comitatum principis. Cuius rei exemplum est in Epistola Theodorici regis *apud Cassiod. 4. varia.*
g *adde l. 11. l. 12. C. Theod. de iurisd.*
h Clarus hunc titulum multis explicat *5. sent. §. vl. quæst. 35. 36.* vbi inter cætera disquirit, quis iudex sit futurus Papæ, Principis, Cardinalis, Episcopi, Clerici delinquentis. adde eundem quę. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 85. vbi quęrit an pœna loci, originis, domicilij vel delicti, reo sit imponenda. An etiam loci litis contestatæ: v. Gaudinum de Maleficiis *rubric. vbi puniatur delinquens.*
i Crimina legibus aut extra ordinem coercentur.
k vltra prouincię terminos accusandi licentia non progrediatur: vt illic criminum iudicia agitentur, vbi facinus dicetur admissum, peregrinis iudiciis prohibitis *l. 10. l. 16. C. Theod. de accusat. li. 9.*
l omissa *Hal.*
m Remissio in causis regulariter locum non habet *vt hic.* v. tamen Socin. *reg. 336.*
n *l. 1. j. vbi senatores. l. 12. j. de adulteris. l. 7. in f. ff. de accus. l. 7. 11. ff. de custodia.*
o *l. 15. j. de plagiariis.*
p *l. 5. §. de iurisd.* Remissio etiam locum habet in delictis v. Socin. *reg. 337.*
q Reus delicti, tres in se iudices sortitur, delicti *l. 1. §. eo. l. 3. §. de off. præsid.* domicilij, litis contestatę *d. l. 1.* r Dilatio datur ad denunciandum absenti. s Bona pręsentis prius excuti debent, quàm absentis.
t *l. vlt. in f. j. vbi in rem.*
u *l. 38. D. de iud. l. 47. l. 108. ff. de lega. 1.* vel pars eius maior *l. 50. l. 52. §. 3. ff. de iudic.* vel vbi fideicommissarius domicilium habet *v. Cuiac. hic.* nisi testator alibi pręstari voluit. *d. l. 47. d. l. 108. d. l. 50.* nisi per fraudē heres rē aliò trāstulit *d. l. 38. hic adde Hot. 3. obs. 7*

VBI DE POSSESSIONE agi oporteat.

Tit. XVI.

1. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Festum proconsulem Africæ.

VBI[t] aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est: ibi loci iudicem aduersus eū, qui possessionē turbauit, conuenit iudicare. Dat. 8. Kal. Iun. Gratiano & Dagalaipho, 366.

VBI FIDEICOMMISSVM peti oporteat.

Tit. XVII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus.* AA. Demetrio.

FIDEICOMMISSVM ibi petendum esse, vbi hæreditas[u] relicta est, dubitari non oportet. P P. 8. Kalend. Septembr. Chilone & Libone Coss. 205.

VBI CONVENIATVR QVI CERTO[x] loco dare promisit.

Tit. XVIII.

1. Imp. *Alexander* A. Heraclidæ.

QVI certo loco sese soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria[y] actione & in alio[z] loco potest conueniri, in qua venit æstimatio, quod[a] alterutrius[b] interfuit suo loco potius, quàm in eo, in quo petitur, solui. Dat. 6. Id. Mart. Fusco & Dextro Conss.*

VBI IN REM ACTIO EXERCERI debeat.

Tit. XIX.

De eo qui rem emit & de eius auctore.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Pancratio.

IN rem actio non contra vēditorem, sed contra[d] possidentem[e] competit. Frustra itaque desideras, non tecum[f] congredi, sed cum auctore[g] tuo dominum vindicantem, cùm te possidere contendas. Nam si denunciasti[h] ei, qui tibi vendidit, intelligis euictionis illi periculum imminere. Nec enim iurisdictionis forma, in[i] eadē prouincia cōstitutis tam petitore quàm possessore, ob auctoris personā, quem in alia prouincia dicis consistere, debet immutari. Dat. Id. Apr. AA. & Coss. 293.

Si quis alterius nomine possideat.

2. Imp. *Constantinus* A. ad vniuersos prouinciales.

SI quis alterius[k] nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem[l] actionem sustineat: debet statim in iudicio dominum nominare[m]: vt siue in eadem ciuitate degat, siue in agro, siue in alia prouincia sit, certo[n] dierum spacio à iudice definiendo, eóque ad notionem[o] eius perducendo, vel ipse in loca, in quibus prædium situm est, perueniens, vel procuratorem mittēs, actoris intentiones excipiat. Si verò post huiusmodi indultum tempus minimè hoc, quod dispositum est, facere maluerit: tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est ad interrumpendam[p] longi temporis præscriptionem, contestata: iudex, vtpote domino possessionis nec post huiusmodi humanitatem sui pręsentiam faciente, edictis[q] legitimis proponendis eum citare curabit: & tunc in eadem voluntate eo permanente, negotium summatim[r] discutiens, in possessionem[s] rerum actorem mitti nō differet, omni allegatione absenti de principali[t] quæstione seruata. Dat. 10. Kal. August. Basso & Ablabio Conss. 331.

Vt actor sequatur forum rei.

3. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA.

ACtor[u] rei[x] forum, siue[y] in rem siue in personam sit actio, sequitur. ¶ Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionem aduersus[z] possidentem moueri. Dat. 10. Kal. Iul. Arcadio & Bautone Cos. 385.

VBI DE HÆREDITATE AGATVR, VEL vbi hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant,

Tit. XX.

x *adde 13. ff. 4.*
y *l. vlt. ff. de eo quod certo loco.*
z Debitor, ob moram soluendi in promisso loco, vbiuis cōueniri potest.
a Nota formulam actionis creditori competētis aduersus debitorem promisso loco non soluentem. *l. 2. 8. ff. de eo quod certo*
b *l. 2. ff. de eo quod certo loco.*
c *sub.* rei alienę. *Synopsis Basilicōn 7. titul. 5. cap. 81.*
d Rei vindicatio contra possidentem competit. *leg. vlt. j. eodem l. 24. 36. l. vlt. ff. de rei vindicatæ.*
e Puta emptorem *Synopsis ibi.*
f qui possides scilicet.
g id est, venditore, à quo rem emisti.
h Emptor conuentus à vero rei domino denunciare venditori & auctori suo actionem debet, vt ita euictionis teneatur. quid si non denunciauit? *v. quæ notaui ad l. 2. §. de pactis.*
i sensus est, vēditorem sequi forum rei venditæ. *l. vl. j. de præscriptione long. tē poris.* vel ita, vēditor, emptoris iudicem sequi solet *l. 40. ff. de iudicijs l. 19. ff. de rei vindicat.*
k Possumus alterius nomine rem possidere: puta coloni, depositarij, *l. 7. §. 11 ff. comm. diuid.* Procuratoris, actoris, custodis.
l Possessor rei alienæ conueniri potest rei vindicatione.
m Possessor rei alienæ conuentus, non tantùm potest, sed etiam tenetur rei dominum nominare. *Nouell. 69. cap. 2.*
n *d. cap. 2. l. 1. l. vlt. §. de dilationib. l. 3. Co. Theod. de iure fisci. l. 41. Cod. Theodos. de appell.*
o Possessor rei alienæ, dilationē petere potest, ad mouendum seu vocandū authorem seu venditorē à quo causam habet. *dixi ad Nouell. 69. c. 2.*
p Non cōparens habetur p cōtestato, ideóq; interrumpitur eius præscriptio.
q *l. 8. j. quomodo & quando iudex: l. 73. ff. de iudicijs.* r *Nouell. 53. cap. 3.*
s *leg. 3. §. de procuratoribus.* Porro hic in Glossa interlineari, possessio accipitur pro proprietate. t Contumax priuatus possessione, eam postea comparens non recuperat. u *Synopsis Basilic. 7. tit. 5. c. 82. 1. Harmenopul. 2. §. 1. 2. 3.*
x *2. §. de iurisdict.* y *l. 38. in fin. ff. de iudicijs.*
z *l. 1. §. eodem. adde l. vnic. j. si de possess.*

1. Impp. *Valerian.& Gallien.* AA.Messalæ[a].

ILLIC, vbi res hereditarias esse pròponis, heredes in possessionem rerum hereditariarũ mitti postulandũ est. Vbi autem domicilium habet, qui conuenitur, vel[b] ||sibi,|| vbi res hæreditariæ sitæ sunt, degit: hereditatis erit controuersia terminanda. Dat.7.Kalend.Maij, Seculari & Donato Cos.261.

VBI DE RATIOCINIIS[c] tam publicis, quàm priuatis agi oportet.

Tit. XXI.

1. Impp. *Dioclet, & maximianus* AA.& CC.Geruntio.

EVM[d], qui aliena negotia siue ex tutela[e], siue ex quocunque alio titulo administrauit: vbi[f] hæc gessit, rationẽ oportet reddere. Dat.7. Kal. Aug. Annibalione & Asclepiodoto Coss.292.

Ibi debet reddi ratio publicæ administrationis, vbi administratio gesta est Bald.

2. Impp. *Honor.& Theod.* AA.Macedonio magistro militum.

NEmo post[g] depositum cingulum||suæ||priuatæ[h] vitæ redditus, ob negotium, quod militiæ causa est ei exortum, præstandi ratiocinij gratia eius numeri, in quo militauit, vel quem ipse gessit, à quocũque pulsatus, fori præscriptionibus vtatur. vnumquemque enim super huiuscemodi causis publicis, quas dum militaret, exercuit[i], vel super ratiociniis militaribus, per quæ suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet iudicio respondere: in quo & instructio[k] sufficiẽs, & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari. Dat.2.Id.Iun.*Conss.*

VBI CAVSA STATVS[l] agi debeat.

Tit. XXII.

De fugitiua.

1. Imp. *Alexander* A.Aurelio Aristocrati.

EA, quæ à te, cum tibi seruiret, fugit[m], & in aliam prouinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non iniuria eo loco litigare compellenda est, vnde[n] quasi fugitiua recessit. Ideoque remittere eam in prouinciam, in qua seruiuit, præses prouinciæ, qui in eo loco ius repræsentat, curæ habebit: sed non vbi deprehensa est, audiri debet. PP.13.Kal.Sep.Pompeiano & Peligno Cos. 232.

De procuratore Cæsaris.

2. Imp. *Decius*. A.Eelici.

PRocuratores[o] nostros status causas examinare non posse omnibus notum est. PP.Kal.Cebemb. Decio A.II. & Grato Cons.251.

De ea quæ in pessessione libertatis constituta est.

3. Impp. *Dioclet.& Maximian.* AA.& CC.Zenoniæ.

SI in possessione libertatis constituta es: cùm in[p] status etiam quæstione actor[q] rei[r] forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, vbi consistit, quæ ancilla dicitur, licèt[s] senatoria dignitate actor decoretur. Dat. 2. Id. Maij, AA.Coss.297.

De eo qui est in possessione seruitutis.

4 Iidem AA.& CC.Sisinniæ.

SI ex possessione[t] seruitutis in libertatem quis proclamet: ibi agi oportere status causam, vbi domicilium[u] constitutum habet, qui se dominum dicit, non est ambigui iuris. Datum II. Nonas Martias Byzantij, CC. Conss.294.

De causis quæ in prouincijs mouentur.

5. Iidem AA. & CC. Diogeni præsidi insularum.

IAmdudum à nobis statutum est: vt, si quæ causæ libertinitatis[x] & seruitutis in prouinciis inter[y] fiscum & priuatos exorirentur, ad Rationalem[z] vel magistrum[a] rei priuatæ, hoc est, vnde motæ essent quæstiones, remitterentur: si quæ vero ingenuitatis essent, à rectore[b] prouinciæ examinarentur. Dat.4.Non. Aug. CC.Conss.294.

De quinquennij prescriptione sublata. de causis quæ in prouincijs, vel in vrbe Constantinopolitana oriuntur. De personis clarissimis.

6. Imp. *Iustinianus* A.Mennæ præfecto prætorio.

IN litibus, in quibus, vtrum ingenuus an libertinus sit aliquis, quæritur, quinquennij[c] præscriptionem (post quod diuino adiutorio opus esse veteres[d] leges præcipiebant) in posterum cessare † sancimus: & huiusmodi lites, etiam post memoratum tempus, ad exemplum cæterarum, vel in prouinciis apud moderatores, vel in hac alma vrbe apud competentes maximos[e] iudices examinari. Quod, etiam si clarissima persona super tali conditione vel etiam seruili quæstionẽ patiatur, tenere censemus. Datũ 3.Non.August.*

VBI QVIS DE CVRIALI[f] VEL COHORTALI, ALIAVE[g] CONDITIONE conueniatur.

Tit. XXIII.

1. Impperatores *Arcad & Honorius*, AA. Floro P. F. P.

SI quis vel curiæ, vel officiis iudicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius, intra prouinciam ab his erit, quos aufugit, comprehensus[h], non expectata eiusdem iudicis notione, sub quo ambitum cœperat militare, penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à iudice, qui[i] in locis aditus fuerit, audiatur, manifestarúmque rerum probatione conuictus, eorum societati, quos declinauerat, aggregetur. Datum 12.Kalend.August.Mediolani, Cæsario & Attico Conss. 399.

Homines qui pro exactionibus vel concussionibus conueniuntur, non possunt fori præscriptionem opponere Baldus.

2. Impp. *Theodos.& Valent.* AA.Cyro PP.

HAc perpetua lege sancimus prouincialibus iudiciis nõ posse fori præscriptionem opponere eos, qui ad curias vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officiis, vel aliis corporibus[k] obnoxii sunt: eos etiam, qui superexactiones vel concussiones perpetrasse firmentur, exceptis videlicet his, qui armata militia præditi sunt, vel alias speciali beneficio principali sese defendunt: ita tamen vt cui ex militaribus viris curię nomen vel cohortalis officij quæstio ingeratur, rector prouinciæ super eius nomine tam[l] ad sedem tuæ magnificentiæ, quàm ad magisteriam vel competentem referat potestatẽ, vt hi, qui velut debiti postulentur, prouinciali iudicio destinati, ibi euentum iudicij expectent, vbi iura moueri præcipiunt huiusmodi quæstiones. Super publicis[m] autem functionibus & debitis nemini liceat fori præscriptionem opponere, præter eos, qui specialiter excepti sunt. Cæteros[n] excelsæ tuæ sedis, & rectorum prouinciarum in quolibet negotio declinare minimè posse iudicium decernimus: ita vt qui tam saluberrimam legem pertinaciter violare tentauerint, sciant à moderatoribus prouinciarum aduersus se tanquam contumaces[o] sententiam proferendam. Datum 12.Kalend.Octobr. Cyro V.C.Cons.441.

VBI SENATORES VEL CLARISSIMI CIVILITER VEL CRIMINALITER conueniantur.

Tit. XXIIII.

De causis criminalibus.

1. Imperator *Constantinus*, A.ad Octauianum comit.Hispan.

QVICVNQVE[p] nõ illustri sed clarissima dignitate tantum præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus: intra prouinciam, in qua facinus perpetrauit, publicis legibus subiugetur, nec fori præscriptione vtatur. omnem enim huiusmodi[q] honorem reatus excludit. Dat.2. Non.Decemb.Gallicano & Basso Conss.*

De causis pecuniarijs.

2. Imppp. *Valens, Grat.& Valent.* AAA.ad senatum.

SEnatores in pecuniariis causis, siue in hac ||alma|| vrbe, siue in suburbanis degunt, in iudicio tam prætorianæ[r] quam vrbicariæ[s] præfecturæ, necnon magistri officiorum quoties tamen ad eum nostræ pietatis emanauerit iussio:) in prouinciis verò, vbi larem[t] fouent, aut vbi maiorem bonorum partẽ possident, & assiduè versantur, respondebũt. Dat.Ka.Mar.Valentiniano A.&Neoterio Cõss.369.vel 390.

De causis criminalibus.

3. Imp. *Zeno* A.Arcadio præfecto prætorio.

QUoties viro fortè patricio vel expatricio[u], velei, quem prætorianæ vel vrbicariæ amplissime sedis admini-

a Messiæ *Cuiac. 5.obs.19.*
b sensus est, Possessorium hæreditatis proponitur, vbi res sitæ. *l.2.j.de interdictis.* Petitoriũ in domicilio conuẽti. *l.2.s.de iurisdict. Salyc.*
c Ratiociniis obnoxij sunt tutores, negotiorũ gestores, procuratores, socij.
d In eum qui de administratione conuenitur, in iis locis agitur, vbi res ipsas administrauit. *Synopsis Basilic.7.ti.5.cap.84.*
e *l.54.inf.ff. de procurat.l.2.§.3.4.l.19.§.2.l.36.inf.l.45.ff. de iudicijs. Nouell.69.cap.1.*
f Vbi gesta administratio ibi ratio reddenda. *l.18.l.19.§.1.ff.de iudicijs. Nou.151.c.1.inf.*
g Quid si in ius vocatus est, postea miles factus est, aut alterius cuiuspiam fori? non potest de eadem causa ad proprium forũ appellare. *1.Harmenopul 2.§.5.l.si quis posteaquam 7.ff.de iudicijs.*
h Ratio dubitãdi hîc sumitur. Iniquum enim videtur, eum qui sit defunctus militia, cogi rationes reddere apud iudicem militarem.
i Contractus, negotia & delicta, fori præscriptionibus leges subtrahunt
k Vbi suppetit totius rei instructio amplior, ibi reddenda ratio.
l id est, libertatis præiudicialis.
m refugit *Hal.*
n Seruus fugitiuus ad eum iudicem reuocãdus est, è cuius foro fugisse dicitur.
o *v.l.S.j.eodem.*
p Status quæstio περὶ τύχης δίκη. Synopsis Basilic.7. *ti.5.c.87.*
q *v.l.2.s. de iurisdict.*
r Reus in causa status est is, qui in seruitutem vel libertinitatem petitur, vel etiam aduersus quẽ ex seruitute in libertatẽ, vel ex libertinitate in ingenuitatem fit proclamatio?
s Quilibet actor etiam senator, in causa status forum rei sortitur.
t *l.21.infra de liberali.*
u Qui proclamat in libertatẽ, forum eius sortitur, qui se dominum dicit.
x Libertatis. Cuiacius ita emendat *hoc titulo.*
y aliàs, Simplex procurator Cæsaris non cognoscit de causis status *leg.2.supra eodem.*
z ad procuratorem Cæsaris: in vrbe verò, ad consulem. *l.27.ff. de liberali. l.4.ff.si ingen.* vel prætorem liberalem *dicta l.4.l.36.inf.ff.fideicom.libert.*

a Magister rei priuatæ, id est, procurator fisci. *l.1.s. de annonis & ca. l. Dudum Cod. Theodos. de iure fisci.v.Cui.ad l.5.j.de iure fisci. v.quæ scripsi ad t. Digestorum de officio procuratoris Cæsaris.*
b id est, prçside, *l.2.in fine s. de pedaneis: adde quæ notaui ad l.1.s.de ordine iud.*
c quinquennij dimẽsionẽ *Hal.*
d *adde l. 2. ff. si libertus ingenuus esse dicetur.*
† & ita abrogatur lex 2.§.1. *lex 4.ff.si inge.libert. esse.*
e Causæ status exigunt maximos iudices. l.32 *§.7.ff.de arbitris.* adeò, vt nec pedaneis delegari possint, nec compromissariis. quin vel præsidum olim de statu non fuit cognitio. *l.1.s. de ord.iud.Cuiac.hic. v. tamen, quæ scripsi ad d. l. 1.* Qui de libertate olim iudicarint, vide apud Forner. 2, *select.23.*
f Curiales, curiæ muneribus adscripti: cohortales, ex cohorte præsidis, apparitores, officiales *l. 34. ff. de rebus credit.*
g puta corporis alieni, veluti nauiculariorum, pistorum.
h hinc colligũt, Licere propria auctoritate fugitiuum capere.
i Fugitiuus vbicunque inuenitur, ibi iudicari potest.
k Corporibus quibusdam obnoxij, conueniẽdi sunt coram præside.
l obnoxius militiæ & alicui corpori, duos habet iudices, præsidẽ & magistrum militum: ad hunc tamen per illum remittitur, vide Bald.
m Vbi de functionibus publicis agitur, nemini datur fori prę scriptio.
n Præses, iudex est generalis totius prouinciæ.
o Qui declinat iurisdictionem competentis iudicis, pro contumace punitur.
p *l.1.C.Theod. de accusat.lib.9.*
q honor non seruatur in digno. *l.47. ff. de ritu.*
r id est, præfecti prætorio.
s *adde l. 8 j. de incolis. l.pen. ff. de senatorib. l.22.ff. ad municip.*
t id est, domicilium. Græci ὅπου διάγουσι. vbi resistunt. *Synopsis Basilic.7.tit.3.ex ti.5.c.91.* Domicilium, pars maior bonorum, & assidua loci alicuius frequentatio, fori ius tribuit.
u ἀπὸ πατρικίων, ἢ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων ἢ ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως. expatricius, expræfectus prætorio, expræfectus vrbi *Synopsis ibid.c.91.*

ſtratio illuſtrauit, vel conſulari viro, quem[a] tam ordinaria profeſsio, quàm ſacra noſtræ pietatis pariter ſublimauit oratio, quíve magiſteriæ[b] poteſtatis ſudoribus clarus factus eſt, vel ei, qui magiſtri[c] officiorum vel quæſtoris[d] officio functus, aut ſacro[e] noſtræ pietatis cubiculo præpoſitus, poſt depoſitam adminiſtrationem ſenatorio[f] ordini ſociatus eſt, aut[g] cui noſtra ſerenitas domeſticorum ſcholam regendam mandauit, cuíve[h] ſacros noſtri numinis theſauros[i], aut[k] res priuatas noſtræ pietatis vel ſereniſsimæ Auguſtæ noſtræ coniugis gubernandas iniunxit: poſt[l] depoſitam videlicet adminiſtrationem, crimem publicum priuatúmve, cui tamen non[m] per procuratorem reſpondere liceat, in hac alma[n] vrbe vel in prouinciis commoranti ingeratur: nullius[o] alterius iudicis, niſi noſtræ pietatis huiuſmodi eſſe cognitionem, vel ſacri tantummodo cognitoris, cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negotij audientiam vice ſua ſacris apicibus mittendis mandauerit: ita tamen vt apud talem iudicem nullius officij vel ſcholæ intercedente miniſterio, more atque habitu ſacrarum conſultationum, abſque vlla videlicet obſeruatione[p] dierum fatalium introductæ cauſæ, viris deuotiſſimis ſacri noſtri ſcrinij libellenſibus[q] ſolennia implentibus audiantur: eo, qui in crimen vocatus erit, (ne quas ante[r] probationes iniurias patiatur) ſedendi[ſ] quoque in aliqua ſecretarij[t] parte, quæ iudicibus inferior[u], altercantibus[x] verò ſuperior eſſe videatur, habituro licentiam. 1 ¶Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, vt ne ſacro quidẽ cognitori[y] noſtro: poſtquam crimen fuerit patefactum, contra huiuſmodi viros vel eorum ſubſtantias ſtatuendi aliquid concedamus facultatem: ſed hoc ſolummodo in huiuſmodi viros vice quoque principis auditori licebit, vt intentatum apud ſe crimen, ſi patefactum fuerit, ad principalem referat notionem. vltionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus nonniſi in principis reſidebit arbitrio[z], cum ſit certũ oportere accuſatoris calumniã, reo videlicet protinus abſoluendo, inconſulta[a] quoque noſtra ſerenitate, prout leges ſanciunt, coerceri: niſi fortè accuſator quoque nõ minoris quam reus ſit dignitatis. in hoc namq; caſu ſuper coercenda huiuſmodi accuſatoris calũnia, non immeritò conſulenda[b] erit principalis auctoritas. 2 ¶Viros aũt illuſtres in hac inclyta vrbe degentes, qui ſine[c] adminiſtratione honorariis decorati fuerint codicillis, licèt talẽ prærogatiuam noſtræ iuſſionis meruerint, vt quod non egerint, videantur[d] egiſſe: in criminalibus cauſis, magnificæ tuæ ſedis, & illuſtriſſimæ vrbicariæ præfecturæ, necnõ etiã viri magnifici magiſtri officiorum, (quoties tamen ad eius iudiciũ ſpecialis noſtræ pietatis emanauerit iuſſio) ſententiis reſpõdere decernimus: ita vt huiuſmodi viri ſedendi quidẽ in cognitionib. dicendis minimè ſibi vindicent facultatẽ: ſciant autẽ ipſi quoq; nec de ſe, nec de ſuis facultatib. iudicaturos aliquid, nec probatis criminibus (niſi prius ad noſtrã pietatẽ retulerint) poſſe ſtatuere. 3 ¶Quoties autẽ viri illuſtres in prouinciis conſtituti, non hi tamen, quorum cognitio ad noſtrã maieſtatẽ, vel ad iudicẽ vice[e] noſtri numinis auditurũ pertineat, in querimoniã fuerint criminalẽ vocati: & ſedendi, cũ celebratur cognitio, in ſecretariis[f] iudicantiũ ius cõſequantur: & iudices, patefactis quoq; criminib. ferẽdis cõtra huiuſmodi viros ||illuſtres|| vel facultates eorũ ſentẽtiis abſtineant, dũ noſtræ pietatis ad ſuas meruerint relationes reſpõſum: ſupplicio videlicet, quod accuſatorib. patefacta eorũ calũnia ingerendũ eſt, nec apud prouinciales iudices, ſi non ſic, vt ſuperius dictum eſt, ſimilem dignitatem habeant differendo. Dat. Conſtantin.*

IN QVIBVS CAVSIS MILItantes fori [g] præſcriptione vti non poſſunt.

a ὑπατικὸν ἔμπρακτον vocat author *Syn. d. l.* conſularem in actu conſtitutum & ordinarium. Ibidem tamen apud Scholiaſt. ita legitur hic locus ὑπατικὸς ἔμπρακτος ἢ μόνον τῇ ἀξίᾳ τετιμημένος. conſularis in actu conſtitutus, vel dignitate tantùm honoratus. vt hi ſint qui hic dicuntur in ordinaria profeſſione & ſacra imperatoriæ pietatis ſublimati oratione. b ϛρατηλάτης *Syn. ibid.* c μάγιϛρος τῶν θείων ὀφικίων magiſter ſacrorũ officiorum *Synop. Baſil.*
d ὁ κοιαίϛωρ τοῦ θείου παλατίου quæſtor ſacri palatij *Syn. Baſil. ibid.*
e πραιπόσιτος τᾶ ... tũ dicitur apud authorem *Syno. ibid.*
f *v. l. 1. j. de quaſtoribus.*
g ὁ ἄρξας τῶν δομεϛίκων σχολῆς. *Synop. ibid.*
h κόμης πραιγάτων. comes largitionum *Syn. Baſil. ibid.*
i *v. Cuia. ad l. 9. j. de iure fiſci.*
k κόμης τῶν ἰδικῶν τοῦ δεσπότου ἢ δεσποίνης *Syno. Baſ. ibid.*
l *v. quæ notaui ad l. 48. D. de iudiciis.*
m Aliud in criminalibus cauſis *l. 25. D. de procuratoribus.* excepta criminali iniuriarum cauſa *v. l. vlt. j. de iniuriis.*
n ἐν τῇ βασιλίδι πόλει in vrbe imperatoria. *Synop. eod. l.*
o Iuriſdictioni huiuſmodi negatiuis verbis ad tributæ renunciari non poteſt. *adde l. 4. j. de Caſtrenſianis. lib. 12.*
p Magnũm priuilegium eſt, ſi alicui tempora fatalia non currant.
q *l. 32. §. 4. j. de appellationibus.* eadem forma dicuntur qua Theſaurenſes *l. 2. j. de palat. ſacra. larg.* Comitatenſes *l. 7. d. tit.* Fabricenſes *j. de heredit. decur.* Pſeudocomitatenſes *l. 14. j. de re militari.*
r Accuſatus ante probatum crimen, iniuriã pati non debet.
ſ Illuſtribus ordinariè competit hoc priuilegium, vt in criminalibus cauſis habeant ius ſedendi in ſecretariis iudicum inferiori parte, tã in vrbe quàm in prouinciis: honorariis, in prouinciis tantùm. hinc colligunt, Clariſſimis perſonis accuſatis eum honorem deferri, vt ſedentes etiam reſpondeant.
t *§. vlt. j. eod.* Secretariũ, aula in quam iudices conueniunt. eadẽ forma & ſignificatione qua auditoriũ *l. 40. ff. de reb. cred.* Græcè hîc ἔν τινι μέρει τοῦ δικαϛηρίου. *Syn. Baſi. ibid.*
u τῶν δικαζομένων litigantibus *Syn. ibid.* x Erant in auditoriis iudicum tres veluti gradus: vnus, iudicum: alius, illuſtrium: poſtremus, altercantium *vt hic.* Symmachus *1. Epiſt.* In vno ſubſelliorum capite. Regulariter, litigatores ſtant *l. 1. ȷ. de off. ciu. iud.* & cauſidici *l. 6. in fin. ȷ. de poſtulando.* Plin. *1. Epiſt.* In tribunatu abſtinui cauſis agendis, quòd deforme arbitrabar (cui loco cedere omnes oporteret) hunc omnibus ſedentib. ſtare. *& 6.* Ingens vtrinque aduocatorum vniuerſa ſubſellia perſtantium corona. *v. Cuiac. ad Nou. 71. in fin.* Huc referri poteſt, quod Lucius ſcripſit de ordine ſedendi in Curia Pariſienſi 4. *Placit. 6.* y Cognitor ſacer, id eſt, principis delegatus, vice principis auditurus. *j. eo.* cui audientia vice principis, ſacris apicibus mittendis mandata in *pr. ȷ. eo.* Iudex vice numinis Imperatorij auditurus, *§. vl. j. eod.*
z Omnis pœna ſi à principe indicitur, arbitraria eſt. a Cognitor ſacer illuſtres perſonas condemnare non poteſt, & tamen poteſt abſoluere. Imò, poſſe videtur *l. 37. ff. de reg. iur.* Ille caſus eſt ſpecialis. b ſenſus eſt, Vir illuſtris ſiue reus ſit, ſiue actor, à nullo iudice condemnari poteſt ideóque princeps eo caſu conſulendus eſt, *facit l. 9. §. 11. leg. 27. §. 1. §. 2. ff. de pœn.* c Nota apud Romanos moris fuiſſe quoſdam decorari honorariis codicillis ſiue adminiſtratione.
d minor eſt dignitas proueniens ex fictione, quàm ex veritate.
e *dixi §. 1. ȷ. eo.* f *dixi ȷ. eo. in fin. pr.*

Tit. XXV.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio præfecto prætorio.

OMNES[h] omnino domeſticos ||&||[i] agentes[k] in rebus, & quæcũque alia prætendatur militia vel dignitas, ſub moderatoribus prouinciarum pro[l] functionibus publicis reſpondere, nulla fori præſcriptione valitura, ſancimus, ſi hac, qui exiguntur publica debita, vti tentauerint. immo & in aliis priuatis actionibus occupatos volumus reſpondere, qui vel per prouincias ſociantur[m], vel conductorum vocabulis, cum non armata militia præditi ſint, defenduntur, ſiue domorum diuinarum, ſiue virorum potentium, ſeu cuiuſlibet conditionis ſint conductores[n]: niſi ||ſi|| fortè commeatum[o] ad[p] rẽ propriam componendam vnius anni inducias oſtenderint ſe accepiſſe. eadem forma ſeruanda in his etiam, qui mercandi[q] vel[r] militandi ſacra beneficia meruerint, vt & ipſi rectoribus prouinciarum reſpondeant. Dat. 3. Kal. Conſtantinop. Theod. A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

VBI CAVSÆ FISCALES[ſ] VEL DIVINÆ[t] domus hominúmque[u] eius agantur.

Tit. XXVI.

De morte non deffenſa.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Dioſcoro.

NON defenſæ[x] mortis quæſtionem, apud procuratores noſtros non oportere tractari, nec bona ||à|| fiſco peti poſſe[y], priuſquam de crimine conſtiterit apud eum[z], cui conuictis pœnam irrogare licet, quis ignorat? Planè defunctis homicidij reis, apud procuratores[a] quoque cauſam[b] agendã eſſe ratio permittit[c]. PP. VII. Idus Maij, Laterano & Rufino Conſ. 198.

Si quis mortem ſibi conſciuiſſe dicatur.

2. Iidem AA. Ariſtæ.

NOn animaduertimus, cur cauſas ad[d] officium procuratorum noſtrorum pertinentes, ad proconſulis notionem aduocare velis. nam cùm hoc quæratur, an pater tuus mortem ſibi conſciuerit metu alicuius pœnæ, ac propterea bona à fiſco vindicari debeant: iam non de crimine, aut pœna mortui, ſed de bonis quærendum eſt. Dat. 12. Kal. Octob. Apro & Maximo Conſſ. 208.

De accuſatione deſerta.

3. Imp. *Anton.* A. Heliodoro.

PRocurator meus, qui vice præſidis prouinciæ non[e] fungitur. ſicut exigere[f] pœnam deſertæ accuſationis non poteſt, ita iudicare, vt ea inferatur, ſententia ſua non poteſt. Dat. 10. Kal. Septemb. Læto & Cereali Conſſ. 216.

De eo qui emit à procuratore Cæſaris, mandato alterius.

4. Imp. *Alexand.* A. Maximæ.

CVm vendente[g] procuratore meo emiſſe te prædia dicas: precium eorum neceſſariò[h] ſoluere debes. Cùm his verò, quibus mandantibus eadem prædia emiſſe te & tradidiſſe dicis, agente te, procurator meus (ſi eius audientiam elegeris) cognoſcet, vt pecuniam quæ pretij nomine tibi debetur, & vſuras, quæ fiſco ſoluendæ ſunt, conſequi poſſis. PP. 4. Id. Octob. Maximo & Paterno Conſſ. 234.

g Militum, alij armatæ militiæ, alij togatæ. h Hæc lex integra extat inter Nouellas Theodoſij editas à Pithœo: *adde l. 2. l. 3. Cod. Theodoſ. de iur. ſilict.*
i *d. l. 3. Cod. Theodoſ.* k Scholares magiſtri officiorum, veluti agentes in rebus, iidem magiſteriani. l Militantes in curia principis, fori præſcriptione non vtuntur, quoties agitur de publicis functionibus: eaiúmque præſidis eſt notio. *adde l. j. de prim. ſcholar. l. vlt. j. de caſtr. & miniſt.*
m negotiantur, & rectè *vt hic.* De tribus caſib. agitur, Si priuatis negotiis occupantur, ſi negotiantur, ſi cõductoris vocabulo defendunt, & ita Baſilica. εἰς ἰδιωτικὰς φροντίδας ἀσχολούμενοι ἢ ἐμπορευόμενοι ἢ μισθούμενοι, *v. Cuia. hic.*
n Militans fori. prædij alieni cõductor eſſe poteſt, *vt hic:* (Aliud in armato milite, *l. 1. j. de re militari.*) ſed eo caſu non fruitur priuilegio militari.
o Milites vltra annũ commeatus accepti, priuilegio militari non fruuntur.
p Militi commeatus dari poteſt ad res proprias componẽdas.
q Fornerius *2. ſelect. 3.* hinc collegit. Mercaturæ deditos priuari militia. quo nomine reprehenditur à Cuiacio *9. obſ. 37. fol. 257. in fine.* quem hoc voluiſſe exiſtimo, nimis hoc generaliter dici, cùm ſit falſum in militia non armata: verum, in armata. Baldus verò colligit Milites negotiatores in cauſa negotiationis conuétos nõ habere priuilegium militare.
r & militandi. Milites fori negotiandi licentiam à principe poſſunt impetrare. Regulariter enim mercatores ſimul & milites eſſe nõ poſſunt. *l. 1. j. negot. de milit.*
ſ Cauſæ fiſcales ſunt, in quibus agitur de bonis, pœnis aut iurib. fiſco delatis.
t Ea pertinent ad prædia Tamiaca, quæ erãt in Cappadocia ſub diſpoſitione & cura præpoſiti ſacri cubiculi, & Comitis domorum *vide Cuiacium hic.* Erant enim in Pontica diœceſi, præcipuè: in Capadocia, domus & poſſeſſiones plures, propriæ patrimonij principis, & in eis coloni ac inquilini. Equitia eiuſdem iuris. Ij omnes ſub cura Comitis domorum. *l. vlt. j. eodem. Nouell. 20.* Poſtea id munus tranſlatum in proconſules Cappadociæ, *Nou. 30. vbi v. Cuiac. adde eundem ad tit. de præpoſit. ſacri cubic. j. & 8. obſ. 40.*
u Homines fiſcales, actores, procuratores, conductores, coloni, inquilini, ſerui rei priuatæ,
x i. non vindicatæ, neglectæ, deſertæ, *l. 1. j. de his quibus vt indig.*
y hoc caſu ſc. z i. præſidem prouinciæ. Præſes cognoſcit de homicidio & crimine. Procurator de bonis non de crimine neuter verò poteſt ſeruum in caput domini interrogare. *Paul. 5. ſent. 16. §. 5.*
a Cæſaris. Hi cognoſcunt de cauſis fiſcalibus, inter fiſcum & priuatos.
b neglectæ mortis ſc.
c vt ei qui mortem defuncti non vindicauerit, hereditas auferatur.
d *l. 5. j. eod.* e Procurator Cæſaris, fungens vice Præſidis, poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus. *l. 1. ȷ. de pedaneis: leg. 2. infr. de pœnis: l. 4. j. ad leg. Fab. l. vlt. ff. de off. procurat. Caſ. l. 23. §. 1. ff. de appellationib. adde Cuiac. 19. obſeruat. 13. Robert. 1. animaduerſ. 22. Antonium Mercat. Notat. 22.*
f vi ſua ſc. exactio pœnæ irrogatæ à præſide, ad rationalem pertinet, nõ irrogatio.
g in venditione bonorum fiſcalium, procuratoris Cæſaris interuentus neceſſarius.
h *l. 5. in f. ff. de iure fiſci.* nec enim poteſt procurator Cæſaris fidem habere de pretio. Quid priuati procurator? *v. l. 1. ff. de excep. rei vendit.*

a *l.2.§.eod.* b *adde l.8.§.* c Rationalem summarum. quidam ita legunt, moti lege 7. *Cod. Theod. de iure fisci.* & notitia imperij Romani, & Suetonio *in Domitiano*, vbi fit mentio auctoris summarum: reprehensi à Cuiacio. 8. *obs.* 32. & rectè. Nam in lege 3. §. *si propter publ.* procurator Cæsaris procurator summæ rei appellatur. & in rescripto Gallieni apud Euseb. 7. *cap.* 13. ὁ τῶ μεγίστου πράγματος προεστώτων. & antiqua inscriptio, Val. Honoratus V.P. Rat.S.R. Tacitus 5. Neminé summę rei imponere poterant.

De causis fiscalibus.

5. Imp. *Constantinus* A. ad Vtsum.

AD fiscum [a] pertinentes causas, Rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. Constantino Feliciano & Titiano Conss. 337.

De conductore Cæsaris.

6. Idem A. ad Italicum.

SI quis aduersus conductorem [b] nostrum aliquid agendum crediderit: viro illustri comiti rerum priuatarum referri oportet: ne & iudici existimationis, & officio eius salutis discrimen immineat. Datum Kal. Febr.* Conss.*

De dominicis colonis & patrimonialibus.

4. Idem A. ad Bulephorum Rationalem summæ [c] rei.

DOminicis colonis & patrimonialibus grauitatem tuã censemus disceptatricem esse debere. Duces enim & præpositos [d] militum & castrorum, & rectores prouinciarum, euocandis & arcessendis colonis, abstinere oportet. Dat. XVI. Kal. Mart. Licinio* Conss. 318.

De colono aut seruo principis.

8. Imp. *Constantinus* A. ad Taurum PP.

CVm aliquid colonus [e] aut seruus rei priuatę nostrę cõtra disciplinam publicam adseratur perpetrare, ad iudiciũ rectoris prouinciæ venire cogendus est: sic videlicet, vt præsente Rationali vel procuratore domus nostræ inter eum & accusatorem causa tractetur: &, si facinus fuerit approbatum, iuris seueritas exeratur. Dat. 5. Non. Mart. Sirmij, Arbitione & Lolliano Conss. 355.

De actore rerum priuatarum seu procuratore Cæsaris.

9. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Philippum virum clarissimum.

||VNiuersi fiduciam gerant, vt,|| si [f] quis eorum ab [g] actore rerum priuatarum nostrarum, siue à procuratore vexatus fuerit ||iniuriis, || super eius contumeliis vel deprędationis deferri querimoniam|| sinceritati tuæ, vel rectori prouinciæ ||non dubitet, || & ad publicæ sententiam vindictæ sine aliqua trepidatione conuolare. ||quæ res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus, ||& edicimus, ||vt si in prouincialem hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publicè viuus concremetur [h] Dat. 3. Non. Iu. Heraclię Valentiniano & Valente AA. Cos. 368.

De officialibus rationalis.

10. Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodosius* AAA. ad Polemium PP.

NVllum ex officio Rationalis, qui exactioni vel chartis [i] inseruiat, in aliud iudicium adduci oportet: nisi fortè cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsauerit. Dat. 3. Kal. Maij, Arcad. & Bautone Conss. 385.

De conductore aut seruo Cæsaris.

11. Imperatores *Theodosius, & Valentinianus*, AA. Artaxi præposito sacri cubiculi.

HAc lege sancimus: vt, siue agat domorum nostrarum colonus [k] inquilinúsve aut seruus, siue pulsetur ab aliquo super criminali seu ciuili negotio, non alteriusquam tui culminis ac viri spectabilis comitis [l] domorum petatur examen: nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. Dat. V. Idus Aprilis.*

d propositos limitum. & ita in Basilicis legitur. τῶν ἀπὸ πολεμίων ἀγρῶν ἀπιστασθέντων, *vide Cuiac.* 13. *obser.* 35.
e *vide l. vlt. §. eodem*
f *l. 1. Cod. Theod. de actorib. lib. 10. tit. 4.*
g 1. *Cod. Theodos. de actorib. & procurat. & conductoribus rei priuatæ, lib. 10. tit. 4.*
h *d. l. vn. §. de cõductor. præ. fiscal.* De viui comburio, vide *l. vnic. §. de Nili aggeribus.*
i Chartularius, chartis inseruit, eásque tractat.
k *l. 6. l. 8. §. eod.*
l de quo dixi in epigraphe huius tituli.
m hic titulus est exceptio tituli. *5. §. eod. Ne quis in sua caus.*
n vide Dãhouderium *cap. 13. & 14. praxis ciuilis.* De quo dixi in praxi ciuili Titulo de iustitia & iure.
o id est, vlcisci, ac sibi quodammodo ius dicere.
p Publica deuotio, id est, publicè deuoti, vt milites. Dicuntur enim deuotissimi. *l. 17. §. de exhi. milit. ann.* sacramento militiæ obstricti. Miles desertor publicę deuotionis à quouis obsideri, prehendi, &, si se telo defendetit, occidi potest.
q *l. 1. Co. Theodos. ad legem Corneliã de sicarijs.*
r hoc etiam de iure naturali permittitur. *l. 3. ff. de instit. adde l. vlt. vers. neque. §. de discussorib.*
s Quid in vrbe? Legibus duodecim tabularum id permissum fuit. Quasi diceret, Olim licuit furem nocturnũ quoquo modo occidere, cum in agro, tum in vrbe. hodie in agris tantùm id permissum est, quoquomodo, siue ei parcere non potueris sine vitæ periculo, siue potueris. qua de re vide hîc Cuiacium, *& 14 obs.* 15. t *l. vlt. in fi. §. in quibus. caus. in integ.*
u Qui à Romanis ad hostes transfugiunt, eos tanquam hostes licet cuique citra periculum occidere. 5. *Harmen.* 8. §. 1.
x *l. 2. §. de desertoribus.* 6. *Harmenop.* 8. *adde Nouell. Theod. 44. de tironibus & desertorib.*
y Tertullianus *in Apologetico*, In reos maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est. ac si diceret, Cuique his casibus reum capiendi eúmque interficiendi ius permittitur.
z 2. *Instit.* 18. 5. *ff.* 2. 2. *Cod. Theod.* 19. de inofficiosi querela *Paulus* 4. *sent.* 5. περὶ τῆς κατὰ διαθήκης μέμψεως, id est, de querela aduersus tęstamentum, & quando & à quibus ea possit institui vel non possit. 39. *Ecloga* 1. vide formulam huius actionis apud Oldendorpium *Class.* 5. *act.* 2.
a quo iure introducta est hæc querela? non à Prætore sed lege Glicia, Cuiacius 2. *obseru.* 21. Mouetur in scriptione legis 4. *ff. hoc tit.*
b Inofficiosum est testamentum, in quo parens, filius, vel frater sui officij obliti. in quo liberi vel parentes vel fratres germani immerito exheredati, præteriti, vel ita instituti, vt pro exheredatis habeantur. De formula huius actionis dicam ad l. 22. §. *eod.* An hodie locum habeat dixi ad l. 1. *ff. eod.* interim, quæ sint hodie mutata, circa hanc querelam v. apud Oldendorpium *clas.* 5. *act.* 1. *num.* 10.

c Querela aduersus fideicommissarium moueri potest.
d id est, possidet. Atqui in querela agitur de hereditate. Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, *l. 4. §. in quib. causis cessat. longi temp.* Fideicommissarius verò titulo possidet? dicam *§. eod.* de vera sententia huius legis.
e nota hoc verbum. Accommodari dicũtur ea, quæ propriè ac verè nõ competũt.

QVANDO [m] LICEAT VNICVIque sine [n] iudice se vindicare [o], vel publicam [p] deuotionem.

Tit. XXVII.

De nocturnis depopulatoribus & aggressoribus itinerum.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. ad Prouinciales.

LIBERAM [q] resistenti [r] cunctis tribuimus facultatem: vt quicunque militum vel priuatorum ad agros [s] nocturnus populator intrauerit, aut itinera frequẽtata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia digno ilico supplicio subiugetur: ac mortem, quam minabatur, excipiat: & id, quod intendebat, incurrat. Melius [t] enim est occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus vltionem: & quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto: vt nullus parcat militi, cui obuiare telo oporteat vt latroni. Dat. Kalend. Iul. Tatiano & Symmacho Conss. 391.

De desertoribus. De latronibus publicis.

2. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodos.* AAA. Hadriano P.P.

OPprimendorum [u] desertorum [x] facultatem prouincialibus iure permittimus. Qui si resistere ausi fuerint: in his velox vbique iubemus esse supplicium. Cuncti [y] etenim aduersus latrones publicos, desertorésque militiæ, ius sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum. Dat. V. Non. Octob. Theodosio A. & Rumorido Conss. 403.

DE [z] INOFFICIOSO [a] testamento [b].

Tit. XXVIII.

De fideicommissario.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus.* AA. Victorino.

CVM de inofficioso matris suæ testamento filius dicere velit aduersus [c] eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet [d]: non est iniquum, hoc ei accommodari [e], vt perinde [f] fideicommissarius teneatur, ac si pro herede, aut pro possessore possideret, PP. V. Kal. Iul. Falcone & Claro Conss. 194.

De bonorum possessione litis ordinandæ gratia.

2. Iidem AA. Lucretio.

QVamuis de inofficioso testamẽto acturum [g] te, bonorum possessionem [h] accepisse proponas: tamen scriptis heredibus auferri possessionem, inciuile est. Dat. 4. Kal. Decemb. Dextro & Prisco Conss. 197.

De posthumo præterito à matre.

3. Iidem AA. Ianuario.

SI mater filiis duobus ||heredibus|| institutis, tertio post [i] testamentum suscepto, cùm mutare idem testamentum potuisset, hoc facere neglexisset: meritò vtpote non iustis rationib. neglectus [k] de inofficioso querelã instituere poterit. Sed cum eã in puerperio [l] vita decessisse proponas: repẽtini casus iniquitas per coniũcturã maternæ pietatis emẽdanda est. Quare filio tuo, cui nihil præter maternũ fatum imputari potest, perinde virilem [m] portionẽ tribuendã esse censemus, ac si omnes filios heredes instituisset. Sin autẽ heredes scripti extranei erant: tunc de inofficioso testamento

f vt exinde. Salycetus, Faber, Castrẽsis, ita hãc legem emendant. eo sensu, Querelam primò, subsequenter petitionem hereditatis moueri. Guillelmus vetus interpres putat, proponentem querelam proponere hereditatis petitionem. Goueanus 1. *variar.* 5. ait, nullam sibi videri in toto Codice obscuriorẽ constitutionem, nec tamen superiores sententias probat. Putat hîc agi de petitione hereditatis, nõ inofficiosi: filium laudãdum esse, qui hac neglecta, illam proponat. Nec enim hereditatis petitione honorem parẽtum suggillari. Eo nomine iustum esse tã modesto filio petitionem hereditatis accommodari. Si ita est, debuit hæc cõstitutio reiici in titulum sequentem. Existimo hanc legem esse de apicibus iuris cuius sensus is esse potest, Querelam inofficiosi dari aduersus heredem, & eũ qui pro herede aut pro possessore possidet, in alios nõ dari. *arg. l. 10. §. eodem. l.* 8. §. 2. *ff. eodem.* 9. *ff. de heredit. petit. l. 20. in fi. princ. ff. de bonor. possess. contra tab.* fideicommissarium propriè non esse hereditatis dominum. nam ex causis fideicommissi dominia non transferuntur. *l. 3. in fine D. si vsufr. petat.* pro herede non possidet is qui non putat se heredem, quique cognoscit se alium esse ab herede. *l. 11. ff. here. pet.* pro possessore nõ est, nec. n. est prædo *d. l. 11. in f.* Hinc constat subtili iure filios excludi. sed ridẽda est hæc subtilitas. Fideicommissarius enim effectu est heres. æquum est igitur filiis actionem in fideicommissarium adcommodare. Quid, querela inofficiosi & petitio hereditatis, possúntne vna & eadem actione vnóue iudicio proponi? Angelus negat, Zasius ait, *vide quæ notaui ad 20. ff. eodem.* idque ita sentit Cuiacius *hîc.* Olim tamen non fuit necessitatis, nam inofficiosi querela moueri separatim poterat. *Paulus 4. sentent. 5. §. 4.* hodie potest simul & consecutiuè, *Ferrariensis ex communi opinione in forma restitutionis in integr.* 41. *in versic. ad dimittendum 15. num.* 2.
g id est, quamuis, cùm esses acturus, litis ordinandæ gratia bonorum possessionem accepisti. *l. 8. ff. eodem.*
h Hæc, bonorum possessio gratia litis ordinandæ dicitur in lege Papinianus §. 1. *ff. eodem.*
i Post matris testamentum natus, præteritus (à matre præteritus, habetur pro exheredato) querelam rectè instituit. *vide Paulus 4. sent. 5. §. 2.*
k i. præteritus. præteritus à matre, habetur pro exheredato.
l Quæ in puerperio decessit, testamenti mutandi facultatem non habuisse præsumitur. m sensus huius legis is est, Posthumus præteritus à matre (quæ mutandi testamenti non habuit facultatem, quod in puerperio decesserit) videtur cum aliis fratribus viriliter institutus. ideoque testamentum non rumpitur. Quid si extranei fuerint instituti? rumpetur testamentum.

a Rescisso testamento per quærelam, libertates non reuocantur.
b Querela præparata transmittitur ad hæredem. c Potest filius aduersus patris testamentum aut donationem ab eo factam, querelam instituere, nisi quod ei relictum est, omnino ad explendum trientem satis est. *Synopsis Basilicôn 41. titu. 4. cap. 17. 5. Harmenopul. 9. §. 24.* d Habens legitimam, querelam mouere non potest, *l. 30. j. eo. l. 8. §. 8. ff. eod. Paul. 4. sentent. 5. §. 6.*
e Nota quantitatem legitimæ liberis relinquẽdæ. *adde Nouell. 22. cap. 48. Nouel. 39. c. 1.*
f Ære alieno deducto *s. d. l. 8. §. 9.*
g i. quatuor vncias.
h Legitima liberis quoque relicti titulo relinqui potest. *vt hic* Imò non potest quoquo titulo relinqui: cùm iure institutionis relinqui debeat. vide Socinum *regula* 152.
i in legitima bonorum, singulis liberis virilis portio competit.
k Legitima liberorum grauari non potest, etiam in vsufructu.
l Immensa donatio in vnum ex liberis collata, per alios vsq; ad legitimã reuocatur: non vltra.
m Filius donatione à patre inter viuos accepta, eius hereditate potest abstinere. Quid si illa donatio exhaurit legitimam reliquorum liberorum? Huiusmodi donatio legitimæ reliquorũ fraudi esse non debet: ideóque ex bonis donatione acceptis fratribus legitima supplebitur.
n Neptis ex filio (etiam emancipato) querelam inofficiosi potest mouere aduersus testamẽtum aui.
o Pater hereditatem inter filios diuidere potest, dum tamen ei (quem minus diligit) legitimã relinquat. *l. 10. j. famil.*
p *l. 35. §. 1. j. eod.*
q Querelam inofficiosi mouere aduersus patris testamentum nõ potest, qui testamentũ eius agnouit. *vt hic. Synopsis Basil. 45. tit. 4. cap. 17. 5. Harmenopul. 9. §. 24.*
r Tacitè agnoscere & adprobare testamẽtum defuncti censetur, qui ex eo testamento debita soluit. *l. 35. § 1. j. eod. adde l. 23. §. 1. ff. eod. l. 43. ff. de heredit. petit.* & ita testamentum nedum expresè, sed tacitè approbari potest.

actionem instituere non prohibetur. PP. 8. Kal. Iul. Laterano & Rufino Conss. 198.

De libertate fideicommissa.

4. Iidem AA. Soterico & aliis.

CVm ex causa fideicommissi secundum prætoris decretum in libertate[a] morari sitis, filios etiam susceperitis: quamuis postea domini vestri testamentum inofficiosum sit pronunciatum agente filio: non est æquum, fieri vobis libertatis quæstionem. PP. 6. Id. Mart. Antonino II. & Geta II. Conss. 206.

An querela transmittatur ad heredem.

5. Imp. *Anton.* A. Helio.

SI pater tuus post litem contestatam, vel postquam propositum habuisset inofficiosum fratris testamẽtum dicere, te herede relicto decessit: causam cœptam[b] vel quocunque modo illi placitam, exequi non prohiberis. PP. II. Non. Octob. Gentiano & Basso Conss. 212.

De legitima portione.

6. Idem A. Ingenuo.

CVm[c] queritur, an filij de inofficioso patris testamento possint dicere: si[d] quartam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspicitur. PP. 7. Kal. Iul. Romæ, Duobus & Aspris, Conss. 213.

In authen. de triente & semisse §. 1. coll. 3. tit. 5. nou. 18. cap. 1.

Authent. ex Nouell. 18. cap. 1.

NOuissima[e] lege cautum est, vt si quatuor sint filij vel pauciores, ex substantia[f] deficientis triens[g]: si plures sint, semis debeatur eis quoquo[h] relicti titulo, ex æquo[i] scilicet inter eos diuidendus: cuius portionis nec[k] vsufructu defraudari liberi à parẽtibus possunt.

In authent. de immensis donati. §. 1. coll. 7. tit. 4. al. 3. Nouell. 92. cap. 1.

VNde & si parens in quendam liberorum vel in quosdam donationem[l] immensam fecerit: quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem[m] meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione (si opus sit) cæterorum portionem.

De nepote ex filio emancipato.

7. Idem A. Secundo.

NEptem[n] defuncti, actione de inofficioso testamento, quamuis pater eius emancipatus fuerit defunctus, experiri posse, ignorare non debes. PP. 6. Kal. Iul. Romæ, Læto & Cereali Conss. 216.

De hereditate à patre inter filios diuisa. 1. De eo qui agnouit iudicium defuncti.

8. Imp. *Alexander* A. Florentino.

PArentibus arbitrium[o] diuidendæ hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo[p] non minùs is, qui pietatis sibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex iudicio parentis obtineat. 1 ¶ Qui[q] autem agnouit iudicium defuncti, eo[r] quòd debitum paternum pro hereditaria parte persoluit[s], vel alio legitimo modo satisfecit: etiam si minus, quàm ei debebatur, relictum est: si is maior vigintiquinque annis est, accusare vt inofficiosam voluntatem patris, quam[t] probauit, non potest. PP. 7. Id. Februar. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De testamento militis.

9. Idem A. Romanæ.

DE inofficioso testamento militis[u], vel iure militari, vel ciuili facto, vel centurionis, vel tribuni numeri, nec filios posse queri, ius certum est. PP. Idus Maij, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De fisco.

10. Idem A. Quintiniano.

SI heredum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicis, aduersus quos de inofficioso testamento acturus eras, iure successionis bona, ad fiscum pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, vtpote vacantia, fiscus[x] tenet: causam apud procuratorem nostrum agere potes. PP. 2. Id. Aug. Maximo 2. & AEliano Conss. 224.

De arenariis.

11. Idem A. Ingenuo.

IN arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitimæ successiones integræ sunt, sicuti ciuitas & libertas manet. Sed si testamentum parens eius fecit: neque de inofficioso testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit. nam talem filium meritò quis indignum ‖[y] sua ‖ successione iudicat, nisi[z] & ipse similis conditionis sit. PP. 4. Kal. Ian. Iuliano & Crispino Conss. 225.

De fideicommisso.

12. Idem A. Liciniano & Diogeni.

SI pater puellæ (cuius vos curatores esse dicitis) filio ex semisse, ipsa autem ex triẽte, & vxore ex reliquo sextante scriptis heredibus, fidei filiorum commisit, vt, si[a] quis eorum intra vigintiquinque annos ætatis decederet, superstitibus portionem ‖ suam ‖ restitueret, prẹterea vxori, vt id, quod ex causa hereditatis ad eam peruenisset, filiis post mortem suam restitueret, fidei commisit: calumniosam inofficiosi actionem aduersus iustum iudicium testatoris instituere non debetis, cùm[b] ex huiusmodi fidicommissaria restitutione tam matris quàm fratris eius portio ad eam poterat peruenire. PP. Non. Dec. Alexand. A. III. & Dione Conss. 236.

De testamento rescisso pro parte.

13. Imperator *Gordianus* A. Prisciano.

CVm duobus heredibus institutis, vno ex quinque, altero ex septem vnciis, aduersus eum, qui ex septẽ vnciis heres scriptus fuerat, iusta querela contendisse, ab altero autem victum[c] te fuisse alleges: pro ea parte, qua resolutũ est testamẽtum, cùm iure intestati, qui obtinuit, succedat, neque[d] legata neque fideicommissa debentur: quamuis libertates & directæ competant, & fideicommissariæ præstari debebant. PP. 3 Kal. Feb. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De falsi accusatione.

14. Idem A. Prisco.

EVm[e], qui inofficiosi querelam delatam non tenuit[f], à falsi accusatione non submoueri placuit. Idem obseruatur. & si[g] è contrario falsi crimine instituto victus, postea de[r] inofficioso actionem exercere maluerit. PP. 6. Kal. Dec. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De filia præterita à matre.

15. Imperator *Philippus* A. Aphrodisiæ.

FIliam[h] præteritam[i] à matre, ad successionem eius citra [k] inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati iuris est. PP. V. Kal. August. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

Si testamentum non iure factum dicatur.

16. Impp. *Valeria & Galien.* AA. *Valeria.* N. Cæs. Theodoræ.

COntra maiores vigintiquinque annis duplicem[l] actionem inferentes, primam quasi testamentum non sit iure perfectum, alteram quasi inofficiosum, licèt[m] iure perfectum, præscriptio ex prioris[n] iudicij mora quinquennalis[o] temporalis non nascitur. quæ officere non[p] cessantibus non potest. PP. Id. Aug. Tusco & Basso Conss. 259.

De matre à filio præterita.

17. Imperatores *Carinus & Numerianus.* AA. Floræ.

CVm[q] filium[r] tuum, te præterita sororem heredem instituisse proponas: inofficiosi querelam apud præsidem prouinciæ persequi potes. PP. 2. Id. Feb. Carino 2. & Numeriano AA. Conss. 284.

z Mores quos quis in se approbat, in liberis reprobare non potest.
a Plena & pura esse debet legitima portio. Pura inquam, ab omni onere fideicommissi & legati. Quid si facta est mutua & reciproca substitutio? onerosa non censetur. Æquitas suspicionem fraudis tollit. *j. eodem ibid. cùm ex huiusmodi.* Itaque neuter querelam habiturus est: quia neuter in legitima est grauatus. Mater etiam potest vulgariter substituere filio, etiam in legitima *l. 33. D. de vulgari.* An pupillariter? non *v. Bartol. dicta leg. 33.*
b Æquitas omnẽ fraudis suspicionem tollit.
c Varietas personarum & meritorum efficit, vt actor in vno, iure vincat: vincatur autem in altero *leg. 15. in fi. l. 24. D. eo. l. 76. D. de leg. 2.* vt idem testamentum pro parte rescindatur, pro parte cõfirmetur, Idque à iudice statui ex communi opinione Hot. refert *Consil. 2. fol. 51. adde Cuiac. 10. obs. 20. in fin.*
d id est, heredes ab intestato succedunt.
e Querelam inofficiosi testamẽti mouere potest, qui falsi testamentum accusauit, nec obtinuit: & è contra *Syn. Basil. 39. tit. 1. c. 37.*
f id est, non obtinuit *l. vlt. D. de except. rei iudic.* sensus est, Is etiã potest testamentum falsum dicere, qui inofficiosum non probauit. *vt hic. & l. 13. in f. j. de petit. hered. adde casus l. 47. in f. ff. de hered. petit.*
g *v. l. 47. ff. de petit. heredit.*
h Querelam inofficiosi rectè instituit filia, à matre præterita. *vt hic. Syn. eod. c. 38.*
i Liberi à matre præteriti, habẽtur pro exheredatis.
k Querela inofficiosi, remediũ est aduersus prẹteritionem factam à matre. Nec enim præteritis à matre datur bonorum possessio contra tabulas *adde l. 4. §. 2. D. contra tabulas.*
l Alia est causa iniusti, alia inofficiosi testamenti.
m Inofficiosum testamẽtum ius ciuile non tam facit, quàm natura. Querela inofficiosi non impugnat solennitatem, sed inordinatam & cœcam defuncti voluntatem. personam, non iuris solennia respicit.
n Victus iniusti actione, inofficiosi querelam non amittit, *leg. 8. §. 12. D. eodem.*
o Post quinquennium querela inofficiosi moueri non potest. *vt hic. adde 5. Harmenopul. 9. §. 24.* hoc enim temporis decursu patris testamentum confirmasse liberi videntur. *Syn. Basil. 41. ti. 4. c. 17.* p Non cessanti, præscriptio non nocet. Non cessat in querela proponenda, qui in iniusti testamẽti probatione occupatus est, & meritò. Quoties enim competunt duo auxilia, qui in vno vigilat, alterum non amittit.
q Querelam inofficiosi aduersus filij testamentum, mater instituere potest, tametsi defunctus sororem suam instituerit, *Synop. eodem cap. 42.* r Frater sororem

s *vide l. 2. j. de iure delib.*
t Qui testamentum defuncti semel adprobauit querelam inofficiosi amittit. *vide l. 20. §. de option.*
u Querela inofficiosi locum non habet in militis testamento.
x Querela inofficiosi institui potest aduersus fiscum occupantem bona defuncti.
y *Nouell. 115. cap. 3. §. 10.* Parens filium arenarium aut mimum potest exheredare, nisi ipse eiusdem conditionis sit.

De ex-

instituere non potest, matre præterita.

† Vxoris summa pietas, à marito non diuelli.

† patre volente *arg. l. 20. j. eodem.*

a Parentibus in quibusdam citra mentem ingratitudinis non obtemperamus. Filia non diuertens à marito parentis iussu, non meretur exhæredari. *adde Nouell. 155. c. 3. l. 5. j. de repudiis.*

De exheredata quia noluit à viro diuertere.

18. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Faustinæ.

CVm te pietatis † religionem non violasse, sed mirati coniugium, quod fueras sortita †, distrahere noluisse, ac propterea[a] offensum[b] atq; iratum patrē ad exheredationis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamenti querelam inferre non vetaberis. S. Kal. Maij, Maximo 2. & Aquilino Conss. 286.

De filia turpiter viuente.

19. Iidem AA. Apollinari.

SI filiam tuam, eo quòd turpiter[c] & cum flagitiosa fœditate viuit, à successione tua excludendam putes: si nō inconsulto[d] calore, sed ex meritis[e] eius ad id odium incitatus es: postremi iudicij liberum arbitrium habebis. [f] Da. 15. Kal. Iul. Sirmij, ipsis AA. Conss. 293.

In authen. vt cum de ap. cog. §. Si vero vsque ad vigintiquinque col. 8. tit. 16. al. 12. Nou. 115. c. 3.

SEd si [g] post vigintiquinque annos te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccauerit, vel, sine consensu tuo, marito se, libero tamen copulauerit: eam exheredare non potes[h].

De filia nolente diuertere.

20. Iidem AA. & CC. Sauiano.

FIlia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente[i] nupsit, colens concordiam[k], iustas[l] offensionis post eiusdem matris[m] pœnitentiam causas non præstat, nec ex momentarijs[n] voluntatibus matris nupta atque vidua iure esse compellitur. Dat. Non. Ian. Sirmij, CC. Conss. 294.

De transuersalibus.

21. Iidem AA. & CC. Alexandro

FRatris [o] vel sororis filij, patrui vel auunculi, amitæ etiam & materteræ testamentum inofficiosum frustra dicunt: cùm nemo[p] eorum, qui ex transuersa linea veniunt, exceptis fratre & sorore[q], ad inofficiosi querelam admittatur. De falso sanè per accusationem criminis queri non prohibentur. Dat. *CC. Conss. 294.

De filia exheredata de effectu rescissionis.

22. Iidem AA. & CC. Tantillæ.

SI maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem, filia autem, quam habuit in potestate, exheredata ||iure|| facta minimè perhibetur, nihilque ei relictum est, neque iustas[r] offensæ causas præstitisse||expresse|| conuincitur: eam de inofficioso testamento patris querentem, totam hereditatem obtinere posse non ambigitur. Quòd si iam obtinuit, vel postea vindicat: quodcunque maritus mortis suæ tempore debuisse[f] tibi perhibetur, id ab ea reddi oportet. Dat. Id. Feb. Sirmij. CC. Conss. 294.

De eo qui impedit testari.

23 Iidem AA. & CC. Philippo & aliis.

TEstamenti[t] factione per testationem vos interdixisse [t] matri profitentes, iustam[u] causam offensæ manifestè testamenti. Dat. V. Id. Sept. CC. Conss. 294.

De testamento militis.

24. Iidem AA. & CC. Successo.

TEstamentum militis[x] filiifamilias in castrensi peculio factum, neque à patre, neque à liberis eius per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. 3. Non. Dec. Nicomediæ, CC. Conss. 294.

b *l. 23. j. eo.*

c liberi ob turpē vitam possunt exheredari. Turpis liberorum vita exhæredationem meretur. *Nou. 155. c. 3.* sed & dotis & alimētorum priuationem. Est tamen pœnitentibus ignoscendum *v. Vurmss. 1. pract. 37. obs. 8.*

d quod fit sæpe.

e *l. 22. §. 1. D. eo. l. 8. §. 5. ff. contra tabul. l. 7. D. de bon. damn.* Olim non erat necesse certas exheredationis causas adscribi. Incertæ positæ erant in iudicio cētum-virorum. Hodie certæ adscribendæ *Nou. 115. c. 3. v. Cuiac. ad Nou. 18.*

f Quid si ad bonam frugem cōuersa? ignoscendum esse tradit Tiraquellus *tract. de pœnis causa 28.*

g Pater peccandi occasionem filiæ præstare intelligitur, si eam viro intra 25. annos ætatis non elocat.

h & meritò, Nemo enim id punire potest, cuius ipse admittendi fuit occasio.

i In filia nuptura, matris *vt hic:* & patris *l. 18. s. eo.* consensus requiritur. An ob eam causam exheredari possunt liberi? Abbas negat. *Vurmser. 1. pract. 39. obs. 19.* alibi dixi.

k De concordia & religione maritali adde *l. 8. s. eo. l. 5. j. de institut. & substit.*

l *l. 21. j. eo.*

m *l. 4. j. de repudiis.*

n Alciatus hinc colligit, Virum muliere constantiorem præsumi *2. præsumpt. 47.*

o *Syn. Basil. 39. ti. 1. c. 43.*

p nota regulam.

q ídq; etiam nō præcisè, sed turpibus personis institutis *§. 1. instit. eo.* quin, non omnis frater, sed vtriusque coniunctus *v. l. 27. j. eo.*

r In hoc iudicio, hæ plerunque formulæ sententiæ dicendæ sunt, iustas causas offensæ. *l. 18. l. 20. s. eo. l. 23. l. 28. j. eo. vt & in epistolis Plinij. 1. epist. 5.* Iustas irascendi causas patrem habuisse videri aut non videri.

f Rescissa aditione hereditatis per querelam, reuiuiscunt actiones per aditionem confusæ. Cessante causa confusionis, cessat confusio.

t Qui parentem testari prohibet, iustè potest exheredari. quid si à patre non exheredatus? hereditas indigno aufertur *v. l. 2. j. si quis aliquem testari.*

u *leg. 22. s. eod.* x *leg. 9. s. eodem.*

y *vide Cuiac. in hanc leg. 4. obser. 24.*

z Secus suspicari, est malè suspicari.

a Liberi de matre conqueri non possunt, si nullam eis facit iniuriam, sed prouidet. Hinc collige. Posse bona mente conditionem & diem adiici, testamento. Eadem ratione excusabitur substitutio pupillaris *l. 26. j. eo.* aliàs non toleratur *l. 32. j. eodem.*

b *vide leg. vlt. D. de heredit. petit.*

c id est, hereditate *vide quæ notaui ad l. 8. s. si tabulæ testamen. null.*

d Vlpian. *in fragm. tit. de bonor. possess. Ambros. 75 epistol.*

e Ex quatuor vnciis impuberi filio heredi instituto pater substituere directò potest: nec id esse detractio videtur. Ita Græci hunc locum legunt *41. Syno. 5. ex lib. 39. titul. 1. cap. 46.*

f *dixi ad l. 25. s. eodem.* Constitutio quæ respicit fauorem filij instituti, non facit locum querelæ inofficiosi.

g Aliud videbatur: quia filius hîc substitutionem patitur in legitima, quæ pura esse debet ab omni onere legati & fideicommissi *Auth. nouissim s. eo.*

h *l. 1. C. Theod.* de inofficioso testamento *lib. 2. Syno. 39. ti. 1. c. 47. vbi Thalelei Scholion.*

i Fratres vterini tantùm, non habent querelam inofficiosi. Thaleleus tamen *ad d. c. 47. Syn.* differentiam non facit, inter Vterinos & Germanos. Illi ὁμομήτριοι. Illi ὁμοπάτριοι *eodem author.*

k Etiam infami persona instituta

l germani *l. 1. C. Theod. eodem.* Fratres ex eodem patre, vel vtrinque coniuncti querelam inofficiosi mouere possunt trib. casibus *j. eo.* eóque casu consanguineis magis fauetur, quàm vterinis, adgnationi quàm cognationi simplici.

De filiis à matre instituendis sub hac conditione, si à patre emancipati fuerint.

25. Iidem AA. & CC. Menedoto.

FIliis[y] matrem, quæ de mariti moribus secus[z] suspicatur, ita posse consulere[a] iure compertum est, vt eos sub hac conditione[b] instituat heredes, si à patre emancipati fuerint atque eo pacto secundùm tabulas bonorum possessionem patrem cum re[c] accipere non videri, qui conditione minimè obtemperauerit: neque ei nomine filiorum inofficiosi [d] eo modo actionem posse competere, quibus nullam iniuriam fecerit mater, sed potiùs putauerit prouidendum, & ideò restituere debet. Dat. 4. Non. Iul. Antiochiæ, Titiano & Nepot. Conss. 301.

De filio impubere.

26. Iidem AA. & CC. Serapioni suo salutem dicit.

EX[e] tribus vnciis herede instituto filio, intra[f] pubertatis annos directam nō [g] inutiliter à patre fieri substitutionem, certum est. Dat. 5. Kalend. Septemb. Nicomediæ, CC. Conss. 302.

De fratribus & sororibus.

27. Imp. *Constant.* A. Verino.

FRatres[h] vel sorores vterini[i] ab inofficiosi actione cōtra testamentum fratris vel sororis penitus[k] arceantur: consanguinei[l] autem durante agnatione||vel non||contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso quæstionem mouere possunt, si[m] scripti heredes infamiæ[n], vel[o] turpitudinis, vel[p] leuis notæ macula adspergantur, vel[q] liberti, qui[r] perperam & non benè merentes, maximísque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto [f] seruo[t] necessario herede instituto[y]. Dat. Id. August. Sirmij, Constantinop. A. V. & Licinio Cæs. Cos. 319.

De onere probandi, & de causis exheredationis.

28. Idem A. ad Claudium præsidem prouinciæ Daciæ.

LIberi[x] de inofficioso querelam contra testamentum parentum mouentes, probationē debent † præstare, quòd obsequium debitum iugiter[y], prout ipsius naturæ[z], religio flagitabat, parentibus adhibuerint: nisi scripti heredes ostēdere maluerint † ingratos liberos contra parentes extitisse. Sin autem mater contra filij testamentum inofficiosi actionem instituat: inquiri diligenter iubemus, vtrùm filius nulla ex iusta causa læsus matrem||in||nouissima læserit voluntate, ||eo quòd||neque luctuosam [a] ei & legitimam reliquerit portionem. vt testamento rescisso, matri successio deferatur. Si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium fortè obsedit, insidiisque[b] eum vel clandestinis vel manifestis appetit, vel inimicis[c] eius suas amicitias copulauit, atque in aliis sic versata est, vt inimica eius potiùs quam mater crederetur: hoc probato, etiam inuita acquiescat filij voluntati. Dat. 3. Id. Feb. Crispo II. & Constantino Cæs. 1. Conss. 321.

De dote & donatione ante nuptias.

29. Imp. *Zeno* A. Sebastiano præf. præt.

QVoniā nouella cōstitutio diui Leonis[d] ante [e] nuptias donationem à filio conferri ad similitudinem [f] dotis, quæ à filia confertur [g] præcepit: etiam ante nuptias donationem filio in[h] quartam præcipimus imputari. Eodémq; modo cum pater vel mater pro filia dotem, vel pro filio ante nuptias donationem, vel auus[i] paternus aut maternus,

m hic primus casus pertinet ad infamiam iuris.

n *adde l. 3. D. si à parente quis manumissus.*

o Infamia, turpitudo, leuis nota, ingratitudo, hîc coniunguntur.

p hic secundus casus pertinet ad infamiam facti. hinc colligitur, Infamiā quatuor sortiri effectus. Repellit enim à dignitate, testimonio & querela, quin inducit querelam *v. Bal. hic.*

q Tertius casus, libertus ingratus patrono, habetur pro vili persona.

r Ingrati inter personas notatas hîc recensentur.

f Querela inofficiosi fratres experiuntur aduersus fratris testamentum, persona infami, turpi, notata, vel liberto ingrato heredibus institutis *s. eod.* Quid si à defuncto seruus heres institutus fuerit? cessabit querela *vt hic. Syn. d. c. 47 adde l. vl. j. de necessariis heredib. l. 3. Cod. Theod. de inofficioso.*

t Dominus vilitatē serui purgat, cum eum heredem instituit eo sc. casu, quo suum heredem non soluendo esse videt: & ita hanc legem intellige. aliàs, si frater præteritus in bonis testati fratris præfertur liberto heredi instituto, nisi patronum, qui eū instituit, maximis beneficiis adsecutus sit: & præferri eū quoque erit æquius liberto orcino, nisi agatur de conseruanda fama & existimatione defuncti fratris, *vide Cuiac. 17. obseru. vlt.*

u putà propter suspectam hereditatem.

x *l. 2. C. Theod. eodem.*

† Exheredatus præsumitur ingratus defuncto, nisi merentem se probauerit. & ita præsumitur, pro iudicio defuncti *l. 5. D. eodem.* hodie heredibus incumbit probatio *leg. 30. j. eodem.*

y Continuis obsequiis meritum probatur.

z Natura debetur parentibus obsequium.

† id hodie non est positum in eorum arbitrio: coguntur enim probare iustè exheredatos *dicta leg. 30.*

a *vide leg. vlt. j. de instit. & substit. vide in hunc locum elegantem præscriptionem apud Cuiacium 8. obseru. 23.*

b Sic dolus insidiis probatur. *l. 6. s. de dolo.*

c Amicus inimici mei, inimicus meus præsumitur *leg. 1. §. 10. D. de off. præf. vrbi l. 3. ff de testim. vide tamen l. 47. in fi. D. de reg. iur. adde 2. Feudor. 57. vide Senecam 5. controuers. 2. c. repellatur extra de accusat.*

d *leg. 17. j. de collationibus.*

e Donatio ante nuptias conferenda.

f Donatio propter nuptias dotem imitatur.

g Dos à filia conferenda.

h Quod filius à patre accepit donationis ante nuptias causa, id in suam quartam tenetur imputare.

i hinc collige, Collationi locum non esse, præterquam in sola ascendentium successione.

vel auia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proauus itidem paternus aut maternus, vel proauia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dotem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam, quam ante nuptias donationem, præfato modo volumus imputari, si ex[a] substantia eius profecta sit, de cuius hereditate agitur. Dat. Kal. Maij ipso A. 2. Coss. 479.

De his quibus aliquid. 1. vel nihil relictum est. 2. De militiis in legitimam portionem imputandis.

30. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ.

OMnimodo[b] testatorum voluntatib. prospicientes, magnam & innumerabilem occasionem subuertendæ eorum dispositionis amputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio[c] modo subuertendis moueri solebat actio, certa & statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum, vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: vt, siue adiiciatur in testamento de adimplenda legitima portione, siue non, firmum quidem sit testamentum, liceat verò his personis, quæ testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subuertendum queri poterant, id, quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam[d] eam sine[e] vllo grauamine, vel mora exigere, si tamen non ingrati[f] legitimis modis arguantur[g] cùm eos scilicet ingratos circa se fuisse testator dixerit. Nam si nullam eorum quasi ingratorum fecerit mentionem: non licebit eius heredibus ingratos eos nominare, & huiusmodi quæstionem introducere. Et hæc quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hereditate vel legato[h], vel fideicommisso, licèt minore legitima portione, reliquerint. 1 ¶ Sin verò vel præterierint[i] aliquam eorum personam iam natam, vel ante testamentum quidem conceptam, adhuc verò in ventre constitutam, vel exheredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint: tunc vetera iura locum habere sancimus, nullam ex præsente promulgatione nouationem vel permutationem acceptura. 2 ¶ Imputari verò filiis aliisque personis, quæ dudum ad officiosi testamenti querelam vocabantur, in legitimam portionē & illa volumus, quæ occasione[k] militiæ ex[l] pecuniis mortui iisdem personis acquisita, posse lucrari eas manifestum est: eo quod talis[m] sit militia, vt vendatur, vel mortuo militante certa[n] pecunia ad eius heredes[o] perueniat: ita tamen, vt ille gradus eiusdem militiæ inspiciatur, quem in morte testatoris militans obtinet: vt tanta ei pecunia in legitimā portionem computetur, quantam dari constitutum est, si in eo gradu mortuus esset, is qui militiam ex pecuniis testatoris adeptus est: exceptis solis viris spectabilibus silentiariis[p] sacri nostri palatij, quibus præstita iam specialia beneficia[q] tam de aliis capitulis, quam de parentibus super memorata militia à parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eius computentur, rata esse præcipimus. in cæteris verò personis prædictam obseruationem tenere volumus. Datum Kalend. Iun. Constantinop. Iustiniano A. 2. Coss. 528.

Productio superioris legis ad testamenta nuncupatiua.

31. Idem A. Mennæ præf. præt.

QVæ nuper ad testamenta conseruanda nec facilè retractanda sanciuimus, vt ratione Falcidiæ minimè illis personis derelictæ, quę ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur[r] testamenta, sed quod deest[s] legitimę portioni, id est, [t] quartæ parti scilicet, ab intestato successionis, tantum repleatur, exceptis[u] illis, quibus nihil in testamento derelictū est, in quibus prisca iura illibata seruamus: etiam ad testamenta sine [x] scriptis facienda locum habere sancimus. Dat. 2. Id. Dec. D. N. Iustiniano A. 2. Conss. 528.

De grauamine tollendo.

32. Idem A. Mennæ præf. præt.

QVoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, vt, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem mouere poterant, hoc repleatur [y], ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur: hoc in præsenti addendum esse censemus, vt, si conditionibus [z] quibusdam, vel dilationibus aut aliqua dispositione moram vel modum, vel aliud grauamen introducente, eorum iura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta esse videantur, ipsa conditio vel dilatio, vel alia dispositio moram vel quodcunque onus introducens, tollatur † & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. Dat. 2. Cal. Apr. Decio V. C. Cons. 529.

Pœna heredis nolentis legitimam filio soluere. 1. De Infante ne quis ex persona alterius ingratus dicatur.

33. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

SI quis suo testamento maximam quidem portionem libero[a] relinquat, minusculam autem alij vel aliis de stirpe || sua || progenitis, ipsam tamen legitimā siue in hereditate, siue in legato, vel fideicommisso, vt non possit locus inofficiosi testamenti querelæ fieri, & ille quidem, qui ex paruulo genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit, quia autem ex maiore parte eam amplexus est (siue vnus, siue plures sint) non statim & sine contentioso proposito, vel vlla mora eam restituere voluerit, sed expectato iudiciorum strepitu, & multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia iudicis vix eam reddiderit, crudelitatem eius competenti pœna aggredimur: vt, si hæc fuerint subsecuta, non[b] tantùm in id, quod testator voluit eum restituere[c], condemnetur, || sed etiam aliam tertiam || partem quantitatis, quæ fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: vt auaritia[d] eius legitimis ictibus feriatur: aliis omnibus quæ in eodem testamento vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. 1 ¶ Legis autem veteris iniquitatem tollentes, vt non diutiùs erubescat lex posita, quam Iulius Paulus in suis scripsit quæstionibus, hanc piissimam aggredimur sanctionem. Cùm enim infantem[e] suum non posse ingratum à matre sua vocari scripsit, neque propter hoc ab vltima suæ matris hereditate repelli, nisi hoc odio[f] fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est, hoc iniquum iudicantes, vt alieno[g] odio alius prægrauetur, penitus delendum esse sancimus & huiusmodi causam[h] liberis non tantùm infantibus, sed etiam quamcunque ætatem agentibus opponi minimè concedimus: cùm possit sub[i] conditione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquēs & patris odium punire, & iuri filij sui minimè nocere, nec suam naturam fallere. Satis enim crudele nobis esse videtur, eum, qui[k] non sentit, ingratum existimari. Dat. 12. Kal. Octob. Decio V. C. Cōs. 529.

An querela transmittatur ad heredem.

34. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis filium suum exheredatum fecerit, alio scripto herede, reliquerit autem ex eo nepotem || vel || viuum, vel[l] in ventre nurus suæ constitutum, deliberante verò scripto herede filius || exheredatus || decesserit, nulla hereditatis petitione ex[m] nomine de inofficioso constituta vel præparata: omne adiutorium nepotem dereliquit[n] neque enim pater nepoti aliquod ius, cum decesserit, contra patris testamentum dereliquerit: quia postea & adita est ab extraneo hereditas, & superuixit auo pater eius: vt neque ex lege Velleia[o] possit in locum patris sui succedere, & rescindere testamentū. Et hoc non nulli iurisconsulti[p] in medium proponentes, inhumanè reliquerunt. Sed nos, (qui omnes subiectos nostros & filios & nepotes habere existimamus[q] affectione paterna & imitatione) secundùm quod possibile est, omnium commodis prospicientes, iubemus in tali [r] specie eadem iura nepoti dari, quæ filius habebat: etsi præparatio facta non est ad inofficiosi querelam instituendam, tamen posse nepotem eandem causam proponere: & si non heres[s] apertissimis probationibus ostenderit ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse, testamento remoto [t], ab intestato eum vocari, nisi [u] certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta est. tunc etenim secundū nouellam [x] nostri numinis constitutionem repletio quartæ partis nepoti superest, si qua patri eius competebat. vt perfruatur nostro beneficio à vetustate [y] quidem neglectus, à nostro autem, vigore recreatus, nisi pater adhuc superstes [z], vel repudiauit querelam, vel quinquennio ta-

a Ea tantùm bona conferuntur, quæ ab eo ascendente (de cuius successione agitur) sunt accepta.
b De conditione ex hac lege & *l. 36. j. eo.* qua agitur ad supplementum v. Oldendorpiū *classe 5. act. 3.*
c Olim filius habens minus legitima, querela inofficiosi vtebatur ad testamenti rescissionem. hodie nō rescindit, sed tātum agit ad legitimam, aut ad eius supplementum *vt hic.*
d Qui minùs legitima consecutus est, agit ad illud supplementum *Nou. 115. c. 5.*
e Legitima, plena, & sine vllo onere relinquēda.
f Ingratus non agit ad supplementum legitimæ.
g & meritò. Prę sumuntur enim iniustè liberi à parentibus exheredati, cùm natura ad amandos liberos feramur *v. Alciat. 1. præsumpt. 16.*
h *l. 36. j. eod.* Paganus testamento patris legatum accipiens non censetur exheredatus: aliud in matre *v. l. 10. j. de test. milit.*
i Liberi præteriti agere possunt ad testamenti rescissionem, quo subsecuto ab intestato succedunt. *No. 115. c. 3.* non pro modo legitimæ, sed in vniuersum *vide Vurms. 1. pract. 39 obs. 14.*
k Filius in suam legitimam imputat, quæ à patre occasione militiæ (alterius quā silētiariorū *j. eod. & l. 5. j. qui militare*) accepit, i. sortem & eius reditus *v. Pap. 1. Not. 7. c. de nullit.*
l Legitimæ non alia imputantur, quam quę fuerunt in bonis defuncti.
m militiarum aliæ vendi poterant, aliæ nō poterant,
n Id scholæ placitum vel militū casus dicitur in *Nou. 97.*
o *l. 7. l. 11. j. de prox. sacr. scrin.*
p *dixi s. eo.*
q *l. vl. j. de silentiariis.*
r *l. 30. in pr. s. eo.*
s *d. l. 30.*
t nota de quarta ab intestato successionis *l. 8. s. eo.* Ea est legitimæ (omnibus liberis debitæ) pars *§. 3. Inst. eo.* debitæ portionis quarta *l. 8. §. 8. D. eo.*
u *d. l. 30.*
x Quæ de institutione & supplemento quartæ dicta sunt, habent locum in quouis testamento, siue scripto *l. 30.* siue non scripto *vt hic.*
y actione ad supplementum legitimæ, & ita pater filium legitima priuare non potest *vt hic & l. 5. 35. §. 1. j. eod.* vide tamen Socin. *reg. 283.*
z Legitima liberorum (dic idem in legitima patronis debita *l. 21. §. 1. 2. D. de iur. patron.*) grauari non potest, conditione, dilatione moræ, modo aut alio quouis grauamine. Potest tamen grauari quod est supra legitimam *v. Pap. 20. Arrest. 3. num. 3.* Pura igitur esse debet legitima à die & conditione *vt hic l. 30. s. eod.* nisi peculiari quadam ratione testator alterutrum adiecerit *v. l. 25. s. eo.*
† vide ad hunc locum ius nouū apud *Harmen. 5. tit. 9. §. 8.* vbi refert, externo quidem herede scripto, filiū puram habere falcidiam, id est, non deminutā: alio filio instituto, Falcidiam suam partiri cū fratre instituto.
a i filio *v. quæ scripsi ad l. 34. D. de pactis.*
b Nota pœnam heredis nolentis legitimam sibi relictam soluere.
c *v. quæ notaui ad l. 5. j. de his qui vt indignis.*
d Pœna auari.
e Infans ingratus dici non potest *vt hic.* sic alibi, in paruulo nulla deprehenditur culpa *l. 55. in f. D. de fideic. libert.* Innocentia consilij in eo est *l. 12. D. de sicariis.*
f merito hęc Pauli sententia est explosa. Est enim iniquum odio patris filiū prægrauari *l. 26. D. de pœnis.*
g *l. 22. j. de pœnis. l. 74. ff. de reg. iur. c. 22. de regulis in 6.*
h Qui ingratus esse non potest, exheredari non potest: ideóque nec infās. Et hodie legitimæ causę esse debēt ingratitudinis, *No. 115. c. 3. c. 4.* quę nullæ sunt in infante.
i Mater sub conditione emancipationis potest filium instituere *v. l. 25. s. eo.*
k Sic, consentire non videtur, qui consentire non potest *l. 8. §. 2. ff. de optione*: nec iniuriam fecisse dici potest, qui sensu caret. *Inst. si quadru. in f. pr.* Ingratitudo sciētiam atque sensum pręsupponit.
l *l. 9. §. 2. D. de liber. & posthum. l. 6. D. de iniusto.*
m i. ex causa de inofficioso &c.
n *l. 6. §. 2. l. 7. D. eo.* hoc infra emendatur.
o *v. l. Gallus ff. de lib. & posthum.*
p vt Papin. *l. 7. ff. vnde liberi.*
q Nedum patres sed & aui ac omnes ascendentes ex seipsis descendentes liberos diligere prę sumuntur.
r Vtcunque pater meus ab auo meo exheredatus, querelam inofficiosi aduersus eius testamētum non pręparauerit: & in ea negligentia decesserit, mihi nepoti querela inofficiosi competit *l. pen. in fin. j. eo.*
s Heredis scripti est, probare liberos iustè exheredatos.
t Vis ea est querelæ inofficiosi, vt qui ea vicerit non succedat ex testamento, sed ab intestato. Multum autem interest, An hoc vel illo modo succedatur. Nec enim ab intestato vlla debentur legata.
u nepoti non cōpetit querela aduersus aui testamētum, si patri minus legitima sit relictum, tunc. n. agit ad supplemētum legitimæ, & ita nedū liberis prioris gradus, sed & vlterioris actio ad supplemētum legitimæ cōpetit.
x *leg 30. s. eodem.*
y i. veteribus iurisconsultis.
z Parente querelam inofficiosi repudiante, aut quinquēnio tacente (adde & de ea transigente *l. 6. s. de transactionibus*),

fact.)nullum ius querelæ nepoti competit. Hinc constat, quinquennio ius querelæ inofficiosi testamenti *vt hic.* & inofficiosæ donationis *l. vlt.j.tit.prox.* præscribi. An & ius legitimæ aut supplementum quartæ? Bart. ait, Bal. negat, quem interpretes penè omnes sequuntur, negantes huiusmodi iura tolli minori spatio, quam 30. annorũ: cum ea petantur actione personali, quę 30. tantùm annis pręscribitur *facit l.8.j.de iur. delib.* Doctores *Angel. in l. Papiniã. §. si conditione. ff. de inofficioso Alex. 1. consi. 128. & 3. consil. 8. Aretin. in pr. Inst. de inofficioso* vbi dicunt esse communem opinionem. & ita Camera Spirensis iudicauit: non tantùm pro supplemento legitimę, sed etiam pro ipsa legitima iure naturę debita *Mynsing. 2. obs. 72. v. Grassum lib. sent. §. legit. quæstio 47. v. Balbum tract. de præscrip. 4. parte 4. qu. 23.*

cuit[a] s. post aditam hæreditatem. Dat. 3. Cal. Aug. Lampadio & Oreste Conss. 530.

De libera testamenti factione concessa 1. De pactis & transactionibus 2. De eo qui simpliciter accipit, quod sibi datum vel relictum est pro legitima 3. Hypoteoria.

35. Idem A. Iuliano præf. præt.

SI quando talis concessio [b] imperialis processerit, per quã libera testamenti factio conceditur [c] nihil aliud videri [d] principem concedere, nisi vt habeat legitimam & consuetam testamenti factionem, neque enim credendum [e] est Romanum principem, qui iura tuetur [f], huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum multis [g] vigiliis excogitatam atque inuentam velle euerti. 1 ¶ Illud etiam sancimus: vt si [h] quis à patre certas res vel pecunias accepisset, & pactus [i] fuisset, quatenus de inofficioso querela aduersus testamentum paternum minimè ab eo moueretur, & post [k] habitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnouerit eius iudicium, sed oppugnandum putauerit: vetere iurgio exploso, huiusmodi pacto filium minimè grauari, secundum [l] Papiniani responsum, in quo definiuit meritis [m] magis filios ad paterna obsequia prouocandos, quàm pactionibus [n] adstringendos. Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones [o] ad hæredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertissimè iudicium patris agnouerit. 2 ¶ Et generaliter definimus: quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit vel mortis causa donatione, vel inter viuos, sub [p] ea conditione, vt hæc inter viuos donatio in quartam ei computetur [q]: si filius post [r] obitum patris hoc, quod relictum vel donatum est, simpliciter [s] agnouerit, fortè & securitatem hæredibus fecerit, quod ei relictum vel datum est, accepisse, non adiiciens nullam sibi superesse de repletione quęstionem: nullum sibi filium facere præiudicium, sed legitimam partem repleri: nisi hoc specialiter siue in apocha siue in transactione scripserit, vel pactus fuerit, quòd contentus relicta vel data parte, de eo, quod [t] deest, nullam habeat quæstionem, tunc enim, omni exclusa querela, paternum amplecti compelletur iudicium. 3 ¶ Quę omnis sanctio suas radices extendat non solùm ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes [u] personas, quæ de inofficioso querelam contra mortuorum vltima elogia possunt mouere. Dat. Cal. Sept. Lampadio & Oreste Conss. 530.

De legitima ab Initio, vel ex postfacto Supplenda. 1. De fideicommisso conditionali vel in diem. De tempore huius actionis, & adeundæ vel repudiandæ hæreditatis: an querela transmittatur ad hæredes.

36. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SCimus, antea constitutionem [x] relatam fuisse: qua cautum est: si pater minorem debita portione filio suo reliquisset: omnimodo etsi [y] non adiiciatur, viri boni arbitratu repleri filio, attamen ipso [z] iure inesse eandem repletionem. quærebatur itaque: si quis rem donatam vel inter viuos vel mortis causa, ||vel in legatis[a]||vel in testamento relictam agnouerit, & pro parte sua habuerit: deinde eadem res euicta vel tota vel pro parte fuerit: an debeat ex nostra constitutione pars legitima post euictionem suppleri: vel si ex lege Falcidia minuantur legata, vel fideicommissa, vel mortis causa donationes, debeat tamen ex hoc casu supplementum introduci: ne, dum totam Falcidiam accipere hæres nititur, etiam totum commodum hæreditatis amittat. Sancimus itaque in omnibus istis casibus, siue in totum euictio [b] subsequatur, siue in partem,

a *l.8. §.1. leg. 15. §.1. D. eo.*
b *v. quæ scripsi ad l.9.j. de test. ordin.*
c putà libertino, vt is sensus esse possit, Principe dante libertino liberam testamẽti factionem, remittere ei tantùm videri legẽ Papiam & edictum Prætoris de bonis libertorum *l.3. §.1. D. de bon. liber.* nõ immunitatem obseruationis iuris communis. Non omnia vno verbo solẽnia iuris remitti. *v. Cui. 8. obs. 32.*
d Princeps, verbis generalibus non pręsumitur id concedere, quod est iniquum *v. l. pen. s. de mandat. princ. adde l.2. §. si quis à princ. ff. ne quid in loco publico.*
e Princeps iura tueri præsumitur.
f Princeps iuris custos.
g Quæ multis vigiliis excogitata sunt, retinenda.
h Falcidia viuis adhuc parentib. dari non potest. neque pactione aut stipulatione vlla tenetur filius ad huiusmodi conuentionem præstitam, seruandam *v.5. Harmen. 9. §.1.*
i Parens à filio efficaciter pacisci non potest, ne vnquam de inofficioso queratur *l.8.s. eod. Paul. 4. sent. 5. §.8. adde Cuiac. ad l.26. D. de verb. oblig.* Quid si filia renuntiauit cum iuramento hereditati paternæ succedere non posse iure Canonico statutum est. *c. quamuis ext. de pactis.* vide tamen Socin *reg. 150. dixi ad l.3.j. de collat.*
k Renuncians bonis paternis, tacitè hæc promittere intelligitur, si se viuo successio delata fuerit *l.3.j. de collat.* l Nota rationem decidendi.
m meritis aut beneficiis filij, non pactionibus adstringendi ad paterna obsequia. Est enim mereri, benefacere: vt in illo versu Virgilij, Quique sui memores alios fecere merendo. n facit *l.3.j. de collat. ib. l. vlt.j. de suu.*
o Filius, patre mortuo, heredibus paternis ius quod per querelam inofficiosi consequi potuisse, transactione potest remittere *j. eod.* p Donare liberis pater eo nomine non præsumitur, vt res donatas in legitimam imputent. vide tamen Socin. *reg. 287.* q quænam in quartam imputentur, *v. Grassum lib sent. §. legitima qu. 19.* r Quid si viuo patre id fiat, patre præsente? *v. l. vl. s. de pact.* s Qui simpliciter summam aliquam paternæ hereditatis agnoscit, aliis sibi debitis, tacitè non renunciat. Olim qualiscunque agnitio nocebat *l.8. in f. s. eo. l.12. §.2. D. eo.* t Quod legitimæ deest, pacto & transactione remittere possumus. u descendentes, ascendentes *l.1. D. eo.* & collaterales certis gradibus, *v. Grassum lib. sent. §. legit. quæst. 39.* x *l.30. in pr. s. eo.* y *§.3. Inst. eo. 2. C. Theod. 19. l.4.* z Suppletio legitimæ fit ipso iure *vt hic.* Eius tamen adquisitio non fit nisi per adgnitionem *Bald.* i. dummodo filius ea velit vti *Accurs.* a *l.30. in fi. pr. s. eo.* b Si legitima per euictionem deminuitur, ad eius supplementum potest agi. c Falcidia non minuit legitimam. i. Falcidia non potest detrahi, ex eo, quod est relictum pro legitima. Hæc illa potentior est. Hæc liberis magis debetur, quàm illa heredi. *Graß. lib. sent. §. legit. quæst. 6.* d Legitima grauari nullo modo potest *l.30. s. eo. v. Graß. lib. sent. §. legit. quæst. 38.* pacto etiam tolli non potest *l.35. s. eo.* At consuetudine aut statuto fortè potest minui vel tolli? Augeri potest *v. Graß. 16. quæst. 42. num. 5.* Non potest tolli: minui potest, idque temperatè. Eámque sententiam vt communiorem admisit Spirensis senatus *Andr. Gayll. 2. obs. 122. num. 11.* Quin, quamuis statuto possit feudum ad agnatos deferri, licet tamen eo casu filiabus, agere ad alimenta & dotem, quæ liberis, iure naturæ incommutabili, debentur, *v. VVurm. 1. pract. 39. c. 10.* & breuiter, Statutũ est iniquũ, quod ita legitimam liberis minuit, vt quod eis sit legitimę vice, non relinquatur. *Gay d. l. nu. 13. & seq.* Quid si liberi aliunde quàm ex bonis paternis habeant vnde viuant? Ioannes Cyriẽsis, Couaruuias, Vasquius, & Grassus *li. sen. §. legit. quæst. 42. nu. 4.* aiũt, Eo casu statuto posse tolli legitimã. quod non probo. Vix est enim vt statutum dici mereatur per quod ius naturæ impugnatur. Quid? potéstne parens actu inter viuos legitima liberos defraudare? Donatione non potest *v.j. de inoff. donation. l.8.j. de reuocandis donationib.* nec delicto *l.7. in fi. pr. D. de bon. damn.* nisi certis casibus *v. l.5.j. ad l. Iul. maiest.* Potéstne lusu? sic sentio, & ludentis animum & ludi qualitatẽ & modum substantiæ deperditæ spectari oportere. Potest esse patri animus liberis nocendi: potest esse & alicubi ludus, non improbatus: potest vna alea vniuersa patris substantia dilapidari. Quid contractu? vtique, nisi in manifestam liberorum fraudem, cum tertio colludente initus sit cõ[...]actus. Quid si cum legitimo emptore contractum est? de iure reuocari non potest, ne quidem ad legitimã vsque: sed tamen de æquitate aliud videtur *in l. nõ vsque D. si quis à parente:* Claro *4. sent. §. donatio. qu. 24. vers. & hæc quidẽ:* & Grasso *li. sent. §. legitima quæ. 44. nu. 4.* vbi refert, hunc casũ indigere Cęsarea decisione. Aequo igitur iure consuetudo Parisiensis, Alienationem bonorum ab ascendentibus acceptorum. à parentibus factam, rescindit in gratiam liberorum.

emendari vitium, ||&||vel aliam rem vel pecunias restitui, vel repletionem fieri, nulla Falcidia [c] interueniente: vt siue ab initio minus fuerit derelictum: siue extrinsecus qualiscumque causa interueniens, aliquod grauamem [d] imponat vel in quantitate [e] vel in tempore: hoc modis omnibus repleri, & nostrũm iuuamen purum filiis inferri. Repletionem autem fieri ex ipsa substantia [f] patris, non si quid ex aliis [g] causis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi, ||vt||putà vsusfructus. humanitatis etenim gratia sancimus, ea quidem omnia quasi [h], iure aduentitio ||eum|| lucrari, repletionem autem ex rebus substantiæ ||patris|| fieri. 1 ¶ Cùm autem quis, extraneo hærede instituto, restituere eum filio suo hæreditatem suam, *cùm moriatur*, disposuerit, vel in tempus certum restitutionem distulerit: quia nostra constitutio [i], quæ antea composita est, omnem dilationem, omnémque moram censuit esse subtrahendam, vt quarta pars pura [k] mox filio restituatur: in huiusmodi specie, quid faciendum sit, dubitatur. Sancimus [l] itaque quartæ quidem partis restitutionem iam nunc celebrari, non expectata nec morte hæredis, nec temporis interuallo: reliquum autem, quòd post [m] legitimam portionem restat, tunc restitui, quando [n] testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit portionem integram, & qualem leges, & nostra constitutio definiuit: & scriptus hæres commodum, quod ei testator dereliquit, cum legitimo moderamine sentiet. 2 ¶ Illud præterea sancimus, vt tempora inofficiosi querelæ ab [o] adita hæreditate secundum Vlpiani opinionem currant, Herennij Modestini sententia recusata, qui à morte testatoris ilicò cursum de inofficioso querelæ temporibus dabat: vt non liceat hæredi, quando voluerit adire: ne per huiusmodi tramitem interim filius defraudetur debito [p] naturali. Sancimus itaque: vbi testator decesserit alio scripto hærede, & speratur de inofficioso querela: necessitatem [q] habere scriptum hæredem, si quidem præsto est in eadem commanens prouincia, intra sex mensium spacium: sin autem seorsum vtraque pars in diuersis prouinciis degit, tunc intra annale tantummodo spacium simili modo per continuum à morte testatoris numerandum, omnimodo adire huiusmodi hæreditatem, vel manifestare suam sententiam, quòd hæreditatem minimè admittat, expeditus etenim ita tractatus inducitur filio memoratam mouere querelam. Sin verò scriptus hæres intra statuta tempora minimè adierit: per officium quidem iudicis hæredem scriptum compelli hoc facere: in medio tamen tempore, id est à morte quidem testatoris, sed ante aditam hæreditatem, si decesserit filius, huiusmodi quærelam (licèt se non præparauerit [r] ad suam posteritatem transmittet: ad extraneos verò hæredes tunc tantummodò, quando antiquis libris [s] insertam faciet præparationem. Datum Cal. Sept. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. 531.

De quasi castrensi peculio.

37. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm antiquis legibus declaratum est, vt militaria [t] testamenta de inofficioso querelam euadant: multi alij casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopiri necesse est. In castrensibus etenim peculiis introducta est & alia subdiuisio & peculij triplex [u] inuenitur causa. Vel enim paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter vtrumque obtinet, quod quasi [x] castrense nuncupatur. In tali igitur peculio quod quasi castrense appellatur, quibusdam personis licentia conceditur

e quomodo, quando id fiet? Grauamen quantitatis tollitur per suppletionem: temporis, per repręsentationem. f *l.8. §.11. D. eo.* i. patrimonio, rebus hæreditariis.
g Duobus modis hęc sententia potest intelligi. Primo, Bona patri relicta, ea lege vt ad substitutum filium deferrentur, non cogi filium imputare in suam legitimã. Idem dicendum, si vsusfructus patri legatus, proprietas filio accrescens non imputatur in eius legitimam. Altero, Bona in quibus filius à patre substitutus est, aut quæ iure adcrescendi accepit à suis coheredib. paternis, ei non imputari in legitimam: sed huiusmodi bona eum quasi iure aduentitio lucrari. Quę aduentitio iure filius adquirit, ea in eius legitimam non imputantur. h i. aliunde quã ex paternis bonis. i *v. l.32. s. eo.* k Legitima liberorũ, pura esse debet. Purũ est, quòd sine die, sine conditione debetur. *qua de re v. Graß. li. sent. §. legit. qu. 35.* l Querelę inofficiosi mouendæ tẽpus quinquennio tollitur. idq; non à morte testatoris currit, sed ab adita hereditate per scriptum heredẽ *Syn. Bas. 39. ti. 1. c. 53. 5. Har. 6. §. 5.* m non vltra, vt sit sensus Quantumnis coniunctum heredem, coheredi non pręstare legata supra portionem legitimam. n sensus est, De fideicommisso vniuersali relicto filio sub conditione, vel in diem, vsque ad legitimam sibi delatam, detrahi conditionem vel tempus: ab inde conditionem & tempus expectari. o non ante *l.8. §.10. D. eo.* & ita tempus querelæ incipit currere ab adita hereditate. p Obserua diligentissimè legitimam esse aliquam, quæ iure naturę debita sit. Quidam enim negant in toto iure ciuili fieri mẽtionem legitimę iure naturali debitæ. q Tempus scripto heredi statutum ad adeundã hereditatẽ defuncti, hoc est: vt si in eadẽ sit prouincia, hereditatẽ adire debeat intra sex menses: si in alia, intra annum continuum à morte testatoris. Quod si intra id spatium non adeat, adire cogatur officio iudicis *Syn. Bas. d. c. 53. in f.*
r Querela, etiam non pręparata, transmittitur ad heredes suos.
s *vide leg. 8. D. eodem.* t *leg. 9. l.24. s. eodem. l.50. s. de episcopis.* u Peculij triplex causa. Aliud paganum, aliud castrense, aliud quasi castrense. x *l. vlt. j. qui testam.*

§ *vl. Inst. de milit. test.* a Milites possunt testari, quo voluerint modo *v. l. 15. de test. m. milit. Instit. de milit. test.*
b & presidum legatis. Contius. proconsulum legatis Cuiac. *in Notis Instit. de milit. testam.*. Mouetur non esse hic legendum *præfectu legionum*, ex eo quod præfecti legionum militant. *l. 2. D. qui notant.* Quod cùm ita sit, nihil esse causæ, vt eis ius quasi castrense tribuatur. Placent, qui ita legunt, consulibus, proconsulibus, legatis & præsidibus, &c.

condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo[a] voluerint modo, sed communi & licito consueto ordine obseruando, quemadmodum constitutum fuerat in proconsulibus, & [b] prefectis legionum, & præsidibus prouinciarum, & omnibus [c] generaliter, qui in diuersis dignitatibus vel administrationibus positi à nostra consequuntur manu, vel ex publicis salariis quasdam largitates. Sed hæ quidem personæ testamenti faciendi habent potestatem in [d] ipsis tantummodo peculiis, quæ iam enumerata sunt, id est quasi castrensibus. Sed & veterani: qui tempore quidem militiæ sibi peculium acquisierunt, militiam autem deposuerunt: testari, licito tamen modo, non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensibus peculiis dubitabatur, si [e] contra huiusmodi testamenta de inofficioso querelam extendi oporteret. Sed prior quæstio erat, si omnes, qui quasi castrense peculium habeant, testari in hoc possint: quia non omnibus passim, sed quibusdam personis hoc priuilegij loco concessum est. quia militibus [f] quidem & veteranis testamenta facere in castrensi peculio. vndique concessum fuerat: sed militibus quidem in [g] expeditione constitutis iure suo, veteranis autem iure communi. de aliis autem personis omnibus, quę non per speciale priuilegium hoc acceperunt, si possint testari, dubitatum fuerat: vtputà [h] viris disertissimis patronis causarum [i] virísque deuotissimis memorialibus, & agentibus in rebus, necnon magistris studiorum liberalium, archiatris [k] quoque & ||aliis|| omnibus omnino, qui salaria vel stipendia percipiunt publica. 1 ¶ In his itaque omnibus sancimus, (quia ad imitationē peculij castrensis quasi castrense peculium superuenit) omnes, qui tale peculium possident, super ipsis tantummodò rebus, quæ quasi castrensis peculij sunt, vltima condere (secundum [l] leges tamen) posse elogia: hoc nihilo minus ei addito priuilegio, vt neque [m] eorum testamenta inofficiosi querela expugnentur. Si [n] enim patronus [o] aduersus res, quas libertus eius ex castris acquisiuit, sui iuris indubitanter constitutus, etsi præteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra huiusmodi peculium contra tabulas bonorum possessionem non habet secundùm veterum legum sanctionem: quemadmodum oportet præfata peculia, quę ad instar castrensis peculij introducta sunt, de inofficioso querelæ esse supposita. 2 ¶ Sed hoc obtinere oportet, donec in sacris parentum suorum constituti sunt hi, qui quasi castrense peculium possident. Si [p] enim sui iuris efficiantur [q]: procul dubio est, eorum testamenta, & pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam sustinere: cùm neque nomen [r] peculij permanet, sed aliis rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum, quæ in vnum congregantur ex omnibus patrimonium. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

c nota ex hoc paragrapho personas quib. quasi castrensis peculij ius datū est.
d De quasi castrensi peculio filiifamilias testari possunt *l. vlt. qui testamenta.*
e id est, an.
f testari de castrensi peculio militibus & veteranis licet.
g militari priuilegio testantur milites in expeditione.
h Quasi castrense peculium patronis, memorialibus, agentibus in rebus, magistris studiorum libralium, archiatris & aliis qui salaria vel stipēdia percipiunt publica datum est.
i *Theoph. §. vlt. Inst. de milit. testam.*
k de archiatris dixi *tit. Cod. de professor. mil. & medicis lib. x.*
l *v. l. 35. ſ. eo.*
m *adde l. 9. l. 24. ſ. eod.*
n vide Euerardū in loco à legitima patroni ad legitimam filij.
o vide in hunc locum Cuiaciū 8. *obseru. 52. adde l. 3. §. 6. D. de bon. libert.*
p Peculium propriè dicitur in eo esse, qui sui iuris non est: itaque sui iuris factus, quod antea ei peculium erat castrense, vel quasi, peculium esse desinit *adde quæ scripsi ad l. 1. §. 22. D. de collat.*
q Mutato statu personæ, rei statum conuenit mutari.
r Vbi cessat nomen, ibi cessat priuilegium nominis.
ſ *Nouel. 92. Syn. Basil. 41. tit. 52. Cod. Theod. 20. Cuiac. 5. obseru. 14.*

DE INOFFICIOSIS[ſ] DONATIONIBVS.

Tit. XXIX.

Si mater filiis vel extraneis donauerit.

1. Imp. *Philippus* A. Nicanori & Papianæ.

SI (vt allegatis) mater vestra ad eludendam [t] inofficiosi querelam, penè [u] vniuersas facultates suas, dum [x] ageret in rebus humanis, factis donationibus siue in quosdam liberos [y], siue in extraneos [z] exhausit: ac postea vos ex duabus vnciis fecit heredes, eásque legatis & fideicommissis exinanire [a] gestiuit: non iniuria iuxta formam de inofficioso testamento constitutam subueniri vobis, vtpote quartam partem non habentibus, desideratis. PP. 14. Kalend. Sept. Philipp. A. & Titiano Conss. 246.

Si pater filio in potestate, vel emancipato donauerit.

2. Imp. *Valerianus & Gallienus* AA. Acriæ.

SI pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit, aut [b] in potestate ||eius|| is permansit: & arbitri familiæ erciscundæ officio congruit, vt tibi quartam [c] ||partem|| debitæ ab intestato portionis præstet incolumem: aut si emancipatus [d] is fuit: ||&|| quia donatio non [e] indiget alieno aliminiculo sed suis viribus nititur iuxta constitutiones: is, qui prouinciam regit, ad similitudinem [f] inofficiosi testamenti querelæ, auxilium tibi æquitatis impertiet. PP. 6. Kal. Aug. maximo 2. & Glabrione Conss. 257.

De testato vel intestato.

3. Iidem AA. Æliano.

PRecibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotāt, qui ||cùm|| testamento facto viui patrimonium suum immensis donationibus exinanissent, inane [g] nomen heredum liberis reliquerunt: sed [h] ad intestatos [i] quoque eadem ratio æquitatis extenditur. PP. 10. Kal. Nou. ipsis 4. & 3. AA. Conss. 258.

Si sit locus restitutioni in integrum.

4. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Aristinæ.

SI filius [k] tuus immoderatæ liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, præsidis [l] prouinciæ auxilio veteris: qui discussa fide veri: si [m] in integrum restitutionem ex filij persona tibi competere ob improbabilem donationis enormitatem animaduerterit: in remouendis his, quæ perperam gesta sunt, tibi subueniet: ideóque non est tibi necessarium [n] aduersus immodicas donationes auxilium ad [o] instar inofficiosi testamenti. Dat. 6. Id. Febr. Maximo 2. & Aquilino Conss. 286.

De donatione in filios emancipatos collata & de liberis superuenientibus.

5. Iidem AA. Cottabeo.

SI totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos [p] filios contulisti: id [q] quod ad submouēdam inoff. test. querelam non ingratis [r] liberis relinqui necesse est: ex factis donationibus detractum, vt filij vel nepotes [ſ] postea ex quocunque [t] legitimo matrimonio nati, debitum [u] bonorum subsidium consequantur: ad patrimoniū tuum reuertetur. Dat. 2. Kal. Mart. Maximo 2. & Aquilino Conss. 286.

De eo qui voluntatem agnouit. De restitutione in integrum De legitima portione.

6. Iidem AA. Demetrianæ.

CVm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundémque patrem vestrum ea, quę superfuerant codicillis inter vos diuisisse proponas: si [x] voluntatem eius non agnouisti, nec beneficio ætatis aduersus hæc iuuari poteris, nec tantum dos à patre data & fideicommissum continent, quantum ad submouendam

t Qui penè vniuersam facultatem donat, inofficiosè (respectu liberorum) donat.
u Ad interuertendam inofficiosi querelam: parens suum patrimonium exinanire, cuiuis donando, non potest *l. 87. §. 3. D. de leg. 2. adde l. 16. in fin. ff. de iure patronat.*
x In eo differt hic titulus à superiore.
y *l. 2. ſ. eodem. vide Clarum 4. sentent. §. donatio quæst. 24.*
z Immensa donatio inter viuos à quouis parente, cuiuis facta, reuocari potest à donatoris liberis.
a *dicto §. tertio.*
b Donatio facta à patre, filio in potestate, non valet, vide tamen Socinum *reg. 103.* Valebit igitur facta filio emancipato, vel à matre facta, vel filio naturali, vel filio coniugis, si loci consuetudine, coniuges pro emancipatis habeantur: valeat præterea donatio si confirmetur morte.. *v. Homer. 2. Variarum resolutionum 4.*
c Nota de quarta parte portionis debitæ ab intestato: quæ est alia à portione debita omnibus liberis ab intestato. Hæc, vt ita dicam, stirpis: illa, capitum est.
d Nihil refert, donatio immensè à parente facta fuerit extraneo, vel vni ex suis in potestate posito, aut emancipato *l. 5. ſ. eod.*
e *vide Cuiac. 13. obs. 33.*
f Donatio inter viuos immensa reuocatur, ad similitudinem donationis immensæ testamento relictæ.
g Inane nomen heredis habetur, cum hereditas relinquitur immensis donationibus exhausta.
h Testati causa ad intestati causam ex æquo & bono producitur.
i Siue parens mortuus sit testatus siue intestatus, reuocari potest eius immensa donatio.
k Parentibus licet reuocare immensas donationes à liberis factas.
l Aduersus donationem immensam, præsides solent restituere, non ipsi principes.
m Querela inofficiosæ donationis non competit aduersus inofficiosam donationē, si aduersus eam donationem restitutio in integrum impetrari potest: atque ita restitutionis in integrum subsidiaria hæc erit actio.
n neque possibile. *Accurs. Bald.*
o sensus est, Vt in reuocando inofficioso testamento, sufficit à præside restitui, ita & in donationibus.
p *l. 2. ſ. eod.*
q Inofficiosa donatio propter natos liberos reuocatur, non in vniuersum, sed ad finem legitimæ liberis debitæ *vt hic.* Cur nō in solidū? Quod licet patri per testamentum, hoc eidem licet per contractum. Testamento autem plus legitima relinquere non cogitur. Quid? ipse pater poteritne à donatorio eatenus donationē reuocare? Quidā ita putant. Bald. negat: ne alioqui tēpore plus petatur proinde à donatoris liberis donationē eatenus reuocari: eiúsque partis dominium reuerti ad ipsius donatoris patrimonium *vt hic.*
r Parens immensam donationē a se factam propter sibi adgnatos liberos reuocare potest. Liberi tamen non censentur, qui sunt ingrati. Possis etiam colligere, Ingratis liberis non permitti donationem à patre factam reuocare.
ſ *subaudi* patre eorum mortuo. Propter natum nepotem, parens inofficiosam donationem reuocare potest. Póssis etiam colligere, Suis, etiam secundi gradus & vlterius, competere ius reuocandæ immensæ patrum donationis.
t Propter illegitimos liberos, parens donationem factam reuocare non potest. Possis etiam colligere, Illegitimis liberis, ius reuocandæ donationis paternæ non competere. u Legitima portio, debitum bonorum subsidium *vt hic.* debitum *Nouell. 18.* νόμιμον μέρος, λάχος πεσημόριον. Subsidium dicitur, quia iudicium patris lex supplet. Debitum verò subsidium, quia iure etiam naturæ debetur *leg. 36. §. 2. ſ. de inoffic.* hinc etiam colligunt, Hoc casu integram insolidum donationem non reuocari, ratione Falcidiæ, sed quantum sufficere possit ad legitimam, aliis liberis post donationem natis, præstandam. ídque etiam innuit lex 2. & lex 8. ſ. *eodem.* Imò totum, quidquid largitus est parens, id reuocare potest, & ad eius patrimonium reuertitur *leg. octaua infra de reuocandis donationibus.* Solue, Multum interest pater extraneis donauerit, an filiis quibusdam. Multum etiam refert donauerit ante liberos susceptos, vel post. Dicta lex 8. locum habet in donatione ante liberos susceptos, & extraneis facta. Hæc lex, & lex 8. ſ. *eodem.* & lex 87. §. 3. *D. de leg. 2.* agunt de donatione propriis liberis facta, & fortassis in decrepita prorsus ætate. vtcunque superiores leges ita possint conciliari, possis interea consulere Cuiac. *Nouell. 92.* Paponem *1. Notar. 5. c. des donations fol. 357. 358.* Interim sciendum, Inofficiosas donationes in eo differre ab inofficioso testamento, quod in hoc donata reuocantur in solidum. In illis, id tantùm rescinditur & reuocatur, quo minuitur portio debita liberis.
x Qui iudicium defuncti post mortem eius comprobauit, qui diuisioni bonorum à patre factæ minor consensit, qui tantùm in dote aut fideicommisso habet, quantum valet legitima, donationes à patre cuiuis factas non reuocat. Hanc igitur querelam excludit adgnitio seu comprobatio voluntatis defuncti, alia actio, legitimæ adeptio *vt hic.* Quid si legatum agnouit? non excluditur ab hac querela, nisi animo renunciandi aut compensandi agnouerit, Vel si excluditur à querela, possis dicere non excludi à iure ad supplementum agendi *Bald.*

quere-

a l.2.in fin.§.eodem. b ex hoc loco explica legem 87. §. 3.in fin. D. de legat. 2.
c Collatas donationes in liberos, liberi postea suscepti non reuocant in solidum: sed pro ratione Falcidiæ tantùm d.§.3 l.5 l.7.§.eod.
d Donatio inofficiosa reuocatur quatenus,aut ea tantùm parte,qua inofficiosa est.
e Donatio inofficiosa in fraudem eius,quod testamento liberis coguntur parentes relinquere, fieri non debet.

querelam sufficiat:de enormitate donationum ad [a] exemplum inofficiosi testamenti præses prouinciæ iurisdictionis suæ partes exhibebit.PP.Kal.Maij,Conss.vt suprà. 286.

Quatenus donatio reuocatur.

7.Iidem AA.Ammiano.

SI mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum euisceratis [b] opibus suis exhausit, vt quartæ partis dimidium, [c] quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam aduersus te sufficeret,in his donationibus,quas tibi largita est,non habeas: [d] quod immoderatè gestum est,reuocabitur.PP.5.Id.Maij, Conss. vt suprà 286.

De eo quod vxor à marito sibi donatum filio communi donauit.

8.Iidem AA.Auxanoni.

SI liqueat,matrem tuam interuertendæ quæstionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in vnũ filium collatis exhausisse: cum aduersus eorum cogitationes, qui consiliis supremum iudicium anticipare [e] contendunt,& actiones filiorum exhauriunt,aditum querelæ ratio deposcat: quod donatum est,pro [f] ratione quartæ [g] ad instar inofficiosi testamenti conuicti diminuetur. 1 ¶Nam quod mox à marito in se matrimonij [h] tempore donationis causa collatum,emancipato filio communi, consentiente domino [i],donauit: velut [k] ex bonis patris (de cuius substantia prohibente matrimonio [l] non potuit exire) datum accipi,rationis est. in cuius bonis,si idem consilium & euentus comprehêdatur,lex,quam de patrimonio matris ediximus obseruabitur,PP.3.Id.Sept.CC.Conss.294.

De tempore querelæ.

9.Imp.Constant.A.& Iulia.Cæs.Olybrio.

NOn [m] côuenit dubitari,quod immodicarum donationum omnibus querela ad [n] similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta: vt sit in hoc actionis vtriusque vel vna [o] causa,vel similis existimanda, vel idem ||&||temporibus [p] & moribus [q]. Datum 14.Kal.Iul.Tauro & Florentio Conss.361.

DE INOFFICIOSIS DOTIBUS [r].

Tit. XXX.

1. Imp. *Constantius* A. ad Maximum præsidem Ciliciæ.

CUm [s] omnia [t] bona à matre tua in dotem dicantur exhausta,||leges||legibus concordare promptum est: vt ad [u] exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filiis conquerentibus emolumenta debita [x] conferantur.Dat.4.Kal.Iunij,Tatiano & Cereale Conss. 358.

DE PETITIONE HEREDITATIS. [y]

Tit. XXXI.

De fisco & priuatis.1. De vsuris & fructibus.

1.Imp.*M.Alius Ani.* A. Augurino proconsuli Africæ.

SENATVSCONSVLTVM [z] auctore Diuo Hadriano auo meo factum,quo cautum est, quid & ex quo tempore euicta [a] hereditate restitui debeat,nô solùm ad fisci causas [b],sed etiã ad priuatos hereditatis petitores pertinet. 1 ¶Vsuras [c] verò pecuniarum ante litis contestationem ex die venditionis [d] hereditariarum rerum ab eo factæ,qui antea possidebat,collectas,necnon etiam fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi non sunt,nisi ex his locupletiores [e] extiterint. Post [f] litem autem contestatam tam fructus||no|| venditarum rerum, non solùm quos perceperunt, sed [g] etiam quos percipere poterant, quàm vsuras pretij rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis [h] computandas,omnimodo reddere compellantur. PP. 6.Kal.Feb.Claro & Cethego Conss.147.

f Vir vxori constante matrimonio donare non potest.
g v.l.9.j.eod.l.vn. j.tit prox.
h Vxores ita maritos solebant appellare. Potest etiam dominus appellari, rei respectu vt j. dicam.
i Dominium rei à marito vxori donatę constante matrimonio ab ipso marito non discedit l.6. j de don.int. vir.
k Si vxor rem acceptam à marito, constante matrimonio alicui donauerit, non tam ipsa quam ipse maritus donasse intelligitur. Atque ita, non donat is modò, qui verbis donat, sed qui consentit: vnde colligas in huius generis donationis insinuatione nô loquentis sed cô sentientis præsentiam & nomen requiri.
l malè quidam legunt,patrimonio.
m l.vn.C.Theod. eod. lib. 2. tit.20.
n Argumentum seu extensio inofficiosi testamenti ad inofficiosam donationê: seu inofficiosi testamenti & inofficiosæ donationis similitudo, hæc est, vt aduersus ea côpetat querela.
o Co.Theod. 2.20. 8.
p Querela inofficiosi,quinquennio expirat l.34. in fin. l. 36.§.2.§. de inoffic. ergo & inofficiosæ donationis, quæ ei exæquata vt hic.
q id est, conditione. Quid? Inofficiosum testamentum reuocari posse certũ est à fratribus defuncti, certis casibus l.21.§.tit. prox. Poteritne ergo iisdem casibus reuocari inofficiosa inter viuos donatio à fratre facta? Puto id esse ęquius, qua de re alibi dicam plenius.

r 2.Cod. Theod.21.adde quæ notaui ad titulum,*Si aduersus dotem* §. Dos inofficiosa quando dicatur, vide apud Campegium *tract de dote parte 1.quæst.55.*
s *leg.1.Cod.Theodos.eodem.*
t Dos omnium bonorum,propter liberos postea natos aut legitimatos, *adde leg. 29.§.1.D.de inofficioso*:reuocari potest. non in solidum, sed pro ratione legitimæ *in fin.j.eodem.*Nam quæ iam liberos habet,non potest, nisi certa quantitate,dotem secundo marito constituere *leg.6.j.de secund.nupt.*
u Dotis inofficiosæ, & testamenti inofficiosi, *vt hic.* & inofficiosæ donationis similitudo,vt *l.vl.§.tit. prox.*
x id est,Falcidia,quarta,legitima,*vt l.5.§.tit.prox.ibi,debitum bonorum subsidium.*
y 5.*D.3.2.C.Theod.22 v.Oldend.class. 5.act.* 5.Ea est generalis patrimonij vindicatio, quæ datur heredi scripto,& ab intestato, aduersus eum,qui pro herede vel pro possessore possidet.
z Nota de Senatusconsulto Hadriani, *l.17.l.20.§.6.l.25.§.19.D.eo.*
a *dicta leg. 17.*
b *d.leg.20.§.9.*Priuatus & fiscus interdum eodem iure vtuntur *l.1.§.1.ff.quod cuiusque.*In dubio,vtitur iure communi fiscus *Martinus Laudensis tract.de fisc.num.14.* interdum minus quàm communi, vt cedat priuato *l.10.D.de iure fisci.*
c Hereditariarum rerum vsuras possessor bonæ fidei non præstat ante litis contestationem,sed nec fructus,nisi locupletior factus sit. Post litem verò contestatam, fructus rerum hereditariarum non venditarũ præstat,non modò eos quos percepit, sed & quos percipere potuit: vsuras verò rerũ vẽditarũ,ex die côtestationis litis *Syn. Basil.35.tit.20. ex lib.42.tit.1.c.51.*

De emptore hereditatis & fructibus.

2. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Marcello militi.

SI post motam controuersiam Menecratis bonorum partem dimidiam,Musæus ab herede scripto quęstionis illatæ non [i] ignarus comparauit: tam ipse quasi malæ fidei possessor,quàm heredes [k] eius fructus restituere coguntur. Si verò venditionem lite [l] antiquiorem esse,liquidò probetur: ex eo die fructus [m] restituantur,ex quo [n] lis in iudiciũ deducta est.Fructibus [o] enim augetur hereditas,cùm ab eo possidetur,à [p] quo peti potest.Emptor autem, qui proprio [q] titulo possessionis munitus est, etiam [r] singularum rerum iure conuenitur.Datum Kal.Iul.Seuero A. II. & Victorino Conss.201.

De exceptione rei iudicatæ.

3.Iidem AA.Epictesidi.

HAEreditas materteræ petita non [s] infringit alterius hereditatis petitionem, quæ venit ex [t] alia successione. Sed & si quæstionis titulus prior inofficiosi [u] testamenti causam habuisset: iudicatæ rei præscriptio non obstaret eâdem hereditatem ex alia causa vindicanti. PP. V. Id.Aug. Geta & Plautiano Conss.204.

De compensatione.

4. Imp.*Anton.*A. Vitaliano.

IN restituenda hereditate compensatio eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem [x], inque sumptum funeris [y] bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris.PP.Kalend.Mar.Antonino A.IIII.& Balbino Conss. 214.

5. Idem A.Posthumianæ.

DE [z] hereditate,quam bona fide possidebas, si contra te pronũciatum est: in restitutione eius detrahetur,quod creditoribus eiusdem hereditatis exoluisse [a] te bona fide probaueris.nam repeti à creditoribus, qui suum [b] receperunt,non potest.PP.6.Kal Iunij,Antonino A.IIII. & Balbino Conss.214.

De auo nomine nepotis hereditatem petente à tutoribus quos non iure datos esse contendit.

6.Imp.*Alexand.*A.Firmino.

SI putas [c] non iure tutores datos nepotibus tuis, eo quod eos dicas in tua esse potestate: petere ab his hereditatem filij tui emancipati [d] non moréris,cuius commodum ad te pertinere dicis: iudice statuturo an à præsidialibus actis discedendum sit,qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur esse. PP. X. Kal.Iul.Iuliano II.& Crispino Conss. 225.

De vsucap.& longi temporis præscriptione.

7. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Restitutæ.

HEreditatis petitionem, quæ [e] aduersus [f] pro herede vel ||pro||possessore possidentes exerceri potest, præscriptione [g] longi temporis non submoueri, nemini incognitum est. cùm mixtæ personalis actionis ratio hoc respondere compellat. A cæteris autem tantùm specialibus in rem actionibus vindicare posse manifestum est, si non

d sensus est, Eũ qui hereditatem bona fide vendidit, nô teneri ad fructus & vsuras perceptas ex pretio venditionis earundem rerũ hereditariarum à se facto ante litem côtestatã, nisi quatenus est locupletior. Post litem contestatam teneri fructus restituere, quos percepit,quosque potuit percipere, sed & vsuras præferre rerum hereditatis à se vẽditarum,computandas tamen, non à die venditæ ei hereditatis, sed eius ei euictæ.
e Quomodo id diiudicabitur? puto computandos fructus ab eo perceptos cũ vsuris pecuniæ, emptionis causa numeratæ.Quâdo id diiudicandum? tempore rei iudicandæ *l. 36.§.4.D.eo.*
f *l. 22 j.de rei vind.*
g *l. 25.§.4. D. eo. l.78 D. de regul.*
h Nota effectũ contestationis emptorib. factæ *l.20.§.11.l.25.§.7 D.eo.*
i Qui hereditatem litigiosam sciens comparat cùm hic,tùm ei heres fructus ex ea perceptos restituit,*l.13.§.2.ff. eodem. l.2.§.17. D.pro empt. l.38. §.7. in fin. D. de vsur.l.8. D.de re iudic.*
k *l.13.§.3.ff.eod. Cuia.9.obs.25.*
l Hereditatẽ nôdum litigiosam ignari possumus emere.
m An vsuræ? Cuiacius negat 14. obs.22.
n Bonę fidei possessor, fructus à lite contestata restituere tenetur.
o Fructib. augetur hereditas respectu malę fidei possessoris *l. 20 §.3.in fi. D.eo.*
p ..à malę fidei possessore.
q i. singulari.
r An is sensus est,Emptorê singularum rerum hereditatis,hac actione & rei vindicatione teneri? An,eum ad instar emptoris vniuersitatis fructuum teneri? An emptorem hereditatis vel vniuersitatis,rerum singularum nomine etiam conueniri? An, Petitionem hereditatis non dari aduersus titulo possidentem? Postremum verum putant interpretes,de qua sententia v.Socin.*reg.296.* s *adde l.8.ff.eo.* t Vna & eadem hereditas nobis deferri potest,diuersis successionibus. u Exclusus ab hereditate vindicanda per querelam inofficiosi,non prohibetur eandem alia ex causa vindicare *l.15.ff.de inoff.* x nota de expensis circa infirmũ factis. y *adde l.50.§.1.ff.eo.adde l.27.ff.de religiosis.* z *v.Cui.8.obs.9.* a *l.31.ff.eo.* b Qui suũ recepit,id non restituit. c Ratione dubitationis agere possumus cum legitimo tutore. d *v.Cuia.9.obs.13.* e κλίνεται χ[illegible] ὡς κληρονόμων ἢ ὡς μὴ ἀγαθὴν διακατοχὴν νεμομένων &c. i. aduersus eos,qui quasi heredes,vel eos qui quasi non bona fide possident,rerũ hereditariarum petitio exercetur: nec ei præscriptio.x.vel xx.annorum obstat,quũ .n. mixtæ sint personales actiones.quę decẽnio aut vicennio non tolluntur. Qui verè nec quasi heredes,nec vt prædones possidẽt,rerũ hereditariarum petitioné non habẽt, sed tãtùm in rẽ actionẽ specialẽ,si nec vsu ceperũt,nec longi tẽporis exceptionẽ adquisiuerunt *Sy.d.l.c.57. 5.Harm.8.§.44.45.* f *l.9.10.11.ff.eo.* g Petitio hereditatis pręscribitur 30. annis;

a *l.4.j.comm.de successionib.l.16.l.19.D.qui testam.* b nota de exceptione nullitatis testamenti.
c id est, antequam hereditas eius petatur.
d Scripto herede repudiante, succeditur ab intestato *l.1.D.quis ordo in bonor.possess.*
e Quod filius familias longo tempore possedit, præsumitur id sciente & iubente patre possedisse: & ideo ei adquisiuisse, *adde l.6. §.3.D.de adquir.hered.*

agentis intentio per vsucapionem, vel longum tempus explosa sit. PP.11.Kal.Aug.CC.Conss.294.

De statu testatoris inquirendo.

8. Iidem AA.& CC.Hasterio.

LIber nécne fuerit testator[a], ante[b] omnia disquiri debet, cùm[c] hereditas petitur. Dat.4.Kal.Apr.CC.Conss.300.

Si scripti heredes repudiauerint.

9. Iidem AA.& CC. Demophiliæ.

SI scripti heredes delatam sibi successionem cognati || tui || repudiauerunt[d], & hanc honorario vel ciuili iure quæsiti: res hereditarias, quæ in eadem causa durant, hereditatis petitione vindicare potes. Dat.3.Kal.Decemb.Nicomediæ CC.Conss. 300.

Si filiusf.hereditatem per longum tempus detinuit.

10. Iidem AA.& CC.Theodosiano.

SI filiusfamilias delatam sibi hereditatem per longum[e] tempus detinuit: eo ipso (vtpote[f] agnita hereditate) patri suo eius commodum acquisisse videtur. Dat.13.Kal.Ian. CC.Conss.300.

An possessor cogatur titulum suæ possessionis dicere.

11. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Aeternali proconsuli Asiæ.

COgi[g] possessorem ab eo, qui expetit, titulum suæ possessionis dicere, inciuile est, præter [h] eum || scilicet, || qui dicere cogitur, vtrum pro possessore, an pro herede possideat. Data 12.Kal.Apri.Arcadio IIII.& Honorio III. AA.Conss.396.

De præiudicio. 3. De bona fide.

12. Imp. *Iustinian.* A.Iuliano præfecto prætorio.

CVm hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio adsumebatur, quæ tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei præiudicium. Magnitudo[i] etenim & auctoritas centumuiralis[k] iudicij non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Cùm multæ varietates & controuersiæ veterum exortæ sint: eas certo fine concludentes, sancimus: Si quis hereditatis petitionem || vel susceperit[l] || vel suscipere sperat, vel mouere: alius autem superueniens, vel ex deposito, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietate, vel reum vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium: si quidem pro legato vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditæ quæstionis esse, cùm possit scriptus heres cautione[m] interposita non differre hanc petitionem, sed rectè exigi vel legatum vel fideicommissum sub ea cautela vel satisdatione pro qualitate personarum. Quòd si[n] non obtinuerit eius iura, restituit legatarius vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum vsuris ex quarta[o] centesimæ parte currentibus, vel agrum cum fructibus quos percepit[p], vel domum cum pensionibus, sc. in vtroque eorum expensis antea necessariis[q] & vtilibus deductis. vel si ipse[r] maluerit litem quidem contestari, expectare autem hereditatis petitionis euentum: hoc ei liceat facere, vt restitutio, si competeret, cum legitimis augmentis[s] legatario vel fideicommissario accedat. 1 ¶Sin autẽ ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis vel eius rei, de qua agitur: si quidem res sint vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quę extant: nō[t] differri sub prætextu hereditatis petitionis memoratum iudicium: quemadmodum si pro fœnerata pecunia, vel alia personali actione agatur contra possessorem vel petitorem, non debet iudicium differri, sed exitum suum accipere. Postquàm enim hereditatis petitionis iudicium finem accipiat: tunc inter petitorem hereditatis & pos-

f Hereditatem agnouisse intelligitur, qui eam per longum tẽpus detinuit.
g Eadem lex exstat in *l. 12. Cod. Theod.* de fide testium *l.11.tit.39.* & apud authorẽ *Syn.d.l.c.41.* Interim serua hanc sentẽtiã, vt & ei[9] exceptionẽ.j. *eo.l.2.l.23.j. de probat.* adde alias exceptiones ex Socin.*reg.430.*
h Conuentus petitione hereditatis, cogitur titulum suæ possessionis dicere *l.12.ff.eo.l.36.D.de rei vindi.l.4.l.20.D. de interrogationib.* v.Cuiac.*10 obs.*1. vbi tractat de differentiis petitionis hereditatis, & rei vindicationis, *vide Vuurmf.1.pract.26 c.1.*
i Centumviralis iudicii forma magnifica fuit, vt quæ magis ad publicorũ quàm priuatorũ formam accederet vide Plin. *6. epist.5. Quint.10. dixi ad l.17 ff. eo.* vide Reuardum *li. Protribunalium.*
k De centumuiralibus iudiciis *v.Cui. 10. obs.20. adde l.17 inf. pr. ff. de inoff. l.30. ff. de liberat. legat. vbi dixi.*
l Malè Haloander hæc verba sustulit. Nam Græci legunt ἢ ὑπεδέξατο. Et alioqui, siue susceperit, siue suscipere sperat, vtroque casu differre cętera iudicia soleret *l.7.ff.e.v.Cuia.d.lo. v. Cui.9.obs.27.in p.*
m Hereditate cõtrouersa, legatarij possunt agere contra heredem scriptũ, & consequi legata, præstita cautione *l.10.§.10.ff.si quis om'ssa.v.quæ scripsi ad l.9.j.de leg.*
n Cautionis & satisdationis latior hęc explicatio est.
o ea est quadrãs vsuræ.
p non quos percipere potuit: quia bona fide accepit.

q Possessor hereditatis, necessarias & vtiles expensas deducit *leg.4.s.eodem.*
r Hac via & præstandæ satisdationis onere legatarius leuabitur, & ei à tempore litis contestatæ secundum testamentum dicta sententia, vsuræ & fructus legatorum debebuntur *Cuiac. dicto loco.*
s id est, omni accessione.
t De exceptione, ne fiat hereditati præiudicium v.Rebuff.*tractat. de exceptionibus num.585.* u *l.4.s.eodem.l.39.§.1.D.de damno.*
x si de eo petitor possessorve iudicem admonuerit.
y si iudicem non admonuerit, & hereditario nomine soluerit de suo: quia verum heredem liberauit.
z si suo nomine soluerit. quia etsi verum heredem ipso iure non liberauerit, exceptione tamen is potest se tueri, aduersus creditores *l.si quid.D.eod.*
a Cur etiam legata non differuntur in annum? legatorum, quàm libertatum facilior est repetitio. Tardè concedenda, quæ data non adimuntur *Tacit.13.*
b Libertates directæ, competunt: fideicommissariæ, debentur & præstantur *l. 36. in fi.D.ad Falcid.* legata etsi directa plerunque præstantur, non competunt *l.qui fundum §.si tu D.eodem.*
c Eripi dicuntur in libertatem, quibus lex libertatem, quæ præstari debuit, repræsentat. d Quæ ex falso testamento repręsentata vel præstita est libertas, non reuocatur *l.47.D.de manumiss.testam.* sed non videtur lege repręsentata ex testamento falso, quod nũquam fuit.

sessorem rationibus contractis, non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus, quæ ritè ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat[u]. Quòd si petitor victus fuerit, simili modo à possessore iudicis[x] officio ei satisfiat: vel, si hoc fuerit prætermissum, negotiorum[y] gestorum vel ex lege condictione[z]. 2 ¶Sin autem libertates vel à possessore, vel à petitore fideicommissariæ petantur, vel directæ ipso iure dicantur competere: annale[a] tantummodo spacium expectetur à morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis iudicium intra id spacium terminum accipiat: secundùm euentũ iudicij & libertates vel effectũ habeant, vel euanescant. Sin autem tempus annale emanauerit, tunc libertatis fauore & humanitatis intuitu competant[b] quidem directæ libertates, ex fideicommissariis autem in libertatem serui eripiantur[c]: ita tamen, si non[d] falsum[e] testamẽtum approbetur: sub[f] ea scilicet conditione, vt, si actores sint vel aliàs ratiociniis suppositi, etiam postquam perueniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere: iure patronatus videlicet competente, ei[g] qui ex legibus ad id possit vocari. 3 ¶Illo (ne in posterũ dubitetur) obseruando, vt || & || ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ[h] fidei iudiciis connumeretur. Dat.Kal.Sept. Constantinopoli, Lampadio & Oreste Conss.530.

e Cur non excipit etiam inofficiosũ, secũdum *l.Papinian.in fin. D.eod.* petitio hereditatis de inofficioso hoc titulo non continetur, quæ proprium ius habet, quia rescissoria.
f Lex, in repræsentanda libertate, hanc iniicit conditionem.
g id est, ei qui ex testamento, vel ab intestato præstare libertatem debuit, si secundum eum pronunciatum sit *Cuiac.d.loco.*
h Petitio hereditatis à Iustiniano fit bonę fidei §.28. *Inst. de act. v.Cuiac.3.obs.17.* Id proprium est constitutionum *Idem 17.obs.4.*

DE REI[i] VINDICATIONE.

Tit. XXXII.

De mancipiis bona. 1. vel mala fide possessis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Cæciliæ.

ETIAM per alienum seruum bona[k] fide possessum, ex re eius, qui eum possidet, vel ex operis serui acquiri dominium, vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possedisti eundem seruum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparauit: potes secundùm iuris formam vti defensionibus tuis. 1 ¶Mancipium autem alienum mala[l] fide possidenti nihil potest acquirere, sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas eius, necnon ancillarum partus[m] & animalium fœtus reddere cogitur. PP.III.Non.Maij. Eboraci[n], Faustino & Rufo Conss. 211.

De ædificio.

2. Imp. *Antoninus* A.Aristeneto.

SI[o] inferiorem[p] partem ædificij, quæ solum contingit, ad te pertinere probare potes: eam, quam vicinus || tuus || imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur. Sed & id[q] quod in solo[r] tuo ædificatum est, quoad in eadem causa manet, iure ad te pertinet[s]. Si verò fuerit dissolutum[t], eius materia ad pristinum dominum redit: siue bona fide, siue mala[u] ædificium extructum sit: si[x] non dònandi animo ædificia alieno solo imposita sint. PP. 12. Kal.Nouemb. Antonino A. IIII.& Balbino Conss.214.

De venditione rei alienæ.

3. Imp. *Alexander* A. Dominiæ.

MAter tua, vel maritus fundum tuum[y] inuita vel ignorante te vendere iure non[z] potuit, sed rem tuam à possessore vindicare etiam[a] non oblato precio poteris. Sin autem postea[b] de[c] ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem eius amisisti: aduersus emptorem quidem nullam habes actionem: aduersus[d] venditorem verò de precio negociorum gestorum actionem exercere non prohiberis. PP.3.Kal.Nouemb.Alexandro A.II.& Marcello Conss.227.

i *6.ff.1.2.C.Theo. 23, Pap.8. Arrest. 13. Oldendor. class. 3.act.2.* Ea datur domino directo vel vtili aduersus possessorem.
k *l.10.23.ff.de adquir.rer.l.1.§.6. ff.de adq.poss. Insti.per quas personas cuique in pr. §.1.Inst. per quas person. nob.*
l *l. 22.ff.de adq. rer.l.1.§.6. ff.de adq.poss.l.14.l. 34.in fin.ff.de stip. seru.*
m *l.20.in f ff.eo.*
n Hoc anno Seuerus author huius legis, vallum crebris turribus munitum in Britannia, per centũ triginta duo millia passuum de mari ad mare perduxit, vt partem prouinciæ grauissimis pręliis receptam securiorem faceret: & hinc primum leguntur inscriptiones, quibus Seuerus appellatur Britãnicus Max. Trib. Pontifex XVIII. & Antoninus Britannicus & P. sept. Geta Pius Augustus Britannicus, ex vno latere: & altera parte, victoriæ Britanniæ *Cassiod. in Chronico: Beda hist. Ecclesiast.1.c.5. Paulus Diaconus 8.c.1. Spart. Herodia. Dion in Seuero.*
o Syn.Basil.15.*ti. 1.c.84.2.Harm.1.§.54.& 35.* p Pars superior ædificij cedit inferiori *v. l.28. D. de adquir. rer.*
q Ædificium solo cedit. vide tamen exceptiones apud Socinum *regula* 111.
r & re immobili *l.2.in fi.j.de seruitutibus.* AEdificium cedit solo §.29. *Instit. de rer. diuis.* s An expensas deducit qui ædificauit? ita iudicatum à senatu Parisiensi refert Lucius 11.*Placit.16. Arrest.2.* & Bugnonius *in legibus abrogatis.*
t Soluto ædificio, materia redit ad priorem dominũ *d.§.29.* u Imò diruto ædificio non fit eius materia *l.7.§.12.ff.de adq.rer.v.quæ notaui ad l.38.ff.de hered.pet.adde Molin.in consuetud.Parisiens.tit.1.gloss.5.nu.*101 *ad* 110.*Cuia* 10.*obs.*1.13.*obs.*6.
x id non præsumitur, nisi probetur *adde l.14.D.de donat.*
y *v.tit.j.de reb. alien. non alienand.*
z *l.11.D.de reg.iur.l.4.j.de reb.alienis non alienandis.*
a *leg.2?.j.eodem.*
b Venditio nulla, ratihabitione fit vtilis *adde leg.17. in fin.j. quod cum eo.*
c id est, in eam venditionem consensisti.
d *l.1.j.de reb. alienand.*

4. Imp.

a [a] Res aliena à bonæ fidei emptore poteſt vſucapi *v.l.3.j.de præſcript. longi temporu.* b vſucapere poteſt, qui à malæ fidei poſſeſſore bona fide rē cōparauit.*vt hîc.&Inſt. de vſucap.in pr.& ibid.§.quod autē ad eas res.ſynopſis Baſilic.*15.*tit.*1.*c.*84.3.*Harmenop.* 3.§.45. c i.à te omiſſum nō fuerit. d Malę fidei poſſeſſor domus, eam cum penſionibus & omni cauſa reſtituere debet.*ſynopſis Baſil.15.tit.1.c.85.* e *l.17.j.eod.l.17.§.1.ff.eod.l.19.in f.pr.ff.de vſur.* f *l.78.ff. de regul.iur.l.1.inf.s. de petit. heredit.* g Impenſas in alieno factas malæ fidei poſſeſſor non recipit, niſi neceſſarias, vtiles, ſi ſine lęſione priſtini ſtatus auferre pōt *ſynopſis Baſil. 15.1.c.85. 2.Harm.1.8.45. & 12.* h Imò poteſt *l. 38. D.de heredit. petit.* dic *vt.j. eo.* i Malę fidei poſſeſſores neceſſariarū impenſarū rationem habēt *v.Cuiac.10.obſ.1.* k *l.38.inf.D. eo. l.32.§.5.ff.de adminiſt.tut.* l Res empta ex pecunia depoſita, non eſt deponentis : niſi de depoſito apud arguentarium agatur. & ita res nō ſuccedit loco pecuniæ *v.l. 8.j.ſi quis ſibi vel alter. l. 48.in f.ff. de expēſis factu: l.8.j.eod.* Itaque prædia ipſa ex pecunia nūmiſque depoſita cōparata, actori reſtituere non cogitur, ſed nummos ipſos *ſynopſis Baſil. 15. tit. 1.cap.86.* hoc eſt tantundem. m Partus ventris cōditionem ſequitur, quod ad ingenuitatē *l.vlt.j.de liberali,* attinet, vel ſeruitutem *vt hic. ſynopſis eo.c. 87. Codice Gregoriano l. 3. tit. de rei vindicatione.* Quod ad honorem, & alia quędam onera, patris *l. vlt.j.de fugitiuu: l.22.36. 44.j. de decurionib. v. l. vlt.j. de murileg.* Huc refer *l.10. D.de ſtatu:adde caſum legis 5. §. 2. D. de rei vindicat.l.52. §.20.ff.de furtu: l.19.§.7.ff.locati: v.l.vlt.D. de adquirend.rer.* n Emptum pecunia militis (idē eſt in minore *l.52.verſ.planè D.de peculio:adde qua notaui ad l.5.§.17.D.de tribut. l.3.j.arbitrium tutelæ.*) eius eſt, ſpeciali fauore, *vt hic*:aliàs, ſecus *l.6.s.eo.* An idem in re dotali? *v.l.12.j.de iure dot.l.54.D.de iure dot.l. 55.in fin.D.de donationib.int.vir.* Porro de priuilegiis militum vide Oldendorpium *c. 12.de iure ſingulari.* o Res dotales, conſtante matrimonio, in dominio ſunt mariti *v.l.7.§.3.D.de iure dot.adde l.13.§.10.D.de heredit. petit.* ideoq; conſtante matrimonio, vxor rē dotalem vindicare nō poteſt. Quid num idem in rebus paraphernalibus? *v.l.vlt.j.de pactis conuentu: v. wurmſer.1.pract.37.c.7.* p forte ita legendum. fuiſſe: in notione præſidis quo patefacto. q Dominium poteſt probari per teſtes, vel per inſtrumenta:interdum per tormenta *l.3.j.de probat.* & interrogationes *ſynopſis Baſilic. 15.tit.1.c.90.* r Sata & plantata ſolo cedunt *l. 53.D.eod.l.9.D.de adquir. rer.§.31.32. Inſtit.de rer.diuiſ.* Amittuntur autem ab eo qui mala fide ſeuit vel plantauit : ab eo qui bona fide ſeruantur exceptione doli mali *ſynopſis Baſilic.dicto loco.c.9.* ſ *d.§.31.d. l.9.l.5.§.3.D.eo.* t *l.27.§.5.l.48.D.eo.* u *ſynopſis Baſilic.15.tit.1.c.92.* x Traditione dominium transfertur, *l.20.s.de pactis v.l.9.§.3.D.de adquir.rer.* y *v.l.5.j de donationib.* Alienatio ſeu res vendita non reuocatur ex reſcripto, licèt agi poſſit ad precium ſolutum *ſynopſis Baſilic.ibid.* z *v.l.7.s.eo.l.vlt.D.de adquir.rer.* a nondum tibi numerato: vt quia emptori fidem habuiſti de precio *v.l.19.D.de contrah.empt.§. 41.Inſt.de rer.diuiſ.v.wurmſ.1.pract.31.c.3.* b Poſſeſſorium præfertur petitorio *v.l.3.j. de interdictu.* c rem alienā cōparans rei vindicatione tenetur. Quid ſi rei dominus, venditori ſucceſſit? pro qua parte heres ratā venditionē habere cogitur. *ſynopſis eo.c. 94.Harmenopul.3.tit.3.§.99.* d Fundi dominus, eiuſdem venditori ſuccedens, facto eius obligatur. aliud ſi non ſuccedit *l.5.j.de reb.alien.l.14.j.de euictionib.l.15.l.24.j.de donationib.l.73.D.de euictionib. l.1.§.1.D.excep.rei vendit.l.149.D.de reg. iur.*& ita heres factū defuncti improbare non poteſt. *2.feudor.58.§.2.* e *v.qua not.ad l.56.§.1.D.de ver.obli.*

4. Imp. *Gordianus* A. Muniano militi Africæ.

ADuerſus eos qui à malæ fidei poſſeſſoribus fundum bona fide comparauerunt: ita tibi actio competit : ſi prius [a] quàm vſucapionem [b] implerent, vel longæ poſſeſſionis præſcriptiónem adipiſcerentur, dominium ad [c] te peruenerit. PP. 12. Kalend. Nouembr. Pio & Pontiano Conſſ. 299.

De malæ fidei poſſeſſore.

5. Idem A. Heraſiano.

DOmum [d]:quā ex matris ſucceſſione ad te pertinere, & ab aduerſa parte iniuria occupatam eſſe oſtendis: pręſes prouinciæ cum [e] penſionibus, quas percepit, aut percipere [f] poterat, & omni cauſa damni dati reſtitui iubebit. Eius [g] autem, quod impendit, rationem heberi non [h] poſſe meritò reſcriptum eſt: cùm malæ fidei poſſeſſores, eius, quod in rem alienam impendunt non eorum negotiū gerentes, quorum res eſt, nullam habeant repetitionem. niſi [i] neceſſarios ſumptus fecerint. Sin autem vtiles : licentia eis permittitur ſine [k] lęſione prioris ſtatus rei eos auferre. PP.2. Id.Feb.Gordiano A.& Auiola Conſſ.240.

De rebus emptis ex pecunia depoſita.

6. Idem A. Vſtronio.

SI ||ex||ea [l] pecunia, quam depoſueras, is apud quem collocata fuerat, ſibi poſſeſſiones comparauit, ipſique traditæ ſunt: tibi vel omnes tradi, vel quaſdam ex his compēſationis cauſa ab inuito eo in te transferri, iniurioſum eſt. PP. V.Iulij Gordiano A.& Auiola Conſſ.240.

De partu ancillæ.

7. *Philippus* A. & *Philippus* N. Cæſ. Antonio.

PArtum [m] ancillæ matris ſequi conditionem: nec ſtatū patris in hac ſpecie conſiderari, explorati iuris eſt PP. 13.Kal.Nouemb.Philippo A.& Titiano Conſſ. 246.

De re empta ex pecunia militis.

8. Idem A.& C. Philippo militi.

SI(vt proponis)pars aduerſa pecuniâ tuâ quædam nomine ſuo comparauit : præſes prouinciæ vtilem vindicationem obtentu militiæ [n] tibi eo nomine impertiri deſideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoque, ſeu negotiorum geſtorum actionem inferenti tibi iuriſdictionē præbebit. PP.2. Non. Mart. Præſente & Albino Conſſ. 247.

De re dotali.

9. Imppp. *Carus, Carinus & Numerianus.* AAA. Antonio.

DOce ancillam, de qua ſupplicas, dotalem [o] fuiſſe [p] in notione præſidis: quo patefacto, dubium non erit vindicari ab vxore tua nequiuiſſe. PP.3.Kal.Mart. Caro & Carino AA. Conſſ. 283.

De ſeruis & de probationibus.

10. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Ianuario.

CVm ſuper vernis mancipiis nulla inſtrumenta te habere adſeueres: in iudicio, in quo negotium cœptum eſſe proponitur, id, quod in precem contuliſti, poſtulare debuiſti. Iudex enim non ignorat ſeruorum dominia [q] etiā citra inſtrumentorum exhibitionem aliis probationibus, vel ipſorum interrogatione poſſe oſtendi. PP.G.2. Id.Feb. ipſis IIII.& III.AA. Conſſ. 290.

f *leg. 4. Cod. Gregoriano eodem.* Prior in traditione emptor vel donatarius, potior eſt in dominio rei, etſi neque pretium ſoluit, neque inſtrumenta rei conſecutus eſt. *ſynopſis Baſil.15.tit.1.*περὶ ἀγροῦ πραθέντος εἰς δύο πρόσωπα ἀγροῦ, id eſt, de prędio duobus vēdito *c.95.. 3.Harmen.3.§.93.Paul.5.ſent.11.§.4.* g Aurelia Philoxena prior rem emerat, pretiū ſoluerat, traditione fundū acceperat, nondū tamen inſtrumentū fundi receperat. Quid iuris ſit queri poteſt? Erit in eius arbitrio fundū retinere : vel pretiū quod dedit cū vſuris recipere, & fructus cum ſumptibus compenſare. Rectè dixi retinere. Nā is cui prior tradita eſt poſſeſſio potior eſt. h Si res duobus ſimul vēdita eſt, vel ab vno, duobúſve nō dominis (*l.9.§.4. D. de publician.* cui tamen opponitur lex 14.*D.qui potiores:l.31.in f. D.de act. empt.*) vel àverò rei domino in eius rei dominio is pręfertur, cui res prius erit tradita *s.eo.adde l.98. D. de reg. iur.* ſi diuerſis temporibus, qui prior traditione fuerit, licèt emptione poſterior, is erit iure potior *l.6.j.de hered. vēdit.* nec intereſt eo caſu, vetus dominus rei diſtrahat, an non dominus *l.9.§. 4.D.de publiciā.* Quid ſi duobus ſimul vēdita eſt, ſed tamē res vni tradita, alteri eius inſtrumēta, quis potior? An is qui rem accepit, an qui inſtrumenta? Vtique is qui rem accepit: & hîc haud dubiè ſenſus genuinus eſt huius legis quē & Græci confirmant. *ſynopſis & Harmeno. d.loco.* quod etiā oſtendi initio huius legis: niſi & ſpeciem ponas, vt paulò ante ſubieci. Alium tamen vide apud Cuiaci.*18.obſ.31.* Cauſa dubitādi naſcitur ex lege *1.j. de donat.* in qua tradito inſtrumento, res ipſa cēſetur tradita. Quid ſi Titius nondum rei dominus rem tibi tradidit: fact[9] poſtea dominus, eandem alteri vēdidit? Túne illo potior, vt in trāsferendo dominio magis traditio tibi facta à vēditore, q̄ dominiū rei venditę ei cōpetens cōſideretur? Vtiq; tu porior es *l.72.D.eo.* Quid ſi mihi à non domino res ſit vēdita & tradita: tibi à domino eadē vendita ſit nec tradita? tu potior *l.31.inf.D.de act.empt.* Quid ſi duobus donata? *v.j.eo.* Quid ſi duob. locata? vide quæ ſcripſi *ad l.9.j.de locato.* Quid ſi duobus pignorata? Contrariū ius eſt, ſemper.n.is potior eſt in pignore, cū quo primū de pignore conuenit. Nec habetur ratio traditionis prioris factæ vel creditori vel emptori *l.12.inf.l.14.D.qui potiores.* Cur tā variè? Pignus ſolo conſenſu contrahitur *l.4.D.de pignorib.* dominia non conſenſu, ſed traditionib. trāsferuntur *l.20.s.de pact.* Ideoq; in pignorib. conſenſus, non tradition sed in dominiis, traditionis non cōuentionis tēpus ſpectatur *l.3.j.qui potiores.* Eſtne perpetuò verum in dominij cauſa, eum cui res prius tradita eſt, potiorē? nō eſt. Quid.n. ſi ſciuit rem eſſe iam venditam? *Roland.à Valle 1.conſ.9.nu.27.* Quid ſi res primo emptori vendita fuerit, cum hypotheca ſine traditione? *Tiraquellus de retractu conuentional.§.3.nu.5.* Quid ſi priori ius quęſitum eſt à notario? hoc.n.caſu volunt interpretes adquiri priori actionem ipſo iure, ſine ceſſione. *v. Roland.à Valle 1. conſ.19.nu.16. & ſequen.* Idem dicendum, ſi res vendita ſit Eccleſiæ *l.vlt.s.de ſacroſ.eccleſ.* Alias exceptiones adde ex Socino regula.118. Limita quoq; hanc regulā in feudis, in perſona Eccleſiaſtica vēdente, Item quoties venditor prioris emptoris nomine conſtituit ſe precario poſſidere, vel ſi res vendita eſt perſonę priuilegiatæ : quales eccleſiam eſſe, eccleſiaſticā perſonā & Chriſti pauperes, notat Hippolytus de Marſiliis *ſingulari 82.* i Re duob. vēdita, in eius (cui ea tradita eſt) arbitrio poſitū eſt, eā vel retinere vel reſtituere. Poſtremo caſu: vt preciū, eiúſq; vſuras, & ſumpt[9] poteſt petere: ita fruct[9] ex re perceptos vēditori reſtituit. k *v.Paul.5.ſen.11.§.4.l.pen.C. Greg.de donation.Cuiac. ibi.& ad l.6.ff.de diuer.9.ad Afr.inf.* l Quod in cōmuni fundo ſocius ædificat, commune facit. ſumptus tamen partem à ſocio poteſt repetere *v.l. 4.j.de ædif priuat.*

De ſatis de plantis.

11. Iidem AA.& CC. Gallano.

SI quis ſciens alienum agrum ſeuit [r], vel plantas [ſ] impoſuit : poſtquàm||hæ||radicibus terram fuerint amplexę, ſolo cedere rationis eſt. Domini enim magis ſegetem vel plantas, quàm per huiuſmodi factum, ſolum ſuum facit. Sanè eum, qui bona fide poſſidens hoc fecerit, per doli [t] mali exceptionem contra vindicantem dominium ſeruare ſumptus, iuris auctoritate ſignificatum eſt. Dat. Kalend. Mart.Sirmij AA. Conſſ. 293.

De ancilla vendita & partu eius.

12. Iidem AA. & CC. Alexandro.

INciuile [u] atque inuſitatum eſt, quod poſtulas: vt mancipium: quod tradidiſti, & eo [x] modo dominium eius trāſtuliſti: inuito eo, ex noſtro reſcripto [y] tibi aſſignetur. Vnde intelligis, ancillæ ſemel emptoris factæ filios etiam poſtea natos, eius [z] dominium ſequi, cuius mater eorum eo tempore fuerit. Sanè de precio [a], ſi non hoc antè probatum fuerit te recepiſſe, conueni aduerſarium tuum. G.Id. April. AA. Conſſ. 293.

De iudicio petitorio & poſſeſſorio.

13. Iidem AA.& CC. Cytichio.

ORdinarij iuris eſt, vt, mancipiorum orta quæſtione, priùs exhibitis mancipiis de [b] poſſeſſione iudicetur, ac tunc demum proprietatis cauſa ab eodem iudice decidatur. Dat.Idib.April.AA.Conſſ.293.

De domo filij empta à matre.

14. Iidem AA. & CC.Septianæ.

CVm [c] à matre domum filij te ſciente comparaſſe proponas: aduerſus eum dominium vindicantem, ſi matri non [d] ſucceſsit, nulla te exceptione tueri potes. Quòd ſi venditricis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro [e] qua portione ad eum hereditas pertinet, vti non prohiberis. Dat.3.Kal.Iul.AA.Conſſ.293.

De duobus emptoribus in ſolidum.

15. Iidem AA. & CC.Aureliæ Philoxenæ.

QVotiens [f] duobus in ſolidum prædium iure diſtrahitur : manifeſti iuris eſt, eum, cui priori traditum eſt, in detinendo dominio eſſe potiorem. Si igitur antecedente [g] tempore te poſſeſſionem emiſſe, ac precium exoluiſſe apud præſidem prouinciæ probaueris: obtentu [h] non datorum inſtrumentorum expelli te||à||poſſeſſione non patietur. Erit ſanè in arbitrio [i] tuo, precium, quod dediſti, cum vſuris recipere : ita tamen, vt perceptorum fructuum ac ſumptuum ratio habeatur : cùm, & ſi ex cauſa donationis [k] vtrique dominium rei vindicetis : eum cui priori poſſeſſio ſoli tradita eſt, haberi potiorem conueniat. Dat.2. Kalend. Octob.AA. Conſſ. 293.

De ædificato in area communi.

16. Iidem AA.& CC. Ianuario.

SI in area communi [l] domum aliquis extruxit, hanc vobis communem iuris fecit ratio : cuius portionē ab eo, qui bona fide poſſidens ædificauit, ſi velis vindicare ſum-

ptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoueri. Dat. Id. Nouemb. Sirmij, AA. Consf. 293.

De eo, cui à domino denunciatum est ne emeret.

17. Iidem AA. & CC. Sabino & aliis.

SI[a] fundum vestrum, vobis per denunciationem[b] admonentibus volentem ad emptionem accedere, quòd distrahentis non fuerit, non rectè is, contra quem preces funditis, comparauit, vel alio modo mala fide contraxit: tam fundum vestrum constitutum probantibus, quàm fructus[c], quos eum mala fide percepisse[d] fuerit probatum, aditus præses prouinciæ restitui iubebit. Dat. 12. Kalen. Decēb. Sirmij, AA. Cof. 293.

De errore.

18. Iidem AA. & CC. Claro.

RE[e] tua apud alium manente, proprietatis error[f] nihil tibi nocere potuit, nisi alia contra te causa interuenerit. G. 3. Kal. Ian. AA. Cof. 293.

De probationibus.

19. Iidem AA. & CC. Callistrato.

INdicia[g] certa[h], quæ iure non respuuntur, non minorem probationis, quàm instrumenta, continent fidem: Quo iure, si de proprietate domus ambigis, negotiúmque integrum est, vti non prohiberis G. 2. Kalend. Ian. Sirmij, AA. Consf. 293.

Si seruus detineat.

20. Iidem AA. & CC. Quartillæ.

NOn seruum[k], quem res tuas detinere adseueras, sed eius dominum de rebus petendis conueniendum esse perspicis. G. Kalend. Mart. CC. Consf. 293.

De in litem iurando.

21. Iidem AA. & CC. Hierocli.

APossidētibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si[l], posteaquàm impleueritis intentionem, hæc non restituantur: iurisiurandi[m] solemnitate secuta condemnatio procedere debet, Petita 6. Id. Octob. CC. Consf. 294.

De fructibus.

22. Iidem AA. & CC. Diodotæ.

CErtum est, malæ fidei possessores, omnes[n] fructus solere cum ipsa re præstare, bonæ fidei verò, extantes[o], post autem litis contestationem, vniuersos. Dat. 3. Kal. Nouemb. CC. Cosf. 294.

Si emptor conueniatur.

23. Iidem AA. & CC. Magnifero.

SI[p] mancipium tuum per vim vel furtum ablatum, alij ex nulla iusta causa distraxerunt: vindicanti tibi dominium, soluendi[q] pretij nulla necessitas irrogetur. X. Kalen. Decemb. CC. Cof. 294.

De possessione sine iusto titulo.

24. Iidem AA. & CC. Iuliano.

NVllo[r] iusto titulo præcedente possidentes, ratio iuris quærere dominium prohibet. Idcirco cùm etiam vsucapio[s] cesset, intentio dominij nunquàm absumitur. vnde hoc casu postliminio[t] reuerso, citra beneficium actionis[u] rescissoriæ directa permanet integra vindicatio. D. X. Kalend. Decemb. CC. Consf. 294.

a Emens fundum à non domino, ipso domino denunciante ne emeret, fundū vnà cum fructibus restituere cogitur. *synopsis eo. c. 97.* b *v. l. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. credit.* c *l. 5. s. eo.* d & de his etiam tenetur quos percipere potuit *l. 1. inf. j. de fide & iure hastæ.* e Dominiū rei cùm apud aliquē manet, error nihil obest. *synopsis Basili. 15. tit. 1. περὶ πλάνης. ca. 64.* f Qui rem suam ignorans conducit, vel pignori accipit, eius dominium non abiurat *l. 29. inf. s. de transactionib. l. 22. j. comm. diuid. l. 20. l. 23. j. de locato: l. 7. in f. ff. de rescindenda: l. 35. ff. de adquir. rer.*
g Indicium (probationis est spe cies à iudice admittēda) dominiū probat. An qualecumq;? nō puto: sed si certū, *vt hic*: ad probationem indubitatum *l. vlt. j. de probationib.* argumentum liquidum *l. 2. inf. j. de in litem.*
h cæteráq; quæ iure &c. *Hal.* potest etiam tolerari hæc lectio *l. 1. j. de fide instru.*
i seruus detinēs res alienas non ipse cōuenitur, sed eius dominus *synopsis eod. ca. 100.*
k Seruus rem meam detinēs, non cōuenitur: sed eius dominus.
l *l. 2. j. de probat.*
m Aduersus eū qui rem vindicatam non restituit, iurat dominus in litem *l. 1. 2. ff. de in litem: & j. de in litem iurando.*
n putà naturales, industriales *l. 43. ff. de adquir. rer.* pendentes *l. 44. ff. de rei vindicat:* extantes *l. 22. §. 2. ff. de pignorat:* perceptos, siue sint, siue nō sint cōsumpti *§. 35. Inst. de rer. diuis:* quos percipere potuit *l. 1. inf. j. de fide & iure hastæ. §. 2. Instit. de off. iud.* ante & post litē contestatā *l. 1. in f. s. de petit. heredit.* omnes denique *l. 25. ff. de vsuris.* Sed tamē expensæ in colligendis fructibus factæ ei restituuntur, vt & omnes sumptus, quibus res ipsa facta est locupletior. *v. quæ scripsi ad l. 38. ff. de petit. heredit.*
o Lex est difficilis, si quæ alia. Contrarias sententias ita conciliabo paucis. Bonæ fidei possessor fructus extantes, *vt hic:* stantes *l. 27. ff. de vsufr. & quemadm.* pendentes *l. 44. ff. de rei vindicat.* restituit. *v. quæ notaui ad l. 8. in f. ff. de annu.* at nō eos quos potuit percipere *§. 2. Instit. de offic. iud.* hoc sit generaliter dictum. Si magis specialiter quærimus. Naturales iā consumptos suos facit, & ita intellige legem *48. ff. de adquir. rer.* quæ ait bonæ fidei possessorem suos facere, non modò artificiales, sed omnes, (non ignores tamē eam vocem à quibusdam referri ad fructus ab alio satos, alterius opera prouenientes: sed cum Iurisconsultus particulam, *Omnes*, opponat industrialibus, necesse est eà intelligi naturales. Naturales. n. artificialibus opponūtur nō sati) nisi locupletior factus sit. & huc etiā refer legem 1. §. 1. s. *de petit. heredit.* Naturales verò perceptos tantū non modò consumptos suos non facit: & in hunc casum refero legem 45. *in f. ff. de vsuris.* Quid artificiales quos cultura, & cura *§. 35. Instit. de rer. diuis.* diligentia opera *l. 48. ff. de acqui. rer.* factóque suo percepit *l. 45. in f. ff. de vsuris?* eos lucratur: etiā, simul atque à solo separati sunt *l. 78. ff. eo. l. 48. D. adquir. rer.* neque refert à quo separati. Satis est enim vt quoquomodo fuerint separati *l. 25. §. 1. D. de vsuris.* Quid si à solo separauit fructus ab aliquo tertio sato? idem dicendum *l. 25. §. 1. D. de vsuris.* Et hæc quidem de fructibus perceptis ante litis contestationem. Post litis controuersiam, vniuersos restituit, *vt hic: l. 1. in f. s. de petit. hæred.* Quid? superiori sententia num intelligimus fructus dotis mariti fieri, simul atque percepti sunt? ne id intelligas. Diuiduntur enim soluto matrimonio, inter maritū & vxorem, eiúsve heredes pro rata tēporis quo matrimonium constitit *l. 7. §. 1. D. solutio.* p Vindicare rem suam vi vel furto ablatā dominus potest, etiā pretio rei possessori non restituto. *vt hic. adde synopsis Basilic. 15. tit. 1. c. 103.* q Qui rem vindicat, pretium possidenti non restituit *l. 5. s. eo. l. 2. j. de furtis: l. 2. j. ne rei dom. l. 1. in f. j. de præscrip. 30. ann. adde casus legis 32. §. 4. D. de administ. tut.* vide tamē exceptiones apud Socinum *regula 439.* r Titulus iniustus nō confert vsucapiendi conditionem aut dominium. Iniusto titulo nec vsucapimus, nec dominium adquirimus *l. 7. j. de adq. poss. l. vlt. j. ne de statu.* s Prohibita vsucapio, dominium rei non absumit. t Cuiacius hinc colligit aduersus Goueanum, Absentibus reipublicæ causa dari actionem rescissoriam *7. obs. 38.* u *vide l. 18. j. de postliminio.* Actio rescissoria, directæ subsidiaria. hæc vbi competit, illa non est necessaria.

De pensionibus rei pro alio solutis.

25. Iidem AA. & CC. Eugnomio.

SOlemnibus[x] pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interueniente venditione, solutionis[y] causa minimè dominum facit. Datum 16. Kal. Decemb. Nicomediæ. CC. Consf. 294.

De litis Contestatione.

26. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem, quæ[z] post litem contestatam in[a] præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. Cōsf. 294.

De emptore.

27. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

SEruum emptor non traditum sibi presentem[b] vindicare non potest[c] G. 12. Kalen. Ian. Nicomedię, CC. Cosf. 294.

De probatione.

28. Iidem AA. & CC. Sopatro.

REs alienas possidens, licèt iustam tenendi causam nullam habeat, non[d] nisi suam intentionem implenti restituere cogitur[e]. Dat. 8. Kal. Ian. CC. Cosf. 294.

DE VSVFRVCTV[f], ET HABITATIONE[g], & ministerio seruorum[h].

Tit. XXXIII.

De vsufructu. de cautione ab vsufructuario præstanda.

1. Impp. *Seuerus* & *Antoninus* AA. Posidonio.

SI vsusfructus omnium bonorum testamento vxoris marito relictus est: quāuis cautionem[i] à te prohibuerit[k] exigi, ||tamen|| non aliter à debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quàm oblata secūdùm formam senatusconsulti cautione. PP. G. Kalend. Octob. Anulino & Frontone Consf. 200.

De obligatione proprietatis.

2. Iidem AA. Felici.

VErbis testamenti, quæ precibus inseruisti, vsumfructum legatum tibi animaduertimus. Quæ res non impedit proprietatis[l] dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro vsufructu tui iuris. PP. 6. Id. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Cosf. 206.

De morte vsufructuarij. 1. vel proprietarij.

3. Imp. *Antoninus* A. Antoniano.

SI patri[m] tuo vsusfructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet: cùm morte[n] eius, cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat. 1 ¶ Vsu-

x Dominium rei non hoc solo adquirimus, quòd pro re aut rei nomine pensiones publicas soluimus: sed tum demum, cùm res nobis erit vendita. *vt hic: synopsis eo. ca. 105.* Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas soluit, nō interueniente vēditione, dominiū nō adquirit.
y Non qui ab aliquo pensionē vel censum, rei alicuius nomine percipit, cōtinuò eū fatetur rei dominū.
z Litis cōtestatio præscriptionem futurā impedit, non præteritam *adde l. 10. in f. j. de adqui. posses.* vide in hunc locum Socinum *regu. 304.*
a *l. 10. in. f. j. de præscript. longi temporis.*
b Nō si res presens tibi vendita est, ideo tibi cēsetur tradita. Aliud est. n. rem tibi præsentem esse tempore vēditionis: aliud rē ipsam tibi tradi. Rei traditio dominium transfert, nō sola rei presentia *adde l. 8. j. de act. empti.* ergo sola traditio nō vsucapio dominium trāsferet? non ita est *l. 20. s. de pactis.* Saltem in causa traditionis requiritur semper realis traditio, ne id quidē. dixi *ad l. 15. s. eo. adde quæ notaui ad l. 1. §. 21. 3. l. §. 1. ff. de adquir. posses.*
c quod & in aliis omnibus rebus obtinet. Emptor enim sit dominus, nō per conuentionem sed per traditionē *synopsis Basili. 15. tit. 1. c. 107. 3. Harmenopul. 3. §. 18. adde l. 50. ff. eo. l. 40. ff. de act. empt.*
d Non quod meum non est, statim tuū est: nec id vt tuum potes vindicare. *l. 4. s. de edend. Theophil. §. 2. de act. Harmenopul. 2. §. 49.* Nam aduersus extraneos etiā vitiosa possessio prodesse solet *l. vlt. ff. de adquir. poss. §. 4. Instit. de interdictis.*
e nisi pœnę causa, vt in specie *l. 1. j. vti possidetis l. 5. § 1. D. vt legator: l. 2. in f. D. de collationib. l. 6. in f. D. de Carboniano:* Nouell. 1[illegible] c. 10. f *7. D. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 2. Instit. 4. Oldendorp. Clasis. 3. act. 6.* g *7. D. 8. 2. Instit 5.* h *7. D. 7.*
i Testator non potest remittere legatario vsusfructus cautionem de vtendo fruēdo ex bona fide *l. 4. j. eod. l. 7. j. vt in poss. ff. legat. ff. vsusfr. queadm. cau.* Eámque opinionem communem esse refert Clarus *3. sent. §. testamentum. quæst. 64.* idque fauore heredis receptum, ne detur legatario materia eo casu malè vtendi, & consequenter delinquendi *v. Rolandum à Valle 1. consil. 92. num. 1. 2.* Quod etiam locum habet, non modò in immobilium vsufructu, sed & mobilium, vt aduersus Petrum, & Guidonē Papæ *consil. 6. 3.* Clarus refert *d. loco.* nullum iuris textum allegat, quem tamen reperio in lege 1. §. 1. *ff. vsusfr. quemadm. cau. leg. 6. ff. vt in poss.* Aliud erit, si quis donauerit omnia bona reseruato vsufructu. Eo enim casu donator non adstringitur ad cautionem præstandam. Aliud erit quoque in vasallo, cui facta est à domino inuestitura cuiusdam vsusfructus. & hos duos casus excipi ait Mynsinger. *5. obs 38.* Quid? heres huiusmodi cautionem potéstne remittere? posse videtur *arg. l. 71. ff. ad l. Falcid. in f.* Quæritur eò amplius, num testator remittere possit vsufructuario confectionem inuentarij? Iohannes Ancharanus ait non posse *3. quæst. 22. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. l. 1. §. 4. ff. vsu. quemad. caueat. Rolan. à Valla 1. consil. 92. nu. 15.* & tamen remitti ea necessitas potest tutori: vide quæ scripsi *ad l. vlt. in f. j. arbitriū tutelæ* vbi plura dixi, de his quæ à testatore prohiberi possunt vel non possunt. k Vsufructuario, cautionē remittere etiā testator nō potest. *vt hic.* quod in cautione de vtendo fruēdo arbitrio boni viri satis manifestū: cū enim eam cautionē remittit testator, videtur ipsū fructuariū allicere ad malè vtendū & malā fidē; vt antè dictū est, maioris est quęstionis, an idē sit in cautione rerū ipsarum restituendarū, post finitum vsumfructum?
l Proprietarius proprietatem potest obligare, saluo vsufructu alteri debito.
m Patris vsusfructus non transit ad filium, quantumuis ei heredem.
n *l. 10. 12. 6. j. eo. l. 3. in f. ff. eo. l. 3. in f. ff. quib. mod. vsusfr. amittit. l. 8. ff. de annuis l. 27. l. 29. ff. de vsu & vsufr. legat. §. 3. Instit. de vsufruct.*

fructua-

fructuario autem ſuperſtite, licèt[a] dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius vtendi fruendi non tollitur. PP. 3. Kal. Augu. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

De cautione ab vſufructuario præſtanda.

4. Imp. *Alexander* A. Verbicio.

VSufructu conſtituto, cõſequens eſt, vt ſatiſdatio boni[b] viri arbitratu præbeatur ab eo, ad quem id commodũ peruenit, quòd nullam læſionem ex vſu proprietati afferat. Nec [c] intereſt, ſiue [d] ex teſtamento, ſiue ex voluntario contractu vſusfructus conſtitutus eſt. PP. G. Id. Mart. Alexandro A. II. & Marcello Coſſ. 227.

De fructibus poſt finitum vſumfructum perceptis.

5. Idem A. Euocato & aliis.

SI pater vſumfructum prædiorum in [e] tempus veſtræ pubertatis matri veſtræ reliquit: finito vſufructu poſtquàm vos adoleuiſtis, poſterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere poteſtis, quos nulla ratione ſciẽs de [f] alieno percepit. PP. Kal. April. Alexandro A. II. & Marcello Conſſ. 227.

De marito oppignorante.

6. Idem A Stratonicæ.

INtereſt: vſumfructum ſolum maritus tuus in dotem acceperit: an proprietas quidem doti data ſit, verum pactũ interceſſit, vt moriente eo tibi eadem poſſeſſio [g] redderetur. nam[h] vſufructuarius quidem proprietatem pignorare[i] non potuit: qui autem proprietatem æſtimatam [k] in dotẽ accepit, non ideo minus obligare eam potuit, quoniam ſoluto matrimonio reſtituenda tibi æſtimatio eius fuit. PP. Kal. Iul. Agricola & Clementino Conſſ. 231.

De Impenſis.

7. Imp. *Gordianus* A. Vlpiano militi.

EVm, ad quem vſusfructus pertinet, ſarta[l] tecta [m] ſuis ſumptibus præſtare debere, explorati iuris eſt. Proinde ſi [n] quid vltra [o] quàm impendi debeat, erogatum potes docere: ſolemniter repoſces [p]. PP. Kal. Febr. Ariano & Pappo Conſſ. 224.

De temporis præſcriptione.

8. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Etheroni.

NEque fructuarium [q] ad obtinẽdam proprietatem rerum, quarum vſumfructum habet neque ſucceſſores eius, vlla temporis ex ea cauſa tenentes præſcriptio munit. 6. Kal. Iul. AA. Conſſ. 293.

De iure alienandi vel manumittendi. De miniſterio ſeruo relicto.

9. Iidem AA. & CC. Auxanuſæ.

VSufructu matri tuæ prædiorum & mancipiorum relicto: tã alienatio [r], quàm manumiſſio [ſ] interdicta eſt. Sanè mancipia, quorum teſtamento miniſterium [t] matri relictum eſt: cùm in his dominium non habeat: nec tradẽdo cuiquã, nec manumittendo ad teſtatoris heredem pertinentia, quicquam facit. Dat. Kal. Decemb. AA. Conſſ. 203.

De morte eius quæ vſumfructum conduxit.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI domina proprietatis vxori tuæ vſumfructum locauit ſub certa annua præſtatione: morte [u] conductricis, ei, quæ locauit, etiam vtendi fruendi cauſa non eſt denegan da. XIII. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conſſ. 293.

a In vſufructu amittendo, mors nõn debitoris, ſed eius cui debetur ſpectatur *adde l. 8. in f. ff. de periculo.* b *dixi ad l. 1. s. eo. l. 13. ff. eod. adde Paul. 1. ſen. 11. §. vlt. l. 1. ff. vſusfr. quemadm. cau.* c *v. l. 13. in f. ff. eo. l. 1. §. 2. ff. vſusfr. quemadm. cau. l. 3. ff. eo.* d Vſusfructus conſtitui vel teſtamento, vel contractu poteſt. *l. 8. in f. ff. de periculo.* e Vſusfructus ad certum tempus conſtitui poteſt *l. 12. verſ. ſi talis. j. eo. l. 3. ff. quib. mod. vſusfruct.*

f Qui finito vſufructu, fructus percipit, alieno non ſuo nomine fruitur.
g eiuſdem æſtimatio *Cuiac. ad l. 9. ff. de fundo dotali: 9. ad Afr. fol. 204.*
h i. priore caſu.
i Vſufructuarius proprietatẽ pignorare non poteſt.
k Proprietatẽ vẽdere, vel eam æſtimatã dare, paria. Qui alterutro titulo rem accipit, eam pignorare poteſt.
l *v. l. 7. §. 2. ff. vſusfr. & quemad.*
m *τὰ κατακέχαμα ὀφείλει ποιεῖν τῆς οἰκίας ita ſynopſis Baſilic. 16. tit. 8. c. 15. 2. Harmenop. 10. §. 8. Gloſſa κατακέχαμα* ſarta tecta ita enim legẽdum, nõ ſtrata, tecta.
n *l. 10. in f. ff. de damno.*
o Nõ continuò qui in alieno ædificat, impenſas donare videtur *l. 2. in f. s. eo.*
p *v. l. 38. in f. D. de heredit. petit.* multò magis retẽtione vteris *l. 14. ff. de doli mali except.*
q Fructuarius, eiúſve heres vſucapere nõ poteſt. Cur ita? *v. §. 4. verſ. fructuarius Inſtit. per quas perſonas cuiq; l. 10. in f. ff. de adquir. rer.*
r ſenſus eſt, Rei fructuariæ proprietatem vſufructuarius alienare non poteſt *l. 6. s. eo.* Alienat, qui manumittit *l. 1. verſ. ſin autem vſufructuarius. j. comm. de ſucceſſ.*
ſ *l. 4. j. de his quià non dominis.*
t Aliud eſt, miniſterium ſerui conſequi: aliud eius dominium.
u Nudæ proprietatis dominus vſumfructũ locare non põt *l. 2. in f. s. eo.* non nudæ, poteſt, *vt hîc.* Quid ſi is moriatur qui ab eo conduxit? vſusfructus reuertetur ad locatorem *vt hîc.* Quid, ſi qui locauit? nõ finitur. & ita legitur à quibuſdam hîc, conductrici, morte eius qui locauit. Quid ſi fructuarius locauit (id enim poteſt *§. 1. in f. Inſtit. de vſu:* vt & alienare *l. 67. D. de vſufru.*) Si ius ſibi competens locauit conductoris heres fruetur: ſin minus, ius ſpeciale ſumendum ex verbis locationis.
x *l. 10. D. de capite minut. l. 10. D. de vſu.*
y Ambiguitas ex eo naſcitur, vſufructu in tempus pubertatis filij relicto, filij pubertate, vſumfruum extingui: in tẽpus verò quo furor eius ceſſauerit, furore per mortem filij ceſſante nõ extingui. Verùm, decidendi ratio in eo eſt, priore caſu, vſumfructum relictum eſſe in tempus ſeu curriculũ aliquod vitæ (quod cùm ſit: relinquitur ſanè vſusfructus in tempus certũ. eſt enim curriculum pubertatis, lege certũ. poſteriore, in vitam fructuarij. Nam qui alteri legat vſumfructum in tempus furoris in filio finiti, in tempus vitæ fructuarij legat, quia incerta furoris ceſſatio eſt.
z Conſtituatur *ὡς κατὰ πόδας* hæc ſpecies. Vſusfructus Titio relictus eſt *in certũ tẽpus, puta pubertatis filij vel Sempronij?* Dic, filio vel Sempronio puberib. factis interire, *ibi, ſtare.* ¶ Quid ſi filius ante pubertatem vel certum illud tempus mortuus? non perit vſusfructus ante eũ diem quo filius pubes, ſi viueret, fieret: *ibi, ſine perſona.* Atqui vſufructu ad hominis vitam relicto, vita finita, vſusfructus interit? Interit ſanè. Verũ, hic vſusfructus non tam ad vitam alterius relictus eſt, quàm ad certũ curriculũ vitæ & ętatis: vt in hac ſpecie curriculũ illud expectari oporteat: neq; intereat vſusfructus antequã curriculum illud certeuenerit: *ibi, neq; enim.* ¶ Quid ſi filio nondũ pubere & illud certũ tẽpus non aſſecuto fructuarius mortuus ſit? interit vſusfructus: neq; ad heredẽ eius trãſmittitur, licèt curriculũ ętatis, in quo vſusfructus relictus eſt, nondum præterierit. Cur tam variæ? Nimirum quod iuris indubitati ſit, morte fructuarij vſumfructum extingui, *ibi, niſi ipſe.* Et hæc obtinẽt quoties ad certum tẽpus vſufructus relinquitur. Quid ſi ad incertum: & Titio vſusfructus ita relictus eſt, *Donec filius vel alius in furore remanſerit.* Furore earum perſonarum finito, alio quàm per mortem caſu, vſusfructus finietur, *verſ. ſin autem talis.* Quid ſi per mortem furor in illis perſonis ceſſauerit & perſonę illæ in furore deceſſerint? nondum interiiſe vſumfructum dicendum eſt: cùm hoc caſu in ipſam ipſius vſufructuarij vitam vſusfructus relictus videatur. Fructuario igitur tunc viuo, ſupererit vſusfructus, cùm in eius vitã relictus intelligatur. *verſ. ſin autem adhuc.* Cur tam varie? Dixeris, fieri potuiſſe, vt filius per omnem vſufructuaris vitam furioſus eſſet: Igitur humaniſſimum eſſe, vt in ipſius fructuarij vitam vſusfructus eo caſu extendatur: hoc eſt, humanior hęc ſentẽtia eſt, vt fructuario ad eius vitã relictus vſusfructus videatur, non ſimpliciter ad vitã furioſi, vt nõ, quid furioſo acciderit, ſed quid ei accidere potuerit inſpiciamus *verſ. cũ enim poſſibile.* Id alia ratione colligitur. Quemadmodũ enim ſuperius diximus, vſufructuario ante impletam furoris conditionẽ ſeu furoris ceſſationem decedẽte, extingui vſũfructũ *verſ. quẽadmodum.* ita humanũ eſt, vſumfructum extẽdi in vitam fructuarij, licèt antea furioſus deceſſerit. *verſ. ita humanum eſt.* Hac ſpeciei diſtributione puto vel ipſi Iuſtiniano ſatiſfactum eſſe.

De habitatione. De morte.

11. Iidem. AA. & CC. Theodoro.

HAbitatio morte [x], finitur, ne proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominij vindicationẽ excludit. Dat. 15. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

De vſufructu relicto ſub certo tempore, in quod quis peruenerit.

12. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

AMbiguitatem [y] antiqui iuris decidentes, ſancimus, ſiue quis vxori ſuæ, ſiue alij cuicumque vſumfructum reliquerit *ſub* [z] *certo* [a] *tempore in quod vel filius eius, vel quiſquam alius peruenerit,* ſtare vſumfructum in[b] annos ||ſingulos,|| in quos teſtator ſtatuit: ſiue perſona, de cuius ætate compoſitum eſt, ad eam peruenerit, ſiue non. Neque enim ad [c] vitam homines reſpexit, ſed ad certa curricula: niſi [d] ipſe, cui vſusfructus legatus ſit, ab hac luce fuerit ſubtractus. Tunc etenim ad poſteritatem eius vſumfructum tranſmitti non eſt ||penitus|| poſſibile: cùm morte [e] vſumfructum penitus extingui, iuris indubitati ſit. ¶ Sin autem talis fuerit inſerta conditio [f]: *donec in furore filius, vel alius quiſquam remanſerit:* vel in aliis ſimilibus caſibus, quorum euentus [g] in incerto ſit: ſi quidem reſipuerit filius, vel alius, pro quo hoc dictum eſt, vel conditio extiterit vſumfructũ finiri: Sin autem adhuc is in furore conſtitutus deceſſerit: tunc quaſi in vſufructuarij vitam eo relicto, manere vſumfructum apud eum. Cùm enim poſſibile erat vſque ad omne vitæ tempus vſufructuarij non ad ſuam mentem venire furentem, vel conditionem impleri: humaniſſimũ eſt, ad vitam eorum vſumfructum extendi. Quemadmodum etenim ſi deceſſerit vſufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitũ, extinguitur [h] vſusfructus, ita humanum eſt, extendi eum in vſufructuarij vitam, etſi antea deceſſerit furioſus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. Augu. Conſtãtinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſ. 530.

De habitatione de Iure locandi.

13. Idem A. Iuliano PP.

CVm [i] antiquitas [k] dubitabat, vſufructu habitationis legato, & primò quidem cui ſimilis eſſet, vtrumne vſui, vel vſufructui, an neutri eorum, ſed ius proprium, & ſpecialem naturam ſortita eſſet habitatio, poſtea autem, ſi poſſet is, cui habitatio legata eſſet, eandem locare, vel dominum ſibi vindicare, auctorum iurgium decidentes [l], cõpendioſo reſponſo omnem huiuſmodi dubitationem reſecamus. Et ſi quidem habitationem [m] ||quis|| reliquerit: ad humaniorem declinare ſententiam nobis viſum eſt, & dare legatario etiam locationis[n] licentiã. Quid [o] enim diſtat [p] ſiue ipſe legatarius maneat, ſiue alij cedat, vt mercedem accipiat? & multo [q] magis ſi habitationis vſumfructum reliquerit: cùm[r] & nimiæ ſubtilitati ſatisfactum videatur, etiam nomine vſusfructus addito. In tantum [ſ] etenim valere habitationem volumus, vt non antecellat vſumfructum: nec [t] dominium habitationis ſperet legatarius, niſi [u] ſpecialiter euidentiſſimis [x] probationibus ipſe legatarius poſsit oſtendere, & dominium eius domus ||ſibi|| eſſe relictum. tunc etenim voluntati teſtatoris per omnia obediendum eſt. Quam deciſionem locum habere cenſemus in omnibus locis, quibus habitatio conſtitui poteſt. Dat. 18. Kal. Octobr. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

a *l. 5. s. eo. l. 4. C. de vſufru.*
b *l. 37. ff. de vſufru. l. 3. D. quibus mo. vſusfr.*
c Vſusfructus, non ad vitã hominis relictus, ſed ad certa curricula, morte nõ finitur: ſed curriculo elapſo.
d Titio vſusfructus relictus in tempus pubertatis filij, Titius ante pubertatẽ filij mortuus eſt, quęritur quid iuris ſit? interit vſusfructus, neq; ad eius heredem tranſmittitur. *vt hîc.* Cur non ad ipſum impuberẽ? cùm eius cõtemplatione, eiuſque alendi in impuberi ætate, vſusfructus relictus videatur: quod ſanè colligas ex ipſa formula relicti vſusfructus, in qua fieri ideo pubertatis filij mẽtio videtur, vt ſciat pater ſibi ideo relinqui vſumfructũ, vt ad pubertatẽ vſq;, filiũ alat?
e *v. l. 3. s. eo.*
f *l. 5. s. eo.*
g Euẽtus reſipiſcẽtiæ in furioſo incertus.
h rectè, ſi perſonã fructuarij ſpectes: verùm poſſis quærere, cur non vſufructus ipſe extẽdatur ad furioſum ſuperſtitem: cuius contemplatione eius patri vſusfructus relictus videtur: vt furioſum filium, quandiu in furore eſſet, aleret? vſumfructum in perſona filij furioſi manere humanius videtur argum. *l. vlt. in f. j. eo.*
i Habitationis vſusfructus neq; vſus ſimplex eſt, nec vſusfructus, ſed ius proprium.
k Nota veterum controuerſias circa ius habitationis motas.
l Nota ius nouum in iure habitationis receptũ.
m *χρῆσιν οἰκήσεως* vſum habitationis. *ſynopſis. 16. tit. 8. c. 30.* vel ei opponatur, vſusfructus habitationis *verſ. & multo magis. j. eo.*
n Is cui habitatio relicta eſt, eam locare poteſt *§. 5. in f. Inſt. de vſu.*
o Paria ſunt in habitationis iure, per ſe vti habitatione & per alium eadẽ vti, ex que ea penſiones recipere.
p Actor non auditur, ſi eius non interſit.
q plus enim vſumfructum habitationis, quàm eius nudum vſum habenti, licet.
r vſufructu habitationis relicto, quęritur an legatarius poſſit eũ vſumfructũ locare? Poſſe certius eſt. Dixeris habitationis ius eſſe perſonale? Poſſis quoq; reſpondere, in hac ſpecie, nõ ſimpliciter habitationẽ, ſed vſũfructũ habitationis eſſe. Qui vſufructuarium poſuerit, eundẽ locare poſſe idẽ quoq; fatebitur. Quotieſcumque enim vſusfructus ſit mentio, ibi locationẽ legatario permiſſam eſſe intelligimus. Et tamẽ vtcũq; ponas habitationis vſum relictũ eſſe, legatarium eum vſum locare poſſe verius eſt. *verſ. & ſi quidem s. eo.*
ſ Idẽ effectus habitationis domus & eius vſusfructus *vt hîc.* vel vſus *l. 32. in f. ff. de vſufr. l. 10. ff. de vſu.*
t Habitationis legatarius, non eſt eius dominus.
u Habitatione legata, non cenſetur rei dominiũ legatum: niſi probetur teſtatorem proprietatem legaſſe. *vt hîc,* vt hinc colligas, Habitationis verbo, plerũque ipſam proprietatem contineri poſſe.
x A conſueta actus conditione, tacitè poſſumus recedere. Tacita voluntas probatur euidentiſſimis probationib.

a vſufructu deducto legatis ædibus: quæritur quid iuris ſit penes heredem, quid penes legatarium? Quidam putabant, ædium vſumfructum perpetuò fieri heredis, eiuſue ſucceſſorum. Alij putabant id genus legati, legatario nō eſſe inutile. Iuſtinianus decidit: legatis ædibus deducto vſufructu: legatarium viuo herede nudam proprietatem ædium conſequi: eo mortuo, vſumfructum earum ad eum redire.

De vſufructu. de nuda proprietate legata.

14. Idem A. Iuliano PP.

ANtiquitas [a] dubitabat, ſi quis fundum [b] vel aliam rem cuidam teſtamēto relinqueret, quatenus vſusfructus apud heredem maneret, ſi huiuſmodi conſtaret legatum. & quidam inutile legatum eſſe exiſtimabant, quia vſusfructus nunquam ad ſuam rediret proprietatem, ſed ſemper apud heredē remaneret, ||[c] & forſitan hoc exiſtimabant, quia & ſecundus heres, & deinceps, ſucceſſores vnius eſſe videātur, || nec poſſit huiuſmodi vſusfructus ſecundùm veterem diſtinctionem ſolitis modis extingui. Alij autem huiuſmodi legatum non eſſe reſpuendum exiſtimauerunt. Tales altercationes decidentes, ſancimus & huiuſmodi legatum firmum eſſe, & talem [d] vſumfructum vnà cum herede finiri: & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente, expirare. quare enim iſte vſusfructus ſibi tale vindicet priuilegium, vt || à || generali interemptione vſusfructus ipſe ſolus excipiatur? quod ex nulla induci rationabili ſententia manifeſtiſſimum eſt. & propter hoc, & vſumfructum finiri, & ad proprietatem ſuam redire, & vtile eſſe legatum ſanciētes, huiuſmodi pauciſſimis verbis totam eorum ambiguitatem deleuimus. Dat. 15. Kal. Octob. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

Si pars ſerui, per quem vſusfructus acquiſitus eſt, alienetur.

15. Idem A. eidem Iuliano præfecto prætorio.

INter antiquam prudentiam diſſenſio incidit, ſi [e] per ſeruum vſusfructus domino fuerit acquiſitus, & ex quibuſdam caſibus (multi [f] enim || caſus || rebus incidunt mortaliū) pars huius ſerui ad alium perueniat: vtrùm omnis vſusfructus, qui antea per ſeruum ad aliquem peruenerit, apud eū remaneat, an totus tollatur, vel ex parte diminuatur, ex parte autem apud eum reſideat? Et ſuper huiuſmodi dubitatione tres [g] ſententiæ vertebantur. Vna [h], quæ dicebat, ex particulari alienatione ſerui totum || vſumfructum || deminui. Alia [i], in tantum vſumfructum diminui, in quantū & ſeruus alienaretur. Tertia [k], quæ definiebat partem || quidem || ſerui poſſe alienari, totum autem vſumfructum apud eum remanere, qui antea ſeruū in ſolidum habebat. Et in nouiſſima ſententia ſummum auctorem iuris ſcientiæ Saluium Iulianum eſſe inuenimus. Nobis autem hæc decidentibus placuit Saluij Iuliani admitti ſententiam, & aliorum, qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius viſum eſt, non interemptionem vſusfructus ſtudioſam eſſe, ſed magis retentionem: quatenus, etſi pars ſerui alienetur, tamen neque pars vſusfructus depereat, ſed maneat ſecundum ſuam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus eſt, ita & conſeruetur, ex huiuſmodi caſu nullo deterioratus modo. Dat. X. Kalen. Octob. Lampadio & Oreſt, VV.CC. Conſſ. 530.

Quibus modis vſusfructus vel actio de vſufructu tollitur.

16. Idem A. Iuliano PP.

COrruptionem [m] vſusfructus multiplicem eſſe veteribus placuit, vel morte [n] vſufructuarij, vel capitis [o] diminutione, vel non [p] vtendo, vel aliis [q] quibuſdam non ignoratis modis. Sed de vſufructu quidem hoc indubitatū fuerat. de perſonali autem actione, quæ ſuper vſufructu naſcitur; ſiue in ſtipulationem vſusfructus deductus ſit, ſiue [r] ex teſtamento relictus dubitabatur: morte quidem vſusfructuarij, & capitis diminutione eam tolli omnibus concedentibus: non vtendo autem, ſi per annum vel biennium forſitan || eundem || vſumfructum non petierit vſufructuarius, ſi perſonalis actio tollatur, altercantibus. 1 ¶ Sed [f] nos hoc decidentes ſancimus, non ſolùm actionem, quæ de vſufructu naſcitur, ſed nec ipſum vſumfructum non vtendo cadere, niſi tantūmodò morte vſufructuarij, & ipſius rei interitu, ſed vſumfructum, quem ſibi aliquis acquiſiuit, hunc habeat dum viuit, intactum: cùm [t] multæ & innumerabiles cauſę rebus incidant mortalium, per quas homines iugiter retinere, quod habent, non poſſunt. & eſt ſatis durum, per huiuſmodi difficultates amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt: niſi [u] talis exceptio vſufructuario opponatur, quæ, etiam ſi dominium vindicaret, poſſet eum præſentem vel abſentem excludere. 2 ¶ Sed neque per omnem [x] capitis diminutionem huiuſmodi detrimentum imminere noſtris patimur ſubiectis (quare enim ſi filiusfamilias fuerit is, qui vſumfructum habet fortè ex caſtrenſi peculio, vbi [y] nec patri vſusfructus acquiritur, ei poſſeſſum, per emancipationem [z] eum amittat? ſed ſecundùm quod definitū eſt, tunc eum tantummodò deſinere cum vſusfructuarius, [a] vel res pereat, & tantūmodo eum cum anima [a] vel rei ſubſtantia expirare: niſi prædictæ exceptionis vigor reclamauerit: excepta videlicet tali capitis deminutione, quæ vel [b] libertatem vel ciuitatem Romanam poſſit adimere. tunc etenim vſusfructus omnimodo ereptus, ad ſuam reuertatur proprietatem. Datum Kal. Octobr. Conſtantinopol. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

b deducto ſcilicet vſufructu *l. 6. ff. de vſufru. l. 4. D ſi vſufr. petat: §. 1. Inſtit. de vſu*: Id niſi ſuppleueris, vix bene hanc legem noris.
c incluſa deſunt in quibuſdā manuſcriptis.
d i. quoties relictus eſt fundus, deducto vſufructu. vt ſit ſenſus, Si fundus legatur deducto vſufructu, legatari⁹ nudā habet ꝓprietatem, heres vſumfructum *§. 1. Inſtit. de vſufruct.* Huiuſmodi vſusfruct⁹ vnà cum herede finitur *j. eod.*
e Quæſtio.
f *vide l. vlt. j. de præſcript. 30. annorum.*
g vſufructu per ſeruum adquiſito, ſeruus pro parte alienatus eſt, quæritur quid iuris ſit? Alij ſolidū interiiſſe vſumfructū putant. *verſ. vna.* Alij pro parte. *verſ. Alia.* Alij nullomodo interire, ſed ſolidū ſeruari. & in hac ſententia Iuliani, Iuſtinianus adquieſcit *hac lege, verſ. Tertia: verſ. & in nouiſſima.*
h Prima veterū opinio.
i ſecunda veterum opinio.
k tertia veterū opinio, quæ eſt Iuliani & Iuſtiniani.
l i. expetendam, aut admittendā ſic alibi in proœmio digeſtorū, nihil tam ſtudioſum.
m *§. 3. Inſtit. de vſufr. & ff. quib. mod. vſusf. amit.*
n *l. 3. s. eod.*
o *l. 1. ff. quibus mod. vſusfr.*
p *d. §. 3. l. 14. l. 28. D. quibus modis vſusfr.*
q *v. d. §. 3. verſ. itē: Paul. 7. ſent. 6. §. 28. & ſequētib.*
r Conſtituitur enim vſusfructus vel teſtamento vel contractu *l. 4. in fin. s. eo. §. 1. Inſtit. de vſufruct. l. 3. ff. de vſufruct.* f vſusfructus, eiuſq; nomine actio morte perit: non vtēdo, non perit. *vt hic.* Cur ita? *vide verſ. cum multi. j. eo.* t Ratio decidendi. u Vſusfructus eiúſve actio ſola morte vſufructuarij, & rei interitu perit. An & non vtendò? non perit, niſi longi temporis ſpatio *vt hic: & l. 13. j. tit. prox. adde Paul. 3. ſent. 6. §. 28. & 30.* x ſed per mediam & maximam non minimam. *§. 1. in f. Inſtit. de adquiſ. per adrog.* y vſumfructum in caſtrenſi peculio filij pater nō habet. z eſt enim emancipatio capitis diminutionis ſpecies. a vſusfructus extinguitur morte fructuarij, re perempta, & ea capitis deminutione, qua vel libertas vel ciuitas amittitur. b Minima capitis deminutione, familiam tātùm: Media, familiā & ciuitatem: Maxima familiam, ciuitatē, &, quod maius eſt, libertatem amittimus. *l. vlt. ff. de ca. minut.* c *v. Paul. 3. ſent. 6. §. 29.* d vſusfructus quęſitus per ſeruū vel filium, ſerui vel filij capitis minutione non extinguitur. *vt hic* Quid ſi pater ſeruus aut peregrinus factus fuerit, aut mortuus ſit? apud filium talis vſusfructus manet, etiamſi heres à patre nō relinquatur. *verſ. Neque ſi.* Cur ita? *vide verſ. cum plerūque* e In dubio contemplatione filij relictum præſumitur. f *Paul. 1. ſent. 17. 2. Inſtit. 3. 8. ff. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* περὶ δουλειῶν *58. Ecl. 1. 2. Harmen. 4.* περὶ δουλειας De actione in rem confeſſoria pro ſeruitutibus, vide Ferrarienſem *in forma libelli actionis confeſſoriæ pro ſeruitutib.* 30. Oldendorp. *claſſ. 3. act. 3.* De negatoria vide Ferrarienſem *in forma libelli in actione negatoria* 31. Oldēdorp. *claſſ. 3. act. 5.* De vtraq; v. *§. 2. Inſt. de act.* & ibi interpretes. g ne dicas arcēda, vt titulo *ff. de aqua & aq. plu.* ſed de ſeruitutib. aquæ ductus, aquæ hauſtus. Cuiac. notat, hîc ὕστερον πρότερον legendum eſſe, De aqua & aliis ſeruitutib. *vt l. 3. j. eo.* h Hanc legē difficilē & vtilem ſic interpretor. Vbi neque ſeruitus expreſſim, vel tacitè adquiſita eſt, nobis licet tollendo obſcurare ædes vicini: nec eo nomine vlla competit ei actio *l. 8. l. 9. j. eo. l. 9. ff. de ſeruitutib. adde l. 26. ff. de damno: v. Cuiac. 1. obſ.* 7. Idem dicendum, ſi in area ædificem. eo tamē caſu legitimum ſpatium à vicina inſula ſeruandum *l. 14. ff. de ſeruit. vrb.* Vbi verò ſeruitus luminis expreſſim adquiſita, non licet in eam quidquā committere, *l. 5. l. 9. j. eo.* (Lumē eſt autē, vt cœlum videatur *l. 16 ff. vrb.*) Quid ſi tacitè: vetus enim ædificiorum forma vicem ſeruitutis obtinet *vt hic*: iubet imperator veterē formā ſeruari *vt hic. l. 26. j. eo. l. 12. j. de ædifi. l. 11. ff. de ſeruitutib. vrb.* vetat, tollēdo luminib. vicini officere. dat enim damnū, q tollēdo officit *l. 25. ff. de dāno.* Hinc cōſequitur, cuiuis tollere permitti, dū vicino nō officiat. Quādo officiatur, nō ex actoris affectata & inordinata opinione & eſtimatione, ſed ex æquo & bono diiudicari oportet. Idque primū ſtatutis ciuitatū: iiſve deficientibus, iudicis arbitrio, qui in rem præſentē ſe cōferre ſolet. Quod cum accidit, non puto id de quo nunc agimus meliùs diiudicari poſſe, quàm duob. ſimul cōſideratis: interuallo & fūdamento *l. 12. §. 2. j. de ædificiis priuatis* ſc. parietis vicinalis & eius altitudine. i Nam quo magis diſtat à vicino paries, eo liberior eſt in eo ædificādi facultas, & in eo ædificantes minus liminibus vicini officimus. Ad hæc, conſiderari etiam poſſunt ipſę ædes vicini, cui vicinus nō facit iniuriā, tollēdo, ſi tantum luminis ei relinquat, quātū ipſe ſibi in ſua area reliquiſſe reperietur. Eſt enim iniquum vt à vicino vicinus lumē vberiùs exigat, q ipſe ſibi in ſuo ędificio & area interiori, tribuerit. Poteſt etiā conſideratio duci à forma vicinaliū aut reliquorū vrbis ędificiorū, & ipſarū publicarū viarū diſtantia & altitudine, vt quo ſpatio, quáve altitudine, aliis ædificare communiter licuit, hoc volenti tollere liceat. Id enim ſine inuidia cuiq; facere in ſuo licet, q aliis permiſſum fuerit. Fauent etiam leges cuiuſque fundi libertati & reo. Ideo qui negat [f] ſeruitutem deberi, habet intētionem fundatā de iure communi.

De vſufructu filiofam. vel ſeruo relicto.

17. Idem A. Ioanni P.P.

EX libris Sabinianis quæſtio nobis relata eſt, per quam dubitabatur, ſi vſusfructus per ſeruum acquiſitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione [c] filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel ſerui quacunque alienatione, vel morte, vel manumiſſione poſſit adhuc remanere. Et ideò ſancimus [d] in huiuſmodi caſibus, neque ſi ſeruus vel filiusfamilias in præfatos caſus inciderit, interrumpi patri, vel domino vſumfructū, qui per eos acquiſitus eſt, ſed manere intactū. Neq; ſi pater magnā capitis diminutionē vel mediam paſſus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, vſumfructū perire: ſed apud filiū remanere, etiamſi heres à patre non relinquatur, vſumfructum enim per eum acquiſitū, apud eum remanere etiā poſt patris calamitatem oportet, cùm plerumque veriſimile [e] ſit teſtatorem cōtemplatione || magis || filij, quàm patris vſumfructum ei reliquiſſe. Dat. 15. Kal. Noue. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

DE SERVITVTIBVS [f], & aqua [g].

Tit. XXXIIII.

De eo qui ædificando luminibus officit. De longi temporis conſuetudine.

1. Imp. Antonius. A. Calphurniæ

SI quas actiones aduerſus eum, qui ædificium contra veterem [h] formam extruxit, vt luminibus [i] tuis officeret, competere tibi exiſtimas: more ſolito || per iudicem || exercere non prohiberis. Is, qui iudex erit, longi temporis [k] conſuetudinem, vicem [l] ſeruitutis obtinere ſciet: modò ſi is, qui pulſatur, nec vi nec clàm nec precariò poſſidet. PP. 3. Id. Nouemb. Gentiano & Baſſo Conſſ. 212.

De eo qui ſciente domino aquam duxit.

2. Idem A. Martiali.

SI [m] aquam [n] per [o] poſſeſſionē [p] Martialis eo ſciente [q] duxiſti: ſeruitute exemplo rerū immobiliū [r] tēpore [f] quęſiſti.

Quælibet enim res præſumitur iure naturali libera *leg. 4. ff. de iuſtit.* Nec etiam ſequitur, vt qui per centū annos domū ſuā depreſſam habuerit, non poſſit eā vicino inuito tollere: qa ſēper fuit in eius poteſtate eā tollere vel nō tollere. cū vſus ſit iure ſuo citra animū ſeruiēdi. Tēpus quoq; nō eſt modus inducendæ obligationis in futurū, ſed prohibitio requiritur: ſine qua nū currit hîc præſcriptio, vi Mynſing. *Reſp. 81. nu. 11. adde alia quæ dicā ad l. 9. j. eo. De proſpectu dicā proximè.* Quid, proſpectui vicini poſſumúſne officere? Demus vicinū ambire per tuas ædes proſpectū maris, hortorū plantatū, publicę ſcripturę, picturæ, montiū *v. 2. Harmenop. 4.* horologij. quin & liberū antehac cœlū, quo maximè aſtrologi domus cōmendatur, *vi. Cuia. 17. obſ. 35.* poſſe puto, niſi ius ſeruitutis obſtet. vbi non obſtat, qui iure quid in ſuo facit, etiā cū damno vicini, nō tenebitur. *vide quæ noui ad l. 26. ff. de dāno: & ad l. 3. §. 7. ff. de incendio.* k cuius nō eſt memoria. l *l. 1. in f. l. 2. ff. de aqua & aq. pluu.* id quomodo intelligēdū dixi. *s. eo.* m *l. 10. ff. ſi ſeruitus.* n Hāc legē pertinere ad prouincialia nō ad Italica prædia notat Cuiac. *ad l. 2. ff. de vſuca.* o ſeruitutē aquę ducēdę, per trienniū, conſentiēte domino, aquam ducentes, adquirimus: ante trienniū perfectum ducere, à domino prohiberi poſſumus: neq; ſumptus in eā rem factos ab eo petimus. *ſynopſis Baſilic. 58. tit. 7. c. 2. 2. Harmenop. 4. §. 11°.* p i. fundū. q atque ita nō clā *l. 10. ff. ſi ſeruitus vindicetur: l. 5. §. ſed & ff. quod vi.* r Gręci legunt, mobiliū. Sed meli⁹ fortè legemus, Immobiliū *58. Ecl. 1. c. 14.* vt immobilib. ſeruitutes cōparemus potius, q̄ mobilib. vt & panes ciuiles. *Nou. 7. v. Cuia. 2. de præſcri. adde eund. 2. Feud. 1. fol. 504.* etſi Panormitanus eos faciat neq; mobiles neq; immobiles, ſed præſtat immobilib. admunerari, adhærent. n immobilib. *v Gayll. 2. obſ. 11. nu. 11.* f triennij, vt volūt Græci, *ſynopſis d. loco*, teſte Cuia. *c. 22. de præſc* decēnij, inter præſentes: vicēnij inter abſentes, quia ſic eſt in immobilib. *l. 1. j. de vſucap. transfer.* Accurſ. niſi ex publico flumine ducatur. Ea enim non præſcribitur, niſi tempore cuius nō extat memoria *l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid.* Quid in prædio Eccleſię? annorū 40. *Bal. hic: adde wurmſ. 1. pract. 27. obſ. 7.*

ſiſti.

sisti. Quod si ante id spatium eius vsus tibi interdictus est, frustra [a] sumptus in ea refactos præstari tibi postulas: cùm in aliena possessione [b] operis [c] facti dominium, quoad in eadem causa manet [d], ad eum pertineat, cuius est possessio. PP. Kal.Iul.Læto & Cereali Coss. 216.

De prædio prouinciali.

3. Imp. *Alexand.* A. Ricanæ.

ET in prouinciali [e] prædio constitui aquæductus, vel aliæ seruitutes possunt, si ea præcesserint, quę seruitutes constituunt. tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, si [f] priores possessores aquam duci per prædia prohiberi iure non potuerint, cū eodem [g] onere præferendæ seruitutis transire ad emptores [h] eadem prędia posse. PP. Kal.Maij, Maximo II. & AEliano Coss.224.

De aqua domino inuito non ducenda.

4. Idem A. Corneliano.

AQuam [i], quæ in alieno loco oritur, sine [k] voluntate eius, ad quem vsus eiusdem aquæ pertinet, prætoris edictum non permittit ducere. PP. Ibid. August. Maximo II. & AEliano Coss. 224.

De eo quod contra seruitutem debitam extructum est.

5. Imp. *Philippus* A. & Philippus Cæsar Luciano militi.

SI quid pars aduersa cōtra seruitutē ædibus tuis debitam iniuriosè extruxit: præses prouinciæ reuocare [l] ad pristinam formā, damni etiam ratione habita pro sua grauitate curabit. PP. Kal. Feb. Præsente & Albino Coss. 247.

De aqua inuito domino non ducenda.

6. Imp. *Claudius* A. Prisco.

PRæses prouincię vsu aquę, quam ex fonte iuris tui profluere allegas, cōtra statutā [m] consuetudinis formā carere non permittet: cùm sit durum [n] & crudelitati proximū, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari. PP. 7. Kal. Maij, Claudio A. & Paterno Coss. 270.

De vetere consuetudine.

7. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Iuliano. ||PP.||

SI manifestè doceri possit, ius aquæ ex vetere [p] more atque obseruatione per certa loca profluentis vtilitatem certis fundis [q] irrigandi causa exhibere: procurator [r] noster ne quid cōtra veterem ||formam|| atque solemnem morem innouetur, prouidebit. PP. 4. Non. Maij, Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

De ædificio altius sublato. de fenestra pariete vicini facta.

8. Iidem AA. & CC. Aniceto.

ALtiùs quidem ædificia tollere [s], si [t] domus seruitutē nō debeat, dominus eius minimè prohibetur [u]. In pariete verò tuo si fenestram Iulianus vi vel clam fecisse conuincatur: sumptibus suis opus tollere [x], & integrum parietē restituere compellitur. Dat. Kal. Ian. Sirmij AA. Coss. 293.

De ædificio altiùs sublato.

9. Iidem AA. & CC. Zosimo.

SI in ædibus vicini tibi debita seruitute, parietem altiùs ædificauit Heraclius: nouum opus suis sumptibus per præsidem prouinciæ tollere [y] compelletur. Sed si te seruitutem habuisse non probetur, tollendi altiùs ædificium vicino nō [z] est interdictū. PP. V. Kal. Iulij, Sirmij, AA. Coss. 293.

Si Seruitus aquæducendæ deberi negetur.

10. Iidem AA. & CC. Nemphydio.

SI tibi seruitutē aquæ [a] ||ducendę|| deberi præses animaduerterit; nec hac te non vtentem spacio [b] temporis amisisse perspexerit: vti te iterum iure proprio prouidebit. Nā si hoc minimè probetur: loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquam, & facere [c], quò minus ager tuus irrigari possit, non prohibetur. PP. XI. Kal. Febr. Sirmij, CC. Coss. 294.

De itinere, actu, via.

11. Iidem AA. & CC. Aureliano.

PEr agrum quidem alienum, qui seruitutem non debet, ire vel agere [d] vicino minimè licet. Vti autem via publica [e] nemo rectè prohibetur. Dat. 11. Kalen. Nou. Sirmij, CC. Coss. 294.

De termino aquæ ducendæ.

12. Iidem AA. & CC. Valeriæ.

NOn [f] modus [g] prædiorum [h], sed seruitus aquæ ducendæ [i] terminū [k] facit. PP. 3. Kale. Ianu. CC. Coss. 294.

An Seruitus non vtendo amittatur.

13. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præf. præt.

SIcut vsumfructum [l], qui non [m] vtendo per biennium in soli rebus, per annale autem ||tempus|| in mobilibus vel se [n] mouentibus diminuebatur, non passi sumus huiusmodi sustinere compendiosum interitum, sed ei decennij [o] vel viginti annorum dedimus spatium: ita [p] & in ceteris seruitutibus obtinendum esse censuimus, vt omnes seruitutes non vtendo amittantur, non biennio, (quia tātummodò soli rebus annexæ sunt) sed decennio contra præsentes vel viginti spacio annorum contra absentes: vt si in omnibus huiusmodi rebus causa similis, differentiis explosis. Dat. 15. Kal. Nouemb. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis, VV. CC. Coss. 531.

Ne ita ædificetur vt accessus venti ad aream & Conculcatio fructuum impediatur.

14. Idem A. Iohanni PP.

CVm talis quæstio in libris Sabinianis verteretur: quidā enim pactus erat cum vicino suo, *vt [r] liceret ei, vel per se vel per suos homines, per agrum vicini transitum facere, iterque habere vno [s] tantummodò die per quinquēnium, quatenus [t] ei licentia esset in suam syluam inde transire, & arbores excidere, vel facere, quicquid ||necessarium|| ei visum fuisset:* & quæreretur, quando huiusmodi seruitus non vtendo amitteretur: & quidam putarent, si in primo vel secundo quinquennio per eam viam itum non esset, eandem seruitutem penitus tolli, quasi per biennium ea non vtendo deperdita, singulo die quinquennij pro anno numerando: aliis ||autem|| aliam sententiam eligentibus nobis placuit ita causam dirimere, vt, quia iam per legem [u] latam à nobis prospectum est, ne seruitutes per biennium non vtendo depereant, sed per decem vel viginti annorum curricula, & in proposita specie, si per quatuor [x] quinquennia nec vno die, vel ipse, vel homines eius eadem seruitute vsi sunt, tunc eam penitus amitti viginti annorum desidia. qui enim in tam longo prolixóque spatio suum ius minimè consecutus est, sera pœnitentia ad pristinam seruitutem reuerti desiderat.

1 ¶ Cùm autem apertissimi iuris est, fructus aridos [y] conculcatione, quę in area [z] fit, suam [a] naturam & [b] vtilitatē ostēdere: aliquis vicinū suum vetabat, ita ædificium extollere iuxta aream suā, vt ventus excluderetur, & paleæ ex huiusmodi obstaculis secerni à frugib. nō possēt, quasi vetito vento suā vim per omnē locum inferre ex huiusmodi ædificatione, cùm secundùm sitū regionis, ||&|| auxilium venti areā accedit. Sancimus itaque nemini licere sic ædificare, vel alio modo versari, vt idoneū [c] ventum & sufficientē ad præfatum opus infringat, & inutilē domino aream, & fructuum inutilitatem faciat. Dat. 11. Kal. Nou. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. 531.

---

a vide tamen quæ dixi ad *l. 38. D. de hered. petit.* b i. fundo alieno. c i. ædificij, canalium & similium. d i. quoad ius non est diuersum v. *l. 2. s. de rei vindic.* e i. non solum in Italico *v. Cuiac. 7. obs. 3.* Prouincialia prędia, tributaria, stipendiaria. & hinc ratio decidendi sumitur. Videtur enim constituta seruitute, tributi deterior causa fieri, *adde Cuiac. ad l. 4. D. de vsucap. in f.* f Quod auctor nō potuit prohibere, successor non prohibere potest.

g *l. 23. §. 2. ff. rustic. v. quæ not. ad l. 20. §. 1. ff. de adquir. rer.*

h *ad. l. 10. in f. D. si seruit. l. 1. §. 25. D. de aqua quotidiana.*

i Aquam nemo ducere potest ex alieno fōte citra voluntatē eius, qui fundi dominus est. *synopsis Basilic. eo. c. 4.*

k *v. l. 8. ff. de aqua & aqu. plu.*

l & tollere l. 9. j. *eo. l. 14. 15. in f. D. si seruit.*

m *l. 1. s. eo.*

n hinc colligit Alciatus 1. *præsu.* 52. Quēlibet pręsumi rem suam primùm curare, deinde alienā. Ordinatā charitatem incipere à se ipsa *Bald.*

o sic aures sitire *Cicero. 2. ad Atticū 14.* fontes sitire. *Idē. 3. epist. ad quintum fratrem* herbæ sitiunt. *Virgil. Ecl. 7. & 4. Georgic.* prata bibūt. *Virgil. Eclo. 3. in f.* Apud Anacreōtē πάντα διψᾶ.

p *d. l. 1.*

q Mynsingerus tamen rešpōdit, priuatum posse viuariū, vrbi vicinę aliquo modo vtile, in agrū fruméntariū, vel similē mutare *Res. 81.* An pręoccupare aquā fluminis, vel molēdini in flumine, vt præiudicium fiat inferioribus? v. Ferrariensem *in for. libel. serui. confess. 30. ibi, Seruitus aquædu. 6.*

r Nec fiscus seruitutem, quę semel est constituta tollere potest *synopsis Basili. 58. tit. 7. c. 5.*

s & obscurare vicina *l. 9. j. eo. l. 9. D. vrban. dixi s. ad l. 1. l. 24. 26. D. de damno.*

t alias exceptiones vide apud Socinum *regula 102.*

u Cur ita? Res præsumitur ab origine sua esse libera *v. Alciat. 2. præsump. 3.* Nec enim seruitutes habēt causas naturales, sed conuentas vel præscriptas. & quisq; in suo, ad cælū vsq; (si ita licet dicere) ædificare potest *l. 1. in f. pr. l. 24. D. vrb. l. vl. §. 4. D. quod vi.* Eodē modo volunt rē præsumi liberā, allodialē, nō feudalē. Feudū. n. est species seruitutis, quæ regulariter non præsumitur, nisi probetur: probari intelligitur feudalis si semel talis fuit v. Gayll. *2. obs. 69. nu. 2. 3. 4. 5. 6.* x *l. 1. s. eo.* y *d. l. 5. l. 8. s. eo.* z *dixi ad d. l. 8.* a Aquæ ductus, vt & stillicidij seruitus, cùm primū est constituta, quasi continua est. Continuatur enim facto naturæ citra factum hominis. Tigni & oneris ferendi, cōtinua. Idq; cōtinuo facto naturæ citra hominis factū. Iter, actus, via & similes seruitutes, discontinuæ: in his. n. requiritur factum hominis, non tamē perpetuū *vide. wurmse. 1. pract. 27. obs. 1.* b quo? *v. l. 13. 14. j. eo.* c *v. l. 6. s. eo. v. l. 26. D. de damno.* d vt & aucupari *l. 16. D. de rustic.* piscari, ingredi *l. 13. in f. D. de iniuriis.* e alia exempla vide in *d. le. 13. & l. 2. §. 9. D. ne quid in loco publico.* f Aquæ concessæ modum eā ducendo, excedere non debemus *synopsis Basilic. 58. tit. 7. c. 10.* g i. quantitas. spacium quantitas agri *D. si mensor falsum modū: l. 40. D. contrah. empt. l. 4. in f. D. de act. empti. l. 64. D. de euiction.* h de nouo adquisitorum, post constitutam vni fundo seruitutem. i ab initio scilicet constituta. k limitat ius aquæ ducendæ. vt sit sensus, Non, si meus fundus nouis emptionibus auctus est, ideo amplioris aquæ modum alia parte in agros de nouo cōparatos ducere per agrum vicini licebit *l. 24. D. rustic. l. 1. §. 15. D. de aqua quotid.* nec enim possumus seruitutē deteriorem facere.

l Nota ius vetus de præscriptione vsusfructus. m *l. 16. s. tit. pro. v. Paul. 3. sent. 6. §. 30.* n *vide l. 93. D. de verb. sign. f.* o Vsusfructus & seruitutes vrbanæ & rusticæ, decennio inter præsentes: vicennio, inter absentes, non vtendo amittuntur *vt hic, & l. 14. j. eo. l. 16. §. 1. in f. supr. tit. prox. §. 3. Instit. de vsufr.* Quid si seruitus discontinua sit? Idem dicendum, modò constituta sit sine aliquo interuallo temporis, mensium, vel annorum. Secus si habet interualla annorum, mensium & tēporum *le. 14. in prin. j. eod. l. 7. D. quando seruit. amit.* Eo casu interpretes ex *d. l. 14.* volunt, tam intre præsentes, quàm inter absentes, huiusmodi seruitutes 20. anni pręscribi. *vide Ferrar. in forma libelli seruitutis confessoriæ 30. in ver. seruit. aquæ ductus 6. num. 27. wurmserus. 91. pract. 27. obser. 3. Schneidewinum §. fi. nu. 27. Instit. de seruitutibus* Cuiacius *ad l. 4. D. de vsucap. fol. 269.* distinctionem adhibet inter seruitutes vrbanas & rusticas, aitque rusticas non vtendo amitti, vsucapione libertatis. In vrbanis, opus esse facto eius qui seruit, In rusticis, eius cui seruitur cessationem sufficere *l. 6. D. vrb. le. 18. in f. D. quemadm. seru.*

p exęquatio Iustinianea hęc est seruitutum & vsusfructus, vt vsusfructus & seruitutes non vtēdo decēnio inter præsentes, vicēnio inter absentes amittantur: reiecta biēnij vtriusque seruitutis, præscriptione. *vt hic: adde 58. synopsi. 7. c. 10. 2. Harmenopul. 4. §. 137.*

q id est, vel eò maximè. vt nullam aliā rationē adferamus: hæc tamen sufficiat, vt non minore spatio amittantur.

r Pactus cū vicino suo, vt ei liceat in syluam suam per agrū vicini semel tātùm per quinquennium trāsire: si neq; per seipsum neque per homines suos ea seruitute xx. continuis annis vsus est, ius amittit. *vt hic: synopsis Basilic. 58. tit. 7. c. 11.*

s Huiusmodi seruitus discontinuam causam temporis habet.

t syluas quoquo quinquennio cædi solitas hic locus indicio est.

u *l. 13. s. eod.* x id est, vicennio, de quo dixi ad *l. 13. supr. eod. in verbo decennij: l. 7. D. quemadmod. seru. amit.*

y *v. l. vlt. D. de iure fisci.*

z De area *adde l. 14. in f. D. de alimentis.*

a hoc est, aridi fructus trituratione exprimuntur ex spicis: vt eruti, naturam suam, vim, & vtilitatem hominibus exhibeant. b inutilitatem Cuiac. *ad. l. 2. Co. de fide & iure hastæ: & 16. obs. 29.* & ita quoque extat in lege 1. *§. 4. in f. D. depositi.* eo nomine à Roberto reprehenditur 1. *recept. sent. 2. animad. 26.* Defenditur tamem ab Antonio mercatore *2. notar. 26.* Verbum inutilitatis reperitur apud Ciceronem, Cassiodorum, & Lucretium. c Ventum areæ vicini sui auferre, vicinus iure non potest, & eam inutilem reddere. Ventus necessarius & solitus ad triturationem frumenti, tolli non potest. Nemo denique sic ædificare debet, vt eo ventum in aream vicini tendentem impediat. *synopsis Basilic. 58. tit.* περὶ καινοτομίας *ex tit. 7. c. 11. in f. 2. Harmenopul. 4. §. 26. in f.* Idem dicendum de sole. vide Ioannem Anchoranum 3. *quæst.* 23. vbi notat, in prædio rustico non posse ædificari in damnum vicini, propter vtilitatem fructuum.

a 4. *Inst* 3. 0. *ff*. 2. *Ecl*. 19. *tit*. 10. *c*. περὶ ζημιούντων ἀνθρώπων &c. *l*. 28. §. 12 *ff. de pœnis*: 6 *Harmenop*. 1. περὶ ζημίας: *& in Gregoria*. 6. *tit*. 5. 5. *Extra* 36. *Oldendorp. clas*. 6. *act*. 12. b ne dicas affectam. is enim vt incendiarius punitur. Iniuria est incuria. *Paul*. 5. *sent*. 3 § *vlt*. potest enim accidere, vt per incuriam, ignem in syluam vicini immittamus *Deuter*. 22. eamq; cedamus c *l*. 2. *j. eo*. *l*. 27. §. 7. 8. 9. 10. 11 *l*. 30. §. 2. *ff. eo*. 6. *Harmenop*. 12. d *l*. 27. §. 25. 26 *ff. eod*.

DE LEGE AQVILIA[a].

Tit. XXXV.

De sylua combusta vel excisa.

1. Imp. *Alexander* A. Glyconidi.

DAMNVM per iniuriam[b] datum, immisso[c] in syluam igne, vel excisa ea[d], si probare potes: actione[e] legis Aquiliæ vtere. PP. VII. Id. Nou. Alex. A. II. & Marcello Cos. 227.

De domo deposita vel concremata. De aqua aliò deriuata.

2. Imp. *Gord*. A. Mutiano.

LEgis Aquiliæ actione expertus aduersus eum, qué domum tuam deposuisse[f], vel incendio concremasse[g] damnoq; te afflixisse proponis: vt id damnum sarciatur, competentis iudicis auctoritate cósequeris. Quinetiam si aqua per iniuriam aliò[h] deriuata sit vt in priorem statum restituatur, eiusdem iudicis cura impetrabis. PP. VIII. Id. Noue. Gordiano A. & Auiola Cons. 240.

De ancilla occisa.

3. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ, quam cæsam conquestus es, tam legis Aquiliæ damni[i] sarciendi gratia actionem, quam criminalem[k] accusationem aduersus obnoxium competere ||tib ||posse non ambigitur. PP. V. Kal. April. Gordiano A. II. & Pompeiano. Conss. 242.

Pœna inficiantis.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim*. AA. & CC. Zoilo.

COntra negantem †, ex lege Aquilia, si damnum per iniuriam dedisse probetur, dupli[l], procedit condemnatio Dat. 15. Kal. Maij. Heracliæ, AA. Conss. 293.

De pecorib. inclusis & fame necatis, vel interfectis.

5. Iidem AA. & CC. Claudio.

DE pecoribus[m] tuis, quæ per iniuriam inclusa[n] fame necata sunt vel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplum agere potes. Dat. 15. Kal. Nou. AA. Cons. 293.

De pastu.

6. Iidem AA. & CC. Plenio.

DE his, quæ per iniuriam depasta[o] contendis, ex sententia[p] legis Aquiliæ agere minimè prohiberis[q]. PP. V. Kal. Nou. CC. Conss. 294.

FAMILIÆ ERCISCVNDÆ[r].

Tit. XXXVI.

Si non omnis paterna hereditas diuisa est de sententia, de trãsact.

1. Imp. *Seuerus & Antoninus* AA. Martiano.

SI non[f] omnem paternam hereditatem ex consensu diuisisti: nec super ea re sententia dicta, vel transactio subsecuta est: iudicio familiæ erciscundæ experiri potes. PP. 8. Kal. Octob. Laterano & Rufino Conss. 198.

De dote.

2. Imp. *Antoninus* A. Vitiano.

VXor tua, si mortuo patre tuo, cui dotem numerauerat, cùm heres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiæ erciscundæ actionem ad exequendam[t] dotem secundum iuris || pridem|| placitum, aduersus coheredes tuos nactus es: eámque retines, etiam si postea, dum tibi nupta est, decesserit. PP. 2. Id. Feb. *

De rebus à coherede sublatis.

3. Idem A. Ruro.

ADuersus coheredes tuos diuidendæ[u] hereditatis iudicio secundùm iuris formã experire. Iudex datus, si quid à coherede etiam tuæ portionis ex hereditate sublatum[x] fuerit probatum, factis adiudicationibus secundùm iuris formam eum tibi condemnabit. Expilatæ enim hereditatis crimen frustra coheredi intéditur, cùm[y] iudicio familiæ erciscundæ indemnitati eius prospiciatur.

e lege Mosis, æstimatione *Deuter*. 22. *c*. 11. *Colla. leg. Mosai*. id est, ad duplũ *Paul. ibid*. eaque actio est ciuilis *l*. 28. §. 12 *ff. de pœnis*: quæ & incensarum ædium (ob incensas ædes) actio *l*. 7. §. 12. *ff. de pactis*.
f diruisse *l*. 27. §. 31. *in f. ff. eod*. deuoluisse *l*. 50. *ff. eo*. Ergo nunquam impunè licebit domum alterius demoliri & deponere? Imò, certis casibus licet impunè *v. l*. 3. §. 7. *ff. de incendio*.
g *v. l*. 1. *s. eod*. An conductor domus de incẽdio tenetur? *dixi ad l*. 11. *in fin. ff. de periculo*. An vicinus vicino de incendio teneatur? vtique, si incendium eius culpa aut domesticorum accidit. *v. Gayllum* 2. *obs*. 22.
h Aquam vicini aliò deriuare non licet. *adde l*. 27. §. 32. *ff. eod*.
i Nota actionẽ eo tendentem, vt damnum sarciatur *adde l*. 2. *s. eod*.
k *l*. 24. §. 9. *ff. eo*. §. 11. *Instit. eod*.
† Imbertus negat hanc legem seruari in Gallia *in Enchirid. in verbis Peines Pecuniaires*. Abrogari etiam videtur per Nouellã 88. *ca*. 8.
l *v. l*. 2. §. 1. *ff. eo. adde Paul*. 1. *sent*. 19. § 1. *Nou*. 18. *cap*. 8.
m *l*. 14. *in f. ff. de præscriptis verbis*: *dixi ad leges xii. Tabul. tit. de pastu*.
n §. 16. *Inst. eo. l*. 1. 9 §. *si quis hominem l*. 29. §. *penu*. *l*. 39. §. 1. *vbi dixi ff. eod*.
o §. 16. *Instit. eo*. *l*. 9. §. 2 *l*. 27. §. 7. *ff. eo. adde l*. 4. *ff. de agnoscend. l*. 2. §. 20. *in f. ff. vi bonor*. 6. *Harmeno*. 14. *c*. περὶ χρηστῶς ἴσων. hìc interea notandum est, Corpori à non corpore noceri: quo nomine vtilis Aquilia: si corpori à corpore, directa: si neque à corpore, neque in corpus damnum datum, in factum actio competit § *vlt. Inst. eod. l*. 27. §. 21. *ff. eod*.
p quia verba legis Aquiliæ concepta sunt, de his quæ per iniuriam nobis sunt illata.
q actio de pastu pecoris *v. Paul*. 1. *sent*. 15. §. 1. *l*. 14. *in f. ff. de præscr*.
r §. 20. *Inst. de action*. §. 4. *Insti. de off. iud*. 10 *ff*. 2. 1. *Paul. sent*. 18. 2. *C. Theod*. 24. *de familia erciscunda: adde Oldend. clas*. 5. *act*. 8. Datur hæc actio coheredi volenti à communione discedere *l*. 2. *ff. eod*.
f Ob res indiuisas agitur hac actione *l*. 20. §. 4. *ff. eo*.
t id est repetenda *v. l*. 20. §. 2. *l*. 46. *l*. 51. *ff. eod*. *l*. 65. *in f. ff. pro socio*: *l*. 85. *ff. ad l. Falcid*. *l*. 1. § 10. *ff. de rei vxor*.
u huc enim spectat hæc actio *l*. 2 *ff. eod*.
x *l*. 19. *j. eod*. §. 4. *Instit. de off. iud*.
y *v. l. vlt. j. de crimen. expil*.
z Donata à patre filiofamilias militatum abeunti, mobilia castrensis peculij sunt, neque fratribus conferuntur *synopsis Basilic*. 35. *tit*. 20. *ca*. 57. Quid si immobilia sint? *dic vt. j. eod*.
a *v. l*. 93. *ff. de verb. signif*.
b *l*. 1. *in f. l*. 3. *de castr. pecul*.
c Immobilia donata à patre, filiofamilias militatum abeunti castrensia non sunt.
d Castrense peculium est, quod in castris adquiritur: vel quod proficiscenti in militiam datur *Paul*. 3 *sent*. 4. §. 3.
e Immobilia aliunde quã à patre quæsita filiofamilias, occasione militiæ, castrensis sunt.

f Testator potest suo testamento purgare officium seruorum *vide lege* 2. *ff. de Silaniano*. Hinc colligunt, Dicto morientis credi oportere: & meritò. agitur enim de liberandis seruis. Aliud futurum, si de iis onerandis ageretur *v. l*. 3. §. 3. *ff. de Sila*. Quid, confessio facta in testamento de debito soluendo, potestne tanquam erronea aut facta ad instar legati, reuocari à testatore? Potest, nisi talis confessio fuerit iurata, vel fuerit facta notario stipulante, vel præsenti, & acceptanti. vide Iohannẽ Anchoranum 1. *quæst*. 58. *nume*. 2. Idem refert librum defuncti etiam priuati, fidem facere pro scribente, cum iuraméto, in iis quæ sunt verisimilia *quæst*. 55. maximè si defunctus legalis fuerit & bonæ famæ: tũc enim præsumptionem facit: & probat adiutus aliis adminiculis. adde Gayllum 2. *obs* 20. *nu*. 4. *ibi*, Liber mortui hominis, quando probet. *adde l*. 6. *j. de testament. Nou*. 48.
g *l*. 18. §. 2. *ff. eod*. *l*. 17. §. 19. *ff. de ædilitio*.
h maleficium scriptura non probatur. Fallit in falso & mandato delinquẽdi.
i aliàs, olim inimicus, hodie inimicus præsumitur *v. Alciat*. 2. *præsumpt*. 11.
k τὰ κληρονομιαῖα χρέα &c. Hæreditaria nomina in iudiciũ communi diuidundo non deducuntur: nam ipso iure inportiones hereditarias diuiduntur. *synopsis Basilic. eo. ca*. 58. *adde l*. 25. §. 9. §. 13. *ff. eo*. *l*. 1. *j. de except. l. vl. j. de hereditat. act. dixi ad leges xij. tabularũ hoc titulo*.
l Nomina, indiuidua.
m Nomina ipso iure inter heredes diuisa *l*. 51. *D. eodem leg*. 11. *leg. vlt. D. de distr. pign*.
n Iudex diuidendæ hereditatis, de prælegatis cognoscit *add e l*. 89 §. 4. *ff. de legat*. 2.
o *vide leg*. 1. *s. eod*.
p §. 28. *Instit. de act*.
q Fructus augent hereditatem *l*. 17. *j. eodem l*. 55. *D. eod. l*. 2. *s. de pet. her*. hinc colligunt, Heredem scriptum teneri restituere liberis defuncti legitimam, eiúsque fructus à tempore mortis testatoris.

De castrensi peculio.

4. Imp. *Alexander*. A. Antonio.

SI[z] filiusfamilias fuisti, & res mobiles vel se[a] mouentes, quæ castrensis[b] peculij esse possunt, donatæ tibi à patre sunt: eas quoque in cætero peculio castrensi non communes cum fratribus tuis habes. ¶Prædia[c] autem licèt eunti[d] tibi in castro filio pater donauerit, peculij|| taméi|| castrensis non sunt. ¶Diuerso[e] iure ea prædia habentur, quæ ex occasione militiæ filiisfamilias obueniunt. hæc enim castrensi peculio cedunt.

De mutatione vltimæ voluntatis

5. Idem A. Statiliæ.

IN ipsius mariti tui fuit potestate mutare, quod in seruos suos iratus[f] testamento cauerat, vt vnus quidem in perpetuis vinculis[g] moraretur, alter verò exportandus venundaretur. Proinde si offensam istam clementia flexit: (quod licèt scriptura[h] non probetur, aliis tamen rationibus doceri nihil impedit, præsertim[i] cùm posteriora eorum talia merita depreheńduntur, vt ira domini potuerit mitigari) nouissimã eius voluntatẽ arbiter familiæ erciscũdæ sequetur.

De nominibus.

6. Imp. *Gordianus* A. Pomponio militi.

EA[k], quæ in nominibus sunt, nõ[l] recipiunt diuisionem: cum ipso[m] iure in portiones hereditarias ex lege duodecim tabularum diuisa sint.

De fideicommissis.

7. Idem A. Aeliano.

SI qua fideicommissorum[n] petitio inter coheredes consistat: prætor vel præses prouinciæ eius rei disceptator constitutus, vel iudex familiæ erciscundæ iudicio aditus, vt voluntas testatricis seruetur, suas partes accõmodare debet.

De Bonis paternis vel maternis.

8. Idem A. Thelesphoro.

BOna quæcumque[o] tibi sunt, communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiæ erciscundæ iudicio experiens, vt diuidantur impetrabis.

De bona fide, de fructibus.

9. Idem A. Verino.

NOn est ambiguũ, cùm familiæ erciscũdæ titulus inter bonæ[p] fidei iudicia numeretur, portioné hereditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum[q] augeri.

De Diuisione à testatore facta.

10. Idem A. Telesphoro.

QVotiens inter omnes heredes testator successionem ||suam|| diuidit[r], ac singulos certis possessionibus cum mancipiis, quæ in eiusdem sunt constituta, iubet esse contentos: voluntati[f] eius (salua legis Falcidiæ auctoritate) obtemperandum esse, manifestum est. Nec mutat, quòd in sequentibus verbis mancipia sua vniuersa, nulla facta eorum discretione, commendanda putauerit heredibus: cùm vtique his ea videatur insinuasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decreuit.

De bonis parentum intestatorum.

11. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Antonio.

INter filios & filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus æquo[t] iure diuidi oportere, exploratı iuris est.

De diuisione sine scriptura.

12. Impp. *Gallienus & Valerianus* AA. Rufo.

NOn ideo diuisio inter te & fratrem tuũ (vt proponis) facta, irrita habenda est, quod eam scriptura[u] secuta non est: cùm fides rei gestæ ratam diuisionem satis affirmet.

De peculio.

13. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Saturnino.

CErtum est[x], liberorum peculia[y] post mortem patris in hereditatem diuidendam, ad communionem esse

r Id enim potest *l*. 8. *s. de inoff*.
f *vide l*. 16. *in f. j. eod*.
t Iure Romano liberi ab intestato parentibus succedunt æqualibus portionibus *l*. 21. *j. eod*. 32. *D. eod l*. 3. *j. com. vtriusque iud. l. vlt. vers. sin autem j. ad Tertull Nouell*. 118. *capit*. 3. *in f*. 35. *Eclog*. 20. *ex tit*. 3. *capit*. 72. *l*. 1. *j. commun. de successionib*. Feudalis consuetudo aliud admittit.
u Diuisio hereditatis non requirit scripturam *dixi ad l*. 17. *s. de pactis*.
x Familiæ erciscundæ iudicio peculia paganica liberorum cum bonis paternis communicantur seu conferuntur (Græcis καταφέρεται.) Quid si vnus liberorum patre viuente & ignorante quid debuit, & conuentus eo nomine damnatus fuerit? tantùm ex peculio à suis coheredibus accipere debet, in quantum condemnatus est, iis cum quibus contraxit. *synopsis Basilic. trigesimaquinta titulo* 20. *capit*. 65.
y profectitia, non castrensia *l*. 4. *s. eod*. *l*. 12. *in f. j. de collationibus*.

reuocan-

a nisi fuerit in rem patris verſum, aut eius iuſſu contractum : tunc enim ſolidum ex patris ſubſtantia præſtandum.*l.20.§.1.ff.eo.* b poteſt tamen peculio tenus.*l.18.§.5.D.eod.* c Frater à fratribus coheredibus ſuis tantum iudicio familiæ erciſcundæ recuperat, quantum ab his creditor, actione de peculio conſequi potuiſſet. *l.38.D.de cond.indeb.* d Iudicio familiæ erciſcundæ, omiſſa euictionis ſtipulatio, præſtatur heredi à coherede. *ſynopſis Baſilic. eod.c.66.*

reuocanda. Frater autem & coheres tuus, ob contractus, quibus viuente patre etiam ignorante ipſo obligatus fuit, conuenire te & alterum fratrem tuum coheredem veſtrũ vltrà [a] non poteſt[b], quàm [c] vt de peculio ſuo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus eſt his, cum quibus ipſe contraxit.

De euictione.

14. Iidem AA. Hermiano.

SI [d] familiæ erciſcundæ iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum æquo [e] iure diuiſa ſunt, nihil ſuper euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter inter vos conuenit, id eſt, vt vnuſquiſque euentum rei ſuſcipiat: rectè poſſeſſionis euictæ detrimentum fratrem [f] & coheredem tuum pro parte agnoſcere, præſes prouinciæ per actionem præſcriptis verbis [g] compellet. Dat. 8. Kal.Sept. AA.Conſſ.293.

De conuentione quam poſſeßio ſecuta eſt, & de pacto nudo.

15. Iidem AA. Theophilo.

SI diuiſionem conuentione [h] factam etiam poſſeſſio [i] conſenſu ſecuta, pro ſolido dominium rerum quas pertinere ad patrem tuum placuit, ||ei firmauit,|| earum vindicationem habere potes, ſi patri tuo ſucceſſiſti. Si verò placitum diuiſionis vſque [k] ad [l] pactum ſtetit: arbiter [m] familiæ erciſcundæ iudicio vobis datus, communionem inter vos finiri prouidebit.

De voluntate patris defuncti ſeruanda.

16. Iidem AA. Heraclio.

FIlij patris teſtamentum [n] reſcindendi ſi hoc inofficioſum probare non poſſunt, nullam habent facultatem. Sed & ſi tam circa teſtamentum, quàm etiam codicillos iudicium eius deficiat[o], verùm quibuſcumque [p] verbis voluntas eius declarata ſit: licèt ab inteſtato [q] ei fuerit ſucceſſum, ex ſenatuſconſulto retentionis [r] modo ſeruato, familiæ erciſcundæ iudicio aditum iudicem ſequi voluntatem [ſ] ||patris|| oportere, iuris auctoritate ſignificatur.

De abſente.

17. Iidem AA. & CC. Commodiano.

COheredibus diuiſionem inter ſe facientibus[t], iuri abſentis[u] & ignorantis minimè derogari, ac pro indiuiſo portionem eam, quæ initio ipſius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere: certiſſimum eſt. Vnde portionem tuam cum reditibus [x] arbitrio familiæ erciſcundæ percipere potes, ex facta inter coheredes diuiſione nullum præiudicium timens. Dat.7.Kal.Dec.Sirmij, AA.Coſſ.293.

De his, quæ pater vnius filiæ nomine comparauit.

1. De ſumptibus.

18. Iidem AA. & CC. Dominæ.

FIliæ[y], cuius nomine pater res comparauit, ſi non poſtea contrarium eius iudicium probetur, per arbitrium diuidundæ hereditatis præcipuas [z] adiudicari ſæpe reſcriptũ eſt. His itaque, ſi patri ſucceſſiſti, quem nomine tuo quædam comparaſſe dicis, aduerſus ſororem tuam apud præſidem prouinciæ, ſi res integra [a] eſt, vti potes. 1 ¶ In communi autem hereditate quin ſumptus [b] ab vno facti bona fide, familiæ erciſcundæ iudicio, vel negociorum [c] geſtorum actione ſeruari poſſint, non eſt ambiguum.

De rebus abſumptis vel deterioratis.

19. Iidem AA. & CC. Lyſicrati.

INcerti iuris non eſt, in familiæ erciſcundę iudicio earum rerum, quas ex coheredibus quidam de communibus abſumpſerunt, vel deteriores [d] fecerunt, rationem ||eſſe|| habendam, eiúſque rei cæteris præſtandam indemnitatem.

e *l.11.§.eo.* f Coheres coheredi ſuo tenetur de euictione partis hereditariæ. *l.25.§.21.D.eo.35.Eccl.20.ex tit.3.c.66.* niſi ſpecialiter conuenerit in diuiſione, vt vnuſquiſque euentum rei ſuſciperet. g cur præſcriptis verbis? quia diuiſio eſt permutationis ſpecies. *l.20.§.3.D.eod.* h *l.20.§.de pactis.* i traditio *παράδοσις. Eccl. d. loco.c.67.* k nuda pactio diuiſionis, rerũ diuiſarum non transfert dominium. l vſque ad pactum ſtare placitum diuiſionis dicitur, cũ nulla traditio ſecuta eſt diuiſionem. *ſynopſ.d.loco.* m Familiæ diuidendæ cauſa, arbiter dari ſolitus. n Teſtamentum patris ſolemne reſcindi poteſt, per querelam inofficioſi. o i. ſi minus ſolemniter teſtamentum fecit, aut codicillos. p De ſolemnitate teſtamenti inter liberos dicam in *l.vlt.§.e.* q ne hinc colligas, ex minus ſolemni teſtamento patri ſuccedi ab inteſtato, quia quælibet voluntas patris inter liberos ſeruanda. Sententia huius legis petẽda eſt ex *l.21.§.eod.adde l.32.D.eo.* r *l.21.§.eo.* ſ Diuiſionem bonorum, à patre qualitercumque, & minùs ſolemniter factã inter liberos, arbiter familiæ ſequi debet. *adde l.10.§.eod.l.vlt.§.eo.l.21.§.1.§.de teſtam.l.8.§.de inoffic.* t *l.2.§.4.l.43.D.eo.l.3.D.comm.* id enim licet. u Præſentium diuiſio abſenti & ignoranti non nocet. *v.l.74. D.de reg.iur.* x *l.9.§.eo.* y In non emancipata, tantùm, hoc locum habere putat Cuia.13.*obſ.*33. z quaſi diceret, Quod filio emancipato à patre donatum fuerit, ſtatim valet, nec indiget confirmatione. *l.2.§.de inoff.donat.* nec tenetur conferre reliquis fratribus: ſi tamen abſtinuerit hereditate. *l.pen.§.eo.* At quòd nomine non emancipati pater comparauit, eique tradidit, nec moriens reuocauit, mortuo patre donatarij erit, ſi modò hereditate patris abſtineat. Quid ſi pater traditum reuocauit? donatarij præcipuum eſſe deſinit *vt hic.* & ita intellige *l.13.§.de collationibus.* quæ ita accepta, cum hac non pugnat. Aliam ſolutionem vide in *l.13.§.de collat.* a i. ſi nondum res ſint diuiſæ, nec tranſactum. *l.1.§.e.* poſſumus etiam intelligere, ſi nondum res donatario traditę. b *l.18.§.3.l.25.§.15.19.l.39.l.44.§.7.8.D.eo.* c *l.3.§.de neg l.31.D.de procur.* d *l.3.§.eo.§.4 Inſt.de off.iud.* e Re hereditaria, velut communi, vendita: pretij partem coheres petit actione mandati (ſi mandauit) vel negotiorum geſtorum, ſi venditionem ratam habuit. *l.31.D.de procur.* f Coheres, nomine proprio rem hereditariam diſtrahens, coheredi tenetur petitione hereditatis. *vt hic:* vel familiæ erciſcundæ. *l.44.§.2.in fi.D.eo.* g ſi pater quaſdam res ex reb. ſuis inter liberos diuiſerit, quaſdam non diuiſerit, & ita vel ab inteſtato vel teſtamento facto mortuus fuerit: familiæ erciſcundæ arbiter, res quidem diuiſas, ſicut eas diuiſit pater, liberis diſtribuet: indiuiſas verò, pro legitimarum partium ratione. *ſynopſis Baſilic.35.tit.20.c.72.* h *v.l.8.§.de inoffic.* i i. quibuſcumque verbis. *l.16.§.eo.* quibuſcumque indiciis. *l.vlt.§.eo.* apud Haloandrum legitur malè, *iudicio.* idem error accidit aliis legibus, putà *l.7.§.de repud.l.2.§.vt in poſſ.l.17.§.de collationibus. adde l.77.in fi.D.de cond. & demonſt.v.Cuiac.ad Nou.22.* k *l.10.§.eo.* l *l.16 in fi.§ eo.* m *l.11.§.eod.* n *l.32.D.familiæ.* o hinc colligunt, Patrem poſſe eligere vnam rem, de qua teſtari poſſit: nec eam liberos eligere poſſe legitimæ loco, ſi modo in aliis rebus legitimam habere poſſint. *v.Roland.à Valle 1.conſil.12.nu.1.* Aliud puto, ſi pater eum fundum elegit aut domum, quam ſtatutum vult ad primogenitum deferri. *l.55 D.de leg.1.* p *l.18.§.de rei vind.* q *l.vlt.D.pro dote.*

Dat.18.Kal.Ian.AA.Conſſ.293.

De re diſtracta.

20. Iidem AA. & CC. Pactuelæ.

IN familiæ erciſcundæ iudicio ab vno pro ſolido res veluti communis [e] venundatæ pretium non venit: ſed mandati, ſi præceſſit, coheres venditoris agere poteſt vel negotiorum geſtorum, ſi ratam fecerit venditionem. Nam ſi velut propriam [f] vnus diſtraxerit, ac pretium poſſideat: hereditas ab eo petenda eſt. *III.*Feb.CC.Conſſ.294.

De voluntate patris defuncti ſeruanda.

21. Iidem AA. & CC. Fortunato.

SI [g] cogitatione futuræ ſucceſſionis, officium arbitri, diuidendę hereditatis pręueniendo[h], pater communis iudicio ſuo, qualicumque indicio [i] ſuam declarauerit voluntatem: inter eos, qui ei ſucceſſerunt, exemplo Falcidiæ[k] retentionis [l] habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter: pro virili [m] præterea portione eorum, quæ nulli generaliter [n] vel ſpecialiter [o] aſſignauit, facta diuiſione, in adiudicando patris ſequetur voluntatem.

De errore coheredum.

22. Iidem AA. & CC. Dionyſio.

SEruum communem non conſentientibus coheredibus, ſed per errorem [p] ad eum, qui poſſidet, pertinere credentibus [q] tenens, cùm omnis verus titulus [r] deficiat, ſuum non facit: ſed in eo portiones hereditarias aſſignatas, penes ſingulos ſucceſſores remanere manifeſtum eſt. PP.5.Nonas Ianuar.

De pacto diuiſionis & ſtipulatione.

23. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

LIcèt pacto [ſ] diuiſionis aduerſus ſingulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non poſſit: tamen ad exhibendam fidem his, quæ conuenerant, ſtipulationis & iuris adhibito remedio, qui placitum excedit, vrgeri poteſt: cùm & hoc omiſſo, ſi non contrarium conueniſſe probaretur, præſcriptis [t] verbis conueniri potuiſſet.

De hereditate reſtituenda & de his quæ imputantur in quartam.

24. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIlium [u] quem [x] habentem fundum, portionem hereditatis [y] fratribus & quibuſdam aliis [z] ſub conditione verbis precariis reſtituere ſanxit teſtator, poſt eius euentum[a], hereditaria parte prædij in quartæ [b] ratione retenta, compenſato [c] præterea quod à coheredibus vice mutua percepit, ||&,|| ſi quid deeſt, in ſupplementum deducto, quòd à cæteris in eo fundo ſoluitur, ſupra [d] quartam habens, reddere compellitur. Dat.5.Non.Ian.CC.Conſſ.294.

De collatione.

25. Iidem AA. & CC. Diocli.

EX cauſa donationis vel aliunde tibi [e] quæſita, ſi aui ſucceſſionem reſpueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat.Id.April.Tuſco & Anulino Conſſ. *

De voluntate defuncti, quamuis non ſolemni, ſeruanda inter liberos non quoad extraneos.

26. Imp. *Conſtantinus* A. ad Baſſum PP.

INter omnes duntaxat heredes ſuos[f], qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur eſſe, vel emancipatos, quos prætor ad ſucceſſionem vocat: ſiue [g] cœptum neque [h] impletum teſtamentum, vel codicillus, ſeu epiſtola parentis eſſe memoretur, ſiue quocumque alio † modo ſcripturæ quibuſcunque verbis vel indiciis [i] inueniantur relictæ: iudicio familiæ erciſcundæ (licèt ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vocentur) ſeruato ſenatuſconſulti auxilio, defuncti depoſitio cuſtodiatur, etiam ſi ſolennitate[k] legum

r Socius, rem communẽ poſſidendo, ſuam non facit. *l.3. in fi.§.in quib.ceſſat.* ſ Coheredum pactiones creditoribus non nocent. *l.25.§.de pactis.l.40.§.2.ff.de pactis.* t *l.20.§.3.verſ. planè.D.eo.* u Cuiacius hãc legem ex Ferrario interpretatur ad *l.78. in fi. D.de her.inſt.* x *σύλληψις*, de qua vide quæ dixi *ad l.17.§.ſoluto.* y quam vt heres conſequutus eſt. z extraneis ſc. a Euentu, conditio vires capit. b Lex eſt obſcura, quã paucis ita explico: Ad filium (oneratum ad reſtituendam portionem in euentum certæ conditionis: ea lege, vt aliquid viciſſim ab iis, quibus reſtituit, acciperet) quatuor referuntur termini, Retinere, Compenſare, Deducere, Reddere. Fundum reſtituere tenetur, ſed ex eo quartam deducit. *ibi, Retinere:* ſi tantum à fideicommiſſariis accepit, quãtum ſatis eſt ad quartam, id in eam imputabit, *ibi, Compenſatio:* ſin minus, ex fundo fideicõmiſſario deducit quantum ſatis erit ad ſupplendam quartam, *ibi, In ſupplementum deducto*: ſin plus, reddere compellitur, *ibi, Reddere.* Poſſis ex hac poſtrema ſententia neceſſariò colligere, Iure ciuili, filium oneratum fideicommiſſo, vnam tantùm quartam retinuiſſe. *vide Cuiac.8.obſ.3.4.* Verum huic poſtremæ ſententiæ obiicitur lex 91. *D.ad l.Falcid.* c hinc colligunt (iuncto verbo, *deducto.§.eo.*) aliud eſſe compenſationem, aliud deductionem. Compenſationem ipſo iure fieri: deductionem, vi exceptionis. *l.15.D. ratam rem.v.Cuiac.8.obſ.3.in fi.15.obſ.12.* d Hoc innuitur, Quod titulo legali à coherede accipimus, in quartam Trebellianicam imputatur, *vt hic: & §.eod.ibi, compenſato.* Imò non imputatur: quia extra quartam eſt, quod ab herede accipitur. *l.91. D.ad l.Falcid.* Aliud in falcidia: aliud in Trebellianica cauſa dixi *d.l.91.* Imò non aliud. Nam quod heres titulo prælegati à coherede accipit, id non reſtituit. *l.18.in fin. D.ad Trebell.* Dic, non reſtitui, niſi id quod ſupra quartam habeat. *v.hanc legem.* e emancipato ſc. Id enim Græci ad hanc legem ſupplent. *v.Cuiac.13.obſer.33.qua de re dixi ad l.18.§.eo.* f & emancipatos.*§.eo.* & quoſcumque. *vide Nouell.107.c.1.* g videtur hæc lex interpolata ex *l.1.C.Theo.eo.* h *l.21.§.1.§.de teſtament.* † Teſtamentum notis factum à parente pagano, inter liberos valet. *vt hic: & l.1.C.Theod.eo.* reſpectu extranei non valet. *l.40.D.de teſt.milit.adde l.6.D.de bon. poſſ.* Hodie & iure nouo, patris voluntas vltima, etiam inter liberos eſſe debet *ὀλιγογράμματος.Nou.107.c.1.v.Cuia.3.obſ.3.* i i. notis. Notas Græci *σημεῖα* appellant. *v.Cuiac.1.conſultat.* k Teſtamentum patris non ſubſignatum, nec ſubſcriptum à teſtibus, valet inter liberos. *v.l.6.ff.de falſ.* An etiam ſine teſtibus? Cuiac. negat valere *d.loco.* Certè hîc agitur de teſtamento minus ſolemni. Num teſtes pertineant ad ſolemnia teſtamenti, alibi dixi. Poſſumus & id quoque colligere ex *§.3.Inſtit.de teſtam. ord. & l.20.§.7.§.8 D.qui teſtam.* Cuiacius tamen 2.*ad Afric.fol.*14.*in fine*, negat teſtes perti-

nere ad testamenti solemnia. a Testamentum minus solemne valet inter solos liberos. Igitur legata, fideicommissa, libertates non debentur reliquis personis extraneis in eo comprehensis. Sed tamen Cuia. *ad Nov.107.* excipit vxorem, propinquos, alumnam, & similes. *arg. l.38. D. de fideicom. libert.* b §.20. *Insti. de act.* §.5. *Inst. de off. iud.* 10. *D.3.2. C.Theod.25.12. Ecl.2. Oldendorp. class.4. act.22.* c Socius solam portionem alienat. *vt hic:* & obligat. *l.3. in fin. D. qui potior.*

huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si verò in huiusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona[a], certum est, eam volutatem, quantum ad illam duntaxat personam permixtam pro nulla haberi. Dat. Romæ Kal. Crispo II. & Constantino Cæs. II. Conss. 321.

In authent. de trien. & semiss. §. & quod sæpe. col.3. tit.5. Nou.18. c.7.

SI modò subiiciatur huic scripturæ, vel ipsius parentis, vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

COMMVNI[b] DIVIDVNDO.

TIT. XXXVII.

De eo qui partem suam distraxit.

1. Imp. *Antoninus* A. Lucano.

FRATER tuus si solam[c] portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari non[d] oportet: sed aduersus eum, cum quo tibi idem prædium commune esse cœpit[e], communi diuidundo iudicio consiste: & [f] ea actione aut [g] vniuersum prædium, si licitatione[h] viceris, exsoluta socio parte pretij obtinebis: aut pretij portionem, si meliorem alius conditionem obtulerit, consequêris: quòd si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionē suis finibus tibi adiudicatam possidebis. hoc videlicet custodiendo, vt post[i] litis contestationem nemo[k] nec partem suam, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare[l] possit. PP. Kal. Mart. Romæ, Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

De eo qui rem communem pignorauit.

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuum vineas communes pignori dedisse, cùm partem tuam, quam in vineis habes, creditori obligare[m] non potuerit: præses prouinciæ restitui tibi eam iubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua perceperit. Idem præses prouinciæ de diuisione vinearum inter te[n] & creditorem fratris tui cognoscet: & iubebit eum[o] accepta pecunia, quanti[p] statuerit partem fratris tui valere, eam partem, quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris tui data pecunia, quanti eam æstimauerit, transferre. PP.2. Id. Septemb. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De his, quæ communia manent, vel alienata sunt. 1. *De rebus quæ commodè diuidi non possunt.*

3. Idem A. Verecundiano.

AD officium arbitri, qui inter te & fratrem tuum || pro || diuidendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quæ manent[q] communia tibi & illi. Nam ea, quorum partem is vendidit, cum[r] emptoribus tibi communia sunt: & aduersus singulos[s] arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. Cùm[t] autem regionibus[u] diuidi || commodè || aliquis ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli: æstimatione[x] iusta facta, vnicuique sociorum adiudicantur, compensatione pretij inuicem facta: eóque cui res maioris pretij obuenit cæteris condemnato: ad licitationem nonnunquàm etiam[y] extraneo[z] emptore admisso, maximè si se non sufficere ad iusta pretia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius[a] licitantem profiteatur. PP.5. Non. Maij, Iuliano & Crispino Conss. 223.

De diuisione facta inter fratres.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Herodæ.

SI maior quinque & viginti annis soror tua tecum res communes diuisit: quamuis non[b] instrumentis, sed aliis probationibus earum direptam[c] communionem esse probetur: stari tamen finitis conuenit. Quòd si minor fuit, nec[d] tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit: an in integrum propter diuisionem[e] restitui debeat, causa cognita[f] præses † prouinciæ æstimabit. Idem eorum etiam, quæ vobis permanent[g] communia, fieri diuisionem prouidebit: tam sumptuum[h], (si quis de vobis in res communes fecit) quàm fructuum. Item doli[i] & culpæ (cùm in communi diuidundo iudicio hæc omnia venire non ambigatur) rationem, vt in omnibus æquabilitas[k] seruetur, habiturus. Dat.8. Id. Feb. CC. Conss. 294.

d Quid si conuenerit, ne commune aut nondum, aut nunquam diuidi? *v. l.14. §.2. §.3. D. eo.16. in fi. D. pro socio.*
e In quēcumque socium inciderimus, communi diuidundo possumus experiri. *l.3. j. eo.*
f Si res diuidi nequeunt, vni καθ' ὑπερθεματισμὸν per licitationé adiudicantur: sin alter litigantium: ob inopiam licitationem vincere (id Græcis ὑπερθεματίσαι) nequeat, extraneus admittitur, qui licitationem faciat. *l.3. j. eod. Synopsis Basilic. 12. tit.2. c.34.3. Harmeno. 10.§.14.*
g Si res communis diuidi non potest, distrahenda est, eiúsque pretiū inter socios diuidendum pro rata portionū. Si res potest diuidi, quisque partem suā possidebit.
h Vincit in licitatione, qui plus offert.
i *l. vlt. D. de alienat. iudic. mutandi:* nisi ex causa necessaria. *l.13. l.14. D. familiæ.*
k Duæ negationes non semper affirmant, sed negant magis. *vt hic:* Interdum duo abnutiua magis negant, vt Nemine nihil faciente. *l.24. D. de damno.* Nihil neminem habere. *Lucil.9.* Non miseret neminis *Cato. v. Cuiac.10. obs.26.*
l nec donare. *l.12. j. de donat.*
m Partē communem fratris, eo ignorante, non possumus obligare. *l. vn. j. si comm. res pign. obl. l.3. in fin. D. qui potior.*
n Aduersus fratris successores, datur communi diuidundo actio.
o In arbitrio iudicis est, vel ipsi venditoris fratri, vel emptori rem totam adiudicare. Is tamen cui res adiudicatur, pretium partis socio præstat. p Arbiter communi diuidundo, pretiū rei adiudicatæ statuere potest. *l.10. in fi D. eo.* q Iudex delegatus ad res communes diuidendas, de rebus aliis *vt hic:* & personis non cognoscit. *adde l.31. in fi. D. de vsu & vsufr.* r *l.1. l.2. j. eo.* s Quot socij, tot libellis opus est. t *v. quæ scripsi ad l.3. j. e. & huc refer quæ ex Græcis adscripsi.* u *l.7. §.10. D. eod. l.1. j. finium.* *l.8. D. de rei vindic. l.6. D. quemadm. seruit. l.13. §.17. D. de act. empt. l.64. D. de vsufruc. legat. l.29. D. de adquir. rer. §. vlt. Inst. de off. iud.* x Æstimationis præstatio, vicem rei sustinet, rémque repræsentat. y *l.1. j. eo.* z Minus enim fauendum extraneo, quàm propinquo: *facit l.9. D. de testam. tut.* a *l.22. §.1. l.53. D. familiæ.* b *l.21. j. de pactis.* c direptam. *Hal.* quam lectionem probat *Cuiac.13. obs.35.*

d Restitutio intra certa tantùm tempora conceditur. *v. j. de temporib. in integ.* e *v. l.1. j. si aduers. transact.* f *l.3. de in integ.* † In Gallia, restitutiones non à iudicibus, sed à principe conceduntur, de quo aliàs dixi. g *l.3. j. eo.* h In actione communi diuidundo, sumptuum & fructuum habetur ratio. *l.3. l.11. l.14. §.1. D. e.* i *l.23. D. de regul.* k Æquitas inter fratres seruanda. *l.17. j. de collat. l.6. §.2. j. de bonis quæ liberis.*

De nollente in communione manere.

IN communione vel societate nemo compellitur inuitus detineri. quapropter aditus præses prouinciæ, ea, quæ communia tibi cum sorore perspexerit, diuidi prouidebit. Dat.8. Kal. Septemb. CC. Conss. 294.

COMMVNIA VTRIVSQVE iudicij tam familiæ ercisçundæ, quàm communi diuidundo.

TIT. XXXVIII.

Collatio diuisionis & emptionis.

1. Imp. *Antoninus* A. Marco.

DIVISIONEM prædiorum, vicem[m] emptionis obtinere placuit. PP.6. Kal. Dec. Gentiano & Basso Conss. 212.

Si litigantes diuisionem à non competenti iudice factam probauerint.

2. Imp. *Alexander* A. Euphratæ.

ETiam si is diuisioni arbitrum dedit, cui dandi ius non fuit: tamen[n], si socij quondam diuisioni consensum dederint, quod quisque eorum secundùm placita possidet, pro parte socij dominium nactus est. PP.16. Kal. Decemb. Alexan. A. III. & Dione Conss. 230.

De diuisione per fraudem vel dolum, vel perperam facta.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Aureliæ Septimiæ[o].

MAioribus[p] etiam, per fraudem vel dolum vel perperam[q] sine[r] iudicio factis diuisionibus, solet subueniri: quia in[s] bonæ fidei iudiciis[t], quod inæqualiter[u] factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP.16. Kal. Iul. ipsis AA. || & Constantino III. || Conss. 293.

De re empta ex pecunia communi.

4. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus tuus ex[x] communibus[y] bonis res comparauit, sibi[z] negotium gerens, non[a] omnium bonorum socius constitutus: pro competentium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet: & ideo rem emptam communicare[b] eum contra iuris formam postulas. PP.16. Kal. Nouemb. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 293.

De instrumentis communibus.

5. Iidem AA. & CC. Frontino & Gafirioni.

DE instrumentis, quæ communia fratrem vestrum tenere proponitis, rector prouinciæ aditus, apud[c] quem hæc collocari debeant, existimabit. PP.6. Id. Feb. Sirmij, AA. Conss. 293.

De conditione iurisiurandi.

6. Iidem AA. & CC. Thesidianæ & aliis.

SI cum patruo vestro hac côditione diuisionem fecistis, vt se nullum dolum malum adhibuisse iuraret[d], nec fidem placitis exhibuit: quo minùs res indiuisas requiratis, eorum placitum, quæ in diuisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat.5. Kal. Apr. Sirmij, CC. Conss. 294.

De euictione.

7. Iidem AA. & CC. Seueriano & Flauiano.

SI fratres vestri pro indiuiso commune prædium citra[e] vestram voluntatem obligauerunt, & hoc ad vos secundùm pactum diuisionis, nulla pignoris facta mentione, peruenit: euictis partibus, quæ ante diuisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantùm consistit, ex stipulatu, si interceßit, alioquin, quanti interest, præscriptis verbis contra fratres agere potestis. nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantùm euictionis[f] promissionem solemnitate verborum, vel[g] pacto promissam probantes, eos conueniendi facultatem habebitis. Dat.2. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss. 294.

De possessione relicta vel translata.

8. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos maiores annis vigintiquinque rerum communium diuisio, relicta[h] vel translata possessione, finē

l *l.1. D. famil. l.26. §.4. D. de cond. indeb. l.1. l.35. l.70. D. pro socio. adde quæ notaui ad l.69. l.156. ff. de reg. iur. v. Rolan. à Valle 3. consi.80. & consil.84. nu.1. vide Nouell. Leo.102.*
m Diuisio, qua si emptio. *vt hic. l.20. §.3. D. fam.*
n Arbitri illegitimi diuisio, ratihabitione confirmari potest. An idem in sententia & processu nullo wur miserus ita probat *1. pract. 22. c. 6.*
o *al.* Seueræ. *vt in fragmen. C. Theod.*
p Lex hæc scripta ex *lib.3. Cod. Gregor.* vti constat ex fragmento veteris cuiusdam consultationis, quæ vnà cum Cod. Theodosiano hodie impressa, extat quoque in incertis legib. Codicis Gregoriani plenior.
q Maior etiā restituitur aduersus inæqualem diuisionē. *v. Papo.3. Notar. 9. cap. De restitutions contre priuileges. fol. 664.*
r Non dabitur igitur restitutio in diuisione iudicialiter facta. Cæterùm, hæc verba sine iudicio, non sunt in Codice Gregoriano: vt addita à Triboniano censeamus: sed & sine iudicio, idem esse posse, quod sine consilio.
s *l.3. j. ex quib. caus. maior. l.6. in fin. D. de iure dot. v. Cuiac.13. obs.24.*
t vt est locatio. *l.14. j. de vsur.* & venditio. *l.2. j. de rescind.*
u i. vltra dimidiam. Cur itaq; diuisio vicem emptionis sustinet *l.1. j. eod.* In emptione non datur restit. nisi constet de deceptione vltra dimidiam *l.2. j. de rescinden.* hic etiam ita sentit Accursius, ad quadrantē prestare.

Et vt diuiso

quod Galliæ Curiis non probatur. Datur. n. restitutio deceptis, vel ad quadrantē pretij, *Pap. d. loc. Imbert. in Enchir. in verbo, Diuisio:* & ita seruatur in Gallia. x *v. j. si quis alter. vel sibi. v. Molin. de vsur. q.83. n.628.* y *l.8. j. si quis alteri. vel sibi sub alterius nomine vel pecunia emerit.* z *i. suo nomine, non communi:* extra causam societatis & communionis. *v. Ferrar. in forma libelli in causa venditionu 37. in verbo vendidit. 3. in fi.* a Quod socius omniū bonorū acquirit, cogitur cōmunicare. *v. quæ not ad l.81. D. pro socio.* b Imò, cōmunicat. *l.74. ff. pro soc.* c Apud quē instrumenta esse oporteat. *v. quæ scripsi ad l.5. ff. fam.* d Periurus & fraudulentus, non iuuatur diuisione quantumuis iurata. Ideóq; ad res nondū diuisas agi potest. e *v. l. vn. j. si commun. res pig. 3. ff. qui potior.* f *l.27. j. de euict.* g Pacta nō fiunt solemnib. verbis. h *v. l.15. j. fa-*

accepit:

*militiæ.l.45.D.de pact.*κατταλειφθείσης ἢ μετενεχθείσης τῆς νομῆς. *synops.*12.*tit.*3.*c.*8.3.*Harmenop.*10.§.*15.*vbi interpretes vertunt, omissa aut translata : & relicta vel delata possessione. a Vbi non est communio, non cadit diuisio in *fi.l.*1.*D.com.diuid.* b Scriptura testamenti non probat aduersus tertium.*v.quæ notaui ad l.*5.*§.famil.ad l.*1.*j.arb.tut.*Nihil officit veritati, quod defunctus modum patrimonij sui declarauit.

accepit: instaurari mutuò bona fide terminata consensu minimè possunt. Dat.Non.Decemb.CC.Conss.294.

Si corpora maneant communia, vel non.

9. Iidem AA.& CC.Demetriano.

FAmiliæ erciscundæ, vel communi diuidundo iudicio ita [a] demum si corpora maneant communia, agi potest. Dat.6.Id.Decemb.Nicomediæ CC.Conss.294.

Si in testamento omnia esse diuisa scriptum sit.

10. Iidem AA.& CC.Conss.Gallicano.

SCriptura testamenti[b], qua [c] specialiter omnia diuisa cõtinentur, quo minùs res, quarum [d] testator non facit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. Sine die & consule.

De familiis non separandis.

11. Imp.*Constantinus* A.Cærulo rationali trium prouinciarum.

POssessionum [e] diuisiones ita fieri oportet, vt integra apud successorem vnumquemque seruorum, vel colonorum adscriptitiæ conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos [f] à parentibus, à fratribus sorores, à viris coniuges segregari?||Igitur||si qui||sic sociata||in ius diuersum mancipia||vel colonos||distraxerint, in vnum eadem redigere cogantur. Dat.3.Kal.Maij, Proculo [g] & Paulino Conss.334.

De dote, & donatione propter nuptias.

12. Imp.*Iustinianus* A.ad Senatum.

ILlud æquitatis fouere rationibus, benè nobis apparuit. Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donatione conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, & hoc, quod dedit, iterum ad eum reuertatur, vel stipulatione [h] vel lege [i] hoc faciente: vel||& si||alio dotem vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor [k] vel fortè legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, & nihil de huiusmodi rebus, quæ ad eum reuersæ sunt, vel peruenerunt, disposuerit, inueniantur autem alij liberi eius res à paterna substantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ causa, quas (vtpote testamento † existente) non coguntur conferre: tunc filius vel filia easdem res, quæ ad patrem reuersæ sunt, vel peruenerunt, habeant præcipuas ad simile tamen lucrum computandas: vt in præsenti casu tantum [l] habeat ipse vel ipsa, quantum eius fratres à patre sunt consecuti, secundùm eos modos, quos suprà diximus, & quos conferre propter testamentum non coartantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum à patre collatum est: neque ipsos sibi præcipuè hanc partem vindicare, sed quasi paternæ facta substantiæ [m] sit, inter omnes secundùm institutionis tenorem diuidi. & hæc quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit. Sin autem extranei [n] sint scripti heredes, & nihil in testamento suo neque in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo præcipuum habeat filius vel filia, quod ad patrem reuertitur, vel peruenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex huiusmodi causa ad patrem peruenit: illo, quod ad similem [o] quantitatem concurrit, excepto, cætera quasi paternæ substantię facta, secundùm modum institutionum diuidantur. Illo proculdubio obseruando, quod, si minus sit id, quod pater ex huiusmodi causa habuit, ea quantitate, quæ in fratres collata est, tota [p] huiusmodi portio ad eas personas perueniat, quarum occasione res ad patrem reuertitur. Ea igi-

v.Nou. 48. *de eo qui moriens iurauit quantum habere t in bonis.* c i. quæ continet, omnia diuisa esse : hoc sensu, scriptura testamenti, quæ continet quod omnia diuisa sint, nihil impedit quominus non diuisarum in testamento rerum diuisio fiat. *synops.Basilic.*11.*ti.*1. *ex lib.* 12.*tit.*3.*c.*10. d i. quas non diuisit ex sociis communia, iudex æstimare debet. *synops.Basilic.*12.*tit.*3.*c.*5. e *l.vn.C.Theo. C.comm.diuid.* f *v.quæ notaui ad l.*41. §.1. §.2. *ff.de leg.*3. g Publio Optato. h id accidit, quoties pater filiam emancipatam elocat. i id accidit, quando filia est in potestate. qua de re dicã plenius ad *l.*4.*j. soluto.* k *v.l.*34.*de regul.iur.* † hoc hodie immutatum, *Nou.*18.*c.*6. l Partem dotis à te acceptæ, & ad patrem reuersę nobiscum diuide. Actio. Aut ea petitione abstinete, aut vestras vicissim dotes, aut donationes pro pter nuptias cõferte, Exceptio. Parés nobis eas præcipuas testamento dedit, vel sic, Nulla nobis, neque dos data, neque donatio propter nuptias à patre facta. Replicatio. Quid iuris? Dos de qua hîc agitur, hisce casibus inter liberos æqualiter diuidenda, *versic. Sin autem, ibi, Diuidi.j.e.* Quid si casus superiores deficiunt? Vidua doté percipiet *vt hic.* At ea fortè amplior aut minor est dote vel donatione propter nuptias fratrum coheredum? si minor, id ferat patienter, *versic. Illo proculdubio*, ibi, *quod si minus.j.eo.* si maior, quanta dos est, aut donatio propter nuptias coheredũ, tantam quantitatem ex ipsa dote, de qua hîc agitur, percipiet. Superfluum verò æqualiter inter eam eiúsque coheredes diuidetur, pro modo institutionum, *versi.si tamen minus*, ibi, *amplius autem, &c.j.eo.* m Dos perfectitia ad patrem reuersa, paternæ fit substantiæ) dic idem in dote profectitia reuertente ad matrem, ad auum, abauum, proauum paternum vel maternum, *in fin.j.eo.*) ideóque dos huiusmodi, vel ab intestato, vel testamento æqualiter liberis institutis, inter eos diuiditur. n Extraneus heres institutus, agere volens iudicio familiæ erciscundæ aduersus filiam testatoris coheredem, dotem ad defunctum reuersam diuidi petit. éstne audiendus? non est, cùm ea sit filiæ defuncti. o ei scilicet, quam habent reliqui coheredes. p puto legendum, *sola*, ídque hypothesis à me superiùs allata euidenter innuit. q §.20.*Instit. de act.*§.6.*Instit.de off.iud.*10.*D.*1.2.*C.Theod.*26.*Paul.*1.*sent.*16 *adde* 58.*Ecl.*9. 1.*Harmen.* 3.*c.*περὶ ὅρων: *Oldendorp.class.*4.*act.*14. r dicitur etiam, viæ erciscundæ ab Apuleio. ſ fundi proprij. *Cuiac.*13.*obser.*33. t arbitrio venditoris & possessoris, fines possunt permutari. *l.*2.*j.eo.l.*11.12.*D.eod.*§ 8.*Eclog.*9.*c.*14.*l.*24.§.2.*D.de leg.*1.*l.*86.*in fi.D.de leg.*2.*facit l.vlt.in fi.j.de temporib.& reparat.l.*43.*D.de pact.l.*23.29.*D.de regulis.* u traditione. *Cuiac.ibid.arg.l.*3.*D.de act.empt.* x Statur antiquis terminis, nisi noui probentur. probantur autem, si alij in venditione designati fuerint. y *l.*11.*D.eo.Harmenop.d.loco.* z Nouus consensus, nouos fines potest inducere. *l.*12.*in fin.D.eo.* a aliàs non præsumitur confinium mutatio. *v.Alciat.*2.*præsump.*3. b Hæc constitutio integra, inserta est inter scripta Iulij Frontini, *de limitib.agror.* hîc tamen aliquomodo interpolatur à Iustiniano. c si quis super inuasis sui iuris locis, &c. *l.*1.*C.Theod.eod.* d In causa finali de proprietate contenditur, *Apuleius* 6.*Metamorph.* e *l.*1.*j.de appell.* f Nunquam de proprietate quæstio est aut finibus, quàm etiam de possessione quæratur. *l.*13.*§.de rei vind.* Causa finium, vindicationi cohæret. *Cuiac.not.*5.*obs.*21. tres arbitros sumi solitos in hac quæstione ex legib. 12.tabul. g hoc innuit, Ad agrimensorum disciplinam, non pertinere quæstioné possessionis, sed finium. *v.Cuiac.*10.*obs.*2.*Plautus prologo pœnuli:* Eius nunc regiones, limites, confinia determinabo, Si rei ego sum factus finitor. h *l.*8 *in fin.D.eod.v. Cuiac.*19.*obs.*16. i solus, vna parte latitante, μονομερῶς. *l.*13.§.3.*§.de iudic.* k Pars obseruans hîc est pars præsens seu is litigator, qui præsens est, cuius aduersarius est absens. l *plenior exstat in d.l.*1.*C.Theod.eod.* m *l.*2.*C.Theo.eod.v.l.*5.*j.vnde vi.* n *l.*8.*D.eo.* o tanti spatij. *Interpres.d.l.*2. 58.*Eclog.*9.*c.*18. 6.*Harmenop.*7.*c.* περὶ τῶν ὅρια μετατιθέντων. p hinc interpolata. *l.*4.*Cod.Theod.eo.* Quænam esset ea præscriptio Petrus Baylardus (qui sanum cuiusque legis intellectum pollicebatur) hîc dixit, Nescio, *Accurs.hic.* Malè *Isidor.*5.*c.*25. putat non permissum fuisse apud veteres litigium quinque pedũ, propter rei vilitatem. Nam & rerum modicarum fuit apud eosdem quęstio §.16.*Inst.de rerũ diuis.Crinitus* 25 *de honesta disciplina* 4. putat hoc sumptum fuisse ex Solonis legibus. Mouetur *l.*13.*D.eo.* & Plutarchi loco *in Solone*, vbi tamen quidam legunt δύο non πέντε. *Cicero* 1.*de legibus* : huius præscriptionis ita meminit. Vsucapionem 12. tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt. sed is quoque locus indiget interprete. Sciendum est ergo, legibus duodecim tabularum cautum fuisse, vt inter vicinorum prędia constitutis finibus, quinque pedũ (qui fines finiũ dici potuerunt) spatium relinqueretur: vt eo spatio ire, agere vterque dominus posset. Itaque, vt circumuerti aratrum facto eatenus sulco posset, (Hinc Varro 4.*de lingua.* Fines agrorum termini, quòd hæ partes propter limitare iter maximè teruntur) id spacium vsucapi lex vetat. Seruitus itineris, seu iter ad culturam vsucapi potest: iter limitaneum seu limitare, vt Varro ait, non potest. Lex Mamilia, *de qua dixi ad lege* 12.*Tabul.* deinde lata est, qua cautum fuit, vt quoties de his quinque pedib. controuersia moueretur, agrimensor eligeretur, qui fines eos regeret. Vltra quinque pedes, lis non erat finalis, sed proprietatis: ideóque non agrimensor, sed prætor adeundus erat. Idem ostendit Agenius Vrbicus, & Iunius Nyphius. reliqua vide apud Alciatum *lib.de quinque pedum præscriptio.*

tur, quę in paterna persona diximus, obtinere volumus etiã in auo & proauo paterno vel materno, & in matre, & in auia, & proauia paterna vel materna. Dat.11.Kal.Aug.Constantinop.Lampad.& Oreste VV.CC.Conss.530.

FINIVM [q] REGVNDORVM [r].

TIT. XXXIX.

De venditione.

1. Imp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC.Nicephoro.

REGIONEM certam fundi [ſ], propriis finibus eius mutatis [t], dominus eius distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quàm quod ratione [u] secundùm venditionis fidem ad se peruenit, vindicare potest prætextu terminorum temporis antecedentis [x] venditionem. Dat.Id. Dec.Nicomediæ, AA.Conss.293.

De successionum varietate, & vicinorum nouo consensu.

2. Iidem AA.& CC.Tatiano.

SVccessionum [y] varietas, & vicinorum noui [z] consensus additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta sæpè [a] permutant. Dat.9.Kal.Ian.Nicomediæ, AA.Conss.293.

De proprietate & possessione. De agrimensore adhibendo.

3. Imp.*Constantin.*A.ad Tertullianum [b] V.P.comitem diœceseos Asianæ.

SI [c] quis super sui iuris locis prior ||de finibus|| detulerit querimoniam, quæ proprietatis [d] controuersiæ cohęret: prius [e] possessionis [f] quæstio finiatur: & tunc [g] agrimensor ire præcipiatur ad loca [h], vt, patefacta veritate, huiusmodi litigium terminetur. Quòd si altera pars, ne huiusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit: nihilominùs agrimensor [i] in ipsis locis iussione rectoris prouinciæ vnà cum obseruante [k] parte hoc ipsum faciens [l] perueniet. Dat.16.Kal. Mart.||Veronæ||Gallicano & Symmacho Conss.330.

De eo qui iudicio pendente occupat de alieno.

4. Idem A.ad Bassum præfectum vrbi.

SI [m] constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusquàm aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam vsurpare voluisse: non solùm id, quod malè petebat, amittat: sed (quo magis vnusquisque contentus suo, rem non expetat [n] iuris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum [o] agri modum, quantum adimere tentauit, amittat. Lecta apud acta 13.Kal.Iul.Gallicano & Symmacho Conss.330.

De quinque pedum præscriptione.

5. Imppp.*Valent.Theod.& Arcad.*AAA.Neotherio P.P.

QVinque [p] pedum præscriptione [q] submota, finalis iurgij vel [r] locorum [ſ] libera [t] peragatur intentio [u]. PP.7. Kal.Iul.Aug.Arcadio A.II.& Rufino Conss.392.

De temporis præscriptione.

6. Imppp.*Theod.Arcad, & Honor.*AAA.Rufino P.P.

CVnctis molitionibus [x] & machinationib. amputatis, decernimus, in finali quæstione non longi tẽporis, sed triginta [y] tantummodò annorum præscriptionem locum habere. Dat.2.Non.Nou.Arcad.A.II.& Rufino Coss.392.

q Quinque vel sex pedum latitudo lege Manilia præscribitur. Intra eam latitudinem non erat vsucapio, neque præscriptio, id est, diuturna adquisitio. *v.quæ scripsi ad l.vlt.D.de termino moto.*

r Alia est quæstio, de fine: alia, de loco. Prior, est de fine intra quinque pedes: Posterior, vltra: cùm de loco in confinio vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis, vsucapi non potest: locus, potest. Vtraque controuersia est de latitudine. *l.vlt.D.de pignoratitia.* Est & alia quæstio de modo: *de qua vide Cuiac.*10.*obs.*2.

ſ *l.*4.*D.eod.*

t Quænam olim seruitus fuit in hac præscriptione? quæ hodie libertas? non obseruatur longi temporis præscriptio, cuius fit mentio in *l.vlt.C.Theod.eod.* Sed hac sola præscriptione actor hodie repellitur, *Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit.d.l.vlt.* vel vt in concilio Spalensi, 2. *Si veteribus signis limes præfixus monstrauerit, reo ius esse retentionis.v.Cuiac.hic.*

u Reliqua huiusce legis. *v.apud Agenium.* x *al.* motionibus. *l.*5.*C.Theod.eo.*

y Finalis quæstio triginta tantùm annis præscribitur. 58.*Eclog.*9.*c.*20. 1.*Harmenop.*3.*cap.*περὶ ὅρων.

DE[a] CONSORTIBVS [b] eiusdem litis.

TIT. XL.

1. Imp. *Iulianus* A. Secundo PP.

EXPLOSIS [c] atque reiectis præscriptionibus, quas litigatores sub [d] obtentu consortium, studio protrahendæ disceptationis, excogitare consueuerunt: siue vnius fori omnes sint, siue in diuersis prouinciis versentur, nec adiuncta præsentia consortis vel consortium, agendi vel respondendi iurgantibus licentia pro [e] parte pandatur. Dat. 3. Non. Septemb. Mamertino & Neuita Conss. 362.

2. Impp. *Valent. & Valens* AA. Sallustio P.P.

COmmune [f] negotium post litem legitimè ordinatam etiam quibusdam absentibus || in solidum || agi sine [g] mandato potest: si præsentes rem [h] ratam dominum habiturum cauere parati sint, vel si quid ab his petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. PP. 6. Id. Decemb. Diuo Iouiano || A. || & Varroniano Conss. 364.

DE[i] NOXALIBVS actionibus.

TIT. XLI.

De furto.

1. Imp. *Alexand.* A. Marcello.

SI extat corpus nummorum, quos ablatos ex patris tui hereditate ab eo, quem liberum esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis. nam quamuis alias noxa [k] caput sequatur, & manumissus furti actione teneatur, quæ in heredem non competit: cùm tamen seruus [l] à domino aliquid aufert, quamuis furtum committat, furti tamen actio non est nata: neque aduersus ipsum, si [m] postea manumissus est, locum habet, nisi furtiuas res & post manumissionem contrectet. PP. 13. Kal. Decemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De arboribus furtim cæsis, & de ignorantia & prohibitione domini.

2. Imp. *Gord.* A. Quintiliano & aliis.

SI serui vestri, nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus, furtim arbores cæciderunt, quibus etiam propria pœna iuxta legem saltui datam fuerat præstituta: frustra veremini, ne ex persona eorum vltra [n] noxæ deditionem sitis obstricti: cùm ex delictis seruorum domini ignorantes, vel prohibentes, si noxali actione conueniantur, ita condemnari debeant, vt aut noxæ dedere, aut condemnationem [o] sufferre habeant in sua potestate. PP. 3. Non. Iunij, Gordiano & Auiola Conss. 240.

De plagio.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Eutycho.

SIue seruum plagij paras accusare solemniter: præsidem prouinciæ adire non prohiberis. siue dominum eius sollicitati serui noxali iudicio, siue furti malueris conuenire: suam tibi notionem præses || prouinciæ || commodabit, non ignorans, quòd, si dominum elegeris, & [p] eo non consentiente, quod intendis, commissum probaueris, vel noxæ dedendæ, vel damni sarciendi, ac pœnæ præstandæ habeat facultatem. PP. 5. Non. Octob. Sirmij, AA. Conss. 293.

De rapina. De scientia, vel ignorantia domini. De iudicio publico.

4. Iidem AA. & CC. Sosio.

SI seruus ignorante domino, vel sciente & prohibere nequeunte [q], res tuas vi rapuerit: dominum eius apud præsidem prouinciæ, si necdum vtilis annus excessit, quadrupli: quòd si hoc effluxit tempus, simplici [r] noxali iudicio conuenire potes. qui si noxæ maluerit seruum dedere: nihilo minùs cum ipso, quantum ad eum peruenit, experiri non prohiberis. ¶ Nam si eo conscio, & prohibere valente: detracta noxæ deditione conuentus, ad [s] summam condemnationis soluendam omnino compellendus est. ¶ Sanè si criminis publici [t] accusationem propter vxorem tuam à seruo raptam intendendam putaueris: non [u] contra dominum, sed contra eum seruum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. 18. Kal. Septembr. Sirmij AA. Conss. 299.

a περὶ κοινωνίας τῆς αὐτῆς δίκης. *Basil*

b Consortes eiusdem litis, socij inter quos communis est res, & de qua litem simul omnes contestantur, vel vnus eorum tantùm.

c *l. vn. C. Theodos. de dominio rei quæ poscitur.*

d Habens consortem ratione partis suæ, potest agere & conueniri. Olim, si egisset, hanc exceptionem audiebat, *Quòd ageret non adiuncta persona consortis.* Si conueniebatur, hac exceptione tueri se poterat, *Quòd haberet consortes*, *Sidonius 4. epist.* Nec est, cur dicere incipias habeo consortes, nec dum celebrata diuisio est: quod creditoribus malis dicitur bene. *v. Cuiac. hîc.*

e *l. 4. in fin. l. 85. §. 4. D. de verb. oblig.*

f *l. 2. C. Theod. de cognitorib. ac procuratorib. 2. tit. 12.*

g Communi nomine, sine mandato, agere (ob lata cautione de rato. *l. 1. s. de procuratoribus*) & conueniri (oblata cautione iudicatum solui) possimus. *l. 2. Cod. Theod. de cognitorib. lib. 2.*

h *d. l. 1.*

i *4. Instit. 8. 9. D. 4. 18. Eclog. 8. ex li. 60. tit. 5.*

k *§. 5. Instit. eo. dixi ad l. 1. in fin. D. de priuat. delict.*

l *§. 6. Inst. eo. v. l. 16. ff. de furt.*

m *dixi ad l. 1. §. D. si is qui testam. lib.*

n *§. 2. in fi. Inst. eo. v. l. 2. D. eo. l. 7. §. 1. D. de damno. l. 1. §. 15. D. de vi & vi.*

o *l. 17. §. 18. D. de ædilitio.*

p & non eo consentiente. Cuiacius ita hunc locum restituit ex Græcis *5. obser. vlt.* & rectè. Grauior est enim in consentiente, quàm in ignorante actio.

q *adde l. 2. D. eo. adde l. 45. D. ad l. Aquil.*

r i. in simplum. hoc est vt seruus noxæ dedatur, & dominus eius in id teneatur, quod ad eũ peruenit, ita *Græci synops. Basilic. eo. c. 42.*

s in id quod interest seu in quadruplum. *synopsis d. loco.*

t Raptus, crimen publicum.

u Ex serui delicto, dominus non obligatur.

x *v. l. 50. §. 1. D. de furtu. l. 53. in fin. D. de verb. signif. v. Cuiac. 6. obs. 2. vbi tractat de variis furum generibus.*

y *v. l. 7. D. de condict. furt.*

z *§. 3. Inst. de off. iud. 10. D. 4.* περὶ παραστάσεως ἤτοι ἐπιδείξεως πραγμάτων. *15. Eclog. 4.*

De furto, & ope consilióque domini.

10. Iidem AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtum nec manifestum ancillam seruus ope [x] consilióque domini cum aliis rebus subtraxerit: cùm inter seruum & liberum ciuile iudicium consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus propriis vindicatione vel [y] condictione conuenire potes. S. 5. Kal. April. CC. Conss. 294.

Oldendorp. class. 3. act. 1. Quid sit exhibere. v. l. 2. D. eod. l. 3. §. 8. D. de hom. lib. exhib. l. 22. l. 246. D. de verb. sig.

AD EXHIBENDVM[z].

TIT. XLII.

De vindicaturo ancillam.

1. Imp. *Alexander* A. Crescenti militi.

SI dominium [a] ancillæ, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec iure à patre tuo venundata est, eiúsque proprietatem tibi vindicare paratus es: præses prouinciæ exhiberi eam iubebit, vt apud iudicem [b] de rei veritate quæratur. PP. Kal. Maij, Alexandro A. Conss. 227.

De seruo reo criminis.

2. Idem A. Syro.

SI criminis [c] alicuius reus seruus postulatur: per ad exhibendum actionem produci à domino non celari debet. PP. 11. Kal. Decemb. Alexandro A. Conss. 227.

De exceptione rei iudicatæ.

3. Idem A. Felicissimæ.

NEque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quod [d] aliquando aduersus te ad exhibendum actione aliter pronuntiatum est: quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Sept. Maximo II. & Æliano [e] Conss. 234.

De instrumentis & de in litem iurando.

4. Idem A. Flacillæ.

NOn ignorabit iudex, si instrumenta [f] tui iuris, quæ penes diuersam partem fuisse probaueris, ab eisdem non exhibeantur, iurisiurandi [g] in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. 3. Kalend. Mart. Agricola & Clementino Conss. 231.

De possessore & eo qui dolo desiit possidere.

5. Imp. *Gord.* A. Sabiniano militi.

AD exhibendum actione non [h] tantùm eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui [i] dolo fecit, quo minùs exhiberet, meritò tibi à non contemnendæ auctoritatis iurisconsulto Modestino [k] responsum est. PP. 2. Id. Febr. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De instrumentis.

6. Imp. *Philippus* [l] A. Palemonidi.

INstrumenta [m] ad ius tuum pertinentia, partem diuersam inuasisse adseuerans: si quidem crimen [n] intendis, solemnibus accusationibus [o] impletis, fidem adseuerationi tuæ facito: sin verò ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire. PP. 2. Id. Mart. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De culpa, & dolo, & re deteriorata.

7. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Vitalianis.

EXhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam vel dolum [p] in explendo præcepto committit: ita vt si rem deteriorem [q] exhibuit, æquitas [r] exhibitionis perficiat, vt, quamuis ad exhibendum agi non possit, in factum tamen actio contra eum detur. PP. 16. Kal. Iunij, Maximo II. & Aquilino Conss. 287.

De commodato & deposito.

8. Iidem AA. & CC. Photino.

SI res tuas commodauit [s] aut deposuit is, cuius in precibus meministi: aduersus tenentem, ad exhibendum, vel vindicatione [t] vti potes. Quòd si pactus [u] sit, vt tibi restituantur: si quidem ei, qui deposuit, successisti iure hereditario: depositi actione vti non prohiberis. si verò nec ciuili nec honorario iure ad te hereditas eius pertinet: intelligis nullam te eius pacto contra quem supplicas, actionem

a Ad exhibendum actio, vindicationis præparatoria. *v. l. 1. l. 3. §. 3. D. eod. l. 3. §. 1. D. de liberis exhib. l. 1. D. de priuat. delict.* Datur vindicaturo, interdicturo vtrubi, optaturo & noxali iudicio acturo, *v. Cuiac. 9. obs. 7.*

b militarem.

c Ratione criminis, persona exhibenda. *adde l. vlt. D. eo.*

d Liberatus, quia non possidebat, non liberatur, si de nouo possidet. *l. 12. §. 1. D. eo.*

e Paterno.

f *v. l. 6. s. eo.*

g Ob rem non exhibitam, iuratur in litem, *l. pen. D. eo. l. 21. s. de rei vindica. 7. synopsis 18. ex lib. 15. tit. 4. c. 24.*

h Ad exhibendum actio datur aduersus possidentem & eum qui dolo desiit possidere. *Synopsis d. loco.*

i *l. 7. s. eo. l. 9. in princ. & §. 2. D. eod.*

k Nota de Modestino.

l Gordianus.

m *l. 4. s. eo. l. 3. §. 4. D. eo. l. 52. ff. de act. empt. D. de tab. exhib.*

n Inuasor instrumentorum, criminaliter accusari potest, & ciuiliter ad exhibendum cogi.

o accusationis. *Cuiac. 13. obs. 35.*

p *l. 5. s. eodem.*

q *l. 9. §. 3. D. eodem.*

r *l. 3. §. 14. D. eodem.*

s Exhibitio rerum commodatarum aut depositarum, peti potest.

t *l. 13. s. de obligat. & act.*

u Depositarius, deponenti vtiliter pacisci potest. *adde quæ notaui ad l. 53. in fine, D. de act. empt.*

stricto

a aliud ex æquo. b Vtilis actio stricto iure non datur,sed ex æquo.
c Ad exhibendum agit debitor solutis iis quæ debebat: agit, inquam,ad chirographum & instrumenta cetera quæ ad contractum pertinent. 7.*synopsis Basilic.6.ex lib.15.tit.3.c.28.*
d Naturaliter liberatus,instrumentum potest condicere.*l.18.D.eod.*

stricto [a] iure habere : vtilis [b] autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depositi actio. S.5.Kalen.Maij,Heracliæ AA.Conss.293.

De chirographis & instrumentis ad debitum solutum pertinentibus.

9. Iidem AA.& CC.Faustino.

SI ex [e] quocumque contractu apud præsidem prouinciæ iure debitum , cui oportuerat, te reddidisse probaueris: chirographa tua, ex quibus iam nihil [d] peti potest , & instrumenta ad eum contractum pertinentia , tibi naturaliter [e] liberationem consecuto, exhiberi ac reddi iubebit. S.8.Kal.Septemb.CC.Conss.294.

DE [f] ALEATORIBVS [g], ET alearum lusu.

TIT. XLIII.

1. Const.argumentum ex βασιλικῶν lib.60 tit.8.de aleatoribus, Iacobo Cuiacio interprete.

COnstitutio prohibet ludos, exceptis quinque. definit etiam multam in aleatores , permittens præf. vrbi & præsidibus prouinciarum & episcopis ea inquirere & prohibere , & in iis habitos contractus rescindere.Dat & actionem ex quinque concessis ludis, & repetitionem eorum,quæ ex ea causa debentur.& statuit decem librarum multam in eos , qui constitutionem violari permiserint.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

1. [h] Imp.*Iustinianus* A.Ioanni P. P.

VICTVM in aleæ lusu,non posse conueniri [i] : &,si soluerit, habere repetitionem [k] tam ipsum quàm heredes eius aduersus victorem & eius heredes: idque perpetuò,& etiam post triginta annos [l]. Quòd si vel ipse vel eius heredes repetere neglexerint: liceat cuicumque volenti , & præcipuè ciuitatis , in qua id factum est,primati,vel defensori [m],repetere,& in opera ciuitatis id expendere. Data autem super aleæ lusu cautio [n] sit irrita,& condici possit. Sed & si quis sub specie alearum victus sit lupinis [o] vel alia quauis materia , cesset etiam aduersus eum omnis exactio. data licentia episcopis hæc inquirendi, debentibus etiam præsidibus , & primatibus & defensoribus ciuitatum eos hac in re adiuuare.Duntaxat autem ludere liceat μονόβολον [p] , [liceat. item ludere κοντομονόβολον [q] ,] κυντανὸν κόνταχα [r] χωρὶς τῆς πόρπης, id est, ludere vibratione Quintiana [s] , absque spiculo siue aculeo aut ferro, à quodam Quinto ita nominata hac lusus specie. Liceat item ludere περιχύτην, id est,exerceri lucta [t],liceat verò etiam exerceri hippicè [u], id est,equorum cursu, seu hippodromo , absque dolo & circumuentione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus aut vices vnum assem seu numisma seu solidum deponere & ludere , cæteris autem longè minori pecunia. Quòd si plus lusum fuerit : neque repetitio detur, & solutum repetatur. Curent verò ista præsides,decem librarum pœna imposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

2. Const.argumentum ex βασιλικῶν lib.60.tit.8.de aleatoribus, Iacobo Cuiacio interprete.

COnstitutio prohibet ea , quæ dicuntur ξύλινα ἱππικὰ [x] , periculi repetitione proposita in lusores , & publicatione domorum,in quibus huiusmodi lusus peracti sunt. Datur & repetitio ei,qui superatus est,& soluit.quòd si nolit repetere,id iubet in opera publica eius ciuitatis erogari.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

2. Αυτοκράτωρ Ιυστινιανὸς Ιωάννῃ P. P.

H Διάταξις κωλύει τὰ παίγνια, καὶ πέντε ὑπεξαιρουμένων, ὁρίζει καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ζητεῖν καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πράγματα ἀποτρέπειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῶν ἐπιτετραμμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν, τῶν ἐντεῦθεν χρεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβλάψαι τὴν διάταξιν.

Aliud argumentum Latinè.

NOn licere ludere his qui vocantur equi lignei [y], neque vlla quauis aleæ specie,exceptis ludis, quos in anteriore permisimus.Loca verò in quibus huiusmodi equis ligneis lusum fuerit. publicentur.& soluta [z] huius ludi occasione, repetantur : vel, si repetere nolent qui perdiderunt , repetitio fiet per præfectum & præsides prouinciarum:& applicabitur [a] huiusmodi pecunia publicis operibus.Prohibeant etiam cætera, quæ in huiusmodi ludis fiunt illicita, vt blasphemias [b], & si quæ talia.

Balsamon notat de equi lignei significatione incidisse apud Imperatorem grauem quondam disputationem , quibusdam asserentibus illum ludum significari , quo pueri extra circum aurigando pro equis vtuntur hominibus, aliis verò contra contendentibus ligneam esse fabricam per scalas ligneas exaltatam, habentem in medio diuersa foramina.nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diuersorum colorum superijciebant ex superiori parte. & qui primus globulorum per foramina ex vltimo foramine egrediebatur , hic victoriam dabat ei,qui proiecerat.

Nunc veterem [h] harum legum translationem à nobis , quoad fieri potuit , ex libris manuscriptis emendatam subiiciemus. Cont.

3. Imp.*Iustinianus* A.Ioanni P.P.

ALearum vsus antiqua [c] res est , & extra [d] operas pugnatorias ||concessa,|| verùm pro tempore abiit in lachrymas , multa milia extranearum nationum suscipiens. Quidam enim ||ne-|| ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione [e] tantùm proprias substantias perdiderunt die noctúque ludendo , argento , apparatu lapidum , & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare [f] ||Deum|| conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subiectorum prospicientes,hac generali lege decernimus , vt nulli [g] liceat in publicis vel priuatis domibus vel locis ludere , neque in genere, neque in specie: & si cōtra factum fuerit , nulla sequatur condemnatio , sed solutum [h] reddatur,& competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus: aut his negligentibus, à patre aut defensoribus illius ciuitatis: vel recipiat fiscus , non obstante nisi quinquaginta [i] ann.præscriptione . Episcopis verò locorū hoc prouidentib.& prǽsidū auxilio vtentib.¶Deinceps verò ordinet quinque ludos,Monobolon, Contomonobolon , Quintanum contacem sine fibula [k],perichiten [l], & hippicen [m], quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. ¶ Sed nec permittimus etiam in his ludere vltra vnum solidum [n],si multum diues sit : vt si quem vinci contigerit , casum grauem non sustineat. Non enim solùm bella benè ordinamus, sed [o]& res ||sacras|| ludicras [p]. Sed istam interminantes pœnam transgressoribus , potestatem dando episcopis [q] hoc inquirendi,& præsidum auxilio sedandi.¶Prohibemus etiam,ne sint equi ||seu equestres|| lignei [r] : & vt si quis ex hac occasione vincatur , hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis [s],vbi hæc reperiuntur. ¶Si autem noluerit recipere is qui dedit, procurator noster hoc inquirat, & in opus [t] publicum conuertat.Similiter& iudices prohibeant,vt à blasphemiis & [u] periuriis, quæ ipsorum inhibitionibus debent comprimi,omnes homines penitus conquiescant.

DE [x] RELIGIOSIS [y], ET SVMptibus funerum [z].

TIT. XLIIII.

De translatione reliquiarum.

1. Imp.*Antoninus* A.Doritæ.

SI vi [a] fluminis reliquiæ filij tui continguntur, vel alia iusta & necessaria causa interuenit : existimatione rectoris prouinciæ transferre [b] eas in alium locum poteris [c]. PP.8.Kal.Nouemb.An-

e putà solutione *d.l.18. l.2. j. de condict. ex lege.*
f *11. D.5.3.Eclog.2.*
g *11.D.5.* Legem de alea latam fuisse testatur *Cicero Philip.2.* Aleæ nomen , omnem fortunæ lusum complectitur , nō tantū talorū aut tesserarum ex pyxide,id est fritillo vel phimo,quam pyxidem appellari opinor illo versu *Iuuenalis 13.* partos gladio vel pyxide nummos.*v.Cuia.hic.*
h Interpretatio Latina.
i habet enim exceptionē aduersus agētem. *l. 19. in fin.D.de probat.l.vlt.§.1. j.quar.rer.act.*
k Olim in quadruplum,hodie in simplum.An autem famosa? Cuiacius id putat *hic.* Aleatorum enim nomen infame. quamobrem tesserarios se appellari malebāt,*Amm.Marcell.28.* vt latrones,πορίστας : & *Cicero 2. Philipp.* Lēticulam aleæ damnatū quasi infamem notat. Differunt autē aleatores à tesserariis, quantū fures àlatronib.
l vel 50.vt est apud Eusthatiū libro de temporibus, *titulo περὶ χρόνων. 5. Anatolius 13.Nomocan.24.29. Cuia. cap.32.de diuers. temp.*
m olim ædili, Martialis, Ædilem rogat Vdus aleator. & alio loco, Nec timet ædilem moto spectare fritillo. & Seneca , loca ædilem metuentia, popinæ, vbi plerunquè alea luditur.
n excipe casus infra scriptos,& *l.3.j.eo.*
o Θερμίοις. Est argentum comicum in vicem pecuniæ veræ postea persoluēdę victori.
p id est,singulari saltu.
q saltu conto suffulto.
r alij legunt, κατ᾽ ἄμφω. vel Catampo vel Catabo,quod genus ludi est Festo. ſ ab inuentore sic dicta.
t seu colluctatione. u ἱππική,Troia siue Pyrricha, curriculum equorum,cui similes sunt κιντζάθρα,& τόρνε ludi explicati à Nicephoro Gregora *lib.10.*Porro,Troia siue Pyrrhica simulachrum est pugnæ equestris quę πρύλις & ἱπποπαία Dioni,idque ex Suetonij libro de lusibus puerorum Seruius & Donatus scribunt in 5.Æneid.Sed transit etiam vsus pyrrhicæ, in pedestris pugnæ simulachrum , adhibitis numeris & cōcentu musico.Marius Plotius libro de Metris. Pyrrhichius pes àPyrrhica lusus genere nomen accepit,quia hoc sono milites vsi sub armis, per ludū ciunt simulachra pugnæ. ipsa tamen Pyrrhica dicta est à Pyrrho Cydoneo quia primo Cretenses sub armis saltare ad huius pedis sonum instituit. Alij à Pyrrho Achillis filio , quem primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltauisse dicunt. Aristoteles autem ait Achillem huius lusus inuentorem fuisse.Quibusdam placet ab ardore,id est à velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem : cognatus enim sensus ardoris & velocitatis est.vnde instant ardentes Tyrij,id est,festinantes. Et ardet abire fuga. Hæc Plotius nondum excusus *apud Cuiac.13.obs.10.* cui in eo quod scribit de Pyrrho Cydoneo consentit Nicolaus apud Stobæum. x cadit enim iste lusus magis in aleæ,quàm virtutis speciē.*de quo vide.j.eod.ibi,Balsamon notat.*Est autem alea vitiosa. hinc Seneca, Aleator quantò in arte est melior, tantò est nequior. y τὰ παίγνια. z Solutū ludi vetiti occasione,condicitur.*l.vlt.j.eo.* a Multæ interdū solent applicari publicis operibus. *l.vlt.j.eo.*
b *l.vlt.§.1.s.de episc.aud.*
c *facit lex 16.§.8.ff de pœn.*
d sensus est, Alea militibus olim permissa in castris , ne torperent otio. *Acron ad Horat.2.Carminum 16.Periculosæ plenum opus aleæ, Tractas.* Nō impunè tamen milites etiam in ludo arma amittunt.*arg.l.3.§.13.D de re milit. v. Forcatul.20.Cupid.nu 7.*
e *Iuuenal. Satyr.1.* neque enim loculis comitantibus itur ad casum tabulę, posita sed luditur arca.
f *l.vlt.§.1.s.de episcop.*
g etiā clerico. *Nou. Leon.87. v. l 34. §.1. s.de episc.aud.*
h *l.2.s.eo.*
i Alea amissi repetitio est intra annos quinquaginta: vt ex Anatolio refert Eusthathius libro περὶ χρονικῶν διαστημάτων. neque tollitur tricennio , Epitome quæ extat 13. *Nomocan.26.* licet Thaleleus tricennio tolli putet, quòd in contextu Basilicon non est adiectū.*Eusthatius d.loco.* Hoc non seruatur in Gallia,teste *Rebuff. in proœm. const.gl.5.nu.56.*
k spiculo χωρὶς τῆς πόρπης. *l.1.s.eo.*
l colluctationem.*d.l.1.j.eo.*
m i. Troiam, pyrricham *d. l. 1.j.eo.*
n i.aureum.
o Ludicras res ordinare vel ipsi principes nō dedignantur.
p Res etiam ludicræ à magistratu curantur.
q *facit l.vlt.j. de episc.aud.*
r quid sint.*v.l. 2.s.eo.*
ſ alias pœnas. *v.in l.1.D.eo.*
t *l.2.s.eo.*
u *Nou.77.c.1.*
x *adde tit. C. Theod. de sepulchris violat.lib.9. tit.17.*
y *11.D.7.* περὶ μνημείων. i. de monumentis.59.*Eclog.3.* z καὶ δαπάνης ταφῆς.*Eclog.ibid.adde 3.Decret.28.de sepulchris.& 3.sext.12.3.Clement.7.3.Extrauag.5.13.q.2.c.vbicumque & seq.adde Paul.1.sent.21.de sepulchris & lugendis.* De actione funeraria.*v.Oldendorp.class.5.act.vlt.*
a Ob incursum fluminis,vel metum,corpus iam perpetuæ sepulturæ traditū , sollennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest. *v.Paul.1.sent.21.§ 1.* b Transferebantur autem corpora per noctem.*Paul.d.loco.*referebantur,interdiu:quo referenda est Iuliani constitutio *5.C.Theod.de sepulchro violato.* Efferri, inquit,cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam & per maximam insistentium densitatem:quod quidem oculos hominum infaustis incestat aspectibus.Qui enim dies bene auspicatus,à funere,aut quomodo ad deos& templa venietur? Ideóque quoniam & dolor in exequiis secretum amat, & diem functis , nihil interest vtrum per noctes ac per dies efferantur,liberari conuenit populi totius aspectus,vt dolor esse in funeribus, non pompa exequiarū nec ostentatio videatur.Hęc Iulia.*d.loc.*gētili more: quę miror relata à Theod.in Cod. c In huius-

modi translatione, reddenda erant solennia sacrificia. 1. *Paul. sent. 21. c. 21.* Gentiles enim pro mortuis sacrificabant. Anniuersaria quoque eo fini sacrificia erant, quæ χόαι à Græcis dicebantur. *v. Plutarch. in Antonio.*

a Pura possessio, purus locus, qui neque sacer neque religiosus, sed profanus. *l. 4. j. eo. l. 2. §. 4. D. eod.* b *l. 2. D. eod. §. 9. Instit. de rer. diuis. l. 6. §. 4. D. de diuis. rer.*

c Monumentum vendi aut obligari nõ potest. *l. 9. j. eod.* legari tamen potest. *l. 14. j. de legat.* An idem in re sacra. *v. Ripensem ad l. 6. 7. 8. 9. D. de pignor. nu. 47. & seq.*

d Legatario legatum, licet petere, & expensas quas in personam fecit defuncti. *l. 1. l. 2. §. 2. D. eo.*

e *l. 3. §. 6. D. eo. 59. Eclog 1. c. 2.*

f *v. l. 5. D. eo.*

g *l. 9. j. eo. l. 2. §. 5. D. eo.*

h *l. 5. j. de his qui. vt indign. vide Paul. ad 3. sent. 5. §. 10. vbi vide Cuiac. & Nouell. 1. in prin.*

i *l. 6. D. eo. adde l. 10. D. de proba.* hinc colligunt, Publicè incisa in ęs, vel in marmor, vel in lapides, non probare, fidem nõ facere, ex huiusmodi sculptionibus ius nulli cõpetere: quod falsum puto. Agitur enim hîc de casu speciali: aliàs, huiusmodi inscriptiões inducunt probationem. *l. 10. D. de probat. l. 27. ff. de condit. & demonstr. l. 11. in fin. D. fin. regund.* Inde etiã volunt in factis antiquis scripturam priuatam fidem facere. *Mynsing. 5. obs. 79.* & scripturam priuatã repertã & productam ex archiuo publico fidem facere, *Authent. ad hæc j. de fid. instrum. adde hic Socin. regula 238.*

tonino A. IIII. & Balbino Consf. 214.

De illatione in locum alienum. De alienatione & obligatione.

2. Idem A. Hilariano.

INuito vel ignorante te ab alio illatum corpus in puram [a] possessionem tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest. Sin [b] autem voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit: religiosus iste efficitur. Quo facto, monumentum neque venire [c], neque obligari à quoquam prohibente iuris religione posse, in dubium non venit. PP. Kal. Maij, Aquilino II. & Anulino Consf. 217.

De legato & sumptu funeris.

3. Imp. *Alexander* A. Rimo.

LEgatum à defuncto tibi relictum, & [d] quod in funus vel morbum eius erogasse te boni viri arbitratu probaueris, præses prouinciæ solui tibi iubebit. PP. 5. Non. Iul. Maximo II. & Æliano Consf. 224.

De Dominio, vindicatione, diuisione.

4. Idem A. Luciano.

SI sepulchrum monumenti [e] appellatione significas: scire debes, iure dominij id nullum vindicare posse: sed si familiare [f] fuit, ius eius ad omnes heredes pertinere, nec diuisione ad vnum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quæ circa [g] id sunt, si semper vicinis ædificiis vsui hominum destinatis cesserint, eius sunt, cui illa, quorum partes esse visæ sunt, ex diuisione obtigerunt. PP. 6. Non. Nouemb. Maximo II. & Æliano Consf. 224.

De voluntate defuncti seruanda.

5. Idem A. Cassio militi.

MIlitis voluntatem, quam circa monumentum sibi faciendum testamento expressit, & pater & mater eius heredes negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine præteritis [h] constitutionibus amota est: inuidiam tamen & conscientiam circa omissum supremum eiusmodi officium, & contemptum iudicium defuncti, euitare nõ possunt. PP. 8. Kal. Maij, Iuliano & Crispino Consf. 225.

De inscriptionibus monumentorum. De longi temporis præscriptione.

6. Idem A. Primitiuo & aliis.

MOnumentorum inscriptiones [i], neque sepulchrorum iura, neque dominium loci puri ad libertos transferent [k]. Præscriptio [l] autem longi temporis, si iustam causam initiò habuit, vobis proficiet. PP. 8. Kal. Iul. Iuliano & Crispino Consf. 225.

De statuis & ornamentis.

7. Imp. *Gordianus* A. Claudio.

STatuas sepulchro superimponere, vel monumento, quod ||à te|| extructum profiteris, ornamenta, quæ putas, superaddere non prohiberis: cum iure suo eorum, quæ [m]

k Inscriptio monumenti à defuncto facta, non transfert ius aut dominium sepulchri eo viuo qui inscripsit vel inscribi iussit *vt hic.* sed eo præmoriente: vt ita vim habeat vltimæ voluntatis, & ita hunc locum accipit *Forcatulus 1. dialogo Necromantiæ nu. 34.* l *l. 4. D. de mortuo.* In sepulchris longa possessio non prodest ei, qui nullum ius habet. *synopsis Basilic. 59. tit. 2. c. 4.* m Quæ non sunt prohibita, concessa intelliguntur, *Instit. de his qui sunt sui. adde l. 4. j. de iure dotium. l. 27. j. de testam. l. 25. in fi. D. ad municip.* n *l. 5. l. 6. versic. liberu. D. eod.* o *l. 2. in fin. s. eod.* p quid sit. *v. l. 2. §. 4. D. eo. adde Cuiac. 10. obs. 37.* q *l. 4. s. eo.* r seu æternæ sedi. *l. 40. D. eo.* s *d. l. 40. l. 1. l. 2. D. de cadauerib. punit.* t excipe casum legis. 1. s. e. ex loco Pauli à me citato. u *l. 1. l. 3. D. de cadauerib. punit.* x nisi damnatos maiestatis. *d. l.* 1. Iure Gallico hæc lex seruatur teste *Rebuff. in proœm. const. glo. nu. 54. 55.* y corpus. *Paul. 1. sent. 21. §. 2.* Græci λείψανα. *l. 3. s. de sacrosan.* ossa. *l. 8. D. eo.* cineres. *d. l. 1. in fi.* Reliquæ etiam dicuntur. *l. 42. l. 44. in fin. D. hoc tit.* vt & reliquiæ. *l. 30. D. famil. l. 27. D. de condict. institut.* Animalia bruta habent etiam sua λείψανα. *l. 53. §. 5. D. de leg. 1.* Neutra significatione, Reliquię sunt simulachra. De ossuaria dixi ad *l. 2. ff. de sepulchro.*

minus prohibita sunt, vnicuique facultas libera non denegetur. PP. III. Kalen. August. Gordiano A. II. & Pompeiano Consf. 242.

De iure familiarium sepulchrorum.

8. Imp. *Philippus* A. Iuliæ.

IVs familiarium [n] sepulchrorum ad affines seu proximos cognatos non heredes institutos minimè, pertinet. PP. 16. Kal. Iul. Peregrino & Æmiliano Consf. 245.

De venditione.

9. Idem A. & Philippus C. Faustinæ.

LOcum quidem religiosum distrahi [o] non posse manifestum est: verùm agrum purum [p] monumento cohærentem [q] profani iuris esse, ideóque efficaciter venundari, non est opinionis incertæ. PP. 6. Kal. Decemb. Philippo A. & Titiano Consf. 246.

De translatione corporis.

10. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Aquilianæ.

SI necdum perpetuæ [r] sepulturæ corpus traditum est: translationem [s] eius facere non [t] prohiberis. PP. 8. Id. Feb. Diocletiano IIII. Maximiano III. AA. Consf. 290.

De supplicio affectis.

11. Iidem AA. & CC. Gaudentio.

OBnoxios [u] criminum digno supplicio subiectos, sepulturæ tradi non vetamus. PP. 8. Id. April. ipsis IIII. & III. AA. Consf. 290.

Ne reliquiæ intra ciuitatem condantur.

12. Iidem AA. & CC. Victorino.

MOrtuorum reliquias [y], ne sanctum [z] municipiorum ius polluatur, intra [a] ciuitatem condi, iampridem vetitum est. PP. 3. Kal. Octob. ipsis IIII. & III. Consf. 290.

Collatio sepulchri familiaris, & hereditarij.

13. Iidem AA. & CC. Dionysio.

IVs sepulchri tam familiaris [b], quàm hereditarij [c], ad extraneos etiam heredes: familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non est heres, pertinere potest. S. 3. Id. Nouemb. Sirmij, CC. Consf. 294.

De translatione reliquiarũ.

14. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Cynegio PP.

NEmo humanum [d] corpus ad alium [e] locum ||sine Augusti [f] affatibus|| transferat. Dat. 3. Kal. Mart. Constantinop. Honorio nobili puero & Euodio Consf. 386.

In solo Auredani libro manus. notatur hîc deesse Græcã constitutionem, quam ex Basilicis edidit Cuiac. lib. 11. obs. c. 21.

15. * [g]

IN nullo quopiam loco vectigal [h] ab aliqua persona pro corporibus ex vno in alium locum translatio præstetur.

z Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne sacra ciuitatis funestentur: qui contrà fecerit, extra ordinem punitur. *Paul. 1. sent. 21. § 2. l. 6. C. Theod. de sepulc. violat. Vergilius 11.* & corpora partim, Multa virum terræ infodiunt, adnectáque partim Finitimos tollunt in agros, vrbíque remittunt. *Cicero 2. de legibus.* Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito. Idem vetuit Antoninus Pius, *teste Spartiano.* Idem seruatum apud Athenienses *vt refert Sulpitius apud Ciceronem 4. epistolarum de M. Marcello loquens.* Eadem penè de causa *Plato 12. de legibus*, vetuit, sepulchra in loco fœcundo & ad culturam apto poni. Nobis Christianis non in vrbibus modò, sed & in templis etiam ius sepulturæ est.

a *Paulus dicto loco.*

b *l. 5. D. eodem.*

c *l. 5. 6. D. eodem.*

d humatum. *l. 7. Cod. Theodos. de sepulchris. lib. 18.*

e *l. 10. s. eodem.*

f vel pontificum. *l. 8. D. eodem.* hæc autem inclusa desunt in *l. vlt. C. Theodos. de sepulchris violatis* ex qua hæc lex sumpta est.

g Latina interpretatio.

h Huius vectigalis meminit lex 37. *D. eodem.*

CODICIS

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, repetitæ prælectionis,

LIBER QVARTVS.

DE REBVS CREDITIS[a], *& iureiurando*[b].

TITVLVS PRIMVS.

An causa retractari possit.

1. Imp. *Antoninus* A. Herculiano.

CAVSA[c] iureiurando ex consensu[d] vtriusque partis, vel aduersario inferente, delato & præstito, vel remisso[e] decisa: nec periurij[f] prætextu retractari potest, nisi[g] specialiter[h] hoc lege excipiatur.[i] PP. 15. Kalend. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 223.

De periurij pœna.

2. Imp. *Alexander* A. Felici.

IVrisiurandi[k] contempta religio satis[l] Deum vltorem habet[m]. Periculum autem corporis, vel maiestatis crimen secundum constituta diuorum parentum meorum, etsi per[n] principis venerationem quodam calore[o] fuerit peieratum, inferri non placet. PP. 6. Kal. April. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De inopia probationum.

3. Imperatores *Diocletian. & Maxim.* AA. & CC. Seueræ.

IN bonæ[p] fidei contractibus, necnon ||etiam|| in cæteris caussis, inopia[q] probationum, per[r] iudicem iureiurando causa cognita res decidi oportet. PP. 10. Kal. Septemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 226.

De tutelæ actione.

4. Iidem AA. & CC. Maximæ.

SI ad excludendam tutelæ actionem pupillus[s] iusiurandum tutori detulerit. postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. Kalend. Iul. Ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

De fideicommisso.

5. Iidem AA. & CC. Iuliano.

CVm etiam à[t] pupillorum tutoribus, velut ab ipsis pupillis relicta fideicommissa videantur, super fideicommissis præses[u] prouinciæ cognoscet: &, si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. Idem, si inficietur, ad iusiurandum (vt desideras) tutorem adiget. PP. 4. Kalend. Decemb. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

De generis & ingenuitatis quæstione.

6. Iidem AA. & CC. Bessio.

CVm proponas partib. placuisse, iurisiurandi religione, generis[x] & ingenuitatis quæstionem decidi: præses prouinciæ iuxta decretum arbitri[y] ad voluntatis vestræ placitum amitæ tuæ filius consulet. PP. 5. Idus Feb. Tiberiano & Dione Conss. 291.

Ne alteri per alterum præiudicetur.

7. Iidem AA. & CC. Eutychianæ.

NEc filius[z], nec quisquam alius[a], nec litigando, nec paciscendo, sed neque iusiurandum citra voluntatem dominæ rei deferendo, præiudicium ei facere potest. Vnde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum hab uisti: nihil tibi oberit. S. Idib. Nouemb. AA. & Conss. 293.

De actione & iureiurando actoris.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

ACtori[b] delato vel relato iureiurando, si iurauerit, vel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinem[c] iudicati in[d] factum actio competit. S. 12. Kalen. Maij, CC. Conss. 294.

De conditione iurisiurandi reo delata.

9. Iidem AA. & CC. Martiano.

DElata[e] conditione iurisiurandi, reus (si[f] non per actore, quo minùs de calumnia iuret steterit) per iudicem soluere[g] vel iurare, nisi[h] referat iusiurandum, necesse habet. S. 5. Kal. Maij, Sirmij, AA. Conss. 299.

De deposito.

9. Iidem AA. & CC. Protogeni.

---

a Hæc tituli particula generalis est ad aliquod sequentes. nec tamen hîc tractat de reb. creditis, sed de iure iurando. & ita conceptus est Titulus *1. l. 2. apud Pauls sentent.*

b *Paul. d. loco. § 4 Inst. de except. 12. ff. 2. 22. Eclog. 5. 1. Harm. 7. 2. decrt. 24. 2. sex. 11. 2. Clemen. 9. 2. q. 1. Ferrar in forma iuramenti quod præstatur a parte parti* 16. *Oldend. class.* 1. *act.* 9. Iuramentũ an semper seruandum sit, vide apud Socin. *reg.* 206. *adde Gell.* 7. *c.* 18. de obseruata custoditáq; apud Romanos iurisiurãdi sanctimonia.

c *Syn. Basil. 22. ti. 5. c. 40.*

d 22. *Eclo.* 5. *c.* 40.

e *Paul. 2. sent. 1. § 3.*

f *l. 21 ff. d. loco.* 1. *Harm.* 7.

g Quòd si statuto caueatur iuramento alicuius stare? valere iuramentum quidã putant: sed tamen admitti probationes in contrarium, de quo vide Socin. *reg.* 380.

h puta fauore vltimę voluntatis, *l. vl. j. eo.* Idem dicendum, si iuratum fuit solo iudice deferente, citra petitionem & voluntatem partis, *l. 31. D. eod.* adde quæ scripsi ad *l.* 7. j. *de cont. empt.*

i *subaudi* vt retractetur. Igitur iuramenti gratiã lex facere potest.

k per Deum scilicet concepti, nõ per salutem principis, vt dicam. j.

l 1. *Harm.* 7. Imò non satis, *l. vl. ff. de stellionatus.* solue, Ibi, stellionatui pœna imponitur, non periurio *v. Cuiac. 2. obs. 9.*

m *Harm. ibid* Hinc Tiberius apud Tacitum, *Annalium*: Deorum iniurias diis curæ esse. n χτ' βασιλέως *Harm. ibid.* per genium principis *l. 13 in fin. ff. de iureiurando.* Iurabant per Genium principis Gentiles *l. si duo in fin. D. de iureiur.* Tertull. ad Scapulã & 28. Apologetic. aut quod tantundem τύχλω τῶ καίσαρ☉. *Dion.* 44. Arrian. Epithet. *lib. 4. c. 1. Joseph.* 16. *antiquit.* 16. Christiani, per salutem principum, at non per genium. 3. *Euseb. hist.* 14. φ salus augustior genio. Tertul. Apologet. *c.* 32. *adde l. si quis maior. ſ. de transact.* sanè qui peierasset, iurãs per genium principis, Tiberio crimen non fuit *Dion.* 57 Contra crimini Caio, non iurasse per genium principis *Suet. in eius vita c.* 27. qui & author fuit, vt omnibus iuramentis hoc adderetur, Neque me liberósque meos cariores habeo, quàm Caium & sorores eius *Suet. in Caio. c. 15. Dion.* 18.

o Calor, est inconsultus animi motus, *l. 9. 2. de publicanu. l. 22. in fin. D. de adult. l. 7. in fin. D. repetun l. 1. § 5. D. ad Turpill.* vt sit sensus, Si per Deum iuratum est, Deus ipse vindex est: si per principem, princeps ipse. Quid si consulto consilio per principem sit iuratum? qui peierauit tenetur maiestatis: maiestatis, inquam, non omnino, sed quadantenus. ideòque pœna reorum maiestatis ei non infligitur, sed fustigatio *d. l.* 13. Et tamen hinc constat, Grauius puniri eum, qui iurauit per Cæsaris genium, quã qui per Deum. Tertull. *c* 18. *Apologet. in fin.* Citius (inquit) apud vos per omnes deos, quam per vnum genium Cæsaris peieratur. Minucius Fœlix *in Octauio*, Tutius eis est, per Iouis genium peierare, quam regis. Illud interim notandum, Eum qui per Deum iurauerit, & peierauerit, fieri infamem *dixi ad leges* XII. *Tabul.* & aliis pœnis ciuilibus subiici, *l. 41. ſ. de transact. l. 2. in fi. j. de indicta viduit. lib. 1. l. veterum Francicarũ. c.* 61. periurus, neque in sua neque in alterius causa iurare potest. Qua lege & illud cauetur præterea, Eos qui rationabili ætate non sint, non cogendos esse iurare. vt qui in sanctis (opinor scripturis,) iuraturi sint, iurent ieiuni. Idem esse iurare per charitatem & veritatem ac per Deum: cum Deus sit charitas & veritas. Iuramentum Pharisaicum esse, iurare per aurum & altare templi. Huc refer Gell. 7. *Noct.* 81. vbi tractat de obseruata custoditáque apud Romanos iurisiurandi sanctimonia. adde Cuiac. 8. *obs.* 7.

Forcatul. 18. *Cupid. nu. 2. 3* Clarũ 2. 3. *sent. § periurium.* vbi refert Periurũ remoueri ab agendo testimonio dicẽdo, iurando. Excusari à pœna ciuili, si sine dolo peierauit *l. vl. ff. de in litem iur.* si propter aliquã difficultatem, si periurium nulli nocet, si interrogatus super crimine peierauit, si ei sit delatũ à parte in iudicio.

p *v. l. 5. ff. de in lit. iurand.*

q 22. *Syn. Basi.* 2. *t.* 42. *v.* 1. *Harm.* 7. *c.* 1. ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις 22. *Eclo.* 5. *c.* 28.

r *l. 31. ff. de iureiuran.* Tale iuramentum necessarium est. In Gallia consuetudinaria, iudices, inopia probationum, & vbi semiplenè tantùm probatum est, iuramentum actori non deferunt, nisi à rege iussi sint. *Rebuff. in procem. consti. glo.* 5. *nu.* 58. Semiplena probatio est, si vnicus tantùm testis producitur (& meritò, quia duo plenam efficiunt) si reus fugit, si scriptura tantùm domestica profertur, *v. Accur. hic.* Putarim, ne id quidem de iure fieri, nisi causa bene cognita *vt hic j. eo.* De iuramẽto suppletorio, v. Socin. *reg.* 204. v. quæ scripsi in praxi ciuili tit. de iureiur.

s sine tutore, *l. 17. § 1. ff. de iureiurand.* 22. *Eclo.* 5. *c.* 29. Pupillo nõ defertur iuramẽtum. Idem etiã non defert, nec gratiam iurisiurandi facit, *d. § 1. Eclog. ibid. Harm.* 7. περὶ ἀνήβων.

t Relictum à tutore, relictum videtur à pupillo: de quo si dubitatur, tutori defertur iuramentum. & ita tutor iurat in causa pupillo mota, *l. 20. j. de fidic. l. 69. § 2. ff. de leg. 2. adde Cuiac. 3. obs. 27.*

u Fideicommissa in prouinciis apud prælidẽ: vt Romæ apud Consulem, vel prætorẽ fideicommissarium petebantur *Vlpian.* 25 § 12.

x Super causa status, potest iusiurandum deferri.

y i. iudicis dati, *v. l. 2. ſ. de iudic. l. 2. in fin. ſ. de pedaneu. vide leg. 2. j. de libertu.*

z *v. l. 4. j. si aliena res pign.*

a *v. l. 3. § 3. in f. ff. de iureiurand.*

b Iureiurando delato, reus debet vel iurare, vel soluere, vel iusiurandum referre. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48.* Quid si ipse actor de calumnia prior iurare nolit? reus iurare non cogitur *l. 9. j. eo.* quippe is qui iusiurandum defert, prius iurare de calumnia hac formula cogitur ὅτι οὐχ ὡς συκοφάντων σε, βούλομαι λαβεῖν παρὰ σου τὸν ὅρκον, ἀλλ' ὡς νομίζων δικαίως ἐπάγειν: hoc est, se non calumniosè iusiurandum exigere, sed quod iure se putet experiri *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48.* 1. *Harm.* 7. § 6. vnde apud Paulum legimus 2. *sentent* 1. § 2. Iusiurandum deferre prior actor potest. contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit. *adde l. 34. § qui iusiurandum, & l. si non fuerit. D. de iureiur.*

c quin, iusiurandum maius quidquam est, quam res iudicata, 22. *Eclo.* 5. *c.* 1.

d Ex iuramento nascitur actio in factum. de qua vide Oldendorp. *class.* 1. *act.* 9. nisi super aliquo facto nominatim est iuratum, puta vendito. tunc enim competet actio venditi, *l. 13. § 3. D. de iureiurando.*

e *dixi ad l. e. ſ. eo. ex Paulo 2. sent. 1. § 8.*

f Qui defert iusiurandum, prius de calumnia iurat, *l. 34. § 4. l 37. ff. eo. l. vl. j. de fideic. d. § 2. v. l. 1. ſ. de iureiur. propt. calum. l. 11. § 2. rer. amotar.* Remittitur tamen quibusdã personis, puta patrono, non liberto: & in causis feudalibus, tam vasallo quàm domino remittitur, *v. Cuia. 4. feud. 36. fol. 548 2. feudor. 33. § 1.*

g *leg. 34. § 6. ff. eodem.*

h Cui defertur iuramentum, tenetur iurare, vel referre.

L. j.

a *adde l.4.§.ad exhibend.* b *l.3.§.eo.* c Iusiurandum inopia probationum tibi detuli: nactus alias probationes, delationem iurisiurandi à te nondum præstiti, reuocaui, quæritur an secundo non liceat, ad iurisiurandi delationem cõfugere? non licet. *Syn. Basil. 12 tit.5.c.50.1. Harm.7.§.8.*
d *v.l.75. D.de reg.iur.* e Iniquum est hoc casu ἀποτυχία τῶν ἄλλων ἀποδείξεων πάλιν εἰς τὸν ὅρκον ἀποστρέφειν,

IN actione etiam depositi [a], quæ super rebus quasi sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum cæterorum bonæ [b] fidei iudiciorum deferri potest. S.5.Kalend. Dec. CC.Conss.300.

De reuocatione iurisiurandi.

11. Imp. *Iustinia.* A.Demosth. præfecto prætorio.

SI quis iusiurandum intulerit, &, necdum eo præstito, postea (vtpote sibi allegationibus abundantibus) hoc reuocauerit: sancimus [c] nemini licere penitus, iterum ad sacramentum recurrere, (satis enim absurdum est redire [d] ad hoc, cui renunciandum putauit: & cùm [e] desperauit aliã probationem, tunc denuò ad religionem conuolare) & iudices nullo modo ||eos|| audire ad tales iniquitates venientes. ¶Si quis autem sacramentum intulerit, & ||hoc|| reuocare maluerit: licere quidem ||ei|| hoc facere, & alias probationes, si voluerit, præstare: ita [f] tamen, vt huiusmodi licentia vsque [g] ad litis tantummodo terminum ei præstetur. Post definitiuam autem sententiam, quæ prouocatione suspensa non sit, vel quæ, postquam fuit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo reuocare iuramentum, & iterũ ad probationem venire cuiquam concedimus: ne repetita lite, finis [h] negotij, alterius causæ fiat exordium. Dat. 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C.Conss.529.

Iusiurandum ad decisionem litis quando præstandum. 1. De iureiurãdo præstãdo, vel referendo. 2. De procuratione si quis iurare noluerit. 4. De absentibus. 5. De loco & forma iurandi. 6. De priorum legum confirmatione.

12. Idem A.Demostheni præfecto prætorio.

GEneraliter de omnibus iuramentis, quæ in litibus offeruntur vel [i] à iudice vel à partibus definiendum est. Cum enim iam increbuit iudices in plenissima definitione sacramentum imponere: euenit, vt prouocatione lite suspensa [k], hi quidem, qui iusiurandum præstare iussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem rerum cadant [l]: cùm [m] multum [n] discrepet iuramentum hereditariũ [o] à principali [p] sacramento. Necessitate itaque rerum coacti & probationibus pinguius subuenientes ad huiusmodi venimus sanctionem. Omne igitur iuramentum, siue à iudicibus, siue à partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipsa definitiua sententia, sub ipso iudice [q] detur, non expectata vel vltima definitione, vel prouocationis formidine. 1 ¶Sed iuramento illato, cùm hoc à partibus factum fuerit, & à iudice approbatum [r] vel ex auctoritate iudicis cuicunque parti illatum, si quidem is, cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus: hoc præstetur, vel referatur: necessitate ei imponenda, cui iure refertur, relationis sacramentum subire: vel si hoc recusauerit, quasi illato sacramento præstito, causa [s] vel capitulum [t] decidatur: nullo loco prouocationi relinquendo. Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his, quæ ipse facienda procurauit? 2 ¶Sin autem is, cui sacramentum est illatum, vel à parte, vel à iudice, hoc subire minimè voluerit: licentiam quidem habeat sacramentum recusare: iudex autem, si hoc omnimodo præstandum existimauerit [u], sic causam dirimat, quasi volente eo sacramentũ sit recusatum: & ita cætera siue capitula, siue totius negotij summa examinentur, & lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obuiante. Ipse autem, qui sacramentum sibi illatum dare recusauerit: vel hoc attestetur: vel, si fortè non audeat, habeat [x] sibi in vltima [y] prouocatione repositum auxilium: & si iudex appellationi præsidens, bene quidem illatum iusiurandum, non ritè autem recusatum pronunciauerit: res, secundũ quod iudicatum est, permanebit. Sin autem non ritè quidem illatum, rectè autem recusatum sacramentum pronunciauerit: tunc ei licebit emendare [z] sententiam iudicis, quæ quasi ex recusato sacramento processit: & nihil penitus nec præiudicij nec iniusti dispendij [a] cuicunque incurret: sed & causæ cursus ab initio vsque ad nouissimum terminum non impedietur: & lis æqua lance trutinabitur. 3 ¶Siue autem illatum iuramentum præstitum fuerit, siue recusatum: ipsi parti, quæ hoc intulit, nullum [b] prouocationis remedium in hoc reseruabitur: cũ nimis crudele est, parti, quę hoc detulit, propter hoc ipsum quòd iudex eius petitionem secutus est, superesse prouocationem. 4 ¶His de præsentibus [c] personis statutis, nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subiugamus, & si persona præsens non inueniatur, cui sacramentum illatum est, lite fortè per procuratorem ventilata, necesse est vel ipsam principalem personam datis certis induciis [d] ad iudicem venire, vt ea, quæ de sacramentis statuta sunt, impleat, vel (si iudex existimauerit) in prouincia [e] vbi degit, sub actorum testificatione iuramentum ab ea vel dari, vel referri, vel recusari, hoc procedere: vt singulis casibus euẽtus iam definitus imponatur: licentia danda etiam parti alteri, vel per se, vel per procuratorem super hoc ipsum ordinatum, adesse his, quæ de iuramento aguntur: vel si neutrum facere maluerit, & ex vna parte [f], sub fide tamen gestorum, iurameetum præstari, vel referri, vel recusari: expẽsis propter huiusmodi causam præstandis, officio [g] iudicis trutinandis, an ab vtraque parte, an ab altera oporteat eas dependi: nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando, sed, donec ea procedunt, aliis vel capitulis vel litis membris à iudice examinandis: & postquam fuerint ei intimata [h] gesta super iuramento subsecuta, tunc iterum ad [i] hoc capitulum iudice redeunte, & eo adimpleto ad cætera perueniente: omnibus aliis, quæ de præsentibus sancita sunt, & in absentium parte obseruandis. 5 ¶In omnibus autem casibus, in quibus sacramenta præstantur, obseruationem iudicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem [k], siue sub [l] ipso iudice præstari oportet iuramentum, siue in domib. [m] siue sacris scripturis tactis [n], siue sacrosanctis oratoriis [o]. 6 ¶Similique modo in sua firmitate manere, quæ de calumniæ iureiurando vel relato sacramento legibus cauta sunt, vel à nobis, vel à retro diuis principibus introducta. non enim, vt aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata sunt: sed vt, si quid deesse eis videatur, hoc repleatur. Recitata septies [p] in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. 3. Kal. Nouemb. Decio. V.C. Cons.*

De legatis & fideicommissis.

13. Idem A.Ioanni PP.P.

CVm quis legatum vel fideicommissum, vtpote sibi relictum, exigeret: & testamento forte non apparente, pro eo sacramentum ei ab herede delatum esset, & is religionem suam præstasset, affirmans sibi legatum, vel fideicõmissum derelictum esse: & ex huiusmodi testamento id, quod petebat, consecutus esset, postea autem manifestum esset factum, nihil [q] ei penitus fuisse derelictum: apud antiquos quærebatur, vtrum iureiurando standum esset, an restituere deberet, quod accepisset: vel, si re vera ei derelictũ fuisset legatum vel fideicommissum, an daremus licentiã heredi Falcidiam, si competat, ex hoc retinere. Nobis itaq; melius visum est, repeti [r] ab eo legatum vel fideicõmissum, nullúmque ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere. sed si verum fuerit inuentum: quartæ detentionem introduci, si tamen locum habeat. ne cui ex delicto [s] impium sibi lucrum ||afferre|| nostris legibus concedatur. Dat. 15. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 532.

SI CERTVM PETATVR [t].

Tit. II.

De oneribus hereditariis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Modestino.

NEQVE æquam neque vsitatam rem desideras, vt æs alienũ patris tui nõ [u] pro portionib. hereditariis exoluatis tu & frater coheres tuus, sed pro æstimatione rerum prælegatarum: cùm sit explorati iuris, hereditaria onera ad [x] scriptos heredes pro [y] portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. Quod nec tu ipse ignorare videris: cùm creditorib. secundum formam ||veteris [z]|| iuris, pro portione tua caueris. Dat. Kal. Iul. Chilone & Libone Coss.205.

De eo qui nummos alienos credidit & stipulatus est.

2. Imp. *Antoninus* A. Hermogeni.

QVamuis pecuniam tuam [a] Asclepiades suo nomine crediderit: stipulando tamen, sibi [b] ius obligationis

---

ob desperatas alias probationes, ad iurisiurãdi religioné denuò confugere *Syno. Basi. eo. c. 50.*
f Iusiurandum delatum, necdũ præstitum, is qui detulit reuocare potest ἕως ὅτε ἀπόφασις ἐξέλθη ἐπιτρέπουσα ἀποδεῖξαι τὸν ὅρκον quousque sententia lata fuerit, quæ iusiurandum pręstare iubeat. Igitur non post sententiam à qua non appellauit: non denique post sententiam ab appellationis iudice cõfirmatam *Syn. d. loco.*
g Delatum iuramentum, antequam sit iuratũ, vel pronunciatũ reuocari potest.
h i. finis primi negotij, secundę litis exordium faciat *Syn. ib.*
i Iuramentum defertur vel à iudice vel à parte.
k Per appellationem suspenditur sententia.
l Viæ probationis non sunt coartandæ *l. quoniam. C. de hæred. tit.* vnde colligit Accurs. in Nou. 94. *arg.* Nouellæ *de testib.* Debitorem pacto aut conuentione constringi non posse, ad vnicam tantùm speciem probationis: vt nimirum possit debitor quouis genere probationis, siue per testes, siue per instrumẽta, siue per iusiurandum, debiti solutioné probare, neq; se ad vnum genus tantùm probationis adstringere.
m Iuramentum heredis multum differt à defuncti iuramento.
n *2. Feud. 58. §. cũ datur.* Coguntur tamen heredes interdum iurare, dũmodo verisimiliter possint iurare: vtpote, nota eis veritate facti, quàm liberi, tacita quadã præsumptione, nosse intelliguntur. vide in hunc locum Rolandũ à Valle 1. *consi. 52.* adde Anchoranum 1. *quæst. 55. nu. 8.* Mynsing. 1. *obs. 13.*
o de procuratorio *v.l.1.§.1.§.2. §. de iureiur. propt. calumn.*
p hoc est defuncti.
q Potest iurari, etiam appellatione pendente, *Salycet.*
r Delatio iuramenti parti non concludit, nisi sit approbata per iudicem.
s de qua agitur sc. hinc colligunt, Contumacem in vno capite, non haberi pro confesso in alio.
t i. articulus ille litis.
u Contumax non habetur ipso iure pro confesso: cùm eius contumacia arbitrio iudicis sit definienda.
x Intentio non allegata in causa principali, potest in causa appellationis intentari *Bald.*
y In appellatione à definitiua, discutiendum grauamen interlocutoriæ,
z hinc illa vsitata formula iudicandi in curiis, & apud iudices ad quos appellatur, *En emendant, &c.*

a Sententia emendata non parit dispendium. potest tamen arbitrio iudicis condemnari ad expensas primi iudicij, qui in priore causa vicerit.
b Delator iuramenti non appellat. An idem in eo qui refert? Idem, omnis enim iuramenti relator, est delator, *Accurs.*
c quasi diceret, Et hæc de iuramento delato & relato inter ipsas partes præsentes,
d Absenti, certus comparandi terminus præstandus.
e Iurari potest, extra prouinciã iudicis, apud quẽ litigatur.
f μονομερῶς.
g Officio iudicis expensæ trutinantur.
h significata.
i Dilatio pendens super vno capite, non impedit processum super alio, diuerso tamen *Bald.*
k Iuramentum ei deferendum, qui rei veritaté magis perspectã habet, *v. Mynsi. 1. obs. 1.*
l Iurari potest, vel in iudicio vel domi.
m Acta ex causa, possunt fieri in domo priuata. hinc colligit. Baldus, Ægroti, donantis aliquid in domo sua coram iudice, donationem haberi pro insinuata.
n Corporaliter ita iuratur.
o In Ecclesia iurari potest, *v. quæ notaui ad l. 2. §. de sacrosanct.*
p septimo *Cuia. 20. obs. 3.* hoc qd sit dixi ad legẽ *22. in fin. §. de sacrosanctis.*
q hinc colligunt, Negatiuam interdum probari: qua de re dicam ad *l. 23. §. de probat.*
r Obstat *l. 1. §. eo.* quã vide, & Forcatulum 18. *Cupid. nu. 7.* Id paucis innuitur, Dari restitutionem aduersus ea quæ iuramento non voluntario decisa sunt: ídque propter species de nouo repertas, *l. 31. D. eod. l. 29. §. de transact.*
s Lucrum ex delictis sperare, impium.
t petatur de chirographo *Cod. Theod. li. 2. ti. 27. 12. ff. 1.* id est, de mutuo, περὶ δανείου *3. Harmenop. 5. Instit. quib. modis re contrah. in pr.* Formulam actionis vide apud Oldendorpium *class. 4. actu. 17.* Ferrariensem *in formula actionu hypothecariæ 43. ibi. Mutuo. 2.*
u Heredes tenentur ad onera hereditaria, pro hereditariis portionibus, etiã si in prælegatis sit inæqualitas, *l. 26. §. de pactis. l. 6. l. 13. §. familiæ. l. 2. §. de heredit. act. l. 2. §. si vnus ex pluribus. l. 1. §. de exceptionibus. l. 10. §. de iure deliber. l. 35. §. 1. D. de hered. inst. l. 85. §. 1. in fin. D. de verb oblig. l. 2. in fin. D. de stipul. præt.*
x Personalis obligatio & instantia ad heredes non transit, vide Socin. *reg. 277.*
y hinc ratio dubitandi sumebatur. Videbatur enim dicendum ex inæquali prælegatorum quantitate, eos inæqualiter etiam teneri, *l. 1. §. de exception. l. 20. §. de iur. delib.*
z XII. tabularum.
a Qui pecuniam alienam suo nomine credit, sibi stipulando ius quærit, quod cedere tenetur, *l. 2. §. de reb. alien. adde l. 42. ver. quod si stipulatus. ff. eo. l. 56. §. 2. ff. de fideicommiss.*
b *v. l. 16. §. de pignoribus.*

que-

a ὁ ἄρχων ἢ ὀφφίκιον ἐν ἐπαρχίᾳ πράττων qui magistratum vel officium in prouincia gerit, neque per se neque per mediam personam (διὰ μέσου προσώπου) magistratus sui tempore, fœnus exercere potest. *Synopsis Basilic. 6. titul. 1. ex lib. 23. titulus primus, cap. 45.*

b *l.33.D.eo.synop.d.loco, v.l.1.s.de contract.indic.*

quæsiuit. quam pecuniam vt possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus consequeris. PP. 6. Kalend. Maij, Messala & Sabino Conss. 215.

De his qui officia administrant.

3. Imp. *Gordianus* A. Sempronio.

EOs[a], qui officia administrant, neque per se, neq; per suppositas personas, tempore officij sui in prouincia fœnus[b] agitare posse, sæpè rescriptum est. PP. 8. Kal. Septemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De pecunia absentis nomine eius credita.

4. Imperatores *Philippus* || *&* *Philippus* || Cæs. Maximo.

SI absentis pecuniam nomine eius, fœnori dedisti, ac, reprobato nomine[c], mandatis actionibus experiris: preses prouinciæ iurisdictionem suam præbebit. Idem si cessare mandatum animaduerterit, vtilem tibi aduersus debitorem actionem eo nomine competere non negabit[d]. Propos. 15. Kal. Mart. Præsente & Albino Coss. 247.

De instrumento.

5. Imperatores *Diocletian. & Maximianus*. AA. & CC. Aristodemo & Proculo.

SI non singuli in [e] solidum accepta mutua quantitate, vel stipulanti creditori sponte vos obligastis (licet vni numerata sit pecunia) vel intercessionis nomine hanc pro reo suscepistis obligationē: frustra veremini, ne eius pecuniæ nomine vos conuenire possit, quam alij mutuo dedit, si intra præstitutum[g] tempus rei gestæ quæstionem detulistis. Ac multo magis inanem timorem geritis, si[h] pecunia numerata, oleum susceptum instrumento sit collatum: cùm, si reddendi stipulatio nulla subiecta est, & huius rei est habita solemnis contestatio, in suo statu remanente eo, quod verè factum intercessit, ex olei accepti scriptura nihil deberi, manifestum est. S. V. Non. Maij, AA. Conss. 293.

De nouatione, de instrumento simulato, de vsuris.

6. Iidem AA. & CC. Nicandro.

SI ex precio debitæ quantitatis, facta nouatione, per stipulationem vsuras licitas, ab eo, contra quem supplicas, stipulatus es, falsa[i] mutuo datæ quantitatis demonstratio præmissa, cùm obligationis substantia non defecerit, quo minus vsque ad modum placitum vsuræ possint exigi, nihil nocet. Si verò citra vinculum stipulationis, tantùm mutuam pecuniam datam conscriptum est, & eius præstari fœnus conuenit: simulatis pro infectis habitis, huiusmodi placitum nihil de præcedenti mutauit obligatione. S. 15. Kal. Dec. AA. Conss. 293.

De origine pecuniæ creditæ, de persona cuius nomine creditum est spectanda.

7. Iidem AA. & CC. Pactumeio.

NOn vnde[k] originē pecunia, quæ mutuo datur, habeat: sed, qui contraxit, si vt propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur. S. V. Non. Octob. Sirmij, AA. Conss. 293.

De re æstimata data mutui causa, de stipulatione vsuræ illegitimæ, de pignore non idoneo.

8. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI pro [l] mutua pecunia, quam à creditore poscebas, argentum, vel iumenta, vel alias species vtriusque consensu æstimata [m] accepisti, dato auro pignori: licet vltra vsuram centesimam vsuras stipulanti spopondisti: tamen [n] sors, quæ æstimatione placito partium definita est, & vsurarum titulo legitima [o] ||summa|| tantùm rectè petitur. Nec quicquam tibi prodesse potest, quod minoris[p] esse precij pignus, quod dedisti, proponis, quo [q] minus huiusmodi quantitatis solutioni pareas. S. 17. Cal. Ian. AA. Cos. 293.

c Nomen, est ipsa obligatio, ipse contractus initus.

d Cur ita? collige ex *l.32.in fi.ff. eo. v.Cuiac.5.obs. 29.*

e Numeratio in persona vnius, non obligat alios: nisi constituerint se reos debendi in solidum, re vel verbis, vel chirographo, vel bienniū sit elapsum, vel inuicem fideiusserint, *vide Molinæum quæst. 7. de vsur. num. 132. & seq.*

f *l.4.j.de inutilibus stip.*

g biennium scil. *vers. multum Institut. de lib. obligat.*

h si pro pecunia: & malè, vt sit sensus, Eum cui pecunia re vera mutuata sit, non teneri ad ad oleum instrumento comprehensum. Talis enim contractus mutui, est vsurarius, & naturam mutui excedit: & si aliud omnino sit in emptione & in solutione *l.17.j. de solutioni.*

i Nicander maiorem summam stipulatus à suo debitore, quam ei mutuasset. paulò pòst ab eodem ex eadem summa vsuras licitas stipulatur. Primus contractus vsurarius est, at non secundus: nisi pro ea parte quæ debitori verè numerata non fuit. Quid si vsuræ pacto tantùm fuerint promissæ, non ex solemni stipulatione? vsuræ non debentur, *l. 34. ff. mandat. l.1.j.de vsur.* quam nouè huc attulit interpretationem Paponius, non magni facio: eam tamē vide apud eundem 3. *Notar. 9. cap. De restitution de mateur. fol. 678.*

k Potest.n.esse aliena, sed & adquisita ex turpi quæstu *videl. 11. D. solut. matrim.*

l Species potest conuerti in causam mutui, puta pecuniæ: & ita vsura exigi, *leg. 11. D. eodem. l.12.23.25.j. de vsuris addе Molin. de vsur. quæst. 23. num. 229. quæst. 85. num. 559. 561. & sequent.* Et ita supellex loco precij dari potest, & in pecuniam conuerti, & pro alia re, quàm pecunia numerata. facta huiusmodi conuersione (legitimè tamen, cui contraria est illegitima. Galli *à perte de finance*) vsuras legitimas stipulari possumus.

m legitimè tamen & iusto precio, citra fraudem & affectum vsurarium, vtriusque consensu probata, *j. eodem.* aliàs id genus mutui contrahi à Gallis dicitur, *à perte de finance.*

n Vtilis stipulatio vsuræ, per inutilem non vitiatur, *leg. 29. D. de vsuris.* nec sors, *l. 20. ff. de vsur. l. 26. §. 1. vers. si quis autem. j. de vsuris.*

o centesima s. *eodem, l. 40. D. eodem. Paul. 2. sent. 14. § 2.* Est autem legitima vsura, centesima s. *eod. ibi licet vltra vsuram centesimam,* & hic. *legitima.*

p puto legendū esse, *non minoris,* vel, *maioris.* vt sit sensus, Debitorē non ideo vsuras legitimas creditori denegare, quod ei nō minoris precij pignus dederit, quā summa ab eo accepta valeat: *adde edict. iust 9. c. 4.* nisi speciē ita apertè exponamus. Mutuū propriè in pecunia numerata cōsistit. Loco pecuniæ iumentū vtriusq; cōsensu iusto pretio æstimatū datum est, ponamus de equitio. Id pretiū conuersum est in causam mutui & maiores centesimis vsuræ promissæ. Securitatis causa creditori debitor aurum dignum fortè 10. pignori dedit. Quæritur quid iuris sit? creditor pactam sortem rectè petit: at non illegitimas vsuras, sed legitimas tantùm. Neque iuuat debitorem, quod pignus dignum 10. tantùm dederit, vt inde colligat, sed non in maiorem quantitatem, quàm pignus valeat, obligari. Nam vt non idoneum pignus dederit creditori, superest tamen ei aduersus debitorem in id quod deest actio, *vt hic. leg. 3. l. 5. l. 6. j. de distract. pignor. l. 8. in fin. D. de dist. pignor. l. 28. D. de reb. credit. leg. 10. infra de obligat.*

q *vide lege 3. j. de distract. pignor.*

Si duo simul crediderint.

9. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CVm te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itémque numeratam pecuniam mutuo dedisse, vt Romæ solueretur, precibus adseueras: aditus competens iudex. si duos reos stipulandi [r], vel re pro solido tibi quæsitā actionem, siue ab heredibus Syntrophi procuratorem [s] te factum animaduerterit, totum debitū, alioqui, quod dedisti, solùm restitui tibi iubebit. S. 15. Kalend. Ian. AA. Conss. 293.

De vno instrumento plurium obligationum, de stipulatione mutuo adiecta, de pœnitentia.

10. Iidem AA. & CC. Crispino.

EO quòd à multis [t] proprij debiti singulorum obligationis vno[u] tantum instrumento probatio continetur, exactio non interpellatur. Nam si pro pecunia, quam mutuo dedisti, tibi vinum stipulanti[x], qui debuerant, spopōderunt: negotij gesti pœnitentia contractum rectè habitum, non constituit irritum. S. 2. Non. Febru. Sirmij, AA. Conss. 299.

De incendio.

11. Iidem AA. & CC. Maximiano.

INcendium[y] ære alieno non[z] exuit debitorem[a]. S. 2. Id. Feb. Sirmij, AA. Conss. 299.

De his qui rem communem mutuati sunt.

12. Iidem AA. & CC. Theophanio.

SI in rem communem cum Ione mutuam sumpsisti pecuniam: nec re nec solemnitate verborum vos obligastis in solidum: & si eam pòst integram soluisti[b] de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, vt debitum poscens, iudice cognoscente potes. S. 15. Kalend. Septemb. CC. Conss. 300.

De eo qui mutuatus est in res alienas.

13. Iidem AA. & CC. Frontoni.

EVm, qui mutuam sumpsit pecuniam, licèt [c] in res alienas, creditore non contemplatione [d] domini rerum eā fœnori dante, principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet[e]. S. 17. Kalend. Nouemb. Nicomediæ, CC. Conss. 300.

De eo qui instrumento subscripsit

14. Iidem AA. & CC. Hadriano.

MVtuæ pecuniæ, quam aliis dedit creditor, citra solēnitatem verborum subscribentem[f] instrumento ||te|| non habet obligatum. Sine die, AA. Conss.*

Si mutuatus credidit.

15. Iidem AA. & CC. Charidemo.

NOn aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius, cui[g] hanc credideras heredes experiri, contra iuris formam euidenter postulas. S. V. Kalen. Decemb. CC. Conss.*

De eo qui iudici, vel honorem ambienti mutuauit.

16. Imperatores *Honorius & Theodosius* AA. Theodoro PP.

r Duo rei credendi in solidum, aut verbis, aut rei vera numeratione constituuntur.

s In eodem libello, potest quis agere partim suo nomine, partim alieno, *leg. 3. D. familia.*

t In vno contractu possunt contineri obligationes multarum personarum.

u Vna subscriptio, vnúmque sigillum tabellionis potest authenticos reddere multos cōtractus præcedentes.

x Ne hinc colligas. Per stipulationem aliam causam in causam mutui verti posse: sed mutuum in emptionis causam verti, aut aliud pro alio creditori solui posse, *lege 17. infra de solutionibus.* Vt vinum hîc non debeatur tanquam mutuum, sed vt emptum.

y *adde legem septimam, infra de condition. insertis.*

z & meritò. Nam qui debet ex mutuo, genus debet, quod nunquam perit. Quod in genere debetur, perire non potest, §. *secundo, versiculo & is quidem. Institut. quibus modis re lege prima, §. quarto, D. de obligationibus, adde Molin. quæstio octaua, de vsuris num. 134.* Nec enim genera quid sunt materiale, sed quid intellectuale, quod passionem non recipit.

a excipe *legem quintam, D. de nautico.* alias exceptiones vide hîc apud Bald.

b Qui pro alio soluit, etiam si sit eius correus, potest ab eo repetere.

c εἰ καὶ εἰς οἰκοδομὴν ἑτέρου προσώπου, licèt in vtilitatem alterius personæ *Schol. Syn. Basil. 7. tit. 6. s. ex lib. 23. tit. 1. c. 55.*

d *l. 6. §. 1. D. de negotiis.* sensus est, In mutui obligatione considerari quid contrahentes inter se egerint, non quid debitor cum tertio egerit.

e μὴ περιεργαζομένων ἡμῶν τὴν αἰτίαν nobis non anxiè aut curiosè rei negotium inquirentibus. Hæc verba addit *Synopsis Basilic. eodem: & tertio Harmenopulus quinto*, § 68. vt sit sententia, Eum qui mutuam pecuniam sumpserit, teneri: licèt in res alienas sumpserit. Nec enim curiosè hoc inquirendum esse, in quas aut cuius vtilitatem sumpserit, sed quis sumpserit.

f Qui, vt testis, subscripsit, non obligatur ex mutuo, *leg. 11. infra de obligationibus, leg. 15 infra de administrat. tut. vide leg. sextam infra de fideiussoribus, adde l. 12. D. de euictionibus.*

g Creditor non cogitur crediti nomine, relicto debitore, experiri aduersus debitorem debitoris sui, *lege 13. infra de obligationibus, lege 49. D. de condictionibus indebiti.*

a hoc est recepturus ab eo pecuniam eum in prouinciam, cui præest, venerit. vt sit sensus. Is qui præsidi prouinciæ fœnebrem pecuniam mutuauerit, recepturus ab eodem ἐὰν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἧς ἄρχει, παραγένηται, si vel cum in eam prouinciam cui præest ipse creditor venerit, exilio multatur: ἐπειδὴ πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ γίνεται κλοπῆς ὡς ἀγοραστὴς τῶν νόμων: quin furti auctor ei fiat, quasi emptor legum *ita hunc locum Græci accipiunt Syn. Basil. eo. c. 58.* Quid si δανείσῃ τὴν δόξαν τῆς ἀρχῆς, id est, mutuum dederit nondum præsidi, sed futuro præsidi, vt pecunia accepta magistratus emerit, tam ipse, quàm præses exilio multatur *Syno. d. loco.*

QVisquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, [a] si in prouincia fuerit versatus, quasi [b] emptor legum atque prouinciæ, vel si quis collectarius [c] honoris pretium dederit ambienti: exilij pœna vnà cum ipso iudice plectetur. Dat. 17. Kal. Nouemb. Basso & Philippo Coss. 408.

De chirographis.

17. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ PP.

SVper chirographariis [d] instrumentis hæc pro communi vtilitate sancienda duximus: vt, si quis pecunias credere supra [e] quinquaginta libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere, cùm amplius sit memorata quantitate, sciat, non aliter debere chirographum à debitore vel creditore recipere, quàm si testimonium trium† testium probatæ opinionis per eorum subscriptiones ||idē|| chirographum capiat. Nam si contra huiusmodi obseruationem chirographum super pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur: minimè hoc admitti à iudicantibus oportet. Quod & in futuris creditis, vel debitorum solutionibus locum habere oportet. Dat. 10. Kal. Iunij, Constantinop. DN. Iustiniano A. II. Coss. 528.

In authent. de instrum. caus. & fide. §. oportet vero, col. 6. tit. 2. al. 3. seu No. 73. c. 8.

SEd nouo iure quinque testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito literarum contractus in scriptis, & in ciuitate [f], & excedat libram auri. nam si quis facere quemlibet contractum ex nō scripto voluerit: manifestum est, quia aut per testes, aut per iusiurandum fidem percipiet. actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicut iudex deposuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerunt apud eos, & nunc sint firma.

DE SVFFRAGIO [g].

Tit. III.

1. Imppp. *Theodos. Arcad. & Honorius* AAA. Rufino P.P.

SI [h] qui desideria [i] sua explicare cupientes, ferri sibi à quoquam suffragium postulauerint, & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint: promissa restituant [k] cùm ea, quæ optauerint, cōsequantur. si artibus moras nectant, ad solutionem debiti coartandi sunt. 1 Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris ||rebus|| mobilibus datum fuerit: traditio sola sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatē: quoniā collatio rei immobilis [l] inita, integra fide ac ratione cumulatur. 2 ¶Quòd si prædia rustica vel vrbana placitum continebit: scriptura, quæ ea in alium transferat, emittatur, sequatur ||&|| traditio corporalis, & rem fuisse cōpletam gesta testentur. aliter enim ad nouum dominum transire non possunt, neque de vetere iure discedere.
3 ¶Quod si quis, dum solo commonitorio [m] suffragio nititur, bona duxerit occupanda: reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur, eo à petitione excluso, qui non dubitabit inuadere, quod petere debuisset. Dat. 3. Non. Mart. Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. 394.

DE PROHIBITA [n] SEQVESTRATIONE [o] PECVNIAE.

Tit. IIII.

1. Imp. *Honor. & Theod.* AA. Ioanni PP.

b vide quædam in hunc locum apud Cuiacium *No. 8.*

c *ib. Eclog. 6. ex li. 23. c. 58. fo. 74.* Eodem verbo vtitur Cicero *lib. de Oratore.* éstque ἀργυραμοιβὸς τραπεζίτης. Alcia. 4. *dispūct. 22.* Vertit, argentarium & campsorem. & *lib. 4. de verb. signi.* Collectarios eos actores esse putat, quibus ꝑ more fuerat in auctionibus reliqua publicanorum emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorū procrastinationē nequiuerunt expungere. Coactorum autem meminisse Horatium, Suetonium in Vespasiano & Senecā. *adde eundem 1. parergon. 24.* Cuia. *20. obs. 14.* ex Donato & Acrone, nummularios, coactores, collectarios, facit minores argētariis, & maiores ministris & mercenariis: per eos namq; pecunias cogebant: & quas acceperāt, per partes occupabant fœnori, vel qua alia ratione erogabāt. Partes κέρματα.

d Nota de actione, si certum petatur ex chirographis, *2. C. Theodos. 57.*

e Chirographo aut apochæ, continenti summā quinquaginta librarum auri excedentem, non creditur, nisi tres testes adfuerint, & ei subscripserint, *v. Nou. 73. c. 8. & ibid. Cui. v. in hunc locum diligentissimè Harmenopulum 1. c. sexto.*

† *v. l. 11. j. qui potiores. v. Harm. d. loco No. 73. c. 1. Nou. 90. & ibid. Cui. l. 11. in fin. j. qui potior.*

Nouo iure quinque testes adhibendi, *Auth. prox. j. eo.*

f Maior in contractu solemnitas requiritur in vrbibus, quam ruri, *vt hic.* Idem ius est in testamentis, *l. vl. j. de testam.*

g Si certum petatur de suffragiis, *2. C. Theod. 29.* Id innuitur, Hac constitutione suffragium in aula vnicuique eblandiri & pecunia elicere, & suffragium (modò non sit fumosum) vendere permitti. ideóque promissorem eo nomine teneri. Aliud ius fuit ante hanc constitutionem, cùm soluti suffragij repetitio daretur, vt & alia constitutione Iuliani *l. 1. C. Theod. eo.* nec fuit soluti repetitio, nec petitio non soluti. Ammianus 22. etiam refert, Iulianum tulisse legem, ne liceret quidquam dare suffragatoribus, sicq;, quod hîc permittitur, Iustinian. vetuit *No. 8. de magistratib.* nō vēdendis ὑδ' ὁπὸν διδόντες ὑπὲρ προφάσει τῶν καλουμένων suffragίων. Tiberius post vetuit *No. 161. v. Cuia. hic. & Duar. 3. disp. 12. Robert. 2. sent. 1.*

h *leg. 2. C. Theod. eo.* i necessitates. *interpres ad le. 2. C. Theod.*

k hoc est, præstent.

l suffragij causa in auro, argento & re mobili promissum, firmum esse sine vlla scriptura *vt hic.* quia res mobiles in suffragiis non requiruntur, sed sola traditione firmantur. *Interpres l. 2. C. Theod. eod.* (vbi tamen vereor ne legendum sit sola conuentione.) In immobilium promissis, scripturam nécessariam esse & traditionem.

m id est, sola adnotatione & scriptura conuentionis. Vincentius Lirinensis *aduersus prophanas.* Obliuionis meæ gratia commonitorium mihímet parasse sufficiet. Eodem verbo vtitur Augustinus *epist. 129. & 158.* Commonitorij formula extat apud Cassiodorum *7. variar.* Symmachus pro eodem Monitorium vsurpat. vide tamen interpretem *d. leg. 2. C. Theod. eo.* solum commonitorium suffragium interpretari, suffragium sine scriptura promissum seu non scriptum.

n ne ita intelligas omnino prohiberi. Certis enim casibus, puta quando dissipationis vel rixarum imminet periculum, permittitur *l. 5. j. quor. appellat. l. 7. in fin. D. qui satisdare. l. fin. in fin. D. de appellationibus.* Alias præterea nouem exceptiones adfert Ferrariensis, quas vide *in forma sequestri seu saximenti 9. versi. sapiens vir.* adde & alios ex Socino *regula 371.*

QVOTIENS [p] ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primò [q] cōuinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: quā rem non tantum iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, vt probationes secum adferat, debitorémque conuincat pecuniā petiturus. Dat. 6. Id. Iulij, Rauennæ, Honorio XIII. & Theodosio X. AA. Coss. 422.

DE CONDICTIONE INDEBITI [r].

Tit. V.

De causa iudicati, de herede, de vsuris.

1. Imp. *Anton.* A. Mutiano.

PEcvniae indebitæ, per errorem, non ex causa iudicati [s] solutæ, esse repetitionē iure condictionis, non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrē tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persoluisse: repetere potes. Vsuras [t] autem eius summæ præstari tibi frustra desideras. actione enim condictionis ea sola [u] quantitas repetitur, quæ indebita soluta est. PP. 3. Kal. August. Antonino A. IIII. & Balbino Coss. 223.

De delegatione.

2. Idem A. Secundinæ.

SI citra vllam transactionem [x] pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata [y] es: aduersus eam, quæ te delegauit, condictionem habere potes. PP. 14. Kal. Ianuar. Antonino A. IIII. & Balbino Coss. 223.

De quantitate, de cautione.

3. Imperatores *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Pamphilo.

CVm & insoluta debita quantitas ab ignorante repeti possit: multo [z] facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ [a] condictio competit, vel doli [b] exceptio [c] agenti opponitur. S. 3. Non. April. Byzantij, AA. Coss. 293.

De his quæ per inficiationem in lite crescunt.

4. Iidem AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ per inficiationem in lite crescunt [d], ab ignorante etiam [e] in debita soluta repeti non [f] posse, certissimi iuris est. Sed & si cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur: condictioni locum non esse constat. S. V. Id. April. Byzantij AA. Coss. 293.

De herede.

5. Iidem AA. & CC. Attalo.

SI à patre emancipatus, ei non intra tempora præstituta iure honorario [g] successisti: quidquid indebitum postea per errorem [h] (vt [i] pote patris successor) dedisti, eius condictionem tibi competere, non est incerti iuris. S. 14. Kalen. Maij, AA. Coss. 293.

De solutione pro alio.

6. Iidem AA. & CC. Mnaseæ.

SI per ignorantiam facti non debitam, quantitatem pro alio soluisti [k], & hoc adito rectore prouinciæ, fuerit pro-

o *2. C. Theod. 28. 2. decret. 17. 2. Clemen. 6.* De sequestratione possessionis & fructuū vide Ferrariensem *in forma sequestri seu saxamenti 9.* adde Rebuffum *tom. 3. tract. de sequestris seu commissariis rei captæ & saisitæ deputatis:* Paponē 8. *Arrest. 10. de sequestre & restablissemēt. & 3. Notar. 8. c. d'interdits & actions possessoires.* ibi, *la question du sequestre comme est cōduite, & sequentibus.* Oldendorpium *c. 50. de except.* vbi tractat de exceptione sequestri. Sequestrare, est seorsim ponere. Sequestratio possessionis, rei litigiosæ in tertium translatio *l. 9. §. 3. D. de dolo.* Sequester est is apud quem res litigiosa deponitur, *v. l. 110. D. de verb. sign.* qui & à veteribus *Sclua* dicebatur *20. Gell. 10.*

p *l. vn. C. Theod. eod.*

q Possessio reo competens, non est ei auferenda, nisi cōuicto. Decem exceptiones vide apud Ferrariensem *d. loco.*

r *§. 1. Instit. quibus modis re. 12. D. 6. 52. Eclog. 3.* Formulam huius actionis vide apud Oldendorpium *class. 6. act. 6.*

s Indebiti per errorem, non ex causa iudicati soluti repetitio est *Syn. Basil. 52. tit. 3. ex lib. 24. tit. 1. c. 17. l. 29. §. 5. ff. mandati.* Sententia facit, vt indebitum debeatur, nec condici possit, *de quo v. Molinæum 16. de vsu quæst. 186.*

t Promutui vsuræ non debentur, *vide Cuiac. 8. obseru. 34.* Indebitum solutum, promutuum est. Promutuum quasi mutuum.

u Nota quid hac actione petatur.

x Indebitum transactionis causa datum, non repetitur *l. 65. §. 1. ff. eo. l. 6. s. de iuris & facti l. 1. s. de pact. l. 19. l. 25. s. de transactionib. l. 78. ff. ad Trebell.*

y Soluit, qui delegat. ideóque, vt indebiti soluti, ita indebitè delegati condictio est.

z Nota argumentum à maiori ad minus. Cui soluti repetitio est, eius multo magis tantùm cauti condictio est: aut petiti exceptio, *l. 31 D. eo.*

a Cautiones & chirographa indebita condici possunt. excipe *l. 4. in fin. j. eodem.*

b *l. 5. in fin. D. de act. empt.*

c Fauetur magis exceptioni, quam actioni, *l. 125. ff. de reg.*

d vt ea, quæ duplicantur, *v. Paul. 1. sent. 19. §. vlt.*

e Cur indebita vocant? nempe quia per inficiationem debiti, pœnæ loco debentur. Ea igitur quæ per inficiationem duplantur, licèt indebita soluta fuerint, non repetuntur. *Syn. Basi. ibid. c. 20.*

f *§. vl. Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu.*

g Honorarium ius, prætorium est.

h Debitum hereditarium per errorem à non succedente solutum, repetitur.

i legendum est, vt patris: quasi diceret, Quod quis (quasi ipsam ob successionem deberet) soluit, repetere potest, *leg. 65. in fine. D. eodem.* Et verè Græci hunc locum ita exprimunt, Qui non est heres, si tanquam heres soluerit, repetere solutum potest, sicut & legata reuertuntur & repetuntur, *Synop. ibidem, cap. 21. ad de leg. 7. j. eodem.*

k vel ex eiusdem pecunia, *l. 46. ff. eo.* vel per errorem facti tibi demandati.

rit pro-

rit probatum: hanc ei[a] cuius nomine soluta est restitui eo agente prouidebit. S. 6. Id. August. AA. Conss. 293.

De fideicommisso vel legato.

7. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

FIdeicommissum[b] vel legatum indebitum per errorem facti[c] solutum, repeti posse[d], explorati iuris est. S. 5. Id. Sept. AA. Conss. 293.

De falso procuratore.

8. Iidem AA. & CC. Zyparo.

CReditoris falso[e] procuratori soluenti, aduersus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit. S. Petit. 15. Kal. Nouemb. AA. Conss. 293.

De eo qui indebitum sciens soluit, de re à non domino distracta.

9. Iidem AA. & CC. Gratianæ.

INdebitum solutum sciens[f], non||rectè||repetit. 1 ¶Citra mandatum autem ab alio re distracta: dominus euicta re, vel ob præcedens vitium satis[g] emptori faciens, non indebitum prætendere||potest,||sed per huiusmodi factum ratum contractum habuisse probans, à se debitum ostendit esse solutum. S. 4. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss. 293.

De debitore alternate qui vtrunque soluit.

10. Imp. *Iustinian.* A. Iuliano præf. præt.

SI quis seruum certi nominis, aut[h] quandam solidorum quantitatem, vel aliam rem promiserit, &, cùm licentia ||ei||fuerat vnum ex his soluendo liberari, vtrumque per ignorantiam dependerit: dubitabatur, cuius rei daretur à legibus ei repetitio, vtrumne serui, an pecuniæ: & vtrum stipulator, an promissor habeat huius rei facultatem. Et Vlp. [i]quidem electionem ei præstat, qui vtrunque accepit, vt hoc reddat, quod sibi placuerit: & tam Marcellum quàm Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui vtrumque persoluit, electionem donat: qui & antequam dependat, ipsam habet electionem, quod velit, præstare: & huius sententiæ sublimissimum testem adducit Saluium Iulianum[k] summæ auctoritatis hominem, & prætorij edicti||perpetui||ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, Iuliani & Papiniani[l] sententia placet: vt ipse || habeat || electionem recipiendi, qui & dandi habuit. Dat. Ka. Aug. Constantinop. Lamp. & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De eo qui mente titubante & ancipiti soluit.

11. Iidem A. Iuliano præf. præt.

PRo dubietate eorum, qui mente[m] titubante indebitam soluerint pecuniam, certamen legum latoribus incidit, ídne, quod ancipiti animo persoluerint, possint repetere, an non. Quod nos decidentes, sancimus, omnibus, qui incerto [n]animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quandam speciem persoluerint, repetitionem non denegari, & præsumptionem[o] transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

DE CONDICTIONE OB CAVSAM[p] DATORVM.

Tit. VI.

De causa dotis.

1. Imp. *Antoninus* A. Callisthenidi.

PEcvniam quam te *ob dotem* accepisse pacto interposito (vt fieri, quum iure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis: impediente[q] quocunque modo iuris *auctoritate* matrimonium||constare, nullam[r] de dote actionē habes, & propterea pecuniam, quam eo nomine accepisti,|| iure condictionis restituere debes[s], & pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. PP. VI. Kal. Aug. Læto II. & Cereale Conss. 216.

De donatione.

2. Imp. *Alexander* A. Asclepiadi.

SI (vt proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, ceteráque, quorum meministi, donauit, *vt creditoribus ipsa satisfaceret*, ac si placita obseruata non essent, donatio resolueretur[t], eáq; contra fidem negotij gesti versata est: non est iniquum, actionem condictionis ad repetitionem rerū donata. um tibi, qui patri successisti, decerni. PP. 14. Kal. Decemb. Albino & Maximo Conss. 228.

3. Imperatores *Valer. & Gallien.* AA. Aurelio & Alexandræ.

EA lege in vos collata donatio, *vt neutri alienandæ[u] suæ portionis facultas vlla competeret*, id efficit, ne alteruter vestrum dominium prorsus alienet: vel vt donatori, vel eius heredi condictio, si non fuerit conditio seruata, quæratur. PP. Ka. Apr. Valeriano III. & Gallieno II. AA. Cons. 258.

De condictione liberationis.

4. Iidem AA. & Valerianus C. Æmiliæ.

SI cùm exiguam pecuniam reuera susciperes, longè maiorem[x] te accepisse cauisti, eo quòd tibi patrocinium[y] aduersarius repromitteret: cùm dicas fidem promissi non secutam[z]: vt libereris obligatione eius, quod non acceptum propter separatum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris. PP. V. Kalend. Maij, Æmiliano & Basso Conss. 260.

De milite dato procuratore.

5. Imperatores *Diocletian. & Maxim.* AA. & CC. Martiali.

SI militem[a] ad negotium||tuum||procuratorem fecisti, cùm hoc legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam ei numerasti: quicquid ob causam datum est, causa non secuta restitui tibi competens iudex curæ habebit. PP. X. Kal. Octob. ipsis IIII. & III. Coss. 290.

De ancilla data vt manumittatur.

6. Iidem AA. & CC. Cyrioni & Plotioni.

CVm ancillam patrem vestrum ei, contra quem supplicatis, dedisse proponatis: interest multum, vtrúmne donandi animo dederit, an ob manumittendam filiam, quam [b]ancillam existimabat: cùm perfecta quidem donatio reuocari non[c] possit: causa verò donandi non secuta[d], repetitio competat. S. II. Idus Maij, AA. Conss. 293.

De donatione.

7. Iidem AA. & CC. Gerontio.

SI repetendi[e], quod donabas vxori eius, quem ad profiscicendum tecum huiusmodi liberalitate prouocare proposueras[f], nullam addidisti conditionem, remanet integra donatio: cùm leuitati perfectam[g] donationem reuocare cupientium, iure occurratur. S. VII. Calend. Septemb. AA. Conss. 293.

8. Iidem AA. & CC. Flauiano.

DIctam legem donationi, si non[h] impossibilem contineat causam, ab eo, qui hanc suscepit, non impletam, condictioni facere locum, iuris dictat disciplina. quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo, certam dixisti legem: nec huic illa, cùm [i] posset paruit: successores ipsis de repetendis, quæ dederas, si hoc tibi placuerit, conuenire non prohiberis. S. 3. Id. Feb. AA. Cons. 293.

De eo qui accepit vt manumitteret.

9. Iidem AA. & CC. Bibulo.

SI liber constitutus, vt filiæ tuæ manumittantur, aliquid dedisti: causa non secuta, de hoc||tibi||restituendo condictio competit. nam si quid seruus de peculio domino dederit: cōtra eum||quidem||nullam actionem habere potest: sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus prouinciæ rector hortabitur[k] (salua[l] reuerentia) fauore scilicet libertatis, placito suo stare. S. 3. Id Feb. Sirmij, AA. Conss. 299.

De culpa & casu fortuito.

10. Iidem AA. & CC. Cononianæ.

PEcuniam à te datam: si hæc causa, pro qua data est, non culpa accipientis[m], sed fortuito casu[n] non est secuta: minimè repeti posse, certum est. S. 3. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss. 300.

De aduocationis causa.

11. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

a Ideóque debitor non auditur si dixerit, malè se conueniri ab eo cuius nomine facta fuerit indebita solutio: alias distinctiones, *v. apud Cui. 8. obs. 9.*
b *dixi ad l. 4. s. eo.*
c non iuris, *l. 10. ff. de iuris & facti. l. 9. j. ad l. Falcid. l. 9. §. 5. D. de iuris & facti.*
d Imo non potest *v. 24. Vlp. vl.*
e Quod soluitur falso procuratori, soluentem nō liberat. Id tamē potest cōdicere.
f Qui sciens indebitum soluit, non repetit *Syn. eo. c. 25. 3. Harm. 5. §. 73. v. l. vl. j. eo. l. 1. l. 50. ff. eo. l. 21. §. 1. ff. de inoff l. 6. D. de condict. ob caus. l. 43. D. de administ. tut. l. 29 ff. de donatio. l. 53. D. de regulis iuris.* Aliud si animo cōdicēdi, *l. 2. ff. e. l. 14. j. de solutio.*
g Dominus soluens ex contractu falsi procuratoris, cōtractum eius aprobat
h Debitor obligat[9] alternatiuè ad duo, soluens vtrumque, habet electionem repetendi quod eorū voluerit: sicut habebat antequam solueret *Salycet.*
i *l. 26. §. 3. D. eo.*
k cuius sententiæ vestigium extat *l. 32. ff. eo.*
l & ita pro Iuliano & Papiniano aduersus Vlpiani, Marcelli, & Celsi sententias respondet Imperator. De Iuliani, & Celsi dissensione vide Cuiac. 8. *obs. 15.*
m Dubitans, medius est inter sciētem & ignorantem. Negat quidem, sed errāter & inscienter *l. si quis testamentum ff. ad l. Aquil.* Ideóque pro errante & ignorante habetur, *vt hic & l. 2. ff. quis ordo in bonorum poss.* non habetur pro infiiciatore.
n Dubitās, nō p̄sumitur donare aut trāsigere sicut nec errans *l. 2. ff. eo. l. 14. ff. de solution.*
o Non præsumitur transactio aut donatio, nisi probetur.
p honestum sc. (vt hic titulus differat à titulo 7. j. eo.) nec tamē secutam, 12. ff. 4. Donatio ob causam, causa non secuta, reuocari potest, *v. Clarum 4. sent. §. donatio. quæst. vl. adde Oldendorp. classe 6. act. 4.*
q Deficiente causa ad effectum producendum necessaria, deficit effectus.
r Soluto matrimonio, mulieri competit, dotis nomine, actio de dote: Impedito verò matrimonio propter iuris auctoritatem, condictio ob causam.
s Imò, non debes actori restituere, *vt hic.* sed fisco, *l. 4. j. de incestis.*
t Pacto resoluto, oriuntur condictiones ob causam dati.
u Donator rectè paciscitur, ne donatarius rem alienet. Vide quæ notaui ad legem 122 *ff. de verb. oblig.* Quid si donatarius alienauerit? Cuiacius refert ex Græcorum opinione, stari alienationi, sed tamen donatarium teneri in id quod interest, vel condictione ob rem datam: *v. reliqua apud eundem ad d. §. 3.* Accursius idem quoque existimat, quem multi sequuntur. Forcatulus 13. *Cupid. 5.* condictionem domino ideo competere ait, quod eā elegerit. qua in re multa possunt obiici. Cur enim dicimus stari alienationi cùm tali pactione id hîc effici dicatur, *ne dominium prorsus alienetur*: Si vis ea est pacti, quomodo donatori dominiū abscessurum dicemus? Si non abscessit, quo iure domino rei vindicatio denegabitur? *l. 9. in fin. ff. de rei vind.* cur ei non licebit rem emptori auferre, *l. 28. ff. de contrah. empt.* Idque eo magis, quod cuique sit permissum, tradendo, rei suæ legem dicere? *l. 48. ff. de pactis.* lege ita dicta, potéstne facto tertij res aliter alienari, quàm cum sua causa? *v. l. 67. ff. de contrah. empt. l. 36. ff. de statu lib. l. 13 §. 1. D. de adquir. possess.* Cur hîc quoq; ius aliud erit, quàm si vel à lege, *l. 10. s. de sacrosanct.* vel testamento prohibita sit rei alienatio? *Nou. 39. c. 1.*
x Cautio eatenus condici potest, quatenus pecunia non est numerata *l. 3. D. de condict. sine causa.*
y *l. 3. s. de postuland. l. 3. s. si cert. petat.*
z *l. 4. D. de condict. caus. nō sec. leg. 1. §. 10. D. de var. & extraord.*
a *adde l. 13. s. de procuratoribus: l. 8. §. 3. D. de procurat.*
b Ancilla data, vt dantis filia manumittatur, si non manumittitur repetitur.
c nota regulam, *leg. 7. in fin. j. eodem.*
d id est, quo casu ancilla donata fuerit, vt manumitteretur *l. 1 §. 1. ff. de cond. caus.*
e *l. 12. j. de donat. ante nuptias.*
f Propositum in mente retentum, nihil operatur: sicuti nec animus aut intentio intrinseca condicendi *leg. 25. supra de transact. leg. 50. D. de condi. indeb.*
g *leg. 6. s. eodem.*
h Datum ob causam non impossibilem, causa non sequuta condicitur. Possibilis causæ defectus parit condictionem *Bald. adde 10. Syn. Basil. 2.* περὶ τῶν δεδομένων &c. *ex lib. 24. tit. 1. c. 34.* An datum sub conditione impossibili, semper possit repeti, *vide hic* Accursium.
i Datum ob causam, cui recipiens non paruit cùm posset, repetitur per condictionem ob causam *l. pen. l. vl. j. eodem.*
k sic in *leg. 8. j. de liberali.*
l *vide Cuiac. 2. Feud. 22. in fin.*
m *l. 8. s. eodem. l. vlt. j. eodem. l. 5. D. de cond. causa data.*
n *Syn. Basil. d. loco c. 36.*

a l.8.9.§.eodem. b 10. Synop. Basil. c. περὶ τῶν δεδομένων, ἢ δρομένων fol.126.
c vel iniustam 12.D.5. adde Oldendorp. class. 6. act. 7.
d v.l.27.ff. de verb. obligat.
e Promissum ex causa turpi, peti non potest d.l.27.
f Cùm par causa est dantis & accipientis, turpiter datũ nõ repetitur l.3.l.4.§.3.l.8. D.eod. Eclog. d. l. ex tit.2.c.2.c.5.c. 8.l.vlt.ff. de condict. sine causa. l.3.§.1.ff. de calumniatoribus: l. 128.ff. de reg. iur.

ADuocationis causa datam pecuniam: si per [a] eos, qui acceperant, quo minùs susceptam fidem impleant, stetisse probetur: restituendam esse conuenit S. 17. Kal. Ian. CC. Conss. 300.

DE CONDICTIONE [b] OB TVRPEM [c] CAVSAM.

Tit. VII.

De cautione ob turpem causam interposita.

1. Imp. *Antoninus* A. Ingenuo.

SI ex cautione tua conueniri cœperis: nullam pecuniam te accepisse, sed ob turpem [d] causam, & quam fieri prohibitum est, interpositam||cautionem,||ei, qui super ea re cogniturus est, probandum est: & eo impleto, absolutio [e] sequetur. Sine die & consule.

De dato propter turpem causam.

2. Idem A. Longino.

CVm te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum aduersariæ dedisse profitearis: frustra [f] eam tibi restitui desideras, cùm in pari [g] causa possessoris conditio melior habeatur. PP. XV. Kalen. Dec. Læto II. & Cereale Conss. 216.

De dato euitandi tyrocinij causa.

3. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Dizonti militi.

QVod euitandi [h] tyrocinij causa dedisse te, apud competentem iudicem, ei, de quo quereris, indubia probationis luce constiterit, instantia eius recipies [i]. Qui memor censuræ publicæ, posse restitutionem pecuniæ etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. PP. 3. Kal. August. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

De turpi causa accipientis tantum. De vsuris.

4. Iidem AA. & CC. Rufino.

QVotiens [k] accipientis, non etiam dantis turpis inuenitur causa: licet hæc secuta fuerit: datum condici [l] tantũ, non etiam vsuræ peti possunt [m]. S. VII. Id. Ian. Sirmij, AA. Conss. 293.

De lenocinio mariti.

5. Iidem AA. & CC. Bichoporo.

MErcalem [n] te habuisse vxorem proponis: vnde intelligis, & confessionem [o] lenocinij preces tuas continere, & cautæ [p] quantitatis ob turpem causam exactioni locũ non esse. Quamuis [q] enim vtriusque [r] turpitudo versatur, ac solutæ quantitatis cessat repetitio [s] tamen ex huiusmodi stipulatione [t] contra bonos mores interposita, denegandas esse actiones, iuris auctoritate demonstratur. S. VI. Id. Maij, CC. Conss. 294.

De furto.

6. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

OB [t] restituenda||ea,||quæ subtraxerat, accipientem pecuniam, cùm eius [u] tantũ interueniat turpitudo, condictione conuentum, hanc restituere debere conuenit. Dat. XV. Kal. Iun. CC. Conss. 294.

De pecoribus abactis.

7. Iidem AA. & CC. Zenoni.

EVm, qui ob [x] restituenda, quæ [y] abegerat, pecora, pecuniã accepit: tam hanc, quàm eam, quæ per hoc commissum tenuit, restituere debere conuenit: licet mortua, vel alio fortuito casu periisse [z] dicantur: cùm hoc casu in re [a] mora fiat. Dat. 5. Kal. Decemb. Nicomediæ, AA. Conss. 299.

DE CONDICTIONE FVRTIVA [b].

Tit. VIII.

De pluribus delinquentibus.

g l.5.§.1.ff. de ca- (cont.)
h v.l.12.§.1.D. de pollicitat.
i quia in accipiẽtis tãtũ causa turpitudo versatur l.4.§.eo.d. l. 5. §.1.
k vt l.3.§.eo. Syn. Basi.d.tit.2.c.10. l.6.7.§.eod.l. 1. in f.l.2.D.eod.
l excipe leg.§.§.eodem.
m sicut in fure, qui pecuniam accepit ob ea restituenda, quę subtraxerat, vel in eo, qui abegerat pecora, syn. Basil. ibid. c.10. quę species est l.6.& vl. §.eo.
n mercalis vxor quæ scortatur. id synopseos autor d. loco c. 11. ita reddit, Qui scit vxorem suã scortari & tacet, lenocinium facit.
o Allegans turpitudinem, non auditur.
p l.1.§.eo.l.26.27. ff. de verb. oblig.
q Turpi ex causa dãtis promissa, non petuntur sed repetuntur: hoc est, ea si soluta sint, nõ possunt repeti: si nõ sunt soluta, peti non possunt.
r l.4.§. eo.
s §.25. Instit. de inutilib. stipul.
t Turpitudo accipientis non etiã dantis in hac hypothesi versatur, ideo restituitur l.4.§.eod. Syn.eo. c.12.
u Datum furi, vt rem subreptam restituat, turpiter ab eo accipitur: ideóque cõdici potest adde l. vl.§.eo.
x l.6.§.eo.
y Turpitudo quoque solius accipientis hac parte continetur dixi ad leg. 4. §. eo.
z Fur tenetur de re furtiua etiam ea extincta l.1.§. de his quæ vi metúsve cau. l.2.§.ti. prox. l.7.§. de furt. l.8.ff. de condict. furt. l.1.§.34.l.19 D. de vi & vi. l. 46. D. de furtis.
a Nota de mora in rem facta l.8. §.1.l. vlt.ff. de condict. furt.
b v.l.1. in fin. ff. si is qui testam. lib.

c Solutio vnius liberat à condictione furtiua, non à pœna furti. d l. 3. D. eodem.
e dixi ad l. vl.§. de condict. ob turp. f 13.ff.eo. g 12.ff.7. vide Oldendor. clas. 6. act. 5.
h v. Oldendorp. class. 6. act. 7. i Ante tempus, debitum exigi non potest: plus enim etiam vel solo tempore petitur. l.22. D. mandati. k i. causa militaris annonæ. Nam ita Syn. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 3. c. 1. & ibidem scholiastes ὁ διάφορος στρατιώτης τοῦ δημοσίου χρέωστος &c. Qui alimenta militum fisco debet, si reperiatur inops: debitores eius (tametsi pro ipsis faciat conditio) ante præstitutum tempus conueniendi sunt: vt ea quæ debent exigantur. Neque obstat quod Instit. de actionib. & aliis libris dicitur, Eum qui ante diem agat, alterum tantum tempus expectare debere, quanto præuenire sit ausus. Hîc enim ἡ ἀνάγκη τοῦ διαφόρου τῆς στρατιωτικῆς &c. necessitas alimentorum militarium facit, vt ante diem exigatur. Est & eodem libro

tit. 6. c. περὶ χρέους &c. scholiastes citans nominatim hanc legem vbi notat: fiscum posse ante tempus exigere inopis sui debitoris debitorem.
l Ob inopiam debitoris fisci, eius debitor in diem ante tempus potest conueniri à quo ab ipso debitore fisci, ad l. § quando fiscus vel priuat.
m Propter vtilitatem publicam, ante tempus agi potest.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* Augusti & CC. Hermogeni.

PRAESES prouinciæ sciens furti quidem actione singulos [c] quosque in solidum teneri, cõdictionis verò nummorum furtim subtractorũ electionem esse: ac tum demum, si ab vno satisfactum fuerit, cæteros liberari [d] iure proferre sententiã curabit. Dat. Kal. Maiis. CC. Conss. 294.

De rei interitu.

2. Iidem Augusti & CC. Aristæneto.

ANte oblationem interemptæ [e] rei furtiuæ damnum ad furem pertinere, certissimi iuris est. Dat. Kal. Maij, CC. Conss. 294.

DE CONDICTIONE EX LEGE [f] ET SINE [g] CAVSA, VEL iniusta [h] causa.

Tit. IX.

De fisco.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* Augusti Vlpio.

LICET ante [i] tempus debita exigi non possint: tamen si te ex primipilo [k] debitorem constitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum præses prouinciæ comperit, vt ad solutionis securitatem solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse videatur: commonebit debitorem [l] tuum, si saltem ipse sit soluendo, vt ante definitum tempus debita repræsentet: vt fisco, cuius ob [m] necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exoluatur. S. 3. Kal. Aug. Sirmij, CC. Conss. 294.

De instrumento quantitatis solutæ.

2. Iidem Augusti & CC. Sculatio.

DIssolutæ [n] quantitatis retentum instrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideò per condictionem reddi oportere, non est ambigui iuris. S. 3. Non. April. CC. Conss. 300.

De malæ fidei possessore, & de fructibus.

3. Iidem AA. & CC. Galatiæ.

MAla fide possidens, de proprietate victus, ||de||extantibus [o] fructibus||rei||vindicatione,||de ||consumptis [p] verò condictione conuentus, eorum restitutioni parêre cõpellitur. Dat. Id. Feb. CC. Conss. 302.

De cautione non numeratæ pecuniæ.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI non [q] est numeratum, quod velut accepturum te sum [r] psisse mutuò scripsisti: & necdum transisse tempus statutum, vel intra hunc diem habitam contestatione monstrando, reddi [s] tibi cautionem præsidiali notione postulare potes. Dat. 17. Kal. Ian. CC. Conss. 302.

DE OBLIGATIONIBVS [t], ET ACTIONIBVS [t].

Tit. X.

De actionibus ei qui pro alio soluit, mandatis.

1. Imp. *Gordianus* A. Valeriæ.

DATA certæ [u] pecuniæ quantitate ei, cuius meministi [x], in vicem [y] debiti [z] actionem [a] tibi aduersus debitorem, pro quo soluisti, dicis esse mandatam. & antequam eo nomine litem [b] cõtestareris, sine [c] herede creditore fati munus implesse proponis [d], quæ si ita sunt, vtilis [e] actio tibi competit. PP. V. Kalend. Maij, Attico & Prætextato Conss. 243.

De nominibus in dotem datis.

2. Impp. *Valerianus & Gallienus* AA. Celso.

NOminibus [f] in dotem datis: quamuis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio subsecuta sit, vtilem [g] tamen marito actionem ad [h] similitudinem eius [i], qui nocuratore negotiorum, aliud. Mortuo enim mandatore, re integra, mandatum finitur. v. Cuia. obs. 3. adde & ad Nou. 134. Zasi. 2. Respons. 5.

n Soluto debito, cautio est apud creditorem sine causa: ideóque hac condictione repetitur v.l. vlt. §. ad exhib. l. vlt. §. de solutionib. adde l. 52. ff. de act. empt.
o v.l.22.§. de rei vind. l.22.§.2. D. de pignorat.
p d.§.3.
q Non numeratæ pecuniæ chirographum condicitur v.§. de non numer.
r l.7.§. de non numerata.
s l. 44.ff.7.3. Inst. 14.52. Eclo.1.
t 4. Instit. 6.
u al. certa & ita videtur legisse Azo in summa.
x i. creditori Titij: Nec tamen colligas, Mulierẽ hîc pro debitore obligatam fuisse. Quæ hîc soluit mulier nõ fideiussoris nomine, sed vt quæuis soluit. Obligatis mulieribus, non pro alio soluentibus Velleianum opitulatur.
y non tam solutionis nomine, quàm quasi precij loco l.2.§.eo.
z al. debiti actionem, &c.
a v.l.9.§. de procurat. Accurs. in l.1.§. ne liceat potentiorib. patrocinium litigantib. præstare.
b l.23.§. de procurat. l.6.ff. de transact.
c l. pen. in fin.§. ad Trebell.
d Vi huius mandati, emptrix est in rem suã procuratrix. Quæritur autem, An mandatum sit finitum? distingue Si mandator actionis, idémque venditor, heredem habet, mandatariæ cõpetit actio directa ex cessione. Fidem enim võditionis ab herede de mandatoris impleri oportet. si heredem non habet (aliud est si habet. Nam morte mandatarij in rem suã, mandatum non finitur l. 33.§. de donat.) finitur quidem mandatum, sed tamen mandatario cõpetit vtilis mandati actio. Et hęc locum habent in procuratorib. in rem suam, puta emptorib. & donatariis. In p[illegible]

e Vtilis actio quid, & à directa vtrum differat & quomodo v. in l.6. D. de transact. Accurs. in l.17. in verbo actionis §. de negotiis. & l. 6. §. ad exhib. Forcatulum Dialogo 65. Necyom.
f Nomen in dotem dari potest, vt hic: & l.41.§.3. D. de iure dotium: l.44. D. solut. matrimonio.
g Cur ita? collige ex his quæ dixi ad l.1.§.eod.
h leg. 19. D. eodem.
i lege prima supra eodem, lege quinta infra quando fiscus: leg. 7. leg. 8.§ de heredit. vel actione.

men

a Speciem ita ponit author *Syn.7.tit.6.ex lib.24.tit.3.c.7.* debitor fundum locat, & à colono pensiones accipit. Debitoris creditores à colono pensiones ita solutas exigere non possunt. b hinc etiam colligunt, Vasallum non cogi ad exsoluenda patroni debita: sed nec ob æs principis alienum, subditum eius sisti. quam sententiam videtur confirmare *lex 7.§.1.D.quod cuiusque.* sed tamen vt hoc perpetuò verũ sit, ius repręsaliarum non admittit. de quo dicam ad Nou.52. *adde Pechium c.4. de iure sistendi nu.17.* addi potest, colonum & inquilinum cogi posse ad cõstruẽdas vias publicas, sed eo casu computare dispendiũ in mercedem *l.1.§.3.in fi.D. de via publica.* Euenit etiam persæpe, vt patronos captiuos, vasalli cogantur redimere. sed & pro eo præstent pliuiũ, i. dẽtur obsides. Pliuium Pleige *vide Cu.8.obs.14.* c τοῖς κανόσι κὴ τῷ συναρέσαντι μισθώματι &c. *Sy. ibi.* i. pẽsionib. & legi locationi satisfacientes. d & è contrà *l.11.j.eo.* e *l.31.D.depositi.* Possis hinc colligere, Non ita magni momenti haberi differẽtiam cõtractuũ stricti iuris & bonæ fidei. f An & in donationibus & testamentis? *adde l.22.D.de don.l.16.D. de condit. & demonstrat.* g ζητεῖν χρὴ *Syn. Basil.11.ti.1.ex li.24.tit.1.c.8.* h *Syn.ibid.v.Glo. Accurs.ad l.3.D. de reg. & ad l.10. s̃. si certum.* i Nemo compellitur contrahere *v.l.15.j.de iur. delib. v.l.6.j de don.* k *v.l.58.D.de pactu.& ti.j.quando liceat ab empt.* l proinde à sequestro semel suscepto, non licebit recedere *l.5.in fi. D. depositi.* excipe *l. 14.§.si conuenerit.ff.cõm. diuid.l.4.D. de pignoratit. l.12. D. de precario. l. 2.j. de inutilib.stipulat.* vbi licet venire aduersus cõtractum: adde casus quos Accurs. notat in *l. si quis in conscribẽdo 29. j.de pact.*

men emerit, dari oportere, sæpe rescriptum est. PP.14. Kal. Feb. Seculari & Donato Consſ. 255.

De colonis ob debita locatoris non conueniendis.

3. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Rusticiano.

OB[a] causam proprij debiti [b] locatoris conueniri colonos, pensionibus[c] ex placito satisfacientes, perquam iniuriosum est[d]. PP. Prid. Kal. Ian. Tyberiade, Maximo II. & Aquilino Consſ. 286.

De bona fide.

4. Iidem Augusti & CC. Liciniæ.

BOnam fidem in[e] contractibus[f] considerari[g] ęquum est. III. Non. Octob. AA. Consſ. 287.

De obligatione contrahenda vel dissoluenda.

5. Iidem Augusti & CC. Camerino & Martiano.

SIcut[h] initio libera[i] potestas vnicuique est habendi vel non habendi contractus: ita renunciare[k] semel constitutæ obligationi[l], aduersario non consentiente,[m] nemo[n] potest. Quapropter intelligere debetis, voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, de cuius precibus fecistis mentionem, minimè posse discedere. Dat. Non. Apr. Byzantij, AA. & CC. 290.

De nomine dato in solutum, & de pignoribus.

6. Iidem Augusti & CC. Mauricio.

SI[o] in solutũ nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit: pignora, quæ[p] specialiter, vel generaliter habes obligata, persequere[q]. Quòd si ab his, quibus fuerant obligata, cùm potiores[r] erant[s], distracta probentur: emptoribus auocari non posse perspicis. Dat. 9. Kal. Iul. Sirmij, AA. Coſſ. 293.

De emptione nominis, & de pignoribus.

6. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI à creditore nomen[t] comparasti: ea pignora, quæ venditor nominis persequi posset, apud præsidem prouinciæ vindica[u]. nam si debitum ex eius persona res ||tibi|| obligatas tenentes non transferant: iure communi pignora distrahere non prohiberis. Sanè si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus[x] venundantibus, qui possident, comparauerunt, vel longi temporis præscriptione muniti perhibentur: pignorum distrahendorum[y] facultatem te non habere perspicis. Subscript. III. Kal. Ian. Sirmij AA. Consſ. 293.

De donatione, De mandato, De mutuo.

8. Iidem AA. & CC. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei, quem adfectione[z] patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti: & hanc tuam liberalitatem ||ille|| remunerans[a] te, à procuratore suo aliam pecuniam sumere præcepit[b], rebúsque humanis[c] ante perceptionem fuit exemptus,[d] nec quod dederas, recuperare, cùm perfectam[e] habuit donationem: nec †quod ||tibi|| dari mandauit, necdum tibi traditũ petere potes à procuratore. Quòd si mutuò dedisti, nec à[f] delegato dari nouandi causa stipulatus es: successores eius solutioni parêre compellantur. Dat. 13. Kal. Feb. CC. Consſ. 294.

De exactione.

9. Iidem AA. & CC. Glyconi.

NEgantes debitores non[g] oportet armata vi[h] terreri: sed petitore quidem non[i] implente suam intentionem vel exceptionem submoto, absolui: conuictos autem condemnari, ac iuris remediis ad solutionem vrgeri conuenit. Dat. Id. Feb. CC. Consſ. 294.

m aliud si cõsentiat, *vt hic.* aliud si in re integra: *§.11.Inst.de mand.l.36.ff.de pact.* aliud etiã interdũ aduersario inuito, vt in deposito *l.1.§.46.ff.depositi:* precario *l.12 ff. de precario:* & locato, certis casibus, *l.3.j.de locato:* & dato ob causam, *qua de re dixi ad l. 5 D. de condict.causa data.* n Contractus ab initio voluntaris, ex post facto necessitatis *l.8.j.eo.l.39.s̃.de transactionib.l.12.in fin.j.de contrah.empt.l.3.l.7.j.de rescind.l.35.§.pen.j.de donat.l.1.§.1.ff.nautæ, caup.l.36.in fi.ff.de iud.c.l.17.§.3 ff.commod.l.22.in fin. D. mandati l.9.ff.de curat.fur.adde l.22.in fin.j.ad Velleian.c.quod semel placuit 21. de reg. in 6.& v.ibid.Dynum.* o Creditor qui in solutum accipit à debitore suo, nomen alterius cuiusdam ipsi debentis, habet & hypothecarias actiones. si verò priores creditores hypothecas, quas habebant distraxerunt: emptoribus eæ res non adimuntur *Syn.ibid.c.10.* p etiam tacitè. volunt enim interpretes, Cessa personali actione, etiam hypothecariam & eius accessoriam, intelligi cessam. q Res tamen & causa superueniens interdum rem cogit dirimi *v. Forcatulum c.6. Auiarij nu.5.* r Empto nomine, in emptorem transfertur ius pignoris, hypothecæ & vindicandi & distrahendi, *v.l.6. D. de hereditate vel act.* s *l.7.j.eo.l.vl.j.quando fiscus l.1.j.si antiquior cred. pign. vendid.* t Nomen vendi potest *vt hic.* vt & in dotem dati *l.2.s̃.eod.* u *l. 6.s̃.eod.* x *d. l.6.* y aut reuocandorum. z Donatio ex adfectione præsumitur *leg.58.D.de heredib.inst.* a Mandatum remunerandi, re integra, morte mandantis finitur *l. 15.j. mandati.* b *l.2.§.6.l.6.ff.de donat.* c Mandatum morte finitur *Accurs. in l.35.in verbo portionibus, ff de donat.* d *l.6.s̃.de condict.ob causam.* e Donatio perfecta reuocari non potest *l.7.s̃.de condict.ob.caus.* † hoc videtur abrogari *per l.33.j.de donat.* f *l.1.j.de donationib.* g Arrestatio, vt vocant, regulariter prohibita: nisi lex vel consuetudo permittat. *v. Accurs. in l.4.s̃.de edendo: l.extat 13.D. quod metus causa: l.si quis in tantum D. vnde vi.* h *v.l.13.D.de eo quod met.caus.* i *l.4.s̃.de edendo: l.2.j.de probat.l.9.j. de exceptionib.* k Personalis aduersus debitorem actio non tollitur, etiãsi pignora creditor eligat. sed pretium pignoris in debitum computatur, & residuum actione personali petitur. *Synopsis eodem cap. 14.* quemadmodum & in eundem personalis actio competit, ita & de hereditate, legatis, venditione, locatione, societate &c. *Scholiastes ibid.*

De pignore.

10. Iidem AA. & CC. Rufino.

ADuersus[k] debitorem electis[l] pignoribus ||personalis|| actio non tollitur: sed eo, quod de precio seruari potuit, in debitum computato, de residuo[m] manet integra. Dat. 3. Non. Aprilis. CC. Consſ. 294.

An dominus ex persona coloni teneatur.

11. Iidem AA. & CC. Paulæ.

NImia[n] credulitate[o] circumuenta es, cùm, quod colonis in rem suam mutuò dedisti, à domino prædij postulare posse credidisti[p] nec ad eum obligandum actorum[q] ipsius adiuuat te præsentia[r]. Datum 8. Kalend. August. CC. Consſ. 294.

Ne quis ob æs alienum seruire cogatur.

12. Iidem AA. & CC. Iouino.

OB æs[s] alienum seruire[t] liberos[u] creditoribus, iura compelli non patiuntur. Da. 13. Kalend. Nouemb. CC. Consſ. 294.

In authent. vt nulli iudi. lice. habere lo. Seruat. §. quia verò. coll. 9. tit. 17. al. 9. Nou. 134. cap. 7.

IMò à debito creditor cadit, tantundem dando vel retento, vel eius parentibus: ipso quoque creditore corporalibus pœnis subdendo.

De mutuo.

13. Iidem AA. & CC. Barsumio.

EVm, cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem vrgere competẽti debes actione. nam aduersus negotiatores[x], quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. Dat. 10. Kal. April. CC. Consſ. 300.

De concurrentibus action.

14. Iidem AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

ESt † in arbitrio vestro, personali debitoris heredes actione, an eum, qui ab his distracta sibíque tradita pignora tenet, in rem Seruiana, si non[y] longi temporis præscriptione munitus sit, an vtrosque conueniatis. Dat. 5. Kal. Decemb. Nicomediæ, CC. Consſ. 300.

In authent. de fideius. §. sed neque ad res. coll. 1. tit. 4. nou. 4. ca. 3.

SEd hodie nouo iure prius[z] conueniendi sunt omnes fideiussores[a], & mandatores, & sponsores, quam ad pignorum perueniatur possessores.

VT † ACTIONES[b] ET AB HEREDIBUS, & contra heredes incipiant.

Tit. XI.

1 Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

CVm stipulationes[c], & legata[d], & alios contractus post mortem compositos, antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum vtilitate recipimus: consentaneum erat etiam illam regulam[e], qua vetustas vtebatur, more humano emendare. Ab heredibus enim incipere actiones. vel cõtra heredes, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum cæterarúmque causarum post mortem conce-

l Electio vnius, non est alterius repudiatio: qui pignoratitiam eligit, non renũciat personali actioni. m *l.3.l.9.j.de distract.pign.l.3.§.4 j.de iure dominij: l.26.D.de solutiõ.* n Colonis quòd mutuum datur, ab eorum dominis nõ potest exigi, etiã si ipsis dominis pręsentib. mutuum datum sit. *Synopsis eod.c.15.* o *v. Accursium in l.14.s̃.si certũ.* p & è contra. *l.3.s̃.eod.* q i. etiamsi actores eius præsentes fuerint. Synopsis verò Basilic. *ibid.* etiãsi si pręsente domino. r *dixi ad l.14.s̃. si cert.petat.* s Æs alienũ est, quod quisdebet: qui in ære alieno, ἄποροι χρεώσται Gręci dicuntur. *Synopsis Basilic.eo.c.15. 3.Harmen.5.§. 70.* Igitur qui soluẽdo nõ sunt, creditõribus suis seruire non coguntur. Neminem enim ingenuorum lex ea facere vult, quę sunt seruilia *Synopsis & Scholiastes ibid.* vnde colligunt, hoc iure, debiti causa neminem manu iniecta capi posse, nisi aliud expressè sit conuentum, vide Socinum *reg.174.* t hinc colligũt, Neminem posse se ad præcisam seruitutem obligare: & obligationem ad carceres nõ valere, nisi in vim consuetudinis. *v. Molin.de vsur. quæst. 36.num.27.* u *Nou.134.ca.7.* Ambrosius *li. de Tobia.* Vidi, inquit, miserabile spectaculum, liberos pro paterno debito in actionem deduci i. auctionem. & Basilius *Psal. 14.* εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὸ χρεῶν πατρῴων ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. *v. Cuiac. ad Nouell.134. adde 7. Eclog.6.ex li.23.tit.2.c.2.fol.76.* Verùm author Synopseos *d.loco.* liberorum appellatione hac lege non intelligit filios aut filias, sed ἐλευθέρους, id est, ingenuos. Quemadmodum eidem authori & Harmen. *d.loco.* æs alienum, non est æs à patre contractũ, sed à seipso. x i. mercatores, ad quos pecunia propter mercimonia peruenit. *adde l.15.s̃.si cert.pet.l.8.j.depositi.adde l.44.49.D.de cond.indeb.* † *l.14.j.de pignor.* Hodie non est *Nou.4.c.3. Auth.prox.j.eod.* & meritò. Nam fiscus hanc electionem sibi non adrogabat. *l.1.j.de conuen.fisc.debitor: l.47. ff. de iure fisci.* y & ita restringuuntur multæ leges, quæ nimis generaliter tradũt, Vsucapione ius pignoris non perimi. *adde l.7.in f.s̃.eod.l.1.§.2.ff.de pignor.l.12.D.pro emp.l.12.ff.pro hared.l.7.j.de pignoribus.* z Primum conueniendus est reus, tum intercessor, deinde possessor hypothecarius. & hoc beneficium discussionis appellatur, fideiussoribus vtile. Aliud etiam habent, quod & diuisionis & epistolæ diui Hadriani nuncupant. *de quo v. l.vl.j.de constituta.* Vix vllus contractus apud Notarios perficitur, in quo fideiussores vtrique non renuncient. Et ita ob frequentes huiusmodi renunciationes, hæc authentica parum vtilis, *de qua v. Oldendor.tract.de iure sing.c.6.* ibi *de priuil.fideius.* a Tertius possessor hypothecaria conueniri non potest, nisi discusso principali & eius fideiussorib. *v. Negusantium tract.de pignorib.parte 8.membro 1.num.11.* † Vetus regula abrogatur qua cauebatur: Actionẽ quæ aduersus nos nõ cœpisset, neque aduersus nostros trãsire *hac l.* Cuius regulæ meminit etiã Theop. *§.35.Inst.de leg. adde 1 Feud.3.* b quæ non cœperũt à defuncto sc. vel cõtra defunctũ. c *v.l.11.j.de cõt.stip.* d *d.§.15.* e Hæc constitutio & regula, cõtraria est veteri regulæ, de qua lex Dubiũ 8. *C. Theod. de diuers. rescrip.* & Theop. *in §. post mortem 35. de leg.* tollítque veterum differentiam verborum, *Cum moriar, cum mortuus fuero, post mortem meam dari, vel pridie quàm moriar, vt l.11 j.de contrah. stipul.*

ptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitij materiam relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere. Vt liceat & ab heredibus, & contra heredes incipere actiones || & obligationes[a]: || ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. Dat. 15. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

NE VXOR PRO MARITO, VEL maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur[b].

Tit. XII.

Ne vxor pro marito.

1. Imperatores *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Asclepiodotæ.

FRVSTRA disputas de contractibus cum marito tuo habitis, vtrúmne iure steterint, an minimè: cùm tibi sufficiant, si proprio[c] nomine nullum contractum habuisti, quo minus pro marito tuo conueniri possis, quòd nec si sponte pro eo intercessisses quicquam à te propter senatusconsultum[d] exigi iure potuisset. Dat. Prid. Id. Aprilis Diocletiano III. & Maximiano AA. Consf. 287.

2. Iidem AA. Terentiæ.

OB maritorum[e] culpam, vxores inquietari[f] leges vetant. Proinde rationalis[g] || noster || si res, quæ à fisco occupatæ sunt, dominij tui[h] esse probaueris, ius publicum sequetur[i]. Datum 3. Non. Septemb. Diocletiano & Maximiano AA. Consf. 287.

Ne socer pro genero, ne mater pro filia, ne maritus pro vxore.

3. Iidem AA. & CC. Carpophoro[k].

CVm[l] te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam[m] eam extra dotis causam filiæ tuæ prædia adsignasse proponas: ciuilium[n] munerum vel onerum municipalium[o] obtentu, ex persona mariti eius, quomodo matres ex persona[p] filiorum interpellari non[q] possunt: cùm neque[r] maritum pro vxoris obligatione conueniri posse constet, nisi[s] ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari. 3. Id. Septemb. Sirmij, AA. Consf. 293.

Ne mater pro filio.

4. Iidem AA. & CC. Philothetæ.

CVm te ideo ex persona[t] filij tui commemores conueniri, quòd pro debitis eius aliquid[u] intulisse videaris defensionibus tuis vti apud eum, cuius super ea re notio est, minimè prohiberis: vt is ad solutionem alieni debiti vrgeri te non patiatur. Dat. 10. Kal. Septemb. Titiano. & Nepotiano Consf. 301.

Pœna exigentis alium pro alio.

In auth. vt non fiant pig. proaliis §.1. coll. 5. t. 7. al. not. 52. ca. 1.

SEd omnino qui alium pro[x] alio secundum formam pignerationis exigit, totum id ipsum, quidquid sit, in quadruplum[y] vim passo reddet: necnon & ab actione, pro qua talia præsumit, cadet.

NE FILIVS PRO[z] PATRE, VEL pater[a] pro filio emancipato, vel libertus[b] pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur.

Tit. XIII.

Ne pater pro filio.

1. Imp. *Gordianus* A. Candido militi.

NEQVE ex eius filij persona, qui, cùm sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conueniri potest: neque ex eius, quem in potestate habet: si fine iussu eius contractum est: neque, || || contra[c] senatusconsultum Macedonianum mutua || pecunia || data est, ampliùs[d] || quam || de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater tuus, si ei pecunia à creditore fratris tui exorta est, ad quam reddendam non tenebatur, præsidis prouinciæ auctoritate eam recuperabit. PP. 3. Non. Octob. Pio & Pontiano Consf. 239.

a Per pactum hereditas post mortem dari potest. vide Guidonem Papæ *singulari 342.*

b excipe *vt. j. eo.*

c id est, vtilitaté tuam *l. 24. j. locati*

d Velleianum.

e Confiscatis mariti bonis, res eius vxoris confiscatę non intelliguntur. Synopsis Basilic. *7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 4. cap. 2. l. 24. j. de donationib. int. vir. l. 1. j. ad l. Iul. de vi: l. 22. j. de pœnis,* vno tamen casu dos vxoris retinetur. *l. 4. j. in quibus caus. pign. tacit. l. vlt. j. de primipilo.* non alia eius bona. *l. 1. j. de prim. fisci.* Sic maritus ob culpam vxoris interdum tenetur. *l. 1. §. 2. ff. de off. procons.*

f in bonis suis.

g Rationalis, procurator Cæsaris.

h non dotales. *d. l. 1.*

i & ita auditur tertius opponés, de quo dixi ad l. *l. 13. §. 3. s. de iud.*

k τὰ ἐξώπροικα τῆς γυναικός, *&c.* Extradotalia mulieris pro viri oneribus onerata non sunt: nec matres pro filiis: nec vxor pro marito. *Synopsis Basilic. 50. ex lib. 24. titul. 4. c. 3.*

l *al.* Carpophoræ: vt sit hypothesis in matre.

m Res traditæ filiæ ad eam sustentandam, non præsumũtur dotales.

n *adde l. 11. j. de decurionib.*

o *v. l. 9. ff. de mũ.*

p *l. 4. j. eod.*

q *l. 11. j. de damno.*

r Fallit certis casibus. vide Gayllum *2. obs. 90.*

s Maritus pro vxore potest fideiubere.

t *v. l. 3. s. eodem.*

u Partem debitorum filij soluere mater, residuã partẽ soluere nõ cogitur, *vt hic. Synopsis Basi. 7. tit. 6. ex lib. 24. cap. 4. 4. Harmenopul. 9. §. 25. 26. adde l. 13. §. 15. ff. ad macedon. l. 28. s. de pactis. l. 7. j. de vsuris.* vide tamen *l. 1. j. de fideicom. Nouel. 1. c. 3. l. 6. ff. de in rem verso. l. 18. j. de agricolis.* Cur ita? collige ex *l. 88. §. 5. ff. de legat. 2. l. 20. s. de negotiis.*

x Qua actione teneatur qui personam aut res alterius indebitè arrestari fecit, vide Peckium *cap. 18. de iure sistendi.* De represaliis. vide hic Baldum.

y Imò actionem tantùm amittit. *l. extat. ff. quod. metus causa.* Imò & pœnam corporalem sustinet. *Nouell. 52. cap. 1.*

z *l. 2. 4. j. eod. adde l. 7. in f. l. 9. ff. de senatorib. l. 8. in f. ff. de in ius vocando. l. 26. ff. de pœnis.*

a *l. 1. l. 3. v. tamen lib. 10. tit. 60. j. eod.* b *l. 5. j. eodem.*

c Vt quia credita pecunia est. *l. 6. j. ad Macedon.*

d *l. 57. ff. de iudiciys: §. 10. Institut. de actionibus.*

e *l. 3. j. qui bonis cedere.* f *l. 4. j. eodem.*

g ob eius debitum. *l. 5. §. 16. ff. de agnoscendis.* idque viuo patre *l. 4. j. eo. l. 1. s. de filiofa.*

Ne filius pro patre.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Neotherio & Eutolmi.

NE contra iuris auctoritatem ab eo, qui patrem vestrũ, à quo emancipatos[e] vos dicitis, ad munus[f] ciuile deuocauerat, inquietemini[g], præses prouinciæ prouidebit. Dat. 8. Kal. Feb. Maximo II. & Aquilino Consf. 286.

Ne pater pro filio.

3. Iidem AA. & CC. Theogeni.

SI[h] filiusfamilias inuito patre decurio[i] creatus sit, pro eo patrem inquietari non posse, iure manifestissimo cautum est. G. 10. Kal. Maij, CC. Consf. 294.

Ne filius pro patre.

4. Iidem AA. & CC. Achiuæ.

PAtris[k] nomine superstitis filium, nec munerũ[h] ciuiliũ, nec debiti causa, personali posse conueniri actione cõstat. S. 12. Kal. Mart. Sirmij, CC. Consf. 300.

Ne libertus pro patrono. Ne seruus pro domino.

5. Iidem AA. & CC. Lampetio.

EX patroni vel domini[m] contractu, liberti vel serui cõueniri non possunt. Dat. Idib. April. CC. Consf. 300.

De Scholaribus.

Noua constitutio Friderici.

HAbita quidem super hoc diligenti inquisitione episcoporũ, abbatum, ducum, omnium iudicum, & aliorum procerum sacri nostri palatij examinatione, omnibus, qui causa[n] studiorum peregrinantur, scholaribus, & maximè diuinarum atque sacrarum legum professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quàm eorum nuncij[o] veniant, & in eis securè[p] habitent. ¶ Dignum námque existimamus, vt: cùm omnes bona facientes, nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur[q]: quorum[r] scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & nobis eius ministris, vita subiectorum informatur: quadam speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules, facti de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferunt? Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre præsumat, nec[s] ob alterius cuiuscunque prouinciæ delictum siue debitum (quod aliquando ex peruersa consuetudine factum audiuimus) aliquod damnum eis inferat: scituris huiusmodi sacræ constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigẽdam in quadruplum: notáque infamiæ eis ipso iure irroganda, dignitate sua se carituros in perpetuum. ¶ Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit: huius rei optione[t] data scholaribus, eos coram[u] domino vel magistro suo, vel ipsius ciuitatis episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus, conueniat. Qui verò ad alium iudicem eos trahere tentauerit: etiam si causa iustissima fuerit, à tali conamine cadat. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, &c. inseri iussimus. Datum apud Roncalias[x], anno Domini M.C.LVIII. mense Nouembri.

AN[y] SERVVS PRO SVO FActo post[z] manumissionem teneatur.

Tit. XIIII.

De contractu cum statu libero.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Iuuentiano.

QVAMVIS cum statulibero contraxeris: tamen ex ante[a] gesto te non habere cum eo, post impletam conditionem libertatis, actionem, scire debes. P P. 4. Idus Decembr. Dextro II. & Prisco Consf. 197.

h Pro filij oneribus pater non tenetur. *Synopsis Basilic. 52. titul. 1. ex lib. 24. tit. 4. c. 7. 4. Harmen. 9. §. 20.*

i *l. 5. j. de decurionibus. l. 1. j. de patre qui pro filio: l. quoties ff. ad municip.*

k Filii pro patris oneribus nõ tenẽtur. *Synopsis ac Harmenopu. d. loco.*

l *l. 2. s. eod.*

m *l. 7. s. de iudiciys l. 1. l. vltim. s. de noxalibus. l. 14 ff. de obligat. l. 1. §. tutela ff. de capite minutis. Synopsis d. tit. 4. cap. 9. Harmenop. d. loco.*

n De priuilegiis quæ bonarum literarum professorib. & studiosis data sunt, v. Oldendorpium *in tractatu de iure singulari cap. 10.* Idem hanc Authẽticam repetiit. *tom. 1. fol. 580.* Rebuffus hanc etiam repetiit. *libro 3. de priuileg. scholasticorum.* Eorundẽ priuilegia ad 100. vsque Horatius Lutius enumerat *in suo tractat. de priuileg. scholast.* Rebuffus verò 180. *d. loco.* Quando & in quibus cessat hoc priuilęgiũ, & an ei possit renunciari, vide Oldendorpium *d. loco num. 1. & sequentibus.*

o Nuncij studiosorum fruuntur studiosorum priuilegiis.

p i. sint exempti à vectigalib. portoriis, & aliis oneribus. aliàs non tantùm studiosis, sed & omnibus securè viuendi, & habitandi datur potestas. & hoc primum caput priuilegij scholasticorum est.

q Meritis præmia & honores debentur. *l. 1. s. de assessorib.* Honor, præmium, virtutis. *Aristoteles 4. Ethic. 3. Cicero 1. officior. & 3. de republica. 5. Lactantius 19.*

r Laus studiosorum.

s secundum caput huius priuilegij est, Ne possint capi iure repressaliarum.

t Tertium caput priuilegij studiosis dati eò pertinet, vt eis sit optio, vtrũ apud pręceptoré suũ. an apud episcopum loci conueniantur. Possunt etiam & tertium eligere §. 10. *in fine constitut. ad Antecessores.*

u Eorum sortiuntur ratione studij. *vide Accursium in l. heres 9. §. proinde in verbo, dolebit. ff. de iudiciys.*

x Roncalia, *hic & 2. Feudorum 33. §. 1. titul. 40. titul. 52.* siue Roncaliæ, campi, supra Padum non procul à Placentia, in quibus solebant olim imperatores conuẽtum agere solemnem. Roncaliæ meminit Abbas Vrspergẽsis, & Guntherus 2. *Lyguri*

y *Synopsis Basilicôn 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 5. & 52. tit. 1. ex lib. 24. tit. 5.* adde Accursium *ad l. 15. in verbis ab initio in f. ff. de negotiis: l. eum actum. 17 in verbo reddere ff. de negotiis.*

z *l. 146. ff. de regulis iuris.* a *l. 2. l. 5. j. eod. l. 21. s. de negat. l. 4. j. de testam. manumiss. l. 17. ff. de negot. l. 28. §. 7. in f. D. de liberat. legat.*

De le-

a *Syn.d.ti.5.c.2.* b *v.l. vn.j.de peculio*, eius qui libertatem meruit. c An libertus possit conueniri ex contractu in seruitute facto, peculio ei legato *v.l. 1.§.10. D.de dote prælég.*
d *Syn.Basil.d.tit.5. c. 3.*
e i. cùm esset seruus *l.77.D.de solutionib.* Pecunia ob libertatem promissa, petitur per actionem in factum.

De legato.

2. Imp. *Antoninus* A. Bexico.

CReditoribus[a] tuis, qui tibi in seruitute ||mutuam|| pecuniam crediderunt, nulla aduersus te actio competit. maximè cùm[h] peculium[c] tibi non esse legatum proponas. PP.3.Kal Septemb. Læto & Cereale Conss.216.

De pecunia ob libertatem promissa.

3. Imp. *Alexander* A. Herodi.

PRomissæ[d] tibi pecuniæ à seruo tuo[c], vt eum manumitteres, si posteaquam manumisisti, stipulatus [f] ab eo non es, aduersus eum petitionem per in factum actionem habes[g]. P.P.Id.Septemb. Alexandro A.Cos.227.

De furto.

4. Imp. *Gordian.* A. Hieroni.

LIcet[h] seruitutis tempore||ea,|| quæ pecuniam matris tuę surripuisse[i] dicitur, ob huiusmodi admissum conueniri non poterat: ad[k] libertatem tamen perducta, (nam caput[l] noxa[m] sequitur) furti actione tenetur.[n] PP.Id.Septemb. Pio & Pontiano Coss. 239.

De eo qui fundos domini coluit.

5. Idem A. Chresto.

SI (vt allegas) antequã à domino manumittereris, fundos eius coluisti[o], posteáque adempto peculio libertate donatus es: ob reliqua, si qua pridem[p] contracta sunt, res bonorum, quas postea propriis laboribus quæsisti, inquietari minimè possunt. PP.16.Kalen.Decemb. Ariano & Pappo Coss.244.

De delicto in dominum commisso.

6. Impp. *Diocl. & Max.* AA. & CC. Feliciano.

SIue serui sint hi, quorum precibus fecisti mentionẽ: domini eos conueni: quia inter[q] dominos ac seruos iudicium constare nullum potest: siue post delictum[r] manumissi sint: ex antecedentibus post datam libertatem eos nulla ratio iuris à dominis quondam conueniri patitur[s]. ¶Sanè si post [t] manumissionem quid illicitè commiserint: hoc apud pręsidem prouinciæ argue, accepturus ex iure sententiã. Dat 2.Id.Apr. Byzantij. AA.Conss.287.

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS DEBITORIS SVI[u] DEBITORES conuenire possit vel debeat.

Tit. XV.

De ære alieno pupilli.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti Valeriano.

PROPTER [x] æs alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis[y] eius tenet, pignori capi non oportet. PP. II.Kal.Iunij, Laterano & Rufino Conss.198.

Si condemnatus non est soluendo.

2. Imp. *Anton.* A. Marco.

SI in causa iudicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine[y] quæstione[z] pignoris[a] loci capi & distrahi possit: debitores eius conuenti, ad solutionem auctoritate præsidis prouinciæ compelluntur.

Si debitor debitoris fisci fateatur, vel neget.

3. Imp. *Gord.* A. Primanio.

SI debitum non[b] inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest videri non esse iniquũ, quod desideras, vt ad solutionem per officium procuratoris[c] compellantur. nam si quæstio aliqua refertur: id concedi non oportere||etiam||ipse perspicis. PP. 6. Kal. Februar. Sabino & Venusto Conss.241.

Si principalis debitor fisci soluendo sit, vel non.

f *l.1.§.4.D quar. rer.act. adde l.104 D. de verb. oblig.*
g Imò, non habes *l. 17. s.de negot.*
h Ex contractibus in seruitute gestis, post manumissioné nemo tenetur. Ob delicta tamen conuenitur, propter regulam, Caput noxa sequitur. *Syn.d.tit.5.c.4.1.Harm.18.§.19.*
i *l.14.D.de obligationib.*
k Serui delictũ, quod non parit actionem in seruitute, parit in libertate.
l *l.1.in fin. D. de priuatis delict. §.5.Inst. de noxalib. act.*
m i. noxalis actio *d.§.5.*
n Imò non tenetur *l.vl.j.eod.*
o Seruus qui coluit prædia dominica, liber factus non tenetur.
p *l.1.s.eod.*
q *v.l.13.in fi.s.de transact.*
r Ex delicto in dominum commisso seruus nõ tenetur, liber factus.
s Imò patitur *l. 4.s.eo.*
t *l.17.§.1.ver.planè D.de furt.*
u Fiscus vtiles actiones habet in debitorem sui debitoris *adde l. 1.s.de cond.ex lege.*
x Cur ita? *vide Nou.52.c.1.* possunt tamen propter suam contumaciam *l.1.§.2. ff.si quis ius dicẽs*
y Quod non est controuersum, solet prius capi *l.1.§.4. in fin. D. de re iudic.* ídq; creditori vtilius.
z *v. Accurs. in l. 5.j.de execut. rei iudicatæ.*
a In subsidium pignorum, deuenitur ad nomina debitorum debitoris.
b huius legis sensus petendus est *ex l.4.j.eo.*
c fisci sc.
d Fiscus à debitoris sui debitoribus nihil petit, nisi quum principalis reus soluendo non esse deprehenditur, *Syn. Basil. 7. titul. 6. ex lib. 24. titul. 6. c.65.* Causam hanc adfert Scholiastes *Synopseos illo loco.* quod fisus erubescat alienum quid petere. *l.3.s.eod.l.3.§.8.s.de iure fisci.* Et ita, exactor publicorum tributorum excutit & exigit: excutit prius principalem, quia fiscus electionem non habet *l.1.j.de conueniend.fisci.debit.l.47.ff.de iure fisci.* Exigit debitorem debitoris fiscalis quia habet tacitam hypothecam: *l.1.s. de condict.ex lege.*
e *v.l.6.C.de obligationibus.* f *v.l.7.j.de heredit.vel.act.*
g i. quę cœperunt ex persona, vel in personam defuncti & transierũt ad heredem.
h Creditor succedens pro parte debitori, omne debitum non amittit, sed pro ea parte tantùm qua succedit: alteram à suis coheredibus repetit *l.6.7.j.l.14.j.ad l.Falcid. l.7.j.de bon.autho.l.50.D.de fideicommiss.*
i Etiam cùm fisco debetur, actio quidem personalis aduersus omnes heredes debitoris competit: hypothecaria verò aduersus eum qui pignora detinet. *Syn.Basil.24.c.2.v.l.1.s.si certum.*

k sensus est, Hereditariis actionibus personalibus, ne funeraria quidem excepta, *l.22.23.ff.de religios.* heredes tenentur pro sua parte: realibus, ipsi non tenentur, sed ipsarum rerum possessores. *l.2.j.si vnus ex pluribus.l 55.ff.de rei vindicat.l.5.8.12.in fine ff. ad exhib.l 25. ff. de heret. institut.l.2.§.2.vers.sed si vnus ff.de prætor.stipulat.* Quid si, quæ proponitur, personalis actio, sit indiuisibilis, tunc quilibet heredum tenetur in solidum. *l.85.§.2. in fine D. de verb. oblig.* Idem dicendum, si res restituenda, ab vno heredum teneatur in solidũ, *l.3.§.3.D.commodati.l.22.D.depositi.* si agitur de pollicitatione facta reipublicæ. *l.9.D.de pollicit.de alimentis l. 3. D. de aliment.* de eo quod ab vno tãtùm herede relictum. *l.53.D.de legat.2.*

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA.||& CC.|| Zosimo.

NOn [d] prius ad eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere nisi patuerit principales reos idoneos non esse, certissimi iuris est. S.12.Kal.Maij, AA.Conss.293.

De nomine in solutum dato.

5. Iidem AA. & CC. Nanidæ.

IN[e] solutum nomine dato, non aliter nisi mandatis actionibus ex persona sui debitoris aduersus eius debitores creditor experiri potest: suo autem nomine, vtili [f] actione rectè vtetur. Dat.Kal.Ian.CC.Conss.294.

DE HEREDITARIIS[g] actionibus.

Tit. XVI.

De creditore, qui ex parte successit debitori.

1. Imp. *Gord.* A. Hermeroti.

PECVNIAM, quam tibi à matre debitã fuisse dicis, ab heredibus eius coheredibus [h] tuis pro parte tibi competente petere debes. Sed & res, si quæ tibi ob idem debitũ obligatæ sunt, persequi non prohiberis. PP.11.Kal.Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Cos.242.

De oneribus diuidendis pro hereditarijs partibus. de pig. & hyp.

2. Imp. *Decius* A. Thelemachæ.

PRo [i] hereditariis partibus heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit: nisi[k] intercedat pignus vel hypotheca, tunc enim possessor obligatæ rei conueniendus est. PP.14.Kal.Nouemb. Æmiliano & Aquilino Cos.250.

De exactione dotis.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA.||& CC.|| Maximæ.

HEredem [l] mariti quondam tui de [m] dote tibi reddenda conueni. personalem ||enim|| actionem contra debitores hereditarios tibi decerni frustra postulas. PP.14.Ka. Maij, AA. & CC.Cons.293.

De pupillo herede

4. Iidem AA. & CC. Crispo.

SVb [n] prætextu [o] ætatis pupilli debitoris hereditarij creditorũ exactionem differri non posse, nimis euidens est. Vnde, cùm te tutorem proponas: quemadmodum à pupillis creditoribus satisfiet, eniti [p] debes. Dat.10.Kal.Decemb. Sirmij, AA.Coss.293.

Si creditor debitori successerit.

5. Iidem Augusti & CC. Iulio.

VT debitum tibi antè [q] aditam hereditatem soluatur, ac tunc, si ad te pertineret||hereditas|| quæri iubeamus: præpostera[r] petitio est. Etenim cùm tibi soceri successionẽ quæsitã patuerit: debiti petitionẽ extingui per cõfusionẽ[s] nõ ambigitur. D.Prid.Non.Mart. Sirmij, CC.Coss.294.

De adulta quæ creditori successit ex parte.

6. Iidem AA. & CC. Domno.

SI adulta, cuius curam geris, pro triẽte patruo suo, quem etiam tutelam||eius||administrasse proponis, heres extitit[t], nec ab eo quicquam exigere prohibita [u] est: debitum à coheredib. eius pro besse petere non prohibetur [x], cum vltra[y] eam portionem qua successit, petitio non confundatur. Nam aduersus [z] adultam tuam rescindi postulas testamentum, si quidem coheredes eius adeuntes [a] hereditatem se etiam obligant, & si non soluendo constituti probentur: postulata separatione[b], nullum ei damnum||præses prouinciæ||fieri patietur. Dat.Kal.Decemb. AA.Coss.299.

Qui conueniendi sunt vel non.

7. Iidem Augusti & CC. Apolausto.

CReditores[o] hereditarios aduersus legatarios [p] non habere personalem actionem conuenit: quippe cùm

l *l.9.j.soluto.*
m De dote actio contra heredes mariti, non contra debitores eis dirigitur. Imò, cõtra debitores, cùm omnia bona mariti sint tacitè pro dote obligata. *l.vni.§.1. j.de rei vxor. act.* solue, Datur cõtra debitores hypothecaria, non personalis.
n Heres tametsi pupillus sit, hereditaria debita soluere cogitur, neque ætatẽ causare, aut prætexere debet, ad dilationem solutionis debitorũ. *Synopsis Basilic. & ibi Scholiastes d.libro 24.titu.7. cap.4.3.Harmen. 5.§.80*
o Ætas minor debitoris, non aufert ius agendi creditori. *l. 8. in fi.j.de non num. l.8.j.mandati. vide l.34.in fine D.de negot.l.3.in fi.princip.D.quib.ex causis in possess.* prorogat tamen & suspendit in causa status. *l. 6. §. 3.D.de Carboniano.*
p *l. 5. §. 9. ff.de reb.eorum.*
q Heres ante aditam vel repudiatam hereditatem, nõ potest conueniri.
r Præpostera petitio non admittitur. *l.16.l.18.D. de excusationib.* præpostera tamẽ scriptio non nocet in testamentis & contractibus. *l. 25.j. de testamẽtis.* Interim nota de exceptione præposterationis.
s Confusione debiti petitio extinguitur. *l.50.s. de pactis.l. 50. D. fideiuss.*
t id est, si creditrix successit debitori.

u *l.7.j. de bonis authorit.iudicis possid.l.12.ff.ad l.Falcid. adde l.19.in f.D.de regulis iuris.*
x Quænam hic ratio fuit dubitandi? Ea scilicet, Testatorem, in dubio, animo compensandi debiti legasse intelligi. at non ita est. *l.85.D.de legat.2.*
y Vltra portionem hereditariam, non fit confusio. *l.3.s.de negot.l.3.j.de contrar.iud. l.14.j.ad l.Falcid.l.7.j.de bon.auth.iud.*
z id est, aduersus vtilitatem eius, *vide l.Polla.D.de his quibus vt indignis.*
a Heres adeundo se obligat. b *v.l.2.j.de bon.author. & D.de separationibus.*
c Heredes debitorum nomine tenentur, non legatarij, *Synopsis Basilic.7.tit.6.ex lib.24.tit.7.cap.7. & lib.24. titul.7 cap.7.3. Harmenopul.5.§.81.l.1.§.16.D.ad Trebell.l.15.j. de donat. l.vlt.in f.D.de contrahenda emptione.*
d Creditor aduersus debitorem hereditarium potest agere hypothecaria. *l.3.in f. s.eod.* At non contra legatarios *vt hic.* Ergo legatarij, non sunt debitores hereditarij, sunt tamen creditorum loco. *l.40.ff.de obligat.*

a *l.36.s̄.de pactis.l.6.s̄.familiæ.* b i.perſonalibus actionibus.*l.3.s̄.eodem.*
c Pœna ex delicto aduerſus heredem non tranſit *hoc titulo.* Vide quinque exceptiones apud Socinum *regula 291.*
d *l.20.D.de accuſationibus.* Huc refer quod Clarus ait.*lib.5. ſentent. §.vlt.quæſt.* 86 alium pro alio: dominum pro delicto famulorum, vel pro familia: partem pro filio non puniri corporaliter. Statuto poſſe fieri, vt quis pro alio, vel infamia, vel amiſſione omnium bonorum. *l.5.C.ad l.Iu.maieſtatis:* vel certa quantitate (puta legitimæ) puniatur. Eodem modò fieri poſſe, vt ciuitas teneatur pro maleficio commiſſo in ei᷈ territorio.
e Defuncto, qui deliquit, poſt litem aduerſus eũ cõteſtatã mortuo in heredes eius in ſolidum actio trãſmittitur: Ante litem conteſtatam mortuo, heredes eius cõueniuntur in id duntaxat quod ad eos peruenit. Nec enim æquum eſt, heredem alieno ſcelere ditari. Synopſis Baſilic. 24. *tit. 7. cap.7.§.1. verſ.pœnales.Inſt. de perpet.& temp. .33.l.58.ff.de obli. l.1.ff.de priuat.delict.*
f non rapinam. *l.1.l.2.ff.de concuſſionib.*
g non metum, Cuiac.*ad l.16.in fi.ff.de eo quod metus cauſ.* vbi refert, hanc legem ſumptã eſſe ex reſcripto quodã Codicis Hermogeniani quodintegrum apud eundem vide.
h Nemo ex dolo auctoris lucrũ debet facere. *d.l.33.l.15.in fine ff. quod met.l.38. 44.ff. de regulis iuris.*
i *§.9.Inſtitut.de actionibus.2.Paul. ſentent.2.13.D.5.* περὶ ἀντιφωνητῶν. *25.Eclog.26.* περὶ ἀντιφωνήσεως, *1.Harmenopul.3.§.47.adde & eundẽ 3.tit.6.§.5. Oldendorp.claſ.4.act.8. 16.Gell.6.*
k Ita conſtitui ſolet τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, ἱκανόν σοι γενήσεται, ſatiſfiet tibi γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν παρ' ἐμοῦ καὶ παρὰ τοῦδε. Satiſfiet tibi à me, & ab hoc, & ab illo. *Eclog. d.loco.* ἀντιφωνηταί. Galli vocant *Reſpondans.* D. Paulus ita ſe conſtituit debitorem pro Philemone, Si quo lęſit te, aut debet, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. Et eo formula extat in *l. 6.ff.eod.* Habes penes me.

euidentiſſimè lex [a] duodecim tabularum heredes huic rei [b] faciat obnoxios. Datum 6. Id. Decembr. Nicomediæ CC. Coſ.300.

EX [c] DELICTIS [d] DEFVNCTOrum in quantum heredes conueniantur.

Tit. XVII.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Macedoni.

POST [e] litis conteſtationem eo, qui [f] vim fecit, vel concuſſionem [g] intulit, vel aliquid deliquit, defuncto: ſucceſſores eius in ſolidum, alioquin in quantum ad eos peruenit, conueniri, iuris abſolutiſſimi eſt: ne alieno [h] ſcelere ditentur. Dat. 5. Kal. Maij. Sirmij, CC. Conſſ. 294.

DE [i] CONSTITVTA [k] pecunia.

Tit. XVIII.

De eo qui conſtituit, & de eius heredibus.

1. Imp. *Gord.* A. Felici.

SI [l] pro alieno debito te ſoluturum conſtituiſti: pecuniæ conſtitutæ actio non ſolum aduerſus te, ſed [m] etiam aduerſus heredes tuos perpetuò competit. Datum 7. Kalend. Iulias Sirmij, CC. Conſſ. *

In authent. vt cum. de appellat. cog. §. ad hæc aliud. Coll. 8. Tit. 16. al. 12. Now. 115. cap. 6.

SI *quando quis pro ſe vel pro alia perſona pecuniam ſe ſoluere conſtituerit vel ſpoponderit: ſic dicens,* ſatisfaciam [n] tibi: *tenetur pro quantitate, quam promiſit. ſin autem ſic dixerit,* Satisfiet à me, & ab illo, & illo: *illis quidem, quos nominauit, non [o] conſentientibus, ſolus pro [p] rata tantùm portione perſoluet. Sin autem dixerit,* Satisfiet [q] *verbo imperſonaliter [r] prolato: non tenebitur. Sin autem ſic dixerit,* Erit tibi ſatisfactum aut à me aut ab illo: *illo quem nominauit, non conſentiente, ſolus inſolidum [ſ] tenebitur.*

De receptitia actione in de conſtituta pecunia actionẽ transfuſa quæ res conſtitui poſſunt. De tempore actionis pro quo debito conſtituatur, & de indebiti. de omnibus caſibus qui per ſtipulationem explicari poſſunt. De argentariis & alijs negotiatoribus.

2. Imp. *Iuſtin.* A. Ioanni P.P.

REceptitia [t] actione ceſſante, quæ ſolemnibus verbis [u] compoſita, inuſitato receſſit veſtigio, neceſſarium nobis viſum eſt magis pecunię conſtitutæ naturam ampliare. Cùm igitur præfata pecuniæ conſtitutæ actio in his tantummodo caſibus à veteribus concluſa eſt, vt [x] exigeretres, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, in aliis [y] autem rebus nullam habere communionem, & neq; [z] in omnibus caſibus longæua eſſet conſtituta, ſed in ſpeciebus certis annalis ſpacio concluderetur, & dubitaretur, an pro debito ſub conditione vel in diem conſtituto eam poſſibile eſſet fieri, & an purè conſtituta pecunia contracta valeret: hac apertiſſima lege definimus, vt liceat omnibus || conſtituere || non [a] ſolùm res, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, ſed etiam alias omnes, ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſiue ſeſe mouentes, ſiue inſtrumenta, vel alias quaſcunque res, quas [b] in ſtipulationem poſſunt homines deducere: neque ſit in quocumque caſu annalis: ſed ſiue pro ſe quis conſtituat, ſiue pro alio, ſit || & || ipſa in tali vitæ menſura, in qua omnes [c] perſonales actiones poſitæ ſunt, id eſt, || in || annorum metis triginta [d]. & liceat pro debito purè, vel [e] in diem, vel ſub conditione conſtitui: & non abſimilem [f] penitus ſtipulationi habeat dignitatem: ſuis tamen naturalibus [g] priuilegiis minimè defraudata ſit, ſed || & || heredibus & [h] contra heredes competat: vt neque receptitiæ actionis, neque alio indigeat reſpublica in huiuſmodi caſibus adminiculo, ſed ſit pecuniæ conſtitutæ actio per noſtram conſtitutionem ſibi in omnia ſufficiens: ita tamen, vt hoc ei inhereat, vt [i] pro || iam || debito fiat conſtitutũ: cùm ſecundum antiquam receptitiam actionem res [k] exigebatur, etiam ſi quid non fuerat debitum: cùm ſatis abſurdum [l] & tam noſtris temporibus, quàm iuſtis legibus contrarium ſit, permittere per actionem receptitiam res indebitas cõſequi, & iterum multas proponere condictiones, quæ & pecunias indebitas, & promiſſiones corrumpi & reſtitui definiunt. Vt non erubeſcat igitur tale legum iurgium, hoc tantummodo conſtituatur, quod [m] debitum eſt. & omnia, quæ de receptitia in diuerſis libris legumlatorum poſita ſunt, aboleantur: & ſit pecuniæ conſtitutæ actio omnes caſus complectens, qui [n] & per ſtipulationem poſſunt explicari. 1 ¶ Et neminem moueat, quòd ſub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus: cùm & in antiquis libris prudentium, licet conſtituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, ſed omnes res, quæ pondere, numero, menſura conſtitutæ erant, ſed & poſſibile eſt omnes res in [o] pecuniam conuerti. ſi enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expreſſa eſt, in conſtituendis rebus ponatur: quid diſtat à nomine ipſius pecuniæ? Sed vt ſubtilitati eorum ſatisfiat, qui non ſenſum, ſed vana [p] nominum vocabula amplecti deſiderant: ita omnes [q] res veniant in conſtitutam || actionem || tanquam ſi fuiſſet ipſa pecunia conſtituta: cùm etiam veteres pecuniæ [r] appellatione omnes res [ſ] ſignificari definiant, & huiuſmodi vocabulum & in libris iuris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifeſtiſſime inuentum ſit. 2. ¶ His videlicet, quæ argenti [t] diſtractores, & alii negotiatores indefensè cõſtituerint [u], in ſua firmitate ſecundum morem vſque ad huc obtinentem durantibus. Dat. 10. Kal. Mart. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

De beneficio diuiſionis.

3. Idem A. Ioanni P.P.

DIui Hadriani epiſtolam [x], quæ de periculo diuidendo [y] inter mandatores & fideiuſſores loquitur, locum [z] habere in his etiam. qui pecunias [a] pro aliis ſimul conſtituunt, neceſſariũ eſt. Æquitatis enim ratio diuerſas ſpecies [b] actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kal. Nou. poſt Lampadij & Oreſtis VV. CC. Conſulatum 531.

DE PROBATIONIBVS [c]

Tit. XIX.

De credito & ſolutione.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* Auguſti Fauſtino.

VT creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere [d] cogitur: ita rurſum debitor qui ſolutam [e] affirmat, eius rei probationem præſtare debet. P. P. Prid. Kalend. Iulij, Dextro II. & Priſco Coſſ. 197.

De poſſeſſore & petitore.

2. Imp. *Anton.* A. Aulizano.

POſſeſſiones, quas ad te pertinere [f] dicis, more iudiciorũ perſequere. Non enim poſſeſſori incumbit neceſſitas probandi eas ad ſe pertinere: cùm te in probatione ceſſante [g] dominium apud eum remaneat. PP. 15. Kal. Decemb. Læto & Cereale Conſſ. 216.

l *1.Harmen.l.3.d.cap.* περὶ ἀντιφωνητῶν *Idem 3.titul.6.Eclog.d.loco titul.3.*
m Conſtitutæ pecuniæ actio (quæ Græcis ἐπὶ τῇ ἀντιφωνήσει ἀγωγή.) etiam in heredes perpetuò competit. Synopſis Baſilic.*26.tit.3.c.1.1.Harmen.3.§.47.& 3.tit.6.§.vlt.*
n τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ. ſumptum ex *Nouell.115.ca.6, Synopſis Baſilic.26.tit.2.cap.3.*
o Non omnis nominatus in inſtrumento eſt obligatus; ſed is tantũ, qui conſenſit.
p Cur non in ſolidum? quia *Et* particula, obligationem in viriles partes diſtribuit. *l.11.§.ff.de Duobus reis.* q Qui hoc dicit, Satiſfiet, certam perſonam non exprimit: ideoque neminem obligat. r Imperſonalitas vitiat.
ſ Cur in ſolidum? Particula *Aut*, cuilibet nominato obligationem in ſolidum attribuit, ſi poteſt: ſin minus, ei qui poſt obligari.
t Hæc competebat τραπεζίτου ἀντιφωνήσαντος cum argentariis conſtituebat. & in eo differebat receptitia ab actione de conſtituta pecunia ratione perſonarũ, quod priore tenerentur ſoli argentarij: poſteriore, reliqui omnes. *Theop.§.8.Inſt.de act.* Ideo dicebatur receptitia, quòd argentarius contrahentibus apud ſuam menſam, reciperet ſoluturum ſe, quod hic vel ille cauiſſet, in quibus rebus fieret, *v.j.eod.*
u poteſt tamen hodie conſtitutum contrahi per epiſt. vide Pauli *epiſt. ad Philemon.l.26.D.hoc titulo.*
x Receptitia à conſtitutæ pecuniæ actione olim in eo quoque differebat: quod actioni de conſtituta pecunia locus erat, conſtitutis iis, quæ numero, pondere vel menſura conſtarent: receptitiæ etiam immobilibus conſtitutis, dum tamen argentarius conſtituiſſet. *Theoph.d.§.8.*
y *ſub.* immobilibus. z Actio de conſtituta pecunia olim incerto tempore finiebatur, certis caſib. perpetua, aliis annalis erat. a Res omnes cõſtitui poſſunt, *vt hic*: quod olim non erat *j.eodem ibi, Res quæ pondere.*
b quod in ſtipulationem deduci poteſt, poteſt conſtitui. vel, vt Baldus ait, Quicquid eſt ſtipulabile, eſt conſtituibile.
c Actiones perſonales perpetuæ.
d Actio conſtituti durat 30. annis, *vt hic*: olim erat annalis. *s̄. eodem. ibi, annalis.*
e Conſtitui poteſt purè, in diẽ ſub conditione *vt hic*: qua de re olim dubitabatur *s̄. eodem. ibi, & dubitaretur.*
f Conſtituti actio, ſtipulationi non abſimilis *in f.j.eod.*
g Naturalia priuilegia actionũ, ſunt earum formæ, & effectus eis attributi à lege. hinc etiam colligunt, Ratione noui priuilegij, antiquũ non tolli.
h Conſtituti actio datur heredibus & in heredes. *l.27.§.3.ff. de fideicom.* Hinc collige, non malè coniunctum hunc titulum ſuperioribus, in quibus agitur de actionibus hereditariis *tit. 16. 17.*
i Conſtitutum non eſt, niſi antecedentis debiti *in fine.j. eodem. l.6.§.2.D.eodem.* Et meritò, quia vt conſtitutum obliget, naturalem & ciuilem rationem exigit.
k Recipi olim poterat res, etſi non debita.
l Abſurdum, omnibus temporibus tale.
m *dixi s̄. eodem, ibi, vt pro iam debito.*
n *dixi s̄.eod. ibi quas in ſtipulationem.*
o Res in pecuniam conuerti poſſunt.
p Senſum, non vana vocabula, amplecti oportet.
q *dixi s̄. eod. ibi, non ſolum res.*
r Pecuniæ tamen nomen ſtrictius eſt, quàm rei. *l.5.D.de verb.ſignificat.*
ſ corporales. *l.178.d.tit.adde l.2.§.3.ff.de reb.cred.l.1.ff.de Senatuſconſ. Maced. l. 50. ff.de leg.1.* t De argentariorum officio, vide Cuiacium *ad Nouell. 136.*
u id eſt. promiſerint. & malè hinc colligit Baldus, Mercatores & artifices poſſe facere inter ſe ſtatuta, eáque confirmari iure communi. x *de qua v. §.4.Inſt.de fideiuſſoribus.l.26.ff.de fideiuſſoribus.* y *Paul.1.ſent.20.§.vn.* Epiſtola D. Hadriani, datum eſt beneficium diuiſionis fideiuſſoribus, quod non prodeſt renuncianti. Nũquam igitur hodie prodeſt. vix eſt enim vllus contractus celebratus apud notarios, in quo Epiſtolæ D. Hadriani non renuncietur.
z Mandamus credi, etiam abſentes: fideiubemus quidẽ præſentes tantũ, ſed tamen verbis. *l.12.j.de fideiuſſ.l.32.D.mandati:l.3.in f.D.de admin.rer.* Conſtituimus nudo cõſenſu eoque ſufficiente ad actionem producendã *§.9.Inſt.de act.* & ita differunt mãdator, fideiuſſor, & is qui conſtituit. In eo conueniunt, quod pro alio hi omnes interueniunt. a i.res quaſcunque. *l.2.s̄.eod.* b *l.7.D.fideiuſſ.tutor.*
c *v.21.D.3.adde 1.Harm.2.2.Clemen.7.* d i.probare. Petenti mutuum, onus probandi incumbit *l.2.ff.e.Ec.d.loco c.2.* e *l.2.ff.e.l.vlt.j.de ſolut.* Reus ſuam exceptionẽ probare cogitur. & meritò, cùm excipiendo fiat actor. *l.1.ff.de excep.Ecl.d.loco c.17.*
f Petitori poſſeſſionis, non ei qui poſſidet, onus probandi incũbit, idque veteris iuris definitione hac regula continetur, *l.1.C.de fide inſt.adde l.24.in f.D.de rei vind. l.21.s̄.de rei vind.* g *l.4.s̄.de edendo:l.9.in pr.s̄.de oblig.& act.l.9.j.de except.*

De co-

De collegis.

3. Imp. *Alexand.* A. Leænæ & Lupo.

EX persona collegæ aui vestri conueniri non debetis, si eundē collegam tempore[a] depositi offic j||soluendo[b]|| fuisse ostenderitis. PP. V. Kal. Ian. Pompeiano & Peligno Coss. 232.[c]

De dominio.

4. Idem A. Vito.

PRoprietatis[d] dominium non tantùm instrumento emptionis, sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur. PP. Kal. Nou. Alexandro A. III. & Dione Coss. 230.

De scriptura priuata.

5. Imp. *Philippus* A. *&* *Philip.* Cæs. Sertorio.

INstrumenta[e] domestica[f], seu priuata[g] testatio seu adnotatio, [h] si non aliis quoque adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. 7. Id. Apr. Philippo A. & Titiano Cons. 246.

De rationibus defuncti & vltima voluntate.

6. Idem A. & *Cæsar* Romulo.

RAtiones defuncti[i] quæ in bonis eius inueniuntur, ad probationem sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est. Eiusdem iuris est, & si in vltima voluntate[k] defunctus, certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas sibi[l] deberi significauerit[m]. PP. Id. Martij, Philippo A. & Titiano Conss. 246.

In authen. de iureiurando à moriente præstito §. vlt. coll. 5. tit. 3. al. 2. Nou. 48 c. 1.

QVod[n] obtinet omnimodo, si testator non iurauerit[o]: alioquin heredes necesse habent, testatoris religioni stare, aut minimè fruentur, his, quæ relicta sunt: sed creditoribus nihil ex hoc præiudicij comparabitur.

De scriptura creditoris.

7. Imp. *Gallienus* A. Sabino.

EXemplo[p] perniciosum est, vt ei scripturę credatur, qua vnusquisque sibi adnotatione[q] propria debitorem constituit. vnde neque[r] fiscum, neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere||posse||oportet. PP. 3. Non. Mar. Gallieno A. VII. & Sabinillo Cons. 267.

De reo.

8. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Publicio & Optato.

FRustra veremini, ne ab[s] eo, qui lite pulsatur, probatio exigatur. PP. 14. Kal.* Basso & Quintiano Coss. 289.

De ætate.

9. Iidem AA. & CC. Martianæ.

CVm te minorem[t] quinque & viginti annis esse proponas: adire præsidem prouinciæ debes, & de||ea||ætate probare. Dat. Id. Apr. AA. Coss. 293.

De statu liberorum.

10. Iidem AA. & CC. Isidoro.

NEque natales[u] tui, licèt ingenuum te probare possis, neque[x] honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continent[y] cùm[z] nihil prohibeat & te ingenuum, & eam ancillam esse Dat. 18. Kal. Maij, AA. Conss.*

a Qui (ne conueniatur) excipit, collegam fuisse soluendo, probare tenetur eumidoneum fuisse tempore depositi officij. Et ita ex persona contutoris, qui erat soluendo tempore finiti officij, nemo potest conueniri. Parum ad rem Accursius & Bald. hîc colligunt, ex præsenti statu, præsumi in præteritum. Paulò melius Alciatus 2. præsumpt. 25. Præsumi de præterito ad præsens. Dic meliùs, Qui debitorem non conuenit, quo eum tēpore potuit conuenire, sibi præiudicat *l. 11. ff. eo. l. 1. §. 12. 15. ff. de tutel. & rationib. l. 1. §. 12. ff. de magist. conuen. l. 11. ff. ad municip. l. vl. j. quib. caus. habenti tut. l. 1. j. de diuid. tut.* vel ita: tutor vel officialis ex persona collegæ conueniri potest, nisi probauerit tempus finiti officij, collegā fuisse soluendo *adde l. 51. §. 1. D. de fideiuss.*

b *l. 1. §. 10. §. 12. j. de tutel. & rat. distr.*

c Hæc lex transposita est, vt ex hac subscriptione apparet. Ideóque quarta huius tituli in editione Haloandri rectè collocatur: id quod sæpe in hac editione accidisse video.

d Dominiū probari potest instrumentis & testibus, *l. 10. in fin. s. de rei vind.*

e putà rationes *l. 6. j. eo.*

f i. quæ domi ac priuatim, non adscito tabellione, testibus aut aduersario, sibi quisque facit. *l. 3. D. de iur. fisci.*

g ἡ τ῀ ἑαυτοῦ ὑπόμνησις *1. Harm. 8. §. 8.* propria subnotatio. *l. 7. j. eod.*

h *l. 7. j. eo.* vel possessio, adseueratio *l. 5. j. de testa.* breuis *l. vlt. j. de conuen. fisci.*

i *v. l. 5. s. eod.*

k i. testamento. hoc vt verū esset, dixi ad *l. 5. s. familiæ: & l. 10. s. comm. vtriusq. adde l. 37. §. 5. in fi. ff. de legat. 3.*

l se debere. ita legendum existimo ídque innuit hęc hypothesis, diuersa à superiore, quæ extat huius legis initio. Id etiam satis innuit Authentica proximè sequens qua dicitur, Heredes cogi stare testatoris religioni. Quæ verba ostēdunt testatorem in rebus certis obligatū fuisse, non ei res certas debitas. alioquin dicendum fuisset, debitores cogi stare religioni defuncti. Ratio autem decidendi hîc est manifesta *l. 11. §. 1. ff. de interrog.*

m potest tamen eo casu debitori deferri iusiurandum *d. §. 5. adde Cuiac. Nou. 48. c. 1. in fin.*

n sic restitue, Quod non obtinet omnimodo, nisi testator &c. vt sit sensus, Non continuò obligari heredes ex confessione testatoris, nisi iurauerit: non ex quauis eius confessione teneri, sed tantùm iurata.

o Defuncti iuramento, heredes obligantur,

p & falsi facilitati. Cæterum hinc colligas, rem mali exempli vitandam *l. 47. D. de iudiciis.*

q subaudi ὑπόμνησις; ὑποσημείωσις. *1. Harm. 8. §. 8. §. 9. v. l. 5. 6. s. eo.*

r *l. vl. j. de conueniendis fisci debitoribus.*

s A reo probationes non exiguntur, sed ab actore *l. 2. D. eo.* Probationibus reus non oneratur *Syn. Basil. 22. tit. 1. c. 41.*

t Qui de ætate excipit, eam cogitur probare *l. 4. j. de in integr. l. 32. l. 39. ff. de minorib.*

u Natales, aut honores patris, liberos eius ingenuos esse non probant.

x Non necessariò ingenua præsumitur, cuius pater ingenuus aut honore functus *vt hic.* pręsumitur tamen *adde l. 22. j. de liberali causa.*

y Honoribus enim non funguntur, neque ad honores admittuntur serui. *l. Barbarius. ff. de off. prætoris: adde l. j. tit. de dignitatibus lib.* XII.

z i. cum sæpe id accidat. Nota argumentum à communiter accidentibus *v. Roland. à Valle 1. consil. 52. num. 12. 13.*

a Qui vitium testamenti impugnat, vitium tenetur probare: aliàs, præsumitur pro testamento.

b Nota apud quem agatur de hereditate.

c Emptio, possessionis adpræhensio, pecuniæ numeratio, testibus, citra instrumēta, probari potest, *adde quæ scripsi ad leg. 7. s. de pactis.*

d hoc quid sit, *vide l. 2. in fine ff. de act. emp.*

e *leg. 1. j. de fide instrum.*

De hereditate.

11. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

SI scriptum heredem ab amita tua, vel || de || testamenti vitio[a], vel quacunque alia ratione non posse obtinere hereditatem, probari à te posse confidis: de hac hereditate apud[b] rectorem prouinciæ agere potes. S. V. Kal. Maij, Heracliæ, AA. & CC. Conss. 294.

De emptione.

12. Iidem AA. & CC. Chroniæ.

CVm res non instrumentis gerantur: sed in hæc rei gestæ testimonium conferatur: factam emptionem[c] & in vacuam[d] possessionem inductum patrem tuum, preciūque numeratum, quibus[e] potes, iure proditis probationibus docere debes. Dat. 5. Non. Oct. AA. & Coss. 299.

De consanguinitate.

13. Iidem AA. & CC. Iustino.

NOn[f] epistolis[g] necessitudo consanguinitatis[h], sed natalibus[i], vel adoptionis solemnitate coniungitur: nec aduersus absentem hereditatis diuidendę gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, substantiam[k] perimit veritatis. Siue itaque quasi[l] ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistolam emisisti, siue familiæ erciscundæ, quasi pro coherede petitus arbiter doceatur: fraternitatis quæstio per hoc tolli non potuit. Dat. Kalend. Decemb. AA. Conss. 299.

De quæstione an sit filius.

14. Iidem AA. &. CC. Municiano.

NOn nudis adseuerationibus[m], nec ementita professione[n], (licèt vtrique consentiant) sed matrimonio[o] legitimo concepti, vel adoptione[p] solemni filij[q] ciuili iure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse ||probare|| confidis: per te vel per procuratorem adfirmationem eius falsam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. CC. Coss. 299.

De violenta possess.

15. Iidem AA. & CC. Antonio.

VIs eius, qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis seruo minimè prodest, Cùm igitur aufugisse[r] te de domo Seueri profitearis, verùm nec ab illo iustō initio, sed per violentiam adseueras ||te|| esse detentum, inquisito priùs, an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus sis, tūc etiam onus probationis quis debeat subire, per huiusmodi euentum declarabitur. Datum 6. Kal. Ian. AA. Conss. 299.

De bonis paternis

16. Iidem AA. & CC. Philippo & Sebastiano.

SIue possidetis prædia, quæ à patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes vindicant, ipsis incumbit facti probationis necessitas, siue ipsis ea prædia quasi à patre vestro sibi donata tenentibus, vos coheredes constituti patris petitis: vt intentionem vestram non constitisse detegant: vnde[s] domini facti sunt, emergente quæstione, docere compelluntur. Dat. 10. Kal. Febr. AA. Conss. 299.

De ingenuitate.

17. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

MAtrem tuam consecutam libertatem, ac te post[t] editam, vt ingenua probari possis, ostendi conuenit. Quod enim fratribus[u] tuis nulla moueatur quæstio[x], ad

f Consanguinitas non necessariò probatur epistolis, aut actu nudo iudicij familiæ erciscundæ accepto. Interim tamen pręsumitur tibi soror, quam scripta epistola, sororē vocasti: cum quæ denique iudiciū familiæ erciscūdę velut cū sorore tua & filia defuncti accepisti: vt onus eo casu consanguinitatis improbandæ tibi immisceat. *id. te posse probare confidis.*

g tantum sc. *v. l. 5. l. 29. D. eod.* nec transactione matris. *l. 26. s. de transact.*

h Consanguinitas quomodo probetur. vide Hartmannum *2. pract. 13. obs. 2.*

i Probatur consanguinitas natalibus & adoptione. hoc est, vel matrimonio vel adoptione. *l. 14. j. eodem.* Imò natalibus non probatur. *l. 83. j. de cond. & demonst.*

k substantiæ perimit veritatē *Halicarnas. l. 9. s. de iuris & facti.*

l Sorores enim interdum appellamus, nuda amicitia citra ius sanguinis coniunctas. *adde l. 41. j. de liberali.*

m Non sufficit ad probationem filiationis, vt te quis filium nuncupet, nisi vt filiū quoque habeat. *v. l. 5. j. de testam.*

n *l. 5. j. de testam. ad. quæ scripsi e professione ad l. 7. j. de fide instrum.*

o id est, natalib. *l. 13. s. eod. l. 6. D. De his qui sunt sui.*

p *Inst. de adopt.*

q Dictum est de ingenuitatis. *l. 19* consanguinitatis ac fraternititis probatione. *l. 13. s. eod.* nunc transit ad filiationē. Ea vt probetur, v. hanc legē. *adde l. 5. j. de testam. l. 26. s. de teansact. addo quæ dixi ad l. 13. D. hoc titulo. & l. 3. D. de censibus.* Filiatio quomodo probetur, *vide Hartmannum 2. pract. 13. obs. 1.*

r Antonius de fuga confitetur, sed de iniusta seruitute Seueri excipit. Interea dum de libertate iudicatur, num cogitur ad Seuerum reuerti, & de sua ingenuitate probare? cùm primùm constiterit iudici Antonium per vim à Seuero in seruitutem addictum, Antonius in possessione libertatis constituendus. Si hoc non constiterit, ob fugam præsumitur esse in dolo: *Nouell. 53. cap. 4. Nouell. 161. cap. 1. Socinus regula 163.* ideoque tenetur se ingenuum probare. *adde l. 20. D. eodem. adde l. 21. j. de liberali:* & ita, violenta possessione probata, possessori: ea non probata, actori & petitori onus probandi incumbit. hinc colligunt, Eum qui olim dominus fuerit, hodie quoque dominum præsumi. *v. Altiat. 2. præsumpt. 20.* olim possessores, hodie possidere: *Idem 2. præsump. 21.* olim diuitem, hodie diuitem: *Idem 2. præs. 27.* An olim pauper, hodie talis sit præsumendus. *v. l. 10. j. arbitr. tut.*

s Bona à defuncto relicta, non præsumuntur alterius esse, aut ab eo donata, nisi de donatione constiterit, *vide Alciatum 1. præsump. 10.* Dominium enim præsumitur cōtinuatum in filium heredem, non in donatarium. Is itaque siue agat, siue ab eo petatur, donationem probare tenetur.

t Mox si mater libera, mox eius filij liberi: potuerunt enim ante matris libertatem nasci. *l. 10. in fine s. eodem. l. 22. j. eod.*

u Non si fratribus tuis mouetur status quæstio, ideò liber censeris. Potest enim eadem mater nondum libera, te: libera facta, fratres tuos peperisse. *l. 17. j. de liberali.*

x *sub.* libertatis. *l. 17. j. de liberali.*

a *l.vlt.j.arbitr.tutelæ.* b *l.10.j.de donat.* c Præſumitur pro inſtrumento, niſi contrarium probetur.*l.14.in fi.j.de contrahend.ſtipul. l.16.j.de donat.inter virum & vxorem.*Aduerſus inſtrumentum admitti poſſunt probationes contrariæ.
d *l.12.j.de exceptionibus.* Dilatoriæ ad perſonas iudicis, actoris, procuratoris pertinent: peremptoriæ ad ipſas cauſas. Non mirum itaque,ſi illæ ante litem conteſtatam opponēdę ſint: Peremtoriæ, poſt eā conteſtatam poſſint opponi.Eſt & illud ſciendum, Dilatorias quoque ex pacto tēporario poſſe ꝑficiſci. *l. 27. §.1. ff.de pactis.qua de re vide Cuiac. 9. obſ.23.*
e i.ante litem conteſtatam.
f i.poſt litem conteſtatam. Non ſunt igitur eadem, opponere & probare. Dilatoria, ante, non poſt litem cōteſtatam opponitur. Poſt, nō ante,ꝓbatur.
g Qui tertiò teſtes produxit, poſt editas exceptiones nec ꝓferre poteſt.Qđ ſi non excepit, nec per ſe ipſe, aut per propriū patronū teſtimoniis interfuit, tū poteſt ante editas exceptiones & quartò teſtes proferre,ſi tamē iurarit non ſe dolo quartam teſtium productionē quærere. *1.Harm.6.§ 35.*
h ſenſus eſt Eū qui ſemel vel iterum, vel tertiò teſtes produxit,&poſt tertiū productioni renunciauit, non admitti ad aliā productionem, ſi & priorum teſtimonia, vel aduerſarij exceptiones non cognouerit.Sin minus,admitti,dūmodo iurauerit ſe priora teſtimonia cognita non habere.
i Tres productiones teſtium permiſſæ.
k Didiciſſe teſtificata,ꝓductionē teſtiū impedit.
l Quarta productio teſtium requirit ſolemnitatem.

defenſionem tuam nihil prodeſſe poteſt. Datum 5.Id.Febr. AA.Conſſ.299.

De inſtrumento donationis.

18. Iidem AA. & CC.Violantillæ.

CVm precibus tuis ſignifices, ignorante[a] te prędium eum,cuius meminiſti, ſibi velut à te donatum inſtrumentis inſeri feciſſe: ſi vera ſunt,quæ ||precibus|| indidiſti: nec[b] ad nomen factæ donationis fundus iſte peruenit.vnde adito iudice competenti, probare[c] te oportet contra voluntatem tuam hunc fundum inſtrumento aduerſarium tuum ſibi adſcribi laborare: vt ſecundum tenorem reſcripti noſtri poſſis conſequi ſententiam. Dat. 12. Idus April. Byzantij,CC.Conſſ.300.

De exceptione dilatoria.

19. Iidem AA.& CC.Menandro.

EXceptionem dilatoriam[d] opponi quidem initio[e],probari verò,poſtquam[f] actor monſtrauerit,quod adſeuerat,oportet. Datum 13. Kalendas Aprilis Nicomediæ CC. Conſſ. 300.

De teſtibus.

In authent.de teſtib.§. quia verò multi.coll.7.tit.2.nou.90.c.4.

AT[g] qui ſemel produxerit teſtes,aut bis[h],aut ter[i], & teſtificatu tractauerit, aut ab aduerſario hoc faciente diſputationem acceperit, & ex hoc teſtificata[k] didicerit: non habebit licentiam vlterius vti productione teſtium ex diuina etiam iuſſione. Si vero hoc non egerit: tunc danda eſt quarta[l] productio teſtium ſacramento[m] ab eo prius dando, quod neque ſubtraxerit, neque percontatus eſt ipſe teſtificationes,vel aliquis aduocatorū eius,vel alius pro eo agens: nec per dolum, nec per machinationem,vel artem,quartam productionem teſtium petat fieri.

Si ea, quæ de ſtatu ſuo litigat, inſtrumenta ſubtraxiſſe dicatur.

20. Iidem AA.& CC.Phronimæ.

SI de poſſeſſione ſeruitutis,emptionis[n] inſtrumētis ſubtractis, in libertatem proclamat Eutychia: cum petitori[o] probationis onus incumbit, intentione ſua defecta, his iuuari minimè poteſt. Nam ſi in ſeruitutem petatur:ad emptionis probationem non eſt indiciis aliis opus, ſed inſtrumentorum furtum[p] monſtrare ſufficit. 4.Non Decem. Nicomediæ,CC.Conſſ.300.

De rei vindicatione.

21. Iidem AA.& CC.Criſpo.

AD probationem dominij,aliena ſubtrahentes[q] inſtrumenta,his vti minimè[r] poſſunt: quippe cum horum lectio[ſ] non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat,adiuuet. Cum itaque nec cætera probationum indicia[t] reprobentur: iure competenti, prædiorum quæ in quæſtionem veniunt,dominium ad te oſtende pertinere.nā res vindicantem ab emptore[u], ſuos numeratos nummos adſeuerantem, erga probationem laborare non conuenit, ſi quidem huiuſmodi, licet probetur factum, ||tamen|| intentioni nullum præbet adminiculum. S. 6. Id. Decembris Singiduni,AA.Conſſ.303.

De cauſa ſtatus.

Per media impertinentia non fit probatio.Bald.

m Iuramento probatur animi qualitas n Non cōtinuò qui in libertatē proclamat ex inſtrumentis ſuæ emptionis(id eſt,quib.conſtat ſe ſuam libertatē quondam vendidiſſe)quæ penes ſe habet,præſumitur liber. præſumitur potius ea ſubtraxiſſe: niſi à domino reddita,animo manumittendi,probauerit.Diuerſum erit,ſi in libertatem vltrò non proclamet,ſed eum in ſeruitutem dominus aſſerat. tunc enim ſola productione inſtrumenti præſumitur liber,niſi ſubtractum probetur. *v. 12.Eclog.1.cap.* περὶ ἀπαφονέντων,*&c.ex tit.9.*20.21 Interim nota veteris moris veſtigium,quo in vſu fuit reddi manumiſſis inſtrumenta ſeruitutis.
o *l.2.ff.eod.* p *l.5.l 13.j.de fide inſtrumentorum.*
q Furi non prodeſt inſtrumentum ſubtractum.
r *vide Zaſium 2.Reſponſ.12.* ſ Inſtrumentum nihil aliud probat, quàm quod in eo continetur:non iuuat recitantem,ſed eum,quem tenor ſcripturæ deſignat.*l.4.in f.j.ſi quis alteri vel ſibi.* t Iudicia valent à probatione.*l. vlt.j.eod.*
u Non ideo ſi ex mea pecunia fundum emiſti,fundus meus eſt,*vt l.8.ſi quis alteri vel ſibi.* At habeo penes me emptionis iſtius inſtrumenta, vt hinc poſſit præſumi, emptionem meo nomine factam? non eſt efficax præſumptio. Quid iuris? eius erit fundus,cuius nomine eum emptum fuiſſe inſtrumentum declarat.
x non ſi mater aut frater ſeruilia fecit miniſteria, ideo filij aut fratres ſerui pręſumuntur. y *facit l.17.s.eod.* z *l.11.s. de petitione hered.*
a Facti negatiua probari non poteſt.*l.10.in fin.j.de non numer.*iuris poteſt. *l. 5.in fine ff.eodem.* ſed & ea quæ tempus & locum habet adiunctum. quod ei accidit, qui ſe vel aduerſarium abfuiſſe probat.*l.14.in f.j.de contrah ſtipul §.item. inſtit.de inutilibus ſtipulationibus.* Huiuſmodi negatio non eſt pura aut ſimplex,*adde l. 5.j. de codicillis Martinum de fano & Franciſcum Herculem Ferachinum tract.de negatiua probanda:& Lanfracum de Oriano in c.quoniam.de probat. num.3.*
b *l.7.Cod. Theod.de fide teſtium & inſtrumentorum.* vbi interpres hanc ſentētiam proponit,Eos qui ſcripturam in audientiam protulerint,veritatem eius probare iuberi: quòd in omnibus cauſis hoc ſtatutū ſit, vt ſcripturā probator affirmet.Nam ſi is qui ſcripturam protulit,eius non adſtruxit veritatem,vt falſitatis reus retinebitur. Æquè obſcurè author ſynopſeos 22.*t.1.ca.57.* refert eum qui ſcripturam protulerit,ipſum eam veram eſſe probare cogi:nc niſi id doceat,falſi iudiciū ſuſtinere. Itaque vt lucē his authoribus adferamus, proferre ſcripturā, aut vt hîc legitur ſcripturā ſuſpectam comminiſci & promere in iudicio, nihil aliud eſt, quàm ſcripturam aduerſarij & commentitiam ſuſpectam,& falſam accuſare. c i.qui aiunt falſam ſcripturam productam. d *al.*promiſerint. e adſtrixerit,*Haloand.* f nefariæ,*Haloand. Cod.Theodoſ.12.39 7.* g Qui accuſat inſtrumentum de falſo,nec probat:punitur tanquam falſarius, *adde l.2.j de fide inſtrument.l.22.j.de falſis:l.3.§.4.de ſuſpectis.*& merito. nec.n. de ſuſpitionib. iudicandū.*l.16.j. de pœn.*
h rectè hoc additur. nec enim omnis teſtis eſt idoneus.
i Præcipuæ ac plenę probationū ſpecies ſunt, inſtrumenta publica, teſtes duo vel plures, facti euidentia, confeſſio iudicialis, iuſta & vrgens præſumptio,Indicia. *l.21.j.eodē.* indubitata, luce clariora *vt hic:* certa. *l. 19. s. de rei vindict.* iura prodita.*l. 5.j. de iure dot.*apertiſſima rerum argumenta. *l.3. §.4. ff.de ſuſpectis.*euidentia. *l.34.j. de adulterijs.* liquida.*l 2.j. de in litē iurando:*euidentiſſimæ,*l.34.§.3 ff.de legat.1.*liquidæ & manifeſtę probationes.*leg. 14 in fi.j. de contrahenda ſtipulatione,* manifeſtiſſimæ rationes.*l. 17.in fi.ff.de manumiſſ.teſtament.* probationem faciunt.Iuſiurādum eſtne per ſe ac ſolum,legitimæ probationis genus?Oldēdorpius putat *in Topicu cap.de plena & ſemiplena probatione.*Cuiacius negat *hoc titulo.* Sed admittit tantùm eſſe adminiculum infirmæ probationis.*Edicto Iuſtiniani 7.*
k Hyperbole: Sic cōtinuè fieri dicitur, quod tamen explicari poteſt aliquo actu interpoſito. *l.137.ff. de verb. obligat.*ſic adorāda ęternitas Imperatoris.*l.2.j.de fabricenſibus.*Imperator, totius mundi dominus *l.9. ff. ad l. Rhodiam.*Sunt & ſimiles in iure haud infrequentes.

22. Iidem AA.& CC.Agathocleæ.

AD probationem ſeruitutis Glyconis, matrem eius ac fratrem[x] ſeruilia feciſſe miniſteria,non ſufficit: cum[y] neque ingenuorum conuenientia coniunctis neceſſitudine præiudicet,neque de ſeruis ex eadem matre natis libertatem vnus adipiſci prohibeatur.Datum 9. Kalend.Ianuar. ipſis CC.Conſſ.* *

De actore & reo.

23. Iidem AA.& CC.Menelao.

ACtor,quod adſeuerat,probare ſe non poſſe profitēdo, reum[z] neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cùm per rerum naturam factum negantis[a] probatio nulla ſit.Dat.8.Kal.Ianuar.CC.& Conſſ.304.

De ſcriptura ſuſpecti.

24. Imperatores *Valens,Gratianus,& Valentinianus,* ad Antonium præfectum prætorio poſt alia.

IVbemus[b] omnes qui ſcripturas ſuſpectas comminiſcuntur[c],cum quid in iudicio prompſerint[d], niſi ipſi adſtruxerint[e] veritatem,vt nefariæ[f] ſcripturæ reos,& quaſi[g] falſarios eſſe detinendos.Da.Prid.Id.Ianuar.Tiberiade, Valente V.& Valentiniano Iun.Conſſ.376.

De iudicijs criminalibus.

25. Imperatores *Gratianus,Valentinianus,& Theodoſius*, AAA. Floro præfecto prætorio.

SCiant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre in publicam notionem debere,quæ munita ſit[h] idoneis||teſtib.|| vel || inſtructa || apertiſſimis||documentis, vel indiciis[i] ad probationem indubitatis & luce[k] clarioribus expedita.

DE TESTIBVS[l].

Tit. x x.

De ſcripta teſtatione, & nuda voce.

Hanc legem reſtituit ex Baſilicis Cuiacius lib.13.obſeruat.cap.38. quam Antonini eſſe exiſtimat.illius autem ea eſt ſententia, Ne teſtes recipiantur aduerſus tabulas vel inſtrumenta,quæ etiā teſtium ſubſcriptionem habent: & eam expreſſit Harmenopulus his verbis lib.1.titul.6. Ἄγραφος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

I.*[m]

COntra ſcriptum teſtimonium non ſcriptum teſtimonium non fertur[n].

De ingenuitate.

2. Imp.*Alexander* A.Carpo.

SI tibi controuerſia ingenuitatis fiat: defende cauſam ||tuam||inſtrumentis[o] & argumentis,quibus potes.Soli[p] enim teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt. PP.10.Kal.Maij,Maximo II.& Æliano Conſſ.224.

l *Paulus ſent.15.22.ff. 5.Nou. 90.21.Eclog.1.Harmen.6.3.quæſt.4.5.9.& 14.quæſt.2.2.decret.20.2.ſext.10.2.Clement.8. v. Oldendorp.in tract.de teſtib.Rebuff.tom.3 tract.de teſtib.* m Latina interpretatio.
n ſic diſtingue,Aut de teſtimoniis aduerſus tabularum fidem admittendis agitur, aut earum ex poſt facto inutilitate. Quod ad poſtremum attinet,Tabulę, cautiones, ſyngraphæ teſtibus munitæ,nudis teſtibus potiores.in illas nudi teſtes non audiuntur.Quid ſi quinque teſtes aditi rogatíque,ſolutionem eſſe factam reſpondeant? audientur.*l.18.j.eod.Nouel.90.*alias chirographum,apocha,vel alio ſcripto tantùm refellitur,non teſtibus.*l.25.in fi.ff.de probat.* Videamus de priore ſpecie, quoties ſ.de fide tabularum dubitatur.Inſtrumenti falſitas teſtibus probari poterit. *Paulus 5.ſentent. 25.§.5.adde l.14.in fi.j de contrah.ſtipul.* Sed iidem (poſſunt etiam & alij in caſus legis *14.in fi.j.de contrah.ſtipul.*)teſtes qui ei interfuerunt, eius falſitatem poſſunt arguere. *Paulus 5.ſentent.15.§. 4.* quo caſu viua vox (quam tamen vult munitam eſſe iureiurando.Harmenopulus *1.tit.6.cap.*περὶ ἀγράφου)præferetur ſcripturæ. Quid ſi omnes non conſentiant? maioris partis depoſitioni ſtabitur.Quid ſi ſint æquales?ex eorum depoſitione quæ inſtrumenti narrationi eſt conformis,iudicandum.Quod diximus de tabulis & chirographis,an idem obtinet in teſtamentis? teſtamentum alio teſtamento eſtne præcisè reuocandum,an potius reuocatio teſtibus probari poterit?poterit.*l.27.j. de teſtam.* Qua in ſpecie ſi quæſieris, quot teſtes requirantur,verius eſt, tres ſufficere,ſi de decennali teſtamento agatur.*l.27.j.de teſtam.*hoc ceſſante, totidē requiri teſtes exiſtimo,quot in teſtamento faciendo requiruntur. *adde Cuiacium 13. obſ.38.& 16.obſeruat.21.*
o Acta ordinatoria iudicij corā arbitro facta,coram iudice fidem non facere hinc colligunt,de quo vide Socinum *reg.8.*
p Ne putes ingenuitatem teſtibus ſolis probari non poſſe, ſed potius, non tantum teſtibus, ſed & inſtrumentis & argumentis probari. *leg.6.j.de fide inſtrum. l.16. de liberali.l.10.s.titul.proximo.*Soli teſtes non ſufficiunt,id eſt,non ſolummodo.adde *l. 10. 13. l. 17. s. titulo proximo.*Porro videbatur dicendum, Teſtibus ingenuitatem probari non poſſe,Nam ingenui ætas,vt naſcitur,conſcribi ſolet.*l. 2.ff.de excuſat.tut. l.3.ff.de cenſib.*Videri exinde ad probationem ingenuitatis ſcripturā præcisè requiri, quæ ab eius natiuitate ſit exacta. Alia ratio ſummi poteſt ex cauſa ſanguinis.*leg. 3 §.3.D.eodem.*

De teſti-

De testimonio domestico.

3. Imperatores *Valerianus & Gallienus*, AA. Rosæ.

ETiam iure ciuili domestici [a] testimonij fides improbatur [b]. PP.3.Kalend.Septemb.Valeriano III. & Galieno II.AA.Consſ.256.

De testatione sola.

4. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus* Augusti Valerio.

SOla [c] testatione prolatam, nec aliis legitimis [d] adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti, certum est. PP.8.Kal.Decemb.Caro & Carino AA.Consſ.283.

De qualitate testium.

5. Imperatores *Dioclet. & Maximianus.* AA. Candido.

EOs testes ad veritatem iuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ [e] & potentatui [f] fidem religioni iudiciariæ debitam possint præponere. PP.5.Kal.Maij, Maximo II. & Aquilino, Consſ.280.

De parentibus & liberis.

6. Iidem AA.& CC.Tertullo.

PArentes [g] & [h] liberi [i] inuicem aduersus [k] se nec volentes [l] ad testimonium admittendi sunt. PP.4.Non.Decē. Nicomediæ, CC.Consſ.294.

De exhibitione.

7. Iidem AA. & CC. Diogeni & Ingenuæ.

NImis [m] graue est, quod petitis, vrgeri partem diuersam ad exhibitionem [n] eorum [o], per quos tibi [p] negotium fiat. vnde intelligitis, quod intentionis [q] vestræ proprias afferre debetis probationes, non aduersus se ab aduersariis adduci. Dat.6.Kal.Maij, CC.& Consſ.294.

De seruo.

8. Iidem AA.& Cæsares Deruloni.

SEruos pro domino, quemadmodum [r] aduersus eum, interrogari non posse: pro facto autem suo [s] interrogari posse, non ambigitur. Datum Kalend. Nouemb. Nicomediæ, CC.Consſ.294.

De iureiurando de qualitate testium. 1. De vno teste.

9. Imp. *Constantinus* A. ad Iulianum Præsidem.

IVrisiurandi [t] religione testes, prius [u] quàm perhibeant testimonium, iamdudum artari præcepimus: & vt honestioribus potius testibus fides adhibeatur. 1 ¶Simili modo sanximus, vt vnius [x] testimonium nemo iudicum in quacunque [y] causa facilè patiatur admitti. Et nunc manifestè sancimus, vt vnius omnino testis responsio [z] non audiatur, etiam si præclaræ [a] curiæ honore præfulgeat. Datum 8. Kalend. Septembr. Naisso Optato & Paulino Consſ. 334.

De re propria.

10. Imppp. *Valent. Grat. & Valentin.* AAA. ad Gracchum P. vrbi.

OMnibus in re propria [b] dicendi testimonij [c] facultatem iura submouerunt. Dat.5.Kal.Decem.Valente V. & Valentiniano Iun.Consſ.376.

De statu testium, vt socij vel participes criminis non sint de sumptibus.

11. Imperatores *Honor. & Theod.* Augusti Cæciliano P.P.

QVoniam liberi [d] testes ad causas postulantur alienas, si socij & participes [e] criminis non dicantur, sed fides ab his notitiæ [f] postuletur: in exhibitione [g] necessariarum [h] personarum, hoc est testium, talis debet esse cautio [i] iudicantis, vt his venturis ad iudicium, per accusatorem, vel ab his, per quos fuerunt postulati [k], sumptus [l] competentes dari præcipiat. Idem iuris est, & si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte producendi sunt. Dat.13.Kal.Feb.Rauennæ, Honorio, VII.& Theod.IIII.AA.Consſ.409.

De statu testis.

In authent. de testib. § si verò dicatur. col. 7. in authen. de testib. § si verò dicatur. col. 7. tit. 2. Nou. 90. c. 6.

SI testis productus dicatur seruilis [m] esse fortunæ & testari voluerit, ipse verò se liberum esse affirmet, si quidem ex natiuitate, impleatur testimonium eius: vt si is habita disputatione seruus esse apparuerit: respuatur eius testimonium. Si verò libertinum se dixerit: prius instrumentum suæ manumissionis ostendat, quàm testificetur: nisi iurauerit se alibi probationes habere: quo facto, testificatio quidem scribatur: sed nisi instrumentum monstrauerit, respuatur testimonium eius. Si verò dicatur odiosus ex lite criminis inter eos mota, & hoc apparuerit: non ante audiatur, quàm de crimine iudicetur. Si verò ex lite pecuniaria vel aliter est odiosus: procedat quidem testatio, tempore [n] verò disputationum seruentur huiusmodi quæstiones.

De libertis.

12. Iidem AA. Georgiæ.

LIbertorum aduersus [o] patronos illicitas atque improbas voces pœnæ obiectione præcludimus: atque ita, vt non solummodo sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. Dat.4.Id.August.Rauennæ, Mariniano & Asclepiodoto Consſ.423.

---

a Domestica testimonia, *οἰκειακαὶ μαρτυρίαι.21.Eclog.1.c.24.* testis de domo. *l.24.D.eodem.* puta pater, filius, vxor, serui, & similes personæ. de quibus vide quæ notaui ad *d.l.24.& l.4.5. dicto tit.* mercenarius. *l.11.§.1. D. de pœnis.* hoc addendum, domesticum considerari tempore testimonij dicendi. nisi is in quem agitur data opera testem emerit: & ita seruum suum fecerit, ne testimonium eius audiretur: aut eum alteri vendiderit, vt venditionis occasione aduersus tertium eo vteretur. *l.1.§.12. D. de quæstionib. vide Oldendorp. cap. 4. de testib. nu. 5.*

b aduersus tertium scilicet, & vbi testium domino, vel patri aliquid adquiritur, 1. *Harmenop. 6. c. περὶ κεκωλυμένων μαρτύρων. l. 9. de testibus.* Quid si tertius vltro petierit domesticos interrogari? Accursius putat fortè cogendos. distingue melius. nam parentes, & liberi, etiam inuiti non coguntur alij in alios testimoniū ferre. *l.4. l.5. D. eod.* Serui certis casibus coguntur. *l.1.j. de quæst. l. 10. § 4. D. de quæst. 21. Eclog. 1. cap. 27. infi.* Reliquas personas non ita coniunctas, etiam admitti: si sint honestæ. *vide Iohannem Andreanum. 2. quæst. 69. nu. 7.* Lego apud Paponem duos infantulos aduersus parentem suum interrogatos, & parentem eorū indicio penè sublatum *24. Arrestor. 9. num. 7.* Quin & de nece domini aduersus tertium, serui interrogātur. *l.1. D. de Silaniano.* Quid si de iniuria illata agatur, domesticis estne fides adhibenda aduersus tertium? potest adhiberi, si modo cessent aliæ probationes & testes inter se constent. Nam ex probata domesticorum constantia & simplicitate, efficitur suspicio.

c solam *vulgati.* Queri potest quid hîc sit *sola testatio.* Ne dicas, Testimonium non valere sine iuramento, seu non interposito iureiurando. (potest enim remitti iuramentum) aut sine iudicis præsentia (id enim non generale est. *l. ad egregias. D. de iureiur.*) aut sine sententia. (id enim vel Bartolo displicet) Ne dicas, nihil operari testationem apud extraneas personas etiam illegitimè factam. *l.13.j. de fide instrumen.* (hæc enim interpretatio vix huic titulo cōsentanea est) Ne dicas solam testationem sine publicatione, fidem non facere apud alium iudicem (hoc enim non perpetuò verū) aut sine ratione testimonium non valere (nam ne hoc quoque perpetuum est. *c. sicut. de re iud.* vnde ex hoc loco notat Socin, *reg.* 401.402. Testē, testimonij sui causam non reddentem rectè testari: eiúsque testimoniū valere nisi in casibus exceptis, in quibus causam reddere tenetur) Loriotus putat, Totum iudiciale negotium à citatione ad executionem vsque, ex solis attestationibus sine alio titulo, substantiam capere non posse, vt quemadmodum ex scriptura contractus non nascitur. *l. Publia. D. depositi.* ita ex sola testatione nasci non possit. *leg. 2. D. de doli except.* quamuis verè facta sit, non tamen iudicis sententiam confirmat, si falsa sit sententiæ causa. Quare nihil agetur si sententia nullam aliam causam quàm attestationem testium contineat, cùm hoc præterea scire iudex debeat, quo titulo reus debeat.

d Testis, legitimis adminiculis causam non approbat, qui dicti sui causam non reddit. Quæ fit ita testatio, sola est & nuda, id est, qui ita testatur, non probat. *qua de re vide Oldendorp. cap. 5. de testib. num. 4. wurmser. 1. pract. 18. obseru. 1.* potest tamen denuo interrogari. *Idem obser. 2.*

e Suspecti gratiæ testes non audiuntur. *5. Paul sent. 15. §. 1.* Amicus, gratiosus testis. *l. 3. in princ. D. eod.* quibus probetur amicitia *dicam alibi.* adde & amici socios non admitti. *1. Harmenop. d. c. 1. §. 6.*

f Potentatum *δυναστείαν. 21. Eclog. 1. c. 26.* Potentatus, vis species. Estque mariti in vxorem, *vide Oldendorp. cap. 4. de testibus. nu. 3.* vbi probat, vxorem pro marito testem esse non posse, quia sunt vna caro, & vna domus, nisi in maiestatis crimine. *1. Harmenop. 6. cap. περὶ κεκωλυμένων,* &c. patris in filium. *l. 9. ff. eodem.* domini in seruum. *l. 7. D. eo.* patroni in libertum. *l. 4. in fin. D. eod.* ciuitatis in vasallum, subditum, ciuem. *quá de re vide Oldendorp. cap. 4. de testib. num. 7.* locupletioris in pauperem: iudicis, in prouincialem. quidam enim potentatus est, imperium. *l. 6. D. eod.* In quibus tamen omnibus iudex potest habere rationem personarum aut testium, vt pro earum qualitate moueatur ad fidem.

g quo vocabulo ascendentes, cùm masculos, tum fœminas intellige. *Eclog. d. loco.*

h *l. 9. D. eod. 5. Paul. sent. 15. §. 3. 21. Eclog. 1. c. 29. vide Oldendorp. 4. de testibus. num. 1. & c. 66. de except. num. 12.*

i An laicus aduersus clericum? vide Socinum *regula* 409.

k secus aduersus alios. *l. 17. D. eo. l. 11. D. de falsis.*

l *Eclog. d. loco.* Renunciare igitur huic beneficio non possunt, sunt & talia pleraque, quæ iure prohibita, fieri aut geri non possunt, etiāsi maximè velimus ac permittamus. *l. 7. D. de postul. l. filiusfamilias. §. Velleian. D. de procurat.*

m *l. 10. §. 4. D. de quæstionib. l. 10. s. de edend.*

n ne dicas, ad eos alendos vt *l. 11. j. eo.* sed ad producendos, vnde Græci in specie huius legis ita exponunt, Neminem cogi testari in seipsum *προσαγαγεῖν synopsis 21. tit. 1. c. 27.* vel *προάγειν*, id est producere. *1. Harmenop. 6. §. 57.* & alioquin finis huiusce legis ab hac interpretatione facit.

o testium sc.

p Nemo aduersus se testes producere cogitur. *d. §. 4. Harmenop. d. loco.*

q *ὡς ἐνάγεται.* *Græci illo loco.* Actor arbitratu suo probatiões suas instituere debet.

r *d. §. 4. Paul. 1. sent. 12. §. 4. & 5. sent. 16. §. 5.*

s in se sc. *l. 15. j. de quæstionibus. Paul. 2. sent. 17. §. 13. in fin. & 5. sent. 16. §. 1 l. 7. D. de probat.*

t *l. 19. j. eo.* quid iurant? de veritate dicēda, nō modo super articulis datis, sed in iis omnibus quæ ad causam faciunt. *v. wurmser. 1. pract. 18. obser. 9.* aliàs eorum testimoniū nullum. *vide Oldendorp. c. 5. de testib. nu. 2.* Iuratur autem parte aduersa citata & præsente. *v. l. 18. j. de fide instrum.* aliàs eorum testimonia carent fide. *v. Oldendor. ibid. nu. 3.*

u Testis iniuratus fidem nō facit. v. tamen Socin. *reg.* 424. vnde notāt, Testium depositionem duobus constare, ipso testimonio & iuramēto, quorum alterum sine altero non valeat. *c. fraternitatis. extr. de testib.*

x Vnus testis, nullus testis. Vnius testimonium non admittitur. Vox vnius, vox nullius est. *Harmenop. 6. d. c. adde l. 20. D. de quæstionib. adde quæ dixi ad l. 14. D. de dote præleg. l. 1. in fin. D. de verb. oblig. l. 1. §. 4. l. 20. D. de quæstionib. adde Ægid. Boss. in tract. opposit. contra testes nu. 70. & seq. vide Socin. regula 423.*

y sic, depositio vnius testis, confirmata etiam sigillo, non admittitur. *Harmenop. d. c.* dum tamen ait, solum tabellionem sufficere ad ferendum testimonium super comparatione eorum instrumentorum quæ proferuntur. *l. 1. j. de falsis.* idem esse in nummulariorum rationibus, & in emphyteusibus.

z Excipe *l. 3. s. de reb. cred.* vbi creditur iuramento debitoris. Adde, nisi testator ita voluerit. *l. 14. D. de dote.* Item si dubitetur de instrumento an sit publicum, solus tabellio facit fidem. *l. 21. in fi. j. de falsis. Nou. 73.* Statur etiam iuramento creditoris super eo quod superfluum est in pretio rei venditæ. *l. vlt. §. 5. vers. sin autem. j. de iure dominij impet.* in terminis appositis statur depositioni venditoris. *l. 12. D. fin. regund.* Vnus testis negans sigillum suum inducit præsumptionem, & facit instrumentum dubium. *l. 2. in fin. j. testam. quemad. aper.* Consentire quoque possumus in nudum iuramentum aduersarij. *l. vlt. j. de fideicom. l. vlt. j. de sentent. passu.* militi ab hostibus reuerso creditur suffragantibus vitæ prioris meritis. *l. 5. §. 6. D. de re milit.* Creditur etiam vni extra iudicium seu tanquam socio vbi nullius agitur præiudicium, *22. quæst. 4. c. innocens.* Vni etiam creditur cum fama. *Spec. tit. de teste. §. 11. vers. 11.*

a etiam si sit senator. *Harmenop. d. loco. synopsis Basilic. 21. tit. 1. c. 30.* More maiorum hoc comparatum scribit Cicero pro Roscio Amerino.

b *l. 10. D. eod. 1. Harmenop. 6. d. c. adde Oldendorp. c. 66. de excep. nu. 22. 23. & 4. de testibus. num. 20.*

c adde & ferendæ sententiæ. *j. ne quis in sua causa.*

d id est, ingenui. *11. C. Theod. 39. l. 13.* Seruus, testis esse non potest. *δοῦλος οὐ μαρτυρεῖ. 1. Harmenop. 6. d. c. l. 22. §. 7. D. qui testamenta.*

e *v. quæ notaui ad l. 16. in fi. D. de quæstionibus: adde l. vlt. j. de accus.*

f Testis non debet deponere, nisi de eo quod sibi notum est.

g id est, alimentis: exhibere enim interdum significat alere. *adde l. 7. s. eo.*

h hîc non agitur de cognatorum aut adfinium depositione, *vt apud Paul. 5. sent. 15. §. 2. Oldendorp. c. 4. de testib. nu. 2. & alibi. c. 66. de excep. num. 3.* Sed id tantum innuitur, Testes censeri necessarios vt sæpius in quauis lite.

i id est, consideratio.

k Testes debent produci & rogari: aliàs, dictum eorum nullius est momenti. *adde wurms. 1 pract. 18. obseru. 13.*

l impendia. *l. 3. §. 4. D. eo. l. 6. §. 2. j. de appell. l. 11. §. 1. D. ad exhib. 21. Eclog. 1. c. 3. in fin. 1. Harmen. 6 d. c.* An operarum amissarum à teste, habenda sit ratio, vt sumptus eo nomine ei adiudicentur. *v. apud Gayll. 1. obs. 99.*

m *v. Socin. regula* 129.

n i. dicto testimonio considerabit apud se iudex an fides adhibenda sit testationi.

o Libertus in patronum nec volens nec inuitus testimonium dicit. *l. 4. in fi. D. eod. synopsis d. loco. c. 33. 1. Harmen. 6. d. c. 9. C. Theod. 6. l. 4. Paul. 5. sent. 15. §. 3. in fi.*

a hæc lex suprà ex *lib.3.synops.1.ex lib.21.tit.1.c.34.fol.34.* restituta est etiam à *Cuiac.13.obs.38.* b Interpretatio Leunclaij. c non enim audiuntur, nisi iurati. *l.9.s.eo.* De aliis pœnis testis periuri. *v. omnino wurm.1.pract.18 obs.17.* d βασάνοις ὑπόκειται. i. tormentis subiicitur. nec enim audiuntur huiusmodi personæ sine tormentis, si suspectæ fidei sint. *l.21.§.2.D.eod.& Nouell.90.* e potest etiam criminaliter agere. *l.5.9.11.16.17.penult. & vlt.s. de falsis. l.1.s. quando ciuilis accusat.*

De falsis testibus.

13. [a] Imp. *Zeno.* *

QVi [b] falsa in testimonio protulerit, primùm quidem de periurio [c], deinde falsi crimine conuenitur. quòd si eum in ipso testimonij tempore mentiri suspicio sit, verberatur [d]. Quòd si is, qui ex falso testimonio damnatus est, ciuiliter [e] agere contra testem voluerit, quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac præterea falsus ille testis definitam legibus pœnam sustinebit. Quod si etiam in ipsa lite principali conuictus mendacij fuerit, officium iudicis esto, vt eum vel in totam litem, quæ illi mota est, contra quem testimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam pœnis subiiciat: seruatis omnibus, quæ iam statuta sunt de his, qui falsum testimonium perhibent.

14. Imp. *Zeno* A. Arcadio P. P.

NVllum [f] penitus, cùm semel ad iudicem quemlibet, licèt non suum, dicêdi gratia testimonium fuerit ingressus: armatam fortè militiam, vel quamlibet aliam fori præscriptionem ad euadendum iudicis motum [g] quem vel testimonij verborum improbitas [h], vel rei qualitas flagitauerit, posse prætendere præcipimus: sed omnes, qui in ciuili scilicet causa suum præbent testimonium, separato, & tanquam ‖ ante ‖ iudicium interim deposito exceptionis fori [i] priuilegio, huiusmodi præsidio denudatos, ita ‖ad‖ iudicantis intrare secretum [k], vt quicunque aures eius offenderint, non dubitent sibimet formidandum: data cunctis iudicibus absque vllo præscriptionis obstaculo (sicut sæpè dictum est) ‖ in testes, ‖ quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate videlicet delicti, animaduertendi licentia. Dat. 12. Kalend. Iun. Decio & Longino Conss. 486.

1. De cognatione & genere. 2. De fori præscriptione.

15. Imp. *Zeno.* *

HAnc [l] *legem restituit ex Basilicis Cuiacius lib.13. obser.c.38. & illius argumentum his ferè verbis explicat.* XV. Græca, quæ dat in primis pedaneis iudicibus testes falsos corrigendi & tormentis subiiciendi, si plebeij sint, ius potestatémque, adhibito præfecto vigilum. Quòd si testes decuriones sint, vel in aliqua dignitate positi, vt non possit in eos iudex pedaneus animaduertere: debet rem omnem ad magistratum à quo datus est, referre, ita vt pro insinuatione relationis nihil inferatur, & si res aperta sit, sententiam à magistratu ferri de testium fide suscipienda vel reiicienda oporteat: sin autem maiori indagatione indigere videatur, rursus eius rei cognitionem iudici delegari, non obstante vlla præscriptione fori vllóve priuilegio. Nam cum vltro testimonium dixerint, suo priuilegio testes renuntiasse videntur. 1 ¶ Qui falsò negauit aduersarium suum esse cognatum, exegítque ab eo probationes generis aut gentis, quam is se habere dicebat: non habeat ius vendicandorum bonorum intestati (eius scilicet quem suum esse cognatum negauit, cùm intestatus decesserit.) Sed non audiatur qui ab aduersario probationes generis exigit, nisi prius ipse iuret de calumnia, & iurato conseruetur ius legitimæ successionis. Requiruntur [m] verò ad generis probationem testes quinque si desint instrumenta, vel tres si illis instrumenta suffragentur. Quòd si huiusmodi sint instrumenta, quę omnium probationum vice esse possint, illa etiam sine testibus sufficiunt. ¶ Vltimum [n] autem huius constitutionis caput illud est, vt qui instrumento testis adfuit, & qui deposuit tanquam testis quæ sciebat, pòst, lite mota, non possit defugere testimonium, & vti præscriptione fori.

De testibus cogendis testimonium perhibere vel non.

1. De sumptibus.

f *l.21.s.de falsis.*

g i. indignationem. *l.21.D. com.diuid.*

h i. vacillatio. *l.2.in fin.l.16.D. eo.1.Harm.6.d.c. in fin.* vt si dicat se nescire, mox scire, *Bald.* Quid si dubitat? potest tempus & spatium deliberandi ac respondendi à iudice petere. qua de re vide *wurmse. 1.pract.18.obs.3.*

i Falsus testis non iuuatur fori præscriptione.

k Testis nunquam interrogandus præsentibus partibus.

l aliam interpretationē Contij, *v. in noua editione Parisiensi.*

m Probari genus vbi nulla sunt instrumenta, quinque testibus potest: vbi adsunt instrumenta priuata, tres testes sufficiunt: vbi instrumentum publicum, nulli requirũtur testes. *Synopsis Basilic. 21.tit.1.c.36.*

n Testis instrumentarius, cogitur de instrumento, quoties rogatus eo nomine fuerit, testimonium dicere. *Synops. eo.*

o Hanc legem Cuiacius restituit 13.*obs.*38. eiusdē facit mentionem. 8.*obs.*13. exstat autem apud authorem synopseos 21.*tit.1.c.37.*

p Interpretatio Contij.

q *adde Nouell. 90.c.8.*

r Id fallit in personis legibus exceptis.

s i. quæ percipit sensu aliquo. Estne testis audiendus deponens de actu mentali seu præsumpto, putà de voluntate alicuius? audiri potest. sed huiusmodi testimonium minus est firmum. *v. wurmser. 1. pract.18. obser.8.* Auditúrne testis de credulitate deponens? auditur, dummodo ea sit coniuncta sensui, & munita ratione. *v. wurmser. d. loco obs.16. v. Socin. regula 429.* Ea nosse quis non dicitur, quæ duntaxat per transennam ac iter faciens audiuit. *v.1. Harmenop.6.d.c.*

t Testimonium inuiti dicere qui non coguntur.

u *l.9.s.eod. v.l.4.5.D.eod.*

x quid, in scriptis non deponent? possunt deponere *s.eod.ibi, deponant:* nisi iudex præcisè vti velit eorum præsentia, quæ in veritate exploranda potissimum requiritur. *l.3.§.1.2.3.D.eo.* y *dixi s.eo.* z ἀζημιὼς [illegible]. *dixi ad l.11.in fi.s.eod.*

a διαλαλίαι καὶ περὶ [illegible] *synopsis d.loco.* b *3.quæst.3.c.si quis testibus.*

c Testes excipere non possum, quibus vtor. hinc etiam colligunt, Non rectè recusari vt iudicem, quem quis semel vt testem & aduocatum probauerit, *adde l.20.in fi. D. de opt.* vide exemplum elegans apud Ciceronem *pro Roscio Comœdo in fin.*

d *subaudi,* ὡς [illegible] τελεῖς ἢ τι τοιοῦτον id est, quod viles aut quid tale. *synops. Basilic. ibid. c.28.1. Harmenop.6.§.35. adde Nouell. 90.* e aliàs non præsumitur inimicitia, nisi probetur. f Ob superuenientes inimicitias testes possumus excipere. *vt hic: & l.3.D. eod.* sed & procuratorem. *l.21.D. de procuratorib.* & tutorem. *l.6.§.17.D. de except.* iudicem. *l.13.§.8.l.16.C. de iudiciis:* arbitrum. *l.32.§.14.D. de arbitris:* accusatorem. *c. repellatur. de accusat. adde Clar.5. sent.§.vlt. quæst.14. vers. vlterius dixi.*

g Lex inimicum repellit à testimonio. *l.18.s.eod.* inimicum, inquam, non leuem sed capitalem. *v.l.3.D.eo.* Quid si testis inimicitia, ab eo ipso, in quem testis producitur, orta est? Bartolus putat eo casu testem admitti posse. *l.1.§. cum quis. D. de quæstionib. adde wurmser. 1. pract.18. obser.12.* h Testis ex sua depositione argui potest. vt si sit varius, contrarius, periurus, vacillans, repugnantia deponens, singularis, non iuratus, si in facto proprio testetur: si nullam testimonij rationem reddit, si publicatis testimoniis receptus. *vide Ferrariensem formula opposita contra testes.12.*

16. [o] Imp. *Iustinianus.*

COnstitutio [p] iubet non solum in criminalibus iudiciis, sed etiam in pecuniariis [q] vnumquemque [r] cogi testimonium perhibere de his, quæ nouit [s] cum sacramenti præstatione, vel iurare, se nihil compertum habere (exceptis [t] tamen personis quæ legibus [u] prohibentur ad testimonium cogi, & etiam illustribus, & his qui supra illustres sunt, nisi sacra forma interueniat) & si quidem in regia vrbe testes habitent, cogit eos propria [x] voce testimonium ferre. si verò non adfuerint, mitti ad eos iubet procuratores partium, vt apud eos deponant quæ [y] nouerunt, vel deierent quæ ignorant. Eodem proculdubio obseruando & in testimonio quod in gestis fit, nempe vt eædem personæ ab eius necessitate excipiantur. 1 ¶ Omnibus autem testibus sine damno & impendio [z] suo vult factas de his interlocutiones [a] & productiones procedere.

Si aduersus eum qui testibus vsus fuerit, iidem testes in alia lite producantur.

17. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P. P.

SI quis testibus vsus [b] fuerit, iidémque testes aduersus eum in alia lite producantur: non [c] licebit ei personas eorum excipere [d]: nisi ostenderit [e], inimicitias [f] inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli [g] leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia, ex [h] ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed & si liquidis probationibus datione [i] vel promissione [k] pecuniarum [l] eos corruptos esse ostenderit: etiam eam allegationem integram ei seruari præcipimus. Dat. 7. Kal. Iun. D. N. Iustin. A. II. Conss. 528.

De solutione.

18. Idem A. Mennæ P. P.

TEstium facilitatem [m], per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, resecantes: omnibus prædicimus ‖vt‖ qui [n] in scriptis à se debita retulerint, non [o] facilè audiantur si dicant omnis debiti vel partis solutionem sine scriptis se fecisse, velintque viles & forsitan redemptos [p] testes super huiusmodi solutione producere: nisi quinque [q] testes idonei, & summæ atque integræ opinionis præsto fuerint solutioni celebratæ, hique cum sacramenti [r] religione deposuerint sub [s] præsentia sua debitum esse solutum: vt scientes omnes ita ea statuta esse, non aliter debitum vel partem eius persoluant, nisi vel securitatem in scriptis capiant, vel obseruauerint præfatam testium probationem: his sc. qui iam [t] sine scriptis debitum vel partem eius soluerint, ‖à‖ præsenti sanctione merito excipiendis. Sin verò facta quidem ‖ per scripturam ‖ securitas sit, fortuito autem casu vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij perempta [u], tunc liceat his qui hoc perpessi sunt, causam peremptionis probantibus, etiam ‖debiti‖ solutionem per testē [x] probare, damnúmque ex amissione instrument. effugere. Dat. Kal. Iun. DN. Iustin. A. II. Coss. 528.

Vt testes rogati adhibeantur in authent. de testib. §. & licet. collat. 7. tit. 2. Nou. 90. c. 2.

ROgati [y], *vt in testamentis, non fortuiti vel transeuntes* [z] *veniant* [a]. *Idem est si post solutionem rogati intersint confessioni creditoris, dicentis pecuniam sibi debitam solutam fuisse.*

De testibus cogendis testimonium perhibere, & intra quindecim dies interrogandis.

19. Idem A. Iuliano P. P.

SI quando inuitos [b] testes in pecuniariis causis ex nostra [c] lege aliquis trahere maluerit, si quidem sua sponte fideiussionem suæ personæ sine damno præstare velint,

i Satis est, ad eleuandam testis fidem, si probetur data ei aut promissa pecunia, *adde l.2. D. de concussione. 1. quæst.1. c. concussionis. l.1. §.2. D. de falsis.* adduntnonnulli, preces eo sensu, Corruptos testes pecunia vel precibus vel promissione, fidem perdere, etiamsi non mentiantur in suis testimoniis. *v. Oldendorp. c.66. exceptio.16.* Galli concepta formula, ita recusant testem quasi corruptum, *par dõs, promesses, ou argent.* Idem dicendum de testibus instructis ab ipso litigatore, procuratore, aut eius aduocato. *Oldendorp. c.4. de testibus. numer.18. adde Hartmanium 2. pract.15. obs.16.* vbi tamen scribit, testibus pecuniam impunè dari posse, vt verũ fateantur: cuiq; enim permitti parare sibi probatiões, quod non probo.

k *l.1.§.1. D. de falsis.*

l Pecuniæ vocabulum latè patet.

m Faciles ad testimonium ferendum, facilè mentiuntur. videntur enim operas suas vltro ingerere atque ita suspecti.

n Testib. quinque idoneis & iuratis probare solutionem chirographi solidam, eiusue partem, scripti possumus. Aliàs scripto obligatus, de scripto solutionem à se factam probare debet. Præsentes autem testes esse debent τῇ καταβολῇ ἢ τῇ καταθέσει. eo tempore quo solutio creditori facta est. aut quo ipse creditor confessus fuit sibi satisfactum. Quid si debitori facta fuit ἀπόδειξις ἔγγραφος, hoc est per scripturam liberatio aut recepti confessio, eáque scriptura casu fortuito veluti incendio perierit? Debitor solutionis à se factę ἀσφάλειαν id est, quitantiam scriptam sibi periisse casu fortuito, probare poterit. *synopsis Basil. ibid. c.39. adde 1. Harmenop.6.§.3.*

o *Nou.90.c.2.* Cautionis scriptæ dissolutio, per apocham probanda est.

p Redempti testes: de quibus *v.l.17.s.eo.*

q Dixi *ad l.1.s.eo.* adde, quinque testes habere vim scripturæ. Hac lege permotus Senatus Spirensis censuit, Quinque testibus rem quamlibet probari posse, quantumuis statutum prohibeat, probationes alias à scriptis admitti, *vide Mynsinger. 1. obseru.5. adde Cuiac.13. obs.38.*

r *1. Harmenop.6. in fin.*

s ita vt sensu perceperint. *l.20.§.pen.D. qui testam.* Testes tenentur deponere de sua præsentia in actu, *Bald.*

t *l.7.s. de legibus.*

u Apocha deperdita, fortuito vel casu, duobus testibus probare possumus solutam creditori fuisse pecuniam. x duos. *l. vbi. D. eod.*

y Testis an præsumatur rogatus. vide Manticam. *2. de coniecturis* 11.52.

z Vana aut per transennam, ἐκ τοῦ παρήκοντος sumpta testimonia, non valent. *vide 1. Harmen.6.§.37. Nou.90.c.2.* a *subaudi*, quoties debitor scripto obligatus, satisfacit creditori. b Inuitus quis cogitur testimonium dicere, etiam in pecuniaria causa. c *l.16.s. eodem.*

hoc

hoc fieri: sin autem noluerint, non [a] carcerali custodia detrudi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto, litis certamine iureiurando testium credendum esse putauerint hi qui eos produxerint: multo magis præsentiã suam testibus sacramento eorum credere debent. Sed cùm minimè oporteat testes in huiusmodi casibus protelari, & pro alienis commodis suas inuenire difficultates: disponimus non ampliùs testes obseruare compelli iudices, postquam fuerint admoniti, nisi tantum quindecim [b] dies: intra quos iudices prouideant quatenus cognitionem suscipiant, in qua testes necessarij visi fuerint: vt omnino licentia eis concedatur, & alterutra [c] parte cessante, & minimè eos obseruare volente, si per executores admoniti [d] venire noluerint, testes accipere, & alterutra parte præsente [e] quæ eos introducit, testimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere ||a|| iudice, nullam habente licentiam eos, postquam abfuerint, iterum retrahere. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit quo minus testimonium præstetur, parti læsæ omnem [f] iacturam pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire ||disponimus.|| Dat.12.Kal.April.Lampadio & Oreste Conss.530.

An testium productio fieri debeat præsente aduersario.

In authent. de testibus. §. & hoc verò quia multoties. col. 7. tit. 2. Nou. 90. cap. 2.

SEd & si quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, aut aliter læsus, aut damnum patiens, & testes apud iudicem procucere [g] voluerit, & eorum testimonia publicare [h], aduersarius moneatur a iudice, & sic eo præsente iudex attestationes recipiat. Quod si venire noluerit, etiam eo absente attestationes recipiat: & perinde valebunt, ac si eo præsente receptæ fuissent: nec opponere poterit, quòd ex vna parte datæ sunt.

De testibus apud compromissarios iudices productis.

20. Idem A. Iuliano P.P.

CVm apud compromissarios iudices testes fuissent producti, variatum erat vtrum deberet eorum depositionibus in iudicio litigator vti, an non esset audiendus. Sancimus igitur, si quidem in compromissis aliquid pro [i] huiusmodi causa statutum [k] est, hoc obseruari. Sin autem nihil conuentum est in huiusmodi casibus: si quidem supersint testes [l], licentiam habere eum contra quem depositiones eorum proferuntur, si eas recusauerit [m], concedere [n] testes iterum adduci, & non [o] opponi eis quòd iam testimonium suum dederint. vel si hoc concedere minimè maluerit, depositiones eorum quasi factas accipere: omni iure legitimo quod ei competit aduersus eas, seruato. Sin autem ab hac luce omnes subtracti [p] sint, tunc necessitatem ei imponi, fide scripturæ approbata, in qua depositiones eorum referuntur, eas quasi factas accipere. Si verò res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij viuentes: tunc in superstitum quidem testimoniis eandem electionem seruari litigatori, aduersus quem testimonia proferuntur: in morientium autem personas depositiones eorum non esse respuendas: omni (secundum quod iam prædiximus) aduersus eas & testes legitimo iure, quod ei competit aduersus quem proferuntur, integro reseruato. Dat.6.Kalen. April. Lampadio & Oreste Conss.531.

DE FIDE [q] INSTRVMENTOrum, & amissione [r] eorum, ||& de apochis, || & [s] antapochis faciendis, & de his quæ [t] sine scriptura fieri possunt.

TIT. XXI.

De amissione instrumentorum.

1. Imp. *Antoninus* A. Septimiæ Martiæ.

DEBITORES [u] tuos quibuscunque rationibus [x] debere tibi pecuniam si probaueris, ad solutionem compellet aditus præses prouinciæ: nec oberit tibi amissio [y] instrumentorum, si modò manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. PP. 5. Idus Septembr. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.214.

Si quis vtitur instrumento de quo alius accusatus falsi, victus est.

2. *Alexand.* A. Mabiliano.

SI vteris instrumento de quo alius accusatus falsi [z] victus est, & paratus es (si ita visum fuerit) à quo pecuniam petis, eiusdem [a] criminis te reum facere, & discrimen [b] periculi ||pœnæ|| legis Corneliæ subire, non oberit sententia, à qua nec is contra quem data est, appellauit: nec tu, qui tunc crimini non eras subiectus, appellare [c] debuisti. PP.3.Kal. Octob. Maximo II. & Æmiliano Conss.224.

De eo, qui non vsurum se instrumento contestatus est.

3. Idem A. Æliano.

SI aduersarius tuus apud acta præsidis prouinciæ cùm fides instrumenti quod proferebat, in dubium reuocaretur, non [d] vsurum se contestatus est: vereri non debes ne ea scriptura, quam non esse veram etiam professione eius constitit, negotium denuò repetatur. PP.3.Non.Decemb. Maximo II. & Æliano Conss.224.

De amissione instrumenti.

4. Imp. *Gordianus* A. Martiano.

ILlatæ dispensatori [e] pecuniæ, si ob amissorum instrumentorum casum probatione deficeris, inspectio rationum [f] fiscalium ||fidem|| demonstrabit. Dat.2. Id.Febr. Gordiano A. & Auiola Conss.240.

5. Idem A. Prisco & Marco militibus.

SIcut iniquum est, instrumentis vi [g] ignis consumptis debitores quantitatum debitarum renuere solutionem: ita non [h] statim casum conquerentibus facilè credendum est. Intelligere itaque debetis, non existentibus instrumentis, vel alijs argumentis, probare ||debere|| fidem precibus vestris adesse. PP. 3. Kalend. Iun. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

6. Imperatores *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Lucido.

STatum tuum, natali [i] professione [k] perdita, mutilatum non esse, certi iuris est. Dat.12.Kal.Feb. Nicomediæ, Maximo II. & Aquilino Conss.286.

7. Iidem AA. & CC. Zinimæ.

SI solemnibus stipendiis & honestè sacramento [l] solutus es: licet super huiusmodi re instrumenta [m] (vt dicis) facta perdita sint: tamen si aliis euidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum [n] priuilegia etiam vsurpare posse, dubium non est. Dat.15.Kal.Iun. Maximo II. & Aquilino Conss.286.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI constiterit proprietatem possessionis, de qua agitur, apud vos esse: prouidebit iudex ex persona fructuarij [o] nullum præiudicium dominio vestro comparari propter amissionem instrumentorum. Dat.15.Kal.Mart. Dioclet. III. & Maximiano AA. Conss.287.

De diuisione.

9. Iidem AA. & CC. Aristeneto.

INstrumentis etiam non [p] interuenientibus, semel diuisio [q] rectè facta non habetur irrita.

De venditione.

10. Iidem AA. & CC. Victorino.

CVm instrumentis etiam non interuenientibus venditio [r] facta rata maneat: consequenter amissis etiam, quæ intercesserant, non tolli substantiam veritatis placuit. Dat. 8.Kal.Nouemb. Retinassi, AA. Conss.*

De emancipatione.

11. Iidem AA. & CC. Theagenæ.

EMancipatione facta, etsi [s] actorum tenor non existat: si tamen aliis indubiis probationibus, vel ex personis, vel ex instrumentorum incorrupta fide factam esse emancipationem probari possit: actorum interitu veritas conuelli non solet. Dat.3.Id.Nouemb. AA. Conss.*

De inductione in vacuam possessionem donationis causa.

12. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

NOn idcirco minus in vacuam [t] inductus prædij possessionem donationis causa, quod eius facti præter missum instrumentum adseueratur, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decemb. Nicomediæ AA. Conss.*

De testatione amissorum instrumentorum.

13. Iidem AA. & CC. Leontio.

a Testis non conijcitur in custodiam, sed defertur ei iuramentum de exhibendo se in iudicio. b Testes, quindecim duntaxat dierum iudicio, vbi causæ ciuiles sunt, assistere coguntur. 1. *Harmenop.* 6. §. 24. De quindecim dierũ præscriptione. *v. Cuiac. c. 8. de tempor.* c *Nou.* 9. c. 9. d Citada pars est, quando testium depositiones recipiuntur. *v. Socinum regula* 406. e Testium productio non fit μονομερῶς, nisi altera pars absit. *d. c.* 9. pars præsens testes interrogari petere possit: atnõ ipsa præsens est interrogationi: cùm in secreto fieri debeat interrogatio. *l.* 14. *§. eod.* f Iudex negligens tenetur parti ad omnẽ iacturam actionis, ex quasi maleficio, litem suam facit. *Instit. de oblig. ex quasi delicto.* g Quando producendi testes. *v. Oldendorp. c.* 3. *de testib.* h Publicatio testium quomodo fit. i id est, vt fetur testium depositioni compromissariæ, etiam in ipso iudicio. k Conuentiones compromissariæ, seruandæ. l *subaudi.* omnes. m Nemo tenetur stare depositioni testium factæ coram arbitro, nisi sint mortui. *l. eo. ibi, ab hac luce subtracti, adde l.* 5. *in fin. §. de arbitris.* n i. petere. o Testium igitur depositio facta in compromisso, inuito eo qui testimonio oneratur, fidem in iudicio non facit: nisi ita conuentum fuerit expressè, vt etiã in iudicio fidẽ facerent: item, nisi omnes mortui sint. Quid si qui mortui sint, alij non mortui? aduersus superstitum personas & testimonia, excipi poterit, aduersus mortuorum personas non poterit: sed aduersus eorum testimonia tantùm.

p dixi §. eo. q 22. D. 4. 11. C. Theod. 39. Nouell. 73. 2. Eclog. 2. 3. 1. Harmenop. 8. 2. Decret. 22. Quid ignotis litteris & sigillis, estne fides statim adhibenda? est: si in his piura concurrant: cuius sententiæ vide exceptiones apud Socinum regula 374. r l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 13. §. eod. s Apocha, quitantia: Antapocha, contrepromesse. l. 14. §. eo. t l. 9. 10. 11. 12. u l. 1. C. Gregoriano, titulo, si amissis, vel debitorum redditu instrumentis, creditum petatur. x & indiciis. l. 19. §. de rei vind.

y Amissione instrumẽti, debitum non perit creditori. *adde l.* 5. §. *de pign.* z *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. §. *quibus res iudicata nõ nocet.* a *l.* 24. §. *de probat.* b *v. quæ notaui ad l.* 7. *D. de accus.* c *l.* 5. *D. de appell.* d Qui contestatur se non vsurum instrumento, tacitè confitetur instrumentum falsum esse, aut inutile. e *v. l.* 1. §. *si aduersus fiscum.* f *l.* 5. §. *de edendo. l.* 2. §. *de discuss. sorib.* g *l.* 1. §. *eo.* h *l.* 13. §. *eo. l.* 18. *infr.* §. *tit. prox.* i Natali professione perdita, status non amittitur. *v. l.* 5. §. *de testamentis. l.* 2. *D. de excu. tut.* k Professionũ duæ species apud Iurisconsultos. Natales, quibus, natos sibi liberos, apud acta parentes profitebantur. *l.* 14. §. *de probat. Apuleius Apologe.* 1. cuiusmodi acta tabulatia vocat. *Virgil.* 2. *Georg.* libros actorum *Iuuenal. Satyr.* 9. Ea reponebantur in templo Saturni quod φυλακτήριον τῶν συμβολαίων dicebatur teste *Plutarcho.* Censuales vero libri quibus census patrimoniũ, & ætates apud acta profitebantur. *l. vlt.* §. *sine censu. l.* 3. *l.* 4. *D. de censibus. l.* 15. *l.* 27. *l.* 39. §. *de liberali causa. l.* 16. *l.* 29. §. 1. *D. de probat. l.* 7. §. *de donat. l. vlt.* §. 16. *ff. de munerib. Siculus Flaccus libro de condit. agrorum: Higenus de limitibus agrorum.* vt & in eodem ærarium. *Varro* 4. *de lingua in fin. Macrob.* 1. *Saturnal.* 8. *Festus in Ærarij.* l sacramentũ militare intelligit, de quo vide *Vegetium* 2 *de re milit.* 5. m quæ testimoniales etiam dicuntur. *Vegetius* 2. *v. Cuia. ad l.* 1. §. *de professor. & medicis.* n Instrumento sensus est, Non si missionis honorariæ amisso, miles non amittit ius veterani. o Si vsufructuario proprietarius instrumentum proprietatis amisit, ideo proprietatem adcrescere. *adde l.* 6. §. *eo. l.* 10. §. *eod. l.* 7. §. *de præscrip. longi.* p *l.* 25. §. *de liberali.* q *l.* 17. §. *de pactis. l.* 1. §. *si maior.* r *dixi ad l.* 17. §. *de pact. adde l.* 3. §. *de iure & fide hasta.* 2. *Paul.* 17. §. 14. *l.* 2. *in fin. D. de contrah. empt. l.* 12. §. *de probat.* s Emancipatio non requirit scripturam. t Vacua possessionis traditio, probari potest testibus. *l.* 15. §. *de rei vind. l.* 12. §. *de contrahen. empt. l.* 2. §. *de adquir. poss. l.* 29. §. *de donat.*

a puta teſtes, vicinos, iudices: vel ad quos negotium non pertinet. b i. negotium quod mihi cum alio interuenit. c *l.22. ṡ. de tranſact. l.9. ṡ. de his quæ vi metúſve.* d Conſtantinus II. *C. Theod. 39. l. 2.* e Nemo poteſt proferre de vna eadémque re, diuerſas ſententias: vnam condemnatoriam, abſolutoriam alteram: vel vnum inſtrumentum purè concipere, alterum ſub conditione: vel contraxiſſe Kal.

Apud eos[a], qui rem geſtam [b] ignorauerunt, amiſſorum inſtrumentorum habita teſtatio [c] nihil ad probationem veritatis prodeſſe poteſt. Dat. 16. Kal. Ian. Nicomediæ, AA. Conſſ. *

De contrariis ſcripturis.

14. Iidem [d] AA. & CC. ad Seuerum comitem Hiſpaniarum.

Scripturæ diuerſæ [e] fidem ſibi inuicem derogantes, ab [f] vna eadémque parte prolatę, nihil firmitatis habere poterunt. Dat. 4. [g] Kal. Maij, Viminacij, CC. Conſſ. *

Collatio inſtrumentorum & teſtium.

15. Imper. *Conſtantin.* A. ad populum.

In [h] exercendis litibus [i] eandem [k] vim obtinent tam fides inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium. Dat. Romæ, 12. Kal. Aug. Gallicano & Baſſo Conſſ. 371.

De his qui ſcripturam ſuam inficiantur.

16. [m]

Si [n] conuentus [o] quis negauerit [p] manum propiam prolatam in libello [q] aut alia charta, ſi quidem ex comparatione is, conuincatur, hoc eſt alia eius prolata manu & comparata cum ea quæ eſt in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendatio ſolidos 24. Si verò aut tabellio productus fuerit apud quem inſtrumentum ſcriptum eſt, aut alij quidem teſtes pro veritate deponentes, tunc ipſe præter pœnam 24. aureorum non poſſit habere licentiam obiiciendę exceptionis pecuniæ non numeratę, vt dicat quamuis inſtrumentum factum fuerit, ea tamen quæ in eo ſcripta ſunt non fuiſſe data. ſed omnimodo condemnetur etiã ſi nihil ipſi re vera ſolutum eſt. 1 ¶ Hæc quidẽ obtineant ſi conueniatur quis ex proprio contractu. Si verò tutor eſt aut curator vnius earum quæ ſub cura eſſe ſolent perſonarum, maſculus aut fœmina ſecundum conſtitutiones tutelam gerens propriorum liberorum, & manum propriam prolatam in contractu eorum qui ſub tutela aut cura ſunt inficiatus fuerit, tunc ſi quidem ex ſola comparatione [p] conuincantur mentiri, præſtent ipſi 24. aureos. ſi verò ex productione tabellionis aut teſtium, pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne adimatur his qui ſub tutela vel cura ſunt (neque enim peccarunt illi) ſed ipſi tutores aut curatores alios 24. aureos pœnæ nomine dent actori, habentibus his qui ſub tutela aut cura ſunt ſaluam ſibi pecuniæ non numeratę exceptionem. Neque enim æquum eſt ipſos ex alienis peccatis damno adfici. 2 ¶ Hæc de reis conuentis vbi dixit conſtitutio, tranſitum fecit & ad agentium perſonam. Iubens vt ſi actor manum propriam inficietur poſitam in charta contra ipſum prolata, fortè, in ea quæ de ſuſcepto dicitur confeſſione, & ipſe ſimiliter, ſi quidem ex ſola comparatione conuincatur, præſtet 24. aureos: ſi verò ex productione tabellionis aut teſtium, tunc modis omnibus imputet & agnoſcat contenta in illa charta, etiam ſi re vera non ſunt accepta ab ipſo. Hæc ſi proprio nomine agat. Si verò tutor eſt aut curator, dat quidem duplam pœnam 24. aureorum, is verò qui ſub tutela aut cura eſt poſſit obiicere probationi, exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Si contractum vel tranſactionem in ſcriptis fieri placuit. De arris.

17. Imp. *Iuſtin.* A. Mennæ P.P.

Contractus venditionum, vel permutationum, vel donationum, quas intimari ‖non‖ eſt neceſſarium [r]: dationis etiam arrarum, vel alterius cuiuſcunque cauſæ, ‖quas tamen‖ in ſcriptis fieri placuit: tranſactionum [ſ] etiam, quas ‖in‖ inſtrumento recipi conuenit: non [t] aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum [u] recepta, ſubſcriptionibúſque partium [x] confirmata, & ſi per tabellionem conſcribantur, etiam ab ipſo completa, & poſtremò ‖à‖ partibus abſoluta ſint: vt nulli liceat prius quàm hæc ita præceſſerint, vel à ſcheda [y] conſcripta (licèt literas vnius partis vel ambarum habeat) vel ab ipſo mundo, quod necdum eſt impletum vel abſolutum, aliquod ius ſibi ex eodem contractu vel tranſactione vindicare: adeo vt nec illud in huiuſmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio ſtatuto [z] neceſſitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel [a] id quod emptoris intereſt, ei perſoluere. Quæ tam in poſtea conficiendis inſtrumentis, quàm in his quæ iam ſcripta, nondum [b] autem abſoluta ſunt, locum habere præcipimus: niſi iam ſuper his tranſactum ſit [c] vel iudicatum, quæ retractari non poſſunt: exceptis emptionalibus tantùm inſtrumentis iam vel in ſcheda vel in mundo conſcriptis, ad quæ præſentem ſanctionem non extendimus, ſed priſca iura in his tenere concedimus. Illud etiam adiicientes, vt in poſterum ſi quæ arræ ſuper facienda emptione cuiuſcumque rei datæ ſunt, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis: licet non ſit ſpecialiter adiectum quid ſuper iiſdem arris non procedente contractu fieri oporteat: tamen & qui vendere pollicitus eſt, venditionem recuſans in duplum [d] eas reddere cogatur & qui emere pactus eſt, ab emptione recedens, datis à ſe arris cadat, repetitione earum deneganda. Dat. Kal. Iunij, D.N. Iuſtiniano A. II. Conſſ. 528.

De teſtium vel inſtrumentorum receptione committenda iudici alterius territorij.

18. Idem A. Mennæ. PP.

Iudices, ſiue in hac inclyta vrbe, ſiue in prouinciis, ‖ſecundum‖ ea quæ diſpoſuimus [e], vt poſſint ſi hoc perſpexerint, occaſione teſtium in aliis [f] locis degentium litigantes vel procuratores eorum ibi deſtinare, vt depoſitionibus [g] ſub vtriuſque [h] partis præſentia factis, res ad eos referatur [i]: etiam in illis ſeruare volumus, qui prolatis inſtrumentis fidem adhibere exiguntur, vt ſi popoſcerint, in aliis locis id eis facere permittatur: & hoc ſi iuſtè peti iudex inuenerit, ſimilis proferatur ſententia: vt poſtquam in locis opportunis fides inſtrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem iudicem. Dat. 8. Id. Aprilis, Decio V.C. Conſſ. 529.

In authen. de teſt. §. & quoniam. §. & hæc omnia. coll. 7. tit. 2. Nou. 90. c. 5.

Apud eloquentiſſimum aliquem iudicem vel defenſorem ciuitatis, ſiue à prouincia in prouinciam, vel ab vrbe in vrbem, ſiue ab vrbe in prouinciam hæc petantur, ſed hoc in ciuilibus tantummodo cauſis. Nam in criminalibus teſtes apud [k] iudices repræſentandi ſunt, & cùm res exegerit, tormentis [l] ſubijciendi.

De apochis & antapochis.

19. Idem A. Demoſtheni P.P.

Plures apochis vel redituum vel vſurarum perceptis, ſi quãdo ſuper his fuerit dubitatio exorta eas habere ‖ſe‖ negando, ius agentium faciunt vacillare, cum coloni aduerſus dominum certantes, & ſibi iniquam fortè libertatẽ [m] vindicantes, vel debitores creditoribus ſuis temporalem

præſcri-

Ian. Romæ, & eadem die Carthagini: licèt eiſdem Kalendis & Romæ poſſit contrahi & decimo ab ea miliario. Sunt & hæc diuerſa, eundem fundũ, mihi ſoli emptum: & mihi & vxori.

f ab altera parte prolatæ, &c. *C. Theod. eo.*

g 3. Non. Maij Conſtant. Palmario & Zenofilo Coſſ. ita ſcripta extat in *C. Theodoſ. d. tit.* ſi ita eſt, hæc lex lata eſt ann. 333.

h *v. Zaſ. 2. Reſpõſorum. 23.* vbi notat quibus fundamẽtis inſtrumenta firmentur & infirmentur.

i id eſt, ad iuſtam probationem.

k id eſt, Vbi præciſè non requiritur ſcriptura, nihil intereſt, quid probetur teſtibus aut ſcripto. Eadem enim eſt & teſtium & inſtrumentorum authoritas. Quid ſi inter ſe pugnẽt? diſtingue. nam ei inſtrumento ad quod teſtes fuerunt admiſſi, teſtes præferuntur. *v. Nou. 73 cap. 3.* authoritas enim inſtrumenti & fides pendet magis à teſtibus, quàm à nudo perſcriptore. Quid ſi inſtrumentum, teſtium ſubſcriptione ſit munitum? teſtibus non puto permitti id reprobare, cui ſemel ſubſcripſerint. *v. l. 75. D. de reg. iur.* Quid ſi agitur de impugnãdo inſtrumento per alios teſtes, quàm qui ei interfuerũt? Mynſingerus putat teſtibus ſcripturam præferri. & meritò. Præſumitur enim in pari cauſa, & pro actus validitate, & pro ipſo reo. Quid ſi teſtes vincant numero? diſtingue. aut enim agitur de his impugnandis quæ continentur in inſtrumento, aut de ipſa inſtrumenti falſitate. Priore caſu, Teſtes qui inſtrumento non interfuerunt non admittuntur, *l. 18. ṡ. de teſtib. ibi. ſub præſentia*, & ita accipe *l. 1. ṡ. de teſtib. facit l. 13. in fin. ṡ. de pecunia numerata.* niſi ſe deceptũ in ſubſcriptione docuerit. *l. vlt. ṡ. plus valere quod agitur. l. 2. ṡ. de rebus alienis non alienandis.* niſi poſt inſtrumentũ perfectum, contrahentes de contractu iam inito eiúſque ſententia inter ſe colloquentes pleniſſimè audierint. Altero, poſſunt audiri. *l. 14. in fin. ṡ. de contrah. ſtip.* quemadmodum & de ſolutione facta, *dixi ad l. 1. ṡ. de teſtib.* Quid, teſtes ſúntne potiores cenſualibus libris & monumentis? dixi ad *l. 10. D. de probationib.* & dicam *ad l. 1. ṡ. de cenſib.* l Imò, non obtinent. *d. l. 10.* m hanc legem Cuiacius reſtituit. 10. *obſ. 8.* n Interpretatio Latina. o ἐν ἀγράμφοις. ſi reus. *ſynopſ. Baſilic. 22. tit. 1. c. 73.* Agitur enim hac lege de pœna rei ex proprio vel alieno contractu conuenti, manum propriam negantis. *in pr. &* §. 1. Item de pœna actoris negantis ſuam manum. *§. 2. ṡ. eod.* p Pœna negantis propriam ſcripturam. q ἐν γραμματείῳ, ἐν ἑτέρῳ χάρτῃ, &c. *ſynopſis Baſilic. 22. tit. 1. c. 73.* in cautione, dote aut alia charta. † *v. l. 20. ṡ. eo.* r i. de quibus in ſcriptum redigendis conuenit. aliàs, quilibet actus ſine ſcriptura perfici poteſt, nec requiritur inſinuatio in vllo contractu *dixi ad l. 17. ṡ. de pact.*: niſi lex vel ius commune nominatim ſcripturam exigat. *c. 1. de cenſib.* vel conuentio contrahentium. *ṡ. eo. ibi, placuit, conuenit.* ſ *v. l. 17. ṡ. de pactis. l. 5. ṡ. de tranſact.* t Ex contractu ſcripto non oritur ius, niſi ſcriptura in mundum ſit recepta & ſubſcripta, &c. *l. 15. in fi. ṡ. de contrah. empt.* u id eſt, χάρτην καθαρόν. *Nou. 44. c. 2.* id eſt, chartam puram. Hieronymus aduerſus Rufinum, Schedulis nondum emendatis, nondum ad purum digeſtis. x Quid ſi partes ſcribendi ſint ignaræ? Quidam ex *Nouell. 73.* colligunt, duos notarios exigi qui ſubſcribant pro imperito literarum. *v. Alciat. 6. & 8. parerg.* ſed vnus ſufficit. *Nou. 44.*

y Res ita habet, Solent tabelliones primùm contractum referre extra ordinem in ſchedam. (ea dicitur ἀπὸ τοῦ σχίζειν à ſcindendo) deinde eum redigunt in mundum.

z id eſt, conuento.

a Agentes ex empto, præſtari rem venditam petimus, aut id quod noſtrum intereſt. *adde l. 11. §. 1. & ſeq. D. de actionib. empt.*

b Lex trahitur ad actus præteritos, nondum plenè perfectos.

c Tranſacta, iudicata non retractantur.

d Non impleto contractu culpa venditoris, venditor reſtituit duplum: culpa emptoris, emptor arras amittit. Idem in locatione, quæ ἀντίστροφον eſt emptionis, lege Rhodia. *cap. 19.* & in ſponſalibus, in quibus ſponſus venditoris locum obtinet, ſpõſa emptoris vicem tenente. *l. 3. vlt. ṡ. de ſponſalib.* (apud Thurios aliter obſeruatum, teſte *Theophraſto in lib. de legibus apud Stobæum*, apud quos venditor plectebatur exactione tantæ pecuniæ, quanta vendiderat.) Ergo diſpar emptoris & venditoris conditio, ſiue pœna? non eſt. Quia venditor de ſuo dat tantundem: alterũ verò non dat, ſed reddit. Quęro amplius, An arræ imputentur venditori in pretij partem? imputantur, ſi in nummis ſint, adeò vt qui eas accepit, nõ reddat ad inſtar pignoris, ſed deſideret plenitudinem. *Iſidor. l. vltim. D. de lege commiſſor.* plura vide apud *Cuiac. 21. obſ. 17.*

e *l. 16. ṡ. titulo proximo.*

f Examinatio abſentium teſtium poteſt committi iudici illius territorij, in quo teſtes degunt. id eſt, requirendus eſt vicinus iudex, vt teſtes in ſuo territorio degentes, interroget. *adde l. 7. D. teſtamentum quemadmodum.* fallit in cauſis criminalibus. *Authent. proxima.*

g Huiuſmodi depoſitiones Græci ὑπομνήματα & καταθέσεις vocant.

h Teſtes iurant præſente parte aduerſa. *v. wurmſer. 1. pract. 18. obſer. 19.* & ad eorum examinationem pars citanda. *Hartman. 2. pract. 18. obſeru. 6.*

i Iudex cui committitur examinatio, non debet publicare, ſed remittere allegationes clauſas.

k vt remiſſio examinationis teſtium fieri non debeat.

l Teſtis torqueri poteſt. *l. 13. ṡ. de teſtibus.* An perpetuò id verùm? non eſt verum in ciuilibus cauſis & in criminalibus, niſi certis tantùm caſibus, putà ſi vacillat. *l. 15. D. de quæſtionibus.* ſi negotio aut delicto interfuiſſe dicatur. *l. 18. §. 3. D. de quæſtionib. Hartman. 3. pract. 8. obſer. 9.* addit, ſi ſponte feſtinet ad teſtimonium dicendum. Mouetur *Nouell. 90. c. 1. §. 1.* ſatis malè. nec enim ibi aliud dicitur, quàm quod ignoti & corrumpere veritatem feſtinantes, torqueri poſſunt. Idem dicit de arenario & ſimilibus perſonis. *l. 21. §. 2. D. de teſtibus.*

m Canonem: vel ſic, vſuras ſolue, Actio. neutrum tibi debetur: hunc enim fundum triennio mihi poſſedi. vel ſic, Agitur de mutua pecunia poſt tricennium, Exceptio. Res ita eſt, ſed eo temporis interuallo tu, fundi canonem: ille, vſuras mutui perſoluit. Solutione vſurarum, vel penſionum, præſcriptio interrupta, parum tetuámque poſſeſſionem iuuare poteſt. *l. pen. §. vlt. ṡ. de præſcrip. 30.* Replicatio. ſi ita eſt, doce penſionis & vſurarum ſolutionem, Duplicatio. quid iuris? Vtriuſque ſolutio per antapocham commodè probari poteſt. vel hinc potes colligere, Antapochas dominis & creditoribus neceſſarias.

a Apocha, professio est pecuniæ solutæ, quæ datur debitori à creditore.
b Antapocha, est instrumentum solutionis, censuale probãs debitum in futurum. *Molinæus de vsur. quæst.* 20. *nu.* 208. vel sic, est professio pecuniæ solutæ, quæ datur creditori à debitore. Antapochæ vicem sustinet, exemplar apochæ subscriptæ datum creditori. Ea formula antapochæ esse potest, Lucius Titius fateor C. Seio, aut illi die illa tot soluisse annui reditus nomine, quem ei debeo ob fundum vel possessionem illã: vel tot vsurarum nomine ob creditam mihi pecuniã. *v. Cuiac. hic.*

præscriptionem opponere cupientes, ad easdem inficiationes perueniunt. Quod resecantes, iubemus, vt in præfatis casibus vel aliis priuatis similibus si voluerit is qui apocham [a] conscripsit, vel exemplar cum subscriptione eius qui apocham suscepit, ab eo accipere, || vel antapocham [b] suscipere, || omnis ei licentia hoc facere concedatur, necessitate [c] imponenda apochæ, susceptori antapocham reddere: ita tamen, vt si hoc is qui apocham conscripserit, facere neglexerit, vel non curauerit: nullum ei præiudicium ex eo quod antapocham nõ recepit, generetur cum hoc quod pro quibusdam introductum [d] est, inferre eis iacturam minimè rationi conueniat æquitatis. Dat. 12. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Conss.

De comparatione literarum.

20. Idem A. Iuliano P.P.

COmparationes [e] literarum ex chirographis fieri, & aliis instrumentis quæ [f] non sunt publicè confecta, satis abundéque occasionem criminis falsitatis dare & in iudiciis & in contractibus, manifestum est. Ideóque sancimus non licere [g] comparationes literarum ex chirographis [h] fieri, nisi trium [i] testium habuerint subscriptiones, vt prius [k] literis [l] eorum fides imponatur [m], vel || ex || ipsis hoc [n] deponentibus, siue cunctis, siue omnimodo duobus [o] ex his [p] sine comparatione literarum testium procedente: & tunc ex huiusmodi chartula iam probata comparatio fiat, aliter [q] etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licèt in semetipsum [r] aliquis [s] chartam [t] conscriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus [u] vel publicis instrumentis, vel huiusmodi chirographis quæ enumerauimus, comparationem trutinãdam. Omnes || autem comparationes non aliter fieri concedimus, nisi [x] iuramento antea præstito ab his [y] qui comparationem faciunt [z], fuerit affirmatum quod neque lucri [a] causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti, huiusmodi faciunt comparationem, & hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scriniis, quàm in apparitione omnis sublimissimæ præfecturæ, nec non magisteriæ potestatis, cæterísque omnibus iudiciis quæ in orbe nostro constituta sunt: his omnibus in posterum obseruandis. Comparationes etenim iam antea factas retractari, extra periculum minimè est. Dat. 14. Kal. Apr. Lampadio & Oreste Conss. 530.

In authent. de his qui ingrediuntur ad appell. illud etiam iudicauimus col. 5. tit. 4. al. 11. Nou 49. c. 2.

AD hæc [a], ex his literis quibus aduersarius tuus vtitur [b], & profert: rectè petis examinationem fieri. Item & charta quæ profertur ex archiuo [c] publico, testimonium publicum habet.

In authen. de instrumentis cau. & fid. § opportet. & § seq. col. 6. tit. 3. al. 2. Nou. 73. c. 8. & 9.

AT si contractus fiat in ciuitate [d], & vnam libram auri excesserit: omnimodo collat ioni adsit argumentum quodlibet, nec credatur ei soli.

De instrumento iterum producendo.

21. Idem A. Iuliano P.P.

CVm quidam [e] instrumentũ protulerit, vel aliam chartulam, eíque fidem imposuerit [f], postea autem persona [g] contra quam ista chartula vel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur vtrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre. an sufficiat fides iam approbata: sancimus, si quid tale eueniat, eum [h] qui petit iterum eam chartam proferri, prius sacramentum [i] præstare, quòd existimãs se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad huiusmodi veniat petitionem. Quid enim si [k] cum nosset deperditam esse chartam, vel fortè concrematam, vel alio modo deminutam, hanc requiri adsimulans, & ad difficultatem productionis respiciens, huiusmodi faciat petitionem? Et postquam hoc ab actore vel petitore fuerit iuratum, & inscriptionum pagina apud competentem iudicem deposita [l]: tunc necessitatem [m] imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis [n] proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. Sin autem dicat non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus huius copia ei abrepta sit: tunc [o] subeat sacramentum, quòd nec habeat eandem chartulam, nec alij eam dederit, nec apud alium voluntate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit quo minus appareat || ea, || sed || re vera || ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio eius sibi impossibilis sit. & si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate relaxetur. Quod si prædictum iusiurandum subire minimè maluerit [p], tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires aduersus eum contra quem prolata est, sed sit penitus euacuata. Neque enim vlterius pœnam produci contra eos qui non iurauerint, volumus: cùm forsitan quidam subtili [q] reuerentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. Eandem autem copiam ei præstamus, donec [r] causa apud iudicem ventilatur. Si enim iam plenissimum finem accepit, & neque per appellationem [s] suspensa est, neque per solitam retractationem [t] adhuc lis viuere speratur: tunc satis durum est huiusmodi querelæ indulgeri: ne in infinitum [u] causæ retractentur, & sopita iam negotia per huiusmodi viam iterum aperiantur; & contrarium aliquid nostro eueniat proposito. Dat. 5. Kalend. Mart. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss. 530.

De edendo.

22. [x]. Imp. *Iustinianus.* *

SI [y] postuletur ab aliquo in iudicio, vt instrumentum non [z] aduersus se ipsum sed alium quemdam producat, quod alteri prosit, ídque producere recuset, vt qui damnum inde metuat, verum is, qui exhiberi chartam petit, nequaquam eum lædendum dicat, sed pecuniam ipsum ab illis accepisse qui per instrumentum exhibendum coarguendi sunt: vult constitutio, vt is qui habet instrumentum, id ipsum proferat, siquidem ex illius prolatione nihil ipse dãni sensurus sit. Sin reapse detrimentum ei prolatum instrumentum adferat, nequaquam eum cogi ad proferendum debere: quum ei magis expediet, id occultare, quàm publicare. Quòd si adfirmat is, cui opus est instrumento, nihil ei fraudis ex eo futurum: duntaxat iusiurandum præstet quod existimando se fidei suæ detrimentum pati propter instrumenti exhibitionem, eam ipsam ob causam, proferre chartam recuset. Et quoniam sibi damno id fore putat, curiosius sacramentum præstet atque dicat, se non quia pecuniam acceperit, vel quid aliud, non proferendæ chartæ causa, vel quod muneris promissionem habeat, nec metu illius, contra quem instrumentum requiratur, nec eiusdem amore, chartæ exhibitionem recusare, sed quia magnum ex eo circa facultates suas detrimentũ capiet. Nam quemadmodum is, qui quadam in causa verum scire putatur, inuitus [a] quoque testimonium dicere cogitur, neque [b] si pecuniam promissam habet ob non perhibendum testimonium, neque si [c] aduersus amicos testimonium dicturus venit, recusare testimonium potest: ita nec is recusare potest, à quo instrumẽti exhibitio desideratur, vel propterea quòd aliquid acceperit, aut accepturum se speret, vel ob amicitiam cum illo, cui damno futurum est instrumentum.

¶Sed si quis iuret, se instrumentum, quod desideratur, non habere: prorsus id proferre, quod non habet, haud [d] cogitur. sin eiusmodi sacramentum præstare non sustinet, omnino cogitur desideratum instrumentum exhibere. quòd si semet occultauerit, quasi qui nec iurare, nec instrumentum edere velit: omne damnum, quod hinc emerget, ei, cui opus est instrumento, de suo compenset, iisdem obtinentibus etiam in argentariorum aliorúmque breuibus. ¶Cæterum illi codices, vel instrumenta proferre cogantur, qui [e] & testimonium dicere aduersus aliquẽ coguntur. Nam in quas personas inuitus quis testimonium non dicit, aduersus easdem nec codices, vel instrumenta, vel quid aliud tale proferre cogitur. Notissimi sunt autem ex legibus, qui [f] aduersus aliquos inuiti testimonium dicere non coguntur, sicut & ij, contra quos aliqui testimonium perhibere non coguntur. ¶Nec vlli licet aliter cogere vt exhibeantur instrumenta, nisi eodem [g] in iudicio, in quo causa agitur. ¶Idque sumptibus [h] eius, qui codicis aut instrumentorum exhibitionẽ fieri desiderat. ¶Oportet autẽ semel duntaxat eorũ ostensionem fieri, ac si prolato semel instrumẽto, desideret is, cui opus est, exhiberi denuo, siquidẽ rationi consentaneũ visum fuerit iudici, vt iterum quoque charta proferatur, ille verò qui eam iam protulit, secundam exhibitionem recuset [i],

c Apocham (quitantiam vocant) solutæ pecuniæ, mihi fieri postulo, Actio. Non id abnuo, si vicissim, antapocham mihi dederis, exceptio. Quid iuris? iusta est exceptio.
d *l. 6. ṡ de legib. l. 5. in fin. j. de secun. nupt. l. 25. ff. de testib. l. 3. § 5. in fi. D. de Carboniano.*
e Ad comparationes istas decurritur, quoties accidit debitorem syngrapham suam denegare.
f Quid in ea scriptura quam quis scripsit in iudicio, iussu iudicis? Bartolus ait, non fieri ex ea comparationem: Baldus ait fieri. Bartolum defendit *Zasius 2. respons. 25.*
g Actor id postulat aduersus reum.
h aliis scilicet ipsius debitoris. ἐν ἰδιοχείροις *1. Harmenop. 8. § 10.*
i aliorum sc.
k sic puto legendum, vt nõ prius l. e. f. i. quã ipsis hoc deponentibus, &c.
l litteras testiũ vocat, chirographum ab eis subscriptum.
m sic lego, quàm ipsis hoc deponentibus, &c.
n quid? se subscripsisse. id chirographum ex cuius comparatione arguitur chirographum controuersum in debitorem conscriptum.
o Author chirographi (cui plures testes interfuerunt) probari potest vel per duos eorũ tantùm. Inde colligunt, Testamẽti solemnitatem probari duobus testibus, licèt in eius confectione septem requirantur, adde quæ dicam *ad l. vlt. j. secund. tab.*
p sic lego, ex his, & tunc comprobatione litterarum testium procedente, ex huiusmodi chartula iam probata, comparatio fiat, &c.
q ideóque mortuis testibus non fiet comparatio.
r vtilem verò reo.
s id est, actor.
t puta antapocham.
u *ἐκ τῶν ἀρχείων. Harmenop. d. loco.* Forensia & publica instrumenta ἀγοραῖα dicuntur. *Nou. 49. 52. 73. 117. 142.* diuersa ab ἰδιοχείροις quorũ fit mentio in *l. 11. j. qui potior.*
x Comparatio litterarum seu scripturarum fieri debet iureiurando prius præstito. *Synops. Basilic. 2·. tit. 1. c. 73. in fin. adde Nou. 49. c. 2. in fin.*
y id est, actoribus imponatur.
z ídque fieri desiderant ac postulant.
a Iurare arbiter seu iudex comparandarum litterarum debet, se iudicaturum non lucri, aut inimicitiæ, aut gratiæ causa.
b Fit etiam comparatio scripturæ iudicialiter productæ ab aduersario, *vt hic:* & desumptæ ex archiuo publico. *j. eo.*
c de archiuo aliàs dixi.
d dicam ad *Nou. 73. c. 8. & 9.*
e puta actor.
f id est, ídque verum esse neque confictum, in iudicio semel probauerit.
g id est, reus.
h In omni instrumento primùm ab eo qui protulerit. *vt hic* deinde verò ab eo qui falsum arguat, probatiões exigimus. *vers. & postquã j. 1. Harmen. 8. § 4.*
i *v. l. 1. ṡ. de iuramento propter calum.*
k reus sc.
l depositum. i. iuratum.
m Si quis pro se instrumentũ in iudicio produxerit, & exemplar apud acta reliquerit, licèt illud exemplar fidẽ faciat: si tamen pars altera velit Authenticum falsi accusare, pars quæ semel Authenticum produxit, tenetur authenticum iterum proferre: vel sic, Quando quis produxit instrumentum solemniter publicatum, nõ cogitur ad exhibẽdum authenticum, nisi id ex inspectione petitor velit falsi redarguere. *v. Roland. à Valle 1. consil. 44. nu. 2.*
n apud quem de falsi crimine agitur.
o *v. quæ notaui ad l. 6. § 4. ṡ. de his qui ad eccles.*
p Pœna nolentis iurare.
q id est, metu diuini numinis ad superstitionem vsque *l. 8. D. de cond. instit.* Iis sunt alij contrarij, qui contemptu religionis iurant facilè. *d. l. 8.*
r nota diligenter hanc restrictionem.
s Appellatio suspendit sententiam.
t de qua *v. l. vlt. j. de repar. appell.*
u Litium infinitas vitanda. *l. 13. j. de iudiciis.*
x hanc legem Cuiacius restituit. 10. *obs. 8.* Eius etiam meminit Iustinianus *edicto nouo: & 7. synopsis Basilic. 18. ex lib. 22. tit. 1. c. 77.*
y Interpretatio Leunclaij.
z *adde l. 7. ṡ. de testib.*
a *v. quæ notaui ad l. 156. D. de regul.*
b Testimonium vel inuitus dicit, is qui pecunia corruptus fuit, ne testimonium diceret.
c Testimonium etiam aduersus amicum, inuiti dicere cogimur.
d *l. 21. ṡ. eo.*
e In quem testimonium dicere possumus, in eum possumus codicem proferre.
f *l. 4. § 19. D. de testib.*
g *d. l. pen. in fin. ṡ. eo.*
h Sumptibus petitoris editur instrumentum. *vt hic.* & testimonium dicitur. *l. 16. in fin. ṡ. de testibus.*
i *d. l. pen. in prin.*

quod se dicat chartam perdidisse, vel alioqui non habere facultatem eius exhibendi: iuramento tantùm fidem facito, nec amplius ad proferendum cogitor: iisdem obtinentibus non in vrbe dumtaxat imperatrice, verumetiam in vniuersa republica.

PLVS VALERE QVOD AGITVR, quam quod simulatè [a] concipitur [b].

TIT. XXII.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Rufino.

IN contractibus rei [c] veritas [d] potiùs, quàm scriptura [e] perspici debet.

Cum obiicitur simulatio, debet inquiri veritas facti. Bald.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Soteriæ.

ACta simulata, velut non ipse, sed [f] eius vxor comparauerit, veritatis substantiam mutare non possunt, Quæstio itaque facti [g], per ||iudicem vel|| præsidem prouinciæ examinabitur. Dat. 10. Kal. Maij, CC. Conss.

3. Iidem AA. & CC. Maximæ.

EMptione pignoris [h] causa facta, non quòd scriptum, sed quòd gestum est, inspicitur. Dat. Kal. Maij, Sirmij, CC. Conss.

4. Iidem AA. & CC. Decio.

SI quis gestum à se, alium [i] egisse scribi fecerit, plus actũ, quàm scriptum valet. Dat. 8. Kal. Dec. CC. Conss.

5. Iidem AA. & CC. Victori.

SI falsum instrumentum emptionis conscriptum tibi velut [k] locationis, quam fieri mandaueras, subscribere nõ relegentem, sed fidem habentem, suasit: neutrum contractum (in vtroque alterutrius consensu deficiente) constitisse, procul dubio est. Dat. 13. Kal. Ian. CC. Conss.

DE COMMODATO [l].

TIT. XXIII.

De vi maiore & casu fortuito.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Sciolæ.

EA quidem, quæ vi [m] maiore auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent. Sed cùm is, qui à te commodari sibi bouem postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis, ac fortunam futuri damni in [n] se suscepisse [o] proponatur: præses prouinciæ, si probaueris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conuentionis implere eum compellet. Dat. 6. Kal. Iun. ipsis AA. Conss.

De ancilla.

2. Iidem Augusti Aulizano.

CVm eum, qui temporalis [p] ministerij causa suscepit ancillam, ad restitutionem [q] eius bona [r] fides vrgeat: consequens est, socerum tuum huius rei causa tradidisse ancillam, adito præside prouinciæ, probare: vt fidem [s] susceptam is, aduersus quem supplicas, compellatur agnoscere. Dat. Prid. Non. Nouemb. ipsis AA. Conss.

De rebus datis ad pignerandum.

3. Iidem AA. Soteriæ.

a De exceptione simulationis, *v. Oldendorp. c. 60. de exceptionibus. Papon. 3. Notar. 9. c. De simulation.* Non valent istæ simulationes, cùm donatio fit, sub prætextu venditionis. *l. 9. ȷ. de contrah. empt.* pignus, sub colore emptionis. *l. 3. ȷ. eo.* dotis datio sub conuentione depositi. *l. 27. D. depositi.* venditio, sub specie inuestituræ, *tit. de prohib. feud. alien. §. callidis.* illicita pactio sub specie mutui. *l. 3. C. de postul.* adde quę alibi scripsi de simulatione: *ad l. 5. s̃. de legibus. l. 21. s̃. de transact. l. 7. ȷ. de contrah. empt. adde l. 54. D. de oblig.*

b in instrumento sc.

c ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια. rerum veritas. *Synopsis Basilicon 22. tit. 1. c. 79. 1. Harmenop. 8. § 2.*

d res gesta. *l. 6. §. 1. ȷ. si quis sibi:* veritatis substãtia. *l. 2. ȷ. eod. l. 17. in fin. ȷ. ad Velleia.* veritas rerum. *l. 6. §. 1. D. de off. præs.* fides facti, intercedẽte veritate. *l. 54. D. de obligationib.*

e in qua potest esse error. *l. 54. D. de reg. iur.*

f nota de simulatione sumpta ab vna persona ad aliam. Prohibitus quid facere, per vxorem id facere non potest. *l. 6. ȷ. si quis alteri.* nec enim vxoris nomine abuti oportet. *l. 11. inf. s̃ de his quæ vi metus.* aut interposita vti persona ad id efficiendũ quod est prohibitum. *l. 1. in fi. s̃. de contract. iud. l. 46. D. de contrah. empt. l. 5. §. 3. 4. 5. D. de auct. tut.*

g Ex facto ius oritur. *l. 52. §. 1. D. ad l. Aquil.*

h Nota de simulatione sumpta ab vno contractu ad aliũ. Interim ne dicas cum Baldo, Pignoris causa emptionem fieri quoties in gratiam creditoris in instrumento narratur res ei vendita, quæ pignorata est tantummodo, vt emptionis prætextu creditor fructus rei lucretur, vt ille putat, quia is contractus ἀντιχρήσεως est, & licitus. Ne dicas cum Bartolo, non præsumi veram venditionem, cui est adpositum pactum de retro vendendo. id enim expressam nec illicitam formam continet, cui stari oportet. Ne dicas cum Accursio, id pertinere ad legem commissoriam pignoris, ex *l. 1. 2. 3. ȷ. de pactis pignor.* quia nondum ea lex fuerat. Exemplum tituli emptionis pete ex *l. 5. in fi. l. 6. D. de distrac. pign. adde Cuiac. 16. obser. 26.* vide tamen *l. 3. l. 9. in fi. ȷ. de contr. empt.* Pignoris autem causa emptio fit, quoties re ipsa pignus accipimus: simulatè emimus. sic *in d. l. 3. & d. l. 9.* donationis causa fit venditio: id est, reipsa donatur, simulatè res venditur. sic *in l. 23. ȷ. mandati.* re ipsa venditur, pro parte donatiè simulatè fit.

i Nota de simulatione sumpta ab vna persona ad aliam. Eo casu solent inspici personæ quæ re ipsa contrahunt, & quibus prodest contractus, non ea, cuius nomen simulationis causa commodatur. k Sit hæc hypothesis. Procurator, cùm tuo mandato domum locare posset, vendidit. Instrumento venditionis (cùm putares locationis esse instrumentum) ignarus fraudis subscripsisti. Quid iuris? negatur actus subsistere. Non est venditio, quia locare voluisti: non est locatio, quia accipiens emere voluit. Et sic, erronea subscriptio vitiat actum, nec obligat scribentem: & actus ab ipso subscribente interdum falsi potest argui. l *2. Paul. sent. 4. 11. D. 6. 13. Eclog. 1. 2. Harmenop. 10. Oldendorp. class. 4. act. 15.* m Casus regulariter non præstatur à commodatario. *l. 5. §. 4. D. eo. v. Paul. 2. sentent. 4 §. 2 3.* n Casus interdum præstatur ob conuentionem, *vt hic. 2. Harmenop. 10 §. 2. l. 23. D. de reg. iur. adde l. 1. §. 35. D. depositi. l. 22. s̃. de negotiis. l. 6. in fin. s̃ de pignor. l. 5. §. 15. D. de pactis. l. 5. §. 2. D. commodati. l. 39. D. mandati.* ob moram. *l. 3. in fin. D. de act. empt.* ob culpam. *d. l. 5. §. 7. & l. 18. D. d. tit. l. 22. s̃. de negot. l. 4. §. 8. D. de doli mali except. §. 2. D. quib. mod. re.*

o atqui hæc à nullo præstantur. *l. 23. in fin. D. de regulis iuris.*

p vt ad tempus ministrent. Finito vtendi tempore, commodatum perit. *l. 17. §. 3. D. eodem.*

q Commodatum nõn est alienatio. *l. 9. D. eod.* tenetur enim commodatarius de re restituenda.

r Commodatum, contractus bonæ fidei.

s Fidem susceptam cogimur agnoscere.

t *l. 5. §. 12. D. eod.* u *l. 18. in fi. D. eo.* Quid si expensæ in rem commodatam factæ? *l. 18. §. 2. D. eod.* retentioni locus esse potest. *adde l. 17. in fin. D. de adquir. possess. l. 15. in fin. D. de furtis.*

DE restituendis rebus, quas ||marito|| obligandas [t] pro se dederas, postquàm debitum fuerit extenuatum, commodati actionem etiam aduersus heredes eius exercere potes. Dat. 3. Id. April. Sirmij, ipsis & Conss.

De compensatione.

4. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu [u] debiti restitutio commodati [x] non probabiliter recusatur. Dat. 12. Kal. Decemb. ipsis AA. Conss.

DE PIGNERATITIA [y] actione.

TIT. XXIIII.

De fructibus pignoris.

1. Impp. [z] *Seuerus & Antoninus* AA. ad Metrodorum.

EX [a] pignore percepti fructus imputantur [b] in debitum, qui si sufficiunt ad totum debitum, soluitur actio; & redditur pignus. Si debitum excedunt, qui supererunt redduntur [c], videlicet mota actione pigneratitia. PP. Id. Octob. Apro & Maximo Conss. 208.

De operis ancillæ, & de pensionibus domus.

2. Imp. *Alexand.* A. Demetrio.

QVod ex operis [d] ancillæ, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quantitatem releuabit [e]. Dat. Kal. Octob. Antonino 4. & Alexandro Conss. 223.

3. Idem A. Victorino.

CReditor [f], qui prædium pignori nexum detinuit, fructus [g], quos percepit vel percipere [h] debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet. & si agrũ deteriorem [i] constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur. PP. Id. Decemb. Antonino IIII. & Alexandro Conss. 223.

Pactum de venditione pignoris.

4. Idem A. Hermeo & Maximillæ.

PActum vulgare [k]: quod proposuistis, vt, si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret: non adimit debitori aduersus creditorem pigneratitiam actionem [l]. PP. 12. Kalen. Maij, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De casu fortuito, de culpa, de probatione.

5. Idem A. Dioscoridæ.

SI [m] creditor sine [n] vitio suo argentum pignori datum perdiderit, restituere id non cogitur. sed si culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet. PP. 13. Kal. Maij, Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De casu fortuito.

6. Idem A. Trophimæ.

QVæ [o] fortuitis [p] casibus accidunt, cùm præuideri non potuerint, (in quibus etiam aggressura [q] latronum est) nullo [r] bonæ fidei iudicio præstantur: & ideò creditor pignora, quæ huiusmodi casu interierint, præstare non compellitur nec [s] à petitione debiti [t] submouetur, nisi [u] in-

x commendati, *Cuiac. apud Paul. 2. sent. 12. §. vlt.* reprehensus à Fornerio *2. select. 14.* à seipso defensus. *9. obs. 37.*

y *§. vlt. Instit. quib. mod. re. 13. D. 7. 3. Harmeno. 5.* Hic titulus tãtum differt à titulo *de pignorib.* ȷ. quantum rei traditio, à conuentione rei traditæ. *§. 7. in fin. Instit. de actionib. dixi ad titulum. D. de pignoribus.* De actione pigneratitia directa. *v. Oldendorp. class. 3. act. 12.* cõtraria. *act. 13.*

z hanc legem Cuiacius restituit. *11. obs. 31.*

a Interpretatio Latina.

b Pignoris fructus in debitum suum creditor imputare cogitur. *vt hic.* Quid si creditor occasione creditæ pecuniæ, operas & labores insignes subierit? contemplatione operarũ fructus eum lucrari tradit Hostiensis in summa *titulo de vsuris. §. in aliquo. versic. 12. Ioan. Andr. in c. conquestus. de vsuris. c. ad nostrã. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Panormitanus in d. c. conquestus. Romanus singulari 538.*

c *v. l. 4. ȷ. eo.*

d Operæ ex pignorato seruo perceptæ à creditore, creditũ minuunt. *3. Harmenop. 5. §. 4. v. l. 2. ȷ. de pact. pign. v. Paul. 2. senten. 13. §. 2.* Hinc colligunt, extra sortem nihil accipi iure posse. *v. tamen Socin. regula 3.*

e id est, minuet. f *3. Harmenopul. 8. §. 5.*

g Fructus pignoris percepti à creditore, mutuum minuunt. *v. l. 2. ȷ. de pact. pignor.*

h Creditor tenetur de fructibus perceptis, & iis quos percipere debuit.

i *l. 7. ȷ. eodem.*

k vulgare dicitur, quòd vulgo solet adiici. *vt in l. 1. ȷ. de pact. pignor. §. 1. Instit. quibus alien.* & ita pactum vulgare dicitur in alio casu. *l. 30. D. de pactis dotalibus. v. Cuiac. 4. obseruat. 34.*

l nam si pignus plus debito sit venditum, creditori lucro non cedet, sed debitori. *l. 1. s̃. eod. l. 6. §. 1. l. 7. D. eod.*

m *3. Harmenopul. 8. §. 23.*

n Creditor non tenetur, de pignore perdito sine sua culpa vitio rei. *l. 13. D. eod. l. 6. D. de naut. fœnor.* Et ita creditor debitum non prohibetur petere, etiamsi pignus non reddat. *§. vlt. Instit. quib. mod. re.*

o Pignori quod casu fortuito accidit, debitoris, hoc est domini, periculo est, non creditoris: itaque si quid tale in pignore acciderit, neque pignus debitori creditor præstabit: neque à petitione debiti submouebitur. *3. Harmenop. 5. §. 21.*

p Fortuiti casus dicuntur, qui præuideri non possunt, ideóque nec pertinent ad creditorem, sed ad debitorem. *l. 9. ȷ. eod. d. §. vlt. in fi. l. 21. §. 2. D. de pignorib. l. 23. D. de regul. adde l. 13. ȷ. mandati. l. 5. §. 4. D. commod. l. 1. §. 35. in fi. D. depositi. l. 41. D. locati. l. 12. in prin. D. de custod. l. 1. §. 7. D. de administ. rer. l. 135. in fi. D. de verb. sign.*

q Latronum aggressura fortuitis casibus numeratur. r Casus nullo bonæfidei iudicio præstantur. s *§. vlt. Instit. quib. mod. re.* t cum nemine personalis actio ei competit. *synops. Basilic. 25. tit. 1. c. 42. 3. Harmenop. 5. §. 28.* u Pacto conueniri potest, vt pignoris amissionem creditor præstet: & pignore amisso liberetur debitor, atque ita vi conuentionis casus præstari potest. *adde l. 1. s̃. de commod. l. 23. ff. de reg. iur.*

ter con-

ter contrahētes placuerit, vt amissio pignorum liberet debitorem. PP. Id. Apr. Fusco & Dextro Conss. 226.

De deterioratione & sumptibus.

7. Imp. *Gordianus* A. Iuliano.

CReditor [a] qui fundos & domos pignori vel hypothecæ accepit, damnū [b] in decidendis arboribus, domibúsque destruendis ab eo datum, in ratione debiti deducere cogitur. Et si dolo vel culpa rem suppositam [c] deteriorem fecerit: eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, vt talem [d] restituat, qualis fuerat tempore obligationis. Creditor autem necessarios [e] sumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur. PP. 13. Kal. Aug. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De amissione pignoris vera vel simulata.

8. Imp. *Philippus A. & Philip.* Cæs. Saturnino.

SI nulla [f] culpa seu segnitia creditori imputari potest: pignorum amissorum dispendium ad periculum eius pertinet. Sanè si simulata [g] amissione etiamnū eadem pignora (vt ad seueras) à parte diuersa possidentur: aduersus eum experiri potes. PP. 8. Kalend. Mart. Præsente & Albino Conss. 247.

De dominio, & periculo pignoris.

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Georgio.

PIgnus in [h] bonis debitoris permanere, ideoq; ipsi [i] perire in dubium non venit. Cùm igitur adseueras in horreis [k] pignora deposita: consequens est, secundùm ius perpetuum [l] pignoribus debitori peremptibus (si tamen in horreis, quibus & alij solebāt [m] publicè vti, res depositæ sint) personalem actionē debiti reposcendi causa integram te habere. PP. 6. Non. Maij, Mediolani, AA. Conss.

De longi temporis præscriptione. De probatione. & luitione pignoris.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

NEc creditores, nec qui his successerunt [n], aduersus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita [o] iure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata [p] & consignata & deposita, longi temporis præscriptione muniri possunt. vnde intelligis, quod, si originem rei probare potes, aduersario tenēte vindicare dominium debes. Vt autem creditor pignoris defensione [q] se tueri possit, extorquetur ei necessitas probandi debiti: vel, si tu teneas, per vindicationem [r] pignoris hoc idem inducitur: & tibi nō erit difficilis, vel solutione, vel oblatione atque solemni depositione pignoris liberatio. Dat. Nonis Maij, ipsis CC. & Conss.

De debito soluto. Pignoratitia competit soluto debito.

11. Iidem AA. & CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas, soluto [s] debito restituere debere, pigneratitię actionis natura declarat. quo iure, si titulo pignoris obligasti mācipia, per eandem actionem vti potes: nec creditor citra [t] conuentionem vel præsidalem iussionē debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. 5. Kal. Ianuar. Sirmij, ipsis CC. & Conss.

De longi temporis præscriptione.

12. Iidem AA. & CC. Herisco.

QVo minùs fructuum [u], quos creditor ex rebus obligatis accepit, habita ratione, ac residuo debito soluto, velū per creditorē factum fuerit, quo minùs solueretur, ||oblato [x], & consignato, & deposito|| pignora, quæ in eadem causa durant, restituat debitori: nullo spacio longi temporis defenditur. Dat. Kal. Dec. CC. Conss.

DE INSTITORIA [y], ET EXERCITORIA [z] actione.

Tit. xxv.

De mutuo.

1. Imp. *Antoninus*. A. Hermeti.

SERVVS [a] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum de institoria actione obligauit, si cùm eum officio alicui vel negotiationi exercendæ præponeres, etiam vt id faceret [b], ei permissum à te, probetur. Quod si hæc actio locum non habcat: si quid in rem tuam versum [c] probabitur, actionem in eam rem proposita, cogeris exoluere. PP. 8. Kal. Septemb. Duobus & Aspris Conss. 213.

a In pignore dolum, culpam & custodiam creditor præstare cogitur. 3. *Harmenopul.* 5. §. 22.
b *l. 3. in f. s. eo.*
c obligatam, pignoratam.
d is est effectus restitutionis *v. l. 38. §. 4. D. de vsuris.*
e *l. 8. D. eo. l. 6. ij. de pignoribus:* nō tamē immoderatos *l. 25. ff. eo.*
f *l. 4. §. 8. D. de doli mali except.*
g *facit l. 10. ij. de distract.*
h *l. 35. in. f. ff. eo. l. 6. D. de naut. fœnor. §. 1. Instit. quib. alie. l. 12. D. de distra. pignor. l. 17. §. 11. D. de ædilitio.*
i dixi ad *l. 6. s. eo. l. 6. ff. de nautico. l. 29. ff. qui & à quib. manumiss.*
k vide quæ de horreis scripsi *ad l. 7. ff. de instructo l. 21. §. 6. D. de furtu.*
l i. vsitatum.
m atqui si res pignorata in tutiorē locū fuisset: delata non perisset tenetur itaque creditor *arg. l. 28. in f. ff. de adminis. tut. l. 34. in f. ff. de damno.* Solue, Qui facit quod fieri est consuetum, non peccat. Exēplū & cōsuetudo in nō delictis excusat.
n Pignoratitia datur in heredē *l. 29. D. de petit. heredit. Paul. 2. sent. 13. §. 6.*
o *v. l. 7. j. de luitione pignor.*
p Nota horum trium ordinem, oblationis, consignationis, & depositionis *l. vlt. j. eod. l. vlt. D. eo. adde l. 19. j. de vsuris. l. 20. j. de pignoribus l. 2. j. de luit. pign. l. 6 ff. de pignorib. l. 11. in f. ff. qui potior. l. 28. in f. T. de adminis. tuor.*
q putà retentione.
r Creditor vindicat pignus aduersus quē Seruiana §. 7. *Instit. de actionibus*
s Pignus soluto debito restitui debet.
t extra *Hal. l. 3. j. de pignoribus adde l. 6. §. 2. D. de re iudic vi. e l. 7. j. de dist. pigor.*
u *l. 2. §. eo. l. 2. de pact. pign.*
x *l. 10. §. eo.*
y *§. 2. Instit. quod cum eo. l. 4. D. 3. 2. Paul. sen. 8. 85. Ecl. 1. v. Odend. class. 4. act. 5.*
z *§. 2. 14. D. 1. 2. Paul. sen. 6. 18. Synopsis Basilic. 1. adde Harmenop. 2. tit. 11. cap.* τῶν ναυτικῶν: *adde Oldendorpium class. 4. act. 4.* Exercitor, nauis dominus. qui ab eo præponitur naui, cuique nauis custodia committitur, magister nauis dicitur *l. 1. §. 1. ff. eo.* ναύκληρος *Harmenopul. d. loco.* Potest etiam dici maritimus institor.
a seruus negotiationi præpositus à domino, ex mutuo dominum obligat, si id ei permiserit dominus, vt mutuum acciperet: si non apparet id permissum, de peculio & in rem domini verso queritur. *Synopsis Basil. 18. tit. 1. c. 13.*
b Quod institor ex suo facit officio, dominū obligat: quod vltrà, non obligat, nisi in rem domini vertatur.
c *l. 2. j. eo.*

De contract. lib. seruorum.

2. Imp. *Alexander*, A. Callisto.

EX contractibus seruorum, quamuis de peculio [d] duntaxat domini teneantur: de eo tamen, quod in rem eorum versum [e] est, vel cum institore ex causa cui præpositus fuit, contractum est: etiam in solidum cōueniri posse, dubium non est. PP. Kalend. Maij, Alexandro. A. II. & Marcello Conss. 227.

De Deposito.

3. Idem A. Martiæ.

INstitoria tibi aduersus eum actio competit, à quo seruum mensæ præpositum dicis, si eius negotij causa quòd per eum exercebatur, depositam [f] pecuniam, nec redditam, potest probari. PP. Nonis Maij, Agricola & Clementino Conss. 231.

De muliere.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Antigonæ.

ET [g] si à muliere [h] magister [i] naui præpositus fuerit: ex cōtractibus eius ea exercitoria actione ad [k] similitudinē institoriæ tenetur. PP. 13. Kalend. Nouemb. Sirmij, CC. Conss.

Mandatum de mutua pecunia accipienda.

5. Iidem AA. & CC. Caio.

SI mutuam pecuniam accipere à||te|| Demetriano Domitianus mandauit, & hoc posse probare confidis: ad [l] exemplum institoriæ eundem ||Domitianum|| apud competentem iudicem potes conuenire. Dat. 4. Kalen. Nouemb. ipsis. CC. & Conss.

De voluntate domini.

6. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

QVi secutus domini voluntatem, cum seruo ipsius habuit contractum: ad instar||actionis|| institoriæ rectè in solidum [m] dominum conuenit. Dat. 14. Kalen. Decemb. CC. Conss.

QVOD CVM [n] EO, QVI IN ALIENA potestate est, negocium gestum esse dicetur, vel de peculio [o], siue quod iussu [p], aut de in rem verso [q].

Tit. xxvi.

De filiof. Tutore, vel curatore.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, Augusti Ælio.

CVM filiusfamilias tutor [r] aut curator datur, pater tutelæ vel negotiorum gestorum iudicio de peculio & de in rem verso conueniendus est. Quòd si voluntate [s] eius filius decurio fit creatus, & à magistratibus tutor constitutus: pater in solidum [t] satisfacere cogitur: cùm id onus exemplo cæterorum munerum ciuilium introductum intelligatur. Dat. 7. Id. Nou. Dextro II. & Prisco Conss. 197.

De filio qui abstinuit hereditate paterna.

2. Iidem AA. Annio.

EIus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum est, siue sua voluntate, siue eius, in cuius potestate fuit, siue in peculium ipsius, siue in rē patris ea pecunia redacta est, si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in [u] id, quod facere possit, non dari perpetui edicti [x] interpretatione declaratum est. PP. 8 Kal. Decemb. Dextro II. & Prisco Conss. 197.

De mutuo.

3. Imperator *Antoninus* A. Artemoni.

ETiam si non mandante [y], neque iubente, neque subscribente [z] domina, pecuniam mutuam seruo Priscæ dedisti: tamen ea quantitas si in rem dominæ eius iustis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum iudicem eā conueni, consecuturus secundùm iuris formam id, quod tibi deberi apparuerit. Dat. 3. Kal. Iul. Læto & Cereale Conss. 216.

De filio qui abstinuit hereditate paterna.

4. Idem, A. Lucio.

SI ex contractu patris iussu [a] eius mutuam pecuniam accepisti, teq; eius hereditate abstines: frustra vereris, ne

d Peculio tenus, domini obligantur ex ser uorū contractu.
e *l. 5. eo.*
f Ex deposito facto apud institorem, tenetur institoris dominus.
g *Synopsis Basilic. 53. tit. 1. c. 39.* Cū exercitor aut magister (ναύκληρος Græcis) à muliere naui præpositus fuerit, si quid is deliquerit, tenetur ipse non mulier. 2. *Harmenop. 11. §. 8.* ex contractu verò magistri, mulier teneri potest *vt hic.* quia in res mulieris hic contrahit *Scholiastes synopseos Basili. 18. tit. 1. c. 13.*
h *l. 1. §. 16. §. 12. D. de exercitoria.*
i φροντιστὴς τῶν πραγμάτων αὐτῆς, curator rerū ipsius mulieris *synopsis d. loco.*
k quippe si institorem mulier præponat, institoria tenetur. *Synopsis ibid.*
l *l. 19. D. de institoria.*
m *vide l. 2. in f. s. eo.*
n 4. *Instit. 7. 14. D. 5. adde Oldendorp. class. 4. act. 7.*
o *§. 4. Instit. quod cum eo. 15. D. 1. 2.*
p *§. 1. Instit. quod cum eo. 15. D. 4. 18. D. 3. 8.*
q *§. vlt. Instit. quod cum eo: 15. D. 3. 18. Eclog. 7.*
r & decurio *l. 1. supr. ne filius pro patre.*
s secus si inuito *d. l. 1.*
t Imò de peculio tantùm, & de in rem verso *l. 3. §. vlt. D. de pecul. l. 1. in f. D. de magistr. conuen. l. 2. §. penult. D. ad municip.* vide in hanc ἀντινομίαν Cuiacium 17. *obser. 34.*

u *l. 2. D. eod. l. 49. D. de iud.*
x *d. l. 2.*
y Paria sunt, mandare, iubere & subscribere.
z Subscriptio, vim habet mandati *l. 1. §. 4. D. quod iussu.*
a Nudus minister ac nuntius, gerendo non obligatur.

à creditoribus eius conuenieris. Datum 5. Kal. Ian. Messala & Sabino Conss. 215.

De fideiussione.

5. Imp. *Alexander* A. Asclepiadi.

NVlla res prohibet filiosfamilias [a], si pro aliis [b] maiores vigintique annis fideiusserint, actione competêti aduersus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur: defensionibus, si quæ tibi competût, vtêris. PP. 6. Idus Decem. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De habitatione à Seruo mutuum accipiente concessa.

6. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. & *Valerian.* Cæs. Matrono.

SEruus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua, in [c] vsurarum vicem habitandi facultatem ||creditori|| concessit: nullo iure aduersarius tuus hospitium [d] ex hac causa sibi vindicat, cùm te serui factum non obligauerit: & ingrediens [e] rem tuam, contra vim eius authoritate côpetentis iudicis protegêris. Dat. 12. Kalen. Iul. Aemiliano & Basso Conss. 260.

De mutuo.

7. Impp. *Diocletianus & Maximianus* Augusti & CC. Crescenti.

ET [f], qui seruo alieno dat pecuniam mutuam, quandiu superest [g] seruus, item post mortem ||eius|| intra annû de peculio in dominum competere actionem: vel [h] si in [i] rê domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem, non est ambigui iuris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est: heredes [k] eius côuenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si verò hoc probari non potuerit: consequens est, vt superstite quidem seruo dominum de peculio conuenias: vel si iam seruus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit: de peculio quondam aduersus eum experiri possis. 1 ¶ Alioquin [l] si cum libero res eius agente, cuius precibus meministi, contractum habuisti, & [m] eius [n] personam elegisti: peruides contra dominû nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem eius pecunia processit, vel hunc contractum ratum [o] habuit. Dat. Non. April. Bizantij, AA. Conss. *

Si pater mandauit vel iussit vel fideiussit.

8. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI mandator [p] pro filio tuo extitisti, vel iussu tuo cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est: intelligis & sorti & vsuris te parêre oportere, si te his omnibus obligasti: vt res, quæ pignoris iure detinentur, liberari possint. Quòd si fideiussor creditæ pecuniæ intercessisti: teneri te ex ea obligatione, explorati iuris est. Datum 3. Kale. Maij, CC. Conss.

De contract. filiifam.

9. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI ex [q] alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, vel quòd patrem [r] tuum in fidem suscepisti: tã in patris positus potestatê iure teneris, quàm etiam morte genitoris tui iuris effectus. Et si quidem patri heres extitisti, in solidum: alioquin in quantum facere potes, secundùm edicti formã. Sed & si per emancipationem [s] tui [t] iuris effectus es: similiter conueniri te posse, debes intelligere. Dat. 6. Id. April. Byzantij, CC. Conss.

De venditione.

10. Iidem AA. & CC. Diogeni & Aphrodisio.

SI [u] liberam [x] peculij administrationem habentes, equas de peculio cum fœtu serui vendiderunt: reprobandi côtractum dominus nullam habet facultatem. Quòd si non habentes liberam peculij administrationem, rem dominicam eo ignorante distraxerunt: neque dominium, quod [y] non habent, in alium transferre possunt: neque conditionê eorum seruilem scientibus || emptoribus || possessionis iustum afferunt initium. Vnde non immeritò nec longi temporis præscriptionem huiusmodi possessoribus prodesse, manifestum est. Ideoque res mobiles ementes ||à seruo|| etiam furti [z] actione tenentur. Dat. 5. Non. Octob. Sirmij, CC. Conss.

De contractu cum ancilla.

a Filius familias maior fide iubere potest pro alio, *l. 3. §. 5. §. 9. ff. de peculio facit l. 39. D. de obligat.*
b quid si pro patre *v. l. 8. j. de fideiussorib.*
c dê antichresi v. Cuia. *3. obs. 35.*
d Seruus in præiudiciû domini, non trãsfert possessionê rei dominicæ.
e Missû in possessionem facto serui dominus potest authoritate sua expellere.
f Qui seruo alieno mutuum dat, superstite quidem seruo, perpetuò: post mortem serui, intra annum de peculio actionê habet. Quid si in rem domini vertit? perpetuò, hoc est etiã post mortê serui aget creditor. *Synopsis Basili. 18. tit. 2. ca. 11.*
g i. quandiu viuit διηνεκῶς. i. perpetuò *Synopsis Basili. 18. tit. 2. cap. 11.*
h Actio de peculio, interdum annalis, interdû annum excedit. est ꝑpetua quãdiu seruus viuit. mortuo, alienato, vel manumisso, est annalis. *adde l. j. ad Macedonian.*
i *l. 41. ff. de peculio.*
k Heredes tenentur de in rê verso.
l Pars enim prior huius legis, de mutuo per seruum accepto tractat.
m καὶ τῇ περὶ αὐτὸν τὸν φροντιστὴν διαθέσει ἐδανείσαι. & adfectione erga ipsum procuratorem mutuum dedisti *Synopsis ibid.*
n In rem versione, & ratihabitatione, mutuû nostro nomine factum conciliatur. *l. 1. §. 6. D. quod iussu.*
o Factum alienum, ratihabitione nostrû facimus *l. 3. §. de rei vindica. l. 7. j. ad Macedon. l. 4. j. de vsuca. pro empt. l. 1. j. de euict. v. l. 12. in f. D. de solutionibus.*
p *l. 1. §. 3. ff. quod iussu.*
q Filiusfamilias licitè mutuatus vel fideiussione pro patre præstita, tam in potestate positus in solidû tenetur, quàm post mortê patris. Quod si heres scriptus est, rursus in solidum: sin minus, in quantû facere potest, tenetur *Synopsis Basilic. 18. tit. 2. c. 13.* r *l. 8. j. de fideiussorib. l. 10. §. 1. D. de fideiussorib.* s *v. l. 2. §. eo.* t Liberi per emancipationem fiunt sui iuris. u seruus qui liberam peculij administrationem habet, rem peculij vendere potest: serus in eo qui non habet: quippe is ne iustum quidem possessionis initium adfert ei, qui in publico loco emit. Quod si res mobilis erat, etiam furti in duplum actio aduersus emptorem competit. ita Græci hanc legem reddunt. *Synopsis Basilic. 7. tit. 6. περὶ δούλων ex lib. 18. tit. 2. ca. 15.* x *adde l. 18. in f. D. de pignor.* y Res peculiaris, res domini est *vide Cuiac. 5. obs. 18.* z *l. 56. §. 3. D. de furtis.*

11. Iidem AA. ||& CC.|| Attalo.

CVm ancilla [a] contrahenti (quam iure non obligari ||posse|| constat) aduersus dominum in quantum locupletius [b] eius peculium factum est, ea superstite, ac post mortem ||eius|| intra vtilem annum dandam actionem non ambigitur. Dat. Prid. Kal. Decemb. CC. Conss. *

An & quatenus dominus per seruum obligetur.

12. Iidem AA. & CC. Victori.

DOminum [c] per seruum obligari non posse, ac tãtum [d] de peculio (deducto scilicet, quod naturaliter seruus domino debet) is creditoribus dari actionem, vel si quid in rem eius versum probetur, de in rem verso, edicto perpetuo declaratur. Dat. 13. Kal. Feb. Sirmij, CC. Conss. *

Quod Iussu.

13. Impp. *Honorius & Theodosius* AA. Ioanni.

DOminos [e] ita constringi manifestum est actione prætoria [f], quæ appellatur, *Quod iussu*, si certam numerari præceperint seruo actoríve pecuniam. Igitur ||hac|| in perpetuum edictali lege sancimus: vt qui seruo, colono, conductori, procuratori ||actorí|| ve possessionis, pecuniam mutuam dat, sciat dominos possessionum cultorésve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerunque commendant [h] absentem, in id trahere conuenit, vt pecuniam, quam rogatus non fuerat, impendisse pro prædiis mentiatur, cùm nisi specialiter, vt pecuniam præstet, à domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit: creditâque quantitate multari volumus creditores, si huiusmodi personis non iubente domino, nec fideiussoribus specialiter acceptis, fuerit credita pecunia. Sanè creditori damus licentiam: vt si liber ||à|| rationibus, quas gerebat, fuerit inuentus actor, seruus, procuratórve prædiorum, vtilis actio pateat de peculio. Datum 5. Idus Iun. Rauennæ, Honorio X. & Theodosio VI. AA. Conss.

PER [i] QVAS PERSONAS NObis acquiratur.

Tit. XXVII.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Marcellæ.

EXCEPTA [k] possessionis [l] causa, per [m] liberam personam, quæ alterius iuri non est subdita, nihil acquiri posse, indubitati [n] iuris est. Si igitur procurator non sibi, sed ei, cuius negotia administrabat, redintegratæ rei [o] vindicationem pactus est, idque pactum etiam stipulatio insequuta est: nulla domino obligatio acquisita est. Seruis autem res traditæ, domino acquiruntur. Dat. Kal. Iul ipsis & Conss.

Quæsita personali sine cessione, similiter quæritur hypothecaria. Bald.

2. Imp. *Iustinianus.* A Iuliano præfecto prætorio.

CVm per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata [p], acquiratur ||quidem|| ei [q], cuius nomine pecunia credita est, per huiusmodi numerationem condictio, non autem hypotheca vel pignus ||eorum,|| quæ procuratori data vel supposita sunt, dominis contractus acquiritur: talem differentiam expellentes, sancimus & conditionem [r] & hypothecariam actionem vel pignus ipso [s] iure & sine aliqua cessione ad dominum contractus peruenire. Si enim procuratori [t] necessitas legibus imposita est, domino contractus cedere actionem: quare quemadmodum ab initio in personali actione cessio superuacua videbatur, non etiam in pignoribus & hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris vinculum, vel retentionem sibi acquisitam? Dat. Kal. Nouemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

3. Idem A. Iuliano præfect. præt.

SI [u] duo vel plures communem seruum habeant, & vnus ex his iusserit, vt suo nomine seruus ab aliquo stipuletur decem (puta) aureos, vel aliam rem: ipse autem seruus non eius, qui iussit, sed alterius ex dominis suis fecit mentionem, & nomine illius stipulatus est: inter antiquam sapientiam quærebatur, cui acquiratur actio, vel lucrû quod

a *l. 5. §. 2. D. de tributor. l. 1. §. 3. §. 27. de peculio.*
b i. eo detracto quod domino debetur *leg. 12. j. eod.*
c Dominus suo nomine non obligatur, quum seruus côtraxit, sed actione de peculio tenetur, deducto scilicet eo, quod naturaliter ei seruus debebat: deque in rem verso. *Synopsis Basilic. 18. tit. 2. c. 17.*
d *l. 1. in f. D. de peculio. §. 10. Instit. de act.*
e Tunc dominus ex contractu serui tenetur, quum specialiter quantitatem definierit quæ vel seruo, vel conductori siue colono vel auctori fundi (διοικητῇ τοῦ ἀγροῦ) mutuo dari debeat. Quippe non datur in eû actio, si per epistolam creditori seruum suum vel conductorê vel actorem fundi commendauit. *Synopsis Basilic. 18. tit. 2. c. 17. adde & qui ibid. scholiastem Anatolium.*
f Actio quod iussu prætoria.
g Dominus nô obligatur per colonum in iis quæ non pendent ex mandatu domini.
h Commendatitiæ litteræ, in dubio non præsumuntur emissæ animo obligandi, sed commendandi tantùm.
i *2. Instit. 9. Instit. 29.*
k *v. l. 11. §. 6. D. de pignorat. l. 20. in f. D. de administrer. §. 5. Insti. per quas personas nobis acquiritur.*
l Possessionis caus, estne dominum? vt Azo (& post eû alij) existimauit. An plus hoc ostenditur, νομὴν μόνην possessionem solã nobis per liberã personam quæ sui iuris sit, adquiri. vt Græci hoc caput reddunt *apud authorem Synopseos 16 tit. 9. c. 12.*
m *Paul. 5. sent. 2. §. 2.*
n si strictum ius spectemus, non æquum, côpetit enim vtilis. An & directa? vide Hoton. *3. obs. 31.*
o i. de litis redintegratione pactus est. καὶ συμφωνήσει περὶ τῶν ἀγωγῶν ἀναδεῖν περὶ τοῦ πράγματος δικάσασθαι *Synopsis Basilic. d. cap. 12.* Procurator igitur, litis redintegrationem domino non adquirit per stipulationem: licèt per traditionem rei dominium adquirat domino. p *l. 9. §. ff. de reb. credit.* q *l. 2. in f. d. l. 8. ff. de reb. credit. l. 126. §. 2. ff. de verb oblib.* r Per liberam personam condictio, hypothecaria actio & pignus nobis adquiritur ipso iure, sine cessione. s i. directo, sine cessione. t Procurator cogitur cedere actiones domino. u seruus cômunis adquirit omnia, dominis suis pro dominicis portionibus: exceptis iis, quæ alterius ex domini, iussu stipulatur. *Synopsis Basilic. 16. tit. 9. ca. 13.*

a Seruus communis adquirit ei,qui iussit contrahi, non ei,cuius nomine adquisiuit.& ita iussus præualet nominationi *v.l.5.D.de stipul seru.* b Malitiis non est indulgendum *l.58.D.de rei vindicat.* c Iussio non absimilis est nominationi. Hoc est, cùm vnus dominorum seruum communem iubet, suo, id est, iubentis nomine stipulari,plus non valet iussio, quàm nomen:hoc est, seruus, si alteri domino qui nō iussit stipuletur, ei adquirit, non ei qui iussit: vt plus valeat nominis dominici metio,quàm sterilis iussio.*vt hic in f.*plus valet nomen q̄ iussio. Quid si simpliciter seruus, nullo dominorū nominato stipulatus est? tunc ei soli adquirit qui iussit. *vt hic.* Quidā tamen aliter hunc locū accipiunt: hoc sensu: cùm vnus dominorū seruum communē iubet suo, hoc est, iubētis nomine stipulari, plus valet iussio quàm nomen. Cū iubet simpliciter stipulari, plus valet nomē quàm iussio: & ita post Azonē hunc locum interpretantur.

ex hac causa accidit: vtrum ei, qui iussit,an ei,cuius seruus fecit mentionē: an ambobus.Cúmque ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum:nobis verior eorum sententia videtur, qui domino,qui iussit[a], asserunt stipulationem, & ei tantummodò acquiri dixerunt, quàm aliorum,qui in alias opiniones deferuntur. neque enim[b] malignitati seruorum indulgendum est,vt liceat eis, domini iussione contempta, sua libidine facere stipulationem,& ad alium dominum, qui eum forsitan corrupit, alienum lucrum transferre.quod neque ferendum est, si seruus impius domino quidem, qui iussit, minimè obediendum existimauerit, alij autem, qui forsitan ignorat & nescit, repentinum adducat solatium. Quod enim sæpè apud antiquos dicebatur, iussionem[c] domini non esse absimilem nominationi: tunc debet obtinere, cùm seruus iussus ab vno ex dominis stipulationem facere, sine nomine stipulatus est.tunc enim ei soli acquirit, qui iussit.sin autē expresserit alium dominum:soli illi necesse est acquisitionem celebrari. multo enim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quàm sterilem iussionem. Dat. 15.Kal.Decemb.Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.530.

AD SENATVSCONSVLTVM Macedonianum[d].

Tit. XXVIII.

De eo qui se patremf. dixit.

2.Imp. *AElius Pertinax*, A. Atilio.

SI filius ||familias|| cùm in potestate patris esset, mutuam à te pecuniam accepit, cùm se[e] patremfamilias diceret, eiúsque adfirmationi credidisse te iusta ratione edocere potes: exceptio[f] ei denegabitur. PP. 10. Kalend. April. Falcone & Claro Coss. 194.

Quibus casibus non est locus senatusconsulto.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Sophiæ.

ZEnodorus si, cùm[g] sui iuris esse publicè videretur,aut patris voluntate[h] contraxit,aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, vel suæ potestatis constitutus nouatione facta fidem suam obligauit vel aliàs agnouit debitum: non esse locum decreto amplissimi ordinis, rationis est. PP.5.Kal.Mart.Saturnino & Gallo Coss. 199.

De emptione & promißione pretij cum vsuris.

3. Iidem AA. Macrino.

SI[i] filiusfamilias aliquid mercatus, pretium stipulanti venditori cum vsurarum accessione spondeat: non esse locum senatuscōsulto, quo fœnerare filiusfamilias est prohibitum,nemini dubium est.origo[k] enim potiùs obligationis,quàm titulus actionis considerandus est. PP. Idibus Mart.Saturnino & Gallo Coss.199.

De consensu patris, de pignore.

4. Iidem AA. Cyrillæ.

SI, permittente[l] patre, filiofamilias pecuniam mutuam dedisti: senatusconsulti potestas non interuenit. & ideo persecutio pignoris,quod in bonis patris fuit, non denegabitur,præsertim cùm & eidem filius heres extiterit: modò si nullus alius iure conuentionis, ||vel|| ratione temporis & ordinis potior apparuerit.PP.12.Kal.Maij, Fabiano & Mutiano Coss. 202.

De legationis vel studior. causa,de iussu patris.

5.Imp. *Alexand.*A Septimiæ Musæ.

MAcedoniani senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecuniæ non impedit,quæ filiofamilias studiorum[m] vel legationis causa alibi degenti, ad necessarios sumptus,quos patris pietas[n] non recusaret,credita est. Sed ex contractu filij post mortem eius de peculio actio in patrem competere ita demum poterit, si anni vtilis spacium petitionem non impedit. ¶Sanè si iussu[o] patris datum mutuum probetur: nec in quos vsus versa sit pecunia, disquiri necesse est,sed perpetua[p] in patrem etiam mortuo filio est

d §.7.*Instit.quod cum eo.74.D.6.*
e Qui se sui iuris affirmat,non iuuatur Macedoniano *l.3. 19. D.eo.*
f De exceptione Macedoniani *v. Oldendorp. c.49. de except.*
g *l.3.D.eod.*
h *l.4.j.eo.*
i Senatuscōsultum Macedonianum locum habet in mutuo filiisfamilias facto:igitur nō in emptione ab eisdem cōtracta: non denique si quid mercati, pretium cū vsuris stipulāti promisetint: Quidquid enim eo nomine promissum erit, rectè ab iisdē petetur. *synopsis Basilic.& ibid.* Theodorus scholiastes. *18.tit.4.c.16.*
k *l.3.§.3.D.eo.*
l *adde l.2.j.eo. l.5. vers.sanè si iussu.j.eo.*
m ἐλευθερίων παιδευμάτων i. liberalium studiorum *synopsis d.tit.ca.15.l.7.§.13.D.eo.l.47.in f.ff.de solutionib.*
n & meritò id receptum. nec enim vento viuitur *v.l.vlt.j.de aliment.* De expensis factis in eruditione puerorum *v.l.15.D.de negot.l.27.28.29.38.D.de rei vindic.l.25.D.de pignor.act.* vide plenius quę notaui *ad l.79.§.1.D.de verb.signi.*
o *l.2.4.j.eo.l.7.D.quod cum eo.*

p *l.1.§.1.2.D.quādo de peculio.* q *l.1.D.eo.l.7.j.ne filius pro patre.* r *l.14.D.eo.v.l.84.D.de verbo.sign.* s *l.7.§.1.D.eo.* t Testimonium paternum non potest nisi iniquè respui. u *v.l.7.inf.D.quod cum eo.l.1.§.14.D.de vi & vi.* x Ratihabitio patris,Macedonianum excludit. y Ratihabitio retrotrahitur *l.25.in fin.j.de donation.int.vir.*de hac regula dixi: & alias dicam. *adde l.16.§.1.D.de pignoribus:l.44.§.1.D.de vsucap.c. ratihabitionem de regulis in 6.* z in Macedoniano, *vt hic: & l.1.in f.l.2.D.eod.* in testamento *l.vlt.j.de test.milit.* a non absimilis præsumptio est in lege *22.j.ad Velleian.* b hinc colligunt, Maritum præsumi mutuum accipere in augmentum societatis vel communionis. *Molin.de vsur.quæst.38.nu.291.*

292. c *16.D.1.2. Paul.sent.11. Harmenop.1.3.Oldendorp. cap.48. de exceptionibus Papon. 12. Arest 5.* Moribus Galliæ, mulier potest pro marito mutuum accipiente vel aliter se obligante,cum eius authoritate,etiam heredia sua antiqua sibi hypothecare. Inde fortasse dicetur Velleianum in Gallia desuetum? Molinæus negat: sed id in Gallia ideò receptum esse, quòd inter virum & vxorem plerumque communio sit omnium bonorum. Hinc præsumi maritum obligari, & mutuò accipere in augmentum societatis communis.aliud fore, si inter eos non sit communio ex pactis matrimonialibus. vel si iam facta sit bonorum separatio, vel si mulier velit obligari pro tertio,vel si pro viro intercedat, non in societatis causa, sed in mariti suorúmve, aut in aleam profusura. Velleiāno etiā non iuuatur, si mutuum accipitur à marito pro negotio vxoris gerendo, eiúsque herediis exonerandis, vel à cōmisso liberandis & similibus. Et ita Velleianum retinetur in Gallia.*v. Molin.de vsur.quæst.38.num.292.adde Papon.12.Arrest.9.man.4.*

actio.PP.prid.Kal.Mart,Agricola & Clement.Coss.231.

De peculio, 1. de nepotibus & pronep.

6. Impp. *Philippus A.& Philippus* Cæs.Theopompo.

SI filius tuus in potestate tua agens,contra[q] senatusconsultum Macedonianum mutuam sumpsit pecuniam:actio de peculio aduersus te eo nomine, efficaciter dirigi nequaquàm potest. 1¶Quod senatusconsulti auxilium,licèt filiifamilias meminerit,& ad nepotes[r] & pronepotes porrigitur. PP.6.Nonas Mar. Philippo A.& Titiano Cōs. 246.

De ratihabitione patris. 1. De filiof.milite

7.Imp.*Iustinianus* A. Iuliano præfect.præt.

SI filiusfamilias, citra[s] patris iussionem vel mandatum vel voluntatem,pecunias creditas acceperit, postea autē pater ratum cōtractum habuerit: veterum ambiguitatem decidentes,sancimus,quemadmodum,si ab initio voluntate patris vel mandatu filiusfamilias pecuniā creditam accepisset,obnoxius firmiter constitueretur, ita & si postea ratū pater habuerit contractum,validum esse huiusmodi cōtractum:cùm testimonium[t] paternum respuere,satis iniquum sit.Necesse est enim patris ratihabitionem, vel principali[u] mandato patris, vel consensui non esse absimilem: cùm nostra nouella lege generaliter omnis ratihabitio[x] prorsus retrotrahatur[y],& cōfirmet ea,quę ab initio subsecuta sunt. Et hæc quidem de priuatis hominibus sancianda sunt.
1 ¶Sin autem miles filiusfamilias pecuniam creditam acceperit,siue sine mandato,siue consensu vel voluntate vel ratihabitione patris: stare oportet contractum,nulla differentia introducenda,ob quam causam pecuniæ creditę,vel vbi consumptæ sint. In pluribus[z] enim iuris articulis filiifamilias milites non absimiles videntur, hominibus, qui sui iuris sunt:& ex præsumptione[a] omnis miles[b] non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere & expendere,nisi in causas castrenses.Dat.12.Kal.Aug.Lampadio & Oreste VV. CC.Coss.530.

AD SENATVSCONSVLTVM Velleianum[c].

Tit. XXIX.

De obligatione vel solutione pro alio.

1. Imp. *Antoninus* A Lucillæ.

MVLIERIBVS ||quidē||quę alienam obligationē suscipiunt,vel in se transferunt,si id contrahentes[d] non ignorent, senatuscōsulto subuenitur. Sed si pro aliis, cùm obligatæ non essent pecuniam exoluerint[e]: intercessione cessante,repetitio nulla est.PP. Non.Dec. Gentiano & Basso Coss. 212.

De principaliter debitrice.

2. Idem A. Nepotianæ.

FRustrà[f] senatusconsulti exceptione,quod[g] de intercessionibus fœminarum factum est, vti tentasti: quoniam principaliter[h] ipsa debitrix fuisti. eius enim senatuscōsulti exceptio tunc mulieri datur, cùm principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem eius intercessit. Sin autem pro creditore suo alij se obligauerit, vel ab eo se vel debitorem suum delegari passa est:huius senatusconsulti auxilium nō habet.PP.3.Id.Aug.Antonino A.IIII. & Balbino Coss. 214.

De matre intercedente pro filio.

3. Idem A. Seruato.

SI[i] cùm ipse mutuam pecuniam acciperes, mater[k] tua contra amplissimi ordinis consultum fidem suam interposuit:exceptione se tueri potest. PP.3. Idus Aug. Antonino A. IIII.& Balbino Coss. 214.

De oblig. vel solutione pro alio.

4. Imp. *Alexander* A. Alexandriæ.

SEnatusconsultum locum habet,siue eam obligationem, quæ in alterius persona constitit, mulier in se transtulit[l], vel participauit, siue, cùm alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio ream constituit. quod in rerum earum ||habitis|| pro aliis obligationibus admissum est. Sed si[m] prædia tua annis maior vigintiquinque venditur.

d id est, qui cōtrahunt cum muliere.
e Mulier soluens, non iuuatur Velleiano *l.4.in fin.j.eod.l.4.5.leg.8.§.5.D.eod.*
f *1.Harmenopul.13.§.13.*
g Velleianum pertinet ad intercessionem mulierum *l.2.§1.l.29.D.eo.*Mulier pro alio intercedens iuuatur Velleiano.
h Mulier in rē suam obligata, nō iuuatur Velleiano. *l.6.l.10.13.j.eo.l.4.11.17.24.27.D.eod.* In rem suam obligata est, quum obligata est πρωτοτύπως principaliter,cùm primaria est debitrix, neque alterius nomine in se obligationem suscipit. Alterius porrò nomine non obligatur, quæ pro suo creditore se alij obligatur:eiúsve nomine se vel debitorem suum delegari pati-tur. *Harmenopul. d.§.13.*

i Etiam cum pro filio mulier fideiubet, exceptione senatusconsult. Velleiani vti potest. *synopsis Basilicum. 6. titult 19. ex lib. 26. titul. 7. capit. 67. 1. Harmenopulus. 13.§.32.*
k Mater pro filio fideiubens, Velleiano vtitur, *vt hic.* nisi matris iussu mutuum datum est.*v.Arrest.apud Papon.d.loco,num.3.in fin.*
l *l.14.j.eod.l.1.D.eod.*
m *v.Papon.d.loco, num.4.ibi, Quinto,le pareil seroit: & ibi,Octauo ,femme comme peut vendre son immeuble pour la debte de son mari.*

a Quid si se, suaue res obligauit pro marito, vt eum à carcere & custodia redimeret? Papo *ibi. num.*8. refert, mulieri Velleiano consultum. Plus est igitur vendidisse & soluisse, q̃ se obligasse. Cõtrarium refert *Harmenopulus* 1. *tit.* 13. §. 14. vbi refert, mulierẽ quæ acceptũ ab aliquo argentũ dederit, vt è custodia virum liberaret, obligari neque ei subueniri, quamuis censetur se intercessisse, aut in potestate esse. Hæc sentẽtia eò defenditur: ꝙ ob eam causam mulier dotẽ alienare potest *l. sed etsi, 2. ff. solut. matrimonio.*
b si propter viri obligationem mulier in alieni contractus vinculum se cõiiecerit, proprijsq; facultatib. maritum obligatione liberare studuerit, si quidẽ pollicita non soluerit, ne soluere quidẽ cogetur: quodsi soluerit, solutum condicere nõ poterit: præsertim si absolutę legitimęque sit ætatis. 1. *Harmen.* 13. §. 17.
c *l. 1. s. eo.*
d Imò nõ deficit *l. 32. §. 2. ff. eo.* solue, mulier ibi sollicitauit emptores, non hîc. *adde Papo. d. loco, nu. 2. ibi, Femme qui est occasion du prest, n'a l'exception du Velleien: & num. 3. ibi, Femme ayant prié le creancier de prester, n'a l'exceptiõ du Velleien.* Potest etiã hæc lex referri ad mulierẽ, quæ fundum vendidit, tanquam in vsus suos.
e *l. 7. j. eo. l. 5. ff. eo.*
f i. non ignorante res esse mulieris quæ pignori darentur *l. 7. j. 8. ff. eod.*
g Res inuitæ vxoris pignorari nõ possunt s. *ibi si sine voluntate:* nec volentis, *ibi si consensisti.*
h Mulier decipiens non iuuatur Velleiano *v. l. 18. j. eod.*
i Calliditati mulierum non succurritur, sed infirmitati *v. Papo. d. loco num. 3.*
k *l. 8. §. 1. ff. eo.*
l Mulier suum negotium gerẽs nõ iuuatur Velleiano *v. l. 2. s. eo.*

disti[a], & pro[b] marito pecuniam soluisti[c]: deficit[d] auxilium senatusconsulti. PP. 6. Kal. Ianuar. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De marito res vxoris opignorante.

5. Idem A. Popiliæ.

SI sine voluntate tua res tuæ à marito tuo pignori datæ sunt, non tenentur. Quòd si consensisti[e] obligationi, sciente[f] creditrice: auxilio senatusconsulti vti potes. Quod si patientiam[g] præstitisti ||vt|| quasi suas res maritus obligaret, decipere[h] voluisti mutuam pecuniam dantem: & ideò tibi non succurretur senatusconsulto: quo infirmitati, non[i] calliditati mulierum consultum est. Dat. 15. Kal. Iulij, Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De matre quæ tutorib. filiorum promisit indemnitatem.

6. Idem A. Torquato.

SI mater, cum filiorum suorum patrimonium gereret, tutoribus[k] eorum securitatem promiserit, & fideiussorẽ præstiterit, vel pignora dederit: quoniam quodammodo suum[l] negotium gessisse videtur, senatusconsulti auxilio neque ipsa[m], neque fideiussor ab ea præstitus, neque res eius pignoratæ adiuuantur. 1 ¶ Sin autem tutore se excusare volente, ipsa se interposuit[n], indemnitatem ei repromittens: auxilio senatusconsulti vti minimè prohibetur. 2 ¶ Si verò tutores petiit, & sponte periculum suscepit: quo minùs teneatur, auctoritas[o] eã iuris tuetur. PP. 6. Id. Octob. Modesto & Probo Conss. 229.

Si maritus fundum vxoris obligauerit.

7. Imp. *Gord.* A Viuiano.

SI sciens[p] creditor à marito propter[q] proprium debitũ obligari fundũ mulieris, licèt ea consentiente[r] eum pignori acceperit propter senatusconsulti auxilium vendẽdo eum dominium[s] mulieri auferre nequiuit: nec tibi necesse est (præstito[t] pretio emptori) vindicare, si matri heres extitisti. PP. 12. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conss. 239.

Si paternam obligationem filij & filiæ in se receperunt.

8. Idem A. Triphoni.

SI[u] paternam obligationem non tantùm masculini sexus ||filij|| verùm etiam filię emancipatæ in se recepẽrũt: quamuis filiæ virilibus[x] obligationibus eximantur propter exceptionẽ, quæ ex senatusconsulto Velleiano descẽdit: tamen[y] filios in id, quod se obligauerunt, teneri: filiarumq; subducta persona patrem in id conueniri posse, in quo conueniretur, si filiæ non intercessissent, dubium non est. Pignora tamen Patris etsi in posteriore[z] obligatione accepta sunt, sine[a] dubio tenentur. Sed & si in priore fuerint obligatione: quatenus ad patrem per restitutoriam[b] actionem redit, eatenus tenebuntur. PP. Non. Octob. Pio & Pontiano Conss. 239.

De solutione.

9. Idem A. Proculo.

QVamuis mulier pro alio soluere[c] possit: tamen, si prę cedente[d] obligatione, quam senatusconsultum[e] de intercessionibus efficacem[f] esse non sinit, solutionem fecerit, eius senatusconsulti beneficio munitam se ignorans: locũ habet repetitio. PP. Nonis Iulij, Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De conductione.

10. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* Cæs. Triphonæ.

SI aduersarius tuus non cum marito tuo, sed tecum[g] negotium gessit: reliqua conductionis, quæ dicis esse contracta, obtentu huiusmodi obligationum non potes recusare. Enimuerò si cùm eosdem fundos non tibi, sed marito[h] tuo locaret, personam tuam vt idoneam secutus est: beneficio amplissimi ordinis, quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. PP. 18. Kal. Septemb. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De Iure hypothecar. seu pignor. remisso.

11. Idem A. Heboræ.

ETiam constante matrimonio ius hypothecarũ seu pignorum[i] marito[k] remitti posse, explorati iuris est. PP. 8. Kal Octob. Peregrino & AEmiliano Conss. 245.

De matre res suas obligante pro dote filiæ.

12. Imp. *Valerianus. & Gallien.* AA. Sepidutæ.

SI dotare[l] filiam volens, genero res tuas obligasti pertinere ad te beneficium senatusconsulti falsò putas. Hãc enim causam ab eo beneficio esse remouendam prudentes viri putauerunt. PP. 9. Kalend. Martij, Tusco & Basso Conss. 259.

De fœnore.

13. Imp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Condianæ.

SI fœnebris pecunia iuxta fidem veri[m] à creditore tibi data est: siue tota quantitas fœnoris, siue pars eius in vsum mariti processisse proponatur: decreto patrum nõ adiuuaris: licet[n] creditor causam contractus non ignorauerit. Dat. 3. Kal. Septem. ipsis AA. & Conss.

De muliere & eius fideiussore.

14. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

MVlierem contra senatusconsulti Velleiani auctoritatem non posse intercedere, eadémque exceptione fideiussorem[o] eius vti posse, iuris auctoritas probat. Vnde si mater tua marito quondam suo heres non extitit, satis idoneæ exceptionis remedio tua est. PP. 8. Kal. April. Bizantij, CC. Conss.

De eo qui mandato mulieris promisit.

15. Iidem AA. & CC. Agrippino.

SI vxor pro marito contra senatusconsultum intercessura, te rogauit[p] mandatario nomine, vt pro ea tuam fidẽ obstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas, qua conuentus defendi potes. PP. 18. Kal. Iunij, Sirmij, CC. Conss.

De nouatione.

16. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI mulier alienam suscepit obligationem: cùm ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur, creditori contra priores[q] debitores rescissoria actio datur. PP. 17. Kal. Februar. Sirmij, CC. Conss.

De simulatè gestis.

17. Iidem AA. & CC. Alexand. & aliis.

SI cùm pater vester à Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, velut[r] hanc eius vxor accepisset, instrumentum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex senatusconsulto venientem peruenire necesse est: cùm eam veritatis[s] substantia constituta potiùs quàm simulata gesta tueatur. 3. Idus Martij, CC. Conss.

De muliere decipiente.

18. Iidem AA. & CC. Zotico.

FOeminis alienas ||vel|| veteres[t] vel nouas obligationes aliqua ratione suscipientibus subuenitur: nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus[u] sit. Nam tunc replicatione doli, senatusconsulti exceptionem remoueri, constitutum est. Dat. 5. Id. Nouem. Antiochiæ CC. Conss.

De obligatione quæ ex persona mulieris initium sumpsit.

19. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

CVm ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate[x] creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere edicto perpetuo declaratur: si ||tamen|| creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris[y] personam elegit: exceptione contra petitores[z] secundùm ea, quæ asseueras, defendi potes. Dat. 18. Kal. Ianuar. Nicomediæ, CC. Conss.

De heredibus.

20. Iidem AA. & CC. Theodotiano.

HEredes quoque mulieris aduersus creditores ||eadem|| exceptione, quæ ex senatusconsulto introducta est, vti posse dubium non est. Dat. 9. Kal. Ianu. ipsis CC. Conss.

De iure hypothecarum remisso.

21. Imp. *Anastasius* A. Celeri magistro officiorum.

IVbemus[a] licere mulieribus & pro vno contractu, vel certis contractibus, seu pro vna vel certis personis seu rebus, iuri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare[b]: quódque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmum illibatúmq; custodiri: ita tamẽ, vt ||&||

masculi & fœminæ permixtim obligantur, obligatio pro parte fœminarum nõ valet. Et ita cõtractus interdũ pro parte tenet.
z nouante.
a Dubiũ ex eo nascitur, ꝙ in obligatione posteriore ac nouante, pignus datum reperiatur, pro antecedẽte obligatione inutili. Quæ igitur ratio decidẽdi? Tale pignus magis refertur ad causam, quã ad titulum obligationis.
b rescissoriam, *vt in l. 16. j. eo.*
c Mulier pro alio soluens, non iuuatur, *vt hic:* quemadmod. & si donat *l. 4. in f. ff. eo.*
d i. ob præcedẽtem obligationẽ *l. 8. §. 5. ff. eo.*
e *l. 2. s. eo.*
f Soluens ob nõ efficacẽ obligationẽ, mulier iuuatur Velleian.
g Si cõtrahitur principaliter cũ muliere, negotiũ ad eam spectat. ideóque nõ iuuatur.
h Mulier. cõducens prædia, obligatur: pro marito conducẽte fideiubens, non obligatur.
i quod mulieri competit in rebus mariti *l. 8. ff. eo. l. 11. ff. quibus mod. pign. l. 1. §. penult. j. de rei vxor. act.*
k Mulier potest remittere marito ius hypothecæ.
l Mater se obligãs pro dote filię, non iuuatur Velleiano. Dotis fauor Velleianũ excludit *l. vlt. j. eo. l. 41. ff. de iure dotium:* Mulier dotem pollicita non iuuatur Velleiano, sed eã præstare cogitur. 1. *Harmenopul.* 13. §. 21. & 32. *synopsis Basili.* 6. *tit.* 36. *ex lib.* 26. *tit.* 7. *c.* 87.
m Aliud si colluforiè, vt qui nõ obligatã sibi mulierem fore spondẽdo sciebat, mutuũ dando eã obligaret *l. 11. 29. ff. eo. v. Papon.* 12. *Arrest.* 5. *nu.* 4. *ibi. Septimo.*
n *v. Molinaũ de vsur. quæst.* 30. *nu.* 203. *ad l.* 19. §. 5. *ff. eod.*
o Velleiani exceptione fideiussor iuuatur *l.* 6. 30. *in f. ff. eo.* nisi successerit principali.
p Mulier mandans fideiuberi, non tenetur ex mandato. Quid is qui promisit? ne is quidem *vt n. c.*

suum gerit negotium, cùm res alterius administrat. m Mulier cũ effectu obligata, fideiussorem, résque eius obligat. n Aliud est, matrem filiorũ tutoribus indemnitatem promittere, *vt hic:* aliud ipsorum pupillorum negotia administrare s. eo. Priore casu mulier iuuatur: altero non iuuatur. vel hîc textus ostendit satis corrigendum esse § 2. *apud Paul.* 2. *sent.* 11. o auctoritate iuris tuetur. Cuiacius *ad l.* 17. *ff. de iniusto:* vt verbum tueatur, accipiatur passiuè. p & ita malæ fidei. q Ratio decicendi r *l. 5. s. eo.* s Ex inutili alienatione, dominium non transfertur. t Emptori rem alienam scienti, precium non restituitur. u *l. 8. j. de fideiuss.* x Inter eos qui nominatim obligantur, diuiditur in viriles partes obligatio. y Quoties

q *adde l. 8 §. 2. ff. eo.* r Si nomen vxoris simulatè est appositũ in instrumento, loco viri, obligatio est ipso iure nulla, ratione simulationis. ideóque locus non est Velleiano, sed nullitati. s *v. l. 1. s. plus valere quod agitur.* t *l. 2. §. 4. ff. eod.* u *l. 5. s. eo. l. 2. §. 2. l. 23. l. 30. ff. eo. l. 11. j. de distract. pignor. l. 100. in f. ff. de reg. iur.* x Aduersus calliditatem creditoris, mulieri subuenitur. y *l. 8. §. 14. l. 12. §. 28. in f. l. 29. ff. eod.*
z petitorem.
a Huiusce legis fit mentio in lege vnica *§. licet enim. j. de re vxor.*
b Mulier potest renunciare Velleiano *l. 11. s. eo. l. 23. §. 2. j. eo. l. 32. §. 4. ff. eod.*

si genera-

si generaliter[a] tali renunciatione pro vno (vt dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad vnam, vel ad certas res seu personas consensum proprium accommodātes visæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad[b] illos contractus & illas res seu personas, quibus consensum ||suum|| proprium accommodauerunt vel accommodauerint, coarte-tur: nec aliis quibusdam contractibus, quibus minimè mulieres consenserunt vel consenserint, prætendentibus eam, opponendi licentia præbeatur. His scilicet omnibus, quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos[c] nihilo minùs contractus pro negotiis & controuersiis necdum[d] transactionibus, vel definitiuis sentētiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kal. Apr. Anatolio & Agapito Conss.

De donatione propter nuptias. 1. de dote.

In authent. vt immobilia ante nuptias. dona. §. Si quis igitur. colla. 5. tit. 16. al. 14. No. 61. c. 1.

Siue à me, siue ab alio pro me fiat donatio propter nuptias: quod ea ex causa est immobile, neque[e] alienare valeo neque obligare. in hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit, quo minus demus mulieri in rem actionem in sponsalitia largitate soluto matrimonio: nisi & secundò[f] post biennium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei consuli posit. Atque his enim neque si frequenter consentiat, lædatur: vir tamen obligabitur in aliis rebus suis huius obligationis seu alienationis occasione: quæ, quantum ad mulierem, pro non dicta & pro non scripta habetur. 1 ¶ Et multo[g] magis idem in dotibus locum habet, vt non aliquid immobile pro ea alienetur vel obligetur: omnibus tamen priuilegiis doti datis, in sua firmitate durantibus, siue agat mulier, siue nomine eius alius.

De Secunda intercessione.

22. Imp. *Iustinianus.* A. Iuliano præfecto præt.

SI mulier perfectæ ætatis ||constituta,|| post intercessionē, vel cautionem conscripserit, vel pignus aut intercessorem præstiterit: sancimus, antiqua legum varietate cessante, si quidem intra bienniale iuge tempus post priorē cautionem numerandum, pro[h] eadem causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessorem dederit: nihil sibi præiudicare, quòd adhuc ex consequētia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi[i] imputet, si, quòd sæpiùs cogitare poterat & euitare, nō fecit, sed vltrò firmauit. videtur[k] etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere: & tam ex secunda[l] cautione sese obnoxiam facere, ||in quantum hoc fecit,|| quàm pignus aut intercessorem vtiliter dare.

De muliere quæ proprio viro consensit.

In authent. vt nulli Iudi. lic. ha. loci serua §. & illud. collat. 9. Tit. 17. al. 9. no. 134. c. 8.

SI[m] qua mulier crediti instrumento consentiat proprio[n] viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut seipsam obligatā faciat: iubemus, hoc nullatenus valere: siue semel siue[o] multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi[p] manifestè probetur[q], quod pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint.

Si mulier aliquid accepisse dicatur, vt Intercederet.

23. Iidem A. Iuliano P.P.

ANtiquæ iurisdictionis retia, & difficillimos nodos resoluentes, & superuacuas distinctiones exulare cupiētes, sancimus mulierem: si intercesserit, siue ab initio, siue postea aliquid[r] accipiens, vt sese interponat: omnimodo teneri, & non posse senatusconsulti Velleiani vti auxilio: siue sine scriptis, siue per scripturam sese interposuerit. Sed siquidem in ipso instrumento intercessionis dixerit sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionem venisse, & hoc instrumentum publicè[s] confectum inueniatur, &[t] à tribus[u] testibus consignatum: omnimodo[x] esse credendum, eam pecunias vel res accepisse, & non esse ei ad senatuscon sulti Velleiani auxilium regressum. Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento nō sic confecto: tunc si possit stipulator ostendere[y] eā accepisse pecunias vel res, & sic[z] subiisse obligationē: repelli eam à senatusconsulti iuuamine. Sin verò hoc minimè fuerit ab eo approbatum: tunc mulieri superesse auxilium, & antiquam actionem aduersus eum seruari, pro quo mulier intercessit, vel ei actionem parari. 1 ¶ Sed si minùs idoneæ mulieri constitutæ aliquis pecunias vel res dederit, vt pro eo sese obligaret: mulieri quidem, quę reuera hæc accepit nullus pateat aditus ad senatusconsulti auctoritatem: creditori autem liceat aduersus eam venire: &, quod[a] potest, ab ea exigere: & in reliquum, antiquum debitorem aggredi vel in partem, si aliquid à muliere possit accipere: vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur. 2 ¶ Ne autem mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus non[b] aliter eas in tali contractu posse pro aliis se obligare, nisi instrumento publicè confecto, &[c] à tribus testibus subsignato, accipiant homines à muliere pro aliis confessionem[d]: tunc etenim tantummodò eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de intercessionibus fœminarum, vel veteribus legibus cauta, vel ||ab|| imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem obseruationem mulieres acceperint intercedentes: pro[e] nihilo habeatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquàm nec confecta, nec penitus scriptura: ||vt|| nec senatusconsulti auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

De Intercessione pro libertate.

24. Idem A. Iuliano PP.

VEterum ambiguitatem decidentes, sancimus, si quis, vt seruo[f] suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate facientem: si in libertatem seruum perduxerit, siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit, teneri eam rectè omnimodo, senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes. Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum serui, qui credidit mulieri, siue soli, siue post serui promissionem, & libertatem seruo imponere, & suum famulum perdere, & ea minimè accipere, quibus fretus ad eiusmodi venit liberalitatem.

De dote.

25. Idem A. ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & vniuersos prouinciales.

GEneraliter sancimus, vt[g]: si quis maior vigintiquinque annis, siue masculus, siue fœmina, dotem[h] pollicitus sit vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnimodo compellatur[i] suam confessionem adimplere. neque enim ferendum est, quasi casu fortuito[k] interueniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli † & distrahi matrimonium. Cùm enim scimus, fauore[l] dotium & antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire: meritò & nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio liberalitatem suam ostendit: necesse est eum vel eam suis promissionibus satisfacere: vt quod ab initio[m] sponte scriptum, aut in pollicitationem deductum est, hoc ab inuitis postea compleatur: omni auctoritate Velleiani senatusconsulti in hac causa cessante.

---

a Generaliter potest renunciari Velleiano à muliere. fuerit tamen melius vim & naturam Velleiani mulieri declarari à notario *v. Papon. 12. Arrest. 5. num. 1. ibi, Renunciations au Velleien sans declaration suffit.* b Renunciatio generalis non extenditur ad extraneas personas: atque ita, filia renuncians paternæ successioni: nō censetur renunciare fraternis hereditatibus: nēpe vt ne vis & effectus vnius renunciationis odiosę ad alium casum extendatur, q̃ qui expressùs sit *arg. l. si domus ff. de seruit. vrban. l. seruum. j. de iure deliber. l. 1. §. videndum. D. de successoru. edicto l. ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de vers. obligat. l. ad probationē s. de probat. Capella Tholozana. decisione 457. Ludouicus Romanus consilio 168.*
c Lex ad pręteritos casus referri potest, si legislator hoc expressim voluerit.
d & ita lex ad imperfecta negotia tacitè refertur.
e Res immobilis donata propter nuptias, alienari non potest, neque obligari, etiam muliere consentiēte, nisi &c. j. *eo. ibi nisi &.*
f *dicam ad l. 22. inf. j. eod.*
g Nota argumētū à minori ad maius, à donatione propter nuptias ad dotē. Donatio ꝑpter nuptias priuilegiata, multò magis & dos. Quidam hæc verba referunt ad alienationē dotis, quasi nullo iure possit dos alienari, & malè. Hoc tantùm innuit, maiorem esse causam ꝓhibendę alienationis dotis, quā propter nuptias donationis. Aliàs, differunt in priuilegio dos & donatio propter nuptias *v. Cuiac. ad Noue. 61. inf.*
h Secunda intercessio mulieris, post bienniū facta (pro extraneo sc.) aufert mulieri beneficium Velleiani *Noue. 6. c. 1. Nou. 134. adde Papon. 12. Arrest. 5. num. 7. ibi, le Velleien n'a bien cōtre responsé geminee:* excipe Authenticam proximā j. *eod.*
i Error cōmittenti imputatur.
k Hęc præsumptio iuris est, & de iure, contra quam non admittitur exceptio *l. vlt. s. ad Macedon. l. vlt. j. arbitr. tut. l. 15. §. 3. D. de re ind.* l *dixi s. eod.* Actus geminatus inducit euidentem consensum.
m Hæc authentica notariis est in frequentissimo vsu. Est verò huius ea sententia. mulierem pro marito vel sæpius intercedentem, non obligari: pro extraneo obligari, si primam obligationem post biennium confirmauerit. *adde l. 22. s. eo.* n Hæc Authentica propriè pertinet ad obligatas mulieres maritorum causa. o aliud est in causa extranei *l. 22. s. eo.* p Nota exceptionem, quæ fallit in illis locis, in quibus mulier habet communionem bonorum cum marito. tunc enim si quid vxor cum marito acceperit, præsumitur in rem suam vertere, aut saltem vertere debuisse. qua vehemēti præsumptione munitus creditor potest vtiliter credere, iniquè verò eum decipere mulier non debet. Quid si vxor iuramento confirmauit sponsionem? Ex c. Rescripto *de iureiurando*, Mulier intercessione iurata pro aliquo facta, non iuuatur Velleiano. sicuti nec minor auditur, si iurauerit. *Authentica sacramenta pub. s. si aduers. vendit.* aliud vsitatum est apud Gallos *Papon. 9. Arrest. 6. num. 23. & 12. Arrest. 5. num. 9. ibi, Velleien receuable, non obstant le serment.* quod tamen refero ad vxores ætate minores, vt solæ iuramento restituantur.
q Mulier intercedens cum marito vel extraneo, non præsumitur fieri locupletior. Præsumitur pro marito & extraneo potius intercedere, quàm suo nomine. Quod ad maritum attinet, cessat ea præsumptio in iis locis & contractibus, in quibus vxor communionem habet cum marito. tunc enim vel solus maritus mutuum accipiens obligat vxorem in communibus bonis, & in eorum vtilitatem præsumitur mutuum accipere. multomagis valebit ea præsumptio, cùm ipsa vxor mutuum accipit. An & in aliis bonis vxorem obligabit? non obligabit mulierem si solus contraxit. obligat, si cū ea contraxit. & meritò. Potest enim mulier mutuum accipere & obligari in solidum, ad ea bona conseruanda, quæ cum marito communia habet. Huiusmodi bona vxoris dici possunt. Nam quod est commune, nostrum dicitur. Quod cum accidet, æquum erit mulierem in solidum obligari posse, rei cōmunis seruandę causa. *v. Molinæum de vsur. quæst. 38. nu. 291.* vtcunque ea inuita & ignorante, maritus communionis dominus cēseatur, résque communes in solidum alienare possit contra naturam societatis *l. 68. ff. pro socio.* quod tamē Parisiensi cōsuetudine receptum est.
r sensus est, Mulierem mercede accepta, nec gratis fideiubentē Velleiano non iuuari *l. 6. §. 7. ff. mandati.*
s Instrumento publicè cōfecto creditur.
t vel à tribus &c. & malè §. 2. j. Nam instrumentum publicū quod ad hāc causam specialiter attinet, requirit subsignationem trium testium, quę solennitas in Gallia nō obseruatur. *v. Bugnionē in legib. abroga.*
u Instrumēto à tribus testibus subsignato creditur.
x Probatio cōtra præsumptionem iuris & de iure nō admittitur: vide tamē Socinū *regu. 314.*
y aliis legitimis probationibus.
z Idest, nō gratis, sed precio accepto.
a delegata muliere non soluēdo, creditor superfluū ab antiquo debitore potest petere. b si Velleiano eius beneficij seu auxilij nō admonita, mulier renunciauerit, Velleiano iuuabitur: neque ei obstabit renunciatio. vide tamen Socinum *regula 273.* c *dixi s. eod.* d i. cautionem ὁμολογίαν. e Instrumentum factum contra solēnitatem legis, ipso iure nullum. f Mulier intercedens pro seruo vt consequatur libertatem, non iuuatur hoc senatusconsulto. g *Synopsis Basilic. 29. titul. 1. ex lib. 28. tit. 7. ca. 87. 4. Harmenopul. 8. §. 22.* h *vide l. 12. s. eo.*
i Velleianum cessat sex casibus, fauore dotis, *vt hic*: libertatis, *l. 24. s.* si mulier renunciet Velleiano *l. 20. s. eod.* aut precium accepit fideiussionis causa, *l. 23. supr. eod.* si secundò cauerit, *l. 22. s. eo.* si decipiat, *l. 5. in fin. l. 18. supr. eod.*
k Dotem promissam omnimodo promissor præstare cogitur: neque casu fortuito deminutis facultatibus, ab ea præstanda liberatur: ne alioquin indotata fiat mulier & à viro repudium, dotis non solutæ aut deperditæ nomine, patiatur: aut potius color alius ad eam rem quæratur.
† hodie non fit diuortium ob non solutam dotem *l. 11. §. 1. j. de repudiis; Nouel. 22. ca. 18.* vide Socinum *regula. 258.*
l *l. 70. D. de iure dot. v. l. 85. D. de reg. iur. & ibidem Decium.*
m Contractus ad initio voluntatis: ex post pacto, necessitatis.

a Instit. de liter. obligat. §. 2. Insti. de except. l. 4. §. 3. D. de doli mali, περὶ ἀναργυρίας. 23. synopsis Basilic. 1. 2. Harmeno. 2. Oldendorp. 52. de exceptionib. vide omnino Rebuffum tom. 1. trac. de chirographis & cedularum recogni. articul. 2. fol. 128. nu. 10. & sequẽtib. ad 73. eundem to. 2. tract. de resciss. contr. art. vnico glos. 19. nu. 26. Huc referre possis titulũ de dote cauta non numerata lib. 5. tit. 15. j. & titulum, Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non sit, lib. 8. tit. 34. & Nou. 10. de nõ numerata dote. In Gallia vt obseruetur hæc exceptio, & cui onus probandi incũbat, dicam ad l. 14. j. eod.

DE NON[a] NVMERATA pecunia.

Tit. XXX.

De pignore & de probatione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Hilario.

SI pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideò frustra cautionem emissam adseris, & pignus[b] datum probaturus es: in rem experiri potes. nam intentio dati pignoris, nec numeratæ pecuniæ, non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit. Eadémque ratione veritas seruetur, si te possidẽte pignus, aduersarius tuus agere cœperit. ||PP. Kal. Septẽ. Laterano. & Rufino Conss.||

De parte non numerata.

2. Imp. *Antoninus* A. Maturio.

MInorem pecuniam te accepisse, & maiorem[c] cautionem interposuisse, si apud eum, qui super ea recogniturus est, constiterit: nihil vltra quàm accepisti, cum vsuris in stipulatum deductis restituere te iubebit.

De hypotheca.

3. Idem A. Demetrio.

SI ex cautione tua, licet[d] hypotheca data, conueniri cœperis: exceptione opposita seu doli, seu non numeratæ pecuniæ, compellitur[e] petitor probare pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto, absolutio sequetur.

De eo qui soluit.

4. Idem A. Bassano.

CVm fidem cautionis agnoscens, etiam[f] solutionem portionis debiti vel vsurarum feceris: intelligis te de non numerata pecunia nimium tardè querelam deferre.

De eo, qui scripturam propriam vel numerationem negat.

In authent. de trien. & Semiss. §. studium verò. coll. 3. tit. 5. No. 18. c. 8.

COntrà qui propriam scripturam, qua conuenitur, abnegat, vel numerationem inficiatur: conuictus in duplum[g] condemnetur, nisi sacramento illato confiteatur. tunc enim non punitur nisi in expensas circa probationes factas, actoris iuramento declarandas. At[h] si post numerationis inficiationem prætendat solutionem: omnino solidum exigitur, nec prodest iam facta solutio. Contrà si actor literas suas à reo prolatas abneget, eadem sit & pœna & iurisiurandi forma: hac pœna curatori infligenda, si de suis literis quæstionem referat in causa eius, quem curat.

De causa debiti præcedente.

5. Imp. *Alexander* A. Haustiano.

ADuersus petitiones aduersarij si quid iuris habes: vti eo potes. Ignorare autem non debes, non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, vbi quasi[i] credita pecunia petitur. Cùm autem ex præcedente causa debiti[k] in chirographum quantitas redigitur: non requiritur, an tunc, cùm cauebatur numerata sit: sed an iusta causa debiti præcesserit.

De eo qui obligationem alterius suscepit.

6. Idem A Iustino.

FRustra opinaris exceptione non numeratæ pecuniæ te esse munitum, quando (vt fateris) in[l] eius vicem, qui erat obligatus, substitueris te debitorem.

De actione & exceptione.

7. Idem A. Iuliano, & Ammiano.

SI quasi accepturi mutuam pecuniã aduersario cauistis, quæ numerata non est: per condictionem[m] obligationẽ repetere, ||&|| si actor non petat: vel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem vti potestis.

b v. l. 1. j. si pignor. conuenit.

c Siue nulla, siue minor pecuniæ quantitas sit numerata, põt ἀναργυρία opponi. synopsis Basil. eo. c. 60. §. 2.

d exceptionẽ pecuniæ nõ numeratæ obiicere debitor potest, etiamsi pignora iam vel hypothecas creditori suo dederit synops. eo. c. 62.

e l. 10. insi. j. eod. l. 23. j. eo. interim Cuiac. Noue. 100. colligit, Contestatione transferri onus probandi in actorẽ. Quidam etiã cautionis vocabulo hîc intelligunt, instrumẽtum priuatũ vel publicũ, in quo fit mentio receptæ pecuniæ, nõ tamẽ numeratæ.

f Exceptioni ἀναργυρίας renũciat, qui cœpit vsuras vel partẽ sortis soluere. synopsis eo. ca. 63. 2. Harmen. 2. §. 3. vide Molinæum quæst. 20. de vsur. nu. 208. ibi sexto, soluens ex interuallo.

g Pœna falsò negãtis propriã scripturam, vel numerationem.

h si quis mutuũ se accepisse inficiatus conuictus sit: hanc pœnam patitur, vt vniuersum debitũ exsoluere cogatur, licèt cautiones quasdam proferat solutionis à se in partẽ debiti factæ. 3. Harmenop. 5. §. 65. Eò etiam pertinere potest quod apud eũdem Harmenopulum 5. scholiastes 2. tit. 2. §. 10. scribit, Ei qui partẽ debiti inficietur, quòd alteram solutã esse excipiat onus probationis sustinere: aliter quàm si totũ debitũ fuisset inficiatus.

i id est, vbi verè credita pecunia petitur, vt hinc colligere possis, hanc exceptionem locum tantùm habere in mutuo, vt sunt quædam non absimiles exceptiones in pignore & dote.

k putà venditionis.

l Suscipiens in se obligationem alterius, non potest exceptionem opponere non numeratæ pecuniæ l. 4. j. de duobus reis.

m Cautio dati chirographi condici potest, si ex eo numerata non sit pecunia: & ita actio, non tantùm exceptio, competit ei cui non est numerata pecunia l. 3. s. de cond. indeb. l. vlt. s. de condict. ex lege. l. 15. j. de fideiussoribus l. vult. j. de solutionibus l. 3. D. de condict. sine causa l. 9. s. ad exhibendum: l. 1. l. 2. Cod. Gregoriano Titul. si debito persoluto.

n v. l. 14. j. eod.

o Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad heredem, nisi tempus sit finitum.

p Contestatio locum facit perpetuæ petitioni.

q Exceptio non numeratæ pecuniæ datur in heredem.

r Heres etiam pupillus, tenetur debito paterno dixi ad l. 4. s. de her. act.

s hinc colligunt, mutuum gratuitum esse. mutui debitorem non obligari vltra id quod accepit, l. 17. D. de pactis. l. 11. §. 1. D. de reb. cred. idem in pecunia constituta, l. 11. in fi. D. de pecun consti. Idem in fideiussore, l. 8. §. 7. D. de fideiussoribus. An idem in pactis & stipulationibus? v. quæ dixi ad l. 13. s. de pactis. An idem in traditionibus rerum? v. l. 48. D. de pactis.

t l. 14. j. eod.

u Qui numeratam sibi pecuniam negat, exceptione pecuniæ non numeratæ intra biennium vti potest: Imò & post bienniũ, si modò intra illud tempus διεμαρτύρατο, id est, protestationem interposuit, synopsis & ibi scholiastes 23. tit. 1. ca. 67. & 68. 2. Harmenopul. 2. §. 4. Protestatione igitur perpetuatur ius exceptionis ἀναργυρίας.

De heredibus.

8. Idem A. Materno.

SI intra legibus definitum[n] tempus, qui cautionem exposuit, nulla querimonia vsus defunctus est: residuum tempus eius heres[o] habebit tam aduersus creditorem, quàm aduersus ||eius|| hæredem. Sin autem quæstus[p] est: exceptio non numeratæ pecuniæ heredi & aduersus[q] heredem eius perpetuò competit. Sin verò legitimum tempus excessit, in querimoniam creditore minimè deducto, omnimodò heres eius etiam si pupillus[r] sit debitum soluere compellitur.

De parte non numerata.

9. Imperatores *Diocletianus & Maxim.* Augusti, Zoilo.

CVm vltra[s] hoc, quod accepit, re obligari neminem posse cõstet: ||&|| si stipulatione interposita, placita creditor non dederit: in factum ||esse|| dandam exceptionem conuenit. si[t] necdum tempus intra quod huius rei querela deferri debet, transiit: vel[u] si intra hoc in testando iuri paritum sit: nihil vltra hoc, quod accepisti, sortis à te nomine ||aditus rector vel|| præses prouinciæ exigi patietur.

De probatione, & de longi temporis præscriptione.

10. Iidem AA. Mezantio.

ADseueratio debitum[x] solutũ contendentis, temporis diuturnitate non excluditur: nec huic obloquitur, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ certa die[y] non delata querela priùs euanescat: cùm inter eum, qui factũ adseuerans[z], onus subit probationis, & negantem numerationem (cuius naturali ratione probatio[a] nulla est) & ob hoc ad[b] petitorem eius rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

De transactione.

11. Iidem AA. Eutychiano.

SI transactionis[c] causa dare Palladio pecuniam stipulanti spondidisti: exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes.

De mandatore & fideiussore.

12. Iidem AA. Seueriano.

TAm mandatori[d], quam fideiussori non numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit.

De causæ probatione & de confessione debitoris.

13. Imp. *Iustinus* A. Theodoro P. P.[e]

GEneraliter sancimus, vt, si quid scriptis cautum fuerit pro quibuscumque pecuniis ex antecedente[f] causa descendentibus, eamq; causam specialiter promissor ediderit, non iam ei licentia sit causæ probationem stipulatorem exigere, cùm suis[g] confessionibus acquiescere debeat: nisi certè ipse è contrario per apertissima[h] rerum argumenta scriptis inserta, religionem iudicis possit instruere, quod in alium quenquam modum, & non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum[i] esse iudicamus, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonióque proprio resistere.

De tempore huius exceptionis proponendæ. 1. De deposito. de securitatibus publicarum functionum vel dotis. 2. & cæteris. 3. de Iureiurando 4. quæ obseruanda sunt in hac querela proponenda.

14. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfect. præt.

IN contractibus, in quibus[k] pecuniæ vel aliæ res numeratæ vel datæ esse conscribuntur, non intra quinquẽnium (quod antea constitutum erat) non numeratæ pecuniæ exceptionem obiicere possit, qui accepisse pecunias vel

x Exceptio non numeratæ pecuniæ, biennalis: solutę, perpetua.

y id est, biennio l. 14. j. eod.

z Qui factum adseuerat, probare tenetur: qui factum negat, non tenetur.

a dixi ad l. 23. in fi. s. de probat.

b l. 3. s. eo. v. l. 13. j. eod.

c Petenti ex trãsactione, nõ obiicitur exceptio ἀναργυρίας. synopsis eod. cap. 69.

d Reus principalis, mandator & fideiussor ἀναργυρίαν possunt obiicere.

e Præfecto vrbi Cuiac. 13. obs. 1.

f id est, alia causa quàm mutui. Quid in mutuo, de quo per scripturam constat? idem puto dicẽdum. ideoque legẽ 3. & l. 10. in fin. s. eod. refero ad cautiones nõ scriptas: & ad eum casum quo Titius minus solenniter, vel nuda voce confessus est se debitorem ex mutuo §. 2. Inst. de except. aliàs, quę maior probatio creditori potest cõpetere, quàm instrumentum priuatũ vel publicum, quo cõstat debitori numeratã esse pecuniam? Quorsum ergo exceptio dicitur hîc proponi aduersus literarum obligationem, Insti. de liter. oblig. quia petenti obiicitur: non eatenus tamen exeptio dicitur, quòd onus creditori incumbat quærendarum aliarum probationum, præter instrumentum scriptum quod iam habet: pro cuius fide sumitur præsumptio §. vlt. Instit. de fideiuss. l. 30. D. de verbor. oblig. l. 2. in fin. j. de quadriennij præscriptio. l. 25. D. de prob. Cuiac ad Nouell. 100. Ideoque, vis eius pręsumptionis transfert onus probationis in excipientem, vt eo casu fiat actor l. 1. ff. de exceptionibus. Est igitur huius cõstitutionis hæc sententia, Eum qui in scripta confessione causas exposuerit, propter quas mutuum acceperit, probationibus onerari, audiri quidem si vtatur pecuniæ non numeratæ exceptione, si modò aduersus scriptam confessionem causas mutui continentem, alias probationes adferat. Tantisper tamen dum id probet, statur scriptæ cofessioni, vt hic. synopsis eodem cap. 71. 3. Harmenopul. 5. §. 74.

g Suæ confessioni quisque debet adquiescere. confessionem legitimè factam nemo potest reuocare, vide Dynum ad cap. 21. de regul. in 6. v. etiam diligenter Molin. quæst. 20. de vsur. num. 208. in prin.

h Falsitas instrumenti testibus potest argui v. l. 3. in fi. s. si min. se maior.

i quibusdam casibus, hoc non est indignum v. Mynsing. 4. obs. 51.

k id est non aliis quàm in mutuo.

alias

alias res ſcriptus ſit, vel ſucceſſor eius, ſed[a] intra ſolum biẽnium[b] continuum: vt, eo elapſo, nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci poſſit: his ſcilicet, qui propter aliquas cauſas ſpecialiter legibus expreſſas etiã elapſo quinquennio in præteritis temporibus adiuuabantur, etiam in poſterum (licet biennium pro quinquennio ſtatutum eſt) eodem auxilio potituris. 1 ¶ Sed quoniam ſecuritatibus & inſtrumentis depoſitarum rerum vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, iuſtum eſſe perſpeximus, huiuſmodi poteſtatem in certis quidem caſibus prorſus amputare, in alijs verò breui tempore cõcludere. Ideóque ſancimus inſtrumento[c] quidem depoſitionis[d] certarum rerum, vel certæ pecuniæ, ſecuritatibúſque publicarum[e] functionum, ſiue in ſolidum ſiue ex parte ſoluta eſſe conſcribantur, illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt confeſſionem dotalium[f] inſtrumentorum de ſoluta dote ex parte vel in ſolidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. 2 ¶ Super[g] cæteris[h] verò ſecuritatib. quæ ſuper priuatis debitis à creditore[i] conſcribuntur, partem debiti ſortis vel vſurarum nomine ſolutam eſſe ſignificantes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente, ſolidi tamen debiti ſolutionem factam eſſe demonſtrantes, vel etiam futurã eſſe redhibitionem inſtrumenti fœneratitij promittentes, vel ſi qua alterius cuiuſcunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum, vel datio certarũ ſpecierum ſcripta eſt, ſecuritas ſimiliter data ſit, depenſas eſſe pecunias, vel alias res, vel partem earũ ſignificantes: intra triginta[k] tantũmodo dies poſt huiuſmodi ſecuritatis expoſitionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ poſſe obiici: vt, ſi hi tranſacti fuerint, eadem ſecuritas à iudicantibus omnibus modis admittatur: nec ei liceat, qui ſecuritatẽ expoſuit, poſt exceſſum memoratorum ‖triginta‖ dierum non eſſe ſibi ſolutas pecunias vel alias res dicere. 3 ¶ Illo[l] videlicet ‖ſemper‖ obſeruando: vt, in quibus non permittitur exceptionẽ non numeratę pecuniæ opponere vel ab initio, vel poſt taxatum tempus elapſum, in his[m] nec iuſiurandum offerre liceat[n]. 4 ¶ In[o] omni vero tempore, quod memoratæ exceptioni taxatum eſt, ei licebit, cui talis exceptio competit vel denunciationibus ſcripto miſſis querelam non numeratæ pecuniæ manifeſtare ‖ei,‖ qui numeraſſe eam, vel alias res dediſſe inſtrumento ſcriptus eſt, vel ſi[p] abeſſe eũ his locis, in quibus contractus factus eſt, contigerit, in hac quidã alma vrbe apud quemlibet ordinarium iudicem, in prouinciis verò apud viros clariſſimos rectores earum, vel defenſores locorum eãdem querelam manifeſtare, eóque modo perpetuam ſibi exceptionem efficere. Sed ſi præſens quidẽ ſit, qui pecunias numeraſſe, vel alias res dediſſe ſcriptus eſt, aliquã vero adminiſtrationem in hac alma vrbe vel in prouinciis gerat, vt difficile eſſe videatur denunciationem ei mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione vti velit, alios iudices adire vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis, & per eos ei manifeſtare, cui exceptionem huiuſmodi obiicit, factam à ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe. Quòd ſi in prouinciis ‖vel‖ non ſit alius adminiſtrator ciuilis vel militaris, vel propter aliquam cauſam difficile ſit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eum, & ea quę dicta ſunt, facere: licentiam ei damus per virum reuerendiſſimum epiſcopum[q] eandem ſuam exceptionem creditori manifeſtare, & ita tempus ſtatutum interrumpere. Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis[r] locum habere, certum eſt. Dat. Kal. Iul. Conſtantinop. DN. Iuſt. A. II. Coſ.*

In aut. de temp. non ſol. pec. ſuper do. §. ſin autem coll. 8. tit. 1. al. coll. 7. tit. 11. nou. 100. cap. 1.

Hanc autem querelam in ſcriptis fieri oportet. & ſi quis eam in iudicio faciat: oportet eam mulieri, vel omnimodo ei, qui dotem conſcripſit, innoteſcere.

Qui poſſunt hac exceptione vti.

15. Idem A. Mennæ P.P.

a διαμαρτυρία τῆς ἀναγγελίας proteſtatio ſeu exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium continuum opponi debet: olim quinquennio, hodie biennio cõtinuo extinguitur; exceptis iis, quibus iure ſpeciali olim conceſſum erat, etiam poſt quinquennium eam exceptionem opponere. *vt hic Synopſis eodem. cap. 2. 2. Harmen. 2. c. 8.*
b *Inſtitut. de literarum obligationibus. §. 2. Inſtit. de except.* Hodie in Gallia, ſemper auditur excipiens non numeratam, ſed ei incumbit onus probandi. *Rebu. tom. 1. conſtitut. in procem. num. 19.*
c Non numeratæ pecuniæ exceptionem nemo opponit aduerſus apocham ſeu inſtrumẽtũ quo cõfeſſus eſt, ſe depoſitum accepiſſe: ſed nec aduerſus ſecuritatem (ἀπόδειξιν Græci vocant) δημοσίων. de rebus fiſci vel publicis functionibus & tributis. ἢ κατὰ ὁμολογίας ἀπολυτικῆς ἐπὶ προικί. hoc eſt aduerſus cautionem ſcriptam, receptoriã de dote ſeu dotis receptæ, *Synopſis & Harme. d. loco.*
d In depoſito confeſſionato non admittitur exceptio non depoſitæ pecuniæ, *vide Rolandum à valle 1. coſ. 17. num. 7.*
e *v. l. vlt. j. de apochis. adde l. 2. in fi. j. de quadriẽ. præſcrip.*
f Exceptioni nõ numeratæ dotis locus non eſt, ſi præter inſtrumentum dotale etiam apocha cauerit maritus ſe dotem accepiſſe, *v. Cuiac ad Nouell. 100. in fi.*
g Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra dies triginta opponere poteſt creditor aduerſus ἀπόδειξιν ſeu apocham ſolutę ſibi pecuniæ à ſe debitori factã alio nomine quam depoſiti, tributorum & dotis, atque ita differt ſpatium 30. dierum biẽnio, de quo ſupra. quod datur quum quis habet chirographũ tãquam crediturus, & alter poſtea dicit ſe nihil accepiſſe. Triginta verò dierũ, cùm creditor ſecuritatẽ fecerit, veluti qui ſolidum vel partem acceperit. *Synopſis & Scholiaſtes ibidẽ*, Dicapertius, Biẽnij exceptio cõpetit reo ſeu debitori: Triginta dierum, creditori.
h in quibus non agitur de depoſito, de tributis, de dote. *vt ſ. §. 1.*
i Si ſpe futuræ ſolutionis creditor debitori apocham tradidit, dabitur etiam ei exceptio non numeratæ. k *vide quæ notaui ad l. 7. in fi. ff. de public.*
l In quibus cauſis pecuniæ non numeratæ exceptio opponi non poteſt, aut intra XXX. dies duntaxat poteſt, nec iuſiurandum defertur, *2. Harmen. 2. §. 9. Synopſis d. loco.*
m Cui excipere non licet: iuſiurandum offerre non poteſt, *v. l. 35. in f. ff. de iureiur.*
n *vide tamen Nouell. 136. cap. 6.*
o Qui exceptionem pecuniæ nõ numeratæ habet, nec eam opponere poteſt, propter metum aduerſarij ſui, proteſtatione (ea Græcis διαμαρτυρία) apud Præſidem vel apud Epiſcopum interpoſita, tempus interrumpit: *Scholiaſtes Synopſeos d. loco.*
p *l. 14. j. de contra. ſtipul.* q *l. 21. ſ. de epiſcop. aud.*
r *v. j. de dote non numer.* ſ *adde l. 15. ff. de fideiuſ.* t *v. l. vlt. ff. ad municip.* adde caſum *l. penult. ſ. de tranſact.* & ita, non obſtante iuramẽto excipi poteſt de non numerata pecunia, ſeu exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet etiam in iurata cautione, *Synopſis Baſilic. d. loco, cap. 76.* Iurata porro cautio Græcis ἐνώμοτος ὁμολογία. De gratia iuriſiurandi dixi ad *d. l. vlt.* à quo ea petatur. *v. Rolandum à Valle 1. conſil. 6.*
u *§. 39. inſtitut. de actionib. 10. ff. 2. adde Paul. 2. ſent. 5. §. 3. Oldendorp. de except. compenſat. cap. 47. de exceptionibus.* In Gallia conſuetudinaria non admittitur compenſatio apud iudicem, ſine literis regijs. idque inuentum ad vtilitatem ſigilli regij. *Rebuf. tom. 1. in procæ. conſtit. gloſ. 5. num. 57.*
x Si vnus fiſci ſtationarius mihi debet, alij ſum debitor, petere non poſſum cõpenſationem, *adde l. 22. ff. eod.*
y ϛατίων. Fiſcus in diuerſis prouinciis quoſdam habuit, qui res ipſius curarent. Curatio quælibet, appellatur ſtatio. *7. Synopſis 6. ex lib. 24. titul. 10. cap. 25. & ibid. Scholiaſt.* Stationis fiſcalis fit alibi mentio in *l. 1. j. ne fiſcus rei quam vendid. lib. 10. l. 19. j. de ſuſceptorib. l. 2. j. de ſolutionib. & liberationib. debit. ciuit. lib. 11.* Curationem hîc voco, non locum ſtationis. *vide Cuia. 2. obſ. vlt.* non ipſas manſiones, in quibus officia fiſcalia conſiſtunt. *v. Cuiac. ad l. 1. j. ne fiſcus.* non officium ſtationarij, ſed ipſum ſtationarium, & curatorem fiſcalem. His ita cognitis, fiſco agenti, compenſationẽ obiici poſſe, ſed tum tantummodo, cum eadem eſt ſtatio quæ debet. Nam cuiuſque ſtationis ratio ſeparata fuit: verbi gratia καθολικὸς ſeu generalis Alexãdriæ debitum fiſcale petit: debitor, Antiochię ſibi deberi ait, quum alia ſtatio ſit, exceptionem nõ habet. ſi aliter compenſationes petantur, συγχέονται αἱ φροντίδες καὶ οἱ λόγοι τῶν καθολικῶν curationes ipſæ & rationes generalium cõfunduntur. *Synopſis Baſilic. & ibidem Scholiaſtes 7. t. 6. ext. 10. c. 25.*
z Qui ex cauſa iudicati conuenitur, compenſare poteſt: qui ex eadem cauſa iam ſoluit, quãuis iniqua ſententia ſit, neque ſolutum repetit, neque in compenſationem alterius debiti (cuius nomine conuenitur) opponit, ſe indebitum aliquod ante ſoluiſſe. *vt hic:* εἰ μὴ προσεπιλύσει χρήσεως καὶ ἄνωθεν τὰ τῆς δίκης γυμνασθῇ. id eſt, niſi vſus acceſſione, lis iam antea quoque fuerit exercita. Synopſis & ibid. Scholiaſtes *c. 26.*

Si cui nõ numeratæ pecunię competere poſſit exceptio: etiam eo ſuperſedente tali auxilio vti, vel præſente, vel abſente, creditores eius (ſiue ipſi conueniantur, vtpote res eius detinentes, ab his, qui debita eius exigunt, cui competit huiuſmodi exceptio, vel dotis vel alterius cauſæ nomine: ſiue contra alios poſſidentes aliquam actionem ipſi moueant) ‖ poſſint ‖ in examinando negotio ſuis aduerſariis eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere: nec[ſ] eo prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam vſus ſit: ita tamen, vt neque principali debitori, neq; fideiuſſori eius aliquod præiudicium generetur, ſi is, qui eam exceptionem oppoſuerit, victus fuerit: ſed poſſint illi poſtea ſi conueniantur, intra ſtatuta ſcilicet tempora, eadẽ ſe exceptione tueri.

De iureiurando.

16. Idem A. Ioanni P.P.

Indubitati iuris eſt, non numeratæ pecuniæ exceptionẽ locum habere & in talibus nominibus, ‖vel‖ fœneratitijs, vel aliis cautionibus, quæ etiam[t] ſacramenti habent mentionem. Quæ enim differentia eſt in huiuſmodi exceptione, ſiue iuſiurandum poſitum eſt, ſiue non, tam in fœneratitiis ‖cautionibus: ‖ quam in aliis inſtrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt.

DE COMPENSATIONIBVS[u]

Tit. XXXI.

De fiſco.

1. Imp. *Antoninus* A Dianenſi.

Et ſenatus cenſuit, & ſæpè reſcriptum eſt, compenſationi in cauſa fiſcali ita demum locum eſſe, ſi eadem[x] ſtatio[y] quid debeat, quæ petit. Atque hoc iuris propter confuſionem diuerſorum officiorum tenaciter ſeruãdum eſt. Si quid autem tibi ex ea ſtatione, cuius mentionem feciſti, deberi conſtiterit: quamprimùm recipies.

De re iudicata.

2. Idem A. Aſclepiadæ.

Ex[z] cauſa quidem iudicati ‖ſi debitum‖ ſolutum repeti[a] non poteſt, ea[b] propter nec cõpenſatio[c] eius admitti poteſt. Eum verò, qui iudicati conuenitur[d] compenſationem pecuniæ ſibi debitæ implorare poſſe, nemini dubium eſt.

De debitore reipub.

3. Imp. *Alexand.* A. Capitoni.

In ea, quæ reipublicæ te debere fateris, compenſari ea quæ ‖inuicem‖ ab[e] eadem tibi debentur, is, cuius de ea re notio eſt, iubebit: ſi[f] neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus[g], neque ex frumenti vel olei publici pecunia, neque tributorũ, neque alimentorum, neque eius qui ſtatutis ſumptib. ſeruit, neque fideicõmiſſi ciuitatis debitor ſis.

Compenſationem ipſo iure fieri in quantit. concurrentibus, & de vſuris.

4. Idem A. Luciano.

Si conſtat pecuniam inuicem[h] deberi: ipſo[i] iure pro ſoluto[k] compenſationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab vtraque parte debetur, vtique quo ad concurrentes quantitates: eiúſque ſolius, quod amplius apud alterum eſt, vſuræ debentur, ſi modò petitio earum ſubſiſtit.

De fideicommiſſo & de vſuris.

5. Idem A. Honoratæ.

Etiam ſi fideicomiſſum[m] tibi ex eius bonis deberi conſtat, cui debuiſſe te minorem quantitatem dicis: æquitas[n] compenſationis, vſurarum excludit computationem:

a Solutum iudicati cauſa non repetitur. b Compenſari non poteſt, quod ſolutũ repeti non poteſt. c Iudicati ad Iudicatũ non admittitur compenſatio. d id eſt, dum ſententia mandatur executioni. e *l. vlt. ff. eodem. l. 46. §. 5. ff. de iure fiſci.* f Reipublicæ quando poſſit obiici compenſatio. g Compenſatio fiſco obiici non poteſt. petenti tributa. *vt hic: adde l. aufertur. §. compenſationem ff. de iure fiſci.* Quid ſi, is qui ius id habet, decimas petat, an ei compenſatio rectè obiici poterit? negat poſſe obiici Romanus *ſingulari 547. argumento huius legis.* idque eo magis, quod decimæ Deo debeantur. *cap. tria nobis de decimis.* Idem notat gloſſ. *15. quæſt. 1. cap. decimæ.* h *l. 11. 12. ff. eodem.*
i *l. 5. j. eod. l. 4. ff. eod. l. 7. j. de ſolutionib.* k Compenſationis ea vis eſt, vt ſolutionis ſimilitudinem habeat: i. vt qui compenſare poſſit, ſoluiſſe videatur. Proinde qui integri debiti compenſationem habet, integrum debitum: qui partis, eam partem ſoluiſſe & eiuſdem partis vſuras legitimè debitas ſuſtuliſſe intelligitur. *Synop. Baſilic. & ibi Scholiaſtes. 7. t. 6. ex t. 10. c. 27.* l quando ſubſiſtat. *v. l. 88. ff. de reg. iur. & ibi Decium.*
m Debitũ ex teſtamẽto poteſt compenſari. n *§. 29. In. de act. quid ſi ipſo iure. l. 4. ſ. e.*

a Partis admittitur compensatio, at non solutio. *l.12.ȷ.eod.v.Negusantiũ tract. de pig. memb.5 parte 3.num.24.* b *l.13.ȷ. de solut.* c nuda mutui cautio, destituta numeratione, non obligat. d *l.8.ȷ.eod.* e Venditor (nisi sit fiscus) petens pretium, patitur compensationem. *l.46.§.5.ff.de iure fisci. Synopsis Basilic.eod.c.31.*
f Qui tenetur ad fructus consumptos, patitur compensationem.
g *l.6.s̃.eod.*

petitio autem eius, quod amplius [a] tibi deberi probaueris, sola relinquitur.

De pecunia cauta non numerata. De rebus amotis.

6. Idem A.Pollidenti.

NEque scriptura [b], qua cautum est accepta, quæ [c] negas tradita, obligare te contra fidem veritatis potuit: & compensationis æquitatem iure postulas, non enim priùs exolui, quod debere te constiterit, æquum est, quàm petitioni mutuæ [d] responsum fuerit, eo magis quòd ea te persequi dicis, quæ à muliere diuortij causa amota quereris. P.P.Dat.Kal.Decemb.Alex.A.III.& Dione Cos.

De pretio & de fisco.

7. Idem A.Euzosio.

SI ex venditione precium venditori debetur: compensationis ratio opponitur. aduersus fiscum [e] enim solummodo emptores petitioni pretij compensationem obiicere prohibentur.

De fructibus perceptis & de legato.

8. Imp.*Gordianus* A.Emerito.

SI propter fructus [f] ex possessione tua perceptos vitricus tuus debitor tibi constitutus est: cùm id, quod à matre tua ei legatum est, à te petere cœperit mutuò [g] debitæ quantitatis apud eum, qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immerito obiicies.

De eo, quod alij debetur.

9. Idem A.Eumenidi.

EIus, quod non ei [h] debetur, qui conuenitur, sed alij, compensatio fieri non potest.

De indebito soluto.

10. Impp.*Dioclet.& Maxim.* Augusti & CC. Nicandro.

QVoniam liberum [i] fundum distractum tibi proponis: post verò, veluti præcedente emptionem obligatione, certum quid soluisse [k]: si debitum à te apud præsidem prouinciæ petatur: compensationem eius, quod indebitè [l] soluisti potes opponere.

De nominatoribus tutorum.

11. Idem AA.Iuliano & Paulo.

SI tutores pupillis officio magistratus vrgente nominastis [m], ac pro his [n] propter onus primipili [o] pecuniam soluistis, superstitiosam geritis solicitudinem, ne ab ipsis conuenti [p] hãc eis imputare [q] minimè possitis, vel à vobis, quicquam amplius exigatur, si tantum [r] quantum eis tutores debuerunt, vel vos nomine ipsorum maiorem [s] quantitatem dedisse probetur.

De parte compensata & de pignoribus.

12. Iidem AA.Corneliano.

INuicem [t] debiti compensatione habita, si quid amplius [u] debeas, soluens, vel accipere creditore nolente offerens [x], & consignatum deponens, de pignoribus agere potes.

De publicis pensitationibus.

13. Iidem AA.& CC.Basso.

SI velut in id debitum, quod solemniũ [y] publicarum pẽsitationum nomine ||debueras|| compensaturo tibi, nihil||te|| petiturum postea Mutiano [z] scripsisti: redditis [a] his quæ venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio sed antè debiti competit exactio.

De actionibus in rem, vel in personam. 1. De debito liquido vel non liquido. De deposito. 2. De possessione occupata.

14. Imp.*Iustinian.* A.Ioanni P.P.

h Creditor cõpensare non cogitur, quod alij, quam debitori suo debet, *l.16.ibi, ab alio. l.18.ff.eo.v.tamen l.5.ff.eod.* An procurator in rem suã compensare possit: quod actor domino debet. v. apud Cuiaciũ *24.obs.37.*
i Venditor tenetur fundum luere & tradere liberum, non solum à seruitutibus, sed à creditoribus.
k Quod emptor soluit, empti fũdi liberanbi causa, imputari potest in id preciũ quod debet vẽditori.
l quantum ad te: debitè, quantũ ad venditorẽ.
m Magistratus potest alicui mãdare onus nominãdi tutoris.
n pupilli sc. idq. absentibus tutorib. quos nominastis.
o *v.l.4.ȷ. de primipill.*
p Qui tutorem nominat, à pupillo potest cõueniri.
q Quod principalis imputare potuit, id eius successor ac subsidiarius imputat.
r Qui tutorem nominat, tenetur in eius subsidium, in eam quantitatem, quam is debuit.
s Si tutor plus impendit quàm accepit, pupillo imputat: ergo & is qui tutoris loco quid impendit, id [a] imputabit.
t *l.2.s̃.eod.*
u *l.5.s̃.eod.*
x Qui partis cõpensationem petit, residuum offerre, consignare, & deponere tenetur. *l.10.in f. l.12.s̃. de pignor. l.3.ȷ.de luit.pigno.*
y Quod solemnium ac publicarum pensitationũ nomine debeo, compensare non possum cum eo quod mihi à curatore reip. priuatim debetur. z curatori reipublicæ. a i. solutis: vt sit sensus, Dicis te debitorem publicarum functionum coactum fuisse à nouo reipub. curatore soluere quod antea cum Mutiano eius decessore (priuati eius, non fiscalis debiti causa) compensaueras, & quæris num à nouo illo curatore solutum possis repetere? non potes. potes tamen à Mutiani herede id quod tibi debitum est, exigere.
b Nihil nouum induci hac constitutione notat Cuiacius *8.obs.16.* c Ex omni cõtractu, naturali vel ciuili, *l.4.ff.eod.* naturali tantum. *l.6.ff.eod.* testamento, *l.5.s̃.eod.* cõtestatione iudiciali, *l.8.s̃.eod.* actionib. in rẽ & in personam *ȷ.eod.* at non in facti obligationibus; est enim longa inter artifices differentia. *l.31.ff.de solutionib.* nec facta recipiunt functionem solutionis, *l.2.§.7.ff.de eo quod certo.* De aliis exceptionibus dicã alibi. adde interim quæ scripsi ad *l.36.ff.de administ.tut.* nempe compensationem quæ fit ipso iure restringi oportere ad solas vsuras, vsurarum odio. *Accursius in l.10.ff.eo.*
d *§.30.Inst.de act.l.4.§.eod.l.4.10.ff.eod.*
e *d.§.30.v.Cuiac.15.obs.12.*
f Liquidi ad non liquidum, non fit compensatio. Igitur compensatio non fit nisi debiti liquidi, confessi, præsentis, non controuersi, non incerti: quod & antè Iustinianum fuit. *l.22.D.eod.l.3.D.de tutel.& rat.distrah.* adde huic loco Socinum *regul.61.*
g Non hoc dicit, Compensationes iure stricto niti: sed hoc potius, Iudicum magnã potestatam esse in compensationib. admittendis vel non admittendis.
h Terminalis sentẽtia est, quę causæ terminũ adferat, sic terminalis lapis, qui agrũ finit. *Ammianus Marcell.* 18. qui & finalis. *apud authores de limitib. agrorum.*
i Res deposita non potest retineri prætextu compensationis. i. Vbi depositum repetitur, non admittitur petitio compensationis, *l.11.ff.depositi.* hoc etiam ante Iustinianum fuit. *Paul.2.sent.tit.de deposito.*
k Spoliato non obiicitur compensatio. Spoliatus ante omnia restituendus, non obstante exceptione compensationis, *v. Forner.2.select.14.* vel ita, in actione momenti, compensationi locus non est: quod olim quoque obtinuit. Nam momentanea impediri non possunt.

COmpensationes [b] ex omnibus [c] actionibus ipso [d] iure fieri sancimus, nulla differentia in rem [e], vel personalibus actionibus obseruanda. 1 ¶ Ita tamen compensationes obiici iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit [f], & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare. satis enim miserabile post multa fortè variáque certamina, cùm res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ iam penè conuicta est, opponi compẽsationem iam certo & indubitato debito, & moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaque iudices obseruent, & non procliuiores ad admittendas compensationes existant: nec molli animo eas suscipiant: sed [g] iure stricto vtẽtes, si inuenerint eas maiorem & ampliorem exposcere indaginem, eas quidem alij iudicio reseruent, litẽ autem pristinam iam penè expeditam, sententia terminali [h] componant: excepta actione depositi [i] secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus. 2 ¶ Possessionem autem alienam [k] perperam occupantibus, compensatio non datur.

DE VSVRIS. [l]

Tit. XXXII.

De scriptura.

1. Imp.*Anton.Pius* A.Euocato.

SI [m] interrogatione præcedente promissio vsurarum rectè facta probetur: licèt instrumento conscripta [n] non sit, tamen optimo iure debentur.

De emptione & venditione.

2. Imp.*Seuerus & Anton.* AA.Lucio.

VSuras emptor, cui possessio rei tradita [o] est, si precium venditori non obtulerit [p]: quamuis pecuniam obsignatam in [q] depositi causam habuerit, æquitatis ratione præstare cogitur.

De stipulatione & nudo pacto.

3. Iidem AA.Iuliano.

QVamuis vsuræ fœnebris pecuniæ citra [r] vinculum stipulationis peti non possint: ||tamen|| ex pacti conuentione solutæ, neque vt indebitæ repetuntur [s], neq; in sortem accepto ferendæ sunt.

De pignore.

4. Iidem AA.Honorio.

PEr retentionem [t] pignoris vsuras seruari posse, de quib. præstandis conuenit, licet [u] stipulatio interposita non sit, meritò constitutum est, & rationem habet: cùm [x] pignora conuentione [y] pacti etiam vsuris obstricta sint. Sed [z] enim in causa, de qua agis, hæc ratio cessat, siquidem tempore cõtractus de minoribus vsuris petendis conuenit: postea [a] autem, cùm se debitor præstaturum maiores repromisit, non potest videri rata pignoris retentio: quando eo tempore, quo instrumenta [b] emittebantur, non conuenit, vt pignus etiam ad hanc adiectionem [c] teneatur.

Si is qui maiores vsuras cauit, minores soluit.

5. Iidem AA.& CC.Sabino & aliis.

ADuersus creditorem vsuras maiores ex stipulatu petẽtem, si probetur per [d] certos annos minores [e] postea consecutus, vtilis est pacti exceptio, secundum quod tueri causam potestis etiam aduersus [f] defensores ciuitatis maiores petentes ex cautione, si probaueritis semper [g] quincũces [h] amitam pupillorum vestrorum, quæ maiores cauerat, dependisse.

l *22.ff.1.2.C.Theo.33.2.Paul.sent.14.23.Eclo.3.3.Harm.7.5.Extr.19.v.Papon.12. Arrest.7. de contract. vsuraires, &c. adde de vsuris rei iudicatæ lib.7.ti.54.ȷ. de naut.fœn.22.ff.2.No.121.Moli. in tract.de vsur.* De vsuris pupillaribus *v.li.5.tit.56.* An licitum sit aliquid extra sortem capere dixi ad *l.2.s̃.de pignoratitia.*
m vsuræ ex promissione nõ debentur, nisi stipulanti promissæ.
n Vsurarum stipulatio scripturã non requirit. Stipulatio [illegible], i. non scripta vsurarum valet *3.Harm. 7. §. 2.*
o emptor vsuras debet pretij, à die traditionis rei ei factæ. *l.5.ȷ. de act.empt. l.13. §.20. D.de act.empt.*
p & eatenus fuerit in mora.
q Sola designatio & voluntas deponendi, emptorem, cui res iam tradita est, non excusat ab vsuris.
r *Paul.2.sent.14. §.1. excipe l.4.ȷ.eodem.* vsuræ ex pacto (hoc est sine stipulatione promissæ) solutę repeti nõ possunt: nec in sortem à creditore computantur *Syn.Basil.eo.c.47.3.Har.7.§.14.* Quę verba intelligenda sunt de legitimis vsuris: nam illicitæ vsuræ in sortem computantur *Scholiast. Syn.d.c.47.*
s *l.26.s̃. de cond. indeb.*
t Non modò sortis, sed vsurarum causa pignus potest retineri.
u Ratio dubitandi sumpta ex *l.3.s̃.eo.*
x Ratio decidendi *l.22.ȷ.eo.*
y Pactum de vsuris, traditioni pignoris adiunctũ valet *l. 48. D. de pactis.* Conuentione nuda promissæ vsuræ non exiguntur *l.3.s̃.eod.* promissæ nudo pacto, & eo nomine pignore dato seu obligato pignus, vsurarum ita promissarum nomine retineri potest, etiam si pignus debito visius sit *Syn.eo.c.47. & ibidem Anatolius Scholiastes l.11.§.3.ff.de pignoratitia adde l.vl.ȷ.debitorem venditionem pignoris,* atque ita multa possunt per retentionem seruari, quæ peti non possunt. *Alexand. ad l. non solum §.morte D.de noui operis nuntiati. Garzius ad l.Idem §.Idem D.de pactis.*
z Casus diuersus à superiore. a i. post tempus contractus.
b i. cùm pignus contraheretur in sortẽ dũtaxat. Agitur hîc de chirographariis vsuris. Vsuræ chirographariæ sunt, cùm pignus contractum est in sortem duntaxat. Hæc taxatio si defuerit, pignus datum [illegible] (sortis rationem, capitale Itali vocãt, quod Galli *le sort principal*) tacitè quoque vsuris subiicitur *Harm.apud Cuiac.5. obs.28.*
c Vsura sortis adiectio. Huiusmodi augmentum, non ex ipsa pecuniæ substantia (sicut fœtus ouium, aut partus ancillæ) sed ex vsu promanat. Ædificij vrbani. & mobilium rerum merces vsura est, sed talis vt sorti rei locatæ semper aliquid depereat: in mutuo, nõ idẽ. d Qui minimas vsuras per trienniũ sciẽs accepit: tacitè fatetur maiores sibi nõ deberi. e *v.l.8.ȷ.eo.* f & ita remissio tacita aliquãdo valet, *vt hic*: quæ aliàs tacitè non valeret, *vt l.37.ff.de pact.* g i. spatio triennij. vult. n. Bal. hãc particulam verificari in triẽnio, vel saltẽ in decennio vel vicẽnio. Harm. ita hãc legẽ exponit *3. ti.7.§.9.* Qui ex liberalitate lõgo tẽpore ([illegible]) vsuras nõ petiit, non rectè superioris tẽporis vsuras exigit. *adde 2.Feud.2.§.1 l.1.ȷ de fideic.* h Quincũq; vsura, *l. 17. ff.eo. Cinq pour cẽt,* ẽstq; 240. pars sortis: vnde sorti exæquatur in 240. mensibus siue 20 annis *v.Melin.tract.de vsur.nu.53.*

De

a alias nudum propositum offerendi non excusat, *l.2.s.eod.*
b In publico, vel æde sacra, *l.19.j.eod.* Plus est deponere quam offerre. Est enim ordinariè hoc prius tempore: illud posterius. Porro, non hîc agitur de oblatione verbali, quæ non est efficax ad perimendas vsuras: nec de reali, nuda tamen: sed de ea quæ duo habet adiuncta: puta quæ facta sit coram testibus, & reipsa postea sit in publicum vel ædem deposita. Aliter Moli. hæc explicat. *quæ.39. de vsur.num.297.*
c hoc scilicet modo, de quo hîc agitur quéque superius explicaui.
d nota cautionem debitori vtilem ad euitandas vsuras.
e hoc est, κὴ τὸ χρέος κὴ τὺς τόκων ἐπερωτησιν, & sortem & vsurarum stipulationem. *Synopsis eode. cap. 51. 3.Harmenopul.7. §.15.*
f ἐπί τινα χρόνον. per aliquod tépus. *Harmenop. ibid.* Quod aliquando factum est non trahitur in perpetuam necessitatem, *le.28. s. de pactis.* Quod longo tépore factum est *l.5.ff.eod.* aut per multos annos. *l.13.ff.eo.* trahitur: & quidé aduersus fiscum, *l.5.s. eod. ibi, semper.* Et ita non continuò vsuras promisisse intelligitur, qui eas aliquando soluit. nec infertur à solutione breuis temporis, ad perpetuam promissionem & obligationem. Minimum tempus non est modus adquirendæ obligationis.
g ὀ ποιεῖ πρόχειμα τῷ χρεώςῃ. nullum faciunt debitori præiudicium. *Synopsis & Harmen. d. loco.*
h creditori.
i *l.40.ff. de reb. creditis. Synopsis d.cap.47.*
k *l.1. §.3. ff.de pignorib. l.17.ff. hoc tit.*

De pecuniæ oblatione & depositione.

6. Imp. *Anton.* A. Antiæneo.

SI creditrici, quæ ex causa pignoris obligatam sibi rem tenuit, pecuniam debitam cum vsuris testibus præsentibus[a] obtulisti, eáque non accipiente, obsignatam eam deposuisti[b]: vsuras ex eo tempore, quo obtulisti[c]: præstare non cogeris: absente[d] verò creditrice, præsidem super hoc interpellare debueras.

De probatione.

7. Idem A. Aristeo.

CReditor instrumentis suis probare debet, quæ intendit[e], & vsuras se stipulatum, si potest. Nec enim si aliquando[f] ex consensu præstitæ sunt, obligationem[g] constituunt.

De eo qui minores vsuras soluit.

8. Idem A. Theophoro.

QVamuis Bassa, cùm pecuniam mutuam acciperet, minores vsuras Menophani[h] spopondit, & nisi intra certum tempus eas soluisset, ampliores[i] (licitas[k] tamen) promisit ||tamen,|| si post tempus cautioni præfinitum creditor easdem[l] accepit, nec maiores sibi dari postulauit. ac per[m] hoc non recessisse eum à minorum præstatione probari potest, eas vsuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseuerauit.

De mora tutoris.

9. Idem A. Probo.

SI per te non stat, quo minus intra tépora præfinita pecuniam minorum solueres ||vsurarum[n]|| sed per[o] tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, ídque apud iudicem datum probaueris, eius temporis, quo per te non stetisse apparuerit, vsuræ maiores non exigentur. Quod si etiam sortem deposuisti: exinde, ex quo id factum apparuerit, in vsuras[p] non conuenieris.

De dupli computatione.

10. Idem A. Donato.

VSuræ per[q] tempora solutæ† non proficiunt reo ad dupli[r] computationem. Tunc enim vltra sortis summã vsuræ[s] non exiguntur, quoties tempore solutionis summa vsurarum excedit eam computationem.

De pecunia oblata & de fructibus.

11. Idem A. Popilio.

EX prædiis pignori oblatis creditor post oblatã[t] sibi[u] iure pecuniam, quam non suscepit, si fructus[x] accepit[y], exonerari[z] sortis debitum, certum est[a].

De nudo pacto.

12. Imp. *Alexand.* A. Tyranno.

FRumenti[b] vel hordei mutuo dati accessio, etiam ex nudo[c] pacto præstanda est.

l i.minores. m puto legendum, *ac per hoc recessisse eum à maiorum præstatione.* vt sit sensus, Cui ex re eadem minores vel maiores vsuræ debentur, si minores eligit, maiores tacitè remisisse intelligitur. Si non ita legendum est, saltem legis sententia huc refertur.
n Hanc particulam legit Haloander, legerunt & veteres optimo sensu, Si debitor minores vsuras tempore congruo obtulerit, ipse euitat cursum maiorum.
o Mora tutoris pupillo nocet. p i. in nullas vsuras, siue minores dicas, siue maiores, *l.7.§.2.ff.de minori.* q i. per partes, diuersis temporibus.
† i. non concurrunt nec in duplum computantur. Hodie imputantur. *Nouell.138.& 139.* v. in hanc legem Alciat. 1. *parerg.33.* Molin. *num.46.47.de vsur.* Hot. 1. *de.vsur.*10.
r Lex vetus fuit, etiam Ægyptiorum *teste Diodor.2.* ne creditor κεφάλαιον, i. caput aut sortem maiorem faceret duplo. Idem Romani vetuerunt, exigi vsuras vltra duplum, in quo simplum inerat: ita vt postquam vsuræ semel ad quantitatem sortis ascendissent, non exigerétur. Hinc illud Harmen. 3. *tit.7.§.6.* τῶν τόκων τὸ κεφάλαιον διπλασιαζόντων, ὁ τόκος παύεται. Vsurarum sortem duplicantium, vsura cessat. *v. Molinæum d.l.num.*43 Et ita duplum illud, est alterum tantum, sorte amplius. *l.26.§.1.ff.de cond. indeb.l.4.in f.ff.de naut.fænor. Edict.9.l.27.in f. l.pen.l.vlt.j.eod.l.vlt.j.de fidei.* idque licitum vocatur in lege 19. *j.de mandato. adde Cuiac.ad Nouell.*121. Eóque pacto Romani moderati sunt vsuras, nec permiserunt passim centesimas, indultis leuioribus, *v.Molin.ibid.* Ita quoque iidem id quod interest moderati. *l.1.j.de sententiis quæ pro eo quod interest.* s vsuræ exiguntur, in vulgatis ita legebatur.
t à debitore sc. De oblatione *vide l.9.j.de solutionibus.*
u sibi in iure quidam ita legunt.
x ἀντίχρησις soluitur oblatione debiti: hoc est, debitor sortem & vsuras creditori offerendo, efficit, vt creditor ius suum ἀντιχρήσεως amittat: hoc est, vt ne fructus pignoris suos faciat, Quid si eos percepit? exonerabitur sortis debitum.
y ἀντίχρησιν sola oblatio soluit, *vt hic:* non vsuras. *l.6.s.eod.* z *v.l.2.de pactis pignor.*
a Cur ita? quia post non acceptatã debiti solutionem, bona fide ex prædio alieno fructus suos facere non potest. b Pro fructibus aridis vsuras pacisci licet, sed & pro liquidis, *l.23.j.eodem.* quin & pro veste, *l.25.j.eod.* Et breuiter pro fructib. mutuo datis etiam vsura potest ex pacto peti. *Synopsis eod.c.54.* Harmen. *eod.cap.*23.
c atqui pecuniæ vsuræ non debentur, nisi ex stipulatione? *l.3.s.eod.* quo iure id receptum? διὰ τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν. *Synopsis Basilic.eod.c.66.3.Harmen.7.§.24.* ob incertum & inconstans frugum precium. *l.17.j.eod.* quod etiam efficit, vt maiores stipulemur vsuras in frugibus, quàm in pecunia, *v.l.23.j.eod.* d *l.32.§.2.ff.de vsur.* veluti locato. *l.54.ff.locati.* e Negotiorum gestorum actio bonæ fidei, in ea vsuræ exiguntur, *l.23.j.eod.l.19.§.4.l.31.§.3.l.37.§.1.ff.de negot.* f *v.l.3.vers.si enim nouatur.j.de vsur.rei iud.* g *l.1.§.2.in f.ff.eod.adde l.1.j de senten.quæ sine certa quant.*
h ea est ἀντίχρησις. *de qua v. l.17.j.eod.l.11.§.1.ff.de pignorib.3.Harmen.5.c.* περὶ ἀντιχρήσεως. Antichresis est ne idem quod emptio redituum cuius fit mentio in cap. 1. & 2. *Ext.de empt.* Hotom.2.*obs.*1. negat. mouetur, quòd ibi creditor fundum pro domino possidet, eiúsq; periculo est: hîc non est.

De iudicijs bonæ fidei. De re iudicata.

13. Idem A. Eustachiæ.

IN bonæ fidei iudiciis[d] (quale est negotiorum[e] ||etiam|| gestorum) vsurarum rationem haberi certum est. Sed si finitum est iudicium sententia: quamuis minoris condénatio facta est non[f] adiectis vsuris, nec prouocatio secuta est: finita retractanda non sunt: nec[g] eius temporis, quod post rem iudicatam fluxerit, vsuræ vllo iure postulantur, nisi ex causis iudicati.

De antichresi.

14. Idem A. Aurelio.

SI ea pactione vxor tua mutuam pecuniam dedit, vt vice[h] vsurarum ||domum|| inhabitaret, pactóque ita, vt conuenit, vsa est, non[i] etiam locando domum pensionem redegit: referri quæstionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quam vsurarum legitimarum ratio colligit, minimè oportet. Licet enim vberiore sorte potuerit contrahi locatio: non ideo tamen illicitum fœnus esse contractum sed vilius[k] conducta habitatio videtur.

De pœna incerta in contractu mutui.

15. Imp. *Gord.* A. Claudio.

CVm allegas vxorem tuam ea conditione mille aureorum ||numero|| quantitatem sumpsisse, vt, si intra diem certum debito satis non fecisset, cum[l] pœna quadrupli redderet, quod accepit: iuris forma non patitur legem contractus istius vltra[m] pœnam legitimarum vsurarum posse procedere.

De pecunia data vt triticum reddatur.

16. Idem A. Sulpitio.

CVm non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt[n] certa modiatio[o] tritici præstaretur, ac, nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis[p] in[q] fraudem legitimarum vsurarum grauatum te esse contendas: potes aduersus improbam petitionem competenti vti defensione.

De agricolis.

In authent. nullum credentem agricolæ tenere. §. Sancimus itaq;. coll.4.tit.13.al.5.nouell.34.cap.1.

AD hæc, qui fructus aridos[r] credidit agricolæ, vel pecuniam in vnoquoque anno pro[s] modio octauam[t] partem modij, pro solido[u] siliquam vnam[x] vsurarum nomine accipiens: terram, siue aliquid aliud, quod pignori accepit, omnimodo reddat. Si aliquid præter hoc commiserit: ab actione cadat omnimodo.

De fructibus.

17. Imp *Philippus* A. Euxeno.

SI[y] ea lege possessionem mater tua apud creditorem suũ obligauit, vt fructus in[z] vicem vsurarum consequeretur: obtentu maioris percepti emoluméti propter[b] incertum[c] fructuum euentum rescindi placita non possunt.

i Vice vsurarũ permissum est mihi abs te tuas ædes habitare. Sed ablocaui & plus redegi ex mercede, quàm legitimus modus vsurarum ferret. quid iuris? quod amplius erit, sorti imputabo, *vt hic:* sumpto arguméto à contrario sensu, *adde 3.Harmen.5.c.* περὶ ἀντιχρήσεως Quid si habitaui? seruatur conuentio, etiã si ea habitatio pluris céseatur, quàm modus legitimus vsurarum fuerat: & vilius mihi conducta domus potiùs, quam illicitum fœnus contractum videbitur. *j.eod.ibi, licet enim. adde Cuiac. 8.obs.17.*
k Quid si deceptio sit vltra dimidium iustæ mercedis? Accursius putat debitori competere remedium legis 2. *j.de rescindẽda.* Idem sentit Paponius 3. *Notar. 9.c.de restitution contre louages & conductions. adde l.3.s.comm. vtriusque iud. facit l.26.in f. ff. de minorib. l. 2. l.22.in f.ff.locati d.c.* de quo dubitari potest propter incertam spé mercedum, quæ solent decrescere. moueor. *l.17.& 23.j.eo.* adde glossam Accursij, vbi scripsi in *l.14.j. de locato.*
l *v. quæ notaui ad l.98.§.5.ff. de solutionibus. adde leg.44.ff. hoc tit.l.13.§.26 ff.de action.empt.* m Pœnam vltra legitimum vsurarum modum stipulari non licet, n Nota de reditu specierum in vino, frumento & similibus cõstituto. Quæritur qua proportione talis reditus sit emendus? dic vt in proxima Authentica. o i. certus modiorum numerus. p *l.23.j.eod.* i. maiorem modiationem, *l.44.ff.eod.* q Siue vsura consistat in nummis, siue in fructibus, *vt hic:* vtrobíque ad legitimum modum reducetur. *v. Molin. quæst.2.de vsur.nu.68.& quæst.21.n.215. Popon.12. Arrest.7.n.17.* r Fructus aridi, vt messes, *l.1.C.Theodos.eod.l.vlt. in fi.ff.de iure fisci.l.15.C.susceptorib.* An idem in liquidis? idem *d.l.1.*
s Nota proportionem ad quam redigenda est emptio reditus frumentarij. Hodie puto considerandam esse rationem vsurarum receptarum in singulis prouinciis. Exemplum sumam à Gallis, apud quos regijs constitutionib. reditus constituitur ad analogiam assis *au denier douze* Itaque modio valente 10. aureis, reditus modij emendus erit 120, Quid si augeatur modij valor? Molinæus 21. *quæst.de vsuris.nu.122.Papo.12.Arrest.7.num.*17. refert debitori permitti electionem, vt vsuras soluat in pecunia. refértque ita iudicatum in Curia. Admitto equidem fauendum esse reo & debitori: sed si ita est, æquitas etiã postulabit, vt decrescente modij pretio, creditori iusta merces suppleatur à debitore, ne alioquin claudicet contractus. sed ea de re dicã *l.seq.j e.*
t Modio mutuo dato debitori, vsuræ vice, Octauam modij partem, i. duos sextarios, possumus stipulari. eáque vsura est centesima, vt constat ex Nouell.130.
u id est, pro singulis solidis 72. solidi libram auri efficiunt, 3. *Harmenopul. Zonar. cap. 17. Synod. Nicenæ.*
x Ea vsura est triens: tertia centesima, quæ 300. mensibus aut 25. annis sorti exæquatur, paritque annuatim quatuor in centum, *quatre pour cent. de qua vide Nou. Leo.* 83. Cuiacius tamen *ad Nouell.* 32. refert, Ob centenos aureos rectè stipulari solidos quatuor, & siliquas quatuor. successisse postea maiorem, quę reddat solidos 16. semissem & 4. siliquas. id est, in libram auri solidos duodenos: & Nicephorum, vsuræ nomine exegisse in singulas auri libras 12. solidos, id est, in singulos solidos quatuor siliquas: ídque ad rationem centesimæ.
y *l. 1.§.1.ff.de pignorib.* z *dixi ad l.14.s.eod.*
a id est, prætextu. Ratio dubitandi pro debitore hinc sumitur.
b Ratio decidendi hinc sumitur pro creditore. Et tamen aliter iudicatum fuisse à Senatu Parisiensi ostendi *ad l.16.s.eod.* Sic sentio, in omni venditione (ergo & reditus annui, de quo hîc agitur) spectandam esse quantitatem iusti pretij, quod est tempore venditionis, *l.8.in fine j.de rescind.* eóque admisso non esse quærendum, an res empta creuerit an decreuerit: cùm certo iure periculum & detrimentum rei ad emptorem pertineat. c *l.23.j.eod.*

a Vsuræ indebitæ solutæ ante sortē, sortē minuunt. Quod si post sortem solutā depensæ fuerint stricto iure, sortem minuere non possunt (quia sors soluta hîc proponitur) ex æquo tamen repeti possunt: nam sorte soluta nihil superest, in quod imputētur. *Syn.eo.c.61.3.Harm.7.§.12.* b Olim plerisque visum fuit, Vsurarum indebitarum condictionem non esse, licèt omnes imputationem admitterent. Hodie & imputatio admittitur, & indebitæ solutę condicuntur. *l.26.§.1.D.de cōdit.indeb.* c Molineus *num. 296.297. de vsur.* negauit hanc depositionem requiri. Mouetur lege 122 *§.5.in fi. ibi, iure ff.de verbor.oblig.* de qua quæstione *ibid. dixi vt & in l.6. š.eo.* quo nomine ipse reprehēditur à Cuiacio *ad d.§. 5.* quam sententiam probat etiam Rolādus à Vallé *1.con. 53.nu. 34. & seq. & ib.consi.63.nu. 24. & seq.* Et alij textus sunt aperti *in l.2.6.š.eod.l. 7.18.in fin.ff.eod.l. 10. š.de pignorat. l.9.j de solutionib. l.28.in fi.ff.de administ.tut.l.82.ff. de condict. & demonst.* Aliter Cuiacius *d.loco* distinguit, vsuras ex mora oblationis sisti, non eas quæ ex stipulatione debentur. d In publico deponere, est in æde sacra, vel vbi iudex super ea re aditus, deponi iussit. e Antiquū fuit, res communes *l.4.in fin.ff.famil.* vel alterius *vt hic*: vel proprias in ædibus deponere. hinc Euclio in Aulularia *act. 4.* Tu modo caue, cuiquam indicassis aurum meum esse istic fides. *& post*, Fides etiam atque etiam, nunc saluam vt aulā abs te auferam, Tuæ fidei concredidi aurum, in tuo loco & sano modo est situm.

De solutione indebiti.

18. Idem A. Castori.

IN debitas vsuras, etiam si ante sortem solutę non fuerint, ac[a] propterea minuere eam nō potuerint, licet post sortē redditam creditori fuerint datæ, exclusa || veteris[b] || iuris varietate repeti posse, perpensa ratione firmatum est.

De oblatione debiti & consignatione & depositione.

19. Idem A. Hyreniæ.

ACceptam mutuò sortem cum vsuris licitis creditoribus post contestationem offeras, at si non suscipiant: consignatam in publico depone[c], vt cursus legitimarum vsurarum inhibeatur: (in hoc autem casu publicum[d] intelligi oportet vel sacratissimas ædes[e], vel vbi competens[f] iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit) quo subsecuto, etiam[g] periculo debitor liberabitur, & ius pignorū tolletur: cum Seruiana[h] etiam actio manifestè declaret pignoris inhiberi persecutionem vel solutis pecuniis, vel si per creditorem steterit, quo minus soluantur. Quod etiam in traiectitiis[i] seruari oportet. Creditori scilicet actione vtili ad exactionem earum non aduersus debitorem, nisi fortè eas receperit, sed contra depositarium, vel ipsas competente pecunias.

De mandatoribus & fideiussoribus.

20. Idem A. AElio.

COnstitutionibus[k] sacris, quæ vltra certum modum vsuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mandatoribus[l] etiā vel fideiussoribus subuentum est: quibus quasi mandator vel fideiussor conuentus vti potes.

De soluto simpliciter.

21. Idem A. Chresimo.

SI vsuras præstari pignore dato conuenerat, & incontinenti numeratione facta, postea vel ante[m], propter quod debitum solutionem feceras, non[n] designasti: habuit[o] creditor in vsuras tibi accepto ferendæ solutę quantitatis facultatem.

De pignoribus.

22. Idem A. Carino.

PIgnoribus quidem interuenientibus, vsuræ, quæ sine[p] stipulatione peti non poterant, pacto[q] retineri[r] possunt[s]. Verùm hoc iure constituto, cùm huiusmodi nullo interposito pacto tantummodò certæ summæ præstari pœnam conuenisse proponas: nec peti nec retineri quicquam amplius potest, & ad pignoris solutionem vrgeri te disciplina iuris perspicis.

f Publicus locus fit, etiam iudicis dispositione publicus, i. tutus *v.l.9 š.de pignorat.*
g Depositione legitima sortis & vsurarum facta, debitor vsurarum cursum sistit, periculum rerum à se depositarum non præstat, pignora sua liberat.
h *de qua v.§ 7.Inst.de act.* i id est, nauticis.
k vsuris modus iure iniectus est. vide quæ scripsi ad *l.1.§.3.in fi.D.de pignor.*
l Beneficia debitoribus vsurariis concessa, ad eorum mandatores & fideiussores pertinent. m hinc colligit *Cu.13.obs.31.* ante gestum negotium authoritatem interpositam tutoris valere. n *v.l.1.j.de solutionib.l.5.§.2.ff.de solutionibus.*
o sortem & vsuras debens, si quas quantitates creditori soluit, nulla facta mentione, quo nomine solueret, facultatem habet creditor, si velit, in vsuras duntaxat acceptam facere solutionem, *Sy.eo.c.64.* vbi tamen Scholiastes speciem hanc ponit, sortē & vsuras debentem, si libras 60. soluat: pro rata, 40. quidem in sortem: 20. verò in vsuras dare videri. p vsuræ sine stipulatione ex nudo pacto non petuntur, nisi & pignora in vsuras ex pacto dandas, detineantur: Tunc enim & sine stipulatione petuntur *vt hic. Scholiastes Syn.Bas.7.tit.6.ex li.26.ti.5.c.1.l.3.š.eo.l.17.§.4.ff.eo.l.24.ff. de præscript.verb.* q *l.4.š.eo.v.Cui.8.obs.17.inf.*
r per exceptionē doli *l.2.j. de fiscalib. vsur.*
s modò legitimæ sint *l.27.in fin.j.eo.* t i. re liquida. idem in aridis *dixi ad l.12.š.eo.*
u Fructibus mutuo datis, licet & maiores vsuras stipulari, διὰ τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν. propter incertitudinem fructuum *Syn.Basi.eo.c.66.3.Harm.7.§.24.* Quippe nonnunquam accidit, vt mutuans centum modios, pactus sim vsuræ nomine modium vnum in singulos menses, quod vsura est centesima, sed fortasse quum mutuo darem 100. illos modios, vno aureo modij sex venibant: verùm fertilitate sequuta, quum debitor menstruum mihi modium soluit, non centesimam, sed bessem mihi centesimæ præstat. Hoc enim facit æstimatio modij, propter insequutam annonæ copiam. *Ita Scholiast. Synop. illo loco. dixi ad l.17.š.eo.*
x *l.16.š.eo.* Cuiac. hinc colligit, fruges recepisse immodicas vsuras, *adde No.32.* vel supra legitimum modum, idque confirmat Græcorum authoritate *3. obs 35.* sed ea de re dixi ad *l.17.š.eo.* y *Paul.1 sent.4.§.4.*
z *v.l.13.š.eo. Paul.ibid.§.3.§.4.*
a *Paul.1 sent.4.§.4. dixi ad l. 3.§.9.D.eodem.*
b *Paul.ibid.§.1.*
c *d. leg.13.d.§.3.leg.37.*
d Omne debitum rei fungibilis siue mutuabilis, nudo pacto, vel consensu, siue incontinenti, siue ex quocunque interuallo, mutuum fieri, seu in mutuum conuerti potest. Molin. *de vsur.quæst.25.nu 660.l.12.š.eo.l.8.š.si cert.*
e sors (vt & omnis actio personalis) tricennio præscribitur. An & sortis vsuræ? ὁ ἥρως πατρίκιος, id est, heres patricius, putabat non præscribi tricennio, quum vsurę singulis annis nascantur. Nam 30. annis sortis ratione elapsis, inueniuntur vsurarum nomine anni primi, decurrisse anni 29. secundi anni, 28. atque ita deinceps. Idem in fructibus censebat Patricius. verùm hæc sententia reprobatur hac constitutione: cùm sit absurdum, causa principali sortis sublata, de vsuris & fructibus contendere. *Synopsis Basilic. eodem cap.69.*
f Triginta vel quadraginta annis personales & hypothecariæ actiones intereunt.
g *l.2.j.eod.* h *dixi ad l.139.in f.ff.de reg.* Actione sortis sublata, iniquum est de vsuris & fructibus contendere. i fuerat enim incertus vsurarum modus ante Iustinianum: *vide Molin. de vsuris num. 42.* aut saltem grauis & durus. *idem nu. 54.* k Vsurarum ratio ex hoc loco ex Scholiaste synopseos *23.titu. 3.ca.47.& 69.* & Harmenop. *3.ti. 7.§.25.* hæc est, à Iustiniano definita: In illustribus τρίτον ἑκατοστῆς, triens centesimæ, id est, nūmi quatuor. ἐπὶ τραπεζιτῶν καὶ τῶν ἄλλων πραγματευτῶν. (qui ἀργυροπράται, &, ἔμποροι. Harmenopulo *d. loco.*) id est, in nummulariis cæterísque negotiatoribus. δίμοιρον ἑκατοστῆς. bes centesimæ, hoc est, nūmi octo. Legitima verò vsura eorū qui διαποντίως τοκίζουσι ἤτοι ὀπισυνδύως. vsuram traiectitiam nauticam, periculo suo capiunt ἑκατοστιαῖος est cētesima: hoc est, nummi duodecim: In aliis hominibus ἡμιεκατοστιαῖος, centesimæ semis, id est, nummi sex. Quid Ecclesiæ & venerabiles domus? quadrātem centesimæ, id est, nummos tres accipiunt. Scholiastes *d.lo.* & præstant. Harmenop. *d.loco.*
l Illustribus personis trientes vsuræ permissæ, *vt hîc: & j.eodē. ibi, vltra tertiam partem*, id est, minores. Sic, triētarium fœnus etiam Alexander exercuit, *teste Lampridio.* quod tamen legis modo non dicitur. Fiscus enim medias stipulatur, semissales sc. *l.vlt.j.de fiscalib. vsuris.* Ciuitatū quoq; vsuræ sunt semissales, *l.10.ff.de pollic.* Ecclesiasticę verò quadrantes, *v.N.7.*

De oleo & quibuscunque fructibus.

23. Idem A. Iasoni.

OLeo[t] quidem, vel quibuscunque fructibus mutuò datis, incerti[u] pretij ratio additamenta[x] vsurarum eiusdem materiæ suasit admitti.

De negotiis gestis.

24. Idem A. Glauciæ.

SI mater[y] tua maior annis constituta, negotia[z] que ad te pertinent, gesserit: cùm omnem[a] diligentiam[b] præstare debeat: vsuras[c] pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata, præstare compelli potest.

De auro, argento, veste.

25. Imp. *Costantinus* A. ad populum.

PRo[d] auro & argento & veste facto chirographo licitas solui vel promitti vsuras iussimus.

De præscriptione triginta vel quadraginta annorum. 1. De modo vsurarum.

26. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

EOs[e] qui principali actione per exceptionem triginta[f] vel quadraginta annorū, siue personali siue hypothecaria ceciderunt, || iubemus || nō posse super vsuris vel fructibus præteriti[g] temporis aliquam mouere quæstionem dicendo ex iisdem temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad triginta vel quadraginta præteritos annos referuntur, asserendo singulis annis earum actiones nasci. principali[h] enim actione non subsistente, satis superuacuum est super vsuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.

1 ¶ Super vsurarum verò quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium[i] esse duximus, veterem durā & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducētes. Ideoque[k] iubemus illustribus[l] quidem personis, siue eas præcedētib. minimè licere vltra tertiam[m] partē centesimæ, vsurarum nomine in quocunque contractu vili vel maximo stipulari. ¶ Illos verò, qui ergasteriis[n] præsunt[o], vel aliquā licitam[p] negotiationem gerunt, vsque ad bessem[q] centesimæ || vsurarum nomine in quocunque contractu || suam stipulationem moderarari. ¶ In traiectitiis[r] autem contractibus, vel specierum fœnori dationibus, vsque ad centesimam[s] tantummodo licere stipulari, nec eam excedere licèt veteribus legibus hoc erat concessum. ¶ Cæteros[t] autem || omnes || homines dimidiam[u] tantummodo centesimæ vsurarum || nomine || posse stipulari[x]. & eam quantitatem vsurarum etiam in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra[y] stipulationem[z] exigi vsuræ solent. Nec[a] liceat iudici memoratam augere taxationem[b] occasione consuetudinis[c] in regione obtinentis.

m Tertia pars centesimæ, triens vsura, *Quatre pour cent. l.3.§.1.ff.de contra tut.*
n Ergasterium, est negotiatio. Præsunt ergasterio trapezitę, argentarij, & cæteri institores, *l.26.š.de episc.l.9.j.de operib.pub. l.2.j.de met.* Est & locus vbi opus fit, officina.
o Iustis negotiatoribus terrenis, mediterraneis aut terrestribus, besses vsuræ permissæ. *j.ibid.ad bessem.* Argentariis licet stipulari besses vsuras. Inter negotiatores vsura legitima bes est, Quin argentariis besses debentur, vtcunq; eas non fuerint stipulati. *Nou.136.* Quid si desinant negotiari, aut nomen alteri cedant? besses vsuræ deberi desinunt. *Molin.ibid.num.60.61.* p qualis est etiam merè fœneratitia, qua funguntur ij, qui nullam etiam aliam exercent.
q Bes vsura est ad centesimam, quod bes ad assem, Besses vsuræ, sunt duæ partes centesimę 150. partem sortis quolibet mense pendent, integram verò sortem 12. annis & 6. mensibus. Annuatim soluūtur 8. in 100. *huit pour cent.* Id fœnus exercuit Antoninus Pius *Iul. Capitol in eius vita.* r Vsura centesima, non maior, maritimis & nauigantibus permissa. An centesima dicitur anni ratione, an verò certi duntaxat itineris, quod anno potest esse breuius? Prius ait Molinæus *num.91.de vsur.*
s Centesima vsura, *douze pour cent.* quæ centesimo mense sortis quantitatem parit & reddit. Solebant enim veteres in menses, non in annos fœnerari. *Plutarchus in libello περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Æschines aduersus Ctesiphontem. Horat. Epod. odæ 2.* omnem relegit idibus pecuniam. Quærit Kalendis ponere. Inde vsura menstrua. Ciceroni *6. ad Atticum.* de duplici centesima vide *l.nihil interest.ff.de nautico fœnore.*
t Non illustres, quique non sequuntur mercaturam terrestram vel maritimam, dimidias centesimæ possunt stipulari. Ergo & rustici? sic puto, cùm hîc non excipiātur, quamuis & hi solas trientales possint promittere, *Nouell.32.* Quadrantes quoque accipiuntur ab ecclesia, *Scholiast.27.Eclog.3.3.Harmen.7.cap.περὶ καρπῶν.*
u *l.2.in f.j.de vsuris rei iud.* Dimidia centesimæ seu semis vsura parit annuatim sex in centum: *Six pour cent.* senos aureos parit quotannis in centenos. *Theophil.4.de act.*
x & ita, qualitas fœnoris ex qualitate fœnerantis metienda: vt eo pacto mercator possit besses stipulari & capere ab illustri: illustris non possit capere vltra trientes à mercatore. y Citra stipulationem & pactum exiguntur vsuræ quæ exiguntur propter moram, *l.32.ff.eodem* z Stipulationis verbo, Molineus intelligit omnem conuentionē, *ib.n.56.* Verū hunc locū author Synop.d.c. 69. ita accipit, vsuras maiores accipi non posse, ne quidē per retentionem pignorū. Nam vsurę non tantū stipulatione seruantur, sed & pignoris retentione ex nudo pacto, citra vinculum stipulationis. *l.4.š.e.* a In vsuras maiores legitimis, iudex reū condēnare non potest prætextu consuetudinis locorū: hoc est, etiamsi consuetudo loci sit vsuras maiores legitimis pręstari. *Syn.d.lo.* b quæ sc. pertinet ad vsuras debitas ex mora, non ad illas quæ deberi possunt ex aliquā superiorum stipulationū. c sensus est, prætextu consuetudinis vsuras ex nuda mora debitas, semisses esse. Tres casus excipe, pupillares *v.l.1.j.de vsur.pup.* sociorum. *v.l.4.j.de ædific.* rei iudicatæ. *l.3.j.de vsuris.*

Si quis

a habet tamen citra superfluum,& ita,vtile per inutile non vitiatur. *l.20.ff.eodem. l.8.§.si cert.l.26.ff.de condict.indeb.l.102.inf.ff. de solut.* Molinæus addit,nullum casum in iure reperiri,in quo propter excessum vel administrationem illicitam,fœnus totum vitietur,excepto casu singulari,*Nouell.3?.de fœn r.agric. vide tamen eundem quæst. 10.de vsuris.num.*139.
b Vsuræ maiores acceptæ,in sortem imputandæ.

Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam penitus de [a] superfluo habeat actionem. sed & si acceperit,in [b] sortem hoc imputare compelletur. Interdicta [c] licentia creditoribus ex pecunijs fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere siliquarum[d] nomine,vel sportularum,vel alterius cuiuscunque causæ gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit: principale debitum ab initio ea quantitate minuetur[e], vt tam ipsa minuenda pars, quam vsuræ eius exigi prohibeantur. ¶ Machinationes etiam creditorū, qui ex hac lege prohibiti maiores vsuras stipulari alios medios [f] subiiciūt,quibus hoc non ita interdictum est,resecantes iubemus[g], si quid tale fuerit attentatum,ita vsuras computari, vt necesse esset,tanquam si ipse, qui alium interposuit, fuisset stipulatus.in quo casu sacramenti [h] etiam illationem locum habere sancimus[i].Datum Constantinop.Iustiniano Cos.

Ne vsuræ vltra duplum currant.

27. Idem A.Mennæ præfecto prætorio.

DE vsuris, quarum modum iam [k] statuimus, prauam [l] quorundam interpretationem penitus remouentes, iubemus etiam eos,qui ante eandem sanctionem ampliores quàm statutæ sunt, vsuras stipulati sunt,ad modum eadem sanctione taxatum ex [m] tēpore lationis eius suas moderari actiones: scilicet illius temporis,quod ante eam defluxit legem,pro tenore stipulationis vsuras exacturos.
1 ¶ Cursum insuper vsurarum vltra[n] duplū minime procedere cōcedimus,nec si pignora[o] quædā pro debito creditori data sint, quorum occasione quædam veteres leges & vltra duplum vsuras exigi permittebant.quod||&||in bonę fidei iudiciis, cæterísque omnibus casibus, in quibus vsuræ exiguntur,seruari censemus.

Ne vsuræ in sortem conuertantur, & ne vsure vsurarum exigantur.

28. Idem A.Demostheni præfecto prætorio.

VT nullo modo vsuræ [p] vsurarum à debitoribus exigātur,& veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum. si enim vsuras in sortem redigere fuerat concessum,& totius summæ vsuras stipulari: quæ differētia erat debitoribus, à quibus reuera vsurarum vsuræ exigebantur? hoc certè erat non rebus [q], sed verbis tantummodo legem ponere. Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo [r] modo licere cuiquam vsuras præteriti temporis vel[s] futuri [t] in sortem redigere, & earum iterum vsuras stipulari. sed & si hoc fuerit subsecutum: vsuras quidem semper vsuras manere, & nullum vsurarum aliarum incrementum sentire: sorti autem antiquæ tantūmodo incrementum vsurarum accedere.

De duplo.

XXIX[u].

VSuræ[x] minutim[y] & per[z] interuallū solutæ cum duplo cōpensantur,etiā si nō vniuersæ simul[a] solutæ fuerint.

XXX[b].

PRęsens[c] cōstitutio declarat,vsuras particulatim[d] solutas, duplū debitæ sortis non excedere. Verùm excipitur id, quod positū est in 160.No.de vsuris pecunię municipalis[e].

DE[f] NAVTICO[g] FOENORE.

Tit. XXXIII.

1. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. Honorato.

c Creditori nō licet à debitore aliquid accipere nomine siliquarum aut consue tudinis: si quid antè acceperit, id in sortem cōputabit.
d κερατίων ἢ συνηθειῶν,23.Ecl. 3.*cap.69.* Siliqua 24.pars solidi.
e *vide Molin.de vsuris quæst. 13. num.164.*
f Illustris, cui trientes tantùm stipulari permittitur,per argentarium, cui licitæ sunt besses, id est, maiores, stipulari non potest. hinc collige, Peccari etiā per intercedentem personam. *dixi ad l. 5. Cod. de legibus.* atque ita,maiores vsuras stipulari non possumus. διὰ μέσου προσώπου per mediam personā.*Syn.d.l.*
g hinc colligūt, quæstionem, causas, & leges vsurarum non esse fori (vt vocāt)ecclesiastici, sed imperialis, qua de re vide Molinæum *quæ. de vsur. n.*70.71.
h *vide quæ notaui ad l.6. §. 4. ?. de his qui ad eccles.*
i Hoc additur apud authorem Synopseos, Illos qui tabernis pręsint vel aliquam negotiationē licitā(quoniā qui illicitam exercent, vt tincturam purpuræ & monetas, etiam puniri debent) exercent ad bessem vsque, centesimæ stipulationem suā moderari.
k *i.leg.26.§.eod.*
l Ad maiores ante hanc legē constitutas ac promissas vsuras,fœneratores non putabant hanc legem pertinere. vult igitur maiores ante hanc constitutionem promissas, ad modum hac lege præfinitum reuocari.
m *vide Molinæum quæst. 10. de vsur. num.* 142. *153. & quæst.* 16.*num.188.*Paponem 12. *Arrest.7.num.16.adde Nouel.*73.*cap.*9.*& 115.c.*1.
n *Nouell.121.Nouell.*138.*Nou.160. l.19.?. mandati.l.26.§.1.ff.de condict.indeb.l.4.§.1.ff. de naut,fœnore.*
o In materia vsuraria aliquid tolleratur via pignoris& retentionis:quod alias non tolleraretur. *l. 4.l.22.§.eod.* Hodie quidem toleratur,sed intra legitimum modum, vetitis vsuris vltra duplum, etiamsi creditor pignoribus acceptis sibi cauerit, *vide Molin.de vsuris. num.47.107.108.*
p *l.20.§.de his qui not.l.28 §.1.ff.de condict.indeb l.2.§.?.de administ.rer.*Non est accessio accessionis:vt vsus seu vsura vsus,*vt hic:*pecuniæ vsus,*l.vl.ff.de mtgist.coru.l.1.?.de fiscoeib.vsur.*fructuum vsura,*l.15.ff.hoc tit.*
q Rebus,non verbis lex imponenda,*vide Molin.d.loco num. 236.* Cicero *pro Cæcina.* Non ex verbis ius pendet, sed verba seruiunt hominum consiliis & authoritatibus.
r Nec pro futuri temporis vsuris, nec pro vsuris annorum,qui præterierunt, vllo modo pacisci vsuras quis potest: ne quidem si iuxta formam veteribus vsitatam fiat.*Synopsis Basilicôn eodem cap. 71.*
s & sic omnis Anatocismus sublatus, *Molin. ibid.num.44.*Is autem accidit,quoties vsura sorti coniuncta,alias vsuras parit, *leg.7.§.12.l.58.§.1.§.4.ff. de administratione tutorum.* nec est simplex renouatio aut continuatio vsurarum, quam Plutarchus ἐν ἑλληνικοῖς,παλιντοκίαν.Cicero *5.ad Atticum 20.*ἀνατοκισμὸν nuncupat. Puto Anatocismum, de quo hic agitur, odio fœneratorum interdici. alias,si nouam sortem debitori numerare licet, & ab eo nouas & alias vsuras stipulari, cur non,acceptas ab eodem vsuras breui manu, eidem renumerare sortis instar licebit, vt ex ea pecunia nouas vsuras præstet, *dict. §. tertio. dict.§.primo.§.quarto.* Hoc adiiciendum

Nouella Leonis in vniuersum vsuras vetat.
t Licet vsuras in futurum accipere, *l.57.ff.de pactis.l.2.§.9.ff. de doli mali. l.122.ff.de verborum obligat.* at eas acceptas in sortem redigere, & iis redactis vsuras exigere non licet.
u *Synopsis dicto loco. cap. septuagesimosecundo.*
x Leunclaij interpretatio.

TRAIECTITIAM [h] pecuniam, quæ periculo [i] creditoris datur,tandiu [k] liberam esse ab obseruatione communium vsurarum,quandiu nauis ad portum adpulerit,manifestum est.

2. Iidem AA.Chosimaniæ.

CVm dicas te pecuniam ea lege dedisse,vt in sacra[l] vrbe tibi restitueretur,nec[m] incertum periculum. quod ex nauigatione maris metui solet, ad te [n] pertinuisse [o] profitearis: non est dubium, pecuniæ creditæ vltra licitum [p] ||modum||te vsuras exigere non posse.

3. Iidem AA.Iuniæ.

CVm proponas te nauticum fœnus ea conditione dedisse,vt post nauigium, quod in Africam dirigi debitor adseuerabat, in Salonitanorum [q] portum naue delata, fœnebris pecunia tibi redderetur, ita vt nauigij duntaxat, quod in Africam destinabatur,periculum susciperes, pérq; vitium debitoris nec loco quidem nauigij seruato,illicitis[r] comparatis mercibus,quæ nauis continebat, fiscum occupasse:amissarum [s] mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempestatis discrimine,sed ex præcipiti auaritia,& inciuili debitoris audacia accidisse adseueratur,adscribi||tibi|| iuris publici ratio non permittit.

4. Iidem AA.Eucharisto.

TRaiectitiæ quidem pecuniæ, quæ [t] periculo creditoris mutuò datur, casus, antequam ad destinatum locum nauis perueniat,ad debitorem non pertinet. ||Sine||huiusmodi verò conuentione, infortunio naufragij debitor non liberabitur.

DEPOSITI[u],VEL CONTRA.

Tit. XXXIIII.

De rei interitu de concurrentibus actionibus.

1. Imp. *Alexander* A.Mesteno.

SI[x] incursu latronum vel alio fortuito casu ornamenta deposita apud interfectum perierint: detrimētū ad heredem eius,qui depositum accepit,qui dolum [y] solum & latam[z] culpam(si[a] non aliud specialiter conuenit)præstare debuit, non pertinet.Quod pretextu latrocinij commissi,vel alterius fortuiti casus, res, quæ in potestate heredis sunt, vel quas dolo desiit possidere,non restituuntur, tam depositi, quàm [b] ad exhibendum actio,sed& in rem vindicatio competit.

De vsuris.

2. Imp.*Gordianus* A.Celso.

VSuræ in [c] depositi actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis[d],ex mora[e] venire solent.

De vsuris & de furti actione.

3. Idem A.Austero.

SI depositi experiaris,non immeritò||etiam|| vsuras [f] tibi restitui flagitabis: cùm tibi debeat gratulari, quòd furti[g] eum actione non facias obnoxium. Si quidem qui rem depositam inuito domino sciens prudénsque in vsus [h] suos conuerterit,etiam furti delicto succedit.

De vsuris.

4. Idem A.Timocrati.

y κατὰ μικρόν. *adde Nouell.* 121.
z καὶ κατὰ χρόνον. hoc est,diuerso tempore solutę.
a καθάπαξ. & ὑφ᾽ ἕν.
b *Synopsis dicto loco c.73.*
c interpretatio Leunclaij.
d κατὰ μέρος.
e vsuræ in vniuersum currunt in debitis ad municipia pertinētibus & vsuris publicis. *Scholiastes Synopseos. d.c.73.*
f *22.ff.2. Nouell. 106.110.*
g seu maritimo.
h id est, quæ trans mare vehitur.*l.1.ff.eodem.* διαπόντια χρήματα dicuntur Græcis. *Synopsis Basil.c.7. tit.7. ex lib.53.tit.5.ca. 1.& passim.3.Harmenopul.7.§.20.* erat autē fœnus nauticum, centesima: vt & si quis fructus credidisset. *d.§.20. Synop.eo. cap.15.*
i *l.4.ff.eodem.*aliud in terrena.
k non vlterius: discusso periculo maris, die, aut conditione cessis, inter negotiatores bisvsura deberi incipit, cessat centesima.*vide Molin.de vsuris num. 91.Cuiac. d.Nou. 106.*
l non est Hierosolyma. vt quidam putant, sed vel Constantinopolis vel Roma, *arg.l.2.?. quæ res exportari.*
m Creditor ad quem periculū nauigationis non pertinet, vsuras maiores non accipit. *Synop.Basil.e.c. 18.*
n creditorem.
o ob pactum contrarium sc.
p aliis personis sc. ab his quæ mari negotiantur.
q Σάλων seu Salona,nauale Dalmatiæ.Straboni 7. nec enim ad Salonem mediterraneam Bithynię hic locus referendus,vnde Salonites caseus dictus Strabo *12.*
r illicitæ merces confiscātur.
s Si vitio debitoris pecunia nautica cōfiscata est,creditori non perit in debitorem actio: & meritò.Nam etsi maris periculum in se suscepit,casus superuenientes culpa debitoris non recepit.
t Traiectitiæ seu nauticæ pecuniæ, periculo creditoris mutuo dabantur.
u *v.16.ff.3.adde Oldendorp.class.4.act.23.*
x *3.Harmen.9.§.15.*Depositarius dolum duntaxat & latam culpam præstat: at non fortuitum casum,nisi aliter conuenit.*Synopsis 13.tit.2.c.35.*
y *l. 9.ff.eod.13.Synopseos 2.c.35.5.Harmen.9.c.*περὶ τυχηρᾶς παρακαταθήκης.
z non leuem.aliàs,culpæ,i.desidiæ aut negligentiæ non tenetur,*§.3.Inst. quib.mod. re.*Solius doli tenetur.*l.23.ff.de reg.iur.*
a *d.§.3.d.l.23.l.1.§. 6. l.20.ff.hoc tit.l.7.§.14.l.27.§.3.ff.de pactis.*
b *l.1.§.32.ff.eod.* καὶ τῇ περὶ ἀποκρυβέντων πραγμάτων ἀγωγῇ κατέχεται, i. actione rerū cælatarum,amotarum.*Synopsis Basilic.eod.*Dixi in Nomenclatore meo ad Harmenopulum *1.tit.3.§.39.* in voce ἀποκρυβὴς ὅρκος.
c Ex mora,depositi vsuræ,*l.24.inf.ff.eo.*& fructus debentur,*Paul.2.sent.12.§.2.*
d *l.28.inf.ff.eod.l.32.§. 2.ff.de vsur.*puta,locati,*l.54.ff.locati.*pro socio.*l.60.ff.pro socio.* negotiorum gestorū actione,*l.38.ff.de neg.*& aliis quorū fit mentio.*in §.28.Inst.de act.*
e Idem dicendum si depositarius,re deposita fuerit vsus.*v.l.3.l.4.?. eod.*
f Humanitatis est,deteriore vti actione.
g Admittitur concursus actionis furti cum actione depositi.*l.29.ff.eod.*pro socio.*l. 45.46.ff.pro socio* & mandato.*l.22.§.7.ff.mand.v.Cuiac.17.obser.12.*
h *l.4.?.eod.l.28.inf.l.25.§.1.l.29.ff.eod.adde l.1.§.1.ff.de vsur.*

a Depositarius, siue ex deposito vsuras accepit: siue ipso deposito vsus sit, vsuras præstat. 3. *Harmenopul. 9. §. 4.*
b *v. l. 3. §. eod. l. 8. §. ad exhibendum.* c Num tenetur etiam super-lucrum restituere. potest enim fieri vt lucrum fecerit ex pecunia deposita? Sic videtur, cùm sit iniqum eum ex re mea fieri locupletiorem, cùm gratuitam integram, & abstinentem ab omni lucro fidem habeat. *l. 38. circa fi. ff. de negotiis.* & cum dolo faciat, qui id quod ad se peruenit, non reddit. *l. 1. in f. ff. eod.* Sed non ita est, nec enim statim meum est, quod ex mea pecunia comparatur. *v. l. 1. j. si res sibi vel alteri.* Quin scholastici negant vsurarium teneri ad restituendũ super-lucrũ, sed ad eas tantùm pecunias quas illicitè exegit. qua de re v. pleniùs apud Molinęum *de vsuris. quæst. 83. nu. 627. 628.*
d etiam si mea sit mora.
e *adde l. 3. vers. si cuiuis. j. de vsuris rei iud. l. 49. in f. ff. de act. empt.*
f Imò, duæ sunt *l. 8. vers. ibi enim duæ ff. de eo quod certo.* Solue, Vsuratum promissarum ex stipulatione, duę sunt obligationes: vsurarum ex mora vnica obligatio. Hæ peti non possunt, priores possunt, *l. 23. ff. de excep. rei iud.*
g *l. 5. 6. ff. de except. rei iud.*
h Sequester is est, apud quem plures in solidũ rem deposuerũt certa conditione custodiendã & reddendam. *14. Eclog. 2. cap. περὶ μεσεγγυητῶν* id est, de sequestris. *adde l. 6. j. e.*
i à te sc.
k ante cõditionem sequestri impletam, agi non potest. *l. 1. §. 2. in fi. ff. deposi.*
l quid sequester §. dixi.
m *l. 4. 19. 22. j. de solutionibus.* Ratio dubitandi hinc sumitur. nedũ enim plenè liberatus videbatur, cui obligationis instrumentũ nondum erat redditum. at non ita est. cõstat enim è contrario. non continuò cẽseri reum liberatũ, etiam si penes eum sit instrumentum obligationis. *v. l. 20. §. de probat.*

SI [a] deposita pecunia is, qui eam suscepit, vsus [b] est: non dubium est, etiam vsuras [c] debere præstare [d]. Sed si cùm depositi actione expertus es, tantummodo [e] sortis facta cõdemnatio est: vltra non potes propter vsuras experiri. Nõ [f] enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia vsurarum, sed vna: ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione [g] repellitur.

De sequestro.

5. Impp. *Vale. & Gallienus* AA. & *Valerianus.* Cæsar Claudiano.

PRopter instrumenta quidem, quæ te deposuisse cum aduersario tuo dicis, vt [h] residua pecunia, quę ex conductione debebatur [i], soluta, ea reciperes: si [k] id, quod placuerat implesti, sequestrum [l] potes conuenire. Quamuis [m] autem hæc reddita non fuerint: tamen aduersus eum, à quo fundum conduxeras, si omne, quod ex contractu debebatur, reddidisti, ipsis solutionibus [n] tutus es.

6. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Alexandro.

IS [o], penes [p] quem vtramque [q] partem transactionis vel alia instrumenta commendasse [r] dicis: legem, qua hæc suscepit, seruare [s] necesse habet [t].

De pecunia deposita & à depositario credita.

7. Iidem AA. Attico.

DEsiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. nam [u] si custodiam [x] pecuniæ suscepisti, quam aliis à te ‖mutuò‖ datam [y], conscriptum instrumentum, quo hanc tibi reddi profiteris, arguit [z]: solutionem eius competentem improbè recusas [a].

8. Iidem AA. Alexandro.

SI is, qui depositam à te pecuniam accepit, eam suo nomine vel cuiuslibet alterius mutuò dedit. tam ipsum de implenda suscepta fide, quàm eius successores [b] teneri tibi certissimum est. Aduersus eum autem, qui [c] accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent, tunc enim contra possidentem vti‖rei‖vindicatione [d] potes.

De rebus commendatis à seruo hereditario.

9. Iidem AA. Menophilo, & cæteris.

CVm [e] hereditas personam [f] domini sustineat: ab hereditario [g] seruo, priusquam patri vestro successeritis, res commendatas, secundum bonam fidem ab eius, qui suscepit, successoribus [h] apud rectorem prouinciæ petere potestis.

De infamia & condemnatione.

10. Iidem AA. CC. Septimæ.

QVi depositum non restituit, suo nomine conuentus & condemnatus, ad eius restitutionem cum infamiæ [i] periculo vrgetur.

De compensatione, deductione, doli exceptione. 1. De attestatione depositario ab alio facta, ne depositum reddat.

11. Imperator *Iustinianus* AA. Demostheni P.P.

SI quis vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acceperit titulum [k]: eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico [l] modis omnibus compellatur: nullámque [m] compẽsationem [n], vel deductionem [o], vel doli exceptionem opponat, quasi & ipse quasdam contra eum, qui deposuit, actiones [p] personales vel in rem, vel hypothecariam prætendẽs: cùm non sub hoc modo depositũ acceperit, vt non concessa ei retentio generetur, & contractus, qui [q] ex bona fide oritur ad [r] perfidiam retrahatur. Sed & si ex vtraque parte aliquid fuerit depositum: nec in hoc casu compensationis præpeditio oriatur: sed depositæ quidem res, vel pecuniæ ab vtraque parte quàm celerrimè [s] sine aliquo obstaculo restituantur, ei videlicet primùm, qui primus [t] hoc voluerit: & postea legitimæ actiones integræ quoque ei reseruentur. Quod obtinere (sicut iam dictum est) oportet, & si ex vna parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita: vt, integra omni legitima ratione seruata, depositæ res vel pecuniæ prima [u] fronte restituantur.

1 ¶ Quòd si in scriptis attestatio [x] non per dolum vel fraudem fuerit ei, qui depositum suscepit, ab alio transmissa, vt minimè depositum restituat, hócque per iusiurandum affirmauerit: liceat ei, qui deposuit, sub defensionis cautela idonea præstita, res depositas quàm [y] ocyssimè recuperare.

n nam solutione extinguitur obligatio *Inst. quibus mod. toll. oblig. l. 107. ff. de solutionibus.*
o i. sequester. *l. 5. §. eod.* p Qui ab vtraque parte vel transactionis vel cuiusuis alterius contractus instrumenta depositi nomine accepit, necesse habet pactis stare, quibus ea suscepit. 3. *Harmenopul. 9. §. 20.* q id est, actorem & reum.
r i. deposuisse. f *l. 9. §. 3. ff. de dolo.* t nisi sponsio sit inhonesta *l. 17. in f. ff. de præs.*
u Qui rem apud se depositam apud alium quempiam adhibita scriptura deposuit, haud rectè quæ accepit, restituere recusat, cautionem proferens, qua sese ostendit apud alium deposuisse. 3. *Harmen. 9. §. 2.*
x Depositarius, custos. y Nugatur qui hac voce intelligit depositum. Reus hîc cogitur ad solutionem *in f. j. eo. ibi, solutionem.* Depositarius non soluit, sed restituit.
z fortè quia in eo adscriptum erat, pecuniam Titij, Seio creditam fuisse ab Attico depositario.
a & ita, qui deposuit, si nullã depositi cautionem habet, potest in subsidium probationes quærere, etiam ex instrumento depositarij cum alio facto. Quòd hîc legimus depositarium conueniri, an ideo excluditur actio aduersus eum, qui meam pecuniã à depositario mutuò accepit? *v. l. 8. in fi. j. eodem.*
b *l. 9. in f. j. eod. l. 12. §. 2. l. 25. ff. eod.* c *dixi ad l. 13. §. de oblig.*
d *v. l. 9. in f. ff. de rei vind.* e Depositum ab hereditario seruo, heres actione consequi & vindicare potest. 3. *Harmen. 9. §. 10.*

f *v. l. 31. D. de heredib. instit.* g *l. 1. § 29. D. eo. l. 16. D. de oblig.* h *leg. 8. §. eod.*
i *l. 1. l. 6. §. 6. D. de his qui notant.*
k i, de quibus depositum constat aliquo instrumento. Quæritur autem an id locum habeat in deposito confessato? locum habere ostendit Rol. à Valle 1. *consi. 17. nu. 2. 3. 4. 5. & sequentib. quod consilium omnino vide, est enim & perelegans & varia doctrina refertum.*
l quàm celerrimè *versi. sed & si j. eo.* prima fronte *versi. quod obtinere in fine:* quã ocyssimè *in fine.* hinc colligũt, Instrumentum depositi habere executionem paratam, *v. Rolã. à Valle d. consilio, nu. 2.*
m Depositarius, deponẽti suum depositum repetenti, obiicere hæc non potest, compensationẽ, deductionẽ, doli exceptionem, actionem personalem, in rẽ hypothecariam.
n In causa depositi compensationi locus non est. *Paul. 2. sent. 12. §. 3. l. 14. in fin. §. de compensationibus. Nou. 88. §. 30. versi. sed nostra Inst. de actionib. 3. Harm. 9. §. 22. §. in bonæ fidei Inst. de act.*
o Deductio, est partis: compensatio, totius interdum & partis.
p *d. leg. 14. in princ.*
q Hæc verba significant, bonæ fidei accessionẽ esse. *v. Cuiac. 17. obs. 4.*
r Quod bonę fidei est, ad perfidiam nõ est trahendum.
s prima fronte, id est, illico *in pr. §. eo. & j. eod.* quàm ocyssimè.
t *facit l. 29 ff. de iudiciis.*
u *illico §. eo.*
x Protestatio tertij facta depositario, non potest remorari depositi mei restitutionem.
y illico *v. §. eodem.*
z in aliis causis potest debitori fieri denũciatio ne soluat creditori *v. l. 8. D. de leg. commissor.*
a Differentia in eo videtur fuisse. Pecuniam numeratam depositam, pro parte hereditaria restitui vni heredum deponentis posse quidam existimabant: neque eo nomine coheredem à reliquis coheredibus conueniri, aliis partibus pecuniæ, casu fortuito, apud depositarium peremptis: sibi denique rectè partem suam accepisse: & in ea accipienda vigilasse. Massam verò auri, argenti facti vel infecti, massam, inquam, vel speciem argenti depositam rectè quidem restitui pro parte hereditaria heredi putabant, verùm si partes reliquæ casu fortuito periissent apud depositarium, censebant eum heredem qui partem suam in specie vel massa ita accepisset, rectè conueniri à coheredibus: Hanc differentiam tollit Iustinianus, hoc constituto, vt ne qui heres sibi vigilauerit in parte sua depositi recipienda, eo nomine à coheredibus conueniatur aliis partibus casu peremptis apud depositarium: siue pars restituta depositi in pecunia, siue in massa, siue in specie consistat: non hoc magis, quàm illo modo, heredem coheredibus suis obnoxium esse.

In authent. de deposito, & denuntiato inquilinorum § 1. col. 6. tit. fin. No. 88. c. 1.

SEd iam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionem: qua subsecuta, depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit. Si contra factum fuerit damnũ, quodcunque acciderit ei, qui vim passus est, præstabitur ab eo qui interdixit, necnon & tertia centesimæ vsurarum nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. Quibus pœnis subiacet, qui vel inquilino [z] dationem pensionum, vel publicæ personæ panis interdicit administrationem.

De heredibus.

12. Iidem A. Ioanni præfecto prætorio.

SVperuacuam veterum differentiam [a] è medio tollentes: si quis certum pondus auri vel argenti confecti vel in massa cõstituti deposuerit, & plures scripserit heredes, & vnus [b] ex his contingentem sibi portionẽ à depositario acceperit, alter supersederit, vel alias fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunam, vel sine [c] dolo depositum perdiderit: sancimus, non esse coheredi eius licentiam venire contra eum coheredem suum & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minimè potuit, quasi eo, quod coheres accepit, communi constituto: cùm si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partem vnus ex heredibus accepit, nemini veniat in dubium benè [d] eum accepisse partem suam, & non debere aliam partem attingere. nobis etenim non videtur esse homo [e] obnoxius, neque in massa, neque in specie, neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit: ne industria [f] pœnas desidiæ soluat. si enim & alius heres tempora oportuna, quemadmodum coheres eius, obseruasset: & suam vterque reciperet, & sequentibus altercationib. minimè locus relinqueretur.

MANDATI [g] VEL CONTRA [h].

Tit. XXXV.

De sumptibus & de salario.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti Leonidę.

ADVERSVS [i] eum, cuius negotia gesta sunt, de pecunia, quam de propriis opibus vel ab aliis [k] mutuò acceptam erogasti, mandati actione pro sorte & vsuris [l] potes experiri. De salario [m] autem, quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur.

Si is qui actionem mandauit, egerit.

2. Iidem Augusti Marcello.

b *l. 1. § 36. D. eodem.* c *v. l. 1. §. eodem.* d Qui suum recepit, coheredi aut socio non obligatur *l. 38. ff. familiæ: l. 62. D. pro socio. l. 31. ff. locati:* excipe *l. 22. ff. familiæ.*
e Quid si legamus, *heres.* Est enim species huius constitutionis, in herede partem suam depositi recipiente. f Industrij, pœnas negligentium non soluunt.
g *v. 17 ff. 1. adde 14. Eclog. 1, Oldendorp. class. 4. act. 24.*
h Mandati directa cõpetit ei qui mandauit: Contraria, ei cui mandatũ est, *v. l. 4. j. eo.*
i Contraria mandati datur in mandatorem. k Procurator potest à tertio quodam mutuam pecuniam accipere, explicandi mandati negotij causa.
l *l. 12. § 9. D. eo. Paulus 2. sent. 15. §. 2.* m *l. 17. j. eod. l. 7. ff. eod.*

Cum

CVm ex causa fideiussionis pecuniam patrẽ tuum exsoluisse[a] proponas, habes[b] mandati actionem: qua nõ solùm pecuniam, sed etiam pignora[c] in obligationem deducta, potes consequi.

3. Iidem AA. Germano.

SI pater tuus tibi sui iuris constituto actionem aduersus debitores suos mandauit: potuit & ipse præsens aduersus eos re[d] integra experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actum est, rescindi nulla ratio patitur.

De sumptibus.

4. Imp. *Alexand.* A. Vulnerato.

ETiam[e] si contrariam sententiam reportauerunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est, sumptus[f], quos in litem probabili[g] ratione feceras, contraria[h] mandati actione petere potes.

De bonorum possessione à procuratore neglecta.

5. Idem A. Guliano.

SI maritus sororis tuæ tibi procurans petere bonorum possessionem noluerit, cum ipso tibi congrediendum est. quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse te, vt peteretur bonorum possessio, eúmque neglexisse [i] arguas.

De tacito mandato.

6. Imp. *Gordian.* A. Sosibio.

SI fideiussor pro reo patiente[k] fidem suam adstrinxerit: mandati[l] cum eo, post exolutam pecuniam vel factam condemnationem, potest actionem exercere.

De pecunia credita.

7. Idem A. Aureliano.

SI literas eius secutus[m], qui pecuniæ actor[n] fuerit, ei, qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eum, qui à te mutuam sumpsit pecuniam, quàm aduersus eum, cuius mandatum secutus es, mandati actio tibi competit[o].

De pecunia credita & de pignoribus.

8. Imp. *Valerian & Gallien.* AA. & *Valer.* Cæs. Lucio.

SI tibi pupillorum pater, vt pecuniam in rem suam seruis eius crederes, mandauit [p] & in hanc rem||eque||ipso præcipiente pignora[q] sunt obligata: & mandati actione pupillos[r] post mortem patris conuenire, & exequi ius [s] obligationis pignorum poteris, si in solutione cessabitur.

De causa per procuratorem læsa.

9. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti, Marcello.

CVm per procuratorem causam tuam lęsam[t] esse dicas, mandati actio aduersus eum tibi competit.

An intercessor qui nondum soluit, mandati agere possit.

10. Iidem AA. Papio.

SI pro ea, contra quam supplicas, fideiussor seu mandator intercessisti, & neque condemnatus[u] es, neque bona ||sua||eam dilapidare||postea||cœpisse comprobare possis, vt ||tibi||iustam[x] metuendi causam præbeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse, vt eam possis & ante[y] solutionem conuenire: nulla iuris ratione, antequàm satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionem vrgeri certũ est. Fideiussorem verò seu mandatorem exceptione munitum & iniuria[z] iudicis damnatũ, & appellatione[a] contra bonam fidem minimè vsum, non posse mandati [b] agere, manifestum est.

De gestis vel non gestis, de dolo, & culpa de sumptibus.

11. Iidem Augusti Caio.

PRocuratorem non tantũ pro his, quæ gessit, sed etiam pro his, quæ gerenda suscepit[c] & tam propter exactam ex mandato pecuniam, quàm non[d] exactam, tam dolum[e], quàm culpam, sumptuum[f] ratione bona[g] fide habita, præstare necesse est.

De tenore mandati seruando.

12. Iidem AA. Firmo.

CVm mandati negotij contractum certam [h] accepisse legem adseueres: eam integram secundum bonam [i] fidem custodiri conuenit. Vnde si contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem postea ratam[k] habuisti: dominium tibi auferre non potuit.

a Fideiussor condemnatus appellare debet: aliàs, si citra appellationem aut exceptionem oppositam soluerit, non repetet *l. 8. §. 8. l. 29. l. 48. D. eodem.*
b Mandati agimus, aduersus eum, cuius nomine fideiussimus.
c adde, nec gessit.
d *vide l. 5. in fin. s. eodem. l. 21. in fin. j. eodem.* e *lege 13. j. eodem.*
f *v. l. 4. §. eo. l. 14. j. eo. l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 27. §. 4. ff. eo.*
g *vide leg. 12. j. eodem.* h id est, aliam à vulgari & communi.
i *l. 12. s. eo. l. 16. l. 59. §. 1. in fi. ff. eo.* k aliàs, ratihabitione confirmatur inutilis venditio.

a Fideiussor pro reo potest soluere.
b Heredibus fideiussoris competit contraria aduersus reum principalem.
c i. detrimẽtum aut damnum datũ pignoribus, quæ creditori dederas debitoris principalis causa.
d i. ante litem contestatam *l. 16. D. de procuratoribus.*
e Ratio dubitandi ea fuit *in l. 57. D. eo. l. 20. §. 1. D. de negot.*
f *d. l. 56. in fi. l. 46. §. 6. ff. de procurat.*
g *l. 27. §. 4. D. eo. l. 38. D. de rei vin. leg. 3. D. de contr. tut.*
h *l. 1. s. eo. l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. ff. eo. l. 46. §. 5. ff. de proc.*
i Mandatarius, si quid in rem domini necessariũ, aut iam cœptũ, neglexit, tenetur *l. 1. j. eo. l. 5. 6. §. 1. in fi. l. 8. §. 4. § 10. l. 22. in fi. l. 27. §. 2. ff. eo. l. 17. §. 3. D. commodati.*
k qui patitur ꝓ se fideiubere, videtur mandare *l. 6. §. 2. ff. eo.*
l *l. 2. §. eod.*
m qui mandauit credi. *l. 8. j. eo. l. 27. in fin. D. eod. l. 5. s. de exercit. l. 13. ff. de fideiuss.* non qui simpliciter commendabat *l. 12. §. 12. D. eo. l. vl. s. quod cum eo: l. 65. ff. de adquir. rer.*
n id est, dispensator.
o ordine tamen seruato discussionis & diuisionis *Nouell. 4. c. 1.*
p *l. 7. s. eo.*
q *vt l. 2. in fin. s. eodem.*
r heredes scil. *l. 4. in fin. D. de fideiussoribus:* dixi *ad l. 4. s. de heredit. act.*
s *v. l. 17. j. de fideiussoribus.*
t *l. 8. §. 1. D. eo. l. 10. s. de procur.*
u Fideiussor nõ agit actione mãdati, nisi condẽnatus sit, aut reꝰ bona sua dilapidet *l. 38. in fin. D. eo. d. lege 45. D. de fideiussoribus.*
x Fideiussionis longæ pertæsus, ab ea se liberari rectè potest petere: & eo nomine aduersus eũ, cuius causa fideiussit, agere: vt fideiussionis onere liberetur vide Socinum *reg. 147. l. Lucius. D. mandati.*
y vide Socinum *reg. 148.*
z *leg. 67. D. de fideiussoribus.*

De dolo, culpa, casu.

13. Iidem Augusti, Zosimo.

A Procuratore dolum[l] & omnem[m] culpam, non etiam improuisum[n] casum præstandum esse, iuris authoritate manifestè declaratur.

De eo quod duorum voluntate vni eorum datum est.

14. Iidem Augusti Hermiano.

SI secundum mandatum Triphonis & Felicis equos tua pecunia comparatos, vel in solutum à proprio debitore tibi traditos, vni[o] de his vtriusque voluntate dedisti: ad parendum placitis eos mandati iudicio conuentos, bona fide vrget.

De morte domini.

15. Iidem AA. Precatio.

MAndatum re integra domini morte [p] finitur[q].

Si mandatarius fidem rumpat.

16. Iidem Augusti Vranio.

AD comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti [r] interest mandatoris, tenetur.

De salario.

17. Iidem AA. Gorgonio.

SAlarium[s] incertæ pollicitationis peti non potest.

De eo pro quo intercessum est, & de eius successoribus. De mora & de vsuris.

18. Iidem AA. Tusciano.

POst solutionem à se factam, qui dari mutuò mandauit, ab eo, pro quo intercessit, vel successoribus eius, quod solutum est, etiam cum vsuris [t] post moram rectè postulat.

De vsuris & pignoribus.

19. Iidem Augusti Eugenio.

PRetij rerum distractarum, quas venales pręcedente mãdato acceperas, vltra licitum [u] vsuras ex stipulatione vel mora præstare (licet pignora data probentur) compelli non potes.

De eo qui incertum litis redemit. 1. De sumptibus.

20. Iidem AA. Epagatho.

SI contra licitum, litis[x] incertum redemisti: interdictæ conuentionis tibi fidẽ impleri frustra petis. 1 ¶ Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidẽ sumptus[y] rectè postulas.

De pecunia, fama & culpa.

21. Imp. *Constantinus* A. Lusiano PF. P.

IN re mandata non pecuniæ solùm, cuius est certissimũ mandati iudicium, verumetiam existimationis[z] periculũ est. Nam suæ quidem quisque rei moderator [a] atque arbiter, non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit. aliena verò negotia exacto[b] officio geruntur: nec quicquam in eorum administratione neglectum [c] ac declinatum culpa vacuum est.

De redemptoribus litium.

22. Imp. *Anastasius* A. Eustachio præfecto prætorio.

PEr diuersas interpellationes ad nos factas, comperimus quosdam alienis rebus fortunísque inhiantes[d] cessiones aliis competentium actionum in semet exponi properare[e]: hócque modo diuersis personas litigatorum vexationibus afficere: cùm certum sit pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, ||iura||sua vindicare, quàm ad alios ea transferre velle. Per hanc itaque legem iubemus in posterum huiusmodi conamen inhiberi. nec enim dubium est redemptores[f] litium alienarum videri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt: ita tamen, vt si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionẽ, vsque † ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum

d & quasi votantes *vide leg. 2. s. ne liceat potentioribus.* e *Cuiacium 16. obseruat. 24.*
f Nota regulam de redemptoribus litium, cuius is sensus est, Res litigiosa vendi non potest *v. Cuiac. 8. obseruat. 31.*
† Nemo empti nominis cessione vti potest, quàm ad quantitatem soluti pretij, hoc est, Redemptor, siue is in quem alienæ litis facta cessio est, amplius recipere, quàm pro pecuniarum præstitarum & vsurarum competentium quantitate non potest. *Syn. Basil. eo. c. 83.* In Gallia id locũ non habet, vbi cessionarius integrum debitũ potest petere, *Imbertus in Enchiridio in verbo, Peines pecuniaires: adde Cuiac. 10. obseruat. 3*

l *l. 11. s. eodem.*
m etiam leuem. *dixi ad l. 23. D. de reg.*
n Casus à nemine præstatur. Hoc vt verum sit, *dixi ad l. 6. s. de pignorat.*
o Quod vni socio traditur alterius voluntate, etiam illi videtur traditum *Salyc.*
p *dixi ad l. 26. §. 1. ff. eo. l. 8. s. de oblig. l. vl. ff. de solutionibus. §. item si adhuc Inst. mandati.* aliis etiam causis finitur.
q fallit in pia causa *arg. l. si ego §. 1. ff. de iure dotium:* si mandator tenebatur id facere quod mãdauit. *Glossa in l. fundi venditor. ff. de adquir. possess. c. si super gratia, de officio delegati in 6.* fallit quoque fauore pacis vnde notat Hippolitus Marsiliꝰ *singulari 44.* procuratorem eius qui vulneratus sit, constitutum ad pactum ineundum, vulnerato mortuo, cũ aduersario defuncti transigere & pacisci posse. *Bald. in addit. specular. tit. de homicidio.*
r *l. 8. §. 6. D. eod.*
s *v. l. 1. in fin. s. eo. l. 56. §. 3. ff. eod.*
t *d. l. 1.*
u puta duplum, *v. l. 27. s. de vsur.*
x ὁ ἐργολαβήσας τὴν ἀλλοτρίαν δίκην &c. Qui alienam litem redemit, impleri ꝓmissa in hac causa rectè non petit: nec enim mandati actionem habet. Qui verò mandati nomine, litem alicuius suscepit, sumptus factos repetere potest. *Syn. Basi. 14.* περὶ ἐργολάβων, vbi ἐργολάβον definit, eum qui pecuniam præstat, vt alienæ actionis in se fiat cessio: quod & Harmenopulus confirmat. *lib. 6. tit. de verb. sign. § 30. v. l. 15. s. de procur. v. s. tit. ne liceat potentioribus patrocin. adde Cui. 8. obs. 31.*
y *v. l. 11. s. eod.*
z *l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his qui notant.*
a *v. l. 8. s. de Iudæis, Ciceronem pro Balbo & Roscio Amerino. v. Rolandum à Valle, 1. consil. 21. nu. 9.*
b id est, cum omni diligentia.
c *dixi leg. 1. s. eodem.*
e præparare, *vide*

quantitatem,& vſurarum eius actiones exercere permittatur: licet [a] inſtrumento ceſſionis, venditionis [b] nomen inſertum ſit: exceptis [c] ſcilicet ceſſionibus, quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit: & his quaſcunque vel creditor, vel is qui res aliquas poſſidet, pro debito, ſeu [d] rerum apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione accepit: nec [e] non his, quas inter legatarios ſeu fideicommiſſarios, quibus debita vel actiones ſeu res aliæ relictæ ſunt, pro his fieri neceſſe ſit. Nulla etenim tali ratione intercedente, redemptor (ſicuti ſuperiùs declaratum eſt) magis exiſtit, qui alienas pecuniis præſtitis ſubiit actiones. Si autem per donationem [f] ceſſio facta eſt: ſciant omnes huiuſmodi legi locum non eſſe, ſed antiqua iura eſſe ſeruanda: vt ceſſiones tam pro exceptis & ſpecialiter enumeratis, quàm aliis cauſis factæ ſeu faciendæ ſecundum actionum, quæcunque ceſſæ ſunt vel fuerint, tenorem, ſine quadam imminutione obtineant.

23. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præf. præt.

AB Anaſtaſio diuæ memoriæ principe iuſtiſſima conſtitutio [g] conſcripta eſt tam humanitatis quàm beneuolentiæ plena: vt ne quis alienum ſubeat debitum ceſſione in eum facta, & ne [h] amplius à debitore conſequatur his, quæ præſtitit ceſſionis auctori, exceptis quibuſdam caſib. qui ſpecialiter illa ſanctione continentur. Sed cùm hi, qui circa lites morantur, eandem piam diſpoſitionem in ſua natura remanere minimè conceſſerint, inuenientes machinationem vt partem quidem debiti venditionis titulo tráſferant in alium creditorem, reliquam autem partem [i] per coloratam cedant donationem: generaliter Anaſtaſianæ conſtitutioni ſubuenientes, ſancimus, nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis, ||&|| venditione actionum habita, partem autem donationis titulo videri transferre. ſed ſi voluerit debitum totum [k] purè donare, & per donationem actiones transferre: non occultè, nec per artes clandeſtinas pecunias. ſuſcipere, publicè autem ſimulatam donationem celebrare, ſed vndique puram & non diſſimulatam facere donationem, huiuſmodi enim ceſſionibus non aduerſamur. 1 ¶Si quis autem occultè aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accipit, & vendit particulatim actiones, partem autem donare ſimulat, vel ipſi, qui emptionem actionis||partim||ſubit, vel forſitan alij per [l] ſuppoſitam perſonam, (quia & hoc ſæpius perpetratum eſſe didicimus) huiuſmodi machinationem penitus amputamus, vt nihil amplius accipiat, quàm ipſe vero contractu re ipſa perſoluit: ſed omne, quod ſuperfluũ [m] eſt: & per figuratam [n] donationem, tranſlatum, inutile † eſſe ex vtraque [o] parte cenſemus: & neque ei, qui ceſſit actiones, neque ei, qui eas ſuſcipere curauit, aliquid lucri vel fieri vel remanere, vel aliquam contra debitorem, vel res ad eum pertinentes eſſe vtrique eorum actionem. 2 ¶Sed & ſi quis donationem quidem omnis debiti facere adſimulauerit, vt videatur eſſe tota donatio, aliquid [p] autem occultè ſuſceperit: & || in || hoc caſu tantummodò exactionem ſortiri||eius,||quod datum eſſe comprobetur. & ſi hoc à debitore perſoluatur: nulla contra eum vel ſubſtantiam eius ex diſſimulata donatione oriatur moleſtia. 3 ¶Et iuſtũ quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anaſtaſianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data eſt, quã homines aſtutè lacerandam eſſe exiſtimauerunt. Sed ne videamur in tanta temporum noſtrorum beneuolentia aliquid acerbius amittere: in futuris [q] poſt præſentem legem caſibus||hæc||obſeruari cenſemus: vt omne, quod contra legem Anaſtaſianam excogitatum eſt, hoc in poſterum noſtro perfruatur remedio.

XXIIII. [r]

PRæſens [ſ] conſtitutio mentionem facit conſtitutionis Anaſtaſij diuæ memoriæ, quę facta eſt deceſſionibus, quæque vult, ei qui pecunias dederit, actiones cedi, nihil tamen amplius exigi permitti quàm quod re ipſa dederit. Inueniens autem in ea quaſdam perſonas exceptas, præcipit & in iiſdem perſonis hanc legem obſeruari, neque ſuperioris legis exceptione vti, ſed vt emptor pecunias recipiat aut vſuras. Quod ſi donatio ſimpliciter actionum fiat, lex iubet, ceſſionem donationum cauſa factam valere, niſi fortè circumueniendi animo facta ſit.

a Ceſſio iuris nõ valet, niſi in inſtrumento ceſſionis, cauſa ceſſionis adiiciatur: putà venditionis. *vt hic.* hoc tamen locum habere negat Hippolytus Marſili⁹ *ſingulari* 45. quoties is aduerſus quem ius cedo præſens eſt, neque contradicit: vt eo caſu non poſſit ſimulationis exceptioné obiicere aduerſus huiuſmodi ceſſionem: *atq; ita retuliſſe Baldum in lege cum eſſent in fin. ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum.*

b De huiuſmodi fraudibus dixi *ad l.* 5. *s. de legibus. & ad l.* 26. *s. de vſuris.* Venditio præſumitur fraudulenta, ſi fiat de re litigioſa. hinc colligunt, Non ſtari confeſſioni partium durante cauſa prohibitionis & ſuſpicionis *v. Molin. de vſur. nu.* 34.

c Nota primam exceptionem, regulæ, cuius ſenſus is eſt, Res litigioſa inter coheredes poteſt diuidi.

d Secunda exceptio ad pignora pertinet, vt ſit ſenſus, Res litigioſas pignorari poſſe, & in ſolutum dari.

e Tertia exceptio, cuius ea ſententia eſt, Poſſeſſori rei alienę inferenti ęſtimationem litis, dominum cedere actionibus ſuis poſſe *vt l.* 63. *D. de rei vind. v. Cuiac.* 16. *obſeruat.* 16.

f Quarta exceptio: cuius ea ſententia, Res litigioſa donari poteſt. Tres alias exceptiones enumerat Papon. 1. *Notar.* 2. *c. des vẽtes fol.* 87. quæ ſuperioribus, meo iudicio concurrunt.

g *l.* 22. *s. eo.*

h id vt obſeruetur in Gallia, dixi *ad leg.* 22. *s. eodem.*

i Colorata donatio non confirmat inutilem venditionem.

k Res litigioſa in totum donari poteſt, pro parte vendi non poteſt. hoc ante Iuſtinianum licuit.

l Alia perſona abuti in fraudẽ legis non poſſumus.

SI SERVVS [t] EXTERO SE EMI MANDAVERIT.

Tit. XXXVI.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* Auguſti & CC. Dionyſiæ.

SI ſeruus [u] extero ſe mandauerit emendũm: quãuis [x] nec ex||perſona||ſerui (quia hoc liber mandare non poteſt) nec ex domini perſona (quoniam qui mandat vt à ſe res comparetur, inutiliter mandat) conſiſtere credebatur actio: tamen optima ratione, quia non id agitur, vt ex ipſo mandato, ſed propter mandatum ex alio contractu naſcatur actio domino quæri placuit obligationem. Si itaque domino ignorante emi te mandaſti, ac te nummos ſubminiſtrante [y] peculiares ſoluti ſunt: emptori minimè liberatio per huiuſmodi factum potuit peruenire. Nec tamen ſi tradita, nec manumiſſa eſt: etiam mandati de ancilla, & empti de precio conſequendo contrarias [z] actiones ei exercere concedi placuit. Sanè in illius arbitrio relictum eſt, vtrúmne mancipium, an preciũ conſequi velit: cùm ex peculio, quod eius fuit, ſolutio celebrata obligationis vinculo emptoré liberare non potuerit.

PRO SOCIO [a].

Tit XXXVII.

Si vnus pecuniam, alius operam conferat.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* Auguſti & CC. Aurelio.

SOCIETATEM vno [b] pecuniam conferente, alio operam poſſe contrahi, magis obtinuit.

De prædio communiter empto.

2. Iidem AA. & CC. Pantonio.

CVm proponas, te prædium, coniuncto dominio cum patrono tuo comparaſſe, in poſſeſſionémque tam te quàm ipſum inductum [c] iuris ratio efficit, vt dominiũ fundi ad vtrumque pertineat. Sanè quia precium à te ſolo numeratum, & ſolemnibus penſitationibus, ceſſante ſocio, ſatisfactum eſſe dicis: iudicio ſocietatis id, quod eo nomine præſtari oportuerit, conſequêris.

De bona fide. De herede.

3. Iidem AA. & CC. Victorino.

CVm in ſocietatis contractibus fides [d] exuberet, conueniátque æquitatis rationibus etiam compendia [e] ęqualiter inter ſocios diuidi: præſes prouinciæ: ſi patrem tuum ſalinarum [f] ſocietatem participaſſe, & non recepta communis compendij portione, rebus humanis exemptum eſſe perſpexerit, commodum ſocietatis, quod deberi iuxta fidem veri conſtiterit, reſtitui tibi [g] præcipiet.

De cauſa teſtati vel inteſtati.

4. Iidem AA. & CC. Celeri.

SI ſocietatis iure, vel tranſactionis ſtipulatione ſubdita bonorum omnium æquis partibus inter te & Fauiam diuiſionem rectè fieri placuit: quo minùs hæc rata ſeruentur, nihil [h] intereſt, vtrùm teſtatus, qui fuerit obligatus, an inteſtatus, rebus ſit humanis exemptus.

De conſenſu.

5. Iidem AA. & CC. Theodoro.

TAmdiu ſocietas durat, quamdiu [i] conſenſus partium integer perſeuerat. Proinde ſi iam tibi pro ſocio nata eſt actio: eam inferre apud eum, cuius ſuper ea re notio eſt, non prohiberis.

De conditionibus.

6. Imp. *Iuſtin.* A. Ioanni P.P.

DE ſocietate apud veteres dubitatum [k] eſt, ſi ſub conditione contrahi poteſt: puta *ſi ille conſul fuerit*, ſocietatem eſſe contractam. Sed ne ſimili modo apud poſteritaté, ſicut apud antiquitatem, huiuſmodi cauſa ventiletur: ſancimus ſocietatem contrahi poſſe non ſolùm purè, ſed etiam ſub [l] conditione [m] voluntates etenim legitimè contrahentium omnimodo conſeruandæ ſunt.

De curatore furioſi.

7. Iidem AA. Ioanni PP.

SAncimus, veterum dubitatione remota, licentiam habere furioſi curatorem [n] diſſoluere, || ſi maluerit || ſocietatem furioſi, & ſociis licere ei renunciare. [o] Et quemadmodum in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furioſi prouidere. Dat. CP. poſt conſulat. Lampad. & Oreſt.

ſ Latina interpretatio.

t *l.* 54. *D. eo.*

u *d. l.* 54.

x hoc eſt, τῇ μὲν ἀκριβείᾳ οὐκ ἔχει ὁ δεσπότης τὴν ἀγωγὴν *&c.* hoc eſt ſtricta quidẽ ratione dominus actionem non habet, quoties ſeruus alicui, ſe mandauit emendum à domino & emancipandum: verũ quia propter mãdatum, alius contractus naſcitur, idcirco emptor domino ſoluere pretium ex ſerui peculio, ab empti actione non liberatur, quum ſeruus de ſuo ſoluerit. Sed in arbitrio domini eſt, vtrumne mancipium recipere velit, an pretium petere *Syn. Baſil.* 7. *tit.* 6. *ex Lib.* 14. *ti.* 1. *c.* 84.

y *leg.* 7. *s. de act. empt.*

z de exceptione ineptæ cumulationis, vide Oldendorpium *ca.* 22. *de except.*

a *dixi* 17. *ff.* 2. *adde Oldend. claſſ.* 4. *act.* 21. *Papon.* 15. *Arreſt.* 2. *de communauté & ſocieté eundem Notar.* 2. *cap. de ſocieté.*

b *§.* 2. *ver. nam & ita. Inſtit. eo. l.* 20. *§.* 1. *D. eod.*

c Qui prædium ſimul emunt, quique in illud ſimul inducuntur, tacitam inter ſe communionem habent *l.* 31. *D. eo.* Quid ſi eorum vnus precium numerauit? quid ſi ſolus fundi penſitationes præſtitit? partem ſocio cõdicet.

d *l.* 78. *in fi. D. eodem.*

e *l.* 52. *§.* 4. *in fin. ff. D. eo.*

f *l.* 68. *§.* 8. *ff. eodem.*

g heredi ſcilicet: Actio pro ſocio datur etiam heredi, vt & in heredem *d. §.* 8.

h ſenſus eſt, Societatem nõ deſiderare ſcripturam, aut verborum proprietatem, id eſt, propriam ſolennéque formulam *l.* 2. *ff. de oblig. & act.* quanquam & res & verba interuenire nihil vetat.

i *§.* 4. *Inſt. eo. l.* 4. *l.* 63. *in fin. D. eodem.*

k Cur de eo dubitabatur? Societati mancipatio ineſt, vt & emptioni mancipatio, id eſt, imaginaria venditio *Vlp.* 19. *§.* 2. nec recipiebat conditionem *v. quæ dixi ad l.* 77. *D. de reg. iur.* Hodie imaginaria venditio ſublata *l.* 54. *D. de obl.* & conſequenter placet ſocietatem ſub conditione contrahi, *vt hic.* vt & emptionem *§.* 4. *Inſt. de empt.* & locationem *l.* 20. *D. locati.*

m Vtile per inutile non vitiatur.

n Figurata donatio, *vt hic* colorata *s. eod.*

† In Gallia non eſt inutile, *vt dixi s. ad leg. pen.* addit Papo 1. *Notar.* 2. *cap. des ventes, fol.* 86. *& ſeq.* huiuſmodi ceſſiones in Gallia permitti in quoſuis. dummodo non ſint potentiores. quod in nobilibus ſcholaſticis, officialibus regiis, quibus fori priuilegium competit, maximè apparet.

o hoc Iuſtinianus addidit conſtitutioni Anaſtaſianæ. Ea enim ſuperfluum iuſti precij numerati ex re litigioſa, auferebat emptori, non venditori.

p precij ſcilicet aut pecuniæ.

q *dixi ad leg.* 7. *s. de legibus.*

r hanc conſtitutionem reſtituit Cuia. 16. *obſ.* 16.

i *leg.* 1. *D. eodem.*

m ſub conditione ſocietas poteſt contrahi *vt hic*, vt ex tempore & ad tempus 3. *Harm.* 10. *§.* 1. *l.* 1. *D. eod. Syn. Baſil.* 12. *tit.* 1. *c.* 1.

n *adde §.* 5. *§.* 7. *D. eod.*

o ἀπαγόρευσις πολλάκις παρὰ τῷ νόμῳ καλεῖται, ἡ τῆς κοινωνίας διάλυσις, Renunciatio

sæpius in iure dicitur societatis dissolutio *3.Harmenopul.10.§.16.* a *v. 18.D.1.ad 3.C.Theod.3.Oldendorp cl.4.act.1.2.3.*
b *l.15.j.de rescind.l.vlt.j.de præscript.longi temporis.* vt & donatio *l.27.l.30.j.de donationibus.* Huc res redit, Inter absentes contrahi posse venditionem *l.vlt.j.si quis alteri.* at non idem in oblatione rei furtiuæ à fure facienda. fur enim non liberatur, nisi rem præsentem offe rat *l.2.§ 2.D. de solutionibus.* etiã si absentis possit fieri nouatio *l.27.ff.de condict.fur.*
c *l.1.§.2.l.9.D.eod.*
d propriè sumptum *l.5.l.40.ff.de reg.iur.* tacitè tamen consentire dicitur *l.2.in fin.ff.soluto:* de furioso dixi pleniùs ad *l.13.§.1.D.de off.præsid.*
e seu inumbratæ quietis.
f *l.7.§.2.ff.de public.*
g putà mattrimonium *l.16.in fin.D.de ritu:* testamentum *l.17.ff.qui testamenta.*
h & testamenta *l.9.j.qui testamenta.*
i Donationis causa vel gratia emptio *hic & l.9.in fi.j.perficitur,* quoties reipsa donãdi animus est, venditionis tamen color & nomen quæritur: quoties inquam, id videri volumus vendidisse aut emisse, quod donamus ipsi, vel donatione ab aliis accipimus *l.56.ff.eo. l.3.s.plus valere quod agitur quã quod simulatè concipitur. l.ab Anastasio s.mandati.*
k ἀνυπόστατος, ἄκυρόν ἐστιν. irrita est. *Syn.Basil.19.tit.5.c.12. 3.Harmen.3.§.36.* hoc sensu: Donationis causa facta venditio, irrita est. si quis autem fundum ea lege vendidit. vt pretij loco emptor alimẽta sibi præberet, rectè cogit eum pactis conuentis stare *Syn.Basil.19.tit.5.c.12.* Idem dicẽdum, si remisisti pretium, aut minoris vendidisti *l.9.j.eo.*

DE CONTRAHENDA EMPTIONE [a] ET VENDITIONE.

Tit. XXXVIII.

De loco.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Paulo.

VENDITIONES, etsi in alio [b] loco, quàm ||in|| quo possessiones constitutæ sunt, ||fiant, nõ ideò irritæ esse creduntur.

De consensu & de furiosis.

2. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Auito.

EMptionem & venditionẽ consensum [c] desiderare, nec furiosi vllum [d] esse consensum, manifestum est. Intermissionis [e] autem tempore furiosos maiores vigintiquinque annis venditiones [f] & alios [g] quoslibet contractus [h] posse facere non ambigitur.

De simulatione.

3. Iidem Augusti, Valeriæ.

SI donationis [i] causa, venditionis simulatus contractus est: emptio ||in|| [k] sui deficit substantia [l]. Sanè si in possessionem rei, sub specie venditionis, causa donationis, vt te aleret, induxisti: sicut perfecta donatio facilè rescindi non potest, ita legi [m] quam tuis rebus donans dixisti, parêre conuenit.

De emptione rei propriæ vel sibi donatæ.

4. Iidem AA. Luciano.

CVm res tibi donatas ab herede donatricis ||tibi|| distractas ||esse|| proponas: intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis [n] non potuisse, sed ex donatione & traditione [o] dominum factum || te || frustrà emisse: cùm rei propriæ [p] emptio non possit consistere. At tunc demum tibi profuit [q], si ex donatione te non fuisse dominum demõstretur. [r] Sanè quoniam omnia [s] bona tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc & à filio facta venditio rerum maternarum afferre perfecta etiam donatione [t] poterit defensionem, ne vel exemplo [u] inofficiosi testamenti possit hæc auocare.

De tutore & eius vxore.

5. Iidem Augusti, Gratiæ.

CVm ipse tutor nihil ex bonis pupilli, quę distrahi possunt, comparare palàm & bona fide prohibetur: multò [x] magis vxor eius hoc facere potest.

Si emptrix venditori nupserit.

6. Iidem AA. Lucretio.

SI Gaudentius in matrem tuam titulo venditionis [y] sine quadam fraude dominium mancipij transtulit: non [z] idcirco, quòd postea inter eos matrimonium & diuortium secutum dicitur, iuri eius quicquam derogatum est: quod vindicare, te matri tuæ successisse probans, minimè prohiberis.

l *l.36.D.eod.* valebitne donatio? valebit *l.9.in fi.j.eo.* & ita, si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest, Non valet vt venditio, valet vt donatio. inspiciatur voluntas contrahentium cui animus fuit donare: vt ita verus contractus donationis prævaleat simulatæ venditioni. adde quæ dixi *s.plus valere.*
m Donatarius implere cogitur modum vel conditionem appositam in donatione *l.22.in fin.ff.de donationibus.*
n id est, proprietatis *v.l.78.D.de verborum significationibus.* nam ex pluribus causis possidere possumus *l.3.§.4.D.de acquirend.poss.ff.l.159.D.de reg.iur.*
o *v.l.20.s.de pactis.*
p *l.10.j.eodem: l.16.D.eodem.l.40.D.de pignorat.l.37.D.de condict.indeb.leg.28.D.de acquir.possess.l.45.ff.de reg.iur.* potest tamen emi possessio rei suæ, vel ius in eam competens alteri *leg.32.34.§.4.D.eodem.* potest etiam emi sub conditione *leg.41.§.2.D.de legat.1.l.98.D.de cond.& demonst.*
q emptio scilicet.
r fingamus rem fuisse tibi donatam ab vxore *l.1.ff.de donat.int.vir.* & ab ea reuocatam *leg.25.in fin.j.de donat.int.vir.*
s ea est immensa donatio.
t inofficiosa sc. vt sit sensus: Quod per inofficiosæ donationis querelam nobis auocari potest, id emere possumus.
u *v.l.1.in fin.l.6.in fin.s.de inoff.donat.*
x Si tutor res pupillares palàm potest emere, multò magis eius vxor: Si iure non potest rem pupillarem emere, nec per vxorem id ei licebit. *v.l.5.§.3.ff.de act.tut.v.l.5.s.de legibus, dixi ad authenticam.* Quibuscunque *14.s.de sacrosanct.eccles.v.leg.vlt.j.de rescind.*
y vel donationis *l.24.ff.de donat.int.vir.& vxor.*
z Donatio perfecta non vitiatur, licèt perueniat ad casum à quo non posset oriri, *dicta lege 14.*
a idem si à primo.
b Fraudulenter admodum donat, qui rem propriam ab eo, cui donare studet, sibi donatam confitetur. c *vide leg.1.s.plus valere.* d Venditio non ideo rescinditur, quod pretium solutum non sit: (nisi ab initio donationis causa facta sit) *Syn.Basil.19.tit.5.c.16.3.Harm.3.§.38.* non enim rem repetere debet venditor, sed ad pretium agere *Schol.Syn.ibid.v.l.3.s.eod.adde l.9.in fi.j.eod.*
e *l.12.in fin.s.de rei vindic.l.14.j.de resc.*
f retentio tamen potest competere *l.19.ff.eod.*

De simulatione.

7. Iidem AA. Pisoni.

SI ancillam ex emptione sibi quæsitam mater tua donatione à secundo [a] marito postea [b] te simulauit accepisse tituli falsi [c] figmentum, ||donationis|| dominium ei duplicare vel auferre non potuit.

Si pretium solutum non sit.

8. Iidem AA. Diogeni.

SI non donationis [d] causa, sed verè vineas distraxisti, nec precium numeratum est: actio tibi pretij [e], non eorum quæ dedisti, repetitio [f] competit.

De pretio.

9. Iidem Augusti, Seuero.

EMpti [g] fides ac venditi sine quantitate [h] nulla est. Placito [i] autem precio non [k] numerato, sed solùm tradita possessione, istiusmodi contractus non habetur irritus, nec idcirco is, qui comparauit, minùs rectè possidet, quod soluta [l] summa, quam dari conuenerat, negatur. Sed ||&|| si donationis [m] gratia prædij factam venditionem traditio sequatur: actione precij nulla competente, perficitur [n] donatio.

De emptione simulata rei propriæ.

10. Iidem Augusti, Georgio.

SI mater tua velut ex patris || tui || bonis prædium suum comparauit: cùm rei [o] propriæ [p] non consistat emptio, & hanc simulatam proponas, huiusmodi placitum mutare substantiam [q] veritatis, & ei nocere non potuit.

De inuito.

11. Iidem Augusti, Paterio.

INuitum comparare vel distrahere [r] postulantis desideriũ, iustam causam non continet.

De fideiussore, de instrumento, de petitione pretij, de pœnitentia.

12. Iidem Augusti, Paterno.

NOn idcirco minùs emptio perfecta est, quòd emptor fideiussorem [s] non accepit, vel instrumentum secundũ consensum auctoris in possessionem ingressus, rectè possidet. precium sanè, si eo nomine satisfactum [u] non probetur, peti potest. nec enim, licet incontinenti facta, pœnitentiæ [x] contestatio consensu finita rescindit.

De conditione collata in arbitrium contrahentis.

13. Iidem Augusti, Iuliano.

IN vendentis [y] vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adstringit [z] necessitate contrahentes, obligatio nulla est. idcirco dominus inuitus [a] ex huiusmodi conuentione rem propriam vel quilibet alius distrahere non compellitur.

An cuiuis personæ vendi possit.

g ἡ τῆς ἀγορασίας πίστις. *Synop.eod.c.16. Harmen.eo.§.39.*
h id est, sine pretio *l.2.§.1.ff.eod. Inst.eod.in fin.pr.* Rectè enim notat Cuiacius 8. *ad Africanum fol.192.* ex Galeno x1. de different. puls. Nummum esse σύμβολον ὠνῆς καὶ πράσεως, & ex Platone xi *de republ.* σύμβολον τῆς ἀλλαγῆς. Non idem in locatione, quę certa ponderatione aut modiatione fieri potest. Plin. *9.epist.* nõ nummo, sed partibus locaui.
i venditor emptori rei possessionẽ tradidit, de pretio inter contrahentes cõuenit: pretium venditori emptor non numerauit, potéstne emptor irritam habere venditionem, inuito aduersario: eóque inuito ab emptione discedere: Imò potest, ne eius creditor rẽ ab ẽptore auocare, quasi nondum plenè perfecta venditione? non potest *hac le. in princi.* Quin emptor, malæ fidei possessor non videtur eo casu, etiã si pretium non soluit. *versi. nec idcirco.* Quid si donationis gratia seu donandi animo, in speciem vendidisti & rem tradidisti? qui ita tradidit, ad pretium, quasi venditor, experiri non potest: cum re ipsa, ab initio non vẽdiderit, sed donauerit. *adde Synop.eod.d.c.16. Harm.d.§.39.*
k nec numerato: puto commodius ita legi.
l Solutio pretij non facit venditionem, sed consensus. potest enim fides haberi de pretio *L.19.D.eod.adde l.8.ff.de periculo.*
m *dixi ad l.3.s.eodem.*
n *valet vide leg.vlt.ff.pro donato.l.21.in fin.s.de transact.*
o Nemo rem propriam emere potest: adde vt quamuis εἰκονικῶς, id est, imaginariè videatur emere, multum tamen præiudicium patiatur; *Synopsis eodem, dicto capitulo decimosexto.*
p *dixi ad l.4.s.eodem.* q *leg.2.s.plus valere.*
r sensus est, ne rescripto quidem principis posse impetrari, vt quis inuitus cogatur rem emere vel vendere. *facit l.13.in fin.l.14.j.eodem.* ideo coacta venditio rescindi solet *v.leg.1.j.de rescindenda.* potest tamen quis testamento damnari vendere *leg.66.D.de legat.1.* vel ad id cogi ratione communionis *l.13.§.17 ff.de act.empt.* vel vt inediæ publicæ consulatur *l.1.§.11.ff.de off.præsid.* sed & ratione sæuitiæ *§.vltimo Instit.de his qui sunt sui: leg.2.ff.de his qui sunt sui:* vel fauore quodam speciali rei abalienatæ *leg.2.j.de patribus qui fil.distrax.adde quæ dixi de inuito ad l.69.l.156.de reg.iur.* id cùm dicimus, ne intelligamus, quenquam cogi iniusto precio distrahere *leg.vlt.ff.de annona.*
s Fideiussor & instrumentum traditæ possessionis non sunt de substantia emptionis: vt hæc non sint, potest ea subsistere *v.leg.12.s.de fide instrumentorum: leg.s.de pactis.* Aliud est in venditionibus. quas de scripto fieri conuenit. *Instit.eodem in princip.* Venditio in scriptis non est, etiam si scripta sit, vt hodie ferè omnes scriptura muniũtur: sed quas scripto fieri conuentum est. aut in quibus lex requirit scripturam *v.Ferrariens.in forma libelli in causa venditionis 37.in verbo vendidit 3.num.2.*
t *vide dicta leg.12.*
u *leg.19.in fin.ff.eodem.*
x *dixi ad leg.5.in fin.s.de obligat.leg.39.s.de transact.*
y *leg.7.ff.eodem.*
z Obligationis vis est in astringendo seu vinciendo. vnde obligatio iuris vinculum *Inst.de oblig.quidquid adstringendæ ff.de verb.oblig.* vt hinc colligas, obligationem impropriam esse, quæ non adstringit necessitate. a *dixi act.l.11.s.eo.*

a *l.6.C.Theod.de contr.empt.lib.3.* id est, olim nemo poterat rem immobilem extraneæ personæ vendere. extraneæ, id est, nō proximo, non consorti: quod hac lege abrogatur. postea tamen ius antiquum reuocatum in feudis *2.feud.13.* saltem excogitatum ius *προτιμήσεως* seu retractus, de quo dicam ad constitutionem Friderici, inscriptam de iure *προτιμήσεως*: adde Nouellam Romani senioris *cap.3.* b Consortes dicti, qui eundē agrum sortiti, eundem postea regionibus diuiserunt. dixi ad 3. *Verrinam*: & 5. *Feudor.* 13. Dicam & mox nō nulla alia.

c Interest nostra res maiorū nostrorum nobis eripi *l.22.j.de administr. tutorum.*

d Præsumitur enim affectio in coniunctis pro retinenda possessione affini & gentilitia *v. Alciat. 1.præsumpt. 20. adde l.35. ff. de minorib.* Interim non puto hac lege derogari legi 2.j. *de iur. emphyt.* qua dominus præfertur extraneo in emendis emponematis coloni: queādmodum non puto quidquam derogari titulo, non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre *lib. 11. titulo 56.*

e sic potior est propinquus extraneo in ēphyteusi, conductione & rerum soli antichresi ex Nou. Cęsaris Romani & Manuelis *3. Harm. 3.§.118.§.ad 122.*

f *dixi ad leg. 11. s.eo.*

g vendendi libertas, lege ciuili coerceri potest: vt ne cuiq; quisque possit ꝑ animi sui sententia res vendere. Testator etiam potest prohibere, ne heres alienet *l.69.§.3.l.88. §.15.ff.de legat.2.* Iudex quoque potest prodigo interdicere alienatione.

h *adde leg.vn. j. non licere habitatoribus metrocomiæ, loca sua ad extraneos transferre: adde quæ scripsi ad le. 1. s.de rebus creditis.*

14. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Fabiano PP. Illyrici & Italiæ.

DVdum[a] proximis consortibúsque[b] concessum[c] erat, vt extraneos[d] ab emptione[e] remouerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent. sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti[f] superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitratu quærere vel probare possit emptorem: || nisi[g] lex[h] specialiter quasdam[i] personas[k] hoc facere prohibuerit. || Dat. 6. Kal. Iunij, Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Coss. 391.

De quantitate pretij collata in arbitrium, vel declarationem tertij.

15. Imp. *Iustinian.* A. Iuliano P.P.

SVper rebus venundandis[l], si quis rem ita comparauerit, vt res vendita esset, quanti[m] Titius[n] æstimauerit, magna dubitatio exorta est multis antiquę prudentiæ cultoribus[o] quam decidentes sancimus[p] cùm huiusmodi conuentio super venditione procedat, quanti ille æstimauerit, sub hac conditione stare venditionem: vt, si quidem ipse, qui nominatus est, precium definierit: omnimodò secundum eius æstimationem & precia persolui, & venditionem ad effectum peruenire, siue in scriptis,[q] siue sine[r] scriptis contractus celebretur, scilicet si huiusmodi pactum, cùm || in || scriptis fuerit redactum, secundum nostræ[s] legis definitionem per omnia completum[t] & absolutum sit. Sin autem vel ipse noluerit[u], vel non potuerit precium definire: tunc [x] pro nihilo esse venditionem. quasi nullo precio statuto: nulla coniectura (immo magis diuinatione) in posterum seruanda, vtrum in personam certam, an in boni viri arbitriū respicientes contrahentes ad hæc pacta venerint: quia hoc penitus impossibile esse credentes, per huiusmodi sanctionem expellimus. Quod etiam in huiusmodi locatione [y] locum habere censemus.

DE[z] HEREDITATE[a] VEL ACTIONE VENDITA.

Tit. XXXIX.

De hereditate.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Geminio.

AEs alienum, hereditate nomine fisci vendita, ad onus emptoris[b] bonorum pertinere, nec † fiscum creditoribus hereditariis respondere, certum & absolutum est.

2. Imp. *Antoninus* A. Floriano.

RAtio iuris postulat, vt creditoribus hereditariis & legatariis seu fideicōmissariis te conuenire volentibus, tu respondeas: & cum eo, cui hereditatem venundedisti, tu experieris suo[c] ordine. Nā vt satis tibi detur, serò[d] desideras: quoniam eo tempore, quo venundabatur hereditas, hoc non est comprehensum. Quamuis enim ea lege emerit, vt creditoribus hereditariis satisfaciat: excipere tamen actiones hereditarias inuitus cogi non potest[e].

De actione.

3. Imp. *Alexander* A. Timotheo.

NOminis[f] venditio etiam ignorante[g] vel inuito eo, aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. V. Id Feb. Maximo II. & Æliano Coss.

i Nouella Romani (cuius fit mentio 3.*Harmenopul.*3.§.118.) & Constantini Porphyrogénetæ, cognato rem immobilē vendente, ad eam comparandā primo ordine vocantur *συγγενεῖς ἀναμὶξ κείμενοι ἢ συγκείμενοι ἤτοι ἔχοντες μεμιγμένην κοινότητα* &c. i. cognati promiscuè coniuncti, habentes inter se rem (hoc refero ad rē ipsam, de qua agitur) communē. Post cognatos, admittuntur alij *ἔχοντες κοινότητα καὶ συμπεπλεγμένοι κοινωνοί*. q̃ rē cōmunē habēt seu cōsortes. Post hos *οἱ μόνον ἀναμεμιγμένοι, εἰ καὶ ξένοι*, i. qui tantùm permixti (*ceux qui ont leurs terres enclauees dedans & parmi celle qui se vend*) licet extranei sint. Post hos rursus (hac parte purior est Harmenopuli locus quàm Nouella 1. Constantini, quæ ea parte lacunam habet) *οἱ συμπεπλεγμένοι ἢ συμπαρακείμενοι ὁμοτελεῖς*. id est, simul iuncti consortes. Post hos denique *οἱ ἁπλῶς ἔν τινι μέρει συναπτόμενοι*. id est, qui simpliciter aliqua ex parte rei alienandæ, vniti sunt & vicini. (*ὁμοτελεῖς* autem illo loco iidem Græci interpretantur, omnes quotquot sub eodem censitore, qui *ὑποτεταγμένος*, descripti, licèt diuersis in locis tributa sua soluant) Et hoc quidem ordine & gradu ad rem venditoris priuati, admittuntur hæ personæ. multo magis *ὅτι τῆς ὁμάδος τῶν καλουμένων χωρίων ἢ ἀγριδίων*, vbi agitur de venditione fundi alicuius, certi corporis seu certæ vniuersitatis, hoc enim casu *οἱ κτήτορες αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους προτιμῶνται* illorum possessores, aliis (ita interpretor hunc locum) præferuntur: fortè (vt opinor) quod eorum intersit, prædia suæ vniuersitatis suique corporis, ad alterius vniuersitatis homines trāsferri. Et hæc ratio veterib. illis fuit *κατὰ τάξιν προτιμήσεως*, hoc est, prærogatiuæ suo gradu & ordine inter venditores & emptores rerum immobilium seruandæ. Hodie moribus quibusdam Gallorum, proximi adgnati & cognati admittuntur intra certum tempus ad bona proximorum immobilia alienata, retrahenda: de quo iure inter cæteros Tiraquellus plenissimè scripsit, libro de vtroque retractu. Est enim alius à lignagerio, id est, lineari gentilitio seu cognatitio, retractus pactitius seu conuentionalis.

k Vt quibusdam casibus cogimur emere & vendere *v. quæ scripsi ad leg. 11. s. eod.* ita certis casibus cogimur non alienare, inuiti non alienamus: nisi lex vetet alienari *l. 1. s. ne Christi mancip.* potest etiam consistere prohibitio, rerum ipsarum intuitu, putà alienarum *l. vl. j. de reb. alien.* communium, post litem contestatam *l. 1. in fin. s. comm. diuid. l. 13. D. familia.*

l Emptionis pretium in alterius arbitrium conferri potest, vt & locationis *§. 1. Instit. de locatione: l. 25. D. loc.* sic in alterius arbitriū referri potest rei restitutio *l. 43. ff. de verb. oblig.* matrimonium *c. si per eo de conditionibus apposit.* diuisio *l. 75. D. pro socio.*

m *§. 1. ver. sed nostra decisio Instit. eod.*

n extraneus scil. non emptor, nō venditor *l. 13. s. eod.*

o qui & prudentes *ff. de origine iuris.*

p Nota regulam.

q id accidit, quoties vel lege, vel partium consensu scriptura requiritur, vt non aliàs vēditio valeat, nisi fiat scriptura.

r hæc testibus probatur. nunquam igitur scripto? Imò & scripto. potest enim citra necessitatē contrahendæ vēditionis scriptura, ad nudam vēditionis probationem, adhiberi *l. 4. ff. de pignoribus.* Sunt enim diuersa, scripturam requiri ad substantiam actus, & ad eius probationem. *v. Ferrariens. in forma libelli venditionis 37. in verb. vendidit 3. num. 2.*

s *v. l. 17. s. de fide instrum.*

t *d. l. 17.*

u *leg. 75. ff. pro socio.*

x v. in hunc locum Hot. 5. *obs.* 10.

y *§. 1. Inst. de empt. & vend. l. 25. ff. locati:* & aliis, vt huiusce legis initio dixi.

z *dixi ad l. 18. ff. 4.*

a Hereditas, actio, & ita ius vēdi potest.

b hoc speciale est in fisco *l. 41. D. de iure fisci:* in aliis, secus: *leg. 2. j. eo.* De iure & priuilegiis fisci. v. Bald. *hic.*

† *l. 2. j. de quadrienn. præscript.*

De hereditate.

4. Idem A. Diogeni.

QVi nondū certus de quantitate hereditatis, persuadente[h] emptore quasi exiguam quantitatem eam vendidit: bonæ fidei iudicio conueniri, vt res tradat, vel actiones mandet, non compellitur. || nam || suo quoque iure eorum persecutionem habet.

5. Idem A. Onesimo.

EMptor hereditatis, actionibus mandatis. eo[i] iure vti debet, quo is, cuius persona fungitur, quamuis vtiles etiam aduersus debitores hereditarios actiones emptori tribui placuit.

6. Idem A. Pomponio.

QVi tibi hereditatem[k] vendidit, antequam[l] res hereditarias traderet, dominus earum perseuerauit: & ideò vendendo[m] eas aliis, dominium transferre potuit. Sed quoniam contractus fidem fregit, ex empto actione conuentus: quanti[n] tua interest, præstare cogetur.

De actione.

7. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. Manassæ.

POstquam eò decursum est. vt cautiones[o] quoque debitorum pignori dentur: ordinarium visum est post nominis vēditionem vtiles[p] emptori (sicut responsum est) vel ipsi creditori postulanti dandas actiones.

8. Iidem AA. & CC. Iuliano.

EX nominis emptione dominium rerum obligatarum ad emptorem non transit: sed vel in rem suam procuratore facto, vel vtilis[q] secundum ea, quæ pridem constituta sunt, exemplo creditoris persecutio tribuitur.

9. Imperator *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CErti & indubitati iuris est, ad similitudinem eius qui personalem redemerit actionem, & vtiliter eam mouere suo nomine conceditur: etiam eum, qui in rem actionem comparauerit, eadem vti posse facultate. Cùm enim actionis[r] nomen generale sit omnium siue in rem siue in personam actionum, & apud omnes veteris iuris conditores hoc nomen in omnibus pateat: nihil est tale, quod differentiam in huiusmodi vtilibus actionibus possit introducere.

QVAE RES VENIRE[s] NON POSSVNT, ET QVI[t] VENDERE vel emere vetantur.

Tit. XL.

De purpura.

1. Imperatores *Gratianus Valentinianus & Theodosius* AAA. Fausto comiti sacrarum largitionum.

c Ad venditorem creditores hereditarij veniunt: ad emptorem inuitum non veniunt *vt hic. & l. 2. s. de pactu. l. 94. §. 1. D. de lega. 1. l. vl. §. 5. j. de iure delib.* præterquam si à fisco vendita hereditas fuerit *l. 1. s. eod.*

d quia fideiussorem postulas *l. 6. ff. de damno.* quem inuenire difficile est *l. 2. §. 6. D. de iudiciis.* aliud esset, si nuda cautio peteretur *l. 41. d. tit.* & meritò. nam quoties futurum damnum metuitur, satisdatio potest exigi *l. 27. in fin. l. 38. ff. pro socio.* num omissa? etiam omissa. Causa cognita etiam ex integro aliæ cautiones exiguntur *l. 8. §. 3. l. 10. in fin. ff. qui satisdare. l. 4. ff. vt in possess. l. 20. 15. 14. D. de oper. noui.* Dicamus breuiùs, venditorem hereditatis non satisdare de euictione, sed de facto suo *l. 2. ff. eo*

e volens tamen potest.

f Omne ius, omnísque actio cedi potest, inuito etiam eo, in quem ceditur. *vt hic. Syn. Basil. 19. tit. 4. c. 25. l. 7. j. eo. l. 1. in fin. j. de nouationibus.*

g *v. l. 1. in fin. j. de nouationibus.* h *v. l. 9. D. de dolo.*

i *l. 2. ff. eo. l. 156. §. 3. D. de reg. iur.*

k idem in re quauis vendita. Nam si duo rem eandem seorsim in solidum emerint, qui prior eam accepit, potior est: etsi neque pretium soluit, neque instrumentum rei venditæ obtinuit. *l. quoties duobus. 15. s. de rei vindicat. c. 3. Harm. 3. §. 97.*

l Venditor, re tradita, dominium amittit: adde *l. 21. ff. eo. v. l. 11. j. de act. empt.*

m *d. l. 21.*

n Si venditor rem emptori non potest tradere, præstando interesse liberatur *v. l. 4. j. de act. empt.*

o Nomen potest pignorari & vendi *l. 3. s. eo. l. 4. j. quæ res pignori.*

p *l. 8. j. eo. l. 1. s. de obligat. l. 5. s. quando fiscus: l. 16. ff. de pactis.* q *l. 7. s. eod.*

r *§. 1. Inst. de actionibus. l. 25. 27. l. 28. ff. de obligat. l. 178. D. de verb. sign.*

s vendi *Haloand.*

t & quæ *Cuiacius hic.* de rebus enim, non de personis est hic titulus.

F v-

a quidam legunt, tingendæ. b μηδεὶς καπηλεύετω. nemo componetur *Syn. Basi. 19. titul. 1. c. 71.*
c Hoc innuitur, Nulli priuato permitti sericū, lanā, vel blattā, vel oxyblattā, vel hyacintinā tingere atq; distrahere. aut potius, Nemini permitti cauponari aut distrahere purpuram μήτε ἐν μετάξῃ μήτε ἐν ἐρίῳ, vel in serico, vel in lana *Syn. Basil. 19. titul. 1. cap. 71.*

FVCANDAE[a] atque distrahendæ[b] purpuræ: vel[c] in serico, vel in lana, quæ blatta[d] vel oxyblatta[e] atque hyacinthina[f] dicitur facultatem nullus possit habere priuatus. Sin autem aliquis supradicti muricis[g] vellus vendiderit, fortunarum[h] suarum & capitis sciat se subiturum esse discrimen.

De serico.

2. Iidem AAA. Toriobando duci Mesopotamiæ.

COmparādi serici[i] à Barbaris facultatem omnibus (sicut iam præceptum est) præter comitem commerciorum[k], etiamnum iubemus auferri.

De frumento publici canonis.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. ad Senatum & populum.

QVia nonnunquam in diuersis[l] littoribus distrahi publici canonis[m] frumenta dicuntur: vendentes & ementes sciant capitali pœnæ||se||esse subdendos, & in publicā fraudem commercia contracta damnari.

De frumento exercitui misso.

4. Imperatores *Honorius & Theodosius* AA. Fausto P.P.

NE frumentum, quod deuotissimo exercitui mittitur, in prædam lucrúmque vertatur: hac sanctione decernimus: vt quicunque hoc fuerint fortè mercati, honestiores quidem stylum proscriptionis, || & omnium bonorum amissionem || incurrant: inferiores autem vilioresque personæ capitali[n] supplicio subiaceant.

QVAE RES EXPORTARI[o] NON DEBEANT.

Tit. XLI.

1. Impp. *Valens & Grat.* Augusti ad Theodorum magistrum militum.

AD[p] Barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis[q] nullam quisquam habeat facultatem, nec gustus[r] quidem causa, aut[s] vsus commerciorum.

Non licet vendere arma hostibus popul. Rom. nec eorum legatis. Sal.

2. Imp. *Marcianus* A. Aulo præf. præt.

NEmo alienigenis Barbaris[t] cuiuscunque gentis ad hāc vrbem sacratissimam[u] sub legationis specie, vel sub quocunque alio colore venientibus, aut in diuersis aliis ciuitatibus vel locis, loricas[x], scuta, & arcus, sagittas, & spathas, & gladios, vel alterius cuiuscunque generis arma[y] audeat venundare. nulla prorsus iisdem tela, nihil penitus ferri vel facti iam, vel adhuc infecti, ab aliquo distrahatur. Perniciosum namque Romano imperio & proditioni proximum est, Barbaros, quos indigere conuenit, telis eos, vt validiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquod armorum genus quorumcunque nationum Barbaris alienigenis contra pietatis nostræ interdicta vbicunque vendiderit: bona[z] eius vniuersa protinus fisco addici, ipsum quoque capitalem pœnam subire decernimus.

d βλατία διβόλεα καὶ τεβόλεα νήματα χρυσοῦφῆ *Nicetas.* Lampridius *in Heliogabalo*, parauerat funes blatta & serico & cocco intortos. Eutropius *in Nerone*, Retibus aureis, lege auratis piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. *adde Suetonium.* Hinc blattearij *in l. 2. C. Theod. de excusat. artif. li.* XIII. *ti.* 4. & blatta serica *l. vl. C. Theodos. de murilegul. lib. 10. tit.* 20. & pallium blattosericum apud Vopiscū in Aureliano sericoblata *l. 10. j. de murilegulis.*
e oxobapta, id est, rubro tincta, oxobapta lana, blatta rubro tincta: ὀξὺς enim Suidæ ἐψητὸν τὸ ἀπὸ τῶν φοινίκων. Oxobapta diuersa ab Ianthina de qua j. eo.
f Ianthina & rectè. vt sit purpura violacei coloris, quæ ideo Rhodina dicitur in lege 3. j. *de vestibus hol.* & expressis verbis, purpura Ianthina in lege *70. in fi. D. de legat. 3.*
g Murex, piscis genus tingendis vestib. vtile. inde murileguli dicti. j. *de murilegulis.* Isidorus 12. *c.* 16. cochleæ aut conchæ genus facit: adde quæ scripsi ad Accurs. *leg. 9. j. de murilegulis.*
h δημεύεται καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται. proscribitur & capitaliter punitur *Syn. ibid.*
i hinc colligunt, Gratiani tempore conficiendi serici rationem Romanis in cognitam fuisse. Sericum, res preciosa æstimata est *l. 37. §. 1. D. de euictionibus.* adeò vt Vopiscus referat libram auri, libram serici fuisse. Et lex Rhodia ὁλοσηρικὰ ὁμοία τοῦ χρυσίου. quod de his tantùm dicitur, pro quibus aurum dependitur ad sacoma *vide Cuiac. hic.* Sericum etiam numeratur inter species pertinentes ad vectigal. *l. 16. §. 7. D. de public.* Sericum autem quid fuerit dubitatur. à populis Orientis qui Seres, dici constat. Alciatus 6. *parerg.* 25. putat seres vermiculos fuisse, quorum semen ouis piscium simile in Græciam fuerit allatum à monachis ex Serinda Indiæ ciuitate, sub Iustiniano, vt tradit Procopius: cui rei Pollux assentitur 7. *cap.* 17. ait enim se audiuisse ex certis animalibus Seras telas suas collegisse. est enim σὴρ Pausaniæ, vermis. Sidonio verò, populus, Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Ausonius in *monosyllabis*, In pelago volitat mercator vestifluus Ser. constat ex Solino *cap.* 53 Seras vellera ex arboribus aquæ adminiculo carpsisse. eóque referendum illud Virgilij 2. *Georg.* Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres. & illud Senecæ *in Hyppolito.* Quæ fila ramis vltimi Seres legunt. Sed operæ precium est ea de ré Plinium audire 6. *cap.* 17. Seres, inquit, lanicio syluarum nobiles perfusa aqua depectentes frondium canitiem. vnde geminus fœminis nostris labor redordiendi fila, rursúsque texendi tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publicum matrona transluceat. Eáque fortè lana, quæ de ligno dicitur, quamque ἐριόξυλον appellant *l. 70. §. 9. D. de legat. 3.* A serico, vestes sericæ, olosericæ, vel olouerę: nam serica veteres dixere βήρεια. subsericæ, de quibus dicam j. de vestibus olober. vide interim Petrum Fabrum 1. *semest.* 16.
k de quo dixi ad *legem primam*, s. *de annonis & capit. adde leg. 4. & vltim. j. de commerciis.*
l *leg. 7. j. de nauicularis.*
m Qui ex canone publico frumentum emit aut vendit, capitaliter punitur *Synop. Basil d. c. 71.*
n & ita duriùs punitur vilis, quàm nobilis. duriùs, in pœnis corporalibus: mitiùs, in pecuniariis.
o id est, transferri extra fines Romani imperij.
p εἰς τὸν βαρβαρικὸν 19. *Syn. 1. c. 73.* ad barbaricum *leg. 3. j. de fugitiuis: adde l. 2. j. de commerciis,* ad nationes barbaras *leg. vnic. j. de litorum & itinerum custod. lib. 12. titul. 45.* ad solum barbarum. *leg. 2. j. de Eunuchis.* Ammian. 18. visus in Barbarico miles: Festus Barbari antiquitus omnes gentes exceptis Græcis? vnde Plautus Nęuium poetam Latinum, barbarum dixit. Ita Paulus Græcos & barbaros opponit *epist. ad Romanos.* Idem Festus, Barbaricum, clamor est exercitus, quòd eo genere Barbari vtantur.
q liquamen γάρον 19. *Eclog. 1. c. 73.* cuius fit mentio in lege 3. §. 1. *D. de penu.* Cælius Aurelianus 2. *Chronic.* Garum quod appellamus liquamen ex pisce siluro confectum, *& paulò post*, Ex garo quod vulgò liquamen appellant. Cassiodorus in calce Geoponicôn λικουάμεν. Vopiscus *in Aureliano*, liquaminis sextarium vnum. Liquamen Syrorum lingua Muria dicitur, Acron. Oxygarum, liquamen acetosum *Apitius vide Cuiac. 9. obseruat. 9. in fin.* Garum autem dictum, à garo pisce ex quo primùm fieri cœptum: licèt postea fieri cœpit ex infinito genere piscium. Liquamen autem dictum, quod soluti in salsamento pisciculi, eundem humorem liquant, cuius liquor appellatur salsugo & muria. Muria autem aqua sale commixta, effectáque gustu in modum aquæ maris 20. *Isid. 3.* A garo γαρέψαι salsamentarij 3. *Harm.* 4. §. 33.
r ne alioquin degustationis causa illecti promptiùs inuadant fines Romanorum. Hoc enim modo Langobardos legimus à Narsete in Italiam pellectos: & Gall. ab Etruscis *Liui* 5. *adde Alci. 4. dispunct.* 11.
s μηδὲ ὅτι τῇ χρήσει αὐτῶν τῶν ἐμπόρων. i. ne quidem ad vsum ipsorum mercatorum, qui cōmercij causa ad barbaros proficiscuntur *Syn d. c.* 73.
t Barbari qui sint dixi ad *l. 6. in fin. D. de bonis damnatorum.*
u Constantinopolim intelligit: quam & sacram appellat *in l. 2. s. de naut. fœnor.*
x *v. l. 4. ff. ad l. Iul. maiest. Procop. 1. de bello Pers.*
y *adde & aurum l. 3. j. de fugitiuis.*
z Arma vel ferrum barbaris vēdens, proscribitur & capitali supplicio punitur: *vt hic & Syn. d. c. 73.*

DE EVNVCHIS[a].

Tit. XLII.

1. Imperator *Constantinus* A. Aurelio duci Mesopotamiæ.

SI quis post hanc sanctionem in orbe Romano eunuchos fecerit, capite[b] puniatur: mancipio tali, nec non etiam loco, vbi hoc commissum fuerit, domino sciente & dissimulante confiscando. †

2. Imp. *Leo* A. Viuiano præfecto præt.

ROmanæ[c] gentis homines siue in[d] Barbaro, siue in Romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusquam transferri iubemus: pœna grauissima statuenda aduersus eos, qui hoc perpetrare ausi fuerint: tabellione[e] videlicet, qui huiusmodi emptionis siue cuiuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit, & eo[f] qui octauam vel aliquid vectigalis causa pro his susceperit, eidem pœnæ subiiciendo. ¶Barbaræ autem gentis eunuchos extra loca nostro imperio subiecta factos, cunctis negociatoribus[g], vel quibuscunque aliis emendi || in commerciis || & vendendi, vbi voluerint, tribuimus facultatem.

DE[h] PATRIBVS QVI FILIOS SVOS DISTRAXERVNT.

Tit. XLIII.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* Augusti Papinianæ.

LIBEROS[i] à parentibus neque venditionis, [k] neque donationis titulo, neque pignoris[l] iure, aut aliquo[m] quolibet modo, nec suo prætextu[n] ignorantiæ accipientis in alium tranferri posse, manifestissimi iuris est.

Propter nimiam paupertatem egestatémque pater vendere potest & pignorare filium seu filiam.

2. Imp. *Constantinus* A. prouincialibus salutem.

SI[o] quis propter nimiam paupertatem egestatémque victus[p] causa filium filiámve sanguinolentos[q] vendiderit[r]: venditione in[s] hoc tantummodo casu valente

a *Nou.* 142. *Nou. Leon.* 60. b *l. 3. §. 4. D. de sicariis: Nouell. 142. c. 1.* † hodie fit liber *Nouell. Leon. 60.*
c vetat hæc constitutio, vt ne quisquam Romanus castretur, ne quidem extra solū Romanum? neve quis vllum Romanum castratum emat: sed vt emptor, venditor, tabellio, qui id genus emptionis conscripsit: & publicanus qui pro eo vectigal suscepit, puniantur. *Syn. Basi. 19. tit. 1.* περὶ εὐνούχων *c. 74. §. 2.* d In barbaro solo est ἔξω τοῦ ῥωμαϊκοῦ ἐδάφους extra solum Romanum *Syn. Basil. 19. tit. 1.* περὶ εὐνούχων.
e Tabellio, publicorum contractuum scriptor *l. 17. s. de fide instrum. l. 24. j. de testam. l. 1. j. vt nemo ad suum patrim.* συμβολαιογράφον appellat author *Syn. d. §. 2.*
f τελώνην vocat author *Syn. d. §. 2.* vectigal enim impositum erat venditioni eunuchorum *l. 16. §. 7. D. de publicanis.* g *adde l. 16. §. 7. D. de publicanis.*
h *l. 3. C. Theod. eod. tit. 3. Paul. 5. sent. 1. §. 1.*
i Romanis quondam licuit liberos ter vendere, Halicarn. 2. vinctos ad opus rusticum mittere, interficere *l. 10. j. de patria potestate.* sed id tandem degenerauit in imaginariam venditionem. Hodie apud Moscouitas, si verum est quod refertur à Sigismundo Libero, filij vendi possunt, nec fiunt liberi, nisi post quartam venditionem.
k *l. 1. l. 37. j. de liberali. l. 10. j. de patria potestate.*
l *v. l. vl. j. quæ res pign. adde l. 6. 7. 8. D. de pignoris.*
m *v. l. 12. s. de obligat.*
n *l. 39. §. 3. D. de euictionib. v. Cuiac. 16. obs. 29.* o *Syn. Basil. 19. tit. 1. c. 75. 3. Harm. 3. §. 100.* p victus pueri causa scilicet non patris.
q sanguinolentus *Hal.* & malè. Sanguinolenti, sunt recens nati *l. 1. in fi. C. Theod. de exposit. lib. 5. tit. 7. 6. Lactant. 20.* infantes à sanguine *l. 1. C. Theod. de his qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperint li. 3. ti. 8.* ἐξ ὠδίνων τῶν μητρώων 2. *Ælianus* 7. à matre rubentes *Iuuenal. satyr. 7.* à matre sanguinolenti. *Donatus in Andriam.* Sanguinolentorū etiam meminit Prudentius aduersus Symmachum. Iulius Capitolius *in Albino*, Exemptus vtero, quod contra consuetudinem puerorū qui nascūtur, & solent rubere, esset candidus, Albinus dictus est, *Hæc ille.* Qui puer ita exponebatur ἀπεργόντος 1. *Harm. vl.* quasi neglectus. *v. apud Cuia. 5. Paul. sent. 1. §. 1.* veterem formulam de infante sanguinolento à matriculariis (Gallicè. *Marguilliers*) inuento. adde de expositis *l. 4. D. de agnoscendis.*
r Potéstne pater egestatis causa filium pignorare? posse videtur *argumento l. 9. in fin. D. de pign. l. 2. C. Theod. de aliment. quæ inopibus parentibus de publico:* aliàs neutrum potest *l. 1. s. eo. l. 12. s. de obligationibus.*
s vendi liber homo regulariter non potest *vt hic*: nec obses dari: nisi pro publica causa: alias exceptione vide apud Felinum in cap. *ex rescripto de iureiur.* Socinum *reg. homo liber. 174. & 267.*

a Lex 1. *Cod. Theod. hoc tit.* negat renumerationem (sic legendum est potiùs quàm remunerationem) precij exposcendam. alij volunt reddi pretium cum adiectione quintæ *Nou. Valent. de patribus qui filios distraxerint.* sed hanc legem Constantini Iustinianus prætulit.

c Qui per vim coactus vendidit, potest restituto pretio, quod emptor obtinendi eius seruitij habeat facultatem. liceat autem ipsi, qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alij ad ingenuitatem eum propriam repetere: modò[a] si aut precium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro eiusmodi præstet.

DE RESCINDENDA[b] VENDITIONE.

Tit. XLIIII.

De vi.

1. Imp. *Alexander* Augustus Maroni.

SI[c] pater tuus per vim[d] coactus domum vendidit: ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est. malæ fidei[e] enim emptio irrita est. Aditus itaque nomine tuo præses prouinciæ, auctoritatem suam interponet: maximè cùm paratum te proponas id, quod precij nomine illatum est, emptori refundere.

De quantitate pretij.

2.[f] Imp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Lupo.

REm[g] maioris precij[h] si tu[i] vel pater[k] tuus minoris[l] distraxerit[m]: humanum[n] est, vt vel[o] pretium[p] te restituente emptoribus, fundum[q] venundatum recipias[r], auctoritate[s] iudicis intercedente: vel, si emptor[t] elegerit[u], quod deest iusto[x] pretio, recipias*. Minus autem pretium esse videtur, si nec[y] dimidia pars || veri || pretij soluta sit.

De alterutro contrahentium inuito & de fisco.

3. Iidem Augusti, Martianæ.

DE contractu venditionis & emptionis iure perfecto, alterutro inuito[z], nullo recedi tempore bona fides patitur, nec ex rescripto[a] nostro. quo[b] iure fiscum nostrum vti, sæpe constitutum est.

Si quis fundum magno pretio comparatum minoris distraxerit.

4. Iidem Augusti Eudoxio.

AD rescindendam venditionem. & malę fidei probationem, hoc solum non sufficit, quòd[c] magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esse commemoras.

De dolo, de bona fide, de maiori 25. annis.

5. Iidem Augusti, Rufo.

SI dolo[d] aduersarij deceptum venditionem prædij te fecisse pręses prouinciæ aditus animaduerterit, sciens contrarium[e] esse dolum bonæ fidei (quæ in[f] huiusmodi maximè contractibus exigitur) rescindi venditionem iubebit. Quòd si iure perfecta venditio est à maiore[g] vigintiquinque annis: intelligere debes, consensu mutuo perfectã venditionem resolui[h] non posse.

Si venditor duplum offerat pretij.

6. Iidem Augusti Gratiano.

NOn[i] est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras. Quamuis enim duplum[k] offeras pretium emptori: tamen inuitus ad rescindendam venditionem vrgeri non debet.

De militibus.

7. Iidem Augusti, Muracolo[l] || & aliis militibus. ||

RAtas[m] manere semper factas iure venditiones, vestra etiam interest[n]. nam si oblato pretio rescindere venditionem facilè permittatur, eueniet, vt || & || si quid vos || de || laboribus vestris à fisco[o] nostro vel à priuato comparaueritis, eadem[p] lege conueniamini, quam vobis tribui postulatis.

De dolo, de metu, de quantitate pretij.

8. Iidem Augusti, Euodiæ.

SI voluntate tua fundum[q] tuum filius tuus venundedit: dolus ex calliditate atque insidiis[r] emptoris argui debet vel metus mortis, vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum, quod paulo[s] minore pretio fundum venditum significas, ad rescindendam venditionem inualidum est. Quod si videlicet contractus emptionis atque venditionis cogitasses substantiam[t], & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum[u] gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente: emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium: profectò perspiceres, neque bonam[x] fidem, quæ emptionis atque venditionis conuentionem tuetur, pati, neque vllam rationem concedere rescindi propter hoc consensu finitum contractum, vel statim, vel post pretij quantitatis disceptationem, nisi[y] minus dimidia iusti[z] pretij, quod fuerat tempore[a] venditionis, datum esset, electione[b] || iam || emptori præstita seruanda. Dat. Kal. Decemb. CC. Conss.

De pecoribus pro pecunia in solutum datis errorem facta.

9. Iidem Augusti, Domitio.

PRetij causa non pecunia numerata, sed pro ea pecorib.[c] in solutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus.

b *dixi 18. D. 5.* accepit, venditionem per vim factam rescindere nec id tantum ipse verum etiã ipsius heredes. *Syn. Basil. 19. tit. 10. c. 57. 3. Harm. 3. §. 79.*

d *leg. 6. D. de off. præsid. l. 8. j. eod. l. 11. s. de cantrah. empt. 3. Harm. 3. l. 10. j. de dist. pign.*

e Malæ fidei emptio, non est emptio, *l. 6. j. de præscript. longi temporis*, aliud in stipulatione: nã malæ fidei stipulatio, est stipulatio, nec nisi per exceptioné excluditur *l. 36. D. de verb. oblig. v. Cuiac. 8. obs. 10.*

f huic legi coniunge legem 8. j. *eod.* Nouellam Romani: Harm. 3. *tit.* 3.

g An mobilem? dicam ad *l. 8. j. eo.*

h quod quidem consideratur tẽpore venditionis *l. 8. in fin. j. eo.*

i maior annis scil. vel minor, cum decreto tamẽ *l. 11. j. di præd. min.*

k Beneficiũ huius legis secundæ competit heredibus.

l ita vt nec dimidia pars veri precij accepta sit.

m Beneficiũ huius legis 2. competit venditori. An etiam emptori? dixi ad *l. 1. §. sed si emerit 13. D. si quid in fraud. patro.* Cuiacius certè negat beneficium huius legis porrigi ad emptoré *16. obseruat.* 18. Quo nomine reprehensus à Roberto 2. *Animaduers.* 13. defensus ab Antonio Mercatore 2. *notat.* 13. Obiectio ita formari potest, Datur hoc beneficium in omnibus bonæ fidei contractibus *l. 3. in fi. s. communia vtriusque* 1. datur ei qui rẽ æstimatam accepit *v. l. 6. j. soluto.* Ergo & emptori *d. §. 13. l. 46. in fi. D. de solutionibus.* An ei qui permutauit? *dixi ad d. §. 13.* An locatori? *dixi ad l. 14. s. de vsuris.* An conductori? *dixi ad d. §. 13.* An transigenti? *dicam j. eo.* An ei qui fundum nimis æstimatum in solutum accepit? datur *v. quæ notaui ad l. 6. j. soluto.* An in omnibus bonæ fidei contractibus? datur *l. 3. in fin. s. comm. vtriusque iud.* An diuidenti? *v. l. 3. s. com. vtriusque*, An aliis etiam casibus? v. Molin. *quæ. 14. de vsuris.* An in feudi concessione ex emphyteusi, & adiudicatione facta creditori? Non idem *Soci. reg. l. 2. C. de rescind. vendit. an & quando locum non habet 226. & regula, venditio vltra dimidiam iusti pretij regulariter non valet. 436.*

n aliud enim dicendum stricto iure videtur, propterea quod venditor semper pręsumitur, nosse verum pretium rei suæ: *l. 15. j. eo.* verum humanitas repugnat *l. 18. in fin. D. soluto.* Quid, num perpetuò id verum est, vt ob inæqualem dimidij rationem rescindatur venditio? negatur perpetuum. ideóque dicitur non admitti rescissio, quotiescunque alienatio facta fuerit decreto iudicis: *l. 1. j. de prædiis: l. 2. s. de fide instrum.* non admitti quoque post triginta annos. Sed tamen Harmen. ex Nou. Romani Cæsaris *3. tit. 3. §. 80. & 83.* refert, actionem ex hac lege intra quadriennium instituendam esse. Item non admitti propter auctum (à tempore venditionis) rei valorem *l. 8. in fi. j. Mynsingerus 2. respons. 12. num. 30.* vel si res iussu testatoris sit vendita *v. quæ scripsi ad l. 49. §. 8. D. de legat. 1. Tiraq. de retractu §. 24. gloss. 1. nu. 4.* si transactione res alienata. *idem ibid. gloss. 9. nu. 107. Idem Socin. reg. 226. & 436. adde l. 65. D. de cond. indeb. l. 15. §. 3. D. de re iudicata.* quod vltimum improbatur à Speculatore *li. 4. parte 3. rub. de resc. vendit. num. 14.* Mouetur autem quòd in transactione receptum sit, vt pro modico magnum amittamus. *arg. l. 8. D. de transact.* Hoc etiam improbatur ab Imberto *in enchiridio* Mouetur *l. 36. in fi. ff. de verb. obl. adde l. 5. s. de dolo.* Tiraquelli sententiæ accedit vsus Gallię & edictum Caroli 9. latum ann. 1563. teste Papone *2. Notar. 9. c. de exception. fol. 628.* Volunt etiam non competere beneficium huius legis ei qui rem alienauit, cum iuramẽto de re nunquam reuocanda *l. 8. §. 3. D. de condit. instit. Rol. à Valle 1. consi. 59. nu. 5. & nu. 18. Socin. d. loco.* sed nec ei qui sciens verum rei suæ valorem, deceptus sit vltra dimidium iusti pretij. Cur ita id receptum, vide eundem *ibid. nu. 10. & seq.* sed nec ei qui donauit emptori residuum pretij (Galli appellant, *la plus value*) Idem si ad publicum incantum, hoc est, publicè & decursis hastis res vendita est *l. 6. l. 8. j. de remiss. pign.* si per iudicẽ res debitoris creditori adiudicata, *l. 15. §. 3. ff. de re iudicata.* si ab alio, quam ipso rei dominio, res ipsa vendita est: Idem esse, si venditor renunciauit beneficio huius constitutionis *arg. l. 14. in fi. ff. de ædilitio l. si quis in conscribendo s. de pactis. Socin. d. reg. 226. & 436.*

o nota petitionem alternatiuam ei vtilem, qui ob iniquum pretium, venditionem rescindi postulat.

p acceptum.

q Hæc particula, vt & *l. 8. j. eo.* innuit. Non quarumuis rerum venditionem, ob inæqualitatem pretij, rescindi: sed immobilium. An & mobilium? Cuiacius negat *16. obse. 18. in fi.* Molinæus *§. 22. nu. 47. consuetud.* hanc legem ait admitti in rebus mobilibus pretiosis duntaxat, nõ aliis. Quam sententiam vsu Galliæ receptam, etiam aduersus minores, defendit Mercator elegantissimè, *Notar. 12. in fi.* Robertus *2. animaduer. 12.* in omnibus rebus mobilibus locum habere ait. Fatetur tamẽ propter rem vel summam minimam, non concedi restitutionem *l. 4. D. de restit. in integ. l. 10. l. 11. l. 12. ff. de dolo l. 54. ff. de cantrah. empt.*

r quid si chasmate periit, aut deterior casu factus? non liberatur debitor, sed aget emptor, si volet, ad supplementũ iusti pretij. *Abbas Siculus in c. cum dilecti. extr. de emption. Cremensis singulari 84.*

s non proprio venditoris arbitrio aut ipso iure rescinditur iniqua emptio, sed authoritate iudicis intercedente.

t Idem in eius libris *Syn. Basi. 19. tit. 10. c. 58. 3. Har. 3. §. 80.*

u Datur ea electio emptori, vt vel fundum cõparatum restituat recepto pretio quod numerauit: vel venditori id quod deest iusto pretio refundat. & ita electio emptori auferri non debet à venditore, quantumuis cupido rei suæ recuperandæ *l. 8. in fi. j. eo.*

x Iustum pretiũ reducendum est ad tempus venditionis *l. 8. in fin. j. eod.* Iustũ pretium rei, nõ est eius dimidium: sed integrum & verum. *adde quæ dixi ad l. 50. ff. de furtis. v. Fornerium 2. select. 19.* Quod deest iusto pretio hic supplendum est: ideóque non audiendus est emptor dimidium iusti pretij offerens. At enim obijcies illa Harm. d. loco, ἀντιστρέφει (loquitur de emptore) τὸ ἐνδέον τοῦ ἡμίσεως, i. id quod deest dimidio. & ita iudicatũ refert Masuerius apud Ferrariensem *in forma libelli in causa venditionis 37. summ. 4. in verbis, quæ & qualis fol. 317.* ab ea sententia videtur non abludere Robertus *d. loco ca. 13.* Mercator *d. 13.* notat mendũ esse apud Harm. legendũ esse ex No. Rom. τὸ ἐνδέον τοῦ τιμήματος hac proportione, vt si res digna XX. vendita fuit VIII. non satis sit duo restitui, vt decem, i. dimidia efficiatur, sed XII. vt verum pretium, id est summam XX. efficias. An eadem proportio in emptore? v. scholiastem Harmenopuli *d. loco.* v. Mynsingerum *4. obs. 73.*

y ob non dimidiam iusti pretij, contractus rescinditur: nec tamen satis est id quod dimidio deest suppleri, vt superius dixi.

z *l. 7. j. eo. l. 5. s. de oblig.* a *l. 12. s. de rei vind. l. 5. j. de donat.*

b Princeps, subdito inuito à cõtractu cum eo inito, recedere non potest *adde l. 7. j. eod.* c non si rem magno pretio comparaui, vili distraxi, ideo rescissioni locus dabitur. d *l. 8. j. eod. l. 8. j. de distr. pign.*

e Dolus contrarius bonæ fidei. f Bona fides in emptione exigitur.

g quid si à minore? distinguendum est, an ipse an cum decreto vendiderit.

h Symmachus, vox iuris & legum est, Bonæ fidei contractum non rescindi.

i *Syn. eo. c. 62. Har. eo. §. 85.* k *Harm. 3. adde l. 63. ff. ad l. Falcidiam.* i. pretium conuentum & tantundem. l Mucatraulo *v. Cui. ad l. 4. j. de iure fisci.*

m *l. 3. s. eo. l. 54. ff. de contrahend. empt.* n propter metum talionis. o *v. l. 3. s. eo.*

p *v. D. quod quisquis iuris. l. 41. D. de regulis.*

q dixi superius, hanc legem pertinere ad res mobiles pretiosas, quales sunt margaritæ, bona mobilia per auersionem vendita, emptio sectionis nemorum *v. Molin. 3. consuet. 22. nu. 47.*

r Dolus ex insidiis probari debet. ex insidiis ἀπὸ ἐπιβουλῶν *Syn. Basi. 10. tit. 3. cap. 46.* qualitate facti *l. 10. j. eo. adde l. 4. s. eo. adde l. 10. 11. j. eo. v. l. 13. s. de transf. l. 5. s. de his quæ vi metúsve.* s *v. l. 54. ff. de contrah. empt.*

t Circumscribere alius alium in emptione & venditione χαλφύσιν natura & iure potest *l. 16. §. 2. ff. de minorib. l. 22. in fi. ff. locati.* non tamen vltra dimidium iusti pretij & hoc in maioribus: minor enim deceptus infra dimidium iusti pretij restituitur *3. Harm. 3. §. 81. 82. Syn. Basi. 19. tit. 10. c. 64.*

u Nota votum venditoris & emptoris. x Bona fides emptionem & venditionem tuetur. y *dixi ad l. s. eo.* Deceptio ad dimidium vsque iusti pretij inter maiores permissa: cum minore non permissa *vt s. dixi.* Interdum sufficit dominum deceptum in sexta parte pretij: vt si per procuratorem vendidit. *v. Socin. reg. 226. 436. Bart. in l. si societatem §. arbitrorum l. vnde D. pro socio.*

z de iusto pretio *v. l. 50. D. de furtis.*

a propter augmentum rei venditæ emergens à tempore venditionis, non datur restitutio, his adde quę dixi ad *l. 16. l. 23. s. de vsur.* Facit etiam ad quæstioné augmenti & decrementi monetarum, vbi agitur de mutuo reddendo, aut reditu annuo prestando in pecunia vel frumento, adde Rolandum *à Valle 1. consi. 49.*

b *dixi ad l. 2. §. eod.* c *v. l. 17. j. de solutionibus.*

De

a *v.l.8.§.eo.* b id est, vtilitate pretij. c Imò æstimatur *v.l.13.§. de transact.* d Venditor de dolo emptoris tum queri potest, quum dolum tempore contractus ignorauit. quippe si dolum sciens, contraxit, non amplius ei succurri potest. Si verò pretium, de quo conuenit, non solutũ probetur, vel cautũ fuerit, vt in quantitatẽ debiti per errorẽ facti cõpensaretur, rectè hoc reddi postulatur. *Synopsis Basilic. 19. tit. 10. cap. 67.*

De dolo.

10. Iidem August, Seuero.

DOlus emptoris qualitate[a] facti, non quantitate[b] pretij æstimatur[c]. Quem si fuerit intercessisse probatũ: non aduersus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei vendicatio venditori: sed cõtra illum, cum quo contraxerat in integrum restitutio competit.

De pretio non soluto, de compensatione per errorem facta.

11. Iidem Augusti, Magnæ.

VEnditor[d] factum emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tempore scierit[e], quo id ageretur, & consensit, de dolo queri potest. Igitur cùm patrem tuum, vt maius comprehenderetur instrumento pretium, quàm rei, quæ distrahebatur, esse conuenerat, consensisse profitearis, propter hoc solùm de circumscriptione frustra queritur. 1 ¶ Sanè si placitum pretium non probetur solutum, vel in quãtitatem debiti per errorem facti compensari cautum fuerit: hoc reddi rectè postulatur.

De eo qui vrgente debito distraxit

12. Iidem Augusti, Antiocho.

NOn idcirco minus venditio fundi, quod[f] hunc[g] ad munus sumptibus necessariis[h] vrgentibus, non viliore pretio, vel vrgente[i] debito te distraxisse contendis, rata manere debet. || Ab || illicitis itaque petitionibus abstinẽdo, ac pretium, si non integrum solutum est, petendo facies consultius.

Si Socer venditoris ementi denuntiauerit ne compararet.

13. Iidem AA. & CC. Nicæ.

SI maior[k] annis vigintiquinque fundum distraxisti, propter hoc solũ, quod ementi, ne compararet, socer tuus denunciauit[l] emptionem ||factam|| à te rescindi bona fides non patitur.

Si emptor pacto non satisfecit.

14. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

EA conditione distractis prædiis, vt quod reipublicæ debebatur, qui comparauit, restitueret: venditor à se[m] celebrata solutione, quanti interest, experiri potest: non[n] ex eo, quòd emptor non satis conuentioni fecit, contractus irritus constituitur.

De quantitate pretij.

15. Imppp. *Gratianus, Valentin. & Theod.* AAA. ad Hypatium PP.

QVisquis maior[o] ætate[p] prædia etiam[q] procul posita distraxerit: paulo[r] vilioris pretij nomine, repetitionis rei venditæ copiam minimè consequatur: neque || enim || inanibus immorari sinatur obiectis, vt vires locorum sibimet causetur incognitas[s] qui familiaris[t] rei scire vires vel merita atque emolumenta || ante || debuerat. Dat. VI. Kal. Maij, Merobaude II. & Saturnino Conss. 83.

De subhastatione ob publicæ rationis necessitatem.

16. Imppp. *Valen. Theod. & Archad.* AAA. ad Magillum[u] vicarium Africæ.

SI[x] quos debitorum[y] mole[z] depressos necessitas publicæ rationis adstringat proprias distrahere facultates: rei qualitas, & redituum[a] quantitas æstimetur: nec sub[b] nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, vt, possessionibus viliore ||pretio|| distractis plus exactor[b]

e Scienti & cõsentienti nõ infertur iniuria. f ὅτι χρέων ἢ λειτουργιῶν ἐπικειμένων πέπρακε, hoc est, Non potest venditor hoc pretextu irritam facere vẽditionem, si dicat , se debitis aut onerib. functionum publicarum vrgentibus vendidisse. *Synopsis eo. c. 68.* g *ita legerẽ hunc locum.* quod hũc non viliore pretio, sed ad munus, sumptibus necessariis vrgentibus vel vrgente debito vt muneris voce λιτουργίαν intelligamus: debiti voce χρέος. h Venditio facta viliore pretio propter munus publicũ, vel vrgẽs debitum, nõ rescinditur, ea est tamẽ causa propter quã solet restitutio indulgeri *l. 16. C. eo. l. 1. C. de prædiis decur. l. 2. C. sine cẽsu v. Cuia. 16. obs. 18.* i *l. 4. C. de pignor.* k *l. 5. §. eo.* l Denunciatio eius cuius non interest rẽ vẽdi, non officit venditioni. m Venditio nõ rescinditur, ex eo quod emptor non soluit tributũ vti conuenit. n *v. quæ notaui ad l. 1. in f. D. eo. & l. 8. §. de contr. empt.* Imò irritus cõstituitur *l. 6. C. de pactis inter empt.* o Quid si minor? restituitur in integrum vt minor, deceptus infra dimidium. p atque administrandis familiarũ suarũ curis idoneus cõprobatus *l. 4. Cod. Theod. de contra. empt. & ibi interpres.* q *v. l. 1. §. de contrah. empt.* r Vẽditio facta paulo viliori pretio, non rescinditur *l. 1. C. de præscr. 30.* s interdum tamen vires facultatũ suarũ quis ignorat *§. 3. vers. præualuisse. Inst. qui manumittere.* t Bonus pater familias nosse debet pretia rerum suarum, etiam procul sitarum: neque ferendus est, si dicat earum rerũ æstimationem ignorasse, cùm eas venderet. suarum, inquam, quas sc. diu possedit, diu tractauit, non de recenti *arg. l. 4. §. de hered. l. 10. D. qui & à quib. manumit.* u ad Magnillum *10. Cod. Theod. de fide & iure hastæ tit. 17.* x *l. 3. Co. Theodos. de fide & iure hastæ lib. 10. tit. 17.* y Qui debitorum mole oppressus distrahit, prætextu coactæ venditionis non iuuatur *l. 2. §. eo.* iuuatur tamen, si res eius iniquo pretio venditæ sunt. z μεγέθει. magnitudine. *Synopsis eo. ca. 72.* a Ex redituum quantitate, dignoscitur quantitas veri pretij: idq; fit iusta & æquabili proportione *v. Molinæum de vsur. nu. 115.* & ita, rei reditus nota est, eius pretij. b Datur restitutio aduersus subhastationem iniquam & fraudulenter initam. c ὁ ἀγοραστὴς emptor. *Synopsis eo. c. 72.* d *l. 3. C. de iure fisci:* ex gratiosa emptione. *l. 2. C. de iure hastæ.* gratiosa, inquam, i. iniqua. e Itaque quum æris alieni causa venditio publica fit, verum pretium venditori præstari oportet. *Synopsis d. c. 72.* f id est, quantum res ipsa valuerit. g Gratiosa auctio, *vt hic*, gratiosa emptio *d. l. 2.* gratia *d. l. 3.* h Gratianus, Valentinianus, & Theodosius *l. 8. Cod. Theod. de contrah. empt.* i *l. 8. C. Theodos. eo.* k Munera ciuitatum, debita curiæ seruitia & patriæ, Scholiastes *d. l. 8. C. Theodos. interpretatur.* l ciuitatum, prouinciarúmque destituunt *l. 8. C. Theod. de contrah. empt.* m *l. 51. Cod. de decurionib. l. 1. C. si curial. rel. ciuit.* n *l. 15. D. de donationib. v. l. 7. §. 2. D. de bon. damnat.* & ita furtiua alienatio facta à curiali, refugiente onera suę patriæ, reuocatur. o & se ad debita seruitia reuocandos.

d. Scholiastes. p Nota casum in quo emptor cogitur rem emptam restituere, etiã si pretium rei ei non reddatur. Idem fit in *l. 11. §. de his quæ vi. vide Cuiac. 16. obs. 13.* q Palatini res priuatas principis administrant sub Comite rerum priuatarum *§. eo. in epigraphe:* ideoq;, Comites, res principis distrahere: Palatini comitis, res emere vetantur. Emere, inquam, citra auctionem *l. vlt. C. de fide & iure hastæ.* Eodem modo tutor ex auctione pupilli emere potest *l. 2. §. 8. ff. pro empt. l. 5. §. de contrah. empt.*

ex gratia[d], quàm debitor ex pretio consequatur[e], Hi postremo, sub empti titulo, perpetuo dominij iure potiantur, qui tantum adnumerarint fisco, quantum[f] exegerit vtilitas priuatorum. Etenim periniquum est, vt alienis bonis sub gratiosa[g] auctione distractis, parum accedat publico nomini, cùm totum pereat debitori. Datum XIII. Kalend. Iul. Aquil. Acc. Id. Ian. Hadrumeti, post cons. Tatiani & Symmachi. VV. CC. 391.

De his qui munera fuga destituunt, vel contractus furtim ineunt.

17. Impp. *Arcadius*[h] & *Honorius* Augusti, Messalæ.

HI[i] qui imposita munera[k] ciuitatum[l] fuga[m] destituunt, vel ineundos furtim[n] existimãt esse cõtractus: intelligant, sibi[o] nihil hæc profutura esse commenta, & pretio[p] emptorem || fugæ cõscium || multandum esse, quod dederit. Datum XII. Kalend. Septemb. Theodoro V. C. Cos. 399.

De Palatinis.

18. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodos.* AAA. Nestorio comiti rerum priuatarum.

VEstium, auri, & argenti, seu mancipiorum coemendorum, si quãdo à priuatis nostris ea contigerit venundari, palatini[q] sciant sibi copiam denegatam: pœna in eos amissionis pretij exerenda.

QVANDO[r] LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE[s].

Tit. XLV.

Re integra contrario consensu ab emptione disceditur: re verò non integra, actus priori similis requiritur. Sal.

1. Imp. *Cord.* A. Rufino.

REm quidem integra[t] ab emptione & venditione, vtriusq; partis consensu recedi potest. Etenim quod[u] consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissoluitur[x]. At enim post traditionem[y] interpositam nuda voluntas non resoluit emptionem, si non actus quoque priori similis[z] retro agens venditionem intercesserit.

2. Impp. *Dioclet. & Maximianus* Augusti, Felici.

PErfectam[a] emptionem atque venditionem re integra tantum pacto & consensu[b] posse dissolui constat. Ergo si[c] quidem arræ[d] nomine aurum datum sit: potes hoc solum secundum fidem pacti recuperare[e]. Sin verò partẽ pretij persoluisti ad ea[f], quæ venditorem ex venditione oportet præstare, magis actionem, quàm ad pretij quantitatem[g], quam te dedisse significas, habes.

SI PROPTER PVBLICAS PENSITATIONES[h] VENDITIO FVERIT CELEBRATA.

Tit. XLVI.

1. Imp. *Antoninus* A. Materno.

VENDITIONEM ob[i] tributorũ cessationem[k] factam reuocari non[l] oportet, neque priore domino[m] pretium offerente, neq; creditori eius iura hypothecæ siue pignoris ||præ-

r *l. 18. ff. 5. 3. Harmenop. 3. ca.* περὶ συνφωνίας. s re integra, vtriusque consensu scilicet. t *l. 2. C. eod. l. 2. D. de rescindenda*, integris omnib. *l. 58. D. de pactis.* re nondum secuta *l. 7. §. 6. D. de pactis:* nondũ tradita. Fideiussoris datio impedítne quominus res sit integra? non impedit *l. 95. D. de solutionibus*, è contrario, contractus esse potest sinè fideiussore *l. 12. §. de contrah. empt.* Quid arra? *v. l. 2. C.* u *v. l. 80. in fi. de solutionibus.* x nuptias excipe *l. 8. C. de repudiis.* y vel post pretium solutum *l. 2. ff. de rescind.* z Quæ rei interuentu cõtrahuntur, re debẽt resolui. Re traditio, resoluit traditioné: nuda verba nõ resoluunt *v. l. 35. ff. de reg. iur.* Consensus, consensũ tollitur: vt & verba, verbis contrariis tollũtur. a id accidit, quotiès simulatè de pretio cõuenitur *Instit. de empt. in pr. l. 9. §. de contrah. empt.* b mutuo sc. nõ vnius. cogitur enim venditor rem præstare, etiam inuitus, *l. 11. §. 2. D. de act. empt.* c *Synopsis Basil. 19. tit. 5. c. 22.* d Quid, Arræ datio, num rem deintegrat, aut efficit, vt res nõ sit integra? distinguendũ est. Si datur vt pars pretij, res non est integra. Est integra, si vt symbolum venditionis, *vi. quæ notaui d. l. 35. D. de act. empt.* Vt pars pretij intelligitur dari, si aurũ seu pecunia numerata arræ nomine detur *l. vlt ff. de lege cõmiss.* Arra, nõ vt pars pretij datur, si aurũ detur *vt hic*: vel annulus, *l. 5. §. 15. ff. de instit: l. 11. §. 6. ff. de act. empt.* Nec enim annulus ad id est inuentus, vt res æstimet ad instar pecunię: cũ etiã id accidere possit, vt maioris pretij annulus detur arræ nomine, q̃ res empta valeat *adde quæ notaui ad l. 17. §. fide instru.* e Arræ cõdicuntur condictione sine causa *d. §. 6. l. 3. C. de act. empt. adde l. 3. C. de sponsalib.* f *de quib. v. l. 11. ff. de actio. empt.* g condicendam sc. Emptor post illatam pretij partem, eam condicere non debet: sed agere ex empto *d. l. 11.*
h i. διὰ δημόσιον χρέος 19. *Synopsis 13. l. 52. ff. de act. empt. & lib. 10. tit. 21. C. de accipiendis & distrahend. pignor. tribut. caus.* i διὰ δημόσια χρέα *Synopsis Basi. 19. tit. 13. c. 1.* διὰ δημόσιον χρέος. 3. *Harmenop. 3. §. 95.* ob debitũ vel debita fiscalia. k Nũ biennij, ad instar ecclesiæ? *Nou. 7. c. 3. §. 2.* cui fiscus cõparatur, *Nou. 6.* Num arbitrariã, cùm dies non definiatur à lege? *l. 21. ff. de iudiciis: l. 1. in fi. ff. de iure deliberãdi.* An sex mensiũ, ex *l. 10. C. de annonis?* An 30. dierum *vt l. 5. C. de erogat. milit. annon. l. 7. in fi. ff. de publican.* Placet secunda sententia. l *l. 8. C. de remiss. pignor.* Oratione tamen D. Marci & Cõmodi intra quinquénium potest dominus vindicare *Harmenopul. d. loco: Theophil. §. 14. Inst. de vsucap.* Synopsis Basil. *19. tit. 13. ex lib. 10. tit. 19. c. 2.* vbi tamẽ Scholiastes, quadriẽniũ tantum dari notat. Verum noua Zenonis constitutione, emptor statim securitatem consequitur: nec rei nomine conuenitur amplius, nisi per collusionem & fraudem emerit. *Synopsis ibid. l. 2. C. de quadr. præscript. l. 3. C. de iure fisci.* Ideoque Zenonis constitutio, tãnquam posterior valere debet. *Scholiastes ibidem.*
m *l. 2. C. si antiquior creditor.*

a Aliud erit, ſi ante rem vēditam debitum fiſco obtulerit, & in eius locum ſubrogatus fuerit *l.2.j.de his qui in prior credit.* b *προτιμότερός ἐστιν ὁ δημόσιος* omnibus potior eſt fiſcus *ſynopſis & Harmenop.d.loco.* c in ipſis bonis ſc.tributariis. An in aliis? non puto, niſi debitor antè fuerit fiſco obligatus *j.eo.l.2.j.de priuilegio fiſci*: & ita intellige *l.1.j.ſi antiquior creditor.* d ſi quis res occupatas eius, qui in tributorum ſolutionibus ceſſat, & apud iudicē eo nomine interpellatus fuerit, publicè comparauerit, firmiter eas retinet. *ſynopſis Baſil. eo.c.3.* e *l.8.in fi.j.de remiſſ pignor.* f Bona debitoris fiſci vendi nō debent, ſine authoritate præſidis: aliàs, res vēdita reuocabitur *l.2.j.ſi vendito pignore.* g In præiudiciū poſſidētis nudo facto, citra ius, nihil agi poteſt, niſi eo pręſente. Poſſeſſio, etiam iniuſta, nemini auferenda ſine cauſæ cognitione. h ad Egnatium Fauſtinum *l.2.C.Theodoſ.de diſtr.pignor.lib.11.* i *l.2.Co.Theodoſ. de diſtrahendis pignoribus.* k Aduerſus infantes & minores ita agi ſolet. Infans citari nō poteſt, ſed eius curator *l.1.D.de adminiſt.tut.* Supra infantiam & ſeptimum annū cōſtitutus, citari poteſt: ſed cum tutore, ſi habet *d.§.2.* Si non habet, actor compellit adoleſcentem ad petēdos ſibi curatores *l.7.§.2. D. de minorib.* aut potius iudex interpellādus, vt det curatorē, niſi ipſe iā ex officio dederit *v. quæ notaui ad l.4. §.6. D. de damno*: ne alioquin pro abſente habeatur *l.10. D.ex quibus cauſ.* vel peremptorium impetratū nullius ſit momēti *l. 54.ff. de re iudicata.* ideóq; exiſtimo expungendā negationē in *l.5. D. de reb.author.iud.* eo ſenſu, Bona pupilli poſſe diſtrahi pręſente defenſore & à iudice dato. l Ea vis eſt & fides haſtæ fiſcalis, vt ſi rectè facta ſit, nec reſcripto principis, nec beneficio ætatis, aut vlla alia ratione conuelli poſſit *l.8.j.de remiſſ.pign.* niſi minor ſit indefenſus. & ita reſtringe legē *5.j.de fide & iure haſtæ.* m Summę rei procurator, Cæſaris procurator. *ὁ τῆς μεγίστης περιουσίας προεστηκὼς* dixi *ad l.7.C. vbi cauſæ fiſcal.* n rector *d.l.2.C.Theod.* o deleget, ſi etiam in hac debitores fortè ceſſauerint cōditione iuris expreſſa *d.l.2.* p *11.C.Theod.3.* De fundo vendito ſine cēſu: *ἄνευ τέλους 19. Ecl.14.* q Cenſus, eſt tributū, vectigal, publica penſitatio, onus agrorū non perſonarum *l.3.j.de annonis & tributis: l.7.D.de publicanis: adde quæ dicam j. de cenſib. vide Ferrarienſem in forma libelli ad ficti præſtationem in verbo fictū.* r Eadem penè verba extant in lege 11.s.*de pactis.* ſed in ea ita legitur, vt creditorib. quibus fuerāt prædia obligata, vſuras ſoluerent. igitur differt caſus d. legis 11. ab hac lege. dicta lex 11. refertur ad vſuras creditorib. priuatis præſtandas: hęc lex ad tributa fiſco perſoluenda. ſ Venditoris pactione effici non poteſt, nē emptor tributa fundi agnoſcat *l. 42.D.de pact.l.2.j.eo.l.vlt.j.de fundis priu.l.2.j.de diuerſ præd.* t ex empto Hot. *ad l.11.s.de pact.* u hanc negationē expunge, ex *d.l.11.in f.v.Hot.ibid.* x *l.1.C.Theod.eo.* y hîc interpolatur integra penè ſententia *l.1.C.Theo.ſine cenſu.lib.11.tit.3.* z captati *d.l.1.C.Theod.* a aliquorum nomen *d.l.1.C.Theod.* b Nam venditor plerumq; neceſſitate rei familiaris compellitur vēdere pretio minore *l.2.l.12.l.16.s. de reſcin.l.1.j. de præd.decuriō.* Saluianus *5.de prouidentia*, inopiam penes venditorem eſſe. eamq; ob cauſam volunt beneficium *l.2.s.de reſcinden.* ad ſolos venditores pertinere non ad emptorē: qua de re *ibid.* dixi *adde Cuia.16.obſ.18.* c fundos optimos *d.l.1.C.Theod.* d comparant & electos *d.l.1.C.Theod.* e *v.l.1.s.eo.* f hoc genere *d.l.1.C.Theo.* g etiam præteritis. eo ſenſu, Emptorem fundi fiſco obnoxium eſſe, tributorum etiā præteritorum cauſa *l.7.D.de publicanis.* h Hæc quæ ſequuntur deſunt *d.l.1.Co.Theod.* deſumpta ſunt tamē ex *l.2.C.Theod.de contr.empt.lib.3.tit.1.in pr.* i nota regulam. k i.debet. eo ſenſu, Conueniri primo loco emptorem fundi tributarij, tanquā poſſeſſorem: ſecundo venditorem, quaſi fideiuſſorē. & ita abſque fiſci præiudicio collatores inferunt, quæ diu præſtiterunt. l *l.3.C.Theo.hoc tit.* m *τὰ δημόσια τελέσματα. ſynopſis Baſil.19.tit.14.* n *l.42.l.52.D.de pactis.* o De profeſſione cenſuali dixi *ad.l.6.s.de fide inſtrument.* p *dixi ad 18.D.6.* q Periculi nomine, in homine, mors intelligitur *l.vlt.j.eo.l.18.D.eo.* fuga *§.3.Inſtit.de empt.* vulnus *d.§.3.* furtum *l.35.§.4. D. de contrah.empt.* In agro, chaſma, inundatio *l.10.in fi.D.eo* alluuio, ſeu potius deluuio *l.7.D.eo.* arborum deiectio *l.9.D.eo.* In vino, acor & mucor *l.9 l.6.D.eo.l.12.j.tit.prox.* in ædibus, incendium *l.5.j.eo.l.11.ff.eo.* r *εἰς κέρδος καὶ ζημίαν τοῦ ἀγοραστοῦ* ad lucrū & damnū emptoris *ſynop.Baſilic.19.tit.16.§.12.3.Harmenop.3.§ 17.l.5.j.eo.l.7.l.8.D.eo.§ 3.Inſtit.de empt.l.12.j.tit.proxim.* ſ *ὁ πρατήρ* i.venditor. *ſynopſis & Harmenop.d.loco vt l.3.j.eod.* t id eſt, poſtquam res empta alterius eſſe quàm vēditoris pronūciata fuerit. & hoc beneficium ordinis, venditori competens diligenter notādum. u *l.vlt.j.eo.l.3.s.de ædilit.act.* nā venditor tenetur de euictione ex cauſa præcedente, *vt hîc*: nō ſubſequēte: qualis eſſe poteſt euictio facta principis auctoritate *l.11.D.de euict.* x *v.titulum de euictionibus.* y Denunciare venditori, *Sommer à garant ſon vendeur.* Notanda eſt diligenter hæc cautio emptoribus, cuius etiam fit mentio in *l.8.j de euictionib.* & aliis locis de quibus *ibid.* dicam. z Venditionis pretium interdum conſtituitur in ſingulas amphoras, in ſingulas metretas, & ſingulas libras, in ſingulos modios *l.35.§.5.D. de contrah.emp.* in ſingula dolia *l.1.§.1.in f.D.hoc tit.* Cui generi venditionis contraria eſt ea venditio, quę fit vno pretio *d.§.5.* quæ non fit ad menſuram *j.eo.& d.§.1.* quæ fit vniuerſim *in f.eod.* quæ fit auerſione *l.4.§.1.& 2.D.eo.l.62.in fi.ff.de contrah.empt.* Auerſione vendere, *vendre en gros, en bloc.* Cuius rei notanda eſt differentia *vt infr.dicetur.* a *l.14.D.eod.* b Cur ita? quia huiuſmodi venditio videtur ſub hac conditione fieri, vt in ſingulas metretas, aut ſingulos modios, quos, quáſve admenſus fueris: aut in ſingulas libras, quas adpenderis: aut in ſingula corpora, quæ adnumeraueris, pretium ſoluas *d.§.5.* Id eſt, videtur ita conuentum, non prius perfectam eſſe venditionem, quàm admenſio, ponderatio, vel numeratio fieret.

c De horreis, & quid eorum vſus apud veteres, dixi in *l.7.ff.de inſtruct.*

d cellæ vinariæ *adde l.1.j.de crimine expilatæ: l.74 D.de contrah.empt.* Res ita habet. Vini in ſingula dolia venditi periculum acoris & mucoris pertinere ſtatim ad emptorem poſt deguſtationem, & approbationem, cuius nota eſt conſignatio *l.1.§.2.l.14.in f.D.eod.* niſi venditor, de bonitate vini adfirmauit, cuius tamen bonitatem ſciebat intra paucos dies mutatam iri. Eo enim caſu, ni emptorem vitij admonuerit, venditoris erit periculum *l.15.D. eodem.* quam ſpeciem non illibenter extenderem ad debitorem, qui ſciens edicto publico monetam ſublatam iri, paulo ante edictum, debiti cauſa creditori eam obtulerit. vt ita reſtringas legem *102. D. de ſolutionibus.* Periculum etiam eo caſu effuſionis, furti & ſimilium ad emptorem pertinet, niſi venditor in ſe cuſtodiam ad certum vſque tempus receperit *l.1.D.eo.* poſt tempus, non tenetur *d.l.1.§ 3. & ſequentibus.* Quid ſi cuſtodiam indefinitè recepit, nullo tempore adiecto? In infinitum eam non præſtabit *l.14.in fi.D.eo.* ideoq;, poſt teſtationem & denunciationem tollendi emptori factam, venditor nihil pręſtabit *l.1.§.4.l.4. in fi.D.eo.* Ergo perpetuo ante admenſurationem & deguſtationem periculum pertinebit ad venditorem? mucoris pertinebit omnimodo: quinetiam ſubſtantiæ vini, niſi tale damnum vi magna acciderit *leg.2. in fin.D. eodem.leg.31.D.de act.empt.leg.14.D.de furtis.* aut antea emptori denunciauerit, vt admetiretur. Vis magnæ vocabulo intellige, vim latronum. Fatale damnum eſt, ſi cella vinaria chaſmate perierit: ſi in eam ignis ab aliquo iniectus: ſi extraordinaria vi aquarum, aut tempeſtate, vini nauigium in portu fuerit ſubmerſum. Eo enim caſu vinum venditori non peribit, niſi moram deguſtationi adhibuerit *l.4.D. eodem.* Quid ſi dies dicta admetiendi prætererit? mora emptoris? mucoris periculum ad emptorem pertinere puto *s.eo.l.5.D.eo.* At ſi vinum vniuerſum quod in cella vinaria erat, venditum fuit, periculum vini ad emptorem pertinebit ſtatim, poſt traditas ei claues cellæ vinariæ *vt hîc: l.74.D.de contrah.empt.* Quid ſi vinum è naui ſit venditum? vice traditionis clauium, cuſtodiæ appoſitio ſufficit *l.51.in f.D.de acquir.poſſ.* aut ſimile quiddam.

tendente [a]. ||Potior [b] eſt enim cauſa tributorum [c], quibus priore loco omnia bona ceſſantis obligata ſunt.

Venditio legitimè facta non retractatur.

2. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Plotio.

SI [d] deſerta prædia, ob ceſſationem collationum, vel reliqua tributorū, ex permiſſu præſidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, diſtracta ſyncera fide iuſto pretio ſolenniter comparaſti: venditio ob ſolemnes præſtationes neceſſitate facta, conuelli [e] non debet. Sin autem venditio nulla [f] authoritate præſidis præcedente facta eſt: hanc ratam haberi iura non concedunt. Id itaque, quod fruſtra geſtum eſt, reuocari oportet: ita vt indemnitati tributorum omnibus modis conſulatur. Quæ omnia tractari conuenit præſente [g] eo, quem emptorem extitiſſe proponis.

Conuento debitore ac conuicto ob publicas penſitationes non ſolutas, debet ſolemnis celebrari venditio. Bald.

3. Imp. *Conſtantin.* A. Fauſtino [h] præſidi Beticæ.

SI [i] quis fundum, vel mancipium ||aliámve rem|| ob ceſſationem tributorum, vel etiam ob veſtium auri argentique debitum, quæ annua exactione ſoluuntur, occupata, conuento debitore, & apud iudicem interpellatione celebrata, cùm ſolutio ceſſauerit, ſub haſta diſtracta comparauerit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris [k] fortè perſona fuerit inſerta: neceſſe [l] ſit legitimæ defenſionis venditioni perſonam adeſſe: nihilque interſit, vtrúmne officium ſummæ rei [m] procuratoris, an certè rectoris [n] prouinciæ, id, quod debitum fuerit, propoſuerit [o]. Datum Prid. Id. Decembr. Feliciano & Titiano Conſſ. 337.

SINE [p] CENSU [q] VEL RELIQVIS fundum comparari non poſſe.

Tit. XLVII.

1. Imp. *Alexan.* A. Capitoni.

EX conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cùm fundum in dotem daret, vt [r] ipſa [ſ] tributa agnoſceret: actio tibi aduerſus eam competere non poteſt, etiam ſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed & ſi fundus æſtimatus, ita vt pars inſtrumenti ſignificat, in dotem datus eſt: ex vendito [t] actio, vt placitis ſtetur non [u] competit. PP. No. Decem. ipſo A. III. & Dione Conſſ. 230.

Comparans fundum ea lege, ne ſoluat cenſum vel tributum, tali pacto non excuſatur, quin ſoluere compellatur, quod pro ipſa poſſeſſione debetur. Bald.

2. Imp. *Conſtantinus* A. ad Marcellum.

REi [x] annonariæ emolumenta tractantes [y], cognouimus hanc eſſe cauſam maximè reliquorum, quod nōnulli captantes [z] aliquorum [a] momentarias [b] neceſſitates, ſub hac conditione fundos [c] comparant [d], vt [e] nec reliqua eorum fico inferant, & immunes eos poſſideant. Ideoque placuit: vt, ſi quem conſtiterit huiuſmodi habuiſſe contractum, atque hac lege [f] poſſeſſionem eſſe mercatum: tam pro ſolitis cenſibus fundi comparati, quàm pro reliquis vniuerſis [g] eiuſdem poſſeſſionis obnoxius teneatur: cum [h] neceſſe ſit eum, qui comparauit, cenſum rei comparatæ agnoſcere: nec [i] liceat cuiquam rem ſine cenſu comparare vel vendere. Dat. Kal. Iul. Agrippinæ, Cōſtantino A. V. & Licinio C. Conſſ. 319.

In authen. de manda princ. §. non permittas itaque coll. 3. tit. 4. nou. 17 c. 8.

SEd *& periculum in ſe recipere poteſt* [k], *ſi examinatione ante traditionem facta emptor minus idoneus inuentus fuerit. tunc enim venditor apud geſta proſiteri cogitur, quia periculo ſuo tranſpoſitio ſit fiſcalium tributorum.*

3. Imp. *Iulianus* A. Secundo præf. prǽt.

OMnes [l] pro his agris, quos poſſident, publicas [m] penſitationes agnoſcant: nec pactionibus [n] contrariis adiuuentur, ſi venditor aut donator apud ſe collationis ſarcinam pactione illicita voluerit retinere. & ſi necdum trāſlata ſit profeſſio [o] cenſualis, ſed apud priorem fundi dominum fortè permaneat, diſſimulantibus ipſis, vt non poſſidentes pro poſſidentibus exigantur. Dat. XIIII. Kal. Mar. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Salluſtio Conſſ. 363.

DE [p] PERICVLO [q] ET COMMOdo rei venditæ.

Tit. XLVIII.

De eo quod contigit poſt venditionem perfectam.

1. Imp. *Alexand.* A. Apollonio.

POST perfectam vēditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad [r] emptorem pertinet. Auctor [ſ] enim ex his tantùm cauſis ſuo [t] ordine tenetur, quæ ex præcedente [u] tempore cauſam euictionis [x] parāt: & ita [y], ſi ei denunciatum eſt, vt cauſæ agendæ adeſſet, & non abſente emptore contra eum pronunciatum eſt.

De emptione per ſingulas menſuras, vel per auerſionem.

2. Idem A. Iuliano.

CVm conuenit, vt ſingulæ [z] amphoræ vini certo pretio veneant: antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione, periculum vini mutati, emptoris, qui moram [a] menſuræ faciendæ non interpoſuit, non fuit [b]. Cùm autem vniuerſum, quod in horreis [c] erat poſitū, veniſſe ſine menſura, & claues [d] emptoribus traditas alleges: poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorē pertinet. Hæc omnia locum habent non ſolùm ſi vinum: ſed etiam ſi oleum, vel frumētum, vel his ſimilia venierint, & ea aut deteriora, aut penitus corrupta fuerint.

De dolo auctoris.

3. Idem A. Diaphaniæ.

Dolum

a τὸ πρᾶγμα synopsis 19.tit.6.c.13. 3. Harmenop.3.§.48. id est, venditoris vt l. 1.☉.eo.& l.2.in f.l.5.l.16.in f.D.eo.l.37.D.de actionib.empt.l.4.§.27.§.31.D.de doli mali except.§.3.vers.quidquam Instit.de emptio. b nisi dolus rem respiciat: veluti, si res sit furtiua,aut vi possessa,emptor eam non vsucapiet §.2.Instit.de vsucap.Aliud erit, si dolus rem non respiciat, sed ipsum tantummodo contractum, & ita accipe legem 13.inf. D. de publiciana:l.21.§.2.D.de peculio: l.5.D.de diuers.præscript. c Potest enim emptor agere ex contractu inito cum fraudulento venditore, vt vel stetur venditioni vel abeatur l.13.§.27.D.de actionib.empti.agit etiam ad rei traditionem l.34.§.3.inf.D.de cõtrah. empt. & quanto pluris emit d.l.13.§.4. vt & ad interesse, & ad omnia detrimenta d.l.13.in pr.l.15.in fi.D.hoc tit.l.30.§.ff.de act.empt. d Nam qui emit à quocũq; quẽ esse rei dominum putat, bona fide emit. scholiastes d.c.13. e Rei venditæ periculũ ad emptorẽ pertinet, nisi venditor in mora fuit rei tradendę. synopsis Basil.ibid.c.14.3.Harmenopul. 3.§.17.in.f. f Inclusa desunt in quibusdam: desumpta fortè ex l.17.☉. de fide instrument. g Moram committit venditor in tradendo, si die traditionis, signationis, mẽsurationis, ponderationis & similium non dicta, emptorẽ ad istas res petficiẽdas non vocauit l.1.§.3.l.4.in fin.l.14.D.eod. Tali denunciatione venditor morã excludit, & in eã incurrit emptor d.l.2.☉. eod. h Incendiũ rei emptæ, spectat ad emptorem: nisi incendiũ lata culpa aut dolo vẽditoris acciderit l.11.ff.eo. i Si ante euentum cõditionis res sub conditione vendita periit,venditori perit: nisi hoc ipsum conuenit, vt res periculo emptoris seruaretur l.10.D.eo. k venditorẽ sc. l Ancilla vẽdita, si necdum tradita moritur sine culpa venditoris,aut nõ ex vitio aliquo ante venditionem contracto,emptori perit: eiúsq; pretium à venditore emptori condicitur §.3.Inst.de empt.synopsis Basilic.eod.cap.16.3.Harmen.3.§.19. m Vitia antecedentia venditionem præstantur à venditore l.1.☉.eo. n dixi ad 19.D.1. o v.l.11.ff.eodem. p v.l.1.j.eodem. q Venditor aduersus emptorem actionem de pretio habet. Nam in rem actionem post rem emptori traditam habere non potest.synopsis Basil.19.tit.8.c.50.3.Harmenop.3.§.49. r i.actione venditi. de qua v.l.2.& 6.j.eod.l.13.§.9.ff.eo. f vẽditam sc.l.8.☉.de contrahen.empt. t sed ad pretium. Venditor rem traditã non vindicat,sed eius pretium. l.6.j.eo.d.l.8.& 9.inf.d.tit. u Venditor agit ad pretium l.1.☉.eo.ergo & ad eius residuũ.quo nomine etiã ei pmissa retentio l.11.§.8.ff.eo.adde l.21.in f.☉.de pact.l.85.§.6.ff.de ver.obl.Rol.à Valle.1.cons.53.nu.17.& seq. x Compẽsatio per errorem adprobata, non nocet venditori residuum pretij petenti. y Maioribus dolo deceptis subuenitur D. quib.ex caus.maior. z Iustus error excusat. a Fraus aduersario non prodest. b Indebiti liberatio condicitur l.51. D. de pact. c id accidere potest fructibus tempore venditionis à solo separatis,nondum collectis à venditore. d huiusmodi.n. fructus venditioni non accedunt, vt & ruta & cæsa l.17.§.6.D.eo. e seu arrabonico. f i.contractu. Pactum arrale, quod datione arrarum sumpsit effectum. g Arræ repetuntur condictione sine causa l.11.§.6.ff.eo. v.l.vlt.☉.quando liceat ab emp.Arræ datio nobis etiam præparat personalem actionẽ, vt hic. h Aliud est præparare,aliud parere:hoc illo maius est. v. Cuiac.10.obs.24. i i.contumacia,mora. k l.10.12.j.eo.l.1.D.eo.l.6.in f.D.de contrah.empt. l adde quæ notaui ad l.6 ff.vt lagatorum. m Emptor à tempore rei sibi tradite,vsuras pretij debet.synopsis Basil.eo.c.54.3.Harmenop.3 §.60. n Emptor percipiens fructus rei, tenetur venditori ad vsuras pretij l.13.§.20.D.eo.l.2.☉.de vsur. o l.3.j.in quib.caus.in int. p debentur vsuræ eo casu,recepto iure d.l.3. q Venditi actione(si id in cõuentum est: putà pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem,vel si officio iudicis id iubeatur.l.2.☉.de rescind.)agere possumus ad vẽditionẽ rescindendam. r & ita de sua pecunia pretiũ receperit l. vn. vers.si itaque ☉.si seruus extero. f Pretiũ rei non videtur accepisse, qui pecuniã suam ac propriã ignorans ab emptore accipit: ideoque huiusmodi solutio nõ aufert venditori actionẽ ad pretiũ emptori cõdicẽdũ adde synopsis Basi.eo.c.55. t Nota regulã, Debitor venditori vel creditori soluẽs ex eorũ pecunia, debito no liberatur.d.vers.si itaque l.8.§.5.l.28.§.8.in fi.l.54.D.mandati.& meritò. cùm emptor nummos venditoris facere cogatur l.11.§.2.in fi.D.eod. Quod est emptoris, eius amplius fieri non potest adde l.4.§.1.D.de manumissionib. u l.50.D.de rei vindic. x Libell⁹ actionis ex empto formatur ad possessionẽ vacuã tradendam. y hoc quid sit v.l.2.in fin.ff.eo.l.32.in fi.ff.de verbor.obligat. z Nõ ideo quis rem suam facit aut suã esse asserit, ꝙ eam in cẽsum deduxerit l.25.☉. de rei vindicat. v.l.4.j.de donation.l.64.D.de adquir.rer. i.ꝙ eius nomine tributum soluerit. potuit enim rei nomine cẽsum soluere, & tamẽ alieno nomine. a Simulatio veritatem mutare nõ pôt l.15.j.de liberali: sicuti nec error l.6.§.1.ff.de off.præsid. nec falsitas l.5.C.de iuris & facti. b In vacuã possessionem inductus dominus. c venditorẽ sc. d Singularis successor nõ pôt ꝓpria authoritate possessionẽ ingredi. aliud est in herede vniuersali v.Bal.hic. e hinc colligũt,Sententiã proferri posse verbis negatiuis. f Vẽditor emptorẽ in vacuam possessionẽ inducẽs trãsfert dominiũ. g heredẽ sc. Datur enim empti actio aduersus heredẽ vẽditoris. h Iudex actorẽ se induci in possessionem postulantẽ,ex officio condemnare pôt, vt reo prius pretiũ exsoluat l.13.§.8.D.eo.l.31.in f.D.de reb.credit.Iudex enim emptionis, id omne facit ꝙ emptioni est annexũ. i i.residuũ pretij. k hinc illa clausula cõtractib.emptionis adponi solita, Et sera tenu ledict adquereur payer les cens à tel seigneur,montãt par chacun an à N. l vẽditor siue sciẽs siue ignorãs ignorãti minorẽ fundi συντέλειαν, hoc est, capitationem dixit,q̃ debeatur,in tantum ab emptore,qui ignorãs ita emit,conuenitur,quanto rẽ minoris empturus erat si modũ scisset τῆς συντελείας i. capitationis;sin autẽ minorẽ modũ dici à venditore sciuit, & tamẽ emit, nullã actionẽ habet synopsis Basi.19.tit.8.ca.58. m nota fundamentũ actionis ,Quanto minoris.de qua v.l.39.ff.eo. n i.tenetur actione Quanto minoris. o finge dominũ colono quondã suo prædia distraxisse. Solẽt locationes prædiorũ persæpe fieri ea lege, Vt colonus tributa & census persoluat.eo casu colonus nõ pręsumitur taliũ censuũ ignarus. p Cur ita? fraus non fit sciẽti l.145.ff.de reg.iur.Certiorari nõ debuit,q nõ ignorauit l.1.in f.ff.eo. q v.l.4.☉.eo. r emisse alias carnes ab alio.sc.Alias,in hoc interesse,de quo hîc agitur,nõ venit lucrũ ꝙ emptor ex carne facere potuit:nõ veniet etiã damnũ, seu æstimatio seruorũ fame mortuorũ ob nõ traditas carnes,sed illa tantũ omnis vtilitas quę circa rẽ consistit l.21.§.13,ff.eo. f l.5.j.de his qui à non domin. t l.6.☉.de heredit.vend. Venditor ancillã quam nondũ emptori tradidit potest vtiliter manumitttere. Tenetur tamen emptori ad interesse l.2.3.j.de his qua à nõ domin. Quid eo casu Interesse vocabulo contineatur,v.l.23.ff.eo.

DOlum auctoris [a], bonæ fidei emptori non [b] nocere [c] certi [d] iuris est.

De emptione perfecta & de mora.

4. Imp. *Gord.* A. Siluro.

CVm [e] inter emptorem & venditorem,|| [f] contractu sine scriptis inito,|| de pretio conuenit,moraq; [g] venditoris in traditione non intercessit:periculo emptoris rem distractam esse,in dubium non venit.

De incendio.

5. Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA. Leontio.

CVm speciem venditam per violentiam ignis [h] absumptam dicas: si venditionem nulla conditio [i] suspenderat, amissæ rei periculum te [k] non adstringit.

De morte ancillæ distractæ.

6. Iidem AA. Cerulo.

MOrtis casus ancillæ distractæ, etiam ante [l] traditionem sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem,sed ad emptorem pertinet: & hac non ex præterito [m] vitio rebus humanis exempta, solutionem pretij emptor non rectè recusat.

DE [n] ACTIONIBVS EMPTI [o] & venditi [p].

Tit. XLIX.

Vtrum agendum sit in rem an in personam.

1. Imp. *Antoninus* A. Delianæ.

ADVERSVS [q] eum,cui agrum vendidisti,iudicio [r] venditi consiste. Nec enim tibi in rem [f] actio cum emptore, qui personaliter tibi sit obligatus,competit [t].

De Residuo pretij vel compensatione erronea,de fructibus.

2. Impp. *Valerian.*& *Gallien.* AA. & *Valer.* Cæs. Domitiano.

VEnditi actionem ad recipiendum residuum [u] pretium intendere aduersario tuo poteris. Nec quod in compensationem [x] venerit, quasi & tu inuicem deberes, id obesse tibi poterit,si in bonæ fidei contractu (in quo maiores [y] etiam vigintiquinque annis officio iudicis in his,quæ dolo commissa sunt adiuuantur)iusto [z] errore te ductum, vel fraude [a] aduersarij captum quasi debitum id esset,quòd reuera [b] non debebatur, pepigisse monstraueris. Fructus quoque perceptos ante [c] venditionem contractam, quos,cùm vẽditioni non [d] accessissent,eundem emptorem inuasisse proponis eodem iudicio reposces.

De arrali pacto.

3. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. Serpodoro.

EX arrali [e] pacto [f] personalis [g] duntaxat actio paciscentibus præparatur [h].

Si venditor rem non tradat.

4. Iidem AA. Mutiano.

SI traditio rei venditæ iuxta emptionis cõtractum procacia [i] venditoris non fiat: quanti interesse [k] compleri emptionem fuerit arbitratus præses prouinciæ, tantum in condemnationis taxationem [l] deducere curabit.

De emptore qui ante totum pretium solutum fructus percepit.

5. Iidem AA. Decimæ.

CVrabit præses prouinciæ compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretij, quam penes se habet, cum [m] vsuris restituere: quas & perceptorum [n] fructuum ratio, & minoris [o] ætatis fauor licèt nulla [p] mora intercesserit, generauit.

Quid veniat in actionem venditi.

6. Iidem AA. Neratio.

VEnditi actio, si non ab initio aliud conuenit, non facilè ad [q] rescindẽdam perfectam venditionem, sed ad pretium exigendum competit.

De nummis venditoris ei solutis.

7. Iidem AA. Diodoro.

SI seruos distraxisti,ac pretium de peculio [r] eorum,quòd ad te pertinebat, nesciens vnde, solueretur, accepisti: consequẽs est, integram te habere actionem pretij: cùm [f] proprij [t] venditoris nummi soluti non præstent emptori liberationem.

Si Emptor re non tradita se pro domino gesserit.

8. Iidem Augusti, Eusebio.

SI pater tuus venundedit portionem suam, nec [u] induxit [x] in vacuam [y] possessionem prædij: ius omne penes se eum retinuisse,certum est.Neque enim velut traditionis factæ vectigal [z] exolutum, si simulatum [a] factum intercessit, veritatem mutare potuit. Quapropter aditus præses prouinciæ, si animaduerterit in vacuam [b] possessionem neque patrem [c] tuum neque successores eius emptorem [d] vel heredes ipsius quocumque loco factos induxisse, non dubitabit nihil [e] esse translatum [f] pronunciare. Et si te [g] ex empto ad inducendum || eum|| in vacuam possessionem prędij perspexerit conueniri: existimabit [h] an pretium sit solutum: ac, si repererit non esse pretio satisfactum, hoc [i] restitui tibi prouidebit.

De onere prædij venditi.

9. Iidem Augusti, Antipatræ.

SI minor à venditore siue sciente siue ignorante dicebatur [k] capitatio [l] prędij venditi,& maior inuenta sit:in tantum conuenitur,in quantum si [m] scisset emptor ab initio, minus [n] daret pretij. Sin verò huiusmodi onus & grauamen functionis cognouisset [o], nullam aduersus venditorem habet actionem [p].

De carne tempore placito non tradita.

10. Iidem AA. Attalo.

CVm venditorem carnis, fide conuentionis rupta, tempore placito hãc non exhibuisse proponas: ex empto actione eum, quanti [q] intersit [r] tua si tunc præstita fuisset, apud præsidem prouinciæ conuenire potes.

De ancilla à venditore manumissa.

11. Iidem AA. Bucarpiæ.

SI ancillam tibi ex causa venditionis traditam venditor manumisit: libertatem alienæ factæ præstare non [f] potuit. Quòd si [t] post venditionem ante traditionem manumisit: pleno iure dominus constitutus, ciuem Romanã fa-

a *d.l.6.* b *v.leg.1.supr.de periculo.* c *v.l.2.ꝭ.de periculo.* d Commodum aucti pretij ad emptorem vini pertinet. e Eadem quantitate & mensura vinum tradi oportet, qua venditum est. f *v.l.4.ꝭ.*quo nomine non id venit quod emptor lucrari potuit, si vinum ei fuisset traditum *l. 21.§.3.D. eodem.* sed damnum quod emptor incurrit, vinum ob id maiore pretio ab alio emendo *v.l.10.ꝭ. eodem.*

cere non prohibetur: tibi personali propter [a] ruptã fidem contra venditorem actione competente.

De vino.

12. Iidem Augusti, Crispino.

SIcut [b] periculum vini mutati, quod certum [c] fuerat cõparatum, ad emptorem ita commodum [d] aucti pretij pertinet. Vtq; hoc verum est, sic certæ qualitatis [e] ac mensuræ distracto vino, fidem placiti seruãdam esse conuenit. Quo non restituto, non pretij quantitatis, sed quanti interest [f] emptoris competit actio.

De fructibus & onere functionis: De pretio & vsuris.

13. Iidem Augusti, Alexandro.

FRuctus [g] post perfectum iure contractum, emptoris spectare personam conuenit, ad quem & functionum [h] grauamen pertinet. Venditor quoque pretium tantùm ac [i] si mora intercessisse probetur, vsuras [k] officio iudicis exigere potest.

De seruis.

14. Iidem AA. Rufoni.

EMptor [l] seruorum certè de his tradendis [m], & de eorũ fuga [n], itemq; sanitate [o], erronésque [p] non esse || aut noxa [q] solutos, || repromitti sibi rectè postulat.

De tritico.

15. Iidem AA. Antonio.

VLtra modum tritici distracti citra pactum, in solutione mora [r] non facta, nihil emptor exigere potest.

De pecoribus.

16. Iidem Augusti, Cyrillo.

POst perfectam venditionem fœtus [s] quidem pecorum emptori, venditori verò sumptus [t], si quos bona fide fecerit, restitui debere notissimum est.

De emptore expulso à tertio.

17. Iidem Augusti, Hermiano & Lupo.

EXpulsos [u] vos de fundo per violentiam à Nerone, quẽ habere ius in eo negatis, profitentes: nullam [x] vobis aduersus eum, ex cuius venditione fundum possidetis, actionem, competere probatis. Igitur ad instar interdicti [y] seu actionis [z] permissæ experiendum esse perspicitis.

SI [a] QVIS ALTERI VEL SIBI SVB alterius nomine [b], vel aliena [c] pecunia emerit.

Tit. L.

De pecunia mariti nomine vxoris empta.

1. Imp. *Anton.* A Secundino.

SI pecunia patris fundus mancipiaq; comparata sunt, tamen, cùm emptiones matris [d] tuæ nomine [e] factas esse proponas, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuisse constitutam. Plane, si pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem pretij existimas, ciuiliter [f] contende.

Si pater nomine filiorum emerit.

2. Imp. *Alexand.* A Septimæ & aliis.

SI emancipatis [g] vobis fundos, quos nomine vestro, cum in potestate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in [h]

g Fructus pendentes, etiam maturi, cedunt emptori. *leg. 3. §.1. leg.13. §. 10. D.eodem. le.38.§. 8. D. de vsuris:* non separati à solo, etiamsi necdum euecti sint *leg.66.in fin. D. de contrahenda empt.* quos si emptor perceperit, restituere venditori cogitur. *leg. 2. in fin. supr.eodem.* Quid pensiones, cui cedunt? dixi *ad legem vltim. D. de iure fisci,* & hæc de emptione. Fingamus fundum deberi ex stipulatu, ceduntnè fructus pendentes? dixi *ad l. 78. in fi. D. verbor. obligat.*

h Cuius est functio, eiusdẽ est & fructus.

i sic lego, pretium tantùm, nisi mora intercessisse probetur. tunc enim vsuras officio, &c.

k Re tradita, emptor illicò, & ipso iure, vsuras pretij venditori debet *le. 5. supr. eod. l. 13. §.20. D. eodem. l. vlt. D. de periculo: l.18. in fin. D. de vsur. Paul. 2. sent.17.§. 9. vi. Molinæum de vsur. nu.225.*

l Emptori seruorum, quid venditor præstare debeat.

m *leg.11.§.2.D. eod.*

n id est, fugitiuos non esse. *d. l.11.§.7. l.17. D. de ædilitio.*

o *d.le.11. §.4.ff. eod.*

p *d.l.17.§.14.*

q *d.l.11. §.8.*

r mora efficit, vt plus emptori tribuatur, quàm sit ei venditum.

s *Paul. 2. sent. 17. §. de* de fructib. aliàs dixi. *adde l.13.§. 10.§. 18.D. eod.l.31. §. 6.D. de ædilitio.*

t *l.13.§.22. l.38. §.1.D. eod.l. 40. §.1.D. de condit. & demonst.*

u & re vobis violẽter ablata. *Synopsis eo. c. 65. 3.Harmenopul.p. ca.64.*

x De vi emptori illata, venditor nõ tenetur. hoc est, emptor cui per vim res ablata est nullam eo nomine aduersus venditorem actionem habet *synopsis & Harmenop. d.loco.* sicuti, nec de iniuria ei illata. *l, 51.de euictionibus:* nec de casu, aut vi regia, *du fait de Prince. l.11.D. de euictionibus:* & de eo quod illi ablatum alio modo quàm per sententiam. *l.57.D.de tit.*

y Possessionem repetimus per interdictum vnde vi.

z actionis promissæ. *Cuiac.17. obser.6.* actionis, inquam. *l. 1.§.4. D. vti possidet.* fortè in factum *l. 4.§ 2. D.de damno: l.3.§.2.D.ne vis fiat:* vel incerti. Vtriusque enim & interdicti & actionis, idem effectus, licet formula diuersa *v. Cuiac.5.obs.17.*

a *19. synopsis 15.* b puta vxoris *l.1.l.5.* filiorum in potestate *l.2.* defuncti *l.3.* sororis *l. 4.* mariti *l.6.j.eo.* c puta communi *l.8.j.l.4.ꝭ.cõm. vtriusque:* mãdatoris *l.7.j.* d & ita vxoris ementis *l.5.j.* e Res eius esse videtur, non cuius pecunia, sed cuius nomine empta est *Paul. 2. sent.17.§.15.* cuius nomẽ in instrumento emptionis cõtinetur. *l.21.ꝭ.de probationib.v.l.8.j.* f Accursius videtur legisse *similiter.* Similiter (inquit) negotiorum gestorũ actione, si gesta negotia: mandati, si ex mandato, &c.

g Parẽs frustra aliquid cõparat filio in potestate posito, vt ei adquirat dominium: nam quod filio in potestate posito adquiritur, patri adquiritur. Sed tamẽ inutilis illa emptio conualescit, si rem emptã, filio iam emancipato tradat *adde l.16.ꝭ.de probat.* h *v.l.2.j.de adquir.heredit.* i Non ei qui numerauerit pretiũ, sed ei cuius nomine res empta est, rei dominiũ adquiritur, id est, ministro numerationis pretij res empta non adquiritur sed domino. k simulatè sc. l rectè hoc additum est, Nec enim

possessione eorum voluntate patris fuistis, dominium acquisistis.

Si mater pro filiis pecuniam numerauerit.

3. Idem A. Patrimo.

MAncipia quorum meministi, si (vt proponis) nomine tuo, itemq; fratris tui, cui successisti, empta, vobis tradita sunt: licet instrumento emptionis matrem tuam pecunias numerasse [i] contineatur, persequi ea more iudiciorum non prohiberis.

De simulatione.

4. Impp. *Valerian. & Gallian.* Augusti, & *Valeri.* Cæs. Cyrillo.

QVamuis instrumento emptionis socrus nomen inscripseris [k]: tamen, si [l] possessionem tenens dominus effectus es, ob eam rem frustra calumniã mulieris, quamuis ipsa [m] contractus tabulas habeat, reformidas.

De viro & vxore.

5. Impp. *Dioclet. & Maximi.* AA. Vero.

CVm propria pecunia tua te comparãte possessionem, quondam vxoris [n] tuæ nomen tantummodo accommodasse || dicas ||, eandemq; occasione custodiæ suæ commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatẽ eiusdẽ fundi vsurpasse dicas: rector prouinciæ pro sua exercitatione cognitum habens, donationem à non [o] domina vxore tua in filiam suam collatam, nullum præiudiciũ dominio tuo attulisse: docenti tibi veritatem precibus tuis adsistere, restituere eandem possessionem, habita etiam fructuum [q] taxatione [r] curabit.

6. Iidem Augusti, Dionysio.

MVltum interest: vtrúmne vxore tua comparante pecuniam numerasti, [f] eique possessio tradita est: an contractu emptionis à te nomine tuo habito. tantùm vxoris nomen post instrumentis inscribi feceris. Nam si quidẽ vxor tua nomine suo emit eiq; res traditæ sunt, nec in te quicquam de his processit: nõ nisi de pretio aduersus eam, in quantum tu pauperior [t], & illa locupletior facta est, habes actionem. Quod si [u] tu quidem emisti, & tibi tradita est possessio, tantùm autem nomen vxoris quondam tuæ instrumento inscriptum est: res [x] gesta potior quàm scriptura habetur. Si verò ab initio [y] negotium vxoris gerens comparasti nomine ipsius: empti actionem nec illi, nec tibi quæsisti: dum || quæ || tibi non vis, nec illi potes. Quare in dominij quæstione ille potior [z] habetur, cui possessio à domino tradita est.

Si emptor pretio suscepto fidem ruperit.

7. Iidem Augusti, Gerontio.

CVm per eos, qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparasse, contractúsque fidem pretio suscepto rupisse venditorem proponas: si quidem ex empto, his qui iuri tuo subiecti fuerant, contrahentibus, tibi quæsita est actio: vel per te, || vel per eum || cui mandaueris. sin [a] verò sui iuris constituti, secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt, ac sibi empti quæsierunt actionem: per eos, vel quibus [b] illi dederint mandatum, adi competentem iudicem: qui secundum bonam fidem [c], quæ in huiusmodi contractibus obseruari solet, satisfieri prouidebit.

De eo qui pecunia aliena vel communi emit.

8. Iidem AA. Valentinæ.

QVi aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, sed [d] sibi tã actionem empti, quàm dominiũ,

præsumitur simulatio, nisi probetur. Quare cùm duę res hîc faciant pro pupilli matre, putã quod fundus eius nomine emptus reperitur, & emptionis titulos penes se habeat, filius nõ præsumitur rei dominus, nisi simulationẽ cõtractus probet.

m Tenor instrumenti nõ iuuat recitantem aut tabellarium, sed eum tantùm, quem tenor scripturæ designat *l.21.ꝭ. de probat.*

n si vir nomen vxoris emptioni accommodauerit.

o Is cuius nomẽ simulatæ emptionis instrumẽto adscriptũ est, rem emptã alteri donare non potest.

p inest tacitè hæc conditio omnibus rescriptis *l.7.ꝭ. de diuers.rescript.*

q Fructus veniunt in actionem rei vendicationis.

r de taxatione vide quę notaui *ad l.6.D.vt lega.*

s Res eius continuò non est qui pecuniam numerauit. Notãdus est hic casus, Vxor emit suo nomine, vir pecuniam numerat, res traditur vxori. Cuius est res? vxoris. Marito tamẽ tenetur de pretio, *vt hic synopsis Basili.19. tit.15.c.6.*

t Qui quid suo nomine ex alterius pecunia comparat, & quantum ea re locupletior factus est, & id quo alter pauperior factus est restituere debet.

u Maritus rem emit, res marito traditur, cõtractus emptionis vxoris nomine concipitur. Cuius est res? mariti. Cur ita? quia constat ab initio maritũ proprium negotium gerere voluisse.

x Rei veritas scriptura potior.

y Maritus rem ab initio comparat vxoris nomine, cui res quæritur? ne dicas marito: quia vxoris nomine adsumpto contraxit. ne dicas vxori, quia alteri nemo stipulari potest. Cuinam igitur? ei cui prius possessio à domino tradita fuerit.

z In dominij quęstione, ille potior habetur, cui possessio tradita est à vero domino.

a Non tantum sui iuris constituti. *vt hîc.* sed in potestate constituti, vt liberi, procuratorio munere fungi possunt. *ꝭ.eod.ibi, qui iuri tuo subiecti, adde l.8.in fi. principij. D.de procuratoribus.* Puto id innui, vt quod filius procurator patris adquisierit, filius petere non possit. Quod si quid constitutus à patre procurator adquisiuit, nedum ipsum, sed eius substitutum petere id posse.

b Procurator subrogare alium suo loco potest ad agendum.

c Est enim emptio contractus bonæ fidei.

d Quod aliena pecunia comparatur, fit comparantis, non eius cuius fuit pecunia, *facit l.1.ꝭ.eo.l.9.j.Paul.2.sent.17.§.15.l.21.ꝭ.de probationib. vide Socinum regula 343.* Fallit id in pecunia militum *l.8.ꝭ. de rei vind.* minoris *l.3.ꝭ.arbit.tut.* vxoris seu dotali, *vide leg.54.D.de iure dot.*

si ei

a Res emptæ communi pecunia non sunt cõmunes *leg.4.supr.comm. vtriusque iud.* b *leg.1.in f.supr.de contrah. empt.l.2.§.2.supr.de obligat.* c Absentes emimus, vel per epistolam, vel per nuncium. nudum enim ministerium prestat nuncius *leg.15. D. de constitu. pecun.* fungitúrque epistolæ vice. vt & è contra, Epistola mutus est nuncius. Inde volunt, nuncium in persona domini verba concipere: procuratorem in persona sua, domino nominato. *Bal. ad l.6.§.eod.*

si ei fuerit tradita possessio, quærit. Cùm itaque de rebus communibus [a] fratrem patruelem tuum quædam comparasse contendas: de tua pecunia hunc conueniendo, facies consultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit.

De dominio in non numerantem transferendo, & de absentibus.

9. Iidem AA. Rufinæ.

NIhil prohibet, altero pecuniam numerante, in alium vel vtriusque contrahentis consensu, vel certè venditore tantummodo volente, dominium transferri, eo etiam manifestè constituto, vt inter absentes [b] per mediam personam, veluti per nũcium [c] vel per epistolam, talis contractus perfici possit.

DE REBUS ALIENIS[d] NON ALIENANDIS, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.

Tit. LI.

De re aliena vendita.

1. Imp. *Alexand.* A. Cantiano.

SI[e] præsidi prouinciæ probatum fuerit, Iulianum nullo iure munitum seruos tuos scientibus [f] vendidisse: restituere tibi emptores seruos iubebit. Quod [g] si ignorauerint, & eorum facti sunt: precium [h] eorum Iulianum tibi soluere iubebit.

Si marito rem vxoris distrahente, ea instrumentum signauerit.

2. Imp. *Gord.* A. Græciæ.

DIstrahente [i] marito rem tui iuris, si consensum ei non accommodasti: licèt [k] sigillo [l] tuo venditionis instrumentum fraude [m] conquisita signaueris: eiusmodi tamen commentum emptori vsucapione [n] non subsecuta, vel longi [o] temporis præscriptione minimè munito, nullã præstitisse securitatem potest.

De herede.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Valeriano.

VEnditrici succedenti [p] hereditario iure perfectam rectè venditionem rescindere, ac dominium reuocare non licet. Sed & si hæc ex persona sua vindicet: vel exceptione te doli mali, si hanc viam elegeris, tueri: vel euicta re, si defensione monstrata vti nolueris, quanti tua interest, poteris experiri.

De matre quæ rem filij in solutum dedit.

4. Iidem AA. Affabili.

MAncipia patris, qui fundum à Philippo conduxerat, successione tibi quæsita, domino fundi pro debitis [q] in solutum mater tua dando, nihil [r] tibi auferre potuit. Ideoque si tu maior vigintiquinque annis effectus, ab ea negotium gestum non fecisti ratum [s]: oblato debito, si [t] non hæc locator iure pignoris sibi obligata vendidit, petere poteris.

d *l.3.s. de rei vindicat. l.5.j. de adquir.poss.l.28. D. de contrah. emp.l.11. D. de reg.iur.*
e Qui rem alienam sciẽs emit, nunquam sit eius dominus: sin ignorans emit, ipse quidẽ vsucapit, verùm is qui rem vendidit, domino tenetur. *synopsis Basilic. 19. titul. 8.c 66 3. Harmenopul.3.§.29. l.2. §. si seruus. l.7. §. qui bona fide D.pro emptore.*
f Sciens rem alienam, eam nõ adquirit.
g Scienter emens rem alienam, eam non vsucapit. quin restituere eam domino cogitur: ignoranter emens, vsucapit. Consultum est tamen domino aduersus venditorẽ pretij nomine.
h Re præscripta, precium à venditore condicitur: vt quod succedat loco rei *Bal. l.19.sup. de negot. l.3. in fi. supr. de rei vindic. leg. vlti. D. de negotiis: vid. VVurmser. 1. pract.31 ca. 7.*
i Maritus rem vxoris (μὴ προικιμαῖον, ἀδιατίμητον hoc est non dotalem, inæstimatam. *scholiastes synops. 19.tit.8.c.68.*vendidit: vxor decepta à marito venditionis instrumentum signauit, quæritur vtrum sibi præiudicet mulier? non præiudicat: nam adhuc (soluto scilicet matrimonio: vel marito ad inopiam redacto. *d. scholiastes.*) emptori vel vsucapione (si res mobilis vendita sit *d. scholiast.*) vel longi temporis præscriptione (si res sit immobilis *d. scholiastes.*) opus est. *synopsis ibid. adde 3. Harmenopul. 3.ca.65.* Quid si consensum rectè accommodauit mulier? rata est venditio: nisi fundus fuerit dotalis. Porro mulier à marito ita decipi potuit, si mulier vnã chartam pro alia subsingandam obtulit. *d. scholiastes.*
k aliàs consentire videtur instrumento, qui ei sigillum suum adponit.
l *v.l.126.§.2.ff. de verbor.obligat.* signans igitur per errorem actum vel instrumentum, id confirmare non intelligitur: aliàs præsumitur instrumentum confirmare qui signum ei apponit *l.26.§.1. D.de pignorib.* quin signo nõnunquam ipsam possessionem adpræhendimus. *l.quod si D. de periculo.* m *v.exemplum l. vlt. sup. plus valere quod agit.* n *v. le. 3.j.de præscrip.long. temp.* o *v.l.19.j.de euictionib.*
p Filius factum patris mutare non potest. vel heres non potest reuocare factum defuncti, si vult esse heres *l.14.s.de rei vind.l.7.j.de liberali: l.17.ff.de euictionib.* Eodem modo: Heres necesse habet stare ei inuestituræ, quam pater fecerit *l.7.Co. Longobard. de vltim volunt. 4. Feu.70.* Quid si pater grauauit legitimam filij? Filius non cogitur onus illud sustinere. cùm legitima filiis debeatur voluntate legis, non solius parentis. eamq; vt sibi debitam à patre accipere videtur, nõ titulo penitus lucratiuo. vt superior regula sit vera in eo, qui hereditatem à defuncto percepit sibi non debitam.
q i.pro mercede debita fundi conducti r *l.3.s.de rei vindicat.l.11.ff.de reg.iur.*
s Ratihabitio conciliare potest id quod gestum fuerat inutiliter. t Creditor mancipia iure pignoris sibi obligata vendere potest *l.1.l.2.Cod.si aduers. vendit. pign.*
u Defunctus rem successuri potest alienare. aliàs, filius potest patris facto obniti, iure proprio, non hereditario. x *l.3.j.de prascript.longi tempor.* y Res nobis obligatas, ex pacto possumus alienare *l.vlt.j.de iure domin.* z Ratione officij, quis rem alienam vendere potest: veluti tutor, curator *l.56.§.4. D.de furtis:* executor iudicij *l.50.D.de euictionib.* procurator specialis *l.63 ff.de procuratorib.* censitor *l.5.in f.D. de censib.* at non maritus. *Instit.quibus alienare.* a lege, testatoris iussu, aut conuentione partium, res inalienabilis effici potest. b putà in fauorem ecclesiæ *l.2.s.eo. Nouell.7 c.1.vers.alienationis:* dotis *Instit.quib. alien.non licet.* minoris *l.1 ff.de reb eor.* c *l.7.j.de admini.tut.l.4.j.de fideicommiss.l.7.j.de testamen.manumiss.l.2.j.qui non possunt ad libertatẽ perduci: l.77.§.27.ff. de legat.2. Nouel. 119.ca.11. Nouell. 120.ca.9.* Talis prohibitio sortitúrne effectũ in infinitum tẽpus? non sortitur, sed ad quartum tantùm gradum prohibitã alienare *Nouell. 159.* prohibitio alienationis fit ratione aut personæ aut rei respectu.

Si pater fundum filij emancipati vendiderit.

5. Iidem AA. Aegro.

SI fundum tuum pater pro emancipatione te non consentientente venundedit, neque ei successisti [u], neq; possidens longi [x] temporis præscriptione munitus est: tibi agenti eum rector prouinciæ reddi efficiet.

De re aliena vendita.

6. Iidem Augusti, Rufo.

NEmo res ad te pertinentes, non obligatas [y] sibi, nec ex officio [z] vendendi potestatem habens, distrahendo, quicquam tibi nocere potuit.

De Prohibita alienatione.

7. Imp. *Iustinian.* A Ioanni P.P.

SAncimus: siue [a] lex [b] alienationem inhibuerit, siue testator [c] hoc fecerit, siue pactio [d] contrahentium hoc admiserit: non solum dominij [e] alienationem, vel mancipiorum manumissionem [f] esse prohibendam, sed etiam vsusfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris [g] nexum penitus prohiberi. Similique modo & seruitutes [h] minimè imponi, nec emphyteuseos [i] contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit.

DE COMMVNIVM[k] RERVM alienatione.

Tit. LII.

1. Imp. *Antonin.* A. Apollodoro.

SI[l] nulla vsucapionis prærogatiua, vel diuturni silentij præscriptio emptorem possessionis, quam à coheredibus [m] patrui tui distractam suggeris, pro portione tua munit: in rem actio incolumis perseuerat, at si receptum ius [n] securitatem emptori præstiterit: arbitrium est tibi liberum conueniẽdi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebrauerat.

2. Idem A. Terentiano.

MVltum interest, vtrum coheredes tui possessionem communem distraxerunt, an verò fiscus [o], cùm partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium [p] priuilegium vendidit. Etenim si à fisco facta sit venditio: fidem eius infringi, minimè rationis est. Si verò coheredes [q] soliditatem vendiderunt: licet [r] emptor ab his delegatus, partem pretij fisco soluerit, alterámque in cautionem deduxerit: tamen portioni tuæ ea venditio non potest obsistere.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti, Eusebio.

FAlsò tibi persuasum est, communis prædij portionem pro indiuiso [s], antequam communi diuidundo iudicium dictetur, tantùm socio, non etiam extraneo posse distrahi.

4. Iidem Augusti, Vlpiano militi.

POrtionem quidem tuam militantis [t] frater tuus alienare non potuit. eius autem partem pretio soluto tibi

d *v.j.si mancipiũ ita fuerit alienat.vt manũ.* vel contra *adde l.61. D.de pact.*
e Rem non tãtùm alienat, qui dominium alienat: sed etiam qui manumittit q dat in vsumfructum, qui dat hypothecæ vel pignori, qui seruitutem imponit, qui dat in emphyteusim.
f Manumissio, est alienatio *l.9. §.1. D. de auth. tutor.*
g Nota argumẽtum, Qui non potest alienare, idem nec pignori dare potest. Et tamen qui emere prohibetur, pignori accipere non prohibetur *l. 24.ff. de pignorib.*
h fit enim seruitutis constitutione deterior fundus.
i sed nec in feudum dare *v. Cuiac.2.Feud.tit.4.*
k de communi, *Hal.*
l Socius rẽ cõmunem, totam prorsus, non rectè vendit. Itaq; socius alter, si emptor, necdũ dominus factus sit, vsucapione vel pæscriptione, in rem agere poterit. *synopsis Basi.19.tit.4.c.73*
m Vendens rẽ cõmunem, non præiudicat socio, quin partẽ suam possit vindicare: nisi si res sit vsucapta vel præscripta: tunc enim potest cõtra sociũ agere ad pretiũ *Salicet: adde quæ notaui ad l.vlt.pro dote.*
n i. vsucapio vel præscriptio.
o si fiscus rem cõmunem vendiderit, emptorẽ in solidum dominũ facit: quamuis enim prorsus rem alienã vendiderit (vt ex institutionibus disci potest *§. vlt.Inst.de vsucap.*) dominũ facit emptorẽ: sed tenetur tamẽ ei, qui ius dominij vel hypothecę in illa re habere se dicit, idq; intra quadrienniũ. Quod autẽ alienæ rei pretiũ ad fiscũ peruenerit, id venditionem firmam ratamq; facit. Tunc enim hoc priuilegiũ fiscus habet, quum speciali priuilegio rem ipsemet vendidit. *synopsis Basil.ibid.c.74.* p Vt à priuato res aliena solida vendi nõ pôt, ita nec pars eius, i. communis. Potest tamen fiscus singulari priuilegio rem communẽ vendere, eo scilicet effectu, vt qui ab eo rẽ communẽ emerit, statim securus fiat *v.l.vnic.C.de vendit. rer.fiscal.* q priuati sc.
r Fiscus rem communem potest vendere, priuatus non pôt. Quid si priuatus vendiderit, & pretium fisco per emptorem soluerit. Idémne hîc erit dicendum in fisco pretium rei communis percipiente: quod superius dictũm est de fisco rem communem alienante, eiúsque pretium accipiente? non idem est. s Res indiuisa non tãtùm suis, sed extraneo vendi potest. *vide l.12.j.de donat.l.1.s.comm.diuid.* potest & in feudum dari *2.feudor.58.§.2.* donari *d.l.12.* legari *l.5.§.1.ff.de legat.1.* obligari *l.1.s.eod.* idque meritò: Nam quod mihi cum alio commune est, quasi meũ est *l.46.ff.de ritu: l.5.§.1. D.de leg.* t Socius partem socij alienare non potest: multò minus & socij militis partem alienare poterit. vtque hæc in milites fieri non possunt, ita miles socij partem alienatam, pretio quantumuis oblato, retrahere non potest. Vel ita: socius communem rem totam si alienauerit, socius alter partem suam tantùm rectè vindicabit: & non eam quæ venditoris fuit: etiamsi socius miles sit, & partem socij venditam retrahere velit *synopsis eod.cap.76.*

a Prædia vt propria atque tua, quæ communia erant, ignoranti vendidisti. pars emptori euicta est, teneris emptori ad interesse partis. b aliud si sciens rem communem emit, *vide leg.27. infr. de euictionibus.* c de euictione. & ita euictionis nomine agitur, licèt ea non sit promissa *vide leg.6.Ꝭ.de euictionibus.* d seu onere *l.67.D. de contrah. empt.* e & de his etiam testari *l.17.Ꝭ.de administ.tut.* f Nota argumentū à venditione permissa, ad pignoris cōstitutionem. Qui potest alienare, potest pignorare *l. 18. in f. D. de pignora-titia: l.9.§.1.ff. de pignori.* Valetne argumentum à contrario sensu, Nō potest alienare, ergo nec pignorare? non valet. Conditio emphiteusos vēdi nō potest, domino nō denunciante *l. vlt. C. de iure emphyteu.* pignorari tamē potest *l.16. in fi. D. de pignora. v. Cuiac.5. Feud. ca. Imperialem.*

restitui postulare, nec militari grauitati conuenit.

5. Iidem Augusti & CC. Olympiano.

SI maior annis vigintiquinque veluti [a] propria, nescienti [b] communia cum fratribus tuis prædia distraxisti: licèt nullum instrumentum intercessit, nec quicquam specialiter conuenerit [c]: alienæ portionis euictione secuta, quanti interest, emptori solues.

REM ALIENAM GERENTIBVS non interdici rerum suarum alienatione.

Tit. LIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti Publicæ.

NON est interdictus tutoribus vel curatoribus, etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua [d] causa res suas alienare [e]. Potuit ergo [f] curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro. nam [g] & priuato potuisset.

DE PACTIS [h] INTER EMTOREM ET venditorem compositis.

Tit. LIIII.

De arris.

1. Imp. *Antoninus* A. Diotimæ.

SI ea lege prædium vendidisti, vt, nisi intra certum tempus precium fuisset exolutū, emptrix arras [i] perderet, & dominium ad te pertineret: fides contractus seruanda est.

De re retrouendenda.

2. Imp. *Alexander* A Charisio.

SI fundum parentes tui ea lege vendiderunt, ||vt|| [k] siue ipsi, siue heredes [l] eorum emptori precium quandocūque [m], vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere conditioni dictæ heres emptoris non paret: vt contractus fides seruetur, actio præscriptis [n] verbis, vel [o] ex vendito [p] tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ post oblatam ex pacto quantitatem, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt.

De lege commissoria.

3. Idem A. Felici militi.

QVi ea lege prædium vēdidit [q], vt, nisi reliquum [r] precium intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non præcariam [s] possessionem tradidit, rei vindicationem non habet, sed actionem ex vendito.

4. Idem Augustus, Iuliano.

COmmissoriæ venditionis legem exercere non potest, qui [t] post præstitutum præcij soluendi diem, non vendicationem rei eligere, sed vsurarum precij petitionem sequi maluit.

De vsuris.

5. Imp. *Gordianus* A. Longino.

INitio [u] venditionis si pactus es, vt is, cui vendidisti possessionem, precij tardiùs exoluti||tibi|| vsuras pensitaret: non immeritò existimas etiam eas tibi, adito præside||prouinciæ,|| ab emptore præstari debere. Nam si initio [x] contractus non es pactus: si cœperis experiri, deberi ex mora duntaxat [y] vsuras: tam ab ipso debitore, quàm ab eo [z] qui in omnem causam empti suam fidem adstrinxit, de iure postulabis.

Si pactum non seruetur.

g Argumentum à priuato ad fiscū, vt quod inter priuatos iure liceat, id cū fisco facere sit permissum.
h adde 18. ff. 2. de in diem addictione. quò pertinet lex 7.Ꝭ. eod. & titulum 3. de lege commissoria, quò pertinet lex 1. lex 3.Ꝭ.
i Nota pactum, Vt emptor arras amittat, si precium intra certum tempus nō exsoluerit *l. 8.ff. de leg. commissor.*
k Pacisci possumus, vt res nobis retrouendātur: seu vt eodē pretio nobis transcribatur *l. 12.D. de præscri.*
l Pactum retrouenditionis ad heredes extendi potest.
m Vox indefinita, satis ostendit, pactum de retrouendendo certo tempore non circūscribi.
n *d. l. 12.* v. in hunc locū Forcatulum *Dialog. Necyomant.*
o Nota duas actiones dari ex hoc pacto incōtinenti appositio *l.6.Ꝭ.de rerum permut. l. 9.Ꝭ. de donat.*
p ad interesse.
q & tradidit s.
r Valet pactum vt res ad venditorem reuertatur, si residuum precium nō soluatur *Bald.*
s Fundum tibi vendidi, & tradidi ea lege, vt eum precariò à me possideres, quo ad certa die soluisses residuum pretij. Residuum non est solutum, rem possum vindicare, quia precariò à me possedisti *l.15.§.2.D. de precar.* Si precarij clausula non fuit adiecta, mihi competit actio ex vendito *infr. eod. v. Cuiac.16. obser.19.*
t Qui rei precium, & precij vsuras maluit sequi, pacto legis commissoriæ vti nō potest *l.6. in fi. l.7. D. de commiss. l.38. vers. dicebam D. de minorib.*
u *vide l.13. supr. de pact.*
x Vsuræ incontinenti contractus alicuius, non fœnebris *l.1.Ꝭ. de vsur.* promissæ, debentur ex natura eiusdem contractus *l.13.Ꝭ. de pact. l.26.§.1.D. depositi* Post contractum promissæ, non ex pacto, sed officio iudicis debentur.
y cùm nec fructus perceperit *l.16. in f. D. de vsur.*
z id est, quàm à fideiussore *l.24.§.1. D. de vsur. l.18.Ꝭ. mandati.*

a Si non seruatur substantiale pactum, rescinditur contractus. Substantiale est, quod causam dedit contractui *Bald.*
b *v. Roland. à Valle 1. consil.59. num.7.*
c Imò non reuertitur. *l.14.Ꝭ. de recindenda.*

6. Imppp. *Carus. Carinus & Numerianus* Augusti, Rimulo.

CVm te fundū tuum certæ [a] rei contemplatione inter vos habita, exiguo precio in alium transtulisse commemores: poterit tibi ea res non esse fraudi: quando, non [b] impleta promissi fide, dominij tui ius in suam causam reuerti [c] conueniat. Et ideò aditus competens iudex fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum [d] fructibus suis sine vlla ludificatione, sua auctoritate perficiet: præcipuè cùm & aduersa pars receptis [e] nummis suis, nullam passa videri possit iniuriam.

De pacto vt intra certum tempus restituto pretio, sit res inempta.

7. Impp. *Diocletianus & Maximianus* Augusti, Musæo.

SI à te comparauit is, cuius meministi: & conuenit, vt, si [f] intra certum tempus soluta fuerit data quantitas sit res inēpta: remitti [g] hanc conuentionem rescripto nostro nō iure petis. Sed si se subtrahat [h], vt iure dominij eādem rem retineat, denunciationis [i] & obsignationis depositionisque remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.

De conuentione seruand. & de posteriore pacto.

8. Iidem Augusti & CC. Auxanoni

TEmpore contractus inter emptorem & venditorem: habitam conuentionem, integram seruari, si ab ea posteriore [k] pacto non recedatur, certum est.

De pacto ne liceat nouo domino rem humano gener. eximere.

9. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

SI quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis contractu, vt [m] nouo domino nullo modo liceat in loco vendito, vel alio modo sibi cōcesso, monumentum extruere, vel alio modo, humano iuri eum eximere: sancimus, licèt hoc apud veteres [n] dubitatur † tale pactum ex nostra lege esse fouendum, & immutilatum permanere. Forsitan enim multum eius intererat, ne ei vicinus [o], non solùm quē nollet, aggregaretur, sed ||etiam|| pro quo specialiter interdictum est. Cum etenim venditor, vel alter alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus conuentione: quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione?

SI SERVVS EXPORTANDVS [p] veneat.

Tit. LV.

De manus iniectione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti. Petroniæ.

LEGE venditionis exportata mancipia sub denunciatione [q] manus iniiciendæ, libertatem ab emptore [r], vel qui successit in locum eius, antequam fides rumpatur, accipere possunt. Quæ tamen à fisco [s] post manumissionem vindicantur, & in perpetuam seruitutē eadem lege veniunt. cùm in his ciuitatibus conuersantur, quas cōtrahentes exceperunt. Ante manumissionem verò iniiciendæ manus facultas non denegatur, atque ideò non petuntur in publicum.

Pœna conuentionali debet quis esse contentus: nam legalis applicatur fisco. Bald.

2. Iidem Augusti Nedieno.

SI, vt [t] manus iniectionem haberes, cauisti tibi: iure tuo vti potes. Quòd si hoc omisisti, & pœnam stipulatus es,

d *l.8. in fi. pr. D. de periculo.*
e Emptor receptis nummis suis, nullam patitur iniuriam à venditore.
f Potest res ita vendi, vt refuso precio intra certum tempus res vēditori restituatur. *l. 2. Ꝭ. eod. l. 1.Ꝭ. quando decreto opus non est.* Huiusmodi pactū Galli vocant, *Pact. de remere: ou. Faculté de reachapt.*
g id est, prorogari. Pactum redimendi, (de quo *l.2.Ꝭ.eod.*) intra certum tempus, venditori competit: neque principis rescripto prorogari potest.
h emptor s.
i Venditor cui pactum redimēdi intra certum tempus competit, emptori fugienti denunciando ius redimēdi, obsignando & deponendo precium, rē recuperat *l. 2. in f. infr. de iure emphyt.*
k Pactum pacto contrario tollitur *v. l. 3. Ꝭ. de rescind.*
l Hîc ratio dubitandi sumitur ex lege 48. *D. de pactis.*
m Nota genus pacti.
n Pomponium intelligit, authorem legis 67. *D. de pact.*
† Ea dubitatio hîc sublata, & abrogatur *l. penul. ff. de pactis.*
o v. quæ de vicino dixi *ad Nouell 63. c.1.*
p dixi ad titulum *de seruis exportandis 18. D. 7.* Solent plerumque domini ita vendere mancipia, uel qꝫ ipsi venditores eadem lege seruos emerint *l.7. D. eod.* vel seruorum odio, quorum cōspectum ferre non possunt. Exportandus venit, qui ita venit, vt ex loco venditionis amoueatur. Ea lege vendere Græcis est ἐπ' ἐξαγωγῇ *Demost. in Timocratem: Aelianus in epistol. Dion. 54.* id est, ἔξω τῆς πόλεως *Vlpian.* Sic, pœnæ causa serui ex vrbe in villam ablegantur à dominis *l. 35.§. D. de hered. instit* adde *4.§.9. D. de manumiss.*
q nota pactum de quo *in l.2. in pr.Ꝭ. eo.*
r Emptor seruum exportandum manumittere potest: Manumissus seruus, si in locum emptionis reducitur, libertatem amittit & fisco cedit.
s Omne delictum fiscum habet vltorem. *Bald.*
t Pacisci possumus, vt ni pareatur legi contractus, rei à nobis venditæ manum iniicere liceat *leg.1. in prin. & in f. supr. eod. l.9. D. eod. l.1.Ꝭ. titul. proxim. l. 20.§.2. D. de manumiss. l.7. D. qui sine manumiss. l.10.§.1. D. de in ius vocand.* serui qui dominum suum vendiderunt, capite plecti iubentur *vt hîc: synopsis Basilic.7. tit.6. ex lib.19. tit.7. c.14.*

homo

homo quidem fisco commissus est, tu verò nactus es ex stipulatu actionem. In omnibus tamen quæritur, an [a] domini voluntate in locum prohibitum venerit.

De manumißione.

3. Imp. *Alexand.* A. Nonio.

Ancilla: quæ exportanda venit, nec exportata est, sed ab emptore in eadem ciuitate morante empta & manumissa est: aduersus [b] legem venditionis libera fieri non potuit: & ideo aditus à te procurator meus, partibus suis fungetur.

Si quis à seruis suis se venditum fuisse dicat.

4. Idem A. Papiæ.

Moueor, quòd te à [c] seruis tuis dominum eorum venisse affirmas sub ea lege, ne in patria moreris, ab eo, cui te emptor prior vendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex aduersus eum, quem præsentem esse dicis, cognitionem suam præbebit: & si veritas accusationis aderit, execrabile [d] delictum in exemplum capitali pœna vindicabit. Sed quoadusque [e] probaueris quę intendis, status tuus esse ||is|| videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur.

De pacti interpretatione.

5. Idem A. Seraphiano.

Qui exportandus à domino de ciuitate sua venit, nec [f] in vrbe Roma morari debet. qui autem de prouincia certa, nec [g] in Italia. Si itaque contra legem constitutam factum probare potes: vtere iure quod propterea tibi competit.

SI MANCIPIVM ITA VENIErit, ne [h] prostituatur.

TIT. LVI.

Vendita ne prostituatur, si contra fit, redit ad venditorem: nisi consenserit eam prostitui. Bald.

1. Imp. *Alexand.* A. Socrati.

Præfectus vrbi [i] amicus noster, eam quæ ita venijt, vt, si prostituta fuisset, abducendi [k] potestas esset ei, cui secundùm constitutionem diui Hadriani id competit, abducendi impertiet facultatem. Quod si [l] eum patientiam [m] accommodasse contra legem quam ipse dixerat, vt in turpi quæstu mulier haberetur, animaduertit: libertate competente secundùm interpretationem eiusdem principis, perduci eam ad prætorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, vt ||ibi|| lis ordinetur, iubebit. Nec enim tenor legis, quam semel comprehendit, intermittitur, quòd dominium per [n] plures emptorum [o] personas ad primum, qui prostituit, sine lege simili peruenit.

2. Idem Augustus, Seuero P. P.

Mulierem, quam ita venisse allegas, ne prostitueretur, aut si prostituta fuerit, libera esset, per officium [p] militare exhiberi apud tribunal oportet: vt, si controuersia referatur ||de|| pacto, (quod tamen si verum est, libertas mulieri existente conditione competit) agatur causa apud eum, cuius de ea re notio est. Hæc autem lex & [q] nisi tabulis venditionis inserta sit, quamuis [r] epistola vel [s] sine scriptis facta ostenditur, valet.

3. Idem Augustus, Aurelio.

Eam, quæ ita venit, ne corpore quæstum faceret, nec [t] in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne fraus legi dictæ fiat, oportet.

SI MANCIPIVM ITA FVERIT alienatum, vt [u] manumittatur, vel [x] contra [y].

TIT. LVII.

De pacto vt manumittatur.

1. Imp. *Alexand.* A. Patricensi.

Si Patroclus posteà quàm te Hermiæ donationis [z] causa dedit lege dicta, vt, si quindecim annis continuis seruiisses, ad libertatem perducereris, ita vt ciuis Romanus esses tempore peracto, si modò Patroclus non [a] contrariæ voluntatis fuerat, aut ||etiam|| si iam decesserat: ad libertatem peruenisti: quoniam placuit non solum ad venditos, sed [b] etiam ad donatos eam legem, vt manumitterentur, pertinere. Nec [c] te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alij Patroclus vendere: & ideò non de præstanda tibi libertate, quam ex constitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti: sed libertatem, quam obtinueras, defendere.

2. Idem A. Eutychiano liberto.

Si ea lege Crestes seruum suum sed naturalem [d] filium venum dedit, vt emptor eum manumitteret: quamuis [e] non est manumissus, ex constitutione [f] diuorum Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum, liber est.

De manumißione inutili.

3. Idem A. Fulginio.

Si Iusta Saturnino puellam nomine Firmam agentem tunc annos septem, hac lege vendiderit, vt, cum haberet annos vigintiquinque, libera esset: quamuis factum ab emptore præstandæ libertatis pacto non sit insertum, sed vt libera esset, expressum: tamen constitutioni [g] diuorum Marci & Commodi in semestribus ||scriptæ|| locus est: ideóque impleto vicesimoquinto anno Firma libera facta est: nec obest ei, quòd vicesimoseptimo anno manumissa est, quæ iam ex constitutione libera erat. Et is, quem post [h] vicesimumquintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est.

De mora.

4. Imp. *Gordianus* A. Iocundæ.

Si is, qui precium pro [i] te acceperat, vt statuto tempore ||te|| libertate donaret, moram repromissæ libertati præstitit: ex [k] ||eo|| tempore ||te|| liberam esse effectam manifestum est, ex quo, cùm [l] posset dari libertas, non est præstita: & ideò ex te natos, ingenuos videri procreatos, non incertæ opinionis est.

De pacto ne ad libertatem perducatur.

5. Idem A. Martino.

Ea quidem mancipia, quorum venditio eam legem accepit, ne [m] ad libertatem perducantur, etiam si manumittantur: nanciscì libertatem non possunt. Neque enim conditio, quæ personæ eius cohæsit, immutari [n] facto eius, qua addita est conditioni non seruatæ, iustam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te poterit reuocare ad officium procuratoris [o] qui eam legem venditioni dedit, perspici non potest, cùm nec [p] in priuatorum contractibus fiscus se interponere debeat: & literæ ad te missæ, personæ factum (si non ipse manumiseris) non contineant.

De pacto manumittendi non seruato.

6. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Rufinæ.

Si puellam ea lege vendidisti, vt [q] manumitteretur, &, si manumissa non esset, centum [r] aurei [s] præstarentur: nō [t] seruata fide, nihilo minus eam raptam ex [u] vestigio seruitutis ad libertatem, quæ præstari potuit, constitit, nec pecunia quasi rupta fide suscepta, rectè petetur: cùm (non [x] mutata venditoris voluntate) conditionis potestatem [y], post manumittentis factum [z] repræsentari, optima ratione placuit.

DE ÆDILITIIS [a], actionibus.

TIT. LVIII.

1. Imp. *Antoninus* Decensio.

Si [b] non simpliciter, sed consilio fraudis seruum tibi nescienti fugitiuum [c], vel alio modo vitiosum, quis vendidit, isque ||idem|| fugitiuus abest: non solùm in precium serui venditorem conuenire, sed etiam damnum [d], quod per eum tibi accidit, competens iudex (vt iampridem placuit) præstari iubebit.

2. Imp. *Gordianus* A. Penthilio.

Cum [e] proponas seruum, quem pridem comparasti, post anni tempus fugisse: qua ratione eo nomine cum venditore eiusdem congredi quæras, non possum animaduertere. Etenim redhibitoriam [f] actionem sex [g] mensium temporibus, vel quanto minoris, anno concludi, manifesti iuris est.

a *l. 1. ff. eo. l. 16. §. 4. D. de public.*
b Contra pactū ancilla non potest manumitti.
c serui qui dominum suum vendiderunt, capite plecti iubentur. *vt hic: Synopsis Basili. 7. tit. 6. ex lib. 19. tit. 7. c. 14.*
d Serui qui dominum vendiderunt, capite plecti iubentur. *7. Eclog. 6. ex lib. 19. tit. 7. (etiam* XVII.) *c. 14.*
e Nemo præsumitur à suis venditus, nisi venditionem probauerit: nō præsumitur delictum, nisi probetur. *l. 51. ff. pro socio.*
f *l. 5. D. eo.*
g Quæ ratio vrbis Romæ ad cæteras: ea Italiæ ad reliquas prouincias. Interdicta ciuitate, interdicitur Roma: Interdicta certa prouincia, interdicta quoque Italia censetur.
h *l. 1. §. 8. D. de off. præf. vrb. l. 10. §. 1. D. de in ius vocand. l. 7. D. de iure patron. l. 6. in fin. D. qui sine manumiss. l. 1. §. similique modo j. de Latina libertate. l. si quis. D. de contr. emp. l. si venditor. D. de seruis export.*
i *d. §. 8.*
k *l. 2. s. tit. prox.*
l Nemo potest remittere pactum, vbi remissio continet delictum. *l. 10. §. 1. D. de in ius vocand.*
m Delinquitur plerumque sola patientia, vt is teneatur qui potuit ancillam prostitutioni eximere, nec exemit. *l. 7. qui sine manumiss.*
n Per quascunque manus res ambulat, suam tamen conditionem seruat.
o *l. 7. D. de iure patron.*
p Iudicis officium est, inquirere in delicta, etiamsi nullus sit accusator.
q i. etiamsi nō tabulis, &c. vnde colligunt, hanc pactionē valere interpositam ex interuallo.
r quamuis sine epistola *Accurs.*
s quamuis epistola non sine scriptis, ita videtur legēdum ex interpretatione Azonis.
t *l. 4. §. 2. D. de his qui notantur.* Quod vna via prohibetur, altera non debet admitti.
u *l. 3. D. de seruis export. adde 19. Eclog. 17. adde Cuiac. 1. obs. 29.*
x Suetonius in Augusto. *c. 21.* Barbaros crebrius aut perfidiosius rebellantes non grauiore vnquam multatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege venundaret, Ne in vicina regione seruirent, néve intra xxx. annum liberarentur.
y *l. 5. j. eo.* z *Cuiac. d. loco. l. 8. D. qui sine manumiss.*
a *v. l. 6. in fi. j. eo. & d. l. 8.* b *v. Cuiac. d. loco.* Et ita constitutio disponens fauore libertatis in venditione, trahitur ex interpretatione ad donationem.

c *l. 56. D. de contrahen. empt.*
d v. quæ scripsi ad *Nouel. 78. c. 4. ad l. 5. D. de præscrip.*
e Quod non fit per hominem, lex interdū pro facto habet. *l. vlt. j. eod. l. 10. D. de in ius vocand. l. 3. §. 2. D. de legitim. tutorib. l. 84. §. 1. D. de hæredib. instit. l. 8. in fin. D. de iure patronatus. l. 3. D. qui sine manum.*
f cuius meminit. *l. 2. j. l. 7. §. 8. D. de donat. int. vir. l. 3. ff. qui sine manumiss.*
g *de qua vide l. 2. s.*
h Quod ex ea quæ post annū vicesimūquintum manumitti debet, nascitur, ingenuum est. adde quædam ex *Cuiac. 10. obs. 21. in fin.*
i *v. l. 38. D. de liberali. v. Cuiac. d. loco.*
k Qui post tempus libertatis matris necessariò conferendæ nascitur, liber est.
l id, quando committatur. *v. l. vlt. D. qui sine manumiss.*
m *l. 7. j. de testam. manumiss. l. 44. §. 7. D. de legat. 1. l. 9. §. 2. D. qui & à quibus manu. Theophil. §. 1. Inst. de his qui sunt sui.*
n Emptor, legem rei venditæ impositam mutare non potest.
o fisci sc.
p Procurator fisci cognoscit de causis inter fiscum & priuatum.
q ὅτι ἐλευθερωθῶσιν ἐμπροθέσμως vt ad cōstitutum diem manumitteretur. *synops. 19. tit. 17. c. 21.*
r *l. 10. §. 2. D. de manumiss.*
s πρόστιμον. pœnam. *synops. ibid.*
t si quis puellam vendiderit, vt ad constitutum diem manumitteretur: & si manumissa non esset, pœnam stipulatus fuerit, die cedēte puella quidem manumittetur, pœna vero peti nequit, quum pacti vis præstandam à venditore, manumissionē importat. *synopsis d. loco.*
u euestigio.
x *l. 3. D. de seru. export.*
y potestate manumittētis, &c. *Cuiac. 16. obs. 24.* z Lex interdum repræsentat quod ab actore fieri debet. *dixi ad l. 2. s. eo. adde quæ dixi ad Nou. 1. c. 1.* a *3. C. Theo. 4. dixi ad 21. D. 1. adde Cuia. 9. obs. vbi de ædilitiis actionib.* b si quis seruum fugitiuum prius vendiderit, tā in pretium quàm in damnum extrinsecus accidens, conuenitur: vt si mancipiū aliud sollicitauit, aut re quadam subrepta aufugit. *Synops. Basilic. 19. tit. 10. c. 52.* c *l. 13. §. 1. D. de act. empt. l. 16. §. 2. D. de euict.* d *l. 23. §. 1. D. de ædil.* e *d. l. 54. D. eo.* f Redhibitoria (Græci ἡ ἀναστρέφουσα τὸ πραθὲν ἀγωγὴ) lex, quanti minoris (ἡ μειοῦσα καὶ ἐλαττοῦσα τὸ τίμημα) anno excluditur. *Synopsis ill. loco. 3. Harmen. 3. § 68.* Currunt autem emptori sex menses, ex quo rei vitium cognouit aut cognoscere debuit. *Harme. ibid. §. 69.* g *l. 19. in fi. l. 55. D. eo.*

3. Imppp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti, Mutiano.

SI [a] apud priorem dominum fugisse mancipium non doceatur: fuga post [b] venditionem ||interueniens,|| ad damnum emptoris pertinet. Sin autem venditor non vitiosum [c] etiam in posterum fieri seruum temere [d] promiserit: quamuis hoc impossibile [e] esse videatur, tamen secundùm fidem antecedentis [f] vel in continenti secuti pacti experiri posse non ambigitur. Posteriores [g] enim casus non venditoris, sed emptoris periculum expectant. Verùm cùm seruum, quem comparaueras, ad eum [h], qui distraxerat, rediisse contendis, competens iudex perspectis omnibus, pro repertæ rei qualitate proferre curabit sententiam.

4. Iidem Augusti, Falso.

SI prædium quis sub ea lege comparauit, vt [i], si displicuerit, inemptum sit: id, vtpote sub conditione venditum, resolui, & redhibitoriam actionem aduersus venditorem competere, palàm est. Idem obseruatur, & si pestibilis [k] fundus, i. pestibiles [l] herbas [m] vel lethiferas habens, ignorante emptore distractus sit. nam & in hoc ||etiam|| casu per eandem actionem, eum quoque redhibendum esse|| constat.||

In redhibitoria actione debet probare emptor seruum fugitiuum esse Salyc.

5. Imppp. *Gratian. Valentin. & Theod.* Augusti, Nebridio P. V.

HAbito [n] semel bonæ [o] fidei contractu, mancipióque suscepto, & pretio soluto, ita demum repetendi pretij potestas est ei, qui mancipium comparauit, largienda, si [p] illud, quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere. Hoc enim non solùm in Barbaris, sed etiam ||in|| prouincialibus seruis iure præscriptum est. Dat. 3. Kal. Iul. CP. Honorio A. IX. [q] & Euodio V.C. Coss.

DE [r] MONOPOLIIS [s] ET CONuentu [t] negotiatorum, illicito, vel [u] artificio [x] ergolaborum [y] nécnon balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis.

TIT. LIX.

1. Imp. *Zeno* A. Constantino P.P.

IVBEMVS [z], ne quis cuiuscumque vestis vel piscis, vel pectinum [a] fortè, aut echini [b], vel cuiuslibet alterius ad victum vel ad quemcumque vsum pertinentis speciei, vel cuiuslibet materię, pro sua authoritate, vel sacro iam elicito aut in posterum eliciendo rescripto [c], aut pragmatica sanctione, vel sacra nostræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: néve quis illicitis habitis conuentionibus [d] coniuret, aut paciscatur, vt [e] species diuersorum corporum negotiationis, non minoris quàm inter se statuerint, venundentur.

¶ Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi [f], aliorúmque diuersorum operum [g] professores, & balneatores penitus arceantur pacta inter se componere, vt ne [h] quis, quod alteri commissum sit, opus impleat, aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: data licentia vnicuique ab altero inchoatum & derelictum opus, per alterum sine aliquo timore dispendij implere, omniáque huiusmodi facinora denuntiandi sine vlla formidine, & sine iudiciariis sumptibus. Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis [i] propriis exspoliatus, perpetuitate damnetur exilij. Cæterarum præterea professionum [k] primates, si in posterum aut super taxandis rerum pretiis, aut super quibuslibet illicitis placitis, ausi fuerint conuenientes huiusmodi sese pactis constringere: quadraginta librarum auri solutione percelli decernimus: officio tuæ sedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, si in prohibitis monopoliis, & interdictis corporum actionibus commissas fortè (si hoc euenerit) saluberrimæ nostræ dispositionis condemnationes, venalitate interdum, aut dissimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

a *l.54. D. eo.* Magna in seruo præsumptio est integritatis, si apud priorem dominū non fugit. b Fuga post venditionem interueniens ad emptorem pertinet, nisi venditor, nunquam fugitiuum fore seruum repromisit. *vt hic.* vel nisi ante venditionem fugisse probetur. *synopsis Basilic. 19. tit. 10. c. 54.* c Seruus fugitiuus, vitiosus. d Quod quis temerè promittit, suæ temeritati imputat. e Qui promittit seruū fugitiuum fore, rem penè impossibilem promittere intelligitur. promittit enim factum alienum. hinc ratio dubitandi sumitur in hac lege *ex §. 3. Insti. de inutil. stipul.* Ratio decidendi in eo esse potest, Dominum s. factum serui promittentem obligari: æquè ac si proprium factum promiserit. f Pacta contractum antecedere & subsequi possunt. *v. l. 27. D. de pactis.* g *v. l. 1. & l. vlt. s. de periculo & commodo.* h i. ad venditorem. Si seruus venditus ad vēditorem reuertitur, restituendus est. i *l. 31. §. 22. D. eod. l. 3. D. de contrah. empt. adde Roland. à Valle. 2. consil. 62. in fi.* k *l. 49. D. eod.* Cuiacius legit, *16. obs. 24.* pestilis fundus. Pestilis, i. pestibulas vel herbas lethiferas habens. Pestibulæ, natricum, serpentúmque pestes, vt loquitur Columella: con ficto nomine, ex peste, vt naustibuli, ex naui, auctore Festo. Odore solo fit pestilis locus. *v. quæ notaui ad l. 2. §. 29. D. ne quid in loco publico.* & ita Columella 8. Serpentis odorem pestilentem esse. Ita pestilens ager Salapinorum. *Cicero 2. agraria. quem vide.* l pestibulas. *Cuiac. d. loco. vt s. eod.* m *l. 19. §. 1. D. locati.* n *l. vn. C. Theo. eo. synops. eo. c. 56.* o Quid si venditio non bona fide facta sit: & venditor sciens prudens seruū fugitiuum venderit? emptor à venditore pretium quidem recipit: præstare tamen cautionem duntaxat debet, vt si seruum inuenerit, eum reddat. *Scholiastes synopseos. d. c. 56. l. 21. in fin. D. de ædil. edict.*
p Redhibitoria agens emptor, fugitiuum exhibere & restituere debet.
q hunc numerum expunge, vt sit annus 386. r sensus Eclogæ is est, De nauigatoribus qui annonæ insidiantur, dum emunt & supprimunt merces, aut falsis ponderibus vtuntur: & quod non liceat inter se pacisci de speciebus, ne minoris vendant, quàm inter se statuerunt. & ne sint monopolia. *19. Eclog. 18.*
s vtitur verbo Græco, deficiente Latino. Ita Suetonius *c. 71.* scribit, Tiberium in Senatu abstinuisse sermone Græco: adeo vt monopolium nominaturus, priùs veniam postularet, quòd sibi verbo peregrino vtendum esset. Cæterùm monopolium, est ius vendendæ certæ mercis, quod vnus certíve homines sibi vindicant permissu principis, sub onere vectigalis. t Pars secunda tituli. u Pars tertia tituli.
x vel artificum ergolaborúmque. *Cuiac. hic.* artificum ergo laborum. *Hal.*
y qui opus conducunt faciendum. z *synops. Basilic. 19. tit. 18. c. 1.*
a ἢ κτενίς. *Eclog. d. loco.* Pectinum, quibus vniuntur vel deducuntur capilli. *Cuia. hîc.* Alij Pectinis vocabulo piscis genus intelligunt, de quo Horatius, Pectinibus patulis iactat se mole Tarentum: quod mihi fit verisimilius. b ἢ χοίρε. *Eclog. d. loco.* Cuiacius hîc videtur legisse *herinacei.* quorum cute vestes poliri notat, & in iis fraudem & monopolium magnum lucrum inuenisse Plinius scribit. *lib. 8. c. 37.*
c Ius monopolij priuatus à principe impetrare non potest.
d Pars secunda tituli. e Forma monopolij hæc est. f ἐργολάβοι. *synops. ibid. c.* περὶ τεχνιτῶν ἢ ἐργολάβων. Iidem Græcis ἐργολήπται *Pollux*: ἐργολάβοντες quibus contrarij ἐκδιδόντες. Glossis ἐργολάβος. redemptor. *vt ex l. 39. D. de rei vind.*
g ἐργοδιδάσκαλοι. *Eclog. d. loco.*
h *l. 12. §. 8. j. de ædificiis priuatis.* i Pœna monopolium exercentis.
k Professionū primates, *Les maistres iurez.*

DE NVNDINIS [l], ET [m] mercationibus.

TIT. LX.

1. Impp. *Valens & Valent.* AA. ad Probum præf. præt.

QVi exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam vel veterum [n] indulto, vel nostra authoritate meruerunt: ita beneficio rescripti potiantur, vt nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conueniant, vel in venalitiis [o] aut locorum temporali quæstu & commodo priuata exactione sectentur, vel sub prætextu priuati [p] debiti aliquam ibidem [q] concurrentibus molestiam [r] possint inferre.

DE VECTIGALIBVS [s] & commissis [t].

TIT. LXI.

De manumissione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti, Victorino.

QVI [u] iure manumissus es ante [x] quæstionem commissi motam: statum tuum vectigalis nomine conuelli non est æquum.

De quinquennio elapso, de re non existente.

2. Iidem Augusti, Linuo.

NEque commissum, quod ante quinquennium [y] factum dicitur, si lite res anticipata [z] non est, vindicari potest: neque pro re, quæ in commissi causam cecidit, si ipsa non existat, nec dolo supprimatur, pretium peti potest [a].

De militibus.

3. Iidem Augusti Ingenuo militi.

OMnibus militibus [b] nostris prospeximus, ne ob omissas professiones pœna commissi tenerentur. Proinde deposito hoc metu, si qua portoria debere te apparuerit, exolue.

De licitatione.

4. Imp. *Constant.* Augustus ad Rufum.

PEnes [c] illum vectigalia manere oportet, qui superior [d] in licitatione extiterit: ita vt non minùs quàm triennij [e] fine locatio concludatur, nec vllo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus præstitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionúmque recreari [f] oportet, ac simili modo aliis collocari. Dat. 10. Kal. Iul. Crispo Cæs. 2. Constantino. Coss. 321.

Pro quibus rebus vectigal soluitur vel non.

5. Idem A. Menandro.

VNiuersi prouinciales pro his rebus, quas [g] ad vsum [h] proprium vel ad fiscum inferunt, vel exercendi iuris gratia reuehunt, nullum vectigal à stationariis exigantur. ea verò, quæ extra prædictas causas, vel negociationis gratia portantur, solitæ ||præstationi vel|| pensitationi subiugamus:

l *dixi ad l. 50. D. 11.*
m Nundinæ, celebriores mercatus. Mercationes, seu mercatus, paruæ nundinæ, *Assemblees*: vetitę celebrari die dominico. *1. legum Frãcicarum. 139.*
n Nundinæ πανηγύρεις, statis temporibus fiunt eis locis, in quibus eas habendi ius datū est, longa consuetudine, aut beneficio principis, vel senatus, vel consulum: vel, vt est in Nouella Valentiniani & Martiani *de siliquarum actionibus*, decreto ordinum, honoratorum, & ciuium præsente moderatore prouinciæ. Et hinc notari potest, quibus potestas competat concedendi ius nundinarum quibus adde *l. 1. D. eo.*
o venalibus. sensus est, Ne quid exigatur ex mercibus aut venalibus seruis, & ex quęstu temporali locórum in quibus exponuntur merces.
p Nundinæ publicam habent securitatem. *v. Molin. de vsuris. quæst. 3. num. 97.* vt qui earum causa cōueniūt, non interpellantur priuati debiti causa. *l. 3. in fin. D. de feriis.* publici tamen delicti causa possunt interpellari. *d. l. 3.* vt & banniti. *arg. l. 4. D. de pœnis*: etiam iniustè. *Bal. hîc.* sed & rei criminum. *Nouell. 17. c. 7. adde l. 2. versic. Ei verò. in fin. j. de exhib.*
q & intra dies nundinarum, quos plures fuisse indicat *lex 138. D. de verb. oblig.*
r Cessat itaque ius repræsaliarum seu clarigationis nundinarum tempore. *Bald. hic.* s *11. C. Theod. 11. 56. Eclog. 4.* περὶ κλεπτοτελωνήματος. 2. *Harmen. 3. c.* περὶ λειτουργιῶν τελῶν καὶ κομμερκίου, dixi ad 39. *D.* 4. Vectigal quid sit. *v. l. 6. j. eo.* t Commissum, casus mercium improfessarum apud publicanum. Pœna omissæ professionis, publicatio mercium, aut venalium improfessorum. u Qui suis ex mercibus aliquid cælare voluerit, ne vectigal pendat, & deprehensus fuerit, merces amittit. Similiter si seruum cælauit, dominium amittit. Sed si quis cælatum seruum manumisit, postquam libertas semel competere cœpit, non amplius eum fiscus vindicare potest. *synops. Basil. 56.* περὶ κλεπτοτελωνήματος. *tit. 4. c. 1.* x Seruus improfessus manumitti potest ante quæstionem commissi motam.
y Pœna commissi præscriptione quinquennij tollitur, seu elapso quinquennio, fiscus vectigal commissum vindicare non potest vel commercium. Immò nec ante quinquennium, si res non exstat, nec dolo supprimitur, sed fortè periit. *synops. ibid. c. 2.* z i. contestata. a etiam intra quinquennium. *v. Cuiac. c. 24. de præscrip.*
b Militibus remittitur pœna commissi: non tamen ipsum portorium. *l. 7. in fin. j. eo.*
c *4. C. Theo. 11. l. vnic.* d *l. 9. D. eo.* e Locantur vectigalia in triennium, olim in quinquennium, vt scribit Varro *4. de lingua.* f retractari, renouari. g Nota, quarum rerum nomine vectigal non debeatur. h Imò eas profiteri oportet. *l. 16. §. 3. §. 9. D. eo. adde l. 203. D. de verb. sign.* Solue, aliud est profiteri, aliud vectigal soluere. Cogimur etiam profiteri ea, quæ vectigal nō pendunt, aliâs (vt est in veteri inscriptiōe) Quod vsurarium inuehitur, ansarium non debet. *v. Cuiac. 14. obs. 3.*

gamus:

† Capitale est, exegisse à prouincialibus vectigalium causà plus quam statutum est. *l.vn.in fin.C.Theo.eod.* † Stationarij & vrbani milites, portitoribus & octauariis adsident, vt Dion declarat 54. de quibus accipienda est lex 34. *in fi. D. quibus ex causis maior.* a *l.3.C.Theod.de immun.concess.lib.*11. b πάντα τὰ ἰδιωτικὰ πράγματα τελωνείσθωσαν, &c. Omnium rerum priuatarum nomine vectigalia exigantur: nec quisquam vllo patrocinij modo sanctioné proferat, quę ipsum à vectigali liberet: sed siue negotiator est, siue merces transferet (& ita distinguitur ἔμπορος καὶ ὁ μεταφέρων φορτίον) vectigal depédat: exceptis nauicu lariis. Nam hi, quum sibi negotiantur, à præstatione vectigalis sunt immunes. *synops.Basilic.*56.*tit.*4. περὶ κομμερκίου.*c.*6.

gamus: capitali † pœna proposita stationariis †, & ||vrbanis|| militibus, & cæteris personis, quorum auaritia id tentari firmatur.

De æqualitate in publicis functionibus seruanda, de nauiculariis.

6. Impp. *Valens, & Valent.* AA. ad Florentinum comitem sacrarum largitionum.

OMnium [a] rerum [b] ac personarum, quæ priuatam degunt vitam, in publicis functionibus ęqua debet esse inspectio. Hoc ideò dicimus, quia nonnulli priuatorum elicitas [c] suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia vel cætera huiusmodi, quæ inferri fisco moris est, sibi adserant esse concessa. Si quis ergo priuatorum huiusmodi rescriptione nitatur, cassa eadem sit. Vectigalium enim nō parua functio est, quæ debet ab omnibus, qui negociationis seu transferendarum [d] mercium habent curam, æqua ratione dependi: || exceptis nauiculariis, cùm sibi gerere rem probabuntur.

De octaua vectigalium nomine soluenda.

7. Iidem Augusti, & *Gratianus* A. ad Archelaum comitem Orientis.

EX præstatione vectigalium nullius omnino nomine quicquam minuatur, quin octauas [e] more solito constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat: nulla super hoc militarium [f] personarum exceptione facienda.

De legatis.

8. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Augusti, Palladio comiti sacra. largi.

ALegatis gentium [g] deuotarum, ex his tantùm speciebus, quas de locis [h] propriis, vnde conueniunt, huc deportant, octauarij [i] vectigal accipiant: quas verò ex Romano solo, quæ sunt tamen lege concessæ, ad propria deferunt, has habeant à præstatione immunes ac liberas.

De vectigali alabarchiæ per Ægyptum & Augustanicam.

9. Iidem AAA. eidem comiti sacrarum largitionum.

VSurpationem totius licentiæ summouemus circa vectigal Arabarchiæ [k] per Ægyptum atque Augustaneam [l] constitutum, nihilque super traductione animaliū (quæ sine prohibitione [m] solita minimè permittenda est) temerariè per licentiam vindicari concedimus.

De vectigalibus ad angustiarum solatia quæsitis.

10. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Rufino P.P.

VEctigalia quæcumque quælibet ciuitates sibi ac suis curiis ad angustiarum [n] suarum solatia quæsierunt: siue illa functionibus curialium ordinum profutura sunt, siue quibuscunque aliis earundem ciuitatum vsibus designantur: firma his, atque ad habendum perpetua manere præcipimus, neque vllam contrariam supplicantium super his molestiam formidari.

De Salibus.

11. Iidem AA. Lampadio P.P.

SI quis sine [o] persona mancipum [p], id est, salinarum conductorum sales emerit, vendereve tentauerit, siue propria audacia, siue nostro munitus oraculo: sales ipsi ||vnà|| cum eorum precio mancipibus addicantur.

De rescriptis.

12. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti, Gusoni comiti sacrarum largitionum.

QVicquid contra vectigales largitionalium || titulorum|| vel pragmaticis, vel sacris adnotationibus fuerit elicitum [q], effectu & viribus carere censemus.

Quibus vectigal penditur, & de iure locandi.

14. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti, Flauiano P.P.

EXceptis his vectigalibus, quæ ad sacrum patrimonium nostrum quocumque tempore peruenerunt, cætera [r] reipublicæ ciuitatum atque ordinum, æstimatis dispendiis, quæ||pro||publicis necessitatibus tolerare non desinunt, reseruentur: cum duas [s] portiones ærario nostro conferri prisca institutio disposuerat. atque hanc tertiam iubemus adeò in ditione vrbium municipúmque consistere, vt proprij compendij curam non in alieno potiùs quàm in suo arbitrio nouerint constitutam. Designatæ igitur consortiū portionis eatenus iuri ordinum ciuitatúmque obnoxium maneat, vt etiam locandi, quanti sua interest, licentiam sibi nouerint contributam.

c Immunitas vectigalium neque rescripto quidem principis conceditur. vel ita. Nullus est immunis à vectigalium solutione, etiamsi super immunitate proferat principis rescriptum, quia præsumitur obreptitium. *Salicet.ad de l 7.*∫.*eo.*
d Vectigal propriè onus est mercium quæ transferuntur, siue sint prouinciales, siue peregrinæ *l.vlt.*§.7.*D.eod.* siue in prouinciam deferantur, siue ad peregrinos: mercium, inquam, onus est, non mercatorum. nam & qui mercatores nō sunt, si quid mercis vehant, vectigal soluunt: plerumquè in itinere. *l.*21. *D. de donat. int.vir.* plerumquè in transitu pontis. *l.*60.§.8. *D.locat.*
e Octaua vectigalis exigitur per stationarios & vrbanos milites, qui portitoribus & octauariis adsident, feruntque suppetias. Inde octauarium vectigal. *l.*8.∫.*eo.* adde quædam ex Cuiac. de vectigalibus centesimę, quadragesimæ. 6.*obs.*28.
f *l.*3.∫.*eo.*
g τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν. 56. *synops.* 4. περὶ κομμερκίου. *c.*8. 2. *Harmenop.*5.*cap.* περὶ πρεσβευτῶν. i. exterarum gentium.
h ἀπὸ τοῦ ἔθνους αὐτῶν. *Eclog. d. loco. Harmenop. d.loco.*
i *v.l.*7.∫.*eo.*
k Alabarchiæ. ita emendat Cuiacius 8.*obs.*37. sic in edicto Iustinian. x1. τὸ κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ. *c.* 2. & paulò post. *c.*3. προεστῶτος ἀλαβαρχίων. *Ioseph.*18. δ' εἴπαι τοῦ ἀλαβάρχου. & *lib.*20. παῖς τοῦ καὶ ἀλαβαρχήσαντος ἐν ἀλεξανδρείᾳ. & Iuuen. *Sat.*1. inter quos ausus habere Nescio quis titulos Ægyptius aut Alabarches. & ita Pompeius (Cuiacius id refert ad Antonium) à Cicerone 2. *ad Attic.*17. Alabarches dicitur (non Arabarches, quasi Arabiæ partem subegisset, vt putat *ibid.* Manutius) eò quòd gloriaretur se vectigalia populi Romani adauxisse. ἀλαβα. enim Hesychio τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν. Alabarches, magister est scripturæ, *scripsi ad Varronem vbi de aratione* quæ fiebat pascendi pecoris causa. Si quidem pastores in saltibus publicis pecora pascentes, numerum capitum sui pecoris apud publicanos profitebantur. *vide Simeonem Bosium* 2. *ad Attic.*17. Sed tamen Cuiacius ἀλαβαρχίαι interpretatur, vectigal quod pro transductione pecorum inferebatur: cui hæc lex mirum ad modum fauet. Idem adiicit, Arabarchiæ vocabulum pro Alabarchia vsurpari, vt ἀργάλεον, ἀλγάλεον: φραγγέλιον, φλαγγέλιον.
l Augustanicam. m præbitione. Præbitio solita. i. vectigal Alabarchiæ.
n Quælibet ciuitas vectigalia sibi imponere potest, ad necessarias vtilitates.
o hinc constat, singulos coactos fuisse sal emere à conductoribus salinarum. Vnde & in libris feudorum, inter regalia, salinarum reditus computantur. *titul. quæ sunt regalia.* Salinas publicas intellige. nam priuatis etiam salinas possidere licuit. *v.l.*4.§.7. *D.de censibus.* adde Cuiacium 3.*obs.*31.
p habebant enim publicani maximas familias in salinis. *l.*59.§.1. *D.de hæred. instit. l.* 13. *D.de public.l.*17. *in fin.D.de verb. sig.v.Cuia.*7.*obs.*4.*in fi.* Damnabantur etiam nonnulli ad salinas. *l.*8.§.8. *D. de pœnis.*
q *l.*3.∫.*ti.prox.*
r cæterarum.
s Vectigalis soluti duas partes habet fiscus: tertiam, ciuitas seu municipiū nisi sit vectigal principi reseruatum. *Salyc.*

VECTIGALIA NOVA INSTITUI NON POSSE [t].

TIT. LXII.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* Augusti, Victorino.

NON quidem temerè [u] permittenda est nouorum vectigalium exactio: sed si adeò tenuis est patria tua, vt extraordinario auxilio iuuari debeat, allega præsidi prouinciæ, quę in libellum contulisti: qui re diligenter inspecta, vtilitatem communem intuitus, scribet nobis, quæ compererit: & an habenda sit ratio vestri, & quatenus, existimabimus.

2. Iidem AA. Callistiano.

VEctigalia noua nec decreto ciuitatum institui possunt.

3. Impp. *Gallien. & Valerian.* Augusti, Tusco & aliis.

NOn solent noua vectigalia inconsultis principibus [x] institui. Ergo & exigi [y] aliquid, quod illicitè poscatur, competens iudex vetabit: & id, quod exactum videtur, si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit.

4. Imp. *Constant.* A. ad Felicem P.P.

SI [z] prouincialium nostrorum querela de conductorum auiditate extiterit, & probatum fuerit vltra antiquam [a] consuetudinem, & nostræ [b] terminos iussionis aliquid eos profligasse: rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conspectibus autem tuis vel eorum, qui tuæ grauitati succedunt [c], licitationis cura seruetur.

5.

ILlorum [d], qui publica siue fiscalia debent, omnia bona sunt obligata.

DE COMMERCIIS [e], ET mercatoribus.

TIT. LXIII.

De debitis pensionibus agnoscendis.

1. Impp. *Valens & Valent.* AA. ad Iulianum comitem Orientis.

NEgotiatores si qui [f] ad domum nostram pertinent, potentiorum quoque homines [g] necessitatem debitam pensionum (vt honestas postulat) agnoscere moneantur: vt per cunctos, qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabilis fiat agnoscendæ deuotionis effectus. Dat. 15. Kal. Maij, Constantinopoli, Diuo Iouiano & Varroniano Conss. 364.

De barbaris.

2. Imppp. *Gratian. Valentinian. & Theodos.* Augusti, Tatiano comiti sacr. larg.

NOn [h] solùm Barbaris aurum minimè prębeatur: ||sed|| etiam, si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio. Sed [i] si vlteriùs aurum pro mancipiis vel quibuscunque speciebus ad Barbaricum [k] fuerit translatū à mercatoribus: non iam damnis, sed suppliciis subiugentur. Et si id iudex repertum non vindicat: tegere vt conscius [l] criminosa festinat.

De nobilioribus & ditioribus.

3. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti Theodoro P.P.

t *l.*10. *D.de publ.l.vlt.ff.de vi public. Nouel.*43. *c.*1.§.1.
u i. Inconsulto principe. *l.*4.∫.& *d.l.*10.56. *Eclog.*1.*c.*9.
x *d.l.*10. in monarchica gubernatione. s. in democratica, citra populi consensum.
y *l. vlt.* ∫. *tit. prox.*
z ὁ περισσότερον ἀπαιτήσας τελώνης. &c. Publicanus qui amplius quàm par sit, exegerit, exilio perpetuo punitur: & alius pro eo constituitur: licitatione (ea Græcis ὑπερθεματισμὸς) vectigalis in conspectibus præsidis facta. *synops. Basilic.* 56. *tit.*4. *c.*16.
a *l.*4. *in fin.l.*9.§.6. *D.de public.*
b *l.*3.∫.*eo.*
c Hi ἄρχοντες præsides. *synops. d.loco.*
d interpretatio Leunclaij. Est autem hæc lex desumpta ex 56. *Eclog.*4.*c.*17.
e Commercium quid. *v. apud Vlp.*19.§.5. *Theoph.*§.2. *Inst. de inut. stipul.*
f *l.*5.*C.Theod. de lustrali conlatione lib.*13.*tit.*1.*l.*1.∫.*de episco. aud.*
g hominum vocabulo in iure, continentur procuratores, actores, custodes, conductores, emphyteuticarij, chartularij, vasalli. *v.l.*2.§.1.∫.*de episc.l.*1.*l.*4.∫.*de dignitatibus. l.* 1.∫. *de conductoribus & procuratoribus siue exactoribus.v.Cuiac.*8.*obs.*14. h adde quædam ex orat. Cicer. *pro L.Flacco.* i Negotiatores pro mercibus quas emunt ἐν τῷ βαρβαρικῷ in Barbarico, non persoluant aurum, sed alias species reddant: qui secus faxit plectendus: Iudex qui id facientē non punierit, tanquam conscius punietur. Quippe Barbaris aurum non solum non præbendum, sed etiam quidquid apud eos auri est, auferendum. *synops. Basil.*56.*tit.*12. περὶ κεκωλυμένων εἰδῶν. *c.*20.
k Negociatores, pro mercibus quas emunt in Barbarico, non persoluunt aurum: sed alias species reddunt. 59. *Eclog.* περὶ κεκωλυμένων εἰδῶν. *adde l.*2.∫. *quæ res exportari.*
l Iudex sceleris conscius punitur. *v. Bellouis.*2. *pract.*6. *nu.*40.

† Nobiliores arcentur à mercatura, non quòd mercatura ſit res illicita, (eſt enim contractus iure gentium) ſed quia plebeio difficile eſt commercium cum nobili. Molinæus *de vſur. nu.* 59. Quo quiſque honeſtior eſt eo minus decet eum negotiari & fœnerari. † Mercatura tribus hominum generibus interdici videtur, nobilibus, magiſtratu fungentibus aut functis, ditioribus: nempe vt facilius ſit emendi vendendique commercium μεταξὺ τοῦ ἰδιώτου καὶ πραγματευτοῦ. inter plebeios & negotiatores. *vt hîc. ſynopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 18. *ex lib.* 56. *tit.* 1. *c.* 21. quod poſtea ſublatũ videtur aut certè deſuetum. Nã teſte *Harmenop.* 2. *tit.* 5. §. 19. πάντες ὀφείλουσι κομμερκεύειν. omnib. commercia exercendi poteſtas eſt.

NObiliores †natalibus†, & honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.

De Perſis.

4. Iidem Augusti, Anthemio P.P.

MErcatores tam imperio noſtro, quàm Perſarum regi ſubiectos, vltra† ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minimè oportet, ne alieni regni (quod non conuenit) ſcrutentur arcana. Nullus igitur poſt hac imperio noſtro ſubiectus vltra Niſibin, Callinicum, & Artaxatan [a] emendi ſeu vendendi ſpecies cauſa proficiſci audeat: nec præter memoratas ciuitates cum Perſa merces exiſtimet commutandas. Sciente vtroque, qui contrahit, & ſpecies, quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, ſacro ærario noſtro vindicandas: & præter earum rerum ac pretij amiſſionem, quod fuerit numeratum, vel commodatum, exilij ſe pœnæ ſempiternæ ſubdendum. Non defutura contra iudices, eorúmque apparitores, per ſingulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Perſa commeauerint. Exceptis videlicet ‖his,‖ qui legatorum Perſarum quolibet tempore ad noſtram clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis ‖& legationis[b]‖ intuitu extra præfinita ‖etiam‖ loca mercandi copiam non negamus: niſi ſub ſpecie [c] legationis diutius [d] in qualibet prouincia reſidentes, nec legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercaturæ inſiſtentes, non immeritò vnà cum his, cum quibus contraxerint ſeu reſederint, pœna huius ſanctionis perſequetur.

De numero collegiatorum & ſubſtituendo aliquem in locum defuncti.

5. Iidem Augusti, Ætio P.P.

CEſſante omni ambitione, omni licentia, quingentorum ‖ſexaginta trium‖ collegiatorum [e] numerus maneat, nulliſque his addendi, mutandive, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: ita vt iudicio tuæ ſedis ſub ipſorum præſentia corporatorum, in eorum locum, quos humani ſubtraxerint caſus, ex [f] eodem, quo illi fuerant, corpore, ſubrogentur: nulli alij comparatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa.

De ciuitates vetuſtis legibus inclytas tranſgredientibus vel peregrinos negotiatores ſuſcipientibus.

6. Iidem AA. Maximo comiti ſacrar. largit.

SI qui inclytas nominatim vetuſtis legibus ciuitates [g] tranſgredientes ipſi, vel peregrinos negotiatores ſine comite commerciorum ſuſcipientes fuerint deprehenſi: nec proſcriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilij vlteriùs euadent. Ergo omnes pariter, ſiue priuati, ſiue cuiuſpiam dignitatis, ſiue in militia conſtituti, ſciant ſibi aut ab huiuſmodi temeritate penitus abſtinendum, aut ſupradicta ſupplicia ſubeundum.

DE RERVM PERMVTATIONE[h], & præſcriptis [i] verbis.

TIT. LXIIII.

De euictione.

1. Imp. *Gord.* A. Theraſæ.

SI, cùm patruus tuus venalem poſſeſſionem haberet, pater tuus pretij nomine (licèt non taxata quantitate) aliam poſſeſſionem dedit, idque ‖quod‖ comparauit, non iniuria iudicis, nec patris tui culpà euictum eſt: ad exemplum ex empto actionis non immeritò id, quod tua intereſt, ſi in patris iura ſucceſſiſti, conſequi deſideras. At enim ſi, cùm venalis poſſeſſio non eſſet, permutatio facta eſt, idque, quod ab aduerſario præſtitum eſt, euictum [k] eſt: quod datum eſt, ſi hoc elegeris, cum ratione reſtitui [l] poſtulabis.

† *l. vlt.* ✝. *eo.*
a Artaxata Armeniæ vrbs eſt. *Strabo* 11.
b Legatis, eorúmque comitibus multa indulgentur.
c Legationis priuilegio neminem abuti oportet.
d hinc colligitur, Ex frequenti delicto pœnã augeri. qua de re. *v. Bellouiſan.* 3. *pract.* 16. *nu.* 7.
e *v.* ✝. *de collegiatis.* Collegiati hîc ſunt copiatæ. *l.* 1. *Cod. Theod. de luſtrali collatione.*
f *v. Forner.* 2. *ſelect.* 21.
g *l.* 4. *s. eo.*
h *dixi ad* 19. *D.* 4. 20. *ſynopſ.* 3. *Græcis* ἀντάλλαγη & ἀνάλλαγη dicitur. *d. tit.* 3.
i *dixi ad* 19. *D.* 5.
k Si res permutata euincitur, in factũ competit actio cui res euincitur. *l.* 1. §. 1. *D. de rerũ permut. l.* 5. §. 2. *in fi. D. de præſcript. verb.* ad intereſſe. *l.* 29. ✝. *de euictionib.*
l *v. Papon.* 3. *notar.* 9. *de reſtitut. contre eſchange.*
m Permutatio bona fide contracta venditioni & emptioni adſimilatur. *ſynopſ. d. tit.* 3. *c.* 4.
n Permutatio, vicina emptioni. *l.* 2. *D. de rer. permut.* inſtar emptionis. *Nou. Valent. de conf. his quæ adminiſ.* quaſi emptio. *l.* 62. *D. de iur. dot.* Qui permutat, emptori ſimilis *l. vlt. C. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* 19. *Eclog.* 3. *c.* 4. non tamen idem *l.* 1. *D. de rer. permut.* Permutatio fit rebus. *d. l.* 1. non emptio *l. pen.* ✝. *eod.* Interdum pecunia cum facto permutatur. *l. vlt. D. de condict. cauſ. data.* quod ei accidit qui pecuniam accipit, vt manumittat: iſque caſus non eſt emptio, ſed vel permutatio vel locatio. *l.* 5. §. 2. *D. de præſcript.*
o *vide Cuiac.* 11. *obſeru.* 17.
p In eo differt permutatio ab emptione: Hæc, nudo conſenſu: illa re perficitur. *l.* 1. §. 1. *D. eod.*
q Stipulatio adnexa contractui innominato, facit vt non ſit locus pœnitentiæ. *l.* 5. ✝. *de contrah. ſtip.*
r *l.* 5. *in fi.* ✝. *eo.*
ſ *l.* 7. *in fin.* ✝. *eo. l.* 1. *in fin. D. eo.*
t *l.* 4. *in fin. s. eo.*
u *l. vlt.* ✝. *eo. l.* 18. *D. de præſcript. v. l.* 2. *s. de pact. int. emptor.*
x ſed pecunia numerata. *l.* 1. §. 1. *D. de contrah. empt.* §. 2. *Inſt. de empt.*
y Imò emptio priſcis temporibus etiam ſine nummo. *l.* 1. *D. de contra. emption.* Vbi verſibus Homericis probatur rebus facta emptio. ſic apud Virgil. 1. Georgic. emendi verbum eſt ſine nummo, illo verſu, Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis. Et alioquin Romæ primò pretium pendebant in trutina, & per trutinam ſoluebatur (cuius veſtigium trutina in æde Saturni) vnde Ennius, Pœni ſtipendia pendunt. Hinc libripens in emptionibus. *Varro* 4. *de lingua.* §. 1. *Inſt. de teſt.* Per contrarium, permutatio cum pecunia ſignata eſſe poteſt. *l. cum hi.* §. *ſi cui. D. de tranſact. l. ita conſtante. D. de iure dot. l. ſi mulier. D. de pactis dotal.* §. *conſtituitur. Inſtit. de vſufr. Plinius* 31. *c.* 8. *vide Forcatulum Necromantiæ. c.* 48. & 49.
z *l.* 4. *in fi. s. eo.*

Collatio emptionis & permutationis.

2. Impp. *Diocl.* & *Maxim.* Augusti Primitiuæ.

PErmutationem [m], vtpote ‖re ipſa‖ bonæ fidei conſtitutam, ſicut commemoras, vicem [n] emptionis obtinere, non eſt iuris incogniti.

De actione.

3. Iidem AA. & CC. Leontio.

EX placito [o] permutationis, nulla re ſecuta, conſtat nemini actionem competere [p]: niſi [q] ſtipulatio ſubiecta, ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.

Si is qui fundum cauſa permutationis accepit eum vendiderit.

4. Iidem AA. & CC. eidem Leontio.

CVm precibus tuis expreſſeris placitum inter te & alium permutationis interceſſiſſe, eúmque fundum à te datum vendidiſſe: contra emptorem quidem te nullam habere actionem perſpicis, cùm ab eo ſuſceperit dominium, cui te tradidiſſe titulo permutationis non negas. Sed ſi ſecundùm fidem placiti ſtipulatio ſubiecta eſt: ſucceſſores eiuſdem, cum quo contractum habuiſti, conuenire non prohiberis. Si verò nulla ſtipulatio interceſſit: præſcriptis verbis actio eſt, vt [r] vel fides placiti tibi ſeruetur, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dediſti, cauſa [ſ] non ſecutâ reſtituatur.

Do fundum vt accipiam domum.

5. Iidem AA. & CC. Theodolanæ.

QVoniam adſueueras, patrem tuum ei, contra quem preces fundis, hac coditione dediſſe fundum, vt inuicem domum certam acciperet: aditus præſes prouinciæ placitis eam parere, vel, ſi cauſam [t], propter quam fundus datus eſt, ſequi non perſpexerit, conditionis ratione datum ‖à te‖ reſtituere, ſicut poſtulas, iubebit.

De lege traditionis.

6. Iidem Augusti, & CC. Protogeni.

REbus certa lege traditis, ſi huic non pareatur, præſcriptis [u] verbis incertam ciuilem dandam actionem, iuris authoritas demonſtrat.

Do frumentum vt accipiam oleum.

7. Iidem AA. & CC. Timotheo.

EMptionem rebus [x] fieri non [y] poſſe, pridem placuit. Igitur cùm frumenti certam modiationem Callimacho & Acamato te dediſſe, vt tibi repræſentent olei deſignatum pondus, adſeueres: ſi placitis citra ſtipulationis ſolemnitatem non exhibeant fidem: quantum dediſti, cauſa [z] non ſecuta condicere pro deſiderio tuo potes.

De lege donationis.

8. Iidem Augusti, & CC. Paulinæ.

EA lege [a] rebus donatis Candido, vt, quod placuerat, menſtruum ſeu annuum tibi præſtaret: huiuſmodi conuentio non nudi pacti nomine cenſeatur, ſed rebus propriis dictæ legis ſubſtantia muniatur [b] ad implendum ‖tibi‖ placitum (ſicut poſtulas) præſcriptis verbis [c] competit actio.

DE [d] LOCATO [e], ET conducto.

TIT. LXV.

De rei interitu.

1. Imp. *Antoninus.* A. Agrippino.

DOminus horreorum periculum vis maioris [f] vel effracturam [g] latronum, conductori præſtare non cogitur [h]. His ceſſantibus, ſi quid extrinſecus [i] ex depoſitis rebus, illæſis horreis, perierit: damnum depoſitarum rerum ‖ei‖ reſarcire debet.

De ædificiis exſtruendis.

2. Idem Augustus, Epicleto.

ADuerſus eos, à quibus extruenda ędificia conduxiſti [k], ex conducto actione contendens, eo iudicio, quod eſt bonæ [l] fidei, debitum cum [m] vſuris ſolitis conſequêris.

An inquilinus expelli poſſit.

3. Idem A. Callimorphoniæ.

AEde [n], quam te conductam [o] habere dicis, & [p] penſionem

a Rebus certa lege datis, ex ea lege datur actio. *l.* 10. *s. de pactis. l.* 1. *de pactis conuentis.* non datur autem ex nudo pacto. vt hinc conſtet, pactum datione in contractum tranſire ſeu potius, cõtractum eſſe cui ineſt pactum: cùm nihil referat, præcedat an ſequatur pactum. *vide Cuiac.* 11. *obſe.* 17. *in fin.*
b Pactum datione munitur, & tranſit in contractus nomen. *v. Cuiac.* 11. *obſer.* 17. *in fi.* & 14. *obſ.* 28. *in fin.*
c *l.* 6. *s. eo.*
d *dixi ad* 19. *D.* 2.
e Locator nõ is eſt ſemper qui mercedem accipit. nam qui locat alterius operas, dat mercedem. Dici poteſt generalius, Locatorem eſſe eum, qui dat vtendum vel faciendũ aliquid: Conductorem eſſe, qui quid accipit vtẽdum vel faciendum: vt locare nihil aliud ſit, quàm vtendum vel faciẽdum aliquid dare: conducere, accipere. *vide Cuiac.* 2. *obſ.* 28.
f *l.* 33. *in fin. D. eod.*
g aggreſſuram *l.* 12. ✝. *eod. l.* 34. *l.* 55. *D. eo.*
h niſi cuſtodiam in ſe receperit. *d. l.* 55.
i Locator vim & caſum non præſtat, ſed culpam.
k Conductor ædificij exſtruendi hic, ipſe opifex eſt & architectus qui mercedem accipit: qui locat ædificium exſtruendum, pecuniam numerat: & ſi conductori pecuniã tardius quã par ſit, numeret vſuras preſtat. Quarum vocum vim ignorarunt cum Accurſio veteres.
l *l.* 17. ✝. *eo.*
m In locato veniunt vſuræ ex mora *Salyc.* Faber qui præſtitit operam, nec recepit mercedem, eam petit cum vſuris. *Bal. l.* 17. ✝. *eod.*
n *ſynopſis Baſilicon* 20. *tit.* 1. περὶ ἐνοίκων. *cap.* 54. 3. *Harmenopul.* 8. §. 36. Inſula: quidam ita legunt apud Accurſium, quibus accedit lex 30. *D. eod.* vtut ſit, hypotheſis huius legis adaptari poteſt ad prædia ruſtica. *vide Cuiac.* 12. *obſeru.* 38. quibus caſibus, colonus malè verſatur in re conducta. vide Imbertum in *Enchiridio in verbo*, *Le fermier.*
o Conductor caſibus hac lege comprehenſis à locatore poteſt expelli. Quid emphyteuta: num iiſdem ex cauſis expelli poterit, non poterit? tametſi inter emptionem & emphyteuſim magna ſimilitudo ſit. *l.* 1. ✝. *de iure emphyt.* Idque poſt Ioan. And. & Iaſonem. notat Hippolytus Marſil. *ſingulari* 94.
p Inquilinus, quandiu penſionem ſoluit, à domino expelli non poteſt: niſi vel ad proprium vſum, eúmque neceſſarium domo egeat, eámve reficere velit, vel inquilinus ea malè ſit vſus. 20. *Eclog.* 1. *cap.* περὶ ἐνοίκων. 54. 3. *Harmenopul.* 8. *cap.* περὶ κιναίων.

ſionem

a Partis enim solutio non sufficit.*l.41.§.1.in fin. D.de vsur.* b vel paratus sis soluere,nam qui offert,danti proximus est.*Nouell.31.c.2.in fi.* Aliud ergo erit,mora commissa in soluendo. Quo casu si quæras,cuius temporis mora consideretur? dic,triennij moram requiri in emphyteuta rei priuatæ: in ecclesiasticæ emphyteuta, triennium.*l.2.j.de iure emphyteutico:* in conductionibus,biennij moram requiri si conductor non apparet.*l.56.D.eo.* aut si præsens sit. & pactum ei factum sit de non expellendo.*l.54 §.1. D. eod.* His cessantibus, moram statim prima pensione committi. Alij dictam legem 56.*&* *l.54.* referũt ad eum,qui in lustrum conduxit, & Cynus & Baldus *hic.Cuiac.Nouell.7.fol.* 352. vtramque legem refert ad quemlibet conductorem, ea sententia,Quemlibet conductorem expelli posse post biennij cessationem, & huc refert illud Martialis, Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi, quas non retentas pensione pro bima portabat vxor.

sionem [a] domino insolidum [b] soluisti [c], inuitam [d] te expelli [e] non oportet [f], nisi [g] propriis [h] vsibus dominus eam necessariam [i] esse probauerit, aut [k] corrigere [l] domum maluerit [m], aut [n] tu male [o] in re locata versata es [p].

De horreis effractis.

4. Imp.*Alexand.*A.Sabino.

EX diui Antonini Pij literis certa forma est, vt domini horreorum effractorum, eiusmodi querelas deferentibus custodes exhibere necesse habeant, nec vltra periculo subiecti sunt. Quod vos quoque adito præside prouinciæ impetrabitis. Qui si maiorem animaduersionem exigere rem deprehenderit, ad Domitium Vlpianum præfectum prætorio [q], & parentem [r] meum, reos remittere curabit. Sed quia domini horreorum nominatim [s] ||etiam ipsi|| custodiam repromiserunt,idem exhibere debent.

De rebus à colono inductis.

5. Idem A.Petromæ.

CErti iuris est, ea, quæ voluntate [t] dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus [u] locatur, non est necessaria in rebus [x] inductis vel illatis scientia domini.nam ea quoque pignoris iure tenentur.

c Primus casus, quo locator conductorem licitè potest expellere,is est: Si mercedem vel pensionem non soluit: etiamsi pactum factum sit de non expellendo.*vide Ferrariensem in forma libelli quo agitur ad ficti præstationem 42. in verbo Inuestiuit. num.7.* d conductorem.ergo à contrario, inuito locatore conductor ante tempus migrare non potest,quod perpetuò verum non est.*dixi ad l.27.§.1.l.55.in fi.D.eo.* addam etiam quædam alia ad *l.33.j.eod.*

e Iure ciuili licitum fortè locatori,facto ipso conductorem expellere.Iure Gallico expellitur officio iudicis, *Imbertus d.loco.Papon.10.Arrest.3.num.6.in fin.* Paponius refert,Senatusconsulto(quod tamen Imbertus dicto loco videtur negare) comprobatum fuisse factum eius,qui conductorem,finito conductionis tempore excedere nolentem,vi expulerat.1.*Arrest.3.nu.6.*

f quo nomine actio competit.an ad interesse? *v.l.15.j.eo.*

g Secundus casus,quo locator conductorem expellere potest. Propter inopinatos casus licitum est domino recedere à conuentis.*Baldus.*

h Propria commoda alienis anteponere licet. Propria intellige,& sua,& suorum: puta vxoris,liberorum,hoc enim videtur tacitè excipi & porrigi ad liberos & vxores, propter summam eiusmodi personarum inter se coniunctionem. Quædam enim laxius ex æquo & bono intelliguntur, ídque in vsu relicto vxori vel marito perspicitur.*l.2.3.4.5.D.de vsu.* Huc etiam facit, quod propter superuenientes liberos donatio reuocari potest. *l. 8.j.de reuocandis.* ergo & locatio. neque fit iniuria conductori, cùm idem eidem in pari causa sit permissum. Debuit quoque id intelligere, à parente numquam locationem ita fieri,quin tacitè excipiat liberorum necessitatem. huc facit quod scripsi ad *l.13.in verbo,Tam pro se quàm pro filio.§.de aduoc.diuers.iud.*

i Necessitas facit aliquid esse licitum. Huius necessitatis exemplum elegans, vide apud Paponem 10.*Arrest.3.num.3.*

k Tertius casus quo conductor expelli potest.

l necessario.*l.l.35.D.eo.* (Græcis ἐπισκευάσαι.3.*Harmenop.8.§.36.*)tunc dominus prædij pro rata temporis deducere ex mercede tenetur. Quid si dominus insulæ quid demolitus fuerit citra necessitatem,sed vt melius reponeret?præstare tenebitur quanti conductori interfuerit non migrare.*l.30.D.eo.* Quod semper verum non est.Nam si quid transuersarium dominus reficit,ídque conductori sit incommodo, nihil locator conductori ex mercede deducet. Aliud omnino futurum est, si necessariam cœnaculi partem aperuerit.*l.27.D.eo.*

m Ponè hoc casu, domum esse refectam & eo nomine inquilinum expulsum:quæri potest,vtrum domo refecta,inquilinus se in veterem locationem restitui possit iure postulare? Inquilinum id iure petere posse notat Accursius *in l.si duo.§.3. in verbo domum. D. vti possidetis.* quod Bartolo notatum dignum videtur ibidem, vt & Romano *singulari* 234.Cremensi *singulari* 71. Quid, in tempus integrum conuentæ conductionis restitueturne,,initio tantùm facto à domo refecta, an potius ab eo tempore,quo conductione expulsus est? hoc verius videtur. Lege enim permittente factum à locatore, pœnam ei inferre non debet *l.26.D.de damno. l.55.l.129. D. de regulis.* vt id damni conductoris periculo esse æquius sit quam locatoris, post contractam locationem, exemplo emptionis, à qua perfecta,transit illico periculum in emptorem.*l.1.& passim. D.& C.de periculo & commodo rei venditæ.* Rursus quæri potest,quam pensionem præstare inquilinus debeat, an quæ initio conuenta sit,an ampliorem, habita ratione domus refectæ & in commodiores fortè vsus mutatæ?Id æquius esse videtur:ne cum alterius iactura locupletetur.*l.6.§.3.D.de negotiis.* & alioqui constat,conductori mercedis deductionem fieri,si incommodior eius habitatio reddatur refectione.*l.27.D.eod.* vt per contrarium, augeri merito debeat, si commodior sit effecta.

n Quartus casus,quo conductor à locatore expelli potest.

o *Nouell.120.c.8.* Symmachus *in epist.* Conductor ædibus ita abusus est, vt paruo licet tempore iisdem locis labem consulto intulisse dicatur. *& post,* geminum beneficium à vobis expostulat. primum, vt improbissimus inquilinus locorum intentione depellatur. Deinde,vt habita deterioratæ rei æstimatione, sumptus iustæ instaurationis agnoscat.

p Súntne aliæ causæ præter superiores? Certè sufficiens non est causa conductoris expellendi,quòd alius vberiorem pensionem offerat.*l.21.j.Cuiac.12.obseru.38.* adiicit, conductorem ob malos mores, vel ob existimationem malam, vel si difficilis sit conuentu,vel si nullum cum eo negotium agatur, quin cum eo lis sit aliqua,expelli posse quod ad mulieres illaudatæ famæ & vitæ, veluti meretrices & lenones extendunt leges.*Nouell.14.c.1.l.7.D.de vsur.v.Papon.22 Arrest.9.nu.14.ibi, Putain peut estre contrainte de vuider d'vne maison,& num.15.ibi, Putain n'est receue en ferme de maison.* Zasius *ad l.1.D.soluto matrim.num.39.40.* post Alexandrum, Anchoranum, Imolam, Speculatorem.hoc videtur etiam referre ad fabros & id genus artifices, quorum nimis violento artificio auditorij, aut templi quies turbetur: & ad eos studiosos qui fistulando,cantando,aut altiori voce legendo,vicinis studiosis sunt molesti, idque ita deberi vtilitati publicæ:An conductor possit expelli ante tempus ab emptore fundi.*v.l.9.j.eo.* An ab hæredibus locatoris,An conductore mortuo eius hæres expelli possit? *v.l.10.j.eo.* An quia rem alteri locauerit. *v.l.6.j.eo.* Quid si frumentum integræ locationis vniuersam pensionem? non potest expelli. *v. Ferrariensem form. 42.§. 2.num. 9.* Quid si vsufructuarius fructuarium fundum locauit in plures annos,ísque sit mortuus? Proprietarius non cogitur stare locationi.*l.9.§.1.D.eo.* Quid si tacita reconductio secuta est? *v.l.16.j.eo.* Quid si conseruandæ conductionis causa,ius hypothecæ in rem conductam conductor habuerit? dicam *ad l.6.j.eo.* Quid si in plures annos facta fuit locatio,veluti in decem? Paponius notat, senatusconsulto Parisiensi vetitum,ne huiusmodi conductorem liceret expellere, cum ei vtile dominiũ competat,& interdictum possessorium. *l.1.ff. si ager vectigalis. v.Papon. 10. Arrest.3.nu.2.*

Si conductor rem fruendam alij locet.

6. Idem A.Victorino.

NEmo prohibetur rem [y],quam conduxit, fruendam alij [z] locare,si nihil aliud conuenit [a].

De vectigalibus.

7. Idem A.Terentiano.

SI [b], cùm Hermes vectigal octauarum [c] in quinquennium conduceret, fidem tuam obligasti, posteáque [d] spatio eius temporis expleto, cum idem Hermes in conductione vt idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti: non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi, competens iudex non ignorabit.

De lue,tempestate,vel alio cœli vitio.

8. Idem A.Higinio.

LIcèt certis annuis quantitatibus fundum conduxeris: si tamen expressum non est in locatione, (vt [e] mos regionis postulabat) vt, si qua lue [f] tempestatis,vel alio cœli vitio damna accidissent, ad onus tuum pertinerent, & quæ

q vt & alibi ad præfectum vrbi. *l.3.§.1. D. de off. præfect.vrb.* r dixi ad *l.2.§. 5. D. qui petant tutores.* expressa,vt *l.1.§.de sacros. eccles. l 4. D. de adim. leg.* non tacita.*l.Pomponius. D. in quibus.caus.pig.* vt in ea re differat prædium rusticum ab vrbano: & illata in rusticũ prædium, nũquam tacitè obligentur, etiamsi dominus sciuerit. (hoc aduersus Accursium & receptam opinionem defendit. Forcatulus 17.Necyomantiæ) illata in ædes,tacitè sint obligata. *l. 2. D. in quib.caus. pig.vel hypothec.* Rationem differentiæ eam esse, quòd in ædibus & vrbano ædificio nihil aliud sit conductoris quod locatoris obligetur: in rustico, etiamsi illata non sint,pignori fructus sunt.*l.in prædiis.l.eo iure.D in quibus caus.pign.* & breuiter,illata in rusticum prædium,non aliter esse pignori,quàm si expresse pignorata sint. *arg. l. 1.vlt.D.de Saluiano.* idque in Seruiana, & quasi Seruiana & Saluiano interdicto esse. *§.item Seruiana.vbi Theophil.l.debitor. D. ad Trebell.§.sequens.Inst.de interdictis.l.1.§. hoc interdictum.D.de migrando.* Deinde hìc non quæri, an inuecta in rusticum prædium indistinctè sint pignori locatori: sed an inuecta à colono seu seruo alicuius sint conductori pignorata.Hoc tandem definiri: inuecta à seruo, non esse pignori, nisi dominus ipse expressè consentiat.

s Horrearius custodiam effracti horrei non debet, nisi specialem custodiam repromiserit.*l.55.l.60.in fin.D.eod.* & vim.*l.5.§.1.D.eo.*

t id est,si expressim & nominatim conuentum,vt illata essent pignori locatori.*v. l.11.§.*[illegible]*.D.qui potior.*

u Inducta, inuecta, illata in vrbanum prædium,tacitè obligantur domino, etiam ignoranti, *vt hic. l.4.D.de pactis.l.4.D.in quibus caus.pignor.* in rusticum, scienti tantum.*§.eod.§.7.Institut.de actionibus.* id est,ei qui id stipulatus fuerit. *l.11. §.2. D. qui potior.* Cuius rei differentiam Cuiacius refert ad solos mores populi Romani. vide quædam alia apud Forcatulum *dialogo* 23. *Necyomant.* Idque priuilegium tacitæ hypothecæ, mutari vlla conductoris qualitate non potest. *vide Paponem 10. Arrest. 3. num.4.5.*

x quo vocabulo,communi opinione,interpretes negant intelligi merces.*arg.l.32. §.2.D.de vsufruct.legat.vide wurmser.1.pract.30.cap.1.20.Eclog.1.cap.66. l.7.l.48.l.60. D.eodem.*

y τὸν ἀγρὸν fundum.*Synopsis Basil.20.tit.1.c.66.*

z personæ, scilicet idoneæ. *l.7.D.de vsu.& habitat.argum.Nouell.14.c.1.l.27.§.1.D. de vsufruct.l.19.C.de episcop.*

a Conueniri potest,ne conductor rem conductam alij locet.

b Qui conduxit ad certum tempus, si temporis expleto spatio permanserit, videtur in alium annum conducere. Verum fideiussor ipsius eo, quod remissum sit tempus conductionis, non amplius adstringitur, nisi de integro conduxerit.*Synop. Basilic.ibid.c.67.*

c octauarium.*Hal.v.l.7.l.8.§.de vectigal.*

d Fideiussor conductoris vectigalium,finito tempore non tenetur:licèt is pro quo fideiusserit de nouo reconduxerit.*Salyc.l.13.§.11.vers.Sed hoc ita verum est.versic.Eadem causa erit.D.eod.*

e Sterilitas quæ vitio cœli accidit,non est periculo coloni,nisi vel aliud conuenit, vel mos regionis id postulet. Ad priorum tamen annorum vbertates, sterilitatem, quæ accidit,repensari conuenit: atque ita in subleuando residuo damno, post fertiles annos,coloni rationem haberi.*Synops.20.tit.1.c.68.*

f Lues aut vis tempestatis calamitosæ, sed & ea quæ aliquo cœli vitio accidit, aut incursu hostium, aut vredine, aut solis feruore non adsueto, aut lasciuia exercitus prætereuntis,aut terræ motu,aut chasmate,aut vi cui resisti non possit, putà fluminum,graculorum,sturnorum,aut incendio.idem est si labes omnes fructus tulerit. *l. 15.§.2.§.eo.* conductori remissionem parit:nisi (vt in quibusdam regionibus fieri solet *§.ibi,vt mos regionis postulabat,adde l 19.§.eod.*)conductor casus in se receperit *§. eo.ibi si tamen expressum non est, &c.* (Hoc obiter notant casibus in se receptis, casus insolitos non intelligi: etiamsi conductor cum iuramento casus in se receperit: volunt enim quidam præcisè & nominatim casus insolitos recipi oportere.*l.78.in fi.D. de contrah.empt.v.Gayll.2.obs.23.num.18.* eámque communem esse opinionem refert Iohannes Ancharanus *3.quæst.36.nu.4.* quod vix probo. quis enim casus, nisi insolitus? *facit l.78.in fin.D.de contr.empt.*) nisi etiam sterilitas ex huiusmodi lue, aut cœli vicio nascens,vbertatibus aliorum annorum repensata sit.*j.eod. ibi, vbertate aliorum annorum repensata.l.15.§.4. D. eod.* (cessat igitur compensatio in locationibus ad annum tantùm vel ad biennium factis, in quibus ob causas superiores fit remissio pro rata percepti reditus, cùm in nouennalibus detur tantùm dilatio & soluendi terminus prorogetur.*Molinæus §.40.consuetud.nu.8.*) nisi colonus agat de fructuum à solo separatorum consumptione.perit enim res suo domino,id est,conductori. *l.62. §.8. D.de furtis:* nisi colonus sit partiarius, partem enim damni sustinere debet, vt & lucri.*l.25.§.6.in fi.D.eo.* nisi sterilitas aut damnum vicio & negligentia colendi aut culpa coloni acciderit:quod in eo esse dicitur, qui sciens, belli tempore fundum aliquẽ conduxit.Id enim imputandum conductori,qui conditionem rerum & tempus nouit.*Cotta in Memorabilibus in verbo conductor,ibi,Secundo adde:* nisi agatur de modico damno, non intolerabili.*l.25.§.6.D.eod.* nisi conductor ex lege locationis debuit fructus,quicumq; perciperentur.*v.l.18.j.e.* An idem in emphyteuta & eo qui conduxit ad longum tempus?*v.l.1.j.de iur.emphyt.* Quid in eo dicendum est,qui metu belli aut pestis domo fugit,quamuis neutrum sit secutum? Cotta *d.loco*,putat remissionem pensionis faciendam esse pro rata temporis:cùm sint paria,fieri aliquid propter metum,vel propter probabilem suspicionem metus. *l.7.§.1. D.quod falso tutore.* Superioribus adde quod idem Cotta *ibid.* ex Alberico refert,propter grandines & tempestates nunquam remitti pensionem, si his in locis grando consuetè fructum verberare soleat.*l.15.§.2.vers.si verò nihil extra consuetudinem cadit.D.eod.*

euenerunt sterilitates [a],vbertate aliorum annorum repensatæ non probabuntur: rationem tui iuxta bonam fidem haberi rectè postulabis: eámque formam, qui ex appellatione cognoscet,sequetur.

De emptore fundi locati.

9. Idem A.Fusco.

EMptorem [b] quidem [c] fundi necesse non [d] est stare colono,cui prior dominus locauit:nisi [e] ea lege emit.Verum si probetur aliquo pacto consensisse,vt in eadem conductione maneat: quamuis sine [f] scripto,bonæ fidei iudicio||ei,||quod placuit,parêre cogetur.

De heredibus.

10. Imp.*Gordianus*,Augustus,Pomponio.

VIam veritatis ignoras, in conductionibus non succedere heredes [g] conductoris existimans: cùm siue perpetua conductio est, etiam ad heredes transmittatur: siue temporalis, intra tempora locationis heredi quoque onus [h] contractus incumbat.

De inuito in conductione non retinendo.

11. Imp.*Philippus* Augustus,Theodoro.

INuitos [i] conductores seu heredes eorum post [k] tempora locationis impleta non [l] esse retinẽdos sæpe rescriptũ est.

De aggressura latronum.

12. Idem A.Nicæ.

DAmnum, quod per aggressuram [m] latronum in possessionibus locatis rei tuę illatum esse proponis,à domina earundem possessionum, quam nullius [n] criminis ream facere te dicis,resarciri tibi nulla ratione desideras.

De pluribus conductoribus.

13. Impp.*Valerian.& Gallien.*AA.& *Valerian.* Cæs.Heraclidæ.

SI diuisa [o] conductio fuit,& in singulis pro partibus facta:alieno nomine conueniri vos non oportet. Si autem omnes,qui conducebant,in [p] solidum locatori sunt obligati:ius ei competens conueniendi,quem velit,non debet auferri.Habetis sanè vos facultatẽ locatori offerendi [q] debitũ: & vt transferatur [r] in vos ea, quæ ob hanc conductionẽ ab his,quorũ nomine inquietamini,obligata sunt,postulandi.

a Sterilitas quibusdam videtur, quoties semen in terram proiectum non colligitur:Aliis,quoties sumptibus deductis conductor decipitur vltra dimidiam iustæ mercedis.Alij id arbitrio iudicis committunt.*Gayll.2.obser.23.*

b Res paulo laxius interpretanda,successor vniuersalis (aliud in particulari.*vt hîc.*) cogitur stare locationi à defuncto factæ.*l.59.ʒ.de reg.iur.* sed & minor locationibus à tutore factis.*argument.l.8.D.de admin.tut.* vt & creditor missus in possessionem crediti seruandi causa, stare cogitur locationi à debitore suo (citra fraudem tamen) factæ. *l.8.§.1.D.de reb.author.iudic.* Aliud est in proprietario, qui non cogitur stare locationi fundi ab vsufructuario factæ. *l.9.§.1.D.eo.*& vxore, quæ præcisè nõ cogitur stare locationi à marito factæ. *v. quæ dixi ad l.25.in f. D.soluto.*

c Si quis fundum vendiderit, cùm in eo colonum haberet,non cogitur emptor colono potestatem eius fruendi & colendi facere,nisi fortè fundum ea lege emit.*synops.Basil.ibid.c.69.3.Harmenop.8.§.39.*

d nisi conductori ius in rem adquisitum est. cuiusmodi superficies.*l.1.§.1.in fin.§.6.D.de superficiebus:*emphyteusis. *l.1.§.1.in fin.D.si ager vectigalis:* pignus.Idque etiã accidit, quoties conductori ad conductionis securitatem locator bona sua obligauit, *Bart.hic.Imol.consil.118.Ias.ad l.15.ʒ.de rei vindic.*Bona,inquam,non tantum vniuersa, sed rem locatam specialiter. Nec enim generalis hypotheca sufficeret, & ita in Senatu Parisiensi multoties iudicatum. *v.Papon.10.Arrest.3.nu.1.Idem 1.Notar.2.cap.de louage: Imbertus in enchiridio, in verbo,Vn achepteur n'est tenu.*Quid si conductori locator aut etiam emptor quanti eius intersit offerat,éstne audiendus?audiendus videtur.Nam qui pignoris iure rem persequitur,à rei venditione remouetur, si qualiscunque possessor debitum offerat. *l.13.in fin.D.quib.mod.pign.v.Roland.à Valle,hanc quæstionem explicantem 1.consil.6.nu.10.& seq.*Quæ tamen sententia displicet Gulielmo Onciaco.*quæst.Academ.80.nu.2.* Displicet etiam Socino.Verum contraria opinio communior est,de qua vide Negusantium *tract.de pignorib.*vbi de differentia generalis & specialis hypothecæ tractat. facit etiam lex *5.D.de distract.pign.*ratio ea est,quòd,ad id quod interest obligatio, succedit in locum facti obligationis & patientiæ. Quid si locator iurauerit conductorem expulsum non iri? Rolandus *d.loco nu.29.*putat locatorem expresè obligari ad factum & patientiam fruendi prestandam:quia iuramentum seruari debet in forma specifica, cùm non recipiat æquiualens,seu tantundem: *Alexan.in l.stipulationes non diuiduntur.D.de verb.oblig.Ias.in l.si pecuniam.D.de condict.causa data.*Quid si locationis continuatio promissa fuerit? idem dicendum est, quod de prima locatione. Quid si locator promisit se non alienaturum domum locatam: inque eam rem domum ipsam obligauit? Ius retentionis conductori competere eo casu putant *arg.l.7.in fin.ʒ.de distr.pignor.De quo vide Negusantium tract.de pign.in pr.*Quid in emphyteusi? aliud:cogitur enim emptor proprietatis stare emphyteutæ. *Socinus regula 387.* Quid si colonus impẽsas fecit & eas repetat?ante receptas impensas expelli posse negat Socinus *d.loco.arg.l.colonus.D.de vi.* Quid si in modicum tempus cõduxit? idem quoque *l.1.§.quod autem.C.de superf.& ibi Bart. Bald. hac lege.Socinus ibid.* Quid in colono partiario?idem quoque:Nam hic quasi socius est.*l.si mulier.§.vis maior.D.eo.l.si duobus.§.in coheredem.D.pro socio.Alber.in l.emptor.§.1.D.locati.*Quid in emptore fructuum? Idem planè. *Bald. in d.l.emptor* Quid si duobus res locata est? volunt primum præferri secundo, etiamsi secundo conductori facta sit traditio. *Ias. ad d.l.15.C.de rei vindic.* Quod tamen legi valde repugnat: mihíque magis placet opinio Alexandri & Socini *consil.29.* quemadmodum quoque ita Papiæ iudicatum fuisse refert,Cotta *in Memoral.in verb.locatio.*

e quod plerumque solet fieri:ne alioquin locator,qui domum suam vendidit, teneatur conductori. *l.25.§.1.D.eod.* Locatorem cùm dico, fiscum excipe venditorem. *l.vlt.D.de iure fisci.*

f *l.24.ʒ.eo.l.14.D.eod.*

g Morte conductoris non expirat conductio. *§.vlt.Inst.eo.l.19.§.8.l.60.§.1.D.eod.l.18.ʒ.de iure dot.§.36.in fin.Instit.de rer.diuis.* Morte vsufructuarij,perit vsusfructus:vt hinc constet, fructuarij aliam in eo esse conditionem quàm conductoris.*§.36.Insti.de rerum diuis.*

h Heres tenetur ex contractu patris.

i vide quæ notaui de inuito ad *l.11.ʒ.de contrah.empt.l.69.l.156.D.de reg.iur.*

k Igitur,hæc lex locum non habet in his,qui perpetuò agris sunt addicti,*l.23.§.1.ʒ.de agricol.& censit.* l Imò sunt retinendi.*v.l.11.in fin.D.de public.* m *v.l.1.ʒ.eo.*

n aliud dicendum esset, si propter eius inimicitias id ab aliquo commissum esset. *l.25.§.4.D.eo.l.66.D.solut.* o Diuisio contractus inducit diuisionem obligationis.

p duo enim rei locationis insolidum esse possunt.*l.13.§.9.l.47.D.eo.l.5.in fi.l.6.D.commod.l.9.D.de duob.reis.* q Correus debendi,partem correi nomine,creditori offerre potest. r Beneficium hoc *Cedendarum actionum* vocant. s Qui locat operas (putà plaustrarius vel cisiarius)tenetur mercede accepta operari.

t publicæ sc. u *l.3.ʒ.eo.* x *l.15.D.eod.*An etiam ad interesse? Quid si conductor à locatore expulsus ex secundæ causa legis 2.ʒ.20.ob eandẽ causam cogatur conductorem suum expellere:num tenebitur conductori ad interesse? *Papon.10.Arrest.3.nu.3.*refert,non teneri,quia necessitate expellit,iure id permittente. y Quandiu tempus conductionis durat, canonem augere dominus nequit, aut colonum expellere.Verum exacto tempore,potest hoc facere, nisi vel nominatim, vel tacitè locatio redintegrata sit.*Synops.Basil.20.tit.1.c.75.l.25.§.3.D.eo.*

De annona.

14. Iidem AA.& Cæs.Iuliano & aliis.

SI hi qui à vobis redemerant [s] frumentum & hordeum annonæ [t] inferendum,accepta pecunia fidem fefellerũt: ex locato agere cum eis potestis.

De conductrice expulsa.

15. Iidem AA.& C.Euphrosynæ.

SI de fundo à locatore expulsa [u] es, ||cum eo|| agere ex [x] conducto potes:pœnámque||à locatore,||quàm præstari rupta cõuẽtionis fide placuit,exigere aut retinere potes.

De lege conductionis seruanda de tacita renouatione.

16. Iidem Augusti & C.Timotheo.

LEgem [y] quidem conductionis seruari oportet nec pensionum nomine amplius,quàm conuenit, reposci. Sin autem tempus,in quo locatus fundus [z] fuerat, sit exactum & ||in||eadem||locatione|| conductor permanserit: tacito [a] consensu eandem locationem vnà [b] cum vinculo pignoris renouare videtur.

De bona fide de vsuris.

17. Impp.*Dioclet.& Maxim.*Augusti,Hosalio.

PRæses prouinciæ ea,quæ ex locatione debentur, exolui sine mora curabit, non ignarus, ex locato & conducto actionem,cùm sit bonæ [c] fidei, post moram [d] vsuras legitimas admittere.

De sterilitate.

18. Iidem Augusti,Amno.

EXcepto [e] tempore,quo edaci locustarum [f] pernicie sterilitatis vitium intercessit,sequentis temporis fructus, quos tibi iuxta præteritam consuetudinem [g] deberi constiterit,reddi tibi præses prouinciæ iubebit.

De fide seruanda & consuetudine.

19. Iidem AA.Valerio.

CIrca locationes atque conductiones maximè fides [h] contractus seruanda est, si [i] nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem [k] regionis.Quod si [l] alij remiserint contra legem contractus atque regionis consuetudinẽ pensiones:||hoc||aliis præiudicium afferre non potest.

z Tacita reconductio in rusticis etiam prædiis locum habet,*vt hîc:* & in vrbanis quoque diuerso tamen iure. Nam in rusticis, præsumitur conductori tacitè indulgeri annalis conductio.In vrbanis, prout quisque tantum habitauit.*l.13.in fin.D.eo.* Cur ita? quia fructus ex rustico prædio annuatim tantùm percipiuntur:in vrbano, quot diebus.vide Ferrariensem *in formula libelli quo agitur ad ficti præstationẽ: in verbo inuestiuit.2.num.8.*Paponem 1. Notar.*2.c.de louage.* Petrum Anchoranum 1. *q.*42. Apud Parisienses, locator prædia vrbana tacitè relocare videtur trimestri tenus. Dies enim pensionũ ibi quater in anno cedunt. *Papon.dicto loco.* vbi quædam alia vide, de tacita stagni reconductione.

a *l.15.§.11.l.14.D.eod.* Cur ita fit?non præsumitur mutata voluntas.*Alciat.2.præsumpt.17.*Quid si locatio in scriptis præcisè inita fuerit? Locatoris patientia non confert conductori tacitum ius reconductionis.*l.13.in fin.ff.eod.*Tunc enim mens contrahentium fuisse videtur,vt non aliter renouaretur locatio,quàm scriptura:eáque perfecta. *Alciat.dicto loco.Pet.Anchor.dicto loco num.6.*

b [In tacita reconductione, vt ipsa conductio conualescit in commodum conductoris:ita lex pignorum qua tenebatur locatori,reuiuiscit:& breuiter,Relocatio censetur fieri repetita locationis lege,id est,repetita qualitate,quæ erat in priori.*Alciat.dicto loco.*

c Locatio contractus bonæ fidei.*l.2.ʒ.eod.*

d Conductor post moram vsuras debet. *d.l.2.l.54.ff.eodem. l.17.§.4.ff.de vsuris.*

e i.deducto. Ponamus primo anno fertilitatem, secundo sterilitatem, tertio parem fertilitatem fuisse.

f Et ita,propter edacitatem vermium, fit remissio pensionum, vt & alibi,graculorum,sturnorum. *l.15.§.2.ff.eodem.* Ad locustas illud Arnobij *1.aduersus gentes*, pertinet, A locustis & muribus arroditur omne genus frugum. & Orpheus de corallio loquens vim habente seruandę segetis ἐκ τε μυῶν ἀγέλας ἐκ τ' ἀκρίδος ἄπλετον ἔθνος. *vide Cuiac.15.obseru.28.* De locustis placet hoc ex Plinij 11.*cap.29.* addere. Deorum, inquit,iræ pestis ea intelligitur. Namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore,vt aliæ alites credantur: solémq; obumbrant, solicitè suspectantibus populis,ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum sit maria transiisse,immensos tractus permeant diráque messib.conterunt nubes, multa contactu adurentes: omnia verò morsu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maximè coortæ infestant,sæpe populo ad Sybillina remedia confugere coacto,inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam est,ter anno debellandi eas:primò,oua obterẽdo,deinde fœtũ,postremo adultas,desertoris pœna in eum qui cessauerit. Et in Lemno insula,certa mensura præfinita est,quam singuli enecatarum ad magistratus referunt. Gracculos quoque ob id colunt, aduerso volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria,militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum.Idem author 8.*cap.29.* Nec minus,inquit,clara exitij documenta sunt, etiam ex contemnendis animalibus vt Varro author est, à cuniculis suffosum in Hispania oppidum: à Talpis, in Thessalia: ab ranis ciuitatem in Gallia pulsam,ab locustis in Africa:ex Gyaro insula,incolas à murib.fugatos,in Italia Amyclas à serpentibus deletas.Citra Cynamolgos Æthiopas,latè deserta regio est à scorpionibus & solpugis gente sublata: & à scolopendris abactos Trerienses author est Theophrastus.

g In pensionibus seruanda consuetudo.

h id est,lex contractus.*l.25.§.3.ff.eod.*

i aliàs ex consuetudine sumeretur præsumptio & in tacitis semper statutum videtur inesse. *l.31.§.20.ff.de ædilitio.* Cuiacius tamen ex Græcis hîc legit affirmatiuè, si specialiter, εἰ μὴ ἰδικῶς,&c. Robertus vulgatam defendit *1.animaduers.14.*Græcorum lectio, ni fallor, vt genuina & proba defendi potest vt sit sensus, Id etiam seruandum quod inter contrahentes conuenit, etiamsi vulgò aliter contrahi moris sit. possunt omitti ea quæ sunt consuetudinis *infrà eodem. lege octaua. suprà eodem.*

k id est,aduersus ea quæ vulgò fieri licet. *l.8.ʒ.eod.*aliàs aduersus statuta contrahere non licet.*l.7.§.7.ff.de pact.*

l Non si quidam locatores pensionem colonis vno anno vltrò remiserint: id cæteros locatores obligabit.*facit l.1.ʒ.res inter alios acta.*

De condu-

a *l.28.ff.de adquir.possess.v.l.45.ff.de reg.iur.* b sicuti è contrario, locatio necessariò facit dominium rei locatæ spectare ad locatorem *l.23.j.eo.*
c Non potest aliquis propterea duntaxat expellere conductorem, quod alius venerit, qui maiorem pensionem præstaturum se polliceatur. *Syn.Bas.20.tit.1 c.85.*
d Nummis semper non fit locatio. Merces locationis, consistere potest in his quæ pondere constant.

De conductione rei propriæ.

20. Iidem Augusti Carpophoro.

QVi rem propriam[a] conduxit existimans alienam, dominium non[b] transfert, sed inefficacem conductionis contractum facit.

Si alius maiorem pensionem offerat.

21. Iidem AA.& CC. Antoniæ.

SI[c] olei certa[d] ponderatione fructus anni locasti[e]: de contractu bona fide habito propter hoc solum, quòd alter maiorem[f] obtulit ponderationem, recedi non oportet.

De operis.

22. Iidem Augusti & CC. Papiniano.

SI hi, contra quos supplicas facta locatione certi temporis, suas tibi locauerint[g] operas: quatenus bona fides patitur, causa cognita competens iudex conuentionem seruari iubebit.

Si conductor rem suam esse dicat.

23. Iidem Augusti & CC. Prisco.

AD probationem[h] rei propriæ siue defensionem non sufficit locatio ei facta, qui post de dominio cœperit contendere: cum inscientia[i] domini proprij & errantis nullum habeat consensum. sed ex euentu[k], si victus fuerit, contractus locationis non constitisse magis declaratur. nemo enim sibi[l] iure possessionem mutare potest.

De instrumentis, de heredibus, & de vidua conductoris.

24. Iidem Augusti & CC. Antonino.

COntractus locationis conductionísque, non[m] interuenientibus etiam instrumentis ratus habeatur. secundũ quod heredes[n] conductoris, etsi non interuenerint instrumenta, non[o] vxorem conuenire debes. Sanè de posteriore tempore, quo conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete.

De iudicio petitorio & possessorio.

25. Iidem Augusti & CC. Epagatho.

SI quis conductionis titulo agrum vel aliam quamcunque rem accepit: possessionem prius[p] restituere debet, & tunc de proprietate litigare.

De conductionis fide impleta.

26. Iidem Augusti & CC. Opioni & Hermogeni.

SI conductionis implestis fidem: eiusdem rei gratia factum instrumentum[q] euanuit. Quòd si quid vestrum in fundo fuit, vel vi[r] direptum est: hoc restitui vobis præses prouinciæ iubebit.

27 Iidem Augusti & CC. Neroni

De mercede prorogata.

SI tibi, quæ pro colonis conducti prædij prorogasti[s] dominus fundi stipulanti dare spopõdit: competens iudex reddi tibi iubebit. Nam si[t] conuentio placiti fine stetit: ex nudo[u] pacto perspicis actionem iure nostro nasci non posse.

De dolo, custodia, & casu.

28. Iidem Augusti & CC. eidem Neroni.

IN iudicio tam locati, quã conducti, dolum[x] & custodiã, non etiam casum[y], cui[z] resisti non potest, venire constat.

De ædificiis à conductore destructis.

29. Iidem Augusti & CC. Iuliano.

CVm conductorem ædificia, quæ suscepit integra, destruxisse[a] proponis: hęc etiam heredes[b] eius pręses prouinciæ instaurare, ædificiorum inter vos habita ratione iubebit.

De curialibus.

30. Imperatores *Theodos. & Valent.* Augusti Florentio præf. præt.

CVrialis[c] neque procurator[d], neq; conductor[e] alienarũ[f] rerum, nec fideiussor aut mandator conductoris existat. alioquin nullam obligationem neque locatori neque conductori ex huiusmodi contractu competere sancimus.

e própriè hoc verbum intellige cum Cuia. 8. *ad African. fol. 192.* & Corrasio 2. *Miscell.11.* non translatitiè, cum Accursio pro in vsum cõcessisti.
f *l.23.ff.eo.*
g *adde l.14.s.eod.*
h *adde l.18.s.de rei vind.*
i Inscientia & error nullũ habet consensum *l.15.ff.de iurisdi. l.2.ff.de iudiciis.*
k Ex euẽtu multa iudicantur.
l sibi ipse *Cui.ad l.33.ff.de vsurpa. facit l.3.§.19.D. de adquir. possess. d.l.33.§.1.*
m *l.9.s.eo.l.14.ff.eo.*
n *l.10.s.eo.l.29.l.34.j.eo.l.19.§.8 ff.eo.*
o Ex conductione mariti, non tenetur vxor *v. l.1.s.ne vxor pro marito.*
p *l.11.§.3.ff.eo.*
q Solutione creditori facta, debiti instrumentum ipso iure nullum, ideóq; condici potest *l.5.in fi.s. depositi l.vlt.s. ad exhib. l. 2. s.de cond. ex causa.*
r *l.12.s.eod. l.25. §.4.§.5 ff.eo.*
s prærogastis: Græci vocant τὰ δοθεῖσαν προχρείαν τοῖς γεωργοῖς, hoc sensu si fundi dominus ea quæ fundi conductor colonis prorogauit, illi stipulãti dare spopõdit, tenetur: sed si nudo tantum pacto promiserit, non tenetur *Syn.Bas. 11.tit.1.ex lib.20. tit.1.c.87.*
t *l. 10.s. de pact. Paul.2.sent.14.§.1.infi.*
u *l.7.§.4.ff.de pa.*
x *v.l.23 ff.de reg. iur.*
y *§.5.Inst.eo.*
z *l.25.§.6.D.eo.*
a Destructa per conductorem, debent per eundem restitui *Saly.*
b *v.l.24.s. eo.*
c decurio *ex No. Theod. ne curialis.*
d *l.34.C.de decurionib.*
e *l.4.ff.de decurionib.*
f etiam publicarum *l.6.§.2.D. decurionib. l.97. C.Theod. de decurion.l.2.§.1.D.de admin.rerum.* & Adrianum constituisse Xiphilinus scribit.
g miles neq; cõductor, neque conductoris procurator (διοικητὴς est Græcis) fideiussor vel mandator fieri potest: ne & ipse circa hęc occupetur: ac vicinis ob cinguli, id est, militiæ priuilegium grauis existat *Syn.Bas.20.ti.1.c.90.adde 1.Harm.16 §.3. l.vl.j.eod.l.50.D.eo 20. Syn.Basi.1.c.90.l.13.15.& 16.j.de re militari: No.116.2.Tim.2.ver.4.Ambros.1.off. 36. Sidonius 1.epist.81.* Vegetius, militibus priuata negotia non mandantur. Florus x1.L.Posthumius consularis, quoniam cum exercitui suo præesset opera quorundam militum vsus esset, damnatus est. Idem de fœderatis constituitur *l.vl.j.eo.* Lege Gallica, Nobiles conductores esse fundorum vetantur.
h *l.8.§.2.D.de procuratorib.* Ambrosius *1.off.36.* Si is qui Imperatori militat à susceptionibus litium, ac negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quantò magis qui fidei exercet militiam. Sidonius 1. *epist.* 8. Negotiatores militant, milites negotiantur, student pilæ senes, aleæ iuuenes.
i *l.8.§.1.D.qui satisdare.*

De militibus.

31, Imp. *Leo* Augustus, Aspari magistro militum.

MIlites[g] nostros alienarum rerum cõductores seu procuratores[h] aut fideiussores[i], vel mandatores conductorum fieri prohibemus: ne, omisso armorũ vsu, ad opus rurestre[k] se conferant, & vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant. Armis[l] autem, non priuatis negotiis occupentur: vt numeris[m] & signis suis iugiter inhærentes, rempublicam, à[n] qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant.

Dominus, finita locatione prioris, potest locare rem alteri, nec potest primus secundo conductori molestiam vel litem inferre. Salyc.

32. Imp. *Zeno* A. Adamantio præf. præt.

NE cui liceat, qui aliquam domum alienam, vel locum, aut ergasterium[o] nomine conductionis accepit. alteri qui post eum domini voluntate ad eandem conductionẽ accessit, litem inferre, quasi rem illicitam, aut agendi damnosam tentauerit: sed patere facultatem[p] dominis domos || suas || vel ergasteria vel loca cui voluerint locandi: ipsis nihilo minus qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi[q] fortè pacta per scripturam specialiter inita cum dominis, vel cum his, qui postea conduxerint legibus videlicet cognita, agentis intẽtionibus suffragentur. Quòd si quis huiusmodi controuersiam sacris iussionibus[r] interdictam crediderit commouendam: si priuatus est, acriter cæsus exilij subeat pœnam: si militat, decem librarum auri dispendio feriatur.

XXXIII.[s]

HAEc[t] constitutio permittit vtrique, tam locatori quã conductori, vt liceat intra[u] annum conductionem soluere, tam in Italia, quàm in omnibus prouinciis, ac ne pœnam quidem velut ex transgressione præstare: nisi contractus initio specialiter huic legi valedixerint, aut citra scripturam renunciarint.

De re aliena.

34. Idem Augustus, Sebastiano præf. præt.

COnductores[x] alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem precario detinentes, seu heredes[y] eorum, si non eam dominis recuperare volentibus restituerint, sed litem vsq; de ad finitiuam sententiã expectauerint non solùm rem locatam, sed etiam æstimationem eius, victrici parti ad similitudinem inuasoris[z] alienæ possessionis præbere compellantur.

De militibus.

35. Imp. *Iustin.* Augustus ad Senatum.

LIcet retrò principes multa de militibus[a], qui alienas possessiones vel domos conductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestum est: tamẽ quia res sic est contempta, vt neque interminationis sacratissimæ constitutionis milites memores ad huiusmodi sordida[b] audeant venire ministeria, & relictis studiis[c] publicis: signísque victricibus, ad conductiones alienarum rerum prosilire, & armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed[d] contra vicinos, & forsitan etiam aduersus ipsos miseros colonos, quos procurandos susceperint, conuertere: necessarium duximus ad hanc sacratissimam venire constitutionem, altiùs & pleniùs huiusmodi causam corrigentes. Iubemus itaque, omnes omnino, qui sub armis militant, siue maiores, siue minores. Milites[e] autem appellamus tam eos qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quã qui in vndecim[f] deuotissimis scholis[g] taxati sunt, nec non eos qui sub diuersis optionibus[h] fœderatorum[i] nomine sunt decorati) saltem in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare, scituros, quod ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto vel aliqua sententia cadant[k] militia, & non sit regressus eis ad pristinum gradum, neque beneficio imperiali, neque consensu vel permissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne, dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimãt, suas militias suámque opinionem amittant, ex[l] militibus

k Huc refer constitutionem Frãcisci 1.ann.1540. *Que les gentilshommes & gens d'ordonnance, ne peuuent prendre ne tenir aucune ferme tom. 3. ordinat.Gall. 5.*
l quorum peritos esse magis oportet, quàm negotiationis *vt hic.* vel legum *l.1.C.de iur. & facti ignor.*
m ad quos remittantur *No.116. c.1.*
n Ali à repub. milites, æquum est.
o i.officinam.
p Nemo inuitus res suas vni semper & eidem locare cogitur.
q Stipulatio ea permissa est, ne locatori liceat fundum alteri relocare, quàm cõductori. quin stipulari possũ, ne tuum fundũ vẽdas alteri quã mihi *l.75 ff.de cõtrahend. empt. l. 21.§.5.ff. de act. empt.leg.122.§.3. ff.de verb.oblig.* vt quo modo coerceri libertas alienãdi *v.d.§.3.eo.* eodem & locandi possit.
r Rescripto principis, ius priuati mutari non potest.
s hanc constitutionem ex Basilicis restituit Cuia.12.*obs.*38. extat apud autorẽ *Sy. Bas.20. ti.1.c.93.*
t Interpretatio Leunclaij 20. *Ecio.1.c.93.*
u ex hoc loco Cui. probat ædilitium edictum pertinere ad locationes 12. *obs.* 38. quod tamen negat Vlp. in *l. 63.D. de ædilitio.*
x Qui rẽ conduxerunt & post finitum conductionis tempus eam non restituunt, ante condemnationem, sed vsque ad definitiuam sentẽtiam expectant, & rẽ ipsam reddere, & æstimationem pręterea rei pręstare tenentur *Syn.eo.c. 92.*
y *l.24.s.eo.*
z *l.10.in fi.j.de vi.*
a *l.31.s.eo.*
b militibus sordida est possessionum alienarum conductio.
c Militia, studiũ publicum.
d Armorum atrocitas non ostendenda in vicinos, sed in hostem.
e milites qui.
f scutariorum tres: Agentium in rebus, Armaturarum seniorum, Armaturarum iuniorum. Gentilium seniorum: Gentilium iuniorum: Scutariorum sagittariorum: Scutariorum clibanariorum: Fabricensium. *Notitia imperij.*
g Scholares sub primiceriis scholarum.
h Auxilia fœderatorum optiones.
i Fœderati, sunt sub optionibus *v.No.116.*
k Pœna militis conducentis alienam possessionem.
l Ex milite paganum fieri, ex decorato infamem.

a de facto sc. b Pœna delicto similis. c *l.31.§.eo.* d §.3.*Inst.de locato 20.Eclo.2.c.* περὶ ἐμφυτεύσεως *3.Harm.3.c.* περὶ ἐμφυτεύσεως *& ti.4.(la.li.4.§.emph.Papon.1. Nota. 2.c.d'emphyteuse albergation,beneuis,& baux perpetuels.* e ἐμφυτεύσις, ἐκ τοῦ ἐμφυτεύειν.ab insitione.Inde *No.Vale.de prædiis pist.* insitionis nomine hunc contractū significat.Est ergo emphyteusis,cōtractus quo dominus fundi sui,defecti forte & squalidi,vsum & fructum plenissimū & quasi dominium alteri concedit,ea lege, vt inserendo,plantando, arando, poliendo,colendo meliorem faciat:próque eo pendat pretium seu vectigal annuum *Cui.hic.*vt à libellaria & cōtractu colonario seu παροικικῶ differat, dixi ad *l.14.§.1.Co. de sacros. eccl.& ad No.7.*Hoc addēdum in libellaria, in introitu contractus,offerri summam quā dā pecuniæ quæ à Gall.*entrage.v. Papo.in.d.loco in pr.*vt ad emphyteusim reuertar, eius species variæ, Noua est, quę habet originem in eius persona quæ vult de ea disponere. Antiqua quę ab aliquo ascendente. Hereditaria quam quis stipulatus est pro se & heredibus quibuscunque, vel pro se & heredibus, si tamen est accepta à priuato. Nō hereditaria, quam aliquis stipulatus est pro se & descendentibus nulla facta mentione heredum.*v.Clar. ibid.quæ.16.*

pagani,ex decoratis infames[a] constituti: & quod post huiusmodi conductionem,(quā penitus interdicimus) à publico susceperint,& hoc sine aliqua mora, vel procrastinatione reddere compellantur.Scituris & ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint, nostra lege eorū conamine violata,quod nulla eis exactio contra eas concedatur:‖vt‖qui[b] alieni appetens,constitutus militē procuratorem[c] elegerit,&‖a suis‖cadat reditibus.Pateat autem omnibus huiusmodi copia apud competentes iudices accusationis,vt qui in hac causa delator existat,laudandus magis quàm vituperandus intelligatur:pœna,quā contra milites nostrorum pręceptorum contemptores & ipsos,qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint,statuimus,in futuris causis obtinente.

D[d] IVRE EMPHYTEVTICO.[e]

Tit. LXVI.

1.Imp.*Zeno* Augustus,Sebastiano‖præf.præt.‖

IVs[f] emphyteuticariū[g] neq; [h]conductionis,neque alienationis esse titulis adiiciendum, sed hoc ius tertium esse constituimus[i], ab vtriusq; memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum:conceptionem‖item‖definitionémque habere propriam, & iustum esse validúmque contractum[k]: in quo cuncta quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus,vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura[l] interueniente habitis placuerint, firma illibatáque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri. ita vt si interdum ea quæ fortuitis casibus eueniūt,pactorum non fuerint conuentione concepta: si quidem tanta[m] emerserit clades,quæ prorsus[n] etiam ipsius rei quæ per emphyteusin data est, faciat interitum: hoc non emphyteuticario,cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat,etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat,imputetur.Sin verò particulare[o] vel aliud leue contigerit damnum[p] ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.

f Quid censualis contractus? Differt ab emph. ideoque census debitor, etiamsi non soluat censum per biennium: imò per centum annos, iure suo vel re censuali non excidit *text. cum gloss. in c.constitutus de relig.domib.Bal.in l.2.§.1.ff.de publiciana.& ti.de pace Constantiæ,in verbo persoluere factum.& in Auth.ei qui.j de bonis author princip. Imola in c.propter extr. de locato.Ias.l.2.hoc tit.*Quibus addendum,eum qui singulis annis certam frumenti modiationem præstare teneatur, in dubio censuarium, non emphyteutam censeri: vt ea ratione biennij mora iure suo non excidat. *Alberic.l.2.hoc tit.arg. d. c.constitutus. Hyppolytus de Marsi.singulari 94.*

g ἐμφύτευσις neque conductio est, neque alienatio sed ius proprium *Syn. Basil. 20. tit.2.cap.1.*

h definitio κατ' ἀφαίρεσιν τῶν ἐναντίων.

i hinc colligunt, Pro emphyteusi competere condictionem ex lege, quasi emphyteusis non fuerit contractus,peræquè potens,vt actionem vi sua pareret:nisi lex accedat *v. Clar. ibid. quæst.47.*

k & quidem nominatum *Clar. d.loco quæst.2. ex communi opinione.*

l In contractu emphyteutico necessario ab initio requiritur scriptura, aliàs non valet *Clar.d.l.quæst.4.ex communi opinione* quod in aliis multis contractibus non requiritur *v.l.17.§.de pactis.*

m Hoc volunt interpretes,ob quamcunque sterilitatem emphyteuticarium non excusari à canone.ob chasma,labem,& inundationem integræ rei,emphyteuticarium excusari:non ob labem partis.*d.eo.ibid.ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia.*Iudex tamen æquus poterit eo casu pensionis quantitatem cum fructibus, qui ex residua parte rei emphyteuticariæ colligentur,conferre: & ita pensionis solutione moderari. Cessantem verò belli causa canonem soluere, excusari quidem à caducitate emphyteuseos,at non à pensionis præstatione: præsertim si ea exigua sit *Clar. d. qu. adde Gayll.2.obs.23.nu.23.* Quid si domus & aliquot iugera agri in emphyteusim dentur,sitque domus incendio consumpta? Emphyteuta domum reficere cogitur & pēsionem soluere,quia adhuc durat emphyteusis per aream remanentem,quæ est maxima rei pars,nisi pensio magna debeatur eique causa fuisset propter fructus, non autem modica propter vtile dominium *v.Pet.Anchor.3.quæst.78.nu.12.* Finge me dedisse Ecclesiæ domum,vt me aleret: eandem domum exustam vel alio casu fortuito destructam:tamen si causa desinat ob quam Ecclesia me alere debeat, alere tamen adhuc tenetur:quia translato dominio periculum est donatarij seu accipientis. *L.Lucius D.de euict.l.necessario D.de periculo.l.si pecunia §.1.ff.de cond.ob causam.* Aliud igitur est in emphyteusi,vt in qua res non transeat in dominium accipientis. *Cremensis singulari 1.*

n Clades(Græcis βλάβη)totius rei emphyteuticariæ ad dominum rei ὡς ἐπὶ πράσεως sicut in venditione fit,*Syn.eo.d.c.1.*Igitur non ad emphyteutam.

o μερικὴ βλάβη(cui opponitur κατὰ παντὸς τοῦ πράγματος)vt sit sensus:emphyteuticarij periculo accidere particulare damnum.eleganter author Syn.*d.c.1.*adiicit, ὡς ἐπὶ μισθώσεως sicut in locatione:vt in superiore casu totius rei interitus ὡς ἐπὶ πράσεως:nisi aliæ conuentiones speciales de rei damno interuenerint,*d.c.1.*

p Quid si rei emphyteuticariæ per alluuionem aliquid accesserit? non augebitur pensio.Nam cum ad emphyteutam pertineat damnum, ad eundem deferri commoda oportet *v.Clar.d.loco quæst. 41.*

q Pactiones in emphyteusi seruandæ,siue ad ipsam emphyteusim, siue ad ipsum emphyteutam,eiúsve reiectionem pertineant.Quid si nihil de eo reiiciendo nominatim dictum sit?si per triennium canonem emphyteuticum non soluit, neque domino dederit τὰς δημοσίων ἀποχὰς publicorum tributorum apochas, nulla meliorationis vel emponematum,quæ dicuntur,ratione habita omnibus modis .i.omnimodo rem ipsam amittit.Neque proferre ad sui defensionem poterit,quod,verbi gratia, propter emphyteuma non fuerit inquietatus. Nam hoc ipsum voluntate spontanea, non ex inquietatione præstitum oportuit.*Syn.ibid.c.2.* r τὰς δημοσίων ἀποχὰς *v.j.eo.* Quid si thesaurus sit repertus?est enim fortunæ,vt loquuntur, donum? Quidam putant emphyteutæ fieri.*Doctores in §.Thesaurus.Inst.de rer.diuis.Choppinus 2.de domanio 5.nu.20.*Sed æquius est vt emphyteutæ tantum cedat pro dimidia parte: ac si in fundo dotali fuisset repertus *l.7.§.12.D.soluto.*

s *l.32.in f.C.de episc.audien.*olim bienniū vt in conductione *l.56.ff.locati.Cu. No.7.q.* in emphyteusi ecclesiastica obtinet *No.7.c.3.§ 2.N.120.c.8.c.Potuit extra de locato.*Emphyteuta cessās in solutione canonis per triennium, cadit ab Emphyteusi priuati hominis:ecclesiæ verò, per biennium *v.Cla. d.loco quæst.8. ex commu. opinione.* per triennium dixi,non antea: etiamsi emphyteuticarius iurauerit se annuatim soluturum, *Clar.ibid. contra communem.*Triēnio verò elapso semper priuari potest, etiamsi pensio inferenda minimi sit valoris, cùm eo casu agatur,non tam de lucro & commodo, quā de recognitione vtilis dominij, *Clar.ibid. ex communi opinione.*Idē dicendū, si sciens (non si ignorans,putà si successit defuncto. tunc enim iuuandus est *l.1.ibi,Si qua mihi iusta causa ff.quibus ex caus. maior l.vl.in fi.ff. de legat. 2. adde Gayll.2. obse.48. nu.4.*) nec paupertatis prætextu,minus dimidia pensione intulit. tunc enim cadit ab vniuersa emphyteusi *Clar.ibid.*At non idem dicendum si aliud conuenerit : aut si tantundem emphyteutæ debeat dominus:quàm pensionis sit quantitas : tunc enim æquo iure admittitur compensatio Socin. *reg.114.*

Pacta emphyteutica seruanda sunt : quibus cessantibus, seruanda est natura contractus.Bal.

2.Imp.*Iustinianus* A.Demostheni P.P.

IN emphyteuticariis contractibus sancimus,si quidem aliquæ pactiones[q] in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ:easdem & in omnibus aliis capitulis obseruari & de reiectione eius qui emphyteusin suscepit , si solitam pensionem,vel publicarum functionum[r] apochas non præstiterit.Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium[s] neque pecunias soluerit[t] neque apochas domino tributorum[u] reddiderit : volenti ei licere eum à prædiis emphyteuticariis repellere: nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis[x], vel eorū quę emponemata dicuntur,vel pœna opponenda:sed omnimodo eo(si[y] dominus voluerit)repellendo[z], neque prætendēte quod non est super hac causa inquietatus : cùm neminē oporteat conuentionem vel admonitionem expectare,sed vltrò sese offerre,& debitum spontanea voluntate persoluere , secundùm quod & anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est.Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere,& reditum[a] minimè[b] velle suscipere,vt ex huiusmodi machinatione triēnio elapso,suo iure is qui emphyteusim suscepit,cadat[c]: licentiam ei concedimus,attestatione præmissa,pecunias offerre[d],hísque obsignatis,& secundùm legem depositis,minimè deiectionis timere periculum.

3. Idem A.Iuliano P. P.

CVm dubitabatur vtrum emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes, quæ Græco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur , alienare , vel ius emphyteuticum in alium transferre , an eius expectare consensum:sancimus,si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc‖casu‖aliquas pactiones habeat,eas obseruari. sin autem nullo ‖modo huiusmodi‖ pactio interposita est, vel fortè instrumentum emphyteuseos deperditum est : minimè licere emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere , vel ius [e] emphyteuti-

t Ipse vel eius procurator *l.57.D.de solution.*Quid si re ipsa obtulit & consignauit? satis fecisse intelligitur *No.91.c.2.in fin.*Quid si vnus heredum tantum partem suam obtulit? omnes iure suo cadunt : alioquin præstatio emphyteuseos confunderetur *l.7.D.comm.præd.*ad eundem modum cessatio parentis nocet successoribus,si in eorū quoque gratiam emphyteusis data est:nisi statim seu modico post triennium interuallo,obtulerit:idq.æquius est in *§.& c.Potuit de locato.*quod tamen Afflictus non admittit *decis.174.* u τὰς δημοσίων ἀποχὰς *20.Eclo.1.c.3.*περὶ ἐμφυτεύσεως.hinc cōstat, Emphyteutam teneri ad solutionem vectigalis ratione prædij emphyteutici *l.2.D.si ager vectigalis.v.Clar.ibid.quæst.4.*An & ad refectionem ædificij emphyteuticarij: tenetur, *Pet.Ancharan.3.quæst.78.nu.2.* x Finita emphyteusi culpa emphyteutæ, ipse emphyteuta ἐμπονήματα seu meliorationes amittit. sin minus , non amittit : eiúsque heredibus eo nomine actio competit *Clar.ibid.quæst.45.VVurmsf.1.pract.34.obs.2.* & ita differunt emphyteutarij à colonis *l.61.D.locati.*Quid si domum ædificauit in ecclesiæ domini positum est ædificium æstimationem soluere, vel pati vt ædificium tollatur *v.Clar.l.4.§.feud.quæst.88.* y Communi opinione dicitur, eo casu sufficere nudam voluntatem directi domini de eiiciendo emphyteuta. adeo vt emphyteuta statim ipso iure cadat, neque vlla requiratur iudicis sententia *Clar.d.loco qu.9.* z officio tamen iudicis,non priuata authoritate : & ita communiter ab omnibus tenetur *v.Clar.quæst.11.VVurmsf.1.pract.34.obs.1.*

a qui solet cōmuniter præstari in fine anni *arg.l.42.ff.de verb.oblig.l.3.l.17.ff.de reg.iur.Speculator de locato.Clar.ex comm.opin.quæst.12.* b Quid si emphyteuta triennium annorum pensionem prærogare velit:dominus eam recipere cogi non potest , nec etiam debet, cum inuito beneficium non detur *l.69.D.de reg.iur.facit l.38.§.16.leg.122.ff.de verb.obl.* c Emphyteuta,statim à triennio moram canonis non soluti purgans,auditur *c.potuit de locato:No.9.c.2.insi.l.7.§.de pact.int.empt.l.32.§.de episc.aud.* Quod si oblatio emphyteutam purgat, purgabit multo magis ipsa canonis acceptilatio:vt in dubio censeatur illi caducitas remissa , cùm de iniuria sibi facta dominus protestatus non fuerit *§.vl.Inst.de iniur.*proniores enim sumus ad reum liberandum *l.47.D.de oblig.v.tamen Clar.quæst.10.* d Emphyteusis finitur culpa emphyteutæ, vt hic:adde,& tempore(ad quod data est)finito,vt & extincta generatione, in cuius fauorem concessa est *v.Clar.quæst.42.* e Emphyteuta ius emphyteuticariū alienans sine consensu domini,iure suo cadit : neque requiritur in eum sententia. sed tamē ante realem traditionem non dicitur perfecta alienatio, hoc est nondum censetur emphyteusim alienasse *VVurmsf.1.pract.34.obs.vl.ex comm.opi.*(nisi clausula constituti vel precarii sit adposita:idque stricto iure,non ex æquo, quod Delphinates sequuntur *Guid.decis.101.*)Idem dici volunt , si facta sit traditio sub hac protestatione *saluo & reseruato consensu domini & non aliter*(nisi fortè res emphyteutica magni esset momenti,vt castrum:& traditio facta fuisset potentiori)*v.Cepolam cautela 22.* Idem etiā dici volunt,si emphyteusim quis pro se acceperit,& pro his quibus dederit. Idem,si emphyteuta prohibitus sit alienare potentioribus.nā prohibitio in quibusdam,inducit tacitum consensum in reliquis , tunc enim volunt irrequisito domino alienare posse emphyteusim inferioribus & æqualibus. Idem quoque dicendum erit si aliēnandę emphyteuseos ius habuit,pacto in eam rem nominatim,cum ipso domino directo inito.Romanus *singulari 471.*Idem esse existimatur , si ignorans vendidit *arg.c.1.de controuers.int.dom.l.vl.§.sin autem. Auth.res quæ C.comm.de legatis.l.vl.in fin.* & ibi *Gloss.& Bart.ff.de legat.2.* quemadmodum,per contrarium,directus dominus per ignorantiam canonem recipiens post commissam emphyteusim , non remittit ius commissæ emphyteuseos *Socin.reg.115.*Idem censetur,si alienatio non solemnis :hoc est si solennitas statuto vel cōsuetudine requisita,in ea seruata non fuerit,*Socin.ibid.* Plures exceptiones apud eundem *v.reg.Vasallus 434.*Quid si partem tantum alienauerit?emphyteutam cadere tantum parte alienata iudicatum fuit in Consilio Neapolitano. Quid si integram emphyteusim alienatam emphyteuta recuperauerit? pæ

cum

nam caduci non euitat. putántque colonum à tali iniuria pœnitentia sua nocentem esse non desinere *facit l.1.§.25.D.deposit.l.4.§.10.D.de vsurp.l.65.D.de furtu.* idque communis opinio approbat *de qua v.Clar.d.loco.quæst.*13. à qua Mynsingerus dissentit.3.*Respon.38.nu.27.28.*

a dic *vt.j.eod.*

b Emphyteuta ius emphyteuseos(agitur tamen hîc de meliorationibus) vẽdere volens, tenetur διὰ μαρτυρίας πέμπειν τῇ πρωτοτύπῳ δεσποτείᾳ: attestationem transmittere primario domino, eũque de pretio certiorem facere. Qui si emere noluerit, liberũ est emphyteutę ius suum elapso bimestri spatio transferre. Quin & emptorem cogitur admittere dominus, vbi primum duo menses expleti fuerint *3. Harm. 3.§.117.*

c nota & adde *leg. 32. Cod. de episc.*

cum transferre [a]. Sed ne hac occasione accepta, domini minimè concedant emphyteutas suos accipere precia meliorationum quæ inuenerunt, sed eos deludant, & ex hoc commodũ emphyteutæ depereat: disponimus [b] attestationem [c] domino transmitti, & prædicere quantum precium ab alio|| reuera||accipi potest. Et si quidem dominus hoc dare maluerit [d], & tantam præstare quantitatem, quantam ipse reuera emphyteuta ab alio recipere potest: ipsum dominum omnimodo hæc comparare. Sin autem duorum mensium spacium fuerit emensum, & dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteutæ detur, vbi voluerit, & sine consensu domini meliorationes suas vendere: his tamen personis [e], quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad huiusmodi venire emptionem. Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum præfatum modum vendita sit, accipere emphyteutam: vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas & idoneas ad soluendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit [f]: non [g] contradicere, sed nouũ emphyteutã in possessionẽ suscipere, non per conductorem, vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se, vel per literas suas, vel (si hoc non potuerint vel noluerint) per depositionem in hac quidem ciuitate apud virum clarissimum magistrum censuum vel præsentibus tabulariis per attestationem, in prouinciis autem per præsides, vel defensores celebrandam. Et ne auaritia tenti domini, magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent: (quod vsque ad præsens tempus perpetrari cognouimus) ñon amplius eis liceat pro subscriptione || sua || vel depositione, nisi quinquagesimam [h] partem precij, vel æstimationis loci qui ad aliam personam transfertur, accipere. Si autem nouum emphyteutam, vel emptorem meliorationes suscipere minimè dominus maluerit [i], & attestatione facta, intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ, etiam non [k] consentientibus dominis ad alios suum ius, vel emphyteumata [l] transferre. Sin autem aliter fuerit versatus, quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat.

d Datur domino directo intra bimestre tempus ius προτιμήσεως (de quo dicam ad constitutionem Friderici, de iure προτιμήσεως. vide interea Paponem 1. *Notar.2. cap.d'emphyteuse*, ibi, *droit de retenue au Seigneur direct*: & ibi, *Le Prince n'a droit de retenue fors qu'en certain cas.*) Iure feudali, intra annum.2.*Feud.9.vbi vide Cuiac.*

e potentioribus, aut vetitis capere *l.135.§.3.D.de verb.oblig.*

f Emphyteuta, ius emphyteuseos(domino tamen prius requisito) alienare potest, id est, non poterit ius emphyteuticum simpliciter alienare, sed prohibetur, nisi adhibeatur solennitas de qua.j.*vide Roland.à Valle* 1.*consil.3.num.85.* Possunt tamen emphyteutæ plures rem emphyteuticam inter se diuidere, etiam irrequisito domino, *Clar.ibid.quæst.*14.*idem quæst.*17.(Sunt enim in solidum emphyteutæ, nec de huiusmodi diuisione directus dominus potest cõqueri, cum eius non intersit, penes quẽ sit res emphyteutica, nec vlla recognitio nomine rei debeatur *Clar. ibid. quæst.* 14.) Potest etiam emphyteuta(nisi specialis consuetudo obstet) irrequisito domino, ius emphyteuticum extraneo capaci, non potentiori donare, *v. Forner.2.quæst.22.selec.*30. vel legare. (saluo tamen iure directi domini. Eo casu donatarius vel legatarius sine consensu domini possessionem adprehendere potest: & præterea eidem domino(dominum intellige etiam vsumfructuarium *Clar. ibid. quæst.23.*) nouus emphyteuta laudimia seu εἰσδεκτικὰ soluere tenetur, pro noua inuestitura *Clar. quæst.* 15. Laudimia, inquam, id est, quinquagesimam partem pretij.j. *eodem. versi. & ne auaritia*, quod onus locum etiam habet in rebus donatis, quarum soluenda est eo nomine æstimatio, etiamsi emphyteutæ licuerit emphyteusim alienare *Clar.quæst.* 23. Permutare (cui tamen rei strictum ius repugnare videtur *Clar.quæst.*17.) pignori dare, aut hypothecæ dare *idem quæst.18.leg.16.in fin.D.de pignoratitia.* locare ad modicum tempus *quæst.*19. E contrario: non potest eandem rem in emphyteusim dare. est.n.datio emphyteuseως alienationis species *quæst.20.* aut in ea seruitutẽ constituere in præiudicium domini *quæst.*21. licet in sui præiudicium possit, vt tantisper, dum emphytheusis durabit, teneatur eam seruitutem pati.*argum.leg.1.§.penult.in fin.D.de superficiebus: & argum.§.quid ergo. de inuestitura de re aliena facta. l.Statius, Florus, D.de iure fisci. Capella Tholosana & ibid. Aufrerius. decisione* 461. interuertere possessionem, eiusdem *quæst.*25. aut rem deteriorem facere *argum.Nouell. 7. cap. 3. Nouell.120.cap.8. Authent. Qui rem* 14. *Cod. de sacrosanct.* quibus casibus emphyteuta cadit iure suo *Clar.ibid.quæst.*26.vt & arbores excidendo, vel formam rei mutando *Gayll. 2.pract. 67. &* 12. Restat dispicere, Num emphyteuta possit iure testati, vel intestati emphyteusim transferre. Quod ad causam testati attinet, potest emphyteuta nouam emphyteusim, id est, à se adquisitam pro se & quibus dederit, vel pro se & filiis, vel pro scilicet filiis & heredibus, iure suo in quemcunque voluerit filiorum: quin in extraneum, dispositione testamentaria conferre. Antiquam autem, id est, abscendentibus acceptam emphyteusim: acceptam, inquam, sub ea formula *Pro adquirente eiúsque liberis*, parẽs tenetur filiis relinquere *Clar. ibid.quæst.* 16. Superest causa intestati. Emphyteusis indefinitè accepta, ad filios adquirentis defertur: ad certã generationẽ accepta, generationem conuentam non excedit: Ad certum tempus potest ad extraneos etiam heredes, id est, ad non legitimos, transferri: ad conuentum tamen tempus duntaxat. In perpetuum verò tẽpus collata, si ita concepta fuit, *Teneat pro se & filiis*, ad solos descendentes defertur: si ita, *Pro se & heredibus extraneis*, etiam ad extraneos: si ita, *Pro se & heredibus*, in extraneum quemcunque deferetur, nisi sit emphyteusis ecclesiastica *Nouell. 7.c.3.* Imo etiam si ecclesiastica, si modò solenniter facta fuerit: vt communiter maior pars interpretum scribit. qua de re v. Roland. à Valle 1.*consil.96.num.* 20. quod vltimum Clarus *d.loco, quæst.28.vers. & quinque tamen disputando* non admittit, nisi expresse facta sit pro extraneis heredibus, aut in ipsa inuestitura apposita sint talia verba, quæ idem significent, putà pro se & quibus dederit, vel pro se & heredibus quibuscunque. Extraneos cùm dico, fiscum etiam intellige. Nam si emphyteusis eius conditionis fuerit, vt ad extraneum transiret, delicti causa ius emphyteuticum ad fiscum defertur *leg.4.j.de fundis patrimonialibus*: nisi emphyteusis sit ecclesiastica, ídque fauore religionis *leg.17.D.de vsufr. Clar.ibid.quæst.29.* Quod de fisco dictum est, ad correos accipiendæ emphyteuseως Clarus negat pertinere, inter quos ius adcrescendi non est *quæst.*39. sed nec ad ecclesiam extendi. Ideóque tametsi emphyteuta monasterium ingrediatur, ius tamen emphyteuticum ad ecclesiam non transfertur. ídque meritò. Nulla enim spes esset caducitatis *v. Clar.d.loco quæst.*33. Dictum est superiùs, filios interdum succedere in ius emphyteuseως. An naturales? si emphyteusis sit priuata, succedent *Clar.quæst.*30. vt & legitimati(nihil enim differunt à legitimis *Nou.89 c.3.Clar.d.l.quæst.*31.) & fœminæ, nisi emphyteusis accepta pro filiis *leg. 22.D.de verb.signif.* aut statuto repellantur fœminæ à successione, stantibus masculis. Quid nepotes ex filia? Si emphyteusis accepta pro se & filiis & nepotibus masculis, vel pro descendentibus suis virilis sexus, non succedent. secus, si accepta in tertiam generationem *Clar. quæst.*36. Quid filij abstinentes patris hereditate? succedent, si emphyteusis accepta pro se, filiis, & heredibus *v.Clar.d.loco quæst.* 37. *Gayll. 2.pract.128.num.18. & obs.154.nu.17.* An emphyteusis transeat ad institutum in re certa, v. eundem *ibid.quæst.38.*

g Quid si emphyteusis sit finita citra culpam emphyteutæ, ísque desideret renouari contractum emphyteuticarium? Clarus ex communi opinione refert, iniuria affici, nisi renouetur illi emphyteusis: eóque nomine ad superiorem appellari posse *d.loco quæst.43.Gayll.2.obs.148.nu.2.3.*

h Nota quæ laudimia à nouo emphyteuta debeantur domino directo.

i de hoc iure προτιμήσεως suprà dictum est.

k id est inuitis.

l ἐμπονήματα suprà *eodem* meliorationes suprà *eodem.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

PERPETVI AVGVSTI,

repetitæ prælectionis,

LIBER QVINTVS.

DE[a] SPONSALIBVS[b], ET ARRIS[c] sponsalitiis & proxeneticis[d].

TITVLVS PRIMVS.

Si alij desponsata alij nupserit.

1. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* Augusti & CC. Annonariæ.

ALII desponsatæ[e] renunciare conditioni, & nubere alij, non prohibentur.

2. Impp. *Constantius A. & Constans* C. ad Pacatianum præfectum [f] præt.

SI is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra[g] biennium exequi nuptias in eadem prouincia degens supersederit: eiúsque spatij fine decurso|| in alterius postea coniunctionem puella peruenerit: nihil fraudis ei sit, quæ nuptias maturando, vota sua diutiùs eludi non passa est. D. prid. Id. Apr. Martiano. Pacatiano & Hilariano Cons.|| 332.

De morte, & de arris.

3. Imperatores *Gratianus Valentinianus & Theodosius* AAA. Eutropio P.P.

ARris[h] sponsaliorum[i] nomine datis: si interea[k] sponsus, vel sponsa decesserit: quæ data sunt, iubemus restitui: nisi causam[l] vt nuptiæ non celebrarentur, defuncta persona iam præbuit. Dat. 15. Kalend. Iul. Thess. Gratiano A.V. & Theodos. A.I. Coss. 380.

De pacto patris sponsæ, & de tutore vel curatore.

4. Imperatores *Honorius & Theodosius*. Augusti, ad Martianum præfectum prætorio.

SI[m] pater pactum de filiæ nuptiis inierit, & humana sorte consumptus, ad vota non[n] potuerit peruenire: id inter sponsum & sponsam firmum ratúmque permaneat, quod à patre docebitur destinatum[o]: nihílque permittatur habere momenti, quod cum defensore[p], ad quem minoris commoda pertinebant, docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, vt contra[q] paternam voluntatem, redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium: cum plerunque etiam ipsius fœminæ [r] aduersus commoda propria inueniatur laborare consilium. Datum 3. Non. Nouemb. Honor. XIII. & Theodos. X. Augustis Coss. 422.

De arris.

5. Imperatores *Leo & Anthemius* AA. Erythrio præfecto prætorio.

MVlier[s] iuris sui constituta[t], arrarum[u] sponsalium nomine vsque[x] ad duplum[y] teneatur, id est,[z] in id,

a Tractat de spōsalibus, ante Nuptias: vt quas præcedant sponsalia, arrarum dationes, & proxenetica. De Antenuptialibus quędam dicenda sunt obiter ad quarundam etiam legum faciliorem intellectum. Nuptiarū dies legitimi tres erant *l.66.§.1. ibi ante diem tertium. D. de dona. int. vir.* Primus dicebatur à Gręcis προαύλια, id est, desponsalia. eáque fiebant auspicatò. *Cicero 1. de diuinat. Valerius 2. cap.1.* optimè à turture & cornice, si par integrū apparuisset. quia vtrumque animal adeo sui coniugis studiosum, vt eo morte affecto, superstes nullius appetat præterea cōiunctionē. Post auspicia sacra faciebant. Secundus ἀπαύλια, decubatio, eóque deducebatur sponsus in domum soceri à Paranympho, quem nonnulli νυμφευτὴν, alij πάροχον vocabāt si futura vxor virgo fuisset: si vidua, mulier ad ad sponsum deducebatur à Nymphagogo, seu προμνήστρια, id est, pronuba. In limine ignis & aqua ponebatur, vtrumque sponsus & sponsa manu tangebat: ipsa nupta eiusdem aspersione lustrabatur. quo pertinet lex 66. *in fin. D. de donationibus int. vir.* Interdum recta via virgo in domum mariti (si fortè per nuncium nubebat) deducebatur *leg.5. leg.6. leg.7. D. de ritu.* Sub vesperam aut noctu celebrabantur nuptiæ, faces accendebantur, virginis facies operiebatur (hinc nuptiæ) velo, quod Græcis ἑανὸς, & κάλυπτρα, seu flameum: lutei coloris erat, ne pudor virginis proderetur. ferreus annulus ei à viro dabatur. Sponsa verò, tres asses: quorum primum in manu, alterum in pede, tertium in saccipério ferebat. Primum sponso dabat, quasi eum sibi illo precio coemptum esset habitura: alterum in foco diis laribus deponebat. Tertium in vicino compito fodiebat. *Nonius cap.12. in Nubentes.* Inde conuiuium apparabatur, mox Hymenæus dicebatur cum choreis. Post hęc, pronuba sponsam ad genialem lectum deducebat. hanc antecedebant δᾳδοφόροι, id est, faciferi, duóque colum cum lana & fusis ferentes. alij mundum muliebrem, & alia quæ ob id παράφερνα. Sponsa ita deducta, à sponso detegebatur, quo nomine dona accipiebat, quæ ob id ἀνακαλυπτήρια, & quod ab eo primum videretur ὀπτήρια, & quod eam alloqueretur προσφθεγκτήρια *adde Cuiac. 9. Feud. 9.* His ita peractis, pronuba vnam ex facibus accendebat, peruigilem futuram: cæteras extinguebat. mox sponsæ duobus digitis cingulum soluebat, quod Dianæ ob eam causam λυσιζώνη: à Latinis, Cinxiæ cognomento dicabatur *Festus in voce Cinxiæ. dixi libro primo, ad leges XII. Tabular.* Cingulum illud erat ex ouilla lana contextum nodo qui Herculeus vocabatur, propterea quod Hercules fœcundissimus creditus sit. Vbi omnes discessissent, sponsus clausa ianua disponebat custodias foris, quarum opera muliercularum importuna vel pietas, vel simulatio à foribus arceretur, si qua commoueretur virginis clamore. interea iuuentus nuces cum strepitu spargebat, *Festus in Nuces*, & hæc de secundo nuptiarum die. Tertius dies nuptiarum ἐπαύλια, quasi nuptiarum appendix: Latini Repotia. In eo, sponsi affines conuiuium instaurabant: eóque vxor in domum mariti deducebatur. Egrediens domo paterna, nupta pedem tollebat, ne limen attingeret, ídque ne pharmacis magicis lædi posset, quæ sub limine ad destruendum coniugiū, vel concordiam, vel vim genitalem solent à veneficis poni. Plutarchus *in Romanis quæstionibus 29.* Claues mox ei dabantur, vel vt illa intelligeret, quod ius in familia mariti esset habitura, vel ad significandam partus facilitatem. *Festus in voce Clauim.* adde quę scripsi ad *leg.2. D. de diuortiis.* Plura vide apud Costanum Titulo de matrimonio de ritu nuptiarum. Iul. Scaliger 3. Poetices 101.

d *al.* proxenetriis *Alciat. 1. dispunct. 22. v. l. 6. C.*

b *l. 1. l. 2. C. eo. dixi ad 23. ff. 1. 3. C. Theod. 5.* c *v. l. 3. l. 4. l. 5. C. eo.*

e Desponsata alij renunciare sponsalibus potest, & alij nubere, *Syn. Basilic. 28. titul. 2. cap. 15. 4. Harmenopul. 1. §. 9. leg. 2. in fine C. de repudiis: l. 2. §. 2. D. de diuortiis.* Quid si sponsalia degenerent. sintque contracta per verba de pręsenti? aliud dicendum *adde leg. 15. D. de condit. & demon. leg. 30. D. de regul. iur. adde VVurmser. 1. practic. 35. obseruat. 1.*

f Constantinus ad Pacatianum P.V. *l. 4. C. Theod. eo.*

g Si sponsus præsens est, & in eadem prouincia, nec intra biennium exequitur nuptias, potest puella impunè alij nubere *vt hic. l. 4. C. Theod. de sponsalibus. Dion 54. Suet. in August. 28. Syn. Ba. 1. c. 16. 4. Harmeno. 1. §. 18.* absens expectatur per triennium *le. 2. C. de repudiis:* olim quadriennium & vlteriùs *leg. 17. D. de sponsal. adde Cuiaciū 16. obseruat. 35.*

h *l. 6. Cod. Theod. eod.*

i Arrarum datio solet antecedere sponsalia *vt hic.* vt & emptionem & conductionem *l. 17. in fin. C. de fide instrum.*

k Sponsus (dicidem in sponsa) moriens ante nuptias *vt hic:* arras non amittit, licèt eo moriente dimidia pars donationis ante nuptias ab eo factæ, ad eius spōsam (si tamen osculum ei datū est) pertineat *le. 16. C. de donationibus ante nuptias.* Idem dicendum est in donatione sponso à spōsa facta ante nuptias *d. l. 16. in fin.* Quid si dos marito ante nuptias data? si nuda præcesserunt sponsalia, statutum aut pactum de lucrāda dote nō pertinet ad maritū. Sin per verba de pręsenti contractum sit, pertinebit: etiamsi mulier, neque cognita, neque in domum mariti deducta *argum. l. 7. ff. de ritu.* sin minùs, heredes vxoris datam condicent *l. 10. ff. de condict. causa data*, eámque distinctionem, vt veriorem & communiter receptam Gayllus probat *2. obseru. 80. num. 3.* Statutum scilicet, de lucro dotis locum habere in sponsa *adde quæ dixi ad l. 1. D. eodem.* ídque etiam vsurpari in dote dicta seu promissa. Nihil enim interest inter dotem datam & promissam. Nam ex sola promissione dos constituitur *v. l. 4. C. de collationibus.* De doario quid dicendum? Cuiacius negat doarium seu ὑπόβολον deberi vxori, nisi in mariti cōcubitum venerit. & hoc esse quod dicitur *Au coucher gagne la femme son douaire. 2. feud. 9. fol. 515. in fine.*

l vt si in culpa fuit, ne contrahi posset coniugium *4. Harm. 1. §. 3.*

m *l. 7. C. Theod. eo.* Sæpenumero pater susceptis pro filia sponsaliorum arris vita defungitur, nec dum contractis nuptiis. Deinde post eius mortem, aut tutor aut curator efficere conatur, vt dirimantur sponsalia, cauetur itaque hac constitutione infringi & labefactari nequaquam oportere, quę superstite patre probata & conuenta sunt *4. Harmen. 4. 2. §. 4.*

n Post sponsalia mora iniicitur nuptiis: vel expresse *l. 1. C.* vel tacitè *l. 2. C.* vel neutro modo, putà morte vel sponsi vel sponsę *l. 3. C. eodem.* eorúmve parentis *vt hic & l. 17. D. eodem.*

o definitum *l. 7. Cod. Theod. eodem.* Solebant enim parentes destinare vxores liberis *v. quæ dixi ad l. 66. D. de ritu.* & ita patris destinatio post mortem eius effectum sortitur.

p Quid si eidem filiam pater destinauerit? potest vtique eam ducere *leg. 36. D. de ritu.*

q In elocanda filia patris defuncti arbitrium iudices sequi debent.

r familiæ *d. l. 7. C. Theo. e. & malè.* Hoc innuit, fœminas plerunque laborare aduersus proprium commodum.

s ὁ ἀρραβὼν φύσιν ἔχει τοιαύτην *&c.* Arra sponsalitia eam vim & naturam habet, vt is quidem qui eam accepit, si sponsalium fidem non impleat, duplum eius quod accepit, pręstet, qui vero dedit, arris excidat. *4. Harm. 2. §. 1.*

t addunt Gręci τελείαν ἄγουσα τὴν ἡλικίαν ętatem perfectam agens *Syn. Bas. 28. tit. 2. c. 2. 4. Harm. 2. §. 6.*

u iam datarum sc. non promissarum tantùm. *Tiraquellus de retractu conuentionum ad fin. tit. num. 56.* vt hęc constitutio non pertineat ad arras promissas tantùm, *v. Rolan. à Valle 1. consi. 17. nu. 4.*

x διπλοῦς ἀρραβῶνας duplatas arras. *Synop. ibid.*

y Nota pœnam sponsę detrectantis nuptias sine causa. Mulier sui iuris constituta minor 25. annis arras acceptas tantùm restituit *C. eodem. ibi in simplum autem.* Maior 25. aut minor 25. post impetratam tamen ętatis veniam, arras & tantundem pręterea restituit. *vt hic.* quemadmodum, si ὑπεξούσιος seu in parentis potestate posita sit *C. eo. ver. Patrem, ibi, duplam tantummodo.* & ita hanc legem intellige, quantumuis diuersa sit Gręcorum interpretatio 28. *Eclo. 2. c. 1.*

z Duplum in legibus est, res ipsa principalis: & tantundem: quod in pœnis *vt hic Instit. de obligat. ex delict.* vsuris *l. 10. C. de vsuris* & eo quod interest notandum. *l. vnic. Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest.*

quod

a Arras sibi datas, mulier sui iuris constituta & ætatis perfectæ nuptias recusans duplatas restituit *vt hic.* Quid si minoris ætatis cum esset, veniam ætatis impetrauit, & arras accepit, rursus duplas restituet, si recuset nuptias. *ibid. vel post impetratæ.* Quid si minor veniam ætatis non impetrauit, simplas tantùm restituet. *versic. in simplum. Syn.d.tit.2.c.2. Harm. ibid.*

quod accepit, & aliud tantundem, nec amplius si [a] post cópletum vicesimumquintum annum, vel [b] post impetratam veniam ætatis, atque in competenti iudicio comprobatã, huiusmodi arras suscepit. In simplum autem, id est, tantũmodo || in id, || quod accepit, si minoris ætatis est: siue virgo, siue vidua sit: siue per se, siue per tutorem aut curatorem, vel aliam personam easdem arras acceperit. ¶ Patrem [c] verò vel matrem legitimæ ætatis constitutos, siue simul, siue separatim arras pro filia susceperint, auum etiam, vel proauum, si pronepte vel pro nepte, in duplum tantummodò conuenit teneri. Quæ ita custodiri censemus, si [d] non propter personam, vel conditionem, vel aliam causam legibus vel generalibus constitutionibus interdictam, futurum matrimonium constare prohibetur. Tunc enim quasi nullo facto, vtpote sine causa easdem arras præstitas, tantummodo reddi consequens esse præcipimus. His || illud || quoque adiicimus: vt etiam si [e] legibus prohibitæ non sint separatæ nuptiæ, post arras autem sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter [f] turpem, || vel prodigam || vel impudicam conuersationem, aut religionis [g] vel sectæ diuersitatem recusauerit, vel eo quòd quasi vir coitũ [h] (ex quo spes sobolis oritur) facere non potuerit, vel ob aliam [i] iustam excusationis causam: si quidem probatum fuerit, ante datas easdem arras sponsalitias hoc idem mulierem [k] vel parentes eius cognouisse: sibi debeant imputare. Sin verò horum ignari sponsalitias arras susceperint, vel post arras datas aliqua iusta causa pœnitentiæ intercesserit: iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. ¶ Quæ [l] omnia simili modo [m] etiam [n] de sponsis super recipiendis necne arris præstitis custodiri censemus: quadrupli [o] videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat in [p] qua & arrarũ quantitas imputabatur, cessante: nisi [q] specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. Extra definitionem || autem || huius legis si cautio pœnam stipulationis continens fuerit interposita, ex vtraque parte nullas vires habebit: cum in contrahendis nuptiis libera [r] potestas esse debeat. Dat. Kal. Iul. Martiano & Zenone Conss. 469.

b ætatis autem veniam viri à 20 fœminæ à 18. ętatis anno impetrant à principe qua impetratione se à curatorũ potestate eximunt: & perinde ac si sui iuris essét, res suas administrant: hoc excepto, quod sine decreto nihil ex suis rebus alienare possint *Harmenop. ibid. §. 7.*

c Arras pro filia vel nepte accipiens pater mater vel auus, si matrimonium puellæ impediãt duplatas arras præstant. *vt hic.* Quid si matrimonium nõ impediant, sed matrimonium aliter constare nõ possit? ipsas tantùm arras restituunt. *versic. quæ ita. Sy. ibid.* Quid si ante sponsalia ipsa sciebãt matrimoniũ iusta de causa contrahi non posse, & tamen arras receperint, duplas arras quoque restituent. Est enim quod sibi imputent, qui scientes prudentes arras receperint eius matrimonij nomine, quod contrahi non posse sciebant: secus enim si ignorabant *ver. his illud. Syn. ibid. Harmen. ibid. §. 8.*

d Quæ lege iubente dirimuntur sponsalia, pœnam non merentur.

e Hæc verba extant in *l. 16. ĩ. de episc. aud.*

De proxeneticis.

Huius legis epitomen retulerat ex Harmenopulo [s] Contius, sed eam integram ex Basilicis edidit Cuiac. lib. 11. obs. cap. 18.

V I.

Constitutio [t] vult ne [u] proxeneta seu conciliator [x] nuptiarum quidquam capiat. Si tamen omnino sustineat aliquid accipere, si quidem nihil de ea re conuenerit, nihil omnino consequatur: sin pactum intercesserit, non vltra vicesimam partem dotis & ante nuptias donationis exigat, si dos ad ducentas vsque libras auri pertingit. minus autem, si quidem volet, vt accipiat, liberum ei facit. Sin verò cuiuscunque || maioris || quantitatis dos fuerit, vltra decem [y] libras auri proxenetam accipere non permittit, neque si perfecta est dos, vel ante nuptias donatio. Quòd si præter hæc aliquis pactus sit, ne exigatur, sed & solutum reddatur, siue pecuniam accepit, siue res, datáve est ei confessio debiti, aut omnino accepit aliquid mobile, vel immobile, vel se mouens: intentatis actionibus non solùm contra accipientem, sed etiam contra eius heredes, nec solùm ab eo qui dedit, sed etiam ab eius heredibus: pœna decem librarum auri definita aduersus eos, qui præter hæc || aliquid || agere tentauerint.

f nota repudij causas: *adde Nou. 22. c. 15.* & ita, corporis, bonorum & animi ratione repudio locus est. Corporis, vt quia turpis sponsus *vt hic. l. 22. in fin. D. eod.* Bonorum, quia prodigus. Animi, quia impudicus, & sectæ improbatæ.

g *d. l. 16. v. l. 15. 8. de Iudæis. Nou. Leonis 98.*

h *adde l. 14. §. 7. ff. de ædilitio. Nou. 117. c. 12.*

i putà absentiam biennij, vel triennij *l. 2. ĩ. eodem.* lepram, nisi sponsalia sint de pręsenti, *extra de coniugio leprosor. v. VVurmser. 1. pract. 35. obs. 2.* vel quia virgo putabatur, quæ mulier desponđit *arg. l. 11. in fin. D. de act. emptio.*

k hic locus videtur innuere, arras etiam dari à sponsa sponso. quod & Accursius notauit. *ĩ. versic. quæ omnia.* id tamen Cuiacius *4. obser. 26.* negat: aítque in sponsalibus sponsum, non sponsam arras dare.

l Arras acceptas, sponsus quemadmodum restituat.

m Quæ scienter cum turpi, cum prodigo, cum impudico, cum heretico, cum impotente vel simili, sponsalia contrahit, eíque arras dat, etiamsi iustam repudij causam habeat, arras tamen non repetit *vt hic. & d. l. 16.* Eodem modo creditores, qui scienter inopem heredem passi sunt in hereditate morari, ab eo satisdationem non exigunt *l. 31. §. 2. ff. de reb. author. iud.* & in emptionibus scienti vitium, non succurritur, *l. 1. in fi. D. de act. empt.* Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. Huic vicinum est, quod Iason *ad l. 24. D. soluto.* negat, constante matrimonio, vxorem dotem repetere posse, quę scienter cum viro inope vel prodigo aut obęrato contraxit, aut mox idoneo nõ futuro: eámque opinionem Gayllus probat *2. obseru. 84. arg. l. 145. D. de reg. iur. c. Scienti de reg. in sexto, l. 34. C. de transact.* Idem accidere creditoribus minùs idoneos fideiussores probantibus. *v. l. 10. in fi. ff. qui satisd. l. 3. in fi. ff. vt in possess.* sed & ei qui sciens luminibus effossis emit *l. 43. §. 1. D. de contrah. empt.* quod ad vxorem attinet, superiora vix probare possum, Bartolum & Ripensem in eo secutus, qua de re vide quę dixi ad *d. leg. 24.*

n Quę de sponso dicta sunt, ad sponsam accommodantur.

o *l. 6. C. Theod. eo. l. vn. C. Theod. si prouinciæ rector: l. vn. C. Theod. si nuptiæ.*

p Quadruplo regulariter ipsum principale seu ipsa res principalis continetur.

q atqui pœnis legum contenti esse debemus *l. 19. ff. de verb. oblig.* solue, Quadruplũ hîc licet stipulari, quia iure veteri, etiam in hanc rem legitima fuit pœna quadrupli *d. l. 6. d. l. vn. C. Theod. si prouinciæ d. l. vn. C. Theod. si nuptiæ.* Quadrupli pœna hodie tantùm ex conuentione valet *v. Cuiac. 16. obs. 34. & 4. obs. 22. & 11. obs. 17.*

r Liberæ nuptię esse debent. *l. 12. 14. ĩ. de nupt.* Quid, metus summo pudore patri exhibitus, reuerentialẽ metum quidam appellant, vitiátne nuptias? non vitiat. Talis enim metus non cadit in virum constantem, nisi causa cognita constet ob nimiam reuerentiam parentum liberos tacuisse *v. Gayllum. 2. obs. 39.* Quid, huiusmodi matrimonium potéstne conualescere? VVurmserus *1. pract. 36. obs. 1.* ait, spontanea cohabitatione & copula matrimonium conualescere: eóque casu iudicem quantitatem morę, & amorem coniugum inter se considerare *c. ad id quod de sponsalibus: c. discretionem de coniug. consan.* Huiusmodi subsequente copula nouum consensum induci, metum tolli *l. 2. C. de his quæ vi metúsve.* Idque maxime in eo perspici, qui à parentibus puellæ deprehensus, coactus est cum puella matrimonium contrahere *Gayllus dicto loco.*

s *4. tit. 3. §. vl.* extat eadem constitutio apud authorem *Syn. Basil. 54. tit. 15.* περὶ προξενητῶν *cap. 4.* t interpretatio Leunclaij. u τὰ προξενητικὰ γάμων. x quid proxeneta *v. l. 3. D. de proxenet.* y id est, 720. aureos & ita certus hic modus proxeneticis nuptialibus datur. vt & aduocato plerumque centum aurei *l. 1. §. 12. D. de extra ordin.* Prohibentur omnino proxenetica pręposítis ecclesiasticis *Nouell. 123. ca. 16.*

z ἄρχων præses. *4. Harmen. 2. §. 10.* Idem in quocunque magistratu, & administrante officium. *le. vn. ĩ. si quacunque potestate prædit: l. 38. ff. de ritu. Synop. Basil. 28. tit. 5. c. 39. 40. & ti. 4. c. 19.*

SI RECTOR [z] PROVINCIAE, VEL AD EVM PERTINENTES sponsalitia [a] dederint.

Tit. II.

1. Imperatores *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Eutropio P.P.

Si [b] quis in potestate publica positus, atque honore administrandarum prouinciarum, qui parentibus aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quæ matrimonium contracturæ sunt, potest esse terribilis [c], arras sponsalitias dederit, iubemus [d], vt deinceps siue parentes siue eadem mutauerint volutatem: non modò iuris laqueis liberentur, pœnæque || statutæ || expertes sint: sed extrinsecus data pignora lucratiua [e] habeant † si ea non putent esse reddenda. quod ita latè patere voluimus, vt nõ [f] solùm circa administrantes, sed etiam circa administrantium filios [g], nepotes ac propinquos, || & || participes [h] || id est consiliarios || domesticósque, locum habeat: quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. Dat. 15. Kalen. Iul. Thessalonicæ, DD. NN. Gratiano A. V. & Theodos. A. I. Conss. 380.

a sponsalia *Cod. Theod. eodem lib. 3. tit. 6.* sponsalitias dederint arras *Hal.* Sponsalia *vt hic. & l. vl. ĩ. de ingenuis manumissis:* pignora *l. 6. C. Theodos. de nuptiis.* arrarum nomine data *le. vn. ĩ. si nuptiæ ex rescripto* Gręci μνῆστρα. Hieronymus *in virginitatis laude*, Humanorum sponsaliorum pignoribus subarrãtur. Arrę in sponsalibus non erant nummi, sed vel annulus pronubus, vel monilia, vt in Maximo iuniore apud Capitolinum & apud Hesychium Inde κάθορμα καὶ ἔνορμα, προθέματα ἀρραβωνικά *v. Cuiac. 11. obs. 17.*

b *leg. vn. C. Theod. eod.*

c φοβερὸς *4. Harmen. 2. §. 13.*

d *l. 38. l. 63. D. de ritu: l. vn. c. ĩ. si quacunque præd. potestat.*

DE DONATIONIBVS [i] ANTE [k] NVPTIAS, VEL PROPTER [l] NVPTIAS, & sponsalitiis.

Tit. III.

e καὶ κερδαίνειν τοὺς ἀρραβῶνας *28. Eclog. 1. c. 20.* † Imò, non lucratur *l. 38. ff. de ritu.* Quidam abrogari putant dictam legem 38. Cyrillus Græcus interpres ad legem 38. refert ad nuptias contractas ab officiali præsidum, qui vt pręsidibus lege inferior, ita eius factum leuius. Hanc verò legem refert ad ipsos pręsides, eorum filios, nepotes, propinquos, domesticos, participes eius, seu adsessores, quibus ipse pręses constituendis nuptiis operam nauauerit. Alia hîc etiam adferunt emplastra, quę refutantur à Cuiacio *hic & 4. obseru. 21.*

f Sponsalia in sua prouincia pręses contrahere non potest: quod si contraxerit, liberum est puellę, eius parentibus, tutoribus & curatoribus nuptias recusare, & acceptas arras lucrari. Quid filij, nepotes, cognati, domestici, consiliarij ipsius pręsidis? eadem ratione in eadem prouincia, sponsalia contrahere vetantur. *vt hic. 4. Harm. 2. §. 10. & 11.* Quid in pręsidum filiabus? Idem ex constitutione Leonis 23. *Harmenopul. ibidem. §. 14.* Quid si præses ipse potestate exiit, & puella non detrectet? eius consortium stabile erit eius coniugium. *versic. impleri ĩ. eodem, Harmenopulus ibidem. §. 12.*

g Nou. Leon. 23. addit filias. *4. Harm. 2. § 14.*

h συνκαθέδρους. Gręci *Eclog. dicto loco*, id est, adsessoris pertinentes Cuiacius hîc, qui Gręcis προσήκοντες *adde leg. vnic. §. 3. ĩ. de contractibus iudicum leg. 3. supra de obligationibus.*

i Donatio propter nuptias hodie est contractus specialis *Nou. 119. c. 1.*

k *§. 3. Inst. de donationib. 3. C. Theod. 5.* περὶ μνηστειῶν δωρεῶν *28. Eclog. 4.*

l Donatio ante nuptias vel propter nuptias, idem. Fit enim propter nuptias: plerunque, ante nuptias: interdum, post nuptias *§. vlt. Inst. de donationib.* Quod ita donatur à marito vxori in vicem dotis ἀντιφέρνη *l. vl. ĩ. eo.* Eiusdem iuris est hęc donatio, cuius & dos, eadem pacta recipit, eandem quantitatem *Nou. 97.* Eandem, quoniam supra dotem, mortuo marito vxori redditur ὑπόβολον .i. dotis incrementum *Demetrius Cartophylax quæst. 55. 4. Harmenop. 10.* Est enim Gręcis ὑποβάλλειν, adiicere. Dotalitiũ dicitur *cap. plerunque extra de donationibus int. vir. c. si autem 36. quæst. 2.* & Roberto *in Chronicis*, VVilhelmus, inquit, Rex Sicilię fecit chartam Iohanni reginę de dotalitio suo. In constitutionibus Neapolitanis dotarium, à Longobardis Morgangheba *v. Cuiac. 2. Feud. 9.* à Gallis *Douaire.* quod tamen Cuiacius plenè non probat *5. obs. 4. in fi.* Ex Gręcis alij reddidere dimidiam, alij tertiam, nisi aliud contractum fuisset *4. Harmen. 10.* Moribus Tholozanis redditur dimidia: more Longobardorum, quarta pars bonorum mariti *l. 11. C. Longobard. de his quæ à viro.* Romano iure, tertia dotis *2. Feud. 8. §. 2.* Constitutionibus Neapolitanis tertia bonorum mariti *lib. 3. tit. 13. 15. 16.* & de cõsuetudine Normanię. Gothorum iure, decima bonorum mariti. Porrò, ὑπόβολον, nõ debebatur vxori, nisi in cubiculum mariti venisset. & hoc est quod dicitur, *Au coucher gagne la femme son douaire.* Virgini, vt Harm. *4. tit. 10.* docet, nõ dicitur ὑπόβολον, quod erat tertia pars dotis: sed θεώρετρον, quod erat duodecima. Idem dixere ἀναγκαῖον κατὰ (?) *v. Cuiac. 2. Feud. 9.* Apud Gallos doarium aliud est consuetudinarium, siue statuarium, aliud cõuentionale, seu præfixum. Hoc, legem accipit à cõtrahentibus: illud, à lege vel statuto. vtrunque plerunque coniungitur, datúrque alterutrius vxori electio. *His adde Clar. 3. sent. §. donatio quæst. 11.*

a Dotem non acceptam potest maritus interdum vtiliter in dotem conuertere. Vt enim ante nuptias contractas mille vxori donauit, eáque etiam tradidit, Potest maritus eam summam à se ita profectam, ab vxore dotis nomine rursus accipere: & dotis iudicio vtiliter obligari. Quid si tantùm conscripsit, animo dotis augendæ, se mille ab vxore accepisse, cùm vel nihil, vel centum tantùm accepisset? Donatio hæc impeditur: nihil inquam, actũ est ea donatione. Itaque hoc casu, id tantùm quod re ipsa in dotem datum fuerit repetetur: quod datum non fuerit non repetetur hac lege *Syn. Basil. 28. tit. 3. §. 1. 4. Harmenop. 3. §. 1.* Quid si, quidẽ non tradidit, sed conscripsit mille, citra animum augendæ dotis, sed vt re vera donaret, deinde eadem mille cautione comprehẽsa, mulier viro in dotem attulerit, vna cum cæteris chirographis & nominibus, & vir sciens prudens, inter cętera dotis eam cautionem mille continentem, dotis nomine se accepisse cõscripserit? Puto idẽ esse, ac si eadem mille re ipsa tradidisset. Nouo enim iure promissę animo donandi res, necessitatem traditionis continent, *l. si quis argẽtum 15. C. de donationib.* huic legi intelligendæ, omnino adde Constantinum Rogerium *tractatu de dote 6. Quinto oportet videre.*

b id est, sponsæ. nam quod vxori quis largitur, etsi donationis nomine tradiderit, debet maritus in eadẽ volũtate ad mortem vsque permanere. *Schol. Harm. 3. tit. 3. §. 4.*

De muneribus sponsalitiis, si ea quæ donat vir futurus, tradiderit vxori vel donandi animo dotem auxerit.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* Metrodoro.

MVLTVM interest: si ea, quæ donat vir futurus, tradiderit[a] vxori[b] & postea[c] in dotem acceperit: an verò donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepisse, quod non accepit. priore enim casu donatio non impeditur: & res, quæ in ea causa sunt dotis effectæ, iudicio de dote peti possunt. posteriore ||autem casu|| nihil actum est donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.

De nuptiis non secutis.

2. Imp. *Alexand.* A. Attalo.

SI[d] pręsidi prouinciæ probaueris, vt[e] Eutychiam vxorem duceres, munera[f] te parentib. eius dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit, ||tibi|| restitui, quod dedisti, iubebit.

De dolo.

3. Idem A. Marcellę.

POllicitatione à fratre quondam tuo sponsalium[g] causa facta, etsi[h] in stipulationem deducta sit, ideò præstanda non fuit, quoniam in dote vxor maritum fefellit[i], exceptionem[k] ||itaque doli|| aduersus actionem ex stipulatu rectè obiicies.

De donotione collata in tempus nuptiarum.

4. Imp. *Gordian.* A. Marcello.

QVod sponsę ea lege[l] donatur, vt ||tunc||[m] dominium eius adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu est[n].

Si nuptiæ sequi non possunt.

5. Imperatores *Valentin. & Gallien.* Augusti, Theodoræ.

EA, quæ tibi vt sponsæ daturum se promisit is, qui te ficto[o] cœlibatu, cùm aliam matremfamilias domi reliquisset, solicitauit ad nuptias, petere cum effectu non potes cùm tu sponsa, vxore domi posita, non[p] fuisti.

De donatione die nuptiarũm facta.

6. Imp. *Aurelianus* A. Donatæ.

CVm[q] in te simplicem donationem dicas factam esse die[r] nuptiarum: & in ambiguum possit venire, vtrùm à sponso, an à marito donatum sit: sic distinguendum est: vt, si in tua[s] domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatio: quod si penes[t] se dedit sponsus, retrahi possit: vxor enim fuisti[u].

De verbo remanere.

7. Imppp. *Carus, Carinus & Numerianus* Augusti, Lucianæ.

SI, cùm ante nuptias munera darentur, ita conuentũ est, atque huiusmodi conscripta est pactio, vt: si qua sors extitisset contra voluntatem eius, & matrimonium distraxisset: tunc quæ data erant, apud eum, qui dedisset, herédemve eius remanerent[x] potest, qui hereditatem eius accepit, cui pacta puella munera lege prædicta susceperat, eadem iure postulare.

De iure alienandi.

8. Impp. *Diocl. & Max.* AA. & CC. Euphrosynę.

SI ante matrimonium maior quinque & viginti annis constitutus, sponsæ suæ, licet ante sponsalia, fundum donauit, eámque in vacuam induxit[y] possessionem: postea nullo titulo superstitem, vel testamento eundem relínquentem, alienare potuisse cęrti ac manifesti iuris est.

De rescriptis.

9. Iidem Augusti & CC. Iuliano.

CVm te sponsæ[z] filij tui quædam donasse confitearis, perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto[a], quam tua voluntas iurísque auctoritas fecit ratam.

De nuptiis non secutis.

10. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI[b] filiæ tuæ sponsus, ei mancipium donauit, ac tu in eũ iumenta liberalitatis ratione contulisti: nec nuptiis secutis, contra iuris rationem, quod dederat, abstulit[c]: non inuicem datorum restitutio, sed eius, quod illicitè rapuit, repetitio competit[d].

De morte sponsi qui donauit.

11. Iidem AA. & CC. Neæ.

SI tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit: eo quòd ab hostibus postea interfectus[e] est, irrita donatio fieri non potest.

De diuortio.

12. Iidem AA. & CC. Timotheæ & Cleotimæ.

SI[f] mater vestra filiæ suæ sponso vel marito prædia sine[g] vlla repetendi lege donauit, & eum in vacuam possessionem induxit: nuptiis diuortio solutis, perfecta non dissoluitur donatio.

De creditoribus donatoris.

13. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores[h] mariti facti, si non prius obligatas eis sibi

c hæc donatio est cõtractus specialis *Nou. 119.* ídque etiam ita colligo. donatio propter nuptias comparatur doti *§. vlt. Instit. de donationibus.* Dos autem est contractus *l. 65. D. de iudiciis. l. 23. D. de regul. iur.*

d Donationum ante nuptias dominia ab ipso quidem initio donationis rectè constituuntur seu adquiruntur: sub conditione tamen reuocantur, si non subsecutæ fuerint nuptiæ. *Harm. ibid. §. 2.*

e Res tantùm promissas à suo sponso, sponsa in suam dotem redigere non potest. *Papo 1. Notar. 4. c. de contract de mariage.* Cur ita? *v. l. 4. C. eo.* sibi donatas & traditas, potest *l. 5. C. de secund. nupt.* ad se missas citra donationis animum (qui in dubio nõ præsumitur) non potest, cùm eas accepisse præsumatur, vt ornatior ad virũ accederet: nõ vt iis dotem suam augeret *Clar. 3. sent. §. donatio quæst. 10.* Constante vero matrimonio quæ ornamenta à marito vsus sui necessarij causa acceperit, marito mortuo, in dubio, ea lucratur *Clar. ibid. Anton. Gayll. 2. obs. 91.* nisi contraria sit consuetudo *Roland. à Vall. 1. consi. 10. num. 12.*

f Donata sponsæ parentibus à sponso, vt nuptiæ fiant, nuptiis non secutis, ea rectè repetuntur *Syn. ibid. c. 2. Harm. ibid. §. 7.*

g Datum ob causam matrimonij futuri, causa non secuta condicitur. Sponsalia *leg. 8. C. de præd. & aliis rebus minor. Nouell. Valentinian. de episc. iud.* seu ἀντιφέρνη, seu sponsalitia largitas *l. 4. C. de secund. nupt.* dotis est ἀντισήκωσις *Scholia. Syn. Bas. 29. titul. 1.* περὶ γαμικῶν amussis, leuamentum atque sacoma.

h Stipulatio iustam pollicitationem firmat, non dolosam.

i Sponsalitia largitas, amplæ dotis contemplatione facta condicitur, si dos est minor, quàm promissa.

k Doli exceptio, actorem repellit *l. 36. D. de verb. oblig.*

l id est, in tempus matrimonij *l. 32. §. 2. D. eo. l. 97 §. 2. D. de ver. oblig.* Donaturus aliquid vxori futuræ, dominij translationem in tempus nuptiarum reiicere non debet. & ita, non inspicitur initium promissionis, sed tempus effectus & executionis. *Baldus hic.*

m Paria sunt, aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum. Ratio igitur constitutionis huiusce hæc est, quòd donatio referatur ad tempus matrimonij, quo tempore ratę non sunt donationes inter coniuges factæ: multum igitur interest, quis vt sponsæ donet, an vt vxori *4. Harm. 3. §. 5. l. 5. C. eodem.*

n Cur ita? Ante matrimonium non transiit dominium, quia non fuit res tradita *l. 1. C. eodem.* Post matrimonium, etiam non transiit, quia, licèt tradit, transferre etiam non potuit *v. l. 8. C. de don. int. vir.* Quoties enim transferri dominium nõ potest, ex eo non oritur obligatio.

o Qui vxorem habens fingit se cœlibem, atque ita aliam despondens quid promisit, ex ea promissione conueniri non potest, si quid tamen dederit, non poterit repetere *28. Eclog. 4. cap. 5.*

p Potest enim nemo simul & vxorem domi habere, & alibi sponsam, *v. quæ dixi ad l. 7. in fin. C. de Iudæis.*

q Donare sponsæ suæ quis potest, nuptæ non potest. Quid si ipso die nuptiarum donauerit? quæri potest, an ea donatio tanquam in sponsam collata, valeat an potius tanquam in vxorem facta non valeat? In hoc scrupulo peruestigandum est, vbinam mulier fuerit, cũ in ea donatio est collata. Nam si mulier, tunc in sua domo erat, in sponsam videtur collata donatio: sin vero erat in domo viri, tanquam in nuptam censetur facta donatio. Iam enim ab eo tempore nupta, & non vltra sponsa fuisse videtur *vt hic. 4. Harmenopul. 3. §. 9. Synop. Basilic. 28. titul. 3. cap. 6.*

r Valet donatio facta vxori die nuptiarum, cùm in sua domo esset: secus, si cùm esset in mariti domo.

s Quod mulieri in eius domo die nuptiarum donatur, nondũ vxori donatur, sed sponsæ. *vt hic 28. Eclog. 4. c. 6.*

t Domus viri, domicilium est matrimonij *l. 5. in fi. ff. de ritu.* In ea absenti mulier nubere potest, per nuncium sc. in sua nõ potest *v. Paul. 2. sent. 19. §. 5.*

u Vxor censetur, quæ in domum viri deducta, *vt hic*: licèt virgo *l. 7. ff. de ritu. l. 8. C. de incestu.*

x Verbum *remanerent*, hîc sumitur pro restituantur. & ita, mentem magis, quã verba spectamus.

y Perfecta donatio reuocari nõ potest eiam testamento *No. 61.*

z Quod socer nurui dedit, rescripto principis reuocare non potest, *vt hîc. 28. Synop. 4 c. 9.* & ita, donatio cedit in vtilitatẽ nurus, nisi constet ipsũ socerum vel cõsanguineos mariti alio animo donasse, quam vt nurui adquireretur *l. 2. C. eodem.* Aliàs, in dubio res donata vxori à consanguineis mariti, sunt mariti, cùm eius contemplatione donata sint *Bart. arg. l. 10. §. 6. D. de vulgari: v. Roland. à Valle 1. consil. 10. num. 10. 11. & passim eodem consil. num. 8. 9. Clar. 4 sent. §. donatio quæst. 10. versic. sed nunquid.* quod Alciatus non probat *1. præsumpt. 18.* Mouetur, quòd donata per auũ nepoti, patri non adquiruntur, licèt patris contemplatione donentur *Doctores in leg. 91. D. de legat. 1.* Mouetur etiam, quòd donata reipublicæ legatis, donantur occasione reipublicæ *Doctores in l. 64. §. 5. D. soluto.* Mouetur quoque, quòd donatio facta vxori à consanguineis mariti, marito non quæratur, vt cui nulla facta sit promissio, nulla traditio *l. 20. Cod. de pactis.* Mouetur etiã *l. 12. C. l. 7. C. de condict. ob causam*: in qua, quod simpliciter donatur alicuius vxori, simpliciter donatum valet, neque præsumitur datum occasione mariti. aliàs septem obiectiones vide apud Rolandum à Valle *1. consil. 10. num. 89.* Donatum adrogato ab adrogatoris amico vel cognato, ipse adrogatus beneficio ipsius adrogatoris habere intelligitur: ideóque huiusmodi res donatæ ad eum, quem adrogato suo adrogator substituerit, pertinebunt *leg. 10. §. 6. D. de vulgari.* sic donatum aut promissum viro à cognato, vel ab alio, vxoris iussu, non fit mariti: *l. 7. D. de condit. ob. caus.* Donatum à viro seruis vxoris, non fit vxoris, aut eius seruorum. *leg. penult. §. 1. D. soluto.* sic donatum sponsæ, vel vxori vt cultior esset, repeti potest *l. 5. §. 10. D. commodat.* Datum seruo, non vt semper, sed ad certum vsum, certis temporibus vtatur, non est peculij *leg. id vestimentum 25. D. de peculio.* sic vestimentum ex lana viri mulieri confectum, ipsius etiam mulieris cura, viri est *leg. si d si vir. 31. D. de donat. inter virum.*

a *v. leg. 5. C. de reuocandis donat.* Neque enim decet principem in alicuius detrimentum vana & inania conferre beneficia *4. Harm. 3. §. 10.*

b Sponsus sponsæ quædam donauit: vicissim quædam à patre sponsæ suæ accepit. Nuptiis non sequutis, sponsus res à se donatas abstulit: quæritur an sponsæ pater eo nomine, donationem à se factam reuocare possit? non potest: sed rapta à sponso filiæ suæ, quem generum fore sibi existimabat, repetere. *vt hic. Syn. 28. tit. 3. c. 10. 4. Harmenopul. 3. §. 12.*

c de facto.

d *28. Eclog. 4. cap. 10.* Imò non competit *leg. 15. C. eodem.*

e Morte sponsi donatio propter nuptias non fit irrita.

f Donare genero suo socrus potest: adeo, vt etsi matrimonium solutum fuerit cum donatricis filia, donatori non possint condici res donatæ *Syn. Basi. 28. tit. 3. c. 12.*

g *leg. 23. C. de donat. int. vir.* Quod simpliciter donatur, simpliciter valet *l. 7. C. de condict. ob causam.* ideóque, Donata vxori à consanguineis mariti, vxoris fient. *dixi ad leg. 9. C. eodem.*

h Creditores viri hypothecarij antiquiores, res sponsæ donatas auocare possunt. *Synopsis d. loco c. 1. l. 2. C. de reuoc. his quæ in fraud.* E contrario, res donatas sponsæ, maritus alteri obligare non potest *Bald. hic.* vel ita, Donatum sponsæ à sponso, anteriores sponsi creditores auferre non possunt, nisi hypothecam habeant: & vt Harmenopulus *4. titul. 3. §. 13* notat, nisi specialiter res ita donatas obligatas habuerit. Neque tamen hinc collige mulierem in rebus ita donatione acceptis (ὑπόβολον Græci vocãt) ius tacitæ hypothecæ habere. Scholiastes Harmenopuli *ibid. §. 14.* nec enim habet *l. assiduis 12. in fin. C. qui potiores.*

pro-

a Filius res matris donare propter nuptias potest, ea consentiente, res ita donatas, mater reuocare non potest: etiamsi precium rei donatæ offerat. *facit. leg. 41. D. de rei vindicat.* Potest enim quædam in re donata esse vtilitas quæ precio desit. vt eo pacto, precium, non semper rerum ipsarum vicem sustineat. b *l. 1. §. 1. D. de except. rei vendit.* c *l. 2. C. Theod. de sponsal.* d Donationes in sponsam factæ parentum consensu, nuptiis nõ secutis culpa ipsius mulieris, restituẽdę sponso: nõ secutis culpa donatoris, donatarius nõ modò rem ipsam retinere potest, (si eã iam habeat) sed & nondum acceptam aut sibi traditam potest condicere. *adde Syn. Basi. 28. tit. 3. c. 15.* e Imò repeti potest *l. 10. in fi.* ꝟ. *e.* f Donauit sponsus sponsæ, eámque tẽpore sponsaliorum osculatus est, mortuo sponso, dimidiã partem rerum donatione acceptarum sponsa lucratur: alteram restituit sponsi heredibus. Quid si eodem casu, sponsa prę mortua est? sponsæ heredes, dimidiam partem rerum donatione acceptarum lucrãtur. dimidiũ restituunt, spõnso superstiti vel eius heredibus *hac l. in pr.* Quid si osculum non interuenit? vtrinq; res donatione acceptæ restituuntur *vers. osculo.* Quid sponsa sponso dõnauit, & alterutrũ horum mori cõtigit? ἀναδίδοται πάντως δωρεὰ i. omnino restituitur donatio, omnino inquã, i. non quærimus an osculum interuenerit necne *Syn. d. loco, c. 16. 4. Harmen. 5.* περὶ φιλήματος μνηστήρων de osculo sponsorum §. 11. g 28. *Eclog. 4. c. 16* Per osculum & dexteras resignatur pudor spiritu *Tertull. lib. de veland. virginib.* Ouidius, Oscula si dederis fies manifestus amator. Beguinarum is fuit error, osculum mortale esse peccatum, vt meritò postea sit damnatus *c. vlt. Clement. de hæreticis.* Illud de osculo adiiciendum est. Solo osculo non contrahi propinquitatem *c. lex diuina 27. q. 2.* &, Iure Longobardico, propter solam osculationem vxoris domini, vasallum feudum amittere *tit. quibus modis feud. amitt.* Sed ista omnia locum non habent apud Gallos, apud quos osculo pudicitia non delibatur. ne quidem in sponsa: adeo vt sponsa, Senatusconsulto Tolozano anno 1575. Iulij 12. spõsalitia munera restituere iussa sit. Quod tamen in sponsalibus per verba de præsenti contractis locum habere non puto *v. Anton. Gutbertum in tract. de sponsalib. c. de effectu sponsal. in fi.* Bossius *in ti. de extraord. criminib. nu. 3.* refert, quendam capite plexum fuisse, quòd osculum per vim nuptæ mulieri rapuisset. Benignius est tamen pœnam huiusmodi casibus arbitrio iudicis relinqui, quàm præcisè tam seueram sententiam imitari *v. Clar. 5. sent. §. vlt. quæst. 83. vers. osculum inferens.* De osculo alienę mulieri dato vindicato, v. etiam Valer. 6 *c. 1.* & vindicando *v. Augustinum 21. de ciuitate 11.* de eo præsertim ꝙ Græci κατὰ γλώττισμα. quoties vir ἐν καιρῷ τῆς συνουσίας τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐκβάλλει στόματι. hoc est osculum columbarum. Senec. *20. epist.* 115. Quid si quis fœminę labris columbatur? adde *c. nec aliqua 27. quæst. 1.* De aliis ad osculum pertinẽtibus, v. Pet. Greg. 8. *syntag.* 8. *& 36. syntag.* 12. *in fi.* Petrum Costanum in Polyhistore *c. 4.* Addamus & hæc raptim. Moris fuisse veteribus dexteram auersam osculari 11. *Plin. 46.* Catoni de prouincia decedenti, mulieres manum osculatę, quod genus honoris imperatoribus modò, ídque perpaucis id temporis tribuebatur *Plut. Catone.* Principes Romani peregrè profecturi, vel vrbem repetentes, senatores osculo excipiebant, quod à Nerone neglectum *Suet. Nerone* & Diocletiano qui pedes osculandos prębuit. *Pomp. Lætus in Dioclet.* osculum inter Christianos familiare fuisse reperio apud veteres, cuius vel abstinentia, & subtractione agnoscebantur ieiunantes Christiani *Tert. de oratione.* Adorantes manum deosculari solitos, colligi potest ex illo loco Hieronymi: Qui adorant, inquit, manus solent deosculari, & capita submittere quod se Iob beatus, elementis & idolis fecisse negat. h Mulieres rarò donant, sunt enim auaræ. i accidit tamen. *l. 10. ff. de condict. causa data.* k *3. Cod. Theod. 5. l. 8. in f.* l olim donatio propter nuptias erat insinuanda, nisi collata fuisset in matrem familias minorem, *vt hic & l. vlt. §. 1.* ꝟ. *de iur. dot. l. 34. §. 1.* ꝟ. *de donat.* aliud in dote fuit, *v. l. 31. §. 1.* ꝟ. *de iure dot.* Constitutionib. Gallicis etiam dos insinuari debet, vt falsitatis nulla sit occasio: quod est longè diuersum à Nouella Leonis 50. quæ remittit insinuationem cuiuis donationi scriptę. *v. quæ dixi ad Nouell. 127. ca. 2.* m tempus insinuandi non currit minori, nec filiofamiliâs qui patris auxilio caret. *Bal.* n Mater donationem propter nuptias seruare cogitur liberis primi matrimonij. o Mater dotem liberis primi matrimonij seruare non cogitur: ideóq; potest ea dote fungi in secundo matrimonio, *vt hic:* nisi ex aliis bonis suis tantum pręstiterit aut præstitura sit liberis quãtũ dotis pręstiterit secundo marito. sed si præter eam dotem nihil habet in bonis, virilẽ tantũ ex ea cõferre in secundũ maritum potest & ita accipienda est lex *6. in pr.* ꝟ. *de secundis nupt.* p Paria sunt, fieri pro me & per me. *Bald.* q Iustinianus tamẽ hanc legem se fecisse profitetur. *l. vlt. §. 1.* ꝟ. sed iam imperãtem cum patre, quo viuo nobilissimus Cæsar & Imperator appellatus est. r Dotem constãte matrimonio mulier, vel alius eius nomine augere & ampliare potest. *Nou. 92. c. 2.* Quid, statuta de dotis lucro, num locum habitura sunt in huiusmodi dotis augmento facto constante matrimonio? ita putat Rolandus à Valle, eámque sententiam nouem rationibus confirmat *tract. de dote quæst. 100.*

probent, eam conuenire minimè possunt.

Si consentiente matre sponsus donauerit.

14. Iidem Augusti & CC. Aureliæ.

SI consentiente[a] matre sua sponsus filiæ tuæ mancipia donauit: &, his acceptis in dotem non æstimatis, in matrimonio post decessit: mater eadémque heres[b] eius preciũ offerens, restitutionem eorum improbè recusat.

De nuptiis non secutis.

15. Imp. *Constantinus* A. ad Maximum præfectum vrbi.

CVm[c] veterum sententia displiceat, quæ donationes[d] in sponsam nuptiis quoque non secutis decreuit valere: ea, quæ largiendi animo inter sponsos & sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue adfinitatis coeundæ causa, siue non ita, vel||in potestate patris degentes, vel vllo modo proprij iuris constituti, tanquàm futuri causa matrimonij aliquid sibiipsi, vel consensu parentum mutuò largiantur: si quidem sponsus, ||vel parentes eius sortiri filium noluerint||vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec[e] repetatur traditum: & si quid apud donatorem resedit, ad spõsam||& heredes eius||summotis ambagibus transferatur. Quòd si sponsa, vel is, in cuius agit potestate, causam non contrahendi matrimonij præbuerit: tunc sponso eiúsque heredibus sine aliqua deminutione|| per condictionem aut per vtilem actionem in rem|| redhibeantur. Quæ similiter obseruari oportet, & si ex parte spõsæ in sponsum donatio facta sit. Dat. 16. Kal. Nouemb. PP. 16. Kal. Septemb. Romæ Constantino A. V. & Licinio Coss. 319.

De morte & de osculo.

16. Idem A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.

SI à sponso rebus sponsæ donatis interueniente[f] osculo[g], ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere precipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctæ heredes, cuiuslibet gradus sint, & quocunque iure successerint: vt donatio stare||pro||parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videatur. Osculo verò non interueniente, siue sponsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationem, & donatori sponso vel heredibus eius restitui. Quòd si sponsa, interueniente vel non interueniente osculo, donationis titulo (ꝙ rarò[h] accidit[i]) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, siue eius successores, donatarũ rerum dominium transferatur. Accept. 13. Kal. Maij, Hispali, Nepotiano & Pacato Coss. 336.

De donatione propter nuptias.

17. Imp. *Theod. & Valent.* AA. Hierio P.P.

MInoribus [k] ætate fœminis, etiam actorum testificatione [l]||in ante nuptias donatione ad eas facta||omissa[m], si patris auxilio destitutæ sint, iustè consulitur, vt firma donatio sit. Dat. 10. Kal. Mart. Constantino. Tauro & Felice Coss. 428.

18. Imp. *Zeno* A. Sebastiano præf. prę t.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migrauerit nuptias, vel non migrauerit: nihil omnino filiis prioris coniugij ex donatione [n] ante nuptias, quam ipse, vel alius pro ipso vxori quondam eius matri cõmunium liberorum donauerit, seruare cogitur, quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multóque ampliùs si non fuerit alteri marito sociata, nihil iisdem filiis ex dote [o], quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea[p] obtulerit, seruare compellitur.

19. Imp. *Iustinus* [q] A. Archelao P.P.

SI constante matrimonio consilium augendæ dotis[r] inierit vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilominus marito quoque liceat, seu pro marito cuilibet alij, tanto donationem[s] ante nuptias additamẽto maiorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec[t] obsit in huiusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates[u] tempore nuptiarum. Indulgendum [x] est námque consensui communi partium: ne, cùm negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigriùs constituatur augmentum. Idémque licere præcipimus etiam in his matrimoniis, in quibus interdum[y] accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, solam verò dotem marito mulierem obtulisse: vt etiã tunc muliere dotẽ augente, liceat † marito quoque donationem in vxorem suam eiusdem[z] quantitatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis [a] videlicet de redhibitione vel retentione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro iam statuto modo ineũdis, siue iniungendis veteribus [b] pactis, quæ initio nuptiarũ de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt. Iura etiam hypothecarum[c], quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initiũ accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non[d] ad prioris dotis vel ante nuptias donationis tempora referantur. Sed & si è contrariò maritus & vxor ad deminuendam dotem & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinẽ[e] deminutionis, quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionib.[f] ineunda, firma & legitima esse intelligãtur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habẽs, ad secundas migrauerit nuptias, aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne[g] aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari videatur, censemus.

In authent. De æquali do. & propter nupt. don. §. aliud. collat. 7. tit. 9. al. 8. nou. 97. c. 2.

SEd iam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram † quoque partem incrementum celebrare. & si quidem vir alieno ære non impediatur, in rebus quibuslibet procedat augmentũ. At si debitor sit: ne fraudis erga creditores suspicio subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantiæ domina, res mobiles in augmentũ dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus alios creditores priuilegio.

Donatio ante nuptias, seu potius propter nuptias, potest fieri constante etiam matrimonio.

20. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto. præt.

CVm multæ nobis interpellationes factæ sint aduersus maritos, qui decipiendo [h] suas vxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas [i] nominauit, insinuare autem eas actis interuenientib. supersedebant, vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur, vxores autem sine nuptiali remedio relinquantur: sancimus, nomine [k] priùs emendato, ita rem corrigi, & non [l] ante nuptias

s Quanto auctus fuerit constante matrimonio titulus dotis, tanto donatio propter nuptias à marito potest augeri. *l. 20. vers. sancimus* ꝟ. *eod. Nouell. 97. cap. 2.*
t Remota ratio dubitandi sumpta ex *l. 1. ff. de donat. inter vir. & similibus.*
u Id est, donationes. x Indulgendum est communi partium consensui.
y Valet contractus dotis sine donatione ante nuptias, † Muliere dotem suam augente, non est necesse marito donationem propter nuptias augere, *vt hic & Nouell. 22.* Hodie necesse est. Nouel. *97. c. 2. vers.* 1. ibi, sed vtrumque celebrare omnino augmentum: adde Authenticam proximam.
z non maioris, minoris secus. Cur autem maior dote donatio propter nuptias fieri possit, ea ratio est, Ne fraus fiat legibus prohibentib. donationes inter virũ & vxorẽ.
a *l. vn. §. 6.* ꝟ. *de rei vxor.*
b Pacta dotis vetera prorogari possunt.
c Mulier potest renunciare iuri hypothecæ.
d Pacta in augmento dotis vel donationibus adposita valent: sed ab eo tantùm tẽpore, quo fuerint interposita, non à prima dotis aut donationis propter nuptias constitutione. e Nota argumentum à dote ad donationes propter nuptias.
f Dos & donatio propter nuptias constante primo matrimonio deminui, mutuo consensu potest: in secundo matrimonio liberis existentibus ex primo deminui non potest: ne fraus fiat legibus. ꝟ. *de secund. nupt.*
g *v. dicta l. 6.* † & ita abrogatur pars legis superioris. ibi, liceat marito.
h Viri facile decipiunt vxores.
i Hodie propter nuptias dicuntur ꝟ. *eodem.*
k Nomine emendato, emendatur vitium quod ex qualitate nominis nascebatur.
l Quod olim donatio ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias donatio appellatur. *Nouell. 97. c. 1. §. vlt. vers. sed non. Instit. de donat.*

a & quidem specialem esse contractum, *Nouell.119.in princ.*
b Nota argumentum à dote ad donationem propter nuptias. Licet dotem constituere constante matrimonio, licet ergo marito donationem, nedum ante nuptias, sed post nuptias facere. Quod si post nuptias licet, impropria erit appellatio donationis ante nuptias. c Mulieribus magis indulgetur propter fragilitatem sexus quam viris.

donationem eandem vocari, sed propter nuptias ||donationem[a]||. Quare [b] enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri marito dare conceditur: donationem autem marito, nisi ante nuptias, facere non permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cùm melius erat mulieribus propter fragilitatem [c] sexus, quàm marib. subueniri? sicut enim dos propter[d] nuptias fit, & sine [e] nuptiis quidem nulla dos intelligitur, sine[f] dote autē nuptiæ possunt celebrari: ita & in donationibus, quas mariti faciunt, vel pro his aliis debet esse aperta licentia, & constāte [g] matrimonio talem donationē facere: quia quasi antipherna[h] hæc possunt intelligi, & non simplex [i] donatio. Ideò enim & antiqui iuris conditores inter[k] donationes etiā dotes connumerant. Si igitur & nomine & substantia nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaq; omnes licentiam habere, siue [l] priùs quàm matrimonia contraxerint, siue postea[m], donationes mulierib. dare propter dotis donationem: vt non[n] simplices donationes intelligantur, sed propter[o] dotem & propter nuptias factæ.

In authent, vt immo. ante nup. do. §. Si quis. collat. 5. tit. 16. al. 14. nou. 61. cap. 1.

Permissa est & in rem [p] actio pro tali donatione mulieri aduersus omnes possessores.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

Simplices etiam donationes non[q] propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt: & propter alias causas, & libidines forsitan, vel vnius partis egestatem, non propter ipsarum nuptiarum affectionem[r] efficiuntur. Si igitur dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta donare mulieri res maluerit, ita[s] tamen vt dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significauerit [t], quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam, & ipse ad donationem venerit: licebit hoc ei facere: & supponatur [u] pactis dotalibus huiusmodi donatio. & si quidem hoc specialiter fuerit expressum, pacta cōuenta seruari[x] oportet. ¶ Sin ||autem|| donatio quidem talis facta sit, vtpote dotali instrumento antecedente, nulla[y] autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa[z] videatur hoc esse pactum, vt secundùm [a] dotales cōuentiones intelligantur, & in tali donatione pacta fuisse conuenta, vt æquis[b] passibus vtraque ambulet, tam dos, quàm donatio: ita tamen, Leoniana constitutio [c] (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra [d], quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes. disparib. enim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorē deducendam esse censemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

In authent. vt exact. insta. do. §. illud. coll. 7. t. 3. al. 5. nou. 91. c. 2.

Dos data donationem propter nuptias meretur[e], præterea si[f] pars mulieris dotem soluere sit parata, cùm ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur, cúmque sit res mobilis[g] signaculo imposito recondat, aut [h] ingrediens iudicium hoc petat fieri[i] vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio. At si per [k] dilationem dos viro non detur: etiā donatio prorsus denegetur.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

1 ¶ Similíque modo, si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea [l] quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare[m], nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si [n] enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. similíque modo & ea[o] constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quàm ante nuptias donationib.

d Dos fit propter nuptias.
e Dos non potest esse sine matrimonio.
f Matrimoniū potest esse sine dote. *l.11.j. de repudijs.* & merito. Cōsensus enim nuptias facit nō dos, *dicta l.11. N.22.* Maiorianus tamē omnimodo dotē exigit.
g Constāte matrimonio maritus donare propter nuptias potest.
h φερνη dos: ἀντιφέρνη dotis cōpensatio, quasi contraria dos ex parte mariti. dixi initio huius tituli.
i Quæ fit remunerandi causa donatio, nō est simplex donatio.
k Dos ab antiquis inter donationes numeratur. Nō est tamē simplex donatio, sed contractus & quidem specialis. *Nouell. 119.* Cuius distinctionis vtilitas summa est. Cōtractus non insinuantur, donationes insinuātur.
l Donatio propter nuptias, ante & post nuptias celebrari potest.
m i. constante matrimonio. *l. 19. s. e.* vthinc etiā tacitè intelligas, donationem ꝓpter nuptias nō esse simplicem donationem: quia si esset simpliciter donatio ꝓhiberetur cōstante matrim.
n donatio propter nuptias nō est simplicieer donatio, sed propter dotem & nuptias facta.
o Donatio propter nuptias, ꝓpter dotē datio.
p ergo mulieris propria. *l. 1. ff. de rei vind.* & tamē res donatæ propter nuptias, dicuntur hypothecatæ mulieri. *l. 19. vers. iura. s. eo.* Suę verò rei nullum pignus cōsistit. *l. 45. ff. de reg. iur.* Solue, Fauore dotis actiones cōtrariæ admittuntur.
q Cur donationes simplices vetitæ sunt inter maritum & vxorem. *v. l. 1. ff. de donat. int. vir.*
r *l.11. j. de naturalib. liber.* s Donatio propter nuptias constante matrimonio facta dotis quantitatem excedere non debet. *v. l.10. j. de pactis conuentis.*
t alias præsumeretur simplex donatio. u adiiciatur.
x *l.7. §.7. ff. de pactu.* y Dotis pactum extenditur ad donationem propter nuptias: hoc est, eadem pacta in donatione propter nuptias repetitè intelliguntur, quę in dote constituta continentur *vt hic:* Azo *in summa. tit. de donat. ante nupt.*
z id est, tacitè ex natura contractus.
a Pacta dotalia tacitè repetita intelliguntur in donatione propter nuptias, nisi aliqua fuerint expressa in ipsa donatione. Expressum remouetur præsentia taciti: tacitum venit suppletiuè: expressum verò suppletionem non recipit. b Receptum in vno correlatiuorū extenditur ad aliud. c *l.9. j. de pactu conuent.* d *l.10. j. de pactis conu.*
e Dote data seu constituta mulier potest maritum cogere, ad constituendam donationem æquali quantitate, qualitate & pactis. Quin, multi putant, donationem ipso iure constitutam intelligi. *arg. huius authent.* hac similitudine: vt, quemadmodum maritus dotis dominus est: ita mulier donationis propter nuptias (licèt vsumfructū habeat maritus) Item sicut dos soluto matrimonio vxori redditur. *l.2. ff. soluto.* ita hęc donatio. *Nouell. de æqualitate dotu §.1.* Item, quantum maritus vi pacti lucrari potest ex dote, tantundem vxor lucretur ex dicta donatione: vt æqualitas in omnibus seruetur, licèt nullum pactum in lucro talis donationis interuenerit. *vers. sin autem donatio s. eodem.*

fecimus [p], intacta illibatáque conseruetur: omnibus videlicet, quæ de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio, vel à veteribus, vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

In authent. vt spon. lar. in princip. coll. 9. tit. 2. nou. 119. c. 1. & in authent, vt fra. filij. §. illud quoque coll. 9. 2. al. t. 7. no. 119. c. 1.

Eò decursum est, vt sponsalitia largitas[q] specialis sit contractus nec insinuationem desideret, etiamsi ab alio detur, licèt in viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum ad mulierem. At si vir vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cùm ea sit quantitas, & pacta dotalium concedant parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.

Pater donationem propter nuptias, quam contulit in vxorē, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est, si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

In authent. de æquali do. §. aliud. coll. 7. al. 8. nou. 127. c. 2.

Nunc† inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiam cui minus datū est, dare tantū cogitur, quantū secundæ vxori, ita etiam à parte vxoris.

DE NVPTIIS[r].

Tit. IIII.

Si inter puellæ tutorem & matrem & propinquos non conuenit.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti Portio.

Cvm de nuptiis puellæ [s] quæritur, nec inter tutorem [t] & matrem [u] & propinquos [x] de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium[y] prędidis prouinciæ necessarium est[z].

Si pater puellæ instrumento non subscripsit.

2. Iidem AA. Trophimæ.

Si nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi, quòd instrumento ad matrimonium pertinenti nō subscripsit[a].

De liberto.

3. Iidem AA. Valeriæ.

Libertum[b]: qui patronam, seu patroni filiam, vel coniugem, vel neptem, vel proneptam vxorem ducere ausus est: apud competentem iudicem accusare poteris †, moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas esse meritò dixerunt.

Ne liberi concubinas parentum ducant.

4. Imp. *Alexand.* A. Perpetuo.

Liberi concubinas[c] parentum suorum || vxores || ducere non possunt: minus religiosam & probabilem [d] rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

De tacito consensu patris.

5. Idem A. Maximæ.

Si [e] (vt proponis) pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis[f] nuptiis vestris, non[g] contradixit[h]: vereri non debes, || ne || nepotem suum non agnoscat.

De matrimonio in prouincia contra mandata principum contracto.

6. Imp. *Gordianus.* A. Valeriæ.

Et si contra [i] mandata principum contractum sit in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur: & ideò postea liberos susceptos[k], natósque ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum [l] viri prudentissimi Pauli declarat.

Quæ si ita sint, parum prosunt, pacta de lucranda dote vel dotis parte. Superioribus tamen hæc addenda sunt, multis in locis non fieri tales donationes, vti notat Baldus *hac lege.*
f Si mulier dotem non dederit, sed tantùm promiserit, eáque postea velit dare, maritus verò recuset: mulier dotem, si ea cōsistit in rebus mobilibus, deponet ac consignabit: sin minus, offeret tantum.
g si res sit immobilis.
h i. offerat. Nā immobilium oblatio habetur pro datione.
i Res mobilis vt offeratur.
k Mulier differens dotis præstationem, non meretur propter nuptias donationis præstationē. *Bald.*
l *§. vlt. Inst. de donationibus.*
m Donatio ex interuallo insinuatur. valet à tempore donationis non insinuatæ, quasi retro factum trahatur ad pręsens *v. l. 1. & l. 11. cōs. in f.*
n Si post nuptias donatio potest perfici, multo magis insinuari poterit.
o *l.19. s. eod.*
p *d. lex 19.* ex Iustini. de ea re dixi *ibid.*
q i. donatio ꝓpter nuptias.
† & ita abrogatur. l. *19. in f. s. eo.*
r *dixi ad l.23. ff. r*
s τῆς αἰῆϐȣ καὶ ὀρφανῆς κόρης ἀμφιϐάλλȣσι. impuberis puellæ & pupillæ dissentiunt. *4. Harmen. 4. §. 22.*
t Tutoris arbitrium quæritur in nuptiis puellæ.
u Matris arbitrium quæritur in eligēdo filiæ marito. *l.20. j. eo.* Augustinus *epist. 133.* Rogatus vt confirmarē nuptias puellæ, facerem, inquam, sed mater puellæ non adest. & tu scis ad nuptias contrahendas voluntatē eius necessariam. *adde Cuia. 3. obs. 5. dixi ad l.29. ff. de ritu.*
x *l.18. l.20. j. eod.* y *facit l.3. in f. ff. de administ. tut.* z Potéstne parens cōmittere alicuius arbitrio potestatem elocandæ filiæ? potest. *l.14. ff. de dote prælegata.*
a Consensus patris requiritur in nuptiis liberorum: at nō eius subscriptio ad tabulas nuptiales. patris subscriptio non est de substantia nuptiarum.
b Nubere honestè liberto mariti, mulier non potest, *vt hic: 4. Harmen. 6. §. 49. l. 62. si mulier. ff. de ritu nupt. Paul. 2. sent. 19. §. vlt.* † hoc abrogatur *l. 15. j. eod.*
c *adde l.14. §.2. ff. de ritu. l.1. §.2. ff. de concub.* d & honestam. *l.1. §.3. ff. de concubin. Nou. 115. cap. 3. §. 6.* e Nuptiis filij pater qui non aduersatur, consentire intelligitur: & natum ex eo nepotem alere cogitur. Synop. *28. t. 4. c. 30.* f aliud si ignoret. *l.11. ff. de statu.* g *l.7. in f. ff. de spons.* h Iussum igitur præcedere nō est necesse: cùm sufficiat post cognitas nuptias, non contradicere, hoc est, ratum habere. i *l.38. l.63. l.65. in f. ff. de ritu nupt. 28. Synop. 5. c. 30.* k conceptos. Contius ita restituit 1. *lect. 7.* ex Thalelæo & Vlpiani fragmēto 5. & l.11 *ff. de statu.* Græci legunt συλληφθέντας. Possumus itaq. nō minus interpretari *susceptos* quā *conceptos. l.17. ff. ad Trebell. v. Cuia. 13. obs. 25.* l *d. l. 65.*

Si pater

a *l.18.D.de ritu.* b non pœnitente. *Contius 1.lect.7.* non renitente *Cuiac.13.obs.25.* non parente *Auredanus.*
c *l.20.D.de ritu.* d Imò potest *l.20.in fi.j.eo.* e Nati ex ea quæ præsumitur vxor, præsumuntur legitimi. *his adde l.6.ff.de his qui sunt sui l.11.§.9.ff.de adult: Gayll.2.obs.79.* vt hinc etiam colligas Ignorantiam non præsumi in vicino *l.55.D.de locati.* aliàs præsumitur ignorãtia *l.6.j.qui mili.* Quod si testis interrogatus eam rationem reddat testimonij, quòd fuerit vicinus, an probet? *v.Bal.in l.conuenticula.§.de episc. Bart.in l.1.D.si certum.*
f *l.13.l.20.j.eo.l.7.ff.de sponsalib.l.11.j.de repud. No.22.Nou.74.Nou.117.*
g Natiuitatis scripturæ παιδογράφια. *de quibus l.2.§.1.ff.de excusation.tut.*
h Vxor senatoris clarissima. Senatores igitur clarissimi *l.13.C.de dignitatib.No.22.c.36.*
i *v.quæ scripsi ad l.5.ff.de curatore furiosi.l.8.D.de senatorib.*
k i. inferioris *d.c.36.l.8.in fi.ff.de senatorib.*
l Quæ iterũ nubit, non vtitur priuilegiis prioris mariti *d.c.36.l.22.§.1.D.ad municipalem.*
m pœna detinẽtis vxorem alterius: *adde l.8.D.de diuortiis.*
n De vxore exhibenda & ducẽda agi potest aduersus socerũ *l.2.ff.de liber.exhib.*
o *l.14.j.eod.l.11.D.de ritu.*
p Matrimonium metu contractũ, non subsistit, & impunè dissociatur *l.14.j.eod.* nisi nouo consensu confirmetur vide VVurmſ. 1. *pract.36.cap.1. Gayll.2.pract.93.*
q *l.20.j.eo.v.l.2.l.25.D.de ritu.*
r Nuptię absque dotalibus instrumentis contrahi possunt, dum ea obseruẽtur, quæ leges obseruari præcipiunt. 4. *Harm.4.§.15.* Sola instrumenta dotalia non faciunt nuptias.
s Matrimonium non requirit instrumenta dotalia. Nuptiæ esse possunt, licèt testationes in scriptis non sint *l.4 in fin.D.de pign.*

Si pater non consenserit.

7. Idem A. Apro.

SI (vt proponis) post querelam de marito à filia || tua || ad te delatam dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa[a] est: minùs legitima coniunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate: atque ideo non petente[b] filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Quorum consensus requiritur vel non.

8. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptiis, nec curatoris[c], qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum vel adfinium vlla auctoritas potest[d] interuenire: sed spectanda est eius voluntas, de cuius coniunctione tractatur.

De nuptiis contra mandata contractis.

Quidam aiunt se hanc constitutionem in quibusdam exemplaribus reperisse. Quam tametsi in nullis libris reperi, ne[c] Græci eam habuerint, ne quid desideretur, adscripsi.

Idem A. Rationalibus.

MAnifestum est, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quæ data illo tempore, cùm traducta est, fuerat, iuxta sententiam D.Seueri fieri caducam. nec, si consensu postea cœpisse videatur matrimonium, in pręteritum cõmisso vitio potuit mederi. Dat.Kal.April.Antiochiæ, Gordiano, A.& Auiola Coss. 240.

De tabulis nuptialibus vel ad filios pertinentibus.

9. Imp. *Probus* Augustus, Fortunato.

SI vicinis[e] vel aliis scientibus, vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamuis neque nuptiales tabulæ[f] neque ad natam filiam pertinentes[g] factæ sunt: non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem.

De nuptæ dignitate.

10. Impp. *Diocletia. & Maximia.* AA.& CC. Raulinæ.

CVm te non ex senatore patre procreatã, sed ob[h] matrimonium cum senatore contractum, clarissimæ[i] fœminæ nomen adeptam dicas: claritas, quæ beneficio mariti tibi parata est, si secundi[k] ordinis virum postea sortita es: redacta ad prioris dignitatis statum deposita[l] est.

De vxore à parentibus retenta.

11. Iidem AA.& CC. Alexandro.

SI inuita detinetur[m] vxor tua à parentibus suis: interpellatus rector prouinciæ amicus noster, exhibita[n] muliere, voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

De filio familias.

12. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc filium[o] quidem familias inuitum[p] ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. igitur, sicut desideras, obseruatis iuris præceptis sociare coniugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, vt contrahendis nuptiis patris tui[q] consensus accedat.

De instrumentis.

13. Iidem AA.& CC. Onesimo.

NEque sine[r] nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continente: neque non[s] interpositis instrumentis, iure contractum matrimonium, irritum est: cùm omissa[t] quoque scriptura, cætera nuptiarum indicia[u] non sint irrita.

t amissa. sic Græci legunt ἀπολλυμένου τοῦ συμβολαίου. *Cuiac.17.obs.6.* vtrunque dici potest, Omissas vel omissam scripturam non vitiare reliqua indicia nuptiarum.
u Matrimonium indiciis probari potest. x De nuptiis nunc primùm contractis. y De nuptiis reconciliatis & redintegratis. *l.17.j.de repudiis.* z *l.12.§.eod.*
a *l.12.in fi.§.eo.l.21.l.28.ff.de ritu.l.134.ff.de verb.oblig.* b De nuptiis distractis *l.19.ff.de verb.obl.* † sublata est hodie hæc distinctio Auth.Sed nouo.*j.eo.* c Generalis permissio, non continet casus specialiter prohibitos. d Titius pater filiam exposuit: Caius expositam educauit: Cuius requiritur consensus in exposita elocanda? naturalis patris. e Educator patri filiam suam vindicanti imputat alimenta: Seneca *controuers.6.* Pete quantum vis pro disciplinis, imputa quantumuis pro alimentis. & educator apud Quintil. *declamat.278.* Recipere illud, nisi solutis alimentis non potuisti. *& pòst*, alimenta soluisti, computasti mecum vt expositam reciperes. *adde l.1.j.de infantib.exposit.* Ergo, quæ misericordiæ causa dantur, interdum repetuntur *l.7.ff.de calumniatorib.Cui.16.obs.36.* f Nuptiæ prohibitæ inter ascendentes & descendentes *vt hic.* etiamsi naturales tantũ vel adoptiui sint, quod etiam obtinet dissoluta potestate, pudori enim sit aui appellatio ei, quæ quondam neptis fuerit *4.Harm.6.§.21.* adde leg. Salicã antiquã Francorũ huic penè similẽ *ti.14.c.12.* g *v.l.53.l.69.ff.de ritu: v.Vlp.5.§.5.v.6.Harm.4.* h *§.1.Inst.de nupt.* i *l.69.ff.de ritu.* k *l.17.§.2.ff.de ritu.§.5.de nupt.* l *d.§.2.* m *§.2.Inst.de nupt.l.35.§.1.ff.de verb. oblig.*
p *l.56.D.de ritu.l.2.j.si nuptiæ ex rescripto.l.vl.j.de incestis.1.Cuiacus 4.§.4.*

o Neptem tamen ducere plebiscito quodam permissum fuisse refert Plutarchus *Problematum 6.* Verùm id postea sublatum, adeo vt ne proneptem quidem sororis ducere liceat. *l.39.ff.de ritu.* Alexius Comnenus *lib.iuris orientalis in constitutione Alexij* περὶ γάμου θείας ad suggestionem Proedri & Etherarchi, Bardæ Zeri constituit, vt ne amita cum fratris filio: fratris filia cum patruo, tametsi sexto gradu ex cognatione coniungantur. quæ cõstitutio ex Nicolai quoque patriarchæ Cõstãtinopolitani subnotatione recepta est. Suetonius in *Claudio cap.26.* & Cornelius Tacitus *lib.5.* refert, Claudiũ Cęsarem illecebris Agrippinæ, Germanici fratris sui filiæ, per ius osculi & blãditias in amorẽ pellectum, subornasse primò in senatu, qui censerent, Claudium cogendũ ad eam vxorem ducendam, quasi Reipublicæ interesset: dandámque cæteris veniam talium coniugiorum: quæ ad id tempus incesta habebãtur. Ac vix vno interposito die, Claudium confecisse nuptias: non repertis qui sequerẽtur exemplũ, excepto libertino quodã & altero principali.
p Quę sequũtur à Triboniano addita sunt ex Constantini & Constantis lege.
q *§.3.Institut.de nup.l.2.j.si nuptiæ ex rescripto.*
r Nuptiæ prohibitę certis casib. inter affines *§.6 Inst.de nupt.* Qui affines v. *l.4.ff.de gradib.*
s *d.§.6.l.14.in f.ff.de ritu.l.vl.in f.ff.de condict.sine causa l.38.ff.de adulteriis.*
t *§.7.In.de nup.l.14.§.4.vers.quadam nouerca.ff.de ritu.Nouell.115.c.3.§.6.& c.4 §.3.l.5.ff.ad leg.Põp.de parricid.*
u *d.§.4.ver.nurus.§.6.Inst.de nupt.*
x *§.7.Inst.de nu.d.§.4.vers.itaq.socrus.l.4.§.7.ff.de gradib.*
y *3.Cod.Theodos.7.l.1.* Olim idẽ primum obtinuit in pupillis, deinde in virginibus puberib. *l.10.j.eod.*
z aliud erit, si maiores 25.ann.

De libertate contrahendi vel distrahendi.

14. Iidem AA.&.CC. Titio.

NEque ab initio[x] matrimonium contrahere, neque dissociatum reconsiliare[y] quisquam cogi[z] potest. vnde intelligis liberam[a] facultatem contrahendi atque distrahendi[b] matrimonij transferri ad necessitaté non oportere.

De liberta.

15. Iidem AA.& CC. Tatiano.

VXorem libertam suam manumissori, si † non sit ex his personis, quæ[c] specialiter prohibentur, ducere non est interdictum: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci, certissimum est.

In authent. vt liberti de cetero. §. si quis autem. coll.6. t.7. al.6. nou.78. cap.3.

S*Ed nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi dotalibus instrumentis confectis.*

De filia à patre exposita & ab alio nutrita.

16. Iidem AA.& CC. Rhodoni.

PArtem, qui filiam exposuit[d], hanc nunc adultam sumptibus & labore || tuo || factam, matrimonio coniungi filio tuo desiderantis fauere voto conuenit: qui si renitatur, alimentorum[e] solutioni || in hoc solummodò casu || parêre debet.

De cognatis & affinibus.

17. Iidem AA.& CC.

NEmini[f] liceat contrahere matrimonium cum filia[g], nepte, vel pronepte: itémque cum matre[h], auia, vel vel proauia: & ex latere[i] amita[k] ac matertera[l], sorore[m], sororis filia[n], & ex ea nepte[o]. præterea[p] fratris, || tui || filia[q], & ex ea nepte. itémque ex affinibus[r] priuigna[s], nouerca[t] nuru[u], socru[x], cæterisque, quæ iure antiquo prohibentur, à quibus cunctos volumus || se || abstinere.

De vidua transeunte ad secundas nuptias.

18. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* Augusti, ad Senatum.

VIduæ[y] intra[z] quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi[a] emancipationis libertate gaudent, tamẽ in secundas nuptias sine patris sententia non conueniant. Quòd si in conuentionis delectu mulieris voluntas patris[b] repugnat sententiæ, & propinquorum[c]: placet admodum (vt in virginum[d] coniunctionibus sancitum est) habendo examini auctoritaté quoque iudiciarię cognitionis adiungi: vt, si pares[e] sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Sed ne forte hi, qui gradu proximo[f] ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio præcesserit, eorum volumus auctoritatem iudiciúmque succedere, ad quos etiam si fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire nõ possit. Dat.17.Kal.Aug. Gratiano A.II.& Probo Coss.371.

De consobrinis.

19. Impp. *Arcad & Honor.* Augusti. Eutychiano præfecto prætorio.

CElebrandis inter consobrinos[g] matrimoniis licentia legis huius salubritate indulta est, vt reuocata prisci[h] iuris auctoritate, restinctisque calumniarum fomentis, matrimonium inter[i] consobrinos[k] habeatur legitimum, siue ex duobus fratribus, siue ex duabus sororibus, siue ex fratre nati & sorore sunt. & ex eo matrimonio editi, legitimi, & suis patribus successores habeantur. Datum Stilicone 2. & Anthemio Coss.405.

a aliud in filio emancipato. *l.5.ff.de ritu nup.* b matris. ita emendat Cuiac. *3.obs.5.* c *l.1.§.eo.* d pupillarium. Cuia. *d.loco ita legit.* e Inter pares corriuales mulier vnum eligere potest. f Personæ interdum proximiores in ordine succedẽdi, proximo nocentiores, magisque reformidandæ: facit *l.1.j.vbi pupil.* g Duorum fratrũ liberi inter se coniungi possunt. *vt hic.§.4.Inst.de nup.l.2.j.de inst.& subst.l.3.ff.de ritu.* adscripta tamen negatio est apud Theop.& Caium *1.In.§.7.* & ita quoque scriptum reperitur in l.1. *C.Theodos.de incest.nup.* Sed & Harm.4.t.6.§.22. testatur non licere vxorem ducere, filiam patrui aut amitæ. Poterant tamen coniungi rescripto principis. *l.vn.C.Theod.si nup.resc. Paul.Monac.in Theod. Ambro.8.epist.ad Paternũ.Cass.7.Vari.46.* Qua ratione Contius *1.lect.9.* scribit, hanc legem à Triboniano corruptam. Vt vt sit, constat inter consobrinos nuptias modò permissas, modò prohibitas fuisse. his adde *Canon.18.apost. August.15.de ciuit.16.* h *d.l.3.*
i Inter consobrinos matrimonium permissum.
k Hîc aduertendæ leges de nubendo in familia & tribu *Numero 36. Tobiæ 7.* de nubendo ei, qui proximus genere esset, cuiusmodi lex Solonis fuit apud Athenienses. *Pollux.3.onomast.3.* Huius legis meminit Terentius Phormione: lex est, inquit, vt Orbę, qui sint genere proximi iis nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet: Idem *in Adelphis.* Hæc virgo orba est patre. Hic meus amicus illi genere est proximus. Huic leges cogunt nubere hanc. Fortunatianus *1.Rhetor.* Lex est, orba proximo nubat, vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia. Verũ, proximitatis nomine circumscriptæ ac definitæ legibus nuptiæ apud Romanos *v.l.17.§.eod.*

De puellis.

20. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti, ad Theodorum præfectum prætorio.

IN coniunctione filiarum [a] in sacris [b] positarum, patris [c] expectetur arbitriu. Sed si sui iuris puella sit intra [d] quintum & vicesimum annum constituta: ipsius quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta: matris [e] & propinquorum [f], & ipsius [g] quoque requiratur adultæ iudicium. Si||verò||vtroque orbata parente, sub curatoris [h] defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur fortè certamen, vt quæratur, cui potissimum puella iungenda sit: si puella cultu verecundiæ [i] propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici [k] deliberare permissum, cui meliùs adulta societur.

De militibus.

21. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti, *Basso* præfecto prætorio.

A Caligato [l] milite vsque ad protectoris [m] personam sine aliqua solemnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi coniugij permittimus facultatem.

De donatione ante nuptias. De instrumento dotis. De pompa & celebritate nuptiarum.

22. Iidem Augusti Hierio præfecto.

SI [n] donationum ante nuptias, vel dotis [o] instrumenta defuerint, pompa [p] etiam, aliáque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse rectè aliàs [q] inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter [r] pares honestate personas nulla lege impediente, consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Dat. 10. Kal. Mart. Constantinop. Felice & Tauro Conss. 428.

De scenicis mulieribus & eorum liberis. 7. De instrumentis dotalibus. 8. de casibus futuris vel præteritis.

23. Imp. *Iustinianus* A. Demosteni præfecto prætorio.

IMperialis beneuolentiæ proprium [s] hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorum commoda tam inuestigare, quam eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conuersationem imbecillitate sexus elegerint, cõpetenti moderatione subleuandos esse censemus, miniméque eis spem melioris conditionis adimere vt ad eam respicientes, improuidam & minùs honestam electionẽ faciliùs derelinquant. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari [t], qui quotidianis hominũ peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eã statum deducere. Quòd si circa nostros subiectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. 1 ¶ Itaque cùm iniustum sit, seruos quidem libertate donatos posse per diuinam indulgentiã natalibus [u] suis restitui, pósteque huiusmodi principale beneficium ita [x] degere, quasi nunquàm seruissent, sed ingenui ||nati|| essent, mulieres autem, quæ scenicis||quidem||ludis sese||antè||immiscuerunt, postea verò spreta mala conditione ad meliorẽ migrauere sententiam, & inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficij, quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt: Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege condonamus, vt, si [y] derelicta mala & inhonesta conuersatione commodiorem vitam amplexæ fuerint, honestatíque sese dederint, liceat ei nostros supplicare numini, vt diuinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: his, qui eis coniugendi sunt, nullo timore tenendis, ne scitis præteritarum legum infirmum esse videatur||tale|| coniugiũ, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedẽte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate præditi sint, siue alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibeantur: dum [z] tamen dotalibus [a] omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur coniugium. Nam omni [b] macula penitus direpta, & quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhærere de cętero volumus, neque differentiam aliquã eas habere cum his, quæ nihil simile peccauerunt. 2 ¶ Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, suos & legitimos patri esse: licèt [c] alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tam ab intestato quàm ex testa-

a *adde l. 18. s.*
b non sui iuris.
c *Nouell. 115. ca. 3. §. 11.*
d *l. 18. s. eod.*
e *l. 1. s. eod.*
f *d. l. 1. & d. l. 18. s. eod.*
g *v. l. 8. s. eodem.*
h *d. l. 8. inf.*
i propter verecundiam naturale est mulierem tacere.
k *d. l. 1. inf. s. eo.*
l id est, vile. *leg. 9. in f. ff. de custod.*
m Præfecti cohortalis. ita legit Prateius in voce Caligatus. De protectoribus dicam ad titulũ de domesticis & protectorib. *j. eod.*
n Donatio propter nuptias, nõ est de substantia matrimonij. *l. 3. Cod. Theodos. de nupt. l. 8. Cod. Theodos. de spons.*
o Dotis instrumenta nõ sunt de substantia matrimonij. dicam pleniùs ad Authentic. Maximis. *j. eod.*
p Pompa huiusmodi, & nuptiarum celebratio non est de substantia matrimonij? *adde quæ dixi ad Nouell. Leon. 89.*
q Matrimoniũ consistere potest) sine donatione propter nuptias, sine dotis instrumẽto, sine pompa.
r hoc innuit, inter impares honestate personas (veluti si senator scænicã ducat permissu principis) exigi tabulas nuptiales.
s Propriũ principis, subditorũ commodis prospicere.
t Deum imitatur, qui ignoscit.
u Serui natalibus restitui possunt à principe.
x Effectus restitutionis nataliũ.
y Scænicæ mulieres, vitæ pœnitentes, principis rescripto cuiuis, etiam illustri, possunt nubere. Hodie nõ requiritur rescriptum. *Nouell. 89. & Nou.* 117. Antiqua huius rescripti formula extat apud Cassiodorum *epist.* 8. Quod de scænica diximus, idem exigebatur in ancilla: Hyeronimus *ad Oceanum*, Si ab Imperatore stolã illæ, id est, ancillæ, meruerint, inter vxores eas recipere cogentur, &c.

z Probatur coniugium seu matrimonium dotalibus instrumentis: vt inter quos dotis instrumentum intercessisse probatum erit, inter eosdem matrimonium intercessisse & contractum probetur, *vt hic:* Romanus *singulari 448.* putat, dotis instrumẽto plenè ac perfectè probari, dotis restitutionem faciendam esse, at non plenè probari matrimonium, sed semiplenè & præsumptiuè tantum. *§. illud. Nouell. vt fratrum filij. Gloss. in l. si concubinatu. ff. de concubinis. & in l. penult. Cod. de fideiussorib.*
a Dotalia instrumenta requiruntur in nuptiis scænicæ à principe restitutæ.

mento isti quoque sine vllo impedimento percipere possint. 3 ¶ Sed & si tales mulieres post diuinum rescriptum ad preces earum datum ad matrimonium venire distulerint, saluam eis nihilominus [d] existimationem seruare præcipimus tam in aliis omnibus, quàm ad transmittendam, quibus voluerint, suam substantiam, & suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

Ex authent. Scenicas non solum si fideiussores. §. 2. coll. 5. tit. 6. al. 4. nou. 51.

QVod eis permittitur, etiamsi [e] iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitæ rei iusiurandum seruari non oportere: & pœna periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit.

Finis Authenticæ. Sequitur textus Codicis.

4 Similes verò tale merentibus ab imperatore beneficiũ mulieribus, illas etiam esse volumus, quæ dignitatem [f] aliquam ||habent,|| etsi non serenissimo principi supplicauerint, vltroneam [g] tamen donationem antę [h] matrimonium meruerint. ex qua dignitate & aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitimè coniugi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. 5 ¶ His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierum, si quidẽ post [i] expurgationem prioris vitæ matris suæ natæ sint, non videantur scenicarum esse filiæ, nec subiacere legibus, quæ prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. Sin verò antè procreatæ sint, liceat eis preces offerẽtibus inuictissimo principi, sacrum sine obstaculo vllo mereri rescriptũ: per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicæ matris filiæ: nec iam prohibeãtur illis copulari, quibus scenicæ filias vel dignitatis vel alterius causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamen omnimodo dotalia inter eos etiã instrumenta conficiãtur. 6 ¶ Sed si à scenica matre procreata, quæ vsque ad mortẽ suam in eadem professione durauerit, post [k] eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubẽdi licentiam sibi condonantem: istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicæ filiam vxorem ducere prohibebantur. 7 ¶ Immo etiam illud remouendum esse censemus, quod in priscis legibus (licèt obscuriùs) constitutũ est. vt matrimonia inter [l] impares honestate ||personas|| contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint. his verò||etiam non||intercedentibus, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum: si modò liberæ sint & ingenuæ mulieres, nulláque nefariarum vel incestarum coniunctionum suberit suspicio. Nam nefarios [m] & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos, qui præteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his, quos præsenti lege permittimus: legitimíq; matrimonij iure muniri pręcipimus.

In authent. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero legum. coll. 8. t. vet. nouel. 117. cap. 4.

MAximis decorati dignitatib. vsque [n] ad illustres, non nisi dotalibus instrumentis [o] conscriptis, ritè contrahunt nuptias: licèt antè contractas retineant, exceptis barbaris. reliqui omnes affectu solo rectè contrahunt matrimonium.

Finis Auth. Sequitur textus Cod.

8 ¶ His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, & de cætero conseruandis, præteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto tempore factas secundum prædictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si [p] quis talẽ vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos & tam ab intestato quàm ex testamento patris successores habeat, & legitima in posterum nihilominus ea vxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

Verbum nuptiarum quomodo accipitur.

24. Idem A. ad Senatum.

SAncimus, si quis nuptiarum fecerit mẽtionem in qualicumque pacto [q], quod ad dandum vel ad faciendum, vel non dandum vel non faciendum concipitur, & siue nuptiarum tempus dixerit, siue nuptias nominauerit: non [r] aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel||non||extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas [s]: & non esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum ætas vel fœminis post duodecim annum accesserit, vel maribus post quartumdecimum annum completum: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa [t] processerint. sic enim & antiqui iuris

b Effectus restitutionis nataliũ. inde colligitur, infamem famæ restitutum à testimonio dicendo non arceri.
c Legitimati succedunt cum legitimè natis.
d Remittitur iusiurandum illegitimum.
e i. etiam si cesset causa finalis priuilegij impetrati.
f Dignitatis nuda adeptio, famam interdum restituit, Ratio ea esse potest, quia concessa dignitate nobili, omne impedimentum famę sublatũ videatur. Inde putat Baldus, Tacitè famæ remæ restitui, quẽ imperator inter suos cõsiliarios retulerit. Principis. n. comitatus illustris. *l. 1. j. de præpositis laborũ.*
g de proprio motu. *cap. si motu proprio de præbẽdis in vi. Bald. h. c.*
h ergo illicitum matrimonium famę restitutione non confirmatur.
i Priuilegium matris non prodest filiæ ante priuilegium natæ. hinc concludit Baldus, non dici filium regis qui natus sit ante eius coronationem. *arg. l. 25 ff. de testam. mili. l. 2. §. 2. ff. de decu.*
k Interdum liberi post mortẽ parentum possunt legitimari.
l *l. 22. s. eod.*
m nefarij coitus, damnati. *v. Nouell. 12.*
n μέχρι καὶ τῶν περιφανῶν (?) 4. *Harmenopu. 4.* περὶ ἀξιωματικῶν. *& Synopsis 28. tit. 3. c. 16.*
o Olim tabulæ nuptiales requirebantur, vt per nuptias liberi, sui fierent & legitimi. *Nouel. 12.* 18. & inter impares honestate personas. *l. 22. s. eod.* Hodie non exiguntur, nisi illustris vxorem ducat non illustrem: nisi sint barbari. Mitius enim cum illis agitur propter eorum simplicitatem. *Noue. 117. ca. 4.* In reliquis nuptiis, non exiguntur instrumenta dotalia, sufficitque vt testatio fiat apud defensorem ecclesiæ. quæ tamẽ obseruatio remittitur tenuioribus & gregarijs militibus & his qui nuptias iureiurando confirmarunt palam in æde sacra, vel tactis diuinis scripturis. *Nouel. 74.*

p Confirmato matrimonio confirmatur status liberorum, non è contra.
q vt si ita pactum sit, Dabis vel facies si nupserit.
r *adde l. 39. §. 1. ff. de statu liberis.*
s putà sacra benedictio. *dixi ad Nouell. Leon. 89. adde quæ scripsi ad l. 66. §. 1. ff. de donat. int. vir. Hot. 23. Illust.*
t Conditio nuptiarum impletur per actum & re ipsa, non per habitum & potentiam. *Salycet.*

conten-

contentio dirimetur, & immenſa librorum volumina ad mediocrem modum tandem peruenient.

De liberis furioſi vel mente capti.

25. Idem A. Iuliano præf. præt.

SI furioſi parentis liberi, in cuius poteſtate cōſtituti ſunt, nuptias poſſint contrahere, apud veteres agitabatur. & quidem filiam[a] furioſi marito poſſe copulari, omnes penè iuris antiqui conditores admiſerunt. ſufficere enim putauerunt, ſi pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur. & Vlpianus quidem retulit conſtitutionem Imperatoris Marci, quæ de furioſo non loquitur, ſed generaliter de filiis mente[b] captis: ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, qui nuptias contrahunt: vt hoc facere poſſint etiam non adito principe. Et aliam dubitationem ex hoc emergentē, ſi hoc, quod mente capto conſtitutio induxit, etiam in furioſis obtinendum ſit, quaſi exemplo mente capti & furioſi filios adiuuantes. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, ſancimus hîc repleri, quod diui Marci conſtitutioni deeſſe videtur, vt[c] non[d] ſolùm dementis, ſed etiam furioſi liberi cuiuſcunque ſexus[e] poſſint legitimas contrahere nuptias, tam dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præſtanda, æſtimatione[f] tamen in hac regia vrbe excellentiſſimi præfecti vrbis, in prouinciis autem virorum clariſſimorum earum præſidum, vel locorum antiſtitum, tam opinione[g] perſonæ, quàm moderatione dotis & ante nuptias donationis conſtituenda, præſentibus tam curatoribus dementis vel furioſi, quàm his qui ex genere eorum nobiliores[h] ſunt: ita tamen, vt nulla ex hac cauſa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouinciis iactura ſubſtantiæ furioſi, vel mente capti, ſed gratis[i] omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimento prægrauetur.

De alumna, de ſuſcepta à ſacro baptiſmate.

26. Idem Auguſtus, Iuliano præf. præt.

SI quis alumnam[k] ſuam libertate donauerit, & in matrimonio ſuo collocauerit: dubitabatur apud antiquos, vtrúmne huiuſmodi nuptiæ legitimę eſſe videantur, an non. Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes, non eſſe vetitum matrimonium cenſemus. ſi enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimemus? nec enim homo ſic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ[l] habuit, eam poſtea in ſuo collocet matrimonio: ſed ei credendum eſt, quia eā & ab initio non vt filiam educauit, & liberitate donauit, & dignam eſſe poſtea ſuo putauit matrimonio. ¶ Ea videlicet perſona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, ſiue alumna ſit, ſiue non, à ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate[m]: cū nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionem, & iuſtam nuptiarum prohibitionem: quàm huiuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt.

De ætate contrahentium.

27. Idem A. Ioanni præf. præt.

SAncimus[n] nuptias, quæ inter maſculos & fœminas maiores vel minores ſexagenariis[o] vel quinquagenariis[p] lege Iulia vel Papia prohibitæ ſunt, homines volentes contrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

De noua dignitate mariti vel ſoceri.

28. Idem A. Ioanni præf. pręt.

SI libertam quis vxorem habeat, deinde[q] inter ſenatores ſcribatur dignitate illuſtratus: an ſoluatur matrimoniū apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter[r] ſenatores & libertas ſtare connubia non patitur. Nos igitur Dei ſequentes iudicium, non patimur in vno eodémque connubio mariti felicitatem vxori fieri infortunium: vt quantum vir in altum tollatur, tantum & cōiunx eius decreſcat, immo magis penitus depereat. abſit itaque à noſtro tempore huiuſmodi aſperitas, & firmum maneat matrimonium, & vxor marito concreſcat, & ſentiat eius fulgorem: ſtabileque maneat matrimonium || ex || huiuſmodi ſuperuentu minimè deminutum. Simili modo ſi priuati hominis filia ad liberti veniat connubiū, & poſtea[ſ] pater mulieris ad ſenatoris dignitatem fuerit elatus, taceat Papiæ legis crudeliſſima ſanctio, & neq; per hūc modū diſſoluatur matrim. inter facti ſenat. filiā, & libertū, ne ſoceri pſperitas

a v. Theoph. Inſt. de nuptiis.
b v. Feſtum in mēte captis.
c videtur ita legendum, vt non ſolū furioſi, ſed & dementis.
d Dementis & furioſi filij, cuiuſcunque ſexus ſint, nuptias cōtrahere poſſunt, dotem conſtituere, & donare propter nuptias, curatore & iudice adhibitis *l. 28. ꝭ. de epiſc. aud.*
e *Inſt. de nupt. in pr.*
f *l. 43. ff. de legat.*
g Quo quiſque dignioris eſt familiæ, maiorem dotem meretur *leg. 28. ꝭ. de epiſc. aud. l. 60. D. de iure dot.*
h Prēſumitur p nobilioribus *d. l. 28. l. 1. ꝭ. de cond. in horr.*
i hinc concludūt, Pauperum aduocatis nullū deberi honorarium.
k Alumnam ducere poſſumus. Collactaneā vertit interpres Baſ. ti. de nupt & collactaneæ exemplum ponit in ancilla patris. Poſſis & alumnam interpretari, eam quā quis ab alio expoſitā aluit. *v. Feſtū in Attellus.* adde de alumno quæ ſcripſi *ad leg. 1. ꝭ. quæ res pignor.*
l Adoptio hęc anonyma eſt: quę nec verè adoptio, nec verè adrogatio *v. Zaſiū 2. Reſponſorum 7.* vbi de anonymis in iure tractat.
m Nemo eam ducere poteſt quam ex ſacro baptiſmate ſuſcepit. Ratio hîc affertur, quaſi paternitatis *vt hic. & 28. Sy. Baſ. 5. c. 17. ca. 53. Syn. in Trullo apud 4 Harm. 6. περὶ τῆς ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Balſamon ad d. c. 53.* Poteſt & etiam adferri, ætatis latū diſcrimen. Quin Harm. *loco ſuperiore* negat contrahi poſſe nuptias, cum eiuſce mulieris matre aut filia. *Demetrius Chomatenus Archiepiſc. Bulgariæ lib. 3. iuris Orient. tit. de Secul. cognat. vbi adfert c. 56. ſextæ Synodi.* Quæ etiam hodie obtinent inter Ruthenos & Moſcos *Sigiſmundus in commēterum Moſcouiticarum.* Inter cōfirmatum & patrem eius & tenentem ad cōfirmationem cognatio & prohibitio conſtituitur *c. ſi quis filiaſtrum 30. quæſt. 1.* ex concilio Tridentino *8. ceſſione c. 2.* Hic locus etiam oſtendit, pueros ad ſacramentum baptiſmatis oblatos fuiſſe ab extraneis. An & à parentibus? vtique *v. Auguſt. epiſt. ad Bonifacium.* An baptiſmo incontinenti poſt delictum ſuſcepto, pœna delicti minuenda ſit, v. apud Tiraquellum tract. de pœnis *cauſa 26.*
n *Citatur in l. 12. ꝭ. de legitimis heredibus.*

ſine genero inueniatur. Melius enim eſt, legis Papiæ ſeueritatē in vtroque caſu compeſcere, quam, ea ſequendo hominū matrimonia diſpergere, non ex vitio mulieris & mariti, ſed ex proſpera alterutrius partis fortuna, cùm enim ex vna radice vitium naſcitur: conſequens eſt, vt vna lege tollatur.

De ſcenicis mulieribus.

29. Idem A. vbique terrarum conſtitutis epiſcopis.

SAcram fecimus conſtitutionem[t], nemini permittentes, neque inuitam mulierem ancillam aut liberam, in ſcenam aut orcheſtram pertrahere, neque conuerti volentē prohibere eam eius fideiuſſores[u], quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modū promiſſum repetendo, ſed ſi quid tale factū fuerit, prohiberi hæc & à clariſſ. prouinciarum præſidibus & à ciuitatum religioſiſſimis epiſcopis conſtituimus, dantes licentiā religioſiſſimis epiſcopis vna cum clariſ. prouinciæ præſide, etiam inuitos trahere ad ſe eos qui copulerint, aut qui mutari ſeu conuerti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiā, ipſos verò ciuitate expelli. Si verò qui prouinciam regit, ipſe ſit qui eas compulerit, aut à prædicta actione conuerſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit, damus licentiam & ſolos religioſiſſ. epiſcopos adire eam quæ talia patitur, aut eius fideiuſſorem, hunc verò ||epiſcopum|| aduerſari magiſtratum habenti, & non permittere iniuſtè agere, aut ſi minus fuerint ad id conſequendum potentes, indicare id noſtro imperio, vt à nobis competēs exerceatur pœna, fideiuſſionib. ſimul liberandis, & fideiuſſorib.[x] indemnibus conſeruandis, licentiam dantes conuerſis huiuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimū, etiamſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorati, nō amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum inſtrumentis omni modo inter ipſos factis. eadémque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes.

1 ¶ Hanc autem dictam conſtitutionem & in quinto libro omnium conſtitutionum huius ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri, ad ciuiles magiſtratus reſcriptā poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem & vobis vbique terrarum poſitis religioſiſſ. epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregātes quæ ad ipſam pertinent expoſitione latiore ſancita, etiam eandem diuinam conſtitutionem fecimus etiam ad vos, vt ſacerdotalem cōſeruantes reuerentiam & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis, tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, ſi quid horum prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kal. Nouemb. CP. D N. Iuſtin. IIII. & Paulino Coſſ. 534.

DE INCESTIS[y] ET INVTILIBUS NUPTIIS.

Tit. v.

De liberta quæ à patrono diuertit.

1. Imp. *Alexander* A. Amphigono.

LIBERTA[z], eademque vxor tua, ſi à te inuito[a] deceſſit[b], connubium cum alio non habeat, ſi modò vxorem eam habere velis.

De polygamia.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Sebaſtianæ.

NEminem qui ſub ditione ſit Romani nominis, binas[c] vxores habere poſſe, vulgò patet: cùm etiam in edicto prætoris huiuſmodi viri infamia notati ſint. quàm rem cōpetens iudex inultam eſſe non patietur.

De ancillis.

3. Imp. *Conſtantinus* A. Patroclo.

CVm[d] ancillis non † poteſt eſſe connubium[e]. nam ex huiuſmodi contubernio ſerui[f] naſcuntur: ideóque pręcipimus, ne decuriones in gremia potentiſſimarum domorum libidine ſeruarum ducente confugiant. Si enim decurio clam actoribus, & procuratoribus neſcientibus, alienæ fuerit ſeruæ coniunctus: & mulierem in metallū detrudi per[g] ſententiam iudicis iubemus, & ipſum decurionē in inſulam deportari: omnibus bonis eius ciuitati, cuius curialis erat, mancipandis, ſi patria poteſtate fuerit liberatus, nullóſque habeat liberos vel parentes, vel etiam propinquos, qui ſecundum legum ordinem ad eius ſucceſſionem vocentur. Quòd ſi actores, vel procuratores loci, in qua flagitium admiſſum eſt, fuerint conſcij, vel compertum faci-

o *dixi ad Vlp. 16. §. 3. adde l. 21. ff. de act. em. adde Cui. c. 33. de præſc. Anton. Mercat. 1. not. 1. inf. Ant. Cutbert. in tract. de ſponſ. & matr.*
p Quinquagenaria mulier nuptias poteſt cōtrahere, *vt hic:* quin tali ex muliere partus legitimus eſt, ſublata vetere, ſuper ea re dubitatione Cæſarienſis aduocatiōis. vti conſtat & ſcripſi in *l. 12. ꝭ. de hered. inſt.*
q Superueniēs marito ſenatoria dignitas nuptias perfectas nō dirimit, quæ alioquin, ſi antea maritus ſenator fuiſſet, nō poſſent cōtrahi. Res enim iā perfecta non vitiatur, licèt veniat ad eum caſum à quo non poſſit incipere *Salicet.*
r Lege Papia, ſenator libertam ducere nō poterat. *adde l. 27. 28. 29. 30. ff. de ritu.*
ſ Quæſita patri dignitas, liberorum quidē ſtatum auget: non tamen eorum nuptias diſſoluit
t *l. 14. l. 33. ꝭ. de epiſcop. aud.*
u *Nouell. 51.*
x Maleficij fideiuſſor accipi non poteſt, *l. 70. §. 5. ff. de fideiuſſorib. Nouell. 51.*
y *3. Co. Theod. 12. Vlp. 5. §. 7. t. 6. col. l. Moſai. 28. Eclog. 4. c. περὶ γάμων ἀθεμίτων. 4. Har. 6. c. περὶ κεκωλυμένων γάμων. adde Pet. Greg. 9. ſynt. 11.* Inceſtas nuptias Sozomen. appellat, ἀκολάστους καὶ ἀθεμίτους μίξεις.
z *Nou. 22. ca. 37.*
a *l. 10. l. 11. ff. de diuort.*
b hinc colligūt vxorē cogi maritum ſequi niſi pactū contrariū ſit initum: *qua de re v. VVurmſer. 1. pract. 36. c. 4.*
c *dixi ad l. 7. ꝭ. de Iud. adde No. 18. c. 5. verſ. ſicut enim qui legitimæ vxori coniunctus.*
d ſumpta eſt ex *l. 6. C. Theodoſ. de decurionib. lib. 12.*
† Plautus *aſina. in prologo.* Quid iſtuc eſt? ſeruiles nuptiæ? ſeruire vxorem ducunt aut poſcent ſibi? Nouum attulerūt, quod ſit nuſquam gentium. At ego aio hoc fieri in Græcia & Kartagini. Et hic in noſtra terra atque in Apulia, maioréque opera, ibi ſeruiles nuptię quàm liberales etiam curari ſolent. hodie poteſt poteſt, *Nouell. 78. cap. 1. Nouell. 117. cap. 6.*
e *Nou. 22. c. 10. l. 3. ꝭ. ſoluto. Vlp. 5. §. 1.* eſt tamen contubernium, *Paul. 2. ſent. 19. §.* inde vxores ſeruorum, contubernales. *l. 12. §. 33. ff. de inſtructo.*
f natus ex ancilla & ſeruo fit ſeruus, *l. 24. ff. de ſtatu. 1. Caius 4. §. 11.* è contrario natus ex libera & ſeruo fit ingenuus ſpurius. *l. in fi. ꝭ. ſoluto.*
g Omnis pœna requirit ſententiam iudicis. *l. 12. ff. de pœn.*

a Ratione superuenientis scientiæ quis punitur, qui ratione ignorãtiæ excusabatur à pœna. b Res publicatur, vbi sita est. c & ita mitius punitur is, in cuius domo fit aliquid eo patiente, quàm ipse principalis qui deliquit, *l. 1.j. de falsa moneta. l. 19. ff. de adulterÿs. dixi ad Nou. 14. §. 1. Nouell. 42. cap. vlt. §. 2. Nouell. 58. Nou. 14. cap. 2.*
d Cogimur delicta grauiora publicare & denunciare, non tamen præcipiti festinatione, sed inquisita veritate facti, *argu. l. 2. §. 43. ff. ad Ter. l. 137 §. 2. ff. de verbor. oblig. l. 13. ff. solu.*
e *l. 23. ff. de ritu.*
f *l. 6. s. de nuptÿs l. 2. §. 1. ff. de his qui. vt indign.* 28. *Eclog. 5. cap. 30.*
g *l. 5. l. 54. Co. de episcop l. 26. s. de nupt.* & contra senatusconsultũ *l. 1. j. tit. 1.*
h De pœnis incestarũ nuptiarum. *v. l. 6. j. eodẽ.*
i *ex l. 1. C. Theod. eod.* Inter cæteras pœnas incestis nuptiis constitutas, illa est: vt donatio propter nuptias fiat caduca, vt iure antiquo dos, *l. 52. ff. de ritu.* nouo non fit, *l. 1. s. de cond. ob caus. dat.*
k *l. 6. j. eod. l. 2. l. 13. ff. de his quæ vt indignis. l. 27 ff. vsufr. legat.*
l Errori acerrimo ignoscitur. *l. 57. in f. ff. de rit. Nou. 12. cap. 1. in f.*
m acrissimo, quidam ita legunt. idquè probauit Albericus. eadẽ forma dicitur qua celerissimus à Caio Mario apud Priscianum, & ab Ennio apud Charisium, *v. Cuiac. 15. obs. 13. in f.*
n Ætatis lubrico succurritur. *l. 57. in f. ff. de ritu. l. 38. §. 4. ff. de adulterÿs.*
o *v. Hermogen. apud Ruffinum 6. collatio. l. Mosaic.*
p Vna duobus fratribus iungi non potest. *l. 8. l. 9. j. eod. l. 1. Cod. Theod. de incest. nupt.*
q Vnus duabus sororibus iungi non potest, *vt hic s* vt nec vna duobus fratrib. *s. eodem. v. Canõ. 18. apost. epist. Basilÿ ad Diodorũ. de eo qui duas sorores duxit:* Quin Nou. Patriarchę Sisinnij & Xiphilini vetat, ne quis sororem sponsæ suæ ducat. 3. *Harm. 6.*
r cum consobrina, sorore, fratris filia, eiúsue vxore. Hæc. n. exempla ponuntur in *l. 3. Cod. Theodos. eod.* vnde hæc lex desumpta est,

...nus promere noluerint, metallo eos cõuenit implicari. Si verò dominus ||loci|| hoc fieri permisit, vel postea [a] cognitum celauit: si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipiis, & pecoribus, cæterísque [b] rebus, quæ cultui rustico sustinentur, fisci iuribus vindicetur. Sin verò in ciuitate id factum est: dimidiam bonorum omnium partẽ præcipimus confiscari, pœnam augentes, quoniam intra [c] domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare [d].

De matrimonio contra legum præcepta vel contra mandata constitutionésque principum.

4. Imppp. *Valentin. Theodos. & Arcad.* Augusti, ad Andromachum comitem rerum priuatarum.

QVi contra legũ [e] præcepta, vel contra mandata [f] cõstitutionésque [g] principũ nuptias fortè cõtraxerit: nihil [h] ex eodem matrimonio, siue ante [i] nuptias donatum, siue deinceps quoquo modo datum fuerit, consequatur: ídque totum, quod ab alterius liberalitate in alterum processerit, vt indigno indignéve sublatum, fisco [k] vindicari sancimus, exceptis tã fœminis quàm viris, qui aut errore [l] acerrimo [m] nõ affectato, insimulatóve, neque ex vili causa decepti sunt aut ætatis [n] lubrico lapsi: quos tamen ita demum legis nostrę laqueis eximi placuit, si [o] aut errore comperto, aut vbi ad legitimos peruenerint annos, coniunctionẽ huiusmodi sine vlla procrastinatione diremerint.

De vxore fratris: de sorore vxoris.

5. Iidem AAA. Cynegio.

FRatris [p] vxorem ducendi, vel [q] duabus sororibus coniungendi, penitus licentiam summouemus, nec dissoluto quocunque modo coniugio.

Pœnæ incestar. & vetitar. nuptiar.

6. Impp. *Arcadius & Honorius* Augusti Eutychiano P.P.

SI quis incesti [r] vetitíque coniugij sese nuptiis funestauerit: proprias, quãdiu vixerit, teneat facultates [s]. sed neq; [t] vxorẽ neq; [u] filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorsus prędictis [x], neq; per interpositã quidẽ personã vel donet superstes, vel moriturus derelinquat, dos [y] si qua fortè solemniter aut data aut promissa fuerit, iuxta ius [z] antiquum fisci nostri cõmodis cedat. testamento suo extraneis [a] nihil derelinquat: sed: (siue testato siue intestato) legib. ei & iure succedant, si qui forte ex iusto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est, de descendentib. filius, filia, nepos, neptis, pronepos proneptis: de ascẽdẽtibus autẽ, pater, mater, auus, auia: de latere, frater, soror, patruus, amita. Testandi sanè ita demum habeat facultatem, vt his tantummodò personis pro iuris ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita [b] tamen, vt ||ab|| hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his [c], quos memorauimus, in contrahendis incestis nuptiis consilium inisse monstrabitur: successuro in locum illius, qui post eum gradu proximus inuenitur. Ea sanè, quæ de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese consortiis commaculauerint custodiantur. Memoratis vero personis non extantibus, ||nostro|| fisco locus pateat. Dat. 6. Idib. Decemb. Constantinop. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conss. 396.

In authent. de incestis & nefariÿs nuptiis. §. 1. collat. 2. tit. 7. al. 6. nou. 12. c. 1.

INcestas nuptias contrahentis pœna est confiscatio [d] bonorum tam cæterorum quam dotis, exilium [e] etiam, & cinguli (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoque, si vilis est: fœmina quoque talia scienter peccante, simili pœnæ subiuganda. Substantia sic amissa [f], liberis hoc ipso sui iuris effectis, si quos habet legitimos, applicetur: vt tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus, fisco defertur.*

s Olim pœna ignium & proscriptionis erat, *d. l 3.*
t Prima pœna incestarum nuptiarum *§. 12. Institut. de nuptiis*
u Secunda *dicto §. 12. versic. itaque.* x Tertia *Nouell. 143.* y Quarta.
z *l. 4. s. eod. l. 52. ff. de ritu. l. 3. ff. de iure dot. §. 12. Inst. de nupt.*
a Quinta. b Sexta. c personis. d *vide infra eodem.*
e id est, deportatio, facit lex *5. ff. de quæstionibus.* Septima pœna.
f Octaua pœna, bonorum priuatio. g Spurius iure ciuili neque inter viuos, neque vltima voluntate quidquam ex bonis paternis capere potest. Cuius sententiæ ampliationes quatuordecim: exceptiones decem vide apud Duenazium *regula 366.*
h Nona pœna, *Nouell. 74. cap. 6.* alias pœnas *vide apud Clarum 5. sent. §. Incestus 9.*
i *Vide Nouell. 89. cap. 15.* k Fit huius constitutionis à Martiano latæ mentio *Nouell. 117. cap. 6.* l Pars Nouellæ Martiani de matrimoniis senatorum *§. humiles.*
m *d. cap. 6.* n Non ideo quis humilis, aut abiectus, quia pauper.
o Ex ingenuis parentibus nascuntur interdum pauperes liberi. p hinc illud Horatij, Fortuna mores non mutat genus. q Humiles & abiectæ personæ quæ, *l. 1. j. de natural. liber.* † id abrogatum *Nou. 89.* † *l. 23. l. 44. ff. de ritu.* id abrogatur *Nouell. 78. c. 3. Nou. 117. c. 6.* r Studio. s & Iudæorum & veterum *l. 1. C. Theod. de incest.*

Quin ipsi Ægyptij sorores eodem patre vel eadem matre genitas ducere poterant: Lacedęmonij, eadem matre: Athenienses eodem patre genitas. *Philo Iudæus lib. de specialib. legib. Arnob. 8. contra gentes.* quo pertinet quod apud Æmylium Probum in Cimone & proœmio vitarum legitur priscorum Atheniensium more licitum fuisse sorores ducere (Androcides tamen *orat. contra Alcibiadem.* Athenæus *lib. 13.* & Suidas in verbo Cimon & ὀςρακες, referunt, Cimonẽ ideo ostracismo à ciuitate ad tempus exterminatum quòd sororem suam Elpidem duxisset. Sane sororis ducendæ ius Persarum legibus nõ fuit. vnde Cambysem legimus apud Herodotũ *lib. 3.* cum amore sororis captus fuisset, nec liceret sororem lege Persarum ducere, interrogasse regios iudices, apud quos legum interpretatio & custodia erat, Num lex id permitteret? responsum accepisse, Nullam legem se inuenire qua fratri sit licitum nubere sororem: quandã tamen inuenire, qua liceat Regi Persarum facere quod lubeat. Sororis nuptias quoque vetitas apud Priscos testis Phocyllides in illo versu μηδὲ κασιγνήτης εἰς ἀπότροπον ἔλθε μετ' εὐνήν. i. Ne stratum vetitum geniale sororis inito.
t Mortui fratris vxorem frater superstes ducere ita iubebatur lege Mosis *Deuteronom 25. nu. 5. Ruth. 4. num. 7.*
u his ita eueniebat, vt vna duobus fratrib. esset coniuncta. quod est contra legem *5. s. eo. 9. j.*
x Eam ob causam Iudæi & Ægyptij ducebant viduas fratrum.
y antiquis. quorum sententia explosa est.
z Explosa veterum quorundã opinio existimãtium, solo consensu nuptias nõ contrahi ac nũquam perfici nisi reipsa sequuto concubitu: *adde l. 6. s. de donat. inter vir. No. 22. c. 3. l. 30. ff. de reg. iur.*
a Idem A. Sebastiano P.P. Cuiacius ita restituit *8. obs. 28.* vúltq; hanc legem esse Zenonis. Est etiã ad eundem Sebastianum alia Zenonis constitutio, qua Basilisci acta rescinduntur, *l. 16. s. de sacros. eccles.* Sebastianum hunc, moribus præditum Triboniano simillimis, Suidas scribit in *Zenone.* b *dixi ad d. l. 16.* c ἀδελφιδῆν Græci. Huiusmodi nuptiæ ante Constantinum & Constantiũ modo permissę. vt ex Cornelio Tacito 12. constat. modo multis constitutionibus inhibitæ, *l. 39. l. 57. §. 1. ff. de ritu. Xiphilinus in Nerua: v. legem Constantini & Constantÿ apud Cuiac.* 8. *obs.* 28.
d *v. l. vlt. j. si nuptiæ ex rescripto: adde const. Dioclet. quæ exstat apud Ruffin. tit. 6. collat. l. Mosai. & Papian. ibid.* Permissum erat matrimonium cum fratrum filia, vetitum cũ sororis filia, etiam si eodem gradu essent, *Vlpian. 5. §. 6. & ideo in leg. 39. l. 56. ff. de ritu. l. 38. §. ff. de adulter.* De sororis filia, nepte & pronepte loquuntur authores, non dę fratris filia: & in lege vltima *ff. de condict. sine caus. l. 57. §. 1. ff. de ritu.* de auunculo, non de patruo. Quare, quod Dion scribit, Neruam vetuisse, Ne quis ἀδελφιδῆν duceret, de sororis non de fratris filia intelligit, ne duceretur cuius mater duci nõ poterat. Postea id immutatum: neque hodie licet tertio gradu vllam ducere *vt hic: l. 17. s. de nupt. §. 3. Instit. de nupt.*
† Iure canonico huiusmodi matrimonium subsistit, *v. VVurmser. 1. pract. 36. cap. 2.*
e *l. 15. ff. de sponsalib. l. 59. l. 60. ff. de ritu. l. vlt. ff. de legat. 1. l. 2. §. 1. ff. de his quæ vt indig. 4. Harm. 6. c. περὶ ἐπιτρόπων. 28. Eclog. 5. cap. 13.* f *dicta l. 59. l. 60. d. §. 1. l. 4. j. de excusat. tut.*

In authent. quib. mod. nat. efficitur sui. §. fin. coll. 7. ti. 1. nou. 89. cap. vltimo.

EX [g] complexu nefario aut incesto, seu damnato liberi nec [h] naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio, vt nec alantur [i] à patre.

De humilibus & abiectis feminis nec non de senatoribus.

7. Imperatores *Valentin. & Martian.* [k] Augusti, Palladio P.P.

HVmilem [l] vel abiectam [m] fœminam minimè eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper [n], ab ingenuis tamen parentibus nata sit. vnde licere statuimus senatoribus, & quibuscunque amplissimis dignitatibus præditis, ex [o] ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimonium sibi accipere, nullámque inter ingenuas & opulentiores ex diuitiis & opulentiore fortuna [p] esse distantiam. Humiles [q] verò abiectásque personas eas tantummodò mulieres esse censemus, ancillam, ancillæ filiam, libertam, † libertæ filiam, ||scenicam, scenicæ filiam, tabernariam, tabernarij vel || lenonis aut arenarij filiam aut eam, quæ mercimoniis publicè pręfuit. Ideóque huiusmodi inhibuisse nuptias senatoribus † harum fœminarum, quas modo enumerauimus, æquum est. Dat. Prid. Nonas Aprilis, Constant. Ætio & Asterio [r] Conss. 454.

De vxore fratris.

8. Imp. *Zeno* A. Epinico præfecto prætorio.

LIcet quidam Ægyptiorum [s] idcirco mortuorum [t] fratrum sibi coniuges [u] matrimonio copulauerint, quòd [x] post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet, quod certis [y] legum conditoribus placuit, cùm corpore [z] non conuenerint, nuptias non videri ||re|| esse cõtractas, & huiusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata sunt: tamen pręsenti lege sancimus, quę huiusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori subiacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supra dictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

Abrogatio rescriptorum, vel pragmaticarum formarum, aut constitutionũ quæ tyrãnidis tẽpore incestas nuptias permiserant.

9. Imp. *Anastasius* [a] A. Seueriano præfecto prætorio.

AB incestis nuptiis vniuersi, qui nostro reguntur imperio, nouerint temperandum: nam rescripta [b] quoque omnia, vel pragmaticas formas, aut constitutiones impias, quæ quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonij nomen imponere, vt fratris filiam [c], vel sororis [d], vel eam, quæ cum fratre quondam nuptiali iure habitauerat, vxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti, aut vt alia huiusmodi committerẽtur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur.

DE INTERDICTO † MATRIMOnio inter [e] pupillam & tutorem seu curatorem, filiósque eorum.

Tit. VI.

De rusticitate & imperitia.

1. Impp. *Seuerus, & Antoninus* Augusti, Marino.

SENATVSCONSVLTI [f] auctoritatem, quo inter pupillam & tutoris filiam connubiũ saluberrimè sublatum est, circumueniri rusticitatis & imperitiæ velamentis non oportet.

a Priuigni sui tutor quis esse potest. *l. vlt. j. de contrar. iud. tut.* b Socer non prohibetur dari curator nurui. *l. 7. j. de excus. tut.* c Titius Caiam duxit, Titij pater Caiæ datus est tutor: éstne dirimendum matrimonium? non est. Nam ritè contractum matrimonium ex post facto non vitiatur. d Vir bonus cauere etiam suspicionem debet. e Eroti Pamphilus nascitur: Eros manumissus, tutor Caiæ filiæ patroni datur, potéstne Eros Pãphilo suo naturali pupillam suam elocare? non potest. & sic appellatione filiorum naturales filij continentur. *adde l. 64. D. de ritu.*

De matre pupillæ.

2. Imp. *Alexand.* A. Byrrho.

MAter pupillæ cum [a] tutore filiæ suæ, vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur.

De curatore post nuptias dato.

3. Idem A. Rogatiano.

CVm proponas, ei quam matrimonio tuo iunctam sugeris, post liberos susceptos curatorẽ patrem [b] tuum datum, quem contendis nec te in potestate habuisse: cùm ritè contractum matrimonium ex post [c] facto vitiare non potuerit, iustam interpretationem metuere non debes, ne liberi, quos habetis, non ex iusto matrimonio suscepti videantur. Vt autem omnis scrupulus [d] auferatur: insistere pater tuus debet, necnon & vxor tua, vt alius loco eius detur. habebit enim facultatem repetendæ rationis negotiorum gestorum ab eo, qui fuerit substitutus.

De filio liberti tutoris.

4. Imp. *Philippus* A. Higinæ.

LIbertinum: qui filio suo naturali [e], quem in seruitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandémque patroni sui filiam in matrimonio collocauit: ad sententiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptias interdicendum putauit, pertinere, dubitari non oportet.

De filia curatoris.

5. Imp. *Philippus* A. & Philippus Cæs. Apuleio.

CVratorem [f] adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse, falsò tibi persuasum est [g].

De filio tutoris.

6. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Lucio.

SI [h] patris tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel post redditam nondum exacto quinto & vicesimo anno, necnon vtili [i] anno, vxorem duxisti, nec matrimoniũ cum ea habuisse, nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse videri potes. Sanè [k] si hoc pater puellæ, cùm [l] decederet, postulauit: & nuptiæ ritè contractæ, & filius videtur iure susceptus.

De infamia & dotis condictione.

7. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Paragonio.

SI tutor vel curator pupillam vel adultam quondã suam sibi [m] vel filio [n] suo, nullo diuino impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit: manet infamia contra eum, veluti confessum de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit: & dos data per condictionem repeti potest.

De eo qui pro tutore seu curatore vel negotiorum gestorum administrauit.

8. Impp. *Leo & Anthemius* Augusti, Erythrio P.P.

SI quis tutoris vel curatoris nomine vsurpato, id est, pro [o] tutore seu curatore negotiorúmve gestore res pupillæ administrauerit, eámque sibi filióve suo copulauerit: tales nuptias stare, & non ad exemplum tutorum infirmari sancimus: ne ex huiusmodi subtili vel maligno tractatu, matrimonia, seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa, aliquam læsionem vel calumniam patiantur.

SI QVACVNQVE PRÆDITVS potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint [p] nuptias.

TIT. VII.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti, Theodoro P.P.

SI [q] quis ordinaria vel qualibet præditus potestate, circa nuptias inuitis ipsis vel parentibus earum contrahendas (siue pupillæ, siue apud patrem virgines, siue viduæ erunt, siue sui iuris viduæ, denique cuiuscumque sortis) occasione potestatis vtatur, & minacem [r] ferorem suum inuitis his, quorum

f Curator potest adulto suo filiam suam matrimonio iungere. Filium autem, adultæ cuius curam gerit, absq; iussu principis nõ potest: alioquin notatur infamia. *4. Harmenop. 6. §. 52. adde l. 1. j. eod.* g potest enim adultus sine vllo metu rationem rei suæ ab vxore sua eiúsq; hered. exigere. h Etiamsi tutor curatori rationes reddiderit, pupillam tamen cuius tutelam gessit, non potest antequã ea 25. ætatis annum attigerit, & concessum restitutioni quadriennium effluxerit, vxorẽ ducere, etsi iam ex altero matrimonio liberos suscepit. *4. Harmeno. 6. §. 50.* i Quod est prohibitum tempore minoris ætatis idem durat tempore vtilis anni, & ita refertur legem *19. vers. 70. D. de nouationib.* k Exceptio regulæ superioris. l *l. 36. D. de rit. nupt. l. 18. §. 3. D. de lib. & posthu. l. 7. D. de adult. l. 1. in fin. j. si nup. ex rescripto.* m *l. 36. D. de rit. nupt.* n *l. 64. D. de rit. nupt.* o Prohibitio nuptiarum ad tutorem & curatorem pertinens, non extenditur ad protutorem & procuratorem seu gestorẽ: alioquin, paulatim omnis qui rationibus reddendis esset obnoxius, prohiberetur sibi vel filio suo cõiungere eã cui obligatus esset. *l. 6. §. 5. D. de ritu nupt.* p Tentasse, crimẽ est. *adde 28. Synops. 5. c. 30. 3. C. Theo. 11.* q Si quis quẽcumque magistratum gerens, quamcunque puellam inuitã, vel inuitis parentibus ducere præsumpserit: decem auri librarum mulcta pro ipso coniuge præstare cogitur. *Synops. Basilic. 28. tit. 5. c. 39. l. vnic. C. Theod. eod. l. vnic. §. si rect. prouinc. l. 38. l. 63. D. de ritu.* r Magistratus iustum metum infert. *l. 20. j. de magistra. adde Cuiac. 15. obser. 25.* t *v. tit. de interdict.* s Conatus punitur. u Iudex ordinarius recusari potest ratione suspicionis. x Non si ordinarius iudex suspectus erit, ideo vicarius eius suspectus postulatur. y Ordinario suspecto, itur ad eius vicarium & è contra *vt hîc:* si vterque, ad maius tribunal. *vers. Sin autem. j.* z *3. C. Theod. 10. 28. Eclog. 5. c. 40.* a seu concilientur: quod Græcis est συγχωρεῖσθαι. *Synopsis Basilic. 28. ti. 5. c. 40. 4. Harmenop. 4. §. 17.*

b *l. vnic. C. Theod. e.* Nuptias sibi concilians Principis rescripto proscribitur: liberi ex ea coniunctione nati liberi non sunt, etiamsi precibus συγχώρησιν, id est, vt id sibi indulgeretur, obtinuerit. *d. c. 40. & d. §. 17.* c Non valet rescriptũ obreptitium, vel illicitè impetratum. *l. vlt. j. e. l. vlt. §. de diuersis. rescrip. adde l. 29. D. de fals.* d *l. vlt. §. de incest. nupt.* e Subreptionem hîc vocat, quam superius obreptionem. confundun-

vtilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegatur: hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine [f] multæ librarum auri decem obnoxium statuimus: & cùm honore abierit, peractam dignitatem vsurpare prohibemus: tali scilicet pœna, vt si circa honorem eum quo malè vsus est, vindicandum, & nostris statutis parere noluerit: eam prouinciam in [t] qua sibi vsurpauerit, habitare per iuge biennium non sinatur. Illo videlicet adiiciendo, vt & in potestate adhuc cõstituto, liceat personæ quam huiusmodi ambitu circumuenire tentauerit, cõfestim contestatione proposita, cum sua suorúmque domo iurisdictionem eius euitare: curaturis hoc vniuscuiusque ciuitatis defensoribus, & eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si hæc prauitas ordinarij [u] iudicis erit: vniuersa domus eius ratio, atq; omnia vel ciuilia vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, vicario [x] competant. Sin autem vicarius vel similis potestatis, vim|in|huiusmodi matrimonio contrahendo molietur: vicissim [y] ordinarius iudex intercessor existat. Sin ||autem|| erunt vtrique suspecti: ad illustrem præfecturam specialiter talium domorum, quandiu ibidem administrauerint, tuitio pertineat. Datum 15. Kalend. Iul. Thessalonicæ, Gratiano A. V. & Theod. A. I. Consf. 380.

SI NVPTIÆ EX [z] RESCRIpto petantur [a].

TIT. VIII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Theodoro P.P.

QVIDAM [b] vetusti iuris ordine prætermisso, obreptione [c] precum [d] nuptias, quas se intelligunt non mereri, à nobis existimant postulandas, sæpe habere||puellæ||consensum confingentes. quapropter tale sponsalium genus præsentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione [e] meruerit: amissionem bonorum, & pœnam deportationis subiturum se esse non ambigat: & amisso iure matrimonij: quod prohibita vsurpatione meruerit, filios se ex hac coniunctione susceptos, iustos non habiturum, nec vnquam postulatæ indulgentię annotationísve indulto efficacem se veniæ effectum meruisse: exceptis his, qui parentum [f] sponsionem de nuptiis filiarum implere desiderant, vel sponsalia [g], hoc est, arrarum data nomine, reddi sibi præcepto legum cum statuta pœna deposcunt. Datum Kal. Febr. Honor. VIII. & Theod. III. A. Consf. 409.

2. Imperator *Zeno* Augustus, Basilio præfecto prætorio.

NEfandissimum scelus fratris sororísve filiæ [h] nuptiarum, quod sacratissimis constitutionibus sub grauissimæ pœnæ interminatione damnatum est, iterato præsentis diuinæ sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterum super tali coniugio (imò potius contagio) cunctis licentiam denegamus: vt vnusquisque cognoscat impetrationem quoque rei cuius est denegata petitio, nec si per subreptionem [i] post hanc diem obtinuerit, sibimet profuturam.

DE [k] SECVNDIS [l] NVPTIIS.

TIT. IX.

Pœnæ nubentis intra tempus luctus.

1. Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodos.* Augusti, Eutropio P.P.

SI [m] qua mulier nequaquam luctus [n] religionem priori viro nuptiarum festinatione præstiterit: ex iure quidem notissimo sit [o] infamis [p]: præterea [q] secundo viro vltra tertiam partem bonorum in dotem non det: neque ei ex [r] testamento plus quàm tertiam partem relinquat. Omnium præterea [f] hereditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum

tur sæpe illa duo inter se. *v. l. 29. D. de falsis.* f *l. 6. in fin. §. de interdict. matr.* g *l. vn. §. si rector prouinc. vel ad eum pertin.* h *dixi ad l. 17. §. de nupt. l. vlt. §. de incest. l. 39. D. de ritu. §. 3. Inst. de nupt.* i *v. l. 1. §. eo.* k *3. C. Theod. 8. 28. Eclog. 12. cap.* περὶ τῶν δευτερογαμούντων, &c. *adde 4. Harmen. 7. de pœnis secundarum nuptiarum. v. Nouel. 22. cap. 2. 23. & seq. Gayll. 2. obser. 98. wurmser. 1. pract. 36. c. 5. c. 6.* de tertiis & quartis. *v. Nouell. Leon. 90. Constantini Porphyrogennetæ. c. 1. & quæ ibid. dixi* His illud Hieronymi *ad Pammachium*, adiungatur. Non damno, inquit, bigamos, imò nec trigamos, &, si dici potest, octigamos. Idem ego, inquit, nũc voce proclamo libera, non damnari in ecclesia bigamiam, imò nec trigamiam, & ita licere quinto & septimo & vltra. Hæc ille. *adde 31. q. 1. c. aperiant. 2. Gratia. 27. q. 2. cap. additur. v. l. 4. j. de bo. quæ lib.* quod eò magis notandũ, quò nonnullos video qui secundas nuptias honestam fornicationem appellant. *31. q. 1. c. hac ratione.* vnde Tertullianus *libr. de Monogamia.* Vnum matrimonium nouimus sicut vnũ Deũ. sed & quidam (falsò tamen) putant legatum relictum vxori, si honestè nupserit, ei non deberi si secundo vel tertio nupserit, quemadmodum & illi decipiuntur, qui legatũ pro mulieribus elocandis relictum, ad viduarum elocationem pertinere negant: Nam vt rectè Phanutius de Phanutio in *cõmentar. de lucro dotis. gloss.* 6. post Decium, Neuizanũ, Angelum Castrensem & Raynerium scribit, pœnæ contra secundo nubentes sunt hodie correctæ ex Apostoli authoritate, vbi inter cætera notat Romæ habitum honorem fuisse, mulieri, quæ 22. viros, & eius marito, qui 20. mulieres extulisset. *Hieronym. 3. epist. 26. Boer. decis. 186. adde Hieronym. in c. additur. 27. q. 2. adde l. 4. j. de bo. quæ lib.* l Secũdæ dicũtur quę post priores. *v. Rol. à Vall. 1. con. 72. n. 30. & seq.* m Eadem verba extant in *l. 4. j. ad Tert.* n *dixi ad l. 15. §. ex quib. caus. infa. adde 4. Harmen. 6.* περὶ μοιχείας vbi inter cætera explicatur, quid sit τὸ πένθος & τὸ πένθιμος χρόνος. *adde Nou. 22. c. 40.* o Prima pœna mulieris nubentis intra tempus luctus. p *d. l. 15. d. l. 4. adde l. 2. j. e. l. 1. in fi. l. 8. & seq. ff. de his qui not.* nisi impetrauerit ius nubẽdi à Principe. *l. 18. ff. de his qui not.* q Secunda pœna. r hinc constat, infames testamentum facere posse. f Tertia pœna.

sit expers. hæc namque omnia ab heredibus vel coheredibus, aut ab intestato succedentibus vindicari iubemus: ne[a] in his, in quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam[b] amittendis, quæ prior maritus ei suprema voluntate reliquerit[i]: quanquam hæc, quæ mulieri à priori viro relinquuntur, & per immaturum[c] matrimonium vacuata esse cœperunt, primo à decem personis edicto prætoris enumerat, id est, ascendentibus, & descendentibus: ex latere autem vsque ad secundum gradum, scilicet gradibus[d] seruatis, deinde[e] præsumi à fisco iubemus. Eandem quoque mulierem, infamem redditam, hereditates ab intestato[f], vel legitimas, vel honorarias, non vltra tertium gradum sinimus vindicare. PP. 15. Kalen. Ian. Gratiano V. & Theod. AA. Conss. 380.

In authent, de nupt. §. sin autem tutelam colla. 4. tit. 1. nouel. 22. c. 40. & 2. pars huius auth. habetur collat. 4. tit. 18. al. tit. 16. de restit. & ea quæ parit in XI. mense. §. fin. nouell. 39. c. 2.

EIsdem pœnis subiicitur etiam ea, quæ[g] parit intra[h] luctus tempus, si modò indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto non[i] existere. nam & vsufructu antenuptialis donationis priuatur. Item[k] & ea, quæ si suscepta liberorum tutela, contra sacramentum, secundo nubit. non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exoluens omne, quicquid debet. Sed hodie[l] vlteriore iure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptiis à tutela repellitur.

2. Iidem Augusti, Eutropio P.P.

SI[m] qua ex fœminis perdito marito, intra anni spatium alteri festinauerit nubere, (paruum enim tempus[n] post decem[o] menses[p] seruandum adiicimus: tametsi idipsum exiguum putemus) probrosis[q] inusta notis honestioris nobilisque personæ decore & iure priuetur: atque omnia quę de prioris mariti bonis, vel iure sponsalium[r], vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat. Dat. 3. Kalend. Iun. Constantinop. Eucherio & Syagrio Coss. 381.

De his quæ reseruanda sunt liberis primi matrimonij, & de successione in bonis eorum, & quibus modis transeuntes ad secundas nuptias coercentur.

3. Iidem Augusti, Floro P.P.

FOEminæ[s] quæ susceptis ex priore matrimonio filiis, ad secundas || post tempus luctui statutum || transierint nuptias: quicquid ex facultatibus priorum maritorū sponsalium iure, quicquid etiam nuptiarum solennitate perceperint, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamento iure directo, aut fideicommissi vel legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis (||vt dictum est||) priorum maritorum † fuerint adsecutæ: id totum ita vt perceperint, integrum ad filios, quos[t] ex præcedente coniugio habuerint, trāsmittant. vel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum ||sit:|| quos tali successione dignissimos iudicamus) in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium mater crediderit † dirigendum. Nec quicquam eædem fœminæ ex iisdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam personam, vel successionem ex alterius matrimonij coniunctione susceptam, præsumant: atque habeant potestatem possidendi tantum ||atque fruendi|| in diem vitæ, non etiam alienandi[u] facultate concessa. Nam si quid ex iisdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translatum: ex maternis redintegrabitur facultatibus, quo illibata ad eos quos statuimus liberos bona & incorrupta perueniant. 1 ¶ Illud etiam addimus ||huic|| legi, vt si aliquis ex iisdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, fortè decesserit matre iam secundis nuptiis funestata[x], aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus id quod per eandem successionem ab intestato, vel ex testamento suæ posteritatis mater videbitur consecuta, in diem vitæ suæ pro sibi debita portione sola[y] tantùm possessione delata, omne his, qui supererunt, ex priore susceptis matrimonio filiis relinquat: nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet extraneam personam, vel quicquam alienandi habeat potestatem: Quòd si nullam ex priore matrimonio

a *v. l. 1. §. 14. j. de caduc. tollend.* b Quarta pœna. c Immaturum ἄωρον. *Nouel. 22. Plin. 4. epist.* Nuptias quorum alterum immaturum, alterum serum est. d Quando lex defert ius diuersis gradibus, intelligit secundum ordinem graduum. e Fiscus est post omnes. f Quinta pœna. g Baldus idem dicendum putat de ea quæ intra annum luctus cum aliquo rem habuit. h De ea quæ parit vndecimo mense, dixi *ad Nouell. 39.* i Negatiua filiationis probatur tempore. *l. 29 D. de liber. & posthum.* k hoc desumptum est *ex Nouell. 22. c. 40.* l *Nou. 94. c. 2.* m *l. 1. C. Theod. eod.* n duorū scilicet mensium, & ita duo menses paruum tempus *l. 9. §. de legat.* o Lugendi legitimum tempus annus quidem fuit, & tamen decē menses: idque ad Theodosij vsque tempora. Ouid. 1. *Fastor.* Romulus anno constituit menses quinque bis esse suo. Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Numa quidem auxit annū duobus mensibus, at nō annū luctus totidem auxit. Ita decem tantùm mensibus, matronæ Brutum luxere, *Liuius 2. Plinius de viris illustrib. Seneca 8. epistol.* Annum fœminis ad lugēdum constituêre maiores. Idem *libro de consolatione.* Maiores decem mensium spatiū lugentibus viris dederunt. Haud dubiè hoc postremo loco, annum: priore illo, decē menses intelligens. Pòst propter Cannensem cladem & frequentiam lugentium institutum fuit, non amplius 30. diebus lugeretur. *Festus in Græcia sacra. Valerius 1. c. 1.* quod spatium temporis indubiè ad habitum tristiorem referendū, non ad id spatiū quod mulieribus præscriptum, vitandæ sanguinis perturbationi: lugebatur maritus lugubribus: elugebatur anni spatio, etiam sine lugubribus, ob sanguinis perturbationē. *l. 8. & l. 11. D. de his qui notantur.* Mortuo marito intra legitimū tempus partum edens mulier, maritum lugebat, non elugebat. *d. l. 11.* Lugebantur parentes, non elugebātur. *d. l. 11.* de qua differentia lugendi & elugendi scripsi ad *d. l. 11.* p Olim luctui agendo præfiniti erant decem menses, Ouid. 1. *Fastor.* Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Seneca *de consolatione.* Maiores decem mensium spatium lugentibus viris dederunt. Tempore legis Iuliæ Miscellę. *Nouell. 22. c. 43.* nondum præfinitus erat annus. Primus Theodosius annum præfiniuit. *vt hic:* quem qui secuti sunt authores, non de decem mensium, sed de annuo luctu loquuntur: & qui ante, annum accipiunt pro decem mensibus. Sidonius *4. epist.* si decessisset æger, tribueret heredibus annui luctus tempus immune. Apuleius 8. Si luctu legitimo miserrimæ fœminæ necessarium concessisset tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni. *vide Cuiac. c. 3. de præscriptionibus.*

habuerit successionem[z], vel natus natíve decesserint: omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure obtineat, atque in his nanciscendi[a] dominij, & testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. Data 6. Kal. Iun. Constantinop. Antonio & Syagrio Conss. 382.

In auth. de nupt. §. si verò expectet. coll. 4. tit. 1. nouell. 22. c. 23.

IN donatione propter nuptias, etiamsi alius pro viro dederit, deserit eam proprietas.

In auth. colla. constitut. & §. quibus supra versic. venient autem talia. nouell. 20. c. 25.

LVcrum hoc æqualiter[b] inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.

In auth. de nupt. §. hinc nos. collat. 4 tit. 1. nouell. 22. c. 46. & de non elig. secun. nuben. §. cum igitur. coll. 1. tit. 2. nouell. 2. cap. 3.

EX testamento quidem succedit mater liberis suis, quæ conuolauit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet. Ab intestato quoque vocatur, siue ante mortem filij, siue postea secundas ineat nuptias. sed ab intestato eorum solùm vsumfructum percipit, quæ ex[c] paterna substantia ad filium peruenerunt. quantum verò ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter vt in residuis, omnino ingratitudine & hoc contra matrem fratresque inspecta.

In authen. de non eli. §. hoc autem. collat. 1. tit. 2. nou. 2. c. 2. & de nupt. collat. 4. tit. 1. §. quoniam infirmus. nou. 22. c. 26.

SEd & si quis ex his præmoriatur absque progenie: redit ad matrem dominium, quantum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: residuum autem conceditur quibuslibet defuncti heredibus. Si quid ergo ex his alienauerit: pro suprascripta portione confirmatur alienatio. quare si sola heres exstiterit: in solidum ad ipsam redit, vel alienationem sequitur.

Ex quocunque coniugio suscepti filij, à suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi vindicant præcipuas. Bald.

4. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Mariniano P.P.

CVm aliis[d] sanctionibus iusserimus materna bona integra ad liberos peruenire: quod tamen mulier mariti largitate percepit, ||id|| ex eo tantùm liberi coniugio procreati sibi speciale tanquam paternum nouerint || patrimonium || vindicandum. Itaque si habens filios ad secundas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem[e], quam vir secundus contulit in vxorem, tantummodo filij, qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis matrimonio, quòd mulier ad tertia minimè vota migrauerit. Quòd si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit: quicquid ab eo ex sponsalium largitate vxor fuerit consecuta, id sibi iuríque suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur. Ad maternas sanè veniens vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque suscepta viro, pro debita sibi portione vt à matre, vel spontanea largitate, vel per testamentum eius fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id præcipuè custodiēdum esse decernimus, vt[f] ex quocunque coniugio suscepti filij, patrum suorum sponsalitias retineant facultates. Dat. 3. Non. Nouemb. Rauennæ, Hon. XIII. & Theod. X. AA. Conss. 422.

Vt mater transiens ad secunda vota lucra prioris matrimonij tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonij, ita vir quoque transiens ad secunda vota, tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonij lucra dotis. Bald.

5. Impp. *Theod. & Valent.* Aug. Florentio P.P.

GEneraliter censemus, quocunque casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quæ de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerunt: iisdem casibus maritum[g] quoque quæ de bonis mulieris ad eum

q Nubens infra tempus luctus, infamis est, & alias pœnas patitur. *de quibus hic: glo. in c. omnes. 7. quæst. 1.* nisi mulier consensu liberorum prioris matrimonij nubat, *1. Nouell. de non eligendo, in verbo copulatiuè. Angel. in l. mater. j. ad Trebell.* aut consensu prioris mariti: potest enim fieri vt testamento prior maritus vxori eam potestatē fecerit. *Bald. in l. filium. §. familiæ: & in l. 1. §. eodem.* fallit quoque, in muliere minore 25. annis. *Glo. in l. 2. §. si aduersus delictum. argu. l. pen. §. de his qui not. infam.* fallit quoque hęc sententia iure canonico. *Gloss. l. 1. §. eo. & in l. liberorum. §. non tamen. D. de his qui not. infam.* licèt contrarium teneat *Gloss. in l. decreto. j. de infamis: & c. vlt. de secun. nupt. & c. ex parte. de appel. Bald. l. 1. §. eo. Socin. reg. 272.* r id est, donationis propter nuptias. & ita accipitur in Nouella Valentiniani. *de episc.* s *l. 2. C. Theod. eod. v. Guid. Pap. decis. 228.* † Quid si alius pro viro quid mulieri dederit? idem dicendum *Authen. in donatione. j. eo.* t Lucra nuptialia, hoc est, quæcunque mulier titulo lucratiuo consequitur ex bonis mariti, eorum proprietatem, ad secundas nuptias transiens, tenetur seruare liberis communibus alienatione in extraneos penitus prohibita *vt hic.* Quid si mariti contemplatione res variæ vxori dōnatæ sint, eáque mortuo marito alteri nubat? Quidam putant huiusmodi quoque lucra seruāda esse liberis primi matrimonij: quia cùm mariti contemplatione, eius vxori donata hîc constituantur, videntur ex bonis ipsius mariti profecta. *l. sed si. §. in arrogato. ff. de vulgari. l. adito. D. de adq. hered. l. cum oportet. vbi glo. j. de bonis quæ liberis.* Contrarium tamen sentit Ludouicus Romanus *consil.* 493. Mouetur autē, quòd hæc lex sit pœnalis mulieri secūdo nubenti, pœnam autem locū nō habere in actu ficto. *l. 3. §. hæc verba. D. de negotiis. l. 1. §. hoc interdictum. D. de fonte.* Adhæc pœnas extendi non debere. vide Cremensem *singulari* 82. † lucrum hoc æqualiter distribuitur inter liberos. *Nouell. 2. c. 1. Nouell. 22. c. 25. j. eo.* u *l. 6. §. 1. j. eo. l. 2. j. de indicta viduitate: Nou. 22. c. 23.* x Parum honestè id dicitur de secundis nuptiis. y Quod mater ex filij prioris matrimonij successione lucratur, eius proprietatem cæteris defuncti fratribus tenetur seruare: si nulli sint, potest id alienare déque eo testari.

z id est, nullos liberos.

a *l. 6. §. 2. l. 8. §. 3. j. eod.*

b & ita meritus omnis intelligitur, qui non est demeritus. *l. 24. l. 77. §. 25. D. de leg. 2.*

c origo bonorum consideratur. d quæ non extant.

e i. donationem propter nuptias. *dixi ad l. 3. §. de donat. ante nup.*

f *Nouell. 22. c. 29. l. 4. D. ad Senatusc. Tertull.*

g *Nouell. 2. c. 2. Nouell. 22. c. 23.*

deuoluta

deuoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus [a] liberis seruare. Nec interest, si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Hoc obseruare præcipimus, licèt res ante nuptias donatæ (vt adsolet [b] fieri) in dotem à muliere redigantur. Dominium autem rerum, quæ liberis per huius legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem seruantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis seruabat, extantes ab omni possessore liberi vindicabunt. consumptas ||verò|| ab heredibus eius exigent, qui eas seruare debuerant. Alienandi sanè, vel obligandi suo nomine eas res, quæ liberis seruari præceptę sunt, eis qui reseruaturi sunt, adempta licentia est. Negotia verò liberorum [c] patri vtiliter administrare concedimus. Diuidendi quoque res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam † non denegamus. 1 ¶ In his autem casibus, in quibus res vt paternas mater liberis communibus seruare præcepta est: (hoc est, vbi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias peruenerit) vel vbi ||res|| vt maternas patrem liberis communibus seruare censuimus: (hoc est, vbi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit) si hereditatem eius parentis, qui prior mortuus est, non adierint liberi: licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, qui posterior moritur, eas sibimet vindicare, scilicet si eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam: ne [d] quod fauore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum videatur inuentum.

In authent. de nupt. §. si verò expectet. & §. quoniam infirmas. & §. soluto. col. 4. tit. 1. Nou. 22. c. 23. 26. & 20.

HÆ res lucro cedunt liberis licet heredes non sint patris, aut matris, aut vtriusque, nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

2 ¶ Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, vt eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res quæ ad eam à marito perueniunt, vel maritus eas quæ ex bonis mulieris ad eum transeunt: hoc est, vbi primum matrimonium alterius morte dissoluitur, nec superstes ad secundas nuptias peruenit: si res vel maritus, vel vxor, hoc est, qui superstes est, non consumpserit, vel alienauerit, (quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis [e] concessum esse non dubium est) liberis liceat res à patre profectas, vt paternas: à matre, vt maternas accipere. Dat. 7. Id. Septemb. C P. Theod. A. XVIII. & Festo [f] Conss. 444.

In authent. neque virum quod ex donat. propterea igitur coll. 7. tit. 10. ad colla. 8. tit. 1 Nou. 98. c. 1.

VXore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus omnimodo reseruatur quantum ad proprietatem, vsufructu patri concesso. Idem est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia largitate. Item si aliter matrimonium soluatur, super iisdem lucris loquitur hæc eadem constitutio.

In authent. vt fratrum filij. § quia verò mulieres. col. 9. tit. 10. al. 7. Nou. 127. c. 3.

SI tamen abstineat mater à secundis nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, & in omnibus ascendentibus à secundis nuptiis abstinentibus.

6. Impp. *Leo & Anthemius* Augusti, Erythrio præfecto prætorio.

HAc [g] edictali [h] lege in perpetuum valitura sancimus, si ex priore matrimonio [i] procreatis liberis pater materve ad secunda, vel tertia, aut vlterius [k] repetiti matrimonij vota migrauerit: non sit ei licitum nouercæ, vel vitrico, testamento, vel sine scriptura, seu codicillis, hereditatis iure, siue legati, siue fideicommissi titulo plus [l] relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter viuos conscribendis donationibus, (quæ etsi constante matrimonio ciuili iure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent) quam filio, vel filiæ, si vnus, vel vna extiterit. Quòd si plures liberi fuerint: singulis æquas partes habentibus, minimè plus quam ad vnumquemque eorum peruenerit, ad eorum liceat vitricum nouercamve transferri. Sin autem non æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transierint facultates: tunc quoque non liceat plus [m] eorum nouercæ vel vitrico testamento relinquere, vel donare, seu dotis vel ante nuptias donationis titulo conferre, quàm filius vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate derelicta vel data fuerit, aut donata: ita tamen, vt quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex his causis quæ de inofficioso excludunt querelam. Quam obseruationem in personis etiam aui, ||vel auiæ, || proaui, || & proauię, nepotum vel neptium, item pronepotum vel proneptium, siue in potestate, siue emancipati emancipatæve sint, ex paterna, vel materna linea venientibus, custodiri censemus. Sin verò plus quàm statutum est, ||aliquid|| nouercæ vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit: tanquam non scriptũ neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus: omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata, cessante.

1 ¶ His illud adiungimus, vt mulier in his casibus, in quibus ante nuptias donationes, cæteras etiam res à marito ad se deuolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus [n], vt paternas, seruare compellitur: hoc est, vbi morte [o] mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobilium rerum & mancipiorum [p], annonarum quoque ciuilium [q] vsufructu duntaxat vitæ suæ temporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium verò rerum, iustis preciis æstimatione [r] habita per eos quos vtraque pars elegerit arbitros iudicaturos, interposito sacramento, simili modo vsumfructum habeat, si [s] idoneam fideiussionem præbuerit, quòd easdem res mobiles, vel earum precium filiis & filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus & neptibus ex iisdem liberis procreatis, siue omnibus, siue vno vnáve superstite mori contigerit: secundum legum modum [t] restituat. vel certè si fideiussiones idoneas præstare distulerit, aut nequiuerit: prædictæ res mobiles nondum matri à liberis traditæ, apud eosdem manebunt. Solutæ verò eidem matri, vel ab eadem detentæ restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caueri debet, quòd eidem superstiti pro vsufructu earundem rerum mobilium, vel precio quo taxatæ sunt, vsurarum nomine centesimæ partem tertiam [u] annuis quibuscunque temporibus præstare non different: ita ||tamen,|| vt in eadem fideiussione hoc quoque caueatur, quòd à filiis filiabúsve, vel ex his progenitis liberis, si [x] ante eandem matrẽ omnes eos obire contigerit, omnes res prædictæ mobiles secundum legum moderationem [y] matri, vt ad eandem luctuosum lucrum redeat, restituantur. Erit itaque licitum vtrilibet parti, quæ fideiussionem præbuerit, si sibi commodum esse perspexerit, his rebus mobilibus vti frui, easdémque dare mutuò, vel obligare, vel vendere, vt ex his maximè liberi acquirentes possint materno affectui sine suo incommodo deseruire. Sin autem vtraque pars prædictam fideiussionem dissimulauerit, aut fortè auferre nequiuerit: eædem res apud [z] mulierem vsque in diem vitæ suæ manebunt.

In authent. de non eligen. §. aliud. coll. 1. tit. 2. Nouel. 2. c. 4. & in authent. de nupt. §. & quia parum. col. 4. tit. 1. Nouell. 22. c. 45.

SEd si aurum fuerit in donatione propter nuptias scriptum: cautio vsurarum exponitur, non autem aurum exigitur: nisi fortè viri substantia habeat aurum, & cætera quæ scripta fuere.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

2 ¶ Omnibus videlicet iisdem maritalibus facultatibus, his etiam, quas habet habituráve [a] est tanquam si iu-

---

a Pater lucra dotalia communibus liberis seruare tenetur.

b Quæ donantur propter nuptias vxori, plerunque à muliere in dotem redguntur.

c Pater, bonorum filij legitimus administrator.

† *l. 3. s. eo. l. 8. j. de repub.* Hodie adempta licentia est. *Nou. 2. c. 1. Nou. 2?. c 25.*

d *l. 19. in fin. s. de fid. instr. c. 61. de reg. in 6.*

e Qui secundas nuptias nõ contrahunt, habent lucrum nuptialium commodorum in solidum. *vt hic: & l. 8. §. 5. j. eo.* Hodie pro virili portione. *Nou. 127.*

f Attino.

g hanc legem recitat Iustinianus *Nou. 22. c. 8.*

h Potéstne hæc lex statuto tolli? posse existimat & probat *Rol. à Valle tract. de lucro nuptiali. quæst. 24.* Quæ haud dubiè vera, si statuto caueatur, vt maritus dotem lucretur, etiam existentibus liberis matrimonij. Quid tamen si id apertè non exprimitur, sed ex sententia statuti possit colligi? Idem dicendũ putat quod superiore casu: Posse enim non modo expressè, sed & tacitè huic legi derogari. *quæst. 25.* Quid, tacitè huic legi num videtur derogatum, si statuto caueatur, Maritum dotem lucrari, vxore pręmoriente sine liberis: hoc non addito ex primo vel secundo matrimonio? Idem author putat, formula superiore, nõ derogari huic legi *quæst. 26.* Quid, statutũ lucrandæ dotis, habétne locum in dote, constituta secundo marito ab extranea mulieris persona? valet: neque competit liberis primi matrimonij reuocatoria actio ex hac lege: quoniam is qui dotem dat, potest dotis restitutionem stipulari vti velit & cui velit. *Ibid. quæst. 27.* Quid nũ præfertur secũdus maritus liberis prioris matrimonij, si statuto ita caueatur, vt maritus lucretur dotem vxoris in omni casu? præfertur. *Idem quæst. 28.* Idem fuerit, si ita cauebitur, vt moriente vxore sine filiis, ex eis maritus lucretur dotem. *quæst. 29.* vt nihil teneatur de dote restituere. *quæst. 30.* vt vxore præmoriente sine liberis communibus. *quæst. 31.* vel sine filiis amborum duorum, dotem lucretur. *quæst. 32.* si permittente ita statuto dotem integram marito dederit & tradiderit: secus si eo casu neque dederit neque tradiderit. *quæst. 34.* Quid si statuto lucrum dimidiæ dotis defertur marito, vxore sine liberis præmortua: & altero capite statutorum, iubentur statuta strictè intelligi: An hoc posteriore prius interpretandum erit: vt in lucro dotis superstiti marito deferendo, sequamur hanc legem ciuilem, quæ non vult maritum lucrari dotem extantibus liberis prioris matrimonij? Ita censet Rolandus à Valle *ibid. quæst. 35.* Pone, statutum marito lucrum dotis deferre, in præiudicium liberorum prioris matrimonij, quæritur vtrum statutum locum habeat aduersus dictos filios, in aliena iurisdictione existentes? locũ non habet. *Idem quæst. 36.* Idem si maritus promisit dotem restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ. *ibid. quæst. 37.* vel totam & integrã dotem. *ibid. quæst. 38.* aut si lucro dotis, etiam statutario, renunciauerit, *quæst. 39.* (ita vt huiusmodi renunciatio lucri dotalis, non possit ab ipsis mariti creditoribus reuocari ex edicto. D. de iis quæ in fraud. cred. *quæst. 40.*) Idem, si maritus de dote testari vxori permiserit (adeo vt huiusmodi permissionem ipse maritus retractare non possit.) *ibid. quæst. 41.* Idem est si lucrum dotis statutarium iuramento interposito maritus promiserit restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ, renuntiando pręterea omnibus iuris & legum auxiliis: hoc enim casu statuto de lucro dotis renunciasse apertè intelligitur. *Ibid. quæst. 42.*

i Aliud si vulgo concepti: hæc enim authentica hac parte locũ non habet in filiis, vulgo conceptis. *Bald. In l. cum pater. §. mater. D. de lega. 2. Romanus singulari 231. Cremensis singulari. 88.*

k v. Nouell. Cõstantini Porphyrogennetæ. *c. 2.*

l Coniunx transiens ad secunda vota non potest vllo titulo in secundũ coniugem transferre plus quàm reliquerit vni ex filiis primi matrimonij, cui minus reliquerit, & quod vltra reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter diuiditur, *Salic.* Pone plus legatum esse marito ab vxore: & ex hac lege, bonorum diuisionem redigi ad ęqualitatem inter vitricum & priuignos: quæritur an in viriles partes inter eos bona defunctæ, mulieris diuidantur: An verò, liberi prioris matrimonij prius detrahere suam legitimã possint, vt ea detracta in eo quod supererit, fiat inter eos & vitricum diuisio? Rolandus à Valle *tract. de lucro nupt. q. 17. nu. 3.* putat *arg. Nouell. de nuptiis. §. optimè.* Liberos, prius detrahere legitimam: exinde bona defunctæ inter eos diuidi & vitricum. Mouetur etiam quòd liberi vnum auxiliũ habeant iure naturæ: alterum, quod mater secundo nubat. vbi plura vide apud eundem: quo loco & hanc sententiam multis confirmat: & contrarium euertit.

m *dixi ad l. 18. s. de donat. ante nup.*

n Liberis prioris matrimonij, res ab eorum patre propter nuptias donante acceptas mater seruare debet.

o *Nou. 68.*

p Rusticorum. *vt in l. 3. D. de diuers. & temp. præscr.*

q Annonæ ciuiles comparantur rebus immobilib. *vt hic:* Idem interpretes statuunt in reditibus annuis, nisi ad modicũ tempus constituti sint: aliàs immobilibus cõparari volunt, nec alienari sine decreto, *v. Molin. de vsur. q. 37. nu. 273. adde Gayll. 2. obs. 10.*

r Æstimatio facit venditionem. *l. 1. D. de æstim. act. l. 10. D. de iur. dot.*

s *Nou. 22. c. 4.*

t secundum legum moderationem. *j. eo.*

u i. vsuras trientes.

x i. satisdabunt se reddituros res oẽs quas ex causis ἀπαιδίας mater lucratur. Cætera transmittuntur ad heredes suos.

y vt & supra secundum legum modum. Hæc verba videntur adiecta à Triboniano propter constitutionem Iustiniani, quæ vult, deduci id quod ex casu mortis liberorum mater lucratur.

z Mater præfertur filiis in administratione rerum donatarum propter nuptias.

a In tacita hypotheca veniunt etiam futura. *vt hic.* An & iura & nomina? veniunt. *Cynus & Bald. hic.*

a Lucra nuptialia matres liberis seruare tenentur: & pro eorum restitutione bona ipsarum matrum præsentia & futura tacitè obligata sunt. Bona matrum liberis sunt obligata pro rebus ab eorum patre ad eas translatis. b *v.l.3.infi.s̃.eod.*
c Amat liberos, quæ ad secundas nuptias non transit. d Qui non transit ad secundas nuptias, potest pro suo arbitrio disponere de lucris nuptialibus, *Nou.22.c.1.* non alienata tamen pertinent ad liberos, etiamsi parētum heredes non existant.

re pignoris [a] vel hypothecæ suppositæ sint, super eadem ante nuptias donatione vel rebus aliis ad eam ex mariti substantia deuolutis, ex eo die, quo eędem res ad eam peruenerint, liberis obligatis: vt si quis post traditas matri, vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quæ se repetitis nuptiis copulauerit: in vindicandis [b] iisdem suppositis rebus posteriores habeantur: liberis qui ex eodem matrimonio procreati sunt, & nepotibus neptibúsque qui ex iisdem liberis geniti sunt, sine dubio præponendis. 3 ¶ Sin verò liberorum suorum affectione [c] seruata, pater, matérve ad alias nuptias migrare noluerit: neque vir his quæ de bonis vxoris ad se transeunt, neque mulier rebus quæ ex substantia mariti ad se peruenerunt, pro [d] suo arbitrio vti, vel eas vendere, aut quocunque iure vel modo alienare, vel pignoris iure seu hypothecæ, si voluerint, obligare, vtpote domini earum, prohibebuntur. Extantes autem prædictas res, si non fuerint alienatæ vel consumptæ, vel suppositæ, licebit liberis vindicare [e], etiam [f] non adeuntibus hereditatem parentum. Dat.2.Kal.Mart.Martiano & Zenone Conss.469.

Filius transmittit ad descendentes ius vindicandi lucrum sibi proueniens propter secundas nuptias patris vel matris ascendentibus & collateralibus exclusis: sed electionem habet in quem volet liberorum suorum lucrum illud transferendi. non est igitur hæc lex abrogata. Nouel.2.Iustiniani quæ matri electionem adimit, non autem eius filio Char.

7. Imperator *Zeno* Augustus, Sebastiano præfecto.

IN quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex altera parte deuolutas, filiis vtriusque sexus seruare præcepti sunt: si quem ex filiis vel filiabus ante patris vel matris obitum mori contigerit, (siue ante secundas nuptias, siue postea) filio vel filia, nepote vel nepte, vel pluribus, patre suo adhuc viuo, vel matre superstite, derelictis: portionem quæ defuncto filio vel filiæ debebatur, vel lucrum ex ea, nō ad fratres vel sorores mortui, sed ad [g] filios eius, vel filias, vel nepotes vtriusque sexus, aut [h] pronepotes, auis vel proauis superstitibus, peruenire decernimus: eligendi [i] videlicet, quos voluerint ex liberis superstitibus, non adempta licentia. Dat. Kalend. Mart. Ello V.C.Conss.478.

8. Imp.*Iustin.*A.Mennæ P.P.

SI quis prioris matrimonij filiorum ante secundas nuptias patris vel matris mortuus fuerit, filiis à se, vel nepotibus, vel pronepotibus relictis: partem eius non [k] ad fratres, vel, si nullus alius frater vel soror sit, ad patrem [l], vel matrem eius peruenire, sed [m] ad filios, vel nepotes, vel ||pronepotes|| eiusdem mortuæ personæ, sancimus: vt siue vnus, siue plures sint, eam [n] tantummodò partem vindicare possint, quæ mortuo competit. 1 ¶ Illud [o] etiam certa sanctione definire censemus, vt si quis vel si qua ex alio matrimonio filiis procreatis, minimè ad secundas [p] nuptias venerit: eodem modo liceat quidem genitori ||vel genitrici|| res ex priore coniugio sibi acquisitas, quomodo [q] voluerit, alienare vel administrare. si quæ verò earum minimè sint alienatæ, possunt liberi etiam [r] non adeuntes paternam vel maternam hereditatem eas vindicare.
2 ¶ Certum esse sancimus, quòd etiam illa de cætero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, quę in [f] testamento † genitoris, vel genitricis, vel specialiter relinquendo, vel generaliter heredem instituendo, facta sit.

In authen. de nupt. §. deinceps. & § solut. coll.4.tit.1. Nou.22.c.20.

N*Vnc autem, nisi expreßim [t] transponat in alios, præsumitur ipsis conseruare talia lucra.*

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

3 ¶ Talem verò licentiam ||datam|| filiis, vt etiam non [u] adeuntes paternam vel maternam hereditatem lucra vindicarent, quæ parens eorum ex matrimonio quod secundo toro minimè mutauit, sibi acquisita non alienauit, nullo modo eis concedimus, si paternam vel maternam hereditatem ab intestato ex parte (si fortè alij etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filij sunt) sibi acquisierint.
4 ¶ In illo etiam veterem sanctionem adimplentes, præ-

e *l.3.infi.s̃.eo.*
f *l.8.§.1.j.eo.*
g Proprietas rerum donatarum propter nuptias à matre ad liberos transferenda. Quid si vnus liberorū moriatur? eius liberi patrem repræsentant, & excludunt in ea fratres defuncti *l.8.j.eo.* & ita præmortuis filiis, si nepotes existunt, succedunt in lucra nuptialia iure hereditario in stirpes. *Nou.22.c.25. l.3.j.de bon. quæ lib.*
h Lucra nuptialia parentes liberis in infinitum tenen ur seruare: In liberis tamē vnum eligere possunt & in eum id genus lucri conferre.
i Datur electio filio, vt partem quam habet in donatione propter nuptias matri facta, transferat in quem velit liberorum suorum.
k sed ad liberos, *vt l.6.s̃.eo.*
l Rerum propter nuptias matri donatarum proprietas spectat ad eius liberos. Vnus liberorum moritur relicta matre & liberis, quid iuris? liberi matrem, id est, suam auiam excludunt in ea parte.
m *l.3.j.de bon. quæ lib.*
n Nepotes succedunt in stirpes.
o subrogati melioris non sunt conditionis, quàm hi sunt quibus subrogantur.
p Qui nō transit ad secunda vota, potest de lucris nuptialibus disponere. *Bald.* est qui ita interpretatur, Caia suscepit ex Titio liberos, e adē postea nupsit Sempronio, à quo res varias donatione propter nuptias accepit. Mortuo Sēpronio mansit vidua. Potest Caia alienare quo voluerit, modo res donatione propter nuptias à Sempronio acceptas, etiamsi liberos ex Titij nuptiis habeat.
q etiam per testamentum, qua de re *v.§.2.j.* r *l.6.in fin.s̃.eo.* f Alienationis verbo etiam intelligitur alienatio per testamentum seu testamentaria. *l.1. l.4.§.15. D.de leg.1.l.1.j.de fundo dotali.l.28.l.67.D.de verb.sig.* Imò institutio non continetur. *l.38.D.de legat.3.* † olim parens non transiens ad secunda vota, lucra nuptialia alienare poterat non tantùm inter viuos, sed etiam testamento, per legatum aut fideicommissum aut generalem institutionem. *§.1.s̃.eo.l.5.in fin.s̃.eo.* Hodie specialiter tantùm non per generalem institutionem, *Auth.prox.j.eo.* & ita, hic §. abrogatur.

t Alciatus hinc colligit, Parentes alienantes bona generaliter, præsumi reseruasse lucra matrimonij filiis suis: nisi expressim ea alienent. *1.præsump.5.*
u Liberi adeuntes pro parte hereditatem paternam vel maternam, lucra nuptialia alienata reuocare non possunt. x Vt bona matris secundo nubentis liberis (quibus lucra nuptialia reseruari debent) tacitè obligantur. *l.6.§.2.s̃.eod.* ita & patris, *vt hic.* Hoc tamen speciale est, Patrem non cogi ad reddendam liberis rationē superiorum nomine *j.eo.*

cipimus exemplo [x] matris cuius res post secundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis ||in hypotheca|| suppositæ sunt, ad conseruanda eis lucra, quæ ex priore matrimonio ad eam peruenerunt: patris quoque bona, quæ habet habiturúsque est, filiis ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias, ad ea conseruanda, quæ ex eorum matre lucratus est, supposità esse. Illius etiam patris, qui in sua potestate talem liberum [y] vel liberos habens, maternam eis substantiam, vel ex materna linea ad eos deuolutam seruare compellitur: bona iisdem liberis [z] supposita esse ad conseruandas easdem maternas res decernimus: ita tamen, vt occasione talium hypothecarum, neque patris, neque matris administrationem filij valeant perscrutari [a], vel aliquam eis mouere super hoc quæstionem: cùm perspicui sit iuris, etiam si alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra, vel maternas res sunt, ius hypothecæ integrum iisdem manere filiis. Dat.3.Id.Decemb.DN.Iustiniano A. II. Conss. 528.

Totum quod vltra modum secundæ coniugi datur vel relinquitur, tanquam non datum liberis vtriusque matrimonij applicatur. Bald.

9. Idem A. Mennæ P. P.

QVoniam præteritæ [b] leges omnia, quæ liberis ex priore matrimonio procreatis, mulier quidem secundo marito, vir autem secundæ vxori dotis vel ante nuptias donationis nomine, vel alio quocumque modo dederit vel reliquerit, his ampliora, quæ vni filio, vel filiæ ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda sunt, reuocata ad solos filios, ||vel filias|| ex anteriore matrimonio natos peruenire constituerunt, nulláque in hac parte filiorum ex secundo matrimonio natorum mentio facta est: hoc quoque corrigentes, omnia quæ memorato modo reuocantur, non solùm ad filios prioris matrimonij, sed † etiā ad eos qui ex secundis nuptiis nati fuerint, pertinere & in capita inter omnes diuidenda sancimus. 1 ¶ Ad hæc lucra quæ marito vel vxori ex dote, vel ante nuptias donatione occasione repudij accedunt, indistinctè post secundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad similitudinem [c] matrimonij morte dissoluti seruari, nec de cætero repudij causam requiri, vel aliam in ea || re exquisitionem || fieri. Dat. Idib. April. Constantinop. Decio V. C. Conss. 486.

In authent. de nupt. §.1. & §. nec illud. & §. optimè. col.4. tit.1. Nou.22.c.1.29. & 27.

A*D eos solos [d] etiam nunc pertinet: & si quis ex eis præmoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur.*

10. Idem A.Demostheni P.P.

CVm apertissimè legibus caueatur ingratos [e] liberos à maiorum suorum hereditate meritò esse repellendos, si hoc idem in suis elogiis conscripserint, & reuera hoc fuerit reuelatum: reclamare videtur huiusmodi sanctioni diualis constitutio [f] Leonis inclytæ recordationis, quam super filiis ex priore matrimonio procreatis conscripsit. Nam cùm necessitas est patri, vel matri, qui ad secunda vota migrauerit, tantum pręstare per quamcumque causam secundo marito, vel nouercæ, quantum filio vel filiæ ex anterioribus nuptiis progenitis, qui partem minimam habiturus est, reliquerit: maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. liberi etenim: scientes, quòd omnimodo aliquid sibi à genitoribus suis etiam nolentibus relinquendum est, & tantum, quantum secundus maritus, vel nouerca acceperit: omni licentia & lasciuia suos genitores iniuriis adficiebant. Quapropter sancimus, ingratos [g] reuera liberos neque hoc beneficium, quod diualis constitutio Leonis Augustæ memoriæ eis præstitit, in posterum posse sibi vindicare, sed quasi ingratos ab omni huiusmodi lucro repelli. Quam obseruationem in personis etiam aui & auiæ ||proaui & proauiæ,|| nepotum, vel neptium, item pronepotum, vel proneptium, siue in potestate, siue emancipati emancipatæve sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. Sed quemadmodum genitoribus prouidemus, ita & innocuam [h] posteritatem nullis affici iniuriis patimur: vt non genitores, qui sese secundis nuptiis deuouerint, irrationabile odium ad priores [i] liberos forsitan habentes, sine iusta ratione eos ingratos

y Liberum dixit numero vnitatis vt *l. 34. D.de pactis.*
z *l.11.j.qui potior.*
a Nota casum in quo parens non tenetur ad reddendam rationem.
b *l.6.s̃.eo.*
† abrogatur eo pacto lex 6.s̃.eo. Verùm hęc nostra lex postmodum abrogatur per authenticam. Ad eos.j.eo. reducto vsu d.legis 6.
c Statuta de lucris nuptialibus, soluto per mortem matrimonio, locum etiā habent matrimonio per diuortium soluto. *l. 6.l.vlt.j.de repud. Nouel.98. c.1.*
d Qui iniuriam passi sunt. Res ita habet, Qui ad secundum matrimonium transiit, non potest in secundam coniugem, dotis vel sponsalitiæ donationis, vel quo alio titulo plus transferre, quàm in vnum ex liberis prioris matrimonij. Quid si plus datum sit? Id quod vltra modum erit, reuocabitur, pertinebítque non ad liberos primi & secundi matrimonij, sed ad eos tantùm liberos qui offensi sunt per transitum ad secunda vota, id est, ad priores liberos. *Bald.*
e Ingrati liberi merito exheredantur.
f *l.6.s̃.eo.*
g Liberi ingrati non admittuntur ad lucra nuptialia liberis primi matrimonij à lege data. Ideóque iustè exheredati liberi in superflui partem non veniunt, neque ex parentis bonis tantum, quantum vitrico aut nouercæ parens dedit: imò nihil vindicare possunt. Exheredatio enim extinguit omne ius filij, ídque adiicitur legi 6. s̃. *eod.* quæ vetat filio relinqui minus legitima: hæc, verò ne minus quàm vitrico aut nouercæ; vtrunque adimitur exheredato.
h Innocens posteritas nullis afficienda est iniuriis.
i Persæpe id euenit, vt parentes secundi, quàm prioris matrimonij liberos magis diligant.

||vocare||

a Ingratitudo intelligitur cum effectu. *Nou.22.c.27.* b Qui ingratum dicit probare tenetur. nec enim ſtatur nudo patris teſtamento. c Iuſtinianus meminit huius conſtitutionis. *Nouell.22.& 68.* d Caſus orbitatis ſiue mortis liberorum, dotis vel donationis propter nuptias lucrandæ pro parte vel in totum. Caſus ij ſunt, diuortij, mortis, orbitatis, ſiue mortis liberorum. Inde caſus abſolutè pro lucro nuptiali. *l. vlt ꝟ.de iure dot.* vt caſus dotis, caſus militię.

||vocare|| concedantur. Eos etenim liberos huiuſmodi beneficio defraudari volumus, qui re [a] ipſa ingrati circa ſuã antiquitatem ab heredibus genitorum liquidis [b] & indubitatis probationibus conuicti fuerint ex eiuſmodi caſibus, qui antea priſcis legibus enumerati ſunt. Dat.15.Kalen. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Conſſ.486.

In 28.lib. βασιλικῶν fit mentio XI. conſtitutionis huius tituli, quæ ipſius quidem eſt Iuſtiniani, ſed ab eo abrogata Nou. 2. in qua etiam illius meminit: illam verò tum ex ipſo βασιλ. libro, tum ex Nouell. Iuſtiniani fuiſſe conſtat de hereditatibus filiorum, quorum matres ad ſecundas venerant nuptias, ſi ipſi ante eas inteſtati deceſſerint. In eodem βασιλ. libro fit etiam mentio 14. conſtitutionis tituli, quæ ipſius eſt Iuſtiniani, eam Cuiacius Latinam edidit in comment. ad Nouell. Iuſtiniani: quem ſecuti, illam ſic reſtituimus. Char.

II. Idem A. * [c]

SI filij quorum parentes ad ſecundas venerant nuptias, ante eos deceſſerint, proprietas lucrorum nuptialium ad filiorum heredes etiam extraneos teſtamento ſcriptos perueniet: deducto eo, quod in caſum [d] orbitatis parentem lucrari conuenit: quod etiam pro rata obſeruatur vno ex pluribus filiis ante parentem mortuo. Sed ſi parens lucra nuptialia alienauerit, & ad ſecundas nuptias venerit, nec eum liberi heredem inſtituerint, valebit alienatio ad finẽ eius, quod in caſum mortis liberorum lucrari parens, qui alienauit, debuit, & reliquum reuocabitur ab heredibus defunctorum liberorum. Dat. *

Cùm recitat primum huius legis caput Cuiacius, hæc adiicit. quæ tamen potius pro interpretatione accipienda videntur: Nam pars quæ ei competebat tranſit ad heredes eius, ſiue fratres ſint ſiue extranei, deducto tantum eo pro rata quod apud parentem ex caſu orbitatis ſiue mortis liberorum remanere debet. *Verùm Græcam huius conſtitutionis epitomen ab Ant. Auguſtino editam relinquimus. Char.*

Græca conſtitutio. Eius particulam hanc retulit Ant. Auguſt.

SEcundo nubens aut vxorem ducens prioris matrimonij lucra ipſius liberis præmortuis habeat, & vindicet ab his qui habent.

SI [e] SECVNDO NVPSERIT mulier, cui maritus vſumfructum reliquit.

TIT. X.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* Auguſti, ad Tatianum præfectum prætorio.

SI vſumfructum maritus rerum [f] ſuarum decedens vxori reliquerit, eáque in ſecundas nuptias conſortiúmque cõuenerit: vſumfructum quem ex priore marito conſecuta fuerit, amittat †: atque eum filiis ex eo die quo nupſerit, maturè reſtituat. Quòd ſi liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat||eos||tutoris auxilium, ac per huiuſmodi occaſionem mater, quæ relicta fuerant, vſurpauerit: omnia legitimè repetantur, ||&|| cum competentibus fructibus ad liquidum deducta ratione reſtituat. Hæc de vſufructu, quem vir extremam conſtituens voluntatem, de rebus propriis vxori reliquerit. ¶ De vſufructu verò rerum ante nuptias donatarum, ea obſeruari, quæ anteriores conſtitutiones decreuerunt, ſancimus. Dat. Idib. Martiis, Arcad. A. II. & Rufino Coſſ.392.

In authen. de nupt. §. ſi verò ſolum. col.4. tit.1. ex Nouel.22. cap.32.

HOc locum habet, ſi datus vel relictus fuerit ea lege, vt ex ſecundis nuptiis interiret: alioquin perſeuerat, ſiue relictus eſſet, ſiue donatus, quibus caſibus licuit. Sed vſusfructus in dote, ſiue ante nuptias donatione lege permiſſus, non poteſt à teſtatore derogari.

DE DOTIS [g] PROMISSIONE [h] & nuda pollicitatione [i].

l. vnic.3. Cod. Theod.9. f Vſumfructũ rerum ſuarum maritus vxori relinquit, vel rerum ante nuptias donatarũ. Priore caſu veteri mulier ſecundò nubendo vſumfructũ amittit, qui ad filios defuncti reuertitur. Poſteriore non amittit, ſed poſt obitum eius ad filios eiuſdem defuncti redit. Hodie, vſumfructum ita demũ amittit mulier, ſi ita relictum accepit, vt per ſecũdas nuptias eum amitteret. *Auth. proxim.*

† Qui olim ſecundas nuptias contrahebat, relictum vel conceſſum ſibi à priore coniuge vſumfructum bonorum omnium amittebat, & liberis prioris matrimonij integrũ reſtituebat. id quidem abrogatur Authentica proxima.

g de dotibus. 3. *Cod. Theod.13.* 4. *Harmenop.* 8. *Vlp.6.*

h De dictione dotis. *v. Vlp.6.§.* 2.

i ex qua naſcitur actio. *l.4. l. pen. ꝟ. eod. l.1.§. pen. C. de collat. dot.*

k Claudio: ita legendum eſt. ſcribit enim ad maritum Imperator.

l Dos incerta, re & genere, ex pacto nudo peti non poteſt, etiamſi nudum pactum in ſcriptis ſit redactũ, cum poſſit, mulier vel viliſſima, quædam dotis nomine exhibere. vel ita: Dotem promittens mulier, nõ adiecta quantitate aut re certa expreſſa quæ in dotem detur, inutilis eſt promiſſio, cùm poſſit mulier, vel viliſſimũ quidpiam dotis loco dare. 4. *Harmenop.* 8. §. 44. Imò peti poteſt *l.3. ꝟ. eo. l.69.§.4. D. de iure dotiũ. Harmenop. d. §.* 4. refert ad patrem pro filia dotem pollicentem: hanc legem ad ipſam filiam. quæ ſententia Accurſio diſplicet & Forcatulo 2. *Cupidinis num. 8. & 9.* putat itaque maritum hac lege indefinitæ dotis promiſſionem ad omnium bonorum dotem extendere, cùm id nulla lege prohibeatur. *l.4. ꝟ. de iur. dot.* voluiſſe: ac ſi Imperator diceret, valet promiſſio dotis: ſed fruſtra nimiam dotem tibi eſſe præſtandam opinaris. Alij putant hac lege id innui, Indefinitam dotis promiſſionem nullius fore momenti, niſi priuilegio aut beneficio principis adiuuetur promiſſio. ſed Faius apud Paponem 1. *Notar. 4. c. du contract de mariage.* Harmenopuli diſtinctionem tuetur, cuius eam eſſe rationem putat, Intereſſe mulieris quoties ea ipſa dotem promiſit, dotis promiſſionem ad quantitatem minimam redigere, vt reliqua bona ſint illi paraphernalia. Contra eſſe, quoties aliquis dotem mulieris nomine marito promiſerit, ne alioquin indotata maneat. Sincerior eſt & æquior, meo iudicio, Forcatuli ſententia, minus tamen textui reſpondet. m Dotem promittere: & dotem dare promittere ſe ſolemniter dicere hîc diſtinguuntur, adde Forcatulum in Cupidine, Iuriſperito, Coſtanum *tract. de dotibus. c.4. in fin.* n Feliciano, ita legi oportet. o Qui promittit vſuras dotis, is videtur ipſam dotem promittere. *l.21.§.1. D. de donat. int. vir.* p *ſub.* extraneus: *vt Theodorus* Græcus interpres notat. q *v. l.1. ꝟ. eo. l.69.§.4. D. de iure dot.* r *l.22. in fin. D. de reg. iur.*

TIT. XI.

De quantitate omiſſa.

1. Imp. *Alexand.* A. Claudiæ [k].

FRvstra exiſtimas actionem tibi competere, quaſi promiſſa dos tibi, nec præſtita ſit: cùm [l] neque ſpecies vlla, neque quantitas promiſſa ſit, ſed [m] hactenus nuptiali inſtrumento adſcriptum, quod ea, quæ nubebat, dotem dare promiſerit. PP. Kal. Aug. Pompeiano & Peligno [n] Conſſ.232.

De vſuris.

2. Imp. *Gord.* A. Herodoto P.P.

SI pro dote promiſſa vſuras [o] dare ſocer tuus ſpopondit: id, quod deberi oſtenderis, competens iudex ſolui tibi præcipiet. PP. 12. Kalend. Septembr. Pio & Pontiano Conſſ.239.

De quantitate commiſſa in arbitrium ſtipulatoris.

3. Idem A. Claudio ||P.P.||

SI quum ea, quæ tibi matrimonio copulata eſt, nuberet, is [p], cuius meminiſti dotem tibi non addita quantitate, ſed quodcumque [q] arbitratus fuiſſet, pro ea daturum ſe ritè promiſit, & interpoſitæ ſtipulationis fidem non exhibet. competentibus actionibus vſus, ad repromiſſi emolumentum iure iudiciorum peruenies. videtur enim boni [r] viri arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe. PP. Kal. Ian. Sabino & Venuſto Conſſ.241.

De parte non ſoluta.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* Auguſti, & CC. Rufo.

SI voluntate dotantis in dotali inſtrumento plura [ſ] tibi tradita ſcripſiſti, quàm ſuſcepiſti: intelligis de [t] his, quæ deſunt, petendis, pactum eſſe conſecutum. S. Nonis Aprilis, AA. Conſſ.

Cui datur actio.

5. Iidem AA. & CC. Daſumianæ.

SI pater marito tuo ſtipulanti promiſerit dotem: non tibi, ſed [u] marito contra ſucceſſores ſoceri competit actio. Datum 8. Kal. Decemb. AA. Conſſ.

De verbis, de ſcriptura, de nudo pacto.

6. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hierio P P. poſt alia.

AD [x] exactionem dotis, quam ſemel præſtari placuit, qualiacumque ſufficere verba cenſemus, ||ſiue ſcripta fuerint, ſiue non, || etiam ſi [y] ſtipulatio [z] in pollicitatione rerum dotalium minimè fuerit ſubſecuta. Dat. Kal. Mart. Conſtantinop. Felice & Tauro Coſſ.428.

Ex quibus bonis dotem filiæ dediſſe pater intelligatur.

7. Imp. *Iuſtin.* A. Ioanni PP.

SI pater dotem pro filia ſimpliciter dederit, vel||pro||filio ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius vel in poteſtate conſtitutus, vel fortè emancipatus res maternas, vel||ex||alio modo tales, quæ acquiſitionem effugiunt, quarum vſusfructus ſolus apud patrem remanet, vel quocumque modo poterat quaſdam actiones contra patrem habere: dubitabatur apud veteres, vtrúmne videretur pater ex ipſo debito, dotis vel ante nuptias donationis feciſſe promiſſionem vel dationem, vt ſeſe ab huiuſmodi nexu liberaret: an debitum quidem remaneret in ſua natura, liberalitas autem paterna dotem vel ante nuptias donationem dare ſuggeſſiſſet. Et in tali dubitatione multa pars legumlatorum ſeſe diuiſit: alio etiã incremento huiuſmodi quæſtione addito, ſi fortè dixerit in inſtrumento dotali, ex rebus paternis & maternis dotem vel ante nuptias donationem dare: vtrum pro dimidia parte videatur datio vel promiſſio facta eſſe, an pro rata portione vtriuſq; ſubſtantiæ. Vtramq; igitur dubitationẽ certo fini tradentes, ſancimus, ſi [a] quidem nihil addendum exiſtimauerit, ſed ſimpliciter [b] dotem vel ante nuptias donationem dederit, vel promiſerit: ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi, debito in ſua

ſ Qui ex cauſa dotis plus receppiſſe confitetur, quàm recepit, agit ad ſupplementum. *v. Synopſin Baſilic.29. tit.1.c 83.* 4. *Harmen.8. §.15.* περὶ τῆς εἰς προῖκα δοθέντων.

t *facit lex 12. §.3. in fin. D. de pact. dotal.*

u Ex promiſſione dotis agit maritus nõ mulier, ſecus in legato. *l.69.§.2. D. de leg.1.* Ex nuda promiſſione dotis petere dotẽ debet. 4. *Harmenop.* 8. §. 13. ex quauis promiſſione petitionẽ dos habet, etiamſi ſtipulatio non præcedat. *Synopſ. ibid. c.85.*

x *l.3. C. Theod. eo. adde Harmenop. d. loco.*

y etiamſi dictio vel ſtipulatio, &c. *d. l.3.* Tribonianus verbum, *dictio*, ſuſtulit propter ſublatã ſolennitatẽ dotis dicendæ. idẽ factum in *l.1. ꝟ. de iure dot.* Dos autem dicebatur ſolennibus verbis ſiue ſtipulatione. *v. l. 48. D. de iure dotium.* veluti ita, decem doti tibi erunt. *l.59. D. de iure dot.* aut, quòd mihi debes doti tibi erit. *l. 44. §. 1. l. 46. §.1. l.57. ff. de iur. dot. dixi ad Vlp.6.§.1. & ſeq.*

z *l.35.§.5. ꝟ. de donat.*

a aliam diſtinctionem. *vid. in Nouell. Leo.21.*

b Pater dotãs filiũ vel donans propter nuptias, in dubio ex ſuis bonis dotare aut donare intelligitur, non ex bonis filij, filięve cui donat, quantumuis ipſi liberi ſint locupletes. *l. 5. §.12. D. de iur. dot.* 4. *Harmen.8. c.* περὶ τῆς εἰς προῖκα δοθέντων *f.* Imò non intelligendus eſt de ſuo dotare. *l.43.§.1. D. de adminiſtr. tut.* ſed potius animo compenſandi debiti (quod cuiuis debitori, etiam patri, ſolet accidere. *l.22. §.3. in fin. D. ſoluto.*) & nomine curatorio. *l.34. D. de negot.* An id ideo receptum, quòd præſumitur pater ſe obligatione naturali voluiſſe liberare, vt vult Baldus? An potius, quòd pater durius obligatur ex officio ſuo paterno, quod ex lege eſt, quam ex geſtione & adminiſtratione bonorum filiæ: vt ita in duriorem caſum videatur promittere & ſoluere. *l.4.5. D. de ſolut.* vt vult Mynſing. *5. obſ.32.* An potius quòd inter coniunctiſſimas perſonas donatio facilè præſumitur? An quia dans vel promittens, in dubio intelligitur promiſiſſe de ſuo, vt vult Alciat. 1. *præſump.*26. Placet ſummopere definitio Leonis Nou.21. Patrem ſolũ conueniri, quoties ſolus promiſerit: ſi cum filio, æqualiter teneri, niſi inæqualiter promiſerit. Alij notant patrem in dubio præſumi ex ſuis bonis dotaſſe filiam, niſi inops ſit, niſi filia legitimè conſentiat, niſi pater gerit negotia filiæ, niſi pater ſit naturalis tantũ: his. n. caſib. pręſumi, nõ ex propriis bonis, ſed ipſius filię, filiã ipſã dotare. *adde Camp. trac. de dot. par.1. q.16*

a Paternum officium est, dotare filias vel donationem propter nuptias dare. *v. quæ dixi ad l. 19. in fin. D. de ritu. l. 81. D. pro socio.* b. Dos semel data reuocari non potest. c Pater qui ex suis & maternis filiæ bonis filiam dotat, dotis causa suo nomine tenetur, nisi sit inops. d *v. Hotom. 8. consil.* e *dixi ad l. 23. D. 3.* f id est, causa, conditione, natura. g De dotium origine, notatione. An dos sit quid vniuersale, An dos impromissa vel soluto matrimonio: vel modica, sit dos. *vide Costanum tract. de dotib. cap. 1. 2.* An dos, filiæ tantum naturali debeatur, & inhoneste viuenti: An pater filiam locupletem dotare teneatur: An dotanda sit filia, quæ inscio patre nupsit: vel quę patri ingrata fuit. vide eundem *ibid. cap. 3.* Quid res extradotales, seu extra dotem, aut paraphernales. *v. l. 29. j. eo. l. 9. §. 3. D. de iur. dot. 4. Harmenop. 4. Synopsis Basilic. 29. tit. 1.*

figura remanente. Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum [a] esse officium, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera & irreuocabilis [b], vt puro nomine & liberalitas & debitum suam sequantur fortunam. Vbi [c] autem ex rebus tam suis, quàm maternis, vel aliis, quæ non acquiruntur, vel ex suis debitis dixerit se fecisse huiusmodi liberalitates: tunc si quidem penitus inopia tentus est: ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem esse datam, quæ ad filios vel filias pertinent. Si verò & ipse substantiam idoneam possidet: in hoc casu quasi de suo patrimonio dotem vel ante nuptias donationem dedisse intelligatur. Poterat enim secundum suas vires, dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare, & consentire filiis suis, quando voluerint partem, vel fortè totam suam substantiam quam habent, paternæ liberalitati pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare: vt reuera [d] appareat quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur: ne dum effuso sermone sese iactet, in promptum incidat sui periculum. Dat. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste. Conss. 530.

DE [e] IVRE [f] DOTIVM [g].

TIT. XII.

De euictione & de dolo.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Nicephoro.

EVICTA [h] re, quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio [i] vel promissio fuerit interposita: gener contra socerum vel mulierem, seu hæredes eorum [k], condictione, vel ex stipulatione agere potest. Sin autem nulla pollicitatio vel promissio intercesserit: post euictionem eius, si quidem res æstimata [l] fuerit, ex empto competit actio. ||Sin verò hoc non est factum: si quidem bona [m] fide eadem res in dotem data est, nulla marito competit actio.|| Dolo autem dantis interposito, de dolo actio aduersus eum locum habebit, nisi à muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa actio aduersus eam detur, in factum actio competit. PP. Data Kal. August. Mutiano & Fabiano Coss. 202.

De eo qui stipulatus est dotem sibi reddi.

2. Imp. *Antoninus* A. Alluuiadi.

SI stipulatio de restituenda portione dotis datæ subiecta est, conditióque [n] eius extitit: habet ex ea actionem is, in cuius personam vtiliter concepta commissaque est. secundum quod si Polla soror tua de restituenda sibi parte dotis habet actionem, eo quòd mater vestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: metuere [o] non debet doli exceptionem, quòd matri suæ, quæ pactum interposuit, heres ex minore quàm dimidia portione extitit: nisi liquidò probatum fuerit, matrem eius mutasse [p] dotis pacti voluntatem, contentámque esse ||voluisse|| filiam ||suam|| pro portione hereditatis prælegationibus, maritúmque suum [q] exactione liberari voluisse. P.P. Dat. 3. Kalend. August. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

De manumissione serui dotalis.

3. Imp. *Alexand.* A. Euphemio.

ETsi dotis exactio [r], defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere: dotalibus tamen seruis maritus [s] testamento directam & fideicommissam libertatem iure dedit, & præstita reuocari non debuit: cùm & inter viuos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio liberam habeat maritus facultatem. PP. 6. Id. Decemb. Antonino & Alexandro Coss. 223.

De vniuersis bonis mulieris.

4. Idem A. Valenti.

NVlla [t] lege prohibitum [u] est vniuersa [x] bona in dotem marito fœminam dare. PP. 4. Id. Iul. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De æstimatione.

5. Idem A. Statiæ.

h *v. l. 16. D. eo.* vt hinc colligas esse actionem de euictione ex dote. *vt hic. & l. vn. §. 1. j. de rei vxor.* est & ex venditione, permutatione, in solutum datione, adiudicatione, articulo. Do vt facias. *l. 52. D. de euict.* ex donatione si ἰσῶ' ἀντιδώρῳ quis donauerit. *l. 2. Langobar. de euict.* est & ex inuestitura *2. Feud. 8. vbi v. Cuiac.*

i dictio: ita scriptum fuisse Cuiacius refert *ad 6. Vlp.* causam dixi *ad l. 6. s. de dot. promiss. in fi. l. 79. D. de iure dot.*

k *l. 13. j. eo.*

l sensus legis is est, Vbi constitutio dotis incipit à promissione re euicta potest agi de euictione. vbi incipit à traditione, de euictione non agitur, nisi res æstimata data sit, vel dolus dantis vel tradentis intercesserit.

m *l. 69. §. 7. D. de iure dot.*

n Conditionis euentu nascitur actio.

o *v. l. 9. D. de reg. iur.*

p id enim potest. *l. 72. in fi. D. eod.*

q *v. l. 11. D. de dote relegata.*

r Dotis exactio an ad patrem redeat, filia in matrimonio defuncta superstitibus liberis. *v. l. dos à patre j. soluto matrim.*

s Dotalis seruus potest per maritum in testamento & inter viuos manumitti. *l. 21. D. de manumissionib.* ratáque eiusmodi libertas est, etiamsi socero competat dotis exactio, filia in matrimonio defuncta. *Synops. Basilic. 29. tit. 1. c. 89.* t Permissa intelliguntur, quę nulla lege prohibita sunt. *v. l. 7. s. de religiosis.* proinde facilè libertatem præsumimur. u Imò, prohibitum minori. *l. 9. §. 1. D. de minorib. l. 1. s. si aduers. dot.* & in fraudem alicuius liberorum. *s. de inoff. dotibus.* vel prioris matrimonij. *l. 6. s. de secun. nupt.* idem dicendum si mulier decepta. *l. 6. in fin. l. 12. §. 1. in fin. D. eo. adde Forcatul. 27. Necyomant.* x *l. 72. D. eo.* etiam immobilia. *l. 62. D. eo. v. l. vlt. in fin. j. si maior fact. vendit.* non solùm præsentia sed & futura. *Bald. hic.* y Dotem æstimatam accipiens, non res ipsas, sed earum pretium consequutus intelligitur. Ideóque soluto matrimonio non res ipsas, sed earum æstimationem reddere potest. *Synopsis ibid. c. 91. 4. Harmenop. 8. § 5.* si modò nihil de electione apertum fuerit. *vt hic l. 10. §. vlt. D. eod.* z *v. l. 10. j.*

† Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionem nisi per stipulationem: cęteri etiam possunt nudo pacto, *vt hic:* Hodie videtur patri dari actio ex stipulatu, etiamsi nulla interposita sit stipulatio. Nam stipulationes & hypothecę inesse dotibus intelliguntur. *l. vn. §. 1. §. 6. j. de rei vxoriæ action.*

QVotiens res [y] æstimatæ [z] in dotem dantur: maritus dominium consecutus, summæ velut precij debitor efficitur. Si itaque non conuenit, vt soluto matrimonio restituerentur, & iure æstimatæ sunt: retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. Datum 3. Id. April. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De nudo pacto.

6. Imp. *Maximinus* A. Sulpitio.

AVia tua eorum, quæ pro filia tua in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercessit, actionem ex fide conuentionis ad te, si heres extitisti, transmittere potuit. Nec † enim eadem causa est patris & matris paciscentium: quippe matris pactum actionem præscriptis verbis constituit: patris, dotis actionem profectitiæ nomine competentem conuentione simplici minimè creditur innouare. Dat. 3. Id. Feb. Maximino A. & Africano Conss. 237.

De parente qui ex interuallo stipulatus est.

7. Imp. *Gordianus* A. Marco.

CVm à socero tuo pro vxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea: socer tuus tecum paciscendo, si id non ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem eius lædere [a] non potuit. quandoque enim sola de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de iure defenditur. P. P. D. Kal. Oct. Pio & Pontiano Conss. 239.

De additamentis.

8. Idem Augustus, Agrippinæ.

ETiam si non dotem reddi sibi mater, sed ea quæ in dotem data sunt, vt [b] eam sequerentur, vel ad se pertinerent, in matrimonio defuncta filia, stipulata sit: durante matrimonio filia decedente, actionē ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse iudicamus. cui consequens est, vt etiam [c] id [d], quod additamenti [e] causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. PP. Kal. Feb. Sabino & Venusto. Conss. 241.

Qui potiores creditores habentur.

9. Imp. *Decius* Augustus & Cæsar Vrbicanæ.

DOtis tuę potiorem causam magis esse conuenit, quàm reipublicæ, cui postea [f] idem maritus obnoxius factus est. PP. 6. Id. Iun. Decio A. & Grato Coss. 251.

De æstimatione.

10. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Ingenuo.

CVm dotem te æstimatam [g] accepisse profitearis: apparet iure communi per pactum, quod doti insertum est, formato [h] contractu, ex [i] empto [k] actionem esse. Quis enim dubitet æstimationem [l] à te mulieri deberi, cum periculo [m] tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. XII. Kalend. Maij., Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De rebus dotalibus direptis.

11. Iidem AA. & CC. Seueræ.

DE his, quæ in dotem data ac direpta [n] commemoras, mariti tui esse actionem, nulla est dubitatio. Dat. 10. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Conss.

De fundo empto ex pecunia dotali.

12. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, non tibi quæritur [o], cùm neque maritus vxori actionem empti possit acquirere. at dotis tantùm actio tibi competit. Vnde aditus præses prouinciæ, si non ||te|| transegisse repererit, sed ex maiore parte dotem consecutam, residuum restitui prouidebit. Data 8. Kalend. Maij, Heracliæ, A A. Conss.

Si mater res filiæ in dotem dederit.

13. Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI à matre vestra superstite aliquid ad [p] vos pertinens, in doem scienti vitrico vestro datum est: intelligitis nul-

a Ius filia quęsitum facto patris, non potest ex facto ea non cōsentiente mutari, *vt hic: & l. 28. D. eod. l. 6. j. de pact. conuent. l. 7. D. de pact. dot.*

b hinc colligunt, Sensum magis spectari qua verba.

c Dotis augmētum, eadem dos censetur nō alia & noua: hoc est eandem dotem esse finit, non aliā efficit: ideóque vt pars dotis, iisdē priuilegiis fruitur, quibus & ipsa dos, siue lucrum spectes, siue facultatem donandi filiæ, siue hypothecæ tacitæ priuilegium, siue i[p] stipulationis interpositę pro ea reddēda. vt multis notat *Rolan. à Valle tractatu de lucro dotis. c. 100.*

d Dotis stipulatio, trahitur ad augmentum dotis. *vt hic.* licet stipulatio strictè intelligi soleat. *l. quidquid astringendæ. D. de verb. oblig.*

e Dispositum in principali, in augmento intelligitur tacitè repetitum. *Bal.*

f Inter fiscum & mulierē prælatio sumitur ex tempore Baldi: *dicam ad l. 2. j. de priuil. fisci.*

g *l. 5. s. eo.*

h Pacta dotalia formāt contractum. *l. 1. j. de pact. conuent. l. 7. §. 5. D. de pact. dot. vide Cuia. 2. obs. 15.*

i Dotem æstimato acceptam viro, tueri potest actione ex empto: & cur.

k Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto.

l Soluto matrimonio rerum æstimatarū pretium mulieri à marito debetur.

m Dotis æstimatæ periculū & commodum maritum sequitur. *l. vn. §. 9. in fi. j. de rei vxor. act. l. 51. D. soluto. l. 10. l. 42. D. de iure dot. 4. Harmen. 8. §. 1.*

n Pro rebus dotalibus abreptis, agit maritus non vxor. *l. 49. in fin. D. de furtis.*

o Dotalibus nummis comparatum, non est in vxoris dominio. sed si partem dotis mulier consequuta fuerit, neque transegerit, de residuo dotis agere poterit. Quippe non debet harum rerum ita emptarum dominium vendicare. *l. vltima j. de seruo pign. dato. l. 55. in fin. D. de donat. int. vir. & vxor. l. 48. in fin. D. de furt. Synopsis Basilic. eo. c. 98. 4. Harmenop. 8. §. 29. & 37. Cuiac. 5. obs. 29.* Imò quæritur, fitque dotalis. *l. 54. D. eod. 4. Harmen. 8. §. 29.* Fit dotalis, si maritus non sit soluendo. *dixi ad d. l. 54.*

p Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua. *Bald.*

a l.1.§.eo. b Mater nō cogitur filiam dotare,nisi ex causis expressis in iure aliud in patre l.19.D.de ritu. c Dotare filiam mater non cogitur: sed nec ex bonis vxoris filiam dotare pater facultatē habet. 4.Harmenop.8.§.49.petere ipse cogitur qui & receptam dotem quam pro filia dederat, in secundas eius nuptias seruare debet. ib.§.50.l.19.ff.de ritu. d Pater dotare filiā non potest de bonis vxoris suæ inuitæ.

lam firmitatem iuris dationem, habere : si neque pollicitatio [a] neque stipulatio intercessit.Dat.Prid.Kal.Maij, Heracliæ AA.Coss.

An de bonis maternis filia dotanda sit.

14. Iidem AA.& Cæs.Basilissæ.

NEque mater [b] pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna & probabili causa,vel lege specialiter [c] expressa:neque pater [d] de bonis vxoris suæ inuitæ vllam dandi habet facultatem. Dat. Nonis Nouemb. Philippopoli, AA.Conss.

De Instrumentis.

15. Iidem Augusti,& CC.Vlpiano.

CVm citra [e] fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti, post diuortium quondam vxoris tuæ secundum bonam fidem restitui debere constet: amissis etiam instrumentis sine dubio cætera probationum iudicia [f] iure prodita non habentur irrita.Data 8.Kal. Aug.Sirmij,AA.Coss.

De re communi.

16. Iidem Augusti & CC.Æmilio.

ANte [g] diuisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens, pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Dat.Non. Iulij, Sirmij,CC.Conss.

De proprietate & vsufructu.

17. Iidem Augusti & Cæsares,Sabino.

REs,quas [h] vsufructu sibi deducto socrus [i] in dotem dedit, venundando auferre [k] tibi non potest. Dat.Non. Iulij,Sirmij,CC. Conss.

18. Iidem Augusti Menestrato.

SI socrus tua fundum deducto vsufructu vxori tuæ donauit, tibíque in dotem vxor quidem proprietatem [l], socrus autem vsumfructum dedit : vxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum apud te remansisse secundum [m] placiti inter vos fidem, non ambigitur.Nam si acceptura certum quid annuum, filiæ suæ vsumfructum locauit:mortua [n] conductrice, vsusfructus extingui minimè potuit.Datum 14.Kal.Ianuarij,Sirmij,CC.Conss.

An actio filiæ per patrem quæratur.

19. Iidem Augusti & Cæsares,Achilli.

CVm patrem pro filia dotem tibi dantem, si post mortem suam in matrimonio constituta rebus humanis eadem eximatur,partem dimidiam dotis Amniæ reddi,pactum proponas:post verò testamēto, facto cum aliis etiam Amniam hæredem scripsisse, nec Amniam quicquam ex stipulatu petere velle sanxisse:si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non probetur, ex [o] alieno pacto non prorsus ei vlla competit actio. Si verò ex ea verborum [p] conceptione sibi Amnia quæsiuit obligationem, ac tibi testatorem prospexisse probetur: contra eam ex stipulatu post euentum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate, quæ fuit stipulata, exceptione(salua Falcidia)vti potes. Data 13.Kal. Febr.Sirmij,CC.Conss.

De fructibus.

20. Iidem AA.& Cæsares,Tiberio.

PRo [q] oneribus matrimonij,mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit : vel si vxori capere donationis [r] causa permisit, eum, in quantum locupletior [ſ] facta est,posse agere manifestissimi iuris est.Dat.V.Kal.Maij, Sirmij,CC.Conss.

e Dos citra scripturam dari potest. Ideoq; etsi data fuerit interueniente scriptura, & instrumēta perierint, nihilominus dos petitur, si modò probetur datam fuisse Synopsis Basilic. eo. c.101. 4.Harmeno.8.§.17. Amissio instrumentorum dotaliū non præiudicat doti.adde l.vn.§.1. vers. & nemo C.de rei vxor.act. f l.vl.§.de prob. g Communio nō impedit partem pro indiuiso dari in dotē l.1.§. com.diuid. l.14.§.de contra. empt.l.3.§. de cō. rer.alien.l.vl.ꝗ.de litigiosis.l.11.ꝗ.de donationibus. h quarum, Accursius. Cuiacius 17.obser.6. vt sit σύλληψις sicut in lege 24.§.familiæ:l.14.ꝗ.de fideicom.&c. i tua sc. k & ita auferēdo proprietatē. Hoc innuitur, Proprietatem alienari non posse inuito ꝓprietario. l l.22.l.23.ꝗ.eod. m Eiusdem rei proprietas in dotem dari potest ab vxore : eiusdem rei vsusfructus ab vxoris matre. n Morte conducentis non extinguitur vsus formalis Salicet. o Pater filio emācipato stipulari non potest. Nam alieno ex pacto non datur actio l.26.ꝗ.eod.l.27.§.4.D.de pactis:l.1.ꝗ. res inter alios : adde quæ notaui ad l.38.§.17.D.de verb. p Stipulatio est verborum conceptio Paul.2. sent.3.§.vnico. q l.21.§.1.D.de donat.int.vir. r Fructus dotis, vxori donari nō possunt. Donati repetūtur, quoties facta est vxor locupletior. ſ l.50.in fi.D.de donat.int.vir. t l.5.ꝗ.eod. u l vlt.D.de pactis dotal.l.50.D. soluto matrim. x si modo extent. l.1.ꝗ.soluto. y Qui rem æstimatam restituere tenetur sub eadem æstimatiōne,de ipsa re non de æstimatione tenetur : & ita hoc casu,res est in dote,non æstimatio. z l.17.§.eod.l.21.ꝗ.de donationibus. a Vxor prædium dotale inæstimatum non potest vendere, nec vendēti marito consentire. Instit.quib. alienare licet in pr.l.vnica.§.15.ꝗ.de rei vxor.act. b Dotis dominium an sit penes vxorem vel virum & an res dotales pereant aut sint periculo mariti vel vxoris,vide Costanum tract.de dotib.ca.5.d.l.17. c Dos culpa mulieris amissa non reuertitur ad eum qui dedit, nisi id sibi stipulatus sit, adde l.69.§.6.ff.de iure dot. d Dedit mulier dotem, vt de ea testari posset, non est testata,committitur stipulatio : quia non fuit conditio apposita superioribus verbis, sed causa efficiens & impulsiua. Defectus causæ impulsiuæ non impedit ius agendi. e Testamentum mortem antecedit, neque locum habet nisi mortuo testatore. f Do tibi aliquid vt de eo testari possis. Datio non est conditionalis sed causalis. g vide l.4.ꝗ.de contr.stipul. h Titius, nomine Caię filiæ, Sempronio genero dotem constituit,eámque reddi Demostheni emancipato stipulatur: non est vtilis stipulatio, cùm pater non possit stipulari filio emancipato. Nam emancipatus patri est extraneus. Extraneo non possumus stipulari l.19.§.eod. adde l.4.l.7.ꝗ.de pactis conuent.l.45.D.soluto. i emancipato. k Maritus dotem vxoris, pacto lucratus est : mortua vxore, hereditatis eius nomine pensitationes sunt præstandæ. vxoris heredes conueniendi,non maritus.& ita onera hereditaria spectant ad heredes vxoris non ad maritum dotem vxoris lucrantem adde l.72.D.eod. l Hæc constitutio Zenonis ad Ælianum scripta, discissa à Triboniano fuit in tres partes:quarum vna hîc continetur. altera in lege vltima §.de in integ.tertia in leg. vltima ꝗ.de magistratib. conueniendis.

De æstimatione.

21. Iidem Augusti & Cæsares,ad Geminium.

SI inter virum & vxorem pactum sit interpositum, vt, si matrimonium intra quinquennij fortè tempora quoquo modo esset dissolutum, species [t] æstimatæ doti datæ, pretiis [u], quibus æstimatæ sunt redderentur [x] : manifestum est non [y] pretia specierum dari,sed ipsas species debere restitui: cùm in placitis specierum reddendarum idcirco preciorum nomen videatur annexum,ne,si species aliqua deminuta fuisset aut perdita, alio precio, quàm quo taxata fuerat, reposceretur.Datum Non. August. Agrippinæ, CC.Conss.

De alienatione.

22. Iidem Augusti & Cæsares, Libyanæ.

REm,quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit,alienare [z] non potest. Datum V. Kalen. Decemb.ijsdem CC.Coss.

23. Iidem AA.& CC.Diogeni.

SI prædium vxor tua dotale [a] venundedit : sponte nécne contractum ratum habuerit,nihil interest: cùm rei tibi quæsitæ dominium [b] auferre nolenti minimè potuerit.Datum V.Kal.Octob.Viminacij,CC.Conss.

An dos reuertatur ad eum qui dedit.

24. Iidem Augusti & CC.Aurelio & Lysimacho.

SI dotem marito libertæ vestræ dedistis, nec eam reddi soluto matrimonio vobis incontinenti pacto vel stipulatione prospexistis:hanc,culpa [c] vxoris dissoluto matrimonio penes maritum remansisse constitit, licèt eam ingratā circa vos fuisse ostenderitis. Datum VI.Kal.Nouemb. Antiochiæ.CC.Conss.

Si mulier stipuletur dotem sibi reddi,testandæ causa

25. Iidem AA.& CC.Eutychiano.

SI mulier dotem à viro dari stipuletur, vt [d] de ea testari possit : cum ordinationis testamenti cogitatio, mortis antecedens [e] tempus significet,nec [f] conditionem,sed causam contineat : intestata [g] quoque muliere defuncta,stipulationem committi proficiet. Dat.III.Id. Nouemb. Antiochiæ.CC.Conss.

Si pater dotans stipuletur extraneo

26. Iidem Augusti & CC. Demostheni.

SI genero dotem dando pro filia pater communis [h] eam reddi tibi extraneo [i] constituto stipulatus est: nec sibi cessante voluntate,nec tibi prohibente iure,quærere potuit ‖actionem‖.Dat.VI.Kalend.Ianuar. ipsis CC.& Conss.

De oneribus hereditariis.

27. Iidem Augusti & CC.Pompeiano.

LIcet dos iure penes maritum remanserit:pro tamen hereditariis successores,non maritus quondam solennibus pensitationibus parere debent.S.VI.Kalend. Ianuar.Sirmij CC.Conss.

De muliere minore viginti quinque annis

28. Imp.*Zeno* [l] A.Æliano.præfecto prætorio.

MVlier in minori ætate constituta,dotem marito consentiente generali [m] vel speciali curatore, rectè dare & exigere [n] potest:licèt ipse tempore creationis fideiussorem in minorem [o],quam dos est, quantitatem dicitur præstitisse.Hoc idem obseruatur,& si minor ante nuptias donationem cōsentiente(vt dictum est)curatore fecerit. Dat. Kal.Ianuar.Basilio II.& Armatio [p] Conss.476.

Viro vergente ad inopiam

29. Imp.*Iustinianus* A.Mennæ.PP.

VBi [q] adhuc [r] matrimonio constituto [ſ] maritus ad inopiam [t] sit deductus,& mulier sibi prospicere [u] velit,

m Curator dotis constituendę causa generalis vel specialis cōstitui potest l.61 ff.eod. n & exigi.ita legendū esse Cuiacius monet 16.obs.14. o in eo minor mulier læditur: vt cui cautum non sit in integram dotem.vitium hoc ne dicas accidisse dolo curatoris, sed scribæ. l.vlt.ꝗ.de magistratib.conueniendis. Res ergo ita habet, Minor mulier curatore consentiente, centum dedit in dotem curatore adhibito.Curatoris nō vitio, sed scribæ (hoc supplendū ex d.l.vlt.) fideiussor accipitur à minoris marito in 80.& ita in minorem quātitatem. Minor dotem inutiliter datam esse contendit,petitque restitui. nō est audienda cū iure communi vsa sit l.vlt.§.de in integ.l.51.§.4 in fi.ff de fideiussorib.l.116. §.1.ff. de reg.iuris: dotem enim constituit adhibito curatore. & tamen subuenitur data ei actione in scribam, cuius vitio fideiussor in minorem quātitatem acceptus est. Ex his itaque trib. legibus coactis in vnam, alia ex alia clarissimam lucem accipit: adde Cuiac. 16. obs.14. p malè adiungitur Basilio Armatius, vt qui nō cum Basilio, sed cum Basilisco fuerit Consul.cuius memoria damnata l. 16.§.de sacrosanctis: adeò vt solum Armatij nomē inscriptione ponatur non Basilisci. Scribe itaque Dat. Kalen.Ian.C.P.Basilio V.C. Cos. Nam is Basilius consul fuit solus. adde Cuiac.16.obs.14. q Dotis, donationis ante nuptias, & extradotalium rerum nomine, mulier etiam constante matrimonio, res mariti inopis (hæc causa maximè hîc seruāda est)tāquā ex hypotheca tenere potest:Nā siue cōueniatur à creditorib. mariti,exceptionē habet:siue agat,vincere debet.Neque ei obstat, ꝙ nōdum solutū sit matrimonium : nam hoc casu res mariti ita accipere potest : quasi si matrimonium solutum foret:atque ipsi, dotis petitio competiisset. Cæterùm creditores, si quas actiones habere se putant, iis experiri debent, aduersus virum, vel res ipsius quas postea forte adquisiuit. Mulier nihil interea potest alienare dum maritus viuit: quippe nullam aliam ob causam res eas mulier consequitur,quàm vt fructus earum percipiat,& se cum marito,communibúsque liberis alat. Synopsis Basilicōn 29. titul.1.c.113.4.Harmenopul.8.§.38. r Ante diem agi non potest l.1.§.de plus petit.c. vnico,extra de plus petit. fallit si maritus ad inopiā vergat vt hac lege, fallit si debitor fugit l.ait prætor, si debitorem ff.de his qui in fraudem aut suspectus est. l.si fideiussor in f.ff.qui satisdare:l.in omnib.ff.iudicatū solui §.Ioan.Andr.in c.vnico de plus petitionibus. ſ i.cōstante,Nou.97.c.6. t l.30.in fi.ꝗ.e.l.24.D.soluto. u Periculū.n. est in mora.

a Paraphernalia intelligit, de quibus vide *l.9.§.3.ff. de iure dotium*. Dos, donatio propter nuptias & res paraphernales, diuerſæ. b voluntate etiam mariti *Nouell.12.cap.39.* c Vxor mariti res tenens, exceptione aduerſus agentes mariti creditores iuuatur. Poſſidenti, datur exceptio: non poſſidenti, actio.

d Dotales res etiam conſtante matrimonio, viro ad inopiam redacto, mulier actione inſtituta pôt petere. An directa in rê vt vult Harmenopulus 4. *titul.8. §.29.* An vtili, vt Cuiacius *5. obſ. 29.* Hanc rationem Harmenopulus adfert, quòd hypothecaria, mulier res etiâ viri auocet.

e Ratio dubitâdi videbatur, Mulierem agere non poſſe dotis ſuæ nomine conſtante matrimonio.

f Mulier conſtante matrimonio, viro eius vergête ad inopiam, nedû contra eum, ſed etiam côtra tertios poſſeſſores bonorum mariti poteſt agere, vt conſequatur dotem, donationem propter nuptias & res paraphernales collocet in tuto, vtque ea poſſit deſeruire marito, filiis, ac familiæ *vt hîc: & l.24.ff. ſoluto: vide Rolandum à Valle 1. conſil. 9. numero* 12. Nec cogitur mulier, antequam agat aduerſus creditores poſſeſſores, diſcutere mariti bona. *Idem ibidem numero 20.21.22. & ſequêtibus.* Quid ſi creditores mulieri dotis æſtimationem offerunt? Idê Rolâdus negat (*numero* 39.40.) creditorem admitti. quin, legem primam *infrà ſi antiq. credit.* huc non pertinere.

g ergo non ab anterioribus expreſſam ſaltem habentibus? *dixi ad Nouell.109. capite primo.*

h Obſerua gradus amoris ab vxore præſtâdi.

i Siue dos ſit apud virum, ſiue apud mulierê, oneribus matrimonii debet inſeruire: *Femme ſeparee de biens, eſt tenue de nourrir la famille de ſon mari, ſi elle à dequoy.*

réſque ſibi ſuppoſitas pro dote, & ante nuptias donatione, rebuſque extra [a] dotem conſtitutis tenere: non tantùm mariti res ei tenenti [b], & ſuper his ad iudicium vocatæ, exceptionis [c] præſidium ad expellendum ab hypotheca ſecundum creditorem præſtamus: ſed etiam ſi ipſa côtra detentatores rerum ad maritum ſuum pertinentium, ſuper iiſdem hypothecis aliquam actionem [d] ſecundum legum diſtinctionem moueat, non [e] obeſſe ei matrimonium adhuc conſtitutum ſancimus, ſed ita eam poſſe [f] eaſdem res vindicare vel à creditoribus poſterioribus [g], vel ab alijs qui non potiora iura legibus habere noſcuntur, vt potuiſſet ſi matrimonium eo modo diſſolutum eſſet, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, vt eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi viuente marito, & matrimonio inter eos conſtituto: ſed fructibus earum ad ſuſtentationem tam ſui [h], quàm mariti [i], filiorúmque [k], ſi quos habet, abutatur. creditoribus ſcilicet mariti contra eum eiúſque res, ſi quas poſtea fortè acquiſierit, integra ſua iura habentibus: ipſis etiam marito & vxore poſt matrimonij diſſolutionem ſuper dote & ante nuptias donatione pro dotalium inſtrumentorum tenore integro ſuo iure potituris. Dat. [l] III. Idus Decemb. DN. Iuſtiniano A. II. Conſ. 528.

In authen. de æquali dot. § illud Coll. 7. Tit. 9. al. 8. no. 97. c. 6.

Donationem quoque propter nuptias in hoc caſu conſtante matrimonio vindicare poteſt [m].

De rei venditione & donatione hypothecaria.

30. Idem Auguſtus Demoſtheni PP.

IN rebus dotalibus ſiue mobilibus ſiue immobilibus [n] ſeu ſe mouentibus, || ſi tamen extant [o], || ſiue æſtimatæ ſiue inæſtimatæ ſint, mulierem in his vindicandis omnem habere poſt diſſolutum matrimonium prærogatiuam || iubemus, || & neminem creditorum mariti, qui anteriores [p] ſunt, poſſe ſibi potiorem cauſam in his [q] per hypothecam vindicare: cùm eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter [r] in eius [ſ] permanſerint dominio. Non enim quòd legum ſubtilitate [t] tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideò rei [u] veritas deleta vel confuſa eſt. Volumus itaque eam in rem actionem in huiuſmodi [x] rebus quaſi proprijs habere: & hypothecariam [y] omnibus anteriorem poſſidere: vt ſiue ex naturali [z] iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe || videantur || per vtramque viam, ſiue in rem, ſiue hypothecariam, ei pleniſſimè conſulatur. Omnis autem temporalis exceptio, ſiue per vſucapionem inducta, ſiue per decem, ſiue per viginti annorum curricula, || ſiue per triginta vel quadraginta annorum metas, || ſiue ex alio quocunque tempore maiore vel minore ſit introducta: ea mulieribus ex eo || tempore || opponatur ex [a] quo poſſint actiones mouere, id eſt opulentis quidem maritis conſtitutis, poſt diſſolutum matrimonium: minùs autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit: cùm conſtante etiam matrimonio poſſe mulieres contra maritorum parum [b] idoneorum bona hypothecas ſuas exercere, iam noſtra lege humanitatis intuitu definitum ſit: ficti diuortij falſa [c] diſſimulatione in huiuſmodi cauſa, quam noſtra lex amplexa eſt, ſtirpitus eruenda. Recitata ſepties [d] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. III. Kalend. Nouembr. Decio V.C. Conſ. 529.

Cùm extraneus dat dotem pro muliere: ea datio reſpectu viri dicitur donatio ob cauſam: reſpectu mulieris donatio ſimplex: nec indiget inſinuatione: licet olim ſecus. Salyc.

De Inſinuatione dotis, & donationis ante nuptias. 2. De mora & de vſuris.

k & meritò. Nam vtcunque ſeparationem bonorum poſtulet, non renuntiat affectui materno, id eſt, alendis liberis.

l Theodorus vetus interpres in leg.1.§.1.j. de rei vxor. act. refert in extremo huius legis dici, mulierem poſſe renunciare his quæ ſibi competunt hypothecis. quo nomine Contius 1. *lect.* 7. monet ſuperiora Theodori verba hîc adiicienda. quod Cuiacio diſplicet 13. *obſeru.* 25. Negat enim à Theodoro conſtitutionem, vt vocat προκειμένην intelligi hanc legem, ſed eam ipſam in quam ſcripſit, id eſt legem vn. §.15. j. de rei vxor. act. quæ circa finem, ex Anaſtaſiana conſtitutione tradit. Mulieribus licere renunciare hypothecis, lege introductis propter cauſam dotis.

m vt dominus. n *v. l. 93. ff. de verbor. ſignific.* o mulier res ſuas extantes vindicat. p De prærogatiua dotis dixi ad *Nouell. 97. c. 6.* q rebus ſcil. mulieris extantibus. r id eſt, naturali iure. j. *eod.* iure gentium. Dotis igitur dominium conſtante matrimonio naturaliter eſt vxoris. ſ *l. 75. ff. eod. l. 21 §. 4. ff. ad municipal.*

t Res dotales inæſtimatæ manent vxoris: æſtimatæ, ſubtili iure ſunt mariti: naturali mulieris, ſi tamen extêt *vt hîc.* Imò, iure naturali res huiuſmodi ſunt mariti, dominium earum adepti per traditionê *l. 20. ſ. de pactu. §. 4. Inſtit. de rerum diuiſ.* Si initiû traditionis ſpectemus, ita eſt: ſi exitum, puta quod res dotales plerunque redeant ad mulierem ſoluto matrimonio morte aut diuortio, falſum. *v. Cuiac. 10. obſeruat. 32.*

u Fictio & ſubtilitas non mutat rei veritatem.

x extantibus ſcil.

y ſi res huiuſmodi ſunt mulieris, qui pignori eidem mulieri eſſe poſſunt? *l. 45. ff. de regul. iur.* Fauore dotis id receptum dicimus. Nam ſi iuris ſubtilitatem ſpectamus, mulier hypothecaria vtetur in res ſuas extantes, iuris ſubtilitate (id eſt æſtimatione earum) mariti factas: ſi ius naturæ, quo res eius dotales extantes eius eſſe dicuntur, vindicatione. & ita diuerſo reſpectu diuerſis planè actionibus vtitur.

31. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm quidam dotes pro mulieribus dabant, ſiue matres, ſiue alij cognati, ſiue extranei: rectè quidem eas mariti ſine monumentorum obſeruatione ſuſcipiebant. Cùm autem mulier redhibitionem caſus [e] ſtipulabatur, & huiuſmodi fortuitus caſus eueniſſet: ipſa mulier, vtpote à ſe non facta donatione, propter hoc quòd monumenta deerant, neceſſitatem habebat actiones in huiuſmodi caſu ad eum qui dotem dedit, per ceſſionem transferre, vel ipſas res reddere: & ita inueniebatur forſitâ poſt prolixa matrimonij annorum curricula, & liberos fortè editos infelix [f] mulier indotata. Sancimus itaque in || omnibus || huiuſmodi caſibus || nullis || monumentis [g] rem indigere, ſed in omni perſona ratas eſſe huiuſmodi donationes: & mulierem ipſam dotem ſuam habere, (cùm fortuitus caſus hoc lucrum ei addiderit) & firmiter hoc apud eam permanere: niſi ipſe, qui ab initio dotem dedit, ſibi dari in huiuſmodi caſum ſtipulatus ſit. tunc etenim cùm neque ab initio ſuſpicio aliqua liberorum concurrit, ſed ſibi omnem [h] rem ille, qui dotem dedit, pepigerit: huiuſmodi tractatus habere locum non poteſt. atqui in alijs omnibus caſibus, in quibus ipſe non eſt ſtipulatus, triſtitiæ ſuæ mulier hoc proprium habeat ſolatium per actionem dotis. 1 ¶Simili quoque modo ſi quis extraneorum, (id eſt, qui eum, pro quo dat, non in poteſtate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit, & neceſſaria monumenta adhibuerit: cùm excedat ſummam legitimam donatio, vel non minor [i] materfamilias noptura ſit: non ſolùm ad eam, cui ante nuptias donatio datur, monumenta ſuam adhibeant firmitatem, ſed [k] etiam ad illum, pro quo dedit: vt ſi lucrum ei ex dotalibus pactis acceſſerit, hoc non cedat donatori, ſed in ſuum lucrum hoc maritus conuertat, firmúmque & irreuocabile habeat: niſi donator & hoc || ſibi || reddi huiuſmodi caſu fuerit ſtipulatus, ne & in præfato caſu ſimile anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas ſit, vel ita res geſta ſit, vt monumentorum ex omni parte nulla ſit vtilitas: tunc & donatio ad vtranque perſonam valeat, & maritus cauſam lucretur: niſi & hic donator eam ſibi ſtipulatus ſit. 2 ¶Præterea ſancimus, ſi quis in dotem vel prædia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes ciuiles ſpoponderit vel promiſerit: ſi ex tempore matrimonij biennium [l] tranſactum ſit, ilicò redituum vel penſionum, necnon panis ciuilis quæſtum [m] eum præſtare, etiam ſi non fuerint adhuc res principales traditæ. & ſi tota dos in auro ſit, itidem poſt biennium vſuras [n] vſque ad tertiam partem centeſimæ præſtari Sin autem aliæ res præter immobiles vel aurum fuerint in dotem datæ, ſiue in argento, ſiue in muliebribus ornamentis, ſiue in veſte, ſiue in alijs quibuſcunque: ſi quidem æſtimatæ fuerint, ſimili modo poſt biennium & earum vſuras ex tertia parte centeſimæ currere: æſtimatione earum (quia & hoc apertius declarari oportet) ea intelligenda, quæ pro ſingulis ſpeciebus facta eſt, vel pro vnoquoque genere dotalium ſpecierum, id eſt pro argento, vel ornamentis, vel veſte, vel alijs ſpeciebus, & non eſſe expectandam poſt ſingulas æſtimationes vnam [o] coadunationem totius calculi: quod ſatis ſcrupuloſum & per nimiam ſubtilitatem pernicioſum eſt. Sin autem minimè res mobiles fuerint æſtimatæ: eà poſt biennium obſeruari, quæ leges poſt litem [p] conteſtatam pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt. Sin verò res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in alijs rebus mobilibus vel immobilibus: pro iam facta diuiſione [q] omnia procedere: licentia minimè deneganda marito, quando voluerit, dotem petere. Nec is qui debet [r], putet ſibi licentiam eſſe, reditus vel penſiones vel vſuras vel alias acceſſiones ſoluenti [ſ], dotis ſolutionem protelare: ſed ſiue ante biennium, ſiue poſtea voluerit, dotem pars mariti petere queat, &

z naturaliter, *vt ſuprà.*

a Nulla dotis nomine currit præſcriptio, antequam agi poſſit *l. 7. §. 4. in fin. infrà de præſcript. 30.*

b *l. 9. ſuprà eodê: l. 24. ff. ſoluto.*

c in eum olim finem falſa diſſimulatione diuortij vtebâtur.

d ſeptimo miliario vrbis, *vt l. 22. in fi. ſuprà eodem ſacroſanct. eccleſ. l. penult. ſupra de reb. credit. vide l. vlt. ſ. de legitima tutela: l. 19. infra de iure deliber. l. 10. infrà de fideicom miſſ. l. 6. j. de bon. quæ lib. l. 3. j. de bô. libert. l. 19. j. de agricol. & cenſit. l. 34. infra de donationib.* Eadem fortè ratione dicitur qua decimum ſuburbium Carthaginis, quod authore Procopio ab ea diſtabat ſtadiis 70. *vide Cuiac. 20. obſ. 3.*

e id eſt, lucrum dotis vel donationis propter nuptias *dixi ad l. 14. ſ. de ſecund. nupt.*

f Mulier indotata infelix, vt quæ nec ſe nec liberos poſſit alere.

g Dos nûquam inſinuatione indiguit: aliud in donatione propter nuptias *l. 17. ſ. de donat. ante nupt. l. 14. ſup. de ſacroſ. eccleſ.*

h Quando extraneus dâs dotem ſibi ſtipulatur eam reddi, ex ea ſtipulatione agitur, exiſtentibus liberis ex eo matrimonio.

i Olim donatio propter nuptias fuit indiſtinctè inſinuanda, niſi collata fuiſſet in matrêfamilias minorem 25. annis *d. l. 17.*

k Acta voluntariæ iuriſdictionis nûquam extenduntur ad eum cum quo non ſunt celebrata, etiamſi eius interſit.

l Promiſſor dotis, poſt biennium præſtat reditus penſionem & vſuras trientes, quæ aliàs non ſolent venire ex ſtipulatione, niſi in ſtipulationem ſint deductæ: nec reditus, niſi poſt litem conteſtatam.

m id eſt, vſuras. Interdum vſuræ debentur ſine ſtipulatione ex nudo pacto, veluti pecuniæ traiectitiæ, pecuniæ ciuilis & earum rerum quæ menſura conſtant: interdum ſine pacto αὐτομάτως *vt hîc & leg. 3. §. 2. ff. de vſur.* & in actione ex teſtamento quamuis ſit ſtricta *dixi ad Nouell. 136. cap. ſexto.*

n Dotis ſponſor, poſt biennium à contracto matrimonio vſuras præſtat ad tertiam vſque centeſimæ vſuræ partem *4. Harmenopul. 8 § 25.*

o Coadunatio calculi multarum rerum, facit vt res diuerſæ ſeparatim æſtimatæ, ſint vna tantùm res. Diſtincta enim pretia rerum multarum in vno & eodem inſtrumento res diuerſas non conſtituunt. *Baldus hîc.*

p Mora lege introducta ei æquiparatur quæ inducitur per litis conteſtationem.

q id eſt, vt de ſingulis iudicetur ſecundum ſuam naturam.

r id eſt, promiſſor dotis.

ſ ſoluendo. Debitor nô poteſt offerendo annuû reditum rem retinere in tempus futurum inuito creditore. *Baldus.*

a Doti repetendæ tres rationes iure ciuili comparatæ ex ſtipulatu, hypothecaria & vindicatio. adde Coſtanū tract de dote *ca.6.* b Actio rei vxoriæ Græcis ἡ περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγὴ, de reſtitutione dotis actio: ex ſtipulatu actio, ἡ τὴν προικὰ ἀπαιτοῦσα ἀγωγή. Dotem exigens actio. *Synopſis Baſil.29.tit 1.c.117.4. Harmenopul.8. §.50.* quarū actionū adæquatio fit noua *hac lege.* c *§.vigeſimo nono, Inſtitut. de actionib. ſeu de repetitione dotis.*

ſecundum leges eam exigere. Dat.XII. Kal.April.Lampadio & Oreſte VV.CC.Coſſ.530.

DE[a] REI VXORIÆ[b] ACTIONE[c] in ex ſtipulatu actionem transfuſa[d], & de natura dotibus præſtita.

Tit. XIII.

Pro dote bona ſunt tacitè obligata. Bald.

1. Imp *Iuſtinianus* A. ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ, & ad vniuerſos prouinciales.

REM in præſenti non minimam aggredimur, ſed in omni penè corpore iuris effuſam, tam ſuper rei vxoriæ actione: quam ex ſtipulatu: earum communiones & differentias reſecantes, & in vnum tramitem ex ſtipulatu actionis totum rei vxoriæ ius, quod dignum eſſe valere cenſemus, concludentes. Rei vxoriæ itaque actione ſublata[e], ſancimus, omnes[f] dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non: vt[g] intelligatur re[h] ipſa ſtipulatio eſſe ſubſecuta. Eodémque modo & ſi[i] inutiliter[k] facta eſt ſtipulatio: adiuuari enim eam magis, quàm euaneſcere oportet. Si enim cùm vna in inſtrumento ſtipulatio valida inueniatur, aliis etiam inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem[l], quare[m] non ex noſtra lege huiuſmodi ſtipulationibus robur accedat legitimum? Eſt enim conſentaneum nobis, qui cenſemus vbi ſtipulatio ſuppoſita non eſt, intelligi[n] eam fuiſſe adhibitam: & multo[o] magis etiam ſi inutilis eſt, validam eam effici. 1 ¶ Et vt plenius[p] dotibus ſubueniatur: quemadmodum in adminiſtratione[q] pupillarium rerum, & in aliis multis iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus: ita & in huiuſmodi actione damus ex vtroque latere hypothecam, ſiue ex parte[r] mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte[ſ] mulieris pro ipſa dote præſtanda, vel rebus dotalibus euictis[t]: ſiue[u] ipſæ principales perſonæ dotes dederint vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro his perſonæ: & dos ſiue aduentitia ſiue profectitia ſit, ſecundum veteris iuris nominationem. Ita enim & imperitia hominum & ruſticitas[x] nihil eis poterit afferre præiudicij: cùm nos illis ignorantibus & neſcientibus in hoc caſu noſtram induxerimus prouidentiam. Sicut enim & ſtipulationes & hypothecæ ineſſe[y] dotibus intelliguntur, & inutiles[z] ſtipulationes emendantur: ſic & in poſterum cauſa inuenietur valida & perfecta, quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis à prudentiſſimis viris confectis. Et nemo putet nos hoc ſancire in his tantummodo dotibus quæ inſtrumentis receptæ ſunt. Nihil enim prohibet & ſi ſine[a] ſcriptis dos vel detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur: ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex vtraque parte, quaſi[b] fuerit ſcripta. Et natura[c] quidem ex ſtipulatu actionis hęc intelligatur, re vxoria in poſterum ceſſante[d]. 2 ¶ Sed etſi non ignoramus ex ſtipulatu actionem ſtricto[e] iure eſſe vallatam, & non ex bona fide deſcendere, tamen quia nouam naturam de dote ſtipulatio ſibi inuenit: accommodetur ei natura rei vxoriæ, & bonæ[f] fidei beneficium: & omnes quidem euentus, quos dos ex ſtipulatu habet, maneat pro ſua natura exercens. Si quid autem optimū[g] ex rei vxoriæ actione inuenimus, hoc in pręſenti ſpecialiter ei addimus: vt ſit & noua iſta ex ſtipulatu,

d vt rei vxoriæ actio hodie ſit ſublata *l.12. §.1. C. qui potior.*
e Rei vxorię actio hodie ſublata.
f Pro dote cōpetit actio ex ſtipulatu.
g Dos ita ſtipulatione cōſtituitur, vt etiāſi nō interuen erit ſtipulatio, fingatur tamen ea interueniſſe *vt hic.* Quin nudo pacto & ſimplici pollicitatione promiſſa exigi poteſt iure ſpeciali l. *ad exactionē C.de Iure dotium.*
h id eſt, ipſo iure. Sipulatio dotibus ineſſe intelligitur *v.§.1.C.*
i Ex Dotis inutili ſtipulatione agi poteſt: quod omnino ſingulare.
k Inutilis dotis ſtipulatio habetur pro vtili.
l Inutilis ſtipulatio p vtilis ſtipulationis adiectionē confirmatur.
m Poteſt aliquid ſtipulatio, ergo & lex.
n *v.§.1.C.eod.*
o Ex inutili magis fieri poteſt quid vtile, quàm ex eo ipſo quod penitus non eſt. Entis enim ad id quod eſt, tranſitus facillimus eſt. & difficilius eſt nunc primū aliquid de nouo inducere, quàm reformare in melius.
p Dotibus ſubuenitur.
q *l.20.C.de adminiſt. tutor.*
r Bona mariti tacitè obligata ſunt vxori p reſtituenda dote.
ſ Bona mulieris tacitè marito obligantur pro præſtanda ei dote.
t Si res dotalis marito euincitur, vxor marito euictionis nomine tenetur *adde l.1.C. de iure dot.*
u Dos à quibus perſonis conſtituatur.

x Ruſticitati lex ſuccurrit. Prouiſio legis facit vti error atque imprudentia non noceat contractui. Prouiſio hominis inutilis, non tollit vtilem legis prouiſionē. *Bald.*
y *verſ. Rei vxoriæ, verſ. Eſt enim in pr.C.eod.§.6.C.eod.*
z d.verſ. *Eſt enim.* a Dotis promiſſio, & ſuſceptio dotis, ſcripturam non requirit *l.6.C.de dot.promiſſ.l.16.C.de iure dot.*
b Ficta ſtipulatio vim habet inſtrumenti. c Natura actionis ex ſtipulatu.
d Rei vxoriæ actio ſublata. e Actio ex ſtipulatu ſtricti iuris.
f Actio ex ſtipulatu pro dote, eſt bonæ fidei *§.29.Inſt.de act.*
g Quod vtile erat in actione *rei vxoriæ*, id in actionem *ex ſtipulatu* transfuſum.
h Vetuſtati, decor ſuus ineſt.
i Edictum Prętoris de alterutro huius edicti fit mentio in lege vltima *Cod. Theodoſ.de teſtam.* ibi, *Si mulier in edicto quod de alterutro eſt*, cùm ſuam explanauerit opinionem ne pœnitentia poſſit ad aliud tranſire, etiam ſatiſdatione cogitur præcauere, niſi ſi ætatis iuuetur auxilio, &c. Hoc autem edicto, cauebatur, vt ſi quid maritus vxori aut hereditatis, aut legati, aut fideicommiſſi titulo reliquiſſet, alterutro contenta eſſet mulier: relicto ſcilicet, vel dote, actione ex teſtamento, vel rei vxoriæ actione. qua in re deterior erat mulieris conditio quàm creditorum, quibus quid legatum erat, *vide alia quædam apud Cuiac.3 obſ.16.* k vir legans vxori, in dubio non intelligitur legare pro dote. Cui mulieri ita legatur, ea non poteſt ex teſtamento & ex ſtipulatu agere. Pro dote, eſt animo dotis compenſandæ legare *l. 46.ff. ſoluto: l.53.l.77.§.5.ff.de legat.2.* ideóque in dubio mulier vtrumque cōſequetur, dotem ſc.& relictum. l quia in dubio non intelligitur eſſe onus, ex quo legatum eſt ſimplex. m Actio ex ſtipulatu actionem & promiſſionem tranſmittit in heredes *l.o.C.de iure dot.l.27.ff.ſoluto.* n Ob mores retentio, *vt hic & 6.Vlp.9.*

quam compoſuimus, & non propria tantùm, ſed etiam veteris actione pulchritudine[u] decorata. 3 ¶ Primùm itaque quid naturale ſit ex ſtipulatu actionis, exponatur: ita ſi quid ex actione rei vxoriæ ſuperuenerit, addatur. Sciendum itaque eſt edictum prætoris quod de[i] alterutro introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare: ita vt vxor & à marito relicta recipiat, & dotem conſequatur: niſi[k] ſpecialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cùm manifeſtiſſimum ſit, teſtatorem qui non hoc addiderit, voluiſſe eam vtrumque conſequi[l]. 4 ¶ Maneat ex ſtipulatu actionis ius ad[m] ſucceſſores & ſine mora tranſmiſſionis incorruptum. 5 ¶ Taceat in ea retentionum verboſitas. Quid enim opus eſt inducere ob[n] mores retentionem, alio auxilio ex conſtitutionibus introducto? vel ex qua cauſa ob[o] res donatas retentio introducatur, cùm ſit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per vtilem, vel per condictionem ſuo iuri mederi? Sed nec retentio ob[p] res amotas neceſſaria eſt, cùm pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Sileat ob[q] liberos retentio, cùm ipſe naturalis[r] ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortetur, ne varium genus culpæ mariti contra vxores excogitent, vt poſſint eadem retentione contra eas vti, cùm & iam imperialibus conſtitutionibus ſtatutum ſit, ſi culpa mulieris diſſolutum matrimonium fuerit, quid fieri oporteat. Sed nec ob[ſ] impenſas in res dotis factas retentio nobis ſatis videtur eſſe idonea. Cùm enim neceſſariæ[t] quidem expenſæ dotis minuant quantitatem, vtiles autem non aliter in rei vxoriæ actione detinebantur, niſi ex voluntate mulieris: non abs re eſt, ſi quidem mulieris voluntas intercedat, mandati[u] actionem à noſtra auctoritate marito contra vxorem indulgeri: quatenus poſſit per hanc, quod vtiliter impenſum eſt, adſeruari. vel ſi non intercedat mulieris voluntas vtiliter tamen res geſta eſt. negociorum geſtorum aduerſus eam ſufficere actionem: Quòd ſi voluptariæ ſint, licet || ex || voluntate eius expenſæ: deductio[x] operis quod fecit, ſine læſione tamen prioris ſpeciei, marito relinquatur: vt ſit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio meritò ſecundum ſui naturam nullam accipiat retentionem. 6 ¶ Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſeruando, vt ſi[y] deceſſerit mulier conſtante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus, ſed ad mulieris heredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturam tranſmittatur, ſiue expreſſa fuerit, ſiue ex hac lege ineſſe[z] intelligatur. 7 ¶ Cùm autem in[a] exactione dotis ex ſtipulatu quidem actio naturaliter reſtitutionem dotis à parte mariti vxori ilico[b] & in ſolidum fieri iubebat, rei vxoriæ autem annua bima trima die in his quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, exactionem pollicebatur. & non in ſolidum, ſed in quantum maritus facere poteſt, ſi non dolo malo ſuam deminuerit ſubſtantiam: in hac parte rudem figuram ex ſtipulatu damus actioni: vt ſi matrimonium fuerit diſſolutum, nullo pacto adhibito, in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum[c] facere poteſt: quia hoc æquiſſimum eſt, & reuerentiæ debitum maritali, ſi[d] non dolo malo verſatus eſt: cautione[e] videlicet ab eo exponenda, quòd ſi ad meliorem fortunam peruenerit, etiam quod minus perſoluit, hoc reſtituere procuret. Exactio[f] autem dotis celebretur non annua bima trima die, ſed omnimodo intra[g] annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus[h], vel in corporalibus: cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, ilico reſtituendis: quod commune[i] vtriuſque fuerat actionis. Sin autem ſuperſederit res mobiles vel ſe mouentes vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium: etiam[k] vſu-

o Ob res donatas retentio, *vt hic & d.§ 9.*
p Ob res amotas retentio, *vt hic & d.§.9.*
q Ob liberos retentio, *vt hic, & d.§.9. & §.10.*
r *l.1.§.3. ff. de iuſtitia.*
ſ Ob impenſas retentio, *vt hic: & d.§.9. l. 23.ff. ſoluto: l.2.§.1.l.5. l.15.ff. de impenſis. Vlpian 6.l.9. 14.15.16.17: Theophil.§.37.Inſt. de actionib.*
t Neceſſariæ impenſæ dotē minuūt, *d.l.5.d.l.15*
u Vtiles impēſas, voluntate mulieris factas, maritus ſeruat mandati actione: citra voluntatem mulieris factas, actione negotiorum geſtorum *adde l. 7.inf. l.8. ff. de impenſ.*
x id eſt ablatio *l 9 ff.de impenſis.*
y Dos ad mulieris heredes reuertitur, muliere mortua cōſtante matrimonio: niſi aliud ſit conuentum *l.19.de donat.ante nupt. l.18. de iure dot.*
z *v.§.1.C.eod.*
a Dotem exigēs actio olim ilicò & in ſolidum dotem exigebat. De reſtitutione verò dotis actio (περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγή) non illicò, ſed per tres annos petit σταθμώμενα, ἀριθμώμενα, μετρούμενα. nō etiam ad in ſolidum, ſed ad in quantū facere pōt aduerſus maritum proponebatur. Verùm hodie ἡ τὴν προικὰ ἀπαιτοῦσα ἀγωγὴ dotē exigens actio, ſeu ex ſtipulatu actio ad inſtar rei vxoriæ, actionis non in ſolidum mouetur, ſed ad in quantum facere poteſt maritus: hac tamen lege, vt maritus vxori cautionem exponat, futurum, vt ſi quid adquiſierit, ei ſatiſfaciat. Exactio verò non per tres annos (vt in reſtitutione dotis, ſeu rei vxoriæ actione) nec illico: ſed annuo quidem die ſoluantur ea quæ menſura conſtāt: cetera verò ſtatim. Quòd ſi maritus illico vel poſt anni decurſum reſtituere ſuperſederit: etiam rerum mobilium vſuras & immobilium fructus à ſoluti matrimonij tempore, cum pēſionibus, nauium vecturis (Græci ἐνοίκια, καὶ ναῦλα) & fructibus cæteris præſtat. *Synopſis Baſilicon.29.titul.1.c.117.4. Harmenopul.8.§.52.*
b Nota differentiam actionis, *Ex ſtipulatu* & *Rei vxoriæ.* Priore, maritus cogitur dotem reſtituere illico & in ſolidum: Poſteriore verò, annua, bima, trima die. Galli, *A vn, & deux & trois payemēs*, & in quantū maritus facere poſſit. c Actione de dote maritus cōuenitur, in quantū facere poteſt *v.l.173.ff.de regul.iur.* niſi mala fide facere poſſe deſierit. d Dolus omnem reuerentiam tollit *l.1.C.vbi ſenatores: l.17. §.1.ff.ſoluto: l.17.ff de iure dot.* e Etiamſi maritus conuenitur in id tantum quod facere poteſt, cauet tamen vxori de integra ſolutione faciēda, quoties ad meliorem fortunam peruenerit. *facit lex 47.§.2.de peculio.* f vide Socinum *regula 389.*
g Mobilia, mouētia, incorporalia, intra annum maritus reſtituere cogitur. Res ſoli, ſeu immobiles, illico. Quod de anno dictum eſt, locū non habet, ſi dos mulieri legata ſit. dotis enim legatū commodum repræſentationis habet *l.1.§.2.ff.de dote prælegata.* h *l.93.ff.de verborum ſignif.* i Communio actionis. Ex ſtipulatu & Rei vxoriæ. k Pœna mariti res dotales ſuo tempore non reſtituentis.

a De usuris dotis præstandis. b De dotis fructibus, pensionibus, vecturis, operis, quæstu ciuilium annonarum & similibus. c Vxor heres instituta à marito & grauata legatis, ante omnia deducit dotem, de residuo soluit legata deducta Falcidia. d Partus dotalium ancillarum inæstimatarum dotis sunt portio *l. 10. §. 2. l. 69. in fin. D. pro dote.* e Fœtus dotalium iumentorum sunt mariti *vt hic & l. 10 §. 3 D. de iure dot.* Partus ancillarum dotalium, non sunt *vers. itaque* ⁊. *eo.* cur tam variè? partus ancillæ nō est in fructu. f Fructus rerum non æstimatarum percepti, anno dirempti matrimonij pro rata diuiduntur inter maritum & vxoré, eiusq; heredes *l. 7. §. 1. l. 11. D. soluto: v. Cuiac. 14. obs. 22.* g Æstimatio, quasi emptio *l. 1. D. de æstimatoria.* ideo fundus æstimatus propriè dotalis non est, eiusque omnes fructus etiam post diuortium, ad maritum pertinent, redditaque dotis æstimatione liberatur. h *l. 10. l. 12. § 1. D. de iure dot. d. l. 1.* i Finge patri tuo dotem vxoris tuæ numeratam *vt l. 2.* ⁊. *famil.* k Finge patri tuo dotem nurus tuæ numeratam, *vt l. 7. D. de dote prælег.* l In familiæ paternæ ercifcundæ iudicio, dotem vxoris, nurúsque nostræ, præcipuam deducimus *l. 20. §. 2. D. familiæ: v. l. 2.* ⁊. *familiæ.* m Dotem à patre vel auo constitutā filia consequitur, etiamsi sit exheredata vel emancipata: hoc est, dos cū restituitur, ad ipsam filiam redit, si emancipata sit: si sub potestate patris, & dos à patre data sit, dos communis ei cū patre. *vt hic. 4. Harmenopul. 8. §. 13.* n Mulier doté suam præcipuā accipit, etiam si à patre emancipata vel exheredata sit, vel cum heredib. scripta. o Dos de in officioso actionē potest excludere, si sufficit ad quartam. p Dos quæ ad filiam reuertitur, imputatur ei in legitimā. q Filia heres instituta à patre,

ras [a] æstimationis omnium rerum quæ extra immobiles sunt, vsque ad tertiam partem centesimæ ex bona fide introducendas maritus præstet: fructibus [b] videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tēpore dissoluti matrimonij præstandis, similique modo, pensionibus, vel vecturis nauium siue iumentorum, vel operis seruorum, vel quæstu ciuilium annonarum, & aliis quæ sunt eis similia, parti mulieris restituendis. 8 ¶ Igitur & in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio vtatur natura: vt si mulier à marito fuerit heres instituta [c], & legis Falcidiæ ratio emerserit: etiam dotis debitū liceat ei sicuti alia debita ex substātia mariti sutrahere, & sic quartam partem deducere.

9 ¶ Cumque ex stipulatu actio in his casibus quos enumerauimus propriam naturam habeat: necessarium est in sequenti tractatu ea exponere, quæ ||vel|| communia sunt vtriusque actionis, vel quæ in solam ex stipulatu actionem colligi oportet: vel propria quidem rei vxoriæ actionis, exinde ||autem|| ex stipulatu actioni accommodanda. Itaque partus [d] dotalium ancillarum, id est, quæ æstimatæ non sunt, vel quæ serui dotales ex quacunque causa (nisi ex re mariti, vel operis suis) acquisierunt: ad mulierem pertinere vtraque actio similiter voluit. Fœtus [e] autem iumentorum, & omnia quæ fructuum nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonij, siue æstimata, siue non æstimata sint. Sed & nouissimi [f] anni in quo matrimonium soluitur, fructus pro rata temporis portione vtrique parti debere adsignari, commune vtriusque actionis est, in rebus scilicet non æstimatis. AEstimatarum enim rerum maritus quasi [g] emptor, & commodum sentiat, & dispendium subeat, & [h] periculum expectet. 10 ¶ Cautione videlicet defensionis in specie in qua dotem suæ [i] vxoris vel nurus [k] in familiæ ercifcundæ iudicio præcipuam [l] filius defuncti detrahit, secundum propriam naturam ex stipulatu actionis coheredibus suis præstanda. 11 ¶ Videamus igitur quali incremento ei de re vxoriæ actione accedente, formari decet ex stipulatu actionem. Cumque iuris certi atque indubitati sit, si [m] parens per virilem sexum ascendens, dote pro filia vel nepte præstita emancipauerit eam, vel ipse decesserit, in rei vxoriæ actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etiam si fuerit exheredata: (quod non erat in ex stipulatu actione: ibi etenim velut aliæ actiones in omnes coheredes actio diuidebatur) æquissimum nobis visum est, & in ex stipulatu actione muliere [n] dotem suam præcipuam accipere, etsi emancipata vel exheredata sit, vel cum aliis heredibus scripta. 12 ¶ Quo à nobis recepto, & aliæ multæ species promptum accipient exitum: cùm dos [o] possit & de inofficioso actionem excludere, (maximè si sufficit [p] ad quartam) & in collationem ferri, si intestatus paterfamilias decesserit, & testamento facto, quando [q] hoc testator dixerit. quæ omnia ex stipulatu actio à rei vxoriæ actione accepit. 13 ¶ Accedit ei & alia species ab rei vxoriæ actione. siquando etenim extraneus dotem dabat, nulla stipulatione vel pacto pro restitutione eius in suam personam facto: quisquis is fuerat, mulier habebat rei vxoriæ actionem: quod anteà in ex stipulatu actione non erat. Stipulatione autem, vel pacto interposito, stipulator, vel is qui paciscebatur, habebat vel ex stipulatu, vel præscriptis verbis ciuilem actionem. In præsenti autem non sic esse volumus, sed si [r] non specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus sit vel pactum fecerit: tunc præsumatur [s] mulierem ipsam stipulationem [t] fecisse, vt ei dos ex huiusmodi casu accedat. Neque ||enim|| in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationé fecisse: ne [u] quod pro mulieribus introduximus, hoc aduersus mulieres conuertatur. Imò magis in huiusmodi dotibus quæ ab extraneis dantur, ||vel promittuntur|| ipsa mulier fecisse videatur tacitam stipulationem: nisi expressim ||extraneus|| sibi dotem reddi pactus fuerit, vel stipulatus: cùm donasse [x] magis mulieri, quàm sibi aliquod ius seruasse extraneus non stipulando videatur. Extraneum [y] autem intel-

dotem fratribus non confert, nisi pater specialiter hoc ipsum designarit *l. 7.* ⁊. *de collationibus.* r Extraneus dans dotem, nisi sibi redditionem paciscatur, donare censetur. ideóque dotis restitutio non fit extraneo, nisi redditionem sibi pactus sit. Iniustè enim id repetitur, quod donatum esse præsumitur. *l. 6. l. 31. l. 36. vers. sancimus, supra de iure dot. l. 9. infra tit. proxim. l. 43. vers. planè. ff. de iure dot.* s *Adde l. vlt.* ⁊. *de dot. promiss.* t Dos ab extraneo data, citra stipulationem redditionis, mulieri reddenda. præsumitur enim eo casu mulier sibi dotis redditionem stipulari. nec videtur extraneus tacitè stipulari (Extraneus autem est, omnis persona extra virilis sexus ascendentes & eos qui personam dotatam in potestatem non habent) Ascendentes masculi & in potestate dotatam filiam habentes, tacitè stipulari intelliguntur: cùm & olim rei vxorię actioné habuerint. *Synopsis ibid. d. c. 117.*
u Gratia in dispendium non vertenda *v. c. 61. de reg. in 6.*
x Extraneus dotem donare videtur. Pater qui in potestate habet, non videtur.
y Extraneus, omnis citra parentem virilis sexus.
z Mater ergo extranea est. Extraneus non intelligitur stipulari ⁊. *eod.*

a Si est in potestate filia, pater habet tacitam ex stipulatu actionem. tacitam dixi, quam tamen intendere debet filiæ voluntate, quia communis res est *l. 2. l. 3. D. soluto: l. 34. §. 6. D. de solutionibus:* si est emancipata, pater non habet, nisi expressam ex stipulatu actionem: alioquin, sola emancipata agit *l. 22 §. 5. l. 34. D. soluto.* b *v. l. 6. D. de iure dot.* c Dotem soluto matrimonio, mulier ipsa potest exigere. *Synopsis Basilic. d. c. 117. in fi.* d *v. l. 2.* ⁊. *soluto.* e Actio de dote, patre mortuo etiam post contestationem, ad mulierem integrè pertinet. igitur lite contestata interdum non trāsit actio ad heredes *l. 2.* ⁊. *soluto: l. 29. D. de oper. libertor.* f *l. 3.* ⁊. *de iure dot. l. 3. §. 5 in fin. D. de minoribus.* g post litē contestatam scil. h non ad solam filiam. i Patri non licet deminuere dotem filiæ ad se reuersuram, nisi proprium patris patrimonium fortuitò deminutum fuerit. k cuius fit mentio multis locis *Institut. quibus alienare licet: l. 1.* ⁊. *de fundo dotali: l. 4. D. de fundo dotali: l. 16. ff. de milit. testament l. 77. §. 5. ff. de leg. 2. l. 42. D. de vsucapionib. Paul. 2. sent. 21. §. 2.* lata fuit ab Augusto. l *l. 22.* ⁊. *de iure dot.* m Fundus dotalis, vbicumque sit positus, non potest alienari aut obligari à marito consentiēte etiam muliere. n §. 1. ⁊. *eodem.* o Inęstimatum scilicet. p nā mulier facilè à viro seducitur *Nou. 61. ca. 1. §. 2.* q *dixi ad leg. 29. in fin. supr. de iure dot. adde 21.* ⁊. *de Velleian.* r Lege Anastasij mulier iuri suo renunciare potest *dicta lege 21.* ergo & dotis inæstimatę alienationi & hypothecæ consentire? non ita est. Eo non pertinet Anastasij constitutio, sed ad dotem tātum æstimatam, & alias res mariti, quæ mariti periculo sunt *vide legem vndecimam supr. ad Velleianum.* s Fundus æstimatus non propriè dotalis, cuius etiam fructus ad maritū

ligimus omnem citra parentem per virilem [z] sexum ascendentem, & in [a] potestate dotatam personam ||non|| habentem. parenti [b] enim tacitam ex stipulatu actionem damus. 14 ¶ Et hoc ex rei vxoriæ actione simili modo ex stipulatu actioni accommodandum est. si [c] quando etenim post dissolutum matrimonium dos à patre eius petebatur: si quidem rei vxoriæ fuerat actio, non poterat solus pater sine [d] consensu filiæ suæ agere. & si necdum actione mota ab hac luce fuerat subtractus, & [e] si lis contestata esset, ad filiam quasi proprium [f] patrimonium dos reuertebatur: quod non erat in ex stipulatu actione. ibi enim & solus actionem habebat, consensu filiæ non expectato: & si decedebat [g], ad suos heredes [h] transmittebat. sed rei vxoriæ ius, & in ex stipulatu actionem transponere, satis humanum, satis pium, satis vtile matrimoniis est.-----

in authen. de æqua. dot. §. quia verò iam col. 7. Tit. 9. al. 8. nou. 97. cap. 5.

SEd quamuis dos potestatis siue pactionis iure ad patrem redeat: non tamen licet ei filia denuò nubente deminuere [i] priorem dotis mensuram, nisi fortè substantia sua decrescat aliqua fortuita clade tunc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantum facultates eius patiuntur.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus legis Codicis.

15 ¶ Et cùm lex Iulia [k] fundi dotalis Italici álienationem prohibebat fieri à marito non [l] consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat: interrogati sumus, si oporteat huiusmodi sanctionem non super Italicis tantummodo fundis, sed pro omnibus locum habere. Placet itaque nobis eandem obseruationem non tantùm in Italicis fundis, sed [m] etiam in prouincialibus extendi. Cùm autem hypothecam [n] ||ei|| etiam ex hac lege donauimus: sufficiens habet remedium mulier & si maritus fundum alienare voluerit. Sed ne & consensu mulieris hypothecæ eius minuantur, necessarium est & in hac parte mulieribus subuenire: hoc tātummodo addito, vt fundum dotalem [o] non solùm hypothecæ titulo dare nec consentiente muliere maritus possit, sed nec alienare: ne fragilitate [p] naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam. Licèt enim Anastasiana [q] lex de consentientibus mulieribus, vel suo iuri renunciantibus loquatur: tamen eam intelligi [r] oportet in rebus mariti, vel dotis quidem æstimatis, in quibus dominium & periculum mariti est. In fundo autē non æstimato, qui & dotalis propriè [s] nuncupatur, maneat ius intactum, ex lege quidem Iulia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum, atque in omnibus terris effusum, non tantùm Italicis, & sola hypotheca conclusum. 16 ¶ Illud etiam generaliter præsenti addere sanctioni necessarium esse duximus, vt si qua pacta [t] intercesserint vel pro restitutione ||dotis|| vel pro tempore [u] vel pro vsuris [x], vel pro alia quacumque causa, quæ nec contra [y] leges, nec contra constitutiones sunt, ea obseruētur. Sin autem repudio matrimonium fuerit dissolutum: omnia iura quæ ex Theodosiana [z] vel nostra [a] lege descendunt, immutilata custodiantur. Similique modo ea quæ Anastasiana [b] lege pro his quæ bona gratia [c] separantur, enumerata sunt, firma illibataque permaneāt. Et generaliter quicquid sacratissimis cōstitutionib. vel libris prudētium cautum est, quod non contrarium huic legi inueniatur: & hoc in sua maneat firmitate, & ex stipulatu actioni aggregetur, licet in re vxoria tractatum est. Quę omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, quæ post hanc legem datæ fuerint, vel promissæ, vel etiam sine scriptis habitæ. instrumenta [d] enim iam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare euentum. Datum Kalend. Nouemb. Lampadio & Oreste Coss. 530.

pertinent soluto matrimonio.
t Pacta dotalia quę dotis causam non minuunt sunt seruanda *l. 1.* ⁊. *de pactis conuent.*
u Putà, vt ante annum reddatur res mobilis *§. 7. ver. exactio.* ⁊ *eod.*
x Maioribus fortè. quo casu maritus sua die dotem non reddiderit.
y talia enim pacta non valent *l. 6.* ⁊. *de pactis.*
z *l. 8.* ⁊. *de repudiis.*
a *l. 11.* ⁊. *de repudiis.*
b *l. 9.* ⁊. *de repudiis.*
c *Nouell. 48.* communi consensu *d. leg. 9* dulciter, sine querela, sine libello repudij *μετ' εὐτημίας. Plutar.* Bona gratia matrimonium sine causa dissolui non potest. *Nouel.* 117. Suntq; bona gratia dissoluendi matrimonij, certæ causæ, vt repudij. Certa causa sterilitas *l. 62 ff. de donatio. int. vir.* Lex Ausonia id vetabat. Palladius 2. *Epigrammat.* *ὃ δύναμαι δ' ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν εἴργει χάρτης καὶ νόμος Αὐσόνιος* adde *Cuiac. ad Nouell. 22.*
d Lex noua non refertur ad instrumenta iam confecta *l. vlt.* ⁊. *de prædiis curial.*

a v.23.D.4.adde Paul.2.ſent.22. b v.l.10.ſ.de pact.l.vlt.ſ.de rer. permu.l.vn. in fin. ſ.de rei vxor. act. c Ratio dubitandi ſumpta ex lege 7.§.5.D.de pact. & ſimilibus. d Pacta quæ de reſtituenda dote fiunt, valent. quippe non nudum hoc pactum eſt, quod de rerum iam datarum reſtitutione fit. Synopſis. Baſil. 29. tit.1.ex tit.5.cap.30. e Pactum nudum actionem non parit. Nudum eſſe deſinit quoties datione ſumpſit effectum.

DE PACTIS[a] CONVENTIS TAM ſuper dote, quàm ſuper donatione ante nuptias & paraphernis.

Tit. XIIII.

De lege dotis ſeruanda.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti, Nicæ.

LEGEM[b], quam dixiſti, cùm dotem pro alumna dares, ſeruari oportet, nec[c] obeſſe tibi debet, quod dici ſolet, ex pacto actionem non naſci. tunc[d] enim hoc dicimus, cùm pactum nudũ[e] eſt: alioquin[f] cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis eſt condictio[g]. PP. VII. Kal. Feb. Albino & Æmiliano Coſſ. 207.

De fructibus.

2. Imp. *Antoninus* A. Theodotæ.

FRuctus prædiorum in dotem datorum, ſi ſecundũ pactum[h] ſumptibus tuis tuorumq; ſeruierunt, repeti non poſſe, ambigere non debes. Dat. XI. Kal. April. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

An pactum patris noceat filiæ.

3. Imp. *Gord.* A. Torquatæ.

QVamuis[i] pater tuus, cùm te nuptui collocaret, pactus ſit, vt ſi maritus[k] tuus ſuperſtitibus filiis communibus in matrimonio deceſſiſſet, pars[l] dotis liberorum nomine retineatur: eiuſmodi[m] ||tamen|| conuentio, quo minus actionem integræ dotis habeas, proficere non poteſt. Datum VI. Id. Ianu. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

An pactum matris proſit filio.

4. Idem A. Agatho.

PActum dotale, quo matrem conueniſſe cum patre tuo proponis, vt, ſi in matrimonio deceſſiſſet, tibi & fratribus tuis dos reſtitueretur: ſi ſtipulatio ex perſona veſtra, cùm[n] in poteſtate patris conſtituti non eſſetis, minus legitima interceſſit[o]: defuncta ea in matrimonio, actionem vobis quærere non potuit. ||Sed|| ſi obligatione verborum ritè[p] intercedente, dotis petitionem habere potuiſti, maximè ſi adhuc vinculis poteſtatis patriæ non attingeris, petitionem exequi non prohiberis. PP. V. Id. Iun. Sabino & Venuſto Coſſ. 241.

De pacto interpoſito vice teſtamenti.

5. Impp. *Dioclet. & Maximianus* Augusti, Claudio.

HEreditas extraneis[q] teſtamento[r] datur. Cùm[ſ] igitur adfirmes dotali inſtrumento pactum interpoſitũ eſſe vice teſtamenti, ||vt|| poſt mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quæ[t] dotis titulo tibi non ſunt obligata: intelligis nulla† ||te actione|| poſſe conuenire heredes ſeu ſucceſſores eius, vt tibi reſtituantur, quæ nullo modo debentur. PP. Non. Feb. ipſis AA. & Coſſ.

De pacto patris dotantis.

6. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI[u] conuenit vt in matrimonio vxore defuncta, dos penes maritum remaneret[x]: profectitię dotis repetitionẽ huiuſmodi pactum inhibuiſſe, explorati iuris eſt: cùm deteriorem cauſam dotis, in[y] quem caſum ſoli patri repetitio competit, pacto poſſe fieri, auctoritate iuris ſæpiſſimè ſit reſponſum. Dat. V. Non. Maij, ipſis AA. Coſſ.

An pactum aui proſit nepotibus.

7. Iidem AA. & CC. Phileto.

PAter pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, nepotibus[z] pactus reſtitui: licèt his actionem quærere non potuit, tamen vtilis[a] eis ex æquitate accommodabitur actio. Dat. XIIII. Kal. Ianua. Nicomediæ, CC. Coſſ.

De paraphernis.

8. Imp. *Theod. & Valent.* AA. Hormiſdæ P. P.

HAc lege decernimus, vt vir in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna[b] dicũt, nullam[c] vxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei neceſſitatem imponat. Quamuis enim bonum erat mulierem, quæ ſe ipſam[d] marito committit, res etiã eiuſdem pati arbitrio gubernari: attamen quoniam conditores legum æquitatis[e] conuenit eſſe fautores, nullo modo (vt dictum eſt) muliere prohibente virum in paraphernis ſe volumus immiſcere. Dat. Idibus.

De æqualitate dotis & donationis propter nuptias.

9. Impp. *Leo*[f] *& Anthemius* Augusti, Nicoſtrato P. P.

EX morte cuiuſcunque perſonæ: ſiue mariti, ſiue mulieris, eandem partem[g], non pecuniæ quantitatem, tam virum ex dote, quàm mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus: veluti ſi maritus mille ſolidorum ante nuptias donationem confecerit, licebit † mulieri & minoris & amplioris quantitatis dotem offerre, & marito ſimiliter ante nuptias donationem. Hoc tamen obſeruandum eſt, vt quantam partem mulier ſtipuletur ſibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, ſi priorem maritum mori contigerit, tantam & maritus ex dote partem, non pecuniæ quantitatem † ſtipuletur ſibi, ſi conſtante matrimonio prior mulier in fata collapſa fuerit. & ſi pactum contra vetitum fuerit ſubſecutum: infirmum atque inualidum hoc eſſe, vt nulla ex eo procedere poſſit exactio, præcipimus. Eadem cuſtodiri cenſemus, ſiue pater pro filio, ſiue mater, ſiue ipſe ducturus vxorem ſui iuris conſtitutus, ſiue quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nupturæ dederit ||ſeu promiſerit|| Similique modo ſiue pater pro filia, ſiue mater, ſiue ipſa pro ſe, ſui iuris videlicet cõſtituta, ſiue quilibet alius pro ea vxorem ducturo dotẽ dederit, ſeu promiſerit, quoniam & alio[h] pro ea offerente dotem, ipſa eam pro ſe videtur offerre. Quod adeò verum eſt, vt||&||ipſa ab alio pro ſe oblatam dotem in lucrum ſuum repoſcat: niſi fortè is qui eam obtulerit, ſtatim[i] (id eſt tempore oblationis ſeu promiſſionis) ſtipulatus vel pactus ſit, vt ſibi dos prædicta reddatur. Dat. XV. Septembr. Anthemio A. II. Conſ. 468.

In authent. de æqua. don. §.1. coll. 7. Tit. 9. al. 8. nou. 97. c. 1.

AEqualitas[k] omnimodo ſeruanda eſt in dote & in donatione antenuptiali, non tantùm in lucris exinde prouenturis, ſed etiam in præſtatione & conſtitutione vtriuſque. Augmentũ quoque vel prorſus non fiat, vel ab vtraq; parte celebretur, pari ſcilicet quantitate: ne vel eo modo ſubuertatur æqualitas

In authen. de non eli. ſecundo nubentes §. fi. coll. 1. Tit. 2. nou. 2. ca. vlt.

SEd quæ nihil ex dote conſcripta præſtitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minus quàm profeſſa eſt, dedit: pro quantitate præſtita & lucrum ſentiat.

f l.17.D.eod.l.8.ſ.de rei permutat.
g Hoc innuit, Rebus certa lege datis, ex ea lege dari actionem. datio, non conuentio, facit hunc contractũ, pactúmque ineſſe dationi aut contractui. non igitur nudũ pactum, cũ ſit cõtractus.
h Paciſci mulier poteſt, vt ex dotis fructib. ſe ſuamq; familiã alat. l.4.in f.l.12.§.1.D.eo.l.21.in fi.D. de donationibus int. vir. Id ſi cõuenerit, fructus à marito condici non poterunt.
i Pactum cum ſocero initum, vt ſi conſtante matrimonio ſuperſtitibus liberis ſeſe decedere cõtigerit, dimidia duntaxat dos reſtituatur, inutile eſt. 1. Harmenopul. 9. §.33. Synop. ibid. c. 32.
k è cõtrario cõueniri poteſt, vt moriente filia pars eius liberis reſtituatur l.1.ff. de dote præleg.
l Pactum patris non valet, Vt filia mortuo eius marito, contenta ſit certa dotis parte, néve integra ad eam reuertatur, aut vt pars eius cedat liberis ex eo matrimonio natis. & ita fauor mulieris præfertur fauori liberorũ, quantumuis pacto interpoſito l.30.ff.eod.
m l.2.l.16.D.eo. l. 1. D. de dote prælegata.
n Mater liberis emancipatis ſtipulari non põt ſtricto iure. & ita hanc legem accipę: vtiliter ſecus, l.7.j. Paulo aliter Baldus id exprimit, matrem non poſſe verbis directis liberis ſtipulari: obliquis, poſſe. quoties ſcilicet ſibi ſtipulatur pro filiis.
o Cur ita? vide quæ dixi ad l.38.§.17.ff. de verb. obligat. p Ritè. vt quæ ab eo interponatur qui ſtipulatur. non fit ritè, ab abſente l.1.ff. de verb. obligat. ſenſus eſt ergo, Filiam emancipatam à patre ſtipulari ſibi poſſe dotis maternæ reſtitutionẽ. q Pactum vt præmortuæ vxori maritus ſuccedat, irritũ eſt. Neque enim pacto hereditas datur: pactum nõ eſt modus iure ciuili introductus ad quærẽdas aliorum hereditates: verùm id fit vel teſtamento vel lege ab inteſtato. adde 4. Harmenopul. 9. §.34 r Non pactis v.l. 30.ſ. de pactis l.61.ff. de verbor. oblig. adde quæ ſcripſi ad l.15.ſ. de pactis. ſ Pactus cum vxore, vt eius defunctæ heres eſſet, nihil paciſcitur: hoc eſt, id genus pacti inutile eſt. Nõ enim pacto de hereditate noſtra diſponere poſſumus: quum extraneus ſine teſtamento nequeat alterius heres eſſe. Synopſis eod. ca. 35. Harmenopul. d. §.34.
t Id eſt, parapherna l.8.j. eo quaſi diceret, Pactum non valere, vt vir vxori in paraphernalibus ſuccedat. Aliud eſt ſi idem de dote conuenerit. † In Gallia aliud obſeruari Paponius refert 20. Arreſt. 2. §. 1. ibi, *& ſont iournellement tant ez pays de droit eſcrit que de couſtumes, ſuiuies inſtitutions d'heritier legitimement faites en contracts de mariage, ſocieté de tous biens, & autres: & ainſi a eſté ſouuẽt iugé par Arreſt de* Thoulouſe *& Paris: notamment entre nobles.* abrogata hac lege & lege 15. ſ. de pactis. Chaſſaneus in conſuet. Burgundię, rubr. 4. §. 7. in verbis *conſtant leur mariage*. Ita iudicatum quoque ab Aſſeſſoribus curiæ Spirenſis. Mynſinger 2. obſ. 33. adde Cynum. Baldum. Salycetũ Caſtrenſem ad l. ſi pater. ſ. de inoffi. teſ. Maſuer. Titul. de ſocietate num. 5. & 10. & titulo de ſucceſſionib. num. 57. Benedictus in c. Raynutius num. 198. extr. de teſtamentis. Tiraquell. de iure primigeniorum quæſt. 6. numero 8. Mynſinger. 5. Reſponſor. 49. Hippolytus de Marſiliis ſingulari. 50. & 333. Boerius in conſuetud. Biturcienſes rubr. *des couſtumes concernans les mariages*. §. 1. Valet autẽ maximè id pactum de ſuccedendo ſi factũ à patre liberis No. 19. (abrogata lege pactũ ſ. de pactis.) ſi iuratum. Gabriel. 3. communium tit. de donat. ſi viciſſitudinarium, mutuum & reciprocum (hæc enim inſtitutio captatoria non eſt, vbi duorum ſimilis eſt affectus. l. captatorias. D de heredi. inſt. Nouel. Valẽtiniani, de teſtamentis. alioquin mutua donatio aliis priuilegiis fruitur: neq; indigere inſinuatione notat Marſili. d. ſingul. 333.) ſi tabulis nuptialibus adiectum (idque fauore matrimonij & nuptiarũ, quarum cauſa pater etiã filiæfamilias donare poteſt.) Item ſi non omnis hereditas datur vel pars tantùm, aut vſusfruct. Chaſſan. d. loco. Pactũ verò de nõ ſuccedẽdo etſi iure ciuili non valeat. l. ſi quãdo. §. 1. ſ. de inofficioſo: l. pactũ dotali. j. de collat. l. vlt. ff. de ſuis. iure tamẽ Canonico iureiurando confirmatũ, obtinet. c. quamuis de pactis.
u Si pactũ fuerit vt priore defuncta vxore dos apud virum permaneat, ſi modo à patre (hic enim nõ eſt extraneus) profecta eſt dos, valet pactum & excluditur pater. Nihil enim prohibet pacto deteriorẽ dotis cauſam, preſertim vbi ad ſolum patrem eius repetitio pertinet, fieri. 1. Harmeno. 9. §. 35. l. 9. l. 11. j. de hered. inſtituend.
x Pater poteſt iuri (quod in dote filię profectitia habet) renuntiare.
y Quibus caſib. dotis conditio deterior fieri poſſit.
z Auus maternus nepotibus dotem reſtitui vtiliter paciſci poteſt l. 45. D. ſoluto.
a non directa, dixi ad l. 4. ſ. eo.
b Galli peculiũ vocant v. l. 9. §. 3. ff. de iure dot.
c Nihil iuris marito datur in paraphernis, niſi hactenus quatenus patitur mulier l. 5. ſ. eo. l. 11. j. eo. l. 17. j. de donati. int. vir. d v. l. 2. j. ne fideiuſ. dotiu. e Legum conditores, æquitatis fautores eſſe conuenit. f l. 20. verſ. Sin autẽ ibi, ita tamen vt Leonina conſtitutio ſ. de donatio. ante nupt. Nou. 117. c. 6. g Vt quemadmodũ vir tertiã, ita vxor tertiã conſequatur: l. 10. j. eo. verſ. Sin autẽ. † Dotis quantitas amplior aut minor eſſe potuit donationis propter nuptias quantitate. hodie ęquales quantitates eſſe debent Nou. 97. c. 1. Iul. ibid. † Dos ſit 6000. donatio propter nuptias, 2000. aureorũ quantitates inæquales ſunt. vir quartã dotis i. 1500. vxor quartã donationis propter nuptias i. 500. ſibi ſtipulatur. Quotas ſibi ſtipulãtur & tamen inęquales. quia ſuperius lucrũ refertur ad principiũ inęquale, cuius effectus niſi inæqualis eſſe poteſt. Nouel. Iuſtiniani 97. ca. 1. id non probat. Vult ergo, vt quantã vir ſtipulatus ſibi fuerit ſummam, tantam vxor ſibi ſtipuletur. Tentari poteſt d. Nou. 97. abrogari Nou. 117. c. 6. reducta hac lege: Equidem Baldus negat de cõſuetudine hanc legẽ & d. Nou. 97. ſeruari. h Quod quis noſtro nomine facit, ipſi facere videmur. i Qui dotem promiſit redditionem eius ſtatim ſibi ſtipulari debet. aliàs non auditur redditionẽ ſtipulari volens à tẽpore dotis traditæ l. vn. §. 13. ſ. de rei vxor. act. k Dotis & donationis propter nuptias idẽ pactũ, & eadẽ in pactis ęqualitas eſſe debet. vt hic. quod intellige ſi fiat conſtante matrimonio. nã alioquin ſi inæqualia pacta eſſent, donatio inter virũ & vxorẽ permitteretur. quod tamẽ prohibitũ eſt l. 1. ff. de donat. inter virũ. aliàs ante contractũ matrimoniũ, huiuſmodi pacta inæqualia valent. Innocent. in c. donat. extr. de donat. inter virũ & vxorem & ibi Butrigar. Angelus hic Socinus regula. 106.

10. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

LEge Leonis[a] diuę memorię, pacta lucrorũ dotis & ante nuptias donationis paria eſſe ſanciente, nec adiiciente quid fieri oporteat, ſi hoc minimè obſeruatũ ſit, nos omnia clara eſſe cupientes, præcipimus diſparibus eis factis, maiorem lucri partem ad [b] minorem deduci, vt eo modo vterque minorem partem lucretur. Dat. VIII. Idus April. Conſtantinopol. Decio V.C. Coſ. 529.

De paraphernis.

11. Idem A Ioanni P. P.

SI mulier marito ſuo nomina [c], id eſt, fœneratitias cautiones quæ extra [d] dotem ſunt, dederit [e], vt loco paraphernorum [f] apud maritum maneant, & hoc dotali inſtrumento fuerit adſcriptum: vtrúmne habeat aliquas ex his actiones maritus, ſiue directas, ſiue vtiles, an penes vxorẽ omnes remaneant, & in quem euentum dandæ ſint marito actiones, quærebatur. Sancimus itaque, ſi quid tale euenerit: actiones [g] quidem omnimodo apud vxorem manere, licẽtiam autem marito ||dari|| eaſdem actiones mouere apud competentes iudices, nulla ratihabitione ab eo exigenda: & vſuras [h] quidem eorum circa ſe & vxorem expendere: pecunias autem ſortis, quas exegerit, ſeruare mulieri, vel in cauſas ||ad|| quas ipſa [i] voluerit, diſtribuere. & ſi quidem in dotali inſtrumento hypothecæ ||pro his|| nominatim à marito ſcriptæ ſint, his eſſe mulierem ad cautelam ſuam contentam. Sin autem minimè hoc ſcriptum inueniatur: ex præſenti noſtra lege habeat [k] hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Ante enim habeat mulier ipſa facultatem, ſi voluerit, ſiue per maritum, ſiue per alias perſonas eaſdem mouere actiones, & ſuas pecunias ||percipere,|| & ipſas cautiones à marito recipere, ſecuritate ei competente facienda. Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones: & dolum, & [l] diligentiam maritus circa eas prę̃ſtare debet, qualem & circa ſuas res habere inuenitur: ne ex eius malignitate vel deſidia aliqua mulieri accedat iactura. Quod ſi euenerit: ipſe eandem de proprio reſarcire compelletur. Dat. Kal. Nouemb. Lampadio & Oreſte VV.CC. Coſſ. 530.

DE DOTE[m] CAVTA NON numerata[n].

Tit. XV.

De numeratione & ſcriptura.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. & CC. Dionyſiæ.

DOTEM numeratio [o], non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit: & ideo non ignoras ita demũ te ad petitionem dotis admitti poſſe, ſi dotem à te re [p] ipſa datam probatura es. Dat. XIII. Kal. Augusti, Chilone & Libone Coſſ. 205.

De donatione.

2. Imp. *Alexand.* A. Papinianæ.

QVod de ſuo maritus conſtante [q] matrimonio donandi animo in dotem adſcripſit: ſi eandem donationem legitimè confectam non reuocauit [r], qui incrementum doti dedit & durante matrimonio mortem [ſ] obiit ab heredibus mariti, quatenus liberalitas interpoſita minuta eſt, peti poteſt. P.P. Nonis Decembr. Alexandro A. III. & Dione Coſſ. 230.

De tempore exceptionis.

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

IN dotibus, quas datas eſſe dotalibus inſtrumentis conſcribi moris [t] eſt, cùm adhuc nulla datio, ſed pollicitatio tantùm ſubſecuta ſit, liceat non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, non ſolum marito contra vxorem, vel eius heredes, morte mulieris vel repudio diſſoluto matrimonio, ſed etiam heredibus mariti cuius morte diſſolutum eſt matrimonium: ſocero etiam, vel eius heredibus, ſi cum filio ſuo dotem ſuſcepiſſe dotalibus inſtrumentis ſcriptum ſit: omniq́ue perſonæ, quam dotem ſuſcepiſſe vnà cum marito conſcribitur, & eius ſimiliter heredibus: ita tamen, vt intra [u] annum tantum continuum à morte mariti, vel mulieris, vel miſſione repudij computandum, ea licentia detur. Datum Kalend. Iun. DN. Iuſtiniano A. II. Coſ. 528.

In authen. de temp. non ſolu. pe. ſuper dote § generaliter col. 8. tit. 1. ad coll. 7. tit. 10.

QVod locum habet, ſi intra biennium ſoluatur matrimoniũ, ſi autem vltra biennium vſque ad decimum annum extendatur: & ipſi marito, & heredi eius intra tres menſes querela permittitur. Sed ſi decennium tranſcurrerit: omnino querela denegatur, permiſſa reſtitutione in integrum præfinita, & ſpecialiter ſi minor ætas interueniat.

a l. 9. ∫. eod. l. 20. ver. ſin autem, ibi ita tamẽ vt Leonina conſtitutio ∫. de donationib. ante nupt. Noue. 22. ca. 20.
b Inæqualis lucri portio ad æqualitatem reducitur.
c Nomina, id eſt, fœneratitiæ cautiones.
d v. l. 9. ∫. de rei vindicat.
e v. l. 8. ∫. eod.
f Maritus cui vxor tradidit inſtrumẽta, pręſumitur procurator vxoris. *Alcia. 1. præſump. 33.*
g Maritus poteſt mouere actiones paraphernalium bonorum, quorum tradita habet inſtrumẽta, eaq́; debita exigere citra ſatiſdationem rati. *v. tamen l. 21. D.* de *procuratoribus.*
h Vſuras paraphernalium bonorum maritus poteſt in ſuam & vxoris vtilitatem cõuertere: ſortem verò tenetur vxori ſeruare.
i *v. l. 8. ∫. eod.*
k Pro reſtituẽdis paraphernalibus, bona mariti tacitè vxori obligantur.
l Maritus in paraphernalibus eandem diligẽtiã quam in rebus ſuis præſtare debet.
m His adde titulum *de pecunia non numerata, & ſi pignoris conuentionẽ numeratio pecuniæ ſecuta non ſit.*
n *Nouel. 100. 23. Ecl. 3. & l. 23. tit. 3. ca. 4. & lib. 29. tit. 3. c. περὶ ἀναργυρίας περιικός.*
o Dos numerata, non éa quæ tantũ cauta eſt, dos propriè ac verè eſt. Igitur vt dos poſſit repeti non ſufficit cautam: oportet numeratã fuiſſe. Nuda cautio nõ obligat, ſed numeratio *l. 1. ∫. de donat. ante nupt. l. 1. ∫. de bon. proſcriptor. 4. Harmenop. 8 § 14.*
p ἐν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ: τουτ' ἔστι μὴ ἐν χάρτῃ μόνῳ ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ πράγματι ἡ προῖξ ἐπεδόθη. hoc eſt, ſi doté à te reuera datam probaueris: id eſt, ſi non in charta tantũ, ſed reapſe dos data fuerit. *Synopſis Baſili. 29. tit. 1. ex tit. 5. c. 41.*
q Quid ſi poſt diuortium? *vide l. 21. D. de verborum obligationibus.*
r *vide Rolan. à Valle 1. conſil. 90. num. 14.*
ſ Morte confitentis conualeſcit confeſſio dotis facta donandi animo *vt hic, & l. 59. D. de donationibus int. vir.*
t Moris eſt dotalibus inſtrumentis conſcribi dotes datas eſſe.
u Cautioni falſæ obiicitur præſcriptio anni numerandi à ſoluto matrimonio, quam Nouell. 100. valde immutauit. Valet enim vt ſoluto matrimonio exceptio dotis non numeratæ opponatur intra annum, ſi matrimonium biennium tantùm durauit: alioquin, intra tres menſes tantùm certis caſibus: aliàs, nullo modo.

† Donationes ſimpliciter inter virũ & vxorẽ prohibitę cõſtante ipſo matrimonio *vt hoc titulo.* Quid mutue? hodie valẽt, vt notaui *ad l. 5. ∫. de pactis conuentis.*

DE DONATIONIBVS† INTER[x] virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis & de ratihabitione.

Tit. XVI.

De bonis à fiſco occupatis.

1. Imperator *Antoninus* A. Triphenæ.

BONA [y] quondam mariti tui fiſcus [z] ſi nemine ||ei|| ſucceſſore exiſtente vt vacantia occupauerit: donationes ab eo factæ ſi vſque [a] ad fiem vitæ in eadem voluntate permanſit, reuocari non poſſunt. PP. 3. Idus Ianua. Duobus & Aſpris, Coſſ. 223.

De militibus.

2. Idem A. Marco militi.

SI ancillam nummis tuis comparatam eſſe præſidi prouinciæ probaueris, donationiſque cauſa focariæ [b] tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum: eam ||tibi|| reſtituit iubebit. Nam licèt ceſſante iure matrimonij donatio perfici potuerit: milites tamen ||meos|| à focariis ſuis hac ratione fictiſque adulationibus ſpoliari nolo. PP. XII. Kalend. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino. Coſſ. 214.

Donatione facta ab vxore, aut Socero.

3. Idem A. Epicteto.

DOnatio mancipiorum aliarúmque rerum, quas tibi ab vxore tua donatas dicis: ſi modo ſuæ poteſtatis, cum donaret fuit, vel patris ||ſui|| voluntate id fecit, & ||in|| eadem voluntate donationis vſque [c] ad vltimum diem vitæ perſeuerauit: & ex mea & ex diui Seueri patris mei conſtitutione confirmata eſt. Sin autem poſt mortem filiæ facta eſt donatio à quondam ſocero [d] tuo: etiam inter viuos ea perfici potuit. PP. IIII. Non. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

De his in quorum poteſtate ſunt vir & vxor quiue in eorum poteſtate ſunt.

4. Idem Auguſtus Claudiano.

NEc [e] inter [f] eas quidem perſonas, quarum iuri ſubiecti ſunt vir & vxor, ||qui|| [g] quæve in eorum poteſtate ſunt, donationes iure ciuili fieri poſſunt. PP. III. Idus Auguſt. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

De Diuortio.

5. Imp. *Alexander* Auguſtus Quintillæ.

SI (vt proponis) pater tuus, in cuius poteſtate fuiſti, marito tuo genero[h] ſuo inſtrumentum debitoris donationis cauſa dedit, iſq́; matrimonio durãte vita functus eſt, ac poſtea à marito diuertiſti: quod geſtum eſt, non valet. P. P. Idib. Febr. Albino & Maximo Conſſ. 228.

De morte vxoris donatoriæ.

6. Idem Auguſtus Nepotiano.

ETiam ſi vxoris tuæ nomine [i] res, quæ tui iuris fuerant, depoſitæ ſunt: cauſa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etſi donaſſe te vxoris res tuas ex hoc quis intelligat, cũ donatio in matrimonio facta, prius [k] mortua ea quæ liberalitatem excepit, irrita ſit. nec eſt ignotum, quòd

x *dixi ad l. 24. D. 1. adde Cla. 4. ſent. §. donatio. quæſt. 9.*
y Si quum maritus donaſſet, vſque ad finem vitæ donationi adquieuerit, rata ſit donatio: Quapropter, ſi fiſcus marito ſucceſſerit, tãquam nullos heredes habenti, donationes factas reſcindere nõ poteſt. *Synopſis Baſilic. 30. titul. 1. c. 56. 4. Harmenopulus 11. § 4.*
z Confiſcatio bonorum mariti nõ infirmat vxori factas donationes à marito.
a *l. 4. ∫. eod. l. 32. § 2. D. eod.*
b Miles focarię donare non poteſt. Focarię, militum amicæ. *dixi ad l. 12. §. 6. D. de inſtructo: Paulus 3. ſent. 6. §. 37. & quæ dixi ad l. 5. D. de donationibus.* Rolandus à Valle *1. conſil. 98.* id extendit ad clericos: & rectè. militant enim clerici.
c Donatio facta ab vxore, morte eiuſdẽ, aut ſi ea in poteſtate erat patris, eius morte confirmatur.
d Quondam ſocer genero donare poteſt *leg. 26. in fin. D. eodem.*
e Nec qui virum & vxorem ſuæ poteſtati ſubiectos habent, nec qui ſunt in vxoris aut viri poteſtate ſibi donare poſſunt: hoc eſt, nec ſocer, conſoceri: nec filius viri, ſeruo mulieris donare poſſunt. *Synopſis Baſilic. ibid. cap. 59. adde 4. Harmenop. 11. § 7.*
f Socer conſocero donare non poteſt. *l. 5. §. 2. D. eod.*
g *l. 2. § 2. D. eodem.*
h Morte ſoceri non confirmatur donatio genero facta ab eodem ſocero, ſi filia ſuperuiuat *Bartol.*
i Vir rem aliquam deponens nomine vxoris, non amittit rei depoſitæ dominium *l. 8. in fin. ∫. de inofficioſ. donation.*
k Morte donatarij extinguitur donatio, & ad eum res reuertitur qui donauit *l. 18. l. 20. in fi. ∫. eod. leg. 32. § 14. D. eod. l. 8. D. de reb. dub.*

a Præsumitur vxor constante matrimonio quidquid adquisiuit, de bonis mariti adquisiuisse, turpis quæstus euitandi causa. *vt hic. l.51.ff.eod.c.significauit. de donation.* Plautus *Casina*. Nam peculi probam nihil habere addecet clam viro: & quod habet partum, ei haud commodi est, Quin viro aut subtrahat, aut stupro inuenerit. Hoc viri censeo omne, quidquid tuum est. Idem est in curatore rerum ecclesiasticarũ. Hic enim præsumitur omnia parasse ex rebus ecclesiæ, quæ nõ patet ei obuenisse iure cognationis. *Noue.123.* Ea quoq; ratione gastaldus. i. actor præsumitur ex re domini parasse, quod adquisiuit. *l.1.legum Longobardic. ti.de adq.act.reg.* Quid in tutore ãtea egeno, post administrationem rerum pupillariũ, facto diuite? Præsumitur tutor vel curator ex sua poti⁹ industria diues factus, quàm ex bonis pupilli vel adulti. *l.10.j. arbitrium tutela.* Præsumitur enim quis ex sua poti⁹ industria locupletari, quàm ex alienis bonis. Ad eundem modum, quidquid frater adquirit, præsumitur suo labore potius adquisiuisse quã ex cõmunibus bonis. *dixi ad l.51.ff.eo. adde Cremensem singul.6.* Quid in officiario, an præsumatur adquisiuisse ex officio, *v.l. defensionis facultas j. de iure fisci lib. 10.* Quid in filia & filiofamilias? præsumitur illa ex bonis patris adquisiuisse at non filius: nisi aliæ coniecturæ accedant, vt ex Bartolo refert Masuerius *tit. de præsumpt.19.n.7.* Aliud ergo si lõgè post matrimonium, i. non intra annũ luct⁹ quæsiuerit (Nã ex his quæ in cõtinẽti fiunt, præsumptio colligitur. *l. si ventu. §. in bonis. ff. de reb. auctoritate iudic. l. si quis postac. j. de bonis damnat.*) aliud etiã, si maritus inops fuit, vxor vero diues: maior enim pręsumptio minorem debet vincere. aliud in cõcubina, *v. Corras.3.Miscel.5.* (Idem tamen putat esse in concubina Baldus *l. 1. j. de naturalibus liberis.*) aliud quoque si vxori bona paraphernalia multa fuerint, aut si negotiatrix erat. nam, quæ in domo mariti reperiuntur, eius esse præsumuntur non vxoris. Cætera quæ ad hanc regulam pertinẽt, vide apud Alciatum 3. *Præsumpt.26. Zas.1.cons.5.num.21. Mynsing.2.obs.92.* vbi inter cætera notat, hanc pręsumptionem mulieri posse obiici non tantum à marito eiusve heredibus sed & ab extraneo.

cum probari non possit, vnde vxor matrimonij tempore honestè [a] quæsierit, de mariti bonis eam habuisse veteres iuris auctores merito crediderint. PP. Non. Decembr. Alexand. A. III. & Dione Coss. 230.

Si matrimonium valuit vel non.

6. Idem Augustus Theodotæ.

SI ex voluntate [b] patris tui, filio [c] tutoris nupta es: collata in maritum donatio ipso iure irrita est [d]. Sed si matrimonium iure non [e] valuit: licet ipso iure donatio tenuerit: quia tamen indigna persona eius fuit, qui nec maritus potest dici: vtiles actiones super reuocandis [f] his tibi competunt. PP. Kal. Octob. Lupo & Maximo Coss. 233.

De fructibus.

8. Idem Augustus Leoni.

SI fructus [g] ||eorum|| prædiorum, quæ in dotem accepisti, matrimonij tempore vxorem tuam percipere passus es, eósque vxor tua consumpsit [h] restitui tibi post diuortium oportere, nulla ratione contendis. Sin autem ex his locupletior [i] facta est: in tantum potest conueniri. PP. 5. Kal. Oct. Maximo & Paterno Coss. 234.

De rebus vxori comparatis ex pecunia mariti.

9. Imp. *Gordian.* Augustus Origeni.

ET si de tua [k] pecunia mancipia vxori tuæ comparata sunt: tamen si ei tradita [l] sunt, eorum dominium non ad te, sed ad eam pertinet: pecuniæ autem tantummodo repetitionem habes, siue [m] negotium eius gerens numerationem fecisti, siue in eam donationem conferens quantitatẽ pretij largitus es. Etenim vel in solidum [o], vel quatenus locupletior [p] facta est, actione cum ea competenti experiri poteris, PP. 7. Kal. Octob. Pio & Pontiano Coss. 239.

De confirmatione donationis ne res donatæ iniuriose auferantur.

10. [q] Idem A. Valeriano.

SI maritus quondam vxoris tuæ, cùm sui iuris esset, in eã prædia vel donationis titulo contulit, & in ea voluntate vsque ad mortem suam durauit: ex oratione [r] diui Seueri confirmata est donatio. At si eas res pater defuncti iniuriose abstulit: per præsidem prouinciæ eas restituere [s] cogetur. Nec enim quasi maleficiis [t] eius sit maritus extinctus, crimẽ intendens, sub prætextu [u] accusationis, quæ donata sunt, auferre debuit: cum causa liberalitatis [x] à criminatione separata [y] sit. PP. 7. Kal. Febr. Ariano & Pappo Coss. 244.

De petitione & repetitione.

11. Idem A. Maximo.

SIcut cessat petitio quãtitatis, quam de suo maritus vxori in [z] menses singulos, vel annos [a] ||singulos|| proprij [b] vsus eius gratia promittit: ita ||&|| ex ea causa nummi soluti erogatique non dari repetitionem manifestum est. PP. 5. Kal. Iul. Gord. A. II. & Pompeiano Coss. 242.

De obligatione rei donatæ.

12. Idem Augustus, Secundinæ.

SI maritus tuus creditores sortitus, post [c] factam in te donationem, fundum, quem ex donatione iuri tuo vindicas, iisdem specialiter obligauit: eandem obligationem defensionis tuę firmitatem interrumpere, intelligere debes: cùm sit † manifestum non solùm huiusmodi obligatione, sed etiam donatione vel venditione, vel alio quolibet mo-

b & ita iuste. c *v.l.6.inf.l.7.j.de interdicto matrim.l.66.l.67.ff.de ritu.*
d quia donatio constante matrimonio facta, non valet etiã inter viuos coniuges, vt hoc casu. e Donatio inter coniuges putatiuos, licet teneat ipso iure, non tenet tamen in effectu, potéstque reuocari. Vxor illicita, viro non donat.
f *adde l.vn.§.12.in fi.j.de caducis.*
g Etiam fructuum donatio non valet inter coniuges, nisi sint consumpti.
h Fructus vxori donati & cõsumpti nõ repetũtur, nisi facta sit locupletior. *l.28.ff.e.*
i Eatenus reuocatur donatio inter coniuges facta, quatenus recipiens locupletior efficitur. *l.28.§.3.l.32.§.9.l.50.in f.ff.eod.*
k Maritus ex sua pecunia, rem vxoris potest emere.
l Traditio transfert dominium. *l.20.j.de pactis.*
m Licet maritus rẽ vxoris emat propria pecunia, res tamẽ vxoris est si ei tradita sit.
n Rei vxori traditæ pretiũ maritus condicere potest, vel vt gestor: vel vt donator.
o si tradidisti vt gestor.
p si tradidisti vt donator. *l.8.in f.j.eod.*
q alias hæc lex est xi. apud Haloand. idque rectè vt ex subscriptionis die apparet.
r *l.32.§.1.ff.eod.* s Spoliatus ante omnia restituendus est.
t veneficiis. u Etiamsi reus, qui spoliauit, crimen actori obiicere sit paratus, non per id tamen impeditur quominus actor spoliatus ante omnia restituatur. Causa spoliationis est priuilegiata, neque debet protelari prætextu criminis obiecti.
x Separata est causa donationis ab actione criminis.
y Separatorum separata debet esse ratio. *l.vlt.ff.de calumniatorib.l.20.ff. de minorib. l.18.§.1.in fine.ff.familiæ erciscundæ.*

do rebus alienatis, reuocatam esse à viro in mulierem factã donationẽ. PP. 3. Kal. Febr. Ariano & Pappo Coss. 244.

Donatio valida facta vxori non præiudicat creditori anteriori, sed sequenti. Sal.

13. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti, Rufinæ.

SIquidem ante donationem possessionis in te iure (vt dicis) ||à marito|| collatam, prædium ab eodem creditori obligatum [d] fuerit: alienationem eius saluo [e] iure debiti, si tamen iuris ratio actionem eius ||creditoris|| non excludit, factam esse non dubium est. Quòd si donatione [f] iure celebrata, eo quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus, in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est: factum mariti, quem diem suum obisse memorasti, iuri tuo officere non posse, certum est [g]. PP. 12. Kalendas Iulias Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

De confirmatione donationis facta in testamento.

14. Iidem Augusti Octauianæ.

EX verbis, quæ in postremis iudiciis [h] inseruntur, licet ad fideicommissum vel legatum vtilia sint, non omnino legati vel fideicommissi persecutio datur: sed ita demum, si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta. vnde te voluntatis [i], non iuris quæstionem in preces tuas contulisse, palam est. Cum igitur testamento lecto animaduertimus maritum tuum ex præcedente donatione dominium tibi reseruasse, securitatique tuæ ad obtinendam proprietatem cauisse: inditorum verborum cõceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex senatusconsulti [k] auctoritate liberalitatem mariti tui, cui custodiendæ etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse additam. PP. 3. Non. Octobr. ipsis & AA. Coss.

De venditione simulata & de fisco creditore mariti donantis.

15. Iidem Augusti, Iusti & aliis.

SI [l] non verum contractum pater vester gessit, sed sub [m] specie [n] venditionis donationem ||possessionis|| in matrẽ vestram contulit, nec ex bonis quæ in persona patris vestri permansisse videbantur, ob [o] primipilum indemnitati fiscali [p] satisfieri potuit: licet in eadem donandi voluntate perseuerauerit: ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam, quæ ex bonis ab eo relictis colligi nequiuerit, conferendum est. Quòd si liberalitatis tenorem mutata voluntate pater tuus interrumpit [q]: in hereditate eius dominium resedisse nulli dubium est. PP. 4. Kal. Feb. Tyberiano & Dione Coss. 291.

De re empta ex pecunia mariti.

16. Iidem Augusti, Theodoro.

SI filij tui emancipati matris hereditatem sibi acquisierunt: proba [r] apud præsidem prouinciæ non donandi animo te nomine vxoris tuæ prædia comparasse, sed nominis duntaxat eius titulo [s] ||vsum|| per possessionem rerum à venditoribus tibi traditarum [t] dominium esse effectum, vt comprehensa filiorum tuorum iniuria, proprietatis ius incolume perseueret. Nam si largiendi [u] proposito id te fecisse constiterit: pecuniæ tibi persecutio competit. PP. Id. Mart. Tyberiano & Dione Coss. 291.

z De menstrui vel annui donatione inter cõiuges nõ agitur: nec soluti repetitio datur.
a *l.28.in f. l.33. ff.eod.*
b *l.31.§.8.§.9.ff. eod.*
c *vide l.32.§. ff.eod.*
† id hodie mutatũ est Nouell. *162.ca.1.§.1.* quæ negat maritum rem donatam vxori pignori obligando videri mutasse voluntatem.
d Præcedens obligatio nõ impedit sequentẽ dominij translationem, obligationem impedit.
e Res obligata alienari solet saluo iure debiti.
f Donatio valida non præiudicat creditori anteriori sed sequenti.
g Cur ita? *vide l.2.j.si aliena res pignori.*
h id est, in testamentis: hoc innuit, Donatione inter viuos per maritum vxori collata & in eius testamento confirmata, non deberi rem, eiúsque æstimationem, sed rẽ tantum, ex donatione morte confirmata. vt confirmatio donationis inter virum & vxorẽ facta in testamẽto, non intelligatur esse noua dispositio: sed veteris corroboratio, & retrotrahatur, Ideo si donator legat, q̃ donauit, id confirmationis iure capietur, non legati. vt hinc constet, verbum *Lego*, non semper facere legatum, vti nec verbum *Dono*, donationem. *l.15. §.4.ff.locati.*
i Voluntatis & iuris quęstiones diuersæ.
k *l.32.ff.eod.*
l Donauit vxori maritus, ne tamen donasse videretur, in instrumentum contulit se vendidisse: reapse igitur donatio fuit: imaginarie, venditio. quæritur an huiusmodi donatio subsistat? sic sanè, si res donatas ante mortem non reuocauit maritus. Ponè, non reuocasse, & cum deberet fisco ex causa primipili, mortuum esse: & ad solutionem reliquum eius patrimonium non sufficere? etiam fiscus in res ita donatas experiri potest. Quid si superstes donationem reuocauit? ne quidem rei dominium alienauit, sed illud moriens heredi reliquit. *vt hic Synopsis Basilic. 19.t.5.ex lib.30.t.1.c.69.*
m *l.20.j.eod.l.32.§.5.ff.eod.*
n *εἰκονικῶς πωρεδόσκων ἐδωρήσατο.*
o *ἀπὸ πριμιπιλου, Synop. ibid.* vbi in ora legitur *ἀπὸ δημοσίου* ex causa fiscali.
p Maritus in fraudem fisci, cui est obligatus, donare vxori non potest, aut donationem venditione simulata adumbrare.
q id est, reuocauit. Reuocata donatione, res donatæ reuocari in hereditatem donatoris intelliguntur.
r Præsumitur enim pro instrumento. *l.18. de probat.*
s Si maritus honoris gratia nomẽ vxoris adscribi curauit in instrumento emptionis quod fecit, ipsum fundum potest vindicare Salycet. Præsumitur emptio simulata, si est appositus titulus in persona vxoris & traditio facta est ipsi marito. *v.l.4.l.5.j. si quis alteri vel sibi. Bald.*
t Maritus rem emptam sibi traditam ait: vxor suo nomine rem emptam adfirmat, quis potior in dominio? mulier. etiamsi maritus ex traditione sibi facta se vsum duntaxat titulo ac nomine vxoris probare velit.
u Quod vir vxoris nomine cõparauit, eíque tradidit, nõ repetit: sed pretiũ tantũ nã quoties titulus & traditio in persona vxoris cõcurrit, adquiritur vxori dominiũ

a *Synopsis Basilic.29.tit.1.ex lib.30.tit.1.cap.30.§.4.4.Harmen.9.§.22.*
b Parapherna intelligit,de quibus vide *l.9.§.3.ff.de iure dot.*quæ Græcis ἐξώπροικα.
c Si maritus consumit paraphernalia vxoris,ea consentiente,præsumitur donatio: & repetit vxor quatenus maritus est locupletior.
d Si maritus consumit vxoris parapherna ea inuita,tenetur in solidum *.l. 8. §. de pactis conuent.*

De paraphernis à marito consumptis.

17. Iidem Augusti & CC.Capitolinæ.

DE[a] his,quæ [b] extra dotem||in domum||illata,à marito erogata commemoras,si[c] quidem te donante cõsumpta sunt, intelligis aduersus heredes non nisi in quantum locupletior fuit,habere te actionem : Si [d] verò contra voluntatem tuam : omnia tibi restitui oportere.PP.8. Kaléd. Mart.Heracliæ,AA.Conss.

An donatio initio vel post facto valeat.

18. Iidem Augusti & CC.Maternæ.

A Marito in vxorem donatione collata matrimonij tẽpore,nec[e]initio dominium transferri potest: nec post ||[illegible]|| diuortium intercesserit [f],vel prior persona,quæ [g] liberalitatem accepit,rebus humanis fuerit exempta,vel ab eo qui donauit,fuerit reuocata [h], potest conualescere. Dat.4. Kal.Sept.AA. Coss.

Si mater donet filio communi.

19. Iidem Augusti & CC. Dionysiæ.

SI [i] constante matrimonio tibi mater [k] domum tradidit: hanc in tuis [l] bonis fecit. Datum Idib.Iul. Philippopoli, CC.Coss.

Si creditor mariti consentientis rem vxori donauerit.

20. Iidem Augusti & CC.Claudiæ.

CReditor debitori soluto, de pignore liberato nihil ad vxorem debitoris quondam transferre potuit. Sed nec consensus eiusdem debitoris accedens per eum ,||qui|| creditor fuit,imaginariæ[m]factæ venditioni ad dominium trãsferendum prodesse quicquam potuit : cum tam ea,quæ simulatè aguntur, quam quæ in vxorem à marito donationis causa tempore matrimonij procedunt,propter iuris ciuilis interdictum[n](cum proponas vxorem superstite[o] marito rebus humanis exemptam)pro infectis habeantur. D. 5.Id.August.Viminacij,CC.Conss.

De vxore expendente pro marito.

21. Iidem Augusti & CC.Maucaliæ.

SI propriis habitis cõtractibus,quam acceperas mutuam pecuniam, pro marito donationis causa erogasti : cum hæc ad dignitatem [p] profuerit, nec locupletior sit factus: intelligis nullã tibi contra eum competere actionem.Dat. 3.Id.August.Viminacij,CC.Conss.

De seruo manumissionis causa donato.

22. Iidem Augusti & CC.Archinoæ.

MAritus[q] manumissionis [r] causa seruum mulieri constante matrimonio donare potest. S.Kal.August.Sirmij,CC.Conss.

Si Socrus nurui donauerit.

23. Iidem Augusti & CC.Cæcilianæ.

SI te in vacuam [s] possessionem prædij socrus [t] tua titulo donationis ante matrimonium vel post induxit : ad rescindendam donationem pœnitentia [u] nihil proficit.S.Kal. Nou.Brundusij,CC.Conss.

De condemnatione mariti donatoris.

24. Imp.*Constant.*Augustus Petronio Probino.

REs [x] vxoris,quæ vel successione qualibet,vel emptione,vel ||etiam||largitione viri in eam ante[y] reatum iure peruenerant,damnato [z]||ac mortuo ex pœna marito,vel in seruilẽ conditionem ex pœnæ qualitate deducto,||illibatas esse præcipio,nec alieni [a] criminis infortunio adstringi vxorem : cum paternis maternisue ac propriis bonis frui eam integro legum statuto religiosum [b] sit: & donatio maritalis ante [c] tempus criminis ac reatu collata in vxorem, quia pudicitiæ [d] præmio cessit, obseruanda sit, tanquam si maritum eius natura non pœna subduxerit. Sin autem aqua & igni||ei||interdictum erit,vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna subsecuta, donationis à viro in vxorem collatæ,adhuc impendenti [e] maneant : quia nec [f] matrimonium in huiusmodi casibus dissoluitur, ita vt si vsque ad vitæ suæ tempus maritus eas non reuocauerit, ex morte eius confirmentur : fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. Dat.III.Kal. Mart.Sardiniæ,Crispo & Constantio Conss. 321.

e Rei donatæ inter coniuges dominium non transfertur,*facit lex 4.§.de.donat. ante nupt.l.22.§. 22. D. de donat. int.vir.*
f Donatio inter virum & vxoré diuortio facto tacitè euanescit.
g Res donata inter coniuges, donatario præmoriente tacitè fit irrita. *leg.sup. eodem.*
h Donatio facta constante matrimonio reuocari potest à donatore. An idem est si iurata sit donatio? Rolandus à Valle negat 1.*cons.77. num.8. & passim d.cons.*
i Donare filiæ suæ constante ei⁹ matrimonio, mater potest. *Sy. Basil. 30.tit.1.ca. 73.4.Harmen.*11. §.6.
k Donatum vxori constante matrimonio ab eius consanguineis, fit vxoris, non mariti.
l non mariti.
m *l.1.ff.eod.*
n *l.15.§.eo.* Res ita habet. Luo re vera pignus à meo creditore. Postmodum clã adsimulo me pignus creditori vendidisse, vt deinde creditor vxori pignus donet:donatur pignus meæ vxori: talis donatio in fraudem legis excogitata non valet. Nam sicut nõ possum donare vxori, ita nec alij rem meam donanti, colludendo, cõsentire.
o *v.l.6.§.eod.*
p *dixi ad l. 40. 42.ff.eod. v. Vlp. 7.§.1.*
q Donare seruũ mulieri maritus potest,vt acceptum manumittat.*Synopsis Basilic.ibid.c.75.*
r Ex iure patronatus non censetur locupletior donatarius *l.7.in f.ff.eodem. l.109.ff.de lega.1.*
s *l.12.§. de don. ante nupt.*
t Donatio valat inter socrum & nurum. *l.3.§. 7.ff.eod.* vel ita, Donare socrus genero rectè potest.*Synopsis Basil.ibi.ca.76.*vel ita,socrus nurui,& nurus socrui donare non prohibetur : neque enim hic ius potestatis vertitur. *4. Harmenopul.*11.§.12.
u In legitima donatione pœnitere non licet.
x *l.1.Cod.Theodos.de bonis proscriptorum.libro 9.tit.42.*
y *l.2.§.ne vxor pro marito.*
z *l.13.§.1.ff.eodem.*
a Alieni criminis infortunio nemo adstringitur. *v.l.22.j.de pœnis.*
b Religiosum est,permitti quemque suis bonis frui.*l.8.ff.de Iudæis.*
c Post contractum crimen capitale,vir vxori donare non potest,ante potest:adeo vt si vir donationem non reuocauit ante supplicium,vxor donationem consequatur *adde l.15.ff.de donat.l.48.in f.ff.de iure fisci.*
d Donatio viri in vxorem,pudicitiæ præmium.
e Deportatione donatio vxori facta ipso iure ac tacite non censetur reuocata,pẽdet tamen ius donationis ex mariti voluntate.
f Matrimonium non dissoluitur aquæ & ignis interdictione & deportatione.*Nou. 22.c.8.& 13.l.1.j.de diuor.*Imo dissoluitur *l.56.D.soluto.* Solue,Nuptiæ manent iure gentium non iure Quiritum. Ius gentium in nuptiis potissimum spectatur *l.14. §.2. D.de ritu.*& ita soluit Cuiac.No.22. g Donationes patris in liberos filiosfamilias,conualescebant,si in ea voluntate perseuerãtes decessissent *Paul.5.sen.11.§.5.*sola patris morte non confirmabantur *l.1.§.1.ff.pro donato:l.2.in f.ff.pro herede* : sed si iudicio patris extremo confirmatæ *l.pen.D.de colla. l.2.C.Greg. familiæ ercisciundæ.*Hodie silentio confirmãtur *vt hic.*

In auth.de nupt.§. quod autem,coll.4. tit.1. Nou. 22.c.8.

S*Ed hodie nemo bene natus à principio,ex supplicio fit seruus: & ideo matrimonium non dissoluitur.*

De insinuatione & confirmatione donationum.

25. Imperator *Iustinianus* Augustus Mennæ præfecto prætorio.

DOnationes,quas parentes[g]in liberos cuiuscunque sexus in potestate||sua|| constitutos conferunt, vel vxor in suum maritum, vel maritus in suam vxorem,vel alteruter eorum in aliam personam cui constante matrimonio donare non licet,vel aliæ personæ in||eam||cui donare non poterant : ita firmas esse per silentium [h] donatoris vel donatricis sancimus,si[i]vsque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes,actis fuerint intimatæ[k]. Nam amplioris[l] quantitatis donationem minimè intimatam,nec per silentium[m] eius qui donauit,confirmari concedimus. Sin verò specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmauerit,sine vlla distinctione ratæ habebuntur : ita tamen,vt si quidem vltra lege definitam quantitatem expositæ,minimè in actis insinuatæ fuerint : specialis earũ confirmatio ex eo tempore vim habeat,ex quo eædem donationes confirmatæ||sunt||.Si verò vel non amplior sit donatio,vel cum amplior esset,in actis insinuata sit : tunc & silentium donatoris vel donatricis, & specialis confirmatio ad [n] illud[o] tempus referatur, quo donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitione [p] negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet,in quibus contracta sunt.Nec in cæterum subtilem diuisionem facti vel iuris [q] introduci posse.Dat.Id.Decemb.DN. Iustiniano A.II.Conss.528.

De Imperatore vel Augusta.

26.Idem Augustus,Mennæ, præfecto prætorio.

DOnationes,quas diuus Imperator in [r] piissimam reginam suam cõiugem,vel illa in serenissimum maritum contulerit,illico[s] valere sancimus,& plenissimam habere firmitatem:vtpote imperialibus contractibus legis [t] vicem obtinentibus,miniméque opitulatione quadam extrinsecus egentibus. Datum VIII.Idus April.Decio V.C. Conss. 529.

De captiuitate.

27.Idem A.Ioanni P.P.

SI vnus ex his,qui matrimonio fuerãt copulati,in alium donatione facta,ab [u] hostibus captus esset; & in seruitutem deductus, & postea ibi|| morte||peremptus : quærebatur, an huiusmodi liberalitas,quam ante fecit,ex hoc roborari videretur,an vacillare:& iterum si donator quidem in ciuitate Romana constitutus decessisset, mortis autem eius tempore is, qui donationem accepisset,in captiuitate degeret,& post reuersus esset:an videretur & tunc donatio rata haberi. Cum itaque in vtroq; casu oporteat augusto remedio causam dirimi:cum nihil[x]tam peculiare sit imperialis maiestatis,quàm humanitas,per quam solam Dei seruatur imitatio[y]in ambobus casib. firmam esse donationẽ censemus.Dat.Kal.Dec.Lamp.& Oreste VV.CC.Cons.530.

h Donatio in coniuges silentio donatoris cõfirmatur: hoc est,si eam superstes non reuocauit *vt hic.* Quid si donatio sit reciproca & mutua? Hipp. Marsilius *singulari* 50. notat id genus donationis morte confirmationem non requirere, valere denique sine traditione : idque ita seruatũ esse à Cyno & Castrensi *in l. si pater §.de inoffi. cioso.*
i *Vide quæ scripsi ad l. 27.j.de dona.*
k De insinuatione donationis inter virum & vxorem.
l Nota regulam. Quid:huiusmodi donatio prorsúsne corruet? An potius sustinebitur ad summam 500. solidorum ex *leg. 34.j.de don.* Salycetus negat. probat enim in huiusmodi donatione defectum esse in re, quia non fuit insinuata : & in persona, quia inter coniuges non valet donatio. sed tamen Clarus 4.*sen. §. donatio quæst.17 versic.sed hic.* notat Salyceti opinionem communiter reprobari, contriámque opinionem æquiorem esse.
m Sustinentur huiusmodi donationes in vim relicti potius, quàm contractus. & ideo de illis detrahitur Falcidia sicut de legatis.additur etiam id verum esse, quoties ante mortem mariti interuenerit traditio vera vel ficta,aut aliqd vice traditionis,vt constitutum & confessio recepti. aliàs,si interuenerit sola promissio, morte non confirmatur. Clarus id ita communiter intelligi ab omnibus interpretibus notat *4.senten.§.donatio quæst.9.vesic.scient autem.*
n *l.20.D.eodem. l.20. D. de pignorat.l.40.D.de mort.causa dona.*
o Idem Clarus *ibid.*communi opinione refert,huiusmodi donationem morte mariti confirmantis,respectu dominij,non retrotrahi ad tempus factæ donationis: sed respectu fructuum perceptorum. Idem sentit Bald.hîc.
p *v.l.7.in fi.pr.pr.l.1.§.de senatuscons. Macedoniano:l.16.§.1.ff.de pign.l.20.ff.de pigneratitia : l.44.D. de vsucap.*
q Ea quæ sunt iuris retrotrahuntur, non quæ sunt facti *argum. leg. 7. D.de iure codicillorum.*
r Princeps constante matrimonio vxori suæ donare potest.
s Ita vt mors principis non expectetur,quod in cæteris non est.
t Contractus initi cum Imperatore & Augusta vicem legis obtinent. *facit l. 7.j. de bon.quæ liber.l.vl.in fin.j.de quadrien.præscrip.*
u *l.32.§.14.D.eodem.* x nihil tam peculiare principis ,quam humanitas.
y Humanitatem obseruantes Deum imitantur.

D E[a]

Dᴇ[a] ʀᴇᴘᴠᴅɪɪs[b], ᴇᴛ ɪᴠᴅɪᴄɪᴏ de moribus[c] sublato.

Tit. XVII.

De deportatione & aquæ & ignis interdictione.

1. Imp. *Alexander* A. Abutinianæ.

Matrimonium quidem deportatione[d], vel aquæ & ignis interdictione non[e] soluitur, si casus, in quem maritus incidit, non mutet vxoris adfectionem. Ideóque dotis exactio[f] ipso[g] iure non competit: sed indotatam eam esse, cuius laudãdum propositum est, nec ratio æquitatis, nec exempla permittunt. P.P. Nonis Nouembr. Alexand. A. III. & Dione Consſ. 230.

De absentia sponsi.

2. Impp. *Valerianus & Gallienus* Augusti, & Valerian. Cæs. Paulinæ.

Liberum est filiæ tuæ, si sponsum suum post tres[h] peregrinationis annos expectandum sibi vltra non putet, omissa spe huius coniunctionis, matrimonium facere: ne oportunum[i] nubendi tempus amittat: cum posset nuntium[k] remittere etiã si præsente illo consilium mutare voluisset. P.P. 7. Kal. April. Æmiliano & Basso Consſ. 260.

De ficto repudio in fraudem dotantis.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Tullio.

Dubium non est, omnia omnino, quæ[l] consilio rectè geruntur, iure meritóq; effectu & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, & ex[m] morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa ficto[n] repudio matrimonium breui[o] tempore rescissum est: res dotales, quas ante nuptias obtulisti, præses prouinciæ recipere te non dubitabit. Certum est enim, datum operã moderatorem prouinciæ, vt quæ contra fas gesta sunt, fructum[p] calliditatis obtinere non possint: cum nobis huiusmodi commenta displiceant. Imaginarios[q] enim nuntios, id est, repudia, nullius esse momenti, siue nuptiis fingant se renunciasse, siue sponsalibus, ||etiam veteribus|| iuris auctoribus placuit[r]. Datum 2. Kal. Sept. Tyberiade, AA. & CC. Consſ.

De potestate matris.

4. Iidem Augusti & CC. Pisoni.

Filiæ diuortium in potestate matris[f] non est. Dat. Kalen. Ianuar. Sirmij, CC. Consſ.

De potestate patris.

5. Iidem Augusti & CC. Schyroni.

Dissentientis patris[t], qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante[u] vxore filiafamilias[x], ratam non haberi volũtatem, diuus Marcus pater noster, religiosissimus Imperator constituit: nisi magna[y] & iusta[z] causa interueniente hoc pater fecerit. Inuitam[a] autem ad maritũ redire, nulla iuris præcipit constitutio. Emancipatæ[b] verò filiæ pater diuortium in arbitrio suo non habet. Dat. 5. Kal. Sept. Nicomediæ CC. Consſ.

In authent. de nupt. §. est quoque. coll. 4. tit. 1. nou. 22. cap. 19.

Econtra si filijfamilias distrahunt parente nolente[c], quid iuris sit, exprimit noua constitutio de nuptijs, scilicet ne matrimonia distrahantur in læsionem[d] parentum, qui dotem vel ante nuptias donationem obtulerint aut susceperint soli, aut cum filijs: quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita & in dissoluendo.

Si repudij libellus non fuerit traditus, vel cognitus marito.

6. Iidem AA. & CC. Phœbo.

Licet repudij libellus non[e] fuerit traditus vel cognitus marito, dissoluitur matrimonium. Dat. 18. Kal. Ianuar. Nicom. CC. Consſ.

De vxore militis.

7. Imp. *Constant.* Augustus Dalmatio.

Vxor quæ in militiam profecto marito, post interuentum annorum quatuor †, nullum sospitatis eius potuit habere indicium[f], atque ideò de nuptiis aliis cogitauit, nec tamẽ ante nupsit, quam libello ducem super hoc ||suo|| voto conuenit, non videtur nuptias iniisse furtiuas[g], nec dotis amissionem sustinere, nec capitali[h] pœnæ esse obnoxia, quæ post tam magni temporis iugitatem non temerè, nec clamculo[i], sed publicè contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideóque obseruandũ est, vt, si adulteri suspicio nulla sit, nec coniunctio furtiua detegatur, nullum periculum ab his, quorum coniugio erant copulatæ, vereatur: cùm, si conscientia maritalis tori furtim esset violata, disciplinæ ratio pœnam congruam flagitaret. Datum Nesso[k] Feliciano & Titiano Consſ. 337.

In authent. vt lic. mat. & auiæ. §. quod autem à nobis. coll. 8. tit. vlt. nou. 117. cap. 11.

Hodie quantiscunque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas neque respõsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit: non prius nubat, quàm per se vel per alium, eum, sub quo militabat, adiens interrogauerit, si pro veritate mortuus est: vt apud gesta deponatur cum iureiurando, si mortuus sit: quo subsecuto, post annum nubat. Si vero præter hæc nupserit: tam ipsa, quam qui eã duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iurauerit: si falso iurasse conuincatur: militia nudatus, decem libras auri soluet illi, quẽ mortuum fuisse mentitus est: eo licentiam habente, si voluerit, suam vxorem ricipere.

De modo contrahendi ac dissoluendi matrimonium. 1. De causis repudij. 4. Pœnæ repudientiũ sine causa. 8. De pactis.

8. Impp. *Theodos.*[1] *& Valent.* AA. Hormisdæ præfecto prætorio.

Consensu[m] licita matrimonia posse contrahi, contracta non[n] nisi misso repudio dissolui præcipimus. solutionem etenim matrimonij difficiliorem[o] debere esse, fauor[p] imperat liberorum. 1 ¶ Causas autem repudij[q] hac saluberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine[r] iusta causa dissolui matrimonia iusto limite prohibemus: ita aduersa necessitate[f] pressum vel pressam, quãuis in fausto[t], attamen necessario auxilio cupimus liberari. 2 ¶ Si qua[u] igitur maritum suum adulterum[x], aut homicidam, aut veneficum, vel certe contra nostrum imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum inuenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronum susceptorẽ, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad cõtemptum ||sui|| domũsvæ suæ ipsa inspiciente cum inpudicis mulieribus (quod maximè etiam castas[y] exasperat) cœtum ineuntem, si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus[z] (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem probauerit: tunc repudij auxilio vti necessario ei permittimus libertatem & causas dissidij legibus comprobare.----

In auth. vt lic. mat. & auiæ. §. causas. coll. 8. tit. vlt. alias §. quia vero quædam in f. nouell. 117. c. 9. al. c. 13.

Sed nouo iure vir, qui sine causa hoc fecerit, ex alia substantia sua etiam constante matrimonio tantum dabit, quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis: sed matrimonium ob id non soluitur.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

3 ¶ Vir[a] quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius designatis propriã repudiare iugalem[b]. Nec vllo modo expellat nisi[c] adulteram, vel veneficã aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ędibus aliquid subtrahentem, aut latronũ fautricẽ

---

a *dixi ad 24. ff.* 1. *C. Theod. eod. lib. 3. tit. 15.* de formulis repudii. *v. l. 2. ff. de deuor.* de iustis causis diuortij, *v. Nouell. 117. cap. 8. 9.* b Repudium, diuortium est sponsaliorũ: Diuortium, repudium matrimonij. Interdũm tamen confunditur vox vtraque. *l. 8. j.* Diuortium primus Romæ fecit Sp. Caruilius Ruga quia liberi ex ea, corperis vitio, non gignerentur, anno vrbis, 523. *4. Gell. 3.* quo ex tempore cautiones rei vxoriæ necessariæ visæ, vt ex Ser. Sulpicij libro de dotibus refert Gellius. *d. loco.* Et tamen Plutarchus in Romanis quæstionibus refert Domitianum primũ repudia permisisse. De diuortio hoc etiam addatur, Flaminicæ, hoc est, vxori Flaminis non licuisse diuortium facere. *Fest. in Flamminica. 10. Gell. 15 ibi, Matrim. Flãi. nisi morte dirimi ius non est.*

c Propter mores retentio ex dote fiebat. *Vlp. in fragmentu. t. 6. §. 9.* mores, inquam, prauos & inhonestissimos vxoris, *de quibus l. 11. §. 2. j. eod.* verũ hoc iudiciũ postea sublatũ, *d. §. 2. ver. Iudicio.* vt & retẽtio ob mores. *l. vnic. §. 5. vers. quid enim opus est inducere ob mores retentionem.* De morum iudicio, *adde l. 5. ff. de pactis dotal. l. 39. & l. 47. D. soluto matrimon. Vlp. 6. l. 11. in f. ff. ad l. Iul. de adul. l. 8. ff. de captiu. & postliminio reuers. l. 1 C. Theo. de de dot. l. 4. C. Th. de inc. nupt.* & de censorib. morũ apud Romanos. Asconium *orat. in Pisonẽ:* authorem ad Herennium *lib. 1.* Donatum in Terẽtium: Varronẽ *5. de lingua.* Gellium *4. cap. 20.*

d Deportatione viri aut amissione ciuitatis, matrimonium non soluitur: dos tamẽ ipsa æquitate potest repeti.

e *v. quæ dixi ad l. 24. j. de don. int. vir. adde l. 5. ff. de bon. damna. Nou. 22. ca. 13. l. 13. §. 1. ff. de don. int. vir.*

f actio. *Hal.*

g sed ex æquitate. j. Nam actio de dote constãte matrimonio competit hoc casu, vt & alio, *l. 24 ff. soluto.*

h Præsens spõsus expectatur per biennium. *l. 2. j. de sponsalib.* absens per triẽnium *vt hic.*

i Oportunum nubendi tempus puellis non auferendum. k Sponsalibus renunciari potest. *l. 2. §. 1. ff. eod. l. 1. j. de spons.* l Effectus consilio gesti. m *vt l. 59. ff. solut. Nouell. 22. ca. 19.*

n Fictum repudium, non impedit pactum in casum mortis collatum.

o Res ita habet. Stipulatus sum dotem tuæ vxoris mihi reddi in casum mortis, nõ diuortij. Matrimonium solutum est diuortio non morte, deficit conditio stipulationis. postea redintegratum est, An etiam redintegratur stipulatio? sic sanè, si fictum diuortium fuit, non verum. *l. 26. in f. D. de pactis dot.* quia nec tali diuortio soluitur matrimonium, nec extinguitur stipulatio. atque ideo ex morte committitur stipulatio, perinde ac si nullum diuortium intercessisset. *adde Cuiac. 13. obs. 25.*

p Calliditas, fructum non meretur.

q Imaginarij nuncij, seu imaginaria repudia nullius sunt momenti.

r Contius *1. lect. 7.* hoc addendũ putat ex Græcis, vnde si iterum coniuncti fuerũt, non potest in secũdis nuptiis locũ habere stipulatio. quod Cuiacio displicet *13. ob. 25.*

f *l. 20. j. de inof.* idem in patre. *l. 5. j. eod.*

t *v. l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir.* de matre dictum est lege superiore.

u Parens bene concordans matrimoniũ liberorũ in potestate positorum dissolure non potest. *d. l. 20. d. §. 19. l. 18. j. de inof. l. 1. in f. D. de liber. exhib.* nisi sit magna causa. j.

x ideo rectè queritur filia apud Ennium in hunc modum. *apud authorem ad Herennium lib. 2.* Iniuria abs te afficior indigna pater. Nam si improbũ esse Cresphontem existimaueras, Cur me huic locabas nuptiis? Sin est probus, Cur talem inuitum inuitã cogis linquere? & in Plauti Sticho filia ad patrẽ, aut olim (nisi tibi placebat) non datum oportuit: Aut nunc, non æquum est abduci, pater. *adde Cuiac. Nouell. 22.*

y puta furoris & similium, *l. 4. l. 5. ff. eod. Nouell. 22. c. 19. in f. l. 22. §. 9. ff. soluto.*

z cui multũ tribui solet à iudicibus. *l. 1. in fin. l. 26. §. vl. ff. ex quibus causis maior.*

a *v. l. 60. ff. de regul. iur.*

b Contractum ab emancipato matrimonium, pater dissoluere nullo modo potest.

c Cuius consensus requiritur in contrahendo matrimonio, eius consensus etiã requiritur in dissoluendo.

d Factum filij patri nõ nocet.

e Sufficit repudium mitti per nuncium aut libellũ coniugi datum, missũmve ad domũ ei.

† v. quæ dixi de huius loci abrogatione. *Nou. 117 cap. 11.*

f σύμβολον. *Nou. 22.* quidam legebant *Indicium.*

g Furtiuæ nuptiæ.

h Furtiuarũ nuptiarũ pœna capitalis.

i hinc colligere possumus, Nuptias fieri debere palam, teste populo. Apulei 6. Nuptiæ in villa sine testibus legitimæ nõ possunt videri. In villa, est in secesso & secreto. *l. 8. D. de manumiss. vindict.* In concubinatu idem vitium non notatur, nisi mulier sit ingenua, claráque. *l. 3. ff. de concub. adde quæ scripsi ad Nouell. Leonis 89.* Græci nuptias clandestinas κλεψιγάμους vocant.

k *l. vn. §. 16. j. de rei vxor. act.*

l *v. l. 30. ff. de reg. iur.*

m *Nou. 117. c. 10.* & simplici consensu. *Nou. 140. adde l. 35. D. de reg. iur.*

n Plus est igitur repudio dissolui matrimoniũ, quam consensu.

o Nuptias facile dissolui non permittit fauor liberorum. p Liberis multum fauetur. q De repudij causis, *adde Nou. 22. cap. 15. Nou. 117. c. 8. 9. Synopsis Basilic. 29. tit. 2. cap. 1. 4. Harm. 12. §. 13. & seq. Zonar & Balsamo in ca. 5. apost.* r Matrimonia non possũnt dissolui sine legitima causa. f Interest, matrimonium dissolui, si id necessitas exigat.

t Diuortij infaustum auxilium.

u Quibus de causis maritus posset repudiari, *dixi ad Nouell. 22. c. 15. §. 1. Nou. 117. c. 9.*

x Plures hic causæ enumerantur, quàm in *l. 1. C. Theod. eod.* vbi vxori licet repudium mittere marito homicidę, medicamẽtario, (hoc est, venefico) & sepulchrorũ dissolutori: sic vt si præter superiores causas repudium mittat, vsque ad acuculam in domo mariti deponere debeat, & in insulam deportari.

y Nihil est quod æquè vxorem exasperet, quàm viri impudicitia.

z Eam ob causam hodie matrimoniũ non dissoluitur. *Nou. 117. cap. 14.* Quæ marito in vxorem sint permissa. v. apud Romanum *sing. 4.*

a De causis repudij viro permissi, dixi ad Nou. 22. *c. 15. §. 2. Nou. 117. c. 8.* b i. vxorẽ.

c Pauciores quoque causas in viro enumerat. *l. 1. Cod. Theod. e.* causas nimirũ repudij in viro hasce esse, vt vel mœchã, vel medicamentariã vel conciliatricem repudiet.

a Pœna iniusti repudij. Non mittitur repudium nisi iustis de causis: alioquin iniusti repudij actio est, *No.117.c.13.l.38.D.solut.l.8.in fi.ff.de captiuis.* b Grauior interdum pœna constituitur vxori ἀποστασίου siue repudium mittenti: Nam in perpetuam monasterij captiuitatem conijcitur *No.117.c.13.* & omnia sua deponit in domo mariti, vsque ad acuculam capitis, i. acum crinalem *l.1.l.2.Cod.Thod.de repudiis.* c *l.9.j.eo.*

aut extraneorum virorum, se ignorante vel nolente, conuiuia appetentem, aut ipso inuito sine iusta & probabili causa foris scilicet pernoctantem, vel circensibus, vel theatralibus ludis, vel||arenarum||spectaculis||in ipsis||locis, in quibus hæc adsolent celebrari, se prohibente gaudentem, vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantib. consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem. tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem, & causas dissidij legibus comprobare. 4 ¶Hæc nisi vir & mulier obseruauerint, vltrice prouidentissime legis pœna[a] plectentur. Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse tentauerit, suam dotem, & ante nuptias donationem amittat, nec[b] intra quinquennium nubendi habeat denuò potestatem. æquum est enim, eam interim carere connubio, quo se monstrauit indignam. Quod si præter hæc nupserit, erit ipsa quidem infamis: connubiũ verò illud nolumus nuncupari. Insuper etiam arguendi hoc ipsum volenti concedimus libertatem. Si verò causam probauerit intentatam: tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus vindicare censemus, & nubendi post[c] annum ||ei|| (ne[d] quis de prole dubitet) permittimus facultatem. 5 ¶Virum etiã, si mulierem interdicta arguerit[e] attentantem, tam dotem, quàm ante nuptias donationẽ sibi habere seu vindicare, vxorémque (si velit) statim[f] ducere, hac iusta definitione sancimus. Sin autem aliter vxori suæ renuntiare voluerit: dotem redhibeat: & ante nuptias donationem amittat.
6 ¶Seruis[g] etiam seu ancillis puberibus, si crimen adulterij[h] vel maiestatis[i] ingeritur, tam viri quàm mulieris, ad examinãdam causam repudij, quo veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint, quæstionibus subdendis. Super plagis etiam (vt dictu[k] est) illatis ab alterutro commouendis, easdem probationes (quoniam non facilè, quæ[l] domi geruntur, per alienos poterunt confiteri) volumus obseruari. 7 ¶Si verò filio vel filiis, ||filia|| vel filiabus extantibus, repudium missum est: omne, quicquid ex nuptiis lucratum est, filio seu filiis, filiæ seu filiabus post mortem accipientis seruari[m], id est, si pater temere repudium miserit, donationem ante nuptias à matre seruari. si mater: dotem ipsam eidem||vel eisdem|| filio seu filiæ patre moriente dimitti censemus. patri videlicet vel matri in scribendis filiis heredibus, ||si|| vnum seu vnam vel omnes scribere, vel vni ex his donare velit, electione† seruata. nec vlla alienandi seu supponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed si aliquid ex iisdem rebus defuerit: ab heredibus seu earum detentatoribus (si tamen non ipsos heredes scripserit, aut scripti filij non[n] adierint) resarciri præcipimus: vt etiam hoc modo inconsulti animi à repudio mittendo detrimento retrahantur.
8 ¶Pactiones[o] sanè, si quæ aduersus præsentia scita nostræ maiestatis fuerint attentatæ, tanquam legibus contrarias, nullam habere volumus firmitatem. Dat. V.Id.Ian. Protogene & Astori Consf. 449.

De communi consensu.

9. Imp. *Anastasius* A. Theodoro præf. præt.

SI constante matrimonio, communi† consensu tam viri quàm mulieris, repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quæ consultissimæ constitutioni diuę memoriæ Theodosij & Valentiniani inserta est: licebit mulieri non quinquennium exspectare, sed post[p] annum ad secundas nuptias conuolare. Dat. X V. Kal. Martij, Anastasio A. II. Consf. 497.

In auth. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero ex consensu coll. 8. ti. vl. No. 117. c. 10.

QVod hodie non† licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat: tam dote, quàm ante nuptias donatione filiis conseruatis. Quæ si alias postea nuptias contrahere, vel luxuriosè viuere inueniantur, liberis tradendæ sunt earum facultates: delinquentib. earum proprietatem amittentibus, Filiis autem non extantibus, fisco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis subiiciantur pœnis.

De impotentia coeundi.

10. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

d Si mulier intra annum luctus nubit, de prole dubitatur *l.11.§.1.ff. de his qui notant.* Eam ob causam indicitur illi luctus annuus: quin & propter reuerentiam & memoriam mariti. quandoquidem etiamsi intra annum peperit, annum luctus peragere debet, nisi hoc à principe impetrauerit, *l.10.ff.de his qui notant infam.* id quod prægnanti nunquam concedit princeps *Tacit. 1. Dion 48.58. Plutar. in Anton.* E contrario remittitur luctus si maritus luctus sit indignus *d.§.1. adde Cuiac. 6. obs.32. vbi de luctu mulierum & festinatis nuptiis tractat: & ad No.22. & ad c.20. de præscriptionibus.* Quid si diuortio, aut bona gratia matrimonium sit solutũ? *v.l.10.in fin.j.*
e Maritus secundam vxorem statim ducere potest, quocunque diuortio solutum sit matrimonium.
f *l.11.in fi. D. de adulteriis.*
g Seruis & ancillis creditur aduersus dominos certis criminib⁹ *l.32.j.de adulteriis.l.1.j.de quæstionibus. v. quæ dixi ad No. Leonis.49.*
h *d.l.32.d.l.1.*
i *d.l.1.*
k *v.§.2.s.eo.*
l Domestici testes interdum admittuntur interdum, id est, in domesticis factis. dixi *ad Nou.90.c.1. adde l.3.j. de naufragiis. adde l.6.j.qui militare.*
m *l.vl §.1.versi. filiis autem j.eo. l.9.in fi. s. de secund. nupt.*
† Azo & Hugolinus existimãt hãc electionẽ nõ denegari ex *No.2.* hoc est, vt lucrum nuptiale quod adquirit per matrimoniũ morte vel quasi morte (puta monachismi professione, vel seruitute) dissolutũ, possit superstes coniux in quem voluerit liberorum conferre: sed si inter viuos diuortium citra causas superiores acciderit: ídque ita sentit Cuiacius No.2. c.1. & *Nouell.22.cap.25.*
n alias si adiisset, factum patris non posset reprobare.
o *leg.1.in fin.C.de rei vxor.act.*
† id abrogatur *No.117.* reducitur postea *Nou.140.*
p Quid si mulier ante annum luctus peperit, potéstne statim nubere? Cuiac. ad No. 22. & c.20. de *præscriptionibus, & 6.obs.37.* putat posse, quoties matrimonium dissoluitur inter viuos, puta mutuo consensu, seruitute, electione solitariæ vitæ: aliud fore, si morte matrimonium sit dissolutum.

† Imo licet Nouell. Iustini 140. † hodie tres *Nouell.22.cap.6. Authent. prox. imã*
q *dixi ad Nouell.22.cap 6. Nouell.117.cap 11. adde l.60.l.61.l.62.D.de donat. inter vir.*
r Causa ex qua mulier repudium mittit sine dotis amissione.
s Dotalia instrumenta non sunt de effectu nuptiarum, *l. 20. vers. quare supr. de donationibus ante nuptias. dixi ad l. 9.l.13.l.22.s. de nuptiis: vide tamen Nouell. 74.cap.5. Nouell.117.cap.3. cap.4.*

IN causis iamdudum specialiter definitis, ex quibus rectè mittuntur repudia, illam addimus, vt, si maritus vxori ab initio matrimonij vsque ad duos† annos continuos cõputandos coire[q] minimè propter naturalem imbecillitatem valeat, possit mulier vel eius parentes sine[r] periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, vt ante nuptias donatio eidem marito seruetur. Da. 3. Id. Decẽ. DN. Iustiniano A. II. Cons. 528.

In authent. de nupt. §. per occasionem. coll. 4. t. 1. nou. 22. cap. 6.

SEd hodie non biennium solum, sed triennium enumerari volumus ex ipso tempore copulationis computandum.

De matrimonio sine dote cõstituto, & iudicio de morib. sublato.

11. Idem A. Hermogeni magistro officiorum.

IVbemus, vt quicunque mulierem cum voluntate parentum, aut si parentes non habuerint, sua voluntate, maritali affectione in matrimonium acceperit: etiam[s] si dotalia instrumenta non intercesserint, nec[t] dos data fuerit: tanquam si ||cum|| instrumentis dotalibus tale matrimonium processisset, firmum coniugium eorum habeatur. non[u] .n. dotibus, sed affectu[x] matrimonia contrahuntur. 1 ¶Si quis autem eam, quam[y] sine dote vxorem acceperat, à cõiugio suo repellere voluerit: non aliter ei hoc facere liceat, nisi talis culpa intercesserit, quæ nostris legibus condemnatur. Si verò sine culpa ||eam|| reiecerit, vel ipse talem culpam contra innocentem mulierem commiserit: compellatur ei quartam[z] partem propriæ substantiæ pro rata portione persoluere, vt si quidem quadringentarum librarum auri vel amplius vir substantiam habeat, centum[a] libras auri mulieri præstet, & nihil ampliùs, etsi quantamcumque substantiam possideat. Si verò minus quadringentis libris auri pura substantia eius fuerit, tunc quarta[b] pars computatione facta puræ[c] substantiæ eius vsque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo seruando & in mulieribus[d], quæ indotatæ constitutæ ||si|| sine culpa mariti constitutionibus cognita eos repudiauerint, vel ipsę culpam inocenti marito præbuerint: vt ex[e] vtraque parte æqua lance & æquitas & pœna seruetur. Hoc lucro quartæ partis, filiis quidem non extantibus, ipsi viro & mulieri cõpetente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem & deinceps personis ex eodem matrimonio interuenientibus, ei seruando ad[f] similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt.
2 ¶Inter culpas autem||viri &||vxoris constitutionibus enumeratas, & has adiicimus, si fortè vxor sua ope vel industria abortum[g] fecerit, vel ita luxuriosa[h] est, vt commune lauacrum[i] ||cum|| viris libidinis causa habere audeat: vel, dum[k] est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata fuerit. & in his enim casibus locum habere constitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quã vxoris loquuntur, vt quemadmodum dos vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieres indotatæ in quartam partem, quam & viris & mulieribus ex hac lege destinauimus, amissionis periculum sustineant: Iudicio de moribus[l] (quod antea quidem in antiquis legibus positum erat, nõ autem frequẽtabatur) penitus abolito. Omnibus etenim causis requisitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum preter eas quas anteriores cõstitutiones, & præsens dispositio introduxit, inuenimus. Dat. 12. Kalend. DN. Iustiniano A. 2. Cons. 528.

Ne liberi matrimonium distrahant in fraudem parentum.

12. Imp. *Iustinian.*

VVlt[m] constitutio[n], neque sub potestate constitutos, neque sui iuris filios, neque masculos neque fœminas posse distrahere matrimonia in suorum læsionem patrum aut matrum, qui dotes aut antenuptiales donationes obtulerunt vel susceperunt. Sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum[o] consensum, ita neque transigere[p] matrimonia sinimus in parentum læsionem citra illorum voluntatem. Sed & si mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non sinimus, siue ipsi dederint hoc, vel susceperint, siue etiam cum aliis susceperint: parentẽ quidem contra voluntatem filij non posse trãsigere matrimoniũ, filiis autem permittere & in minori ætate cõstitutis, & neque quid vtile sit scientib. citra patrũ voluntatẽ soluere matrimoniũ, & ex hoc parentes lædere.

t Matrimoniũ sine dote esse potest. *v.l.vlt.s. ad Velleianum. adde Nouell. 22. cap.18.*
u Affectu, non dotibus, matrimonia contrahuntur.
x *Nouell. 74.cap. 4. vide l.30.ff.de reg. iuris*
y Ob nullam acceptam dotẽ vxor à marito repudiari non potest, *Nouel.22. cap.18.*
z Qui sola affectione indotatã vxorem accepit discordiæque causam dedit, præstat coniugi quartam partem bonorum suorum. ita tamen vt non excedat ea pars centum libras auri, *vide Nouell.22.cap.18.* Idem quadrans debetur coniugi superstiti egeno, vel egenæ morte soluto matrimonio, siue extẽt liberi, siue non extent, *Nouell.53. cap.6. Nouell.74.c.5.*
a Is est modus maximæ dotis. *Nouell.22.cap.18.* qui fuit olim decies centenorũ milium nummum. *l.6.in fi.ff de vsuris.* Martialis, Centena decies quæ tibi dedit dotis. Iuuen. *Satyra 10. circa fi.* Et ritu decies centena dabuntur antiquo.
b *vide vers. si verò s. eod.*
c id est, solutæ ære alieno, vt *Nou.22.* aliàs, puta substantia est soluta tributis, *l. 20. C. de agricolis & censi.*
d Mulier indotata discordiæ causam præstãs, marito præstat quadrantem bonorum suorum seruandum liberis communib.
e Pœnarum æquitas.
f *l.8.§.7.s.eodẽ. l.6.in fi.s.de secũ. nupt.*
g De vxore abortum procurãte. *v. Nouell. Leon. 31. Nouell. Iustin. 22. cap.6.*
h Mulier olim etiam poterat repudiari, si temetum bibisset. *v. quæ scripsi ad Nouel.22.cap.16. & ad l.xij.tabul. lib.2.t.de nup.§.5*
i de vxore cum viris libidinis causa lauãte. *v.Nou.22.c.16.* k De muliere, quæ, viuo marito, alios de matrimonio compellat. *v.c.16. adde Nou. Leon.30.* l *Vlp.6.§.9.12.13.* Actio de morib, pœnalis. *l.vn. §.5. vers. quid opus est iudicare ob mores retent. l.3.ff.de pactis dotal. l.15.§.1.l.39.ff. soluto.l. de morib.4. C Theod. de incest. nupt. l.3. C. Theod. Victum ciuiliter agere criminaliter posse.* Nõ dabatur heredi & in heredẽ, *d.l.4.d.l.15.§.1.* Mores alij erant grauiores, alij leuiores. *Vlp.d.loco.§.12.l.2.C.Theod.de repud.* m ex veteri interprete alia etiam circumfertur. n huius constitutionis meminit Iustinianus *Nou.22 cap.18.* sumpta est autem ex lib.28. *βασιλικῶν.* o *Inst. de nuptiis.*
p Filij non possunt sine consensu patris matrimonia dirimere. *d. Nouell.22.cap.18.*

Hoc

a φιλοσοφώτατος quem & religiosissimum possis interpretari.
b *dixi ad 24.ff.3.* c Dos soluto matrimonio quo tempore restituenda, & quæ in restitutionem dotis veniant: vide apud Costanum *tract. de dote cap.6.*
d Dotis petitio certis casibus impeditur: ex pacto, *l. si pater ff. de pactis dotalib. l. vnic. §. proculdubio. C. de rei vxoriæ act. Nouell. de sanctiss. episcop. §. sponsalib.* si maritus dotem nõ accepit. *l. maritus ff. soluto matrimon.* si matrimonium distractum culpa mulieris ipsius. *l. Lucius. ff. eod. l. si dotem. C. de iure dotium. l. consensu. C. de repud.* quoties sine causa mulier diuertit. *d. l. consensu.* si dos euicta sine culpa & dolo mariti. *l. Mæuia in fin. ff. eodem.* propter adulterium vxoris, *d. l. consensu. l. vlt. in fine. C. ad l. Iul. de adulter. ca. plerisq. de donat. int. virũ l. miles. §. socer. ff. ad l. Iul. de adult.* Quid: dos hoc vltimo casu potest ne retineri ab heredibus mariti? non posse censet Bartolus, Baldus, Raphael, Imola, Castrẽsis in *l. rei §. 1. ff. eod.* Campegius *de dote par te 3. quæst. 216. v.* Costanum *d. ca. 6. num. 27.* Quid si mortuo marito, stuprum admiserit mulier? Costanus *d. loco.* putat dotem retineri, at nõ condici posse: ducta argumẽtatione à donatione antenuptiali. *l. cum multum. C. de donat. ante nupt. le. vlt. C. de dotis promiss.* Quid: mulier num dotem amittit ob osculum alteri datum? Baldus ita existimat. quod eidem Costano displicet. *d. ca. 6. in f.*

Hoc autem benè quidem inchoans philosophissimus[a] sanciuit Marcus: Diocletianus autem hunc secutus est: nos autem similiter approbauimus.

SOLVTO [b] MATRIMONIO quemadmodum [c] dos petatur. [d]

Tit. XVIII.

De ancilla & partu eius.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti, Gemillæ.

Dubium non est, post æstimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, vt[e] si ipsæ res dissoluto matrimonio extarent, vxori reddatur: & ancillas cum partu ex stipulatu iudicio restitui oportet. P. P. 3. Idus Aprilis, Laterano & Rufino Conss. 198.

De patre mulieris, & de fisco.

2. Iidem AA. Aquiliæ.

Secundùm rationem iuris existimas restitui tibi debere dotem à fisco, qui bona damnati[f] patris tui suscepit[g]. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres extiterit, attamen iuri tuo hoc derogare non potest: cùm & ipse pater sine[h] voluntate tua nec exigere nec accipere dotem poterat. Dat. prid. Non. April. Apro & Maximo Conss. 208.

De matrimonio opinato.

3. Imp. *Antoninus* A. Hostiliæ.

Si ignorans [i] statum Erotis, vt liberum duxisti[k], & dotem dedisti, iisque postea seruus est iudicatus: dotem ex peculio recipies, & si quid præterea eum tibi debuisse apparuerit. Filij autem tui, vt ex libera nati, incerto[l] tamen patre, spurij[m] ingenui intelliguntur. PP. 3. Kal. Septemb. Læto & Cereale Conss. 216.

De dote profectitia & morte mulieris.

4. Imp. *Alexand.* A. Apollino.

Dos [n] à patre profecta [o], si in matrimonio decesserit[p] mulier filiafamilias [q], ad[r] patrem redire debet. PP. 18. Kal. Septemb. Fusco & Dextro Conss. 226.

De captiuitate vxoris & morte eius.

5. Impp. *Valerian. & Gallien.* Augusti, & *Valer.* C. Tauro.

Si quidem viuit apud hostes vxor tua: nondum frater eius quasi heres dotem repetere potest. Si verò diem functa est[s], & hereditatem eius possit vindicare: dotis quoque repetitio ei iure competit, cum[t] in stipulatum deducta sit. PP. 2. Non. Maij, Æmiliano & Basso Conss. 260.

Tam marito quam vxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. Salyc.

6. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Alexandræ & Neroni.

Si circumscripta matre vestra, viliore [u] pretio dotales res æstimatæ sunt: quid super huiusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet [x]. Proinde si dolosis artibus mariti circumuentam matrem vestram, inque ea æstimatione||circumscriptam,||apud præsidem prouinciæ euidentibus probationibus ostenderitis: quando vobis possidentibus ad obtinenda prędia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur: sciet quatenus religionem iudicationis suæ temperare debeat. Sin autem etiam maritus[y] in æstimatione grauatum se alleget: veritate examinata, non amplius quam pretium iustum restituere compelletur. Hæc tum locum habent, cum res in[z] natura sunt. si tamen extinctæ sint: pretium quod dotali instrumento inditum est, considerabitur. PP. 7. Kal. Nouemb. ipsis AA. Conss.

An pater possit pecuniam vel dotem adimere.

7. Iidem AA. & CC. Erotio.

Filiæ pecuniam [a] adimere, quam habes in potestate, minimè prohiberis: Nam si pro ea dotem dedisti: hanc cõstante matrimonio, ne [b] consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto ||eadem|| inuita repetere non [c] potes. S. V. Id. Febr. Sirmij, CC. Conss.

In quantum maritus vel eius heredes conueniantur.

8. Iidem AA. & CC. Salustiæ.

Nec maritus, licèt post diuortium, in quantum [d] facere possit condemnandus est, postea [e] idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residui probabiliter solutionẽ recusat. At cùm eius heredes [f] insolidum conueniendos non ambigatur: ne cum his soluendo factis experire non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. Dat. 13. Kalend. April. Sirmij, CC. Conss.

De successoribus mariti.

9. Iidem AA. & CC. Martiæ.

Dotis actione successores[g] mariti super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, conuenire debes. Ingrediẽdi enim possessionem[h] rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus sine[i] auctoritate competentis iudicis, nullam [k] habes facultatem. S. Datum 8. Kalend. Nouemb. CC. Conss.

De dote socero data.

10. Iidem Augusti & CC. Epigono.

Si socero [l] filiæ tuæ dotem dedisti: licet in eius positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit: tamen non de peculio, sed in solidum à te, consentiente filia, conuentum cum satisfacere oportet. S. 7. Id. Nouemb. Heracliæ, CC. Conss.

De morte mariti.

11. Impp. *Honorius & Theodosius* AA. Martiano P. P.

Si [m] constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte cõsumptus: dos, quæ data dicitur vel promissa, ex eius vxoris facultatibus, ad [n] eandem reuertatur: nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Dat. Non. Decemb. Rauennæ, Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Conss. 409.

. Hic notatur in vet. lib. manusc. Græcas constitutiones desiderari, quod etiam ex 28. lib. βασιλ. constat. cùm verò earum sententia nondum sit nobis satis perspecta, nec etiam ordo: satius est expectare à Cuiacio ipsorum, quos habet, βασιλικῶν librorum editionem, ex quibus illæ, vt aliæ plures, quæ in hoc Codice desunt peti poterunt.

SI DOS CONSTANTE MAtrimonio soluta fuerit.

Tit. XIX.

1. Impp. *Honor. & Theodos.* Augusti Mariniano præfecto prætorio.

---

e Titia dedit marito ancillas æstimatas, ea lege, vt si soluto matrimonio extent, reddantur. Extant ancillæ, extant & earum partus, debeturne etiam Titiæ partus? debetur. *l. 31. D. eod.*
g Quiuis successor mariti (etiã fisc⁹) tenetur dotis restitutione.
h *l. 7. C. e. l. 34. D eod. l. vn. §. 14. C. de rei vxor. act. l. 141. D. ad l. Falci. l. 34. §. 6. D. de solut. dixi ad Vlp. 6. §. 4.*
i *l. 22. in f. D. eo.*
k nota ex hac lege quòd vxor ducit virum. l Quibus pater est incertus, ii sunt spurij *§. 12. Institut. de nupt.* Incerta est patris conditio in hoc themate. igitur liberi spurij. Est tamen in voce *Incertum*, manifesta ὁμωνυμία.
m Nati ex libera, & ex eo qui liber esse existimabatur, spurij ingenui. *v. l. 6. C. de suis.*
n vide ad hanc legem Costanum *tract. de dote. cap. 6. num. 3.*
o quid in aduentitia? dicam in *l. 5. C.* p Nullis relictis liberis. hanc additionem recepit vsus, vt mox dicam. q idem in matrefamilias (i. filia emancipata) obtinet, vt Theodorus adnotauit, *facit l. 5. §. 11. ff. de iure dot. l. 5. ff. de diuort. l. 10. l. 59. ff. soluto matrim.* Quidam etiam hîc expungunt vocem *familias.*
r Soluto morte filiæ matrimonio, profectitia dos ad patrem, qui eam dedit redire debet. *l. vlt. C. commun. vtriusq. iudicij. l. 6. ff. de iure dot.* Quid si filia relictis liberis mortua? Bulgarus ad patrem, qui dotem dedit, dotem eo casu reuerti putat. Martinus negat: cuius opinio præualuit, idque fauore liberorũ, quorũ interest ali. de ea quæstione dixi ad *Vlp. 6. §. 4.* His adde Forcatulum *7. Cupidin. 2. 3. 4.* Quid si diuortio solutũ est matrimonium? dixi ad Vlpianum *d. loco.*
s Sed quomodo probabitur defuncta? Bartolus ita distinguit, Qui fundat, inquit, intentionem suam ex vita alicuius, debet probare ipsum viuere: nec sufficit probare, ipsum iam fuisse viuum. Qui verò intentionẽ fundat ex morte alicuius, debet probare mortem, *l. 2. §. 4. ff. de testam. & quemadm.* Possunt eo casu adduci testes, qui dicant se vidisse eũ de quo agitur, mortuum vel sepeliri. Potest etiã probari mors, si sit elapsum tempus annorum centum, ex quo idem non fuerit visus. *l. 23. C. de sacros. eccles.* ad hæc per famam ciuitatis, vel loci in quo dicitur esse mortuus, mors probari potest. *l. 30. §. 3. ff. de adquir. heredit.*
t Aliud ergo si in stipulatum non sit deducta. & ita dos aduentitia, mortua in matrimonio muliere, semper penes maritũ remanet. *l. 1. C. si aduers. dot. Vlp. 6. §. 5. l. 12. ff. de religiosis. l. 23. ff. de euictionib. l. 20. ff. de conditionib. instit. l. 5. ff. de bon. damnator.* Cornutus *in Persiũ.* Dos, inquit, à ciue Romano data non patrio dicta nomine, si repudium non interuenerit, post mortem vxoris ad maritũ pertinet, idque ipso iure. *l. 15. ff. de fundo dotali.* nisi dos specialiter sit recepticia *Vlp. d. loco. v. Cuiacium 9. obs. 4.*
u Deceptis in æstimatione dotis mulieribus, succurritur. *l. 12. ff. de iure dot. 28. Eclog. c. 3.*
x datur enim beneficium legis *2. C. de rescind. vendit.* Nam qui rem dat æstimatam, vendit: & æstimatio, venditio est. *l. 1. ff. de æstimatoria. l. vn. §. 19. in f. C. de rei vxor. act.*
y Beneficium legis *2. C. de rescindenda.* datur emptori *vt hic: & l. 46. in f. ff. de solut.* Emptori, inquam, seu marito, cui dos pluris æstimata data est. Nam qui rem æstimatam accipit, emptoris loco habendus est, *l. 22. ff. de rer. amot.* Est .n. æstimatio venditioni similis. *l. 7. §. 1. D. de publician.* Imò emptio est, *l. 12. §. 5. ff. de iure dot.* his adde quæ dixi ad *l. 1. §. 3. D. si quid in fraud. pat.* Sed tamen Cui. *17. obseru. 1.* negat simpliciter verũ esse quod dicitur, Emptori dari beneficium legis 2. Concedit hoc nostro casu dari restitutionem: in aliis, negat. notátque eo nomine hanc differentiã inter venditionem simplicem & vẽditionem dotis causa. datur .n. hoc themate restitutio venditrici mulieri & emptori marito non tantũ vltra dimidium, sed etiam modicè deceptis. *vide eundem 16. obseru. 18.*
z Res in natura esse dicitur, quæ extat: alibi in rerum natura. *l. 17. §. 2. D. rer. amot. adde l. 26. D. de statu.* Galli id etiam obseruant, *La chose est encore en nature.*
a Peculium vt in lege 31. §. 2. *D. de donat.* & ita legit Thalelæus: nisi pecunia hîc accipiatur singulariter pro peculio. *v. Cuiac. 17. obs. 6.*
b Dotem profectitiam constante matrimonio, pater repetere non potest etiam consentiente filia: dissoluto verò, ea inuita.
c *l. 28. D. de iure dot. l. 34. §. 6. D. de solutionib.* d *l. 12. D. eod.*
e Dotis residui nomine conuenitur maritus locupletior factus: atque ita nouæ facultates marito superuenientes efficiunt, vt denuò possit conueniri ad residuum dotis, *Bal. adde l. vn. §. 7. C. de rei vxor. act. adde l. 63. §. 4. D. pro socio.*
f Exceptio *Ne quis teneatur vltra quam facere possit*, ad heredes non transit. *l. 12. 13. D. eod.* g *dixi ad l. 3. C. de heredit. actionib.*
h Soluto matrimonio, dominium rei dotalis reuertitur ipso iure, non possessio.
i aliud erit, si præsidialis iussio aut conuentio accessit. *l. 11. C. de pignorat. l. 3. C. de pign.*
k *l. 5. D. de adquir. possess. v. l. 6. §. 2. D. de re iudicat.*
l Competit de dote actio aduersus socerum cui dos data est: competit, inquam, in solidum, non fini peculij. *l. 2. §. 12. D. eod.*
m *l. 2. C. Theod. de dot.*
n Mortuo marito, dos ad vxorem reuertitur.

a Lex vltima ſuperioris tituli,& lex iſtius tituli, partes duæ ſunt vnius eiuſdémque conſtitutionis,vt conſtat ex lege 2.*C.Theod de dotibus*.Lex ſuperioris tituli,eſt de marito mortuo:hęc de vxore mortua. b vel ſocero,*l.1.§.9.ff.de dote præleg.*
c Cauſas legitimas vide in Nouell. 22.*cap.39.l.73.§.1.ff.de iure dot.l.20.ff.ſoluto.*
d *l.1.§.9. ff. de dote prælegata.* e Manente matrimonio, vir vxori donare non poteſt. non poteſt igitur matrimonio conſtante doté eidem reſtituere.Taliſenim reſtitutio,donationis inſtar obtinet *d.cap.39.*
f extraneis ſcilicet : vt mulier hoc themate videatur extraneos heredes feciſſe liberis relicta portione legitima *Cuia.hic.*
g Dos conſtante matrimonio reſtituta vxori, cũ ſuis fructibus reſtituenda eſt marito, *d.c.39.*
h Dotis fideiuſſorem,cum dotem accipit,maritus, dare non cogitur, niſi antequã ſponſalia contraherentur id conuenerit. *adde l.vnic. Cod. Theod.de fideiuſſ. dotium.*
i *vide C.Theodo. de fideiuſſori. dot. adde l.7.ff.de exceptionibus.*Hinc illud Macrobij, *1.Saturn.6.*Cum à principe gentis Cornelię Scipionum ſponſalia poſcerentur, aſinum cum pecuniæ onere ꝓduxit in forum, quaſi pro ſponſoribus præſens pignus.
k Mandator dotis dicitur cuius mandatu vxor dat viro dotem.
l Cur ita? *v.l.2.j.eod.*
m Dotis ſeruãdæ(ὅπι τοῦ φυλάξαι τὴν προῖκα) fideiuſſorẽ maritus dare non cogitur : etiamſi maximè lex aut conſuetudo id fieri promittat. *Synopſis Baſilicôn 29.tit.1.ex lib.28. tit.9.c.2.*
n ſiue ex lege Petr. Faber. *Semeſ.*24.putat ita legendum eſſe.
o Dotis fideiuſſor vel mandator neque à marito, neque ab eius patre datur *Synop.ibid.*
p Argumentum à maiori ad minus *v. l. 21.ff.de reg.iur.*
q iniquum eſt, vt cum mulier ſuum animum ſuámque vitam marito credat, bona non committat : fidémque magis alieno homini, id eſt, fideiuſſori habeat,quam amicitię fideſque communi. *l.2.j.* Eadem ratio affertur in lege 8.*ſ.de pactis conuentis. adde Molinæum de vſuris num.* 254. vbi ſcribit, fideiuſſores dotium non admitti propter frequentiam matrimoniorum: qui ſi admitterétur,breui accideret omnes fere ciues fideiuſſionibus implicitos:qua ex re,indubiè lites in immenſum creſcerent.
r *dixi ad 25.ff.2.adde l.vltim.in fin.j.de furt.adde l.52.ff.de furtis.*
ſ hæc actio naſcitur ex delicto. *l.21.§.5.ff.eod. l.52.ff.de re iudic.*ex diuortio,id eſt,à diuortio.*l.16.in f.ff.de repud.*
t *l.7.ff.eodem.l.24.§.26.ff.ſoluto.*
u Mutuæ petitionis obiectio, compenſatio eſt.& proinde,quarum rerum inter ſe compenſatio non eſt,nec retentio nec mutua petitio eſt.

SI[a] conſtante matrimonio à marito [b] vxori dos ||ſine [c] cauſa legitima||refuſa eſt: (quod legibus ſtare non[d] poteſt, quia [e] donationis inſtar perſpicitur obtinere) eadem vxore defuncta, ab eius heredibus [f] cum [g] fructibus ex die refuſæ dotis marito reſtituatur : ita vt proprietas eiuſdem liberis ex eadem ſuſceptis||competens,|| alienari contra leges à marito non poſſit.Da.5.Non.Nou.Honor.8.&Theod.AA.3.Conſſ.409.

NE[h] FIDEIVSSORES[i] ||VEL MANdatores [k] ||dotium dentur[l].

Tit. XX.

1. Imppp.*Gratian.Valentinian.& Theodoſ.*Auguſti Cynegio præfect oprætorio.

SIVE[m] ex iure[n],ſiue||ex|| conſuetudine lex proficiſcitur,vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandę dotis exhibeat : ||tamen eam iubemus aboleri.Datum 8. Nonas Septembr. Eucherio & Syagrio Conſſ.381.

2. Imp.*Iuſtinianus* Auguſtus Iuliano præfecto prætorio.

GEnerali definitione conſtitutionem priſtinã ampliantes,ſancimus nullam eſſe ſatiſdationem, vel mandatum pro dote exigendum vel [o] à marito, vel à patre eius, vel ab omnibus,qui dotem ſuſcipiunt.Si[p] enim credendã[q] mulier ſeſe,ſuámque dotem patri mariti exiſtimauit:quare fideiuſſor,vel alius interceſſor exigitur,vt cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur? Dat.10.Kal.Auguſt.Lampadio & Oreſte VV.CC.Conſſ.530.

RERVM[r] AMOTARVM[ſ].

Tit. XXI.

1. Imp. *Alexand.*A. Polydeucæ.

COMPENSATIONIS [t] æquitatem iure poſtulas.non enim prius exolui quod debere te conſtiterit,æquum eſt,quàm petitioni mutuæ [u] reſponſum fuerit : eo magis quòd ea te perſequi dicis, quæ diuortij cauſa amota quereris. Cum igitur apud competẽtem iudicem ex ſtipulatu conueniaris:apud[x] eundem doce tui iuris res ablatas eſſe. PP.Dat.5.Kal.Dece. Alexandro A.III. & Dione Conſſ.230.

Actio rerum amotarum non competit, niſi ſoluto matrimonio.Bald.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.* AA. & CC. Sereno.

DIuortij [y] cauſa rebus vxoris à marito [z] amotis, vel ab vxore mariti: rerum amotarum edicto perpetuo permittitur [a] actio. Conſtante [b] etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis [c] neque [d] famoſa actio competit, ſed de damno [e] in factum datur actio. Dat.5.Kal. Octobr. ipſis AA.Conſſ.

3. Iidem Auguſti & CC.Quartino.

DE rebus, quas diuortij cauſa quondam vxorem tuam abſtuliſſe proponis.rerum amotarum actione cõtra[f] ſucceſſores eius non in ſolidum,ſed in quãtum ad eos peruenit : quod ſi res extent [g] dominij vindicatione vti non prohiberis.Data V.Non.Decemb.ipſis AA.Conſſ.

NE PRO DOTE MVLIERIS, bona quondam mariti addicantur [h], id eſt, in ſolidum dentur.

Tit. XXII.

1. Impp.*Dioclet.& Maxim.*Auguſti, Apollinariæ.

x De mutuis petitionibus apud eundem iudicem,*v.l.11.§.1.ff.de iuriſdict. l.34. D.de procurat.l.38.D.mandati.l.15 D.de except.rei iud.l.1.in fin.D.de extraord.cognitionibus. No.96.* y Rerum amotarum actio datur poſt diuortium *l.16.in fin.D.de diuortiis.*
z Actio rerum amotarum datur etiam in maritum *dixi ad Vlp. 7.§.2.* a promittitur.Cuia.ita legit 17.*obſ.6.* b *l.25.ff.eo.* c ídque in ſimplum *l.vl.in fi.ff.de ſeruo corrupto.*
d *v.l.vl.in fin.j.de furtis.*
e *facit l.27.§.30. ff.ad leg. Aquil.*
f In heredem condictio furtiua pœnalis non datur, ſed in id tantũ quod ad eum peruenit. qua de re v. *Cui. 7.obſer.37. & 13. obſ.37.*
g ſi non extent, condicuntur *l. 17.§.2.l.25. D.eo.*
h verbum prætoris. Addicere bona, eſt collocare penes aliũ, eúmque bonorum poſſeſſorẽ facere.
i Dotis cauſa,bona mariti mulieri addici nõ debent,ſi is relictis heredibus deceſſerit. Si vero nullo relicto herede deceſſerit, tunc ſecundum ius, indemnitati mulieris, quãtum fieri poteſt, conſuletur. *Syn.Baſ.29.tit.1. ex lib.28.titu.11. cap. 28. 4. Har. 8.§. 42. dixi de hoc ca. ad l.6.j. de bon.auth.iud.poſſid.*
k *l.12.ff. de rebus auth. iud.*
l *dixi ad 23.ff.5.*
m *l.11.ff.eo.l.1.ſ. ſoluto.* aliud futurum eſt, ſi nihil de electione conuenit *l.vl.ff. de pact.dotal.*
n quę vetat fundi dotale inſtrumentum alienari *l.vn.§.15. ſ. de rei vxor. act.*
o Alienationis verbo,omnis actus intelligitur, per quẽ dominiũ trãsfertur *vt hic* adde *l. 28. l. 67 ff.de verb. ſig.* quin continetur quoque teſtamẽtum *l.8.§.2. ſ.de ſecund.nupt.*
p id enim fit ſpõte & eo actu peruenitur ad alienationem *l. 18.§.2.D.de caſt. peculio.*
q id fit neceſſario. idem accidet in prouocatione communi diuidundo, quæ fit pupillarium rerum cauſa *l. 17.j.de præd. minor.l. 7. ff. de re. eor.qui ſub tutela. v. quædam in hunc locum apud Cui.7.obſ.23.*
r Per ſexus diuiſio fit, putà vt mares apud maritum, fœminæ apud vxorem alantúr.
ſ In arbitrio iudicis eſt, ſtatuere an apud patrem, an apud matrem liberi ſint educandi. apud eum tamen eſſe debent cuius inuocentia probata fuerit.*No.117.c. 7.* & apud matrem interdum ſatiùs eſt liberos educari quam apud patrem *l.1.§ 3.ff.de liber.exhibend.*
t adde *Nouell.98.c.2.*
u *dixi ad 25.ff.3.de agnoſ.& alend.libe.* x *alimentis l.2.j.l.8 §.5.j.de bon.quæ liber. l.5.j.de patria poteſt* Eſt.n. iniquiſſimum patrem indigere, cũ filius ſit in facultatib. *l. 5.§. 13.ff.eo.l.1.§.4.ff.de tutela & rationib.* Non cogitur tamen filius æs alienum patris diſſoluere *l.5.§.16.ff.eo.l.2.3.C.ne filius pro patre.*etiãſi pro patre in carcerẽ cõiecto fideiuſſorẽ negare impunè nõ poſſit *No.115.c.3.§.8.*An munera nuptialia parentib.pupillis tut.poſſint mittere *v.l.12.§.3.de adm.tut.l.1.§.3.ff.de tut.& rat.adde Forc.2.* y *l.1.ſ.ed.*

VT vxori pro dote addicantur bona quondam mariti,iure prohibitum eſt. Sanè ſi[i] nullo relicto ſucceſſore non idoneus deceſſit: ſecundum iuris formam [k] quatenus ſucceſſionis modus patitur, indemnitati tuæ conſulere non prohiberis.Dat.V. Non.Dec.AA. Conſſ.

DE FVNDO[l] DOTALI.

Tit. XXIII.

1. Impp.*Seuer. & Anton.*Auguſti,Didiæ.

SI æſtimata prædia in dotem data ſunt, & conuenit vt electio[m] mulieri ſeruetur : nihilo minus lex Iulia [n] locum habet. Eſt autem alienatio[o], omnis actus per quem dominium transfertur. PP.Dat.12. Kalend.Mart.Antonino A.4.& Balbino Conſſ.214.

2.Imp.*Gordianus* A.Domitiæ.

MAriti qui fundum communem cum alio in dotem inæſtimatum acceperunt,ad communi diuidundo iudicium prouocare non poſſunt, [p] licèt ipſi poſſint prouocari[q].PP.V.Non.Octob.Gordiano A.2.& Pompeiano Cõſ. 242.

DIVORTIO FACTO APVD QVEM LIBERI MORARI vel educari debeant.

Tit. XXIIII.

In arbitrio iudicis eſt, apud quem alantur liberi facto diuortio. Salyc.

1.Imperatores *Diocletian. & Maxim.* Auguſti & CC. Cæleſtinæ.

LIcèt neque noſtra, neque diuorum parentum noſtrorum vlla conſtitutione caueatur, vt per [r] ſexum liberorum inter parentes diuiſio celebretur,competens tamen iudex æſtimabit [ſ] vtrum apud patrem,an apud matrem matrimonio ſeparato filij morari ac nutriri debeãt.S.8.Cal.Iul.Veronæ,CC.Cõſſ.

In authen.vt liceat matri & auiæ §.illud coll.8.Tit. 18.al.13.no.117.c.7.

SI[t] *pater cauſam diuortij præſtiterit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expenſis. Si vero contrà,tunc apud patrem,matris locupletis expenſis: niſi pater minùs idoneus ſit.tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filij matrem alere coguntur egentem:ita iuſtum decernimus & à matre filios paſci. Quod de matre & filiis indigentibus dictum eſt, hoc quoque in omnibus aſcendentibus & deſcendentibus perſonis vtriuſque naturæ decernimus obſeruari.*

DE ALENDIS[u] LIBERIS AC PARENTIBVS.

Tit. XXV.

De alendis parentibus.

1. Imp. *Antoninus* Pius Auguſtus,Baſſo.

PARENTVM neceſſitatibus[x] liberos ſuccurrere,iuſtum eſt.Sine die & conſule.

2. Diui fratres & AA.Celeri.

COmpetens iudex à[y] filio te ali iubebit, ſi in ea facultate eſt, vt tibi alimenta præſtare poſſit. Dat.Id.Apr.ipſis & Conſſ.

De alendis liberis.

3.Iidem Auguſti,Titianæ.

a Vxor agere poteſt aduerſus maritum pro alimentis communi filio præſtandis.
b Pater tenetur alere filium non ingratum.
c Liberi à parentibus alendi *leg. vnic. §. 5. verſ. ſileat. ꝟ. de rei vxor. act. leg. 8. §. 5. ꝟ. de bon. quæ lib.*
d *dixi ad 25. D. 7.* e Huius conſtitutionis meminit Sozomenus 1. *hiſt. 8.* & Martianus *No. 4. tit. 4. de matrimoniis ſenatorum.*

SI competenti iudici eum, quem[a] te ex Claudio enixam eſſe dicis, filium eius eſſe probaueris: alimenta ei pro modo facultatum præberi iubebit. Idem, an apud eum educari debeat, æſtimabit. PP. 13. Kal. Mart. Romæ, Ruſtico & Aquilino Conſſ.

4. Impp. *Seuer. & Anton.* AA. Sabino.

SI patrem tuum officio debito promerueris[b]: paternam pietatem tibi non denegabit. Quod ſi ſponte non fecerit: aditus||competens||iudex alimenta[c] pro modo facultatum præſtari tibi iubebit. Quòd ſi patrem ſe negabit: quæſtionem iſtam in primis idem iudex examinabit. PP. Non. Febr. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

DE CONCVBINIS[d].

Tit. XXVI.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus, ad populum.

NEMINI[e] licentia concedatur, conſtante[f] matrimonio concubinam penes ſe habere. Dat. 18. Kalen. Iul. Conſtantinis patre & filio Conſſ. 321. aut 324.

DE NATVRALIBVS[g] LIBERIS, ET MATRIBVS EORVM, & ex quibus cauſis iuſti[h] efficiantur.

Tit. XXVII.

De his qui dignitate præditi ſunt.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus, ad [i]Gregorium.

SEnatores † ſeu præfectos[k], vel quos in ciuitatib. duumuiralitas, vel ſacerdotij[l], id eſt Phœniciarchiæ[m], vel Syriarchiæ ornamenta condecorant, placet † maculam ſubire infamiæ, & alienos à Romanis legibus fieri: ſi ex ancilla, vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia, vel ſcenica[n], vel ſcenicæ filia, vel tabernaria, vel tabernariæ filia, vel humili, vel abiecta|| perſona||vel lenonis, aut arenarij filia, vel quæ mercimoniis publicè præfuit, ſuſceptos filios in numero legitimorum habere voluerint aut proprio iudicio, aut noſtri prærogatiua reſcripti[o]: ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit, (ſeu illos legitimos, ſeu naturales dixerit) totum retractum legitimæ ſoboli reddatur, aut fratri, aut ſorori aut patri, aut matri. Sed & ||iis|| vxori tali quodcumque||datum quolibet genere fuerit, vel emptione collatum etiam hoc||retractum[p] reddi præcipimus: ipſas etiam quarum venenis[q] inficiuntur animi perditorum (|| iis|| quid quæritur[r], vel commendatum dicitur, quod his reddendum eſt, quibus iuſſimus, aut [ſ] fiſco noſtro) tormentis[t] ſubiici iubemus. Siue itaque per ipſum donatum eſt, qui pater dicitur, vel per alium, ſiue per interpoſitam perſonam, ſiue ab eo emptum, vel ab alio, ſiue ipſorum[u] nomine comparatum: ſtatim retractum reddatur, quibus iuſſimus: aut ſi nõ exiſtant, fiſci iuribus vindicetur. Quod ſi exiſtant, & in præſentia rerum conſtituti agere noluerint, pacto vel iureiurando[x] excluſi: totum ſine mora fiſcus inuadat. Quibus tacentibus & diſſimulantibus ad defenſionem fiſcalem duorum menſium tempora limitentur: intra quæ ſi non retraxerint, vel propter retrahendum rectorem prouinciæ ||non||interpellauerint: quicquid talib. filiis vel vxoribus liberalitas[y] impura contulerit, fiſcus noſter inuadat, donatas vel commendatas res ſub pœna quadrupli ſeuera quæſtione perquirens. Dat. 12. Cal. Auguſt. Carthagine, Nepotiano & Facundo Coſſ. 336.

In authent. vt lic. mat. & auiæ §. illud coll. 8. tit. 18. al. 13. Nouell. 117. cap. 4.

SEd nouo iure huiuſmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias poſſunt, etiam cum præditis magnis dignitatibus, dum tamen dotalia inſtrumenta ſuper hoc conficiantur ab illuſtribus. Reliqui verò citra eos, qui maioribus decorati ſunt dignitatibus, ſolo adfectu nuptias contrahere poſſunt, dum tamen liberæ ſint, cum quibus licet nuptias celebrare.

tiaNus — margin notes:

f Iure ciuili concubinatus licita fuit conſuetudo *vt hîc. & l. 5. in fi. ꝟ. ad Orph. & ff. de concubin. l. 5. de nat. lib.* ſed nõ conſtante matrimonio, id eſt, eo tẽpore quo quis vxorem habet *l. vlt. in fin. ꝟ. comm. de manumiſſ. Paul. 2. ſent. 20. §. 1. No. 18. c. 5. No. 89. c. 12. §. 5. l. vl. in fin. D. de repu. l. 121. §. 1. ff. de verb. obligation.* multo minus duas vxores vno tempore habere licet *le. 7. Cod. de Iudæis: Leo Nouell. 91.* Conſtantinus Porphyrogenneta *apud Harmen. 4. tit. 7. in fin.* præciſius agit: Concubinatum enim penitus damnat & vetat. Quæ cum eo cõſueſcit, qui vxorem habet, pellex dicitur *l. 144. D. de verb. ſign. de concubinu v. Cuia. 5. obſ. 6.*

g περὶ παίδων φυσικῶν 28. *Eclog. 4.* Naturales hîc dicuntur, nati ex concubinis.
h *dixi ad Nouell. 79. & v. 4. Cod. Theod. 6. Papon. 3. notar. 6. c. des legitimations.*
i *Nouell. 89. c. 15.*
† id remiſſum ſenatoribus. *Nouell. 117. cap. 4. Auth. prox. ꝟ.*
k perfectiſſimos *Hal.* quã lectionem probat Antonius Auguſtinus *lib. ad Modeſtin.* & Cuiacius *ad 13. Vlp.* & ita extat in Nouella quadam Marciani, de matrimoniis ſenatorum. Perfectiſſimos Græci; διασημοτάτοις.
l ſacerdotium Phœniciarchiæ & Syriarchiæ.
m *dixi ad l. vn. ꝟ. de off. comit. Oriẽt. No. 89. c. vlt. & adde l. 6. c. 13. D. de excuſ. tut. l. 8. D. de vacat. muner.*
† Quod de Syriarchis & Phœniciarchis dixit ſuperius, poſtea diſplicuit Iuſtiniano *Nouell. 89 c. vl.*
n *l. 7. in fi. ꝟ. de inceſtu.*
o Per reſcriptũ non datur licentia ad inſtitutionem ſpuriorũ, niſi fortè impetrata dicatur, nõ obſtante lege.

p De reuocandis donationibus in concubinam factis.
q id eſt, illecebris.
r Præſumitur concubina res ſuas omnes adquiſiuiſſe ex bonis eius cui concubina eſt. *Bald. Cremenſis ſingulari 6.*
ſ Quod aufertur ſpurio, deficientibus quibuſdam perſonis, applicatur fiſco.
t Vt rerum expilatarum quantitas adgnoſcatur, concubina torqueri poteſt.
u De emptionibus factis à patre ſpurij nomine.

x Iuſiurandum nihil aduerſus leges poteſt.
y Liberalitas impura.
z Qui liberos legitimos habet, non poteſt liberis naturalibus eorumque matri vna plus vncia relinquere *vt hic* ſoli verò concubinæ, ſemunciam. Qui parentes nullos verò liberos legitimos habet *vt hic*. Hodie, deducta portione parentibus aut liberis debita, legitimi liberi eorúmque mater reliquum capere poſſunt *Nouell. 87.* ſi nullos liberos aut parentes habet olim ſemiſſem. *8. ꝟ. eod.* hodie aſſem *Nouell. 89.*
a v. Socinũ *reg. 285.*
b *v. Nou. 89. cap. 12.*
c Relicta vltra modũ reuocantur.
d Incluſa videntur eſſe tranſumpta (& perperã) ex Nouel. Theodoſij de bonis decurion *v. Cuiacium ad No. 74.*
e Legitimãtur liberi curiæ oblatione: hoc eſt, ſi curiæ à patre re ipſa oblati, aut eius teſtamento curiæ deſtinati *l. 9. in fin. ꝟ. eo. Nouell. 89. c. 1. c. 3. Inſtit. de nupt. in fin.* offerebãtur autem Curiæ ciuitatis, teſte populo vel actis interuenientibus.
f Intereſt rei publicæ, ſubditos eſſe locupletes.
g Caſtrum vel poſſeſſio probatur eſſe alicuius territorij per ſolutionem cenſus *Bald. adde Nouell. 89. c. 2. §. 2. l. 4. §. 2. D. de cenſibus.*
h Probari ſolutione cenſus caſtrum vel villã alicuius eſſe territorij hinc colligit Bald.
i Concubinatus, licita conſuetudo *l. 5. in fin. ꝟ. ad Sc. Orphit.* quin cõiugium eſt, ſed inæquale *vt hic.* inde concubina ἡμίγαμος: Zonaræ vxorem imitatur *Iulian. adde Nouell. 18.* nec ſuperduci poteſt *l. vn. ꝟ. tit. prox.* tenetur quoque lege Iulia de adulteriis *l. 13. D. de adulteriis*: eſt & quaſi nouerca, eiuſque coniunctio liberis cõcubinarij nõ permiſſa *l. 4. ꝟ. de nu.*
k Teſtamento curiæ filios deſtinare pater poteſt.
l Præſumitur fraus ex poſteriori poſſeſſione.
m Legitimatur filia naturalis, ſi à patre viro curiali elocetur vel deſtinetur.
n Metropolis ea ciuitas eſt.

Quantum naturalib. liberis, vel eorum genitrici relinqui poſſit.

2. Impp. *Arcad. & Honorius* Auguſti, Anthemio præfecto prætorio.

MAtre, vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus, cuiuſcunque ſexus, vno pluribúſve exiſtentibus: bonorum ſuorum vnam[z] tantùm[a] vnciam pater naturalibus filiis ſeu filiabus, eorúmque genitrici: vel ſi ſola ſit concubina, ſemunciam[b] largiendi vel relinquendi habeat poteſtatem. Quicquid verò vltra[c] modum conceſſum relictum ſit: legitimis filiis, vel matri, vel cæteris ſucceſſoribus iure reddatur. Dat. Id. Nou. Stilichone 2. & Anthemio Coſſ. 405.

In authen. quib. mod. natu. eff. ſui. §. ne igitur coll. 7. tit. 1. Nouell. 89. cap. 12.

NVnc ſoli liberi naturales & legitimi ad hunc modum coarctant, non etiam mater.

De legitimatione per oblationem curiæ.

3. Impp. *Theod. & Valent.* Auguſti, ad Apollonium præfectum prætorium.

SI quis||naturalem[d] duntaxat fœcunditatem ſortiatur,|| ſeu liber ipſe, ſeu curiæ ſit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos quémve maluerit, eius ciuitatis curiæ[e] vnde ipſe oritur, & in ſolidum heredes ſcribendi liberam ei concedimus facultatem. Quòd ſi cui non ex vrbe, ſed||ex||vico vel poſſeſſione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eóſque velit ſub definitione prædicta curiæ ſplendore honeſtare, & hereditatis opibus[f] adiuuare: eius ciuitatis adſcribendi ſunt ordini, ſub qua vicus ille ac poſſeſſio cenſetur[g]. Quod ſi alterutram regaliũ ciuitatum patriam ſortiatur[h]: ſit ei liberum ſuſceptam ex inæquali[i] coniugio ſobolem, cuiuſcunque ciuitatis decurionibus immiſcere: dummodò ciuitas quæ eligitur, totius prouinciæ teneat principatum. Indignum enim eſt, vt qui ſacratiſſimæ vrbis vbere gloriatur, naturales ſuos non illuſtris ordine ciuitatis illuminet. Et hoc, ſiue poſtrema definiat||voluntate||ſiue donatione cuiuſlibet quantitatis in liberos naturales pater conferat. Et quod de ſubeunda ſorte curiali, ſeu teſtamento[k] ſeu actorum fide conſtituit, ita ratum eſſe, ſtabilitérque volumus obſeruari, vt ſiue abſtinendo||ab||hereditatibus, ſiue abdicando donationes naturales liberi curialem voluerint euitare fortunam, poſteáque paternarum opum, vel in ſolidum, vel ex parte reperti fuerint poſſeſſores: licèt[l] eas alienauerint, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus eſſe voluit, etiam inuiti cogantur accedere. Sed & ſi filiam[m] naturalem vel filias habuit, & eam vel eas curiali vel curialibus ciuitatis, ex qua oriundus eſt, vel ſub qua vicus vel poſſeſſio, vnde oritur, conſiſtit, vel eius ciuitatis quæ[n] principatum totius prouinciæ tenet, matrimonio[o] collocauit: hæc eadẽ in perſona eius vel earum ad exemplum marium obtinebunt. Quid enim intereſt[p], vtrùm per filios, an per generos commoditatibus ciuitatum conſulatur? & vtrùm nouos[q] lex faciat curiales, an foueat, quos inuenit? Dat. 16. Kal. Ian. Conſtantino. Eudoxio & Dioſcoro Coſſ. 442.

4. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Armaſio P.P.

QVoniã deſiderio morientium|| ex arbitrio viuentium ||non ſine iuſta ratione colligimus: & is qui naturalẽ filium habens, hortantibus legibus vltro ad inſtar legitimi filij municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalem: manifeſtauit notúmque fecit ſine dubio profeſſione certiſsima facultatum ſuarum omnium elegiſſe ſe adfectione debita ſucceſſorem: cùm certè huiuſmodi perſonis adeò ſacratiſsima conſtitutione ſubuentũ ſit, vt nec[r] renunciandi eis, aut alienandi, vel repudiãdi paternas hereditates aut donationes in fraudem Curiæ concedatur facultas, ſed muneribus patriæ ſuſceptis, patrimonia ſubire cogãtur: nullam è diuerſo calumniantium vocem penitus patiemur admitti, ſed ipſum Philocalum, & paternorum bonorum omnium ab inteſtato heredem, & noſtræ[ſ] ciuitatis curiæ principalem iniuncta vel iniungenda ſibi munera ſubire, ex eóque genitos vel naſcituros filios ſimiliter paternæ conditioni ſubiacere præcipimus. Et huiuſmodi formam in omnibus cauſis, quæ ſimiliter in quocunque ciuitatis ordine curiáque contigerint, in po-

o *No. 89. c. 2 §. 3. §. 13. Inſt. de nupt.* p Sunt enim generi, liberorum loco: vt & ſoceri, parentum. q Non minus fauendum eſt nouis quam antiquis ciuibus.
r Acceptans onus, intelligitur acceptare emolumentum adnexum: Imò, hoc noſtro caſu emolumentum repudiari non poteſt: hoc eſt, filius patris deſtinatione decurio factus, hereditatem ea conditione relictam repudiare non poteſt.
ſ Noſtræ, ita legitur *Nouell. 39. c. 2. §. 1.*

ſterum decernimus obſeruari. Dat. Kal. Ian. Conſtantinop. Iordane & Seuero Coſſ. 470.

De legitimatione per ſubſequens matrimonium.

5. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præf. præt.

DIui Conſtantini, qui veneranda Chriſtianorum fide Romanum muniuit[a] imperium, ſuper ingenuis concubinis ducendis vxoribus, filiis quinetiam ex eiſdem vel ante matrimonium, vel poſtea progenitis, ſuis ac legitimis habendis, ſacratiſſimam conſtitutionem renouantes[b], iubemus eos qui ante hanc legem, ingenuarum mulierum nuptiis minimè intercedentibus, electo contubernio, cuiuſlibet ſexus filios procreauerint: quibus nulla videlicet vxor eſt, nulla ex iuſto matrimonio legitima proles ſuſcepta: ſi voluerint[c] eas vxores ducere, quæ antea fuerant concubinæ: tam coniugium legitimum cum huiuſmodi mulieribus ingenuis (vt dictum eſt) poſſe contrahere, quàm filios vtriuſque ſexus ex earundem mulierum priore contubernio procreatos, mox poſtquàm nuptiæ cum matrib. eorum fuerint celebratæ, ſuos patri, & in poteſtate fieri: & cum his qui poſtea ex eodem matrimonio ſuſcepti fuerint, vel ſolos (ſi nullus alius deinde naſcatur) tamen teſtamento volentibus patribus etiam ex integro ſuccedere, quàm ab inteſtato petere hereditatem paternam. pactis, quæ ‖matrimonij‖ tempore ſuper dotibus vel ante nuptias donationis rebus ſubſecuta fuerint, etiam[d] ad ipſorũ perſonas pertinentibus: vt vnà cum fratrib. ſuis poſtea ex eiſdem parentibus fortè progenitis, aut ſoli (ſi nullus alius ſit procreatus) dotis & ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta percipiant. Hi verò, qui tempore huius ſacratiſſimæ iuſſionis necdum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum conſortio meruerint, minimè huius legis beneficio perfruantur: cùm liceat eaſdem mulieres ſibi prius iure matrimonij copulare, non extãtibus legitimis liberis, aut vxoribus & legitimos filios (vtpote nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeãt quos ex ingenua concubina dilato poſt hanc legem matrimonio naſci voluerinr, vt iuſti ac legitimi poſtea videãtur, magnopere poſtulare. Dat. X. Kal. Mart. Baſilio 2. & Armaſio Coſſ. 476.

De arrogatione.

6. Imp. *Anaſtaſius*[e] A. Sergio P.P.

IVbemus eos, quibus nullis legitimis exiſtentibus liberis in præſenti aliquæ mulieres vxoris loco habentur, ex his ſibi progenitos ſeu procreandos, ſuos & in poteſtate legitimóſque habere: propriáſque ſubſtantias ad eos vel per vltimas voluntates, vel per donationes, ſeu alios legi cognitos titulos (ſi voluerint) transferre. ab inteſtato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec aliquas quęſtiones ſeu altercationes exercẽdi ſub qualibet aſtutia ſubtiliq; legum vel conſtitutionum occaſione ſuper his, vel agnatis ſeu cognatis genitoris eorum, vel quibuſdam aliis ſupereſſe facultatem: in poſterum nihilo minus quiſquis huiuſmodi mulierem vxoris loco dotalibus inſtrumentis cõfectis habuerit, pro eius ſobole ſimilem eandémque formã cuſtodiri: ne adimatur ei licentia ſibi quodammodo per liberos proprium ſuum patrimonium acquirendi. Filios inſuper & filias iam per diuinos adfatus à patribus ſuis in arrogationem † ſuſceptos, vel ſuſceptas, huius prouidentiſſimæ noſtræ legis beneficio & iuuamini potiri cenſemus. Dat. Kal. April. Anaſtaſio[f] A. 4. & Agapito Coſſ. 508.

Lex quæ caſſatur, intelligitur caſſari quo ad futura, non quo ad præterita. Bald.

7. Imp. *Iuſtin.* A. Marino præf. præt.

LEgem Anaſtaſij[g] diuinæ recordationis quæ ſuper naturalibus filiis emiſſa eſt, in † his valere tantum caſibus concedimus, qui[h] nunc vſque ſubſecuti ſunt, pro eiuſdem legis tenore in matrimoniis tunc conſtantibus, vel poſtea contractis: ita tamen, vt non aliunde progenitis ſubueniſſe credatur, quam non ex nefario[i] nec inceſto coniugio. Naturalibus inſuper filiis vel filiabus ex cuiuſlibet mulieris cupidine non inceſta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationem ſeu per adoptionem ſacra ſuſceptis, ex diuinis iuſſionibus, ſiue antequam eadem lex irrepſerit, ſiue poſt eandem legem vſque ad præſentem diem, non ſine ratione duximus ſuffragandum: vt adoptio ſeu arrogatio firma permaneat, nullis prorſus improbanda quęſtionibus, quaſi quod impetrarunt, lege quadam interdictum ſit: quoniam & ſi qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit, mouente miſericordia[k], qua indigni non ſunt qui alieno laborant vitio. Sint itaque poſt eandem arrogationem ſeu adoptionem ſui, & in poteſtate patrum: ſucceſſionéſque tam ab inteſtato quàm ex teſtamẽto capiant, prout in arrogatis ſeu adoptatis conſtitutum eſt. In poſterum verò ſciant omnes legitimis[l] matrimoniis legitimam ſibi poſteritatem quærendam, ac ſi prædicta conſtitutio lata non eſſet. Iniuſta[m] namque libidinum deſideria nulla de cætero venia defendet: nullum ſubleuauit nouum adminiculum præter anteriorum diſpoſitionum ordinem. non antè lata ſanctio, quam ex hoc die reſecandam pia ſuggerit ratio: non arrogationũ vel adoptionum prætextus, quæ vlterius † minimè ferendæ ſunt: non aſtutiæ, ſiue diuinis adfectandæ literis, ſiue quibuſdam licitis ambiendæ machinationibus: cùm nimis ſit indignum, nimis item impium, flagitiis[n] præſidia quærere, vt & petulantiæ ſeruire liceat, & ius noménque patris quod eis denegatum eſt, id[o] altero legis colore præſumant. Datum 5. Id. Nouemb. Iuſtino A. & Eutherico Coſſ. 519.

Quantum poßint naturales capere.

8. Imp. *Iuſtin.* A. Mennæ præf. præt.

HVmanitatis intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, vt liceat eis nulla legitima ſobole vel matre ſubſiſtente, naturalem vel naturales filios, matrémque eorum non tantùm ex tribus vnciis, (quod præteritæ leges permittebant) ſed etiam ex duplici portione, id eſt ſex[p] vnciis, heredes ſcribere: vt licet ab inteſtato nullam communionem ad patris naturalis ſucceſſionem habent, ex ſuprema tamen ‖eius‖ voluntate permittatur eis vſque ad prædictas ſex vncias (ſi hoc ſcilicet naturalis pater voluerit) hereditatem eius capere: ita tamen vt memoratam ſex vnciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis & matre eorum minimè teſtator excedat. quam & in legatis & in fideicommiſſis eis relinquendis, & dotibus[q] & donationibus tam aliis, quàm ante nuptias vſque ad ſex vnciarum ęſtimationem liberam ‖ſimiliter‖ naturalibus eorum patrib. damus poteſtatem. Hęc autem in futuris tantummodo teſtamentis, vel vltimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kalen. Ian. Conſtantino. DN. Iuſtiniano A. 2. Conſſ. 528.

In auth. quib. mod. naturales effi. ſui §. Si vero filios & §. fi. col. 6. tit. 1. No. 89. cap. 12. & c. 15.

LIcet patri ſine legitima prole ſeu parente, cui relinqui neceſſe eſt decedẽti, naturalibus totam ſubſtãtiam ſuam vel inter viuos largiri, vel in teſtamento tranſmittere. Quòd ſi parentes duntaxat ei ſuperſint: legitima parte parentibus relicta, reliquum inter naturales diſtribui permittitur. Ab inteſtato verò cùm deſit ſoboles ciuilis, nec ſuperſit coniunx legitima: ſi naturales ex concubina extant, quæ ſola fuerit ei indubitato affectu coniuncta: in duas paternæ ſubſtantiæ vncias ſuccedant, vt matri inter eos virilis portio (ſi ſupereſt) detur. Huiuſmodi enim naturales filios paſci boni viri arbitrio eſt neceſſe: ſiue legitimi extant, & ſuccedunt: ſiue coniuge viua quilibet alij[r] ſint heredes. Hi ergo & parentibus parem[s] præſtent, ſi opus ſit, pietatem. Sed qui ex damnato[t] ſunt coitu, omni prorſus beneficio ſecludantur.

De legitimatis per oblationem curiæ.

9. Idem A. Mennæ præf. præt.

COmmunium rerum eſſe vtilitatem rectè iudicantes, lucidis & omni ambiguitate ſegregatis legibus vti noſtro ſubiectos imperio, ad præſentem ſanctionem venimus: per quam omni dubitatione amputata, quæ vſque adhuc obtinebat, certiſſimum facimus, vt quotiens naturales filij curiali[u] fortunæ patriæ ſui genitoris adſignantur vel adhuc viuente patre, vel poſt eius obitum, pro diſpoſitione teſtamenti ab eo conditi: & eo modo legitima iura in paterna ſucceſſione adipiſcantur, ‖vt‖ quod rectè fieri minimè dubium eſt) licèt illuſtrem dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere non poteſt, naturales filij antea meruerint: ne permittatur eis contra ſubſtantiam ab eodem naturali patre deſcendentium[x], vel aſcendentium[y], vel ex latere agnationis, vel cognationis iure eidem patri coniunctorum (licèt ipſi legitimi ſucceſſores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod ius ſibi vindicare. Quod & in his locum habebit qui iam à naturali patre curiali conditioni traditi, & adhuc ſuperſtites ſunt: eodem ſcilicet modo nec illis contra ſubſtantiam eiuſdem naturalis filij, vel ex eo deſcendentium, ‖vel[z] aſcendentium, ‖vel à latere coniunctorum, aliquod ſibi ius vindicare valentibus. Sed ſi quidem iſte naturalis filius, ſiue poſtquam legitimus ſucceſſor patri effectus ſit, ſiue in antecedente tempore*, filios ex legitimo matrimonio, vel alios deſcendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad eius ſucceſſionem, ſine teſtamento morientis vocari, nec curiæ locum eſſe, præterquam ſi quarta portio bonorum eius eidem curiæ debeatur, eo quod nullus fortè ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet obſeruando, vt hi quos ‖iſte‖ naturalis filius poſteaquàm † fortunæ fulial: datus eſt, procreauerii, & decuriones ſine dubio ſint, & curialia peragere munia compellantur.

1 ¶Si verò ſine liberis cuiuſcunque gradus inteſtatus deceſſerit: ſi quidem matre ſuperſtite: tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere, duas verò alias partes curiam cui à patre datus eſt. Sin autem mater quidem defuncti non ſupereſt, alij verò cognati ex materna linea deſcendentes, vel aſcendentes, vel ex latere venientes ad eius vocentur ſucceſſionem: tunc ea quidem quæ à patre naturali

---

a *al.* minuit. quę lectio, vt falſa improbatur à Caſtrenſi.
b Renouatur lex Conſtantini.
c Legitimi & ſui fiunt, nati in concubinatu ex ingenua muliere, concubinatu in matrimoniũ conuerſo, *le. 6. ſ. eo. Inſtit. de nupt. in fin. No. 12. Nou. 47. c. 2. Nouell. 89. c. 8.*
d Donatio primo filio naſcituro ex tali matrimonio facta, valet *vt hic: & l. 24.* facit *l. 5. D. de operis libert. D. de pact. dotalib.* Imò non valet quia ei perſonæ quæ non eſt donari videtur: & in non abſimili caſu: vſusfructus ſine perſona conſtitui nõ poteſt: vt hinc ſequi videatur, donationem ſine perſona eſſe non poſſe *l. 26. D. de ſtipulat. ſeruorum* v. Guidonem Papæ *de ciſ. 267.*
e cuius fit mentio *l. 7. ſ.*
† Hac lege permiſſum eſt naturales liberos adrogando ſuos & legitimos facere. ſed huic cõſtitutioni derogat *l. 7. ſ. eo. No. 89. c. 11. in fin.* videtur tamen quaſi reduci cõſtitutio Anaſtaſiana, permiſſa legitimatione per adoptionẽ *No. 117. c. 2.*
f Anatolio.
g i. *l. 6. ſ. eo.*
† abrogatur *l. 6. ſ. eo.*
h lex Anaſtaſij in futurum abrogatur *Nou. 89. c. 7.*
i vtcunque in præteritum legi Anaſtaſij indulgeatur ius naturales liberos adoptãdi, naturalium tamẽ nomine non intelliguntur nati ex nefario & inceſtuoſo cõiugio.
k *l. 16. D. de decurionib.*
l *No. 89. c. 7. c. 12. in fin.*
m Iniuſtis deſideriis venia denegatur.
† v. tamen quę dixi ad *Nou. 117. c. 2.*
n Flagitiis pręſidia non ſunt quærenda.
o *c. 39. de regul. in 6.*
p *dixi ad l. 2. ſ. eod.*
q Dotes naturalium filiorũ eis imputantur in legitimam: adde *l. vxorem §. pater ff. de leg. 3.*
r Alimenta liberis naturalibus debentur non modo à patre, eiúſve liberis legitimis aut legitimatis, ſed etiam à patre naturalibus ſucceſſoribus ſeu heredibus: ídque ex bonis teſtatoris: *adde c. cum haberet extra de eo qui duxit in matr. quã per adult.*
ſ Pater & filius pari iure tenentur in permiſſionibus & prohibitionibus: vt quemadmodũ pater ſpurium filium non inſtituit, ita nec filius patrem.
t Alimenta non debentur liberis ex damnato coitu procreatis *adde auth. ex cõplexu ſ. de inceſt.*
u *Nou. 89. c. 3. c. 4. c. 5.*
x Legitimati per matrimonium liberis iuſtis cõſanguinei ſunt, at non ij qui per oblationem Curiæ *vt hic: & No. 89.* Illi omni cognationi omnibúſque cognatis legitimi ſunt: hi, legitimanti, non aliis cognatis: prior enim legitimatio, naturam imitatur: at non poſterior. vnde notat Bart. ſtatuto ciuitatis legitimatũ, non haberi pro legitimato, in bonis extra territoriũ poſitis. Cuius differentiæ vis ea eſt: vt priore caſus legitimatus, legitimis fratrib. ſuccedat, non poſteriore caſu. Quid ſi quis legitimatus eſt principis reſcripto? extra territorium quoque ciuitatis legitimatus cenſetur, ídque propter ſummam principis poteſtatẽ, ſiue perſonas ipſas ſpectes, ſiue res: hoc eſt legitimatus habebitur omnibus patris cognatis, & extra territoriũ quoque ſuę ciuitatis: vt per principem legitimatio, ea parte, legitimationem quę matrimonio fit, imitetur: & eam ſuperet, quæ fit curiæ oblatione.
y hæc verba delenda *v. Cuia. 17. obſ 6.*
z hæc verba delenda eſſe Cuia, monet 17. *obſ. 6.* eſt enim iniquũ & falſum, patrẽ naturalem non ſuccedere aſcendentibus naturalibus: hoc eſt patri ſuo vel proauo.
† hoc iure patre facto curiali, liberi poſtea ſuſcepti, ſunt curiales: ante ſuſcepti non ſunt. hodie etiam ante ſuſcepti, curiales ſunt *No. 101.*

turali ad eum peruenerunt, || eidem || curiæ competere. Si quid verò filio postea legitimo successori effecto, vel à matre sua, vel aliunde quocunque legitimo modo acquisitum sit: hoc ad proximos maternos eius cognatos peruenire. Illo videlicet obseruando, vt siue matre eius superstite, siue ea ante filium mortua, aliquis ex eius genere eiusdē curiæ fortunam subire paratus sit: liceat || ei || offerenti se eidem curiæ, bona mortui, quæ de substantia patris ad eum peruenerunt, capere, muniáque peragere curialia: quo accidente, mater defuncti (si adhuc supersit) nō solùm tertiam partem eorum quæ extra paternam substantiam filius eius aliunde acquisiuerit, sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum coheredibus suis capiet. 2 ¶Ea verò quæ de successione naturalis filij post curialem conditionem morientis constituimus, non tantùm in his locum habere debent, qui postea à patre suo naturali curiæ dati fuerint: sed etiam in illis qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quod si ante præsentem sanctionem mortui [a] sunt, minimè ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus. 3 ¶Et quoniam omnimodo fauendum est curiis ciuitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, vt liceat [b] patribus naturales filios curiæ [c] patriæ suæ tradere, non [d] solùm nulla [e] eis legitima sobole existente, sed etiam si filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant. & eo modo naturales quoque filios sibi legitimos successores efficere: ita tamen, vt [f] minimè eisdem patribus liceat per donationem, vel vltimam voluntatem amplius || eidem || filio naturali dare, vel relinquere, quā †vni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data vel relicta sit. Dat. Kal. Iun. DN. Iustiniano A. 2. Cos. 528.

De legitimatione per subsequens matrimonium.

Idem A. Demostheni præf. præt.

CVm quis à muliere libera, & cuius matrimonium nō est legibus interdictum, cuiusque consuetudine gaudebat aliquos liberos habuerit, minimè dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem adfectione [g], etiam ad nuptialia peruenerit instrumēta† & alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreauerit: ne posteriores liberi qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi iusti & in potestate effecti, fratres suos qui ante dotem fuerant nati ab hereditate paterna repellentes, huiusmodi iniquitatem amputandam censemus. Cum enim adfectio prioris sobolis & ad dotalia instrumenta efficienda & ad posteriorem filiorum edendam progeniem prestiterit occasionem: quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundæ posteritatis || priorem || quasi iniustam excludere, cum [h] gratias [i] agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomen & ordinem consecuti? Neque enim verisimile est, eum qui postea vel donationem vel dotem conscripserit, ab initio talem adfectionem circa mulierem non habuisse, quæ eam dignam esse vxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes [k] liberos, siue ante dotalia instrumenta editi sint, siue postea: vna [l] eadémque lance trutinari, & omnes || filios || suos in potestate suis existere genitorib. vt nec prior nec iunior vllo habeatur discrimine: sed qui ex iisdem matrimoniis procreati sunt, simili perfruantur fortuna. Dat. 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Cos. 529.

Per sequens matrimonium filij nati ex concubina legitimantur, etiamsi ex eo matrimonio nullus postea nascatur: vel natus viuens non reperiatur tempore mortis patris. Salyc.

11. Idem A. Iuliano P.P.

NVper legem conscripsimus, qua iussimus, si [m] quis mulierem in suo contubernio collocauerit, non ab initio adfectione [n] maritali (eam tamen cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos sustulerit, postea verò adfectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiósque vel filias habuerit: non solùm secundos liberos qui post dotem editi sunt, iustos, & in potestate esse patribus: sed etiā anteriores, qui & his qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quam legem quidam putauerunt sic interpretari, siue [o] non progeniti fuerint post dotem conscriptam liberi, siue iam ab hac luce subtracti: non anteriores filios iustos haberi, nisi vtroq; tempore viuentes & superstites liberi inueniantur. quorū superuacuam subtilitatem penitus inhibendam censemus. Sufficiat etenim talem adfectionem habuisse, vt post liberorum editionem & dotalia efficiant instrumenta, & spem [p] tollendæ sobolis habeant. licèt enim hoc quod speratum est, ad effectum non peruenerit: nihil anterioribus liberis fortuitus [q] casus derogare cōcedatur. & multò magis si quis mulierem quam in contubernio suo habuerat, prægnantē [r] fecerit, postea autem adhuc grauida muliere constituta dotalia fecerit instrumenta, & puer vel puella editus vel edita sit: iusta patri soboles nascatur, & in potestate efficiatur, &

q Anteriorib. liberis fortuitus posteriorū casus nihil derogat. & ita legitimantur liberi, etiamsi pòst alij non nascantur vel nascātur, & sciri possit quis legitimè natus sit, non inspicitur tempus con-

a hæc constitutio locum non habet in iā mortuis sed morituris.
b *l. 3. §. eo.*
c habens legitimos liberos naturales potest eos Curiæ offerre: sed & eis relinquere & donare, non plus tamen quam vni liberorū cui minus dederit.
d legitimare per oblationem curię filios naturales pater potest, etiamsi alios legitimos iam habeat.
e *No. 89. c. 2.*
f Legitimato filio pater plus relinquere non potest, quàm legitimis & legitime natis.
† *No. 74.* & ita derogatur *Nouell.* Thod. *de bonis decur.*
g *l. 11. ĵ. eo. l. 22. v. sancimus §. de donat. ante nu. Inst. de nu. in fi. No. 89. c. 8.*
† Legitimatio per matrimonium tabulas & scripturam requirit iure ciuili *vt hic. & Inst. de nupt. in fi.* & non iure canonico *c. tanta: extr. qui filij sint legitimi.*
h Author beneficij alteri conferendi, ipse beneficio non est arcendus. adde *l. amicissimos. §. Lucius. D. de excus. tut.*
i Hinc videtur defendi posse cōmunis illa opinio, Legitimatum per nuptias non tantum legitimum fieri, sed ius primogenituræ etiam cō sequi aduersus fratres iustis postea nuptiis susceptos *dixi ad No. 89. c. vl.*
k *d. §. vlt. Inst. de nupt. in fi. No. 19.*
l Legitimati per matrimonium æquali iure censentur, & succedunt patri vna cum aliis ante & post matrimonium legitimè susceptis.
m Legitimatur filius naturalis per subsequens matrimoniū *vt hic.* Cuius regulę extensiones viginti: exceptiones, quatuordecim vide apud Duenazium *reg.* 350.
n Affectio maritalis nuptias facit, *vt hic. l.* 10. §. *eo.*
o *dixi ad No.* 74. *& No. 89 c. 8.*
p Si ita est, qui mortis periculo instante, concubinam, *vxorem* vocat, liberos ex ea susceptos nō legitimabit: vt velle videtur Bal. in hac lege.
p matrimoniū moriantur.
r Vt

heres existat morienti, siue ab intestato, siue ex testamēto. Satis enim absurdum est, si filij post dotem progeniti anterioribus liberis adiutorium adferant, & ipsum puerum, vel puellam sibi opitulari non posse. Et generaliter definimus, & quod super huiusmodi casibus variabatur, definitione certa concludimus: vt semper in huiusmodi quæstionibus in quibus de statu liberorum est dubitatio, non [s] conceptionis, sed partus tempus inspiciatur, & hoc fauore facimus liberorum, vt editionis tempus statuamus esse inspectandum: exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem [t] magis approbari, infantium conditionis vtilitas expostulat. Dat. 15. Kal. Apr. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

In auth. de incest. nupt. §. Dubitatum col. 2. t. 7. al. Nouel. 12. c. 3.

QVod ius locum habet & si ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, à qua separatus sit legitimè, vel ea mortua.

In auth. de trien. & semis. §. pen. col. 3. ti. 5. No. 8. cap. vlt.

SEd noua constitutio non permittit hoc in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis aliis reperitur.

In auth. vt liber. dece. §. si quis autem col. 6. ti. 7. al. 6. No. 28. c. 3.

NOua alia constitutio hoc generaliter inducere videtur & in his, qui ex ancilla sunt, vt ex ipsa dotis inscriptione simul & libertas tribuatur, & ius suorum.

De legitimatione per principem.

in auth. quib. mod. nat. effi. legit. §. si vero is qui & §. sed & aliud col. 6. tit. 3. al. 1. No. 74.

PRæterea qui legitimam non habet prolem, sed ex huiusmodi consuetudine duntaxat naturalem: potest, ab eo precibus [u] principi datis, legitimos sibi constituere, & sine [x] matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliquerit, vel occultetur, vel aliàs venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur vt sacerdotio.

De legitimatione ex testamento.

In auth. quib. mod. nat. effic. legiti. §. illud ti. 3. al. 1. No. 75. c. 2.

ITem sine legitimis decedens, in testamento [y] scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, licentiam habeat, vt post mortem eius filij principi supplicent, testamentum ostendentes, & principis & legis dono fiant heredes, si tamen filij voluntatem patris amplectantur, quod generaliter obseruatur. sed si alij quidem volunt legitimi fieri, alij non: volentes fiant, cæteri in iure naturali remaneant.

De eo qui in aliquo instrumento nominatus est filius.

In auth. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem col. 8. tit. 18. al. 13. cap. 2.

SI quis liberos habens naturales ex muliere libera, quæ vxor ei poterat esse, dicat [z] in instrumento siue publicè siue propria manu conscripto habente suscriptionem trium testium fide dignorum, siue in testamento, siue in gestis monimentorum, hos suos esse, nec adiecerit naturales: huiusmodi filij ei legitimi successores erunt. Et si vni ex multis filiis testimonium quodlibet ex prædictis modis præbuerit: cæteris ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet.

De nepote naturali.

12. Idem A. Ioanni P.P.

CVidam, qui iustum filium habebat, nepos [a] accessit naturalis. Si nepotis [b] nomen huiusmodi soboli legibus accomodandum esset, quærebatur. Volebat enim tali [c] naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totam || suam || substantiam relinquere, qua si sacris constitutionibus tantummodò in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, siue quantam partem voluerit eis relinquere, & certo fine partes eorum concludentibus. Huiusmodi autem dubitatio & in alia || dubitationis || specie ventilata est. Quid enim, si ex naturali filio nepotem habeat auus legitimum patri suo, vel naturalem? In omnib. itaque talibus dubitationibus cùm nulla legitima consequentia in huiusmodi personis custoditur, sed interuentu sobolis naturalis nullum [d] ius legitimum subesse potest, vt necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: liceat eis, quantum voluerint suæ substantiæ in eos conferre: sc. nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinqui constitutiones, quantum voluerint, ideò ꝓhibuerunt, quia [e] vitium paternum refrenādum esse existimauerunt. In nepotibus autem non eadem obseruatio in prefatis specieb. custodienda est, vbi legitima soboles minimè facit impedimentum. Ea enim subsistente: veterum cōstitutionum tenorem in naturalibus filiis statutum, & in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantūmodo sancimus, in quibus voluntate aliquid consecuti sunt. Iura etenim ab intestato [f] in aui successionem nemini eorum penitus aperimus: & hæc non solùm eis accedere censemus à substātia aui paterni naturalis, sed etiam proaui, vel eius cognationis: si quis saltem huiusmodi vocabulū in tā degeneres [g] ho-

que liberi naturales, auó vel proauo nullo modo succedunt g Est concubinatu vitium, vt degeneres sint, nothi & obliqui. Lucanus, lat qui sanguine regnum, & Bastardi vulgo à Germanico Bus art,

ceptionis, sed partus.
s Verbum *procreati* non modo locum habet in natis, sed etiam in conceptis, & adhuc in vtero, vt cōcepti & nondum nati, possint per rescriptum legitimari *v. Rola. à Val. 1. cons. 51. nu. 37.*
t *adde l. 7. l. 26. ff. de stat.*
u De legitimatis per rescriptum.
x Legitimari statuto, vel à Comite (quem Palatinum comitem interpretes nostri appellant) liberi naturales non possunt, existentibus legitimis, *vt hic.* nisi fortè ipsi legitimi consentiant legitimationi: ne alioquin ipsis legitimis pręiudicium fiat in iure successionis.
y De legitimatis per testamentū.
z Legitimari à patre videtur filius naturalis, si instrumento publico, vel scriptura manu ꝓpria scripta, habente subscriptionē trium testiū fide dignorum, *filius*, nominatur seu appellatur, *vt hic.* quā sententiam quatuor exceptionibus propositis coercet & restringit Duenazius *reg.* 348.
a Vtrum nepos naturalis auo succedat.
b Filij appellatione in odiosis nepos non continetur: si ratio odij quę erat in filio cessat in nepote: vt filij certæ qualitatis mētione facta, nepos alterius qualitatis non cōtineatur.
c Legitimo nepoti ex filio naturali: vel, naturali ex legitimo: vel, naturali ex naturali, legitimis non existētib. potest auus vniuersa bona relinquere: licet eorum parenti non posset nisi semissem relinquere *l. humanitatis §. eod.* forte quod nepos censetur iure extranei, vel ꝓ extraneo habeatur: vt quod extraneo, eidē & testator possit relinquere.
d Legitima nulla debetur liberis naturalibus: neque agunt de inofficioso *adde l. 1. §. 1. D. de bon. possess. contra tabul.*
e *subaudi* incontinentiæ.
f Nepos cæterí. hoc natis ex obliquo maculid est, degeneris

ingenij *v. Cuiac. ad Nou.* 18. a *dixi ad 26. D. 2.* Tutela alia legitima alia datiua, alia testamentaria, *vt hic.* alia Atiliana. vtvt sit, tutor dari testamento potest. An & curator? non datur *l. 7. j. eo. l. 1. in fi. D. de confirmando tutor.* quia lex XII. tabularum de tutela loquitur non de curatore. datus tamen confirmatur à prætore *d. l. 1. adde Cuiac. 7. obs. 6.* An & adoptio? sic videtur *Velleius Paterculus 2. Eutrop. 7. Suet. in Tyber. Cic. in Bruto. Nepos in Attico.* Imò non rectè, propter superioris legis XII. tabularum rationem: sed tamen confirmatur. *dixi ad l. 63. §. 10. ff. ad Trebell.* An & contractus? *dixi ad l. 21. ff. qui test.* Hoc interim notandum est, in Gallia neque lege, neque testamento tutores, sed tantù ex inquisitione dari *v. Lucium 8. Placit. 4. nu. 1.*

mines extendere maluerit. Dat. Kal. Nou. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

DE TESTAMENTARIA[a] TVTELA.

Tit. XXVIII.

De testamento patronæ.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* Augusti, Speratæ.

QVem dicis tibi tutorem in testamento patronæ[b] datum, si administrationi se non[c] immiscuit, nulla actione tibi tenetur. neque enim iure[d] dat[e] tutor fuit. Quòd si administrauerit[e] sponte res tuas: experiri aduersus eum actione negotiorù gestorum potes. PP. Kalend. Aug. Apro & Maximo Conss. 208.

De testamento & codicillis.

2. Imp. *Anton.* A. Sabiniano.

ETsi à patre tuo testamento iure tibi tutor datus, eo[f] tempore, quo heres extitisti, in rebus humanis fuit: tamen codicillis alius tutor rectè datus est, & vterque[g] propter voluntatem testatoris tutor est: nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobauerit. tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. April. Duobus & Aspris Conss. 213.

Si ex pupillis vnus in suam tutelam venerit.

3. Imp. *Alexander* A. Gordio & aliis.

SI tutores testamento[h] vobis dati sunt quanquam vnus vestrum suæ[i] ætatis factus sit, id est, pupillarem ætatem excesserit. tutela tamen vestra ad eum non pertinet. Dat. 5. Kal. Ian. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De testamento matris.

4. Idem A. Felicianæ.

MAter[k] testamento filiis tutores dare non potest, nisi eos heredes ||non|| instituerit: quando autem eos heredes ||non|| instituerit: solet ex voluntate defunctæ datus tutor à præsidibus confirmari. Nullo verò ex his interueniente, si res pupillares, qui dati sunt, administrauerint[m]: pro tutelæ actione tenetur. PP. 7. Kalen. Iun. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De seruo alieno.

5. Impp. *Valerian. & Gallien.* Augusti, Daphnæ.

SI pupillorum pater alienum[n] seruum, de quo postulas, & tutorem esse voluerit & liberum, manente tamen alio tutore pupillis ||ante|| dato: & redimi & manumitti hùc apud præsidem prouinciæ, & curatorem adiungi oportet. PP. 3. Kal. Martij, Seculari & Donato Conss. 261.

De administratis & neglectis.

6. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Donnę.

SI tibi pater auunculum testamento rectè tutorem dedit, nec is excusatus est: eum tutelæ iudicio tam de administratis, quàm de neglectis[o] (cùm administrari deberent) apud competentem iudicem conueni, secundùm bonam fidem tibi satisfacere iussurum. Subscripta Non. April. Sirmij, CC. Consulibus.

De differentia tutoris & curatoris.

7. Idem AA. & CC. Triphenæ.

TVtelæ ||actione|| contra tutorem mota, quem ||in|| testamento patris, in cuius fuisti potestate, datum proponis: reddi tib. si quid debetur, competens iudex aditus iubebit. Curatorem[p] enim inutiliter ||in|| testamento dari non ambigitur. Dat. 17. Kal. Maij, Sirmij, CC. Conss.

De verbis Græcis.

8. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio P.P.

TVtores[q] etiam Græcis[r] verbis licet in testamentis relinquere: vt ita tutores dati videantur, ac si legitimis verbis eos testator dedisset. Dat. Prid. Id. Sept. Theodosio A. 17. & Festo Conss. 439.

DE CONFIRMANDO[s] TVTORE.

b Idem in patrono *l. 28. in fi. ff. eo.*
c *l. 1. in fi. ff. eo. qui pro tutor.*
d Cessatio iniùsti perperam officij neminè obligat *l. 5. j. qui dar. tutor.*
e Tutor illegitimè datus, si se immiscuerit, tenetur actione negotiorum gestorum.
f Quæ eodem tempore confirmàtur, simul fieri videntur *Bal.* nihil prius aut posterius æstimatur in his quę fiunt eodem tèpore.
g & ita pater dàdo posteriorem tutorem, nō intelligitur remouere priorem *Bal.* vel sic, tutor testamentarius non excluditur per codicillarè, sed simul tutores sunt. *Salyc. adde l. vl. in f. ff. eo.*
h Tutor testamè to datus, legitimum excludit: legitima tutela testamentariç cedit *l. 1. §. 1. in fin. D. de tut. & rationib.*
i Suæ ætatis fieri, est puberem fieri *Dion* 53. εἰς ἡλικίαν. Puberes vocantur qui nondù peruenerunt ad annum 25. *v. Cuiac. 6. obser. 3. vbi varias ætatu significationes explicat.*
k Mater nō dat tutorem filio, nisi eum heredè instituat: datum tamen iudex cù inquisitione cōfirmat. Non cōfirmatus, tenetur pro tutelæ, si gesserit *l. 4. ff. eodem.*
l Cuiacius *ad ti. Inst. de tutelu.* hanc negationè expungendam monet. Nunquã n. tutor datur à matre, nisi insti tuto *d. l. 4. l. 69. §. 2. ff. de legat. 2.*
m *l. 39. §. 9. D. de administr. tutor.*
n Si seruus alienus cum libertate tutor datur, seruus redimendus est, & vt curator vel tutor alteri adiungatur *Salyc.*
o Tutor tenetur de negligentia *l. 2. j. si tutor. non gesser. l. 60. §. 3. D. de ritu. leg. 1. D. de administr.*
p Curator testamento inutiliter datur, licet confirmetur *l. 1. in fin. D. de confirmando tutor. l. 6. s. de negot. gest. v. Cuiac. 7. obs. 6.*
q Nouella Theodosij, de testamentis.

r Tutor Græcis verbis dari potest *vt hic.* Quinam actus Græcis verbis fieri possint, dixi *ad l. 11. D. de lega. 3.*
s *26. D. 3.*
t & ita inutiliter *leg. 2. D. eod.*
u Tutor inutiliter datus excusatione non indiget, nisi à die confirmationis.

Tit. XXIX.

De testamento matris.

1. Imp. *Alexander* A. Prisco.

TEstamento matris[t] tutores dati, excusare[u] ||se|| necesse non habent, nisi decreto secundum voluntatem defunctæ, & quidem inquisitione[x] habita, dati fuerint. PP. 3. Non. Mart. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De epistola & imperfecto testamento.

2. Idem A. Valerio.

NEque per epistolam[y], neque ex imperfecto[z] testamēto tutorem rectè dari, indubitati iuris est. Sed voluntas patris in constituendis tutoribus vel curatoribus in huiusmodi casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, seruari solet. Secundùm quæ vereri non debes, ne tempus, antequam[a] confirmareris, tibi cesserit. PP. 7. Id. August. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

Si ante confirmationem alius tutor datus fuerit.

3. Idem A. Sossiano P.P.

SI (vt proponis) pupillo, cuius meministi, pater inutiliter testamento tutores dedit, & priusquam[b] hi confirmarentur, alij ab eo, cuius interest, dati[c] sunt: id quidem, quod[d] iure gestum est[e], reuocari non potest. An autem qui iudiciù patris habent, curatores eidem pupillo constitui[f] debeant, aditus competens perspectis[g] vtilitatibus eius æstimabit. PP. 3. Idib. April. Modesto & Probo Conss. 229.

De parentibus naturalibus.

4. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano præf. præt.

NAturalibus[h] liberis prouidentes, damus licentiam patribus eorum in his rebus, quas quocunque modo eis dederint, vel reliquerint (||scilicet|| intra præfinitum nostris legib. modum) & tutorem eis relinquere: qui debet apud competentem iudicem confirmari, & ita res gerere pupillares. Datum 15. April. Constantinop. Lampadio & Oreste Conss. 530.

DE LEGITIMA[i] TVTELA.

Tit. XXX.

De auunculis & patruis.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* Augusti Firminæ.

AD auunculos † nec masculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur: cùm solummodò patruis, si non se excusauerint, id ius tributum sit. PP. 8. Kal. Iun. ipsis AA. IIII. & III. Conss. 290.

De agnatorum & cognatorum differentia sublata, de sexu, ætate, & gradu.

In auth. de here. ab intest. §. ex his col. 9. tit. 1. No. 118. c. 5.

SIcut hereditas agnatione non inspecta proximis defertur, sic & tutelæ onus comitatur emolumentum, si masculi & perfectæ sint ætatis, & nulla lege prohibeantur suscipere. Quòd si plures sint eiusdem gradus, & ad tutelam vocantur, iubemus communiter apud iudicem conuenientibus, vnum vel plures eligi: & eum vel eos administrare: vt magis idoneo vel idoneis committatur tutela, periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur: & substantiis eorum minoribus tacitè subiacentibus pro huiusmodi gubernatione.

De capitis deminutione.

2. Iidem AA. & CC. Asclepiodoto.

AD agnatos pupilli iure[k] legitimo solicitudinem tutelæ pertinere, nisi capitis[l] deminutionem sustinuerint, manifestissimum est. S. 3. Non. April. AA. Conss.

De fœminis impuberibus.

3. Imp. *Leo* A. Erythrio P.P.

COnstitutione diuæ memoriæ Constantini[m], lege Claudia[n] sublata, pro antiqui[o] iuris auctoritate, saluo[p] manente agnationis iure, tam consanguineus, id est, frater, quã patruus[q], cæteríque legitimi ad pupillarum fœminarum

x Cur magis inquiritur tutor à matre datus quã à patre? matris, vt & omniù mulierum, consiliù fragile *l. 4. D. de testam. tut.*
y Per epistolam dari tutor non potest, *vt hic.* vt nec hereditas (nam epistola ne vim quidem codicillorù habet *l. 17. ff. de iur. codicill.*) sic epistola qua quis sibi coheredem cauit, petitionè non habet *l. 52. D. de pact.* fideiussor tamen epistola dari potest *l. 2. j. de fideiussor.* Quin epistolæ nonnunquam vicem instrumenti obtinent *l. 29. D. de probationib.*
z Ratio dubitandi ea esse potuit quòd imperfectum patris testamentum inter liberos valeat *l. 21. §. 15. de testamentu.*
a Excusationis tempus non cedit tutori inutiliter dato, antequam confirmetur *l. 1. l. 3. ff. eo l. 58. §. 2. D. de administr. tutor.*
b Antequam tutor inutiliter à patre datus confirmetur, potest per iudicem alius dari: interim dum tutor confirmetur, potest per iudicè alius dari. tutor confirmandus non impedit quin alius possit dari.
c à iudice.
d Legitimè facta non reuocàtur.
e à iudice.
f Tutor confirmandus, dato à iudicibus tutori vt curator adiùgi potest.
g Confirmatio tutoris in iudicis deliberatione consistit.
h Pater naturalibus liberis tutorem dare potest, confirmandum tamen à iudice *l. 3. infi.* quã do inutil. tut. *No. 89. c. 14.*
i *dixi ad 26. D. 4. l. Inst. 15. 11. Vlp. 2. 3. & seq.*
† legitimæ tutelę deferuntur ad agnatos & ita ad patruos, non ad auunculos *§. 1. Inst. eo. l. 1. l. 6. D. eo.* Hodie cognati, si modò proximiores sint, tutelam obtinent. *Auth. prox. j. No. 118. c. 5.*
k id est, leg. XII. Tabularum. Nam hîc quibus testamento tutor datus non erat, ex lege XII. Tabularum agnati erant tutores: eáque tutela ideo legitima dicebatur. *Inst. eo. l. 1. l. 5. D. de legitimis tutoribus: Vlp. 11. §. 3.*
l Minima capitis deminutio agnatum excludit à tutela *l. 5. in fin. D. eo. §. vl. Inst. eod.*
m *l. 2. C. Theod. de tutor. & curator. creand.* n *de qua v. Vlp. 11. §. 8. in fi.* o *v. Vlp. d. loco.* p i. tantisper, dum manet ius cognationis *l. 2. s. eo.* q Lex 2. C. Theod. de tutorib. ita habet, in fœminis tutelam legitimã consanguineus patruus nō recusat,

tute-

tutelam vocantur. Dat.Kalend. Iul. Martiano & Zenone Consſ.469.

De fratre emancipato.

4.Imp. *Anaſtaſius*, Aug. Polycarpo præfecto prætorio.

FRater emancipatus[a], qui in germani ſui vel ſororis ſucceſſione omnes inferiores ſeu prolixiores gradus non tantùm cognatorum[b], ſed etiam agnatorum antecedere à nobis pro noſtra diſpoſitione iuſſus eſt, etiam ad legitimã fratrum & ſororum, necnon liberorum fratrum tutelam, quaſi minimè patris poteſtate per ius emancipationis relaxatus, ſi non alia iuri cognita excuſatione munitus ſit, vocari: nec ſub prætextu capitis deminutionis alienum ab huiuſmodi onere ſemetipſum eſſe contendere ſancimus. Dat.Kal.April.Ioanne & Paulino Conſſ.498.

De minore vigintiquinque annis.

5. Imperator *Iuſtinianus* Aug. Demoſtheni præfecto prætorio.

NEmo neque frater, neque alius legitimus in tutelam ſiue ingenui ſiue liberti vocetur, antequam[c] quintum & viceſimum ſuæ ætatis annum impleat. Immineat enim cuique pro[d] ſua tantummodo adminiſtratione periculum, ne alieno[e] onere alius prægrauetur. Sic etenim & pupillis & adultis competentes gubernatio inducetur, & naturalis[f] ordo per omnia conſeruabitur. Cui enim ferendum eſt eundem[g] eſſe tutorem, & ſub tutela conſtitui? & iterum, eundem eſſe curatorem, & ſub cura agere? Hæc certè & nominum & rerum fœda confuſio[h] eſt. Diſcretis itaque omnibus, vel datiui, vel legitimi fiant tutores vel curatores hi, qui talis ætatis ſunt, cui ſuarum rerum adminiſtratio committitur, quorúmque res poſſunt[i] pleniſſimo iure hypothecarum[k] teneri. Omnibus[l] quæ de ſucceſſionibus tam ingenuorum, quàm libertorum prioribus legibus diſpoſita ſunt, in ſuo robore duraturis, nec aliquam imminutionẽ ex præſentis legis ſanctione accepturis: maximè in libertorum[m] ſucceſſionibus: ne videantur ex eo, quòd ad[n] tutelæ grauamen non veniunt, ſucceſſionis emolumentum amittere. Recitata ſepties in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat.3.Kal.Nouemb.Decio V.C.Conſſ.529.

QVI PETANT[p] TVTORES VEL CVRATORES.

Tit. XXXI.

De litigaturo cum minore.

1.Imp. *Antoninus* Aug. Chryſanthæ.

ADMONE[q] adoleſcentem, aduerſus quem cõſiſtere vis, vt[r] curatores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundùm iuris formam conſiſtas: qui ſi in petendis his ceſſabit: potes tu competentem iudicem adire, vt[ſ] in dandis curatoribus officio ſuo fungatur[t]. PP.2.Non.Feb.Meſſala & Sabino Conſſ.215.

De liberto.

2.Idem A.Epaphrodito.

PAtroni[u] tui filij ſi eius ætatis ſunt, vt res eorum per tutores adminiſtrari debeant: cura adire prætorem, & nomina edere, ex quibus tutores conſtituantur: ne, ſi ceſſaueris, obſequij deſerti periculum ſubeas. PP.3.Non.Iul.Meſſala & Sabino Conſſ.215.

De matre.

3. Idem A.Atalantæ.

IN locum tutoris defuncti,[x] vel in perpetuum relegati, alium dari tutorem filiis[y] tuis idoneum ex eadem[z] prouincia à iudice competente poſtula: qui ſecundùm officium ſuum vtilitatibus eorum prouidebit. PP.4. Idib. Iul. Læto II.& Cereale Conſſ.216.

De creditore.

a Frater emancipatus vocatur ad curam & tutelam fratris *vt hic. & l. 5. de curatore furioſi*, quemadmodum & ad legitimam eius hereditatem ex conſtitutione Anaſtaſij *§.1.Inſt.de ſucceſſ.cognator.§.vlt.in fin.Inſt.de ſeruili cognat.l.vlt.j.de legitim.heredibus.*
b quo vocabulo propriè intelliguntur fratres ſororéſque ex eodem patre prognati, prognatæve, *v.Cuiac.11.obſeruat.26.*
c tutoris aut curatoris munere minor 25.annis fungi non pôt *§.13.Inſtit.de excuſ.tut.5. Harmen.11.§.37. §.vl.Inſt. de fiduciaria tutela.*
d Quiſque ſuæ adminiſtrationis cauſa obligatur.
e Onere alieno nemo grauatur.
f Naturalis ordo cõſeruãdus.
g Inciuile eſt, eundem eſſe tutorem & in alterius tutela conſtitui, *d.§.13.*
h Fœda nominum & rerum confuſio.
i hinc colligunt, Bona minoris vigintiquinque annis non obligari, ſi fortè tutelam alterius geſſerit. Alij ſi decreto iudicis geſſerit obligari putant: alij eo tãtum caſu, quo tutelæ geſtionẽ ſuſceperit ſacramento interpoſito.
k Bona tutoris pupillo tacitè obligata.
l Tutores, maiores omnino xxv. annis eſſe debent, vt, etiã res ipſorum obligatę ſint, nullo hinc præiudicio ſucceſſionibus patronorũ aut cognatorũ generando *Syn. Baſil.37.tit. 4.c. 6.*
m *§.vl.Inſt.de legitima patron. tut.*
n Vbi onus tutelæ, ibi ſucceſſionis emolumentum.
o ſeptimo, *dixi ad l. 30.ſ. de iure dot.*
p *26.ff.6.3. Cod. Theod.18.*
q *ſubaudi*, tu creditor vt *l.7.j. debitor.* Minor moneri debet vti curatorem ad lites poſtulet: qui ſi monitus non petat, etiam abſenti eidem & inuito dabitur *Bald.*
r *leg.2.§.4.ff. eodem.*
ſ Curatores ad litem inuiti minores accipiunt *vt hic*. ſeruato tamen huius legis ordine.
t Id eſt, vt etiã inuito curator detur.
u Libertus omittens petere tutores filiis patroni, ſubiacet periculo deſerti obſequij *Salyc.l.2.§.1.D.eo.l.19.ff.de iure patronat.*
x *l.7.§.pen.j.de curator.furioſi.*
y de matre *v.l.6.j.eo.*
z *l.5.j.qui dare tutor.l.3.D.de tutoribus & curatoribus datis ab his:l.1.in fi.l.13.in fin.D.de excuſ.tut.*
† Creditor in ſubſidium petit tutorem pupillo debitoris ſui dari *l.2.§.3.ff eo.l.vl.§.2.j.de adm.tutorum.*
a *l.10.j.de legitim. hered.*
b *l.1.ſ.eo.l.8.j.eo.l.2.§.1.ff.eo.l.vl.§.2.j.de admin.tut.l.2.§.23.D.ad Tertull.*
c Tutores à ſe petitos filio mater obſeruare cogitur, at non legitimos aut teſtamentarios *vt notatur in le. matres.j.ad Tertull.Cynus in l.vl.§.perſonis.j.de admin. tutorũ.*
d Mater punitur, ſi tutorem impuberi non petiit, non ſi curatorem puberi non petiit *l.2.§.29.ff.ad Tertull.* & in eo magnum diſcrimen eſt tutoris & curatoris. De reliquis differentiis *v. Cuiac. 17. obſ. 7.*
e *ſubaudi* tu debitor. (nam mox ſequitur, quò maturius poſſis rationem reddere) vt *in l.1.ſ.eod.creditor.*
f Tutor vel debitor volens reddere rationem adminiſtrationis, poteſt petere adulto curatorem dari cui reddatur ratio *facit l.7.§.2.verſic. permittitur etiam ff.de minoribus: adde l.2.§.3.ff qui pet.tutor.*
g *l. 6. ſ.eodem.*
h Fortuiti caſus, impeditis non adſcribuntur: vt caſus fortuitus ei non obſit, qui quantam potuit diligentiam negotio adhibuit.
i i. fortuiti caſus inter impedimenta voluntaria non cenſentur: aliàs fortuiti caſus impedimentum præſtãt, & quidem excuſatione dignum: *vt hic.* Caſus fortuitus ſuperueniens procuratori, excuſat dominum à contumacia.
k Tutor peti poteſt per procuratorem *adde l.2.in fi.ff.eo.l.mutus.§.is qui.ff. de procurat.*

4.Idem A.Domnino.

SI filiis debitoris† tui non ſunt neceſſarij, qui tutores petant: potes & ipſe curare, vt accipiant, per quos legitimè defendantur. PP.3.Id.Iul.Læto II.& Cereale Conſſ.216.

De amita.

5.Imp. *Alexander* A.Fuſcianæ.

AMita[a] tutores petere filiis fratris ſui non prohibetur. PP. V.Kal.Iul.Maximo II. & AEliano Conſſ.224.

De matre.

6.Idem A.Otaciliæ.

MAtris[b] pietas inſtruere te poteſt, quos tutores filio tuo petere debes. Sed & obſeruare[c], ne quid ſecùs quàm oportet, in re‖filij‖tui‖pupilli agatur. Petendi autem filiis curatores[d] neceſſitas matribus impoſita non eſt: cùm puberes minores annis vigintiquinque ipſi ſibi curatores, ſi res eorum exigit, petere debeant. PP.X.Kal.Octob.Iuliano II. & Creſpino Conſſ.225.

De tutore.

7.Imp. *Gordianus* A.Dionyſio.

ADmone[e] eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cùm eam non tantùm viripotentem eſſe, ſed etiam nupſiſſe proponas, vt ſibi petat curatorem. Quòd ſi ea petere neglexerit: quò maturiùs poſſis[f] rationem reddere adminiſtrationis, adito eo, cuius ſuper ea‖re‖notio eſt, petere curatorem non vetaberis. PP.VI.Id. Ianuar. Gordiano A.& Auiola Cõſ. 240.

De matre.

8.Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.Muſico.

CVm à matribus[g] ſedulum petendi tutoris officium exigatur, nec fortuiti[h] caſus impedimentis[i] adſcribantur, proponáſque procuratorem[k], qui ad petendum pupillo tutorem à matre fuerat conſtitutus, à latronibus interfectum[l], petitionem ex neceſſitate demoratũ eſſe: ab hereditatis ſucceſſione matrem repelli, cuius[m] nullum vitium interceſſiſſe aſſeris, perquàm durum eſt. PP.V.Id.Mart. Tiberiano & Dione Conſſ.291.

De habente tutorem.

9. Iidem AA. Aſclepiodoto.

CVm iure habenti[n] tutorem tutor[o] dari non poſſit: intelligis[p] matrem[q] non officium pietatis in petendo tutorẽ deſeruiſſe, ſed iure munitam meritò filio ſuo tutorem non poſtulare. S.3.Non.April.Byzantij, AA. Conſſ.

De patruo magno.

10. Iidem AA. & & CC.Priſco.

NEpotibus fratris tui[r], ſi eorum mater in petendis tutoribus debito nõ fungatur officio, petere tutores ſolenniter potes. S.prid. Kal.Maij, Sirmij, CC.Conſſ.

De matre.

11.Imp. *Zeno* A.Dioſcoro præf.præt.

MAtres naturalibus[ſ] ‖etiam‖ filiis ad ſimilitudinẽ eorum, qui ex iuſtis ac legitimis nuptiis ſunt procreati, petẽdorum tutorum neceſſitati ſubiaceant. nulla[t] eis ignorantia iuris ad euitanda legibus vel ſacris conſtitutionibus definita, ſi petitionem tutorum minùs curauerint, profutura. Dat.Kal.Sept. Conſtantinop. Zenone, A.II.Coſſ. 479.

VBI[u] PETANTVR TVTORES, VEL CVRATORES.

Tit. XXXII.

1.Imp. *Antoninus* A. Ariſtobulæ.

MAGISTRATVS eius ciuitatis[x], vnde filij tui originem per conditionem patris ducunt, vel vbi[y] eorum ſunt facultates, tutores vel curatores his quamprimùm ſecundùm formam

l Impedimentũ ſuperueniens in perſona procuratoris ad tutorem petendum miſſi, matrem excuſat *Salyc.* Ei qui adhibuit diligentiam quam debuit adhibere, caſus fortuitus non debet obeſſe, *Bald. l.2. §.43.ff. ad Tert.*
m Non punitur qui nullo vitio laborat.
n *l. vn.ver.quod tamen.j. de tutoribus vel curatoribus illuſtr.l.9.j. qui dare tutor: l. 4.j in quibus cauſis tutor.habenti. l.27.ff de adminiſtratione tutorum l. 13. §. 5. D. de excuſationibus tutorum: §.5. Inſtit. de curatoribus.*
o curator tamẽ dari poteſt *l. 20. in fin. D.de tutoribus dat.*
p quia petitio aduerſus iuris conſtitutionem fuiſſet.
q Non imputatur matri, ſi tutorem non petierit filio tutorem iam habenti.
r Negligente matre, patruus magnus poteſt petere tutorem dari *facit l.2.D.eo.*
ſ Atque ita mora priorum & proximorum in petendo tutore proximo adgnato vel cognato, primis & proximis non nocet. Mater naturalibus liberis, ſicuti & legitimis, tutorem petere debet: aliàs eis non ſuccedit.
t Error iuris matrem non excuſat, *l.2.ſ.de in ius voçando.*
u *26.ff.6.*
x De pupillo qui originem paternam habet in vna ciuitate, in alia domicilium: in alia patrimonium: Si quæras quis iudex ſit competens in dando ei tutore vel curatore? Sic ſentio, Originis & domicilij ſimul iudicem competentem eſſe. & ita hîc, originis vocabulum accipio, vt & in *l. 17.§.4.D. ad municipia.* domicilij verò, à patre vltrò electi, non fortuito delati iudicem, præferri iudici originis: multò magis patrimonij iudici: vt eius adminiſtratio porrigatur ad omnia bona, & tamen à rerum pupillarium iudicibus curatores bonis dari, vt quot iudices rerum pupillarium fuerint, totidem curatores conſtituantur. & ita ad curatores legem *27.D.de tutoribus & curatoribus datis: legem 21.§.2. D.de excuſat. tutor.* refero. Quid ſi datus tutor in loco domicilij, putà Romæ: idem alibi, putà in prouincia, bonis pupillaribus curator datus fuerit, eóque præſente prouincialium bonorum alienatio Romæ facta ſit? Iudicium valet *leg.15.§.12. D. de rebus eorum qui ſub tut.* vt hinc etiam intelligas, præſentiam atque interuentum curatoris bonorum prouincialium requiri, quotieſcunque in domicilij loco tractabitur de bonorum prouincialium alienatione. Solent autem in ea re vrbani iudices literis vti requiſitoriis, de quibus multoties dixi. Cæterum vt decretum de bonis prouincialibus diſtrahendis Romæ fieri poſſit, haſtæ tamen ſolennitatem, apud rerum prouincialium iudicem celebrari oportet.
y Domicilium ratione patrimonij etiam pupillus habet.

a Nota de restituendis patriæ atque origini defunctorum liberis.
b huc pertinet lex. 2.j.eodem.leg.7.§.6.versic sed si.j.de curatore furiosi: Nouell. 22.cap. 40. in fin.
c hoc vocabulo intelliguntur plerunque tres senatorum ordines, Illustres, Spectabiles & Clarissimi vt l.2.j.quando mulier. Est enim clarissimorum nomen generale & speciale.

perpetuam dare curabunt. Quòd si filij tui neque possident quicquam in prouincia vbi morantur, neque inde originem ducunt: restituti[a] apud patriam suam, & vbi matrimonium habent, morabuntur, & ibi defensores legitimos sortientur. PP. Kal. Octob. Læto II. & Cereale Conss. 216.

DE TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS ILLVSTRIVM[b] VEL clarissimarum[c] personarum.

Tit. XXXIII.

1. Imppp. *Valentinian. Theod. & Arcad.* Augusti, Proculo præfecto vrbi.

ILLVSTRIBVS[d] præfectis vrbi[e] adhibitis decem[f] viris è numero senatus amplissimi & prætore[g] clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores||curatorésve||ex quolibet ordine idoneos faciat retentari: & sanè id libero[h] iudicio, expertésque damni constituent iudicantes. Et[i] si in regendis pupillaribus substantiis singuli creandorum pares esse non possunt, plures[k] ad hoc ||secundùm veteres leges|| conueniet aduocari: vt[l] quem cœtus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum iudicabit, sola sententia obtineat præfecturæ, ||super cuius nomine solennitate seruata postea[m] per prætorem interponatur decretum. Itaque hoc modo remoti à metu, qui consilio affuerint, permanebunt: & paruulis adultísque clarissimis[n] iusta defensio sub hac prudentium deliberatione perueniet. Quod[o] tamē circa eorum personas censuisse nos palàm est, quibus[p] neque testamentarij defensores, neque legitimi, vita, ætate, facultatibus suppetunt. Nam vbi fortè huiusmodi homines offeruntur: si nihil ad defensionem suis priuilegiis comparabunt, vt teneri possint, iure præscribimus. Cæterùm alia, quę in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. In prouinciis[q] autem curiales in nominandis tutoribus & curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, discriminis sui memores cognoscant indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. 3. Kal. Ianuar. Mediolani, Timasio & Promoto Conss. 389.

Occupati, circa maiora, non vocantur ad minora. Bald.

2. Imppp. *Valentinian. Theod. & Arcad.* Augusti, Aureliano præfecto vrbi.

GEnerali lege prospectum est, ne[r] qui ad illustrium[s] senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus vocentur. Dat. 8. Kal. Aug. Theodosio A. 3. & Abundantio Conss. 393.

QVI[t] DARE[u] TVTORES VEL CVRATORES POSSVNT, ET qui dari[x] non possunt.

Tit. XXXIIII.

De status controuersiam passo.

1. Imp. *Alexander* A. Amphibulo.

CVM tibi in ea ætate constituto, vt si de statu[y] ||tuo||constaret, per tutores siue curatores negocia tua administrari deberēt, libertatis controuersiam fieri alleges: nō||ideo||oportuit impediri quo magis[z] liberali causa ordinata, quia interim pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. PP. Kal. Nou. Alexandro A. Conss. 223.

d Illustris Pręf. & ita scriptum in lege 3. *C. Theodos. de tutoribus.*
e *d. versi. sed si: l. 2 in fi. j. quando mulier.* Ij erant principes senatus. Cęterùm hoc primo capite legis agitur de tutoribus creādis in vrbe, *vt & j. inf. in prouinciis.*
f His fiebat cōsilium j. ibi, qui consilio affuerint. de quo dixi ad Vlpianum 1 § 13.
g Prætor tutelaris.
h Liberum iudicium hîc Baldus interpretatur, rationibus reddendis non obnoxium: vnde mox sequitur, expertes damni: *& post* remoti à metu.
i Plures tutores & curatores dari possunt, vbi vnus sufficere non potest.
k Græcis προχειρισθέντες, & προχειροτονηθέντες dicūtur, qui ita plures eliguntur.
l Ita fit in episcopo creando *Nou. 123. c. 1. l. 42. C. de episc. & clericis.* Sic & apud Cornelium Tacitum 4. *Annal.* Patricij tres nominabantur ex queis vnus Flamen dialis eligeretur *adde l. 23. ff. de tutorib. datis.*
m Ordo hic in tutore seruatur, eligitur, cofirmatur decernitur ei administratio: quem adeo pręcise seruari post Accursium putat Baldus, vt nisi is ordo seruetur, inutilis sit tutoris datio.
n Hæc lex agit de clarissimis *vt & 2. j. de illustrib.* qui & nobiles *l. vl. §. sed si quidē nobilis. j. de curatore furiosi.*
o Tutores & curatores clarissimis, hoc est, nobilibus, ita in vrbe constituuntur. Si multi sint testamentarij aut legitimi, ex quocunque ordine senatorio, vel equestri sumuntur ab illustri præfecto vrbi qui est princeps senatus, adhibitis in consilium decē senatoribus & prætore tutelari: plures nominantur, deinde vnus idoneus pronuntiatur sententia præfecti vrbi: vt ille postea solenniter detur, decernatur, prodatur, inauguretur, confirmetur auctore prætore tutelari. atque ita, sententia præfecti præcedit decretum prætoris. *l. vlt. j. de magistr. conueniendis: l. tutores D. de confirm. tutore.*
p *leg. 9. s. titul. proxim.*
q In prouincia clarissimis tutores vel procuratores dantur & nominantur à præsidibus decreto decurionum, & eorum periculo qui adfuerint.
r Sensus est, Vt ij tantum, qui Curiæ ciuitatis suæ obstricti non sunt, tutores dentur illustrium senatorum liberis impuberibus sui iuris.
s De illustrium tutoribus, vel curatoribus.
t Nec enim omnium iudicum est tutores dare *v. l. 26. D. 5. de tutoribus & curatorib. datis, ab his qui ius dandi habent. l. 7. in fin. D. de confirm. tut.*
u *Subaudi* quibuscunque: aliàs tamen ab illustribus & clarissimis: de quibus dictum est titulo superiore, ad hanc quæstionem refer *leg. 1. leg. 11. l. 22. hoc titulo.*
x *d. l. 7. in fin. Nou. 72.*
y *v. leg. 17. D de tutoribus datis.*
z Id est, quominus: Cuiacius ita interpretatur vti scripsi *ad leg. 7. D. pro emptore.*
a De tutela fœminarum dictum est aliàs *in l. 3. s. de legitim. tut. & ad Vlp. 11. §. 11. adde Cuiac. 7. obs. 11. adde quædam ex l. 2. s. de procuratoribus.*
b *l. 4. j. de excusationibus tutor. §. 19. Inst. de excus. tut.* putà furiosæ *leg. 14. D. de curatoribus furiosis.*

c quia si vir malè gereret, tacitè mulier ei negligentiam remitteret.
d Vtroque oculo orbatus, curator esse non potest *l. vn. j. qui morbo:* vno potest *l. 9. j. de excusa. tutor.*
e Miles armatæ militiæ, neque tutor, neque curator dari potest. *§. 14. Inst. de excusation. adde leg. 8. ff. de excusat. tutor: procurator. l. 31. s. de locato: leg. 13. leg. 8. j. de legatis. 5. Harmenopul. 11. §. 30.* Quid si errore ductus res administrauerit? negotiorum gestorum actione conuenitur *Synopsis Basilic. 37. titul. 7. ex tit. 5. c. 33.*

De marito.

2. Idem A. Artemisiæ.

MAritus[a] etsi rebus vxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei[b] creari non potest.[c] PP. Kal. Iulij, Fusco II. & Dextro Conss. 226.

De cæco.

3. Imp. *Philippus* A. Dolenti.

LVminibus[d] captum curatorem haberi||debere|| falsò tibi persuasum est. PP. 13. Kal. August. Peregrino & AEmiliano Conss. 245.

De milite.

4. Idem A. Emerito.

MIlitiæ[e] armatæ muneribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo, etsi voluerit, tutor vel curator fieri potest. sed si errore ductus, res administrauerit: negotiorum[f] gestorum actione conuenitur. PP. X. Kal. August. Peregrino & AEmiliano Conss. 245.

De eo qui dantis iurisdictioni subiectus non est.

5. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. AEmilianæ.

NEque à præside alterius[g] prouincię, neque||à|| magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia ciuitate, nec domicilium, vbi nominatur, habentem||iure|| dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est. Neque cessatio iniuncti perperam[h] officij, ad periculum eius pertinet. S. 12. Kal. Maij, AA. Conss.

De negligentia matris.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

QVod dicis matrē[i] filiis tutores nolle petere, super hac re adi præsidem prouincię, qui si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse magistratus dare tutores, vel nomina[k] mittere, vt ab ipso decreto tribui possint, iubere non prohibetur. PP. 2. Kal. Maij, AA. Conss.

De seruo.

7. Iidem AA. & CC. Rufo.

IN seruili[l] conditione constitutum tutorem, ||vel curatorem||à præside[m] dari non posse, nullam habet||iuris||dubitationem. S. 2. Non. Iul. Philippopoli, AA. Conss.

De creditore pupilli.

8. Iidem AA. & CC. Euelpisto.

CReditorem † debitoribus[n] tutorem datum, non tantū petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse soluere[o], non ambigitur. PP. 5. Non. Iul. CC. Conss.

De creditore vel debitore eius qui in curatione est.

In auth. vt hi qui ob se ha. per §. sed & se quis col. 6. titul. 1. al. 2.

M*Inoris*[p] *debitor †, vel is cui minor tenetur †, aut qui minoris res tenet, à curatione prohibetur. Nā & ante curator,*[q] *si minoris creditor efficiatur, nō sine adiuncto curatore ad-*

f Qui pro tutore negotia gessit, etiam negotiorum gestorū actione conueniri potest, *Paul. 1. sent. 4. §. vltim. l. 1. in fin. supra de testament. tut. leg. 6. s. de negot. l. 3. §. 10. D. de negotiis.*
g In tutore dando, magistratum seruare oportet fines territorij & iurisdictionis suæ *l. 3. D. de tutoribus dat. leg. 3. supra qui petant tutores.* Si tamen defuerint idonei, potest magistratus ex vicinis ciuitatibus honestissimum quemque inquirere, & nomen præsidi prouinciæ mittere, non ipsum dandi arbitrium vindicare *leg. 6. j. eodem. leg. 24. D. de tutoribus & curatoribus dat.* Interdum etiam non municeps dari potest *leg. 10. D. de tutelis.* Fallit etiam lex nostra in testamentario tutore. Possumus enim alienæ ciuitatis ciuem liberis tutorem dare *leg. 32. D. de testam. tut.* quanquam & eo casu tutori dato competit excusatio *leg. 11. j. de excusat. tutor.*
h *leg. 1. supra de testament. tut. leg. 8. D. de fideiuss. tut.*
i *Dixi ad leg. 3. leg. 6. leg. 8. j. qui petant tut. leg. 2. §. 23. D. ad Trebell.*
k *vide leg. 24. D. de tutoribus datis.*
l Seruus non potest dari à iudice, tutor vel curator. *Synopsis d. ti. cap. 33.*
m nam à testatore potest §. 1 *Inst. qui test. dar. tut. poss.*
† Olim creditor debitori tutor dari poterat *vt hic: leg. 7. j. de excusat. tut. leg. 78 §. 1. D. de contrahen. empt. leg. 9. § 5. D. de administr. tutor.* vt & is qui litem habebat cum pupillo vel adolescente, nisi lis esset de omnibus bonis, vel maxima parte, vel de statu *leg. 6. §. 18. leg. 20. leg. 21. D. de excusa. tut. §. 4. Insti. de excusa. tut.* Hodie huiusmodi personæ nō modo excusantur, sed remouentur: nisi sit mater & auia *Nouell. 94.* etiam si post susceptam administrationem adquirant obligationem aduersus pupillum. Quo nomine intelligas non permitti tutoribus vel curatoribus cessionis iure, obligationes in pupillum adquirere, vti olim licuit *leg. 12. D. de rebus eorum qui sub tut. d. Nouell. 72.* In Gallia creditor vel debitor conditionem suam euulgare non cogitur, si à testatore tutor datus fuerit, & ita iudicatum à Gratianopolitano Senatu anno 1461. Februarij 6. refert Bugnonius in legibus abrogatis.
n Debitor potest etiam tutor esse pupilli creditoris *leg. 5. §. 4. D. de administr. tutor.*
o *dicto §. 5.*
p Creditor minoris, siue ipsum minorem, siue res eius obligatas habeat, nulla ratione ad eius res curandas admitti potest, etiamsi legibus vocetur: ne fortè aut cautionem aliquam subtrahat, aut alio quo modo, eas, quæ apud minorem sunt, probationes auertat, easque in minoris ipsius fraudem recitet. *s. Harmenopul. 11. §. 39. adde Nouell. 72. § 1.*
† & ita abrogatur *d. §. 4.*
† & ita abrogatur *d. §. 5. d. l. 7. d. § 1.*
q *leg. vl. j. de in litem dando.*

mini-

† abrogatur lex *12. D.de reb. eor.* a Habenti tutorem legitimum, alius à iudice dari non poteſt. *dixi ad l.9.§.qui petant.* b hæc vox delenda. Nam miles ne volens quidem ad tutelam vel curam admittitur *Cuiac.17.obſ.6.* c Tutorem habenti: Cuiacius ita emendat 17.*obſ.*6. Idque ſuadent quodammodo hæc verba, *Negotiis pupillarib.j.*& eſt fa ſum curatorem habenti curatorem dari non poſſe *l.20.in f.ff.de tutoribus datis.* l

miniſtrabit. Hoc autem ab initio vel probet, vel iuret ſe credere minorem obligatum, vel res eius habere. Nam ſi taceat, actionis ſuſtinebit iacturam. Item ſi debitor taceat: nec redhibitione, nec alia tempore curationis ſolutione iuuabitur. Sed ſi actionis ceſſionem † aduerſus minorem ſuſcipiat, nec poſt curam quidem depoſitam ea permittitur vti: nec is, qui ceſſerit, agere debet: cùm in legem commiſerit, licèt ceſſio pro iuſtis cauſis facta ſit: ſed minor lucrabitur. His valentibus in omni cura prodigorum fortè, aut furioſorum, aut dementium, & omnium quas introducunt leges.

De tutorem habente.

9. Iidem AA.& CC.Maximiano.

SI ſororis tuæ filius tutore legitimo patruo conſtituto, nec vllo excuſato priuilegio, tutor datus es: cùm habenti [a] tutorem, alium dari iura prohibeant: neceſſitatem adminiſtrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur, S.3.Kalend.Febr.Sirmij, CC.Conſſ.

De habente curatorem.

10. Iidem Augusti, & CC. Florentino ||militi [b].||

CVratorem [c] habenti neque adiungi niſi [d] cauſa cognita, neque in locum eius alium ſubſtitui, niſi antè priore remoto, ambigui iuris non eſt, te quoque abfuturum [e], damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, eſſe ſuccedaneum: cùm actorem periculo [f] tuo conſtituere debueras: nec iure magiſtratum in abſentia tua aliũ creaſſe, certum eſt.PP.3.Kal. April.Cæſ. Conſſ.

De litibus.

11. Impp. *Conſtans* [g] A. & *Conſtantin.* Cæſ. ad Baſſum præfectum vrbi.

IN vniuerſis [h] litibus [i] placet non priùs puberem iuſtam habere perſonã, niſi interpoſito decreto, aut adminiſtrãdi patrimonij gratia, aut [k] in litem fuerit curator datus: vt iuxta pręcedẽtia noſtrę pietatis ſtatuta legitimè initiatę litis agitata in iudiciis cõtrouerſia finiatur. Dat.3.Id.Octob. Aquileiæ, Conſtant.A.& Licinio Conſſ.312.

12. Imppp. *Valentinianus, Gratian.& Theod.* Augusti, Eutropio.

CVrator adoleſcẽti ordinatus, poſt inchoatam litem nõ poteſt ſub [l] prætextu ſpecialis curatoris à ſe nominati aut litem conteſtatam deſerere, aut ab adminiſtratione ſe ſubtrahere. Dat.4. Kal. Octob. Conſtantinop. Eucherio & Syagrio Conſſ. 381.

De principis colono aliiſque priuilegium habentibus.

13. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio præfecto vrbi.

NE magiſtratuum vlteriùs procedat licentia: plenius deſignamus, ne patrimonialem [m] colonum, ſiue aliũ, qui priuilegio [n] ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris adſtringat officium. Dat.* Honorio VIII. & Theodoſio III. AA.Conſſ. 409.

QVANDO [o] MVLIER TVTELÆ officio fungi poteſt.

Tit. XXXV.

Mulier de iure communi non poteſt tutelæ officio fungi. Salyc.

1. Imp. *Alexander* A. Otacliæ.

TVTELAM adminiſtrare, virile [p] munus eſt [q], & vltra ſexum fœmineæ infirmitatis tale officium eſt. PP. X. Kalend. Octobr. Iuliano II.& Criſpino Conſſ.225.

2. Imppp. *Valentinianus, Theod.& Arcad.* AAA. Tatiano P.P.

d Curam habẽti, alius curator adiungi poteſt cauſa cognita *l.20.in f.D. de tutorib.datis.*
e Hęc lex intelligenda eſt de abſente ſui negotij non reipublicæ cauſa. Nã abſens reipublicæ cauſa, periculo medij temporis non obſtringitur *(o.ſi tutor vel curat.reipub. cauſ.abſ.* cùm in locũ eius alius tutor detur *l.12. D.de tutelis*: in locum abſentis ex alia cauſa, neque tutor, neque curator datur *l.11.ff.de tut. & curatorib. datis*, quatenus in ea fuerit, id eſt, abfuerit *v.Cuia. d. loco.*
f *v. l.vn.j. de actore à tutore.*
g Conſtantinus *l.1.Cod. Theodoſ. de tutoribus & curat.dat.*
h Excepta momentaria poſſeſſione *l.vlt.§.qui legitim. perſonã.*
i Minori datur curator ad lites alioquin nõ ſuſtinet legitimã perſonam in iudicio ſtandi.
k *l.4.§.ſi aduerſ. rem iud.l.2.§.qui legiti.perſo.l.45. in f. D. de re iudicata.*
l Generalis curator non debet à lite deſiſtere propter ſpecialẽ curatorem datũ ad lites, Bartol.
m Principis colonus, vel alius priuilegiatus tutor dari nõ poteſt *v. l.8.j.de excuſat.tutor.*
n Vt miles *l. 4. §.eo.*
o *Nouel.94.Nouell.*118. *c.5.* hoc autem adiectũ videtur, quoniã ipſe mulieres olim perpetua tutela aut poteſtate viri continebantur, dixi ad lege xij.tabul.
p *l.16. D. de tutelis.*
q Regula eſt generalis, quæ exceptionem admittit: olim ita vſitata vt vel à iudice *l.21.D.de tutorib.datis*: vel patris teſtamento matri liberorum tutela inutiliter mandaretur *l.26.D.de teſtament.tut.*
† *Nouel.94.ca.1.*
id hodie extenſum eſt ad auias *Authen.Matri & auiæ.j.*
† id hodie remiſſum *Authen.Sacramentum.j.*
r Si mater contra fidem iuriſiurandi iterum nubit non redditis rationibus, nec petito alio tutore, filij habent tacitam hypothecã, tam in vitrici quàm in matris bonis.
† Id hodie abrogatur: præferuntur enim matres & auiæ tutoribus datis & legitimis *Auth.matri & auiæ.j.* ſ *l.1.§.de tutor.illuſt.* t Tutelam filiorum matres ſine vllo impedimento gerere poſſunt, verum ſimul atque ad ſecũdas nuptias tranſierint, pelluntur à tutela. 5. *Harmenopul.*11.§.54.
† Ampliatur lex *2.in prin.§.eod.ad auias.*
u In tutela liberorum adminiſtranda, mater auiæ præfertur: vtpote propinquior.
x In tutela liberorum gerenda mater præfertur quibuſcũque adgnatis liberorum.
y Tutelã liberorũ gerere matri & auię licet, dũ ſenatuſconſulto Velleiano & ſecundis nuptiis renunciet. *vt hic.* 1. *Harmenopul.1.§.27.* verum nouo iure ſecundis nuptiis renũciare nõ cogitur: cùm tacitè ipſis ſecũdis nuptiis à tutela remoueatur *Auth.pr x. 2.in pr.* ibi, Sacramento præſtito *§.eod.& Nouel.22.c.40.*
† Derogatur legi 2.*verſ.Hu illud, ibi, vel legitimi defuerit ſup.eo.* † Derogatur legi
† Exceptio ad legem 8.*§. tit. proxim.*

MAtres: † quæ amiſſis viris tutelam adminiſtrandorum negotiorum in liberos poſtulant: priuſquàm confirmatio officij talis in eas iure eueniat, fateantur actis ||ſacramento præſtito †, ||ad alias nuptias non venire. Sanè in optione huiuſcemodi nulla cogatur, ſed libera in conditiones, quas præſtituimus, voluntate deſcendat. nam ſi malunt alia aptare matrimonia, tutelam adminiſtrare non debent. Sed ne ſit facilis in eas poſt tutelam iure ſuſceptam irruptio: bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectauerit nuptias, in obligationem [r] venire, & teneri obnoxia rationibus paruulorum præcipimus: ne quid incuria, ne quid fraude depereat. His illud adiungimus, vt mulier, ſi ætate maior eſt, tunc demum petendæ tutelæ ius habeat, cùm tutor||vel teſtamentarius vel||legitimus † defuerit vel priuilegio à tutela excuſetur, vel ſuſpecti genere ſummoueatur, vel ne ſuis quidem pro animi aut corporis valetudine adminiſtrandis facultatib. idoneus inueniatur. Quòd ſi fœminæ tutelas refugerint, & prȩoptauerint nuptias: tũc demũ vir illuſtris præfectus vrbi [ſ], accito prætore, qui impertiẽdis tutoribus præſidet, ſiue iudices, qui in prouinciis iura reſtituunt, de alio ordine per inquiſitionem dari minoribus defenſores iubebunt. Dat.12.Kal.Febr.Mediolani, Valentiniano A. IIII.& Neotherio Conſſ. 373.

In authen.de hered.ab inteſt.§.ex his col.9.tit.1.no.118.c.5.

MAtri [t] & auiæ † ſecũdùm [u] ordinẽ tutelã [x] etiã ante agnatos ſubire permittimus, ſi [y] inter geſta nuptiis aliis & ſenatuſconſulti Velleiani auxilio renunciauerit: ſolis teſtamentariis tutoribus eas præcedentibus, legitimis † & datiuis poſtpoſitis. Defuncti námque voluntatem præponi volumus. Præter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelæ ſubire.

In authẽ.vt ſine prohibit.mat.debit.& credit.§.propterea igitur. col.7.Tit.6.al.4.no.94.c.2.

SAcramentum quidem non † exigitur, ſed contractis ſecundis nuptiis expelli etiam à tutela cõuenit: ſalua minoribus omni alia (prout iuris eſt) cautela.

In authen. col.& conſt. vt ſupra.

AD hæc & ſi debitũ inter ipſam & filios quoquomodo vertitur: tutela materna non ideo minus admittitur, debito † in ſua natura durante. Poteſt etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia [z] agens quæcunque in legitimis definita ſunt filiis.

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

SI pater ſecundùm noſtram cõſtitutionem naturalibus [a] liberis in his rebus, quæ ab eo in eos profectæ ſunt, tutorem non reliquerit: mater autem voluerit eorum, (ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ) ſubire tutelam: ad exemplum legitimæ ſobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis ſub competenti iudice interuenientibus, iuramentum antea præſtet, quòd ad nuptias non perueniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſeruet: & renunciet [b] ſenatuſconſulti Velleiani præſidio, omniq; [c] alio legitimo auxilio ſuamq; ſubſtantiam ſupponat: & ita filiorum ſuorum vel filiarum naturalium tutricẽ||eam||exiſtere ſancimus. Omnibus quæ pro matribus & liberis earũ ex legitimo matrimonio progenitis, diualibus conſtitutionibus cauta ſunt, in huiuſmodi matribus obſeruandis. Si enim in filiis iuſtis, in quibus & teſtamentariæ & legitimæ ſunt tutelæ, & tamen matribus his deficientibus, ad prouidentiam filiorum ſuorum venire conceditur: multò magis in his caſibus, vbi legitima tutela euaneſcit, ſaltẽ alias eis dare humaniſſimum eſt. Dat.15.Kal. April. Conſtãtinop. Lampadio & Oreſte VV.CC.Conſ.530.

IN [d] QVIBVS [e] CASIBVS [f] TVTOrem [g] vel curatorem [h] habenti, tutor vel curator dari poteſt.

Tit. XXXVI.

De abſentia & reuerſione tutoris.

z Putà vt inuentarium faciat, *l.24.j.de adminiſt. tut.*
a Etiam filiis naturalibus matres poſſunt eſſe tutrices *l.vlt.j.de confirmando tutore: Nou.89.*
b Mater tutelam liberorum adfectans, renũciare Velleiano cogitur, *Nouell. 118.capite 5.* In Gallia id locum nõ habet. & ita placito ſenatus Burdegalẽſis ſancitũ, anno 1521. Iulij 26. vti Bugnonius refert in legibus abrogatis.
c Nota de renũciatione quæ fit omni legum auxilio & iuri introducto in fauorẽ ſexus: qua renunciatione rediguntur mulieres ad iura cõmunia maſculorũ, nec habẽt aliquod beneficium in præiudiciũ pupillorũ. Quid ſi talis renunciatio fuerit omiſſa? Bald. *in Authẽ. Matri & auiæ §.* negat valere decretũ interpoſitũ ſuper tutela matris & auiæ. nec eas pręſumi renunciaſſe, ideoq; iuuari iuris ignorantia *l.vlt.§.de iuris & facti*, quod durius videtur. Æquiores exiſtimo, quibus id placet, Mulieres ſuſcipiendo tutelam, tacitè videri feciſſe has renunciationes & ea omnia quib. ad tutelã perueniuntur. *facit l.77.D. de adquir.hered. l. 30.ff.de verbor. obligat.* Addit Roland.à Valle. 1.*Cõſil.* 13.*nu.6.& ſequentib. ad 22.* à multis exiſtimari, ea clauſula videri renunciatum legi *6.12.D. de tranſact.* de nõ viſis & cognitis verbis teſtamẽti (quã tamen opinionẽ non probat *num. 26.*) ad hæc beneficio iuris municipalis, ne in ſolidũ conueniãtur, beneficio inuentarij, cedẽdarũ, excuſſionis, ordinis, diuiſionis, beneficio non abſtrahendi de domo, reuocandæ donationis ob non factam inſinuationem, beneficio non incarcerandi, ſimulationis. Ad hæc tolli purgationem moræ, conductori denegari remiſſionem occaſione belli ſuperuenientis & ſimilibus.
d Tutorem habenti, cur non omnibus caſibus tutor dari poſſit, dicam infra *eodem.*
e Dic, in locum abſentis Reipub. cauſa *l.1.j.eod.* excuſati *l.2.j.eod* ſuſpecti, remoti defuncti relegati *l.4.j.eod.*
f cauſis, tutorem habenti tutor vel curator dari poteſt. *vt lege quarta infrà eodem.*
g *leg. prima lege ſecunda, & lege quarta infrà eod. leg. 9. §. qui petant tutor.l.9. qui dare tutor.*
h *l.3.& l.5.j.eo.l.10.j.qui dare:l.20.in f. D. de tutorib.datis.*

a In locum absentis reipublicæ causa, licet is tutor esse non desinat, alius tutor dari pôt. (hæc lex exceptio est ad *l.4.j.eo.*) b *l.12.D.de tutelis: l.15. in f.D. de tutorib. datis ab his: l.3.§.10.ff.de suspectis: l.45.de excusationib. l.9.ff.de tut.& rationib.distrahēd.* c Curator in locum absentis datus, eo reuerso: seu finita absentia deponit officiū. facit *l.14.§.1.D.de tutelis.* d In locum tutoris excusati, potest curator dari *l.4.in fi.j.eod.l.11.§.1.l.28.ff.de testamēt. tut. Vlp.11.§.23.* & hęc vox exceptio est ad legē *4.j.eod.*

1. Imp. *Antoninus* A. Tiberiano & Rufo.

SI in [a] locum eius tutoris ad tēpus dati estis, qui reipublicæ [b] causa aberat: isque iam finito munere, quod ei iniunctum est, abesse desiit [c]: quin ad eius officium curámque pertineant negotia pupillæ, ambigere non debetis. Sed consultiùs feceritis, si præsidem prouinciæ virum clarissimum adieritis, vt is ad administrationem tutelæ compellatur. PP.8. Kal. August. Antonino. A.IIII. & Balbino. Conss. 214.

De curatore dato impuberi.

2. Imp. *Alexander* A. Valentiniano.

POtuit quidem & debuit competens iudex in locū excusati [d] tutoris, licèt pupillus alios quoscunquē haberet tutores, curatorem [e] dare. Quanuis autem curator cum aliis in locum excusati tutoris substitutus sis: tamen periculo administrationis vltra pubertatis [f] tempora non adstringeris. PP.V.Id. Iun. Modesto & Probo Conss. 229.

De curatore tutori adiungendo.

3. Idem A. Hylæ.

PRopter [g] latè diffusum, id est, in diuersis locis constitutum patrimonium, vel quòd solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administrāti adiungi aliquos curatores oporteat pręses prouincię, si te non sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP.8.Id.Decemb. Pompeiano & Peligno Conss. 232.

De tutore suspecto, vel excusato, vel defuncto. vel relegato.

4. Impp. *Valer. & Galien.* Augusti Euploio.

LIcèt tutorem [h] habenti tutor dari non potest [i]: tamen certis [k] ex causis alius idoneus sustitui sententia competentis iudicis solet in locum suspecti [l], qui conuictus ac remotus [m] est, & in locum excusati [n], vel defuncti [o] vel relegati [p] tutoris. PP. Idib. Mart. Seculare II. & Donato Conss. 261.

De curatore tutori adiuncto.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti & CC. Zenoni.

CVm ob augmentum [q] facultatum curatores adiungi [r] soleant, non prius dati tutores|| ab|| administratione eorum liberantur. Sanè si is, qui administrauit, tempore finitæ tutelæ fuit soluendo [s]: secuti temporis periculum ad te pertinere non [t] potuisse manifestum est. Dat.3. Kalen. April. CC. Coss.

DE ADMINISTRATIONE [u] TVtorum, vel curatorum, & [x] pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda.

Tit. XXXVII.

De pecunia pupilli vel minoris.

In authen. vt hi qui ob se hab. §. quoniam col.6.Tit.1.al. 2.nou.72.cap.6.

NOVISSIME [y] *cautum est, à curatore pecuniam pupillarem non esse fœnerandam. quod si fecerit, mutui subiacebit periculo, nisi mobilis sit eius substantia, cuius cura administratur, tunc enim curator illud solum mutuare cogatur quod ad dispensationem sufficiet adolescentis, eiúsque rebus: quod verò plus est, cautè recondatur: vel nisi ex necessitate hoc fecerit, veluti propter expensas in pupillum faciendas.*

Curatorem non teneri pro tutoribus præcedentibus.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Modesto.

FRustra times administrare res adolescentis, cuius curator es, ne ex hoc aliquis existimet commune periculū prioris temporis te recepisse: sed ea, quæ agenda putas, agendo possit ei imputari *v.j. quando ex facto tutoris.* &(quod magis interest [z] omnium partium) insta, vt iudex inter [a] te & tutores datus [b], quamprimum partibus suis fungatur. PP.12.Kal.Octo. Albino & Aemiliano Coss. 207.

e Imò tutorem ex senatusconsulto dari oportuit *l. si quis sub conditione. D. de testam. tutel.* Dic hunc curatorem instar esse tutoris. Nec enim durat vltra pubertatem *hac lege.* Vnde tutelæ siue protutelæ eum teneri quidam existimabant *l.3.j. arbitr. tutelæ.*
f *l.1.j. quando tutores vel curatores: l.25.D.de tutorib. datis Insti. quib. mod. tutela finitur in prin.*
g Propter diffusum patrimonium, tutori curator adiungi potest. Hæc lex exceptio est ad *l. 4.j.eod.l. 11. in fi.j. de excusat. tutor.*
h *l. 9. s. qui petant tutores: l.9. s. qui dare tutor. Paul. 4. senten. 13.§.3.*
i Curatorē habenti, potest *l. 20. in f.D.de tut. & curat. datis.* Cur tam variè? An quia datio tutoris est ex inquisitione atque decreto, actus autē legitimus semel fiat? An quia pupillus est in tutoris potestate, & nemo possit esse in duorū potestate, ita vt sit potestas cuiusque in solidum, nisi pro vno habeantur, vt cùm sint cōiunctim dati duo, pluresve. Curatoris autē nulla sit potestas in personā?
k Putà in locū absentis reipublicæ causa *l.1.* excusati propter diffusum patrimonium *l.2.3.s. eod.* rerum aliarum *l.21. in f.D. de excusat. tutor.* in locum surdi, muti, furiosi *l. 17. D. de tutelis:* adde & casum legis *15.D.de tutelis:* & alium ex *l.17. in f.D. de appellationib.*
l *v.l.vlt.§.10.j.de curatore furiosi.*
m *l.2.s.eod.*
n *l.11.§.1.D. de testament. tutelæ.*
o *l.3. s. qui petant tutores.*

p Relegatio, excusationis species *d.l.3.l.11.in f.l.3.§.9.ff.de legitim.tutorib.* Cuiacius emendauit deportati, nisi fortè vox *Relegati* hîc accipienda sit pro *Deportati, Cuiac. ad l.8.9.& c.D. de excusat. tutor.* ab ea tamen emendatione discedit *adde Paul.2.sent. 25.§.8.* q Propter augmentum facultatum tutori curator solet adiungi *l.9.in f.ff. de administ. tutor.* r Licèt alius tutor adiungatur, prior non liberatur. s *l.39.in f.D. de administ.tutor.* t Cur ita? collige ex *l.1. in fi.j.de diuidenda tut.* u *26.D.7.3.C. Theodos.19.Nouell.72.c.6.& 7.* x Tutorum administrationis partes sunt hæ, inuentarium facere, pecuniam otiosam ad prædiorum rusticorum emptionem deponere, si id non suppetat, fœnerari: cæteras res diligenter custodire: in iudiciis pupillos suos & adultos defendere. y id est, ex Nouel.*72.c.6.* z *adde l.cum Stichus.ff.de solut.*
a Curator adulti non tenetur pro tutoribus antecedentibus, nisi negligētia in exigendo possit ei imputari *v.j. quando ex facto tutoris.* b Datos. c Cùm plures tutelæ geruntur, in contutorem non datur actio *l.12. l.18.l.32.inf. D. eod.* Pro vniuersali curatione non potest agi, nisi finito officio *Bald. v. Cuiac.17. obs.7. in fi.*
d *l.33 in fin. D.eod.* Potéstne tutor salarium exigere? potest *d.l.33.in fin.v. wurmser.1. pract.38.c.11.* e Putà in alimenta *l.2.j.de aliment. pupill.* f Probare sumptus debet is qui eos se fecisse ait. facit *l. si quis pro redemptione.j.de donat. l.1.§.1.D. de tutela & rat.distr.*
g nam expedit quodcūque non interponi *d. l.2.*
h Quod confirmatur per iustitiam naturalē, non eget alia confirmatione. *Bald.*
i Probatione alia non indigēt quæ Naturali iustitia confirmantur.
k *l.10.j.eod.*

Curatorem administratione durante à collega conueniri.

2. Iidem Augusti Timoni & Elpidophoro.

ADuersus curatorem adolescentis, cui collegæ [c] dati estis, quamdiu administratio communis durat, exerceri iudicium non potest. PP.2.Kalen. Maij, Apro & Maximo Coss. 208.

De sumptibus.

3. Imp. *Antoninus* A. Eumoso.

SVmptus [d] in pupillum tuum necessariò [e] & ex iustis honestisque causis iudici, qui super ea re cogniturus est, si probabuntur [f] ||facti,|| accepto ferentur, etiam si [g] prætoris decretum, de dandis eis non sit interpositum. id namq; quod [h] à tutoribus siue curatoribus bona fide erogatur, potius iustitia [i] quàm aliena auctoritate firmatur. 14. Kalē. Septemb. Duobus & Aspris Coss. 213.

De liberto tutore.

4. Idem A. Proculæ.

NIsi eam pecuniam, quam constiterit libertum [k] paternum tutorem filiæ tuæ rationi eius debere, vel deposuerit [l], vel in prædiorum comparationem conuerterit: remittitur ad præfectum vrbi, secundum ea, quæ constituta sunt arbitrio eius puniendus. PP.12.Kal. Octobr. Antonino A. IIII. Balbino Coss. 214.

De tutoribus condemnatis.

5. Idem Augustus Rufino.

FRustra tutores quondam adolescētium, quorum curam administras iudicatum||facere|| detrectant, cum exacta pecunia possit auctoritate pręsidis in depositi [m] causam haberi. PP. Iun. Kal. Læto II. & Cereale Coss. 216.

De Calumniosis actionibus non intentandis.

6. Imp. *Alexander* A. Paconio.

NOn est ignotum tutores vel curatores|| adolescentium,|| si nomine pupillorum vel adultorum scientes columniosas [n] instituant actiones, eo nomine condemnari oportere: ne sub prætextu [o] nominis eorum propter suas simultates securè [p] lites suas exercere posse existimet [q]. PP. 6.Id.Maij, Maximo II. & Aeliano Coss. 224.

De forma alienandi testamento data.

7. Idem Augustus Valerio.

TVtelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne ædificum, quod his relictum est contra formam [r] alienandi testamento datam vendas. PP.VI. Id.Iul. Maximo II. & Aeliano Coss. 224.

De curatore qui non administrauit.

8. Idem Augustus Aprili.

ETsi scisses [s] te curatorem datum nec administrasses: cęteris curatoribus, & administrationem peragentibus, & sufficientibus [t] damno præstando, contra te actio dari non potest. Sin [u] autem nescisses [x] te curatorem datum etiam si soluēdo cæteri non sint, damni periculu ad te nō redundat. P.P.7.Kal.Decemb. Alexandro A.III. & Dione Conss. 230.

De dote constituenda.

9. Idem Augustus Inclytæ.

SI curatores habes, hiq; dotare [y] te bonis tuis [z] cessant: adito præside||prouinciæ|| impetrabis, vt, quod moderatū [a] est honestæ personæ, præstare cogātur. PP.17. Kal.Maij, Agricola & Clementino Coss. 231.

De liberta curatore.

10. Idem Augustus Rufinæ.

SI liberti [b] eiusdēq; curatoris culpa vel fraude ratio vestra læsa sit: sarciri damuum ab eo qui dedit, præses pro-

l Tutor debitor pupilli, pecuniā debitā pupillo deponere debet ad pędiorū cōparationē. Minus est deposuisse, quàm comparasse. alterutrū tamen exigitur *vt hic:* adde *l.5. §.4.D.eod.*
m Sūma liquida nō potest tutò solui minori propter metum restitutionis *l.1. Co. si aduers. solu.* non tamen eo prætextu potest tutor aut alius debitor pupilli vel minoris retinere pecuniā penes se. Cogitur enim pecuniam deponere vel consignare *l.5.l.7.§.7.D.eo. l.73. in fin. D. de procuratoribus: l.56.§.1. D. mandati: l 64.ff.de fideiussorib. v. Molinæum de vsur. quæst.39.nu.298.*
n Tutor calumniosam, vel superuacaneā actionem intendens, proprio nomine obligatur *l.9. §.6. in fi. D.eod.l.78.D.de legat.2.* bonam mouere cogitur & appellare *l.11. j.eod.*
o Prætextu officij calumniam committi non oportet.
p Securi.
q Existimentur.
r Contra formā datam à testatore, nō debet tutor rem pupilli vendere *l. vlt. s. de reb. alien.* Imò potest vendere, & ea in re patris præceptū negligere *l.5. §. 9. D. eod.*

s Sciens se tutorem, de neglecta tutela tenetur, si gerens non sit soluendo *l.3.j. de diuid.tu.l.4.§.3 rem pupill.salu. adde l.10.j.eo.*
t Exceptio excussionis tutori qui non gessit, aduersus eum qui gessit competit.
u Ignorans se tutorem nullo modo tutelæ obligatur.
x Ignorans se tutorem, nullo modo tenetur *v.l.5.j. de periculo tut.*
y Dotem sibi constitui, eóque nomine aduersus curatores moram committentes agere adulta: & officium super ea re iudicis aduocare, potest. facit *l.52. D.eo. l.43. D. de leg.2.*
z dotare propriis bonis curator adultam non cogitur.
a *d.l.43.l.60.D.de iure dot. l.22.§.4.D.ad Trebel.*
b Libertus malè administrans remouetur à tutela, eáque priuatur *l.4.s.eod.*

a Cui contraria est calumniosa & superuacanea *l.6.š.eod.* b Tûtor in bona causa cogitur appellare & prosequi. alioquin litis nomine tenetur. Est enim officiũ tutoris vtilia non prætermittere, inutilia non admittere *l.27.š. de episcop.audientia.* c Defectus ætatis nõ suppletur numero liberorum *l.2.š.de in integ.restit.l.1.inf.š. qui & aduers.quos:l.2. D.de minor.* d Tutor agens pupilli nomine non tenetur cauere de rato *l. 23.D.eo.*

uinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude cõmissum est, vt puniendum in liberto crimẽ deprehendatur. PP.II.Kal. Aug. Agricola & Clementino Coss. 231.

De tutore qui nõ appellauit vel appellationẽ non prosecutus est.

11. Imp. *Gordianus* Augustus Cæcilio.

SI bonam [a] causam ea, cuius tutor es, habuit, & aduersus latam sententiam non [b] appellasti seu post appellationẽ prouocationis solennia implere cessaueris: tutelæ iudicio indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Id. Aug. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De fraude tutorum de neglig. curat. de femina minore 25. annis.

12. Idem Augustus Octauianæ.

DE his, quę in fraudem administrationis à tutore gesta, vel negligẽter acta à curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes: si modo annos legitimæ ætatis implesti. Neque ||enim|| ignoras non [c] multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis ad rerum suarum administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. 3. Non. Octobr. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss. 242.

Satisdatio de rato.

13. Idem Augustus Longino.

TVtores debita pupillaria seu deposita reposcentes, ad satisdationem [d] compelli non posse, manifestum est. PP. 8. Kal. Maij, Ariano & Pappo Coss. 244.

De rationibus reddendis.

14. Impp. *Philippus* Augustus & *Philippus* C. Clementi.

RAtiones [e] curæ [f] administratæ ante impletum quintum & vicesimum annum durante [g] officio posci iure non posse, manifestum est [h]. PP. Prid. Non. Aug. Philippo A. II. & Titiano Coss. 246.

De eo qui signauit vt curator.

15. Imp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti, Licinio.

SI non subscripsisti [i] quasi fideiussor: frustra vereris, ne ex ea intercessione, qua signasti vt curator [k] olim liberatus (vt affirmas) sentẽtia præsidis, ex officio curatoris cõueniri possis. PP. Prid. Non. Mart. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss. 287.

De alienatione rerum pupillarium.

16. Iidem AA. & CC. Proculo.

NOn omni [l] titulo res pupilli potestatem alienandi [m] tutores habent: sed administrationis tantùm causa distrahẽtes, quæ eis venundare licet, iustam causam [n] possidẽdi comparantibus præstant. Cùm itaque donandi [o] nulla [p] ratione res eorum, quorum administrant negotia, potestatem habeant: vindicare dominiũ à possidentibus non prohiberis. Dat. X. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Coss.

De testamenti factione vel donatione.

17. Iidem AA. & CC. Martiali.

DE successione sua [q] tutores frustra timent: cùm his qui tutelam administrauerunt, testamenti factio non denegetur, nec de bonis suis donare aliquid prohibeantur. S. 16. Kal. Nouemb. Sirmij. AA. Coss.

De periculo nominis & de pignoribus.

18. Iidem AA. & CC. Soterico.

DEbitoribus pupillæ pro officij ratione tutorem te cõstitutum adseuerans, ad te nominum [r] periculo pertinente, parêre solutioni [s] denuncia [t]. Qui si satis non fecerint: in venditione [u] pignorum vti ||communi|| iure potes. S. prid. Kal. Ian. Sirmij, AA. Coss.

e Rationes à curatore antequã 25. annũ minor expleuerit, non exiguntur tantisper dũ curator gerit. *5. Harmenopul. 11. §. 35.*
f Curator tenetur ad rationes reddendas, vt & quiuis suscipiẽs alienam administrationem *v. Roland. à Valle. 1. consil. 49.*
g *l.2.š.eod.*
h Imò non est manifestũ, sed falsum *vi. leges contrarias in l.4. inf. l.16. in fin. D. de tut. & rationi.*
i *v. quæ dixi ad l.14.š. si cert. pet.*
k De eo quod quis facit vt tutor, vel curator, vel procurator, vel gestor alterius, suo nomine conueniri nõ potest *l. vlt. D. de institor: v. wurms. 1. pract. 38. c. 10.*
l ergo aliquo. sunt enim alienationis variæ species & causę.
m hoc innuit, Certis causis, alienandi facultatem tutoribus permitti: in reliquis, alienantes iustam causam possidendi non transferre. Malè autẽ alienat, qui donat *l. 22. inf. l.46. inf. D. eo. l.1. D. de tutel. & rationib.* nonnunquam tamen donare potest *l.12. inf. D. eod.*
n Tutor iusta de causa, hoc est ex causis iure ꝑmissis res pupilli sui potest alienare.
o Non administrat, qui donat.
p Põt igitur donare iustis de causis *d.l.12.*
q Tutela non efficit, quominus tutor de suis testari suáque donare possit *l. vn. š. rem ali. ger.*
r Periculum nominum spectat ad tutorem.
s *v.l.2.š. arbitriũ tutelæ.*
t Officio tutoris incumbit debitoribus pupilli denunciare vt soluant.
u *l.13.š. de distra. pignor.*
x Tutor potest dari in absentia. *Bald.* y *l.8.š.eo.l.1.§.1.l.5. in fi. D. eod.* z *l.1. Cod. Theod. eod.*

a Bona tutoris & curatoris, tacitè pupillo & adolescenti obligãtur *l. vlt. š. rem alienam gerentib. l. vn. §.1. š. de rei vxor. act. l. vl. vers. discretus š. de legitim. tut. Nou. 118. ca. 5.* b Bona tutoris vel curatoris, nedum pro malè gestis, sed etiam pro non penitus gestis, tacitè obligata sunt pupillo vel adulto c *l.2. C. Theod. eod. l.1. Co. Theod. de donat. l.25.š. de donat.* d Putà faciẽdi vel non faciendi *v.l.25.š. de donat.* & ita tutor nõ implens conditionem vtilem pupillo, tenetur ei ad interesse. e Donationes μειονεκτικῶς non fiunt. *dixi ad l.25.š. de donationibus.* f id est, non quæsitæ *l.7.š. arbit. tutel.* g Orationem Seueri intelligit quæ extat in *l.1. §.2. D. de reb. eor.* h Mobilia pretiosa, immobilibus comparantur. i *l.1. D. de reb. eor.* k *v.l.3.š. de præd. decur.* l mobilia sc. & prædia vrbana ac rustica. Rustica & suburbana alienari non possunt, quòd hîc vetatur *v. quædam in hunc locum apud Cuiac. 7. obs. 23.* m Tutor vel curator nihil ex rebus minorũ vendere potest, nisi ex iusta & probabili causa. Quin iusta causa alienandi non sufficit. Nec enim res easce sine decreto iudicis alienare potest, excepta veste vsu detrita, & iis quæ seruando seruari non possunt, item animantibus pupillorũ vsui superuacuis. *Synopsis Basilic. 32. tit. 11. ex lib. 38. tit. 9. cap. 30. 5. Harmenopul. 11. §. 49.* n Quibus ex causis prędia minorũ alienari possunt. o *l. vl. š. si maior fact. alienat.* p Quibus solennitatibus res minorum alienari oporteat. q *de qua v.l.5.§.9. D. de reb. eor. qui sub tut.* r De vrbanis mancipiis non vendendis sine decreto *vt hic: & vers. vlt. š. eo.* deq; eorum vtilitate. Quid rustica? Vendi multò minùs possunt. Hac enim lege Constantinus nihil mutat orationi Seueri quæ rustica mancipia vetabat alienari *š. eo. in pr. facit. lex. 3. š. de præd. decur.*

De absente tutore dato.

19. Iidem AA. & CC. Vindiciano.

TVtor, licèt absens [x], decreto datus, si sciens [y] solenniter se non excusauerit, administrationi constituitur obnoxius. S. 3. Id. Februar. Sirmij, CC. Coss.

De tacita hypotheca in bonis tutoris vel curat.

20. Imp. *Constantinus* Augustus, Eufemianæ.

PRo [z] officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores existãt, tanquàm pignoris [a] titulo obligata, minores sibimet vindicare minimè prohibentur. Idẽ est, & si tutor, vel curator quis constitutus, res minorũ non [b] administrauerit. Dat. 7. Kal. April. Treueris, Volusiano & Anniano Coss. 314.

De donationum conditione neglecta.

21. Idem Augustus, Maximo præfecto prætorio.

||PVpillorum [c] seu|| minorum defensores, si per eos donationum conditio [d] neglecta [e] est, rei amissæ [f] periculum præstent. Dat. 3. Kal. Feb. Romæ Sabino & Rufino Coss. 316.

De alienatione rerum pupillarium.

22. Idem Augustus ad populum.

LEx [g], quæ tutores curatorésque necessitate adstrinxit, vt aurum, argentum, gemmas, vestes cæteráque mobilia pretiosa [h], vrbana etiam ||prædia, &|| mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia quę intra ciuitatem sunt, venderent, omniáque ad nummos redigerent, præter [i] prædia & mancipia [k] rustica, multum minorum vtilitati aduersa est. Præcipimus itaque, vt hæc omnia [l] nulli tutorum curatorúmve liceat vẽdere: nisi [m] hac fortè necessitate & lege, qua rusticum prædium atque mancipium vendere, vel pignorare, vel ||in [n] donationem|| propter nuptias [o], vel in dotem dare in præteritum licebat: scilicet per [p] inquisitionem [q] iudicis & probationẽ causæ, interpositionemq; decreti, vt fraudi locus non sit. ¶ Ante omnia igitur vrbana [r] mancipia, quæ totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate & in domo retineatur. nam boni [s] serui fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione [t] positi, poterunt prodere veritatem: atque ita omnia obseruabunt, vt nec inuentarium [u] minuere nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat. quod in veste, margaritis, gemmis, & vasculis, cæteráque supellectili necessarium est. Et tollerabilius [x] est (si ita cõtigerit seruos mori suis dominis, quàm seruire extraneis: quorum fuga [y] potius tutori adscribitur, siue negligentia dissolutam esse patiatur disciplinã, siue duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur, sed magis diligũt: ita vt hæc lex per hoc quoq; melior antiquâ sit. Tũc enim remota seruorũ custodia etiam vita minorũ sępius ꝓdebatur. ¶ Nec verò domũ [z] vendere liceat in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorũ [a] imagines aut ||non|| videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre. Ergo & domus, & cætera omnia immobilia [b] in patrimonio minorũ permaneãt [c] nullumq; [d] ædificij genus, ꝗ integrum hereditas dabat, collapsum tutoris fraude depereat. Sed & si parens vel ille cuiuscumque heres est minor, reliquerit deformatum ædificiũ: tutor testificatione operis ipsius, & multorũ fide, id reficere cogatur. ita enim annui reditus plus minoribus cõferent, quam per fraudes pretia deminuta. ¶ Serui [e] etiã qui aliqua sunt arte prędití, operas suas cõmodo minoris inferãt: & reliqui qui in vsu minoris domini esse nõ poterũt, quibúsq; ars nulla est, partim labore suo, partim alimoniarũ taxatione pascantur, lex enim nõ solùm contra tutores, sed etiam contra [f] fœminas immoderatas atq; intemperantes prospexit minorib. quæ plerumq; nouis maritis non solùm res filiorum, sed etiã vitã [g] addicunt. Huic accedit, quod ipsius pecuniæ [h] (in [i] qua robur omne patrimoniorũ veteres posue-

s Boni serui vtilitas.
t *l.34. D. eod.* & ita per familiares & domesticos probãtur ea quæ fiunt in domo. id est, domestica *v.l.8. §. 6.š. de repudiis.*
u possunt enim res huiusmodi facilè subtrahi ac mutari.
x Occurrit obiectioni, vt ex duobus malis minus eligatur.
y Præsumitur seruus pupillaris fugisse ob negligentiam vel sæuitiã tutoris.
z De ædibus paternis pupilli nõ distrahẽdis à tutore sine decreto *vt hic: & vers. vlt. š. eo. facit lex 35. D. de minor.*
a *adde a l.35.* Interest nostra, res maiorũ nobis seruari. *facit leg. dudũ 4.š. de cõt. empt 3. Regum. 21. vbi de Nabotho & eius vinea.* Plinius 2. epistol. ad Valeriũ. Me prædia materna parum cõmodè tractant, delectant tamẽ vt materna. Idẽ *lib. 7. ad Fabatũ.* Maternis cedere, ne Corneliæ quidẽ possum. Ideo Brutus notatus est, quòd paterna bona manciparat. qua de re extat iocus Crassi oppidò elegans *apud Ciceronẽ. de orat. & oratione pro A. Cluentio 6. Quintil. 3. Horat. 1. sermon. 2.* Rem patris oblimare, malum est, vbicũque. Idem *1. episto.* Męuius vt rebus maternis atq; paternis fortiter absumptis, vrbanus cœpit haberi scurra Cicero *6. in Verrem* Græci turpitudinẽ summã arbitrantur referri in litteras publicas pretio adductã ciuitatẽ & pretio paruo ea quæ à maiorib. accepisset vendidisse. Heraclides *in πολιτειῶν*, refert turpe habitũ apud Lacedæmonios, terrã vẽdere. vt & apud Locros teste Aristo. *polit. 5.* vnde lege Solonis τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες, ἄτιμοι qui bona paterna decoxissẽt, ab administrationẽ Reipub. remoti. *Laertius in Solone.* his adde Tiraquellũ *de retractu, quæst. 40.* b De rebus immobilib. pupillorũ non alienandis sine decreto *vt hic. & vers. vlt. š.* Porrò immobiliũ appellatione, pecunia destinata in prædiorum emptionem continebitur: *vide Romanum consi. 188. Forcatuliũ Necyomancia c. 39. num. 5.* c Immobilia minorũ sine decreto tutor alienare non potest. *vt hic:* ne quidẽ consensu pupilli ipsius. Quid: aduentitia filij potestne patri sine decreto alienare? vide Iasonẽ *ad l. singularia D. si certu.* Ripã *ad l. obligationẽ num. 56. ff. de pignorib.* d Tutor domũ pupilli pretextu instaurationis destruere non debet, vt materias distrahat: nisi si indubiè ruinã minentur, & instaurationis indigeant. Quod si parens pupilli, vel alius qui hereditatem suã ad eum trãsmisit, quũ demoliri vel reficere partẽ domus cœpisset, decesserit. χρὴ τὸν ἐπίτροπον περὶ τούτου διαμαρτυρίᾳ χρήσασθαι. de hoc ipso, attestatione vti tutor debet. *Synop. Basil. d. c. 30.* e Quemadmodum tutores seruis pupillarib. vti debeant. f Tutorum nomine hac lege intelliguntur matres tutelam filiorum administrantes. g Eorum sc. sed & suam *l.12.š. qui potiori.* h De pecuniæ vtilitate dixi ad Nouel. Leonis 52. i Imò in pecudibus robur veterum fuit. vide peculium & pecunia. *Festus, Columella. 6. Varro, Plinius.*

a Fœnerandi vsus vix diuturnus, vix continuus, vix stabilis. b Nulla minorum bona vendi possunt sine decreto, siue mobilia sint siue immobilia: nisi talia dixeris vt diu commodè seruari non possint: vt sunt vestes detritæ & similes: ad hęc animalia superuacua. j.eod. c *l.4.j.quando decr.opus non est: l.52.D.de heredit. petit.* d Sine decreto iudicis, minorem, mensam suam mercatoriam, seu negotiationem, &, vt barbari quidā loquūtur, traficam distrahere non posse hinc colligitur: cùm negotiatio dicatur earū rerū esse, quę seruando seruari possint. *vide Simōcellū 2. de decretis 6. inspec.4.* e *l.57.ff.de administr.tutor.* f *l.3.C.Theod.eo.* g Imputatur tutori, si res emphyteutica propter canonē nō solutū, ad dominum redierit. facit *l.5.§.9.inf.ff.eo. l.78.§.2.in fi. D. de legat.2.* h *4.C.Theod.eo.* De inuentario à tutoribus & curatoribus faciendo *l.7.D.eo.l.27.s.de episc. aud.l.13.j.arbi. tut.l.7.§.6.inf.j.de cura. furiosi: Nou. 94.* i i. cùm primū poterunt Accur. *6. hic* εἰσωλείων μηνῶν μετὰ τὴν τελευτὴν *5. Harmenopul.11.§.25.* περὶ φροντιμίσεως ἐπιτρόπων. Idem tēpus heredi pręsenti ad inuentariū faciēdum præscribitur: absenti ann. *l.vlt.j. de iure deliberandi*: Idem spatiū 3. mēsium datur à Leone *Nouel. 110.* inuentario rerum dotaliū faciendo. k Quo tempore inuētarium rerum minoris à tutoribus & curatorib. fieri oporteat. Dic q̄ primū pōt fieri. *l.tutor.qui repertorium. D.eo.* l Quibus pręsentib. inuētarium pupillare fieri oporteat, an pluribus notariis præsentibus? an verò vno tātum præsēte satis sit? Dic, vnius præsentiam sufficere. His addendum, in Inuentario minoris faciendo creditores nō aduocari: licèt secus fit in inuentario quod fit ab herede. sed & illud obseruandū inuentarium pupillare, in iudicio fieri oportere, vt notat Accursius, Bartolus & alij.

runt) fœnerandi [a] vsus vix diuturnus, vix continuus & stabilis est: quo subsecuto, intercidēte sæpe pecunia, ad nihilū minorum patrimonia deducuntur. ¶ Iam ergo venditio tutoris nulla sit sine [b] interpositione decreti: exceptis his dūtaxat vestibus [c], quæ detritæ vsu, seu corruptæ seruando [d] seruari non potuerint. ¶ Animalia [e] quoque superuacua, quamuis minorum, quin veneant, non vetamus. Datum Id. Mart. Constant. A. VII. & Constantino C. Conss. 326.

De canone non soluto.

23. Idem Augustus Felici.

SI [f] tutoris vel curatoris culpa vel dolo, eo quòd vectigal [g] prędio emphyteutico impositum minimè dependere voluissent, minoris ||prædiū|| fuerit amissum: damnum, quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est. Datum 13. Kalend. Maij. Constantinop. Dalmatio & Xenophilo Conss. 333.

De Inuentario faciendo.

24. Impp. *Arcad. & Honorius* Augu. Eutychiano pręfe. pręt.

TVtores [h] vel curatores, mox [i] quam [k] fuerint ordinati, sub [l] præsentia publicarum [m] personarum [n] inuentarium [o] rerum omnium [p] & instrumentorum solenniter facere curabunt [q]. Aurum, argentumq;, & quicquid vetustate [r] temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima costodia [s] collocent: ita tamen vt ex mobilibus aut prædia idonea comparentur [t]: aut si fortè (vt adsolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam vsurarum [u] crescat † accessio: quarum exactio ad periculum [x] tutorum pertinet. Dat. 7. Kal. Mart. Constantin. Arcad. IIII. & Honorio III. AA. Conss. 396.

Si debitor pupilli soluat.

25. Imp. *Iustinianus* Augustus Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus, creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, vt priùs sententia [y] iudicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit. quo subsecuto, si & iudex ||hoc|| pronunciauerit, & debitor persoluerit: sequitur huiusmodi causam plenissima securitas, vt nemo [z] in posterum inquietetur. Nō enim debet quod ritè & [a] secundùm leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari. Non autē hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quę vel ex reditibus [b] vel ex pensionibus, vel aliis huiusmodi causis pupillo vel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneratitia [c] forsitan cautione, vel aliis similibus causis solutionem facere, & se liberare desiderat. tunc enim eam subtilitatem obseruari cēsemus. Dat. 10. Kale. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

Ne authoritas interposita noceat tutori vel curatori.

26. Idem Augustus Ioanni P.P.

CVm quædam mulier testamentó condito filium suum præteriisset [d], idem autem filius, qui præteritus erat, vel fratris vel extranei esset tutor vel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat heres in præsenti specie manifestissimum erat, stare tutorem vel curatorem in præcipiti [e] loco. siue enim auctoritatem [f] suam vel [g] consensum [h] de adeunda [i] hereditate præstare pupillo aut adulto minimè voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur præiudicium, (satis enim imminet periculum tutelæ, vel vtilis negotiorum [k] gestorum actionis, ne pupillus vel adultus, vt pote ex illius tarditate lęsus, litem ei ingerat) siue huiusmodi timore perterritus actor fuerit pupillo vel adulto, periculum emergebat. dum [l] enim alij consentit, ipse sua iura perdit. videbatur etenim confirmare matris suæ iudicium, quod oppugnandum esse existimabat. & multæ aliæ insuper species oriuntur [m], ex quibus verendum est tutori vel curatori circa suas res præiudicium ||parari|| puta in hypothecis, & aliis variis causis. Inuenimus autem generaliter definitum, post officium depositum omnes actiones,

m id est, tabulariorum *l.3.s.de episcopis.* n Ergo plures requiruntur tabelliones? Accursius vnicum sufficere ait. In inuentario heredis præter tabularium tres requiruntur Nouel.1. o ἀπογραφὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος Harmenopul. *ibid.* descriptionem rerum defuncti. *adde l.7.D.eo.* p Quarum rerum fieri debeat inuentarium. q alioquin vt suspecti remouentur, aliisque pœnis subiacent: nisi testator inuentarij confectionem specialiter remiserit *l.vlt.j.arbitr. tutelæ.* r *dixi ad l. 22.inf.s.eo.* s pecuniæ pupillares quæ commodè seruari possunt, custodiendæ à tutoribus, vt prædia idonea comparentur, vel fœnori occupentur. t De prædiis ex pecunia pupillari comparandis. u De pecuniis pupillaribus fœnori occupandis. † Hodie tutores non coguntur pecunias pupillares fœnori dare. *Auth. nouissimè s.eo. Nou. 74. c.6.* x Quomodo periculum nominum ad tutores pertineat *v.l.16.inf.D.eod.* y Iudicis decreto quæuis pecunia solui potest *§. vlt. ibi, vt prius iudicialis sententia. Instit. quib. alienare licet: l.7.§.2.D.de minoribus. adde s.si aduers. solut.*
z Cur ita? collige ex *l. 4. in fi. j. ad l. Iul. de adulter.*
a Rectè facta non reuocantur.
b Debitor sine iudicis decreto annuos reditus annuásque pensiones pupillo potest soluere *l. 27. j. eodem.*

c Fœneratitiæ pecuniæ pupillis citra iudicis decretum solui non possunt *d. §. vlt. Inst. quib. alien. licet vel non.* d Id est, exheredasset. Nam matris præteritio pro exheredatione habetur *§.7. Inst. de exher. lib.* e Res ita habet, Titia Mæuium filium, eundémque tutorem Caij, in testamento præteriit Caio, herede instituto. quo se vertet Mæuius? si Caio authoritatem suam vel consensum de adeunda hereditate præstiterit, infœlix, videbitur propriā exheredationē adprobasse, & matris hereditatem abdicasse. Si non pręstiterit, verēdū ne Caio tutelæ iudicio vtili obstringatur. f Hoc dicit respectu pupilli *vt.j.eod.* g *v. Anton. Mercatorem 1. not. 12.* h Hoc dicitur respectu puberis. *j.eod.* i Sine decreto iudicis, curatoris tamen cōsensu, adultus hereditatē adire potest. *hac lege* vide Simoncellum tract. de decretis. 2. *Tit. 6. inspectione 5.* k *l.17.s.de nego.* l *l.12.l.vlt.D.de inofficioso.* m Obserua hác sententiam *l. 1. j. quādo ex facto tutoris: l.vlt. inf. ff. si quis cautionibus.* n Necessitas officij excusat. sic aduocato nō nocet necessitate facta accusatio *l. vlt. D. de postulādo. l.14.§.6.ff. de bon. libert.* o *l.4.§.1. D. de re iudicata.* p Argumētum ita ducitur, Finita tutela vel cura transeunt actiones in pupillum & adultū. Potest itaq; pupillus vel adultus à suo tutore vel curatore, post finitam tutelam, cōueniri. q Licèt tutor contentiat vt tutor, non tenetur tamen iure proprio *l.14.§.9.D. de bon. libertor.* r *l.25.s.eod.* s *d.l.25.inf.* t Tutor, vt curator, adultū in lite pupillū defendere tenetur. *l.30.ff.eod.* u Tutor litem susceptam deserere nō potest. x *d.l.30.* y Pœna tutoris vel curatoris pupillos vel adultos suos nō defendentis. z Tutore vel curatore lite cœpta furiosis factis, alius substituitur, qui lites

quas tutor vel curator ex necessitate [n] officij subierit, in quondam pupillum vel adultum transferri [o]. quare tam optimo exemplo argumentati [p] ||necnon|| & aliis omnibus casibus, in quibus veretur tutor vel curator, ne præiudiciū ei aliquod fiat timorem eius remouemus. Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum vel adultorum gubernare: scituris, quòd lex nostra sua eius iura immutilata reseruat, nihil [q] ex huiusmodi auctoritate vel consensu præiudicij subituris. Dat. 10. Kalen. Septem. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

At. l. 25. 3. h. t. 4. de vsuris.

27. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

COnstitutionem, quam nuper [r] fecimus disponentes, quemadmodum debent solutiones in cōtractibus minorum fieri, siue ex reditib. [s] siue ex pensionibus, siue ex aliis similibus causis, etiam in vsuras extendimus: quæ tamen non summatim neque ex multis annis collectæ iam debentur, biennales metas, & centum solidorum quantitatem minimè excedentes. Dat. 10. Kal. Nou. Constant. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De eo qui in tutela vel curatione est defendendo s. & rerum eius alienatione.

28. Idem A Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus neminem tutorum vel curatorum pupilli, vel adulti, vel furiosi, aliarúmque personarum, quibus tam ex veteribus quàm ex nostris ||legibus vel|| constitutionib. creantur curatores, defensionem [t], quam pro lite [u] susceperint, recusare: sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, & litem præparatā secundum leges instruere: scientes, quòd hoc munus necessarium [x] est tam tutelæ, quàm curationi. Et si hoc recusauerint, vel subire distulerint: non solùm vtpote suspecti [y] amoueantur, amissa eorum existimatione: Sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod antelatæ personæ ex recusatione defensionis sustinent, resarcire cogantur. 1 ¶ Sed & si quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis instructione consuetam cautelam exposuerit, vel post litē contestatam, quam per se, non per procuratorem susceperit, vel demens [z] vel furiosus factus fuerit: sancimus continuò [a] curatorem ei in competenti iudicio [b] ordinari, cura & prouisione tam iudicis sub quo lis vertitur, quàm cognatorū & propinquorum, & actoris, si voluerit: vt non ab eo instituta lis diutiùs protrahatur: necessitatem habente creato curatore defensionem subire, & cætera litis adimplere. 2 ¶ Personis [c] etiā, quę periculo proprio vel suæ substātiæ tutores vel curatores petierūt (siue matres [d] ||fortè|| fuerint, siue quidā alij cōpellendis eos, quos ordinauerint [e] tutores vel curatores, pręparare talē subire defensionē. vel, si illi noluerint hoc facere, & propter huiusmodi defensionis recusationem à tutela vel curatione remoueantur: necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores vel curatores ordinare in ipsis gestis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talē subire defensionem. Ne autē tales personæ sine prouisione debita relinquātur, vel contra eos agentiū iura diutiùs protelentur: sancimus, continuò, id est, post recusationem defensionis, in casibus videlicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum vel curatorū celebrari: cognatis [f], aliisq; propinquis & adfinibus, vel creditoribus [g] vel aliis quorū [h] interest, adeuntibus, vel admonentib. eos, qui secundùm leges ius habēt tutores vel curatores cōstituere. 3 ¶ Defensionē autem, & nomen eius in hoc casu apertiùs declarantes, ne fortè putauerint tutores vel curatores grauamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quæ non [i] satisdatione pro euentu litis constituitur, sed vt tantummodò litem secundùm legum ordinē pro pupillo vel adulto aliisq; personis instruāt, licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine [k] decreto res, quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis

exequatur. a Lite etiam cœpta, curator ad litem indigentibus datur.
b curator ad lites ab ipso causæ litisque iudice datur. *facit c. vlt. de iudiciis in 6.*
c Ad curam eorum, qui tenētur pupillis petere tutores, pertinet, vt à tutoribus pupilli nisi defendantur: & si fuerint remoti, alij constituantur. *adde l. tutores vel curatores s.eo.* d Matris officio atque muneri incumbit, non tantū tutores petere, sed etiam exequi, vt per eos pupilli rectè defendantur *adde Nouel. 115. ca. 1.*
e Cautio, qua de hîc agitur, non præstatur à matribus, testamentariis & legitimis tutoribus gerentibus, sed datiuis, hoc est, non coguntur matres in id incumbere, aut in id curam suam intendere, vt liberorum tutores omnes tutelam gerant, sed vt ij quos liberis suis tutores petierint, gerant: vt negligentia petiti à matre tutoris, ad ipsam matrem pertineat, at non testamentarii aut legitimi tutoris f *l.10.j.qui petant tutor.* g *l.4.j.qui petant tutor.*
h *v.l.7.j.qui petant tutor.*
i Tutor defensionem pupilli promittens, non cogitur satisdare iudicatum solui, aut de rato: sed tantum iudicio sisti *l.1.§.2. D.eo.* eóque nomine immobilia pupilli sine decreto obligare. k obserua casum in quo per tutorem & curatorem possunt immobilia pupilli & adulti citra decretum obligari.

subsigna-

subsignare. 4 ¶ Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum & adultorum, aliarúmque personarum penitus amputantes, sancimus [a], omnes tutores vel curatores non [b] aliàs creari, nisi priùs cum aliis solennibus verbis, quæ pro gubernatione rerum tam in gestis quàm in cautionibus ab his conscribuntur, & hoc specialiter expresserint, quòd omnimodo sine vlla dilatione defensioné pro pupillis & adultis aliísque suprà memoratis personis subire eos necesse est. 5 ¶ Hísque adiicimus, nullam, ||neque|| in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [c] fructus, siue qui ex reditibus prædiorum colliguntur, siue qui ex substantia personarum, quarum gubernationem habent, inuenti fuerint, (id est, vinum, oleum, & frumentũ, vel cuiuscumque speciei sunt) sine decreto distrahere iusto [d] pretio quod in his [e] locis in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere: & quæ ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum aliarúmque personarum substantia administrentur. Dat. 12. Kal. Nouembr. Constant. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 53.

DD PERICVLO [f] TVTORVM & curatorum.

Tit. XXXVIII.

De tutore notitiæ causa dato.

1. Imp. *Alexander* A. Quarto.

ET qui notitiæ [g] causa liberti tutores dãtur: quãuis soli administrandorum negotiorum pupillorum siue adultorum facultatem interdum nõ accipiant, propter tenuitatem sui patrimonij, periculo tamen omnes sunt obligati: siue ea quæ scire debent, ex vtilitate eorum tutores siue curatores dissimulauerint, siue fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis participauerint, aut cùm suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessauerint. PP. 9. Kal. Februar. Alexand. A. II. & Marcello. Conss. 227.

De his qui in diuersis prouinciis administrant.

2. Idem A. Saturo.

AD eos, qui in alia [h] prouincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia prouincia res pupilli gerunt, non porrigitur. PP. Non. Iul. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De his quæ seruatis non debent.

3. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* Cæs. Gratiano.

SI res pupillares, quas ||in|| horreo conditas habere, aut etiam venundare debuisti [i] in hospitio [k] tuo (vt adseueras) vi ignis absumptæ sunt: culpam seu segnitiem tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispendium, minùs probabili ratione deposcis. PP. 3. Kalen. April. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De casibus fortuitis.

4. Iidem A. & C. Floro.

TVtoribus vel curatoribus fortuitos [l] casus, aduersus quos caueri non potuit, imputari non [m] oportere, sæpe rescriptum est. PP. 12. Kalen. Sept. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De eo qui se tutorem esse ignorauit.

5. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* August. Seuero.

SI tutor petitus, vel testamento datus, tutorem te constitutum esse, non ex remissioris [n] negligentiæ vitio, sed iustæ [o] ignorationis [p] ratione non didicisti, idque liquidis [q] probationibus ostenderis [r]: periculo eius temporis [s], quod ignorante te transmissum est, nõ teneberis. PP. 3. Id. Septé. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

De tempore post tutelam finitam.

6. Iidem AA. & CC. Epicteto.

TEmporis, quod [t] insequitur post tutelæ trãslationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendæ rei non pertinere periculum, rationis est. S. 5. Kal. Decemb. Cæs. Conss.

a Quænam cautio exigatur à tutoribus creandis. b Tutelæ hac nominatim cautione deferri solent, nempe, tutorem promittere defensionem pupilli sui vltro & sponte suscipere. *vt hic.* Quid? hæc cautio éstne nominatim instrumento tutelari adiicienda? Baldus ita putat. c Tutores vel curatores possunt fructus pupillares licèt seruando possint seruari, sed & iumenta & animalia superflua sine decreto distrahere, pretiis tamen forensib. i. vsitatis eo loco in quo distrahũtur. *vt hic.* seu iustis: neque cogitur annonę caritatem aucupari aut expectare, vt eos fructus carius vendat, sed nec tenetur in longinqua & diffita loca eos mittere vt eosdẽ pretio maiore distrahat: cùm sufficiat, vt, quo loco fuerit, eos possit vendere.

d *adde l. 2. §. de rescin.*

e id est, forensi precio *l. 63. ff. ad l. Falci.*

f *27. D. 7. Nouel. 118. c. 5. inf.*

g Tutor notitiæ causa datus, licèt non administret, tenetur tamen, si contutores nõ instruxit, aut suspectos postulauit. Notitiæ causa dãtur plerũque liberi, qui actores fuere, vt instruant tutores & curatores de fortunis pupilli *l. 32. §. 1. D. de testa. tut. l. 14. § 1. §. 6. D. de so utio.*

h Tutor vnius prouinciæ, non tenetur de facto tutoris alterius prouincię *Bald.* Si administratio est diuisa à testatore vel à iudice, periculũ vnius non spectat ad aliũ. *Salycet: l. 2. §. de diuid. tut. l. 4. l. 47. in fi. l. 51. ff. de administ. tut.*

i Tutor qui seruauit non seruãda, tenetur de casu (Ponè tutorem distulisse vinum vẽdere, quod post acuit: quódq; ante potuit commodè vẽdere) hoc est rei prætium præstat, aliàs nõ tenetur *l. 4. §. eo.*

k ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ in sua domo. ita Græci legũt, hac sentẽtia, si tutor eas res, quas in horreo cõditas aut venumdatas esse oportuit, in domo sua seruauerit, eásq; contigerit igni absumi: velut ex culpa segnitiáq; sua conuenitur. *Synopsis Basilic. 37. tit. 7. ca. 79.* Tutor cogitur res pupilli tuto loco deponere *l. 9. §. de pignorat. l. 27. ff. de administ. tuto l. 34. ff. de dãna.*

l Tutor de casu fortuito non tenetur *l. 32. §. 1. l. 50. D. de administ. tut.* m *Excipe l. 3. §. eod.* n Negligentia remissior, est supina, priua denique, hoc est affectata. & peculiaris, quæ non in alios, aut paucissimos saltem incurrit. o Iusta est ignorantia, quę cuiuis communiter accidere solet. Aliàs scientia arguitur ex iis quę communiter fieri solent *v. Roland. à Valle 1. consi. 19. num. 38. ad* 44. p Negligentia non adscribitur ignoranti *l. 8. §. de administ. tut.* q Probationes iuris & de iure, liquidæ sunt: vt hinc colligas, Probare eum liquidò, qui negotium aut litẽ suam confirmat præsumptionibus aut probationibus iuris. *adde Iacob Aretinum in l. licet ff. de legat.* 1. Probationis liquidissimę exemplum interpretes ponunt, in testimoniis & scripturis, quibus stari lex iubeat. Id enim genus probationis iuris esse, & de iure: certũ ac liquidissimum, si modo vox *stari* in probationũ quæstione posita fuerit, non in quęstione dispositiua: hoc enim casu, aduersus id genus probationis, probationem in contrarium admitti: famam denique reprobari, reprobatam, nullius effectus esse: cùm fama reprobata, non sit fama. r Onus probandi hîc iniungitur tutori, quod tamen pupillo iniungitur in lege *6. D. de administ. tut.* s Periculum temporis ignoti non præstatur. t Tutela finita, finitur periculum administrationis *l. 11. §. arbit. tutela.* u *26. D. 9.* x Si tutor minoris condemnatur, minor cõuenitur iudicati actione *l. 2. ff. de administ. tut.* non ipse tutor. sententia fertur quidẽ in tutorẽ: at nõ in eum fit executio. in eũ, inquã, hoc est, eius bona. y Finito officio, tutor vel curator nõ conuenitur ex administratione. z Ex tutoris stipulatione in rem pupillarẽ, pupillo quęritur vtilis actio. Agũt minores actiones ex stipulatu de pecunia sua à tutore vel curatore credita, siue cõstante officio, siue post, ex consequentia officij ac muneris, stipulati sint ipsi tutores vel curatores.

QVANDO [u] EX FACTO TVTOris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

Tit. XXXIX.

1. Imp. *Antoninus* A. Septimio

IVLIANA, cuius ||tibi|| curatores condemnati sunt, si vicesimumquintum annum ætatis egressa est: actio [x] iudicati vtilis aduersus ipsam bonáq; eius ||tibi|| exercẽda est. Nam tutores curatorésq; finito [y] officio non esse conueniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium, sæpe decretũ est. PP. 8. Kal. Iul. Romę, Antonino A. IIII. & Balbino Cons. 214

2. Imp. *Alexander* A. Soraicho.

ET si tutores tui cùm pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulati [z] sunt: vtilis actio tibi dabitur.

3. Imp. *Gordianus* A. Prudentiano.

SI in rem minoris pecunia profecta sit, quæ curatori vel tutori eius nomine minoris mutuo [a] data est: meritò personalis in eundem minorem actio danda est. PP. Non. Septemb. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

4. Impp. *Dioclet.* & *Maximianus* AA. & CC. Maximianæ.

SI hi qui te in pupillari ætate constituta tutores fuerint, postea [b] in administratione perseuerantes, vel curatores constituti, tua prædia locauerunt [c]: eos cõpetenter conueni. sed ||&|| ex eorum contractu vtilis tibi quæri potuit contra successores conductoris actio. S. 3. Non. Mar. AA. Conss.

5. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

PEr [d] tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis [e] quæri non potest. Dat. Id. Decemb. Cæsaribus Conss.

SI [f] EX PLVRIBVS [g] TVTORIBVS vel curatoribus omnes vel vnus agere pro minore vel conueniri possint.

Tit. XL.

1. Imp. *Antoninus* A. Cassio militi.

AB vno [h] ex tutoribus vel curatoribus causam posse minorum defendi, cùm [i] alij tutores vel curatores eam defendere noluerint, ignorare non debes. PP. Nonis Nouembris, Messala & Sabino Conss. 215.

2. Imp. *Constantinus* A. & Licinius C. ad Symmachum.

SI [k] diuisum administrationis periculum per prouincias sit: his [l] tantùm omnibus insinuari [m] conuenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelæ vel curæ officium sustinent: ne de aliis [n] prouinciis defensores minorum ad iudicia perducantur. Dat. Prid. Non. Febr. Constantino A. V. & Licinio Cæs. Conss. 319.

a Ex mutuo à tutore accepto & in rem pupilli verso, datur in pupillũ vtilis actio *l. 2. §. de cura. furiosi. l. 4. §. eod. adde l. ciuitas D. si certũ l. vlt. D. de exercit. l. si pupilli. §. 1. D. de negotiis.*

b Si finito officio tutor perseuerat in administratione, ipse obligatur.

c Agunt minores actione locati, ex locatione prediorum suorum à tutore facta.

d Regulariter pupillo per tutorem nõ quæritur actio *l. 11. §. 6. D. de pignoratitia.*

e Ex quib. quęritur vtilis actio *l. 2. l. 4. §. eod. l. 2. D. de administ. tutor.*

f i. *An.*

g Frustra hoc nõ dicitur. Nam simul plures tutores dari possunt *l. 23. ff. de tutoribus dat. l. 3. l. 24. in f. D. de administ. tut.* Huc referri põt pars extrema epigraphes tituli de administratione tutorũ D. & lex *3. in fi. & 4. d. tit.*

h Tutores enim insolidum sunt tutores.

i Indiuisa tutela (aliud si diuisa *l. 4. ff. de admini. tutor.*) Grata est causæ pupillaris defensio, quam cessantibus aliis vnus executus est *d. l. 3. l. 24. in f.* vt vnius tutoris authoritas pro omnib. sufficiat, dixi *ad l. 5. §. de auth. præstand.*

k pars posterior *l. 1. C. Theodos. de denunciatione vel editione rescripti.*

l Si ita est, facto tutoris ius creditorum mutabitur. quod negat *l. 36. l. 47. in fi. D. de administ. tut.* Solue, Lex præsens agit de denunciatione apud veteres recepta, nunc explosa, vt modò dicam. & ita soluit Cuiacius 17. *obs.* 8. m id est, denunciati. olim qui actionem in personam impetrabat, eam confestim non poterat exercere: sed denunciationem litis solemnem præcedere, & eam quidem fieri oportebat apud acta, vel editione rescripti, cùm ex rescripto aliquis causam erat introducturus. & à denunciatione vel editione rescripti, vtrique parti erant constituta tempora certa ad litem exequendam & contestandam. exceptæ erant causæ ecclesiasticæ, & modicæ, id est, quæ non excedebant centum aureos, & momentariæ possessionis, tutelæ, negotiorum, de chirographis, de querela inofficiosi *l. 3. l. 5. 6. 7. Cod.* Theodos. *dicto titul. leg. 1. Cod. Theodos. vtrubi: l. Quicunque, Cod. Theodos. de iis quæ administratoribus, vel publicum negotium gerentibus distracta sunt.* Intra tempora superiùs constituta, qui non egisset, submouebatur præscriptione temporis. post hunc tamen lapsum dabatur, & per indulgentiam principis dabatur redintegratio denunciationis intra menses quatuor. Post hunc secundum lapsum non erat locus testationi *l. 3. Cod. Theodos. de temp. & repar. denunc.* Symmach *epistol. ad Theodos.* Hodie omnes causæ agendæ sunt statim, remotis denunciationum ambagibus *§. 15. Instit. de actionib. l. vlt. §. de interdictu v. Cuiac. 16. obser. 7.*

n *l. 4. l. 47. §. 2. l. 51. D. de administ. tutor.*

a *adde l.vlt.§.qui petant tutores: l. 49. D. locati: l.9.D.de confirmando tutore: l. 9.§. 3. D.de publicanis: l.1.§.9.D.de falsis.* b Huius prohibitionis duæ fuerunt rationes. vna, ne pupillus oneraretur ex causa fiscali *d. §. 3.* altera, ne pupilli prælati, fisci tacitæ hypothecæ amitterentur. c Pœna minuitur confitenti vltrò, necdum conuicto. De quo vide plura apud Tiraquellum *tract.de pœnis causa.30.* d & veniam petiisti *facit lex 15.§.1.D.de falsis.*

NE[a] TVTOR VEL CVRATOR vectigalia conducat.

Tit. XLI.

Tutor vel curator prohibetur vectigalia conducere, tutela non finita vel ratione non reddita, sub pœna falsi. Salyc.

1. Imp. *Antoninus* A. Sexto.

COMPETENS iudex non ignorat [b] non esse admittendos ad vectigalia conducenda ||eos,|| qui pupillorum vel adolescentium tutelam seu curam administrant, vel qui eius administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamuis contra interdictum ad vectigal conducendum accesseris: tamen quoniam vltrò [c] me adiisti [d], si tam vectigali, quam pupillis satisfeceris, falsi [e] crimine carebis. Cùm autem fisco te iam obstrictum, postea tutorem esse factum dicas: periculo te excusare poteris. PP. VIII. Kalen. Aug. Romæ, Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

DE TVTORE[f] VEL CVRATORE[g], qui satis [h] non dedit.

Tit. XLII.

Tutor vel curator qui non satisdedit dum debet, administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur. Salyc.

1. Impp. *Valerianus & Gallienus*, Augusti Titio & Flauio.

SI nondum vobis ætas legitima completa est: satisdationē ab his quos minùs idoneos curatores vobis ab aduersario cum magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate. Prohibentur [i] enim ab administratione, nisi securitati vestræ satisdatione prospexerint. PP. Non. Iul. Æmiliano & Basso Cons. 260.

2. Iidem Augusti & *Valerian.* C. Euploio.

EVm tutorem, qui superest, si secundum præsidis præceptum & iuris formam satis nō dat: remoueri [k] à tutela, si inopia [l] hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiam cum nota, aditus rector prouinciæ iubebit: & in [m] locum defunctorum alios idoneos substitui præcipiet: præsertim cùm patrimonium pupilli noua hereditate auctum [n] esse proponas. Tutores autem dati [o] ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelæ deposcent. PP. Idib. Maij, Seculare & Donato Conss. 261.

Gesta à tutore qui non satisdedit, sunt ipso iure nulla in præiudicium minoris.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Stratonicæ.

IN dubium non venit, tutores qui testamento [p] dati non sunt, administrandi potestatem, nisi satisdatione emissa saluam [q] tutelam fore, non habere. Si igitur tutor qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus est: aduersus eum lata sententia iuri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo gesta sunt, vllam firmitatē obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxiliū desideras, quando ea quæ ab eo gesta sunt, ipso iure [r] irrita [s] sunt. PP. XVIII. Kal. Ian. Nicomediæ, Dioclet. III. & Maxim. AA. Conss. 287.

4. Iidem AA. & CC. Tertullo.

NOn omnium tutorum par similisque causa est. Quapropter cùm exemplo [t] testamentarij [u] confirmatum à præside [x], vel datum [y] ex inquisitione, non onerari satisdatione rem pupillorum saluam fore, manifestum sit: pluribus [z] tamen datis ex inquisitione tutoribus, illū qui satis secundum formam edicti rem pupilli saluam fore dedit, in administratione præferri iamdudum obtinuit. S. Idib. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss.

5. Imp. *Constan. & Maxmian.* AA. Seuero & Maximo CC.

TVtor qui satisdationem cùm satisdare debuit, minimè interposuit: nihil [a] omnino ex bonis pupilli alienare

e Falsi tenetur tutor & curator qui vectigalia publica conducit: cùm duobus in solidū bona sua obligare videatur: quod in tutore & curatore speciale est: Nā in alio crimē esset stellionatus. *l.1.& vlt.§.de crimine stellionatus.*
f Legitimo, vel dato sine inquisitione. quippe satisdatio nō exigitur à testamētariis tutoribus, aut confirmatis à prætore: ab aliis exigitur *l.5.§. eod.§.5.Instit. de Attiliano: l.30. Co. de episc. aud.*
g *1.Instit.24.*
h rē pupilli saluam fore.
i *vide l.5.§. eod.*
k atqui nondū administrationē habet? An dicemus remoueri, non ab actu administrationis, sed omnimodo? An potius remoueri, ab administratione futura?
l Inopiæ succurritur *§. vlt. Insti. de suspectis, l. 8. ff. de suspect.* Inopiæ enim causa non satisdans, eóque nomine remotus tutor, nō fit infamis: qui ex superiorib. caussis infamis fieret, si diuesesset.
m In locum defuncti tutoris alius substituendus.
n *l.3.l.vlt.§. in quib. casibus tut. hab.*
o Substitutus tutor ab heredib. defuncti tutoris rationē exigere debet *l.39.§.16. D. de administ. tut.*
p Testamentarij tutores non satisdant: *l.17.ff. de testament. Inst. de satisdat.*
q Saluam tutelam fore promittit, qui saluam rem pupilli fore promittit. hæc enim duo paria *adde l.2.ff. de præt. stip.*
r Quidquid tutor vel curator gerit non præstita satisdatione, ipso iure nullum est.
s Defectu administrationis & exercitij.
t Simile nullū idem est *adde l. quod Nerua D. deposit.*
u Exemplo testamentarij, confirmatus tutor non satisdat. x Confirmatur à iudice, tutor à patre datus emancipato. confirmatur sine satisdatione, quia approbatio patris pro satisdatione est. y Datus ex inquisitione, non satisdat *l.5.D. de confir. tut. l.vlt.§.7.D.de admini.rer.* z *l.17.l.18.19.D.de testam. tuto. l.7.D. rer.pupil. l.53.§.3. in fi.D.de furtis: §.1. Instit de satisdat.* a *l.3.§.eod.l.7.§.2. D. de curator. furiosi.* b Tutor simpliciter electus, id est, etiamsi nondum satisdedit, aut inuentarium fecit, si modo sciuit se tutorem datum esse, bonorum possessionem pupilli nomine potest agnoscere. *vt hic.* An & transmittere pupillis ius deliberandi? ita putat Bartolus. *arg. l. cum antiquiorib.§. de iure deliberandi: l. sequitur. §. si pupilli ff.de vsucap.* Est præterea ius deliberandi res quæ tempore perire potest: cum anno tantum duret. *d.l.cum antiquioribus.* sed nec id damnosum pupillo esse potest. vt id facere posse videatur tutor, etiamsi nondum satisdederit rem pupilli saluam fore, aut inuentarium fecerit *facit.l.tutor qui repertorium.D.de administrat.tut. v.Bartolum in l. qui duos D. de rebus dubiis.*

potest. Posteaquam autem ad tutelæ administrationem electus [b] est: & bonorum [c] possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse, & cætera ||eius|| quæ tempore [d] arctarentur, persequi debuisse, apertè claret. Dat. XI. Kal. Ian. Constantio & Maximiano AA. Conss. 305.

DE SVSPECTIS[e] ||TVTORIBVS vel curatoribus.||

Tit. XLIII.

De liberto tutore.

1. Imp. *Antoninus* Augustus Domitiæ.

LIBERTVM tuum, & tutorem filij tui, si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectum facere potes, modò si officium eius pubertate pupilli finitum [f] non est. Nam si eo iure tutor esse desiit, ||is|| iudicio tutelę cōueniendus est. PP. Idib. August. Romæ. Duobus & Aspris Cons. 213.

De curatoribus cessantibus gerere.

2. Idem Augustus Longino.

CVratores [g] quidem suo periculo, quanto tardiùs [h] ad eos tutela transfertur, cessant. Quòd [i] si in fraudem id ||esse|| factum existimas, suspectos eos postula. qui si summoueri meruerint, in locum eorum alios accipies. PP. Id. Ianuar. Læto II. & Cæreale Conss. 216.

De tutoribus nolentibus gerere.

3. Imp. *Alexander* Augustus Fortunatæ.

PRæses prouinciæ tutores [k] filiorum tuorum, strictioribus remediis [l] adhibitis omnimodo administrationis officium cōpellet agnoscere. Quòd [m] si in eadem contumacia [n] perseuerauerint [o]: suspectos [p] postulare, vt alij in locum eorum petantur, non prohiberis. PP. Id. Ian. Alexand. A. III. & Dionę Conss. 230.

De testamentario tutore.

4. Idem A. Thalidæ.

ETiam testamento [q] patris tutorem datum suspectum postulare potes, si fraudem tutoris argueris. PP. 8. Kal. Ian. Maximo II. & Paterno Conss. 234.

Quid spectatur in accusatione suspecti.

5. Idem A. Asclepiadi.

IN postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non [r] vires patrimoniorū principaliter, sed an nihil|| segniter, nihil||fraudulenter [s] geratur, perpendi oportet. PP. 6. Kal. Ianuar. Maximo II. & Paterno Conss. 234.

De remouendo suspecto & adiungendo curatore pauperi.

6. Imp. *Gordian.* A. Felici.

PIetatis [t] fungeris munere, qui fratris tui filios (vt necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores vel curatores eorum non rectè administrant: suspectis eis postulatis atque ostensis, vt alij in [u] locum eorum constituantur, facilè impetrabis. Quòd si nihil in fraudem egerunt, verùm ita egeni [x] sunt, vt in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur: an eis adiungēdus sit curator qui idoneus facultatibus sit, rector prouinciæ æstimabit. ¶ Remouendi [y] autē licentia non [z] solùm parētibus vtriusque sexus, sed etiam cognatis, & extraneis, & affinibus, & ipsi cuius res administrantur, si non impubes [a] sit, arbitrio cognatorum bonæ opinionis constitutorum conceditur. PP. 5. Idus Nouembr. Pio & Pōtiano Conss. 239.

De administratione.

7. Idem A. Gorgoniæ.

EVm, quem vt suspectum tutorem vel curatorem accusas, pendente [b] causa cognitionis abstinere ab administratione rerum ||tuarū,|| donec causa finiatur, præses prouinciæ iubebit. Alius tamen interea [c] in locum eius in administratione rerum ordinandus est. PP. 7. Kal. Mart. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

c Tutor, etiam non præstita satisdatione, bonorum possessionē nomine pupilli adgnoscere debet.
d Tutor, antequam satisdet, non exercet, aut administrat res pupillares nisi res tempore perituras *l. 7. in f. prin. D. de administr. tutor.*
e *dixi 26. D. 10.*
f huic actioni locus est manēte, non finita tutela, *l.7.§. eodē. l. 11. D. eo.* aliter quàm tutelæ actioni, cui locus est finita nō manente tutela *l.3. §.6. in f. D. eo.*
g curatore negligente.
h Periculū curę neglectę spectat ad curatores.
i *l.3.§. eodem.*
k de tutore negligente.
l pignoribus captis *Inst. de satisdat. tutor. l.9. D. de munerib.*
m *l.2.§. eod.*
n Cōtumaciter nolens administrare, remouetur vt suspectus. & vt loquitur Baldus, banniri & in carcerem cōiici is potest, qui officium ac munus necessarium sibi impositū, nō acceptat.
o Ex contumacia tantùm inchoata tutor nō remouetur, sed ex cōtinuata & cōtumaci plane.
p *vide l. 4. in fi. l.7. in fin. D. eod.*
q Etiam testamentarius tutor suspectus postulari potest *l.1.§. 5.ff.eo.§.2. Instit. eodem.*
r Non inopia, sed fraus segnē tutorem suspectum facit *l.8.ff. eo.§. vlt. in f. Instit. eod.*
s Suspectus potest postulari, qui res pupilli fraudulēter adadministrat.
t Pietas in fratris filios exercenda.
u In locū suspecti tutoris alius constituendus.
x Paupertas nō est idonea causa, vt quis remoueatur à tutela. Iusta tamē causa est vt inopi alius adiungatur. *facit l.5. §. eod. l. 1. ibi, propter tenuitatem §. de periculo tutorum.* y Suspectos tutores remouere possunt & ascendentes & cognati, & extranei, & ipsi quorum res administrantur, si non impuberes sint. *Synopsis. Basil. 37. tit.10.ca.19.* z Suspecti actio quasi publica *v.l.1.§.6.D.eod.§.3. Instit.eod.*
a Impuberibus non permittitur tutores suos suspectos facere *l. 7.D.eod.l.4.C.eo.*
b Tutor pendente causa suspecti, res pupilli iure administrare non potest. Itaque alius eius loco substituendus est. *§. 4. Institut. eodem. leg. 14. §. 1. in fin. D. de solutionibus.*
c *l.4.§. in quibus casibus tut. hab.*

De admi-

a Tutor collegam durante ipsa tutela conuenire potest:& ab eodem administrationis rationem exigere.*l.2.§.de admin.tut.l.12.l.32 in fin.D.de admin.tut.*
b Suspectus tutor accusatus, si ob dolum remotus sit, infamia notatur: sin ob negligentiam non fit infamis. *Synopsis d.tit.10.c.22.*
c *§.6.Instit.eo.l.7.§.1.D.eo.* d Quid si ex dolo, iudicis tantùm inquisitione, ac nemine eum accusante remotus est? non fit infamis:hoc est Condemnatus per inquisitionem,non est infamis, etiamsi ex dolo condemnatus sit. *l.vn. in fin.§. tutor vel curator non gesserit. l.3. §.præterea.D.eo.*
e *l.19.D.de author.tutor.§.vlt. Instit.de author. tutor. Vlpian.*11.§.24.
† Hodie curator datur, non tutor prætorius vt olim *d.§.3. d.* §.24.
f Altero tutore auctore, cum altero agi potest. Est igitur eo casu superuacuum posci curatorem litis causa.*l.3.§.2.D. de tutelis.v.l.24. D.de test.tutel.*
g Tutoris ea cura esse debet, vt ne pupillus incidat in pœnã contractus.
h Res ita habet, Tuus frater fundum communem vendidit, & de duplo emptori repromisit. Fratre mortuo,tibi tutori liberorum eius, emptor partem fundi venditi euicit. Emptor ad duplum experitur in pupillos quibus defensioné debes, Quid iuris? Præstat te compensatione vti, ne alioquin tui pupilli in pœnã dupli incidant. Sin minus, curator in litem pupillis eligendus est,qui eos in causa euictionis defendat.
i i. venditoris fratris.
k *l.3. de contrario iud. tut. l.1.§.4. D. de contr.tut.*
l *l.5.§.*
m protegendũ. *Vulg.Hal.*
n Curator certę rei litiue datus, alterius rei litísve nomine non tenetur: quippe certa ac definita, fines suos non excedunt.
o Curator in litem non subiicitur periculo administrationis.
p Curator in litem, sumptus repetit.

De administratione.De contutore.

8. Imp.*Philippus* A.*&* *Philippus* Cæs.Proculo.

SI[a] non suspectum contutorem tuum postulare, ac remouere ab administratione bonorum pupilli curaueris:admitti nequaquam potest ratio desiderij tui, iam nunc postulantis tutelam tibi nomine eiusdem pupilli restitui. PP.14.Kal.Nou.Peregrino & Æmiliano Conss.245.

De infamia.

9. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Ammiano.

SVspectos[b] tutores ex[c] dolo[d], non etiam eos, qui ob negligẽtiam remoti sunt,infames fieri, manifestum est. S.8.Kal.Maij,CC.Conss.

DE IN[e] LITEM DANDO TVtore vel † curatore.

TIT. XLIIII.

Tutor potest agere contra pupillum alio contutore auctore. Salyc.

1. Imp.*Antoninus* A.Miltiadi.

SI quas petitiones aduersus pupillos tuos habes: dirigere eas potes adsistentibus causamque defendentibus contutoribus[f] tuis: cùm & si alios tutores non haberent,ad hoc genus litis defendendæ curatores accipere deberent. PP.13.Kal.Aug.Antonino A.IIII.& Balbino Conss.214.

2. Imp.*Alexand.* A.Euaresto.

AN tibi partis fundi paterni vindicatio competat: is cuius de ea re notio est, æstimabit. Respicere autem debes officium in quo te esse tutorem dicis: ne[g] ob eiusmodi petitionem euictione[h] secuta, vltra pretij quantitatem auctoris[i] heredem pupillum tuum oneres, qui laudatus per te defendi debeat: cùm aut compensationis[k] rationem habere, aut contrario tutelæ iudicio experiri possis.Sed ne tuum ius(si quod habes)impediatur: ad eam rem defendendam, quæ[l] aduersus te vindicantem agenda erit, curatores pupillo petantur. PP.12.Kal.Maij, Iuliano II. & Crispino Conss.225.

3. Imp.*Gallienus* A.Valerio.

AD protegendam[m] causam tutor siue curator datus, conueniri non[n] potest administrationis[o] periculo, cùm sola suscepti negotij tutela mandata est.Si nihil igitur (vt allegas) præter negotium gessisti, frustra conueniris. PP.Kal.April.Valeriano & Luciano Conss.266.

4. Idem Augustus Irenæo.

AD litem datus tutor,si quid bona fide erogasti[p],à contutoribus[q] more solito exigere potes. PP. Kal.Nou. Paterno & Arcesilao Conss.263.

Vbi tutor testamentarius vel legitimus est cum pupillo litigaturus,debet ei de curatore ad litem facere prouideri. Salyc.

5. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC.Tigrani.

SIue ex testamento,siue||ex||iure legitimo, fratris[r] tui filiorum tutelæ onus ad te perueniat,vereri non debes de his quæstionibus, quas aduersus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis: cùm si[s] qua emerserit lis procuratore dato,& illis curatore ad litem constituto, & solennitati[t] iuris (vbi tutor exigitur)& indemnitati vtriusque prospici possit. Script.4.Kal.Maij,CC.Conss.

DE EO QVI PRO[u] TVTORE negotia gessit.

TIT. XLV.

1. Impp.*Valerianus & Gallienus* Augusti Marcello.

ETIAM mulieres[x] si res pupillares pro tutore administrauerint, ad præstandam rationem tenentur. PP.Æmiliano & Basso Conss. 260.

q *l.3.§.de contrar.iud.l.30.D.de negot.tut.* r *l.2.§.eo.* s *d.l.2.l.3.§.2.D.de tutelis.§.3.Inst.de auct.* t Ex solennitate iuris,dandus est tutor ad litem iure ordinario.*l.9.D.de auctor.præstand.l.17.in fin.D.de appell.*Ius enim legitimum non vult tutorem,nec curatorem.*Vlp.*11.§.24.*v.Cuiac.7.obs.*17.
u 27.*D.*5. x *Nou.*155.*c.1.*quidam hanc vocem referunt,ad mulieres tutelæ gerendæ capaces: vt ea ratione negent,non capaces tutelæ, si gesserint, teneri pro tutelæ.*l.cum à matribus.§.qui petant tutores.*verius est tamen omné qui res alienas, aut aliena gerat negotia ,rationibus reddendis obnoxium.
y putà à matre.*l.47.§.3.D.de admin.tut.*
z Exceptio tutoris illegitimi,potest opponi in quacunque parte iudicij,sicut exceptio falsi procuratoris.*adde l.Paulus.D.de verb.signif.* a *Paul.2.sent.*11.*§.2.l.6.§.1.D.ad Velleian.l.8.§.1.D.ad Velleian.* b Si mater suo periculo tutores filiis suis dari postulat fideiubens,eius intercessio infirmatur Senatusconsulto Velleiano. *l.6.§.1.D.ad Velleia.*nisi specialiter decreto comprehensum sit,Periculo matris,quæ tutorem petit,tutorem dari.*l.vlt.§.e.* Aliud futurum est,si vt reipsa tutelam filiorũ administraret, tutoribus filiorum repromisit. Sui enim non alterius causa repromisit.*d.l.6.in pr.*
c Maximo III. *Haloander*,& rectè.
d Caij tutor permisit Caij matri & auo materno rerum pupillarium administrationem exacta ab eis cautione indemnitatis. Quid dicendum? Est in arbitrio pupilli agere aduersus tutorem. ergo & aduersus matrem? sanè: non tamen ex stipulatu tutoris.*l.9.§.arbit.tutelæ*: sed negotiorum gestorũ actione.*l.24.suprà de vsuris:* & ita intelligẽdus est Paulus *2.senten.*11.§.2.
e *dixi ad l.1.§. eod.*
f Quemadmodum iudex tutorem confirmare solet, quẽ mater liberis heredibus instituis dederit. *l.4.§.de testa.tut.* ita reprobare solet quẽ mater reprobauit. *vt hic.*cui conuenit *lex* 21.§.2. *D. de tutorib.dat.*
g Tutor liberis contra matris vltimam voluntatem dari non debet.
h Quid si viuẽs ac superstes mater tutorem aliquem liberis petierit? Eum qui ita petitus fuerit à matre, cæteris omnibus præferri putat Baldus: magnã enim præsumptioné pro matre:cui superstiti ac sanæ merito id permittendum videtur, quod in extremis positæ aut testamento suo facere conceditur,vt nullum sit discrimẽ, an mater tutoré liberis testamento petierit, an verò superstes, vel alio actu quàm testamentario.
i Fraudis in tutela conuictus, notatur. *l.1.D. de his qui notant. l.2.§. de tut. vel curat. qui non satisd.l.vlt.§.de suspect.*
k subaudi, vt ne teneatur fraudis admissæ: nã tametsi remoueatur citra infamiam, fraudis tamen admissæ teneri meritò debet. Remouetur,at non liberatur.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC.Marco.

NOn vtiliter[y] nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licèt ex eorum persona iniunctas impleat intentiones, exceptione[z] (si tutor non est) summouetur. Dat.Non.Decemb.CC.Conss.

SI MATER[a] INDEMNITAtem promisit.

TIT. XLVI.

1. Imp.*Alexand.* A Brutiæ.

SVo potius periculo magistratus tutores, quos petisti, dederunt: quàm tu contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione[b] obstricta es, quòd tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. PP.3. Idus Martij, Maximo III.[c] & Vrbano Conss. 225.

2. Impp.*Philippus* A.*&* *Philippus* C.Asclepiadi & Menandro.

QVædam pupillorum vestrorum à matre, itémque auo materno administrata, eorúmque nomine indemnitatem vobis promissam adseueratis.Quæ si ita sunt, & iidem pupilli legitimæ ætatis effecti, non aduersus matrem suam, neque auum, sed contra vos congredi malunt[d]: non immeritò indemnitatem ab his præstari desiderabitis, quos & administrationem suo periculo pridem suscepisse proponitis. PP.4. Idus Iulij, Præsente & Albino Conss.247.

3. Impp.*Dioclet.& Maximian.*Augusti, Catano.

OB tutorem non idoneum à matre petitum, frustra vobis eam teneri contenditis,cùm non nisi[e] specialiter eius periculo dari decreto fuerit comprehensum, ex ea obligatione obstricta sit.S.Kal.Decemb.AA.Conss.

SI CONTRA[f] MATRIS VOLVNtatem tutor datus sit.

TIT. XLVII.

Contra matris voluntatem tutor filio dari non potest. Bald.

1. Impp.*Seuerus & Antoninus*,Augusti,Tertio.

SI[g] contra matris vltimam[h] voluntatem Fuscinium filio communi tutorem datum probaueris: eum sine damno existimationis à tutela remouendum prætor decernet.quę rescriptio,si[i] in fraude conuictus fuerit,non suffragabitur[k]. PP. 13.Kal.Mart.Laterano & Rufino Conss.198.

VT[l] CAVSÆ POST[m] PVBERtatem adsit tutor.

TIT. XLVIII.

1. Imp.*Philippus* A.Dextro.

TVTORES qui[n] necdum administrationem ad curatores transtulerunt, defensioni causarum pupillarium adsistere oportere,sępe rescriptum est.Et ideò si (vt proponis) instrumenta[o] quibus asseri possunt causæ prouocationis, etiamnum hi quorum meministi,apud se detinent:aditus præses prouinciæ periculi sui eos admoneri præcipiet.PP.12.Kal.Nouem. Philippo A.& Titiano Conss.246.

VBI[p] PVPILLI[q] EDVCARI[r] debeant.

TIT. XLIX.

Pupilli educari debent apud matrem,nisi ad secunda vota transierit. Bald.

l *l.5.§.6.D.de adm.tut.* m Causa dubitandi ea esse potuit,Tutela pubertate finitur,ideóque post pubertatẽ causæ adesse tutor non cogitur. n Causa decidendi ea est,Etiamsi tutela pubertate finitur,periculum tamen administrationis non antefinitur,quàm si rationes redditæ sint à tutore.Nondum rationes reddidisse intelligitur,qui litis instrumenta retinet. o Tutor omnẽ rationem curatori non restituit,qui nondum transtulit instrumenta litis suo consilio cœptæ.*facit d.§.6.* p 27.*D.*2. q i.patre orbati,vt hic titulus differat à titulo, Diuortio facto apud quem liberi morari & educari debeant.Is.n.titulus est de liberis habentibus patrem. r Educatio propriam personam ipsius pupilli spectat:qua

voce victus, vestiarium, habitatio. *l. vlt. D. de aliment.* institutio morum & liberalium artium. *l. 2. j. de alimentis.* est enim ingenij quoque educatio. *Terent.* bene & pudicè doctum, atque eductum ingenium. a *Nou. 22. c. 38.* Nam vt Menander ait, ἐστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς. ἡ μὲν γὰρ αὐτῆ οἶδεν υἱὸν, ὁ δὲ οἴεται. b i. si secundas non contrahat nuptias. *Nou. 22. c. 38.* vt hinc constet, nuptiis secundis matres liberorum apud se educandorum ius amittere. Cui & hoc rectè additur, legatum matri relictum quandiu cum filiis steterit, matrē ipsam nubendo amittere. *l sed si hoc. in fin. D. de cond. & demonst.*

c & tamen vitrico priuigni educatio & tutela permitti potest. *l. vlt. j. de contrar. iud. tut. l. 32 in fin. D. de adop.* sic Caius Octauius apud vitricum educatus *Dion.* De educatione, Bartolo, Baldo & Speculatori & wurmsero non conuenit. *v. wurms. 1. pract. 38. c. 4. Cuiac. 6. obser. 29.* contrà, putat rectè argumentū duci à tutela ad educationem. *l. 1. §. vlt. ibi, exemplo tutoru. ff. vbi pupilli:* at non è contra. Nam iure antiquo matri tutela filij non permittebatur, nisi à principe impetrasset: educatio, permitteb atur. Seneca *de consolatione, ad Maximum.* Pupillus relictus sub tutoris custodia vsque ad 14. annum fuit sub matris custodia.

d quædam dixi *ad l. 18. s. de nuptiis.*

e Arbitrarium est decernere, apud quem filius educetur: quod tamē causa cognita, citatis, vt loquūtur citandis fieri debet.

f Iudex non decernit temerè educatorem eum, qui pupilli successionem sperat. *l. 1. §. 2. in fi. D. e.* licèt eadē ratione ad eum redierit tutela legitima,

g huc referenda est pars postrema epigraphes tituli, vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis.

1. Imp. *Alexand.* A. Dionysodoro.

EDVCATIO pupillorum tuorum nulli magis quàm [a] matri eorum, si [b] non vitricum [c] eis induxerit, committenda est. Quando autem inter eam & cognatos & tutores super hoc orta fuerit dubitatio: aditus præses prouinciæ, inspecta personarum qualitate & coniunctione [d], perpendet [e] vbi puer educari debeat. Sin autem æstimauerit apud quem educari debeat: is necessitatem habebit hoc facere, quod præses iusserit. PP. 7. Id. Feb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

2. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Gratæ.

VTrum nepos tuus ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione, & qui magis ad suspicionem ex spe [f] successionis propior sit, æstimabitur. S. 18. Kal. Nouemb. Nicomediæ, CC. Conss.

DE ALIMENTIS [g] PVPILLO præstandis.

TIT. L.

1. Imp. *Antoninus* A. Faustino.

PVPILLVS, si ei alimenta [h] à tutore suo non præstantur, præsidem prouinciæ adeat: qui, ne in alimentorum præstatione mora fiat, partibus suis fungetur. Idem est & si de statu [i] pupilli seu adulti, & de bonis eius controuersia pendeat. PP. 6. Id. Iul. Romæ, Læto II. & Cereale Conss. 216.

Pupillus præsumitur alimentatus à tutore, & non præsumitur de nihilo vixisse, vel sine sumptibus studuisse. Bald.

2. Imp. *Alexand.* A. Euphido.

QVod plerumque postulatur, vt arbitrio prætoris alimenta pro modo [k] facultatum pupillis vel iuuenibus constituantur: pro officio suo, qui aliena negotia gerunt, ne apud iudicem controuersiam habeant, faciunt. Cæterùm si bonus vir & innocens tutor arbitrio [l] suo aluit pupillos (quod interdum etiam necesse est fieri [m], ne secreta [n] patrimonij & suspectum æs alienum ||pandatur:|| quod melius est interim taceri, quàm cùm de modo bonorum quæritur, vltrò proferri, & apud acta ius dicentis contra vtilitatem pupillorum designari) non dubiè accepto [o] ferre debebunt ea quæ vir bonus arbitratur meritò ad exhibitionem educationis, ministeria, studiáque erogata esse. Nec ferendus est iuuenis, qui cùm præsens esset, studiísque eruditus atque alitus esset: si [p] ea per alium se consecutum non probet: sumptus recuset, quasi vento [q] vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. Non. Decembr. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

ARBITRIVM [r] TVTELÆ.

TIT. LI.

De verbis testatoris.

1. Imp. *Antoninus* Augustus Leoni.

CVM tutelæ administratæ ratio à te peti cœperit: neque veritati [s], neque iustis probationibus officit, quòd (vt [t] dicis) testator modum [u] patrimonij sui verbis testamenti ampliauit [x] vel minuit. PP. 5. Kal. Octob. Duobus & Aspris Conss. 213.

h *l. 3. D. eo. §. 9. Inst. de suspect. l. 3. §. 14. D. de suspectis.* i Alimenta pupillo decernuntur, etiamsi de statu bonísque paternis fiat ei controuersia. k *l. 3. in prin. §. 1. D. eo.* l & ita sine decreto. *l. 3. s. de administ. tut.* m *d. l. 3.*

n Interest pupilli, secreta patrimonij, eius æsque suspectum alienum non euulgari apud acta. *l. 14. j. de cont. stipul. l. 5. D. de admin. tut. Edict. Iustin. 7. c. 7.* sic, qui secretum alienum sibi commissum euulgat, iniuriæ tenetur. *l. 1. §. 38. D. deposito.* Eo iure si lis pupillo sit cum aliquo, inuentarium integrum pupilli aduersario nō exhibetur, sed ea tantùm capita quæ in controuersia posita sunt. *facit l. vlt. s. de precibus imperat.* o *d. l. 3. l. 2. D. eo.* p Præsumitur in dubio pupillus alimenta à tutore percepisse: non de nihilo vixisse, aut sine sumptibus vixisse. q Nemo præsumitur vento vixisse. *v. Alciat. 1. præsump. 50.* r id est, de actione tutelæ. Cui respondet titulus D. de tutela & rationibus distrahendis, & vtili curationis causa actione. *lib. 27. tit. 3.* Hanc actionem vocat Arbitrium, quòd omnis huius iudicij potestas sit in arbitrio iudicantis, qui excussis tutelæ rationibus, ex bona fide statuit, quæ tutorem pupillo præstare aut reputare oporteat. Eidem contraria actio opponitur, de qua *j. tit. 58.*

s Veritati, & heredibus suis vel extraneis, nihil officit, quòd defunctus modum patrimonij sui declarauerit. *l. 10. s. bona vtriusque iudicij. l. 6. s. de probat. l. 6. j. de test. l. 81. §. 4. D. de leg. 1. l. 77. § 30. D. de leg. 2. l. 15. in fin. D. ad legem Fal.* nisi defunctus iurauerit. Descriptionem enim defuncti coguntur sequi, nisi malint hereditate multari. *dixi ad Nou. 1. No. 48.* Quod de heredibus dictum est ad creditores non pertinet. *d. No. 48.* t Non secundum testatoris æstimationem, sed secundum veritatem, tutor reddere rationem tenetur. u *v Nouell. 48. de eo qui moriens iurauit quantum haberet in bonis.* x Voluntates defuncti dispositiuæ seruantur, nōn enunciatiuæ. *l. 6. j. de testamentis.* nisi sit iuratum. *d. Nou. 48.* y si debitores pupilli soluendo fuerint initio inchoatæ tutelæ, seu inchoante administrationem tutore, postea verò lata tutoris negligentia non soluendo esse cœperint, eorum inopia periculo tutoris est. *Synopsis asi lic. 37. tit. 11. ex lib. 38. tit. 3. c. 30.* z De nominibus paternis, De nominibus contractis à tutore agitur in *l. 18. l. 21. s. de admin. tut. l. 7. §. 2. D. de admin. tut. adde l. 35. D. de reb. cred.* a Lata culpa est, quæ vetari non potest: quæ potest, minor culpa est. b In nominibus paternis exigendis tutor tenetur tantùm de lata culpa. *l. 57. D. de adm. tut.* c Quid? datúrne directa tutelæ actio in curatorem vniuersalem saltem pro tutela? sic videtur, quia tutoris vicē sustinet. Thalelæus hîc putat τὸν τοῦ ἀνήβου κουράτωρα τῇ τουτέλᾳ ἐνέχεσθαι. quod Vlpiani sententiæ repugnat. *l. 1. §. 7. D. de eo qui pro tut.*

De nominibus.

2. Idem Augustus Præsentino.

NOmina [y] paternorum [z] debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minùs idonea tempore tutelæ esse cœperunt: iudex, qui super ea re datus fuerit, dispiciet: & si palam dolo tutoris vel manifesta [a] negligentia [b] cessatum est, tutelæ iudicio damnum quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. PP. Non. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

De re empta à curatore ex pecunia minoris.

3. Idem Augustus Vitalio.

SI curator [c] post decretum præsidis, sublata [d] pecunia, quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparauit: elige, [e] vtrùm malis in emptione negotium tibi eum gessisse, an, quia in vsus suos pecuniæ conuersæ sunt, legitimas [f] vsuras ab eo accipere: secundùm quæ iudex tutelæ iudicio redditus, partem religionis implebit. PP. 3. Kal. Iul. Læto II. & Cereale Coss. 216.

De eo qui bonis paternis abstentus est.

4. Imp. *Alexand.* A. Aglao.

EVm, qui bonis paternis secundùm edicti formam abstentus [g] est, hereditariis actionibus conueniri nulla ratio suadet. Nec [h] ad rem facit, quòd aduersus curatores vel tutores, si non consultè abstentus sit, actio ei competat. Nihil quippe in ea ||actione,|| quæ ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet: sed culpa solummodò, quantíque [i] interfuit eius non fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequens [k] est, vt si propter eam causam transegisti [l] cum tutoribus vel curatoribus, nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio competat [m]. PP. 3. Kal. Maij, Alexandro A. Conss. 223.

Vt ad eundem iudicem eatur.

5. Imp. *Gordianus* A. Victorino.

OMnes tutores, seu heredes eorum, qui administrauerunt tutelam, ad eundem [n] iudicem ire debere, iampridem constitutum est [o]. Cùm igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse alleges: præses prouinciæ eundem iudicem aduersus te atque heredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat, examinaturum. PP. 10. Kalend. August. Pio & Pontiano Conss. 239.

Si minor contractum approbet.

6. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Cononi & aliis.

CVm interdictæ [p] venditionis vitium, etiam pretij fraude tutor vester cumulasse [q] proponatur: non dubitabit præses prouinciæ, quando venditionem [r] confirmare [s] voluistis [t], residuum pretium cum vsuris venditæ à [u] tutore possessionis celeriter vobis restitui iubere. Quod autem petitis ab heredibus eius qui vendidit, pretium vobis exolui, superfluò [x] à nobis desideratis: quia nec præsidis experientiam possit ||hoc|| latêre, tutores qui gesserunt, siue eorum heredes ob ea negotia quæ per eos administrata sunt,

d Depositam apud alium pupillarem. pecuniam ad prædiorum comparationem tutor ab ipso depositario, inuito repetere potest, licèt non emat prædia. quod fortè verum est, nisi ea lege nominatim ipsi depositario data pecunia est, vt apud eum esset, tantisper dū prædium pupillo emeretur. quod merito notari potest & debet, aduersus tutores, qui sub prætextu tutelę, iniurias priuatas vlcisci volūt aduersus huiusmodi depositarios.

e Minoris est electio, vtrùm petat rem emptam ex sua pecunia (licèt non suo nomine) an pecuniā ipsam cum vsuris centesimis. *Salyc.*

f De vsuris pupillaribus. *vide l. 7. §. 10. D. de admin. tut. l. 1. j. de vsuris pupillaribus.*

g *l. 4. s. quod cum eo. l. 3. j. de reuocand. his quæ in fraud. credit. l. 18. D. de tut. & rationib. l. 20. §. 4. D. de adquir. hered.*

h Pro herede non gerit, qui actionem exercet aduersus tutores & curatores, quod inconsultè, eorum ductu, patris hereditate abstinuerit.

i In actione tutelæ venit id quod interest pupilli vel adulti non fuisse abstentum. *adde l. 1. l. 2. s. si vt omissam.*

k Argumentum rectè duci à contractibus ad delicta hinc colligit Baldus. *vt in l. omnem. D. de iudiciis.* l Quod quis transactionis causa consequitur à tutore vel curatore, ob inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequutus nomine hereditario, ideóque non poterit conueniri à creditoribus paternis, Baldus. Quod filius, inquit, quærit ex contractu, vel quasi, non eum facit heredem patris. Filius transigens de patris nece, non propterea se immiscet. m Cur multa competit? An hoc ideo, quòd quæ filius patre mortuo, proprio contractu vel quasi adquirit, An filium heredem patris non efficiant: quo iure existimant eum qui de patris morte transegerit cum aduersariis, pro herede non gerere: parem denique (ita enim nostri loquuntur) de morte patris facere, non esse hereditarium. *Bartol. Angel. in l. si filius qui patre. D. de vulgari.* n Solet ad eundem iudicem iri, si plures sint tutores, *vt hic: & l. 6. § 1. in fi. D. de eden. l. 2. D. quib. reb. ad eundem.* quemadmodum si inter plures agitur familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum. *l. 1. D. de quib. reb. ad eundem.* si plures correi eiusdem pecuniæ. *Nou. 96.* si plures vindicent serui dominium. *l. 8. §. 1. l. 9. D. de lib. caus.* si mutuæ sunt petitiones. *dixi ad l. 1. s. rer. amot.* & breuiter ad eundem iudicem remittendi sunt, qui vel eodem iure, vel ratione eiusdem officij tenentur. o ne causæ continentia diuidatur. *l. 1. 2. D. de quib. reb. ad eundem.* p *l. 1. D. de reb. eor.* q Tutor fraudem fraudi cumulat, qui non tantùm prædia pupilli sine decreto distrahit, sed etiam iniquo pretio. r Ratā habens venditionem rei alienari legibus prohibitæ, non intelligitur ratam habere eiusdem rei iniquam seu non suo ac digno pretio venditionem, vt hinc colligas, Pretium quidē venditionis ratum haberi posse, licèt eius qualitas rata non habeatur, proinde negotium vnum & idē nonnunquā forma sua partim cōprobari: partim non probari, quia nimirū forma non fuerit seruata. Hinc constat quoque, Actum, qui mei contēplatione nullus sit, ratum habere & confirmare posse. *adde l. Iul. §. si quis colludente. D. de act. empt.* s Ratū habere contractū, ex eo, eiúsve nomine experiri potest. t In electione minoris positum est, ratam habere venditionē inualidam à tutore factam. u Si minor venditionem tutoris inualidam confirmauit, potest pretium iustè petere ab ipso tutore. x In his quæ iure communi sunt permissa, principis scriptu-

ra ſuperuacua eſt.ſuperuacuò petitur,à principe,quod iure facere conceditur.
a Tutor qui geſſit, eiúſque heredes principali loco conueniuntur ab his qui non geſſerunt.*v.j.de diuid.tut.* b qui non geſſerunt ſcilicet,*v.l.1.j.ſi tutor.non geſſer.* c Quemadmodum ſit agendum aduerſus eos qui pariter tutelam adminiſtrant meliùs explicatur in *l.1.§.10.11.12.& ſeq.D.de tut. & rationib.diſtrah.* d *Synopſis Baſilic.37.tit.11. ex lib.38. tit.3.c.30.*

principali [a] loco conueniri debere: cæteris [b] ob culpæ rationem non ſeruari detrimenti periculo ſubſtitutis: vel ſi pariter [c] adminiſtraſſe doceantur,etiam aduerſus vnum, liberum experiundi arbitrium competere: ita vt actiones quas aduerſus alios habetis,ad electum transferantur. PP. 4.Kal.Sept.ipſis IIII.& III.AA.Conſſ.290.

De dolo & culpa tutoris.

7. Iidem AA.& CC.Alexandro.

QVicquid [d] tutoris dolo vel lata [e] culpa [f], aut leui, ſeu curatoris,minores amiſerint[g],vel[h],cùm poſſent, non [i] adquiſierint: hoc in tutelæ ſeu negotiorum geſtorum vtile iudicium venire non eſt incerti iuris. S.prid.Id.Aprilis, AA.Conſſ.

De longi temporis præſcriptione.

8. Iidem AA.& CC.Dalmatio.

TVtores tutelæ conueniri, longi temporis præſcriptio †non prohibet. vnde ſi his tranſactione vel nouatione [k] aut acceptilatione liberationem non præſtitiſti: apud rectorem prouinciæ, quæcumque tibi debentur, repetere non prohiberis.S.14.Kal.Maij,AA.Conſſ.

Vtrum tutor an heres promittentis indemnitatem conueniri debeant.

9. Iidem AA.& CC.Iuliano.

TVtorem quondam,vt tam rationem, quàm ſi quid reliquorum [l] nomine debet,reddat,apud prętorem conuenire potes. quamuis enim matrem tuam ſuſceptis bonis veſtris indemnitatem [m] pro hac adminiſtratione tutori ſe præſtituram promiſiſſe proponatur: tamen aduerſus tutorem tibi tutelæ,non [n] aduerſus matris ſucceſſores ex ſtipulatu competit actio.S.Prid.Kal.Ian.AA.Conſſ.

Qua actione tutor vel eius heredes conueniri debeant.

10. Iidem AA.& CC.Pomponio.

SI defunctus tutelam veſtram adminiſtrauit: non rerum eius dominium [o] vindicare vel tenere potes, ſed tutelæ contra eius ſucceſſores tibi competit actio. Debitum autem aliis indiciis comprobari oportet. nam quòd [p] neque ipſe neque vxor eius quicquam ante adminiſtrationem habuerunt: non idoneum huius continet indicium [q]. Nec enim pauperibus induſtria [r] vel augmentum patrimonij, quod [ſ] laboribus & multis caſibus quæritur, interdicendū eſt. S.10.Kal.Feb.Sirmij,Cæſ.Conſſ.

De tempore poſt tutelam finitam.

11. Iidem AA.& CC.Chruſiano.

TVtor poſt puberem ætatem puellæ, ſi in adminiſtratione connexa [t] perſeuerauerit [u]: tutelæ actione totius temporis rationem præſtare cogitur. Sin autem poſt [x] finitam adminiſtrationem in iiſdem rebus minimè ſe immiſcuerit: temporis quod inſequitur, periculum ad eum non pertinet.S.Kal.Decemb.Anchialo,Cæſ.Conſſ.

De ſucceſſoribus.

12. Iidem AA.& CC.Quintillæ.

e *l.2.ſ.eo.*
f *l.6.D.de admin.tut. l.23.D. de reg.iur.*
g *l.21.ſ.de admin. tut. l.4.D. quando ex facto tut.*
h In amiſſis, damnum:in nō quæſitis,lucrum conſideratur:vtrumque tutor pupillo præſtat, & quantū minori abſit, quantúmque lucrari potuit. *l.13. D. rat.rem.*
i *d.l.21.l.15.in fin.l.16.l.17.l.18. D.locati.*
† Actio tutelæ non præſcribitur,id eſt,Tutelæ actio perpetuatur. *l.5.in fin. j. quibus non obiicitur. l.3.in fin. D.de cōtrar. tut.* Hodie præſcribitur annis triginta. *l.3.in fin.j. de præſcript.30.l.2.ſ.de conſtitut.*
k *διὰ μεταθέσεως, καὶ ἀποχῆς, libri Baſilicôn,apud Cuia. 17.obſeru.6.in fin.*Haloander legit, tranſactione atque acceptilatione. *Synopſis Baſilic. d.tit.3.c.31.διὰ τῆς μεταθέσεως χρέους καὶ ἀποχῆς.*
l Minoribus competit in tutores actio ad rationes & reliqua. *v.l.82.in fi. D.de cond.& demonſtr.*
m *dixi ad l.1. ſ.ſi mater indemnitatem.*
n Contra tutorem debet pupillus agere, nō aduerſus eum qui indemnitatem promiſit.
o Quod tutor adquirit, ſibi in dubio adquiſiuiſſe intelligitur, non pupillo. p Nec hodie ne ſemper rectè pauper præſumitur qui olim pauper fuit.*v. Alciat.2.præſumpt.27.nu.3.* Ideóque licet inops diuitis bona adminiſtret, non præſumitur tamen ex alterius bonis adquiſiuiſſe,ſed ex ſua induſtria:quod in tutore & quouis adminiſtratore locum habet.An etiam in matre tutrice? Alexander *conſil.2.6.volum.4.* ita putat. Nam vt lex non diſtinguit,ita videtur ad omnes omnino tutores pertinere.Idque euidentius apparet ex his quæ de bonis à vidua poſt mariti mortem quæſitis,diximus *ad l.6.in fin.ſ.de donat.int.vir.*Corraſius 3.*Miſcell.5.nu.7.*negat locum habere in ea matre, cui nulla fuit induſtria nullúmque patrimonium. Eo enim caſu honeſtiſſimum eſſe,euitandi turpis quæſtus gratia, eam præſumi adquiſiuiſſe ex eorum bonis quorum tutelam adminiſtrauit.Nec obſtare legem 1.ſ.*ſi quis alteri vel ſibi*:quæ liberis negat vindicationem rei traditione matri quæſitæ, poſt mortem mariti, cùm mater eo caſu traditione dominium adquiſierit.Superiorem opinionem confirmari,quod Accurſius *ad l.6.j.de iure fiſci.*& Baldus *in l.1.ſ.de hered.vel act.vendita*,ſcribat Regios officiarios,præſumi res ſuas de bonis fiſci quæſiuiſſe. q non idoneum iudicium. r ſenſus eſt, Quemque præſumi ſua potius induſtria, quàm alienis bonis ditari. qua de præſumptione vide Alciatum 2.*præſump.27.nu.3.adde quæ ſcripſi ad l.6.ſ.de donat.inter virum.* ſ *facit l.4 §.1.D.de munerib.* t Adminiſtrata poſt tutelam finitam prioribus connexa,veniunt in actionem tutelæ *vt hic: adde l.vnic. ſ.vt cauſæ poſt pubertatem.l.17.D.de negot.l.5.§.5.D.de admin.tut.l.13.D. de tutelis & rationibus diſtrahen.l.27.D.de appellat.* u Tutor,vel curator tenetur perſeuerare in connexis ante tranſlationem non poſt. x *v.l.6.j.de peric.tut.* y *l.1.§.17.D.de tutelæ & rationibus.l.2.j.comm.de ſucceſſ.* z *l.1.§.16.l.7.D.de tutelæ & rationib. l.42.§.5.in fin.ſ.de epiſc.l.3.j.de heredib.tutor.* a *κατὰ κληρονόμων* contra heredes *Synopſ.Baſilic. d.tit.3.c.35.5.Harmenop.11.§.47.* b Exemplum ponunt in curatore adulti ſui facultates commendante, vt eo facilius ditiorem vxorem reperiret. c Confeſſio tutoris profitentis (citra inuentarium tamen) maiorem quantitatem patrimonij pupilli,non præiudicat veritati: non nocet denique ipſi confitenti.Quid ſi in inuentario facta huiuſmodi confeſſio eſt? præiudicat tutori confitenti:quòd contrà probari non poſſit.*verſic.ſin autem.* d Confeſſio rerum pupilli in inuentario facta à tutore, adeò tutori præiudicat,vt non poſſit contraria probatione vti. e Quid ſi res proprias in inuentario pupilli adſcripſit? Salycetus exiſtimat præſumptionem iuris & de iure eſſe,quod ſint pupilli, aut ſaltem eas donaſſe?& propterea, ſi tutor in inuentario deſcripſerit rem ſibi à patre pupilli legatam, videri renuntiaſſe legato. quod Alciato omnimodo non placet: *quem vide parte ſecunda præſumptionum nu.11.* f Aliud erit,ſi eo ignorante tale quid adſcriptum. g *adde quæ ſcripſi ad l.vlt.ſ. ad Velleian.* h Mobile præſertim. id enim facilè occultari poteſt. *l.lex.ſ.de adm. tut.*Quid ſi immobile ſeu prædium aliquod inuentario pupillari tutor adſcripſerit, quod pupilli non eſſet? Aretinus putat id pupilli non fieri:negat denique ea re veritati præiudicium fieri. *arg. l.cum falſa.ſ.de iur.& fact.ignor.* quod rationi conſentaneum videtur Baldo.Quid ſi inuentario quædam adſcripſit tutor,hac proteſtatione adiecta, vt ſi pupilli non ſint,pro adſcriptis non habeantur? Proteſtatio hæc tutorem non iuuat: niſi pòſt cauſa cognita iudicis authoritate res eiuſmodi in inuentario diſpūctę ſint. Idem erit ſi dubius,aut cùm ita ſe credere diceret, quidquam inuentario pupillari adiecerit. Nam cùm iſtiuſmodi confeſſio apud acta in iudicio fiat, idem præſtat ac reddit Credendi verbum, quod pura ac præciſa enunciatio ſeu adfirmatio. *vt not. l.2. §.quod obſeruari. ſ. de iur.calum.*Quid ſi teſtibus res ita inuentario pupillari adſcriptas,ſuas ac proprias, aut alterius eſſe probare velit? Rayn. Forliuianus putat, teſtes non admitti aduerſus hoc genus ſcripturæ, iuris & legis cautione interpoſitū, non ipſorū contrahentium voluntate. Contra Richardus Salinienſis putat teſtibus locum eſſe.*arg.l.teſtium. ſ.de teſtib.*atque ita Venetiis, iudicatum refert Baldus. *facit gl. l. pupillus.j.de vſur.pupill.*

TVtelæ actio tam heredibus [y] quàm ||etiam|| contra [z] ſucceſſores [a] competit. S.10.Kalend.Decemb. Sirmij, Cæſaribus Conſſ.

De confeſſione tutoris extra inuentarium, & de inuentario conficiendo.

13. Imp.*Iuſtinianus* Auguſtus Iuliano P.P.

VEteris iuris dubitationem decidentes,ſancimus,ſi quidem tutor vel curator pro ſubſtantia pupilli vel adulti [b] aliquid vbicumque [c] dixerit ad maiorem quantitatem eam reducens, ſiue pro vtilitate pupilli vel adulti, ſiue per ſuam ſimplicitatem,ſiue per aliam quamcumque cauſam, nihil veritati præiudicare,ſed hoc obtinere,quod ipſius rei inducit natura, & menſura pupillaris vel adulti oſtendit ſubſtantiæ. Sin [d] autem inuentario publicè facto res pupillares vel adulti inſcripſerit [e], & ipſe per huiuſmodi ſcripturam confeſſus fuerit ampliorem quantitatem [f] ſubſtantiæ:non eſſe aliud inſpiciendum, niſi hoc, quod inſcripſerit, & ſecundùm vires eiuſdem ſcripturæ patrimonium pupilli vel adulti exigi. neque [g] enim ſic homo ſimplex (immo magis ſtultus) inuenitur, vt in publico inuentario ſcribi contra ſe aliquid [h] patiatur.

1 ¶ Illo proculdubio obſeruando,vt non audeat tutor vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere, vel vllam ſibi communionem ad eas vindicare,niſi [i] prius inuentario publicè facto, ſecundum morem ſolitum res ei tradantur: niſi teſtatores qui ſubſtantiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentarium conſcribi vetuerint [k]:Sciturus tutoribus & curatoribus, quòd ſi inuentarium [l] facere [m] neglexerint: & quaſi ſuſpecti [n] ||ab|| officio remouebuntur, & pœnis legitimis [o] quæ contra eos interminatæ ſunt, ſubiacebunt: & poſtea perpetua macula infamiæ [p] notabuntur, neque ab imperiali beneficio abſolutione huius notæ fruituri. Dat. Idib. Auguſt. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC.Conſſ.530.

DE DIVIDENDA [q] TVTELA, & pro qua parte quiſquis tutorum conueniatur.

TIT. LII.

Si tutor qui tenebatur, tempore officij depoſiti eſt ſoluendo, collega non tenetur. Bald.

1. Imp.*Gordianus* A.Optato.

SI poſt finitum adminiſtrationis officium, collegæ tui indemnitati præſtandæ idonei [r] fuerint,poſteáque dum non conueniuntur: minùs idonei effecti ſunt:vitium alienę [ſ] ceſſationis ad diſpendium tuum pertinere,iuris ratio non patitur. PP. 6. Id.Mart.Gord.A.II.& Pompeiano Conſſ.242.

2. Impp.*Carinus & Numerianus* AA.Primigenio.

SI diuiſio adminiſtrationis inter tutores ſiue curatores in eodem loco ſeu prouincia conſtitutos facta necdum [t] fuerit: licentiam habet adoleſcens & vnum eorum eligere, & totum debitum exigere: ceſſione [u] videlicet ab eo

i Tutor antequam inuentarium rerum pupillarium fecerit, nihil quod pupilli ſit attingere aut adminiſtrare poteſt. & breuiter tutoria adminiſtratio tutori decerni non poteſt, niſi inuentario ſolenniter facto, eóq; præcedente.*verſic.niſi.j.eo.l.24.ſ.de admin.tut.l.7.j.de curatore furioſ.* k Teſtator poteſt tutori confectionem inuentarij remittere. Idque procedit ſiue expreſsè prohibuit, ſiue tutori remiſerit. Verbalis enim tantùm differentia eſt, vtrum quis dicat, Veto fieri inuentarium,vel,Remitto confectionem inuentarij.*Bart.ad l.55.D.de legat.1.*& ita communiter ſentiunt interpretes *Clarus §.Teſtamentum. q.66. verſ.quod ad tertium.verſic.ſed hoc quidem.* Quid: voluntate teſtatoris non obſtante,poterítne iudex,ſi minori id expedire animaduertat,tutorem cogere ad inuentarij confectionem? Poterit,*Bart.d.loco.* eámque communem eſſe opinionem refert Couarruuias 2.*Variar.reſolut.14.nu.4.*& Clarus *d.loco.verſic.ſed ſi qui.* vbi notat ſtatuto Genuenſium aliter receptum. Quid, vſufructuario potéſtne remitti à teſtatore onus inuentarij conficiendi? *dixi ad l.1.ſ.de vſufructu.*Quid,heredi potéſtne remittere?Poſſe ait Cuiacius *ad Nou.1.in fin.* Clarus paulò aliter diſtinguit, in præiudicium creditorum non poſſe.In legatariorum,fideicommiſſariorum & coheredum pręiudicium,poſſe.& id pro communi opinione aduerſus Baldum Clarus defendit *d.loco.verſi.quod ad primum.* Quid,teſtator potéſtne cuiuis tutori inuentarij conficiendi neceſſitatem remittere? Cuiuis poteſt:etiam legitimo & datiuo:niſi aliter cauſa cognita definiat iudex.*arg.l.tutores.ſ.de admi.tut.l.1.ſ.vbi pupilli educar.*Quid ſi ſtatuto tutori inuentarij neceſſitas imperetur? vel hoc etiā caſu teſtatorē tutori,eam neceſſitatem poſſe remittere cenſet Baldus, ſiue expreſsè prohibeat fieri inuentarium, ſiue remittat inuentarij neceſſitatem.

l *l.7.D.de admin.tut.*

m Quid ſi factum quidem inuentarium eſt, ignorantia tamen, quaſdam res tutor non adſcripſit? ſi cùm primùm earum rerum notitiam tutor habuerit eas adiecerit, non remouebitur.*arg.l.cum ancillæ.ſ.de inceſtu.* n Pœna tutoris non conficientis inuentarium ea eſt,vt remoueatur tanquam ſuſpectus.*vt hic:*& pœnis legitimis ſubiaceat & infamiæ.j.e.Iuratur etiam aduerſus eum in litem.*d.l.7.wurm.1.pract.38.n.8.*
o grauiori animaduerſioni.*l.1.§.7.D.de off.præf.vrb.adde l.3.§.15.in fin.D.de ſuſpect.* in vincula detrudi poſſe wurmſerus ait *d.loco*,ſi modo humilis conditionis.

p *d.§.7.*

q *l.10.j.de fideiuſſoribus.*

r Tutor non tenetur ex facto contutoris qui fuit ſoluendo tempore finitæ tutelæ. *l.3.ſ.de probat.l.vlt.ſ.in quib.cauſ.tutor.habenti.l.39.§.10.l.53.D.de admin.tut.l.vlt.D. rem pupill.ſalu.*

ſ *l.vlt.in fi.ſ.in quib.cauſ.tut.hab.l.39.§.10.l.53.D.de adm.tut.*

t Diuiſione nondam inter tutores facta,poteſt pupillus in ſolidum vnum eligere, ceſſis actionibus aduerſus alios.*l.6.in fi.ſ.tit.prox.*

u *l.2.j.de contrar.iudicio tutelæ.l.1.§.18.D.de tut.& rat.*

a Si diuiſa eſt tutelæ adminiſtratio in partes,ſeu regiones,vel prouincias,à iudice vel teſtatore,pro ea quiſque parte tantùm conuenitur quæ ei adtributa eſt,non pro parte collegarum , niſi dolus aut magna culpa arguatur , quòd collegam ſuſpectum non fecerit,aut fecerit quidem,ſed vel luſoriè vel euerſis iam facultatibus.

b Tutor de ea re quæ extra ſuam regionem eſt, ad iudicium vocari non poteſt. *l. 51. D. de admin. tut. l. 7. ſ. de periculo.*

aduerſus cæteros tutores ſeu curatores actionum ei competentium facienda. In diuiſionem autem adminiſtratione deducta, ſiue [a] à præſide, ſiue teſtatoris voluntate : vnumquemque pro ſua adminiſtratione conuenire poteſt , periculum inuicem tutoribus||ſeu curatoribus||non [b] ſuſtinentibus: niſi per dolum aut culpam ſuſpectum non remouerunt,vel tardè [c] ſuſpicionis rationem [d] mouerunt , cùm alter eorum non ſoluendo effectus ſit , vel ſuſpicionis cauſam agendo ſua ſponte iura pupilli prodiderunt. Nec prodeſt eis dicentibus ||eum|| contutorem ſuum non adminiſtraſſe res pupillares. Sin verò ipſi [e] inter ſe res adminiſtrationis diuiſerunt : non prohibetur adoleſcens vnum ex his in ſolidum conuenire , ita vt actiones quas aduerſus alios habet,ad electum transferat. PP. emiſſa 12. Kal. April. Carino II. & Numeriano AA. Conſſ. 284.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Zotico.

LIcèt tutorum conuentione [f] mutuum periculum minimè finiatur: tamen eum qui adminiſtrauit, ſi ſoluendo ſit, primo [g] loco, eiúſque ſucceſſores conueniendos eſſe, non ambigitur. S. 4. Kal. Octob. CC. Conſſ.

DE IN [h] LITEM IVRANDO.

TIT. LIII.

Contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam instrumenta non restituentem, iuratur in litem. Salyc.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Auguſti Aſclepio.

ADVERSVS heredes tutoris ad transferendam tutelam iudicem accipiens , tempore litis inſtrumenta [i] ad puberem pertinentia reſtitui deſiderabis. Quòd ſi dolo non exhibeantur : in litem [k] iurandi tibi facultas erit , modò ſi quondam pupillo debitam adfectionem ad vincula [l] quoque religionis extendere volueris. PP. Kalend. Auguſt. Antonino II. & Geta II. Conſſ. 206.

2. Imp. *Antoninus* A. Seuero.

IS , qui rationem tutelæ ſeu curæ repoſcit, inuitus [m] in litem iurare compelli non poteſt : ſed volens ita demum audiendus eſt , ſi heres per [n] longam ſucceſſionem tutoris inſtrumenta pupillaria dolo vel circumueniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin verò neque dolus [o] , neque lata culpa, neque fraus heredis conuincitur: omiſſa iuriſiurandi facultate, iudex de veritate cognoſcet : quæ etiam argumentis liquidis [p] inueſtigari poteſt. PP. 11. Kal. Octob. Duob. & Aſpris Conſſ. 213.

Pupillus vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. Bald.

3. Idem A. Priſciano.

SVmma ſententia comprehenſa [q], quam ceſſantibus curatoribus quondam tuis iudex ſecutus, iuriſiurandi à te prolati religionem in condemnationem deduxit , minui [r] pacto non potuit. PP. Kal. Iul. Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

4. Imp. *Gordianus* A. Mutiano.

ALio [ſ] iure eſt tutor , alio heres eius. Tutor [t] enim inuentarium cæteráque inſtrumenta [u] ſi non proferat, in litem iuſiurandum aduerſus ſe poteſt admittere : at [x] enim heres eius ita demum , ſi reperta in hereditate , dolo malo non exhibeat. Sed cùm aduerſus ipſum tutorem litem [y] conteſtatam eſſe dicatis: transferentibus vobis in heredes eius actionem , præſes prouinciæ partes ſuas exhibebit: non ignorans, niſi exhibeantur inſtrumenta , quatenus iuxta formam conſtitutionum partes ſuas debeat moderari. PP. 7. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

Propter dolum defuncti non iuratur contra heredes. Bald.

5. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Artemidoro.

c putà euerſis tutoris facultatibus.

d i. actie ſuſpecti.

e Si diuiſa ſit tutela , ſola tutorum conuentione ſine iudice, ſinguli tenentur in ſolidum cum hac conditione , vt quem pupillus elegerit , ei cedat actiones ſuas aduerſus alios, *ad de l. 5. D. de magiſtratibus conueniendis.*

f Conuentio tutorū non poteſt in fraudem pupilli diuidere officium tutelę, periculúmque commune. *l. 25. l. 26. ſ. de pactis. l. 1. §. 8. D. de adminiſt. rer.*

g Pacto tutorum nō obſtante, prius conuenitur gerens & eius heredes, quàm qui non geſſit. *l. 8. ſ. de adm. tut. l. 2. j. ſi tutor non geſſer. l. 6. ſ. tit. prox. l. 55. D. de adm. rer.*

h 12. D. 3. περὶ ὅρκου ἐνδικαστικοῦ 22. *Synopſis Baſilic. 6.*

i *adde l. 1. §. 3. D. de tutelæ & rationibus.*

k Contra heredem tutoris iurari in litem poteſt, ob non reſtituta inſtrumenta. *l. 2. j. eo. l. 10. D. eo.*

l Iuſiurādum, religionis eſt vinculum.

m Inuitus nemo iurat in litem , *v. quæ notaui ad l. 156. D. de reg. iur.*

n Contra heredem tutoris , etiamſi ſit heres heredis , iurari poteſt in litem, ſi ſit in dolo vel lata culpa. *l. 1. ſ. eod.*

o *adde l. 5. §. 3. D. eod.*

p *l. vlt. ſ. de pactis.*

q & ita debitum liquidum à pupillo vel adulto remitti non poteſt.

r Minor non poteſt pacto remittere condemnationem latam ex iuramēto in litem à ſe præſtito.

ſ Heres & defunctus cenſentur alio iure (vnde notant, fœneratoris heredem, Codices defuncti fœneratorios habere non præſumi. (*Clement. 1. de vſuru.*) niſi lis conteſtata fuit cum defuncto. *l. quæſitum. in fin. de precario.*

t Tutor qui non fecerit inuentarium, in litem iureiurando tenetur. ſimiliter & is qui inſtrumenta non profert. Nam hoc ipſum dolo facere videtur, quum reperta in hereditate inſtrumenta ſupprimit. Si verò poſt litis conteſtationem tutore defuncto, heredes iudicium actionis tutelæ non impleuerint, & ipſi in litem iureiurando tenentur. *Synopſis Baſilic. 37. tit. 5. ex lib. 38. tit. 15. c. 4.*

u *l. 1. & 2. ſ. eod. l. 10 D. eo. l. 4. ſ. ad exhibendum.*

x Res ita habet, In tutorem ſemper, id eſt, etiam ex leui culpa, in litem iurari ob non exhibita inſtrumenta. In heredem tutoris ob non exhibita inſtrumenta nunquam iurari in litem, niſi dolo proprio vel lata culpa. *l. 1. j. de hered. tutor. l. 4. §. 1 D. de fideiuſſoribus tutor.* inſtrumenta non exhibeat. Ex dolo defuncti non iurari, niſi lis conteſtata fuerit cum defuncto. An & ex leui culpa tutoris, lite cum eodem conteſtata in heredem iurabitur? Salycetus ait.

y Effectus litis conteſtatæ. *l. 1. j. tit. prox.*

z Tutoris heres ob non factum inuentarium, non tenetur illum quidem , ſed alio tamen modo cōuenitur. Nam quia dolo malo tutoris factum videtur, quòd nullum conſcriptum ſit inuentarium: velut ex dolo tutoris heres tenetur. *Synopſis Baſil. ibid.*

a in litem. b *vide l. 1. j. tit. proximo.* c huc refer partem tituli de fideiuſſoribus & nominatoribus & heredibus tutorum vel curatorum, 27. D. 7.

LIcèt [z] aduerſus heredes ob non factum inuentarium iuſiurandum [a] in actione tutelæ prætermitti placuerit: iudicem tamen||datum||velut ex dolo tutoris aliis indiciis inſtructum , aduerſus eos ferre ſententiam conuenit. S. 8. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Conſſ.

DE [b] HÆREDIBVS [c] TVTORUM vel curatorum.

TIT. LIIII.

Heredes tutoris non tenentur ex leui culpa tutoris. Bald.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Fulciano.

HÆREDES tutorum ob negligentiam quæ non [d] latæ culpæ comparari poſſit, condemnari non oportet : ſi non contra tutorem lis inchoata eſt, neque ex damno populi lucrum captatum, aut gratia præſtitum ſit. PP. 6. Id. Mart. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

De non gesto à tutore tenetur eius heres. Salyc.

2. Imp. *Anton.* A. Valentino & Materno.

PAter. veſter tutor vel curator datus ſi ſe non excuſauit, non ideò vos minus heredes eius tutelæ vel vtili [e] iudicio conueniri poteſtis , quòd eum tutelam ſeu curam non adminiſtraſſe dicitis. nam & ceſſationis [f] ratio reddenda eſt. Prius tamen propter actum ſuum eos conueniendos eſſe, qui adminiſtrauerunt, ſæpe reſcriptum eſt. PP. 11. Kalend. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

3. Idem A. Vitæ.

ADuerſus [g] heredes quondam tutoris tui tutelæ actione conſiſte. In iudicium autem veniet etiam id quod tibi tutor ex [h] cauſa fideiuſſionis debuit. PP. 4. Non. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

4. Imp. *Alexand.* A. Frontino.

HÆredes eorum qui tutelam vel curam adminiſtrauerunt , ſi quid ad [i] eos ex re pupilli vel adulti peruenerit, reſtituere coguntur. In eo etiam quod tutor vel curator adminiſtrare debuit [k], nec adminiſtrauit, rationem reddere eos debere, non eſt ambigendum. PP. 8. Kal. Nouemb. Alexandro A. III. & Dione Conſſ. 230.

SI TVTOR VEL CVRATOR non [l] geſſerit.

TIT. LV.

1. Imp. *Alexand.* A. Zotico.

CERTVM [m] eſt non ſolùm eos qui geſſerunt, ſed ||etiam|| qui [n] gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea quæ à contutoribus ſeruari non potuerunt: ſi modò cùm||eos||ſuſpectos facere deberent , id officium omiſerunt. Tu [o] autem etſi contra patronum [p] tuum famoſam actionem inſtituere non potuiſti: prouidere [q] tamen ne quid tutelæ deeſſet, neceſſariis poſtulationibus apud eum cuius de ea re iuriſdictio fuit, potuiſti. PP. 2. Idib. Decemb. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Idem A. Iuſto.

QVi ſe non immiſcuerunt tutelæ vel curæ, ex perſona eorum qui geſſerunt, & idonei ſunt, non [r] onerantur. Si qua verò ſunt, quæ cùm geri debuerint , omiſſa ſunt: latæ culpæ ratio ||omnes|| æqualiter tenet. PP. 7. Kalend. Maij, Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

d Ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας. Baſilic. ideóque hanc negatiuam Cuiacius expungit *hic & 13. obſ. 39.* eo ſenſu, Heredem tutoris ex eiuſdē leui culpa teneri: & ita diſſentit à communi opinione. Mouetur , quod heres tenetur ex contractu defuncti, ergo & leui culpa. ad hæc, quia receptum ſit hæredem tutoris negligentiæ propriæ non teneri. *l. 4. §. 1. D. de fideiuſſorib. tut.* lex 4. *D. de magiſtratibus conuenien.* ſatis id indicat propter negligentiam defuncti heredem obligari.

e Vtili , non directa, tenetur qui non geſſit. *l. 4. §. 3. D. rem pupilli ſaluam fore.*

f De non geſto à tutore vel curatore, tenentur eorum heredes. *vt. j. ſi tutor vel cura. non geſſ.*

g *l. 1. 2. ſ. eod. l. vlt. j. l. 1. §. 6, D. de tutel. & rationib. l. 2. ſ. de arbitr.*

h Heredes tutoris tenentur ex eo quod defunctus à ſe vel ab alio non exegit.

i Heredes defuncti tenentur id quod ad eos peruenit reſtituere.

k Heres tutoris tenetur de neglectis à defuncto.

l *l. 6. ſ. de arbit. tut. l. 2. l. vlt. in fin. ſ. tit. proximo.*

m Tutor qui tutelam non geſſit, ſi quidem is qui eam geſſit, idoneus eſt, non conuenitur : ſin ille ſoluendo non eſt, conuenitur, propterea quod contutorem vt ſuſpectum non remouerit. *Synopſ. Baſilic. 37. tit. 11. ex tit. 16. c. 1.*

n *l. 6. ſ. arbitrium tutelæ. l. 3. §. 2. l. 39. §. 11. D. de adm. tut. l. 4. §. 3. D. rem pupilli.*

o Accuſare alium non videtur, qui officium iudicis aduocat & implorat, vt iudex in eum, de quo agitur, inquirat.

p *l 1. j. de obſequiis. l. 16. D. de in ius vocando.*

q Libertum patronus accuſare ita non poteſt, vt patronus infametur, poteſt tamen rectè iudicis officium aduocare, vt in patronum inquirat. Pone tutorem inquirente iudice ſuſpectum repertum eſſe. damnatum ac remotum : erítne infamis? negant interpretes infamem fieri: quia obliquè poſtulante liberto infamis fieret. vnde notant , Infamem non fieri, qui inquirente tantùm iudice , officio tutelæ remotus ſit. *Gloſſ. l. vlt. j. de ſuſpectis: & l. 3. §. præterea. D. de ſuſpectis. adde Bartolum in l. infamem. j. de publicis iudiciis.*

r *v. l. 8. D. de admin. tut. & ſeq.*

a l.3.ȷ.ar bit.tut.l.7.§.10.D.de admin.tut. b eæ ſunt centeſimæ:aut ſi tutor pecunias in ſuos vſus vertit,ſemiſſes. c l.7.§ 4.D.de admin.tut. d centeſimæ *Accurſius:* beſſes vel ſemiſſes.*Hotom.1.de vſur.7.Cuiac.hic.* Accurſij opinionem ſequitur Molinæus *de vſur.quæſt.76.nu.588.* hîc enim agi putat de magnis vſuris.nullas autem maiores eſſe centeſimis.verùm author ſynopſeos Baſilicôn 37.*tit.*11. *ex tit.17. cap.1.* νομίμους τόκους, hoc eſt, legitimas vſuras hîc interpretatur ἢ ἡμικατοσταίους ſemiſſes centeſimæ, vbi in ora quoque hoc præterea obſeruatur,ſemiſſes céteſimæ prꝺſtare eum qui pecunia pupillari vtatur.

DE VSVRIS[a] PVPILLARIBVS[b].

TIT. LVI.

1. Imp.*Antoninus* A.Creſcentino.

TVTOREM vel curatorem pecuniæ quam[c] in vſus ſuos conuertit, legitimæ[d] vſuras præſtare debere,olim placuit. PP. Non. Iun.Antonino A.IIII.& Balbino Conſſ.214.

2. Imp.*Alexand.*A.Ampliato.

EIus quod ex cauſa[e] tutelæ debetur,vſuras[f] præſtari oportere,dubium non eſt: quamuis aliis pro participe[g] muneris neceſſitas ſolutiònis irrogetur: quia non id aliàs contingit, quam ſi ceſſatio contutoris in ſuſpecto faciendo imputari poſſit. PP.13.Kalend.Iul.Iuliano II.& Criſpino Conſſ.225.

3. Idem A.Vitalio.

SI pecuniam pupillarem neque idoneis[h] hominibus[i] credere, neque[k] in emptionem poſſeſſionum conuertere potuiſti: non ignorabit iudex vſuras eius[l] à te exigi non oportere.PP.Id.April.Modeſto & Probo Conſſ.229.

4. Impp.*Dioclet.& Maximian.*AA.& CC. Ditatio & Aurelio.

PVpillus agere vobiſcum actione tutelæ compelli non[m] poteſt. Verùm aduerſus futuram[n] calumniam,vt & ſi quid ei debetis, curſus inhibeatur vſurarum, denunciationibus[o] frequenter interpoſitis, ad iudicium eum[p] prouocate[q]:ac,ſi rem diſſimulatione proferat, actis apud præſidem prouinciæ factis, voluntatis veſtræ rationem declarate.quo facto,tam vobiſipſis,quàm ſecuritati filiorum veſtrorum conſuletis. Quod & in curatoribus locum habet. PP.3.Kal.Sept.Sirmij,CC.Conſſ.

DE FIDEIVSSORIBVS TVtorum vel curatorum.

TIT. LVII.

1. Imp.*Alexand.* A.Felici.

ELIGERE † debes vtrum cum ipſis tutoribus vel curatoribus, ſeu heredibus eorum, an cum his qui pro ipſis ſe obligauerunt, agere debeas, vel (ſi ita malis) ||diuidere|| actionem. Nam in[ſ] ſolidum &[t] cum reo & cum fideiuſſoribus agi iure non[u] poteſt. PP.10.Kalend.Febr.Iuliano II.& Criſpino Conſſ. 225.

Pro ea parte quam tutor ſoluit,liberatur fideiuſſor. Ex Salycet.

2. Idem A.Priſco.

NOn eſt ambigui iuris, electo[x] reo & ſoluente, fideiuſſorem liberari. & ideò ſi ſimpliciter[y] acceptus eſt fideiuſſor in id, quod tutor ſeu curator debiturus eſſet: cùm[z] proponas tutorem ſeu curatorem condemnatum ſoluiſſe,quid dubium eſt fideiuſſorem liberatum eſſe? Planè[a] ſi ſtipulatio rem ſaluam ||pupillo|| fore, interpoſita eſt: vel cautum eſt in id, quod à tutore vel curatore ſeruari non poteſt, manet fideiuſſor obligatus ad ſupplendam tibi indemnitatem[b]. PP.8.Kalend.Auguſt.Fuſco II.& Dextro Conſſ.226.

e l.34.D.de vſuris.
f pro more regionis.
g Vſuras in regione conſuetas tutor debet, quoties conuenitur ex ſua perſona vel contutoris. *l.7.§.14.ff. de adm.tut.*
h εὐπόροις προσώποις, id eſt,locupletibus.*l.vlt.D.rem pupilli.v. Cuiac.8.obſer.30.* & ita legendum apud authorem Synopſeos Baſilicon *tit.37. tit. 11. ex lib. 38. tit. 17. c.3.* vbi perperàm legitur ἀπόροις pro εὐπόροις. quod & ibidem in ora notatum eſt.
i alij legunt *Nominibus*, vtrumque rectũ eſt, *Idoneis nominibus*, & *Idoneis hominibus.*
k *l. 42. §.7.ȷ. de epiſcop.*
l Pecuniæ otioſæ, i. quam vel idoneis hominibus credere vel in emptionem prædiorum conuertere tutor non potuit,vſuras nõ debet. *v.Paul.2. ſenten.12.§.vlt.l. 12.in fi.D.de admin.tut.*
m *l.vn.ȷ.vt nemo inuit.ager.* adde *l.2.ȷ.de in lit. iur.*
n Teſtes ad æternam rei memoriam recipi & interrogari is petere poteſt, qui ratiões reddere paratus, moroſum & in ea re fugiẽtem habet aduerſarium.
o Duobus modis curſus pupillarium vſurarum impeditur, oblatione pecuniæ obſignatæ & depoſitione.*l.1.in fin.D.de vſur.l.28.§.1.D.de admin.tut.* & oblatione quidem per denunciationem facta ſæpius, & ad extremum apud acta ius dicentis proteſtatione factâ ſe paratum eſſe parem rationem facere cum pupillo ſine denunciatione & depoſitione. p Molinæus *de vſur.d.loco. quæſt.39.& nu.205.206.* id intelligit de adulto capace talium denunciationum. capace,inquam,ex more regionis, cuius imbecillitatem ſupplendam eſſe exiſtimat conuocatione propinquorum. q Agendi tempus aduerſario conſtitui à iudice rectè poſtulamus.*v.l.diffamari.ȷ.de ingenuis.*
r 27.D.7. † *l.7.D.eo.* Hodie ſublata eſt electio,cùm principalis ſit conueniendus.*Nou.4.* ſ Cum tutore & cum fideiuſſore non poteſt pupillus in ſolidum agere. t Libello vno & eodem reus eiuſque fideiuſſor conueniri non poteſt.
u niſi proteſteris,te vna ſolutione contentum eſſe. *arg. l.1. §.quod autem.D.quor. legat.* Quid ſi fideiuſſor renunciauit beneficio nouæ conſtitutionis? poteſt.*Bald.*
x An electo tutore fideiuſſor liberetur. y Fideiuſſor tutoris duobus modis obligari poteſt.vno modo purè ac ſimpliciter: *vt hic.* Altero,ſi non idoneus ſit tutor. *verſic.planè.* Prior formula, pura eſt: Altera,conditionalis:vtraque tamen recta eſt ac legitima. z ſoluente reo,liberatur fideiuſſor. a Duobus modis fideiuſſor tutoris obligari poteſt,vel ſimpliciter vel in omnem cauſam. b Quid:in fideiuſſorem,fiétne executio citra nouum iudicium? ſic videtur. Nam qui fideiubet apud acta,iudicij fideiuſſor eſt,etiamſi voluntaria iuriſdictione, neque contentioſa fideiuſſerit. Tutius tamen eſt,vt id rectè poſſit fieri, Fideiuſſorem nominatim obligari, non debiti modo,ſed etiam iudicati nomine.*arg.l.vlt.ȷ.de vſur.rei iudic.*
c 27.D.4.De contrariis iudiciis.*v.Cuiac.9.obſ.2.* d & ita extincta obligatione. hoc innuit, Extinguendam non iam extinctam actionem cedi poſſe. e *l.36.D. de fideiuſſ.l.76.D.de ſolut.* f Tutor ob contutoris culpam condemnatus,ſi ſoluerit,actiones in contutorem ſibi cedi poſtulare poteſt. g i.non appellaſti.

h i. cedi.*v.l.2.ȷ.de diuid.l.20.D.de tut.& rat.l.4.ȷ.de in lit.dando.* i Tutori aduerſus contutorem vtilis eſt actio *vt hic:* vt & duumuiro aduerſus collegam.*l.2.§.9. D.de admin.rer.* k Vitricus priuigno tutor eſſe poteſt.*l.2.ȷ.de interdicto matrim. l.32.D.de adopt.dixi ad l.1.ȷ.vbi pupilli.* quod verum Baldus exiſtimat, ſi ei curator adiungatur. Cur? vide eundem. l *l.6.ȷ.de hered.act.* m De auctoritate tutorum. *1.Inſtit.21.* de auctoritate & conſenſu tutorum.26.*D.8.* περὶ αὐθεντίας ἢ συναινέσεως ἐπιτρόπων.37.*Eclo.8.* Authoritas, approbatio tutoris expreſſa.

DE CONTRARIO[c] IVDICIO tutelæ.

TIT. LVIII.

1. Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Stratoni.

SI pro contutore iudicato pecuniam ſoluiſti[d]: nullum iudicium tibi contra pupillum competit, vt delegetur[e] tibi aduerſus liberatum actio. Quod ſi nomen emiſti: in rem ſuam procurator datus,heredes iudicati poteris conuenire.PP.7.Kal. Mart.Fabiano & Mutiano Conſſ.202.

2. Imp.*Antoninus* A.Primitiuo.

SI non ex propria[f] culpa ſolus pupillæ condemnatus es, ſed abſens & indefenſus acquieuiſti[g]: cùm ex cauſa iudicati ſatisfacere cœperis, actiones aduerſus contutores tuos mandari[h] tibi à pupilla deſiderabis,vel vtili[i] actione vteris.PP.2.Id.Octob.Duobus & Aſpris Conſſ.213.

Pro illa parte ad quam pupillus ſuccedit tutori,extinguitur actio tutelæ. Ex Salyc.

3. Impp.*Diocl.& Maxim.*AA.Theſidi.

SI pater tuus quem priuigni[k] ſui tutelam adminiſtraſſe proponis, teſtamento rectè facto,pupillo etiam quondam ſuo herede inſtituto,deceſſit: quoniam non niſi[l] pro portione hereditaria tutelæ,petitionem confuſione conſtet extingui, pro reſidua parte ſuccedentem patri, tutelæ te conuenit apud competentem iudicem reddere rationem: qui ſecundum bonam fidem, eorum etiam quæ patrem tuum in rem eius erogaſſe dicis, admiſſa compenſatione, reliqui (ſi quid amplius debetur) faciet condemnationem. Quòd ſi ſciens amplius in rem ſuam erogatum, agendum propterea tutelæ non putauerit: eum contrario iudicio conuenire potes.S.18.Kal.Ian.CC.Conſſ.

DE AVCTORITATE[m] PRÆSTANDA.

TIT. LIX.

1. Impp.*Dioclet.& Maximian.*AA.& CC. Antoniano.

NEQVE tutoris neque curatoris abſentia quicquam ſtipulationi[n] pro pupillo ||vel[o] adulto|| habitæ nocet.Sine die,AA.Conſſ.

2. Iidem AA.& CC.Serenæ.

NEque actiones ſine tutoris auctoritate in ætate pupillari conſtituta remittendo[p],quicquam amittere poteris.S.17.Kal.Maij,CC.Conſſ.

3. Iidem AA.& CC.Caio.

EVm, qui à pupillo ſine tutoris auctoritate diſtrahente comparauit[q], longi temporis ſpatium non defendet. S. 3.Kal.Decemb.CC.Conſſ.

4. Imp.*Iuſtin.*A.Ioanni P.P.

CLarum poſteritati facientes, ſancimus omnino debere & agentibus & pulſatis in criminalibus[r] cauſis minoribus vigintiquinque annis adeſſe[ſ] tutores vel curatores, in quibus[t] caſibus ||adultos &|| pupillos leges accuſari concedunt:cùm cautius & melius ſit cum ſuaſione[u] perfectiſſima & reſponſa facere minores, litémque inferre, ne ex ſua imperitia vel iuuenili calore aliquid vel dicant[x] vel

n Pupillus ſine tutore ſibi ſtipulari poteſt. *l.9.D.eo. Inſtit. eo. in pr. l.7.ȷ.de contr.ſtipul.*
o hæc negatio deeſt.*l.101.D.de verb.oblig.*
p Pupillus ſine tutore actionẽ remittere non poteſt.
q Emens à pupillo ſuo tutor, non præſcribit.
r Minor non poteſt eſſe in iudicio criminali ſine tutoris auctoritate. *Salyc.* pupillus,tutore: adultus,curatore ea in re indiget. Poſſis quoque dicere, In iudicio criminali & ad litem criminalem,curatorem pupillo dari.*argum.l. propter.ȷ.de adulteriis.* Quid ſi lis fuerit inſtituta cõtra minorem 25. annis nullo prius illi dato curatore? ipſo iure nulla eſt. *Boſſius tit. ſi aduerſus rem iudicatam.Roland.1. conſil.31. num.1.* Idque ita receptum eſſe in regnis Hiſpanicis Placa retulit *1. delict.32. nu.12.* in Italia diuerſum. *Ferrarienſis in forma inquiſitionis in verbo:* & in Gallia *Imbert.in Enchirid.in verbo Authoritas. Rebuff. in proœm.conſti. glo.5.num.72.* & meritò: cùm in delictis minor 25.maior 14. habeatur in omnibus pro maiore,præcipuè ſi delictum confitetur.*Boſſius tit. de confeſſu.num. 69.* Poteſt tamẽ ætas prodeſſe ad eleuationem pœnæ.*Clar.5.ſent.§.vlt.q.50.in prin.*
ſ id eſt, auctoritatem interponere. Iure veteri præſentia aut conſilium tutoris ſufficiebat pupillo volenti accuſare.*l.7.ȷ.de adulteriis.l.2.§.1. D.de accuſat. Paul.5.ſentent.12.§.4.*
t In criminali cauſa pupillis tutor:adultis, curator: minoribus tutor & curator datur. Bald. u Suaſio perfectiſſima,hîc eſt auctoritas tutoris vel curatoris.
x Confeſſio minoris in iudicio criminali ſine authoritate curatoris non obligat ipſum minorem. Quid ſi curatorem non habeat? Idem:exploſa Petri opinione:qui putabat eo caſu valere minoris confeſſionem,licèt reſtitueretur. *l.certum. §.minorẽ. D.de confeſſis.* Itaque minor in iudicio ſine curatoris authoritate confeſſione ſua obligari non poterit, qui neque teſtes producere,neque alios actus ſibi præiudiciales, ſine curatoris authoritate poſſit in iudicio facere. Quid? eademne eſt ea in re adulti & pupilli ratio? eadem:exploſa quoque Dyni ſententia:Nam hic pupillus & adultus comparantur. Quid ſi non de iudicij ſolemnitate agitur, ſed de veritate peruestiganda? Nicolaus Matharellus putat hoc poſteriore caſu citra curatoris authoritatem confeſſione ſua minorem obligari in criminali iudicio. *arg.l.ſi fideiuſſor.§.quædam.D.mandati.* Quid ſi confeſſio minoris qua de agitur, non ſit voluntaria, ſed tormentis elicita? Confeſſioni adulti ſtari, præcedentibus indiciis putat Iacob.Butrigarius, quod non aliàs verum putat Baldus, quàm ſi præſente curatore cauſa cognita ante quæſtionem fuerit interrogatus. In hac enim ſpecie conſequentem quæſtionem,executionem quandam antecedentis cognitionis videri.*arg. l.ſi poſtulauerit.§.ſi quæſtionis.D.de adulteriis.* Quid ſi non in ſe,ſed alium minor in iudicio criminali fateatur? non eſt neceſſaria curatoris authoritas. *arg.l.vlt.ȷ.ad Sillan.* Quid ſi extra iudicium veriſimiliter quid inſe minor confeſſus eſt? In eadem permanere in iudicio cogi poteſt.*l.quæro.in fin.D.de ædilitio. l. capite.D.de adult. l.1.ȷ.ſi quis imperator.l.milites.§.oportet.ȷ.de quæſtionib.* Quid ſi confeſſus ſit coram iudice incompetenti?

Eandem confirmare coram iudice competente cogitur: si modò ex tali confessione orta est suspicio vel infamia. *c. at si. extra de iudic. Innocen. c. per inquisitionem extra de elect. c. cum super. de confessu.* † Confessus aut pro confesso minor ex contumacia non habetur, nisi interueniat curatoris authoritas vt hîc.

a Tutores testamentarij. b Legitimi tutores, à lege vocantur. c Dantur tutores à iudicibus vel ex inquisitione vel simpliciter.

d In omnibus causis, sufficit vnius tutoris vel curatoris authoritas: nisi auctoritas sit diuisa, aut sit actus quo tutela finiatur. *l. 4. D. eod. Vlp. 11. §. 26. l. 1. & 2. §. si ex pluribus. l. 3. l. 24. D. de admin. tut. l. 7. in fin. D. de curat. fur. l. 5. §. 7. D. de iudic. solui: adde Cuia. 17. obs. 18.*

e Prima exceptio.

f olim erant absimiles. *vide Vlp. 11. §. 26.*

g in magistratus municipales.

h Secunda exceptio.

i *l. 8. l. 17. D. de adopt. l. 14. D. de tutelis. §. 1. Instit. quib. mod. tut. finit. 5. Gell. 19.*

k *facit l. 8. D. de aqua pluu. c. quod omnes extra de reg. iur.*

l Quibus modis tutela finitur. *1. Inst. 22.*

m Tutela pubertate finitur, *vt hîc: & Inst. eo. in princ. l. 2. §. in quib. casib. tut. habent. l. 25. D. de tutorib. datis. l. 4. D. de tutelæ & rationib.* Sed tamen generali quadam locorũ consuetudine, præsertim in Germania, officium administratoris, & per cõsequens eius periculum, ad legitimam vsq; ætatem adultorum, putà 25. annum continuatur. cuius consuetudinis rationem vide apud Gayllum 2. *pract. 96.*

n Finito principalis officio, finitur officium adminiculi & adiuncti. *adde l. quæsitum. D. de tutel.*

taceant†, quod si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere. Dat. 10. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

In omnibus actibus sufficit auctoritas vnius tutoris, nisi administratio sit diuisa. Bald.

5. Idem A. Ioanni P. P.

VEterem dubitationem amputantes, per quam testamentarij quidem vel per inquisitionem dati tutoris & vnius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diuersis regionibus destinati, legitimi autem vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur: sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento [a] paterno, siue ex lege [b] vocati, ||siue|| à iudice [c] vel ex inquisitione vel simpliciter dati, vnius [d] tutoris auctoritatem ||pro|| omnibus tutoribus sufficere, vbi [e] nondum diuisa est administratio vel pro regionibus, vel pro substantiæ partib. ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo præstare: quia in hoc casu non [f] absimiles esse testamentariis, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos iubemus, eo quòd fideiussionis onere prægrauantur, & subsidiariæ [g] actionis adminiculum speratur. Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res quæ agitur, solutionem [h] faciat ipsius tutelæ: vtputa si pupillus in [i] arrogationem se dare desiderat. Etenim absurdum est solui tutelam non consentiente, sed forsitan ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, siue testamentarij, siue per inquisitionem dati, siue legitimi, siue simpliciter creati sunt: necesse est omnes suam auctoritatem præstare: vt quod [k] omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur. Quæ omnia simili modo & in curatoribus obseruari oportet. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 351.

QVANDO TVTORES VEL curatores esse desinant [l].

TIT. LX.

Finitur officium adiuncti simul cum officio eius cui adiungitur. Bald.

1. Imp. *Antoninus* A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adiuncti sunt: pubertate [m] pupilli, tam tutorum quàm curatorum ||adiunctorum [n]|| officium finiri, ideóq; alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est. PP. 4. Kal. August. Romæ, Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

Pupillus non potest cassare tutorem. Salyc.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* Aug. & CC. Menippo.

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimum [o] est. S. 13. Kal. Feb. Cæs. Conss.

3. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P. P.

INdecoram [p] obseruationem in examinanda marium pubertate resecantes, iubemus quemadmodum fœminæ post ||impletos|| duodecim [q] annos omnimodo pubescere iudicantur, ita & mares post excessum quatuordecim [r] ||annorum|| puberes [s] existimentur: indagatione [t] corporis inhonesta cessante. Datum 8. Idus April. Constantinop. Decio V. C. Conss. 529.

o certis enim tantum modis, iísque per legem introductis finitur, *facit l. 20. D. de off. procons.* & inuiti tutela continentur. p de qua mox dicam.

q *l. 13. D. de tutoribus datis.* quod quanquam Iustinianus sibi tribuat: videtur tamen aliunde sumpsisse. Tertullianus libro de velandis virginibus: Tempus, inquit, Ethnici obseruarunt, vt ex lege naturæ iura sua ætatibus reddant. Nam fœminas quidem à 12. annis, masculos à duobus amplius annis ad negotia mittunt.

r fuit & id quoque deriuatum aliunde ex Proculi schola, *Vlp. 11. §. vlt.* Idq; etiam testatur Tertullianus *lib. de anima. c. 30.* Pubertatem, inquit, animalem cum carnali dicimus conuenire: pariterque & illam suggestu sensuum, & istam processu membrorum exurgere à 14. ferè anno. non quia Asclepiades inde sapientiam supputat, nec quia iura ciuilia ab hinc agendis rebus obtemperant: sed quòd & hæc de primordio ratio est: & hanc definitionem fuisse pubertatis iure receptam, Macrobius etiam refert *7. Saturnal. 7.* idem *1. in somnium 6.* Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. Ideo tutela pueris quasi virile iam robur absoluitur, de qua tamen fœminæ propter votorum festinationem, maturiùs biennio legibus liberantur.

s Pubertas igitur in masculo 14. in fœmina 12. annis definitur, *vt hic: & l. 5. D. qui testam. l. 2. D. de vulgari. §. . Inst. de nupt. Nou. 119. Vlp. 11. §. vlt. Tertull. lib. de anima. c. 20. & lib. de veland. virginib. Macrob. 1. in som. 6. & 7. Saturnal. 7.* Huius definitionis cognitio vtilis est: quippe, Impubes nuptias contrahere non potest *vt hic:* testari. *l. 4. C. qui testam.* testimonium dicere. *l. 19. in fin. D. de testibus.* torquer. *l. 10. D. de quæstionibus.* obligari sine tutoris authoritate. *l. 3. C. de author.* Plena verò pubertas in masculo 18. in fœmina 14. anno finitur *l. 40. §. 1. D. de adoptionibus. l. 1. §. 3. D. de postulando. l. 14. §. 1. D. de alimentis. l. 57. D. de re iudic. §. 3. §. vlt. Inst. quib. ex caus. manumit. Nouell. 115. c. 3. in fi. l. 19. C. Theod. de decurionibus.* Plena verò ætas in masculo 20. anni: in fœmina 18. *l. 2. in pr. & §. 1. C. de his qui ven. ætat. Nou. Leon. 28.*

t olim pubertas probatur ex habitu. *Vlp. 11. §. vlt. Inst. eod. in pr.* vel aspectu. *l. 3. C. si minor se maior. l. 32. D. de minoribus.* ex aspectu, vt Cuiac. putat *d. tit. si minor.* necessariæ partis: Aristophanes σφῆκες, παίδων δοκιμαζομένων αἰδοῖα παρίσι θεᾶσθαι. Plato XI. *legum.* τὴν τῶν γάμων χρόνου συμμετρίαν ἢ ἀμετρίαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν, κρινέτω γυμνοὺς μὲν τοὺς ἄρρενας, γυμνὰς δὲ ὀμφαλοῦ μέχρι θεώμενος τὰς θηλείας. Quintilianus *declamat. 279.* Postea nudari filium atque in conspectu iudicis constitui cogit. Idem *in Instit.* quæstionem hanc centumuiralem esse ait, pubertas annis an habitu æstimetur. Habitum Diocletianus videtur appellare vigoris vestigiũ *l. 4. C. qui testamenta.* Verum Reuardus 4. *Variorum* 10. Veteribus Romanis indecoram hanc corporis inspectionem in vsu non fuisse putat: & Iustinianum illo Platonis loco deceptum, quæ de habitu, hoc est, dispositione, figura, & forma corporis honestè dicta erant, ad illum locum Platonis ineptè trãstulisse. Quo etiã loco notat masculos, anno 14. etiãsi generare non possent, ipso tamen facto puberes fuisse declaratos. solebãt enim masculis ad annũ vsq; decimumquartum comę nutriri. Martialis. Et pædagogo non iubente parere gaudent villico capillati. Eo elapso spatio, comæ insigne pubertatis præcidebantur. Porphyrio *in Horatium: Martialis 6.* Hic iacet in tumulo raptus puerilibus annis Pantagathus domini cura dolórque sui. Vix tangente vagos ferro resecare capillos Doctus & hirsutas excoluisse genas. Persius *Satyr. 3.* Quibus indetonsa iuuentus inuigilat siliquis, & grandi pasta polenta. Scribit etiam Iulius Sabinus in Virgilium, aris alicuius Dei, detonsas tempore pubertatis comas fuisse consecratas.

DE ACTORE A TVTORE seu curatore dando.

TIT. LXI.

Etiam pater tutor filij non constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam. Bald.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Alphocrationi.

SI sui iuris constituti filij tui, matri successerunt: licèt [u] te tutorem eorum esse probetur, tamen non [x] per procuratorem, sed actorem [y] decreto constitutum à te, res eorum te absente peti conuenit. S. Non. Ian. Sirmij, CC. Conss.

DE EXCVSATIONIBVS [z] ||TVtorum & curatorum,|| & de temporibus earum.

TIT. LXII.

De spadone.

1. *Seuerus & Antoninus* AA. Auiolæ.

FALSA suasione credis te propterea quòd spado [a] sis, immunitatem à tutelis habere. PP. Kal. Maij, Chilone & Libone Conss. 205.

De rebus prouincialibus.

2. Iidem AA. Habentiano [b] & Cosconio.

SI curatores dati estis generaliter [c], nec [d] decreto significatum est Italicarum tantùm rerum vobis munus iniunctum: adire debetis competentem iudicem, vt vos à prouinciali administratione liberet [e]. quod si factum fuerit, petent sibi in prouincia curatores adolescentes. PP. 8. Kalend. Septemb. Chilone & Libone Conss. 205.

Si ingenuus libertino tutor datus sit.

3. Iidem AA. Crispino.

EXcusationis quidem tuæ, si ingenuus [f] libertino tutor datus es, certa causa est. Sed cùm te præses prouinciæ audiendum non putauerit propter præscriptionem, quasi tardius adires, nec à decreto prouocaueris: intelligis parẽdum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. Albino & Æliano Conss. 207.

De marito adultæ.

4. Imp. *Antoninus* A. Agatho ||Dæmoni.||

AMplissimi ordinis consulto [g], qui [h] pupillam suam vxorem ducit, nuptias contrahere non [i] intelligitur, & tamen infamis [k] constituitur. Sed si tu Demetriæ [l], cùm eam in matrimonio haberes, absens & ignorans curator constitutus es: potes esse securus, dum tamen alius substituatur. Non enim ||debet|| ignorantiæ maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus quæri. PP. 11. Kal. Iul. Sabino & Æmiliano Conss. 207.

De libertis.

5. Imp. *Alexand.* A. Basilio.

LIbertos [m] à tutela vel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem impetrare ||posse,|| amplissimus ordo, auctore Diuo Marco, censuit. Et ideò nec illud eis prodesse debet, quo minùs curatores etiam inuiti, patroni seu patronæ liberis dentur, quòd eorundem tutelam administrauerunt.

u tutor propter absentiam, non dat curatorem sed actorem. *l. 10. in fi. C. qui dare tutor.* qui & adiutor. *l. 13. in fin. D. de tutelis.* x Tutor potest tutelam administrare per actorem non per procuratorem. *Bartol.* etiamsi pater tutor filij esse proponatur. *hac l. Bald.*

y ita appellatur, quia plerumque litis causa datur, qui rei nomine datur, actor. *l. 10. C. de appell. l. 31. §. 6. D. de negotiis. l. 24. D. de admin. tut. l. 6. D. quando ex facto tutoris. §. vlt. Instit. de curatoribus.* z *dixi ad 27. D. 1.*

a Eunuchus tutor datus immunitatem non habet. *Synops. Basilic. 38. tit. 1. c. 46. l. 15. D. eo.* b Aduentiano. *v. Cuiac. 15. obs. 3.* c Curator generaliter datus, intelligitur etiam datus ad bona extra prouinciam sita, vt eorum nomine etiam teneatur: sed tamen facilè ab illis obtinere solet liberationem.

d Atqui videtur, neminem posse curatorem dare bonis quæ sunt extra prouinciam suam. *l. pupillo. D. de tutoribus datis.* An hîc dicemus cum Accursio, curatorem à principe datum, vel alio eius mandato: atque ita ab eo qui iurisdictionem quoque in prouincia habuit? An potius cum Bartolo, prouincialibus etiam bonis curatorem rectè dari, ab eo qui iurisdictionem habeat in personam adulti: exemplo tutorum, qui si ab eo dati sint, qui iurisdictionem habent in personam pupilli, dati quoque intelliguntur, vt administrent bona pupilli, in quacunque prouincia posita? *l. 1. §. vbi pet. tut. l. 1. D. de tutorib.* e *l. 19. l. 21. in fin. D. eo. adde l. 27. D. de admin. tut.*

f Ingenuus excusatur à tutela libertini. *l. 1. §. 4. l. 44. D. eo.* quod si reiicitur excusatio appellare debet: aliàs, tenetur. *l. 27. in fi. D. de tut. dat.* g *l. 1. C. de interdict. matr.* Imò oratione D. Marci. *l. 15. D. de sponsalib. l. 60. §. 5. D. de ritu. v. quæ scripsi ad l. 7. C. de prædiis minorum.* h *v. C. de interdict. matrim. inter pupillum & tutorem.*

i *l. 7. D. de adult.* k *l. 7. C. de interdicto.*

l Vxori. Si maritus ignorans curator detur vxori, excusatur à pœna senatusconsulti: si tamen alium substitui petierit. *v. l. 2. C. qui dare tutor.*

m Libertus nullo modo excusatur à tutela vel cura filiorum patroni, vt quamuis eorum tutor fuerit, non prohibeatur curam gerere. *l. 1. §. 4. l. 14. D. eod. l. 14. ff. de tutoribus datis. v. tamen Paul. 2. sent. 29. §. 11.*

De termino

a Quinquaginta dies excusationum, incipiunt cedere postea quàm tutor decretum prætoris cognouerit, aut testamentum quo tutor datus est. *Synop. Basil. dict. tit. 1. ca. 50.* Igitur ignoranti, non currit aut elabitur tempus excusationibus constitutum à lege *vt hic. & l. 13. §. 1. ff. eo.* Eadem ratione Bar. in *l. quanddiu. j. qui admitt.* negat, ignoranti tempus iusiurandi currere. b Tempus se excusandi à tutela non currit ignoranti.

De termino intra quod excusationes proponi debent.

6. Idem A. Maximiano.

QVinquaginta[a] dies, qui præfiniti sunt ad professionem excusationis iis, qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum prætoris, aut testamentum parentis notum [b] factum fuerit ei qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio, quæ hoc induxit, sanxit. Sed si quis in eius temporis cõputatione ab eo, cuius de ea||re|| notio fuerit, iniuriam passus, non prouocauit: acquiescere||rebus|| iudicatis debet. PP. III. Non. Maij, Iuliano II. & Crispino Consf. 225.

De credito vel debito.

7. Idem A. Antonio.

NEque à tutela, neque à cura ideò quis excusatur, quòd creditor † siue debitor||eius||est, cui tutor siue curator datus est: sed participem in munere habere debet, vt, si res exegerit, is qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. 3. Id. Iul. Iuliano II. & Crispino Consf. 225.

De colonis fisci.

8. Idem A. Maximo.

COloni, id est, conductores prædiorum ad fiscum[c] pertinentium, hoc nomine[d] excusationem à muneribus ciuilibus non[e] habent: ideóque iniunctæ[f] tutelæ munere fungi debent, PP. 4. Kal. Feb. Fusco & Dextro Coss. 226.

De oculo amisso.

9. Idem A. Romano.

FRater ||tuus|| non ideò à tutela vel cura excusari deber, quòd oculum[g] amisit. proinde intelligis munus susceptum eum deserere non posse. PP. Kal. Feb. Modesto & Probo Consf. 229.

De exactoribus tributorum.

10. Idem A. Crispino.

EXactores[h] tributorum tanto tempore, quanto rationẽ tributariam tractauerint, nõ solùm ab oneribus, sed etiam à tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. Dat. Id. Aug. Alexandro A. III. & Dione Consf. 230.

De bonis existentibus in alia prouincia.

11. Idem A. Hylæ.

TEstamento tutor datus, vt à bonis his excusareris, quæ pupilli tui in alia[i] prouincia, quam vnde es, vbiq; moraris, possident: intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti: excusatio quidem temporis præscriptione summouetur: sed propter[k] latè diffusum patrimonium, an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, præses prouinciæ, si te in sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Decemb. Pompeiano & Peligno Consf. 232.

De tutela voluntaria.

12. Imp. *Gordianus* A. Valentino.

VOluntariæ[l] tutelę munera priuilegiis[m] nihil derogãt[n]. PP. 11. Kal. Nouemb. Pio & Pontiano Consf. 239.

De libertis.

13. Idem A. Apollinari.

NE senatorum[o] quidem liberti[p], nedum cæterorum, propterea quia patronorum negotia gerunt[q], à muneribus ciuilibus habent immunitatem. tantummodò etenim vnus[r] senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, à tutela siue cura vacationem habet. PP. 10. Kal. Febr. Gordiano A. & Auiola Consf. 240.

De tutore nominato vt iniuriam redimat vel litiget.

14. Idem A. Heraclidæ.

SEueriter præses prouinciæ exequetur, si animaduerterit auunculum tuum propterea nominari tutorem, vt metu huiusmodi creationis à[s] magistratib. iniuriam redimat. [t] Quin etiam si aliqua ei excusatio competit, & non alia causa nominatus est, quam vt[u] lite fatigetur: quod in eam rem absumptum fuerit, is, qui eum nominauit, iuxta formam constitutionum ei reddere cogetur. PP. Idib. Septem. Gordiano A. & Auiola Consf. 240.

Si iudicio excusationis pendente tutela finiatur.

15. Idem A. Tauro.

QVanquam in tutela detentus, eo quòd excusatio, quã obiiciebas, non est admissa[x], prouocationis auxilium flagitaueris: & in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta ætate agere cœperint[y] tamen non[z] eo minùs causa interpositæ prouocationis propter periculum administrationis eius temporis iudiciorum more examinanda est PP. 8. Kal. Nouemb. Ariano & Pappo Consf. 244.

Lis de hereditate.

16. Imp. *Philippus* A. Theodoto.

SI (vt allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationem[a] hereditatis tibi esse proponis, & tempora[b] antiquitus excusationibus præstituta etiam nunc opitulãtur: adire præsidem prouinciæ potes, formæ super ea||re|| statutorum principalium obtemperari pro sua grauitate iussurum. PP. 10. Kalend. August. Peregrino & AEmiliano Cõss. 245.

De dato curatore nurui suæ.

17. Imperatores *Gallienus & Valerianus* AA. Epagatho.

LIcet orationis sub Diuo Marco habitæ verba deficiant: is tamen, qui post contractas nuptias nurui[c] suæ curator datur, excusare se debet, ne manifestam sententiam[d] eius offendat, & labem pudoris contrahat. Dat. 6. Id. Ian. Valeriano II. & Luciano[e] Consf. 256.

Non appellari sed excusationem proponi: si pupilli pater vsumfructum omnium bonorum vxori suæ reliquerit.

18. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Sabino & aliis.

TVtores nominatos appellationem[f] interponere necesse non habere, certissimi iuris est. Quapropter licet non appellasti: si quam te excusationem habere confidis, intra tempus, quod Diui Marci constitutione pręscriptum est, hac apud præsidem prouinciæ vti non prohiberis. Nam quod[g] omnium [h] bonorum patrem pupilli vsumfructum reliquisse quondam vxori suæ proponis ad excusandos vos à tutela non est idoneum. Dat. Non. April. CC. Consf.

De eo qui matrem pupillæ conuenire vult.

19. Iidem AA. & CC. Dionysio.

INusitatam rem desideras, de tutela filiæ te dimitti postulans, quòd[i] te posse contrario tutelæ iudicio matrem eius conuenire contendis. Sine die & Consf.

Si is qui tutor fuit curator detur.

20. Iidem AA. & CC. Cratino.

CVrator adultis nominatus, quorum tutor antea fueras, inuitus[l] in administratione teneri non potes [m]. Proinde si dies[n] excusationibus præfinitus nondum excessit: vti competenti defensione potes. S. 10. Kal. Decemb. Nicomediæ, CC. Consf.

De communione.

21. Iidem AA. & CC. Parammoni.

QVòd res cum vterinis fratribus tibi communes[o] esse, profitearis, ad excusationem tutelę non est idoneum: cum harum diuisio curatore dato fieri possit. S. 18. Kalend. Ianuar. Nicomediæ CC. Consf.

De excusatione approbata.

22. Iidem Augusti & Cæsares Hermodoro.

SI tutor nominatus decreto pręsidis, habens excusationẽ absolutus[p] es: ad te non pertinere periculum administrationis, manifestum est. Dat. 13. Kalend. Ian. Nicomediæ, CC. Consf.

De lite quam soror vel filij sororis tutoris habent cum pupillo.

23. Iidem AA. & CC. Neophyto.

HVmanitatis ac religionis ratio non permittit, vt aduersus[q] sororem, vel filios sororis actionum necessitates [r] tutelæ occasione suscipias: cum & ipsius etiam pupilli, cui tutor datus es, aliud videatur exigere vtilitas: scilicet vt eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem eius non inhibeatur affectu[s]. Iuxta formam igitur, quam consulti dedimus, prætorem adiri oportet: vt & iu-

† *l. 8. §. qui dare tutores.* Hodie creditores & debitores pupilli excusantur ab eius tutela, *Nou. 72. c. 1. 2.*
c *l. vl. §. qui dare tutor. adde l. vn. §. ne tutor vel curat. vectig.* Aliud in conductore vectigalium ciuitatis alicuius, *l. 15. §. 10. D. eo.*
d Præsertim si præsentes negotium exercent, *l. 8. §. 1. D. de vacat. muner.* in aliis liberantur, *l. 5. §. 11. D. de iure immunitatis.* Dicamus muneribus fungi posse, sed tamen sine damno fisci, quod vt fieri rectè possit, præsidis notionem esse, *l. vl. §. 1. D. ad municipal.*
e *Adde l. vl. §. qui dare tutores: l. 1. j. ne rusticani ad vllum obsequium: l. 1. j. de agricolis.*
f A præside *d. §. 11.*
g *dixi ad le. 3. §. qui dare tutores:* aliud in cœco, *l. 40. D. eo. l. 1. j. qui morbo.*
h *facit l. 22 in fi. l. 41. D. eo. §. 1. Instit. eo.*
i Tutor testamẽtarius tenetur bona administrare etiam extra prouinciam constituta, præterquam si ab his se excusauerit: quo nomine curator ei adiũgi solet: *dixi ad leg. 5. §. qui dare tut.*
k *l. 3. §. in quibus casibus tut. habent.*
l Voluntaria *Haloand.*
m *l. 30. §. 2. l. 31. in fi. D. eo.* facit *l. 7. § de vsuris: leg. 28. §. de pact. l. vl. §. ne vxor pro marito: adde quæ scripsi ad l. 6. D. de vsuris: l. 1. j. de fideiussoribus: No. 1. c. 1. l. 19. j. de agricolis.*
n Qui priuilegium habet, iúsve excusandi se ab officio tutelę vel curæ: si munus subiit, exinde non potest (quantũ ad munus sponte susceptum) se excusare. An & ab aliis similibus in futurum? potest *v. VVurms. 1. pract. 38. obs. 6.* Per actum vni rei tantum contrarium, non amittitur priuilegium in aliis.
o Aliud in liberto vxoris senatoris. Is enim non excusatur quantumuis res vxoris disponat *l. 15. §. 8. D. eo.*
p Liberti non excusantur à tutela, quòd gerant patronorum negotia: nisi patronus sit senator, & quidem masculus. & tunc, vnus tantum excusat. Quid si libertus ius aureorum annulorum impetrauit? non excusabitur, etiam si patroni gerat negotium, vt eodem iure censeatur quo reliqui ingenui *l. 43. l. 44. in [illegible] eod. l. 17. §. 1. D. ad municip.* q Idem dicendum, si filiorum patroni tutelam gerunt, *leg. 43. D. eodem.*

r Eadem ratio erit, si plurium patronorum gerant negotia. s Inquisitores ipsos criminaliter teneri, si in inquirendo malo more versati sint, hac ex lege notat Bald. malo more versatur qui ab innocente, innoxio & immerito, pecuniam extorquet.
t Qui nominat aliquem ad munera, eo fini vt se à nominatione redimat, criminaliter tenetur, *l. 3. l. 4. ff. repetundar.* u Qui nominat aliquem ad tutelam vt lite fatigetur, tenetur ad expensas.
x Potest appellari, si iudex nõ admittit admittenda *Bald.*
y Etiã si lis principalis intereat: accessoria tamẽ litis inceptæ terminanda sunt.
z *v. l. 20. ff. de administ. tutor.*
a *leg. 21. ff. eo. §. 4. Inst. eo.*
b *l. 6. §. eo.*
c Datus curator nurui, debet se excusare, *l. 3. §. de interdicto.* alias incidit in infamiam.
d Vbi eadem æquitas, ibi idẽ ius.
e Lucillo. Cassiodorus & omnes fastorũ authores
f A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio proponitur, *l. 13. ff. eo. §. 16. Instit. eo. l. 1. §. 1. D. quando appellandum.* sed tamen Cuia. ad *l. 4. ff. eo.* à datione tutelæ appellari posse putat: nominato excusationem permitti: excusatione non recepta, *d. §. 1. l. 16. ff. eod.* appellabatur iure antiquo. hodie excusatio nuda sufficit sine appellatione, aut potius appellationis genere, excusatio proponitur, *dixi ad l. 4. D. eo.*
g Inopia pupilli non excusat à tutela. *Salyc.*
h vt hoc pacto filius inops censeatur. hodie filij legitima, vsufruct⁹ onere grauari non potest *No. 18. c. 5.*
i Tutela filij nõ excusatur mater licet filio debeat
k Nemo ideo excusatur à tutela, quòd matri futuri pupilli pecuniã crediderit
l *§. 18. Instit. eod. Paul. 2. sent. 27. §. vl.*
m fallit hoc in liberto, *l. 5. §. eo.*
n *l. 6. §. eo. l. 16. ff. eo.*
o Communio non excusat à tutela. facit *l. 7. §. eo. l. 2. §. de in litẽ §. vl. Inst. de auct. tut.*
p Periculũ tutelæ non spectat ad eũ, cuius excusatio fuit adprobata.
q Tutelã vel patrociniũ minoris creditoris suscipere cõtra sororẽ propriam, vel sororis filios nemo cogitur. Ob hanc igitur causam, põt quis à tutela se excusare, ne ob tutelæ necessitatẽ pro pupillo causas dicere cõtra personã tanta sibi propinquitate iunctã cogatur. Author *Synop. Bas. 38. ti. 1. c. 67.* quod ius aut esse ξένον καὶ θαυμαστὸν, nouum & admirabile. Hoc etiam ex loco notant, nõ præsumi odiũ inter fratres. Imò verisimile esse, alterũ ab altero diligi, de qua præsumptione *v. Alciat. 1. præsumpt. 23.* r Potest tamen quis aduersus proximos & cognatos, pupillũ suũ defendere. *v. 5 Gell. 13.* cũ & possit aduocatus etiã fisci, pupillos suos defendere aduersus fiscũ *l. pen. D. postuland.* s Hinc colligũt, sermone generali neminẽ pręsumi

quidquã cõſtituere in eorũ detrimentũ,quos habet cõſanguineos. de qua preſumptione *v.Alciat.1.præſumpt.27.* a Nauicularij,à tutelis extraneis,id eſt, non nauiculariorum excuſantur, *facit l.17.§.2.l.41.in fi.D.eo.*
b Silentiarij excuſantur à tutelis & curationibus.*No.53.c.4.leg. 5.leg. vltim.j.de ſilent.* c *§.vltim.Inſtit.eod.l.60.ff.de ritu nuptiar.* d *l.45.in fin. D. de re iudicata.* e Excuſatus falſis allegationibus tutor pupillo obligari non deſinit. vnde notat Bartol. iure ſingulari, ſententiã ex falſis allegationibus latam aduerſus minores ipſo iure nullã eſſe, cùm in aliis valeat,licet reſcindatur per reſtitutionem.
f iniuſtè iudicis decreto excuſatus tenetur de periculo tutelæ,*l.37.D. eod. l.11.§.2.D.de minorib.*
g Tutores excuſatione prius vti debent, quàm res adminiſtrẽt. Quod ſi res minorum iam adminiſtrare cęperint, non amplius ſe excuſare poſſunt, niſi certis ex cauſis, vt quum Reipublicæ cauſa abfuerint *Syn.Baſil.38.tit.1.c.71.*
h Suſcepta iam adminiſtratione fruſtra quis ſe excuſat, *l.17.§.5.ff.de excuſat. facit l.12.s.titul. prox. excipe leg. vlt.j.leg.30.l.40. D. de excuſat. l.11.§.2.ff.de minorib.l.1.in fin.ff.eo. §.19. Inſtit.eod.l.2.s. qui dare. v. VVurmſ.1.pract.38.obſ.7.*
i Sententia contra ius minoris lata minori nõ præiudicat, *le.2.s.eo.l.6.s.titul. prox.*
k Ambitioſa excuſatio non excuſat,*adde l.4.ff. decr.ab ordine.*
l *§.2.Inſt.de excuſat.leg.3.§.2.ff.de ſuſpectis.*
† Tutela excuſatur qui Reipublicæ cauſa abeſt.
m Abſens reipublicæ cauſa, periculo medij tẽporis non obſtringitur, ſi ſe excuſauit *v. quæ dixi ad leg. 10. s. qui dare tutor.*
n Abſentes Reipublicæ cauſa reuerſi à noua tutela ſuſcipienda habent anni vacationem.*l.10.ff. de excuſ.tut.*
o *d.l.10.*
p *l.4.s. qui dare tutor.*Quinã veterani *v. d.l. 8. §. 6.D.de excuſat. tut.v.tit.j.de veteranis:l. 9.j.quando prouoc. non eſt neceſſ.*
† De ſacramento militari dixi *ad l.2. D. de veteranis.*

ſto tuo deſiderio,& pupilli ipſius commodo conſulatur. S. 6.Kal.Feb.Sirmij,Tuſco & Anulino Conſſ. 295.

De nauiculariis.

24. Impp.*Arcad.& Honor.* AA.Flauiano.P.P.

EXcuſationem nauiculariis [a] tutelæ ſiue curæ hactenus ipſis tribuimus,vt in huiuſmodi officiis minoribus ſui tantum corporis obligentur.Dat.3.Non.Mart. Mediolani, AA.Conſſ.

De ſilentiariis.

25.Imp.*Anaſta.* Auguſtus Antiochio præpoſito ſacri cubiculi.

VIros clariſſimos ſacri noſtri palatij ſilentiarios [b] circa latus noſtrum militantes, de tutelis & curationibus excuſari ſancimus.Dat.Kal.Ian.Ioanne & Aſclepione Cõſſ. 500.

SI TVTOR VEL CVRATOR FALSIS[c] ALLEGATIONIBVS excuſatus ſit.

Tit. LXIII.

1.Imp.*Alexand.* Symmacho & Diotimo.

SI abſentibus [d] neceſſariis perſonis, vel his,qui ſua ſponte vos defendere volebant,nõ[e] competentibus allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant,liberati eſſe à munere iuſſi ſunt,ne eis circumueniſſe iudicis religionem proſit,pręſes prouinciæ audiet vos: & ſi iniuſtum [f] decretum extorſiſſe eos apparuerit, exinde ad eos periculum adminiſtrationis pertinere pronunciabit,ex quo dati ſunt. PP.12.Kal. Maij,Maximo II.& AEliano Conſſ. 224.

Poſt ſumptam adminiſtrationem fruſtrą ſe quis excuſat. Salycet.

2.Impp.*Philippus* A.& *Philippus* C.Aulizano.

TVtores[g],quos poſtea[h] quàm bona pupillorum adminiſtrauerunt,à præſide prouinciæ quaſi re integra excuſari ſe impetraſſe [i] adſeueras, periculum adminiſtrationis euitare minime poſſe,manifeſtum eſt.PP.14.Kal.Iun. Philippo A.& Titiano Conſſ.246.

3.Iidem A.& C.Octauio.

SI (vt proponis) pars diuerſa ab adminiſtratione tutelæ ſeu curæ tuæ,itémque fratris tui, ambitione[k] potius quã iuris ratione ſe excuſauit:periculo iniuncti muneris minimè liberata eſt.Sine die & conſule.

SI TVTOR VEL CVRATOR REIPVBLICAE[l] CAVSA aberit.

Tit. LXIIII.

1.Imp.*Gordianus* A.Guttio.

QVi tutores || vel curatores || dati,reipublicæ† cauſa abfuturi ſunt,ad tempus ſe excuſare debent à tutela, ne etiam medij[m] temporis periculo obſtringantur. Quod quidem ſi tu feciſti: eius interualli quo abfuiſti,periculum non debes pertimeſcere. Quod ſi id prætermiſiſti,vt priore loco is conueniatur qui adminiſtrauit,||de|| iure poſtulabis.PP. Id.Mart.Gordiano Aug.& Auiola Conſſ. 240.

2.Idem A.Reginio.

CErtum eſt eos,qui reipublicæ|| cauſa || abeſſe deſierunt, ab omni noua[n] tutela anno [o] vacare debere.PP.V.Kal. Mart.Gordiano A.II.& Pompeiano Conſſ. 242.

DE EXCVSATIONIBVS VETERANORVM[p].

Tit. LXV.

1.Imp.*Antoninus* A.Saturnino.

QVi cauſaria [q] miſſione ſacramento † poſt viginti[r] ||annorum|| ſtipendia ſoluuntur, & integram famam retinent: ad publica priuilegia[ſ] veteranis conceſſa pertinent. PP. 7.Id.Auguſt. Antonino A.IIII.& Balbino Conſſ.214.

2. Imp.*Gordianus* A.Celeri Veterano.

QVod placuit veteranos|| tantummodo|| conueterani[t] filiorum ſeu militum, & quidem vnam[u] tutelam ſeu curam eodem tempore adminiſtrare compelli:eo [x] pertinet, vt[y] ſi aliis dati fuerint,intra ſolẽnia tempora cauſas excuſationis ad competentem iudicem deferant. PP.3.Kalen.Iul. Gordiano Auguſt.& Auiola Conſſ.240.

q *leg. 2.§.2.D.de his qui notant.* r Iuſtum tempus militiæ (20. annorum ſcilicet) præſtat munerum excuſationem, *d.leg.9.leg.8.§. 2. D.de excuſat.leg.5.j.de his qui non explet.leg.1.C.de profeſſoribus.* v.quæ ſcripſi ad *l.2.j.de re militari.*
ſ v. ff.de veteranis, ſeu de priuilegiis veteranorum.
t Nota genus priuilegij veteranis dati. u Nota aliud genus priuilegij veteranis dati.
x Inuitum non cogendum ex ſtatuto ita intelligimus, vt non cogendus ſit, quoties vtitur ſuis defenſionibus alias cogi poteſt.
y Probare priuilegium ſuum debet qui eo nititur: atque ita, præſumi non ſolet priuilegium niſi probetur.
z *leg.2. §.1. D.de excuſ.Inſtit.de excuſat.tut. in pr. adde quæ notaui ad l.7.§.3. D. de bon. damnat.* a *d. §. 1. Inſtit. eodem. d.loco: adde leg. 3.j.de his qui num. liber.*

QVI NVMERO[z] LIBERORVM SE EXCVSANT.

Tit. LXVI.

1.Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Herodiano.

QVi ad tutelam vel curam vocantur, Romæ quidem trium[a] liberorum incolumium numero,de quorum etiam ſtatu non ambigitur: in Italia verò quatuor,in prouinciis autem quinq; habent excuſationem. PP.Non.April. Geta & Plautiano. Coſſ. 204.

2. Imp.*Antoninus* A.Marcello.

NEque filia amiſſa[b] numero prodeſt ad declinanda municipalia munera,neque nepotes numerantur,quorũ pater ſupereſt,cùm ſuo nomine patri proſint. Dat. Id.Iun. Antonino A.IIII.& Balbino Conſſ. 214.

QVI MORBO[c].

Tit. LXVII.

1.Imp.*Philippus* A.& Philippus C.Sabino.

LVMINIBVS captus[d] aut ſurdus,[e] aut mutus,aut furioſus[f],aut perpetua[g] valetudine tentus, tutelæ ſeu curæ excuſationem habet. PP. 14.Kal.April.Præſente & Albino Conſſ.247.

QVI AETATE[h].

Tit. LXVIII.

1.Impp.*Seuerus & Antoninus* AA. Seuero.

PATER tuus ſi maior eſt annis ſeptuaginta[i], ad tutelam ſeu curam euocatus, excuſare ſe ſolenniter poteſt.PP.5.Idib.Septemb. Chilone & Libone Conſſ.205.

QVI NVMERO[k] TVTELARVM.

Tit. LXIX.

1.Imp.*Seuerus & Antoninus*.AA.Pompeiano.

SI tres [l] tutelas vel curas eodem tempore non defunctoriè[m] ſuſceptas adminiſtras:onere[n] quartæ tutelæ ſeu curationis pupillorum ſeu adoleſcentium non grauaberis. Finito [o] autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adoleſcentium, aliæ ſubſtitui poſſunt: licet nondum ratio tutelæ ſeu curæ adminiſtratæ reddita ſit.Sed imperfectæ [p] diuerſæ ſpecies vacationis, licet permixtæ, ad excuſationem non proficiunt. Scire igitur debes eum qui duos filios habet, & duas tutelas adminiſtrat,excuſationem non mereri.PP.4.Idus Octobris.Antonino A.II.& Geta II.Conſſ.206.

DE CVRATORE FVRIOSI,[q] VEL PRODIGI.[r]

Tit. LXX.

De ætate prodigi vel furioſi.

1. Imp. *Antoninus*. A. Marinianæ.

CVRATORES impleta [ſ] legitima ætate prodigis [t] vel furioſis [u] ſolent tribui. PP. 4. Kalend. Auguſt.Meſſala & Sabino Conſſ.215.

De rebus ſine decreto non alienandis.

2. Imp. *Gordianus* A Auiteo.

b *v.leg.2.§. 4.ff. de excuſ.de Inſt. cuſ. tut.verſic. ſibi autem ſuperſtites.*
c *§.7.Inſt.de excuſat.*
d *Dixi ad leg.3. s. qui dare tutores.leg.9.s.de excuſat. leg.1.j. qui morbo ſe excuſa. l.40.ff.de excuſa. l.16. D. de auct. præſt.*
e *De ſurdo adde l.7.§.1.D.de muner.*
f *l.10. §. vltim. verſi. ſi quis autem & in inſaniam leg.12. verſic.furor.ff.de excuſ.*
g *leg. 10. 11. & 12.D. de excuſ.§. 7.Inſtit. de excuſ. tut.*
h *§.13.Inſtit. d excuſ. l. 2. D.eod. leg. 74.§.1.D.ad. Treb.*
i Anni 70.excuſant à muneribus ciuilibus *d.§.13.d.l.2.d.§. 1. l. 10.j.de decurionib.l.3.j. qui ætate vel profeſſ.l.3. §.6.§.12.ff.de muneribus leg.3. D. de iure immunitat.leg.15.§.11.ff. de excuſ.*
k *§.5.Inſt.de excuſat.l.2.in fin. l. 15.§.11. D.de excuſat.*
l *d.§.5.d.l.2.*
m Defunctoriè, eſt imaginariè, ſimulatè, affectatè, in fraudẽ iuris.
n Rectè hoc adiectum. Nec enim quælibet tutela onus eſt.
o *d.§.5.*
p Diuerſæ excuſationis ſpecies imperfectæ, nihil proficiunt, *v.l.15.§.11.D.de excuſ.tut. l. 1. in fin.ff.de vac.mun.* vnde notant,Imperfecta diuerſi generis & formæ plura,vnum perfectum non conſtituere: adde *l.ſi fideiuſſ. D. de ſolut.* Secus ſi ad eundem finem collineẽt tunc enim iuncta & multa iuuant,quæ ſingula & diſiuncta non iuuant. *leg. inſtrumenta, ſupra de probat.* Quid: teſtes ſingulares duo pluréſve, fidémne faciunt? non faciunt niſi in genere ſint conteſtes. *vide leg. ob carnem in fin.ff. de teſtibus.* vt ſi teſtis vnus dixerit, ſe audiuiſſe Titium dicentem, ſe non credere in Deum, alius,eũdem Titium dixiſſe, ſe non credere Eccleſiam catholicam. q *dixi ad 27.ff.1.§.4.Inſt.de curatorib.Vlp.12.§.2.& 3.l.8.in fin.ff.de tut. datis.*
r Id eſt etiam poſt impletam legitimam ætatem,licet maiores *§.3.Inſt.eo.*
ſ Qui prodigus cenſeatur,*v.l.1.ff.eo.Vlp1.2.§.2.§.3.Caium 1.Inſtit.vlt.*
t *l.1.ff.eo.*de furoris ſpeciebus dicam ad *l. 6.j.eodem.* u Cui comparant mutũ & ſurdum, quem intellectu carere ob ſuperiora vitia contigerit: alias muto vel ſurdo curator non datur *l.8.in fi.D.de tut.dat.v.VVurmſ.1.pract.38.obſ.5.*

Oratio-

a *l.1.ff. de rebus eor.qui sub tut.v.l.21.ↄ.de adm.tut.* b adgnatos *Haloand.* & generaliter ad omnes administratores familium personarum *vt hic.* ad hospitalarios, & similes *Castrensis in l.orphanotrophos 32.ↄ.de episcopu.*
c Res furiosi alienari ab eius adgnato tutore non possunt, sicut nec res pupilli.
d Iura minoribus constituta extenduntur ad furiosos & prodigos *l.8.§.1.l.11.in fi.*

ORationis[a] diui Seueri beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto prẹsidis pupillorum seu adolescentium distrahi vel obligari prohibitum est, non iniuria etiã ad agnatum[b] furiosi[c] porrigitur[d]. Si igitur citra decretum Præsidis fundus mente capti etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, vinculum pignoris in eo non consistit: vtilem tamen aduersus eum personalem actionem, si ob eius vtilitatem[e] pecunia mutua accepta est, poteris habere. PP. Kal. Ian. Pio & Pontiano Conss. 237.

De patre mente capto.

3. Idem A. Aureliæ.

SI pater[f] tuus mentis compos non est, pete ei curatores, per quos, si quid gestum est, quod reuocari oporteat, causa cognita in pristinum statum restitui possit. PP. 7. Idib. April. Gordiano & Auiola Conss. 240.

De matre furiosæ.

4. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Asclepiodoto.

CVm repudiante furiosa[g] sui iuris constituta[h] maritum[i], qui solus repudiare potuit, quædam matrem furiosæ marito quondam eius instrumenta confecisse significes: intelligis nihil[k] eam contra furiosam disponere|| potuisse,|| cùm eius ad eam[l] iure non pertinuerit defensio. S. Idib. April. Byzantij, AA. Conss.

De fratre furiosi vel furiosæ.

5. Imp. *Anastasius* A. ad populum.

NE lucrum quidem antea indebitæ successionis emancipato[m] vel emancipatis deputasse, nihil verò de onerib. tutelæ prospexisse videamur: curatores nihilo minus eos[n] pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus & sororibus vtpote legitimos existere, hac legis sanctione decernimus.

De dilucidis interuallis.

6. Imp. *Iustinian.* A. Iuliano præf. præt.

CVm[o] aliis quidem hominibus continuum[p] furoris infortunium accidat, alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur, sed in quibusdam temporibus quędam eis intermissio perueniat, & in hoc ipso multa sit differentia, vt quidusdam breues induciæ, aliis maiores ab huiusmodi vitio inducantur: antiquitas disputabat, vtrúmnę in mediis furoris interuallis permaneret eis curatoris intercessio, an cum furore quiescente finita, iterum morbo adueniente redintegraretur. Nos itaque eius ambiguitatẽ decidentes, sancimus (cùm incertum est in huiusmodi furiosis hominibus, quando resipuerint, siue ex longo, siue ex propinquo spatio, & impossibile est, & in confinio furoris & sanitatis eum sæpius constitui, & post longum tempus sub eadem esse varietate, vt in quibusdam videatur etiam penè furor esse remotus) curatoris creationem non[q] esse finiendam, sed manere quidem eum donec talis furiosus viuit: quia non[r] est pene tempus in quæ huiusmodi morbus desperatur[s]: sed per interualla quo perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed[t] ipsum posse[u] furiosum, dum sapit, & hereditatem adire, & omnia alia facere quæ sanis hominibus competunt. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit, curatorem in contractu suo coniungi, vt nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit: ne crebra vel quasi ludibriosa[x] fiat curatoris creatio, & frequenter tam nascatur[y] quàm desinere videatur. Dat. Kalen. Sept. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss. 350.

D. de rebus eorum. vide Oddũ *tract. de restitutionib. parte 1.q. 1.artic.4.*
e *v.l.3.ↄ.quando ex facto tutoru.*
f Filius iustè petit curatorẽ patri furioso dari: quin patri ipse furioso dari curator potest, *dixi ad l.1.in f.l. 2.in fi.l.4. D.eod. adde No.115.cap. 12.*
g furiosam Seneca 3. *controuers.* Nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater sit & impius: sed quia furiosus.
h constitutam.
i marito.
k Qui tutor nõ est, res pupilli distrahere non potest, *l.5. D.de rer. eor.*
l matrem scil. Mater ius administrationis bonorum liberis competentium non habet *l. 8. in fi. D. de solutionib.*
m *l.4.ↄ.de legit.*
n Fratres emancipati vocantur ad successionẽ fratrum sororũve: & ad tutelã, si ij minores sint, *l. l. 4.* siue maiores, furiosi tamen & prodigi.
o Curator furiosi habentis dilucida seu sana interualla, eo etiam tempore curator esse intelligitur, quo, is de quo agitur, dilucidã aut sana interualla hãbet, hoc est, quo non est in furore. Quid: vt sit tutor eo tempore potéstne eodẽ tempore administrare? non potest. Fuerit igitur in hac specie, cura ipsa, cõtinua: administratio, disconti nua. Interest autem in hoc casu scire, cura cesset necne: nã si furore statim cessante, cura finietur: furore redeũte, nouo curatore opus esset, aut certe prior ille curator noua excusatione vti posset: posset & nouum inuentarium fieri, incerto admodum euentu: & cum summo furiosi discrimine extingueretur & restitueretur cura.
p Furor alius est perpetuus *vt hic: l 7.in pr.§.2 ↄ.eo.l.14.ff.de off.præsid.l.12.§.2. D. de iudiciis. l.22.§.9.ff.soluto.* alter habet interualla, *d.§.7.* dilucida interualla, *l.9.ↄ.qui testam.fac.* seu intermissionem, *l.20.§.4.ff qui testamenta.* A demente separantur furiosi, *l.6.D.eo.l.vl.§.1 ↄ.de adm.tut.l.27.§.5.D.de arbitris.l.2. D. de inoff.l.8.§.1.D.de tut. dat.v.quæ de furioso dixi ad l.13. D.de off.præsid.*
q Dilucido furiosi pupilli interuallo curatoris administratio suspenditur.
r Morbus ex antiqua causa renascens, sanatus esse non intelligitur *facit ad l. Martius. D. locat.*
s Præsumitur semper furiosus, qui semel furiosus fuit, *v. Alciat.2.præsumpt.18.*
t Curatorem hic habet, & tamen omnia perinde agit, ac si non haberet? hoc ideo, quòd curatorem (vt est hæc ὑπόϑεσις) habitum ipso tantu habeat, non actu.
u Tempore dilucidi interualli, furiosus sanis comparatur: sic interdicti & banni suspensi tempore, qui in eo statu sunt, ea omnia gerere possunt, quæ non interdicti.
x Ludibrio est frequens personæ mutatio.
y Perpetuum aliquid interdum constituitur, vitandæ nimiæ frequentiæ causa.
z De furore perpetuo dixi ad *l.6.ↄ.eo.*
a Sacris perpetuis parẽtis *Hal.* Filiifa. in sacris parentũ erant. *l.vl.ↄ.de inoff.l.20.ↄ.de nupt.l.3.ↄ.de bon.matern.l.vl.ↄ.ad Tert.l.2.ↄ.de bon.quæ liber.l.13.ↄ.de collationib. l.penult.ↄ. de adoptionibus.* vt & adoptati, *8.Valer.7.* at non emancipati *l.31.ↄ.de fideicomm. l. 1.ↄ.de annali except.l.13.ↄ.de legitim.heredibus.* Sacra parentis, patria potestas. His adde quæ dixi ad lib.1. x 1 1. *tabul. c.de sacris priuatis.* Glossis, in sacris parentum esse, est ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρός. b Pater filiofamilias furioso, curator legitimus
c Castrense hoc peculium filij pater non administrat vt pater, & vsumfructum in eo habent, sed vt curator filij furiosi.
d Nullus affectus vincit paternum, *facit l.27.ↄ.de episc.aud.l.9.ↄ.de impuber.& aliis.*

l.67.§.1.in fin.D de ritu. leg.quidam cum filium.D.de heredib.inst.
e Is est Tertullianus (qui & Septimius Florens Tertullian.) natione Afer, patria Carthaginensis, qui de religione Christiana antiquissimus complures libros scripsit: quẽque & exercitatum in legibus Romanis fuisse scribit Eusebius 2. *epist* 2. cuius rei iidem libri indices clari sunt, translationibus ex iure sumptis confertissimi. vixit sub Seuero & Antonino: libros quæstionũ octo composuit, vt ex indice colligere possumus Τερτυλλιανοῦ: Quæstionôn βιβλία ὀκτώ. Citatur quæstionum eius lib. primus in *l.27.ff. de legibus l.28.D.de acquir.poss ff.* quartus in *l.30.§.6.ff. de acquir. hered.* Citatur etiam liber eius de peculio vt mox dicã, vt & alij incerti in *l 3.§.2.ↄ.de hered.instituend. l. 2.§.44.ff. ad Senatusc.ons. Tert.* Quidam consulem eum fuisse scribunt. Fuerũt præter Tertullianum alij iurisconsulti Christiani, vt & Licinius, Rufinus & Aurelius Arcadius, Charisius *v.Cuiac. 7.obser. 2.in fin. Antoniũ Augustinum lib. de nominibus propriis τοῦ πανδέκτου Florentini.*

De furioso in potestate patris constituto. 1. De hereditate furioso acquirenda. De curatore dando & cautione ab eo præstanda & inuentario conficiendo.

7. Idem A. Iuliano P.P.

CVm furiosus, quem morbus detinet perpetuus[z], in sacris[a] parentis[b] sui constitutus est: indubitatè curatorẽ habere non potest: quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quæ ex castrensi[c] peculio, vel aliter ad eum peruenerunt, & vel|| ante furorem|| ei acquisitæ sunt, vel in furore obueniunt, vel in his quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia. Quis enim talis adfectus extraneus inueniatur, vt vincat[d] paternum? vel cui alij credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus[e] iuris antiqui interpres, libro singulari, quem de castrensi[f] peculio condidit, tali tractatu proposito videatur obscurè eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissimè introduximus. 1 ¶ Sin autẽ parentes ab hac luce decedere contigerit: nostra constitutio[g], quã promulgauimus de his, quæ in testamento furioso[h] relinquenda sunt, vel substitutione[i] eorum, in suo robore permaneat. 2 ¶ Sin verò[k] perpetuo furiosus sui iuris sit: tunc in paterna[l] quidem hereditate, quæ quasi debita[m] ad posteritatem suam deuoluitur, nulla est iuri veterum dubitatio: cum illico[n] appareat, & suus[o] heres existat suis parentibus. 3 ¶ Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum vel successio perueniat: tunc magna & inextricabilis vetustissimo iuri dubitatio exorta est: siue adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere furiosus possit, siue non, & si curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti debeat. & iuris auctores ex vtroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque vtranque auctorum aciem certo fœdere compescentes, sancimus furiosum[p] quidem nullo modo posse vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere: curatori autem eius licentiam damus, (immo magis necessitatẽ imponimus) si vtilem || e || esse successionem existimauerit eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur, & ad similitudinem bonorum possessionis habere: cum[q] petitio bonorum possessionis Constantiniana[r] lege sublata[s] sit, & ab eo introducta obseruatio, || quæ pro || antiqua sufficit petitione. 4 ¶ Sed cùm antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio vel satisdatio detur: vel pro quibus rebus, & quibus personis, & si omnis curator talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est, vt humano generi consulentes, omnem quidem obscuritatem, & inextricabilem circuitum[t] tollamus, compendioso autem & dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis vtriusque sexus datur, sancientes, tunc & aliis certum finem imponemus. 5 ¶ Et siquidem parens[u] curatorem furioso vel furiosæ in vltimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, vbi & fideiussionem[x] cessare necesse est, paterno[y] testimonio pro || e-

f Citatur à nostris Tertulliani liber singularis de castrensi peculio in *l. 23. D. de testam. milit. l.4.D.de castrensi.pecul.*
g *le.9.ↄ.de impuber. & aliis substitut.*
h Potest pater furioso substituere pupillariter & relinquere curatorem.
i Substituere exemplariter filio furioso pater potest: sed & curatorem ei relinquere.
k Hereditas patris intestati defertur ad filium quantumuis furiosum.
l In extranea nõ idem *l.63.D. de acquir.hered.*
m *leg. vltim. §. penult.ↄ. d codicillis leg.1.ↄ.de imponend.lucrat. descrip. adde leg. 7. ff.de bon. damnator.*
n *leg.8.ↄ. de iuredeliber.*
o Heres suus patre mortuo filius, etiam furiosus, censetur. *vt hic:* adeo vt curator ei testamento à patre relictus, curam eius gerat, neque opus sit nouum à magistratu petere, nisi, vt Baldus notat, substitutum vulgarem, vel coheredem extraneum haberet: cum ita sit in pupillo. *lege prima supra de testament. tutel.* Quid: furiosus filius, vt ita patri suus sit heres, transmittitne: hoc est, potéstne moriens in furore, eam hereditatem transmittere? Accursius negat: putat enim, filium furiosum in his suum heredem censeri, vt curator eius possit administrare, sine immixtione: neque necesse habeat, petere bonorm possessionem nomine furiosi. verum Baldus, putat furiosum recte hereditatem quoque transmittere: *vt in lege apud, D. de suis.* Et tamen idem Baldus in *§. tali, infra eodem,* differentiam facit hereditatis paternæ furioso delatæ, ab extranei successione. Priorem transmitti putat, non posteriorem. Non posteriorem, inquam, licet legata & fideicommissa transmittantur. Diuersitatis rationem in eo constituit, quòd hereditas extranei non adquiratur ipso iure: legata, ipso iure adquirantur: Ideoque, vbicunque hereditas ipso iure adquiratur (vt in suo) ibi transmissionem quoque fieri: & ita communem esse interpretum opinionem.
p Si hereditas extranei delata est furioso, furiosus non petit bonorum possessionem: sed eius curator. Idem in pupillo *leg.9. §. 3. leg.11.D. de auct. tut.§. 1. Instit. de auct. tut.*
q formularis scilicet.
r *l 8.l.vl.ↄ.qui admitti ad bon.poss. §.vlt.Inst. de bon.poss.*
s *Vide d.leg.8.*
t fit enim malè per plura, quod potuit fieri per pauciora.
u Parens, liberis maioribus 25. annis furiosis, testamento curatorem dare potest.
x Curator testamentarius furiosi non satisdat *l.27.ↄ.de episc. aud.*
y *d.leg. 27.*

a Quænam ſolennitates obſeruandæ à curatore teſtamentario furioſi. b *d.l. 27.leg.7.D.de adminiſt.tut.*
c Lege XII. tabularum furioſi ſunt in adgnatorum tutela *d. l. 27.verſi ſin autem, dixi ad leges XII.tabularum lib.2.tit.de tutor.& curatoribus.& de curatore furioſi.*
d Poſt teſtamentarios §.5.ſ.*eo*.legitimos ſ.*eo*.datiui ſuccedunt curatores.

e *v.l.vn.ſ.de tut. vel curat. illuſtr.*
f Id vt fiat *v.d.l. vn.in prin.*
g Idoneus atque honeſtus non ſatiſdat *l.15.D.qui ſatiſd.*
h Cenſus pro bonis hîc accipitur.
h Fideiubent datiui curatores, quibus non eſt idonea perſona.
k Creatur curator ſacris ſcripturis propoſitis.
l Curatores iurant de recta adminiſtratione & re pupilli ſalua.
m Curator furioſi de inuentario publicè cõſcribendo tenetur *verſi. in prouinciis inſi.j. l.27. in fin.ſ. de epiſc. aud.l.24.ſ.de adminiſt. tut.l.13.§. 1.ſ. arbitr. tut. l. 7.ff. de adminiſt. tut.No.94.in fin.*
† Curatorem furioſo ſine præſentia epiſcopi & primatum rectè dari notat Bar. ex *§.furioſi Inſt. de curator.* vel eò quòd libet inſtitutionum, hoc Cod. poſterior ſit. hoc amplius adiicit, hac parte præſentem legẽ cõſuetudine nõ probari *c.2 extr. de treuga & pace.*
n Furioſi in bonis curatorum, tacitam habent hypothecam *d. l.27.in fin.l.20. ſ. de adm.tut.*
o Curator delatam furioſo hereditatem poteſt agnoſcere.
p Curator inuẽtario tenetur addere nouas hereditates furioſo delatas. *facit l.9.§.vl.D. de admin.tut.*
q Furioſus ſi reſipuerit agnitam hereditatẽ à curatore repudiare vel admittere poteſt, *vt hîc: & §.8.j.* Quid ſi non admiſerit, ſed antequã admitteret in furore deceſſerit? dic vt *§.8.j.eo.*
r *§.7.ſ.eo.*
ſ Hereditatem extranei ſibi delatam furioſis non tranſmittit ad heredes. Hîc enim hereditas extranei furioſo delata, eo in furore moriente, defertur ad eius ſubſtitutos: vel ad heredes ab inteſtato extranei defuncti. *vt hic.* Quid legata & fideicommiſſa? tranſmittuntur *verſi.legatis j.* Cur tam variè? dixi ad *§.2.inſi.ſ.eo.* Quid ſi hereditas patri furioſo ſuo delata eſt? ibidem dixi.

ius || ſatiſdatione ſufficiente: ipſe, qui datus eſt, ad curationem perueniat: ita[a] tamen, vt in hac florentiſſima ciuitate apud vrbicariam præfecturam deducatur: in prouincia autem apud præſidem eius, præſente etiam tam viro religioſiſſimo locorum antiſtite, quàm tribus primatibus: & actis interuenientibus, tactis ſacroſanctis euangeliis, edicat omnia ſe rectè & cum vtilitate furioſi agere, & neque prætermittere ea, quæ vtilia furioſo eſſe putauerit, neque admittere quæ inutilia exiſtimauerit.

In authen.vt hi qui obligat.§.pen.coll. 6.tit.1.al.2.Nouell. 72. cap.vltim.

QVod nunc generale eſt circa omnes curatores, vt iurent quidem, non tamen à ratiociniis ſint exempti. Idem eſt in tutore.

Sequitur textus Codicis.

|| Et || inuentario[b] cum omni ſubtilitate publicè ſcripto, res ſuſcipiat, & eas ſecundum ſui opinionem diſponat ſub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad ſimilitudinem tutorum & curatorum adulti. 6 ¶ Sin autem teſtamẽtum quidem parens || eius || non confecerit, lex [c] autem curatorem vtpote agnatum vocauerit, vel eò ceſſante, aut non idoneo forſitan exiſtente, ex iudiciali [d] electione curatorẽ ei dare neceſſe fuerit: tunc ſecundum prefatam diuiſionem in hac quidem florentiſſima ciuitate apud glorioſiſſimam vrbicariam præfecturam creatio procedat. Sed ſi quidem nobilis[e] ſit furioſi perſona: etiam florentiſſimo ſenatu[f] conuocando, vt ex inquiſitione curator optimæ atque integræ opinionis nominetur. Sin verò non talis perſona ſit: etiam ſolo viro glorioſiſſimo præfecto vrbi præſidente hoc procedat. Et ſi quidem curator ſubſtantiam idoneam[g] poſſideat: eo ſufficiente ad fidem gubernationis, & ſine aliqua ſatiſdatione nominationem eius procedere. Sin autem non talis eius cenſus[h] inueniatur: & tunc fideiuſſio [i], in quantum poſſibile eſt, ab eo exploretur, creatione omnimodo ſacris ſcripturis [k] propoſitis in omni cauſa celebranda: ipſo autem curatore, cuiuſcunque[l] vel ſubſtantiæ vel dignitatis eſt, præfatum ſacramentum pro vtiliter rebus gerendis præſtante, & inuentarium[m] publicè conſcribente, quatenus poſſint vndique res furioſi vtiliter gubernari. In prouinciis etiam his omnibus obſeruandis, vt apud præſidem cuiuſcunque prouinciæ, & virum † religioſiſſimum epiſcopum ciuitatis, necnon tres primates, memorata creatio procedat: eadem obſeruatione & pro iureiurando, & pro inuentario, & ſatiſdatione & hypotheca[n] rerum curatoris, modis omnibus adhibenda. 7 ¶ Tali itaque ordinatione in curatore furioſi diſpoſita, ſi quid poſtea ad furioſum peruenerit, ſiue ex hereditate[o], vel ſucceſione, vel legato, vel fideicommiſſo, vel alio quocunque modo, hoc furioſo accedat: & cum alia eius ſubſtantia manibus curatoris tradatur, inuentario etiam ſuper[p] his omnibus rebus || ſcilicet || faciendo: & ſub eius cura cuſtodiatur, quatenus ſi quidem reſipuerit furioſus, & acquiſitionem admiſerit, [q] ipſi reſtituatur. 8 ¶ Sin autem in furore diem ſuum finierit, vel ad ſuam ſanitatem perueniens eam repudiauerit [r]: ſiquidem [ſ] ſucceſſio eſt, ad eos referatur (volentes[t] tamen) id eſt, vel ad ſubſtitutum [u], vel ab inteſtato heredes, vel ad noſtrum ærarium[x]: eo ſcilicet obſeruando, vt hi veniant ad ſucceſſionem, qui mortis[y] tempore furioſi propinquiores exiſtant ei ad cuius bona vocabuntur, ſi non in medio eſſet furioſus, omni ſatiſdatione vel cautione quam per inextricabilem † circuitum veteris iuris auctores induxerunt, radicitus exciſa: legatis [z] autem proculdubio & fideicommiſſis, cęteriſque acquiſitionibus furioſo acquirendis, & ſubſtantiæ eius aggregandis. 9 ¶ Sin autem ipſe reſipuerit, & ea admittere noluerit & apertè hæc reſpuit, vel heres[a] eius hoc fecerit: à ſubſtantia eius illico ſeparandis, quaſi nec fuerint ab initio ad eum deuoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, ſubſtantiam furioſi neq; prægrauantibus, neque adiuuantibus. 10 ¶ Sin autem curator furioſi ſecundum noſtram legem nomina-

t *v.l.16.j.de iure deliber.*
u *l.51.ff.de hered.petit.* x *v.l.12.in fi.ff.de bon.poſſeſſ.*
y vt quis proximus dicatur, mortis tempus ſpectatur §.6.*Inſt.de legitima adgnat.dixi ad leges XII. tabular.tit.de hereditatibus ab inteſt.* † Et ita abrogatur pars legis 1.*ff.de bon.poſſeſſ.fur.&c.* z Furioſus legata ſibi delata recta via ab inteſtato tranſmittit ad heredes: hereditatem niſi aditã non tranſmittit. Ratio hæc eſſe poteſt: recta via dominium quærit *l.64.in fi.D.de furtis*: in adeunda hereditate animo opus eſt *inſtit.de hered.qualit.in fi.*
a Heres furioſi, res eidem delatas repudiare poteſt.
b In ſubrogato curatore furioſi conſtituendo, eadem ſolennitas requiritur, quæ in eo ſeruata eſt cui fit ſubſtitutio: quod in variis generibus (ſunt enim multa & varia) ſubrogationum ſummè obſeruandum.

c In locum mortui curatoris furioſi, creatur alius, *adde l.3.ſ.qui petant tut. leg.4.ſ.in quibus caſibus tut.hab.*
d *l.2.l.3.l.6.D.de ſuſpectis.*
e *dixi ad l.7.ſ.de legib.adde l.vl.ſ.mandati: No.158.c.1.* f *27.D.9.*
p Ruſticis ſuburbanis *l.1.ff.eo.* q putà prædiis vrbanis *l.22.ſ.de adm.tut.* mancipiis vrbanis & ruſticis, mobilibus precioſis *dixi ad d.l.22.*
i *l.11.j.eo.*
k *l.4.j.eo.*
l *l.1.l.2.j.eo.*
m Contracti à patre.
n Prohibitio alienationis rerũ pupillarium ad venditiones neceſſarias non pertinet *l.1.§.2. l.3.§.1.D.eo.l.9. D. de minorib. l. 1.ſ.ſi aduerſ.vendit.pign.*
o Cuius fit mentio in *leg.7.j.eodem.leg.1.§.1.§.2.ff.eo.*
p Minor patitur etiam ſecũdum decretum, licet aduerſus id reſtituatur: *v.l.cũ & minores ſ. ſi aduerſ.rem iudicatam.*
q *l.13.in fi. prin. D.de minoribus.*
r *l.11. §.3.D.de minoribus.*
ſ Quoties venditio ipſo iure nulla eſt, reſtitutio minori nõ eſt neceſſaria *l. 11.j.eo.*
t Rem pupilli creditoribus obligatam, tutori vel curatori vendere ſine decreto non licet.
u Creditor rem minoris ſibi obligatam iure poteſt vendere *l.1.§.2.l.7.§.1.ff.eo.* vendere, inquam, ídque ſine decreto. quę tamen tutori & curatori non licet. Cur tam variè? An quia res, de qua hic agitur, manſerat in bonis pupilli, ideo ſine decreto à tutoribus alienari non poteſt: vt putat Vaſquius? *de ſucceſſ.tit.de teſtam.* An potius quòd tutores & curatores vendunt nomine ipſius minoris: vt quẽadmodum ipſe minor ſine decreto non potuiſſet alienare, ita nec tutor. *arg.l.minor.ff.de procurat.* Creditor verò, rem minoris vendendo, eam iure ſuo diſtrahit: vt mirum non ſit decretum aliud non exigi, cùm ſufficiat, ſemel in obligatione ſeu cum res ei obligaretur, interpoſitũ, quod magis probo. Nam ſi vera Vaſquij ratio eſſet, ne quidẽ creditor ſine decreto rem minoris alienaret hac lege: quam tamen vendit.

tus deceſſerit: ſub eodem modo, eadémque [b] obſeruatione alius [c] creabitur: quemadmodum & ſi ſuſpectus[d] repeniatur, alter ſurrogetur. quod & veteribus legibus placuit. 11 ¶ Hæc autem omnia, quæ de creationibus curatorum per nouam definitionem introducta ſunt, futuris [e] caſibus imponantur: & neque antea facti curatores remoueantur, neque aliquid eis nouum accedat, ſed antiquo ordine ſtatuti in antiquos (quantum ad creationem) permaneant terminos, cautione videlicet vel ſatiſdatione, quæ antiquitus fuerat introducta, ſuper poſtea venientibus ad furioſos ſucceſſionibus minimè præſtanda. Dat. Kalend. Septembr. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

DE[f] PRÆDIIS[g] ET ALIIS[h] REBVS MINORVM SINE[i] DECRETO non alienandis [k] vel obligandis [l].

Tit. LXXI.

De diſtractione pignoris.

1. Imp. *Antoninus* Aug. Minutiano.

VENDITIO quidem prędij, quod iure pignoris[m] vel in cauſa iudicati[n] captum & diſtractum eſt, ad ſenatuſconſultum [o], quod de non alienandis prædiis pupillorum vel adoleſcentium, niſi auctore prætore vel præſide prouinciæ factum eſt, non pertinet. ſed[p] ſi etiamnum in ea ætate es, cui ſubueniri ſolet: aditus competens iudex, an te in integrum reſtituere debeat, præſente[q] diuerſa parte, cauſa[r] cognita diſpiciet. PP. XIII. Kalen. Decemb. Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

Si tutor vel curator ſine decreto vendiderit.

2. Imp. *Gordianus* Aug. Clearcho & aliis.

NOn eſt vobis neceſſaria[ſ] in integrum reſtitutio, ſi tutores[t] vel curatores veſtri poſſeſſionem, licet pignori nexam, vendiderunt || ſine decreto. || Quòd ſi creditores [u] id fecerunt: ita demum iuxta formam edicti beneficium tibi impertietur, ſi fraudulenta[x] venditione, participãte [y] conſilio emptoris, dãnum tibi inflictum eſſe doceatur. PP. 3. Kalend. Feb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

Pater non poteſt alienare rem filij ſine decreto. Bald.

3. Imperatores *Valer. & Gallien.* AA. Theodoſiano & aliis.

CVm emancipatis vobis prædium acquiſitum foret, alienari à patre [z] eodémque curatore ſine præſidis auctoritate non potuit: maximè ſi tanquam || ſuum [a] eſſet, non tanquam || pupillare, vendiderit. itaque illibata vobis perſecutio[b] eius manet. PP. 3. Non. Ian. Tuſco & Baſſo Conſ. 259.

De venditione, tranſactione, permutatione, donatione, & aliis modis alienandi.

4. Iidem AA. Mithridati.

NOn ſolùm[c] per venditionem ruſtica prædia, vel ſuburbana pupilli, vel adoleſcentes alienare prohibentur: ſed neque tranſactionis ratione, neque permutatione, & multo[d] magis donatione[e], vel alio[f] quoquo modo ea trãſferre ſine decreto à dominio ſuo poſſunt. igitur & tu ſi fratribus tuis per tranſactionem fundum dediſti, vindicare eũ potes: || ſed & || ſi quid inuicem ab eis ex eodem pacto conſecutus es, id mutuò[g] reſtituere debes. PP. 15. Ka. Maij, Seculari II. & Donato Conſſ. 261.

De obreptione.

5. Iidem AA. Sereno.

x Aut ſi citra fraudem multum detrimenti paſſi ſint minores *leg. 1.ſ.ſi adu. vend. pign.leg.4.ſ.de rebus alien.*
y Fraudulenta venditio eſt, quoties venditor cum emptore colludit *l.9.D.eodem, v. leg.46.D.de fideiuſſoribus.* z Curator (etiamſi pater ſit) filij prædia alienare ſine decreto non poteſt *leg.7.§.2.ff.eo.*
a Curator rem pupilli, nomine pupillari ſine decreto alienare non poteſt: multo minus proprio nomine. b vindicatio *l.2.j.ſi quis ignorans rem min.*
c Alienationis verbo continetur tranſactio, permutatio, donatio *adde l.28.l.67.D. de verb.ſig.* d Cui non licet de prædio tranſigere, aut permutare, eidem prædium donare non licet.
e Etiam propter nuptias, dote, munere ſponſalitio, quibus de cauſis curator alienare non poteſt ſine decreto *l.vl.j.ſi maior fact. alien.* f Renuntiare iuri hypothecæ minorem non poſſe hinc colligitur. g *l.vn.ſ.de reſtitut.*

a Quid in vrbano? dixi ad *l.22.s̃.de adm.tut.* b *l.1.s̃.si ex falsis allegation.* Falsa allegatio, obreptio *l.1.§.2.in fi.l.5.§.15.D.eo.*
c Ideóque negant constitui in ea re procuratorem posse Accursius Baldus *hic.* & Rolandus à Valle 1.*consi.33.nu.21.facit l.9.D.de off.procons.* aliud est in petenda restitutione *l.25.in fi.ff.de minor.* & excusatione tutoris proponenda *l.25.ff.de excus.tut.*
d Non sufficit causas alienationis proponi coram iudice, est præterea necesse, vt apud acta probentur *l.5.§.14.D.eo.*
e Causa cognita *d.§.14.l.11.ff.eodem.*
f Id est, repudiandam. Quæ minor alienare nō potest sine decreto, eadem repudiare sine decreto non potest. verisimilius: imò, verius est hic agi de pacto resolutorio donationis: hoc sensu: filiumfamilias non posse se ex interuallo obligare sine consensu patris ad retro donationem faciendam donatori, quia cum semel ius fuerit quæsitum minori in re immobili, ius illud à se abdicandi sine decreto non habet. *l.1.in fi.l.sed si pecunia §.si ius l.magis puto §.fundum D. de rebus eorum.*
g Cautio prædij donati, res immobilis: rei verò mobilis, inter mobilia refertur. Et ita actio, cautio, obligatio & instrumentum, res mobilis vel immobilis dici potest, respectu rei quæ in obligationē deducitur.
h *l.1.s̃.eo.* Imò id tribuitur orationi D. Seueri, *l.1.D.eo.* Senatus auctoritas etsi ab vnius dominatu per Iulium Cæsarem adepto valde fracta & imminuta est, à bonis tamē principibus interdū seruata, quòd quæ cōstituturi essent, oratione complexi, de his censendi arbitrium senatui relinquerent:

ET si præses prouinciæ decreuerit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum [a] vel rusticum prædium: tamen actionem pupillo, si falsis [b] allegationibus circumuentam religionem eius probare possit, senatus reseruauit: quam exercere tu quoque non vetaberis. PP. 3. Kal. Maij, Seculari II. & Donato Conss. 261.

De causa alienationis probanda.

6. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus* AAA. Varo.

MInorum possessionis venditio, per procuratorem delato ad prætorem vel præsidem prouinciæ libello[c], fieri non potuit: cùm ea res confici rectè aliter non possit, nisi[d] apud acta causis probatis[e], quæ venditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Non. Maij Caro & Carino AA. Conss. 283.

De resolutione donationis.

7. Iidem AAA. Isidoro.

SI ad resoluendā[f] donationem, quam in emancipatum te pater contulerat, minor||vigintiquinque||annis cautionem[g] ei emisisti: cùm huiusmodi scriptura contra senatusconsulti[h] auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo. PP. 6. Id. Decemb. Caro & Carino AA. Coss. 283.

De donatione propter nuptias.

8. Impp. *Dioclet. & Max.* AA. Theodotæ.

PRædia rustica, quæ contra senatusconsultum data esse ante[i] nuptias sponsaliorum nomine, precum tuarum cōfessio ostendit: cùm proprietas ad te propter iuris interdictum transire non potuerit: in dominio mariti permansisse palàm est. PP. 3. Non. Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

Si curator prædium distraxerit & res suas euictionis nomine obligauerit.

9. Iidem AA. Mutiano.

ET si is, quem prædium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamē contra diui Seueri[k] orationem facta, præsidis sententia nō immeritò rescissa est. Pignora sanè, quæ ob euictionis periculum idem curator ex rebus propris[l] tibi obligauit, non prohiberis persequi. PP. Non. Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

De rei venditæ vindicatione & pretij restitutione.

10. Iidem AA. Grato.

PRædiorum, quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti præses opem feret: apud quem si illuxerit, non vniuersa pretia, quę curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse[m] pro[n] ea duntaxat pecuniæ parte||te||conueniri permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit[o]. S. VI. Id. Aug. ipsis AA. Conss.

De decreto & de pretij quantitate.

11. Iidem AA. Trophimo.

SI quidem sine[p] decreto[q] minor annis patronus tuus rusticum prædiū venundedit: superuacuum est de vili pretio tractare, cū senatusconsulti auctoritas retēto dominio alienandi viam obstruxerit. Si verò iure[r] interposito decreto

quemadmodum videre possumus in variis principum orationibus: *le.8.D.de transact.l.1.l.2.D.de feriis: l.2.ff.de fugitiuis: l.16.ff.de sponsalibus l.32.ff.de don.int. vir.l.1.§.1.D.ne de statu defunct.l.4.ff.si libertus ingenuus esse dic.* Eas orationes senatusconsulta sequebantur *dixi ad l.16.D.de ritu.* Hinc fit, vt quod vno loco oratione inductum traditur, id, alio loco senatusconsulto introductum dicatur: vt ne quis illis locis vllam ἀντινομίαν putet. sic oratione & senatusconsulto introductum dicitur, Ne quis sine authoritate prætoris transigat de alimentis testamento relictis *l.8.D.de transact.l.23.§.2.D.de cond.indebiti:* Ne res minorum distrahantur *vt hic.l.1.l.non fit.ff.eo.* Ad eum modum oratione constituta, tribuuntur senatusconsulto. *Vlp.26.l.pen.ff.ad Tert.* & è contra *l.1.C.de interdicto matrimonio: l.4.s̃.de excus.tut.l.senatuscons.l.libertum.§.1.ff.de ritu: l.si quis tuto.§.quamuis: l.non solum.§.sed etsi.D.de ritu.*
i Immobilia minoris donari non possunt *l.4.s̃.eod.* possunt tamen donari propter nuptias cum decreto prætoris *l.22.s̃.de adm.tut.l.vl.in fin.j.si maior fact.vend.* sine decreto non possunt: *vt hic.adde quæ dixi ad l.3.s̃.de don.propter nupt.* Quid? immobilia, possúntne donari propter nuptias sine decreto? possunt: moderatè tamen. & ita accipe *l.1.s̃.aduers.donat.* Quippe d. lex cum nostra lege, vnius constitutionis duæ sunt partes: quarum hæc est de prædiis: altera de rebus mobilibus. cui etiam congruit *l.1.C.Greg.si aduers.donat.spons.fac.* his etiam addi potest, Minori xxv. annis permitti donationem eius, à quo heres institutus est, ab hoste redimendi causa *Nou. 115. adde Cuiac.7.obs.25.* adde quæ scripsi ad *l.3.in fin.j.si maior factus.* k *leg. 1.D.eod.*
l Tutor rem pupilli sine decreto alienans, venditionis nomine res proprias obligat. Pupillus eo casu rem suam rectè euincit: nec tamen curatoris obligatio dissoluitur. vnde colligitur, Accessorium non sequi suum principale, vbi in accessorio non est eadem ratio. m Id est, versam fuisse.
n Minor vindicans sua prędia non iure alienata, tenetur restituere pretium, quatenus probatur in eius vtilitatem versum *l.31.§.4.D.de adm.tut.* o Versum fuisse, probare emptor tenetur. non fuisse versum dicere, ipsi minori satis est. *adde l.16.j.eo.* Apertiùs dicendum est, Emptori onus probationis incumbere, quoties tutori vel curatori *vt hic:* non si ipsi pupillo pecunia est soluta *l.16.j.l.9.§.4.D.de iureiurando.* Quod de emptore dictum est, locum non habet in creditore, cui sine distinctione probandi onus incumbit *l.1.l.2.s̃.si aduers.cred.* Placet & illud, Si contractus ipso iure nullus fuit, creditoris esse probationem: si iure valuit, minoris *v.Molin.de vsur.qu.38.nu.284.* p Quoties vēditio solēnitate destituitur, nō cōsideratur pretij dati vilitas: sed ipsius tantū vēditionis vitiū *v.l.2.s̃.eo.* Vēditori, priori quā secūdo casu restitui vtilius est.
q Solēnitate prædij minoris venditio destituitur, quę fit sine decreto.
r Aliud est, vēditionem iure nō fieri: aliud, minore precio.
s Minor aduersus venditionē restituitur *leg.27.§.1.ver.itē ex diuerso ff.de min. v.l.1.l.2.s̃.si adu.vendit.*
t *l.vl.j.eo.l.5.§.9.§.14.ff.eo.*
u *sub.* & similes casus de quib. v. Accurs. Nec .n. vt loquuntur nostri interpretes, Taxatiuæ dictiones, excludūt casus similes, in quibus par aut maior sit ratio.
x Imò, non sufficit vt sit æs tantū alienū, sed etiam requiritur vt creditores cum effectu solutionē vrgeant, vt vsurę ratio id exigat, vt iudici constet minori non extare res alias ex quib. satis fieri possit *d.§.9.* vt res minus damnosę distrahantur: ne res magni momēti pro exiguo debito vendatur *l.7.§.8.ff.de minor.* tutoris quoque authoritas requiritur *l.2.l.3 s̃.de auctor.* causę cognitio *l.6.s̃.eo.* decretum iudicis *l.22.s̃.de admin.tut.* post decretum interueniunt subhastationes *l.8.§.8.ff.de minor.* legitimo tēpore factę *arg.Aut.Hoc ius porrectum s̃.de sacros.eccl.l.4.j.de fide & iure hastæ. v.Rolan.à.Val.1.consi.33.*
y i. non modò minorū propria prędia, sed & à ciuitate & principe accepta, sine decreto alienari nō possūt.
z Vectigalia prędia, ciuitatū prædia, emphyteuticaria.

venditionem[s] vili pretio eius possessionis, cuius vires ignorabat, fecit: iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum restitutio, causa||tamen||cognita, præbetur. S. XII. Kal. Dec. ipsis AA. & Conss.

De ære alieno.

12. Iidem AA. & CC. Leontio.

OB[t] ęs alienum[u] tantum[x] causa cognita præsidali decreto prædiū rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur. D. 2. Kal. Maij, Heracliæ, CC. Coss.

De prædio vectigali, vel patrimoniali siue emphyteutico.

13. Iidem AA. & CC. Zenophilæ.

ETiam[y] vectigale[z] vel patrimoniale[a] siue emphyteuticū[b] prędium sine decreto præsidis distrahi non licet. Dat. 8. Kal. Septemb. Sirmij. CC. Conss.

De pretio restituendo.

14. Iidem AA. & CC. Phrominio.

VTere viri prudentissimi Papiniani responso, cæterorúmque quorum precibus fecisti mentionem, sententiis, ac doli[c] mali exceptionem oppone, precium ob[d] eorū[e] debitum solutum[f] probans, si sortem[g] cum[h] vsuris, quæ fisco deberentur, pupilli non offerentes[i], fundos|| prouinciales||citra decretum præsidis venundatos cum fructibus petant. Dat. IX. Kal. Decemb. ipsis CC. Conss.

De prædio in solutum dato.

15. Iidem AA. & CC. Sabino.

SI minor vigintiquinque annis prædium rusticum, cùm aliud[k] deberes, sine decreto in solutum [l] dedisti: dominium à te discedere non permittit senatusconsulti auctoritas. Dat. 8. Kal. Dec. CC. Conss.

De rei vindicatione vel condictione & pretij restitutione.

16. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

SI prædium rusticum vel suburbanum (quod ab vrbanis[m] non loco, sed qualitate[n] secernitur) in pupillari ætate constituta, tutore auctore. vel adulta sine decreto præsidis prouinciæ, in[o] qua situm est, venundedisti: secundum sententiam senatusconsulti dominium eius, siue [p] ius à te discedere non potuit, sed vindicationem eius, & fructuum[q], vel his non existentibus [r], condictionem competere constitit. Emptor autem si probare[s] potuerit ex cæteris facultatibus[t] obedire te muneribus[u] siue oneribus non potuisse, ad vtilitates[x] præterea tuas cessisse pecuniam, quam pretij nomine sumpseras: doli[y] exceptionis auxilio precium[z] cū vsuris, quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædij seruare tantummodo potest. Dat. 6. Idus April. Anchialo CC. Conss.

De prædio communi.

17. Iidem AA. & CC. Philippo.

INter omnes minores nec commune [a] prædium sine decreto [b] præsidis sententia senatusconsulti distrahi patitur. [c] nam ad diuisionis [d] causam prouocante tantummodo maiore socio, eius alienationem & sine decreto fieri iam pridem obtinuit. Datum VII. Idus Decem. CC. Conss.

a Patrimoniales fundi, qui ad principis patrimonium pertinent *j.de fund.patr.* quorum alij dantur in emphyteusim, alij locātur.
b Emphyteuticarij fundi, qui emphyteutico iure dantur, qui & patrimoniales sunt *l.12.j.de fund.patrim.* c Doli mali exceptio datur interdum aduersus pupillum *l.16.in fi.j.eo.* d Si tutor ex precio fundi pupilli creditorib. satisfecit, fundum alienatum pupillus vindicare non potest, nisi sortem cum vsuris emptori restituat *l.pen.in.fi.ff.eo.* e i. pupillorum. f *l.13.in fi.ff.eo.* g quod sc. pupillo profuit. h *l.16.in fin.j.eo.*
i *l.4.in fi.s̃.eo.* k Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto *l.4.s̃.eo.* l Qui soluit, alienat. m Prędium rusticum ab vrbano differt, non loco sed qualitate. n Quę & materia *v.l.198.ff.de ver.sig.* ὕλη *2.Eclo.2.c.197.* genus *v.l.166.ff.de ver.sig.* obscurè: dicendū apertiùs, Qualitas est, qua quales dicimur. id fit non ex omnibus, sed his tantum quæ facile non mutantur. o Auctoritas interponenda est per iudicem, vbi res sita est, interdum sufficit interposita à iudice domicilij *l.5.§.12.ff.eo.* p non tantum dominij pupillaris, sed & iuris: puta seruitutis vel emphyteuseos, alienatio prohibetur *l.3.§.5.ff.eo.* idque commune habet fundus pupillaris cum dotali, *v.Cuia.7.obs.23.* q pupillaris fundus alienatus sine decreto iudicis non tantū petitur, sed & fundi fructus. r Condictio vindicationis subsidiaria.
s *dixi ad l.16.s̃.eo.* cui adde, negatiuam directo probari non posse. *l.23.s̃.de probat.*
t mobilibus *l.5.§.9.ff.eo.* u *adde l.1.in fi.s̃.qui & aduers.quos.* x *l.14.s̃.eo.*
y *d.l...l.17.§.1.s̃.de curat.furi.* z *d.l.14.* a *l.1.in fi.l.5.in fi.l.6.l.7.ff.eodem.*
b Sine decreto minor commune etiam prędium distrahere non potest: maiore socio prouocāte, sine decreto diuidere potest. *vt hic.* Quid si maior non prouocet ad diuisionem, & bona sua profundat? Posse etiam minorem immobilia sua diuidere (etiamsi non prouocetur à socio annis maiore) putat post Cuneū. Socinus *.reg.228.* Idē quoq; existimat, quoties minor suā conditionē meliorē facit. facere aūt meliorē intelligitur, quoties rixosum aut dānosum habet, & cū eo nihil quidquā cōmercij habere vult. *arg.l.si cōuenit.ff.pro socio. Bal.in l.1.s̃.si adu.trans.* Quid? maior ipse bonis interdictus, poterítne minorē ad diuisionē prouocare? nō poterit *l.ex cast.ff.de castr.pecul. Socin.d.loco.* c passiuè sumitur hoc verbū. d *d.l.1.in fin.d.l.7.l.30.D.de auct.tut.*

a Ad Seuer. *Hal.* b *vt & l. 12. §. eo. tantum.* † Decreto interueniēte res minoris alienari pōt, propter fiscale debitū: puta dacias & collectas. *Bal.* c *l. 5. §. 9. infi. D. eo.* d De prætorib. Constantinop. dixi ad *l. 2. §. de off. præt.* Decretorū interpositio propriè pertinebat ad Constantinianū. e Cōuentione patris, fundus hereditarius reuendi potest sine decreto *leg. 3. j. eo. l. 7. §. de pact. int. empt. l. 5. §. 6. D. de reb. eor. qui sub tut.*

f Speciali principis permissione, res pupillaris potest distrahi. hinc Baldus, Idem operatur rescriptum principis, quod decretum inferioris solenniter enunciatum: & Salycetus, Concessio principis specialis habet vim decreti, *ad hi leg. secundam D. eo.*
g *leg. 1. §. eodem.*
h Valet alienatio sine decreto facta testatoris voluntate.
i Pars legis 22. *in fin. §. de admin. tut.*
k *d. l. 22.*
l Quid si sciens? vide speciem apud Harmenopulum 5 *ti. 11. §. 56.*
m Qui rem minoris, tanquam minoris, emit, non præscribit: si tanquam maioris & bona fide, quinquennio præscribit.
n Officium morte finitur *l. 17. §. de negotiis.*
o Qui rem alienam ignorans comparat, non fit statim dominus.
p *l. 10. ff. de adq. rer.*
q *leg. 2. j. titul. proxim.* id est, quinquennij *v. l. 3. j. titu. prox.*
r Præsumi quē esse maiorem, eo ipso quod minorem se nō contendit, ex hoc loco notat Baldus: sed & hoc notandum, veteri etiam iure præscriptiones non cucurrisse aduersus minores, nisi maiores factos, hoc est ab initio non cucurrisse: *quod & ex hoc loco & leg. vltim. j. eodem. l. 3. j. quibus non obstet longi temporu præscriptio.* pbari potest. licet Iustinianus hoc sibi tribuat *in leg. vltim. §. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.* vbi Accursius post Placentinum refert, Iustinianum, ea tum scribentem bibisse: neque huius legis recordatum.

De debito fiscali.

18. Imp. *Constant.* A. & *Constant.* C. ad Senatum[a].

Si minores vel ex patris nomine vel ex suo, debitis fiscalibus † vrgentibus[c], vel ex priuatis contractibus reperiantur obnoxij: decreti interpositio Constantiniano[d] prætore celebranda est, probatis examinatísque causis: vt patefacta rerum fide, firma venditio perseueret. Dat. 3. Kal. Ian. Probiano & Iuliano Conss. 322.

QVANDO DECRETO OPVS NON EST.

Tit. LXXII.

De voluntate patris vel testatoris.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Valentino.

Si probare potes patrem[e] pupilli, cuius tutores conuenisti, consensisse, vt reddito tibi prædio pretium reciperet: id, quod cōuenit, seruabitur. Neque enim in ea re auctoritas præsidis necessaria est, vt tutorum solicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant. Dat. 6. Kal. Ian. Antonino & Geta Conss. 206.

De concessione principis.

2. Imp. *Aurelianus* A. Pulchro.

Illud requirendum est, an adito principe[f] Saturninus vir clarissimus specialiter ius venditionis acceperit. Ad instar enim præsidialis decreti concessio principalis accedit. Dat. Id. Ianuarij. *

De voluntate parentis vel testatoris.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Stratoniciano.

Prædium rusticum vel suburbanum à minore vigintiquinque annis alienari sine decreto præsidis, nisi parentis[g] voluntas, vel testatoris[h], ex cuius bonis ad minorem peruenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. Dat. 12. Kalend. April. Nicomediæ, AA. Conss.

De vestibus detritis & animalibus superuacuis.

4. Imp. *Constantinus* A. ad populum.

Et[i] sine interpositione decreti tutores & curatores quarumcunque personarum vestes detritas, &[k] superuacua animalia venderere permittimus. Dat. Id. Mart. Constantinop. A. VII. & Constantio Cæs. IIII. Conss.

SI QVIS IGNORANS[l] REM MINORIS ESSE, SINE decreto comparauerit.

Tit. LXXIII.

De præscriptione.

1. Imp. *Gordianus* A. Felici.

Si ea, quæ in iura tutoris hereditario vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit: si vt pupillarem distraxit, emptor, qui sciens[m] à tutoris herede mercatus est, cùm officium[n] morte finiatur, alienam rem comparando, de temporis interuallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero vt suam distraxit, ignoránsque rem alienam emptor comparauit, neque statim[o] per traditionem[p] possessionis dominus effectus est, sed tantummodo aduersus te statuti[q] temporis (cùm[r] te legitimæ ætatis esse non diffitearis) potest vti præscriptione. Dat. V. Id. Septembr. Pio & Pontiano Conss. 239.

De vindicatione prædij & de fructibus.

2. Idem AA. Crispinæ.

f Rem suam sine decreto alienatam, minor cum fructibus vindicat nisi emptor fuerit bonæ fidei. Is enim fructus lucratur, etiamsi præscriptionis tempus non impleuerit *leg. 48. ff. de adquirend. rer.*
t Minus legitimè alienata vindicat minor etiam à secundo emptore, nisi sit munitus præscriptione.
u Quinquennij scilicet *leg. 1. in fin. §. eodem: leg. 2. leg. 3. in fin. titu. proxim.*
x Minoris res donata est absque sententia iudicis: donatarius eam alteri cuidam vendidit: vult hæc constitutio, emptorem rei minoris, cum iustum titulum habeat possessionis, (postquam minor, maior factus fuerit,) eam rem posse præscribere decennio, si ipse minor fit præsens: vicennio, si absens. *Synop. Basil. 10. titul. 4. cap. 62.*
y Qui ab eo comparat, cui minor donauit sine decreto, contra minorem præscribit, à die qua maior factus est: decennio eo præsente: vicennio, eo absente. *leg. 3. in fin. j. si maior fact. alienat.*

z *vide quæ scripsi ad leg. 1. in fin. j. eodem.*
a *Adde lib. 2. tit. 46. supra.* differunt tamen inter se. hic enim titulus est, de causis quæ ipso iure nullæ sunt: ille de his quæ nisi ratæ habeantur rescindi possunt.
b venditionem *Haloand.* c Et ita hic titulus pertinet ad causas quæ ipso iure nullæ sunt.

d Venditoribus competit beneficium legis *2. & 8. supra de rescind.*
e Beneficium *dicta legis 2.* competit heredibus.
f Res ita habet, Patris mei curator fundum dignum 40. pater no creditori, cū ei tantùm decē deberentur, in solutum dedit. Patet maior factus, venditionem ratam habuit, mox decessit: possum eo casu aduersus creditorem agere, vel ad supplementum iusti precij: vel vt fundus cum fructibus restituatur, refusa ei sorte fœnebri, eiúsque vsuris: & ita patris ratihabitio venditionem ipso iure nullam confirmare potuit. Patris confirmatio potestatem mihi ademit agendi iure minoris: iure maioris non ademit. non dico, venditionem omnino nullam, ius illud est minoris. Dico patrem deceptum fuisse vltra dimidium iusti precij: & cuiuis maiori licet dicere.
g *Dixi ad leg. 2. §. de rescind.*
h Si sine decreto venditio facta est, & ne maior quidem factus venditionem ratam habuerit minor, neque longo vsu *xρήσει* propriè rē cōparauerit emptor bonę fidei, qui emit, cum fructibus eam restituit. *Synopsis ibidem. c. 64.*
i *Vt leg. 1. §. eo.*
k *Leg. 1. §. titul. prox.*
l *Leg. 1. leg. 3. §. titul. prox.* quinquennij *l. 3. j. eodem.*
m Sine decreto alienata res pupilli vel minoris cui vel curator est, vel cætis venia cōcessa est; rata est, si post 25. annum ætatis, ipse minor eiúsue heredes quinque continuis annis nihil

Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, cōueni earum possessorem, vt (si ita probaueris gestum) & possessio retrahatur, & fructus[f] vniuersi reuocentur, si non bona fide emptorem fuisse, qui emit, constiterit. Dat. XVI. Kal. * Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De secundo emptore & de præscriptione.

3. Impp. *Diocletian. & Maxim.* AA. Agathæ.

Possessiones tuæ rusticæ vel suburbanæ sine cognitione causæ & interpositione decreti contra senatusconsultum alienatæ, nec à secundo[t] emptore rectè tenentur, nisi statutum[u] temporis spatium intercesserit. Dat. Id. Febr. Nicomediæ. CC. Conss.

Si emens à donatario præscripserit.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

Qvoniam[x] aduersus emptorem, ad quem ex persona eius, cui contra senatusconsultum donata[y] res est, iusto titulo interueniente ea res, de qua lis est, transitum fecit: requirere oportebit, an perfecte priore domino, & maiore[z] effecto, sine controuersia bona fide decennio, vel absente viginti annis, qui quæstionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud grauitatem tuam manifestè cōstiterit: sine vlla cunctatione, habita longi temporis præscriptione, petitorem oportebit excludi. Dat. VI. Id. Iun. Dorostoli, CC. Conss.

SI[a] MAIOR FACTVS ALIENATIONEM[b] FACTAM SINE decreto[c] ratam habuerit.

Tit. LXXIIII.

1. Imp. *Gordianus* Augustus Liciniæ.

Cvm proponas curatorem patris tui non interposito præsidis decreto prædium rusticum heredi creditoris seu tutori eius destinasse venundare, eámque venditionem[d] deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore precio distractū est prędium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum[e], perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit superfluum[f] pretij in compēsationem deduci, quod præsidis prouisione fieri conuenit, cuius solertiæ congruū est, si diuersa pars bonam fidem non amplectatur, in[g] arbitrio eius ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita vt fœnebris pecunia cum competentibus vsuris restituatur. Dat. Non. Octobr. Pio & Pontiano Conss. 239.

2. Idem A. Alexandro.

Si[h] sine decreto præsidis prædia tua à tutore tuo alienata sunt, nec speciali[i] confirmatione, vel (si bona fide[k] possessor fuisset) statuti[l] temporis excursu id, quod perperam est actum, fuerat stabilitum, præses prouinciæ possessionem in ius tuum retrahet. Dat. 7. Kal. Ian. Pio & Pontiano Cons. 239.

3. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

Si quando sine[m] decreto, minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ætatis eorum curam excedentium, res alienantur vel supponuntur, & ad perfectam ætatem iidem minores prouecti, longo[n] silentio[o] querelam huiusmodi tradiderint, vt inutilis alienatio vel suppositio diuturno silentio roboretur, certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse censemus. Ideóque præcipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem, id est post[p] viginti quinque annos connumerandos, nihil conquestus[q] est super tali alienatione vel suppositione is qui eam fecit, vel heres eius: minimè posse retractari eā occasione prętermissionis decreti, sed sic tenere, quasi ab initio legitimo decreto fuisset res alienata vel supposita. ¶ Cùm[r] autem do-

conquestus fuerit *vt hic. Synopsis Basilic. 10. titul. 25. cap. quarto. 1. Harmenopul. 32. §. 32.*
n Longum silentium quinque anni *vt hic.*
o Tacitus consensus supplet defectum decreti.
p Præscriptio quinquennij minori currit ab anno 25. adimpleto.
q Hinc colligunt, Simplicem querelam coram vicinis impedire ratihabitionem.
r Etiam cum decreto donare res suas minor non potest. Quid si ætatis venia impetrata rem donauit & post 25. ætatis annum, decennio, præsens: vicennio absens tacuerit? donatio confirmatur. Quid si antequam id tempus expleuerit decesserit? intra residuum tempus licet eius heredi donationem reuocare: post completum tempus, non licet. Quid si ipse minor propter nuptias donauerit? rata vel ab ipso initio donatio est *hac lege: Synopsis Basilic. 10. titul. 25. capitulo quarto 1. Harmenopul. 12. §. 33. adde leg. 16. D. de minoribus. adde supra titul. Si aduersus donationem:* vide tamen quæ scripsi ad *legem octauam, supra de prædiis minorum.*

natio-

a Prima exceptio regulæ. minor donare propter nuptias vt possit, dixi *ad leg. 8. ꝟ. de prædiis*. An & dotis causa? *dixi ad leg. 4. ꝟ. de iure dot.*
b Secunda exceptio, Donatio facta à minore confirmatur silentio longi temporis, id est, decennio inter præsentes: vicennio inter absentes, computando à maiori ætate donatoris. c Silentium heredis idem operatur quod silentium defuncti.

d Eiusdem ætatem heredis minoris silentio &c. & ita legit Accursius. quod ita Græci rectè hîc interpretantur ἵνα τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διάστημα δράμῃ τοῦ κληρονόμου αὐτοῦ σιωπῶντος. *vide Cuiacium apud Paul. 1. sent. 9. §. 4.*
e *v. 27. D. 8.*
f subaudi, municipalibus vel duumuiris, qui tutores vel curatores dederunt aut nominauerunt, nec ab iis satisdationẽ exegerunt, rem minoris saluam fore: vt hinc constet, hanc actionem pertinere ad tutores & curatores, qui satisdare tenentur vt sunt legitimi & dati sine inquisitione: non ad testamentarios, eósue qui inquisitione dati sunt *l. vlt. ꝟ. de auctor.* præstanda. Et hæc in prouinciis. Nam in vrbe alia ratio est dixi ad *l. vlt. ꝟ. eo.*
† Nõ est hic titulus vsitatus apud Gall. *v. Bugnõ. in legib. abrogat. duob. locis.*

nationes à minoribus nec cum decreto celebrari possint, si minor vel post veniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium (excepta [a] propter nuptias donatione) transcripserit, non [b] aliter hoc firmitatem habebit, nisi post vigintiquinque annos impletos, inter præsentes quidem decennium, inter absentes autem vicennium donare acquiescente effluxerit. vt tamen in heredis [c] persona illud tãtummodo tempus accedat, quod post eiusdem [d] heredis minoris ætatẽ silentio transactum sit. Dat. Id. April. Decio V. C. Conss. 529.

DE [e] MAGISTRATIBVS [f] CONVENIENDIS. †

Tit. LXXV.

1. Imp. *Antoninus* A. Mutiano.

SI magistratus à tutoribus seu curatoribus quos tibi dederint seu nominauerint, stipulati [g] sunt se eo nomine indemnes [h] futuros, & si quid præstitissent, repetituros, inque eam rem fideiussores acceperunt: extra rem saluam fore satisdationem, actio, quam aduersus tutores seu curatores tuos instituisti, alienam obligationem non resoluit. Sed aduersus magistratus qui curatorem dederunt, actio vtilis ita [i] demum competit, si vniuersis bonis excussis, reuocatísque quæ eum in fraudem alienasse constiterit, indemnitati tuæ in solidum satisfieri non potuit. Quam si exercueris: mandatis tibi ab eis actionibus aduersus fideiussores quos acceperunt, consistere potes, licet vtilem actionem sine [k] cessione habeas. Accepta Non. Ian. Duobus & Aspris Conss. 213.

2. Imp. *Alexand.* A. Paterno.

IN heredes [l] magistratus, cuius non [m] lata culpa idoneè cautum pupillo non est, non solet actio dari. PP. III. Non. Iul. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

Magistratus qui sunt soluendo, habent beneficium diuisionis.

3. Imp. *Gordianus* A. Probiano.

g Subsidiaria est hæc actio, quia priusquam eatur ad Duumuiros discuti oportet bona tutoris vel curatoris, & reuocari actione Pauliana si quæ alienauit in fraudem minoris: item excuti bona fideiussorum, & collegas tutorum, qui ipsos tutores suspectos non fecerunt *vt hic & l. 4. l. 5. ꝟ. eo.*
h Iudicem non corrumpit, qui ei indemnitatem pollicetur: per contrarium, Iudex corruptus non censetur, qui indemnitatem sibi præstari pollicetur. *adde l. si quis vxori §. si fugitiuum. D. de furtis: l. eum pro quo. D. de in ius vocando.*
i Vtilem actionem legis cautione habens, directas quoque sibi mandari rectè potest petere. k *v. quæ notaui ad l. 2. l. 4. D. rem pupilli.*
l *l. 1. §. 7. l. 4. l. 6. D. eod. §. 2. in fin. Instit. de satisd. tut.*
m hanc negatiuam Cuiacius 13. *obseru.* 39. expungit: vt & in lege 1. ꝟ. *de hered. tut.*
n quid collega? *v. l. 173. ff. de verb. sign.*
o Simul delinquentes collegæ, viriliter tenentur si ambo sint soluendo: *vel ita*, Magistratus qui sunt soluendo habent beneficium diuisionis *adde l. 1. §. 9. l. 7. in fi. D. eod.*

p Contra magistratum agitur in subsidium, i. excussis tutoribus collegis & fideiussoribus. *l. 5. ꝟ. eod.* q *l. 2. ff. eod. l. 2. §. penult. ff. ad municipalem.*
r Sufficit tutores fuisse soluendo tempore depositi officij, vt ad magistratum non possit perueniri: *adde l. 5. in f. ff. de confirmat. tut.*
s *l. 4. ꝟ. eod.* t *sub.* tutelaris, de quo vide quæ scripsi ad *l. 1. ꝟ. de tutoribus & curatoribus illustrium.*

SI tu & collega [n] tuus cũ magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionémque idoneam nõ exegistis, nec alias seruari pupillo indemnitas potest, & vtrique soluendo estis, pro [o] virili parte in vos actionem dari non iniuria postulabis. Dat. 8. Kalend. Nouembr. Pio & Pontiano Conss. 239.

Contra magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus collegis & fideiussoribus. Sal.

4. Idem A. Aruntiano.

ADuersus nominatorem tutoris vel curatoris minus idonei non ante perueniri potest, quam [p] si bonis nominati itémque fideiussoris eius, nec non collegarum ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli vel adulti satisfactum. PP. Idib. Martij, Attico & Prætextato Conss. 243.

Sufficit tutores fuisse soluendo tempore depositi officij, vt ad magistratum non possit perueniri.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Eugeniæ.

IN magistratus municipales [q] tutorũ nominatores, si administrationis [r] finito tempore non fuerint soluendo, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit, pupillis quõdam in subsidium [s] indemnitatis nomine actionem vtilem cõpetere ex senatusconś. quod auctore Diuo Traiano parẽte nostro factum est, cõstitit. Dat. 7. Id. Decẽb. ipsis & Conss.

6. Imp. *Zeno* A. Æliano præfecto prætorio.

CVm sit adiecta prætoris [t] sententia generalem curatori administrationem mandantis, & quod eam pro more sequitur [u] decretum pariter sit compositum: manifestum est non curatoris dationem fuisse inualidam. sed in ęstimãda [x] adultæ substãtia, scribę [y] vitium, qui tamquam non [z] amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fideiussorẽ acceperat, intercessisse. in quo casu non [a] curatoris erit ratio reprehendenda, si qua læsio rebus minoris illata fuisse aduersus legum ordinem comprobetur, sed super negligentia [b] vel dolo scribæ, qui veram substantiæ taxationem passus est ocultari, legibus [c] erit agendum. Dat. 5. Kal. Ian. Basilio V. C. Cons. 476.

u Præposteratione dubitationẽ facere in hãc legẽ quidam putãt, in queis Baldus: quasi administratio generalis ante decreta fuerit, quam inuẽtarium factũ fuerit, aut datus fideiussor. Verũ sciendũ est hãc legem pertinere ad magistratus maiores puta prætores & pręsides: in quos tametsi à dato tutore vel curatore satisdationem non exegerint, rem pupilli saluam fore, nõ datur hęc subsidiaria actio sed in scribam, qui non idonee satis exegerit: & in eo differũt à municipalibus magistratibus.
x Si scriba (qui inuentarium cõposuit) minorẽ æstimationem fecit, & ex ea fideiussorem recepit, tenebitur minori actione in factũ, neque eo vitiatur datio curatoris. facit *l. prima. §. 8. ff. eodem. dixi ad l. vigesimamoctauã ꝟ. de iure dotium*
y Præsidis vel prætoris sc. non cuiusuis iudicis: clarissimus enim appellatur in. Nou. 94. & euidẽtius in Nou. Constantini Porphyrogennetæ περὶ συνηθειῶν τοῦ σηκρέτα *v. Cuiac. 16. obs. 14.*
z Inuentario rerum minoris, æstimationem earum adiiciendam esse ex hoc loco notant. *arg. l. si quis intra ꝟ. de bonis proscript.* Sed tamen Baldus æstimationem præcise non exigit, sed earum designationem certam tantum, forte quod in rebus minorũ æstimandis, ipsi tutores possent decipi.
a Vendens curator rem sui minoris, vti ea in inuentario publica authoritate, hoc est, à personis publicè ad id destinatis vel à iudice datis, æstimata est, non tenetur, etsi eam minoris vendiderit, quàm reipsa valeat, *vt hic*: nisi eam æstimationem iniustam esse, ex publica fama in vicinis & adiacentibus locis constabat. *arg. l. si tutor. ꝟ. de periculo tutorum.*
b Notarius tenetur de dolo & imperitia. c Notarius omittens exscribẽda describere aut in inuentarium referre, in id quod interest, aduersario tenetur.

Explicitus est fæliciter lib. v.

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, repetitæ prælectionis,

LIBER SEXTVS.

DE SERVIS FVGITIVIS[a], ET LIBERTIS[b] mancipiisque ciuitatum, artificibus[c], & ad diuersa opera[d] deputatis, & ad rem priuatam vel dominicam[e] pertinentibus.

TITVLVS PRIMVS.

De furto, de vsucapione, & longi temporis præscriptione.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Æmiliæ.

SERVVM fugitiuum sui[f] furtum facere, & ideo non habere locum nec vsucapionem[g], nec longi temporis præscriptionem, manifestum est, ne seruorum fuga dominis suis ex quacunque causa fiat damnosa. S. Idibus Decemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De fugitiuis requirendis.

2. Iidem Augusti & CC. Pompeiano.

REquirendi fugitiuos potestatem fieri dominis, præsidalis officij est. Datum Kalendas Maij Cæsarib. Conss.

De seruis transeuntibus ad barbaros.

3. Imperator *Constantinus* A. ad Probum.

SI[h] fugitiui serui deprehendantur[i] ad[k] Barbaros[l] transeuntes: aut[m] pede[n] amputato[o] debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia[p] pœna afficiantur. Sine die & Cons.

In authent. vt nulli iudicium. §. quia vero nos oportet. coll. 9. titul. 17. al. 6. nou. 134. cap. vlt.

SEd nouo iure si criminis qualitas membri[r] abscißionem exigat, vna sola manus[ſ] abscindetur, sed pro furto non morietur[t], nec aliquod membrum abscindetur, sed aliter castigabitur. Fures autem vocantur, qui occultè & sine armis huiusmodi delinquunt. qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus subijciantur.

De seruo fugitiuo suscepto.

4. Imp. *Constantinus* A. ad Valerianum.

QVicumque[u] fugitiuum seruum in domum vel in agrum inscio domino eius susceperit[x], eum[y] cum alio pari vel viginti solidis[z] reddat. Si verò secundò vel tertiò[a] eum susceperit: præter ipsum duos vel tres alios vel prædictã æstimationem pro vnoquoq; ||seruo|| domino repræsentet. In minorum persona tutoribus vel curatorib. pœna simili imminente. Quòd si ad prædictam pœnam soluendã is qui susceperit, minimè sufficiat: æstimatione competẽtis iudicis castigatio[b] in eum procedat. Quòd si seruus fugitiuus ingenuum se esse mentitus, sub[c] mercede[d] apud aliquem fuerit: nihil[e] is qui eum habuit, poterit incusari. Sanè mancipium torqueri[f] oportet, vt manifestet, vtrum propter lucrum capiendum callidè ||à domino|| ad domum vel ad agrum eius qui eum suscepit, immissus sit, an non. Quòd si malignè factum esse, ex serui interrogatione patuerit: seruo etiam suo eum qui hoc fecerit, priuari oportet, & ad fiscum pertinere mancipium. Dat. 5. Kalend. Iul. Gallicano & Basso Conss. 317.

De mancipiis libertisue artificibus pertinentibus ad rempub. & ad fugam solicitatis.

2. Idem A. Ianuarium.

MAncipia[g] diuersis artibus prædita, quæ ad rem publicam pertinent, in iisdem ciuitatibus placet permanere: ita vt si quis tale mancipium solicitauerit[h] vel auocandum crediderit, cum seruo altero ||solicitatum|| restituat, duodecim solidorum summa inferenda reipublicæ illius ciuitatis cuius mancipium abduxerit. Libertis quoq; artificibus, si solitati fuerint, cũ eadem forma ciuitati reddendis: ita vt pro fugitiuo seruo, si sollicitudine defensoris[i] non fuerit requisitus & reuocatus, idem defensor duo

a *ll. ff. 4.* hoc de fugitiuo paucis adnoto, fugitiuũ passim con demnato comparari, suique accusatorem di ci. *l. 15. ꝟ. de probationib. Nouell. 53. c. 4. l. 1. §. 2. ff. de suspect. l. 28. in fine ff. de bonis libert. adde l. vlt. ꝟ. de statu.*
b *l. 5. vers. liberti ꝟ. eod.*
c *l. 5. ꝟ. eod.*
d *l. vlt. ꝟ. eod.*
e id est, ad dominium principis siue fiscum. *l. 7. ꝟ. eod.*
f *l. 60. ff. de furt. 7. Synopsis Basilic. 6. ex lib. 60. ti. 7. cap. 6.* licet in aliis rebus, aliud sit fur, aliud res furtiua. *Cuia. 17. obseruat. 10.*
g *§. 1. in f. Instit. de vsucap.*
h Cepola hanc legem repetiit ad nauseam vsque, quem vide.
i Barbari an hostes? an exteri? *l. 2. ꝟ. de cõmercijs. l. penult. in f. ꝟ. de captiuis. l. nulli. §. quod si. ꝟ. de episc.*
k ὅτι τὸ βαρβαρικὸν *Eclog. d. loco. cap 8. vt & in l. 1. ꝟ. quæ res exportari.*
l Pœnã deprehensi in delicto nondum perfecto, etiam patiũtur. *vt hic*: quoties nimirũ voluntas certa aut cõiecturata est delicti perficiẽdi, de quo vide quæ scripsi in *l. cogitationis. ff. de pœnis.*
m Alternatiuè pœnæ constitui possunt à lege: *vt hic*, tres pœnæ alternatiuæ constituuntur. Quid, hoc casu, cuius erit electio. an debitoris seu rei, vt minimam possit eligere? an potius iudicis? hoc verius. *Cynus: Iacob. de Rauenna. Petr.* Neque placet distinctio Bartoli existimantis iudicis esse electionem si ad eum legis verba pœnam imponentia, dirigantur: contra rei, si ad reum: si ad neutrum, in corporalibus pœnis, iudicis: in pecuniariis, rei esse electionem. *l. quicunque §. exulatores. ff. de effract. l. vlt. ff. de mur. l. plerumque. ff. de iure dot. Gloss. in l. Lucius. ff. de legat. 2.* Neque placet Andreas Pisanus, qui putat pœnis pluribus impositis, si in illis pœnis seruitus pœnæ reo constituatur: reũ, vt pote seruum pœnæ, non posse eligere. secus, posse. Cepola aliter distinguit vnã eámque certam pœnam, etsi dura sit imposita à lege, iudicem imponere cogi: nisi magna admodum causa suadeat aut remittendam aut minuendam esse. Quid si incerta pœna est? arbitrio suo pœnam imponet iudex ex æquo & bono, ex eo quod benignius, non seuerius: vt ne capitalem faciat, quam ex æquo & bono pecuniariam esse sufficit. Quid si plures lege impositæ? si vtræque pecuniariæ sint & verba referantur ad iudicem, iudicis: si ad reum, aut ad neutrum, rei erit electio. si vtræque corporales: vel vna corporalis, altera pecuniaria, iudicis erit electio.
n Vnico non duobus. sic falsario manus amputatur. *Nouell. 17. Nou. 42.* Nec enim potest quis ita damnari, vt vtraque manus vel pes vterque abscindatur *Nou. 134. c. 13.* vt hic obiter notemus, In pœnis id semper spectandum, vt ea potissimum parte, si fieri possit, reus puniatur qua peccauit maximè: vt hic pes fugitiuo amputatur.
o Qua parte quis peccauit, eadem multatur.
p simili vel extraordinaria: capitali etiam interdum. *l. 3. in f. ff. de sicarijs. l. 38. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. §. 10. ff. de re milit.* Nam in atrocissimis motus ad delictum habetur pro confecto. *l. 5. ꝟ. de episcop. l. 7. ꝟ. de sicarijs.* v. tamen Nouell. Leonis. *67.*
q v. in hanc authenticam Bartholomæi Cepolæ repetitionem.
r Membri appellatione manus continetur, *vt hoc loco.*
ſ Pœna manus amputationis imposita, quæri solet quæ manus amputari debeat: an qua reus minus potest, puta sinistra vt vult Accursius, Bartolus, Baldus, Cepola? An qua plus potest? *arg. l. quæritur. ff. de statu*: An qua deliquit, vt Odofredus? Prima verior. argu. *l. si de interpretatione. l. si præses. ff. de pœnis.* etiamsi ea prorsus sit debilis, aut manui non similis. Castrensis, Angelus, Cepola. reiecta Baldi opinione. Quid si reo nulla sit manus? in alia parte corporis puniendum esse censet Baldus. Quid si vulnerãti pœna manus imposita, & reus duo vulnera intulerit? vni[9] manus amputatio sufficiet: quia vulnera simul illata, ideóque vnicum tantum delictum censetur. Quid si ex vno delicto, manus amputationem meretur, ex alio, pœnam capitalem? manus prius abscindi: deinde capitis pœna affici debet. *Bart. Castrens. Angel. Cepola.* adde quæ scripsi *2. Feudorũ 55. §. callidis. in verbo manum.* In falsi perscriptore singulare videtur, vt ei dextera amputetur. *ibid. dixi.*
t furi vita non adimitur sed latroni. Quid si fur bis, térve furtum commiserit? Baldus capitaliter suspẽdio puniri posse putat, eámque cõmunem opinionem esse scribit Clarus *5. sent. §. furtum 16.* quin, pro vnico tantũ furto, modo sit enorme: à quo dissentit Rolandus à Valle. *1. cõs. 91.* Hoc constat, Iure ciuili interdum capitale fuisse, ex *l. 15. ff. de cond. caus. data.* Præstat tamẽ locorum consuetudinem in ea re sequi, & in dubio recurri ad hanc Authenticam, etiã si quis sæpius furtum commisisse dicatur, *vide Clarum d. loco.* Nam constitutio Friderici de quinque solidis lata, specialis est.
u Mas vel fœmina: hac enim voce, vterque sexus continetur: ęque ac si lex dixisset, quæcunque persona, masculi continerentur: non vi generis ipsius vocis sed ex propria superiorum vocum natura.
x *Subaudi*, dolo malo. Nam vt quis puniri possit de recepto seruo, dolus requiritur. est enim ipsa receptatio per se honesta, qua nimirum alius alium iuuat. Dolus tamẽ præsumitur in eo qui scire potest, vt quia res in publica fama & notoria, in vicinia maximè.
y Pœna fugitiuum seruum recipientis. 6. *Harmenop.* 13.
z ea fuit vulgaris serui æstimatio. *l. 1. §. 5. ꝟ. de com. seruo.*
a Geminata & iterata delicta grauiùs puniuntur. v. Tiraquellum *tract. de pœnis.*
b Pœnam in corpore patitur, qui in ære nihil habet, *vt hic: l. 6. ꝟ. de modo multarum. l. 1. in fine. ff. de pœnis.* quod Bartolus Baldus & Imola verum esse putant, etiamsi in vno nummo deficeret: quod inhumanum puto. Illud verius est, superiorem sententiam locum non habere in contractibus, in delicto leui, vbi aduersarius id non postulat: postremò, vbi reus ipse nobilis est Socinus *reg. 81.*
c Contractus licitus errantem excusat. quo iure moti nonnulli negant eum delicto teneri, qui mercede cõductus & ignorans in aliena sylua arbores ceciderit. Quæ opinio Accursij in *l. 23. ff. de rei vindic.* ab omnibus communiter adprobatur. volunt enim toties mandatarium excusari, quoties eius mandatum de genere licitorum fuerit. Bald. ad l. *5. ꝟ. de accusat. v. Rolandum à Valle cons. 54. num. 6. 7. 8. 9. 10.*
d Titulus iustus excusat à dolo præsumpto.
e Cur ita? pœna remittitur bona fide facientibus: siue rem alienam vel vxorem recipiant, siue res suas commodent, & commodatarius pòst eis abutatur.
f Ad torturam interdum ad condemnationem & liberationem peruenitur probationum penuria, in secretis tractatibus & consiliis.
g i. libertos, vt in l. *vlt. ꝟ.* eorum artificio & operis respublica vtebátur.
h Qui sollicitat ad fugam, punitur.
i *l. 1. ꝟ. de defensorib. ciuit.*

a Id est, quæ vicem alterius repræsentent. b Iudex in officio suo negligens, ne quidem principis rescripto absolui potest: vt & maximè sit absolutus, regressum tamen non habet in eum cui fauit iniustè. & merito: vt ne quam proprio nomine pœnam exsoluit, eam ab alio repetat.
c Hi serui qui sunt in fuga, nec vendi possunt, nec donati *v. Cuia. 17. obs. 10. adde l. 6. j. de plag.*

vicaria[a] mãcipia exigatur: nec beneficio[b] principali, nec ven ditione[c] in eius persona|| iam|| de cætero valituris. Datum XVI. Kalendas Martij. Constantino Aug. V. & Licinio Cæsar. Coss. 319.

Si repetenti seruum fugitiuum proprietas opponatur.

6. Idem A. ad Tyberianum comitem[d] Hispaniarum.

CVm seruum quispiam repetit[e] fugitiuum, & alius[f] euitandæ legis gratia, quæ in occultantes mancipia certã pœnam statuit, proprietatem opponit, vel in vocem libertatis eũ animauerit: illico[g] nequissimus verbero[h], super quo ambigitur, tormentis subiiciatur, vt[i] aperta veritate, disceptationis terminus fiat. quod non solum vtrisque iurgantibus proderit, sed etiam seruorum animos à fuga poterit deterrere. Dat. XV. Kal. Septemb. Pacatiano & Hilariano Coss. 332.

De seruo fiscali.

7. Imppp. *Valens, Valentin. & Gratian.* AAA. ad Felicem consularem.

SI quis seruum fiscalem[k] putauerit occultandum: non solùm eum restituere, sed etiam duodecim[l] libras argenti pœnæ|| nomine|| fisci iuribus dependere compellatur. Dat. II. Id. April. Gratiano II. & Probo Coss. 371.

Si seruus publicis operibus deputatus connubium contrahat cum ancilla.

8. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Albino præfecto vrbi Romæ.

SI qui publicorum[m] seruorum fabricis[n], seu aliis operibus|| publicis || deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, domibus se alienis, & priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint: tam ipsi, quàm vxores[o] eorum, & liberi[p], confestim conditioni pristinæ laborique restituantur. Dat. 8. Kal. Aug. Timasio & Promoto Coss. 389.

d Comes Hispaniæ.
e An condictione ex *l. 4. s. eod.* An officio iudicis vt vult Cyn.? An rei vindicatione, vt vult Accursius? prior verior est: nam agitur hîc ad pœnam & illico. Rei autẽ vindicatio neq; pœnalis est, neque ita momentaria.
f Dominij quæstio, agenti referri potest: & vt hinc colligitur de iure tertij potest excipi.
g Illico vbi agitur, summarie agitur.
h Eadem vox repetitur in *leg. vn. j. de mulier. quæ se prost. seru.*
i *leg. 12. j. de agricol. adde Cuia. 17. obs. 10.*
k De pœna seruum fiscalem occultantis.
l Atqui pœna quadruplum excedere non potest, *§. omnes Inst. de act. v. Bal. hic.*
m De seruis publicis populi Romani.
n *v. tit. de fabricensibus.*
o Pœna serui publici P. Romani nuptias cum ancilla contrahentis.
p Partus hîc sequitur conditioné patris. Atqui, matris conditionem sequi debet? *l. partum s. de rei vindic.* hoc fit mediatè, per matrem, quæ ipsum virum sequitur. virum vxor: liberi matrem sequuntur atque ideo patrem.
q *v. 47. D. 2.* optime cohæret hic titulus superiori. Vix est enim vt seruus

DE FVRTIS[q] ET SERVO CORRVPTO.[r]

Tit. II.

De concurrentibus actionibus.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Theogeni.

SI pecunia tua mandantibus seruis|| tuis|| quidã prædia comparauerint: eligere[s] debes, vtrum furti actionem|| & condictionem||, an mandati potius inferre debeas, neque[t] enim æquitas patitur, vt|| &|| criminis causam persequaris, & bonæ[u] fidei cõtractum impleri postules. Dat. XI. Kal. Maij, Seuero & Albino Coss. 195.

Si dominus pretium rei furtiuæ non soluat.

2. Iidem AA. negotiatoribus.

IN ciuilẽ[x] rem desideratis, vt agnitas res furtiuas nõ prius reddatis, quàm[y] pretium fuerit solutum à dominis. Cura te igitur cautiùs[z] negotiari, ne non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspicionem[a] incidatis. PP. Kal. Dec. Chilone & Libone Coss. 205.

aufugiat quin secum furto auferat rem aliquam, pecuniámve domini *vide leg. 11. j. de plagiar.*
r *v. 11. D. 3.* Inde est δουλοπατείας δίκη
s Agi ex delicto & contractu simul non potest: nam contraria cumulari non possunt: & est iniquum rem & pretium simul consequi.
t Ex pluribus actionibus contrariis vna eligenda est: qua electa actor variare non potest *l. 88. ff. eo.* Imò concursus furti & mandati admittitur *l. 22. §. 7. D. mandati. v. Cuia. 17. obs. 12.* sed & Baldus hic varios casus profert, in quibus contraria cumulari posse probat.
u Mandatum intelligit. & ita dominus actionem adquirit ex serui mandato.
x Furto res subreptas, earum emptor vero domino restituere cogitur, etiam non recepto pretio, *vt hic. 6. Harm. 6. §. 6.*
y Possessor rei furtiuę, rem domino restituere cogitur etiam non recepto pretio *l. 23. s. de rei vind. facit l. 27. ff. de captiuis.* Imò pretium recipit, si quis rẽ alienam à latronibus emerit *l. 6. in fi. ff. de captiuu.* idq; æquum ex eo esse volunt, quòd dominus nulla alia actione suum consequi à latronib. potuisset. atqui *d. l. 27.* negat seruum ita emptum vsucapi posse? vt sit ita, eadem etiam negat pretium emptori restituendũ. & ita *d. l. 27.* concilio. Ad hæc, emptori pretium à domino restitui volunt, si emptor tempore venditionis protestatus fuerit se rẽ ea mente comparasse, vt domino redderet, Cæpola *cautela. X. VVurmf. 1. pra. 31. c. 1* à quo tamen Natta dissentit *consi. 436.* Clarus *li. 5. §. furtum 6. versi. sed hinc incidenter*, dubius hæret inter vtrumque. Natę opinioné Alciat. probat. & quidem vterque confirmatur lege. *Id quod nostrum 11. ff. de reg. iur.* quin protestatio emptoris, ex nimia diligentia dolũ arguit *l. 7. ff. de cond. inst.* cui sententiæ liberius accedo. Ad hæc, Idem quoq; esse volunt si pretiũ rei venditæ in vtilitatem domini versum fuerit *l. 19. s. de procur.* si dominus vltro pretium restituerit *l. 36. ff. de cond. indeb.* si consuetudo contraria sit *v. Alcit. 3. præsumpt. 29.* Quid si emptor auctorẽ laudauerit? *v. l. 5. j. eo.* Quid si in taberna publica, aut in foro, vbi communiter res eiusmodi vendi solent, bona fide quis emerit? puto pretium restituendũ. *arg. l. 3. ff. de senatusconf. Macedon. l. 52. §. 15. ff. de furt.* quin, eo casu admittitur ad agẽdum cum ipso domino, si fortè ei subtracta res sit. & huc refero *l. 74. ff. de furt.* Quid si eo tantũ nitatur emptor, quòd imprudẽs emit, & aliàs bonę famæ sit? tali exceptione emptorẽ iuuari nõ puto, vt qui cautè negotiari lex velit *vt hic.* Interea tamẽ sciendũ; Ei qui ignorans emit, dari actionem furti, sed non aduersus dominum *l. 52. §. 10. D. de furt.*

z *l. 19. ff. de reg. iur.* a Malæ fidei scilicet. *l. 5. j. eod. l. 12. in fi. j. eod.* Negant tamen interpretes, possessorem rei furtiuæ furem præsumi, nisi concurrentibus aliis coniecturis, vt furti non teneatur, nisi scienter emisse probetur. *d. l. 12.* vel malæ & illaudatæ famæ sit: quo casu quæstionem haberi posse existimant. idémque dicendum in eo apud quem falsa moneta reperta fuerit. *v. Hyppolit. de Marsil. ad l. qui falsam. num. 121. & seq. j. de falsis.* Rectè Bartolus monet, inspiciendum esse quo precio res empta sit, & vtrum clam aut palàm, vt ex huiusmodi indiciis dolus arguatur. *l. 6. s. de dolo.* Clã emisse videtur, qui ignotũ venditorem nominat. *l. 5. j. eod.*

De re nondum dedicata.

3. Imp. *Antoninus* A. Secundo.

SI nondum[b] rem templo diuino dedicatam vitricus tuus furto abstulit: habes[c] aduersus eum furti[d] actionem. PP. 6. Idib. Septemb. Læto II. & Cereale Conss. 216.

De seruo solicitato.

4. Imp. *Alexander*, A. Aurelio|| Herodi.||

ADuersus eum duntaxat, quem seruum tuum solicitasse[e] dicis, si eum deterioris animi fecerit, serui corrupti agere potes. Quòd si solicitatum[f] occultauerit: etiam furti cum eodem agere potes. quas actiones etiã per[g] procuratorem exercere minimè prohiberis. PP. Idib. Septemb. Alexand. A. Coss. 223.

De venditore exhibendo.

5. Idem A. Cornelio.

CIuile[h] est, quod[i] || à te|| aduersarius tuus exigit, vt rei, quam apud te fuisse[k] fateris, exhibeas[l] venditorem. nam à transeunte & ignoto[m] te emisse, dicere non conuenit, volenti euitare alienam bono viro suspicionem[n]. PP. 3. Kal. Maij, Maximo II. & Æliano Coss. 224.

De alienatione, contrectatione, detentione serui alieni.

6. Idem A. Pythidoro.

ALienum[o] seruum sine voluntate domini qui sciens vendiderit[p], seu donauerit[q], vel alio modo alienauerit[r]. nihil domino deminuere potest. Etsi contrectet[s], vel apud se detinuerit: etiam furtum[t] facit. PP. Kal. Maij, Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

De pecunia.

7. Idem A. Dato.

SI is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam[u] dedisse proponis, parua quantitate numerata reliquam in vsus suos[x] conuertit, furtum fecit. PP. Idib. Iun. Modesto & Probo Conss. 229.

De exactore tributorum.

8. Idem A. Valentino.

ET iam furti actione[y] tributorum[z] exactor tenetur, si te non[a] cessante in tributoria exactione, sciens[b] quòd nihil debetur, ancillam tui iuris abduxit, aut vendidit, quæ res facit, vt nec emptor vsucapiat, vindicatióque tibi || ipsius || competat. PP. 10. Kalend. Mart. Pompeiano & Peligno Coss. 232.

De rei interitu.

9. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Ædisio.

SVbtracto furto, vel vi abrepto mancipio, quamuis hoc rebus humanis non[c] oblatum[d] fuerit exemptum[e]: tam ad raptorem, quàm ad furem periculũ redundabit, & vterq; eorum pœna legitima coercebitur. S. 7. Kalẽd. Feb. Sirmij. *

De vsucap. de successoribus.

10. Iidem AA. & CC. Valerio.

b Destinatione sola dedicationis, non transit res priuata in sacram, non fit sacra, neque templo quæritur actio. Imò sola destinatione dedicatur. *l. cum pater. §. surdo. ff. de legat. 2.*
c i. tibi, non tẽplo aut pontificibus competit actio. *l. 35. ff. de liberali. l. 2. ff. pollicit.*
d nõ sacrilegij: vt hinc colligas, In delictis qualitatem rei considerari, quæ tẽpore delicti est in actu, non quę est in potentia aut via ad actũ.
e *l. 5. s. tit. prox. l. 1. §. 3. vers. qui igitur seruus. ff. de seruo corrupto.*
f *l. 2. in fine. ff. de priuat. delict. l. 36. in f. ff. de furtis.*
g Per procuratorem delictorũ actiones ciuiliter moueri possunt. *l. 2. in fi. j. ad l. Fab. de plagiar.*
h at non necessarium Accurs. hîc. *l. 4. §. 4. ff. de cond. ob turp.* Imò necessarium, si magistratus exhiberi iubeat. *l. 13. ff. de off. præsid.*
i Titulum suæ possessionis in iure dicere quisque cogitur.
k Confessio de præterito, inducit prę sumptioné in præsenti.
l & nomines.

m Furti suspicionem non euitat, qui dicit se ab ignoto emisse. Da notum hominem indicatum fuisse, num precium emptori restitui oportebit? non puto restituẽdum esse, nisi aliud patrocinetur, *dixi ad l. 2. s. eod.*
n *l. 2. s. eod.* de furti indiciis, v. Baertium apud Bellouisanum *3. pract. cap. 1.*
o *§. 3. in f. Instit. de vsucap.*
p *d. l. 16. j. eod. l. 1. l. 6. pro emptore.*
q *l. 2. j. pro donata.*
r *l. 54. §. 1. ff. eodem.*
s animo amouendi. *l. 52. §. 19. ff. eodem.*
t & plagium. *l. 12. de plagiarijs.*
u Furti tenetur qui pecuniam, quam ad alium perferendam accepit, in vsus suos conuertit, *l. 14. §. 9. l. 43. §. 1. ff. eod. l. 38. in f. ff. de noxalib. l. 22. §. 7. ff. mandati. l. 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 6. cap. 20.* quo nomine furti actio competit mittenti, nisi recepturi magis intersit. *l. 4. in f. ff. eod.* His quædã vtilia adnectamus. Rem certo loco debuisti, tabellarius in itinere eam consumpsit, quid iuris? tibi perit. *arg. l. 2. ff. de eo quod certo. l. 11. s. de reb. credit.* Si certo loco non debuisti, siue te monui vt remitteres, siue non monui, tibi non perit, si idoneo homini aut si publico tabellario dedisti perferendã. *l. 20. ff. commodati.* Num etiam idoneus is est qui te monuit vt rem ad me mitteres? non est: nisi iussero vt ei rem dares. *l. 10. in f. l. 11. & 12. in pr. & f. ff. commodati.*
x Quid si cum pecunia tibi data esset, vt cui velles dares, postea eam consumpseris? teneris mandati. *l. 22. §. 7. ff. mandati.*
y Nisi conuentus sit alia actione, puta in factum. *l. 2. s. ex quib. causis. in f.* aliàs furti actione conuentus, fit infamis. *l. 63. ff. eod.*
z Tributorum iniquus exactor, tenetur furti. *15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 6. cap. 21.*
a *adde l. 73. ff. eod.*
b Aliud si ignorans, aut non vana persuasione ductus. *l. 2. §. 20. ff. vi bonor.*
c Rei furtiuæ, vel vi possessæ periculum ad furem & raptorem pertinet. *l. 46. ff. eo. l. vlt. s. de cond. furt.* nisi moram purgauerit oblatione, *vt hic, & l. 17. ff. de cond. furt.* vel nouatione. *d. l. 17.* vel stipulatione. *d. l. 17. l. 29. in f. ff. de verb. oblig.* vel si intra iudicati tempora res furtiua perierit sine dolo malo furis condemnati. *l. 14. §. 11. ff. de eo quod met.* aliàs, quiuis raptor est in mora. *d. l. vlt. l. 1. §. 34. ff. de vi & vi.*
d Moram semper admittit, quisquis ex maleficio tenetur.
e *l. 50. ff. eodem.*

a Res plagio exportata vsucapi non potest. b hic, & malè, Græci videntur legisse *Fuga* pro *Plagio*, vt ostendit Cuiacius 7. *ad Africanum fol.* 127. *adde l.60.ff.de furtu.* c vel quasi:puta tutorem.*l.4.§.11.ff.de vsurpat.* d Saltem fictè,putà si rei æstimationẽ nacti fuerimus.*l.4.§.13.ff.de vsucap.*si rem pro tradita habuerimus *l.32.ff.de vsucap.* e Quid:actio furti datúrne successori? vindicatio datur successori etiam singulari.*l.2.§.de peti. hered.l.1.j.com.de legat.*Condictio vniuersali tantũ successori datur. *l.14.ff.de condict. furt.* (nisi dominium eius venditum fuit à testatore.*l.10.§.2. d. titu.*)non singulari.*l.11.d. tit.* Actio vero furtiua vniuersali datur. *l.47.ff.eo.* non singulari, nisi ex noua cõtrectatione,& ita Rolandus à Valle intelligit legem 47. 66. *ff. eod.l.8.ff.de seruo corrupto : l.35.ff. de vsurpat.* eo etiam mouetur, quòd actio personalis non sequatur singularem successoré. Quid si heredi proprietas, alteri vsusfructus sit relictus , quis aget? *v. l.35.ff.de vsurpat.*
f Atqui furti actio datur ei qui possidet,*l.1.§.15. ff.si is qui testam. liber. l. 35. ff. de vsurpat.* nostro autem themate successor nõ possidet. vide Bald. *hic.*
g Vxor mortui mariti bona ab herede adpræhensa subripiés furti tenetur *vt hic* : si nondum adpræhensa, nõ tenetur. *l.17.j.eo.* multo minus, si constante matrimonio subripuerit.*l.1.ff.rerũ ammotarum.*
h Nam hereditati iacẽti,id est, priusquam heres sit possessor, non dicitur furtum fieri. *l. 2.in f.l.vlt.ff.expilatæ heredit. l.35.ff.de vsucap.* nisi trib⁹ casibus, *l.68.69. ff.eod.*
i *dixi ad l.48.§. 5.l.60.ff.eod.*
k Partus rei furtiuę,actione furti peti potest.
l furtiua, *D. de condict.furt.*
m Vindicatio de mancipiis.
n Pœnalis actio rei persecutionem non tollit & è contra,*l.34 §.3.ff.eodem.l.7. ff.de condict.furt.*

SI abducta mancipia furto vel[a] plagio[b], venumdata præses prouincię perspexerit : cùm nec ab emptore propter cohærens vitium, antequam ad dominum[c] possessio reuertatur[d], ||hæc|| vsucapi possint: & te ei, cuius fuerint, successisse[e] repererit : restitui tibi prouidebit[f]. Sine die & Consule.

De nouerca, de furto manifesto vel nec manifesto.

11. Iidem AA.& CC.Demostheni.

DE his, quæ subtraxisse nouercam[g] pupilli tui precibus significas, rectorem adi prouinciæ: qui si eam, posteaquam[h] dominus rerum is, quo pro supplicas, factus est, aliquid furatam cognouerit: non ignorat in quadruplum furti manifesti : nec manifesti || verò , || dupli actione furti constituta, condemnationem formari. Dat.7.Kal.Septemb. Viminacij, CC.Coss.

De partu ancillæ furtiuæ & de concurrentibus actionibus.

12. Iidem AA.& CC.Quintæ.

ANcillæ subtractæ partus[i] apud furem editi, priusquã à domino possideantur, vsucapi nequeunt. matris furem, etiam horum causa furti actione teneri cõuenit, quapropter furti[k] actione & condictione[l] vel aduersus possidentem ||rei|| vindicatione[m] de mancipiis vti non prohiberis: cum altera pœnam[n] continens alterius electione minimè tolli possit. Nam extra[o] pœnam rei persecutionem esse, nulla iuris quæstio est, cùm etiam hi, qui aliena mancipia comparauerint[p], si hanc causam non ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octob. Sirmij, CC.Coss.

De transactione.

13. Iidem AA.& CC.Domino.

POst decisionem[q] furti leges[r] agi prohibent. Quod si non transegisti[s], sed de sublatis partem tantum accepisti : residuum vindicare, vel condicere, & actione furti apud præsidem ||prouinciæ|| agere potes. Dat.Kal.Decemb. Sirmij, CC.Coss.

De res ablatas suscipiente.

14. Iidem AA.& CC.Dionysio.

EOs qui à seruo[t] furtim ablata[u] scientes[x] susceperint[y], non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potes. Dat.8.Kal.Ianuar.Sirmij, CC.Coss.

De successoribus.

15. Iidem AA.& CC.Socratæ.

FVrti actione[z] minimè teneri successores[a], ignorare non debueras. De instrumentis[b] autem ablatis, in rem actione tenentes cõuenire potes. Dat.3.Kalend.Ianuar.Sirmij, CC.Coss.

De seruo alieno vendito.

16. Iidem AA.& CC.Arthemidoro, & aliis.

SI seruum vestrum[c] nutriendum qui[d] susceperat, venundedit[e]: furtum commisit. Dat.Kal.Octobr. Viminacij, CC.Coss.

De vxore.

17. Iidem AA.& CC.Cononi.

QVamuis ||etiam|| expilatæ[f] hereditatis criminis promiscuus vsus exẽplo actionis furti ream vxorẽ[g] fieri non patiatur: tamen heredes, itémque filij super his, quæ de patris bonis possidet, aduersus eam in rem actione[h] experiri non prohibentur. Datum Idibus Decembris C C. Coss.

o Extra pœnam, rei persecutio est. p *l.37.ff.de condict.indebiti.*
q *dicta l.7.l.61.§.1.ff.de furtis.l.18.j. de donationibus.*
r XII. tabularum scilicet, *dixi ad leg.xij.tabularum.lib.2.titu'.23.cap.5.*
s transigere de furto licet.
t Hic idem si à libero homine? Hippolitus Marsilius *consilio criminali 53.numero* 26. negat idem esse. Differentiæ rationem eam esse putat, quòd hac lege nuda furtiuæ rei receptio non consideretur, sed etiam serui corruptio. *l.20.j.eodem.l.1.ff.de seruo corrupto.* vt ea ratione cesset huius legis dispositio si à libero homine res furtiuas quis recipiat.
u hoc est, res furtiuas. vt aliud constituendum sit in recipientem latronem aut furem. *dixi ad l.1.D.de recept.& j.de his qui latrones.* aliud quoque in recipientem rem raptam. *l.3.§.non tantum D.de incendio.l.1.j.rimen.j.ad leg.Iuliam de vi.* Aliud item in recipiente adulterij damnatam. *l.9.j.de adult.* Aliud in receptatore serui & rerum furtiuarum simul. *l.vlt.j.ad l.fab.de plagiarijs.* Sed & aliud in receptantem fisci pecunias. *l.vnic.j.de crimine peculatus.* vnde colligit Hippolytus Marsilius *dicto consilio.* Eum qui sciens res furtiuas recipiat, nulla lege ciuili, furti pœna teneri.
x *l.35.D.eod.l.1.D.de receptatorib.l.11.D.de seruo corrupto.l.5.in f.D.ad l.Iul.pecul.*
y Qui sciens res furtiuas recipit, furti tenetur.§.4.*in f.Instit.de oblig.quæ ex delicto.l.10.§.quod cum eo.l.12.j.de plagiarijs.l.14.D.commodati : v.Rolandum à Valle 1.consil.45.*
z *6.Harm.5.§.1.*pœnali scilicet *§.1.Inst.de perpet.& temp.dixi ad l.11.D.reg.iur.*
a ex furto delictóque defuncti, his adde quæ superius dixi de actione furti successoribus competente *ad l.10.in f.§.eodem.* b *l.27.l.32.D.eodem.*
c & ita alienum.*l.6.§.eod.* d hinc non illepidè Baldus, si pastor efficitur lupus tenetur furti. e aut constituit se emptoris nomine possidere. sufficit enim ad furtum, rem alienam fictè contrectasse.*Salycet.*
f Vxor expilatæ hereditatis non tenetur.*l.5.D.expilatæ.* g *dixi ad l.11.§.eodem.*
h *l.2.D. expilatæ.*
i *l.1.D.de incendio.*
k *v.Cuiacium2. obs.18.*
l *d.l.11.l. 44. D. de adquirenda rerum.*
m Imò post annum nõ datur. *l.2.inf.j. de naufrag.*
n Naufragio priuati res suas iure non amittunt. Ideòque neque à priuato neque à publica persona inuitis earum dominis retineri possũt.
o *l.1.l.D.de incendio.vide l. l. 5.j.de naufrag. l. 48.Inst.de rerum diuis.l.8.D.ad legem Rhod.*
p Clausula generalis,*non obstãte,&c.*in constitutionibus principũ sufficit: neque enim singulas consuetudines & singula statuta scire princeps cogitur.*ca. 1.de constit.in 6.*
q Subripere impune licet res naufragij facti à pyrata, aut hoste imperij , aut ab heretico : ab alio non licet.
r Pyratæ comparãtur reis maiestatis diuinæ & humanæ.
s Pœna subripiẽtis aliquid ex naufragio.
t Falsus procurator furtum facit.*l.43.§.1.l.80. §.6.D.eod.l.24.§ de procuratorib. l.18.in f.D.de solutionib.* Falsus autem qui nullum vmquam mandatum habuit, vel qui reuocatum, aut ipso iure nullum habet. *Bald.hic.*
u *§.8.Instit.de obligat. quæ ex delicto.*
x Furtum fit inuito domino.*j. eodem.*interdum volenti,*vt h.c.*
y *videtur legendum*, vtrúmne furti : an pro seruo, quẽ corrumpere voluit? non solum furti, sed etiam serui corrupti is obligatur. *&c,* vt

De naufragio vel incendio

18. Iidem AA.& CC.Dionysiodoro.

IN eum, qui ex naufragio[i] vel incendio cepisse, vel in his rebus damni quid dedisse dicitur, intra annum vtilem[k] ei cui res abest, quadrupli[l] post[m] annum in simplum actionem proditam, præter pœnam olim statutam, edicti forma perpetui declarat. Datum Kalend.Ianuar. Nicomediæ, CC.Coss.

Noua constitutio Friderichi Imperatoris de statutis & consuetudinibus contra ecclesiæ libertatem editis, tollendis.coll.10.

N*Auigia quoqunque locorum peruenerint, si quo casu contingẽte rupta fuerint, vel alias ad terram peruenerint: tam*[n] *ipsa nauigia , quàm nauigantium bona illis integra reseruẽtur*[o]*, ad quos spectabant antequam nauigia huiusmodi periculum incurrissent : sublata*[p] *penitus omnium locorum consuetudine, quæ huic aduersatur sanctioni : nisi*[q] *talia sint nauigia, quæ piraticam*[r] *exerceant prauitatem , aut sint nobis siue Christiano nomini inimica. Transgressores autem huius nostræ constitutionis, bonorum suorum publicatione*[s] *multentur : & si res exegerit , eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.*

De falso procuratore.

19. Iidem AA.& CC. Nestiæo.

FAlsus[t] procurator depositum recipiendo , vel æs alienũ exigendo citra domini voluntatem : furtum facit , ac præter rei restitutionem actione||dupli,||nec manifesti furti conuenitur. Sine die & consule.

De eo qui seruum alienum corrumpere conatus est.

20. Imp.*Iustinianus* A.Iuliano P.P.

SI[u] quis seruo alieno suaserit, vt aliquam rem domini sui surriperet , & ad se deferret , seruus autem hoc domino manifestauerit , & domino concedente[x], res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens: quali teneatur actione is qui res suscepit, vtrúmne[y] pro occasione furti, an pro seruo||corrupto,||quia eum corrumpere voluerit: an non solum furti, sed etiam serui corrupti||is||obligetur : veteres dubitauerunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus, placuit non solum furti actionem , sed etiam serui corrupti contra eum dari, licèt enim seruus minimè deterior factus est, tamen consilium[z] corruptoris ad pertinentem probitatis serui introductum est.& quemadmodum[a] secundum iuris regulas furtum quidem non est commissum, quia is[b] videtur furtum committere , qui contra domini voluntatem res eius contrectat , ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur : ita & serui corrupti contra eum actio propter suum vitium non ab re extendatur , vt sit ei pœnalis actio imposita tanquam[c] re ipsa fuisset seruus corruptus : ne ex huiusmodi impunitate , & in alium seruum, qui ||facile|| possit corrumpi, hoc facere pertentet. Datum Kalendas August. Lampadio & Oreste, VV.CC.Coss.530.

Si seruus bona fide possessor furtum committat.

21. Idem A.Iuliano.

APud antiquos quærebatur, si seruus, quem aliquis bona[d] fide possideat, furtum commiserit alienarum rerum, vel ipsius apud quem cõstitutus est : an ipse, qui||eum|| bona fide detinet, noxalem furti actionem aduersus verum dominum habeat, vel ipse ab eo qui furtum passus est, prædicta

hæc sint in quæstione , an furti , an & serui corrupti quoque teneatur.
z *l.47.D. de regulis iuris.*
a hæc *ἀντίθεσις* obscura est : nos ita explicamus. singularia duo, hac lege proponũtur, Reus, de quo agitur, furti tenetur, quamuis proprie furtum non fecerit: & serui corrupti , quamuis proprie seruum non corruperit. Non furtum fecit , quia rem volente domino contrectauit : passus enim dominus rei est , rem apud eum (nimirum sollicitatorem serui) deferri , vt delata apud eum , interciperetur & in furti depræhenderetur. Non seruum corrupit , quia seruus ipse sollicitatorem domino indicauit , & communicato cum hero consilio , apud sollicitatorem , rem domini detulit , vt sollicitator in furto deprehenderetur. His cognitis res ita confertur , quemadmodum aduersus sollicitatorem in hac hypothesi datur furto actio , licet propriè furtum non fecit, hoc est inuito domino rem contrectauit : ita aduersus eundem , datur serui corrupti actio , licet seruum ipsum(frugi & fidelem domino) non corruperit: hoc ideo , quia lex consilium corruptoris considerat, non factum. b *§.6.Inst.de oblig.ex delic.2.Caius 10.§.4.*
c tanquam particula, fictionis nota est. Delicta facto & animo delinquentis perfecta puniuntur, etiamsi ex vera delicti definitione non sint perfecta. *v.quæ dixi ad l.18. D.de pœnis : l.vnic.§.si quæcunque prædit.u potest.adde quæ dixi ad Nou. 134. c.10.l.5.§.de episcop.l.5.j.ad l.Iul.maiest l.1.ff.de extraord.*
d Pro seruo bona fide possesso conueniuntur bonæ fidei possessores, furti noxali actione.*l.11.de noxalibus.*

dicta conueniatur actione. Cúmque generalis regula [a] ab antiqua prudentia exposita et huius hominis gratia, pro [b] quo noxalem furti actionem, suscipere quis compellitur, aduersus alium furti actionem habere non concedens: quidam ita eam per [c] coniecturam interpretati sunt, aduersus bonæ fidei quidem possessorem nullo modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus, aduersus verum dominum furti actionem noxalem rectè decerni. Tunc autem bonę fidei possessorem furti nomine, quod passus est, noxalem actionem contra dominum habere posse, quando seruus sub domini sui fuerit constitutus possessione: & pro his rebus posse eum aduersus dominum habere actionem, non solùm quas seruus surraxit iam apud eum constitutus, sed & quas furatus est, quando fugit quidem à bonæ fidei possessore, adhuc autē nondum sub manibus domini||sui||fuerat constitutus. Quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam introducebant: nos autem altius &||verius||ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus, Cum igitur bonæ [d] fidei possessor domini [e] cogitatione furem possidet [f]: merito, donec apud eum constitutus est, & aliis tenetur noxali actione, si extranei furtum à seruo fuerint passi, & ipse aduersus verum dominum non habet actionem, secundum regulam [g] dicentem: Qui habet aduersus [h] alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. Sin autem desinat in serui retentione [i], & ille apud verum dominum fuerit inuentus: tunc ipse quidem noxali furti actione minimè potest teneri, aduersus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem pro reb. quas vel tunc furatus est, cum est apud verum dominum, vel antea postquam bonæ fidei possessoris retentionem [k] excessit, nec dum apud verum dominum factus [l] est. Sic iterū regulæ generalis casus euenit consentaneus: Qui enim habet tunc||furti||actionem aduersus [m] dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest: & sic ex [n] tempore omnibus discretis, vetustissima dubitatio nostro fœdere conquiescat & bonæ fidei possessor in parte certa [o] temporis habeat actionem, & non teneatur actione: & ipse dominus in alio tempore [p] non teneatur||actione||, & in alio sub actione cōstituatur. ¶De eo||autē||quilibet [q] constitutus, ab alio bona fide tenetur, si furtum commiserit, rectè & sine aliqua dubitatione dicitur posse eum, qui liber est cognitus, & ab ipso qui bona fide eum detinet, pro furto conueniri: & bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse cōueniri, sed ipsum pro suo furto respōdere: quia generalis regula||de seruo||prolata est: & pro [r] eo qui nō seruus, sed liber, & suæ potestatis est, noxalem moueri actionem, impossibile, nostrísque legibus incognitum est. Dat. Kal. Octob. Lampadio & Oreste VV.CC. Coss. 530.

De re commodata.

22. Idem A. Ioanni PP.

MAnifestissimi [s] quidem iuris est, perpetrato furto ei competere furti actionē, cuius [t] interest, ne furtum cōmittatur. Sed quærebatur apud antiquos legum interpretes, si quis cōmodauit aliis rē ad se pertinentē, & ipsa subtracta est, an furti actio aduersus furē institui possit ab eo, qui rē vtendam suscepit, idoneo [u] sc. cōstituto: quia & ipse commodati actione à domino pro ea re conueniri possit. Et hoc quidē penè iā fuerat cōcessum, vt habeat ipse actionē, nisi inopia dignoscatur laborare. tunc. n. furti actionem domino cōpetere dicebāt. Sed ea satis increbuit dubitatio, si tēpore quo furtū cōmittebatur, idoneus erat||is|| qui rem cōmodatā acceperat, postea autē ad inopiā peruenit, antequā moueatur actio quæ||ei||antea cōpetebat, an debeat actio, quę semel ei adquisita est, firmiter apud eū manere, vel ad dominū reuerti. Tū & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria sit, necne. Sed omnē talē tractatū alia sequitur subdiuisio, si ex parte soluēdo sit is qui rē vtendā accepit, vt possit non in totū, sed particularē solutionē ei facere: an habeat furti actionē vel nō. 1 ¶Tales itaq; ambiguitates veterū, imò magis (quod melius dicendū est) ambages nobis decidentib. in tanta rerū difficultate simplicior [x] sententia placuit: vt in [y] domini sit volūtate siue cōmodati||actionē||aduersus [z] res accipientē mouere desiderat, siue furti aduersus eū qui rē surripuit: & alterutra earū electa [a], dominū non posse ex pœnitentia ad alterā venire actionē: sed si quidē furē elegerit, illū qui rē vtendā accepit, penitus liberari. sin autē quasi cōmodator veniat aduersus eū qui rē cōmodatā accepit: ipsi||quidē||nullo modo cōpetere posse aduersus furē furti actionem: eum autē qui [b] pro re cōmodata conuenitur, posse aduersus furē quidē furti actionē habere: ita tamen, si dominus sciens [c] rē esse surreptā aduersus eū cui res cōmodata fuit, perueniat. 2 ¶Sin autem nescius [d] & dubitans rē non esse apud eū, commodati actionē instituit. postea autē re comperta voluit remittere quidē cōmodati actionē, ad furti autē peruenire: tunc licentia ei concedatur & aduersus furē venire nullo obstaculo ei opponēdo, quoniā||iā||incertus constitutus mouit aduersus eū qui rē vtendā accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactū est. tunc etenim omnimodo furē à domino quidē furti actione liberari, suppositū autē esse ei, qui||pro||re||sibi||cōmodata domino satisfecit: cū manifestissimū sit, etiāsi ab initio dominus actionē instituit commodati, ignorans rē esse surreptā, postea autē hoc ei cognito aduersus furē trāsiuit: omnimodo liberari eū qui rē commodatā susceperit, quēcunq; causę exitū aduersus furē dominus habuerit: eadē definitione obtinente, siue in partē, siue in solidū soluendo sit is, qui rē commodatā accepit. 3 ¶Sed [e] cùm in secundā dubitationē incidebant, quid statuendū sit, si quis rē commodatā [f] habuerit, quā aliquis furto subtraxerit, & lite pulsatus condēnationē passus fuerit, nō tantùm in rē furtiuā, sed etiā in pœnā furti: & postea dominus rei venerit omnē condēnationem accipere desiderans, vtpote ex suæ rei occasione [g] ortā: alia dubitatio incidit veterib. vtrúmne rem tantū suam vel eius ęstimationē consequatur, an etiā summā pœnalem. Et licet ab antiquis variatū est, & ab ipso Papiniano in cōtrarias declinante sententias: tamen nobis hoc dissidētibus, Papinianus, licet [h] variauerit, eligendus est, non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrū statuit minimè ad dominū rei peruenire. vbi [i]. n. periculū, ibi & lucrū collocetur: ne sit dāno tantū deditus qui rē cōmodatā accepit, sed liceat ei etiā lucrum sperare. 4 ¶ Cùm autē in confinio [k] earum dubitationum tertia [l] exorta est||quæstio,|| quare nō & eā decidimus? Cùm enim apertissimi iuris sit, non [m] posse maritum constāte [n] matrimonio furti actionē contra suam vxorem habere, quia lex||ita||atrocem [o]||actionem||dare in [p] personam ita sibi coniunctā [q] erubuit: eiusmodi incidit ve-

a Regula antiquæ prudentiæ. b Regula hoc innuit, Pro quo noxalem quis actionem suscipere cogitur, eius nomine aduersus alium actionem non habere, *versi. qui habet.* j. *eod.* c Per coniecturam interpretari appellat argumentum à contrario. d Bona fide Titius seruum alienum possidet. Seruus ille noxam nocuit, furtum alij fecit: quæritur an bonæfidei possessor serui nomine, noxali actione cōueniri possit? Potest. Quid si idem seruus illi bonæ fidei possessori furtū fecerit? non potest bonæ fidei possessor ille noxali actione experiri aduersus verum serui dominum. Cur ita? Vero domino furti actio ob seruum competit: itaque verus dominus furti actione noxali eo nomine conueniri non potest. *versic. qui hai habet.* Quid si seruus apud bonæ fidei possessorē esse desiit: & apud verum dominum esse cœpit? bonæ fidei possessor actione noxali conueniri amplius non potest *versi. sin autem.* Potéstne ob res furto sublatas experiri aduersus verum dominum? potest: sed pro iis tantū reb. quas seruus furatus est, postquam apud bonæ fidei possessorem esse desiit. Quisq; enim habet tunc furti actionem aduersus dominum, cùm ipse aliis teneri furti actione non potest Ita emendo & lego hūc versiculum: *Qui enim &c.* apertissimo sensu, qui huc vsque non perceptus à nostris videtur. Nā si quæsieris, cur bonæ fidei possessor, ex furto sibi facto à seruo post amissam eius possessionem agere aduersus verū dominum possit? ea erit ratio. Bonæ fidei possessor, post amissam serui possessionem, aliis furti actione noxali teneri non potest: igitur, ab eo tempore ius furti actionis mouendæ ei competere in aliquem cœpit. si rursus quæras in quem? nullū alium reperies, quàm verum rei dominum. Atqui si seruus mansisset apud bonæ fidei possessorem, bonæ fidei possessor furti actionem nō potuisset instituere actionē? non potuisset, simul enim (vt loquitur hîc Iustinianus) omnia ex tempore discernenda. Ius ex tempore variatur. Tempus aliud, alias actiones expostulat. Ita accidet vt certa temporis parte, hoc est, cum bonæ fidei possessor seruum possedit, non habuerit (addita hac negatione necessario hic locus legendus est) *ex ver. cum igitur* s. *eod. ibi & ipse aduersus verum dominum.)* actionem aduersus verum dominum: & eodem tamen tempore teneatur (ita affirmatiuè dispuncta negatione hic locus legendus videtur) actione extraneis *d. vers. cum igitur.* Ius ex tempore variatur, tempus aliud, alias actiones expostulat. ita fiet, vt cum possessor bonæ fidei seruum non possidet, habeat actionem aduersus dominum & non teneatur extraneis actione *infra ibi & bonæ fidei possessor.* Contra accidet vt ipse dominus, cum seruus apud bonæ fidei possessorem fuerit, non teneatur: cum esse desierit apud eum, sub actione constituatur *ibi, & ipse dominum.* j. *eod.* nisi quis malit ita legere totum hunc locum, *& bonæ fidei possessor in parte certa temporis non habeat actionem & teneatur actione: & ipse dominus in alio tempore, non teneatur actione, & in alio sub actione constituatur, &c.* hoc sensu: cum bonæ fidei possessor seruum possidet, ex furto serui non habet actionem aduersus dominū, licet eodem tempore extraneis teneatur furti. Ea est sententia manifesta *ver. cum igitur* s. *eo.* sed tamen nihil necessariò muto.

e Ea est possessio ciuilis quæ à Græcis dicitur τῇ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχὴ, 50. *Eclo. 2. c. 60.* i. animo domini, opinione domini *l. 22. §. 1. ff. de noxalib. actu.*

f Apud bonæ fidei possessorem, seruus si furtum extraneo fecit tenetur ille bonæ fidei possessor serui nomine noxali actione: nec tamē aduersus verum dominum actionem habet. g *De qua* s. *ver. cúmque generalis.*

h Qui aduersus alium furti actionem habet, is ea teneri non potest. Cur autē id receptū fuerit, satis non constat, aut cōstat imperfectissimè. sic Vrseius in non absimili specie eā rationē adfert, non fuit in potestate serui vt vni dominorū seruiat, *l. 27. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* quæ ratio satis est infirma. de qua *v. Cui. 17. obs. 15.* vbi ostendit Regularum iuris, quas Iurisconsulti à maioribus per manus acceperunt, rationes, neque diligenter nimium conquiri, neque reddi nimis bonas.

i id est, naturali possessione. k id est, naturalem possessionem amisit.

l sic homines sub fideiussione facti dicuntur, *l. 2. in fine, ff. in custod.* reus sub custodia officij factus. *l. 1.* j. *ad Turpillian.* in possessione factus. *l. 11. ff. de in poss. legat. & Nou. 17.* εἰ δὲ τινὰ ὑπὸ καὶ τὸν λόγον ποιήσῃς, si aliquam sub verbo feceris. *adde Cuiac. 8. obs. 30.*

m Qui aduersus dominū furti actionē habet, ipse aliis teneri furti actione nō pōt.

n Tempora inter se conciliāda, & contraria vitentur.

o quoties scilicet seruum non possidet naturaliter, *vers. sin autem.* s. *eod.*

p quoties scilicet domini cogitatione furem possidet. *vers. cum igitur.* s. *eo.*

q Si liber homo, cum esset apud bonę fidei possessorē, extraneo furtū fecit, ipse tenetur, nō bonæ fidei possessor.

r Liberi hominis causa nō datur noxalis actio, *l. 4. ff. de noxalibus. l. 13. in f. ff. de interrogationibus.* quod ad mercenarios seruos nostri temporis extēdi potest. *leg. 89. D. de furtis.*

s Vna est ex 50. decisionibus. *v. §. 16. vers. sed nostra. Institut. de obligat. quæ ex delicto.*

t Furti actio cōpetit ei cuius interest ne furtum committeretur, *l. 10. D. de furtis.*

u *vide Modestinum 2. differētiarum apud Ruffinum tit. 10. in fragmētis Pythæanis.*

x Simplicitas legibus amica. *§. 7 Institut. de fideicomm. libert. §. 3. Inst. de legit. agnatorum success.*

y Qui rem cōmodauit agere pōt rei nomine vel in ipsum furem, vt in commodatarium. *l. 14. §. 14. 16. l. 68. D. de furtis. §. 16. Institut. de oblig. ex delict.*

z Cōmodator, quoties res commodata apud commodatariū furto sublata est, vel aduersus commodatariū cōmodati: vel futi aduersus furē experiri potest: sic vt alterutra actione electa, ad aliam redire non possit: alterutro electo, aduersus alium non possit experiri. Quid commodatarius? conuentus à commodatore rem suam commodatam furto subreptam esse sciente, furti actione aduersus furem experiri potest, *vt hic:* Quid si à commodatore, furtum ignorante aut dubitante, commodati actione, commodatarius conuentus sit? licet commodatori ab instituta commodati actione discedere, & commodatario prætermisso, furti actionem aduersum ipsum furem instituere. nisi à commodatario suum sit iam consecutus: hoc enim casu vterque & commodatarius & fur à commodatore conueniri non possunt: licet fur ipse à commodatario possit eo casu conueniri. *§. 2. vers. nisi domino.* Quid si à fure solidum non possit exigere? nullum regressum, aduersus commodatarium etiam locupletem, habiturus est. *§. 2. vers. omnimodo.*

a Commodator furem vel commodatariū eligere potest: eorū vno electo aduersus alium non agit. *d. §. 16.* nisi ignorans egerit *§. 2.* j.

b Commodatarius conuentus à domino, aduersus furem potest agere.

c *v. §. 2.* j. *eod.* d Ignorans eligere non potest, nec dubitans.

e Commodatario res commodata furto subtracta est à fure, & rem furtiuam & pœnam fuit consecutus est commodatarius: Commodator pòst superueniens ea ita iudicio exacta, à commodatario petit? iniuriā agit. rem enim suam tantum vindicare potest: pœnam furti commodatario adiudicatam condicere non potest: tametsi occasione rei commodatæ ea orta sit. Cur ita ius est? Periculum commodatæ rei subire potuit commodatarius, lucrum igitur ex ea re natum, eius esse debet. *vt hic* f Idem in locata. *v. l. 9. D. loc.* aliud in pignore. *l. 22. D. de pignorat. act.*

g Occasione rei nostræ orta, non semper nostra sunt. h Papinianus variauit, *vt hic: & l. 6. §. 1. D. de seruis exportand.* variarunt & alij iurisconsulti, *v. quæ scripsi ad l. 75. D. de reg. iur.* i *v. l. 10. D. de reg. iur.* k Confinium dubitationum.

l Si marito res commodata ab vxore subtrahitur, vxor à rei domino furti conueniri potest: à marito, furti non potest: sed in factum actione. m *l. 2. ff. rerū amot.*

n aliud est post diuortium. *l. 3. ff. rer. amot.* o Atrox actio furti.

p Atroces actiones in personas coniunctissimas non damus.

q Coniuncta persona viro mulier est: quod in accusationibus atrocioribus, actionibus & testimoniis seruandum.

a Commodatam rem marito ab extraneo quodam, vxor furto surripuit: quæritur an à domino rei mulier possit conueniri furti actione, An potius maritus ipse? Potest alteruter conueniri: vti rei domino sederit seu visum fuerit. Pone maritum conuentum esse: poteritne maritus aduersus vxorem, in hac specie, furti agere? Non poterit, sed rerum amotarum tantum, idque propter matrimonij pudorem. *vt hic*:

Quid si commodator maritum elegit, neque ab eo suum in solidum possit consequi? furti actio rem instituere aduersus mulierem commodator non potest. *vers. Dominus* j.

b §.2.3.s. *eod.*

c Propter matrimonij pudorem, vxor constãte matrimonio non conuenitur.

d *l.2.l.3.ff. rerum amotarum.*

e Cõmodator, si ab vxore cõmodatarij furtũ fuerit rei commodatæ passus, vxorẽ commodatarij prius cõuenire non potest, quã marito inidoneo iudicato, *adde l.28.ff. rerum amotar.*

f *dixi ad 38.ff.1.*

terum sensibus quæstio. Quidam [a] etenim re sibi commodata, huiusmodi rei furtum à sua muliere passus est, & dubitabatur, vtrúmne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur, an propter necessitatem causæ, & maritus eius, vtpote actioni commodati suppositus, posit habere furti actionem. Et auctores quidem iuris satis & in hac specie contra se iurgium exercuerunt, ex præsenti autem lege, & anterioribus nostris decisionibus, quæ in ista positæ sunt constitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [b] electionem ad quẽ voluerit peruenire: siue ad eum qui rem commodatam accepit, siue contra eum qui furtum commisit: & in hac specie maritus quidem propter matrimonij [c] pudorem, non furti sed rerum [d] amotarum actionem habeat, si ipsum dominus elegerit. Dominus autem omnem licentiam possideat, siue aduersus maritum commodati, siue aduersus mulierem furti actionem extendere: ita tamen, vt si ipse [e] qui rem commodatã accepit, soluendo sit, nullo modo aduersus mulierem furti actio extendatur: ne ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente vxor eius extrahatur, & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. 15. Kalend. Septembr. Lampadio & Oreste VV.CC.Coss. 530.

DE OPERIS [f] LIBERTORVM.

Tit. III.

De operis tempore manumißionis impositis, de pretio, De alimentis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Romano.

SI tempore [g] manumissionis operæ tibi impositę sunt, scis te eas præstare debere. Solet [h] autem inter patronos & libertos conuenire, vt pro operis aliquid [i] præstetur: licet pretium [k] peti non possit, nisi [l] quando propter inopiam pro alimentis id extra ordinem peti necessitas suaserit: cum etsi operæ non erant impositæ, defectis [m] tamen facultatibus patroni, eum alere [n] cogebaris. PP. 3. Kalendas Ianuar. Chilone & Libone Coss. 205.

De manumißionis causa tradito.

2. Iidem AA. Eutycheti.

MAnumissionis causa traditus, neque [o] in seruitutẽ reduci à manumissore potest [p], neque impositas operas præstare cogitur [q]. PP. 6. Kalend. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coss. 206.

De eo qui nummis acceptis manumisit.

3. Iidem AA. Quintiano.

QVi nummis acceptis [r] ab extraneo, seruum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: siue fuerant operæ impositæ, siue non: vt indebitã [s] solutam reddere cogitur. PP. Kal. Nou. Albino & Æmiliano Coss. 207.

De venditione operarum.

4. Imp. *Anton.* A. Valeriano.

SI quam tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione [t] operarum deberi probaueris: restitui tibi à liberto tuo pręses iubebit. Ex hoc enim liberam [u] testamenti factionem libertus habet: modo si non onerandæ [x] libertatis gratia emissam ||esse|| cautionem probabitur. PP. 14. Kal. Maij, Duobus & Aspris Coss. 213.

De manumittente ante tempus, quo tenetur manumittere.

5. Iidem A. Terentio.

MAter tua ab eo, quem ex causa fideicõmissi manumisit operas impositas petere non [y] potest, nisi eius tantum temporis, quo eum ante [z] manumisit [a], quam dies fideicommissæ libertatis existeret. sed nisi [b] ei honorem patronis debitũ exhibuerit: adeat competentẽ iudicẽ pro modo admissi vindicaturũ. PP. 3. Id. Maij, Duobus & Aspris Coss. 213.

g Operę tempore manumissionis impositæ, sunt præstandæ. Tempore manumissiõis dicũtur imponi, quoties nisi operę promissæ essent, libertas data non esset. *l.77.ff. de solutionibus.*

h *l.24.ff. eod.*

i id est, aliquod pretium *vt.j.*

k Pro futuris operis pretiũ non potest exigi à patrono, nisi cõuentum sit, vel necessitas id exigat. *l.24.ff. eod.*

l Charitatiuum subsidium (ita enim interpretes nostri loquũtur passim) iuris subditis necessitatis tempore dominum imponere posse hinc colligunt: idque loco personalium seruitiorum, & ad eorum tantum æstimationem. *arg. l. si libertus. ff eodem.*

m id est, deminutis aut cõsumptis.

n Alere patronum inopem libertus cogitur. *l.5.§.18. ff. de agnoscend. liber. 49 Eclog. 3. ca. 51.*

o *l.32.ff. eod. l.1. §.5.ff. quarum rerum actio.*

p Cur ita? non præstat beneficium, qui debitum præstat, *l.13 ff. eod.* Operas potest imponere, qui vltro tantũ nõ ex necessitate manumisit.

q Erronea promissio operarum non valet.

r Qui manumisit, acceptis ab extraneo nummis, operas imponere non potest.

s Operarum indebita præstatio condicitur.

t id est, dum ei reuenderes operas tibi debitas, *l.37.ff. de bonis libert.*

u *dixi ad dicta l. 37.*

x *d.§.5.* hinc colligit Baldus, Rusticos & vasallos non posse obligari in præiudiciũ suæ libertatis, *adde l.6.ff. de off præsid.* y *l.95. in f. ff de legat. 1.*

z Manumittens ante tempus quo tenetur manumittere, temporis anticipati ratione operas imponere potest, non vltra *Salyc.*

a *l.32. D. de dolo.* atqui videtur manumittere non posse. *l.31.§.1. D. ad Treb.*

b *vide l. vlt. j. de obsequijs.*

c Pro præteritis operis mercedem accipere licet, *l.13.§.2.l.24. D. eod.*

d Duo filij ab operarum præstatione liberant, *l.37. D. de bon. libert.*

e *l.34. D. de manumißionib.* f Imo non est. *l.10. ff. de in ius vocando.*

g Liberta vxor patroni facta, non tenetur ad operas. *l.46. ff. eodem.*

h *l.45. ff. de ritu nuptiorum.* i Alciatus, *6. parerg. 9.* aliquando putauit hanc constitutionem adulterinam esse, quod caij nomen hic seruo tribuatur: quodque veteres consueuerint Græcis non Latinis nominibus seruos appellare.

De pecunia. 1. De duobus filijs.

6. Imp. *Alexander* A. Minicio.

NEc patronis pro operis mercedem accipere licet: quãuis si indictæ operæ præstitæ non [c] sint, ad pecuniæ exactionem obsequij non præstiti æstimatio conuertatur.

1 ¶ Qui autem duos [d] filios in potestate, vel diuersis temporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. 12. Kal. Iun. Iuliano II. & Crispino Coss. 225

De empto suis nummis.

7. Idem A. Augustino.

SI tuis [e] nummis emptus es ab eo, à quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo vt ingratus potes: patronum tamen tuum esse [f] eum negari non oportet. Dat. 3. Idib. Septemb. Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

De liberta quæ patrono nupsit.

8. Idem A. Lictorio.

LIbertæ tuæ, ducendo [g] eam vxorem, dignitatem auxisti: & ideo non est cogenda operas tibi præstare, cùm possis legis beneficio contentus esse, quod inuito [h] te alii non possit iustè nubere. Dat. 10. Kal. Mart. Fusco & Dextro Cons. 226.

Si cui relinquatur libertas in diem cum onere aliquid præstandi.

9. Iidem A. Herculiano.

TItius si ||cùm|| testamentum faceret, seruo suo Caio [i] libertatem cum cõditione hac dedit, *Caium seruum meũ à die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita* ||*tamen*|| *vt præstet* [k] *heredibus meis, sicut me viuo præstabat*: & cùm idem seruus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem eius vsque ad diem præstandæ libertatis etiã heredibus præstiterit: manifestum est, quòd adeptus libertatem, ad eandem præstationem compelli non possit. Dat. 7. Id. August. Fusco & Dextro Coss. 226.

De extraneis heredibus & de maritis patronarum.

10. Imp. *Alexander* A. Cæcilio.

LIberti libertæq; defunctorum, operas neque extraneis [l] heredibus patronorum, neque maritis [m] patronarum debent. PP. Kal. Nouemb. Alexandro A. Cons. 227.

De natis ex liberta, si patronus libertæ promiserit nubere.

11. Imp. *Gordianus* A. Africano.

QVod [n] ex liberta muliere nascitur, ingenuum est.

1 ¶ Is autem, qui libertæ suæ nubendi commodauit adsensum [o], quamuis [p] operas ab ea exigere non possit, iura ||tamen|| patronatus non amittit. PP. 3. Non. Aug. Pio & Pontiano Coss. 239.

Vbi morandum. [m] *De ingratis libertis.*

12. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Veneriæ.

QVi manumittuntur, liberum [q], vbi voluerint, commorandi arbitrium habent: nec à patronorum filiis, quibus solam [r] reuerentiam debent, ad seruiendi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur: cùm neque cũ [s] patrono habitare libertos iura compellant. S. 9. Kalen. Iun. ipsis AA. & Coss.

De eo qui libertum alienum recepit.

13. Imppp. *Valens, Valent. & Grat.* AAA. ad Probum præfectum prætorio.

IN redhibitione [t] operarum maneat pœna in eum, qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. 3. Id. Iul. Gratiano A. II. & Probo Coss. 371.

DE BONIS [u] LIBERTORVM, & iure [x] patronatus.

Tit. IIII.

k An in infinitum? an potius triennij tantum spacio? postremum verius est. & ita tẽpus triẽnij adiectum libertatis præstationi, intelligitur restringere onus indefinitũ seruo impositũ.

l Liberti operas non debent extraneis patroni heredibus.

m Patrona mortua, liberti eius marito operas non debent: honorem tamen debent. *dixi ad l. 2. s. de in ius vocando.*

n Ingenui sunt libertorum liberi. *Institut. de ingenuis. l.9. j. de ingen. manumiss.*

o *l. 2. j. de obsequijs.*

p Matrimoniũ potentius est, quàm ius patronatus.

q Libertus vbi voluerit morari potest, dum tamen operas præstet quas debet.

r Patroni liberis, liberti solum reuerentiam debent non operas.

s imò cum patrono morari cogi possunt, *l.8 in f. ff. eod.* & ex prouincia Romam venire cogi, vt operas reddant. *l.20. in f. ff. eod.* quin peregrè cum eo proficisci. *d. l.38.* si modo per orbẽ terrarum temere non vagetur. *d.l. 20.* quod ex longinquis & breuibus excursionibus definitur. *l.13. in f. ff. de annuis legatis* Quid si certo loco morari iussi sint serui libertate donati? voluntati defuncti obtemperandũ est. *l.18. in fi. ff. de aliment. l.44. ff. de manumiss. testam.* Quid si extraneo sub eiusmodi conditione sit relictũ, vt certo loco habitet? ius libertatis tali iussione infringi non potest. *leg. septuagesima prima. paragrapho secũdo Digestis de condit. & demõst.* Ad certum domicilium neminem putat adstringi posse Rolandus ad *dict.* §. 2. quod vix verum esse puto. Hoc constat sententia iudicis, certum domicilium adsignari posse. *leg. 7. §. 1. ff. de interdict.* An subdito liceat patriam mutare, *v. Papon. 3. Notar. 6. fol. 462.* de addictis glebæ colonis & censitis alibi dictum est.

t Qui alienum lidertum occultat, loco ipsius tenetur ad operarum præstationem. *l. vnic. in f. j. de colon. Illyr.*

u *dixi ad 38. ff. 2.*

x *dixi ad 37. ff. 14.* Iuris patronatus hæc præcipua capita sunt, Ne in patronum proponatur turpis actio. *l.2. l.5. ff. de obsequijs.* vel exceptio. *l.4. §.16. ff. de except. doli*: vt reuerentia & officium. *l.26. §.12. ff. de condict. indeb.* & alimenta præstantur. *l.5. §.18. ff. de obsequijs.* vt ingratus libertus reuocetur in seruitutem, *l.3. j. eod.* vt patronus liberto succedat, *l.4. j. eodem.*

1. Impp.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Secundæ.

MVLTVM [a] interest, vtrum quis suis nummis emptus ac manumissus sit ab emptore, an à domino suo data pecunia mereatur libertatem. Priore [b] enim casu ad ||bona|| eius contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [c] ||verò|| omnia iura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filij qui plenum ||eius|| habuit, vt hostis [d] publici bona fisco vindicata sint: secundum ea quæ diuo Pertinaci placuerunt, & nos secuti sumus, in [e] iura libertorum eius fiscus ||noster|| successit [f]. PP. 5. Nonas Iul. Faustino & Rufino Conss. 219.

2. Impp. *Valens & Valent.* AA. ad Florianum comitem rerum priuatarum.

SI liberti conniuentibus [g] patronis consortium cum ancillis colonisve nostris [h] elegerint: sciant ||illi|| se deinceps commoda patronatus amissuros [i]. Dat. 3. Id. Octobr. Treueri, Lupicino & Iouino VV.CC. Conss. 367.

3. Imp. *Iustinianus* A. Demostheni præfecto prætorio.

SI quis patronorum in posterum huiusmodi narrationem conceperit vel in libertatibus quæ inter viuos actitantur, vel in his quæ ex testamento vel codicillis scriptis ||vel sine scriptis|| habitis proficiscuntur, *vt* [k] *liberti eorum à iure patronatus liberentur*: antiqua interpretatione semota, non dubitet etiam patronatus ius ex sola tali verborum conceptione libertis esse remittendum: nec ||eorum|| successionibus, quæ ab intestato descendunt, quas veteres etiam post huiusmodi actus seruari in libertorum bonis decreuerunt, à nobis patronis integris reseruandis. Sed quemadmodum in natalium [l] restitutione omne ius tollitur patronatus, ita & in huiusmodi verbis eandem vim esse obseruandam omnes non ignorant. Idémque [m] iuris est si inter viuos manumissione imposita, in vltimis voluntatibus concessio [n] data fuerit patronatus, † ita tamen, vt in omnibus natalium restitutiones ex quibus penè solis ingenuitas mera [o] libertis competit, tam obtineant, quam in nostra republica polleant: cum nobis cordi est, ingenuis [p] magis hominibus quàm libertis eam frequentari. Reuerentia [q] tamen quæ à libertis ||patronis|| debetur, & iure quod aduersus ingratos [r] libertos patronis competit, integris reseruandis, & si per verborum conceptionem secundum à nobis inductum modum ius patronatus fuerit amissum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tollantur, quam pene [s] sola natalium restitutio inducit: his videlicet casibus per quos pœnalibus modis ius patronatus quasi ab indignis patronis eripitur, in suo robore duraturis. Recitata septies [t] in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. 4. Kalend. Nouemb. Dec. V.C. Conss.

4. [u] Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ deest.

Varia capita Græcæ constitutionis Iustiniani de iure patronatus ex variis locis in vnum congesta per Ant. Contium.

1 Multi modi in ea enumerabantur, quibus cessat ius patronatus: vt passim aiunt Græci interpretes.

2 Volens patronus remittit ei, qui manumittitur iura patronatus. lib. 48. βασιλικ. tit. vlt.

3 Qui suis nummis est emptus, liber fit, & solutus omni iure patronatus etiam iure veteri libro 48. βασιλικ. ὁ κλέψας ἀλλότρια πράγματα, καὶ διὰ τῶν τοιούτων κλοπιμαίων πραγμάτων ι. συναγαγὼν, καὶ δοὺς ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας, ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ ι. κλέψας, οὐ δύναται δοῦναι ταῦτα καὶ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτων ἀφαιρουμένων ἀπ' αὐτοῦ.

Id est,

Qui alienas res furatus est, & ex earum distractione decem puta redegit, eáque dedit pro sua libertate, liber fit. qui verò decem furatus est, non potest ipsa dare & liber fieri, sed seruus manet etiam iisdem decem ei ablatis.

4 Ὁ ἀπρονόητος ἐλευθεροῦται. ἀπρονόητος δὲ ἐστὶν, ἢ ὁ μηδένα τὸν προνοούμενον ἔχων αὐτοῦ, ἢ ὁ μὴ δυνάμενος ἑαυτοῦ προνοεῖσθαι. ὁποῖος ἐστιν ὁ παράφρων καὶ ὁ μαινόμενος.

5 Seruus ægrotus [x], nisi eius curam dominus gerat, fit liber, & dominus amittit in eo ius patronatus.

Item ne filij adoptiui patroni libertos patris adoptiui habeant.

6 Δοῦλος στρατευόμενος εἰδήσει τοῦ οἰκείου δεσπότου ἐλευθεροῦται.

Seruus sciente domino militiam adeptus, potestate domini liberatur, & ingenuus fit cessante iure patronatus. Idem cautum fuisse videtur de seruo episcopatum vel clericatum vel aliquam dignitatem sciente domino adepto, ita vt concipi debeat hæc epitome:

Δοῦλος στρατευόμενος ἢ ἀξιωματικὸς γινόμενος εἰδήσει, &c.

7 Ancillas nostras in concubinatu habere possumus. Qui habet vxorem legitimam, non potest habere concubinam. Si quis sine vxore constitutus ancillam suam sub nomine habeat concubinæ, & in eadem vsque ad mortem suam consuetudine perseuerauerit: illa cum liberis suis in ingenuitatem rapietur, & supra legitimam portionem peculium quod dominus cum moreretur, habebat, capiet: neque liberi aut heredes aut cognati defuncti in illam ius patronatus habebunt.

8 Intestato liberto mortuo, ad eius successionem primum vocantur descendentes, id est, veteri [y] quidem iure liberi post libertatem parentum concepti, ex hac verò lege etiam liberi in seruitute parentum concepti, & postea manumissi, & post liberos huiusmodi vocantur: deinde cæteri ascendentes, & parentes liberti, & fratres si modo sint liberi, id est, manumissi, patronatus iure in hac parte sopito.

9 Placebat [z] in eo genere percipiendarum hereditatum (*loquitur de legitimis hereditatibus*) successionem non esse, id est, vt quamuis proximus qui secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreuerit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit: nihilo magis legitimo iure sequentes admittantur. Quod iterum prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, vtpote adgnationis iure eis recluso. Sed nos nihil perfectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutione quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, sancimus successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis à prætore apertum est, hoc adgnatis esse reclusum: maximè cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiēte sequens succedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

10 Illud [a] certum est, ad seruiles cognationes illam partem edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere. nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, vt si quis in seruili constitutus consortio, liberum [b] vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere, vel contra serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus, & ad libertatem his peruenientibus, & ij qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solùm in suorum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam [c] vocauimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, siue soli inueniantur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt: siue vnà cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex aliis qualicunque copulatione nati sunt, ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

11 Sed [d] nostra constitutio quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito cōposuimus, ita huiusmodi causam definiuit, vt si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, vt pro mille sestertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione, si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reseruauit. Cùm verò maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, siue vnum, siue plures, cuiuscunque sexus, vel gradus, ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis vna cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronásque vocauimus. Si verò testamentum quidem fecerint, patronos autem & patronas præterierint, cùm nullos liberos haberēt, vel habentes, eos exheredauerint, vel mater siue auus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam vt antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, vt nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem iuris perspeximus, vt tam patroni patronæq; quàm liberi eorum nécnon qui ex transuerso latere veniunt, vsque ad quintū gradum ad successionē libertorū libertarúmq; vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendū est: & si eiusdē patroni vel patronæ vel duorum duarúmque pluriúmve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem:

a *l. 4. j. de obsequiis.*
b Qui seruum meum eiusdem pecunia à me redemit & manumisit, ius in eius bona succedendi non habet.
c Etiam si à seruo meo pecuniam manumissionis causa accepero, nihilominus tamen ei succedo.
d Hostis publici bona, fisco cedunt.
e *l. 9. ff. ad leg. Iul. maiest.*
f *v. quæ dixi ad d. l. 9.*
g Dissimulans pro consentiente habetur, iúsque suum remittere intelligitur.
h id est, fiscalibus.
i & ita ius patronatus à patrono libertis remitti potest. *vt hic: & l. 3.*
k Qui ius patronatus remittit, ius omne in libertum, reuerentia excepta, amittit. *Nou. 78. c. 2.*
l Natalium restitutione, omne ius patronatus tollitur, ita vt libertus nec obsequium nec honorem patrono debeat, nec ingratus accusari possit. *versic. cum etiā hæc. j. eo. l. 10. §. 3. D. de in ius voc.*
m Remissiones factæ in vltima voluntate & inter viuos inter se comparantur.
n hoc est, remissum ius patronatus.
† & libera testamenti factio. *l. 47. §. 2. D. de bon. libert. & ita abrogatur. d. §. 2.*
o Mera libertas.
p Ingenuis quā libertis hominibus rempublicam frequentari interest.
q Remissione generali quædā tacitè excipiuntur.
r Ingrati actio datur aduersus eum cui remissum est ius patronatus. *l. 2. j. de libert. Nouell. 78. cap. 2.* non datur aduersus restitutū natalibus, *dixi s. eod.* Plus est ergo natalibus restitui, quā iura patronatus remittere. quod ad actionem ingrati attinet, eadem datur aduersus donatarium.
s Natalium restitutio penè inducit ingenuitatem.
t Septimo. *dixi ad l. 30. s. de iure dot.*
u hanc constitutionem Cuiacius *20. obs. 34.* restituit, partim ex Latina quadam & veteri translatione, partim ex Basilicis.
x *l. vn. §. 3. j. de Latina libert. Nou. 153. c. 1. l. 2. D. qui sine manumiss.*
y i. lege XII. tabularum.
z *Instit. de legitima agnat. success.*
a *Instit. de seruili cognatione.*
b id est, filiū, *vt l. 34. D. de pactis.*
c An iure veteri libertorum liberi ius mutuæ successionis habuerunt excluso suo patrono? Robertus videtur hoc voluisse *2. recep. 27.* quo nomine reprehensus à Cuiac. *17. obseru. 13.* defenditur à se ipso *3. Animaduers. 25.* reprehēditur iterum ab Antonio Mercatore. *3. Notat. 25. adde Cuiac. 20. obs. 34.*
d *Instit. de success. libert.*

& in capita non in stirpes diuidatur successio: eodem modo & in iis qui ex transuerso latere veniunt, seruando. Pene enim consonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus.

Cúmque [a] antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octauo, *vnde patroni patronæque & parentes eorum:* vtramque per constitutionem nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas vsque ad quintum gradum tantummodo coartauimus, vt sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quàm *Vnde legitimi & vnde cognati*, ex quibus possunt sua iura vindicare omni scrupulositate & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

Contius. Videri posset & hac lege constitutum fuisse id quod ait Iustinianus Instit. quibus manumit. non licet. ne masculus in testamento manumittere posset, nisi decimumseptimum impleßet annum, & decimumoctauum attigißet: & vice versa ne fœmina testamento manumitteret, nisi decimum sextum impleuißet, & decimum septimum attigißet: vt vtroque casu tam in masculo quàm in fœmina media via electa sit inter annos pubertatis & viginti annorum ætatem. Sed quia Græci numeri hac in re deprauati sunt, nec hanc constitutionem disertè exprimunt, nihil hic ea de re affirmare audemus, sequatur quisque quod probabile videtur, donec certiore confirmatione vel refutatione certior fiat, quid necessariò sequi debeat.

SI IN [b] FRAVDEM PATRONI à libertis alienatio [c] facta sit.

TIT. V.

Alienata in fraudem patroni reuocantur vsque ad legitimam portionem. Bald.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Claudio.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienauerit [d]: quatenus legitima pars deminuta est, reuocandi tributam conuenit esse potestatem. Dat. Kal. Nouemb. Sirmij, Cæs. Conss.

2. Iidem AA. & CC. Iuliæ.

DEfuncto quidem liberto patronus intestato [e] succedens, per actionem Caluisianam in eius fraudem alienata reuocare potest. Verùm cum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse rata [f] adseueras: manumissoris factum infirmare successores eius minimè possunt. Dat. 8. Kalend. Ian. Sirmij, Cæsaribus Conss.

DE OBSEQVIIS [g] PATRONO præstandis.

TIT. VI.

De actione famosa.

1. Imp. *Alexand.* A. Zotico.

CONTRA patronum tuum famosam [h] actionem instituere non potes. PP. 2. Idib. Maij, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De nuptiis.

2. Idem A. Leontogono.

LIbertæ, quæ voluntate patroni aut iure nuptæ [i] sunt, non coguntur officium patronis suis præstare. Dat. 14. Kal. Aug. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De his qui pactione data manumittuntur.

3. Idem A. Xanto.

ETiam qui pactione [k] data à dominis manumittuntur, mero [l] iure omne eis obsequium debent.

De lite.

Idem A. Victorino.

SI manumissori tuo vim & audaciam obiecisti, ei qui te beneficio suo ex seruitute liberando, vt aduersarium ||te|| haberet, fecit: præses prouinciæ, quatenus coercere eiusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, siue de rebus aduersus patronum disceptatio fuerat: non protinus ad litigandum [m]

a §. 4. *versic. cuiquam. Inst. de bon. poss.*
b *dixi ad 38. D. 5.*
c quid si manumissio facta sit? ipso iure nulla est.
d Alienata in fraudem patroni reuocantur vsque ad legitimam. *l. 2. D. eo.*
e Patronus alienata à liberto intestato mortuo reuocat per Caluisianam. *l. 3. §. 2. D. eo. l. 16. §. 6. D. de pet. hered. testatò*, per Fabianam.
f Patronus alienationem factam à liberto, si ratam habuerit, ipse eiúsque heredes reuocare non possunt.
g *dixi ad* 37. D. 5.
h *l. 1. in fin. §. si tutor non gesser. 49. Eclog. 2. c. 1.*
i *l. 11. in fin. §. de oper. lib. l.* 48. D. *de oper. lib.*
k i. canonem. Pactũ enim hîc sumitur pro canone. *vt Nouel.* 120.
l Ius merum.
m Libertus patronum in ius non vocat sine venia.
n Libertus aduersus patronũ litigare sine atrocitate verborum tenetur.
o *l. 5. §. 20. ff. de agnoscend. libert. Nouell. 78. c. 2. §. 1. in fin. l. 4. l. 19. in fin.* D. *de iure patronat.* etiam priuignis. *l. 7. j. de heredib. l. 3. j. tit. prox.*
p Imò non debent. *l. 3 D. de interdictis. l. 1. §. de bon. libert.*
q cui contrariæ sunt operæ non impositæ, durum seruitiũ & similia.
r Baldus id extendit ad parentes & maritos respectu liberorum & vxorum *his adde quæ dixi ad l. 12. §. de oper. libert.*
s Liberti debent reuerentiam priuignis patroni. *v. l. 5. §. eo. adde quæ notaui de nouerca. l. 4.* D. *de inoffic.* multo magis liberis patroni. *l. 7. in fi. D. de oper. libert.*
t vt patrono, ita patronæ debetur obsequiũ. *l. 5. §. de oper. libert. l. vlt. D. de obsequiis. l. 7. in fi. D. de oper. libert.*
u & eorum morib. 4. *C. Theodos.* 16.
x De actione ingrati. *vide l. 3. §. de bon. lib. Nouell.* 78. c. 2.
y quia legibus non est prodita actio ingrati: aut si prodita est, veluti lege Ælia Sentia, in desuetudinem abiit. post illam legem Senatusconsultis & constitutionibus de ingratitudine libertorum agi extra ordinem cœpit.
z *l. vnic. Cod. Theodos. eodem.*

currere debueras. maximè autem si hoc facere auderes, sine [n] atrocitate||certè||verborum æquitatem petitionis tuæ commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reseruato. PP. 2. Kalend. Octobr. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De liberis damnatorum.

5. Imp. *Gordianus* A. Sulpitiæ.

ETiam liberis [o] damnatorum consuetum obsequium libertos paternos præstare debere [p], in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reuerentiæ debitæ munus: non immeritò videntur ipsi aduersus se prouocare seueritatem. PP. Non. Sept. Sabin. II. & Venusto Conss. 241.

Quale obsequium præstandum. & de vinculis.

6. Idem A. Cornelio.

LIbertos siue libertas, maximè quibus impositæ operæ non sunt, consuetum [q] potius obsequium quam seruile ministerium manumissoribus exhibere debere neque vincula [r] perpeti, non est opinionis incertæ. Dat. 4. Kal. April. Attico & Prætextato Conss. 243.

De priuignis & filiis patroni.

7. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Metrodoro.

NEque libertis nouercæ, iniuriæ inferendæ priuignis [s] eius libera facultas esse debet, paternos etiam libertos (sicut dicis) iniuriosos tibi fuisse, ferendum non est. Præses igitur prouinciæ vindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. 5. Id. Maij, Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De patrona.

8. Iidem AA. Hermiæ.

NEque patronæ [t] tuæ obsequiis refragari te fas est. Dat. 12. Kal. Feb. Dioclet. & Maxim. AA. Conss.

DE LIBERTIS [u] ET EOrum liberis.

TIT. VII.

1. Imp. *Antoninus* A. Daphno.

NON est ignotum, quòd ea, quæ ex causa fideicommissi manumisit, vt ingratum [x] libertum accusare non potest: cùm id iudicium extra [y] ordinem præbeatur ei, qui ||voluntate|| seruo libertatem gratuitam præstitit, non qui debitam restituit. PP. 5. Kal. Maij Messala & Sabino Conss. 215.

2. Imp. *Constantin.* A. ad Maximum præfectum vrbi.

SI manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam iactantia [z] vel contumacia ceruicem aduersus eum erexerit, aut leuis [a] offensæ contraxerit culpam: à patrono rursus [b] sub imperium ditionémque mittatur, si in iudicio vel apud pedaneos [c] iudices patroni querela exorta ingratum eum ostendat: filiis [d] etiam qui pòstea [e] nati fuerint, seruitutis: quoniam illis delicta [f] parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. Sanè si is, qui in nostro consilio vindicta liberatus est, post coercitionem||ex|| pœnitentia dignum se præstiterit [g] vt ei ciuitas Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quàm si hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit. Dat. Idib. [h] Apr. Romæ, Constant. [i] A. V. & Constante Cæs. Conss. 319.

3. Impp. *Honor. & Theod.* AA. ad Senatum.

LIberti non modo aduersus patronos non audiantur verumetiam eandem, quam patronis ipsis||debent,||reuerentiam præstent heredibus [k] patronorum: quibus ingrati actio, sicut in ipsis manumissoribus deferetur, si illi datæ sibi libertatis immemores, nequitiam receperint [l] seruilis ingenij. Dat. 8. Id. August. Rauennæ, Mariniano & Asclepiodoto Conss. 423.

4. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Basso P.P.

LIbertinæ conditionis homines, vel eorum filij, etiam si militantes [m] ||docebuntur|| ingrati: ad seruitutis nexum proculdubio reducentur [n]. Dat. Kal. April. Rauen. Theodos. XI. & Valent. AA. Conss. 425.

DE [o] IVRE AVREORVM [p] ANVlorum [q], & de natalibus [r] restituendis.

a Ob leuem offensam inuiolato obsequio, non deserto, commissam, nõ reuocantur in seruitutem liberti.
b Liberti reuocantur in seruitutem ob vitium ingrati. *l. penult. §. de oper. libert. l. 6. in fi. ff. de restit. in integ. l. 6. D. de agnosc. l. 70. D. de verb. signif. §. 1. Instit. de capit. deminut. Nouell. 78. c. 2. Tacit. 13. 2. Valer. 1. Ambros. de Iacob & beata vita.*
c Patris ingratitudo non nocet liberis ante ingratitudinem natis: post ingratitudinem natis nocet: ideóque qui ita nascuntur, cum parentibus in seruitutem reuocantur.
d *vide l. 2. §. de pedaneis iudicibus.*
e Natus ex ingrato, vt ingratus reducitur in seruitutem.
f Delicta parentum regulariter liberis nõ nocent.
g Cornelius Tacitus tamen *li.* 13. ait (Neronis tempore) vindicta liberatos nõ potuisse in seruitutem retrahi.
h Datum 6. Kalen. August. Coloniæ Agrippinæ. *C. Theod. eo.*
i Pacaciano & Hilariano Consulibus.
k liberis scilicet. *l. 5. §. tit. proximo.* Nouella Valentiniani *de libertis* etiam filiis actionem ingrati ademerũt. *v. Cuiac. ad Nouell.* 78. puto tamẽ id etiam ad extraneos heredes pertinere. *l. 2. §. de in ius vocando.*
l seruus, ergo nequam est & fur. *v. Bald. hîc.* Ita solent libertini ad nequitiã seruilis ingenij redire. Plautus in Persa. *Act. 5.* Ita pars libertinorum est, nisi patrono quis aduersatus est, Nec satis valere sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus. Ni quid effecit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus est.
m *facit lex 1. §. 3. D. de obsequiis.*
n Hinc anno 1542. Tholosano Senatusconsulto cautum fuisse refert Papõ, *Lettres d'estat ne s'ottroyer en delicts & en crimes. 2. Notar. 8. c. des lettres d'estat: Idem 10. Arrest. 8. num. vlt.* de literis status & Iustitij aliàs dixi.
o *dixi ad 40. D. 10.*
p Anulorum aureorum ius quid, dixi in *l. 1. 2. j. eo. ex titulo D. eo.*
q De anulis vide quæ scripsi ad *l. signatorius anulus. 74. D. de verb. signific.*
r *dixi ad 40. D. 11.*

† *l.1.D.eod.* hodie beneficium cuiuis liberto vltro datum eſt à lege, *Nouell.78.c.1.* His adde Paponis tractatum de nobilitate 5.*Arreſt.4.& 2.Notar.7.c.d'ennobliſſement.*
a tribuebatur habentibus in bonis 1400. qui cenſus erat equeſtris. *Sueto.in Iulio.* ſic Arnobius 4. Pecunia donat anulos aureos, paſſim Plinij ſeculo 33.*c.*3. parciſſimè ſub Vitellio *Sueton.* Nunquam aut rariſſimè ſub Alexandro Seuero, ius aureorum anulorum dabatur. *Lamprid.*
b Libertatis. quidam ita legunt. Cuiac. *ad l.1.j. ſi ſeruus aut libertus*, legit libertis.
c Imago libertatis.
d Imò præſtat. *l.5.l.6.D.de iure aureor.* viuit vt ingenuus, moritur vt libertus. *l.3.D.de bon.lib.*
e Natalibus reſtitutus fit ingenuus. *vt hic: & l.2.3.5.D.de natalib.* Qui ius aureorum impetrabat non fiebat ingenuus *ſ.eod.* vt deterioris ſint conditionis hi quam illi. *Nouell.74.l.4.§.6.ſ.de bon.libert. l.6.j.D.de bon.liber. l.6.j.de ſuis & legitim. l.3.D.de bon.lib.* horum honor augetur, conditio non mutatur. *l.33.§.1.D.de condit.& demonſtr.* Hodie vtriuſque iuris ſublata videtur differentia. ſaltem videtur cõfuſio, dum vtrumque libertinis omnibus à lege tribuitur. *Nouell.78.* Cæterùm, etſi ita in libertis omnimodo aboleretur ſeruitutis nota, non cõtinuo tamen in tribus erant relati. *l.35.ff.de leg.3.*

TIT. VIII.

1. Impp. *Dioclet.& Maximian.*AA. Philadelpho.

NATALES antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præſtare decurionum, ſed à nobis † peti potuit. Datum 15. Kalend. April. Rauennæ, ipſis AA.& Conſſ.

2. Iidem AA.& CC.Eumeni.

AVreorum vſus anulorum beneficio principali tributus [a], libertinitatis [b] quoad viuunt imaginem [c], non ſtatum ingenuitatis præſtat [d]. Natalibus autem antiquis reſtituti liberti, ingenui [e] noſtro conſtituuntur beneficio. Dat.13.Kal.* Sirmij, CC.Conſſ.

In authent.vt liberti de cetero.§.1.& §.illud.col.6.tit.7. al.6.Nou.78.c.1.& 2.

SEd hodie quia manumittentes ſeruos ſuos, ciues denunciant Romanos: (non enim aliter licet) ex ipſa manumiſsione aureorum anulorum, & regenerationis ius habent: vt ſint quidem liberi & ingenui, ſed iure patronatus illæſo.

QVI [f] ADMITTI AD BONOrum poſſeſſionem [g] poſſunt, & intra [h] quod tempus.

TIT. IX.

De filiofamilias.

1. Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Macrinæ.

BONORVM poſſeſſio filiofamilias delata, cùm ignorante [i] quoque patre poſſit peti, emolumentum etiam patri allatura, ſi ratam [k] petitionem pater habuerit, amittitur [l] tranſacto tempore [m]. Sine die & conſule.

De bonorum poſſeſsione quæ defertur proximitatis nomine.

2. Iidem AA.Criſpino.

SI bonorum poſſeſſio tibi dumtaxat competit proximitatis nomine: habuiſti ſpatium centum [n] dierum vtiliũ, ex quo eum defunctum [o] ſciſti [p] ad bonorum poſſeſſionem amplectendam. Dat.3.Non.Nouemb.Geta Coſſ.

De infante.

3. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Creſcentio.

INfantis [q] nomine agnitam bonorum poſſeſſionem, &, antequam [r] loqueretur, diem functi rectè competere [ſ] nulla dubitatio eſt. S.Kalend.Ianuar.Maximo II.& Aquilino Conſſ.286.

De emancipata.

4. Iidem AA.& CC.Marcello.

EMancipata [t] ſi non agnouit intra [u] annum *Vnde liberi* bonorum poſſeſſionem: nullam [x] ad heredes vindicationem ſucceſſionis tranſmittere potuit. Dat.3. Kal. Maij, Heracliæ, CC.Conſſ.

f Pars prima tituli.
g De bonorum poſſeſſoribus dixi *ad 37.ff.1.* An hodie bonorũ poſſeſſiões ſint in vſu, dicam *ad l.vlt.j.eo.*
h Pars altera tituli.
i & inuito. *l.vlt.§.1.j.de bon.quæ lib.*
k *l.vlt.de bon.poſſ.l.6.§.1.ff.de acquir.hered.l.vlt.§.1.ff.quis ordo in bon.poſſeſſ.* Imò patris iuſſus præcedere debet, neque ſufficit ratihabitio *l.25.§.4.ff.de adquir.hered.* ſaltem nihil operari ratihabitio dicitur. *l.9.§.6.ff.de negotiis.* Aliud in hereditate: aliud in bonorum poſſeſſione. Cur aliud? Ne dicas cum Accurſio, hereditatis aditionem iuris eſſe ciuilis, quo patria poteſtas maximè attendatur. Bonorum poſſeſſiones, iuris eſſe Prętorij, eóque patriam poteſtatem negligi. Nam ratihabitione, bonorum poſſeſſio adquiritur patri, iure prætorio *vt hic.* Poteſt commodius dici, iure ciuili perpetuam & liberam eſſe poteſtatem adeundi. *l.8.j.de iure delib.* In bonorum poſſeſſione petenda tempus anguſtius: proinde in eo iuuari filium: vt filio non ſit neceſſe patris iuſſum præcedere: quemadmodum in pleriſque aliis cernitur, vt vbi lis tempore peritura ſit, à regulis diſcedamus: & habiles fiant perſonæ, quæ antea non idoneæ.
l Renunciatio tacita facta per filium, patri nocet. *vt hic.* Imò nocere non poteſt. *l.13.in fin.l.14.ff.de adquir.hered.l.8.j.de bon.quæ lib.* Num dicemus cum Iaſone, id ita fieri, quòd expreſſa renunciatio plus noceat quàm tacita? vel quod ex taciturnitate, cum lapſu temporis, præſumatur pater filio conſentire. *arg.c.illud.de præſcript.c.qui tacet.de reg.in 6.* (de quo tamen vide *l.10.ſ.de petit.hered.* An potius ius eſſe diuerſum hereditati vel bonorum poſſeſſioni renunciet filius, vt leges contrariæ (de quibus paulò ante) loquantur de repudianda hereditate, hæc noſtra de bonorum poſſeſſione intelligenda ſit: Huius differentiæ eam eſſe rationem, nimirum, vt hereditatem iniuſſu patris repudiare non poſſit, quod eam iniuſſu patris non poſſit adire. *l.84.ff.de adquir.hered.* Iniuſſu patris, eóque inuito bonorum poſſeſſionem poſſit petere, proinde & repudiare: & ita patri obeſſe. *hac lege.*
m legitimo. *de quo v.l.2.j.eo.*
n Centum dies vtiles dantur extraneo, puta cognatis & adgnatis ad petendam bonorum poſſeſſionem *vt hic.l.3.ff.vnde cognati.& l.1.§.8.& 9.ff.de ſucceſſorio.§.4.in fin.Inſtit.de bon.poſſ* liberis, annus datur. *l.1.§.12.& 15.ff.de ſucceſſ.edict.l.4.in fi.ff.quis ordo in bon.poſſ.§.4.in fin.Inſt.de bon.poſſ. Vlp.28.§.10.* Eodem centum dierum ſpatio plerumque adeunda hereditas erat ex ſolenni lege teſtatoris. *Vlp.22.§.27.l.3.§.8 ff.de minorib.l.22.§.1.ff.quando dies legati:* quod ſpatium, dies aditionis dicitur in *l.8.§.1.ff.de iur.& fact.ignor.l.86.ff de adquir.hered.* Hodie à principe annus datur: à cæteris iudicibus, nouem menſes. *l.vlt.§.13.in fin.j.de iure delib.* in caſu ſingulari dantur aduerſus exheredatum præſentem ſex menſes: abſentem, duodecim. *l.36.in fin.ſ.de inoff.* Inuentario verò conficiendo tres menſes. *l.vlt.§.2.j.de iure delib.*
o De tranſmiſſionis iure vide quæ ſcripſi ad *l.vnic.§.3.j.de caduc.*
p Tempora bonorum poſſeſſionis, ſcientibus tantum, morte alterius debitam ſibi hereditatem, currunt. *l.10.ff.de bon.poſſ l.2.ff.quis ordo.* Quid ſi tutor ſciuit? ſcientia tutoris nocet impuberi. *l.vlt.ff.de iur.& fact.ignor.* vt & aliis caſibus. *l.3.in fin.ff.de tributoria.l.22.§.5.D.de liberali. l.4.§.23.D.de doli mali.* Quid ſi actor vel ſyndicus reipublicæ? nocet reipublicæ? *l.14.D.ad municip.* Quid ſi parens? non nocet filio. *l.1.D.de bon poſſ.furioſo.l.3.D.quis ordo.* Maior ergo erit in ea re tutoris authoritas quã patris? ſic ſane ille quaſi dominus eſt. *l.27.D.de admin.tut.* poteſt etiã bonorum poſſeſſionem petere pupillo maiori infante. *l.3.j.eo.l.7.D.de bo.poſſ.* pater infanti tantum. *d.l.7.l.18.j.de iure deliber.* Fœmina teſtamentum facere poteſt tutore auctore. *Vlpian* at non patre auctore. *l.6.D.qui teſtamen.* Pupilli obligantur tutore, non patre auctore. *l.vlt.§.2.ff.de ver.obl. adde Cuiac.14.obſ.8.*

De ignorantia facti.

5. Iidem AA.& CC.Maximo.

QVandiu per facti [y] quæſtionem incertum [z] eſt, vtrúmne ſecundum tabulas, an ab inteſtato, & ex quo capite poſſeſſio ſit delata, ne tibi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis præfinitum cedat, ſuperſtitioſam geris ſolicitudinem.

De ignorantia iuris.

6. Iidem AA.& CC.Frontinæ.

IVris [a] ignorantiam nec mulierib. prodeſſe in edicti perpetui curſu de [b] agnoſcenda bonorum poſſeſſione, manifeſtum eſt. Dat.3.Kal.Maij, Sirmij, Cæſarib.Conſſ.

De pupillo & tutore.

7. Pars epiſtolæ *Conſtantij & Maximiani* Auguſtorum & Seueri & Maximiani nobiliſſimorum Cæſarum.

BOnorum quidem poſſeſſionem pupilli nomine agnoſcere [c] tutorem [d] potuiſſe, apertè declaratur. ipſe autem pupillus [e] bonorum poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate amplecti non poteſt, niſi etiam impuberi ſine [f] tutoris auctoritate hoc poſtulanti, ſciens [g] hoc competens iudex dederit bonorum poſſeſsionem. tunc enim emolumentum ſucceſsionis videtur ||ei|| prætorio iure quæſitum eſſe. 6.Idib.Septemb.Conſtantio & Maximiano Coſſ.294.

De ruſticitate, ignorantia, abſentia, & alia ratione.

8. Imp.*Conſtantius* [h] A.ad Dionyſium.

QVicunque res ex parentum vel proximorum ſucceſſione iure ſibi competere confidit: ſciat ſibi non obeſſe ſi per ruſticitatem [i], vel ignorantiam ||facti [k], vel abſentiam,|| vel quamcumque aliam rationem intra præfinitum tempus bonorum poſſeſsionem minimè [l] petiiſſe noſcatur: quoniam hæc ſanctio huiuſmodi conſuetudinis neceſſitatem mutauit. Datum Prid.Id.Mart.Heliop.Conſtantio A.& Conſtante Cæſ.Coſſ.

Quomodo & quando agnoſcenda ſucceſsio.

9. Idem [m] A.ad populum.

VT verborum inanium excludimus [n] captiones: ita hoc obſeruari decernimus, vt [o] apud quemlibet † iudicem, vel ||etiam|| apud duumviros, qualiſcunque † teſtatio † amplectendæ hereditatis oſtendatur, ſtatutis priſco iure temporibus coarctanda: eo addito, † vt etiam ſi intra alienam vicem, id eſt prioris gradus, properantius exeratur, nihilo minùs tamen efficaciam parem quaſi ſuis ſit vſa curriculis, conſequatur. Dat.Kal.Feb.Laodiceæ.

q *l.7.§.1.in fin.D.de bon.poſſ.*
r Infans, qui nondum loquitur.
ſ heredi infanti.
t Emancipati debent agnoſcere intra annum bonorum poſſeſſionem vnde liberi.
u id eſt, intra tempus legitimum. *l.69.in fi.D.de adquir.hered.*
x Niſi liberi bonorum poſſeſſionem intra annum petierint eam non tranſmittunt ad heredes. *l.3.in fin.j.de iure delib. Vlpian.26.§.10.*
y De facti ignorantia. *adde l.8.j.de bon.poſſ. l.2.D.quis ordo.*
z Ignoranti tempus petendæ bonorum poſſeſſionis non cedit. *l.2.ſ.eo.*
a *l.11.l.vlt.ſ.de iur.& fact.ignor.l.8.D.de iur.& fact.ignor.*
b id eſt, In lucro, mulieribus non ſubuenitur ignorantia lapſis: in damno, ſubuenitur. *vide Cuiac.14.obſ.38.39.*
c at non repudiare. *l.8.D.de bon.poſſeſſ.*
d *l.7.§.1.D.de bon.poſſeſſ.*
e *l.5.j.de iure deliberandi.*
f Impubes, cauſa cognita, bonorum poſſeſſionem ſine tutore poſtulare poteſt. & ita reſtringe. *§.1.Inſt.de auct.tut.*
g impuberis conditionem ſcilicet. *l.7.D.de bon.poſſ.* & ita volunt, iudicem ex conſcientia iudicare poſſe. *l.3.in fin.D.de off.prætor.* & hîc tam iudicis quàm tutoris auctoritatem prodeſſe. *l.7.§.2.verſi.quid tamen.D.de minoribus.*
h Conſtantinus. *l.7.§.3.ſ.de curat.fur.*
i id eſt, iuris imperitiam. *l.3.§.12.D.de Silaniano.*
k *v.l.5.ſ.eod.* hæc verba *facti vel abſentiam* Cuiac. expungit 17.*obſ.*19. Græci ita legunt, ἐὰν δία ἀγροικίαν ἢ οἱονδήποτε ἄλλον λόγισμον.
l hoc innuit, nullum excludi commodo bonorum poſſeſſionis ob id ſolum, quod intra tempora, bonorum poſſeſſionem ſolenniter non petierit à prætore: modo eam interim agnouerit.
m Conſtantinus ſc. *l.7.§.3.ſ.de curat.fur.*
n In bonorum poſſeſſionibus petendis: idem in cretionibus. *l.17.ſ.de iur.delib.*
o Bonorum poſſeſſio factum requirit.
† Olim apud municipales magiſtratus peti non poterat: municipalis miſtum imperium non habuit: datio bonorum poſſeſſionis, miſti eſt imperij. Dare bonorum poſſeſſionem erat prætorium vel præſidiale, non duumuirale. *v.Cuiac.17.obſ.19.*
† Olim ſolennis petitio datióque requirebatur. *l.1.j.com.de ſucceſ.l.20.in fin.ff.exce.*
† Poſt Conſtantinum Theodoſius & Valentinianus, etiam circa teſtationem exiſtimant ſufficere qualecunque iudicium admittendæ bonorum poſſeſſionis *l.1.C.Theod.de cretion.vel bon.poſſ.* ſiue vt Græci interpretes aiunt, οἱαν δήποτε ἔμφασιν τῆς κα-ταδοχῆς quod & Iuſtinianus probat. *§.6.Inſt.de bon.poſſ.*
† Olim præmatura agnitio, id eſt, facta intra tempus datum propinquiori cognato, eo deficiente, rectè facta non intelligebatur. *l.42.§.2.ff.de bon libert.*

a bonorum possessionem sc.40.*Eclog*.7. b Iure adcrescendi portio deficientis alteri adcrescit, id est, adiungitur. *l.3.in fin.D.de bo.poss. v.D.de vsufructu adcrescendo. l.20.D.de leg.2.l.89.D.de leg.3.l.142.D.de verb.sig.l.67.D.de adquir.hered.l.vnic.§.10.j.de cad.v.Duarenum lib.20.1.& 2.de iure adcrescendi. v.Michaelem Grassum lib.sent. §.ius adcrescendi.* c id est, non petentibus. Omittere bonorum possessionem & hereditatem, est ab ea tempore excludi. id est, intra tempora constituta eam non accipere. Amittere, genus: Omittere, species. & hoc sensu semper hereditas aut bonorum possessio, omitti dicitur, non alio. *v.Anton.Mercatorem.* 3.*Notat.* 20.*in fi.* Græci ita legunt, καὶ τινὲς ... *Eclog.d.loco.c.1.* d *Dixi ad* 37.*D.1*. De bonorum possessionibus hoc paucis tenendũ est, Dari vel testamento facto vel ab intestato. Priore casu, dupliciter: vel scriptis heredibus. *vt hic*: vel præteritis liberis, quæ & contra tabulas *tit.prox.* 12. his adde Carbonianam *tit.* 17. quæ datur liberis impuberibus præteritis, quibus fit controuersia status & bonorum paternorum. adde & eam quæ cõpetit patrono, eiúsve liberis. *tit.13.* Ab intestato, vt vnde liberi 14. vnde legitimi & cognati 15. vnde vir & vxor 18. e Quid: secundum nuncupationem potestne dari bonorũ possessio vtilis? potest. *v.l.2.j.eo.* f Quoties de iure testamenti quæstio est, toties bonorum possessio ab intestato peti non potest. g *l.46.D.de adquir.hered.* h *l.84.D.de adq.her.* i Quibus ex tabulis bonorũ possessio secundum tabulas detur. k *l.7.D.eod.l.12.j.de test. adde quæ dixi l.20.s.de fide instr.* l Bonorũ possessio secũdum tabulas nõ tantum datur ex testamento scripto, sed & ex non scripto. *vt hic.* Causam dubitandi faciebat, vox *tabulas*. vix enim, aut certè impropriè videntur dici

QVANDO NON PETENTIVM[a] partes petentibus adcrescant[b].

TIT. X.

In successionibus non petentium portiones accrescunt petentibus. Alex.

1. Imp. *Gordianus* A. Marthanæ.

QVOTIENS pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorum possessio defertur || beneficium || edicti perpetui quibusdam[c] omittentibus, his solis qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentium accrescere, in dubium non venit. Dat. Idib. Ianuar. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

DE BONORVM POSSESSIONE secundum[d] tabulas[e].

TIT. XI.

Donec causa falsi per appellationem discutitur, bonorum possessio agnosci non potest. Bald.

1. Imp. *Alexand.* A. Vitali.

PENDENTE[f] appellatione à sententia, qua falsum[g] testamentum pronunciatum est: incerto[h] adhuc, an defunctus intestatus decesserit: dum proximitatis nomine bonorum possessioni locus non est. Dat. 3. Kalend. Maij, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

2. Imp. *Gordian.* A. Cornelio.

BOnorum quidem possessionem ex edicto prætoris non nisi secundùm eas[i] tabulas, quæ septem[k] testium signis signatæ sunt, peti posse, in dubium non venit. Verùm si eundem numerum adfuisse sine[l] scriptis testamento condito, doceri potest: iure ciuili testamentum ||factum|| videri, ac secundùm nuncupationem[m] bonorum possessionem deferri, explorati iuris est. PP. 12. Kal. Mart. Attico & Prætextato Conss. 243.

DE BONORVM POSSESSIONE contra[n] tabulas quam prætor liberis[o] pollicetur.

TIT. XII.

1. Imp. *Alexand.* A. Rufo.

LIBERI, contra tabulas parentum bonorum possessione admissa, solis[p] parentibus & liberis legata præstare secundùm edictum debent. PP. 4. Id. Oct. Maximo II. & Æliano Coss. 224.

2. Idem A. Claræ.

POsthumo[q] nato, qui[r] neque heres institutus à patre neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur. Et si contra[s] tabulas bonorum possessio infantis nomine à tutore petita est: secundùm tabulas ||bonorum|| possessio locum habere non potest. Dat. Kal. Mart. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

DE BONORVM POSSESSIONE contra tabulas liberti[t], quæ patronis liberísque[u] eorum datur.

TIT. XIII.

1. Imp. *Gordianus* A. Herculiano.

LICET ex causa fideicommissi[x] manumissus sit || is || quem ex voluntate patris cum sorore ||tua|| te manumisisse proponis: tamen si extraneos scripsit heredes: partis[y] legitimæ contra tabulas eius bonorum possessionem petendo, vel contra nuncupationem, si testamentum sine scriptis conditum est, intra tempora edicto præstituta eam partem poteris obtinere. PP. 6. Kal. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

tabulæ, testamentum sine scripto: vt hinc constet, tabularum appellatione nuncupatiuum testamentum contineri. m Vtilis bonorum possessio datur nuncupatiuis heredibus. *l.2.in fi.D.eo.l.vlt.in fi.s.de codicill.* n *dixi ad* 37.*D.*4.*adde* 45.*Eclog*.17. o præteritis sc. p Petita bonorum possessione contra tabulas, emancipati certis personis præstant legata *vt hic*: sui, nullis. *l.20.§.2.D.eo.l.6.§.9.D.eo.l.1.D.de legat.præstand.contra tab.* q Posthumi adgnatione testamentum rumpitur. *l.1.j.de posthum.* *tit.1.l.3.§.3.D.de iniust.§.1.Instit.de exher.liber.* r Id est, præteritus. eáque præteritionis est definitio. Sic apud Festum, Præteriti senatores dicuntur, neglecti à censoribus, quòd erat ignominiosum. sic ipsa quoque patris præteritio ignominiosa. *l.31.j.de fideicom.* s Bonorum possessio contra tabulas datur præterito *vt hic*. Atqui testamentum in quo præteritus est filius, ipso iure nullum est? est: sed stricto iure. *l.1.in fin.D.si tabulæ testamenti nullæ extab.§.1.Inst.de exhered.liber.* ex æquitate, non est nullum: cùm possit per filium approbari. *l.17.D.de iniusto.* t *l.6.D.de bon.poss.l.23.D.de bon.libert.* u Nam liberi patronorum, sunt patroni. x *l.29.D.de bon.libert.l.3.§.1.D.de suis & ita ex necessitate.* y *d.l.6.* Interdum totorum bonorum possessio petitur scripto sc. herede omittente. z Theodosius cui hæc lex tribuitur. *l.vlt.C.Theod.de testam. & codicill.* nam & eadem lex vltima extat interpollata in *l.vlt.j.de codicill.* & ibidem Theodosio adscribitur. a *l.37.D.de bon.libert.*

6. Imp. *Anastasius*[z] A. Asclepiodoto.

PAtronus, liberti muneribus[a] electis[b], & operis[c] à contra tabulas bonorum possessione repellitur. Dat. 13. Kal. Mart. Viatore[d] & Æmiliano Conss.

VNDE[e] LIBERI[f].

TIT. XIIII.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Sarpedoni.

SI auus tuus relictis tribus emancipatis[g] filiis decesserit, híque bonorum possessionem *vnde liberi* acceperint: pro rata portione heredes[h] eos extitisse, palam est. Dat. 4. Nonas Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

2. Iidem AA. & CC. Zozimo.

EX testamento[i] vel ab intestato existente filio vel nepote suo[k] herede, nemo[l] potest ab intestato heres existere. Dat. 3. Id. Mart. ipsis AA. & Conss.

3. Imp. *Constantin.* A. ad Leontium comitem R.P. Orientis.

QVi[m] se patris post auum intestatum[n] defuncti negat heredem: mortui aui paterni suscipere facultates nõ potest, maximè[o] emancipatus: nisi[p] per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium peruenerit. Dat. 8. Idus April. Limenio & Catulino Conss. 349.

VNDE LEGITIMI[q], ET VNDE cognati[r].

TIT. XV.

De consobrinis.

1. Imp. *Alexand.* A. Vlpio.

CONSOBRINORVM[s] tutorum intestatorum bona si ad prioris necessitudinis neminem iure pertinuerint: tu qui eorum possessionem agnouisti, persequi non prohiberis. Dat. 3. Idus August. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De propiore sobrino,

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Zenoni.

CVm propiorem[t] sobrinum, id est natum ||à|| consobrina, rebus humanis intestatum defunctum proponas: intelligis sine[u] auxilio bonorum possessionis eius te successionem vindicare non posse. Dat. 7. Kal. Iun. Laodiceæ, AA. Conss.

De nepotibus aui materni.

3. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus[x] aui materni pro virili[y] portione etiam iure honorario successio defertur. Dat. Idib. Octobr. Sirmij, CC. Conss.

Probatio debet esse de necessariò concludentibus.

4. Iidem AA. Syristæ.

NOn[z] hoc, an tenuerit quis res hereditarias, nécne, ||sine voluntate acquirendę sibi hereditatis|| quęrendum est: sed an admiserit[a] hereditatem, vel bonorum possessionem. Dat. 11. Kal. Ian. Sirmii. CC. Conss.

b illectus. *l.vl.C.Theod.de test. & codicill.* c quondam impositis. *l.20.D.de iure patro.* d Victore V.C. consule. ita scriptum in *l.vlt.j.de codicill. & d.l.vlt.C.Theod.* vt sit annus 424. non 495. e *dixi ad* 38.*D.*6.*adde* 4.*Cod.Theod.*2. Incipit tractare de bonorum possessionibus ab intestato. f Bonorum possessio vnde liberi directò ac propriè seu ex verbis legis parentibus non datur, sed impropriè atque vtiliter: nã propriè, solis liberis datur. *l.8.§.12.D.de bon.poss.cont.tab.* g *l.15.§.1.j.de legitim.heredib.l.7.D.de inoff.* h Iason putat, heredem, de iure prætorio propriè & directò heredem esse: quod est falsũ. Nam tametsi vbi nemo est heres, nec re, nec spe prætor trãsferat directas actiones & dominium directum: Prætor tamen non facit heredem directò, sed potius vice heredis. i *l.39.D.de adquir.hered.* k Idem est iure prætoris, existente filio vel nepote nõ suo. l id est, potior est causa sui heredis. *l.5.in fi.D.vnde legitimi.* m vide in hãc legem Cuiac.4.*obseru.*6.& *Cod.Theodos.de bonis maternis.* n intestato, *Hal.* Quid si ex testamento? *v.l.vlt.s.si minor ab hered.* o hoc ideo dixit, quod de eo qui in potestate erat, magis dubitabatur: verũ idem in vtroq; *Accurs.hic.* p id est, nisi iure ciuili. Nepos repudiata patris hereditate, auitã potest agnoscere. sed iure tantum prætorio. hoc ideò, quòd ius abstinendi datur nepoti à Prætore in eius fauorem introductum est. *Instit: de heredum qualitate.* Ideóque auitam amplecti potest, ne alioquin, abstinendi beneficium, fraudi ac damno ei sit. Iure verò ciuili hereditas vtriusque est confusa: vt merito, pro vna parte adire, pro altera, non adire, non possit. *l.1.D.de adquir.hered.*

q *dixi ad* 38.*D.*7. r *dixi ad* 38.*D.*8.
s Consobrinis datur bonorum possessio. *l.6.j.com.de successioni.*
t Propiori consobrino, id est nato à consobrina, datur bonorum possessio. Propior sobrino quis? *dixi ad l.10.§.16.D.de gradib.*
u *l.vlt.j.eod.* x *Instit.de hered.6.Instit.§.1.Inst.de seruili agnat.Nou.118.c.1.in fin.*
y *l.11.s.familiæ erciscundæ.*
z Non continuo heres dicendus est, qui possidet bona hereditaria. *dixi ad l.1.j.de repud.hered.l.20.D.de adquir.hered.*
a *l.5.j.eo.* Admittimus sola animi demonstratione. *l.6.j.de iure deliber.*

De cognatis.

a *l.2.l.4.§.eod.* b Inuitis bonorum possessio non defertur.*l.3.§.3.ff.de bon.poss.* c *Dixi ad 38.D.9.* d *l.2.in fin. D.ad Tertull.* e Et ita rectè legitur in vulgata Haloandri editione, & à veteribus, vt Accursio & Baldo Perperam in noua editione Parisiensi legitur *Patru*, nam qui matri patruus, mihi patruus magnus est. *l.10.§.15.versi.patruus.D.de gradibus.* f Vis ea est successorij edicti.*l.2.D.eod.*

De cognatis.

5. Iidem AA.Platoni.

CErtum quidem est cognationis iure citra [a] admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere: defuncti verò cognati succedere nolentes, bonorum possessionem petere non [b] vrgentur. Dat.12.Kal.Mart.Sirmij, CC. Conss.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

TIT. XVI.

1. Imp. *Alexand.* A.Iuliano.

SI mater [d] tua propter furorem suum patrui [e] sui bonorum possessionem non accepit: tu filius eius ad eorundem bonorum patrui magni possessionem ex edicto, quo prioribus [f] non petentibus, sequentibus [g] permittitur, admissus es. PP.3.Id.Decemb.Maximo II.& Æliano Conss.224.

2. Impp. *Dioclet.& Maximian.* AA.Firmo.

SI auiæ eorum frater de quorum successione agitur, velut [h] ex testamento adiit hereditatem, quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis, & ab intestato non petita bonorum possessione, vita functus est: ac tu, licèt quinto [i] gradu constitutus, ex successorio capite petisti bonorum possessionem, vel needum exclusus petas: eorum successionem potes vindicare. Nam si [k] is quē quarto [l] gradu constitutum ||esse|| non ambigitur, ex edicto petiit, nec hoc te latuit: frustra nobis supplicasti. Dat.6. Id.April.Sirmij, CC.Conss.

DE CARBONIANO [m] edicto.

TIT. XVII.

1. Iidem AA.& CC.Floræ.

SI tibi ac filio tuo ab his contra quos supplicas, status mouetur quæstio: perspicis præmaturè rerum quas velut de patris successione filius tuus vindicat, restitutionem postulari: cùm si in pupillari [n] permaneat ætate, secundum formam edicti Carboniani data bonorum possessione [o], satisdatione impleta, tunc demum in possessionem eum constitui conueniat: vel hac non [p] oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, possideri: seruitutis [q] verò quæstionem in tempus pubertatis differri. Dat.12.Kal.Nou.Sirmij, CC.Coss.

Ex summaria cognitione peruenitur ad Carbonianum. Bald.

2. Imppp. *Theod.* [r] *Arcad.& Honor.* AAA.ad Rufinum præfectum prætorio.

CArbonianum edictum, sub [s] personis legitimis ||ex|| indubitato matrimonio custodito [t] partu, & probata legitima successione, defertur: scilicet vt in possessione nouus heres constitutus [u], vsque [x] ad pubertatis annos sine inquietudine rebus vtatur interdum alienis. Dat.3.Kal.Octob.Theod.A.III.& Habundantio Conss.392.

VNDE [y] VIR ET VXOR.

TIT. XVIII.

1. Impp. *Theod.& Valent.* AA.Hierio præfecto prætorio.

g Et ita filius repræsentat locum matris furiosæ.
h Si primus non agnouit bonorum possessionem vt debuit, sequens admittitur per successorium edictum.
i Etiam quinto gradu, successorio edicto locus est.
k Quartus gradus quintum excludit.
l *dixi ad 37.ff. 10. adde 4. Cod. Theod.3.*
m Carboniano is impubes iuuatur, cui status quæstio mouetur.
n Ex Carboniano edicto differtur status quæstio impuberi mota.
o Impubes præstita cautione constituitur bonorum possessor.
p Si impubes non satisdat solus non possidet.
q *l.1.§.5.D.eo.*
r Valentinus, Theodosius & Arcadius AAA. Rufino P.F.P. *l.vn. Cod.Theod. eod.*
s Locus est corruptus, quem ita restituo, *sub personis legitimis custodito partu & indubitato matrimonio probata legitima successione, &c.* qua restitutione nihil est facilius. legitimas personas intellige, de quibus lex 1.*§.10. D. de ventre inspiciendo.* Ex indubitato autē matrimonio legitimam successionem deferri, argumento est *lex 1.§. de nupt. lex 6.ff.de his qui sunt sui.*
t *l.2.D.de inspiciendo ventre.*
u vocatus *Cod. Theod.eo.*
x *l.1.l.3.D.eo.*
y *dixi ad 38.ff. 11. adde Ulp.15. 16.*
z *vide Vlpian. tit.16. de solidi capacit.*
a lege Papia decimaria Thalelæus *libr.* 45. Βασιλικῶν *tit.* 5. & malè. Nam lex Papia decimaria ad testati tantùm successionem pertinet. *l.2.§.de infirmand.pœn.cælib.* Ius antiquum hîc à Triboniano dicitur, habita ratione constitutionis nouæ latæ ab iisdem imperatoribus, à quibus & hæc lata est, cuius meminere in *l.vlt.C.Theod. de legitim. hered.* quæ non liberis quidem, sed parentibus aut propinquis extantibus coniuges ad certam partem: nullis autem extantibus, in solidum ab intestato inuitabat. *vide Cuiac.3.obser.12.*
b aliàs est extraneus vxori. *l.3.§.quorum bonor.* nisi coniux qui superuixit sit inops: defunctus locuples.*Nou.55.c.6.Nou.117.c.5.*
c & ita in *d.l.vlt. Cod.Theodos.de legitim.heredib.* fisco nostro iura matrimonij præponimus.
d περὶ τῆς παραιτουμένων τὴν τῶν ὑπαρχόντων διακατοχὴν.40.*Eclog.*8.
e In repudianda bonorum possessione non requiritur præsentia aduocati. *l.4.§.de postulando:* in causa fisci aliud est. *l.7.D.de iure fisci.* hoc etiam addendum, Propter absentiam aduocati dari dilationem. *l.11.in fin. l. vicesimatertia.in fin. D. quibus caus. maior.*
f *l.vlt.versi.sancimus.§.de bon.quæ liber.*

g bonorum scilicet inter liberos, parentibus mortuis, faciendis.*dixi ad 37.D.8. adde Nouell 18.c.3.Nouell.97.c.6.*
† Olim instituti nihil conferebant. *vt hic & l.7.§.eo.l.1.§.6.D.eod.l.vlt.§.commun.vtriusque iud.* nisi collationem præcepisset testator *vt hic. & d.l.7.l.8. D. de dot.collat.* hodie emancipati emancipatis, ac suis: & è contra, sui suis & emancipatis profectitia & aduentitiorū vsumfructum conferunt, nisi testator collationem prohibuerit *Auth. proxima, id est, No.18.c.6.* Idem ab intestato ius est. Eo enim casu liberi conferunt, nisi testator collationem prohibuerit. *l.39.§.1.D.familiæ.* Possis interea obseruare nō agi hîc simpliciter de donatis emancipato: sed de rebus testamento donatis emancipato.

MARITVS & vxor ab intestato inuicem sibi in solidum [z] pro antiquo iure [a] succedant, quotiens [b] deficit omnis parentum liberorúmve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco [c] excluso. Dat.12.Kal.Mart. Hierio & Ardaburio Conss.427.

In authent.de exhibend.& introduc. reis. §.quoniam verò in fi. col.5.tit.8.al.13.v.li matri & auiæ.§.quia verò. 2.Nou.117.c.5.

PRæterea si matrimonium sit absque dote, coniunx autem præmoriens locuples sit: superstes verò laboret inopia: succedat vnà cum liberis communibus alteriúsve matrimonij in quartam, si tres sint vel pauciores. Quòd si plures sint, in virilem portionem: vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet, si extiterint: his verò non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

DE REPVDIANDA [d] BONOrum possessione.

TIT. XIX.

I. Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.Theodosiano.

EMANCIPATVS, repudiata bonorum possessione, absentiæ [e] patroni causæ velamento rursus ad eandem redire quæstionem frustra conatur. Sine die & consule.

2. Iidem AA.& CC.Theodoro.

FIlio delatam bonorum possessionem, patri ad fraudem filij repudiare [f] non licet. Dat.6.Kal.Decemb.Nicomediæ, CC.Conss.

DE COLLATIONIBVS [g].

TIT. XX.

De eo quod pater filio emancipato donauit.

1. Imp. *Alexand.* A.Deuteriæ.

EMANCIPATOS liberos testamento † heredes scriptos, & ex eo successionem obtinentes, à patre donata fratribus conferre non oportet, si pater, vt hoc fiat, supremis iudiciis non cauit, manifesti iuris est. PP. 3. Id. Iul. Iuliano II. & Crispino Conss.225.

Si pater vt conferatur cauerit vel non.

In authen.de trien.& semiss.& §.illud quoque bene.col.3. tit.5.Nou.18.c.6.

EX testamento & ab intestato cessat dotis & aliorum datorum collatio, ita demum si [h] *parens hoc designauit* [i] *expressim: aliis quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus.*

De dote.

2. Idem A.Primo.

SI pater intestatus decesserit relictis duobus filiis, & filia cuius nomine dotem promiserat [k]: portiones hereditatis æquæ sunt, & dos nihilo minùs ita conferenda est, vt pro portionibus fratres eius à necessitate præstandæ eius || dotis|| liberentur. Dat. 3. Id. Septemb. Iuliano II.& Crispino Conss.225.

3. Idem A.Alexandro.

PActum [l] dotali [m] instrumento comprehensum [n], vt

h Collationi non sunt obnoxiæ res à patre liberis donatæ, si ea conferri vetuit parens. *adde 5. Harmen. 8. §. 37.*
i id est, vetuit.
k Dos à patre filiæ promissa, nec soluta, confertur. *l.1.§.1.D. de dot.collat.* sed per liberationē. *d.l.1. §.8.* id est, liberandi sunt fratres, siue sorores à promissione pro sua parte: liberandi sunt coheredes pro rata. est & illud obiter notandum, non hîc agi simpliciter de dote, sed de dote pro missa à patre.
l *vide 5. Harmenop.8.§.30.& 90.*
m Pone dotatā filiam excludi statuto patris successione? masculo extante (puto aliis filiabus non dotatis existentibus, idem esse.) excludetur. Quid si masculus non extet aut esse desierit? exclusa est dū extabit masculus, eo mortuo non censebitur exclusa: si simpliciter exclusa, semper exclusam esse existimant. *Bart.in l.vlt. D. ad Trebell.* si modò filius heres semel fuerit, secus si heres esse noluerit, aut esse non potuerit. *vide Capell.Tholosanam decis.* 459.
n Quid si renunciatio bonorum paternorum, non ipsi patri sed vni fratrum, vel extraneo, fauore tamen fratrum facta fuerit? an ei soli cui facta est? an & aliis eius coheredibus proderit? etiam aliis prodesse quidam censent. (quod Hot. *consult.8.* amplectitur, Dynum & Baldum sequutus.) eòque magis si iurata sit huiusmodi renunciatio. Putant enim, animæ interitum æque versari in iuramento fratri & extraneo non seruando, ac si ipsi patri iuratum esset. Imò eò magis renunciationem eiusmodi ita iuratam fratri vel extraneo, seruandam esse, quo metus reuerentiæ paternæ in ea cessat: hoc est, quòd patris consensus non interuenerit. *Capella Tholosana decis.4 8.& ibidem Aufrerius.* Verum placet mihi magis sententia Raphaelis in *l.stipulatio ista.D.de verborum obligationibus*, qua existimat, decretalem illam in *d. c. quamuis.* effrenem esse & exorbitantem, vt ea de causa extendi non debeat, extra propriam facti speciem. Porro illam facti speciem referri ad renunciationem patri factam à filia, non esse igitur extendendam ad renunciationem fratri aut extraneo factam. *arg.l.qui à iure.de reg.in 6.* Pone filiā paternæ hereditati renunciasse? Castrensis censet, *cons.311.* eam renunciationem tantùm prodesse eius fratri: non sorori, quod non probo.

† contenta dote [a], quæ in matrimonio collocabatur, nullum [b] ad bona paterna [c] regressum haberet, iuris auctoritate improbatur: nec intestato patri [d] succedere [e] filia [f] ea ratione prohibetur. Dotem sanè, quam accepit, fratribus, qui in potestate manserunt, conferre [g] debet. Dat.14.Kal. Iul.Agricola & Clementino Conss.231.

4. Imp.*Gordianus* A.Marino.

Filiæ [h] dotem [i] in medium ita demum conferre coguntur, si vel ab intestato succedant, vel contra tabulas petant. nec dubium est profectitiam seu aduentitiam † dotem à patre datam vel constitutam, fratribus, qui [k] in potestate fuerunt, conferendam esse. His etenim, qui in familia defuncti [l] non sunt, profectitiam tātummodò dotem post varias prudentium opiniones conferri placuit. PP.4.Id.Mart.Gordiano A.& Auiola Conss.240.

Dos data confertur constante matrimonio, minus accipiendo de portione hereditatis. Bald.

5. Idem A.Alexandro [m].

Dotis quidem petitio [n] perseuerante matrimonio tibi non competebat. quanuis enim ea [o] intestato patre defuncto, fratri conferre debueras: non [p] tamen eo nomine aduersus maritum tibi actio potuit esse: cùm eo minus [q] ||in|| partem tibi delatæ successionis patris auferre potueris. Dat.Non.Septemb.Gordiano A.& Auiola Coss.240.

In auth.de æqualitate dotis §.illud quoque.col.7 tit.9. al.8.Nou.97.cap.6.

Quod locum habet siue [r] pars viri sit idonea, siue mulieri possit imputari, quare marito ad inopiam vergente ex lege Iustiniani etiam constante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licèt, cùm & sui iuris sit, & legitimæ ætatis, & cùm mater obtulerit dotem, & pater ei consentiat agenti. his cessantibus, solam actionem (licèt inanem) conferens, partem ex hereditate feret. hoc, cùm dos parua sit. Sed dotem magnam, quæ conferri speratur, inuito etiam patre filia exigere potest. Hæc obseruantur, vbicumque collationis ratio emergit, etiam si auita sit successio.

Quæ conferat emancipatus.

6. Idem A.Claudio.

Ea [s] demum ab emancipatis fratribus, his, qui remanserunt in potestate [t], conferri consueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt † eo tempore [u], quo pater fati munus impleuit [x], exceptis || his || videlicet, quæ ab ipsis aliis debentur [y]. Dat.7.Kal.Maij, Peregrino & Æmiliano Coss.245.

De dote.

7. Imp.*Philippus* A.Tyranniæ.

Filiam testamento † patris institutam heredem, fratribus iisdémque coheredibus dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designauerit, explorati iuris est. PP.6.Kal.Maij, Præsente & Albino Coss.247.

8. Impp.*Dioclet.& Maximian.* AA.Calippo.

Si soror tua in paternorum bonorum diuisione te fefellit [z], nec dotem, quam acceperat à patre vestro intestato diem functo, contulit [a]: præses prouinciæ, examinatis partium allegationibus, cum bonis dotem confundi iubebit: & quod deducta ratione plus apud eam ||esse|| animaduerterit, tibi restitui iubebit. Idem est, & si arbitro [b] dato diuisio celebrata est. S.6.Id.Iul.ipsis AA.Conss.

Emancipati quibus conferunt.

9. Iidem AA.& CC.Onesim.

Si emancipati vtrique [c] à patre fuistis: collatio cessat. Sin autem frater tuus in potestate [d] ||patris|| mortis tempore fuerat, nec vllum testamentum relictum est, vel nouissimum iudicium communis patris, téq; emancipatum probatum fuerit: ab intestato ||te|| ad successionem paternam venientem, ad collationem forma edicti perpetui certo iure prouocat. S.6.Kal.Maij, Heracliæ, CC.Conss.

De dote.

10. Iidem AA.& CC.Hirenæ.

A Patre verbis precariis in codicillis relictum [e], extero [f] iure capiens filia, ad collationem dotis vrgeri non potest. S.6.Kal.Decemb.Sirmij, CC.Conss.

Quibus emancipatus confert.

11. Iidem AA.& CC.Artemiæ.

Posthumo [g] ||præterito|| patris testamentum rumpenti, atque intestato succedenti, emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua, perpetuo edicto cauetur: cùm his etiam, qui sui futuri essent, si viuo patre nati fuissent, conferre debere manifestè significatur: & emancipatis, si legi datæ collationis non pareant, denegandas [h] actiones, non est ambigui iuris. 5. Kal.Ian.ipsis AA.& CC.Conss.

De dote & de peculio.

12. Iidem AA.& CC.Philanteæ.

Filiæ, licèt maneat [i] in sacris [k], si dotem [l] non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis, actiones [m] hereditarias denegari non ambigitur. Vnde consultè ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeres. Cùm

† Pactum vt filia contenta sit dote & renunciet cæteris bonis, iure ciuili non valet. *vt hic. l.35.§.1.s.de inoffic.l.vlt.ff.de suis.l.94.ff. de adquir. hered.* nisi fortè dos data legitimæ proportioni satis sit ac sufficiat. *arg.l.8.s.de inoffic.l.1.§.3. ff. si quis à parente manumiss.* Sed moribus nostris hæc conuentio recepta est. *Papon.* 16.*Arrest.* 4. *§.2.& lib.* 20. *Arrest.2.§.1.dixi ad l.15.s.de pactis.* præsertim si filia iurata renunciet. huiusmodi enim renunciatio valet iure canonico. *c. quamuis. de pactis in 6.* quod caput propriè pertinet ad renunciationem iuratam: non ad pactum iuratum promissæ stipulanti hereditatis. Pactum succedendi seu de succedendo iuratum quo quis nobis stipulantibus hereditatem suam promittit iure ciuili non obtinet (hoc enim pacti genere, libera testamenti factio promittenti tollitur. *l. pactum.s.de pactis*) iure Leonis valet. *Nouell. Leonis* 19. Contra pactū de non succedendo, iure ciuili non valet. *vt hic. l.si quando.§.1.s.de inofficioso.l.vlt.D.de suis.* iure Canonico valet, si iuratum sit. *d.cap. quamuis. adde Guid. Pap. decis.* 146. 192. 224. *Boer.quæst.62.capellæ Tholosanæ decis.456.Rotam decis.850. Papon.* 16.*Arrest.4.* Quid si beneficij ciuilis filia à notario monita non fuerit? Paponius *d.§.2.* refert, in Gallia, quę scripto iure vtitur, filiam eo casu non restitui. Sed tamen ius canonicum ciuili in hac hypothesi præferri non oporteret Hotom. multis probat *cons.*22. Ratio esse potest: quòd huiusmodi pactum, eáque renunciatio, ius naturæ impugnet primùm. Deinde multis casibus iusiurandum non confirmat ea quæ geruntur: verbi gratia, cautio non numeratæ pecuniæ iuramento confirmari non potest. *l.vlt.s.de non numerata:* sed nec ex falsis instrumentis transactio. *l.pen.s.de transact.l.vlt.D.ad municip.* Quid, si quæ renunciauit filia, viuo patre mortua est? *Bart.in l.94.D.de adquir.hered.* Baldus hîc & Rolandus à Valle 1.*consil.*11. *nu.*4. communem, vt ait, opinionem sequutus & æquitatem, negat tali renunciatione præiudicium fieri nepotibus. *l.10.in fin. D.de bon.libert.l.6.D.de inuisto.* & meritò: cùm successio auita nepotibus debeatur, non ex prouisione paterna, sed legis & edicti: vt à patre filiis seu liberis auferri non possit. *arg.l.adrogator.D.de adopt.* Mouentur, quòd eiusmodi renunciatio tacitam conditionem habeat, *si successio filiæ deferatur.* ideóque tacita illa conditione deficiente, renunciationem haberi pro non facta. *l.14.in fin.D.de nouationibus.facit l.34.s.de inofficioso.* vt hinc constet, parentes liberis eripere non posse vel paciscendo vel renunciando, ius repræsentationis liberis aliquando adquirendum. aliàs, nō reuocari huiusmodi renunciationem propter natos tantùm liberos ex *l.8.j.de reuoc.Rol.a Vall.d.loco nu.*17.*&* 23.

a profectitia. *l.17.j.eo.*

b Pactum de hereditate amittenda aut non succedendo non valet iure ciuili. vide tamen Socinum *regula* 280. Quid si pactum factum est, in cōtractu matrimonij, vt filia æqualiter cum fratrib. succedat, vel vt primogenitus ex eo matrimonio nasciturus in omnibus bonis succederet? Pactū iure ciuili non valet: pactis enim hereditas non datur. *l.hereditas.s.de pact. conuen.* liberam testandi facultatem auferret promissori contra legem ex eo. *j.de inutil.stipul.l.stipulatio hoc modo concepta.D.de ver.oblig.l.cum donationis.D.de transact.l.vlt. D.de suis.l.1.s.de sacros. eccles.c.* votum denique inducit captandæ mortis promittentis, vt hinc non subsistat. *l.fideicommisso. s. de transact. cap. nec captandæ. cap. detestanda. de concess. preb.* vnde neq; iuramento. *c.non est obligatoriū.de reg.iur.in 6.* neque statuto vel consuetudine confirmari potest: nam quod pacto fieri non potest, neque statuto potest fieri *Imola in l. cum Arthemidoram.j.vt in poss.legat.in l.2.j.quæ sit longa consuetudo.* vt in hac specie libertas vltimæ voluntatis potentior sit dote & successione. Verum consuetudine iam recepta, huiusmodi conuentio valet inter nobiles. *Capella Tholosana decis.* 452. valet Leonis iure, vt filius ex æquo sit heres. *Nouell.*19. Valet iure feudorū pactum tale, vt ne filij nati ex eo matrimonio succedant: aut ne maiori parte succedant quàm quæ data sit. *c.filij.si de feudo defuncti contentio sit.cap.vnico. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.* Pone huiusmodi pactum initum, potéstne pater in eo pœnitere? potest: quia refertur post tempus mortis. vide plura apud Capellam Tholosanam. *decis.*453.

c quibus bona postea à patre quæsita comprehendi negant Dynus & Baldus. *arg.l.1.D.testam.quemadm.aper.* Idem Baldus negat filiam tali renunciatione abdicare ius succedendi ex testamento patris. hoc est, quæ iurato renunciat filia in hac specie, licet successioni ab intestato renunciet, non tamen renunciat iuri succedendi patri ex eius testamento: hoc enim genere renunciationis, libera testamenti factio patri præriperetur. *Bart.l.vlt.s.de pactis.Capella Tholosana decis.*456.

d Quid, filia renuncians bonis paternis, fraternis num etiam renunciat? Finge, filiam, vi istiusmodi renunciationis patri non successisse: Pone patris hereditatem delatam ad fratres filiæ renunciantis. Pone rursus vnum ex eius fratribus, mortuum: quæritur an superior filia fratri ita mortuo, cum reliquis defuncti fratribus succedat, vt superior renunciatio ei non sit obstatura? Non obstat, quoniam renunciatio in vno casu non inducit in alio renunciationem. *l.si domus.D.de seruit.vrb.l.seruum.j.de iure delib.l.1.§.videndum.D.de success.edict.* Igitur facta in eum modum patri renunciatio, fratri facta non intelligetur. vis enim & effectus vnius contractus ad alium quàm qui expressus sit, nō extenditur. *l.ita stipulatus.§.Chrysogonus. D. de verb. oblig. l. ad probat. s.de probat.v.Guid.Pap. decis.*191. 231. *& Capel.Tholos.decis.*457. *Roman. consil.*168.

e non fini legitimæ, hoc est, non vt simpliciter nudam legitimam eiúsve supplementum petat, sed in vniuersum. Quid si testatus sit pater? ad solam legitimam eiúsve supplementum erit filiæ actio. *arg. l.8. l.35.§.1. s.de inoffic.*

f multo minus & eius liberi prohibentur.

g An idem, si filius renunciauit hereditati paternæ propter expensas studiorum causa factas? Baldus hîc negat, nisi filius iuramento renunciauerit.

h non modo suæ, sed etiam emācipatæ. Nā omnes liberi siue sui nō sint, siue in potestate, dotē conferūt: sui, suis & emācipatis: emancipati, suis & emancipatis. *v.l.17.j.eo.*

i Quid donatio propter nuptias? confertur quoque. est enim quædam veluti dos & ἀντιφέρνα. *Nouell.*18.*c.*6. Quid donatio simplex? *v.l.pen.j.eo.*

† Dos aduentitia confertur. *vt hic: & l.1.§.7.D.de dot.collat.* hodie non confertur. *l. vlt.j.eo.* vtque hodie sola profectitia dos confertur, ita & aduentitiorum vsusfructus. *d.l.vlt.*

k vide quæ dixi ad *l.17.j.eo.*

l *v.d.l.17.*

m *al.* Alexandræ. vt alloquatur mulierem.

n *al.* portio. *malè.* nam mox sequitur, actio.

o *legendum videtur,* eam.

p *l.9.s.de rei vind.l.7.s.soluto.l.20.D.famil.*

q Liberi acceptam (de promissa. *v.l.2.s.eo.*) dotem conferunt, vel reipsa, id est, vera diuisione. *l.1.§.11.D.eo.* vel cautione collationis. *l.1.§.9.D.eo.l.20.D.familiæ:* vel cautione defensionis. *l.2.s.eo.* vel tanto minùs accipiendo ex parentum bonis. *vt hic: & Nou.97.c.6.* Galli, *Raporter ou moins prendre.l.1.§.18.D.eo.*

r *5.Harmenop.8.§.35.*

s *5.Harmenop.8.§.33.*

t id est, suis.

† & ita profectitia & aduentitia. Id hodie immutatum est. *l.vlt.j.eo.*

u *l.13.l.15.j.eo.l.1.§.17.D.eo.l.vlt.s.si vt omiss.& Vlp.28.§.mortuo.4. v.Cuiac.3.obs.34.* vbi ostendit momentum morientis, vitæ potiùs, quàm morti tribui.

x quod si quid postea adquisiuerint: non conferent. *5.Harmen.8.§.33. adde l.15.j.eo.*

y id est, deducto ære alieno. *l.2.§.1.D.eo.*

† Filia succedens ex testamento, dotem olim non conferebat, nisi testator iussisset: hodie confert, nisi testator expressam collationem prohibuerit. *Nouell.*18.*c.6.dixi ad l.1.s.eo.adde l.vn.§.11.in fin.s.de rei vxor.*

z Fallit coheredem, qui cum eo hereditatem diuidit, nec à patre accepta confert.

a Collatio omissa condici potest. *l.36.in fin.D.famil.*

b Siue diuisio familiæ fiat præsente arbitro *vt hic:* siue absente, *vt s.eo.* omissa collatio condicitur. *v.d.l.36.in fin.*

c Emancipatus emancipato non confert *vt hic:* suo confert, si ipse ab intestato succedat. *j.eo.l.9.D.eo.l.1.D.de coniungend.emancip.liber.*

d *vide l.6.s.eod.*

e legatum liberi prælegata non conferunt. *v.l.16.j.eo.l.4.D.de dot.collat.*

f Extero iure à patre filia capit, quod vt extranea non vt filia accipit.

g Posthumis fit collatio, etiam ab emancipato. *l.vlt.D.eo.*

h Non conferenti, denegantur actiones hereditariæ. *l.12.j.eo.*

i Solis nuptiis, liberi non soluuntur patria potestate. *l.5.j.de conditionibus insert.l.7. s.de nupt.§.secundæ, Instit.de senatusc.Tertull.l.1.j.de bonis quæ liberis.* Atque ita mulier sub duorum est potestate, patris nimirum & mariti. Marito adquirit ex operis diurnis: patri verò vsumfructum ceterorum bonorum. *j.de bon.quæ lib.*

k *v.quæ scripsi ad l.vlt.in fin.j.ad Tertull.*

l Filiæ dotes conferunt, alioquin denegatur eis ad hereditatem paternam actio. *adde l.3.s.eodem.*

m *l.11.in fin.s.eodem.*

autem fratres tui durantes in familia patris, peculium [a] (ſi hoc neque caſtrenſe [b], neque relictum [c] eis doceatur) præcipuum habere non poſſint, ſed in diuiſionem paternæ veniat hereditatis, nec quicquam mutet, penes quam res ex hoc proficiſcẽtes, & in eadem cauſa durantes, conſtitutæ reperiantur, abſoluti manifeſtique iuris eſt. Dat. 11. Kal. Feb. Sirmij, CC. Conſſ.

De quæſitis poſt vel ante mortem patris.

13. Iidem AA. & CC. Antiſtiæ.

SI donatione tibi poſt [d] mortem patris fundum quæſiſti: ſoror ||tua|| portionem eius vindicare nõ poteſt. Nam ſi is filiæfamilias conſtitutæ [e] tibi à patre donatus eſt: cum ſorore patri communi ſuccedens [f], eum præcipuum [g] habere contra iura poſtulas. Dat. 6. Id. Febr. Sirmij, iiſdémque CC. Conſſ.

De heredibus.

14. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI maritus quondam ||tuus|| ab inteſtato patri ſuo heres [h] extitit, & ei poſthumus [i] à te editus ſucceſſit: actiones hereditarias amitæ [k] filij veſtri, [quas [l] habuit patris ſui mortis tempore,] dotem non conferenti, denegare præſes non dubitabit. PP. 7. Kal. Mart. Trimontij, Tuſco & Anulino Conſſ. 295.

De emancipatis.

15. Iidem AA. & CC. Philippo.

NEc [m] emancipati [n] poſt mortem communis patris quæſita conferre coguntur: ſed hæc retinentes, eius bona pro hereditaria diuidunt portione. Dat. Id. Decemb. ipſis CC. Conſſ.

De codicillis.

16. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIliam cum fratribus ſuis coheredibus inteſtato patri ſuccedentem, vltra [o] relictum codicillis [p] non conferẽtem dotem, iudicio familiæ erciſcundæ nihil poſſe conſequi, ſumma cum ratione placuit. Dat. 5. Kal. Ian. ipſis CC. & Conſſ.

De dote & antenuptias donat.

17. Imp. *Leo* A. Erythrio præfecto prætorio.

VT liberis tam maſculini quam fœminini ſexus, ſiue ſui iuris [q], ſiue in poteſtate conſtitutis, quocunque iure inteſtatæ ſucceſsionis, id eſt, aut teſtamento penitus non condito, aut ſi factum fuerit contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, vel inofficioſi querela † mota reſciſſo, æqua [r] lance pariq; modo proſpici poſsit: hoc etiam æquitatis ſtudio præſenti legi credidimus inſerendum, vt [ſ] in diuidendis rebus ab inteſtato [t] defunctorum parentum, tã dos [u], quàm ante nuptias donatio [x] conferatur, quam [y] pater vel mater, auus vel auia, proauus vel proauia, paternus vel maternus, dederit vel promiſerit pro filio vel filia, nepote vel nepte, pronepote vel pronepte, nulla [z] diſcretione intercedente, vtrum in ipſas ſponſas pro liberis ſuis memorati patentes donationẽ contulerint, an in ipſos ſponſos earum, vt per eos [a] eadem in ſponſas donatio celebretur: vt in diuidendis rebus ab inteſtato ||defuncti|| parentis cuius [b] de hereditate agitur, eadem dos vel ante nuptias donatio ex ſubſtantia eius profecta conferatur: emancipatis [c] videlicet liberis vtriuſque ſexus, pro tenore præcedentium legum ||ea|| quæ in ipſa emancipatione ||à parentibus ſuis|| (vt adſolet [d] fieri) conſequuntur, vel poſt [e] emancipationem ab eiſdẽ parẽtibus acquiſierint, collaturis. Dat. 5. Kal. Mart. Buſæo & Ioanne Conſſ. 467.

De emancipatis vel alio modo ſui iuris effectis.

18. Imp. *Anaſtaſius* A. Conſtantino præfecto prætorio.

LIberos [f], qui per noſtræ legis auctoritatẽ, per oblationem precum [g] & imperiale reſcriptũ, ſui iuris effecti fuerint, ad ſimilitudinem cæterorum, qui emancipati ex antiquo [h] iure ſunt, collationes facere iubemus [i] compelli ſecundùm ea, quæ ſuper cæteris emancipatis ſtatuta ſunt. Dat. 12. Kal. Aug. Conſtant. Probo & Auieno iuniore Conſſ. 503.

a Peculiũ profectitium collationi obnoxiũ *l. 13. š. familiæ.*
b Peculium caſtrenſe non cõfertur *l. 21. in fi. j. eo. l. 3. j. de caſtrẽſi peculio.*
c Peculiũ à patre legatum nõ confertur *leg. 65. § primo ff. de rei vindicat. leg. 38. verſ. adeo vt ſi prælegatum D. de condict. indebiti.*
d Patre mortuo adquiſita, liberi ſui non conferunt *vt hic*: ſed nec emancipati *lege 15. j. vide l. 6. in fine š. eod.*
e Sui liberi res à patre inter viuos acceptas conferunt.
f Suus patri nõ ſuccedens, donationem à patre factam non cõfert.
g Sui ab inteſtato donationem ſimplicem conferunt *vt hic*: ex teſtamento inſtituti præcipuã habent *l. 18. š. famil.* & ita vtrãq; legem conciliat Cuiacius, *3. obſeruat. 39.*
h Ius petendæ collationis tranſit ad heredem.
i Etiam poſthumis fit collatio. *facit l. 11. š. eod. l. 2. D. eod.*
k Amitæ, fratrũ filiis conferre debent *l. 19. j. eo.*
l Locus eſt corruptus. ideoque vel incluſa libẽter expungerẽ, aut ita legerem, qui quæ habuit patris ſui mortis tempore contulit. Id vt ita emẽdem facit huiuſce loci obſcuritas, & aperta ſententia legis *2. D. eod.*
m *5. Harmenop. 8. §. 33.*
n id eſt, & emãcipati *vt hic*: & ſui *l. 13. š. eod.* res poſt mortem patris quæſitas non conferunt *l. 6. D. eod.*
o Hoc innuit, Filias ab inteſtato ſuccedentes, etſi cætera conferãt, relicta tamen in codicillis nõ conferre.
p *l. 10. š. eod.*
q Omnes liberi, ſiue ſui iuris ſint, ſiue in poteſtate, profectitiam à parentibus dotem vel donationẽ propter nuptias inter ſe cõferunt. *l. 4. š. eo.*
† Abrogatur *l. 6. l. 7. D. de dotis collat.*
r Aequalitas inter fratres ſeruãda *v. l. 4. š. cõm. diuid.*
ſ *adde 5. Harmeno. 8. §. 36.* t *v. Cuiac. 17. obſ. 3.* u Dos profectitia conferri debet. x Donatio propter nuptias à parentibus profecta conferenda *l. 29. š. de inoffic.* an & id quod ſtudiorũ cauſa à patre impenſum eſt? non confertur, niſi credẽdi animo pater ſubminiſtrauerit. ℘ in dubio præſumitur *l. 50. D. familiæ: Alciat. 1. præſ. 7.* y Profectitia quæ, *v. l. 2. š. eo. l. 1. §. 1. & 7. D. de dot. coll.* z Nihil intereſt, ſponſo ſponſi nomine: an ſponſæ, ſponſi nomine donetur. a *Forte legendum* vt per eas eadem in ſponſos donatio celebretur. b In collationibus bonorum non conſiderantur extraneæ hereditates. c Profectitia ante vel poſt emancipationẽ adquiſita, emancipati conferunt.

De dote, & ante nuptias donatione.

19. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlam meritò dubitationem amputare duximus, quæ ſuper collatione dotis, vel ante nuptias donationis inter certas perſonas ſatis iã ventilata eſt. Nam ſi inteſtatus quis defunctus eſſet, filio vel filiis, ||aut|| filia vel filiabus relictis, & ex mortua filia ||vel filio|| cuiuſcumque ſexus aut numeri nepotibus: vel ſi qui inteſtata defuncta eſſet, filio quidẽ vel filiis, filia vel filiabus ſimiliter relictis, ex mortuo verò filio vel filia itidem nepotibus cuiuſcunque ſexus aut numeri: de modo quidem ſucceſsionis minimè dubitabatur, ſed palam erat quòd huiuſmodi nepotes duas [k] partes paternæ vel maternæ portionis tantùm haberẽt, tertiam partem patruis ſuis vel auunculis, vel amitis vel materteris, pro iam poſita conſtitutione concedentes. de collatione verò dotis, vel ante nuptias donationis quam defuncta perſona pro filio vel filia ſuperſtitibus, & pro mortuo vel mortua filio vel filia dediſſet, multa dubitatio orta eſt; ſuperſtitibus quidem filiis defunctæ perſonæ non debere ſe dotem, vel ante nuptias donationem pro ſe datam à ſuo patre vel matre, conferre filiis mortui fratris ||ſui,|| vel mortuæ ſororis ſuæ contendentibus, eo quòd nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet: nepotibus verò mortuæ perſonæ non tantùm huic reſiſtentibus, ſed etiam adſerentibus, quòd onus collationis conſtitutione Arcadij & Honorij [l] diuæ memoriæ ſibi impoſitum, in perſonis tantummodo ſuorum auunculorum, non etiam patruorum, vel amitarum, vel materterarum locum habere poſſet. Talem igitur ſubtilem dubitationem amputantes, præcipimus tam filios vel filias defunctæ perſonæ dotem [m] vel ante nuptias donationem à parẽtibus ſuis ſibi datam conferre nepotibus [n] vel neptibus mortuæ perſonę: quam eoſdem nepotes [o] vel neptes patruis ſuis aut auunculis, amitis etiã & materteris dotẽ, vel ante nuptias danationẽ patris ſui, vel matris, quã pro eo vel ea mortua perſona dedit, ſimiliter conferre: vt commixtis [p] huiuſmodi collationibus cum bonis mortuæ perſonæ, duas † quidẽ ||partes|| nepotes vel neptes habeant illius portionis quæ patri vel matri eorum, ſi ſupereſſet, deferebatur: tertiam verò eiuſdem portionis partem vnà cum ||ſibi|| competentibus portionibus filij vel filiæ defunctæ perſonæ, cuius de hereditate agitur, capiant. Dat. Kal. Iun. Conſtantino. D. N. Iuſtinian. A. PP. II. Conſſ. 228.

In authen. de trien. & ſe. § neque illo coll. 3. tit. 5. no. 18. c. 4.

QVæ tertiæ portionis deminutio correctionem nouo iure capit, ad æqualitatis iuſtitiam redacta in omnibus talibus perſonis.

De his quæ imputantur in quartam. 1. de dote & antenuptias donatione.

20. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlud ſine ratione à quibuſdam in dubietatem deductũ plana ſanctione reuelamus: vt omnia [q] quæ in quartam portionem ab inteſtato ſucceſsionis [r] computantur his qui ad actionem de inofficioſo teſtamento vocantur: etiam ſi inteſtatus is deceſſerit, ad cuius hereditatẽ veniunt: omnimodo coheredibus ſuis cõferant. Quod tam in aliis, quàm in his quæ occaſione militiæ [ſ] vni heredum ex defuncti pecuniis acquiſitæ lucratur is qui militiam meruit, locum habebit: vt lucrum quod tempore mortis defuncti ad eum peruenire poterat, non ſolum teſtamento condito quartæ parti ab inteſtato ſucceſſionis computetur, ſed etiam ab inteſtato conferatur. Hæc autem regula, vt omnia quæ portioni quartę computantur, etiam ab inteſtato conferãtur: minimè è [t] contrario tenebit, vt poſſit quis dicere etiam illa quæ conferuntur omnimodo in quartam partem his computari qui ad inofficioſi querelam vocantur. Ea enim tantummodò ex his, quæ conferuntur, memoratæ portioni computabuntur, pro quibus ſpecialiter legibus, vt hoc fieret, expreſſum eſt. 1 ¶ Ad hæc cùm ante nuptias donatio [u] vel dos à patre data vel matre vel aliis parentibus pro filio vel filia, nepote vel nepte, cęteríſque [x] deſcendentibus conferatur: ſi vnus vel vna liberorum ante nuptias tantummodo donationem vel dotem, non etiam ſimplicem [y] donationem accepit, vel acceperit, alter verò vel altera neque dotem neq; donationem ante nuptias à parente ſuo ſuſcepit, vel ſuſceperit, ſed ſimplicẽ tãtummodo

d Solet pater in emancipando filio aliquid donare. *l. vl. j. de emãcip. liber. l. 8. j. de bonis proſcript. l. 37. in fi. D. de negotiis.*
e Profectitia poſt emancipationem conferunt emancipati. Profectitia, id eſt, res donatas à patre. & ita ſimplex etiam profectitia donatio confertur *v. l. 20. j. eod.*
f Pars legis 11. j. *de legitim. hered. l. penult. j. de emancipationibus libero.* Omnium enim harum legum vna inſcriptio & ſubſcriptio.
g Filij emancipati ex reſcripto principis reſeruato iure legitimarum hereditatum (quod genus emancipationis introduxit Anaſtaſius *l. penult. j. de emancipationibus*, auctor huius legis) vocantur ad legitimam hereditatem patris cũ fratribus in familia retentis. ſic tamẽ vt bona propria conferant *v. Cuiac. 18. obſ. 18.*
h i. ſolennibus veterum adhibitis ex legib. XII. tab. *v. l. vlt. j. de emancip.*
i vt ita, quoquo modo liberi ſint emancipati, ad collationem vocentur.
k *l. 9. D. de ſuis: §. 15. Inſt. de her. quæ ab inteſt. v. Nouell. 18. ca. 4. l. 3. §. 4. Co. Theod. de legitimis heredib. §. 15. Inſt. de heredit. ab inteſt.*
l *l. nepotis Cod. Theodoſ. de legitim. heredib.*
m Dos & donatio propter nuptias conferuntur *l. 17. ſupr. eo. l. 20. j.*
n Patrui & amitæ, auunculi & materteræ dotes & donationes propter nuptias liberis fratrum ſororúmve conferunt *l. 14. ſupr. eo.*
o Nepotes & neptes, ſuis patruis, auunculis, amitis, & materteris dotem & donationem propter nuptias conferunt.
p Collatione fit commixtio.
† Hodie id abrogatum. *Nouel. 18. ca. 4.*
q Quæcumque in legitimã imputari ſolent, eadem ab inteſtato conferri debent.
r Quam habiturus eſſet ab inteſtato.
ſ Militia confertur. *adde l. omnimodo §. imputatur š. de inofficioſo.* Imò non confertur. *l. 1. §. 16. D. de collat.* t Quæ condito teſtamento legitimæ imputantur, ab inteſtato conferuntur: at non è contra. Nam quæ conferuntur ab inteſtato in legitimam, facto teſtamento non imputantur, niſi id expreſſè cautum reperiatur.
u Dos & donatio propter nuptias profectitia, confertur. x *l. 19. f. š. eod.*
y De donationis ſimplicis collatione *v. j. eod.*

a Si qui dotem vel donationem propter nuptias profectitiam habet, eam simplici donatario cōfert: vicissim iustum erit, vt simplex donatarius donationem simplicem eidem conferat. b Vt dos & donatio propter nuptias confertur, ita & simplex donatio. dicamus apertius, Quemadmodum coheredib. siue dotem & donationem propter nuptias, aut donationem simplicem acceperimus, dotem & donationem propter nuptias profectitiam cōferimus, ita & simplicem donationem profectitiā iisdē tenemur cōferre. c Lex distinguit liberorum conditioné. vt hinc colligas, Hodie suos, suis, & emācipatis: emancipatos emācipatis, & suis profectitia conferre. d Simplex donatarius, etiam inuitus, cogitur ad collationem. e Nota vanum argumentū donatarij. Ne dicas itaque cum interpretibus, Donatarium collationi nō obstringi, nisi tempore donationis collationem donator iusserit: sed potius, non obstringi nisi expressim donator collationem vetuerit. Nā si fallitur hîc donatarius cùm ita argumentatur: Ideo se ad collationē nō teneri, quod lex collationis ei dicta nō fuerit, *vt hic:* E contrario collige, Donatariū à collatione prius non excusari quā expressim collatio remissa sit.
f *l. 6. j. de bon. quæ liber.*
g Collationi nō sunt obnoxiæ res, quæ parentib. per liberos nō adquirūtur, quæ autem sint illę quæ parentibus nō adquirantur per liberos, vide j. titul. de bonis quæ liberis in potestate patris constitutis. ex matrimoniis vel aliàs adquiruntur & eorum administratione.
h *l. 6. l. 7. l. 8. j. de bonis qui liberis.*
i Castrense peculium non cōfertur, *l. 13. s. e. l. 1. §. 15. D. eo. l. 3. j. de castr. peculio.*
† Hinc collige, aduentitia non conferri, vt ita abrogetur lex *4. s. e. l. 1. §. 7. ff. de dot. col.* nā aduentitiorū nudus vsusfructus parētib. adquiritur *l. 6. j. de bon. quæ lib. §. 1. Inst. per quas pers. cuique.*

donationem: ne ex eo iniustum [a] aliquid oriatur, ||si|| ea quidem persona, quę ante nuptias donationem vel dotem suscepit conferre eam cogenda ||sit:|| illa verò quæ simplicem tantummodò donationem meruit, ad collationem eius minimè coarctanda: si quid huiusmodi acciderit, iubemus ad [b] similitudinem eius [c] qui ante nuptias donationem vel dotem conferre cogitur, etiam illā personam quæ nulla dote vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem à parentibus suis accepit, conferre eam: nec [d] recusare collationem ||ex|| [e] eo quòd simplex donatio non aliter confertur, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentiæ imposuerit. Dat. 8. Id. Aug. Const. Decio V.C. Conss. 529.

De peculio aduentitio.

21. Iidem A. Ioanni præfecto prætorio.

VT nemini de cætero super collatione dubietas oriatur: necessarium duximus constitutioni [f], quam iam fauore liberorum fecimus, hoc addere: vt [g] res, quas parentibus acquirendas esse prohibuimus [h], nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant. Vt enim castrense [i] peculium in commune conferre in hereditate diuidenda, & ex prisci iuris auctoritate minimè cogebantur: ita & alias res quæ † minimè parentibus acquiruntur, proprias ||liberis|| manere censemus. Dat. 15. Kalen. Nouem. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. anno II. 230.

DE TESTAMENTO militis [k].

Tit. XXI.

De milite pro parte testato, pro parte intestato.

1. Imp. *Antoninus* A. Floro militi.

FRATER tuus miles si te specialiter in bonis quæ in paganico [l] habeat [m], heredem fecit: bona, quæ in castris reliquit, petere non [n] potes, etiam si is, qui eorum heres institutus est, adire [o] ea noluerit: sed ab intestato succedentes veniunt: modo si in eius locum substitutus non es, & liquidò probetur fratrē tuum castrēsia bona ad te pertinere noluisse. Nā voluntas [p] militis ||in expeditione occupati|| pro iure [q] seruatur. Accepta 5. Id. Septemb. Duobus & Aspris Conss. 213.

2. Idem A. Septimo militi.

MIles si castrensium tantummodò [r] bonorum cōmilitonem suum instituit heredem: cætera bona eius, vt intestati defuncti, mater eius iure possidebit. Quòd si extraneum scripsit heredem [s], isque adiit hereditatem: bona eius in te transferri non iure desideras. PP. 11. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

Vtrum testamentum valeat iure communi an iure militari.

3. Idem A. Vindiciano.

QVanquam militum testamenta iuris [t] vinculis non subiiciantur, cùm propter simplicitatem [u] militarē, quomodo [x] velint & quomodo possint, ea facere his concedatur: tamē in Valeriani quondam centurionis testamētō institutio etiam iure [y] communi accepit auctoritatem. Nam [z] cùm paterfamilias filiam ex duabus vnciis vxorem ex vncia heredes scripserit, nec de residuis portionib. quicquam significauerit: in tres partes diuisisse eum apparet hereditatem: vt duas habeat, quæ sextantem accepit: tertiā, quæ ex vncia heres est instituta. PP. Kal. Nouembr. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

De manumissione.

k *dixi ad l. 29. D. eo. adde 15. Ecl. 21. fol. 326.* l Paganicis hîc opponuntur castrensia. m Id est, in bonis paganicis. paganica opponuntur castrensibus. n Et ita heredi instituto in paganicis nō adcrescunt bona militaria defuncti. videntur enim quodam modo duæ duorum hominum hereditates *l. 17. §. . D. eo.* Ideóque, herede militarium bonorū non adeunte, pars eorum ad heredes ab intestato militis defertur: Vt ita pro parte testatus, pro parte intestatus moriatur *l. 6. ff. eod.* o adire bona. Symmachus *in episto.* Aditione bonorum successit. Lucianus παρελθόντα εἰς τὴν οὐσίαν. & ita quoque dicimus, Adire hereditatis institutionem, nomen, testamentū *v. Cuiac. 7. obs. 18.* p *l. 5. l. 14. l. 15. j. eo. l. 1. ff. eod.* q Si modo de ea constet. *l. 24. l. 25. in f. D. eod.* r Institutio facta in castrensibus, non trahit ad se paganica *l. 6. l. 11. l. 12. D. eod.* s Simpliciter. nam institutio simpliciter facta comprehendit omnia. t Iuris vinculis testamenta militum non subiiciuntur. u Simplicitas militaris, *vt hic:* armatæ militiæ *l. 1. s. de iur. & facti ignor.* imperitia *l. 40. D. de administ. tut.* Tacitus *in Agricola*, Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura & obtusior, ac plura manu agens, caliditatem fori non exercet. x Miles quomodo vult & potest testatur *vt hic, & l. 15. j. eod.* prius arbitrij: alterum, necessitatis est. y An priuilegiatus præsumatur in dubio potius vti iure communi, quàm speciali, vide Alciatum *3. præsumpt. 36.* z Miles filiam ex duabus vnciis: vxorem, ex vnica vncia instituit, nec de residuis nouem vnciis quidquam significauit. Quæritur, cui cedant reliquæ nouem vnciæ? Iure communi paganorum receptum est, vt eo casu testator videatur filiam instituisse ex duab. partibus hereditatis, vxorem ex tertia *l. 13. §. 2. l. 47. §. 1. ff. de heredib. instit. §. 7. Instit. de heredib. instit.* ergo & miles. Nam testamentum militis, quantum potest, salua ratione recti sermonis, reducitur ad ius commune *Bald.* & institutio per quotam, trahitur ad omnia bona *Salycet.*

a Horatius, sumere depositum clauum fierique tribunum. b Laticlaui *Hal.* Tribunorum alij laticlauij, alij angusticlauij. Senatores omnes, laticlauij: equites angusticlauij. vt meritò hæc separentur *in l. 42. D. de donationibus int. vir.* latum clauum impetrare, vel equestris ordinis fieri. De lato & angusto clauo dixi *ad d. l. 42.* fatuum est alioqui quod Accursius & Baldus hîc nugātur de claua ferrea, quam proiiciebat tribunus inter confertissimos hostes, vt ad eam postea è manibus hostiū recuperandam & ad hostes fugandos suos milites magis animaret.
c Id est, maior annis 20.
d Minor annis 20. *l. 5. j. de fidei-commiss. libert. l. 4. §. 18. D. de fideicommiss. libr.* quātumuis miles sit, seruum testamento manumittere non potest *l. 29. §. 1. D. eo. leg. 3. D. de manumiss. testa.* nisi causa cognita j. *eodem.* habetur ergo potior ratio legis prohibentis minorem manumittere: q̄ priuilegij, militi quiduis permittentis.
e Quod inter viuos causa cognita fieri potest, idem & testamento fieri conceditur.
f de causis *v. l. 11. 12. 13. 14. D. de manumiss. vind.*
g *l. 21. l. 26. l. 38. D. eod. l. 40. l. 92. D. ad legem Falc.*
h *l. 1. s. eod.*
i Exempla prohibitionum *v. in l. 13. §. 2. l. 41. §. 1. D. eod. l. vlt. s. de heretic is: l. 7. §. 1. D. de legat. 3.*
k Paganus filiū impuberem & fratrem puberē heredes instituit, eósque inuicem substituit. mortuo impubere succedet pubes. & è contra, mortuo pubere succedet impubes.
l Putà filio vel filiæ, cui parētes possunt substituere pupillariter.

4. Imp. *Alexander* A. Iunio.

SI Rufinus vir clarissimus tribunus [a] laticlauius [b] maior annis ||lege|| definitis [c] faciens testamentum, te manumisit: iustam tibi libertatem competisse, scire debes. Quòd si minor annis ex lege constitutus fuerit, cùm faceret testamentum: lege impediente nullam libertatem adeptus es, quæ in hac parte nec [d] militibus remissa est. Quod si idem testator causam manumittendi te habuit, quæ probabilis viuo manumittente consilio futura [e] esset: quia per fideicommissum data libertas à quolibet minore annis, ei cuius causa [f] probari potuit, præstari debet: ex testamento militis huiusmodi seruis iustam libertatem cōpetere, consequens est. Dat. 16. Kal. Decem. Alexandro A. Conss. 224.

Qui ex testamento militis capere possunt.

5. Idem A Zozomeno.

EX testamento militis, siue adhuc in militia, siue intra [g] annū missus honestè decessit, hereditas & legata omnibus quibus relicta sunt, debentur: quia inter cætera, quæ militibus concessa sunt, liberum [h] arbitrium, quibus velint, relinquendi supremis ||iudiciis suis|| concessum est: nisi [i] lex specialiter eos prohibuerit. Dat. 17. Kal. Febr. Iuliano II. & Crispino CC. Conss. 225.

De substitutione.

6. Idem A. Valentino.

IN testamento quidem eius, qui non [k] miles fuit, si duob. heredibus institutis, altero [l] cui [m] potuit vsque ad tempus pubertatis parēs facere testamentū, altero qui posteaquam heres extitit, substituere non potuit, inuicē substitutio eisdē verbis facta est: in eum solū casum eam locum habere sententiis prudentium virorum, & constitutionibus diuorū parentum [o] meorum placet, quo vtrique pari ratione potuit substitui. Sed cùm ex testamento militis cōtrouersiam esse proponas, defuncta paruula eius filia posteaquam heres extitit patri, cum qua simul æquis partibus heres institutus eras, substitutione inuicem [p] facta: & mater quidem intestatę filiæ sibi successionem defendat, tu autem ex substitutione ad te pertinere contendas: iuris quidem ratio manifesta est, licere militibus proprio priuilegio etiam heredibus extraneis [q], posteaquam [r] heredes extiterint mortuis substituere: sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. PP. 11. Kal. Maij, Fusco II. & Dextro Conss. 226.

De verbis, Fortunato meo do, lego.

7. Idem A. Fortunato.

EX his verbis, *Fortunato liberto meo, do, lego,* vindicare tibi libertatem non potes, si pagani [s] testamentum proponatur. Atenim cùm testatorem militem [t] fuisse proponas: si non errore [u] ductus libertum ||s||te crediderit, sed dandæ libertatis animum habuerit: libertatem equidem directam competere tibi, sed & legati vindicationem habere te prærogatiua militaris priuilegij præstat. Dat. 12. Kal. Ian. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De institutione ad tempus.

8. Imp. *Gordianus* A. Æterno militi.

CErti iuris est, militem [x] ad [y] tempus etiam heredem instituere posse. PP. 3. Kalend. Octob. Pio & Pontiano Conss. 239.

De præteritione.

9. Idem A. Valerio.

m *vide Inst. de pupillari substitut.*
n Puta fratre, cui vulgariter substitui solet non pupillariter.
o Seueri & Antonini *l. 4. §. 2. D. de vulgari:* Parentes vocat, quos habuit imperij antecessores. p Miles filiam impuberem & fratrem puberē instituit, eos inuicē substituit. mortua intra pubertatē filia, mater filiæ, patruo eius præferetur, nisi patruus probauerit testatoris voluntatem mutatam fuisse: vt etiam valeat substitutio in pupillarem casum. Aliàs, reciproca substitutio facta diuersæ conditionis vel ætatis liberis, valet tantum in vulgari casu *d. § 2. l. 2. j. de vulgari: v. Cuiac. 17. obs. 20. adde l. 39. l. 45. D. de vulgari.*
q *l. 5. l. 28. in f. l. 41. §. 3. 4. D. de vulgari.*
r Miles, verbis directis, etiam post pubertatem, liberis substituere potest *l. 8. j. de impuber.* paganus, per fideicommissum tantum & verbis fideicommissariis *l. 41. §. 3. D. de vulgari. §. vlt. Instit. de pupillari. v. Cuiac. 12. obs. 27.*
s Paganus seruum cui legatum adscripsit, manumisisse nō videtur, *vt hic: & l. 61. D. de heredib. instit.* aliud in milite j. *eodem*
t Miles seruum, cui scienter vt seruo legatum adscripsit, manumisisse videtur, *vt hic: & l. 40. §. 1. D. eo.* dic apertiùs, Si miles seruum suum sciens libertum nuncupauerit, eíve legatum adscripserit, manumittit *Nou. 78. c. 4.* paganus non manumittit *l. 2. j. de necessar. l. 65. D. de heredi. instit.* Quid si paganus sub appellatione libertorum seruos heredes instituerit? manumittit. *d. l. 2.* Plus igitur in institutione est q̄ in legato.
u Excidit sæpe nobis falsa demonstratio in herede instituēdo *l. 33. D. de conditionibus & demonst.* x Aliud in pagano *l. 34. D. de hered. instit.*
y *l. 15. §. 4. l. 19. in fin. l. 41. D. eodem.*

Sicut

a *l.10.ʒ.eod.l.36.§.2.ʒ.eod.l.16.§.7.ff.de teſtam.tut.* b Militis præteritio, exheredatio eſt *l.47.in pr. D.de bo.libert.* miles non cogitur filium nominatim exheredare. Miles ſilentio exheredat *l.12.ff.de bo. libert.§. 6.Inſtit.de exhered. libert.* c Miles ignorans ſe filium habere, non iuſtè eum preterit. d *al.* Gordianus. e *v.l.9.ʒ.eo.* f Mortuus non eſt in reb. humanis. mortuus, homo eſſe deſinit. g Quid ſi ſciens nullam fecit mentionem filię in teſtamẽto? patris ſilentiũ habebitur pro exheredatione. *adde §.penult. Inſt. de exhereda. liberorum.* h Qui à patre exheredatur, quaſi notatur. Exheredatio ſpecies iniuriæ. inde tamen filius non fit infamis *dixi ad l.13.ʒ. ex quib.cauſ.infam.* i Quem miles non exheredat, inſtituit: quem nõ inſtituit, exheredat. Miles autem eum heredem nõ inſtituit ſi quẽ filiũ tantum appellauit, aut qui eidẽ vt filio tantũ legauit. Paganus ſi filio legauerit, nec inſtituerit, non cenſetur filiũ exheredaſſe *l.30.in l.pr.l.36. ʒ.de inofficioſo.* k *l.70.l.71. D.de heredi. inſti.* Captare, eſt aucupari lucrũ. Hinc captatoriæ ſcripturæ. l *l. 64.ff. de legat.1.* captare hereditatem *l. 25. ʒ.de tranſac. l. 1. D.ſi quis aliq.teſta.* Captatoriam inſtitutionem χάϱιν ἀμειβομένην vocat Harmenopulus 5. *tit.*8. Hoc modo, Si Titius me: vel, Qua ex parte Titius me heredem inſtituerit: vel Si Titius Caium ſibi heredem inſtituerit, mihi heres eſto. His formulis referimus gratiam quã captamus: nec tãtum accipimus, ſed repoſcimus, nobis vel aliis hereditatẽ captantes.

SIcut certi iuris eſt, militem, qui ſcit [a] ſe filium habere, aliósque ſcripſit heredes, tacitè [b] eum exheredare intelligi: ita ſi ignorans [c] ſe filium habere, alios ſcribat heredes non obeſſe filio ademptam hereditatem, ſed minime valẽte teſtamento, ſi ſit in poteſtate, eum ad ſucceſſionem venire in dubiis non habetur. PP.5.Non. Octob.Pio & Pontiano Conſſ.239.

Poſthumus vel iam natus à milite ignorante præteritus, ab inteſtato ei ſuccedit: eo ſciente, habetur pro exheredato. Sal.

10. Impp. *Philippus* A.& *Philippus* [d] C.Iuſtino militi.

SI cùm vel in vtero haberetur filia inſcio [e] patre milite, ab eo præterita ſit: vel cum in rebus humanis [f] eam non eſſe falſo [g] rumore perlato pater putauit, nullam eius ||in|| teſtamento fecit mentionem: ſilentium huiuſmodi, exheredationis [h] notam nequaquam infligit. Is autẽ miles qui teſtamento filiam [i] ſuam appellauit, eiq; legatum dedit: nõ inſtituendo eam heredem exheredauit. PP.12.Kal.Iun.Pręſente & Albino Conſſ. 247.

De captatoria inſtitutione.

11. Iidem A.& C. AEmiliano militi.

CAptatorias [k] inſtitutiones etiam in militis teſtamento nullius eſſe momenti, manifeſtum eſt. PP.7.Kalen.Iul. Præſente & Albino Conſſ. 247.

De lege Falcidia, quid vltra vires hereditarias petatur.

12. Iidem A.& C.Domitiæ.

IN teſtamento militis [l] legem [m] Falcidiam, & in legatis [n] & fideicommiſſis [o] ceſſare, explorati iuris eſt. Sanè ſi quid vltra [p] vires patrimonij poſtulatur [q], competenti defenſione tueri te potes. PP.6. Non. Iul. Præſente & Albino Conſſ. 247.

De flagitio militari.

13 Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Claudiæ.

ET militibus noſtris, centurionibus quoque ob flagitiũ militare [r] damnatis [ſ], non aliarum quàm caſtrenſium rerum teſtamentum facere permittitur [t], & inteſtatis iure proprio ſucceditur à fiſco Prop. Non. Auguſt. Valeriano & Gallieno AA.3.Conſſ. 256.

De ſolemnitatibus non ſeruatis.

14. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. heredibus Maximi.

SI à fratre ſuo militante mater veſtra ſcripta heres ſucceſſionem ||eius ſibi|| quæſiuit; quamuis teſtamenti ſcriptura non continet iuris [u] obſeruationem: hanc ||tamen|| hereditatem fratrem teſtatoris vel eius filios ab inteſtato euincere non potuiſſe, iure conſtitit. PP.5.Non.Maij. ipſis AA. & Conſſ.

idque aucupium hereditatis, ſecretum voluntatis alienæ ſeu teſtatoris appellatur. *l.70.D.de hered.inſt.* Idẽ aucupium *in l.71.inſi.d.tit.* captio appellatur. Captatoria autẽ non eſt, quæ fit remuneràdæ iã factæ inſtitutionis cauſa *l. 71.ff.de hered. inſtit.* quę fit mutuatis affectionib. ita enim fortè legendum in lege 70.ff.de heredib.inſtit.id eſt, placata teſtatoris offenſa *l.3.ff. ſi quis aliquem teſtari & l. vlt.ʒ.eo.* vt mutuari affectionem teſtatoris ſit, placabilibus verbis teſtatorem prouocare ad mutandã exheredationem: ad legatũ relinquendũ pœnitenti. Huic interpretationi adiunge quæ de ea re tres præſtantiſſimi viri ſcripſerunt Alciat.2.*Parerg.*31.Ant.Auguſtinus.4.*emendat.*15.Cuiacius 16.*obſ.*11.& ex hoc loco illuſtrari d.legem 70.adde etiam quædam ex Mynſingero 1.*obſ.*8. Addantur & hæc, mutuis affectionibus iudicia prouocare permitti *l.70.ff.de heredib.inſti.* placare offenſam teſtatoris *l.vlt.ff. ſi quis aliquem teſtari: & l.vlt.ʒ.ſi quis aliquem teſtari.* quanta ex parte me heredem ſcriptum habueris, ex ea parte heres eſto. *l.29.ff.de heredib.inſt.l.20.in.f. D. de condit. inſt.* (cui contraria hæc eſt: qua ex parte me heredẽ ſcriptum in tabulis recitaueris ex ea parte heres eſto. hæc habetur pro non ſcripta *l.1.inſi.D.de his quæ pro non ſcriptis.*) qua ex parte Titius me heredem ſcripſerit, ex ea parte Mæuius heres eſto. *l.71.ff.de heredib.inſt.* Qua ex parte me à Titio ſcriptum heredem recitauero, ex eadem parte Sempronius mihi heres eſto. Hęc nõ eſt captatoria *l.81.inſi.D.de heredib.inſt.* Contra hęc captatoria eſt, Titius ſi Mæuium tabulis teſtamenti ſui heredẽ à ſe ſcriptum oſtenderit, heres eſto. *l.71. inf.D.de heredib.inſt.* Non valet quoque ad ſecretũ alienæ voluntatis cõditio inſtitutionis collata. hoc eſt, in alienã voluntatem *l.70.in fi.ff.de heredib.inſt.* Non valet ea inſtitutio, quem Titius voluerit inſtituo. *l.32.ff.de heredib.inſt.* ſi Mæuius voluerit, Titius heres eſto *l.52.inſi. ff.de condit.& demonſtrat.l.65.ff.de condit.& demonſtrat.* ſi heredẽ me nõ feceris, centum dare ſpondes, *l.61.ff.de verb.l.34.ʒ.de tranſact. l.4.ff.de inutilibus ſtipul.l.5.ſup.r de pactis conuentis* (licet ita valeat, ſi me vel filium exheredaueris centum dabis *l.132.ff. de verb.obligat.* nam qui ita ſtipulatur non directè hereditatem ſibi ſtipulatur, ſed potius notam exheredationis fugit.) Quid ſi ita: ſi Titius Capitolium aſcenderit, Caius heres eſto: Caio lego centum? Valet huiuſmodi inſtitutio ac legatum: conferetur quidem vtrumque in alterius, puta Titij, voluntatem, ſed tacitè: non expreſſè huiuſmodi inſtitutio toleratur, quia palã & apertè non confertur in alterius voluntatẽ, ſed tacitè & per conſequentias: multa autem expreſſa nocẽt, quę non expreſſa nõ nocent *l.ſi quis Sempronium D. de heredib.inſt. l. nonnunquam ff. de condit. & demonſt.* & breuiter captatoria inſtitutio non eſt, quæ fit mutuis affectionibus *l. captatoria ff.de heredib.inſt.* vbi duorum ſimilis eſt affectus. *Nouell. valent de teſtam.* ſicut in mutuis inter viuos duorum vel plurium inter ſe donationibus cernitur *adde l.64.ff.de lega.1.* m Aliud in pagani teſtamento, & militis, iure communi facto *l.penult.ʒ.eo.* & tamẽ veterano *l.40.ff.ad Falcid.* n In teſtamento militis ceſſat Falcidia *vt hic: & l.17. inſi.D.eo.l.7.ʒ.ad l.Falcid.l.17.l.95.in fin.l.vlt ff.ad leg.Falcid.* o *d.l.17.d.l.7.d.l.17.* 92.& vlt. p *l.1.§.18.ff. ad Trebel.* q Hęres, vltra quàm ad eũ peruenit non tenetur *l.22.§.5.ʒ.de iure deliber.l.1.§.17.ff.ad Trebell.* ſi tamen inuentarium fecerit, *d.l.22.§.14.* ideóq; legata ab eo facta, qui non ſoluendo fuit, inutilia ſunt *l.15.ʒ.de legat.l.16.ʒ. ad l.Falcid.l.17.§.de mort.cauſ.donat.§.vlt.Inſti.ad leg.Falcid.* r Secus, ſi ob cõmune delictum. Tunc enim cognati mulieris fiſcũ excludunt. *l.1.ff.de veter.& milit.ſucceſſ.*

ſ Miles ob flagitium damnatus, põt teſtari de reb.caſtrẽſib. *vt hic.& l.11.ff.e.* in paganicis fiſcũ habet heredem *vt hic.* t lege ſc. aliàs permitti ei põt *l.32.§.8.ff.de donationib. int.vir. l.1.ff.de veter. & milit.ſucceſſ.* vel à principe *l.6.§.6.ff. de iniuſto.* vel ab ipſo iudice dum cõdemnat *l.22.§.1.ff.de legat.3.* u In militari teſtamento non requiritur iuris communis obſeruatio *vt hic.* Nam voluntas militis in expeditione occupati ꝑ iure ſeruatur *l.1.inſi.ʒ.eod.* x *l.1.inſi.ʒ.eo.* ἐν ϛϱατοπέδῳ. *Synopſis Baſil.35.tit.3.ex tit.21.c.51.5. Harmen.1.§.48.* y *l.3.ʒ. eo.l. vlt. D. eod.l.37. ʒ. de inoff.* z Militibus teſtamentum facturis vagina, clypeus, puluis, humus, chartę loco eſſe poſſunt, adde *Noue. Leonis* 40. vt & notæ pro literis *l.40.ff.e.* ſanguis pro attramento: enſis, pro ſtilo, penna ac calamo *vt hic Synopſis & Harmenopul.ibid.* a Præſente aliquo ſ. Vix eſt.n. vt cuiuſquã manus ex eiuſmodi ſcriptura adgnoſci poſſit. Quot teſtes requirãtur in militis teſtamẽto, dixi ad nouellã Leonis 41. b Sors vitæ, vita ipſa.

De degentibus in expeditione.

15. Imp. *Conſtantinus* A.ad Populum.

MIlites in expeditione [x] degentes, ſi vxores, aut filios, aut amicos, aut commilitones ſuos, poſtremo cuiuſlibet generis homines amplecti voluerint ſupremæ volũtatis affectu: quomodo poſſint [y], ac velint, teſtentur: nec vxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportauerint, meritum aut libertas dignitáſve quæratur. Proinde ſicut iuris rationibus licuit, ac ſemper licebit, ſi quid in vagina [z], aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcripſerint [a] gladio ſub ipſo tempore quo in prælio vitæ [b] ſortem derelinquunt, huiuſmodi voluntatem ſtabilẽ eſſe oportet. Dat.3.Id.Aug. Nicomediæ, Optato & Paulino Conſſ.334.

De ſcriniariis & apparitoribus.

16. Imp. *Anaſtaſius* A. Hierio PP.

SCriniarios [c] vel apparitores, qui [d] virorum magnificorum magiſtrorum militum iuſſionibus vel actibus obtemperant: etſi nomina eorum matriculis [e] militaribus referri videantur [f], nullatenus ||tamen|| in vltimis à ſe conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus. Datum Idib. Feb. Conſtantinop. Paulo V.C. Conſſ. 496.

Quando miles teſtetur quomodo vult.

17. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

NE quidam putarent in omni tempore licere militibus teſtamenta, quoquo modo voluerint, componere: ſancimus his ſolis [g], qui in expeditionibus [h] occupati ſunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium. Datum 4.Idus April. Decio V.C. Conſſ. 529.

De pupillo.

18. Idem A. Ioanni prefecto prætorio.

LIcèt antiquis [i] legibus permittebatur [k] pupillis [l], ſi tribunatum [m] numerorum [n] merebantur [o] vltimum elogium conficere poſſe: attamen indignum noſtris temporibus ||eſſe|| videtur, eum qui ſtabilem [p] mentẽ nondum adeptus eſt, propter priuilegia militum, ſapientiũ [q] hominum iura pertractare, & in ||tam|| tenera ætate ex tali licentia parentibus fortè ſuis vel aliis propinquis nocere, propriam ſubſtantiam extraneis relinquendo. Ideoq; hoc fieri nullo † modo concedimus. Dat. Kal. Nouemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecund.532.

c ϭκϱινιάϱιος auctor Etymolog. χαϱτοφύλαξ Forcatulus 12. Auiarij 2. ſcriniariis hodie comparari poſſe putat ſecretarios & ſcribas Ducum & Tribunorum. Quinam ſcriniarios habuerint, mox dicam. d Scriniarios olim habuerunt Præfecti prætorio, Magiſtri militũ, Comites vtriuſque ærarij, Proconſul Aſiæ, & Caſtrenſis ſacri palatij, itẽ duces. e Sola matricula militẽ non facit, ideoq; qui militis effectu carent, carẽt & priuilegio *c.vn.de vaſall.milit.* f aliud eſt videri, aliud, eſſe: Nomina ſcriniariorũ videntur eſſe in matriculis militaribus, nõ ſunt tamen i. vidẽtur milites, non ſunt tamen verè milites, etiamſi ius caſtrenſis peculij habeant. *l.6.ʒ. de caſtrenſi peculio milit.* Fit eorum militũ mẽtio in *l.8.ʒ.de numerari.* g *l.vlt. de inſt. milit.* Miles iure militari per id tantum tempus vti poteſt, quo militat & in caſtris degit. *§.3.Inſt.eo.* h ἐν ϛϱατοπέδοις. *Synopſis ibid.c.52.* Idque ſiue fit in caſtris, ſiue in foſſato, ſiue in hybernis, ſiue in præſidiis, ſiue in ſtatiuis ſeu ſedibus ſedetis ac ædib. *d.l.vlt.l.18.ʒ.de epiſcop.aud.* Sufficit ergo vt fiat in expeditione, licet non in procinctu. alioquin nihil aut pàrum diſtabit miles à pagano. Nam paganus in procinctu & hoſtico iure militari teſtari poteſt *l.vlt.ff.eo.* vel ideo quòd in illis locis de quib. dixi intermortua eſt quodammodo memoria legũ *v. Cuiac. conſult.49.* i fortè Adriani. Valerianus apud Vopiſcum *in Probo*, Miraris quod ergo imberbem Tribunũ fecerim contra conſtitutum D. Adriani.& de eodem Adriano Spartianus, Nullum tribunum, niſi plena barba fecit, aut eius ætatis, quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret. k Olim permiſſa fuit teſtamenti factio impuberi tribuno numerorum, quaſi dignitatem ſupplente ætate. vt hinc quoque poſſis colligere, tribunatũ numeri aliáſque dignitates militares impuberibus permiſſas 1.*Veget.*4. *Plin.*8.*epiſt.* Corraſius 5.*Miſcell.*22.ideo teſtamẽti factionem pupillis permiſſam putat, quòd tribunatus nomen eſſet honoris, non officij, iis maximè qui eſſent ex illuſtri familia: & quòd poſſent maiores natu vicarios, adiutores & cõſiliarios habere. *Vide Cuiac.17.obſ.36.* l Si in tribunatu numerorũ, Ræuardus.4.*variar.*8.ita emẽdat. ortum errorẽ putat ex ea ſcriptura, tribunatu in numerorũ. Tribunus ergo numerorũ eſt, qui aliàs Romanorũ cohorti aut legioni prępoſitus fuit: Tribunatus numerorũ, munus ipſum. Cohortes enim, vt & legiones, ſuos tribunos habuerunt *Plin.3.epiſt.l.25.ff.eo.* In tribunatu igitur numerorũ mereri, eſt tribuni officio ac munere fungi. m Numeri interdum cohortem vel legionem ſignificant *Sozomen.1.hiſtor. tripar.leg.14.ff.de re milit.* Hinc in numeros referri *l.vn.ff.de bonor.poſſeſ.ex teſtamẽto militu.* interdum à legionib. ſeparantur numeri *l.13.ʒ.de re militari.* n Ad eundem modum, lege Conſtantini, impuberibus profitentibus cœlibatum dabatur ius teſtamenti faciendi in ipſo ingreſſu monaſterij 1.*Sozomen.9.* quod tamen Leo mutauit. *Nouell.6.* o Et per conſequens non permittebatur patri, in cuius poteſtate eſſet, ei facere ſubſtitutionem. p Impuberis mens non eſt ſtabilis. q Factio teſtamenti ſapientibus tantum permittitur. † Et ita abrogantur antiquę leges, quib. permittebatur impuberi tribuno numerorum teſtamenti factio.

a Qui sequitur tractatus, summam habet vtilitatem, nam in testamento subiiciuntur institutiones, substitutiones, ex heredationes, legata fideicommissa, tutelę, libertates, adsignationes libertorum, mortis causa donationes, mortis causa capiones, attestationes, ademptiones, cõfirmationes codicillorum, præcepta, consilia, condemnationes, iniunctiones: quæ omnia patent latissimè. b dixi ad 28.ff.1. de accusato

QVI TESTAMENTA[a] FACERE possunt, vel non[b].

Tit. XXII.

De eo qui habet cum alio bona communia.

1. Imp. *Gordianus* A. Petronio militi.

QVANQVAM omnium bonorũ socer tuus, itemque frater eius, socij[c] fuerint: tamen non eo minus idem frater eius cum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi heredem instituere quem vellet. Item non idcirco minus is testamenti factionem habet, quod[d] indiuisam successionẽ cum sorore sua dicatur habuisse. PP. 12. Kalend. Aug. Ariano & Pappo Consſ. 244.

De eo qui sibi mortem consciuit.

2. Imperatores *Diocletia. & Maximia.* AA. & CC. Viatori & Pontiæ.

SI is, qui te cum vxore tua heredem scripsit, quãdo[e] testamentum ordinauit[f], sanæ[g] mentis fuit, nec postea alicuius sceleris[h] conscientia obstrictus, sed[i] aut impatiẽs[k] doloris, aut aliqua[l] furoris[m] rabie[n] constrictus, se præcipitem dedit, eiúsque innocentia liquidis probationibus commendari potest à te: adscitæ mortis obtentu postremum eius iudicium conuelli non debet. Quòd si futuræ[o] pœnæ metu, voluntaria morte supplicium anteuerterit: ratam voluntatem eius conseruari leges vetant. PP. Kalen. Decemb. ipsis AA. & Consſ.

De senectute, de ægritudine, 1. de filiofam.

3. Iidem AA. & CC. Licinio.

SEnium[p] quidem ætatis, vel ægritudinem[q] corporis, sinceritatem mentis tenẽtibus, testamenti factionẽ certum est non auferre. 1 ¶ Filium autem, qui in potestate est[r] testamentum facere non posse, indubitati iuris est. Dat. 4. Non. Apr. Sirmij, CC. Consſ.

De ætate.

4. Iidem AA. & CC. Radoni.

SI frater patruelis tuus ante[s] decimum quartum[t] ætatis suæ annum decessit, cum facere non potuit testamentu: nihil rectè ex eius postremo iudicio postulatur. Nam hanc ætatem egressus, licet vigoris[u] nondum emersissent vestigia, suum solenniter ordinauit iudicium: hoc euellere frustrà conaris. S. 6. Idus Nouemb. Pantichi, CC. Consſ.

De Eunuchis.

5. Imperator *Constantinus* A. ad Rufinum præfectum prætorio.

v. l. 8. & 9. l. 13. ff. eo. ęgroto l. 3. j. eo. Augusta l. 7. j. eo. de bannito vide Clar. 3. sen. §. testamen. q. 19. (vbi differentiam facit inter bannitos simpliciter, & bannitum simul & damnatũ ad mortem, & inter bona in loco interdicti sita & extranea, & inter leges loci interdicti & alias) de captiuo l. 8. 12 & 13. D. eo. cœco l. 8. j. eodem. Nouell. Leo. 69. De eo qui rem indiuisam cum alio habet, l. 1. in fi. j. eod. damnato ad metallum, ad ferrũ, ad bestias, l. 8. D. eo. ad perpetuos carceres, Clar. 3. sentent. §. testament. quæst. 23. ad mortem (Clarus 3. sentent. §. testament. quæstio. 21. de cõsuetudine receptum esse ait vt is testari possit in illis bonis in quibus bonorũ confiscatio locũ non habet, contra legem 6. §. 6. D. de iniusto.) ob carmen famosum l. 18. D. eod. ex militari delicto l. 6. §. 5. D. de iniusto. De deportato l. 8. §. 2. D. eo. si testator de suo statu dubitat, l. 15. D. eod. Nou. Leon. 33. de eunucho l. 5. j. De excommunicato nihil definitur, potest itaq; testari, v. Clar. 3. senten. §. testamẽ. q. 24. de filiofamiliàs l. 11 & 12. j. eo. de furioso, l. 9. j. eo. de heretico v. l. 17. 19. Cod. de hereticis. Nouel. 144. cap. 1. v. l. 5. j. eod. si testator est incertus de suo statu, l. 14. & 15. D. eod. de infami l. 1. Cod. de secund. nupt. Clar. 3. sent. §. testamentum. q. 25. de impubere. l. 4. j. eod. interdicto bonis seu prodigo, l. 18. D. eod. de interdicto aqua & igni, l. 8. D. eod. Inhabiles ad testamentum faciendum, an possint testari ad pias causas, dixi ad Auth. Similiter. j. ad leg. Falcidiam. De legato l. 3. §. 1. D. eo. de leproso dicam ad l. 3. j. eod. maiestatis reo, l. vlt. j. ad leg. Iul. maiestat. manibus priuato, l. 10. D. eod. monacho Nouel. Leon. 5. v. Clar. 3. senten. §. testamentum. q. 28. 29. 30. muto surdo à natura, l. 16. D. eod. obside l. 11. D. eod. De prælato & clerico vide Clarum 3. sent. §. testamentum. q. 27. principe l. 6. l. 7. j. eod. peregrino l. 31. 32. D. de iure fisci. Vlpia. 20. §. 12. in fi. prodigo l. 18. ff. eod. §. 2. Instit. quib. non est. permis. relegato l. 8. §. 3. D. eod. sene l. 3. j. eod. seruo priuati vel principis, l. 16. D. eo. Leo Nou. 36. socio omnium bonorum l. 1. j. surdo, muto, l. 10. j. spurio. Nouell. 89. cap. 12. ca. 25. Auth. licet, in fi. s. de naturalib. liber. v. Clar. d. loco quæst. 31. sui interfectore l. 2. j. eodem. valetudinario l. 3. eodem. vasallo cap. 1. de success. feudi. vsurario c. vltim. de vsuris in vj. vide Clarum 3. sentent. §. testamentum quæst. 26. c Socius omnium bonorum testari potest, l. 4. in fin. s. pro socio. l. 52. §. 2. D. pro socio. d Rem indiuisam cum alio communem habens testari potest, dict. l. 4. l. 3. s. de commun. rer. alienatio. 5. Harmen. 1. § 36. Commune quippe mihi cum alio, meum est, meumq; esse dici potest: vt in ea parte iure domini vti possim. e Tunc enim requiritur sanitas mentis: neque superueniens, ex irrito & nullo, validum facit. f Perfectè ac plene. Nec enim cœptum tantùm testamentum, furore post superueniente, pro perfecto habetur l. 9. j. §. eod.

g Quod semper præsumitur. Sensus & ratio naturalis præsumitur in quolibet homine nisi probetur contrarium, v. Alciatum 1. præsumptio. 18. h l. 32. §. 7. ff. de donatio. inter vir. i ἢ ὡς τὴν ζωὴν ἀποστρεφόμενος. id est, qui quasi vitam auersaretur. Synopsis Basilic. 35. titul. 3. c. 2. 5. Harmenopul. 1. §. 41. k l. 6. §. 7. versic. quod si quis. D. de iniust. l. 34. D. de milit. testamen. l. 43. §. 4. D. de ædilitio. l. 4. j. si reus vel accusator. dixi ad leg. quart. §. 4. D. de bonis eor. l ἢ μανίας, ἢ λύπης (ἢ πολυμερὺς νόσυ. hoc amplius addit 5. Harmenopul. 1. §. 41.) id est, aut furore, vel rabie cõstrictus, aut diuturno morbo detentus. Synopsis d. loco. m Furoris rabies. n aut pudore æris alieni, l. 24. §. 2. D. de iure fisci. o Sui interfector, ob metum pœnæ futuræ, capitalis tamen, testari non potest, vt hic: v. l. 3. §. 1. 2. 3. 4. D. de bon. eor. qui ante sentent. Bellouisanum 3. pract. 18. in pr. p De sensibus dixi ad l. 5. D. de iure immunit. q l. 2. D. eod l. 27. s. de transact. An & is qui Elephantiasi seu lepra laborat? potest: vt qui expressè non prohibeatur. & ita iudicatum fuisse refert Papo 20. Arest. 1. num. 16. r Filiusfamiliàs, de profectitiis & aduentitiis, ne quidẽ patre permittente, testari põt l. 6. & 16. D. eod. de aduentitiis quorum vsusfructus patri non quæritur, põt l. vlt. §. 5. vers. filius. j. de bon. quæ liber. Nouell. 98 ca. 1. §. 1. v. Wurmser. 1. pract. 30. obs. 16. Potest etiam de castrensibus & quasi, testari, l. 5. D. de donation. Paulus 3. sent. 4. §. 3. vt & donare causa mortis, patris consensu l. 7. §. 5. D. de mort. caus.

s Ante pubertatem, id est, Pupillo seu impuberi testari non licet, l. 5. l. 19. D. eod. §. 1. Instit. eod. l. 1. §. 8. ff. secund. tabul. l. 2. j. quando prouocare. 2. Caius 2. §. 3. Paul. 3. sent. 4. §. 1. t De pubertate aliàs dixi. u v. quæ dixi ad l. vlt. s. quando tut. esse des. x l. 6. ff. de liberis & posthumis. Cuiacius 17. obs. 24. hoc verbum referri posse ait ad cubicularios principum l. 2. j. de præfect. sacri cubicul. l. 2. j. de priuilegiis eorum qui in palat. milit.

EVnuchis[x] liceat[y] facere testamentum, componere postremas exemplo omnium[z] voluntates, conscribere[a] codicillos salua testamentorum obseruantia[b]. Datum 5. Kalend. Mart. Sirmij, Constantio A. V. & Constante Cæs. Consſ. 339.

Si imperator heres institutus sit.

6. Idem A. ad Volusium præfectum vrbi.

SI quis imperatorem fortè heredem instituerit[c]: habeat[d] mutandi[e] iudicij facultatem, & quemcumque voluerit secundum leges in testamento suo heredem scribendi. Datum 12. Kalend. Mart. Mediolani, Arbitione & Lolliano Consſ. 355.

Si Imp. vel Augusta heres institu.

7. Imppp. *Valens, Valent. & Grat.* AAA. Maximo.

CVm heredes instituuntur imperator seu Augusta: ius commune[f] cum cæteris habeat. Quod ||&|| in codicillis & fideicommissariis[g] epistolis[h] iure scriptis obseruandum erit. Et sicuti priscis legibus cautũ est, imperatori quoque[i] & Augustæ testamentum facere, liceat & mutare[k]. Dat. 7. Id. August. Gratiano A. II. & Probo Consſ. 371.

De cæcis.

8. Imp. *Iustinus* A. Demostheni præfecto præt.

HAc consultissima lege sancimus, vt carentes oculis[l], seu morbo ||vitióve|| seu ita nati, per[m] nuncupationem[n] suæ condant moderamina voluntatis: ||scilicet|| præsentibus[o] septem[p] testibus, quos aliis quoque testamentis interesse iuris est, tabulario etiam[q]: vt cunctis ibidẽ collectis, primùm ad se conuocatos omnes, vt sine scriptis[r] testentur, edoceant. † deinde exprimant nomina[s] specialiter heredum, & dignitates[t] singulorum, & indicia, ne sola[u] nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat: & ex quanta parte, vel ex quot vnciis in successionẽ admitti debeant: & quid vnumquemque legatarium seu fideicõmissarium adsequi velint: omnia denique palam[x] edicant quæ vltimarum capit dispositionum series lege concessa. Quibus omnibus ex ordine peroratis, vno eodemque loco & tempore, sed & tabularij manu conscriptis sub obtutu[y] septem (vt dictum est) testium, & eorundem testium manu subscriptis, dehinc consignatis tam ab eisdem testibus, quàm à tabulario, plenum obtinebit robur testantis arbitrium. Quæ in eundem modum erunt obseruanda, quamuis non heredes instituere, sed legata solùm vel fideicommissa, & in summa quæ codicillis habentur congrua, duxerint ordinanda. At cum humana fragilitas mortis pręcipuè cogitatione perturbata[z], minus[a] memoria possit res plures consequi: patebit eis licentia, voluntatem suam, siue in testamenti, siue in codicilli[b] tenore compositã cui

vt, & si serui sint, habeant testamenti factionem (quemadmodum Nouella Leonis 38. generaliter de seruis principis cõstitutum est) vel ad Eumomianos spadones; quibus lex 17. C. Theod. de hereticis. ademerat testamenti factionẽ: cui rei magnum argumentum præbet lex 23. & 26. d. tit. y Causa dubitandi fuit, quod solis puberibus testandi facultas sit permissa, eunuchi nõ ita pubescant. Ideo Alexander Seuerus eunuchos, Tertium genus hominũ appellauit, teste Lampridio. ob eandẽ causam consul Mamercus Genucio bonorũ possessionẽ secundum tabulas denegauit 7. Val. 7. z id est, eadem ætate. Olim anno decimooctauo tantùm, eunuchis testari licuit, cum eo tẽpore plerique pubescant Paul. 3. sentent. 4. §. 2. a Eunuchus testamentum facere potest, s. eo. codicillos vt hic: adoptare Noue. Leon. 26. Potest etiam episcopus esse, dixi c. 20. 21. Can. Apostol. non potest vxorem ducere, Nouell. Leon. 98. adde alia quædam de eunuchis ex lege 128. D. de verbor. signif. & ex tit. de eunuchis s. b i. solennitate. Principes, licet indulgeant testamenti factionem, non tamen remittunt iuris solennia, facit l. 3. §. 2. D. 2. de bon. liber. c potest enim princeps heres institui, l. 16. j. de testamentis. Possumus etiam iactare, nos principẽ heredẽ facturos, cuiusmodi iactatio pro institutione non habetur l. vlt. D. qui testament. d Princeps in multis iure priuato vtitur, v. l. 7. j. eod. l. 3. j. de testament. l. 4. j. ad leg. falcid. 1. Harmeno. 1. §. 39. e Principem institutum à nobis heredẽ possumus reuocare seu exheredare, l. 19. vers. ne quid. j. de testamentis. f v. l. 6. s. eod. g Ab imperatore herede instituto fideicõmissum & legatum dari potest, Paul. 4. senten. 1. §. 3.
h Per epistolam fideicommissum principi relinqui potest, vt hic: & l. 16. j. de testamentis. Principes fideicommissa ex codicillis, ex epistolis nõ admittebant l. 2. C. Theod. de testam. & codicil. Iustinianus hanc Valentis prætulit. Quædam hic adiecta ex Symmacho v. apud Cuiac. 5. obs. 7. i Imperatori & Augustæ testamentũ mutare licet. k Ratio dubitandi fortasse esse potuit, quòd mutatio videatur principe indigna. l Cœcus testamentum facere potest. vt hic: Cur ita? quia accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes, Paul. 3. sent. 4. §. 4. v. quæ de cœco dixi ad Nouellã Leonis 69. m id est, ἀγράφως, citra scripturã. Synop. Basil. 35. tit. 3. c. 8. n Cæcus noncupatiuum testamentum facere potest, si tamen fari potest. adde quæ dicam ad leg. 21. j. de testa. o Testari ad pios causas cœcus an possit hac forma non obseruata, vide apud Tiraquellum 10. priuilegio piæ causæ. p §. 2. Instit. de testam, ἑπτὰ ἢ ε. i. septèm aut quinque, Synopsis Basil. 35. tit. 3. ca 8. 5. Harmenopul. 1. §. 3. q Vt sint octo. Totidem enim requiruntur in cæci testamento. De numero testium in testamẽto necessariorum dixi ad Nouellã Leonis 81. r Cæcus sine scripto testari vt hic: hodie, secreto testamentum facere potest Nouell. Leon. 69. ἐγγράφως 35. Synopsis. 3. cap. 8. in fin. 5 Harmenop. 1. §. 34. † Formularum veterum verba hodie non requiruntur, l. 26. in fin. j. de testamen. s τὸ ὄνομα, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν κληρονόμων. id est, nomen, indicia & dignitates heredum. Synopsis Basili. d. c. 8. Cœcus enim debet heredem nuncupare κατὰ σημείων, διὰ τὸ μὴ πλανηθῆναι. hoc est, certis & indubitatis signis heredem exprimere, vt ne vllus error in ea institutione oboriatur. 5. Harmenopul. 1. §. 31. t adde l. 17. D. de conditionibus & demonstrationib. l. 14. D. de fideicommiss. libert. l. 37. in f. D. de stipul. seru. u Propter solum nomen potest oriri ambiguitas, l. 30. D. de testamen. tut. leg. 106. D. de verbor. oblig.
x Quid sit v. l. 21. D. eo. y id est, sub præsentia.
z Humana fragilitas mortis cogitatione perturbatur.
a Morti vicinum non esse examinandum in testem hinc colligunt: quod tamen præstat relinqui examinantis arbitrio. morientem quoque non rectè testari, neque eam facultatem in mortis articulo constitutis permittendã esse vt de suis testentur, hinc colligunt. b Codicillos cœcus facere, vt & testamentũ, potest.

velint

a Fortè chartula depromatur *vnde mox sequitur.* quam susceptam. b Testamentũ, animi sententia. c Octo testes (si tabularius desit) requiruntur in cæci testamento. dixi ad Nouellam *Leonis* 41. d Vnus testis hîc subrogatur in locum tabellionis. An ideo dicendum est, tabellionem testem esse? Baldus negat tabellionem connumerari inter testes. Nam alioquin vno teste adhibito, testis alterius vicem notarius sustineret. si tamẽ in iudicio de sua scriptura deponit, audiri putat vt testis, nõ vt tabellio.

velint scribendam credere: vt in eodem ||loco|| postea conuocatis testibus & tabulario, re etiam (vt dictum est) patefacta cuius causa conuocati sunt, etiam chartulare [d] promatur, quam susceptam testatori recitabit tabularius, simul & testibus: vt vbi tenor eorũ cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi [b] sui quæ lecta sunt, disposuisse sentẽtia, & in fine subscriptio sequatur testium, nec non omnium signacula tam testiũ, (prout dictum est) quam tabularij. Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quærentibus: iubemus, vbi tabularius reperiri non possit, octauum [c] adhiberi testem [d]: vt quod tabulario pro supradicto modo cõmisimus, id per octauum testem effectum capiat: libera potestate concedẽda voluntates suas in prædictum modum ordinantibus, chartulam ita subscriptam, ita denique consignatam vt antelatæ formæ declarant, cui [e] velint ex testibus custodiendam ||mandare [f].|| Sic namque fieri confidimus, vt non recipiat se tantùm in cæcis testandi licentia: sed ne locum quidem vllum relinquat insidiis, tot oculis spectata, tot insinuata sensibus [g], tot insuper in tuto locata manibus [h]. Datum Kalend. Iun. Constantinopoli, Iustiniano & Valerio Conss. 521.

De furiosis.

9. Imperator *Iustinianus* Augustus Iuliano præfecto prætorio.

FVriosum [i] in suis induciis [k] vltimum condere elogium posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamẽ ||&|| retro principibus & nobis placuit. Nunc autẽ hoc decidendum est, quod simili modo antiquos [l] animos mouit, si cœpto testamento furor eum inuasit. Sancimus itaque ||tale|| testamentum hominis, qui in ipso [m] actu testamenti aduersa valetudine tentus est, pro nihilo esse. Si verò voluerit in dilucidis [n] interuallis aliquod condere testamẽtum, vel vltimam voluntatem, & hoc sana mente incœperit facere, & consumauerit, nullo tali morbo interueniente: stare testamentum siue quamcunque [o] vltimam voluntatem censemus: si & alia [p] omnia accesserint, quæ in huiusmodi actibus legitima obseruatio requirit. Datum Kalend. Septemb. Constantinopoli Lamp. & Oreste VV.CC. Conss. 530.

De surdis & mutis.

10. Idem A. Ioanni PP.

DIscretis [q] surdo & muto, quia non semper huiusmodi vitia sibi concurrunt: sancimus, si quis vtroque morbo simul laboret, id est, vt neque audire, neque loqui possit, & hoc ex ipsa natura [r] habeat: neque [s] testamentum facere [t], neque codicillos, neque fideicommissum [u] relinquere, neque mortis causa donationem celebrare concedatur, nec libertatẽ [x] siue vindicta [y] siue alio † modo imponere eidem legi tam masculos quam fœminas obedire imperantes. ¶ Vbi [z] autem & huiusmodi vitij non naturalis,

e Testamẽtum vni testium custodiẽdum dari potest.
f Ea lege, vt quoties eo opus fuerit, id exhibeat, *l.24.j.de fideicommiss.*
g Oculis & auribus.
h Hoc est subscriptionibus.
i De furiosi testamento. De mente capto *vi. l.17.ff.eod.* Neuter enim, id est, furiosus vel demens tempore aduersæ valetudinis testari potest, *l.16.l.17.j.eod.l.2.ff.de inof. l.1.§.8. D. de secund.tabul.*
k id est, dilucidis interuallis. *j. eodem.*
l Eo sensu antiqui animi dicũtur, quo veteres animi in lege tertia *j.de posth. heredib. instit. l. 23. j.de legatis.*
m ἐν αὐτῷ τῷ διαθέσθαι. 35. *Eclo. 3.cap.9.*
n ἐν τοῖς διαλείμμασι. 35. *Ecl. 3.cap. 9.5. Harmenopul.1.§.15.* quę & interualla dicuntur simpliciter *in lege 14.D.de offi.præsid.2. Cai.2.§.4. §.5.* confinia furoris & sanitatis *in l.6. s. de curator.fur.* tempus intermissi furoris à Paulo *3.senten.4. §. quinto §.primo.Instit.eo.* induciæ *s. eod.*
o codicillos, mortis causa donationem.
p Solennitates intelligit in aliorum testamentis requisitas.
q Non habet quò referatur hęc oratio. r Mutus & surdus simul à natura, testamentum aut codicillos, aut mortis causa donationem facere non pōt imò nec libertatem conferri *vt hic. Synopsis Basilic.35.tit.3.cap.10. 5.Harmenopul.1.§.17.18.* Ne dicas cum interpretibus, Paganis testamenti factionem à principe eo casu permitti ex *l.7.ff.eod.* ipso verò iure, militi *§.2.instit. de militari testam.* vtrobique enim agi existimandum est, de his qui simpliciter vel surdi vel muti sunt. Nam qua ratione paganus mutus & surdus à natura, principi testamenti faciendi causa supplicauerit? quo motu quibúsve gesticulationibus, mutus, eodem casu heredem instituet? dicendum est igitur, Paganos mutos vel surdos simpliciter, testamenti factionem olim à principe petere debuisse *d.l.7.* militibus à lege permissum fuisse, *d.§.2.* hic autem, omnibus surdis vel mutis permitti. Quod de surdo diximus, ne intelligas de eo qui tardè vel exaudit, vel loquitur: sed de eo qui nihil omnino exaudit, quique nihil eloqui potest, *§.3.Inst.eo.adde Vlpianum 20.§.13.l.5.D.de adultio.* s Quid? surdus & mutus simul, potestne ad pias causas testamentum facere? Quidam aiunt: alij negant, de quo vide Tiraquellum *priuilegio 9.piæ causæ.* t Nec ei interesse vt testis. *vide Oldendorpium.c.4.de testib. nu.15.* Est enim optima illatio, testimonij dictionem ei denegari cui testamentum facere non liceat, *v l.18.vers. merito ff.eod.*
u Quidni possit, cum fideicommissum nutu relinqui possit? *l.21.ff.de leg.3.* Solue Nutu relinqui potest, ab eo qui loqui non potest, non à muto simul & surdo à natura *vt hic:* x Mutus & surdus à natura bona alienare inter viuos etiam non pōt, ex quo libertatem seruis inter viuos non confert. Ideóque curator ei dari solet, *arg. l.2.ff.de curat.fur.* y Simpliciter tamen surdus nõ mutus, potest, *l.1.D qui & à quib. manumiss.* † Olim inter amicos per epistolam licuit. *Paul.4.sent.12.§.2.* sed præstat verba Pauli de eo intelligi, qui vitio aliquo surdus & mutus factus est, quippe qui natura talis est, scribere non potest. z Surdus & mutus vitio aut morbo non natura, si literas nouit, literis testari potest. a *Paulus 4.sent.12.§.2.* b Vt mutus sit & surdus. c Vox ablata, mutum: aurium conclusio surdum efficit. d Mutus & surdus vitio aliquo, sciens tamen litteras, testari sua manu potest. e Surdus natura non tamen eadem natura simul mutus, testari potest: Quid si vitio talis? idem. potest enim vel voce vel scriptura testari. f Leges interdum statuunt de his quæ raro fiũt. & ita restringitur *l.4.5.6.D. de legib.* g Surdus, qui mutus à natura non est, testari potest. An id cuiquam accidere possit, mox dicam. h Nemo ita surdus à natura est, quin si supra cerebrum illius quis loquatur non audiat. sed tamen Plinius *10.cap.69.* refert, Ei cui primo negatus sit auditus, huic, & sermonis vsum ablatum. & ideo marina ostrea, quod surda sint, muta esse quoque natura. Alexander Aphrodisiensis in problematis putat, id eo fieri quòd vna sit neruorum coniunctio, quæ ad linguam & aures pertineat, atque ea ratione contingere, vt affectum quoque consensus eis accidat. Cur verò qui muti sunt non à natura, audiunt? Idem Alexander id ideo fieri putat, quod oriatur proprium neruorum πάθος: siue, vt Politianus vertit, localis neruorum passio. i Surdus ex morbo testari potest. k Mutus tantum natura vel morbo non surdus testari scripto potest, si literarum sit peritus. l Mutus non surdus literarum sciens testari potest. m Natura vel morbo quidam muti esse possunt, non tamen surdi. exẽplũ extat apud Herodotum *lib. 1.* & Gellium *5. c.9.* de Crœsi filio, qui cum mutus à puero fuisset, articulatè ad hostis impetum exclamauit, ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον: sed & quispiam Sanni° Athleta, nomen illi fuit αἴγλης, cùm antea loquens nõ fuisset, ob similem causam loqui cœpit *Gell. d. loco.* qui id nunquam potuisset, nisi auditu prius sermonẽ accepisset, didicissetq́;. n De muto & surdo quod hac lege dictum est, idem obtinet in fœminis mutis & surdis.

siue masculo, siue fœminæ accidit calamitas, sed morbus [a] postea superueniens & [b] vocem [c] abstulit, & aures conclusit: si ponamus huiusmodi personam litteras scientem: omnia quæ priori interdiximus, hæc ei sua manu [d] scribenti permittimus. ¶ Sin [e] autem infortunium discretum est, quod ita raro [f] contingit: & surdis, licet naturaliter huiusmodi sensus variatus est, tamen omnia facere & in testamẽtis, & in codicillis, & in mortis causa donationibus & in libertatibus & in omnibus aliis permittimus. Si enim vox [g] articulata ei ||à|| natura concessa est: nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: quia scimus quosdam iurisperitos & hoc subtilius cogitasse, & nullum esse exposuisse, qui penitus non exaudiat, si [h] qui supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Iubentio Celso placuit. In eo autem, cui morbus postea superueniens auditum [i] tantummodo abstulit nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin [k] verò aures quidem apertæ sint, & vocem recipientes, lingua autem eius penitus præpedita: licet à veteribus auctoribus sæpius de hoc variatum est: attamen si hunc peritum [l] litterarum esse proponamus, nihil prohibet eum scribentem hæc omnia facere, siue naturaliter [m], siue per interuentum morbi huiusmodi infortunium ei accesserit: nullo [n] discrimine, neque in masculis neque in fœminis in omni ista constitutione seruando. Datum. 15. Kalend. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

De filiisfamilias.

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

NEmo ex lege, quam nuper [o] promulgauimus in [p] rebus quæ parentibus acquiri [q] non possunt, existimet aliquid esse innouandum, aut permissum esse filiisfamilias [r] cuiuscunque gradus vel sexus testamenta facere [s]: siue sine [t] patris consensu [u] bona possideant secundum nostræ legis distinctionem, siue ||cum|| eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus [x]: sed antiqua [y] lex per omnia conseruetur, quæ filiisfamilias, nisi incertis casibus [z], testamenta facere nullo modo concedit, & in his personis quę huiusmodi facultatem habere iam concessæ sunt. S. Datum Kalen. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

12. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

OMnes omnino, quibus quasi [a] castrensia peculia habere ||ex legibus|| concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo vltimas voluntates condere secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ talibus testamentis de inofficiosi [b] querela immunitatem præstitit. Datum 3. Non. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

o id est, anno 529. intelligit autem *l. 6. j.de bon. quæ liber.* intelligit etiam legẽ *vlt. 4. de collat.* quæ lata est anno 530.
p id est, ne quidem in rebus, quæ parentibus adquiri nõ possunt, & ita Græci μηδὲ τοῖς ἀπροσπορίστοις. 35. *Synopsis 3.cap.11.* vt hinc dubitandi ratio sumatur, sunt verò ἀπροσπόριστα aduentitia, aliunde filio quàm à patre adquisita: quorũ proprietas liberis, vsusfructus, patri competit, imò & proprietas, si moriantur ipsi liberi: Scholiastes Synopseos illo loco τῶν ἀπροσπορίστων, quædã exempla ponit rerum quæ liberis adquiruntur, vel ex testamento alterius, vel ex militia vel ex sciẽtia, in quibus filiusfamilias possit testari: in cæteris non possit. q *d.l.vlt.* Filiusfamilias de aduentitiis & propriis testari non potest, etiamsi in illis pater nudum habeat vsumfructum: de peculio castrensi vel quasi, potest. *Instit.eo.in pr.* r *v.5.Harmenop. 2.in hunc locum v. Clarum 3.sent.§.testament.quæst.18.* s atqui donare mortis causa possunt patris consensu *l.25.in fin. D. de mort.caus.donat.* Cur tam variè? Paponius *1. notar.7.c.des testamens.* negat vetam huiusce varietatis causam adferri posse. Alij donari posse putant, quòd mortis causa donatio, contractum imitetur, & præsentem obligationem adferat. dic melius, Eum qui testatur sui iuris censeri. Inter se verò repugnare, vt vnus & idẽ & filiusfamilias & sui iuris sit. Maiorem autem esse authoritatem patriæ potestatis, quàm vt sola testamenti factione filius sui iuris fieri censeatur. Donare verò, ministerij nudi est. Nam & per seruum dominus donare potest, *vide Bald. instit. hoc titu.* Quid: ad pias causas de profectitiis, potestne testari patre consentiente? potest constitutione Bonifacij, & ita accipe c. licet 4. de sepulturis in 6. vbi per μετάφρασιν eligere sepulchrum dixit, pro legare sepulturæ causa.
t *l.6.& 16.l.19.ff.eodem.* Cur sine patris consensu? Testamenti factio, publici non priuati iuris est, *l.3.D. eodem.* Ius autem publicum exigit, vt qui testatur paterfamilias sit, & vt de re sua testetur. Iure ciuili filiusfamilias proprium nihil habet *Vlp. 20.§.10.* Constitutionibus, peculia castrensia vel quasi, propria habet, etiam vsufructu tenus: aduentitiorum verò proprietatem *§.1. Instit. per quas personas cuique.*
u Filiusfamilias potest, consensu patris, bona possidere.
x Quid si quis filiusfamilias testatus est, postea iuris sui factus decessit? Testamentum eius ab initio ipso iure nullum, tacitè confirmari non potuit, *l.1.§.8. D. de secun.tabul.* expresse potuit *leg.11.§.2. D.secund.tabul.* valet tamen eo casu testamentum solo iure fideicommissi *lege prima. §.primo. D. de legat. 3.* quasi defunctus, ad causas fideicommissi & codicillorum vim prioris testamenti traxerit *leg. 19.vers. sed in proposito. D. de iure milit.l.12.§.1. D.de iniusto vide Cuiacium quæstionum. Academ.vlt.*
y *vide Vlpia.20.§ 10.*
z id est, in castrensi vel quasi castrensi, *lege. vltim. j. eodem. Institut. eodem in princip.*
a Filiusfamilias testari potest de quasi castrensibus. Castrensia ad imitationem castrensium *l.vlt.§.1.s.de inoffic.* Castrense quod Græci ἰδιόκτητον, *Synopsis ibib.cap.11.* quod in castris adquiritur vel proficiscenti ad militiam datur, *vide l. 4. supr. familiæ.l.4.l.11.D.de castrensi peculio. Paul.3.sentent.4.§.3.* quinam eo priuilegio fruantur *vide d.l.vltim.*
b Inofficiosi querela non proponitur aduersus testamentum eius qui de quasi castrensi peculio testatus est. *vide d.l.vlt.*

DE TESTAMENTIS[a] ET QVEMadmodum[b] testamenta ordinentur[c].

Tit. XXIII.

De statu testium.

1. Impp. *Hadianus* A. Catonio[d] Vero.

TESTES, serui an liberi fuerint nõ in hac causa tractari oportet. cùm eo[e] tempore quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti[f] sint, nec quisquam eis vsque adhuc status controuersiam mouerit. Sine die & consule.

Si scriptura intercidit.

2. Imp. *Alexander* A. Expedito.

PVblicati semel testamẽti fides quamuis ipsa materia, in qua primum à testatore scriptum relictum fuit, casu qui probatur, intercidit[h]: nihilo minus valet[i]. PP. Kal. Ianuar. Fusco II. & Dextro Conss. 226.

Si imperator institutus fuerit.

3. Idem A. Antigono.

EX[k] imperfecto[l] testamento nec imperatorem[m] hereditatem vindicare posse, sæpè constitutum est. Licet enim lex[n] imperij solennibus[o] iuris imperatorem soluerit: nihil[p] tamen tam proprium imperij est, quàm legibus viuere. PP. 11. Kalend. Ianuar. Lupo & Maximo Conss. 233.

De falsa demonstratione.

4. Imp. *Gordianus* A. Rufino.

SI in nomine[q] vel prænomine[r], seu cognomine, || seu agnomine[s] || testator errauerit, nec[t] tamen de quo senserit, incertum sit: error huiusmodi nihil officit veritati. PP. 12. Kalẽ. Ian. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

De eo qui filius vocatus est, cuiue vt filio relictum est.

5. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Lucullo.

NEque professio[u], neque adseueratio[x] nuncupantiũ filios[y], qui non sunt, veritati pręiudicat: & quæ vt filiis testamento relinquuntur, iuxta ea, quæ à principibus statuta sunt, non deberi, certi iuris est. Accep. 6. Non. Iul. Valer. & Gallie. AA. III. & II. Conss. 256.

De falsa enunciatione.

6. Imperatores *Diocletianus & Maximian.* AA. Terentiæ.

VErba[z] testamenti, quibus mater vestra decedens nihil se cuiquam donasse[a] significauit: si res se aliter habeat, fidem[b] veri non perstringunt. PP. 3. Non. Nouemb. Diocletiano A. & Aristobolo Conss. 285.

De errore scribentis.

7. Iidem AA. Rufinæ.

ERrore[c] scribentis testamentum, iuris solennitas mutilari nequaquam potest[d], quando minus[e] scriptum, plus nuncupatũ videtur, & ideo rectè testamento condito, quanquam[f] desit, *heres esto*: consequens est, existente herede legata seu fideicommissa iuxta voluntatem testatoris oportere dari. PP. 17. Kalend. Febr. ipsis AA. IIII. & III. Conss. 290.

De timore contagionis.

8. Iidem AA, Marcellino.

CAsus maioris ac noui[g] contingentis ratione, aduersus[h] timorem contagionis[i], quæ testes deterret, licet aliquid de iure laxatum est: non tamen prorsus reliqua testamentorum solennitas perempta est. Testes enim huius-

a Seu variis generibus testamentorum (fiunt enim scripto *l. 21. j. eod.* nuncupatione sine scriptis *l. 21. §. 2 leg. 26. j. eodem.* precibus imperatori oblatis *l. 19. j. eodem.* municipalibus gestis, *d. l. 19.* mysticè, *l. 21. j. eod.* Per æs & libram in vsu esse desiit, *l. 15. j. eodem.* Est & aliud posterius *l. 20. & 21. §. 3. l. 27. j. eodem.* est & cuius signacula incisa vel ablata *l. 30. j. eodem.* Est & imperfectum, irritum, ruptum *l. 3. l. 21. §. 1. j. eodem.* quod procitum Festo, factũ inter liberos, *d. §. 1.* & ad pias causas, *vide authent. Similiter Falcidia cessat. j. ad l. Falcid.* & holographum *l. 28. in fin. j. eodem.* factũ tempore contagionis *l. 8. j. eo.* factum in agro & aliis locis vbi pauci sunt testes *l. vlt. j.* publicatũ *l. 2. l. 18. l. 23. j. eod.* est & cuius authenticum intercidit *l. 2. l. 11. j. eodem.* cuius scriptura interleta, in quo etiã quędam suprascripta *l. 12. j. eod.* in quo falsa demõstratio *l. 4. & 5. j. eo.* falsa enũciatio *le. 6. j.* in quo error subiectus reperitur, *l. 7. j.*) déque iis aperiendis & apud acta publicãdis à testatore *l. 18. l. 23. j. eodem.* vt scilicet quando interciderint, sit vnde eorum fides peti possit. b id est, de solennitatib. & regulis iuris, quas in testamentis seruari opus est, quas multis vigiliis excogitatas refert Imperator *l. 35. s. de inofficioso.* Huc referre potes cõtextus & actus vnitatem *l. 28. j.* testium subscriptionem *l. 28. §. 1. j. eodem.* testes, eorumque numerum *l. 12. & 31. j. eod.* qualitatẽ & statum *l. 21. j. eod.* præsentiam *l. 9. j.* signacula & anulum *l. 12. j. eod.* literarum consequentiam & notas *Authent. quod sine. j.* subscriptionem *l. 20. j. eodem.* Idioma *l. 21. in fi. j. eodem.* superflua testamenti & necessaria *l. 17. j.* ambiguitatem *l. 24. j.* præposterationem *l. 25. j.* heredis institutionem *l. 14. j.* eiúsque qualitatem & statum *l. 3. & 16. j. eo.* heredis scripturam vel nuncupationem à testatore faciẽdam *l. 29. j.* genus tabularum *l. 15. §. in fi. j. eodem.* Formam testamenti hodie vsitatam vide apud Speculatorem *in titu. de instrumentorum editione, in §. compendiosè:* apud Rolandum à Valle 1. *consi. 36.* vbi post Bartolum *in l. 2. testam. quemadmod.* notat formam testãdi in scriptis admodum esse periculosam, vel ideò quòd si testium vnus moriatur ante testatorem, vel ante apertas tabulas corruat integrum testamentum. Ideoque his temporibus raro reperiri solennia in scriptis testamenta. c id est, fiant, *dixi ad l. 21. ff. 1.* adde etiam de eorum effectu *l. 10. 13. & 16. in fin. j. eo.* & quemadmodum infirmentur *l. 17. j. eod.* d Catoni *§. 7. Instit. eo.* e *l. 22. §. 1. D. eod.* Testes testamentarij idonei esse debent eo tempore quo testamentum ordinatur: aut saltem sufficit, idoneos tum fuisse habitos communi opinione, *vt hic*: Quid, dicemusne non satis esse testes testamentarios reprobari, quod tum serui vel infames, nisi & hoc addatur, communi opinione tum pro seruis habitos? Imò satis est dici infames tum fuisse, vt contra Bartolum tenet Bald. Fulgos. Castrens. Roman. Alex. Corneus. Ias. Imola, Cumanus Aretinus, quod vel ex hac lege elicitur satis. Heres agit ex testamento: excipitur aduersus testamentum, testes tum fuisse seruos: Heres hac replicatione vtitur, vt serui fuerint, pro liberis tamen omnium consensu habitos. Pone testem hodie probari seruum: nũ præsumetur seruus retro fuisse: hoc est, tempore testamenti? videtur nõ præsumi *v. Castrens. in l. ad testium §. condition m ff. eod.* f Testes debent esse liberi, verè vel putatiuè: *l. 22. §. 1. ff. eod. 2. Feudor. 19. inf.* hinc illud, communis error ius facit. Communis opinio veritatis vicem sustinet. g De publicatione dicam *ad l. 18. 23. j. eod.* h *l. 11. j. eod.* i *l. 5. s. de fide instrum.* Exemplo publicato creditur, nec Authentici amissio nocet. k *Synopsis Basilic. 35. tit. 2. c. 2. 5. Harmenop. 8. §. 104. & 105. l. 23. ff. de legat. 3. adde. l. vlt. ff. eod.* l De imperfecto testamento dicam *ad l. 21. §. 1. j. eo.* m vide quę dixi de imperatore & principe *ad l. 6. s. qui testamen. ad §. vlt. Inst. quib. mod. testam. Nou. 105. c. 2. inf. adde l. 20. in fi. j. eod. l. 23. ff. de leg. 3. 35. Eclog. 2. c. 2.* n id est, lex regia *l. 1. ff. de constit. pecun. §. 6. Insti. de iure naturali. v. constitut. de exceptione Digestorum. §. 7.* o Testamentũ principis num solenne esse debet? ex hoc loco possis negare solennitates requiri in principis testamento: aut certè non maiores quàm in militari vltima voluntate: quæ duobus testibus est contenta *arg. l. 15. s. de testamento milit is l. 40. D. de test. milit.* Idem esse existimãt in quouis merũ & mixtũ imperium, & omnimodã, (vt loquuntur interpretes nostri) iurisdictionem habente. *idque arg. l. omnium 19. j. eod.* Quibus addunt, Testamentum sine solennitatibus factũ ab eo qui in loco cõditi testamenti merum & mixtũ imperium habeat, præsumi ab eodem insinuatum, cùm sit voluntariæ iurisdictionis, & ita respõdisse Bartolum & Franciscum Pisanum in testamento illustris Vrsini refert Baldus *in l. sancimus. j. de donat.* p Legibus viuere proprium est imperij: Non igitur princeps legibus solutus est, sed videtur. *l. 4. s. de legib.* q Falsa demonstratio non vitiat: nisi ita falsa sit, vt reddat dispositionem omnino incertam *§. 29. Instit. de legat. l. 7. j. de legatis. l. 9. §. 1. D. de contrah. empt. l. 21. §. 1. D. qui testam. l. 1. D. de iniusto. l. 48. inf. D. de hered. instit. l. 17. D. de conditionib. & demonst. l. 32. ff. de verb. oblig. adde l. 26. s. de sacros. eccl.* r *d. §. 29. l. 8. §. 2. D. secund. tabulas* s De his vocabulis aliquid dicendum est, quæ Gręci ὄνομα, χρηματισμὸν, πολυωνυμίαν, προσηγορίαν vocant, *35. Synop. 2. c. 3. Theophilus §. 29. Inst. de legatis.* Prænomen apud Romanos est quod familiæ nomen præcedit, vt Lucius, Publius, Marcus: soletque vt plurimum notis scribi, eíque hodie successit quod familiæ nomini præponimus, puta Iacobus, Petrus, Antonius, quod ideo docti solent etiam notis scribere, Indocti verò propria nomina appellant. Prænominibus caruisse pueros, & maximè mulieres (nisi fortè plures essent) verisimile est. Vtrique familiæ nomine vtebantur. Pueri etiam cognomen familiæ suscipiebant. Nomen verò apud Romanos significauit familiæ nomen vt Tullius. Cognomen erat, quod nomini cõiungebatur, vt cognationis nomen: Tertium nomen Plutarchus appellat *in Coriolano & Mario*: Theophilus ἐπώνυμον, quo etiam nomine vtitur Plutarchus & Iustinianus Nouel. 78. estq; vel nunc primum partum aut hereditarium vt Scipionis, Cæsaris, Ciceronis. *vide Macro Varronem 2. de re rustica.* Agnomen, cognominis genus est, quod ob insignẽ rem aliquã nomini additur. Vox *agnomen,* legitur apud Ciceronẽ lib. de *Inuentione.* & §. 29. Instit. de legat. alibi legi negat Antonius Augustinus 3. *Emẽdat. 8.* Superfluè hîc legi & passim vsurpari, quando cognominis vocabulũ satis rem ipsam exhibeat. *Nam & Crasso Diuitis cognomen fuit: *Cicer. ad Attic.* & Manlio *Torquati, Cicer. 2. de finibus.* & ita cũ multis locis extet verbum pręnominis, & cognominis: agnominis tamen nõ extat, *l. 21. §. 1. D. qui testamen. l. 1. D. de liberis & postum. vbi dixi l. 13. D. de fals. leg. vnic. j. de mut. nomin.* t Error in nomine cognomine aut agnomine non vitiat, si constet de ipso corpore. (videtamẽ Socinũ regula 119.) & tamen error in nomine appellatiuo generali, vitiat etiamsi constet de corpore. *l. 4. D. de legat. 1. vide tamen regulam 120.* u in censum *vide quæ notaui l. 14. s. de probat. adde l. 29. D. de probationib. l. 12. D. de iure patronat. l. 4. j. de hered. instit. l. 6. s. de fide instrumentorum. l. 13. l. 14. s. de probat.* x *add. l. 5. s. de probationibus.* y Vbi quem quis instituit vt filium, non aliter instituturus, si is filius non sit, inutilis erit institutio. Idem dicendum, si vt fratrem instituit *l. 7. j. de heredibus instituendis. dicta leg. 1. §. 10. D. de Carbon. leg. 46. D. de iure fisci.* z Verba enunciatiua per modum causæ disponunt. *adi textu & Doctoru ibidem in l. pater 17. §. 1. D. de doli mali except. l. emptor. 65. §. 1. ff. de rei vindicat.* a inter viuos sc. Verba negatiua testatoris, veritatem non mutant *vt hic*: & ita non creditur testatori mẽsuram suæ substantiæ adfirmanti N*ouel.* 48. eidem non creditur accusanti, l. 3. §. *ff. de Silaniano.* Ei tamen obtemperatur iniuriam remittenti *l. 5. s. familia.* b *dixi ad l. 1. s. arbitr. tut.* c *l. 9. §. 2. D. de hered. instit, v. l. 92. ff. de reg. iur.* d Imò, potest *l. 9. D. de hered. instit.* e *d. l. 9. §. 2.* f *l. 1. §. 5. ff. de hered. instit. v. quæ de ea re scripsi ad l. 4. inf. s. de arbitris.* g *facit l. 28. vers. & si quidem. j. eod.* h *Legendum mihi videtur,* & aduersus. Nam hic aliquid de iure laxatur ratione casus maioris & noui, & aduersus timorem contagionis. i Puta pestis. Nulla enim alia ferè contagio est quę testes deterreat. Quid, in testamento tempore pestis facto, quot testes requiruntur? Quidam duos sufficere aiunt, moti cap. cùm esses de testament. *v. Roland. à Valle 1. consi. 81. nu. 44.* ita iudicatum refert Guido Papæ *decis. 543.* Sed & Spiræ ita probatũ esse testamẽtum refert Mynsingerus. 1. *obs. 96.* & cùm in hostico testantibus duo testes sufficiant *l. 1. ff. de bonor. posses. & testam. milit. l. vlt. ff. de test. milit.* Cum rusticanis testiũ numerus, legitimo minor requiratur *l. vlt. j. eo.* cũ necessitas legem non habeat: Id priuilegium dari locis & temporibus, non personis: facti impedimenta, nõ obstare actui minus solenni. Eum qui contagioso morbo laborat, testari posse coram testibus eũ tantum audientibus, non tamen eũ videntibus *vt hac lege*: contra legẽ *si non speciali. j. eo.* posse eundẽ & testari coram testibus nõ rogatis. *Boer. decis. 222.* Posse eius hominis testamentũ describi per tabellionẽ nondũ matriculę insertum *Angel. in l. si vacantia. C. de bonis vacantib. arg. l. vbi absunt. ff. de tutorib.* mulierẽ tempore pestis testari posse sine consensu cognatorum, licet suo fortassis statuto id aliàs facere prohibeatur. *Paris. 3. consi. 33.* Quinimo sanum in loco contagioso testari posse coram testibus duobus rogatis *vide Boerium decisione. 228.* Alij septem, *l. 12. j. eo.* Vtrumq; iniquũ est. Clarus arduã quæstionẽ esse ait, quæque indigeat Cæsarea distinctione, *3. sent. §. testamentũ. quæst. 56. vers. & hæc quidẽ.* Placet media sententia, quinque testes sufficere, si modo plures reperiri non possint. Nam & is numerus sufficit in codicillis & testamentis omnibus quæ iure codicillorum valent, *l. vlt. j. eo.* (qualia sunt penè omnia testamenta, in quib. clausula codicillaris subintelligitur) & testamento hominis rusticani *l. vlt. j. eo.* sed & hic dicitur aliquid de iure communi relaxari propter metũ contagionis. Æquissima est autem relaxatio, si duo testes remittantur de summi iuris obseruatione. ad hæc, Quinq; testes sufficere dicuntur in rustici testamento propter testium penuriã: ergo & hic idem ius esse debet: & ita Baldus putat *hic*: Rolandus à Valle 1. *consi. 81.* Clarus *d. loco.* Hot. *23. consi. & consi. 15.* & breuiter, communis opinio eo inclinat *Rolan. Clar. Hot. d. loco. adde Papõ. 20. Arrest. 1. §. 1.* Idq; etiam ita probo, non quod duo non sufficiãt ad fidem faciendam: sed quia graue est, duorum iudicio vniuersam defuncti hereditatem extraneo deferri. Boerius *decis. 228.* & *Rolãd. à Valle. 1. consi. 81.* eam sententiam probant, quod ita possit testari qui in tyrãni carcere detineatur: aut qui in castro sit aliquo vbi nemini, hoc est paucissimis, pateat accessus. Alij pestis genus distingũt: vt si non sit magna aut vehemens, iustus ac legitimus testium numerus requiratur *arg. l. 1. proinde leuis ff. de ædilitio: l. quæsitũ. ff. de re iudicata:* & ita iudicatum fuisse refert Boerius *decis. 221.* sin magna sit, in terris Ecclesiæ, sufficere solennitatem *c. cũ esses extr. de testament.* hoc est vt quis testetur corã duobus testibus & parocho seu plebano, e iure vicario: In terris Imperij corã quinque testib. *arg. l. vlt. j. eo.* (& ita Burdigalæ iudicatũ refert Boerius *ibid.*) si modo qui testatus contagiosus sit: quippe non contagiosus in contagioso loco testari corã septẽ testibus debet: nisi in agris sit desertis: tunc enim

modi

modi morbo oppressos[a] eo tempore iungi[b] atque sociari remissum est: ||non etiã|| conueniẽdi numeri eorũ obseruatio sublata est. D.16.Kal.Iul.ipsis IIII.& III.AA.Conss. 290.

Si testes non sint in conspectu testatoris.

9. Iidem AA.Patrocliæ.

SI[c] non speciali[d] priuilegio[e] patriæ tuæ iuris[f] obseruatio relaxata est,& testes non in conspectu[g] testatoris testimoniorum[h] officio functi sunt: nullo iure testamentum valet. PP.10.Kal.Iul.ipsis IIII.& III.AA.Conss.290.

De rescriptis.

10. Iidem AA.& CC.Menophelimo.

SI testamentum iure factum sit,& heres sit capax: auctoritate rescripti[i] nostri rescindi non oportet. Dat.15.Kal. Augusti,AA.Conss.

De testamento post mortem testatoris subtracto.

11. Iidem AA.& CC.Zenoni.

NOn idcirco minus iure factum testamentum suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum[k] probatur. S.Dat.Prid.Idib.Nouemb.AA.Conss.

De numero testium, de signaculis, de debitis vel suprascriptis.

12. Iidem AA.& CC.Matronæ.

SI vnus[l] de septem[m] testibus[n] defuerit[o], vel coram testatore omnes[p] eodem[q] loco testes suo[r] vel alieno anulo non signauerint: iure deficit testamentum. De his autem, quæ interleta[s] siue suprascripta[t], dicis, non ad iuris[u] solennitatem, sed ad fidei pertinent quæstionem: vt appareat[x], vtrum testatoris voluntate[y] emendationem[z] meruerint, vel ab altero inconsulto[a] deleta sint, an ab aliquo falso[b] hæc fuerint cõmissa. S.Dat.Prid.Non.Iul.Philippop.AA. Conss.

De effectu & viribus testamenti.

13. Iidem AA.& CC.Eurypidæ.

TEstandi causa de pecunia sua legibus certis[c] facultas est||permissa||non||autem||iurisdictionis mutare[d] formam, vel iuri publico[e] derogare cuiquam permissum est.

quinque testes videntur sufficere. *l.vlt.j.eod.* Pone testamentum à contagioso factum, iure illo speciali contagiosis permissum: quæro an ægroto conualescente & ad sanitatem perducto deficiat id testamentum? Corneus *4.cons.54.* & Ripa existimant, tale testamentum, etiam tum sustineri ac valere, etiamsi testator alterius testamenti solenniter faciendi potestatẽ habuerit. Hoc amplius notandum est ex Boerio decis. *228.* contagiosos ex fenestra aut cancellis coram prætereuntib. in via testari posse *arg. l.differentia, ibi per fenestram. ff.de pignorat. l.cõficiuntur.§. codicilli. ff. de codicill. l.si quasi, ibi, per fenestram. ff.de pignoribus.*

a lego & emendo, *oppressis*, manifestissima & apertissima sententia. vnde Græci hanc legem ita interpretãtur, Testes si metuerint propius ad testatorem accedere, ne morbi cõtagione inficiantur, permittitur eis vt separatim (κεχωρισμένως) ab eo testamentum signẽt. *Synopsis Basilicõ. 35.t.2.c.7.*

b Contagionis causa, testib. permittitur separatim à testatore testamentum signare. Græci ita hanc legem explicãt *35.Eclog.2.cap.7.* estque hæc lex explicationi s loco ad *l.12.j.eo.*

c *Synopsis. Basil. ibid.cap.8.* est & hæc lex explicatio ad *l.12.j. eod.*

d puta à principe cõcesso cum hac clausula, non obstante. *l.35.s.de inoff.*

e Ius commune, statuto & consuetudine mutari potest: à priuato non potest. *l.27.ff.de regu is iuris.*

f vt si in conspectu testatoris testes sigilla non imponant, *35.Eclog.2.cap.8.*

g *l.12.in pr.j.eod.* hinc colligit Baldus, In testamento requiri vt testes videant testatorem: ideoque cœcum in testamento testem esse non posse. Quid si testes, aliàs oculati, interposito velo aut interiecta cortina testatorem loquentem audierint, nõ viderint tamen? Quidam putant id genus testimonij fidem facere, dum testes notã habuerint vocem testatoris *Gloss.in l.2.§.idem labeo.ff.de aqua pluuia.* & in capite *præterea extra de testibus.* Alij in teste testamentario, visum requiri ex hac legẽ notant: eò magis quod vocem alienam, periti imitari possunt. Notum enim illud Isaaci, vox Iacob, manus Esau: Idque Cæpola *cautela* 220. in testamento omnino admittit(quod in codicillis & mortis causa donatione forte remittendum esse putat) In matrimoniis, testes de auditu fidem plenam non facere, nisi alia indicia sint, *c.præterea.ext.de test.* secus esse in contractibus vel quasi. *Glos.in cap.testes.3.quæst.8.* Quid in delictis? testis, de visu testimonium proferre cogitur. *Idem Cæpola cautela 231.* Porro nota vox loquentis testi fuerit necne, arbitrio iudicis finitur. His addendum testamẽtum noctu quidem signari posse. *l.ad testium.§.posse.ff.eod.* non tamen absque luminibus, tunc enim falsum præsumi, Noctu enim factum testamentum absque luminibus non valet, *Ias.3.cons.50. Tiberius Decianus 2.cons.65.*

h testium. Testium officio funguntur, si sigilla imponant, *Eclog.d.loco.*

i Testamentum iure perfectũ non rescinditur per rescriptum, *facit.l.7.de prec.imp.*

k Furtum testamenti testamentum non vitiat. Est enim vitium furti, quod ad tementum attinet, extrinsecum, *v.l.2.s.eod.*

l Testes & eorum numerus ad testamenti solennitatẽ pertinere ex his verbis colligitur iunctis cum verbis *non ad iuris solennitatem.j.eod.* Igitur vno ex septem testibus deficiente testamentum legitime probari non poterit *vt hic: adde l.duo sunt Titij. ff. de testam.tutela.* Possis etiam dicere numerum testium, formam esse substantialẽ iure ciuili inductam, non iure gentium. Nam numerus testium in testamentis augeri vel minui statuto vel consuetudine potest. *l.vl.j.eod.l.Diuus.ff.de test.milit.l.milites. s. de testam.milit.*

m Septem testes in testamentis regulariter requiruntur *vt hic.§.3.Instit. eod.l.3.ff.vnde liberi.l.2.s.secund.tab.*

n Testium numerus est de solennitate substantiali testamenti. *Bald.*

o defectus solennis numeri testium testamentum vitiat, nisi in casibus exceptis, *vt in l8.s.eod.l.vl.j.eod.*

p Corã testatore, testes sigilla debent imponere *vt hic.§.3.Inst.eodem.* excipe casum legis. *8.inf.s.eod.l.9.s.eod.*

q Testes testamenti eodem loco esse oportet.

r Testes & suo & alieno anulo signare possunt, *§.5.inf.Instit.eod.*

s Interlineare, est variis locis delere, *l.42.inf.ff.ad l.Aqu.l.11.§.1.ff.de seruo corrupto. l.67.ff.de l.1.l.2.ff.de l.falsis*

t subscripta.

u In testamento, aliud iuris solennitas: aliud, fidei quæstio.

x Abrasio seu litura in instrumento seu in literis suspecto & substantiali loco, instrumentum vitiat: *adde l.vlt.j.de edicto D.Hadriani. Socinus reg.1.* nisi in instrumento plura sint capita: tunc enim litura, eam tantum partem vitiat: non alia capita instrumenti. *l.42.s.de transact.* nisi ex antecedentibus & consequentibus certò colligatur, lituram consultò ac necessario inductam: hoc est, instrumentum eam lituram pati: sine ea litura cõsistere non posse. Idem dicendũ si quà parte litura est, eadem testator aliquid manu propria adscripserit, ac de eo constet literarum comparatione facta. *l.20.s.de fide instrum.*

y de consulto deletis, *l.2.§.7.ff.secund.tab.* Consulto, i. voluntate. *l.8.§.3.ff.d.tit.*

z Interletis & supra scriptis superiora emendantur.

a De inconsultè deletis. *l.1.ff.de his quæ in test.delent.*

b De falso deletis. *l.2.ff.de falsis.*

c Legibus certis, id est, non suo arbitrio.

d *l.55.ff.de legat.1.l.15.§.1.ff.ad l.Falcid.*

e *v.l.27.ff.de reg.iur.l.35.ff.de inoff.*

f *l.13.in f.ff.de iure codicill.§.12.Instit.de testam.*

g Institutio & exheredatio, testamenti notæ. Neutra fit in codicillis. *v.l.7.j.de codic.*

De institutione & exheredatione.

14. Iidem AA.& CC.Achilleo.

NOn[f] codicillum, sed testamentum auiam vestram facere voluisse, institutio[g] & exheredatio facta probãt[h] euidenter. Subsc.Idib.Decemb.CC.Conss.

De solennitate verborum sublata.

15. Imp.*Constantinus* A.ad Populum.

QVoniam indignum est ob inanem[i] obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia[k] mortuorũ: placuit adẽptis his quorum imaginarius[l] vsus est, institutioni[m] heredis verborũ non esse necessariam obseruantiam, vtrum imperatiuis[n] & directis verbis fiat, aut inflexis[o]. Nec enim interest † si dicatur, *Heredem facio*[p], *vel instituo, vel volo, vel mãdo, vel cupio, vel esto*[q], *vel erit*[r]: sed quibuslibet confecta sententiis, vel||in||quolibet[s] loquendi genere formata institutio valeat, si modò per eam liquebit voluntatis[t] intentio. nec necessaria sunt momenta[u] verborum, quæ[x] forte[y] seminecis[z] & balbutiens lingua profudit. Et in postremis[a] ergo iudiciis ordinandis amota[b] erit ||solennium|| verborum necessitas: vt qui facultates proprias cupiũt ordinare, in quacunque instrumenti materia[c] conscribere, & quibuscunque verbis vti, liberam habeant facultatem. S.Dat.Kal.Feb. Serdicæ, Constantio A.II.& Constante A.CC.Conss.339.

De dignitate vel potestate eius cui relictum est. 1. De eo qui agnouit voluntatem defuncti.

16. Imppp.*Gratian.Valent.& Theod.*AA.Eutropio.

NOn dubium nec incertum est, sicut imperatoribus[d], ita qualibet dignitate vel potestate decoratis viris, tã hereditatem, quàm legatum seu fideicommissum[e] relinqui posse[f]. 1 ¶ Illud etiam adiiciendum est, vt qui ex testamento vel ab intestato heres extiterit: etsi[g] voluntas defuncti circa legata seu fideicõmissa, seu libertates legibus non sit subnixa: tamen si sua sponte agnouerit, implendi eam necessitatem habeat. S.Dat.Kal.Iul.Thessalonicæ Gratiano V.& Theodosio AA.Conss.380.

De superfluis & necessariis omissis.

17. Impp.*Arcad.& Honor.* AA.Æternali proconsuli Asiæ.

h Probatur ex heredis institutione & exheredatione, defunctum voluisse testari non codicillos facere *vt hic*: Cur ita? quia codicillis hereditas directo neque dari neq; adimi põt. *l.2.l.& si idem.j.de codicil.l.quod per manus.ff.de iure codicill.l.Scæuola.ff. ad Treb.§.pen.Inst.de codic.* quæ coniectura locũ etiam habet etiãsi deficiat solennitas in testamento necessaria: vt ea ratione defunctũ dicamus testamentũ facere voluisse non codicillos: eum actum de quo agitur, testamentũ esse non codicillos: testamentum, inquã, nullum: neque sustineri in vim codicilli. Cõiectura quæ oritur ex solennitate cedit præsumptioni, quæ sumitur ex ipsa rei substantia: & tolerabili[o] est inutilem reddi testatoris voluntatem, quàm aliquid admitti quod valeat contra eius volũtatem: præsumitur quoque testator omittẽs iustas solennitates, suæ voluntatis pœnituisse, & perlusorium actum facere voluisse. Quid si testator dixerit se nolle solennia testamenti obseruare? intelligitur id iure codicillorum valere si adsit solennitas codicillorum. *Gloss.in l.nemo.ff. legat.1.* Quid si testator codicillos aut contractum se facere testatus est: eaq; actũ codicillos vel contractum appellauit, & tamen solẽnia testamentis necessaria obseruauerit. verbi gratia, heredis institutionem & exheredationem? valet iure testamenti vt hac lege. *l.17.j.eod.* idque maxime si ab alio quam testatore scriptum fuerit testamentum: nam error notarij officere testamento non debet. *l.errore 7.s. eod.* Quid si testamentariam solennitatem adhibuit, & tamen testatus est velle eum actum iure codicillorũ obtinere? Quidam iure testamenti valere putant: Alii in electione heredis positum esse, vt vel directò succedat ex testamento: vel iure fideicommissi ex codicillis: quorum prius Ioan. Andreas concedit si qui proximi ab intestato, instituti sint: alterum, si extranei. Quid si facto iam testamento, ex interuallo heredes scripsit, & eum actum codicillos esse testatus est: neq; testamentum expresse reuocauit? testamentũ fecisse intelligitur: vt hinc constet, prius testamentum ruptum esse. *Socinus cons.69. Alciat.9.cons.68.* Et breuiter in quæstione huius legis, testatum dicemus, qui directis: codicillos fecisse, qui inflexis verbis vsus sit. Quid si communibus vsus sit? codicillos fecisse dicemus, si ea dispositio non potest valere vt testamentum: *l.vlt.j.de codicill.* secus, testamentum fecisse, *l.1.j.de codicill.* ad hæc, institutione, testamentum præsumi: eius defectu, codicillum *hac lege.*

i Inanis obseruatio.

k Testamentum iudicium defuncti.

l Videtur aboleri testamentũ per æs & librã *de quo §.1.Inst.eo.Vlp.19.§.3.& 20.§.vl.*

m Institutionis. alij legunt instituendi. quod de institutione hîc dicitur, idem est in legatis. *l.2.j.com.de legat.*

n Imperatiua & directa verba *v.Vlpian.24.§.1.*

o verba inflexa.

† olim intererat. *Vlp.21.§.vlt.*

p *d.§.vlt.*

q *l.48.ff.de her.inst.*

r *l.17.ff.de liber.& posth.*

s etiam Græco. *l.21.in fi.j.eod.*

t Verba testatoris non attenduntur, dummodo de eius mente constare possit.

u Solennitas verborum sublata, *vt l.26.j.eod.l.1.s.de formulis.*

x Testatoris voluntas seruanda etiamsi impropriis verbis vsus sit: vt si verbo vsusfructus proprietatem intellexerit, proprietas intelligenda est. *l.Proculus.ff.de vsufructu.*

y Moriturus mox licet in articulo mortis positus licet seminecis & lingua balbutiat, testamentum tamen recte facere potest *vt hic: l.Seia in f.ibi, morientem donare. l. Marcell.in pr.& §.1.ff.de mortis causa donat.§.exheredat.Nou.1.& sine scriptura.j.ad Treb. l.Phamphilo.§.propositum.ff.de legat.3.l.cum pater in f.ff.de fideic.libert.* si articulatè, hoc est, cum intellectu sermonis locutus sit: potest.n. ita quis testari vel ad vltimum vsq; articulatæ vocis finem. nam qui articulatè non loquitur, mortuo similis est. *l.iubemus j.hoc igitur*, non illis impeditur testamentum. tantisper.n. dum articulatè quis loqui potest, neque memoria neque intellectu, neque consilio, aut insana mẽte præsumitur, tametsi morti, re ipsa sit proximus. Quid si interroganti aut legenti testamentum responderit *sic?* neque articulatè loquutus neque compos mentis, neque testandi consilium habuisse intelligetur: sed hoc dixisse potius, vt se à circunstantium interpellationibus liberaret, quàm vt de bonis suis testaretur. *arg. l.Labeo in f.ff.de supellect. Castr.in l.hac consultissima.§.atcũ.s.t.prox.* Nisi forte qui interrogat, persona nõ sit suspecta, sed à testatore aduocata: aut aliis præterea indiciis appareat, eum testari voluisse. Quid si testium nonnulli sana mente testatorem fuisse referant: alii negẽt? his quam illis potius fides adhibenda: cùm id quod verisimilius sit, deponant: licèt alias affirmanti potius credatur, quàm neganti. His addendum, eum quoque inarticulatè loqui intelligi, qui eam vocem proferat, quæ nullum sensum habeat.

z seminecis ligua, i. semimortua. *v.Liu.3.& 9.de bello Punico: Ouid.in Metam.* Glossis seminex ἡμιθανής: & alio loco ἡμίπνικτος, seminecis: & post, ἡμισφαγὴς seminecis. Sic iisdem semianimis ἡμίψυχος alio loco seminecẽ interpretatur ἡμιθνῆτα καὶ ἡμιθανῆ.

a Testamentum, postremũ iudicium, dixi ad *l.ff.qui testam.*

b Formalis obseruatio heredis instituendi sublata, *l.26.j.e.*

c *§.12.inst.e.& ibi Theop.l.1.& 4.ff.secun.tab.* Miles iure speciali in clypeo vagina & puluere, *l.11.s.de testam.milit.* idẽ in donatione *l.25.j.de donat.*

d Imperatori hereditas, legatum & fideicommissum relinqui potest, *v.l.3.s.eod.l.6.7.s.qui testam.* & ita dignitas instituti vel legatarij non vitiat institutionem vel legatũ.

e *l.2.C.Theod.de test.Paul.4.sent.1.§.3.*

f Causa dubitandi ex eo sumi potest, quod, vt inquit Terentius, iniquè comparatũ sit, vt qui minus habent aliquid addant ditiorib. *facit t.s.ne liceat potentiorib.*

g Heres minus solenne testamentum adprobans, eo perinde tenetur ac si solenne ab initio fuisset. *l.2.j.de fideicom.*

a *ex l.3.C.Th.de test.* b testator. c vt si cōtractū vel sc.codic. appellauit: *vt paulo ante dixi.* d Superflua non nocent, *l.37.j.de don.l.56.D.mandati.l.32.§.6.D.de auro. l.26.in fi.ff.de adim.lega.l.65.D.de ver.oblig l.81.l.94.ff.de reg.iur.Paul.3.sen.4.*§.10. interdū tamen ex supernumerariis præsumitur dolus, *l.7.ff.de condit.inst.* aut si contra naturam actus adhibeatur, *l.3.§.7.D.de fideiuss.l.77.D.de reg.iur.* e Necessariorum actorum prætermissio, cō tractus & testamenta vitiat.

f Imò abundās & insolita cautio fraudis suspicionem inducit dixi ad *l.7.D. de condit.instit.*

g i. magistrum census *l.23.j.eo.l.4.C.Theodos.4.l.3.*

h *l.2.s.eod.l.19.j.eo.*intimari *d. l.23.* i. euulgari.

i Publicatio facta coram non incōpetente iudice non tenet.

k Mos fidelissimæ vetustatis retinendus.

l i. bona & integra, *l.1.s. de suffrag.*sincera *l.2.j.si propt. publ. pensit.* bona fide sinceriter *l. 10.j. de distr.pignor.* at non in meram volūtatem principis: vnde rectè mox adiicit imperator voluntates hominum audire volumus non iubere.

m Obserua nouum testamenti genus, quod fit precibus principi oblatis, quódque Theodosianum dici potest cuius fit mentio in Nou. Theod.

n Testamētum factum coram solo imperatore non est solenne licet hac ex lege

TEstamentū[a] non ideo infirmari debebit, quòd diuersis hoc deficiēs[b] nominib.[c] appellauit, cū superflua[d] nō noceat. Namq; necessaria[e] prætermissa imminuūt contractus, & testatoris officiunt voluntati, nō[f] abundans cautela. Dat. 12.Kal.Apr.Arcadio IIII.& Honorio III.AA. Cons.396.

De his qui apud officium censuale publicari solent.

18. Iidem AA.Africano præfecto vrbi.

TEstamenta omnia, cæteráque quæ apud officium censuale[g] publicari[h] solent, in eodem|| loco || reseruentur, nec vsquam permittatur fieri vlla translatio. [i] *Mos* [k] *namque retinendus est fidelissimæ vetustatis*: quē si quis in hac vrbe voluerit mutare, irritā mortuorū videri faciet voluntatē. Dat. 12.Kal.Octob.Constantinop. Cæsario & Attico Conss.397.

De precibus principi oblatis.

19. Impp.*Honor.& Theodos.*AA.Ioanni PP.

OMnium testamentorum solennitatē superare videtur quod insertū mera[l] fide precib.[m] inter tot nobiles probatásq; personas etiā[n] conscientiā principis tenet. Sicut ergo securus[o] erit, qui actis[p] cuiuscunque[q] iudicis, aut municipum, aut auribus priuatorum mentis suæ postremum publicauit[r] iudicium: ita nec de eius vnquam successione tractabitur, qui nobis mediis[s], & toto[t] iure (quod in nostris est scriniis constitutum) teste succedit. Nec sanè illud heredibus nocere permittimus, si[u] rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non[x] iubere: ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis[y] arbitrium: cùm hoc ipsum quod per supplicationem[z] nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si vltimum[a] comprobetur, nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegatur. Ne quid sanè prætermisisse credamur: huiusmodi institutionis successorib. designatis, omnia[b] quæ scriptis heredib. cōpetunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione vllam controuersiam nasci: cum pro herede agere cuncta sufficiat, & ius omne ipsa complere[c] aditio videatur. Omnibus etenim præstandum esse censemus, vt libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorē suū oblatis precibus[d] possit declarare: & stabile scias esse, quod fecerit. Nec institutus heres pertimescat, cùm oblatas preces secūdū voluntatē defuncti idoneis[e] testib. possit appro-

contrarium colligant interpretes: quibus manifestò hęc particula *etiam* repugnat soli igitur imperatori ac principi, ea in re fides non adhiberetur *arg.l.9.in fin.s. de testib.* vnde paulo ante, inter tot nobiles probatásque personas : & mox sequitur, nobis mediis, & toto iure (quod in nostris est scriniis constitutum) teste. Est igitur hæc nobis sententia, Testamentum factum vel insinuatum per supplicationem coram principe, vel coram alio iudice valere, sine solennitate testium: hoc est, eorū numero rogatione & signis. sic tamen, vt si dubitetur apud principem fuerit nec ne insinuatum testamentum, id probetur per duos testes *versi.vl.j.eo.* Ex his constat hîc agi, de testamento, quod per supplicationem auribus Imperatoris intimatum *versic.cum hoc ipsum*. Sed & de eo qui precibus oblatis, imperatori successorem suum declarauit: qui mera fide ac sincera, principem interrogat, quemadmodum de rebus suis disponat. Quod cum accidit, quæri solet, vtrum illa quasi interrogatio, illa quasi consultatio habeatur pro testamento, siue princeps ad eam interrogationem rescribat, siue non rescribat? & valere constituit Theodosius, etiamsi imperator non rescribat *versiculo nec sanè.* Pone principem ad huiusmodi consultationem rescripsisse: licétne testatori, id testamentum mutare? licet *ver.nec post sententiam nostram.* Quid: quot testibus oblatæ illæ preces principi, probari possunt? idoneis *in fin.j.* Non vno igitur teste, vt putant multi: imò nec ipso quidem solo principe, vt rectè Azo & Hugolinus notant ad hanc legem. Quid, si quis non principi, sed iudici aut apud acta postremum suum iudicium publicauit, nullis testibus aduocatis? valet testamentū *versi. sicut ergo.j.eo* o & ita testamentum factum in loco vbi requiritur minor solennitas, valet in eo vbi requiritur maior *adde l.vl.j.eo.*

p De publicatione apud acta. *v.l.18.s.eo.* q sui tamen *v. l.18.s.eo.*

r Signum curiæ testamento adpositum, sciente testatore adpositum, præsumi hinc colligit Boerius *decis.240.* adde quæ scripsi ad *l.3.s.eo.*

s Id est, præsentibus. Ferrariensis *in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento 48.in verbo vallatum 6.nu.4.* hinc colligit, In testamento vnicum testē sufficere, quoties id fit coram principe. quod ab eo satis nouè & falsò dicitur, dixi *s.eo. & ad No. Leonis.41.*

t Princeps, ius totum. Princeps iuris solennitatem supplet. Quæ coram principe fit institutio, toto iure teste fieri intelligitur. Iure teste dixit, vt alibi ferro vltore *§.5.In. de public.iudic.*

u Is coram principe dicitur testari, qui principem, libello oblato interrogat, quemadmodum de rebus suis disponat, etiam si princeps huiusmodi precibus nihil rescribat. x Honestè. cùm videatur priuati voluntas ex aliena seu imperatoris voluntate pendere.

y *dixi ad l.6.s.qui testam.* dicendum enim videbatur principis consensum ex eo requiri in reuocatione testamenti, quòd in eius ordinatione principis consensus interuenerat. z sic libellus principi datus litis contestationem facit. *l.1.l.2.j. quando libellus*: *No.82.*13. sed & excusat procuratorem actoris ab onere satisdandi ratam rem dominum habiturum *l.21. D. ratam rem.*

a Testamentum vltimum ex eo satis probatur, quòd nullum aliud profertur.

b Paria sunt, testamento scribi heredem, & precibus imperatori oblatis.

c Aditio vis tota testamenti est. *l.18.in fin. D.de stipul.seruor.*

d Scripto *vt hic.* An & viua voce? sic est. si tamen id duobus testibus probetur, *Clar. ex communi opinione 3.senten.§.testamentum. quæst.56.versi.est etiam.*

e Saltem duobus, *l.12.D.de testibus.* f alij legunt IX. g *leg.5.C.Theod. de testam.*

h Scriptum testamentum alio scripto solenniter facto tolli potest: nuncupatiuo, quantumuis solenni, non potest: etiamsi in posteriore testamento princeps heres institutus sit, *v.l.3.s.eo.*

i Non scriptum, scripto non opponitur, k testamento, scilicet.

l id est legitimus. m *dixi ad Nouell.105.c.2.in fin.*

n Ex nuda voce princeps heredis nomen non admittit *§. vl.Inst.quib.mod.test.infir.*

o Sumpta ex Nouell.Theod de testamentis, quam vide apud Forneriū *2.select.12.*

p De forma scripti testamenti. q Testatori non est omnimodo necessarium vt præsentibus testibus dictet testamentum: quando ei liceat etiam ipsis absentibus tum dictare, tum scribere, sic tamen vt illis præsentibus adsignandum, suum esse testamentum profiteatur, & vno eodemque tempore testes signent ac subscribant. Nā testamentū non sic absolutū imperfectum est. *Synopsis 35. Basil. 2.c.16. facit §.3. Inst. de pupill. s. Caius 4.§.3.*

r Testamentum consignatum, ligatum, clausum & inuolutum, *v. Paul.5.sen.28.§.5 1.Harmen.15.in f. v.Fornerium.2.select 12.*

s Testator testamentum in scriptis clausum, sigillatum & subscriptum, ita vt eius voluntas nulli alij nota sit, nisi eo mortuo, facere potest *vt hic:* Quid si viuo testatore aut eo mortuo, ante apertas ei tabulas vnus testium moriatur? corruit testamētum *Bartol.in l.2. ff.testam. quema. aperiantur.* quod vt euitetur, vide plures cautiones apud Socinum *reg.399.*

t puta linteo. *l.22.in f. ff. qui testam.*

u Testamētum, aliena, i.alia quā testatoris manu scribi potest.

x hoc testamentū holographū dicitur.

y etiam serui, *l.28.ff.qui testam.*

z *l.21.§.2.ff.eod. v.Nouell. 90. c.2.*

bare, si ei alia nocere non possunt. Dat.12.Kal.Mart.Rauēnæ, post consulatum Honorij 8.[f] & Theodosij V. AA. 499.

De posteriore voluntate non solemni.

20. Eorundem AA.edictum ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & omnes prouinciales.

NOlumus[g] conuelli deficientium scriptas[h] iure ac solenniter voluntates, dum quoddam morientis supremum, & non scriptum processisse confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim priuatis & militantibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeant testimonia: & falsi criminis reos teneri præcipimus, si cum scriptæ iure ac solenniter deficientium extiterint voluntates, non[i] scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falsò adstruere moliantur. Nemo itaque relictus[k] || heres, || vel legibus ad successionē vocatus[l], *nostrum vel potentium nomē horrescat*[m]: nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere||in|| gestis huiusmodi voces[n] audeat nostro vel etiam priuatorum potentium nomine. Dat.7.Id Mat.Constantin.Theod. A.VII.& Palladio Coss.407.

De forma testandi in scriptis. 2. vel sine scriptis. 3. De posteriore testamento. 4. vt græcè testari liceat.

21. Impp.*Theod.& Valent.*AA.Florentio PP.

HAc[o] consultissima lege sancimus licere per scripturam[p] conficientibus testamentum, si[q] nullum scire volunt||ea||quæ in eo scripta sunt, consignatam[r], vel ligatam, vel tantum clausam[s], inuolutámque[t] proferre scripturam, vel[u] ipsius[x] testatoris, vel cuiuslibet alterius[y] manu conscriptam, eámque rogatis[z] testibus septem[a] numero, ciuibus[b] Romanis, puberibus[c], omnibus[d] simul offerre signandam[e] &[f] subscribendam[g]: dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, eique ipse corā testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit[h]: quo facto & testibus vno eodémque die[i] ac tēpore[k] subscribentibus & consignantibus, testamentū valere: nec[l] ideo infirmari, quòd testes nesciāt[m] quæ in eo scripta sunt testamento. Quod si literas[n] testator ignoret, vel subscribere nequeat: octauo[o] subscriptore pro eo adhibito, eadem seruari decernimus. In omnibus autem testamentis, quæ præsentibus vel absentibus testibus dictantur, superfluum est vno eodémque tempore exigere[p] testatorem &

v.Forner.2.select.10. Quid, sufficitne testes rogatos vel ab herede vel ab extraneo? sufficit: modo præsente testatore rogati sint: tunc enim ipse testator eos rogasse intelligitur: sufficit itaq; testes rogatos esse à testatore, aut eo qui vice eius fungatur. Quid, num satis est rogari in genere, hoc non cōmemorato, vt testes sint in testamēto? Idē satis est. *Bald.Aretin.in l. Domitius.ff.eod.* Quid: præsumunturne rogati qui præsentes fuisse scripti sunt à notario? non præsumuntur. nulla enim solennitas extrinseca, vt hæc est, præsumitur. *l.quæcumq; in f.ff.de publiciana.* Testes igitur, vt testamento prosint, & se præsentes & rogatos referre debent. Quid si testamento subscripserint? rogati præsumuntur: si modo præsente testatore subscripserint: quod in dubio præsumitur. *Bart.in l.sciendum.ff.de verb.oblig.* (non tamen omnino necessariū est. Potest.n. fieri vt quis subscribat, nec sit rogatus: veluti si absente & ignorante testatore: præsente testatore & tamen inuito subscribat). Quid si testes passi sint se describi, iubēte vel patiente testatore? rogati quoque præsumuntur. Quid si iunctim dicuntur fuisse, *præsentes adhibiti & vocati*? Idem. (plus est enim adhiberi, quā adesse aut collectos esse. idē est quod rogari: præsertim vbi rogatio necessaria est) Quid si ita scriptū, *testes præsentes fuisse. &c.* Dictio illa, & cætera, innuit testes esse rogatos. Quid si testator & notarius iuris sint periti? idē esse putant. Bald. Odofredus, Aret. non idē esse aiunt Imola, Alexand. Aretinus quoque in eo sibi cōtrarius, & Iason. Quid si eodē codice plura testamenta contineantur, & in priorib. contineatur, testes fuisse regatos, nū in sequentibus testamentis præsumentur rogati? Ita putat Baldus, Angel. Imola, Aretin. de quo v.Manticam *2.de coniect.*11. a *l.12.s.eod.l.vlt.in f.j.eod.* Quinque testes sufficere notat Harm.*5.t.1.§.47.* Quin bello vulneratū & in via obambulantem tribus adhibitis testibus, immò duob. fortuito inuentis testari posse, propter eum in quem incidit casum. b Peregrinus, testis testamentarius esse non potest.

c Impubes, testis testamentarius esse non potest, *l.20.ff.qui testam.§.6.Instit.eodem.*

d nec enim sufficit quibusdam obtulisse, *l.12.s.eod.*

e ipsi testes signare debent in testamento.

f Aliud est signare, aliud subscribere : illud, anulo : hoc calamo perficitur.

g De subscriptione testium *§.3.Inst.eod.* h De subscriptione testatoris *d.§.3.* ea non est necessaria in testamento holographo. *l.28.in fi.j.eod.* i Diem igitur testamento adiici oportet, *v.quæ dixi ad l.2.§.6.D.testam: quemadm.l.3.ff.de accusat.*

k *v.j.eod.* l Ratio dubitandi. m Ignoti possunt subscribere, *l.92.ff.de legat.1.v. quæ dixi ad l.22.j.eod.* n Qua ratione testentur literarum ignari. Literarum imperitos Græci, ἀγραμμάτους, *l.6.in f.ff.de excusat.tutor.Theop.§.8.Inst.de excusat.tutor.* quib. opponuntur γράμματα εἰδότες, *35.Eclog.3.cap.*10. hinc literas ignorare *vt hic* nescire, *l.3.§.2.ff.de accusat.§.8.Instit.de excusat.dict.l.6.Seneca 2.de Clementia.* imperitia literarū, *l.30.in fi.j.eod.* literati, scientes literas, *l vlt.j.eod.* γραμμάτων ἀνεπιστήμονες. *Nouell.44.ca.1.* γράμματα οὐκ ἐπιστάμενοι, *Nou.74.c.8.* Literarum igitur peritia, scribendi peritia est, nō legendi simpliciter. vt merito defendi possit, ignaros legendi, secreto, aut aliter quā cœcos testari non posse. *l.8.s.qui testamenta.* Nam quis omnium bonorum hereditatē & abalienationem vni tantum tabulario aut subscriptori committat, reliquis testib. voluntatis defuncti ignaris contra præscripta legum, *d.lege 8.l.vlt.in f.j.eod.l.9.in f.s. de testibus.* neque enim tam paucis fides adhibetur etiam in codicillis, *l. vlt. in fi.j. de codicillis.* aut in imperfecto inter liberos testamento, *dicam §.prox.j.eod.* Neque moueor Nouella Leonis 69. quæ apud nos in vsu non est. Non moueor lege *14. in f.ff. de dote præleg.l.1.in fi.ff.de verb.oblig.* quæ vnius testimoniū videntur admittere. Illis enim legibus non agitur de hereditate. Pertineat igitur hęc lex ad scribendi imperitos, peritos tamen legendi. His tabularius facile non imponit: legendi imperitis facile potest imponi. Facilius legimus quàm subscribimus. Facilius subscribimus quàm vel legimus vel scribimus, *Nouella 74.cap.8,*

o Octauus subscriptor vicem testatoris literarum ignari repræsentat.

p i.exigi, vt sit sensus, Non esse testatori necessarium, vno & eodem tempore testes adhibere, dictare testamentum, & finire,

a Alio tempore dictare vel scribere testamentum possumus:alio testes adhibere.
b Octauo subscriptori scilicet,de quo s.eodem. c à testatore scilicet.
d s.eodem. e *dixi s.eodem.adde l.2.§.6.ff.testament.quemadmodum aper.*
f *l.28.j.eodem.l.21.in f.ff.eodem.* g Testamentum diuersis temporibus , neque subscribi neque signari potest. h Subscriptio & signatio testamenti finis.

testes adhibere , & dictare suum arbitrium , & finire testamentum.Sed licet alio[a] tempore dictatū[b] scriptúmve[c] proferatur testamentum : sufficit vno ||tempore [d]|| eodémque die[e], nullo actu [f]||extraneo|| interueniente,testes omnes,videlicet simul,nec diuersis [g]||temporibus|| scribere signaréq; testamentum.Finem [h] autem testamenti subscriptiones & signacula testium esse decernimus. Non subscriptum autē à testibus,ac||non||signatum testamentum,pro infecto[i] haberi conuenit. 1 ¶ Ex imperfecto [k] autem testamento [l] voluntatem [m] tenere defuncti,nisi [n] inter solos [o] liberos [p] ||à parentibus vtriusque sexus ||habeatur non volumus||. Si verò in huiusmodi voluntate liberis alia sit extranea[q] mixta persona : certum est eam voluntatem defuncti quantū ad illam duntaxat permixtam personam pro nullo haberi, sed liberis adcrescere.||-----

In authent.de testam.imperfectis.§.nos igitur omnia.coll.8. tit 8.al.3.nou.107.cap.1.

QVod sine subscriptione ita procedit , si parens litteras edoctus, manu [r] propria,non signis [s] sed litterarum consequētia declaret & tempus [t], & liberorum nomina,item & vnciarū numerum,seu signa rerum specialium: in quo & alijs legari,& fideicommitti,& libertas relinqui potest.

In authent.de testam.imperf.& si quidem.coll.8.const.3.

HOc inter liberos testamentum ita infirmatur [u] , si parens septem testibus adhibitis declaret se nolle tale testamentum valere,& aliam [x] disponat voluntatem vel in testamento perfecto,vel in non scripta perfecta voluntate.

Finis text.Authenticæ. Sequitur textus Codicis.

2 ¶ Per [y] nuncupationem quoque,hoc [z] est,sine scriptura, testamenta non [a] aliàs valere sancimus,quàm si septem

i pro imperfecto,*Nouell. Theodosii de testament.* cui lectioni respondet paragraphus proximus. hoc igitur demōstrat, Imperfectum testamētum esse , quod septem testium signis non sit obsignatum : perfectum,quod sit signatum iusto numero testiū. *His adde quæ scripsi ad leg. 6.ff.de falsis.*
k Imperfectum quid esset, dictū est s.*eod.*
l etiam nuncupatiuo.*Clarus ex communi opinione 3.sentent.§.testament.quæst.12.*
m Quæuis defuncti voluntas, quibúsvis verbis vel scriptis expressa , inter liberos valet.*l.10. l.16.in f.l.21.in f. §.familiæ.l.2.j. de confirmando tut.* An & non subsignatum ab omnibus septem testibus subscriptis? valet *vt hic: dixi etiam ad leg. vlt.s.famil.*An & simplex patris schedula? dicam ad authenticam proximam.*j.eodem.* An & notis scriptum valet?olim valuit , *d.lege vlt.* hodie non valet. *Nou.107.cap.1.* An & cœptum tantum necdum perfectum? non valet.Imperfectum testamentum ratione voluntatis inter liberos etiam non sustinetur . veluti , si cum aliquid legare cœperit,morte preuentus sit,*vide Clarum 3.sent.§.tectamentum.quæst.9.*ne ad pias causas quidem,*Mynsing.5.obseru.28.*imperfectum hoc casu non esset,nuda epistola.*l.17. ff.de iure codicill.*An testibus destitutum valet?non valet.*v.Cuiac.1.consult.* duos saltē interesse oportet,*Clarus d.loco.quæst.8.vers.hinc infert.Speculator.de teste §.11.num.3.Papon.20. Arrest.1. §.1. Hotomanus cons.15.*etiamsi cæcus,pater inter liberos testetur. cùm in eis testamento octo alias testes requiruntur,*l.8.s.qui testam.Clar.d.loco quæst.7.*Quin fœminam eo casu testem esse posse communiter putant interpretes,*Clarus d.loco quæst.8.vers.2.infertur.*ad hæc,Non requiri vt testes sint rogati, *Clarus ibid.vers. sed quæro.*quin in eo semper subintelligi clausulam codicillarem *Clar.ib.ver.vnū tamē.* Aliud esse si vnus liberorum in eo sit præteritus,*Clar.ibid.vers.sed quæro.* aut iure institutionis vni filiorum pars legitima non sit relicta.*Idem ibid.vers.sed pone.* vel si testamentum nutu conditum,*Idem ibid.vers.finali.* si in eo liberorum aliquis exheredetur,*v.Hotoman.cons.15.fol.140.*
n Ex imperfecto testamento nemo succedit,nisi descendētes vtriúsq; sexus adscēdentibus. Quid si extranea persona mista est?quantum ad eam personam attinet,testamentum nullius est momenti *vt hic*. quantum ad liberos,ratum est testamentum *vt hic.Synopsis 35.tit.2.cap.16.* Quid, inter succedentes ab intestato , qui non sint ex liberis,testamentum imperfectum.ratum non habere oportet?Harmenopulus scribit *5.t.10.§.27.28.29.*legata in huiusmodi testamento,ab heredibus ab intestato esse præstanda: quod ex *§.2.*huius legis interpolatum est.
o forte ad pias causas valebit?dicam ad Auth.Similiter.*j.ad l.Falcid.*
p Legitimos scilicet vel legitimatos : alias imperfectum testamentum non valet inter liberos naturales tantum & spurios,*Pepon.10.Arrest.1.num.2.Clarus 3.sent.§.testamentum.quæst.12.*nisi à matre inter liberos factum.Liberos cum dicimus,in infinitum intellige liberos, quin & filias statuto ab intestati successione exclusas , *Clarus d.loco.*Quid,inter parentes imperfectum filij testamentum valebit?Clarus ex eadem communi opinione negat valere,*d.loco.*nam quod extra communes regulas constitutum est,non est trahendum ad consequentias.
q Testamentum imperfectum inter liberos , non sustinetur in fauorem personæ extraneæ,*v.omnino Clarum 3.sent.§.testamentum.quæst.10.*qualis est dicitur quæ non sit de numero liberorum.*Nouell.117.cap.1.*
r hinc colligunt , Schedulam à patre scriptam nullis adhibitis testibus valere inter liberos,*Baldus hic.v.Mynsing.5.obser.28.*Quid si tantum subscripsit? *Clarus 3.sentent.§.testamentum.quæst.24.*idem esse putat.modo si pater in subscriptione mentionem faciat testamentum esse cui subscripserit.Quid si talis schedula ab vno liberorum subscripta?valet.*vide Nouell.107.cap.vlt.*Quid si neque à testatore aut liberis scripta subscriptáve? non valet,*Clarus dicto loco.*Quid si à solo notario?non valet. *Clarus dicto loco.*quemadmodum si dies desit,aut notis scripta sit.*j.eodem. Clarus dicto loco.* Quid si liberi ex partibus inæqualibus ibidem instituti?valet.*Clarus dicto loco.*Quid,huiusmodi scedula locūme habet in legatis ad pias causas?non habet,vt ita fauor liberorum piam causam exsuperet , *Clarus dicto loco quæst.7.* His adde Hotomanum *cons.15.*vbi tractat de testamento patris inter liberos.
s Testamentum signis regulariter scribi non potest *vt hic*:ad pias tamē causas scribi ita posse censet nostri.Tiraquell. *12.priuilegio piæ causæ.*adde quæ scripsi ad *l.8.§.4.ff.de heredibus inst.*
t Testamenti substantiæ est diem & tempus ei adiicere *vt hic*:quod in testamento ad pias causas requiri negat Tiraquellus *11.priuilegio piæ causæ.*
u Qua forma testamentum inter liberos reuocari oporteat,dixi ad Nou.*107.cap.2.*
x Sola testamenti prioris reuocatio nihil operatur, sed necesse est vt qui reuocat aliud testamentum faciat: ne alioquin intestatus moriatur,*leg.36.§.3.ff.de testament. milit.*idque etiam locum habere in testamento inter extraneos facto Paponius refert.*20.Arrestorum 1.§.3.*
y Testamentum ἀγράφως citra scripturam ita fit, Qui ita testari vult coram iisdem testibus,vno eodémque tempore,audientibus testibus, testamentum facere debet,*vt hic:Synop.Basilic.35.t.2.cap.17.*
z Per nuncupationem testamentum, sine scriptura testamentum.
a Qua forma nuncupatiuum testamentum fiat, *§.vlt.Instit.eodem 35.Ecloga 2.cap.17. adde l.26.j.eod.*
† abrogatur per *l.26.j.eodem.*

b Posteriori testamento , solenni tamen(tres casus excipe de quibus in hac lege.j. eodem)prius testamentum reuocari potest,*§.2.Instit.quibus modis testam.*etiam si ex secundo testamento non fuerit adita hereditas,*v.Clar.3.sent.§.testamentum.quæst.47.* etiamsi testamento suo omnia bona sua heredi donauerit testator,quo casu prius testamentum reuocauerit.*Clar.d.loco quæst.95.*etiamsi coram imperatore prius factum fuerit. *l.19.§.eo.*

testes (vt supra dictum est) simul vno eodemque tempore collecti , testatoris voluntatem, vt †testamentum sine scriptura facientis audierint. 3 ¶Si quis autem testamento iure perfecto , postea ad aliud [b] venerit testamentum non alias quod ante factum est,infirmari decernimus,quam[c] si id quod secundo facere testator instituit , iure fuerit consummatum. Nisi [d] fortè in priore testamento scriptis his qui ab intestato [e] ad testatoris hereditatem vel successionē venire non poterant,in secunda voluntate testator eos scribere instituit,qui ab intestato ad eius hereditatē vocantur. eo enim casu,licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento , secundam eius voluntatem non [f] quasi testamentum,sed quasi ||voluntatēm|| vltimam intestati valere sancimus:in qua voluntate quinque[g] testiū iuratorum depositiones sufficiunt : quo non facto valebit primum testamentum , licet in eo scripti videantur extranei. ¶Illud etiam huic legi prospeximus inserendum, vt etiam [h] Græcè [i] omnibus liceat testari. Dat.Id.Sept.Theodosio A.XVII.& Festo Conss. 439.

Si dictantibus vltimam voluntatem vel testibus relinquatur.

22. Imp.*Zeno* A.Sebastiano præfecto prætorio.

D*Ictantibus [k] testamenta*, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum,vel fideicommissum,vel quodcunque aliud , quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere,minimè dubitandum est.Testibus etiam ad efficiendam [l] voluntatem[m] *adhibitis pro suo libito quod voluerit testator relinquere non prohibetur.* Dat.Kal.Maij,Constant. Basilio Iuniore V.C.Cons.480.

Vt testamenta apud magistrum census aperiantur.

23. Imp. *Iustin.*A.Archelao præfecto prætorio.

Quid si clausula derogatoria,aut quod ei respondet iuramētum, priori fuerit adpositum? quidā volunt non tantū expressè prius testamentum reuocari oportere sed & iniici quoque clausulę derogatorię expressam mentionē, *arg.l.12.ff. de legat.3.Bart.Dynus quod semel placuit de reg.in fin. Clar.ex communi opinione.3.sent.§. testam. quæst.94.* nisi forte iustam ignorantiā clausulæ derogatoriæ priori testamento iniectæ testator habuerit , *v. Papon.20. Arrest.1.§.4. Cuiac.14.obs.7.* putat illa verba , *Si specialiter dixerit prioris voluntatis sibi pœnituisse, &c.d.l.22.* esse Triboniani non Hermogeniani. Tribonianum ipso sermone satis prodi,confusa ibidem penè omnia:familiare esse Triboniano desiderare specialem voluntatem,vbi sufficit quælibet.*l.vlt.j.de nouationib.Nou.90.*Minus etiam licenter subaudiri in l.6.§.2.*ff.de iure codicill.l.vlt.ff.de legat.2.* specialiter defunctum derogasse priori voluntati, qua de re plenius *v.Clar.3.sent.§.testamentum.quæst.99.*Testamentum verò inter liberos,posteriore simpliciter non reuocatur,neque reuocatum intelligitur,nisi factum fuerit coram septem testibus,& in eo pater expressam reuocationis mentionem fecerit.*Nou. 107.ca.2.v.Clar.d.loco.quæst.98.*Quid si proferuntur duo testamenta eadem die confecta?si non apparet quodnam eorum prius aut posterius fuerit,neutrum valet, *glos. in l.vlt.in verbo missus.j.de edicto d.Hadriani.Communis opinio apud Clar.d.loco.quæst.100.* sin minus,posteriori solenni stabitur.
c Testamentum prius secundo testamento infirmari potest,non quouis , sed iure perfecto *vt hic*: Quid si extranei prorsus in priore testamento scripti sint, in posteriore,imperfecto tamen,heredes ab intestato heredes scripserit? posteriore hoc testamento,licet imperfecto,prius iure perfectum infirmatur.*vers.nisi.*Quid,posterius hoc testamentum quomodo valet?non quasi testamentum,sed quasi voluntas intestati. *versus.eo enim casu.* Quid ,testes quot,qualésque in eo esse debent ? vt quinque in eo adhibitos fuisse sufficit,ita iuratos esse oportet.*vers.in qua voluntate.* Pone in posteriore testamento,heredes ab intestato,quique ab intestato defuncto successuri erant scriptos esse,& superiora non fuisse obseruata:hoc est,posterius id testamentum coram quinque testibus non iuratis factum?Prius testamentum valebit. etiamsi in eo scripti sint extranei.*vers.quo non facto. Synopsis Basilic. 35.titul.2.cap.17.5. Harmenopul.1.§.40.*
d Prius testamentum posteriore,solenni tamen,reuocatur:nisi priore testamento extranei instituti fuerint:*vt hic & l.2.ff.de iniusto.*posteriore vero heredes venientes ab intestato : & posterius illud testamentum probari possit quinque testibus iuratis *j.e d.*quæ vt concurrant,tamen posterior illa testatio non valet vt testamentum , sed vt voluntas intestati.*j.eod.* Quid si in posteriore illa testatione, liberorum aliquis sit præteritus?non valebit,*Clar.3.sent.§.testamentum,quæst.97.* e *d.l.2.*
f Obserua casum specialē,in quo causa intestati trahit ad se causā testati.*v.Clar.d.l.*
g Testamentū imperfectū dicitur,quod coram quinque tantū testibus etiam iuratis, factum est:si tamen in eo successuri ab intestato scripti heredes fuerint.prius,in quo mere extranei scripti fuerant,informatur hoc posteriore,licet aliàs imperfecto. & ita hic casus est quo perfectum testamentum,imperfecto tollitur.
h *Synopsis Basilic.ibid.* Ratio dubitandi esse potuit , quod ea quæ iuris gentiū sunt, quauis lingua posse expediri videantur:quæ iuris ciuilis sunt(vt testamenta) non nisi Latinè.& ita olim Græcè fideicommitti potuit,non potuit legari,*Vlp.25.§.9.* hodie potest.*l.14.j.de manumiss.test.*
i Quouis sermone testari possumus:*l.15.ibi.vel in quolibet loquendi genere.s.eod.l.vl. s.de testam.tut.*quouis sermone fideicommittimus.*l.11.ff.de legat.3.*legamus. *14.j. de manumiss.test.*accepto ferimus.*dixi ad l.8.in f.ff.de acceptilationib.*testimonium in testamento ferre possumus.*l.20.§.9.ff.qui testam.v.l.8.ff.de fideiussorib.*
k Possis etiam intelligere vt testes,ita iurisperitos qui testamenta dictant. *l.88.in f. ff.de legat.3.Nou.158.cap.1.* nisi malis intelligere scriptorem dictata excipientem , de quo *l.27.ff.qui testam.*
l id est,communiendam.*l.32.in f. ff.de furis.*
m Legatarij quoque testamenta signant vt subscriptores. Olim testes esse non poterāt ex Senatuscōs. Liboniano,idque vt improbissimum genus falsi Plinius notat.*11. epist.vlt.*hodie possunt *vt hic*:Idem etiam ante Scæuolæ placuerat,*l.3.in f. Cod.Theod. de testament.*ratio extat in l.14.*ff.de reb.dub.facit l.20.ff.qui testam.l.39.ff.de legat.3.§. 11.Instit.de testam.ordinand.* Symmachus 1.*epist.* Cùm testamenti iure confecti fidem recitatio publicaret , calumnia inanis obiecta est , *quòd signatores nescio quid legati ex eadem voluntate cepissent.* Adduntur etiam rescripta quædam diualia , quibus adstipulatio eiusmodi remota est,quòd suam iuuisse causam testimonio diceretur.Quasi verò simile esset exemplum,vt tenuis honor, quo subscriptores ob amicitiam defectus asperserat,legitimum possit abolere iudicium. Nam si his legibus viueremus , *inimicis signatoribus tutius vteremur* , quorum offensa nihil de testatore humanitatis exigeret.potest & alia reddi ratio,quòd qui obsignant testamentum,quæ in eo cōtineantur , sæpissimè ignorent,*l.21.s.eod.* neque id semper necesse sit testibus edi. *l. 29.j.eodem.*Testator tabulas testamenti tenens his verbis vtebatur,Hæc vti his tabulis ceráve scripta sunt,ita lego,ita testor.itaque vos, Quirites, testimonium præbitote, *Vlp.20.* eaque ratio magis placet , quam ea quæ à Triboniano adfertur,ideo legatarios admitti,quod non sint vniuersi iuris successores.*§.1.Instit.de testam.ordin. v.Fernerium 2.select.12.Cuiac.9.obs.37.in f.*

a in prouinciis apud præsides, vel magistratus, vel defensores. b i. publicari, insinuari. Formulas insinuationis vetustissimas hîc adiicere visum est ex Marculphi monachi libris, communicatam Cuiacio ab Emaro Ranconeto, *v. Cuiac. 4. sent. Paul. 6. §. 1.* Anno illo, sub die illa, adstante defensore & omni curia illius ciuitatis, Titius prosecutor dixit, Peto, optimè defensor, vósque laudabiles curiales atque municipes, vt mihi Codices publicos patere iubeatis. Quædam enim in manibus habeo, quæ gestorum cupio allegatione roborari. Defensor & curiales dixerũt, Patent tibi Codices publici, persequere quæ optas. Prosecutor dixit, Gaius vir illustris mihi mandauit, testamentum, vt mos est, gestis municipalib. insinuarẽ. Defensor dixit, Mandatum quidem recitatum est, sed testamentum quod præ manibus te habere dicis, etiam præsentib. nobis recitetur, &, vt postulas, gestis publicis firmetur. Post recitationem testamenti, defensor & curiales dixerunt. Testamentum quod recitatum est, gestis publicis inseratur. Prosecutor dixit, Hoc amplius peto, optimè defensor, vt mihi gesta publicè edantur. Defensor & ordo curiæ dixerunt, Quia testamentum & mãdatum ritè condita, & bonorũ virorum subscriptionibus firmata cognouimus, æquum est vt gesta cùm à nobis fuerint subscripta & ab amanuensi edita, tibi ex more tradantur, eadémque in actis publicis conseruẽtur. Pari modo acta in donationum insinuatione conficiebãt. Quemadmodũ tabulæ testamẽti mortuo testatore aperiantur, dicam ad *leg. 2. §. quemadmodum testam. aperiantur.*

CONsulta diualia, quibus consideratè prospectum est, ne voluntates vltimæ deficientium in hac regia[a] vrbe confectæ, apud alium aperiri[b] possint, quàm || apud || virum clarissimum pro tempore census[c] magistrum, monumentis interuenientibus pro iuris ordine: néve in hereditate cuius summa centum aureorum precium nõ excedit, mercedis quicquam aut sumptuum, censum administrantes, aut censualis apparitio super intimandis iisdem elogiis audeant adsequi, firma nunc quoque dicimus: ac repetita promulgatione, non[d] solum iudices quorumlibet tribunalium[e], verumetiam defensores ecclesiarum, quos turpissimum intimationis genus irrepserat, præmonendos censemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omnium secundum constitutionum præcepta, quam census magistro cõpetit. Absurdum est namque, *si promiscuis[f] actibus rerum turbentur officia, & aliis creditum, alius subtrahat: & præcipuè clericis[g], quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationũ esse forensium.* Pœna etiam temeratoribus præsentis sanctionis feriendis quinquaginta[h] librarum auri. Nec enim concedendum est, vt suprema vota deficientium[i] euersionis[k] quicquam ex incongrua[l] insinuatione contrahant, dum res ab incongruis vsurpantur audacter. Dat. 13. Kal. Dec. Constantinop. Iustino A. II. & Opilione Conss. 524.

De ambiguitate & præposteratione.

24. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præf. præt.

A*Mbiguitates*[m], *quæ vel imperitia vel desidia testamenta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus*: & siue institutio heredum post † legatorũ donationes scripta sit, vel alia prætermissa[n] sit obseruatio, non[o] ex mente testatoris, sed vitio[p] tabellionis[q], vel alterius qui testamentũ scribit: nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subuertere, vel minuere. Dat. Kalen. Ian. D.N. Iustiniano A. PP. 2. Conss. 528.

Transpositio verborum non vitiat contractum, nec vltimam voluntatem, Baldus.

25. Idem A. Mennæ præf. præt.

PRæposteri[r] reprehensionem quam nouella constitutio diui Leonis[s] || in dotalibus[t] instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus[u] quàm testamentis[x] tollimus: vt tali exceptione[y] cessante, & stipulatio[z] & alij contractus, & testatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet post[a] conditionem vel diem competente. S. Dat. 7. Id. Decemb. DN. Iustiniano A. PP. II. Coss. 528.

De forma testandi sine scriptis.

26. Idem A. Mennæ præf. præt.

IN testamentis sine[b] scriptis faciendis omnem formalem[c] obseruationem[d] penitus amputamus: vt postquã septẽ testes conuenerint, satis sit voluntatem testatoris vel testatricis simul omnib. manifestam[e], significantis ad quos substãtiam || suam || peruenire velit, vel quib. legata || dare || vel fideicommissa, vel libertates disponere: etiam † si non ante huiusmodi dispositionem prædixerit testator vel testatrix illa formalia[f] verba, *Ideo eosdem testes conuenisse*[g], *quod sine scriptis suam voluntatem vel testamentum componere censuit.* S. D. 4. Idib. Dec. Const. DN. Iustiniano A. PP. II. Coss. 528.

In quibus modis testamenta infirmantur.

27. Idem A. Iuliano præf. præt.

c Apud magistrum census, testamenta insinuantur *l. 18. §. eod.* Iudices interdum id munus sibi adrogarunt, vt & defensores ecclesiarum *l. 41. §. de episcopis.* posteà quæstori id munus delatum *No. Leon. 44.* Cæterùm apud eundem magistrum census, donationes insinuabantur *l. 30. §. de donationibus.*

d eadem verba extant in dicta leg. 41.

e protribunalium *Cuiac. ad l. 7. in verbo si paciscar. D. de pactis.*

f Promiscuis actibus turbari officia, absurdum.

g Clericum fori peritia atque disceptatio dedecet.

h Pœna 50. librarum auri.

i Cuiacius *consult. 3.* hinc colligit, Testamenta etiam insinuari post mortem testatoris. Negat tamen idem esse in donatione *facit l. 30. §. de donat.*

k Incongrua insinuatio testamento non præiudicat. ideóque testamentum, coram competenti iudice postea insinnari potest.

l Incongrua insinuatio fit coram iudice incompetenti.

m Verborum ambiguitas, si à tabellionis errore procedit, non vitiat.

† olim ante heredis institutionem inutiliter legabatur *Vlp. 24. §. 15. Paul. 3. sent. 6. §. 2.* Hodie vtiliter legatur §. 34. *Inst. de legatis.*

n *l. 9. D. de heredibus instituendis.*

o Tabellio ea in testamento supplere non potest, quæ testator omisit.

p *v. l. 2. §. de eunuchis.*

q Tabellionis error testamento *vt hic:* vt & contractui non nocet: ideóque mutari potest.

r Præposteratio verborum, neque contractus, neque vltimas voluntates vitiat. Cæterum de hoc præposteri & præposterationis vitio *v. l. 24. §. eo.*

s Num est *l. 25. §. de iur. dot.*? Accursius putat, & malè: nihil enim ad rem pertinet. Dotis præposteratæ mentio fit ex *Leone §. 13. Inst. de inutilib. stipul.*

t De præposteratione in dotalibus instrumentis *hic*, & §. 13. *Institut. de inutil. stipul.*

u De præposteratione in contractibus.

x De præposteratione in testamento, *facit l. 14. de peculio legato.* y De exceptione præposterationis. *v. l. 5. §. de hered. act.* z Vicium præposterationis non vitiat stipulationem. *d. §. 13. l. 64. ff. de verb. oblig.* a Præpostera est stipulatio quoties stipulamur nobis dari ante euentum conditionis aut diei. *dixi ad d. l. 64.* Huiusmodi præposteratio actum non vitiat, ideóque post conditionem & diẽ ex ea agi poterit, *vt hic.*

SAncimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, *& post eius confectionem decennium* † profluxerit: si quidem nulla innouatio, vel contraria voluntas || testatoris || apparuerit, *hoc esse firmum.* Quod enim non mutatur[h], quare stare prohibetur? Quemadmodum enim qui testamentum fecit, & nihil voluit contrarium, intestatus[i] efficitur? Sin autem in medio[k] tempore contraria testatoris voluntas ostenditur: si quidem perfectissima[l] est secundi testamenti confectio: ipso[m] iure prius tollitur testamentum. sin autem testator tantummodo dixerit non voluisse prius stare testamentum, vel aliis verbis vtendo contrariam aperuerit volũtatem, & hoc vel per testes idoneos non minùs tribus[n]: vel inter acta manifestauerit, & decennium fuerit emensum: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quàm ex cursu tẽporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennij transcursionem euanescere nullo patimur modo: prioribus † constitutionibus, quæ super huiusmodi testamentis euacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis. Dat. 15. Kalend. April. Constan. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De vno cõtextu & de vno actu interueniẽte. 1. De subscriptione.

28. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm antiquitas testamenta fieri voluerit nullo actu[o] interueniente, & huiusmodi verborum compositio nõ ritè interpretata penè in perniciem & testantium & testamentorum processerit: sancimus in tempore, quo testamẽtum conditur, vel codicillis nascitur, vel vltima quædam dispositio secundum pristinam obseruationem celebratur (nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus) ea quidem, quæ minimè necessaria sunt nullo procedere modo. quippe causa subtilissima proposita, ea, quæ superflua[p] sunt, minimè debent intercedere. Si quid autem necessarium[q] euenerit, & ipsum corpus laborantis respiciens cõtigerit, id est[r] vel victus necessarij, vel portionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturæ vsus ad depositionem superflui ponderis immineat vel testatori vel testibus: non esse ex hac causa testamẽtum subuertendum, licet morbus comitialis (quod & factum esse comperimus) vni ex testibus contigerit: sed eo quod vrget & imminet, repleto, vel deposito, iterum solita per testamẽti factionem adimpleri. Et si quidem à testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, *cum coram his facere aliquid naturale testator erubescat*: iterum introductis testibus, consequentia factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam vel quosdam testium aliquid tale contingat. si quidẽ ex breui[s] temporis interuallo necessitas potest transire: iterum eorũdẽ testiũ reuersum expectari[t], & solemnia peragi || sancimus. || Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat, || & || maximè si salus testatoris periclitãtis immineat: tunc illo vel illis testib. circa quos aliquid tale euenie[...] separatis, alios surrogari[u], & ab eo vel ab eis tã testatorẽ quàm aliostestes sciscitari, si ea quæ eorũ præsentiã antecedunt, || omnia || corã his processissent. Et si hoc fuerit vndiq; manifestũ: iubemus tũc eos vel eũ vna cũ aliis testibus, eaque oportet facere, etsi[x] in medio subscriptiones testiũ iã fuerant subsecutæ. Sic etenim & naturæ[y] medemur, & mortuorũ elogia in suo statu facimus permanere. 1 ¶ Cùm autẽ constitutione[z] quæ de testamentis ordinandis processit, cauetur quatenus septem testium præsentia in testamentis

b Sine scriptis quomodo testemur *adde l. 21. §. 2. §. eod.*

c Formalis obseruatio.

d *v. l. 15. §. eod. & l. 8. §. qui testam.*

† *35. Eclog. 2. ca. 20.* abrogatur §. per nũcupationem. *l. 21. §. 1. §. e.* id in testamento cœci locum non habet. *l. 8. §. tit. proximo.*

f Formalia verba. sic formale pretium. *l. 63. in fin. ff. ad l. Falcid.* Eadem formalia verba, de quibus hic agitur, in testamento scripto erant etiam adiungenda, vt ostendit lex *3. Cod. Theod. de testamentis.*

g puto legendũ *conuocasse*, nam apud authorem Synopseos *35. t. 2. c. 20.* legitur μεπκαλέσαπε.

† *35. Eclog. 2. ca. 21.* olim decennio infirmabatur testamentũ. *l. 6. C. Theodos. de testamentis*: hodie nõ infirmatur. nisi apertè testator declarauerit se in eo nõ perseuerare, *vt hic*: Nuda voluntate infirmatur, concurrẽte decẽnio. Nuda voluntas non est silentium, sed consensus quouismodo expressus, vel reuocatio expressa, minus tamen solẽnis. Quemadmodum legata & fideicommissa reuocari possint. *v. l. 3. ff. de adimẽ. leg.*

h Stat, quod nõ mutatur. Permissum intelligitur quod non prohibetur. *l. 5. l. 7. §. de religiosis.*

i Testamento posteriore solẽni, prius quasi ad causam intestati redit.

k Paponius 20. *Arrest. 1. num. 3.* Hostiensem secutus & Arrestum quoddam Gratianopolitanũ putat, intermedio etiam decennij tempore, testamentum reuocatum minus solenniter, completo decennio omnino reuocatum. l hoc est non nuda, *adde §. 7. Inst. quib. mod. test. infir.* m Posteriore prius testamentum iure tollitur.

n Quæ fit tribus tantum præsentibus testibus reuocatio, minus est solennis: si tamen, tali reuocationi decennium accesserit, habebitur pro solenni. aliàs, tres testes non sufficiunt, nisi tempore etiam decennij antiquatum fuerit testamentum.

† & ita abrogatur lex *6. C. Theod. de testam.* o Nullus actus alienus testamento intermiscendus. *l. 21. inf. ff. qui testam.* alio tempore testes adhiberi non possunt, alio subscriptores. §. 3. *Inst. eod.* p Superflua dicuntur quæ minimè sunt necessaria.

q Necessarius actus testamento alienus, vsurpatus, testamenti consequentiam non vitiat. sic Vmbro apud Macrob. *1. Saturnal.* 16. eum pollui, qui feriis opus vel ad deos pertinens, sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad vrgentem vitæ vtilitatem respiciens actitasset: vnde Sceuola consultus, quid feriis agi liceret: respondit, quod prætermissum noceret. Quapropter si bos in specium decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, nõ est visus feriaspolluisse: nec ille qui trabem tecti fractã fulciendo, ab imminenti vindicauit ruina. Qua ratione Virgilius Georg. 1. notat licuisse illis veteribus ouem aut lanæ purgandæ, aut scabiei curandæ gratia, fluuio mersare salubri. vbi salubri dixit, auertendi morbi gratia tantummodo, nõ etiam ob lucrum purgandæ lanæ causa concessum.

r Necessarij actus qui.

s Necessarius actus qui intermiscetur, breuis esse debet, non longi spacij.

t Expectari possunt testes necessitate aliqua naturali impediti.

u Testes alij subrogãtur in locum testium, qui longiore spacio ob actum necessarium detinentur. x Quinque ex septem testibus subsignant, duo necessitatis causa abesse coguntur, alij duo eorum loco subrogantur: estne ab integro testamentum inchoandum? non est. subrogati, intermedijs subscriptionibus præcedentium, signa sua possunt adiicere.

y i. necessariis impedimentis. z *l. 21. vers. quod si litera. §. eod.*

requira-

a Teſtamentum holographum, id eſt, quod teſtator omne manu propria conſcripſit, *vt hic & j. eodem.* Iſidor. 4. *cap.* 14. Valentin. *Nouell. 2. de teſtament.* quod eleganter Græci vocant, μυστικὴν διαθήκην. quia ſecretum teſtatoris teſtibus non enunciatur 35. *Eclog.* 2. περὶ διαθήκης μυστικῆς, 4. *Harmenop.* 1. *cap.* περὶ μυστικῆς διαθήκης: *Leo Nou.* 69. κατὰ τὴν μυστηριώδη τρόπον. &, μυστικωτέρας διατάξεις. &, διατάξεις ἐν μυστηρίῳ κειμένας.

requiratur, & ſubſcriptio à teſtatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & conſtitutio ſic edixit, Octauo ſubſcriptore adhibito: & quidam teſtamentum ſuum omne [a] manu propria conſcripſit, & poſt eius literas teſtes adhibiti ||ſuas|| ſubſcriptiones ſuppoſuerunt, aliáque omnia ſolemniter in teſtamento peracta ſunt, & teſtamentum ex hoc dubitabatur an irritum factum eſſet: eandem conſtitutionem corrigẽtes † ſancimus, *ſi quis ſua manu totum* [b] *teſtamentum vel codicillum conſcripſerit, & hoc ſpecialiter in ſcriptura repoſuerit, quòd hæc ſua manu confecit: ſufficiat ei totius teſtamenti ſcriptura,* & non [c] alia ſubſcriptio requiratur||neque [d] ab eo,|| neque pro eo ab alio: ſed ſequantur huiuſmodi ſcripturam & litteræ teſtium, & omnis quæ expectatur obſeruatio: & ſic teſtamenrum validum, & codicillus [e], ſi quinque [f] teſtium literæ [g] teſtatoris ſcripturæ coadunentur, in ſua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator huiuſmodi iniquitatis in poſterum inueniatur. Dat. 6. Kalend. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

Vt heredis nomen à teſtatore ſcribatur vel nuncupetur.

19. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

IVbemus omnino teſtatorem, ſi † vires habeat ad ſcribendum, nomen heredis vel heredum in ſua ſubſcriptione, vel in quacũque parte teſtamenti ponere: vt ſit manifeſtũ, ſecundum illius voluntatem hereditatem eſſe tranſmiſſam. Sin autem forſitan ex morbi acerbitate, vel litterarum imperitia [h] hoc facere minimè potuerit: teſtibus teſtamenti præſentibus, nomen vel nomina heredis vel heredem ab eo nuncupari, vt omnimodo ſciant teſtes, qui ſint ſcripti heredes: & ita certo heredis nomine ſucceſſio procedat. *Si enim talis eſt teſtator, qui neque ſcribere, neque articulate* [i] *loqui poteſt: mortuo* [k] *ſimilis eſt, & falſitas in elogiis committitur.* Quã vt exul fiat à republica noſtra, maximè in teſtamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod ſi non fuerit obſeruatum, *& nomen heredis vel heredum* [l] *non fuerit manu teſtatoris ſcriptum, vel voce coram teſtibus nuncupatum:* hoc teſtamentum||ſtare|| minimè patimur † vel in totum, ſi tota heredum nomina fuerint prætermiſſa: vel in eius heredis inſtitutionem, cuius nomen neque lingua neque manus teſtatoris ſignificauit. Sed ne aliqua forſitan obliuio teſtium animis incumbat, pluribus interdum nominibus || heredum || expreſſis: ipſi teſtes in ſuis ſubſcriptionibus (cum teſtator hæc non ſcripſerit, ſed nuncupauerit) eorum nomina ſubſcribere non differant ad [m] æternam rei memoriam. Sin vero ipſe teſtator in qualicumque parte teſtamenti nomina heredũ (ſicut dictum eſt) ſcripſerit: ſuperuacuum eſt||poſtea||teſtes in ſua ſubſcriptione hæc exprimere. cùm forſitan nec eos ſcire teſtator ſuos heredes voluerit, & ſemel cauſa ex ipſius teſtatoris ſcriptura appareat. Oportet enim omnimodo vel ex literis teſtatoris, vel ex voce quidem teſtatoris, literis [n] autem teſtium qui ad elogium conficiendum fuerint conuocati, nomina manifeſtari heredum. Quemadmodum enim in elogio [o] quod ſine ſcriptura conficitur, neceſſe eſt teſtatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum: ita & in teſtamentis per ſcripturam conficiendis, cum ipſe teſtator manu ſua ſcribere heredes vel noluerit, vel minimè potuerit, voce tamen eius eos manifeſtari oportet. Quæ in poſterum tantummodo obſeruari cenſemus: vt quæ teſtamenta poſt [p] hanc Nouellam noſtri numinis legẽ conficiuntur, hęc cum tali obſeruatione procedant. Quid [q] enim antiquitas peccauit, quæ præſentis legis inſcia, priſtinam ſecuta eſt obſeruationem? *Scituris & tabellionibus, & his qui conficienda teſtamenta procurant, quod ſi aliter facere auſi fuerint, pœnam falſitatis* [r] *non euitabunt, quaſi doloſè in tã neceſſaria cauſa verſati.* Dat. Kalend. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

In auth. vt ſponſa larg. § quia vero. coll. 9. tit. 2. nou. 119. cap. 9.

ET [ſ] *non obſeruato eo, ſubuenitur teſtamentis, ſiue per ſe, ſiue per alium quis inſcribat nomen heredis.*

† emendatur lex 8. s. eod.
b Teſtamenti holographi deſcriptio.
c in holographo non requiritur ſubſcriptio teſtatoris. In ſcriptura priuati teſtatoris non requiritur ſubſcriptio *Bald. adde 35 Eclog. 2. ca. 13.* nõ exigebãtur teſtes ex Nou. Valentiniani, quæ tamen non obtinuit.
d In teſtamento holographo non requiritur ſubſcriptio teſtatoris aut alteri9 eius loco.
e Codicillus dicitur in ſingulari, *vt l. 14. s. eod.*
f Codicillus quinque teſtibus munitur.
g *legẽdum videtur,* literis.
† Heredis nomẽ olim manu teſtium ſcribi potuit, *§. 4. Inſt. eod.* manu teſtatoris, litterarum tamẽ per t, cribi hîc iubetur, *vt & Nouell. 66. cap. 1. §. 1.* Hodie per quaſuis perſonas poteſt ſub ſcribi heredis. nomen. *Nouell. 119. cap. 9. Anth. prox. j.*
h Heredis nomen ab imperito teſtatore nũcupari debet. *l. 21. ff. qui teſtam.*
i Articulate loqui quid ſit vide *in l. 7. ff. de ſupellectile.* dixi quædam ad l. 15. s. *eodem.*
k Mortuo ſimilis, qui neque ſcribere, neque articulatè loqui poteſt. Talis eſt mutus & ſurdus natura, de quo dixi ad *l. 10. s. qui teſtamenta.* Inde etiam colligunt, heredem nutu inſtitui nõ poſſe. De nutu dixi ad l. 32. *ff. de verb. oblig.*
l *v. l. 25. ff. qui teſtam.*
† hoc abrogatum *d. Nouell.* 119 *cap. 9.*
m Teſtamenti ſcriptura in ęternum probat.
n id eſt, ſcriptura.
o teſtamento.
p *vide l. 7. s. de legibus.*
q *Nouell. 66. ca. 1. §. 1.*

r Teſtamentum non ſolenne præſumitur eſſe falſum, iuris & de iure præſumptione, Malumbra & Bart. *in l. ſi poteſt. s. de iuris & facti ignor.* Bald. *in l. quoties. ff. de hered. inſt. Cynus & Angel. hic.* falſum, inquam, vt tabellio ob omiſſas ſolennitates, falſi puniri poſſit *vt hic.* An idẽ in quouis alio inſtrumento non ſolenniter facto? nõ idẽ. Alex. Riminald. Iaſon. *hic:* Imola *in d. l. quoties.* Ruin. 5. *conſ.* 145. Quid: nõ ſolenne teſtamentum, in aliis omnibus caſibus eſtne falſum aut pro falſo habetur? vide apud Manticam *2. de coniecturis* 3. vbi refert falſum, de quo hic, intelligi cum tabellio nomẽ heredis ſcripſit, quod teſtator non voce ſed nutu indicauit, quod vt maxime hic ſit verum, falli tamen cenſet in teſtamento ad pias cauſas & codicillis cum legata nutu poſſint relinqui. *c. cum tibi de teſtam. l. nutu. ff. de legat. 3. l. & in epiſtola. j. de fideicom.*
ſ hoc eſt, non cogitur teſtator manu ſua heredis nomen ſcribere.
t Teſtamentum à teſtatore conſulto inciſum, cuíve ſignacula ablata, non valet *vt hic: l. 28. ff. de liberatione. l. 1. §. 8. ff. vnde liberi.*
u aliud eſt ſi caſu, aut à muribus linum corroſum ſit, *l. vlt. ff. ſecund. tabul.*
x quod ex ipſa cancellatione pręſumitur *Bald.* pręſumitur etiam facta incontinenti cancellatio. *Baldus hic.*

y Vt eo caſu hereditas deferatur ad heredes ab inteſtato: hoc enim velle videtur qui teſtamenti tabulas incidit. *Bald. hic:* Quid, ipſóne iure ope exceptionis teſtamẽtum tollitur? ope exceptionis. *l. 11. §. 2. ff. ſecund. tab. adde l. 36. §. 3. ff. de teſtament. mi it.* Quid, ſi vnicum tantum exemplar teſtamenti inciſum? fides alterius non perit: niſi ea mente probetur teſtatorem incidiſſe, vt inteſtatus moreretur. *d. §. 2. l. vlt. ff. de his quæ in teſtament. delend.*

Si teſtator teſtamentũ iure factũ inciderit, vel ſigna remouerit.

30. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

NOſtrã prouiſionem, maximè circa vltima elogia defunctorum, nunc||etiam||extendi properamus. Vnde cùm inuenerimus quaſdam controuerſias veteribus iuris interpretatoribus exortas propter teſtamentum quod legitimo modo conditum, ſeptémque teſtium ſigna habens, poſtea fortuito caſu, vel||per||ipſius teſtatoris operam lino toto, vel plurima eius parte inciſa, in ambiguitatem incidit: ſolitum ei præbemus remedium, ſancientes, *ſi quidem teſtator linum* [t] *vel ſignacula inciderit,||vel abſtulerit||vtpote eius voluntate* [u] *mutata* [x], *teſtamentum non valere* [y]. *Sin autem ex alia quacunque cauſa hoc contigerit: durante teſtamento ſcriptos||heredes||ad hereditatem vocari:* maximè cum noſtra cõſtitutio, quam pro tuitione teſtamentorum promulgauimus, teſtatorem diſpoſuerit vel ſua [z] manu nomen heredis ſcribere, vel ſi imperitio litterarum, vel aduerſa valetudine, ſeu alio modo hoc facere non poſſit: teſtes ipſos audito nomine heredis, ſub præſentia ipſius teſtatoris nomẽ heredis ſuis ſubſcriptionibus declarare. Data 15. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſ. Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

De ruſticis.

31. Idem Aug. Iohanni præfecto prætorio.

ET ab antiquis legibus, & à diuerſis retro principibus [a] ſemper ruſticitati [b] conſultum eſt, & in multis legum ſubtilitatibus ſtricta obſeruatio eis remiſſa, quod ex ipſis rerum inuenimus documentis. Cùm enim teſtamentorum ordinatio ſub certa definitione legum inſtituta ſit: homines ruſtici [c], & quibus non eſt literarum peritia, quomodo poſſunt tantam legum ſubtilitatem cuſtodire in vltimis ſuis voluntatibus? Ideóque ad Dei humanitatem reſpiciẽtes, neceſſarium duximus per hanc legem eorum ſimplicitati ſubuenire. Sancimus itaque in omnibus [d] quidem ciuitatibus, & in caſtris orbis Romani, vbi & leges noſtræ manifeſtæ ſunt, & litterarum viget ſcientia: omnia quæ in libris noſtrorum Digeſtorum, ſeu inſtitutionum, & imperialibus ſanctionibus, noſtríſque diſpoſitionibus *in condendis teſtamentis cauta* ſunt, obſeruari, nullámque ex præſenti lege fieri innouationem. In illis verò locis, in [e] quibus raro inueniuntur homines litterati [f], per præſentem legem ruſticanis [g] concedimus *antiquam eorum conſuetudinem* [h] *legis vicem obtinere:* ita tamen, vt vbi ſcientes litteras inuenti fuerint, ſeptem teſtes (quos ad teſtimonium conuocari neceſſe eſt) adhibeantur, & vnus quiſque pro ſua perſona ſubſcribat. Vbi † autẽ non inueniuntur literati, ſeptem [i] teſtes etiã ſine ſcriptura teſtimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minime inuenti fuerint ſeptem teſtes: vſque ad quinque [k] modis omnibus teſtes adhiberi iubemus: minus autem nullo modo concedimus [l]. Si verò vnus, aut duo vel plures fuerint litterati: liceat eis pro † ignorantibus litteras, præſentibus tamen ſubſcriptionem † ſuam interponere: ſic [m] tamen, vt ipſi teſtes cognoſcant teſtatoris voluntatem: & maximè quem vel quos heredes ſibi relinquere voluerit: & hoc poſt mortem teſtatoris iurati deponant. Quod igitur quiſque ruſticorum (ſicut prædictum eſt) pro ſuis rebus diſpoſuerit: hoc omnimodo, legum ſubtilitate remiſſa, firmum validúmque conſiſtat. Dat. 3. Non. Iul. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. IIII. & Paulino V. C. Coſſ. 534.

*n

DE HEREDIBVS INSTITVENdis [o], & quæ perſonæ heredes inſtitui non poſſunt.

Tit. XXIIII.

De deportatis.

1. Imp. *Titus Aelius Anton.* A. Anteſtiano.

QVI deportantur [p], ſi heredes ſcribantur, tanquã peregrini [q] capere non poſſunt, ſed hereditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet ſi ſcripti non fuiſſent. Sine die & conſule.

z *l. 29. s. eod.*
a *l. penult. s. qui admit.*
b *l. 3. §. 21. ff. de Silaniano.* quẽadmodum ruſtici ſcripto & per nũcupationem teſtari poſſint. Teſtamẽtis quæ rarò fiunt, diligens obſeruatio remittitur.
c ruſticani *Hal.*
d *55. Eclog. c. vlt.*
e in agris pauci reperiuntur ſcribendi periti *No. 73. cap. 9.*
f quos Græci γράμματα ἐπισταμένους vocant 35. *Eclog. 2. cap. vlt.* & infra ſcientes litteras dicũtur.
g ſic puto. hanc conſtitutionem nõ tantum pertinere ad ipſos ruſticos ſed ad ciues, ſi forte de ſcripto ruri teſtari voluerint.
h Conſuetudo Ruſticorum vicem legis obtinet.
† putà, in agris in itinerib. Leo *Nou. 41. Nou. 43. inf.* in agris vel itineribus tres teſtes ſufficere ait.
i in teſtamento ruſticani nuncupatiuo ſeptem teſtes requiruntur.
k Ruſticani, ſcripto teſtari poſſunt quinq; tantum teſtibus præſentibus ſi plures haberi non poſſunt.
l Idem numerus requiritur contagionis tẽpore. *l. 8. s. eod.*
† Ex Nouella Leonis 43. perſcribendi ignaros teſtamenta confirmari poſſunt.
† ſubſcriptionis neceſſitas remiſſa eſt cõſtit. Leonis 42.
m *35. Eclog. 2. c. vlt.*
n In quibuſdã notatur hîc deeſſe Græcam cõſtitutionem.
o *dixi ad 28. ff. 5*
p Deportati inſtitutio habetur pro non ſcripta.
q Peregrinus heres inſtitui non poteſt *vt hic: & l. 6. §. 2. ff. eodem. l. 10. §. 6. ff. de in ius vocãd. l. 1. §. 2. & 3. ff. de legat. 3. Vlpian. 17. §. 1. & 22. §. 2. adde quæ ſcripſi de peregrino ad Vlpian.* 5. §. 8. Teſtatorem, teſtes & heredes, ciues eſſe oportet. *l. 36. Cod. Theod. de heret. l. 31. 32. ff. de iur. fiſci.* Idem peregrinus teſtamentum facere in loco peregrino non poteſt, quod ad bona in eo loco ſita. *l. 1. in verb. qui ciues. l. 2. ff. ad l. Falcid.* per fideicommiſſum tamen inſtitui poterat. vide Theophilum *Inſtitut. de fideicomm. heredit.* Addantur & hæc, Peregrinos habitos fuiſſe, qui non ciues Romani eſſent. *vide leg. ſexta infra eodem, & l. 6. §. 2. D. eodem.* qui dedititiorum numero erant. Vlpian. *titul.* 22. qui aqua & igni interdicti. Vlpianus *tit.* 10. in certum locum deportati & ἀπόλιδες. *l. quidam. ff. de pœnis. l. 1. §. ſi quibus. ff. de legat. 3.* Atque his quidem omnibus ius redditum à prætore qui peregrinus ideo dicebatur. *l. 2. §. 28. ff. de origine iuris.* In eo tamen differebant à ciuib. Inter ſolos ciues capiendi ius ex teſtamento ciuium: vnde peregrinus nihil ex teſtamento ciuis romani capere poterat *vt hic:* ciuiũ duntaxat teſtamẽta rata Romę habebantur. *arg. l. 1. ff. ad l. Falc.* Vlp. 22. inter ſolos ciues iuſtæ nuptiæ. §. 1. *Inſt. de nup.* cõcubinæ, Vlp. *t.* 5. Boetius *in Topic. Ciceronis.* Seneca *4. de benefic.* 35. Ius patriæ poteſtatis. §. 1. *Inſt. de pat. poteſt.* Ius patronatus. *l. 10. §. 6. ff. de in ius vocando.* ſolẽnis per nexũ abalienatio. Cic. *in Topic.* præſcriptio, ante Iuſtinianũ tamẽ, idq; ex veteri illa ſententia ac reg.

Aduerſus hoſtem, is erat peregrinus, æterna auctoritas eſto. *Cicero 1. Officior.* ſoli ciues militabant *l.6.l.7.j.qui militari poſſunt.* verberibus cædi non poterãt & in crucem agi. *Actor.apoſt.22. Cicero 5.Verrina.* honores Romæ gerebant ſoli ciues. *l.Barbarius. ff.de off.Prætor.* ſuffragia ferebant, toga vtebantur. *dixi ad l.32.ff.de iure fiſci.* ac prætexta I *Macrob.6.* Prænominib. etiã carebant peregrini, quæ tũ demũ, cũ in ciuitatẽ adſciſcerentur, aſſumebant. *Cicero 13. epiſt. ad Atticum.* vnde gentilitia quoque Romanorum nomina peregrinos vſurpare vetuit Claudius *teſte Suetonio,* permagni intereſſe exiſtimans, ad dec° & ornamentum ciuitatis, nominum ſocietate peregrinos Romanis ciuib. iũgi. His adde quæ de peregrino dixi ad Vlpian. *5. §.8.* Placet & hoc addi ex Cicerone 1. *officior.* Peregrini & incolæ officium eſſe, nihil præter ſuum negotiũ agere, nihil de alio inquirere, miniméque in aliena Republica curioſum eſſe, & 1. *de oratore.* lex peregrinũ vetat in murũ aſcẽdere.

a Hęc lex deſũpta ex l. *vlt. Cod. Th. de leg. hæred.*
b *l.78. inf. ff. eod.*
c *l.78.79. & 80. ff.eod. l.95. l.160. ff.de verb.ſignif.*
d Vbi quẽ quis inſtituit vt libertũ, non aliàs inſtituturus, ſi is libertus non ſit, omnino inutilis inſtitutio eſt. *l.7 ʒ.de milit.teſtam. v.Cuia.17.obſ.21.*
e Hęc verba ſũt ſubſtitutionis vulgaris non pupillaris, *v.Cuiac. 17.obſ.21.* ad hos enim duos caſus porrigitur ſubſtitutio vulgaris.
f Subſtitutio vulgaris, *ſi heres non erit*, intelligẽda eſt. *ſi nõ uerit, vel nõ potuerit, vt hic:* v.tamen exceptiones duas apud Soc. *re.386.*
g Te vt libertũ meum heredẽ inſtitui, communiſeras: nũ rectè inſtitutus es? Si te vt meum certa opinione inſtitui, non rectè: ſi vt communẽ, rectè inſtitui.

De reſidui appellatione.

2. Imp. *Antoninus* A. Cælitio.

PAter [a] tuus ſi ex reſidua parte heres inſtitutus eſt, quam alter heres ſcriptus capere [b] non poterat. íſque ad nullam partem hereditatis per conditionem ſuam admitti potuit: ex aſſe heres extitit. nam reſidui commemoratio, etiam totum admittit. PP.15. Kalen. Iulij. Romæ. Duobus & Aſpris Coſſ.213.

De errore teſtatoris in perſona heredis.

3. Imp. *Alexand.* A. Vitali militi.

CVm [c] proponas Alexandrum equitem teſtamento primo loco Iulianum vt [d] libertum ſuum heredem inſtituiſſe, eique ſubſtituiſſe his verbis, *Quod ſi ex aliqua cauſa primus heres hereditatem meã adire noluerit* [e], *vel* [f] *nõ potuerit: tunc in* [g] *locum eius ſecundum heredem ſubſtituo Vitalem.* poſt mortem autem teſtatoris Iulianum ſeruum communem [h] fuiſſe defuncti militis & Zoili fratris eius apparuerit, an tu ex ſubſtitutione admittaris, voluntatis [i] eſt quæſtio. Nam ſi credens eum proprium & ſuum libertum, heredem inſtituit, nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere voluit: extitit cõditio ſubſtitutionis: tibíque hereditas delata eſt [k]. Quòd ſi verba ſubſtitutionis ſubſcriptæ ad ius retulit, vt ſi nec per ſemetipſum alium feciſſet heredem (potuit [l] enim, quamuis iubente domino, nolle adire) ita demum ſubſtitutus vocaretur: ſi tamen paruerit domino, & adierit: ſubſtitutioni locus non eſt. PP.6. Kal. Maij, Maximo II. & Æliano Coſſ.224.

4. Imp. *Gordianus* A. Vlpio.

SI pater tuus eum quaſi [m] filium ||ſuum|| heredẽ inſtituit, quem falſa opinione ductus ſuum eſſe credebat, non inſtituturus ſi alienum [n] noſſet, íſque poſtea ſubditus eſſe oſtenſus eſt: auferendã [o] ei ſucceſſionem, diuorum Seueri & Antonini placitis continetur. PP. Pridie Non. Octob. Pio & Pontiano Coſſ.239.

Si vxor nominetur affinis.

5. Idem A. Caſſiano.

NOn ideo minùs vxor tua iure heres videtur inſtituta, quod non vxor, ſed affinis [p] teſtamento nominata eſt. PP.5. Kalend. Octobr. Gordiano A. II. & Pompeiano Coſſ.242.

De inſtitutione facta animo compenſandi.

6. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Antonio.

SI compenſandi [q] debiti gratia vxor maritum fecit heredem: deſiderio tuo præter portionem hereditatis debitum ||quoque|| reſtitui poſtulantis, non tantùm iuris ſeueritas [r], verùm etiam defunctæ voluntas refragatur. PP.12. Kal. Mart. Præſente & Albino Coſſ.247.

De adoptato in locum fratris.

7. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. Zinoni.

NEc [f] apud peregrinos [t] fratrem [u] ||ſibi|| quiſquam per adoptionẽ facere poterat. Cùm igitur, quod patrem tuum voluiſſe facere dicis, irritum ſit: portionẽ hereditatis, quam is aduerſus quem ſupplicas, velut adoptatus † frater heres inſtitutus tenet: reſtitui ||tibi|| [x] præſes prouinciæ curæ habebit. PP.3. Non. Decemb. Diocletiano II. & Ariſtobulo Coſſ.285.

h *l.37.§.2.ff.de legat.3.v.Cuiac.10.obſ.40.* i putà vtrũ inſtituturus eũ fuerit, ſi ſeruũ communem noſſet. k Liber non eſt, nec inſtitutio valet. *l.13.§.3.ff.de teſtam.mil.*
l Imò non potuit. *l.21.j.de iure delib.* m Inſtitutio facta de aliquo tanquã de filio, cùm non ſit filius, habetur pro non facta. *v.l.5.de teſtam.milit.adde l.9.ff.de hered.inſtit.*
n i.ſuppoſititium, *l.46.ff.de iure fiſci.* o à fiſco ſcilicet. *d.l.46.*
p Nõ vitiatur inſtitutio ſi vxor appelletur adfinis, *adde l.4.5.ʒ.de teſtam.* & meritò. inter virũ enim & vxorem cõſtituitur quaſi quædã affinitas. *l.8.ff de cond.cauſa data.*
q aliud erit ſi quid relictum ſit debitori non compenſandi debiti animo. *leg.7.ʒ. de negot. l.6.ʒ.de hereditar.act.l.7.j.de bon. auth.ind.v.l.85.ff.de legat.2.l.12 ff.ad l.Falcid. l.29.ff.de condic.inſtit.* r Legis Papiæ, quæ vetat coniuges inter ſe ex teſtamento capere, niſi compenſandi cauſa *Contius.*
f ἀδελφοποιΐα non admittitur, ne quidẽ inter exteros. Nam adoptio naturam imitatur: at nemo ſibi fratrem gignit. Pone, Peregrinum (qui mihi natura frater non erat) heredem inſtitui ſub fratris nomine: heredem propterea non facio, quòd fratrem appellaui: quum lex, factam per adoptionem fraternitatem prohibeat, *Synopſis Baſilic.35.tit.13.cap.15.& ibi Scholiaſtes.* Quid ſi peregrinum, mihi tamen cognatum adoptaui & heredem inſtitui? Scholiaſtes illo loco notat, valere adoptionem & inſtitutionem. Quid ſi adrogaui quaſi fratrem & heredem inſtitui? inſtitutio non valet. ita vt huiuſmodi adoptio & inſtitutio poſſit reuocari per liberos adoptantis. *Synopſis & Scholiaſtes illo loco.* licet tamen fratris nomine adiecto inſtituere eum qui non ſit frater: eum denique quem fraterna charitate diligo. *Græci ib. l.57.ff.de hered. inſt.* Cæterum vt ad ἀδελφοποιΐαν reuertar, earum rerum numero ea habetur, quæ fieri nequeant aut non ſoleant. vnde & matrimonium non impedit, adoptio enim naturam imitatur, at nemo ſibi fratrem gignit. *4.Harmen.6.§.20.*
t παρὰ τοῖς ἔξω ῥώμης οἰκοῦσι, apud eos qui extra Romam habitant. Synopſis Baſil. *35.tit.13.cap.15.5.Harmenop.8.§.106.*
u adoptari nemo poteſt vt frater. *l.14.inf.j.de hered.inſtit.* poteſt tamen quis ita heres inſtitui vt nomen familiæ & arma ſeu inſignia ferat. *1.Papon.20.Arreſt.1.§.15.*
† Inſtitutus vt frater à fratre errante, rectè non eſt inſtitutus. x & ita non applicatur fiſco portio eius quem vt fratrem falſo inſtitui *vt hic.* applicatur portio eius quem vt filium falsò inſtitui. In filio indignitas eſt, qui ſuppoſititius eſt: in fratre non eſt.
y Collegiis illicitis hereditas relinqui non poteſt: illicitis, puta Iudæorum *l.1.ʒ.de Iudæis.* Chriſtianorum collegia licita, *l.1.ʒ.de ſacroſ.eccleſ. his ad de qua notaui ad leg.9.D.de mor.cauſ.leg.12.D.de reb.dub.l.3.D.de collegiis.*
z vide quæ ſcripſi ad *l.1.ʒ.de ſacroſ.eccleſ.l.1.D.quod cuiuſque vniverſ.*
a *ſubaudi* principis dixi ad *l.1.§.1.D. quod cuiuſque vniuerſit.* Quid in licito? *v.l.26.D.ad Trebell.*
b Alioquin fieri poſſet temporis decurſu, vt vniuerſa penè bona collegiis adquirerẽtur. Nec enim mori dicuntur collegia *l.76.D.de iudiciis.* hinc apud Gallos ius Amortizationis, *Admortiſſement* introductũ, de quo v. Paponẽ *1.Arreſt.14.* eundem *3.Notar.c. des admortiſſemens.* Pekium *in tract. de amortizatione bonorũ.*
c Extraneus ita poteſt inſtitui, cùm morietur *vt hic:* at non filius. nam hæc inſtitutio, præteritioni ob lõgam moram ſimilis eſt.
d Extraneus ita poteſt inſtitui *l.79.§.1.D.de cõd. & demonſt.Paul. 3.ſent.6.§.6.* atqui ex die & ad diem non datur hereditas *l.3.4. ff.de hered.inſtit.* Ex die mortis dari non poteſt, veluti, Poſt quinquennium quã moriar. tacitè in diem conferri poteſt, veluti, Cùm capere poteris *l.62.ff.eod.* Cùm adoleueris *l.33.ff. de vulgari.* Cùm morieris *vt hic.* & ita ſæpe fit, vt quæ expreſſa non valent, tacita valeant *l.9.§.18.l.38.D.eo.l.77.le.195.ff.de reg.iur.v.Cuiac.3.obſ.34.*

De collegiis.

8. Iidem AA. Hadriano.

COllegium [y], ſi [z] nullo ſpeciali [a] priuilegio ſubnixũ ſit, hereditatem capere non poſſe [b] dubium non eſt. PP.X. Kal. Iun. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ.290.

De inſtitutione cum quis morietur.

9. Iidem AA. & CC. Iuliæ.

EXtraneum [c] etiam cùm ||quis|| [d] moreretur, heredẽ ſcribi ||ſibi|| placuit. PP.16. Kal. Nouemb. Sirmij, AA. Coſſ.

De his quibuſcum factio teſtamenti non eſt.

10. Iidem AA. & CC. Aſclepiadę.

NEque [e] per ſe heredes inſtitutos, quibus hoc conceſſũ [f] non eſt, neque per ſeruos proprios hereditatem poſſe quærere, iuris dictat ratio. S.16. Kal. Sept. Sirmij, Cæſ. Coſſ.

De ignoto teſtatori.

11. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hierio PP.

EXtraneum etiam penitus ignotum [g], heredem quis inſtituere poteſt. Dat. XI. Kal. Mart. Conſtantin. Felice & Tauro Coſſ.428.

De ciuitatibus.

12. Imp. *Leo* A. Erythrio P.P.

HEreditatis †, vel legati [h], ſeu fideicommiſſi [i], aut donationis titulis domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad ius inclytæ vrbis, vel alterius cuiuſlibet ciuitatis peruenire poſſunt. Dat. V. Kal. Mar. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

De inſtitutione ex re certa.

13. Imperator *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

QVoties certi quidem ex [k] certa re [l] ſcripti ſunt heredes, vel certis rebus pro ſua inſtitutione contenti eſſe iuſſi ſunt, quos legatariorum [m] loco haberi certum eſt: alij verò ex certa parte, vel ſine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam vnciarum inſtitutionem referuntur: eos tantummodo omnibus hereditariis [n] actionibus vti vel cõuenire decernimus, qui ex certa parte vel ſine parte ſcripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occaſione heredum ex certa re ſcriptorum fieri. Dat. 8. Id. April. Conſtantinop. Decio V.C. Coſ.529.

De verbis, Sempronius Plotij heres eſto.

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm in libris Vlpiani, quos ad Maſurium Sabinum ſcripſit, talis ſpecies relata ſit: hanc apertiùs expedire nobis viſum eſt. Quidam teſtamentum faciens ita inſtituit, *Sẽpron. Plotij* [o] *heres eſto.* Veteres quidẽ exiſtimabant errorẽ nominis eſſe, & ſic inſtitutionẽ valere, quaſi teſtator Plotius nominaretur, & Sempronium ||ſibi|| ſcripſiſſet heredem. ſed huiuſmodi ſententiam craſſiorem eſſe exiſtimamus. neque [p] enim ſic homo ſupinus [q], imò magis ſtultus inuenitur, vt

e Heres eſſe prohibitus, neq; per ſeruum hereditatem adquirere poteſt. *Syn.Baſi.35.tit.13.c.18.*
f Qui per ſe capere non poteſt, per alium non poteſt. *l.31.D.eod.§.4.Inſtit.de hered. qualit.*
g Hæc lex deprompta eſt ex lege *vl.C.Theod.de legit.hered.* ibi, Extraneis ac ſæpe ignotis in donationibus ſucceſſionibúſque tribuitur *l.46.D.eo.§.vl.Inſt.eo.* ſic tutor ignotus inſtitui poteſt *§.10.D de excuſ.tut.No.90.c.1.l.29.j.de donationib.* Sueton. Aug. c.66. Hereditates ſibi relictas ab ignotis non admittebat.
† Ciuitatibus relinqui hereditas poteſt, olim non poterat *Vlp. 22.§.5.*
h *l.73.in fin.v.l.122.in fi.D.de legat.1.Vlp. 24.*
i *Vlp.d.loco 22.§.5.l.26.D.ad Trebell.*
k Inſtitutus in re certa vicem ſuſtinet legatarij, ſi tamen ei coheres nullus datus ſit: aut datus quidem, qui tamen non adierit. Quid ſi coheres datus adiit? Quidam volunt heredis loco haberi, quod propria authoritate poſſit rem adprehendere: legatarius non poſſit, ſed accipiat ab herede, *Menochius in tract. de adipi. heredit. Remedio 4.nu.134.* Alij, partim heredis, partim legatarij *Bald.ad l.35.D.eo.* Alij putant, quod ad rem ipſam attinet, haberi pro legatario: ideóque Falcidiam pati, neque ei dari remedium *l.vl.j.de edict.D.Hadriani.* Volunt etiam eum non teneri creditoribus hereditariis niſi teſtator eum æquauerit heredibus. Filium verò inſtitutum in re certa, haberi pro herede: vt non poſſit quaſi præteritus rumpere teſtamentum *v. Graſſum lib. ſentent.§.hered.quæſt.3.*
l Rerum heres inſtitui poteſt *l.35.D.eo.l.16.§.2.D.ad Trebell.*
m Legatum, & inſtitutio particularis, eiuſdem naturæ *v.Papon.20.Arreſt.1.§.8.*
n *v.l.vl.ʒ de heredit.act.*
o & ita extranei *l.76.§.1.D.de legat.2.* Duobus modis hæc verba intelligi poſſunt.
p Stupiditatem magis reprobari quam nimiam ſubtilitatem hinc colligit Tiraquellus *tract. de pœnis cauſa 12.*
q Nemo ita ſupinus eſt, vt nomen ſuum ignoret *vt hic. & j.eod.* vnde fatuus præſu-

ſuum

mitur,qui errat in proprio nomine : & ex tali errore præsumitur fatuitas.*vt hic.*Eadẽ est ratio si quis erret in nomine filij:cùm censeatur eadem persona *l.vlt.j.de impuber. & aliis subst.* Alias error in nomine ,cognomine & agnomine proprio non vitiat, si constet de corpore. *l.si in nomine §.de testam.* Superioribus exemplum Georgij Trapezuntij addi potest,quem morbi asperitate proprij nominis oblitum refert Iouius in eius vita.

suum nomen ignoret , sed si[a] quidem ipse testator Plotio cuidam heres extitit:manifestum est sibi Sempronium heredem instituisse, vt per mediam ipsius testatoris personã Plotij heres efficiatur.Et hoc argumentamur ex antiqua[b] regula,quæ voluit heredem [c] heredis,||testatoris || esse heredem. Sin autem nihil tale factum est,superuacuam & inanem huiusmodi institutionem esse : nisi [d] prius herede Plotio sibi instituto,sic adiecerit,*Sempronius Plotij heres esto* tunc etenim existimandum est eum dixisse, si non Plotius heres sibi fuerit , tunc Sempronium in totum partémve Plotij ex substitutione vocari : ita vt ex [e] consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inueniatur. Sin autem neque ipse testator Plotio heres extitit,neque[f] Plotium heredem antea scripsit, & sic Sempronium Plotio heredem esse voluit: nullius esse momenti talem institutionem,cùm non[g] est verisimile,in suũ nomen||quenquam||errasse.Dat.3.Kal.Aug. post consulatũ Lampadij & Orestis VV.CC.531.

a Prima superioris formulæ interpretatio. Sẽpronius Plotij heres esto. Plotij,putà cui successit testator.Si ita institutio intelligi potest, erit valida,quantumuis impropriè verba accipiantur.

b Antiqua regula.

c Heres heredis mei,mihi est heres *l.7. in fin. D. de adq.hered v. l. 194.D. de regul. iur.*

d Secunda superioris formulæ interpretatio. Plotium heredẽ institui, mox adieci, Semproni Plotij heres esto.eo casu Sempronius Plotio substitutus intelligitur.

e Ex consequentia verborum ducitur interpretatio.

f Vbi non est institutio,ibi nulla est substitutio.

g Non est verisimile , in suum nomen quenquam errare *§. eod.*

h Id est,de conditionibus institutioni & substitutioni adiectis.*j.v.28.ff.7.*

i *v.Cuiac.17.obs. 21.* huiusmodi conditio mixta est, Si Anthylli filio nupserit.

k *l.1.j.de his quæ sub modo l.31. ff. de condit. & demonst.* Conditio habetur pro impleta , quoties per eum cuius interest impleri,statur quominus impleatur *l. 161. D. de reg. iur.*

l Conditio ea fuit, Si Titio sororis meæ filio nupserit

m *adde l.3.D.de her.instit.*

n Honestæ conditioni ni heres paruerit, substitutus admittitur.

o Viduitatem indicere videtur , qui legat sub conditione turpium nuptiarum *l.63.§.1. D. de cond.& dem.*

DE INSTITVTIONIBVS[h] ET SVBSTITVTIONIBVS, ET RESTItutionibus sub conditione factis.

Tit. XXV.

De conditione nuptiarum.

1.Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Alexandro.

CVm auum maternum ea conditione filiam tuam heredem instituisse proponas,si[i] Anthylli filio nupsisset, non priùs eam heredem existere,quàm conditioni paruerit , aut Anthylli filio recusante[k],matrimonium impeditum fuerit, manifestum est.P.P.Kalend.Octob. Anulino & Frontone Conss. 200.

2.Imp.*Antoninus* A.Cassiæ.

COnditioni[l] sub qua testamento matris tuæ[m] heres instituta es , si non paruisti : locum habet substitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium [n] nuptiarum viduitatem[o] tibi indixisse,cùm te filio [p] sororis suæ consobrino tuo probabili consilio matrimonio iungere voluerit. Nec extraordinario auxilio indiges : cùm ex his||precibus,||quas libello complexa es,declaretur non[q] per eum stetisse,quo minùs supremæ voluntati matris tuæ testatricis satisfieret.PP.8.Id.Mart.Romæ,Antonino A.IIII. & Balbino Coss. 214.

De conditione emancipationis.

3. Idem A.Maxentio & aliis.

SI mater vos sub conditione [r] emancipationis heredes instituit, & prius quàm voluntati defunctæ pareretur, sententiam||depoitationis||[s] pater meruit,vel aliter defunctus est:morte eius vel alio modo patria potestate liberati,ius adeundæ hereditatis cum sua causa quæsistis. S.Prid. Kal.Maij,Sabino & Anulino Coss. 217.

De filiofam.instituto à patre.

4.Imp.Alexander A.Æmiliano.

SI pater filium, quem in potestate habebat,sub cõditione, quæ† in ipsius potestate non erat , heredem scripsit, nec in defectum eius exheredauit: iure testatus non videtur.Cùm autem trãs mare & longè te agentem sub hac conditione heredẽ scriptum esse dicas,si[t] in patriam,quę in prouincia Mauritanię erat,regressus fuisses,nec exheredatũ te alleges,si [u] in eum locum non redisses: manifestum est multis casibus non voluntariis[x], sed fortuitis euenire potuisse , vt eam implere non posses: & ideo adire hereditatẽ non prohiberis.PP.Kalend. Apr. Iulia. II. & Crisp. Conss. 225.

p Inter consobrinos,nuptiæ permissæ *vt hic. & l.19.§.de nupt.* Sobrini filius πρόσεξάδελφος.Quę à matre scripta est heres sub hac conditione,si sobrini filio nupserit,omninò conditionem implere debet.(Non enim turpes hæ nuptiæ sunt)nisi fortè per ipsum steterit,quominus fiat.*Syn.Basil.35.tit. 12.cap.30.*

q *vide leg.1.in fin.§.eodem.*

r Conditio ea fuit,Liberos meos heredes instituo, si pater eos emancipauerit , vel cùm sui iuris erunt per emancipationẽ,vel in tempus emancipationis *l. vlt.j. de don. quæ sub modo : l.70.D.de cond.& demonst.Paul.4.sent.1.§.12.*

s Emancipationis conditio locum habet,patre deportato vel mortuo *vt hic & leg. 44.ff.de iure dot.*& è contrà , Conditio emancipationis per mortem patris, locum habet filio à patre emancipato *l.11.§.11.D.de leg.5.l.15. D.quando dies legat. Paul. 4. sent.1.§.15.* Conditioni satisfit per æquipollens *adde l. 23. versic.Brasidas ff.ad Trebell.* Morte patris quis emancipatur *v.l.29.§.5.ff.de lib.& posth.*

† Filius institui non potest sub alia conditione quam potestatiua *l.4.D. de heredib. instit.l.83.D.de cond.& dem l.20.§.4.ver existimo D.de bon.libert.* Igitur filius non potest heres institui sub conditione casuali vel mixta, nisi sub cõtraria exheredetur: alioquin testamentum est nullum.*vt hic.adde l.1.D.de iniusto.l.Lucius in verbo nullius est momenti.ff.de cond. & demonst.* Verùm hanc legem hodie corrigi, vt talis conditio reiiciatur ad legitimam vsque filij & valeat testamẽtum, Glossa & Bart.hîc notant: *arg.l.quoniam autem:l.scimus autem:§.cum autem:§.de inofficioso:Gloss.in l.suus in verbo const.ff. de heredib. inst.*& hanc sententiam Bartolus ait esse communem, vt & Alexander.Iacobinus de S.Georgio ita ter iudicatum fuisse refert. Idem tenet Ripa *in rub.D.de vulgari.Benedict.in c.Raynutius in verbo deliquit nu.28.de testam.* Bernardus de Luco *reg.727.* Rodericus Xuarez in repetit.d. leg.*quoniam in prioribus.* Montaluus in Glossa *l. 9.tit.4.parte 6.* Cõtrarium tenet Decius *hic.*& Corasius *in rubr.C o. de impub.*verum Duenazius *reg. 368.*refert Gloss. & Bart,opinionem cõmuniorem esse.

t De institutione his verbis facta , Si in patriã regressa fueris.

u Nam & hoc adiici potuit , Si in hunc locum redierit , exheres esto.

x Potestatiua cõditio , voluntaria:Casualis extra voluntatem posita , pendet ex euẽtu vel fortuna.Mixta,quæ partim ex voluntate, partim ex casu *l.vlt.j.de necessar.l.vn. §. 7.j. de caducu.*

De conditione diuortij.

5. Impp.*Valer.& Gallien.*Maximo.

REprehendẽda tu magis[y] es,quàm mater tua, illa enim si heredem te sibi esse vellet:id quod est inutile , matrimonium te dirimere [z] cum viro non iuberet. tu porro voluntatem eius diuortio comprobasti. Oportuerat autẽ, etsi conditio huiusmodi admitteretur,præferre [a] lucro cõcordiam[b] maritalem:Enimuerò cùm boni[c] mores hæc obseruari vetent:sine vllo dãno coniunctionem[d] retinere potuisti.Redi[e] igitur ad maritum,sciens hereditatem matris, etiam si redieris,retenturam[f]: quippe quam retineres,licet prorsus ab eo non recessisses.P.P.12.Kal.Decemb. Valeriano IIII.& Gallieno III.AA.Conss.258.

De conditione disiunctiua.De tacita conditione si sine liberis decesserit.

**Græca constitutio Iustiniani.*

6.Idem A. ad Senatum.

GEneraliter sancimus,si quis ita verba sua composuerit vt edicat,Si filius vel filia intestatus[g] vel intestata, vel sine liberi ||aut sine testamento[h]|| vel sine nuptiis decesserit:& ipse,vel ipsa liberos sustulerit,siue nuptias contraxerit,siue testamentum fecerit:firmiter res possideri, & non esse locum substitutioni eorum,vel restitutioni. Si enim nihil ex his fuerit subsecutum:tunc valere conditionem , & res secundum verba testamenti restitui, vt incertus successionis morientis exitus videatur certo substitutionis vel restitutionis fine concludi. Cui enim ferendus est intellectus,si forsitan testamentum quidem non fecerit , posteritatem autem habuerit : propter huiusmodi verborum angustias liberos eius omni penè fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obstruentes , vt ne quis alius deuiet, huiusmodi facimus sanctionem : & hanc legem in perpetuum valituram inducimus , tam patribus quàm liberis gratam : quo exemplo etiam aliis personis,licet extraneę[i] sint de quibus huiusmodi aliquid scriptum fuerit , medemur. ¶ Cum autem inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu , in quo pater filiis suis substituit, ||nulla|| liberorum ex his procreandorum ||adiectione || habita,optimo intellectu disposuisse , euanescere [k] substitutionem,si is,qui substitutione prægrauatus est, pater efficiatur,& liberos sustulerit,intelligentem non[l] esse verisimile, patrem,si de nepotibus cogitauerit,talem fecisse substitutionem:humanitatis intuitu hoc latiùs & pinguiùs interpretandũ esse credidimus,||vt||& si quis naturales[m] filios habeat,& partem eis reliquerit,vel dederit vsque ad modum, quem nos statuimus,& substitutioni eos subiugauerit,nulla liberorum eorum mentione facta : & hîc intelligi euanescere substitutionem . liberis eam excludentibus,& intellectu optimo his,qui ad substitutionem vocantur, obsistente,& non concedente ad eos eam partem venire , sed[n] ad filios vel filias,nepotes vel neptes,pronepotes vel proneptes morientis transmittente,& non aliter substitutione locum accipiẽte,nisi ipsi liberi sine iusta[o] sobole decesserint: vt[p] quod inter iustos liberos sancitum est,hoc & in naturales filios extendatur.Quæ omnia & in legatis[q]& fideicommissis specialibus locum habere sancimus.Dat.XI.Kal.Augusti. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC.Conss. 530.

De conditione viuo testatore vel post mortem eius impleta.

7.Idem Ioanni præf.præt.

SI quis heredem scripserit sub tali conditione,*si ille consul factus fuerit vel prætor:*[r] vel ita filiam suam instituerit

y Qui facit, grauiùs peccat quã qui iubet.

z De conditione , Si à marito diuerterit. Conditio diuortij à lege remittitur, *vt hic & l. 8. in fi.D.de vsu & habitat.* repugnat enim vtilitati publicæ *leg. 2.§. 44.D. ad Tertul. No.1.c.1.* ei contraria est , Si à marito non diuerterit *v. l. 2.j. de cond.insert.*

a Lucro concordia maritalis præferenda.

b & honestatẽ *l.26. D.si quis omissa causa testam.*

c Præceptum testatoris contra bonos mores non obligat.

d id est, matrimonium.

e Honestè.

f Qui paret turpi conditioni, non propterea perdit relictum.

g Sempronius institutus est sub his conditionibus,Si intestatus vel sine liberis,vel si sine nuptiis decesserit, substitutus est Titius: Sempronius nuptias cõtraxit,liberos sustulit,testamentum etiam fecit, liberis substitutis. éstne locus substitutioni? est: omnes enim conditiones euenerunt. Quid si tantum nuptias contraxit? non est. quia disiunctiua particula *Vel* , inter conditiones negatiuas posita resoluitur in coniunctiuam *Et*, ídque fauore liberorum. Ideóque huiusmodi substitutioni locus non erit , nisi omnes conditiones extiterint *facit l.85.D.de hered.instit.l. 85.j.de verbor. signif.*

h Inclusa supersunt.

i Hæc constitutio extensa est ad extraneos.

k Substitutio euanescit, si is qui substitutione prægrauatus est,liberos sustulit. *l. 30. j de fideicommiss.l.85.in fin.ff.de hered.instit.*

l Qui extraneis patrem præfert, eius quoque liberos præferre intelligitur.

m Caius Titio naturali filio Sempronium substituit. Titius liberos legitimos suscipit:non est locus substitutioni. Ergo in substitutione facta naturalibus liberis post eorum mortem,tacita intelligitur conditio,si decesserint sine legitimis heredibus *vt hic d.l.43.ff.de vulgari* , vt eo casu,minùs scriptum quàm dictum videatur *l. 102.ff. de condit.& demonstr.*

n Liberi patris fideicommisso grauati excludunt substitutum.

o Et ita naturales tantum liberi non excludunt substitutum. Quid si legitimati? excludunt *vide Arestum Parisiense apud Paponem 20. Arrest.3. §.5.* nec enim differt legitimatus à legitimo *No.35.c.3.adde l.77.§.13.ff.de legat.2.l.77.§.5.ff.ad Treb.*

p Ius à iustis liberis ad naturales tantum ,extendi potest.

q Hæc constitutio in legatis & fideicommissis etiam locum habet.

r *l.21.D.quando dies legat.*

heredem, *si nupta fuerit*: viuo † autem testatore vel ille consul processerit, vel prætor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit, vel adhuc viuo testatore consulatum quidem, vel præturam ille deposuerit, filia autem eius || à marito || diuerterit omni veterũ dubitatione explosa, sancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, siue[a] viuo eo, siue mortis tempore, siue post mortem, conditionem videri esse completam. Quod & in legatis & fideicommissis & libertatib. obtinendum esse censemus: ne dum nimia vtimur circa huiusmodi census subtilitate,[b] iudicia testantium defraudentur. Dat. 9. Kal. Aug. Constantinop. post consulatum Lampad. & Oreste VV. CC. 531.

De institutione secundum conditiones infra scriptas.

8. Idem A. Ioanni præf. præt.

SI testamentum ita scriptum inueniatur, *ille heres esto secundum*[c] *conditiones*[d] *infra scriptas*. si quidem nihil est adiectum, neque aliqua conditio in testamento posita est: superuacuam[e] esse conditionum pollicitationem sancimus, & testamentum puram habere institutionem. Et argumento vtimur, quod Papinianus respondit[f]: Vicos reipublicæ relictos qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicõmisso minus deberi, quòd testator fines eorum, & certaminis formam, quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præuentus non fecit. Sin autem conditiones quasdam in quauis parte testamenti posuit: tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri, tanquam[g] si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset, quæ infra cõscriptæ sunt. Dat. 6. Kal. Aug. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

An in vulgari substitutione contineatur tacita pupillaris.

9. Idem A. Ioanni PP.

CVm quidam prægnantem habens coniugem, scripsit heredem ipsam quidem suam vxorem ex parte, ventrẽ verò ex alia parte, & adiecit, si non posthumus natus fuerit, alium sibi heredem esse, posthumus autem natus impubes[h] decessit: dubitabatur, quid iuris sit, tam Vlpiano quàm Papiniano viris disertissimis voluntatis[i] esse quæstionem scribentibus, cùm opinabatur Papinianus eũdem testatorẽ voluisse posthumo nato, & impubere defuncto, matrem magis ad eius venire successionem, quàm substitutum. Si enim suæ substantiæ partem vxori dereliquit: multo magis & luctuosam[k] hereditatem ad matrem venire curauit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationem resecantes, substitutionem quidem in huiusmodi[l] casu, vbi posthumus natus adhuc impubes viua matre decesserit, respuendam esse censemus. Tunc autem tantummodo substitutionem admittimus, cũ posthumus minimè editus fuerit, vel post eius partum mater prior decesserit. Dat. 3. Kal. Aug. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis, VV. CC. 531.

DE IMPVBERVM,[m] ET ALIIS[n] SVBSTITVTIONIBVS.

Tit. XXVI.

De partibus institutionis tacite repetitis in substitutione.

1. Imp. *M. AElius Antoninus* A. Secundo.

CVm[o] heredes ex disparibus partibus instituti, & inuicem substituti sunt, nec in substitutione facta est vllarum partium mentio: verum est, non[p] alias partes testatorem substitutioni tacitè interuisse, quàm quæ manifestè || in || institutione expressę sunt. Dat. Claro II. & Seuero Conss. 171.

De substitutione reciproca.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA Frontiniæ.

HAEreditatem quidem defuncti intestati filij delatam tibi dubitari non oportet. substitutio enim testamento patris facta, ad pubertatis tempora porrigi non potest: quia ipso & aliis non[q] eiusdem conditionis heredibus institutis, & inuicem substitutis, propter eorum personam, quibus in vnum casum duntaxat substitui potest, etiam in filio idem debere seruari, & ratio suadet, & diuus Marcus pater[r] constituit. P.P. VI. Kal. Aug. Chilone & Libone Cõss. 205.

De vulgari.

3. Imp. *Alexander* A. Achillæ.

HAEres instituta matris testamento, si successionem ex testamento omisisti, & ab intestato bonorũ possessionis ius habere voluisti: substituto[s] locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde si substitutus hereditatem amplexus est: actionibus, quæ || tibi || aduersus matrem competebant, ipsum conuenire, nõ successionem ab intestato potes vindicare. PP. II. Kal. Septemb. Maximo II. & AEliano Conss. 224.

An vulgaris expressa contineat tacitam pupillarem.

4. Idem A. Firmiano.

QVamuis placuerit substitutionem impuberi, qui in potestate testatoris fuerit, à parente factam ita, *si heres non erit*,[t] porrigi[u] ad eum casum, quo postea quàm heres extitit, impubes decessit, si modo non contrariam[x] defuncti voluntatem extitisse probetur: cùm tamen proponas ita substitutionem factam esse, *Si mihi Firmianus filius, & AElia vxor mea (quod*[y] *abominor) heredes non erunt, in locum eorũ Publius Firmianus heres esto*: manifestum est, in eum casum factam substitutionem, quo vtrique[z] heredem substitui potuit. PP. IIII. Kal. Iul. Fusco II. & Dextro Conss. 226.

Quomodo substitutio expirat.

5. Impp. *Diocl. & Max.* AA. Hadrianæ.

POst aditam[a] hereditatem directæ[b] substitutiones non[c] impuberibus filiis factæ, expirare solet. P.P. X. Kal. Iun. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 293.

De iure accrescendi.

6. Iidem AA. & CC. Quintiano.

TEstamento || iure || facto, multis[d] institutis heredibus, & inuicem substitutis: adeuntibus suam portionem etiã inuitis[e] coheredum repudiantium accrescit[f] portio. Sine die & consule.

Per substitutionem pupillarem succeditur pupillo ex testamento: & venientes ab intestato repelluntur. Alex.

7. Iidem AA. & CC. Feliciano.

SI testamento || iure || facto intra pupillarem ætatem & in sua potestate cõstitutæ filiæ,[g] si intra pubertatem decesserit, directis verbis pater substituit: heredem te factum ex testamento[h] post euentum conditionis, intestati successionem exclusisse constat. S. Kal. Ian. Sirmij. AA. Coss. 293.

Si miles filio heredi instituto substituerit.

8. Iidem AA. & CC. Patronæ.

PRecibus tuis manifestius exprimere debueras, maritus quondam tuus miles[i] defunctus, quem testamẽto facto heredem communem filium vestrum instituisse proponis, & secundum heredem scripsisse. vtrúmne in primũ casum, an || in || secundum filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra decimumquartum suæ ætatis annum, aut postea[k] decesserit, substituerit. Nam non est incerti iuris, quod si quidem in patris militis positus potestate, primo tantùm casu habuit substitutum, & patri heres extitit: eo defuncto ad te omnimodo || eius || pertineat successio. Si verò substitutio in secundum[l] casum, vel expressa, vel cõpendio,[m] non vsque ad certam ætatem facta reperiatur: si quidem intra pubertatem decesserit, eos habeat heredes, quos pater ei constituit, & adierint hereditatem. Si verò post[n] pubertatem[o]: || tunc || eius te successione obtinente, veluti ex causa[p] fideicommissi bona, quæ cùm moreretur patris eius fuerint, à te peti possunt. S. V. Id. Aprilis, AA. Cons. 293.

† Sufficit conditionem casualem vel mixtam impletam fuisse viuo testatore, licet impleta non durauerit *l. 91. in fin. D. de cond. & demon.*

a *d. l. 91. l. 18. D. manumiss. testam.* b Subtilitate iudicia testantium non sunt defraudanda.

c Hæc particula conditionem facit, si conditiones ei adiiciuntur. d Etiamsi destinata adiectio conditionis testamento non inseritur, testamentum non vitiatur *l. 75. in fin. ff. de lega. 2.* Accidentia omissa testamentũ non infirmant.

e Imò non est superuacua cùm ita institutus habeatur pro non adiecto. *l. 9. §. 5 ff. de heredib. instit.*

f *in d. l. 77. in fin.*

g Nihil interest institutioni immediatæ conditio adiiciatur in quauis parte testamenti, putà inferiore: ita vt conditio in fine testamenti adiecta reddat institutionẽ perinde conditionalem ac si ab initio fuisset adposita.

h Volũtatis quęstio.

i *dixi ad l. 28. §. de inoff. §. 2. Inst. de Sc. Tertul. l. 7. in fin. D. vnde liberi l. 26. ff si quis omiss. caus. l. 4. j. ad Tert. & l. 11. j. comm. de success. l. 72. ff. de condit. & demonst.* inde etiam colligunt, Præsumi senem iuueni præmori *v. Alciat. 1. præsumpt. 43.*

k tristem *§. 2. Instit. de Sc. Tertul.* luctuosam legitimam portionem *l. 28. §. de inofficios.* triste lucrum *l. vlt. j. cõm. de successionibus.*

l Vxorem ex vna parte instituo, ventrem ex altera, & si posthumus natus nõ sit, Titium in eius partem substituo. Nascitur posthumus, idẽ impubes moritur viua matre. mater ei succedit, non substitutus: & ita Titius tacitè non intelligitur posthumo impuberi substitutus. Vulgari quidem substitutioni tacitè inest pupillaris: sed effectũ non habet aduersus matrem siue sit coheres ipsa, adiecta filio, *vt hic* siue non sit *l. 8. j. titu. proxim. adde Cuiac. 12. obs. 27.*

m Ea est pupillaris de qua dixi *ad l. 28. ff. 6. 2. Instit. 16.*

n Ea est vulgaris, de qua etiam dixi ad *28. ff. 6. 2. Instit. 15.* o Heredes ex diuersis partibus instituti, inuicem eos substitui, nec in substitutione partes expressi? Ad substitutionem ita vocãtur, sicut in institutione vocati sunt. *vt hic.* hoc est, in substitutione partes repetitæ tacitè intelliguntur, quæ expresse in institutione commemoratæ sunt. *vt hic. Syn. Basi. 35. tit. 13. c 23.*

p *v. l. 24. ff. de vulg. & pupill.*

q Diuersæ conditionis vel ætatis liberis facta substitutio reciproca valet tantum in vulgari casu *l. 4. §. 2. ff. eo. l. 6. §. de test. mil.*

r Non quidem meus sed Commodi. Est autem hæc constitutio Seueri & Antonini Caracallæ, cuius fit mentio in *d. §* 2.

s Res ita sit, Si Achilla heres non erit Titius heres esto. Achilla repudiat hereditatem ex testamento: & mauult ab intestato succedere? fit locus substituto. Hæc enim verba *si heres non erit*, ita accipi solent, *si heres non erit ex testamento*: cùm primùm cœpit Achilla heres non esse ex testamento, factus est locus substitutioni *l. 60. versic. nam filius ff. de adquir. her.*

t Verba sunt substitutionis vulgaris.

u Vulgaris facta filio impuberi comprehendit pupillarem *l. 4. D. eo.*

x Vulgaris interdum pupillarem non includit ex tacita testatoris voluntate.

y *l. 41. in fin. ff. eodem.*

z Filio impuberi possum substituere pupillariter & vulgariter: vxori, vulgariter tantùm. His cognitis fingamus eam formulam fuisse, *Filius & AElia vxor heredes sunto, si heredes non erunt, Publius heres esto*: filius in pupillari ætate decedit: pars filij ad Publium defertur, non ad Æliam, quæ pupillariter superiore casu filio nõ videtur substituta. Vulgaris substitutio eo casu pupillarem non continet. Nam si ad Æliam deferretur, substitutio esset inæqualis. Ælia filio substituta esset vulgariter & pupillariter, filius Æliæ vulgariter tantùm. Hinc constat, Vulgarem duobus inæqualibus factã, in neutra pupillarem continere. *Alex.* Substitutionẽ in hoc casu locum habere non posse, nisi habeat locũ in persona vtriusque *Bartolus.*

a Aditione, vulgaris substitutio expirat, Heres eo tempore propriè intelligitur *v. Grass. lib. sentent. §. hereditas quæst. 5.*

b vulgares *l. 6. j. de legatis.*

c id est, puberibus, substituere nemo potest puberi filio post aditam hereditatem. *vt hic.* Id tamen locum non habere in testamento ad pias causas scribit Tiraquellus *21. priuilegio piæ causæ.*

d Heredib. pluribus institutis & inuicem substitutis, repudiãtium partes, hereditatem adeũtibus etiam inuitis addicuntur *vt hic. Syn. Basil. 35. tit. 13. cap. 28.*

e Inuitis quoq. adcrescit portio *l. 35. D. de adqu. her. l. vn. j. de caducis tollend.* Cur ita? *v. l. 1. ff. de adquir. hered.*

f Inter institutos & inuicem substitutos ius adcrescendi locum habet *l. 1. j. quando non petentium l. 1. j. de successor. edicto. l. 9. D. de sub.* dixi ad *Vlp. 26. §. 5.*

g *v. l. 2. D. de vulgari.*

h *l. 3. D. de vulgari.*

i dixi ad *leg. 6. in fin. §. de testam. milit.*

k *leg. 15. D. eodem.*

l *l. 4. §. 1. ff. eo.* Substitutio in secundum casum, pupillaris vel compendiosa. in primũ, vulgaris. In primum autem dicitur, quia prouidet si heres non sit: qui primus est euẽtus, quo via substitutis aperitur. Primus dicitur quia non esse præcedit esse *v. Baldus hic.* m id est, non expressa certa ætate.

n Militibus datum est vt substituant puberi in secundum casum *v. l 6. §. de testam. mil. v. Cuia. 12. obs. 27. & 26.* Idem paganis datum est *c. Rayn. extra de testam.*

o *v. l. 2. ff. eo l. 1. in fi. ff. de confirmando tutor.* p Substitutio facta à milite puberi

De sub-

verbis ciuilibus valet iure fideicommiſſi : trahitur ad fideicommiſſum *v. Cuiac. 11. obſeru.25.*

De ſubſtitutione facta mente captis.

9.[a] Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ. P.P.

HVmanitatis[b] intuitu parentibus[c] indulgemus, vt ſi filium, nepotem vel nepoté cuiuſcunque ſexus habeant, nec alia proles deſcendentium eis ſit, iſte tamen filius vel filia, nepos vel neptis, pronepos vel proneptis mente[d] captus vel mente capta perpetuò ſit, vel ſi duo vel plures iſti fuerint, nullus verò eorum ſapiat: liceat[e] hiſdem parentib. legitima[f] portione ei vel eis relicta, quos voluerint his ſubſtituere : vt occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad[g] exemplum[h] pupillaris querela[i] nulla contra teſtamentum eorum oriatur: ita tamen, vt ſi poſtea||reſipuerit[k] vel||reſipuerint: talis ſubſtitutio ceſſet. Vel ſi filia aut alij deſcendentes ex huiuſmodi mente capta perſona, ſapientes ſint : non liceat parenti qui vel quæ[l] teſtatur, alios quàm ex eo deſcendentes, vnum vel certos, vel omnes ſubſtituere. Sin verò etiam liberi teſtatori vel teſtatrici ſint ſapientes, ex his verò perſonis, quæ mente captæ ſunt, nullus deſcendat, ad fratres eorum vnũ, vel certos, vel omnes eandem fieri ſubſtitutionem oportet. Dat.3.Id.Decemb.Conſtantinop.DN. Iuſtiniano A. PP.II.Conſ. 528.

De ſubſtitutione facta duobus impuberibus filiis.

10. Idem A. Ioanni præf.præt.

CVm quidam duobus[m] impuberibus filiis ſuis heredib. inſtitutis adiecit, *ſi vterque impubes deceſſerit, illum ſibi heredem eſſe:* dubitabatur apud antiquos legum auctores, vtrúmne tunc voluerit ſubſtitutum admitti, cùm vterque filius eius in prima ætate deceſſerit: an alterutro decedente, illico ſubſtitutum in eius partem ſuccedere. ||Et|| placuit. Sabino ſubſtitutionem tunc locum habere, cùm[n] vterque deceſſerit. cogitaſſe enim patrem primo||filio|| decedente, fratrem ſuum in eius portionem ſuccedere. Nos eiuſdem Sabini veriorẽ ſententiam exiſtimantes, non aliter ſubſtitutionem admittendam eſſe cenſemus, niſi vterque eorum ||in||prima ætate deceſſerit. Dat.VI.Kal. Aug. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.531.

Interpretatio verborum: quiſquis mihi heres erit: & , Titius filio meo heres eſto; & verborum: Titius vna cum filiis ſuis & Sẽpronius heredes mihi ſunto.

11. Idem A. Ioanni præf.præt.

SI quis duobus heredibus inſtitutis filio ſuo impuberi eos vnà cum alio tertio ſubſtituerit, & verba teſtamenti ita compoſuerit: *quiſquis mihi heres erit, & Titius filio meo heres eſto:* ſecundùm quod apud Vlpianum inuenimus, mortuo impubere filio, quærebatur, quomodo ad ſubſtitutionem vocentur tres ſubſtituti: vtrúmne duo priores, qui & patri heredes fuerant ſcripti in dimidiam vocentur, tertius in reliquam dimidiam : an tres ſubſtituti, vnuſquiſque ex triente, ad ſubſtitutionem vocentur. Alia applicata dubitatione, ſi quis heredem ita ſcripſerit, *Titius vna*[o] *cum filiis ||ſuis|| & Sempronius heredes mihi ſunto.* & in præſenti||enim|| ſpecie quærebatur ſecundùm Vlpianum, voluntas teſtantis vtrúmne Titium vnà cùm filiis ſuis in dimidiam vocet, & Sempronium in aliam dimidiã, an omnes||in|| virilem[p] portionem. Nobis autem in prima quidem ſpecie videtur tres ſubſtitutos, vnumquemque in trientem[q] vocari: in ſecunda autem ſpecie, cùm & natura pater[r] & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur, dimidiam quidem partem ||Titio||cum filiis ſuis, alteram autem partem Sempronio adſignari. Dat.7.Kal.Aug.Conſtantinop.poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

a Fit mentio huius conſtitutionis in *l.7.§ 1.ſ.de curat. furioſi.*

b Exemplaris ſubſtitutio ex humanitate introducta : eſt enim humanitatis ſummæ furioſi & mente capti curam ſuſcipere. vnde notant, exemplariter ſubſtituendi ius, parentibus concedi iure humanitatis, non poteſtatis: vt ea ratione videatur parens naturalis filio naturali furioſo exẽplariter poſſe ſubſtituere: licet ſecus ſit in pupillari, quæ fit iure poteſtatis. De exemplari ſubſtitutione ad de quæ ſcripſi ad *§.1.Inſt.de pupillari: ad l.ex facto D.de pupillari.*

c An naturalib. tantũ? dicam.j.eo. Quid è conuerſo, poſſũntne liberi parentib. furioſis exẽplariter ſubſtituere?

d Mente captis ſubſtituitur directò ad ſimilitudinem pupillorum *§. 1. Inſt. de pupillari: leg. 51. D.4.hered.petit.dic.* idem in furioſis & mutis *l. 3.ff.de vulgari,* prodigo aleatori & ſimilibus & ita alter alteri interdum teſtari poteſt cõtra leg. 32. *D. de hered.inſt.* poteſt furioſus per patrem, quod per ſeipſum non poteſt, *leg.10.ſ. de heredib.inſt.* poterit pater bona filij teſtamento alienare certa lege *leg. 1.j. de bon. mat.leg. vlt.§.6. verſi. ſi enim.j. de bon.quæ liber.*

e Olim id erat impetrandum *l. 43.D.eo.*

f Cui ſubſtituitur exemplariter, legitima ſaltem relinquenda. vnde quidã colligunt, Naturalem parentẽ liberis non poſſe ſubſtituere, cum naturalib. liberis legitima non debeatur. verum ea de re dixi ſuperius. Imò exheredato poteſt etiã ſubſtitui *l.1. §.2.eodem.*

g πρὸς μίμησιν καὶ πρὸς ὁμοίωσιν dicitur Theoph.

h Exemplaris ſubſtitutio fit mente captis *§. 1. Inſt.de pupill.*

i Aduerſus exẽplarem ſubſtitutionem querela inofficioſi nõ competit.

k Ceſſante cauſa finali exemplaris ſubſtitutionis, ceſſat ipſa ſubſtitutio.

l Exemplaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam à matre, quantumuis pupillarem facere non poſſit *l.33.D. de vulg.* etiamſi bonorum filij adminiſtrationem nudam habeat, non ius alienandi *l.31.§.6.D.de negot.* Quid ſi à matre & à patre ſimul ſubſtitutio facta ſit? facta à patre ſubſtitutio preferetur. *Bald.hic.* ad eundem modum matris ſubſtitutio auitæ præferetur *Baldus hic. nu.48.*

m *l.25.l.42.ff.de vulg.§.6.Inſt.de pub.*

n *dicta leg.25.*

o Quoties plures inſtituuntur cum adiectione nominis diſtributiui, quilibet vocatur in virilem, ac ſi eſſent ſingulariter nominati. *Bart.*

p Inſtituto patre vna cum liberis ſuis, *vt hic,* vel ſimul cum liberis: vel, cum liberis, vna cum parente liberi vocantur ſeu admittuntur. *verſi.in ſecunda.j.eo.* Quid ſi ita: Filium & liberos eius inſtituo? liberi ordine ſucceſſiuo (quem charitatis ordinem interpretes vocant) admittentur. *l.5.ſ.de inſtitut.l.69.§.3.l.77.§.32.D.de legat.2.* Quid ſi ita, filium meum & heredes eius inſtituo? ordinata ſucceſſio hoc caſu facta ſeu imperata intelligitur: quia viuus filius heredem non habeat: vt hinc conſtet in formula ſuperiore, filij inſtituti heredes, vnà cum ipſo filio non admitti *Bart.in l.Gallus.§.idem rectè.D.de liberis.* Quid ſi ita inſtitui: Nepotem meum & patrem eius inſtituo? Ordo neceſſitatis hîc attendetur non ſcripturæ: hoc eſt, Nepoti meo prætuliſſe intelligor eius patrem. Filium non videor nepoti meo poſtpoſuiſſe *arg.l.51. D.de hered. inſt.* Quid ſi ita rem comparaui mihi filio, & nepoti? filio & nepoti, cùm heredes mei erunt, pact° intelligor: nã qui filio paciſcitur, ei vt heredi, non vt ſocio paciſci videtur *l.ſi tibi §.ſed ſi ff.de pact.*

q *adde l.17.§.1. ff.de hered. inſt.* Imò in ſemiſſẽ. *l.9.ff.de vug.*

r Pater & filius, eadẽ penè perſonã *adde l. 22.j. de agricol. & cenſit.*

DE NECESSARIIS[ſ] ||SERVIS|| HEREDIBVS INSTITVENDIS, vel ſubſtituendis.

Tit. XXVII.

De inſtitutione in fraudem creditorum: de ſeruo pignorato..

1. Imp. *Pertinax* A. Lucretio.

IS, qui ſoluendo non eſt, heredem neceſſarium etiam in fraudem creditorum relinquere poteſt[t]. Sed ſi pignori[u] datus fuiſti, & in eadem cauſa permanſiſti : ne ab eo quidem debitore, qui ſoluendo non fuit, liber & heres neceſſarius exiſtere potuiſti. PP.XI.Kal.April.Falcone & Claro Conſſ.198.

Si ſeruis relinquatur ſub appellatione libertorum.

2. Imp. *Antoninus* Aufidio & aliis.

CVm ſerui conſtituti, ſub[x] appellatione libertorum heredes ſcripti eſſetis: ea ſcriptura benigna interpretatione perinde habenda eſt, ac ſi liberi & heredes inſtituti fuiſſetis. quod in legato locum non habet,[y] Accepta VII. Kal.Mart.Priſco & Apollinare Conſſ. 170.

De ancilla pupilli herede à tutore inſtituta.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Felici.

SI tutor[z] ancillam tuam contubernio ſuo coniunxit, ac poſt heredem eam inſtituit: neque dominium ex huiuſmodi facto tibi auferri potuit: & vt eius aditione iuſſu tuo tibi per hanc ſucceſſio quæratur||iure|| conceſſam habes facultatem. S.XVI.Kal.Ian.Sirmij, AA.Conſſ.293.

Si ſeruus in primo gradu manumiſſus ſubſtituatur pupillo.

4. Imp. *Iuſtinian.* A. Iuliano præf.præt.

CVm quidam ſuum pupillum heredem inſtituit, & ſeruo directis verbis libertatem reliquit, & in ſecundo gradu, in quo pupillarem ſubſtitutionem faciebat, ipſum ſeruum ſine libertate pupillo ſuo ſubſtituit : quærebatur inter prudentes, ſi[a] ex huiuſmodi ſubſtitutione heres neceſſarius pupillo exiſteret. Cauſa enim altercationis ex veteri[b] regula orta eſt, qua omnibus placuerat hunc ſeruum neceſſarium heredem domino fieri, cui in eodem[c] gradu & hereditas & libertas relinquebatur. In præſenti autem nõ in vnum tam libertas quàm ſubſtitutio congregata eſt, ſed in alium[d] & alium gradum. Nobis itaque eandem altercationem[e] decidentibus mirabile viſum eſt, ſi quis putet ex huiuſmodi ſcrupuloſitate impediri teſtatoris voluntatem, maximè domini, & exiſtimet non fieri ſeruum heredem neceſſarium, ſed ei licentiam præſtet & libertatem conſequi, & hereditatem reſpuere, & domini voluntati reclamare. Qui ſi hoc facere tentauerit: etiam puniendus eſt. ſi itaque & viuo pupillo liber, quia teſtator hoc voluit : & mortuo pupillo neceſſarius heres, quia[f] & hoc voluit teſtator. Dat.XV.Kal.Dec.Conſtantinop.Lampadio & Oreſte VV.CC.Conſſ. 530.

De ſeruo teſtatoris.

5. Idem A. Ioanni P.P.

QVidam cum teſtamentum conderet, duobus heredibus ſcriptis, vnum quidem ex parte inſtituit, ſeruum[g] autem ſuum, cuius & nomen addidit, ex reliqua parte ſine libertate ſcripſit heredem, & poſtea eundem ſeruum alij legauit, vel poſt inſtitutionem heredis ſeruum per legatum alij adſignauit, & tunc heredem eum ſine libertate inſtituit. Dubitabatur ſi huiuſmodi legatum vel inſtitutio aliquas vires poſſet habere, & cui acquiratur legatum vel inſtitutio. Dubitationis autem materia erat, quod adhuc ſeruum ſuum conſtitutum heredem ſine libertate ſcripſerat. & tanta inter veteres exorta eſt contentio, vt vix poſſibile ſit videri eandem decidere. Sed antiquitatem quidem hæc altercantem relinquendo, nobis alius modus huius deciſionis inuentus eſt : quia ſemper veſtigia[h] voluntatis ſequimur || teſtatorum. || Cùm igitur inuenimus noſtro iure hoc eſſe inductum, vt[i] ſi quis ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis reliquerit ſine libertate, ex ipſa[k] tutelæ datione præſumatur etiam libertatem ei fauore pupillorum impoſuiſſe : quare non hoc etiam in hereditate & humanius, & fauore libertatis inducimus, vt ſi[l] quis ſeruum ſuum ſcripſerit

ſ & ſeruis *Hal.*

t Imò, non poteſt. *l.31.ff. de pignor. § 0.Inſt. de actionib.*

u Valet libertas data viuo ſeruo in fraudem creditorum, creditoribus non obligato ſpecialiter *vt hic. & l. 83.D.eo.*

x *leg.7.D. de teſt. mil.l. 5. ſ. de teſtam.*

y niſi in mil. *l.7. ſ.de teſt.mil. No. 78.c.4.* Cur aut legatum ſeruo proprio relictũ ſub appellatione liberti non valet, inſtitutio valet *vt hîc & l. 5.§. 2.j. eo?* cauſa eſſe poteſt, quòd hereditates pleniore honore tribuuntur. *leg.5. §. 6 ff. de legat. præſtand. adde l. pen.j.eo.*

z Tutor non poteſt ancillam pupillarem neceſſariam heredẽ inſtituere : ſeu, Tutor non poteſt teſtari de bonis pupilli *facit l.7. §. 3.ff.pro emptore: l.56.§.4. D.de furtis.*

a Id eſt, an huiuſmodi.

b Vetus regula.

c Seruus neceſſarius eſt, cui in eodem gradu & hereditas & libertas relicta eſt.

d Seruus poteſt ab inſtituto libertatem conſequi & pupillo neceſſarius heres exiſtere.

e i. iurgationẽ. Eſt enim altercatio, iurgatio Feſto.

f Omnis teſtator affectat herede ex teſtamento.

g Seruus eo ipſo quod heres à domino ſcriptus eſt, liber cenſetur: licet expreſsè libertas ei data non ſit. *vt hic.* Quid ſi ſcriptum ita iã à ſe heredem ſeruum in continenti alij legauerit teſtator? inutiliter legat : neque hereditatem ſeruo relictam defert. Quid igitur ſeruo fiet? & liber & heres efficietur *vt in pr.huius leg.* Quid ſi dominus heredẽ ſeruũ ſcripſit, & codicillis libertatẽ ei reliquit? Libertatis adiectio codicillis ita facta, nihil ei adiicit, cum ipſa inſtitutione, antea tacite libertatem adeptus fuerit *§.1.j eod.* Quid ſi neque heredem ſcripſit in teſtamento: neque libertatem ei codicillis reliquit, ſed vel legatum vel fideicommiſſum ei tantum reliquit? tacitè cum legato libertas ſeruo data non intelligitur. *§.2.Syn.Baſ. 35.t.13.c.39.* Quid num ſaltem legatum ab heredibus teſtatoris ſeruo præſtandum erit? præſtabitur. *d §.2.ibi, non tamen ita impij.*

h Parendum teſtatoris voluntati.

i *l.9.j.de fideic.li.§.1.Inſt.qui teſtam.tut.dari poſſunt.l.10.in f.l.32.in f. ff. de teſtam.tut.*

k Ipſa tutelæ datione ſerui cõſequuntur libertatẽ, putà, ſi à domino dati eius liberis tutores ſint. *d.§.1.d.l.32.in fi.*

l *§.2.Inſt. quibus manum. non licet. §.1.Inſt. de her.inſt.*

adde *Vlpian.22.§.11.* † & ita abrogatur *Vlpian.22.§.7.§.12.* a Nemo ingenio supino esse præsumitur. Vt natura nihil frustra facit, ita homines sobrij & sani qui naturam quasi ducem sequuntur, nihil vnquam frustra facere existimandi sunt. b De seruo cui hereditas in testamento: libertas in codicillis relicta est. hinc colligunt, Vtiliter datum ex inutili confirmatione non infirmari. c Codicillis hereditas dari non potest directò: obliquè potest *v. l.2.j.de codicill.*

heredem sine † libertate, omnino ciuis Romanus efficiatur quo inducto neque acquisitio, neque tam effusus veterũ atque inextricabilis tractatus locum habeat? Neque enim ferendum est supponere quosdam esse ita supinos[a], vt eundem seruum & heredem instituant sine libertate, & iterum alij per legatum eundem seruum adsignent. ¶ 1 Sed cùm veteres & aliam proposuerunt ambiguitatem, dicentes, si quis seruum suum in testamento quidem heredem ex parte sine libertate scripserit, in[b] codicillis autem libertatem ei reliquerit: si possit institutio valere. & ille tam heres quam liber fieri, ne videatur per codicillos hereditas confirmari, in[c] quibus||hereditas||dari secundum veteres regulas non potest. Nos ||itaque||in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, & libertatem ||&|| hereditatem simul seruis per nostram liberalitatem & benignam interpretationem indulgemus, vt gratulentur, cum non serui remaneant, sed & liberi & heredes efficiantur: cum tanta in eos nostri numinis beneuolentia effusa est, vt||&||si libertas eis neque testamento neque codicillis data sit: tamen hereditate[d] seruis relicta, quasi iniunctam esse libertatem videri||possit.|| 2 ¶ Illo videlicet obseruando, vt si legatum[e] vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur, maneant in seruitute: non tamen ita impij [f] heredes existant, vt liberalitatem testatoris, & seruiles labores debita remuneratione defraudare conentur, & nõ derelictum, licet adhuc seruis constitutis, donent. 3 ¶ Quæ iuris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubitatam benignè extendatur. Si [g] quis etenim testamento principali seruum suum cuidam legauerit[h], in[i] pupillari autem substitutione eundẽ seruum filio suo sine libertate substituerit: quærebatur, siue vtilis esset talis substitutio & per seruum legatum substitutio & post mortem pupilli legatario acquiratur: siue inutilis esset huiusmodi substitutio, quia sine libertate in seruum proprium facta est. Melius itaque nobis videtur legatario eum non statim acquiri sancire, sed expectandũ[k] esse substitutionis euentum. & si quidem pupillo mortuo locus fuerit substitutioni: & liber & heres efficiatur. sin autem substitutio minimè locum habuerit, forsitan pupillo iam in pubertatem perueniente: tunc ad legatarij dominium transeat. Qaemadmodum enim veteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant, quatenus in suspenso fiat libertas & statu liber[l] intelligatur: ita & ex nostra interpretatione, & sine adiectione libertatis in substitutione, & liber, & heres pupillo existat. Dat. 2. Kal. Maij, Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De seruo purè instituto à domino cui relinquitur libertas sub conditione.

6. Idem Aug. Ioanni P.P.

DEcisione[m] nostra quam||fecimus, ||sancientes eum qui à domino suo sine libertate heres instituitur, videri libertatem accepisse, in propria firmitate durante: si quis seruum suum purè quidem heredem instituerit, libertatem autem sub conditione ei donauerit: si quidem conditio talis sit quæ in potestate[n] serui posita est, ille autem eam neglexerit, miniméque compleuerit: & libertate eũ, & hereditate sua culpa defraudari. Sin autem casualis[o] conditio est, & ex fortunæ [p] insidiis defecerit: tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere: hereditatem autem, si quidem soluendo[q] sit, ad alios venire, quos leges vocant, si non aliquis fuisset substitutus[r]. Sin autem soluendo non sit: vt necessarius heres institutus, simul & libertatem & hereditatem obtineat. Tunc enim secundum definitionem tam veteris quàm nostræ decisionis, & liber, & heres necessaribus existat. Dat. II. Kal. Aug. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

d Hereditate seruis relicta, quasi iniuncta libertas eis videtur. e *v. l.2.in fin.s. eod.* militem excipe *l.40.§.1.ff. de test.mil.l.7.in fin.s. de test. mil.* f Heres seruo defuncti legatũ vel fideicõmissum summo iure non debet. quia sine libertate ei nihil legari potest *l. 76.in fin. D.de her.inst.* impius est tamẽ nisi præstet. Interdum aliquid præstandum ex vrbanitate, q non debetur obligationis necessitate. *Bald.* conniuemus in huiusmodi rebus seruis nostris *l. 17.in fin.ff. de alim.* eadem conniuentia serui testamenta faciunt *Plin. 8.epi. 16.* bona habent propria *l.4.D.de manum.* dant etiam dominis suis munus (Seneca *7. de benef.* Nunquid dubiũ est quin seruus cum peculio domini sit: dat tamen domino suo munus: *adde l.107.infi. D. de leg. 1. adde quæ dixi ad Vlp.5. §. 5.*) quasi dotem dat quoque *l.39. D. de iure dotiũ.* g Institui impuberem filium meum, seruum meum legaui, eũdem seruum filio meo sine libertate substitui? Qui ita substitutus est non est legatarij, liber est: vt eo loco habeatur, ac si impuberi morienti substitutus esset: vt liber sit, sub conditione Impubere in eo statu moriente, seruus ita substitutus fit liber & heres. Quid si heres post pubertatẽ moriatur? substitutio deficit: fiétque legatarij seruus ille *vt hic. Syn. Basil. 10.ex lib.35.tit.13. cap. 40.* h sit hæc hypothesis, Titio Pamphilum do, lego: Si filius impubes morietur Pamphilum ei substituo *v.l 38. D.de here.inst. l. 18.in f.ff.de vulg.* pendente conditione Pamphilus legatarij est.

i Potest seruus legatus impuberi substitui. k Conditio expectanda. l Alij legunt, statim liber, alij nec statim liber. m est ex decisionibus. n Conditio potestatiua. o Conditio casualis. p Casualis conditio, fortunæ insidiis obnoxia. q Hæc lex loquitur de hereditate quæ soluendo est, vt *l. 57.D.de hered.instit.* de hereditate quæ soluendo non est *v.Cuiac.17. obs.vlt.*

DE LIBERIS PRAETERITIS VEL EXHEREDATIS[s].

Tit. XXVIII.

De exheredatione post omnes heredum gradus.

1. Imp. *Antoninus* A. Fauiano.

r Seruo præfertur substitutus *v.Cuia.d.loco.Idem in l.3.in verbis si seruum.ff. de hered. inst.* legit hîc, *institutus.adde l.27.infi.s. de inoff.* s *dixi ad 28.D.2.* t Clausula in fine (idem dicunt ab initio *leg.3.§.3.D.eodem.* vel in medio *d. l.3.§.4. Bart.hic.*) posita, refertur ad omnia antecedentia, si nulla ratione ad vnum magis pertineat quam ad aliud.

CVM post[t] omnes heredum gradus exheredatio scribitur, si adiiciat testator ab omnibus[u] se gradibus exheredare: non dubitatur iuri satisfactũ ||esse.|| Et ideo etiam si||id||non adiiciatur, appareat tamen eum id eo consilio scripsisse, vt ab omnibus exheredaret: rectè factum testamentum videtur. Proinde cũ paterfamilias filiis institutis & inuicem substitutis, filium exheredauerit, intelligendus[x] est exheredationem ab vtroque gradu fecisse. Nam cum iidem heredes instituti sunt: nulla ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantũ casu exheredare voluisse. PP. 6. Kal. Iul. Chilone & Libone Conss. 205.

De nepote præterito.

2. Imp. *Alexand.* A. Heraclidæ.

SI auus tuus, qui patrem tuum & nouercam æquis portionib. heredes instituit, cum te[y] quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredauit: mortuo patre tuo viuo auo, sine impedimento legis Velleię succedendo in patris tui locum, rupisti aui testamentum, & ad te hereditas eius tota pertinuit. PP. VI. Id. Apr. Fusco II. & Dextro CC. 226.

De verbis illę filius meus alienus meæ substantiæ fiat.

3. Imp. *Iustinian.* Ioanni P.P.

SI quis filium proprium ita exheredauerit, *Ille filius meus alienus*[z] *meæ substantiæ*[a] *fiat*: talis filius ex huiusmodi verborum conceptione non præteritus, sed exheredatus intelligitur. Cum enim manifestissimus est sensus[b] testatoris: verborum interpretatio nusquam tantum valeat, vt melior sensu existat. Dat. X. Kal. Martij, Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De differentia inter mares & fœminas sublata.

4. Idem A. Ioanni P.P.

||MAximum||vitium antiquæ subtilitatis præsenti lege corrigimus[c], quæ putauit alia[d] esse iura obseruanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis, &||alia||in fœminis, cum ab intestato simile||ius|| vtrique sexui seruauerint. Et aliis[e] verbis exheredari filiũ debere sanxerunt, aliis filiam: & inter nepotes exheredandos alia iura ciuilia, alia prætoria introduxerunt, & si præteritus fuerat filius: vel ipso iure testamentum euertebat, vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat. Filia autem præterita [f] ius accrescendi ex iure vetere accipiebat, vt eodem momento & testamentũ patris quodammodo ex parte iure accrescendi euerteret, & ipsa quasi scripta legatis supponeretur: ex prætore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum. Constitutio autem magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competebat. Qui enim tales differentias inducunt, quasi naturæ [g] accusatores existunt[h], cur non totos[i] masculos generauit, vt vnde generentur, non fiant. [k] Nam hoc corrigentes, maiorum nostrorum sequimur vestigia qui eandem obseruationem colere manifestissimè visi sunt. Scimus etenim antea [l] simili modo & filium || & filiam, ||& alios||omnes inter cæteros [m] exheredatos scribere esse concessum.|| Tum etiam||centumuiri[n] aliam differentiam introduxerunt: & ex hac iniquitate vitium emersit, quale ex libris Vlpiani, quos ad edictum prætoris fecit, inuentum à Triboniano viro gloriosissimo nostro quæstore cæterísque viris facundissimis compositoribus iuris enucleati ad nostras aures relatum est. Nam cum vltimum[o] adiutorium de inofficiosi querela positum esset, inuenta fuerat filia præterita minus habens, quàm filia exheredata. Cùm enim per[p] contra tabulas bonorum possessionem, vel ius accrescendi semissem substantiæ filia præterita accipiebat, & omnibus legata præstare compellebatur[q], scilicet vsque ad dodrantem suæ portionis: remanebat ei sescũcia||tantummodo||in sua successione. Quòd si fuisset exheredata: quarta pars omnimodo totius substantiæ ei relinqui debebat. & quam iniuria dignam pater existimabat, amplius habebat ea quam taciturnitate in institutione præteriit: & si secundum nostræ constitutionis[r] definitionem, quam de supplemento [s] quadrantis disposuimus, repletio fuerat introducta: simili modo exheredatæ in quartam||partem||repletio accedebat. & ita vitium permansit, vt nec ex nostra constitutione emendationem aliquam sentiret. Sancimus itaque quemadmodum

u Exheredatio debet fieri ab omni gradu. x Qui filiis institutis & inuicem substitutis vnum filiorum exheredat, ab institutione, & substitutione eũ exheredasse intelligitur. y Nepotem sc. Nepos præteritus adgnascendo rumpit testamentum aui *l. 13.ff.de iniusto. §. 2.Inst. de exhere. lib.* aliud si post mortem aui *l.9. §.2.ff.de liber. & posth.leg.34.s. de inoff.* z nota formulã exheredationis. addantur & illæ, Filius meus exheres esto, *l. 2.ff. de lib. & posth.* Filius exheres sit, exheres erit *l.17.d.ti.* Te exheredaui, quoniam te contentam esse dote volui *l. 61. D. de heredib. instit.* Titius filius meus exheres esto, *vers. nominatim Inst.de exhe.lib.* a Dubitandi ratio consistere in hac voce videtur: substantiæ enim appellatione videtur pecunia significari non hereditas *l. cogi.16.ff.ad Trebell.* b Sensu reperto verba negliguntur. Interpretatio non fit ad literam sed ad sensum, qui verbis præualet. *his adde l.15.s. de testam.* melius est sensum quàm verba amplecti *l.3.§.9. infi.s. de testa.l 3 §.9.infi. D.de adimendis.* c *§.5.Inst.exheredat.liber. No.115. c.3.* hoc innuit, Masculos & fœminas ęqualiter ab intestato succedere: nominatim tęstamento exheredari oportere. d Olim alia iura fœminarum fuerunt & masculorum in successionibus testamentariis & ab intestato. *v.l. 14.j.de legitimis liberis.* e Olim verbis aliis exheredabantur filij: aliis, filiæ. f Olim masculi præteriti testamentum rumpebant: fœminæ non rumpebant sed eis dabatur ius adcrescendi *vers.Cum enim.j.eod.* g Naturam accusare non licet *l. 14.j. de legitimis heredibus.* h atqui iure diuino videntur fœminæ masculis deteriores *Nu. 27.* i id est, omnes. k non fiat. l fortè l. XII. tab *§.3.Inst.de exh.lib.* m Inter cæteros liberi testatoris exheredari hodie non possunt: *v. infi.j.eo.* n De centũuiris & centumuiralibus iudiciis dixi ad *l.13.s.de inoff.* o Querela inofficiosi, vltimũ adiutoriũ *§.2. Inst.de inoff.* p *vt s.eo.ver.filia aũt.* q *l.6.§.pen.ff.si quis omissa causa testam.l.1.contra s. tab.* r *l.30.s.de inoff.* s De supplemẽto legiti

in suc-

inę aliàs dixi. † Fœminæ ab intestato cum masculis æqualiter succedunt. a Argumentum à successione legitima intestati,ad testamentarium. b Non hoc ait,Testatorē cogi totidem vncias fœminis relinquere, quot masculis : sed si animo habuerit fœminas exheredare,iisdem verbis esse exheredandas,quibus & masculi. c Quæ masculis defuncti bonorum possessio,eadem fœminis etiam datur. d Quę remedia masculis à patre præteritis competũt eadem & fœminis competunt. e Hæc constitutio extēditur ad nepotes, neptes, & deinceps ex masculis progenitos. f Exheredabantur olim aliter posthumæ aliter filiæ iam natæ. Posthumæ inter cæteros exheredatæ, legati titulo aliquid relinqui oportebat: iam natæ aliquid relinqui necesse non erat hodie, vt iam natæ,natíque ita posthumi & posthumę exheredari debent: hoc est,similibus verbis, nominatim nō inter cæteros. g Inter cæteros exheredatur posthumus cuius mentio non fit. contrà non exheredatur inter cæteros, cuius posthumi nominatim fit mē tio:vt *cæteris exheredatus*, posthumus exheredatus non censeatur : qui aliàs non censetur exheredatus, nisi *posthumi* appellatione specialiter designatus sit *vt hic.* quanquam nouo iure posthumus, exheredari non possit *vt* j. *dicetur* cùm exheredari liberi non possint, nisi ingrati.vitium autem ingrati in posthumum nō cadat. h Quæ remedia liberis masculis & fœminis competunt contra tabulas parentũ, eadem competunt posthumis. † Hodie posthumi exheredari non possunt *Authent. non licet.* j. *eo.No.115.c 3. l. 33.* s. *de inofficioso.*

in successionibus parentum, quæ ab intestato† deferuntur,æqua lance & mares & fœminæ vocantur : ita [a] & in scriptura testamentorum eas honorari, & similibus[b] verbis exheredationes nominatim procedere,& contra[c] tabulas bonorum possessionem talem habere,qualem filius vel suus vel emancipatus||haberet||:vt & ipsa si fuerit præterita [d] ad instar filij emancipati vel sui,vel testamentum ipso iure euertat, vel per contra tabulas bonorum possessionem stare hoc non patiatur.Et hæc non solùm in filiabus obtinere,sed etiam in nepotibus[e] & neptibus, & deinceps obseruari censemus,si tamen ex masculis progeniti sunt.

¶Sed quia & aliud vitium fuerat sub obtentu differentiæ introductum, & alia [f] iura exheredationis in posthumis, alia in iam natis obseruabantur : cum necesse fuerat posthumam inter [g] cæteros exheredatam etiam legato honorari, filiam autem iam progenitam etiam sine datione legati : & hoc breuissimo incremento verborum ad plenissimam definitionem deduximus,sancientes eadem iura obtinere & in posthumis [h] exheredandis† siue masculini,siue fœminini sexus sint,quæ in filiis & filiabus iam statuimus: vt etiam ipsi vel ipsæ nominatim exheredentur,id est,posthumi vel posthumæ facta mentione. Dat. Kalen.Septemb. Constantinop.post consulat. Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

In authent.vt cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum cum sequentibus. §. §. col. 8.titul.16. al. 12. Nouell.115.cap.3.

NOn licet parenti aliquem ex liberis exheredare, vel præterire,nisi is probetur ingratus,& ingratitudinis causas nominatim inserat testamento.Causæ verò ingratitudinis noua constitutione expressæ sunt quatuordecim.

In authent.vt cum de appell.cog.§.aliud & §.sequenti & §.sine igitur & §. & hæc in fi.coll.8.tit. 16. al.12.No.115.cap. 2.

EX causa[i] exheredationis vel præteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones. cætera [k] namque firma permanent.

DE POSTHVMIS HEREDIBVS instituendis [l], || vel exheredandis, vel præteritis.||

Tit. XXIX.

Per natiuitatem posthumi præteriti, testamentum rumpitur,& legata non debentur. Alexand.

1.Imp. *Antonin.* A.Brutatio.

SI post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filium filiámve suscepit, intestatò vita functus est:cum agnatione[m] posthumi vel posthumæ,cuius non meminit,testamentum ruptum sit. Ex[n] rupto autem testamento nihil deberi,neque peti posse explorati iuris est.Dat.& PP.IIII.Kal. Iul.Antonino A.IIII.& Balbino Conss. 214.

2. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA.& CC.Soterico.

i Testamentum in quo liberi iniustè vel exheredati vel pręteriti sunt,vno respectu,irritum est:altero non est irritum.Irritum est, quod ad institutos,nō quod ad legatarios.An & quod ad fideicommissarios attinet? mox dicetur. k Fideicommissum vniuersale etiam deberi,hoc est,restitui debere ex eo testamēto,in quo filius fuerat iniustè exheredatus vel præteritus,hinc colligitur : Nã cæterorũ appellatione fideicōmissa continentur *l.ita tamen.§.quoties.ff.ad Treb.No.*115.*c.2.*v. hæc auth.desumpta,vbi fit mentio nō legatorum tantum,sed & fideicommissorum. vnde cum generatim loquatur lex illa,generaliter intelligenda est : vt ne quis putet verbum fideicommissi, coercendum esse ad singulare fideicommissum : nam vt paulò ante dictum est,lex in genere loquitur, vt meritò in genere legem eam interpretari debeas.Deinde effectu nihil adiiceretur:cũ fideicommissa singularia,exęquata sint legatis *l.1.ff de legat.*facit quoque ad hanc sententiam similis casus *l.si seruum.§.1.D.si quis omissa causa:Gloss. in l. eam quam.* j. *de fideicom.* Ad hæc,vniuersale fideicommissum,fauorabilius est singulari *l.nã quod §.1.D.ad Treb.* vt si singulare valeat, multo magis valere debeat vniuersale. Idem quoque probat Bart. in *l.peculium. in f.D.de legat.*2.licet Angelus in tractatu de testamentis in verbo fideicommissum,cōtrariam sententiam defendat, & Martinus Silius. *v. Capellam Tholosanam decis.454.* Quid si in huiusmodi testamento nullo præteritionis causa, clausula codicillaris adiecta est? Idem quod in fideicommisso vniuersali superius diximus obtinere vult Bart.*in l.1.D.de iure codicill.*sed & paria esse relinquere ab intestato venientibus, & hac formula vti,si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum *vt notatur in l.ex testamento.* j. *de fideicomm.Idem tenet Angel.Inst.de codicill.Bart.& Bald.hic & in l.2.D.de legat.3.Faber hic.Salyc.Castr.consi.60.Roman.consi.122.* Quid si testamentum nullum non est, ob præteritionem filij iam nati,sed posthumi? Bart. in *d. l.1.*ita distinguit clausulam codicillarem vim & effectum fideicommissi sortiri, si de posthumo testator cogitauerit:secus si nihil cogitauerit *arg.l.pen. D.de iur.codicill. l. certi iuris.* j. *de testam.l.nonnunquam.* j. *de reuoc.donat.*Verum Dynus,Iacobus.Bald. Paulus Ludouicus *vt* s. verba testamenti inspicienda existimant : vt si testator dixerit simpliciter in tempore instanti, si non valet testamentum, rumpatur testamentum agnatione posthumi ; neque quidquam operari superiorem clausulam *arg. l. si ita D. de auro &c. cum stipulamur. D.de verb.oblig.*secus si ita dixerit in futuro, si non valet aut valebit iure testamenti,valeat iure codicillorum, & hanc communem esse opinionem ex ipso Bartolo,Angelo Salyceto, Baldo,Imola, Raphaele Fulgosio,Castrensi, refert Capella Tholosana *decis.455.*
l Huc refer partem tituli *2.D.lib.28.* m Adgnatione posthumi rumpitur testamentum *v. l. 2.* j. *de bon. poss. contra tabulas.* n Ex ruptò testamento nihil debetur: neque peti potest *vt hic*: putà hereditas, *l.15.in fi.D.de iniusto.* fideicommissum *l.81.ff.de leg.2.* Quid legata? Hodie ex causa præteritionis irrito facto testamento solæ institutiones pereunt,cętera firma permanent, *No.115.c.3. auth. ex causa* s. *ti.pr.* o *v.Ferrariensem in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento 48.in verbo ac etiam nu.11 12. 13. & sequentibus.* p Abortiui adgnatione, non rumpitur testamentum: & meritò. Abortiuus vel abactus venter partum efficere non videtur *Paul. 4.sent. 9.§. 6. adde l. 19. D. de verb. sign.* Hinc fit etiam, vt abortu facto, finiatur missio in possessionem *l.1.in fi.ff.de ventre in poss. mitt.* Non idem est in eo qui exsecto ventre matris, si tamen aliquandiu vixerit, natus est,*l.6. in fi.ff. de inoff.l. 12.D.de liber.& posthum.l.141. ff. de ver.sig. His ad de quæ scripsi ad No.39.c.2. v.Renatum Choppinũ 3. de priuilegiis rustic.8.nu.5.* q *l. 3.in fi.* j. *eod.* r veteres animi. quidam ita legunt:*dixi ad l.9.* s. *qui testam.ad. de Cuia.obs. 9.* s Vox in partu edita,vitæ indicium. t Posthumus,si viuus nascitur, rumpit testamētum etiãsi illico decedat. Viuus fuisse intelligitur,si vocem emisit s.*eo.*vel si cum spiritu fuisse visus est *l.12.in fi.D.de liber.& posthum.*In mortuis,non idem. nam qui mortui nascuntur,neque nati,neque procreati,neque liberi *l.129. D.de ver.sig.Syn.Basi.35.tit.20.ex ti. 8.c.36.5 Harm.5.§.27.* u In more positum fuit priscis seculis,natos infantes protinus in terram statui.Statius *li.1.syluar.*--- tellure cadentē Accepi, fouíque sinu : & lib.5.Meus ille meus,tellure cadentem Excepi:*& li.2.*Natum protinus atque humum per ipsam Primo murmure dulce vagientem Blando Calliope sinu recepit. *Tert.lib. de anima,*Prima constitutio infantis super terram statim Ædeæ (legendum Statinæ deæ)sacer est.Statinam Varro deam facit pueritię pręsidem, & inde nomen traxisse *2.de vita populi Romani.*quòd natus puer simul ac sublatus erat ab obstetrice statuebatur in terra,vt auspicaretur rectus esse, *v.Cuiac.11.obs.30.Forcatul.21.Cupidin. in fin.* x Obstetrices,quasi ἰατρεύαιναι à Gręcis hîc.de quibus aliàs dixi. y Monstrosus partus testamentum non rumpit *l.14.D.de statu.l.135.ff.de ver.sig.* z v.quę dixi de partubus *ad No.39.c.2.*ea fuit iuris antiqui formula, qua partus legitimus significabatur *l.29.D.de liber.l.3.in fi.D.de suis & legitimis.* a an filij eo viuo nati, *hæc verba videntur hic desiderari Cont.* an hi qui viuo testatore nati sunt Cuia.ita legit *l.10.D.de lib.& posthum.in fin.*Qui mortuo testatore nascitur ex iure antiquo instituendus erat, vel exheredandus:Qui viuo testatore,ex lege Vellea *Vlp.22. §.19.*Hoc igitur constituitur, Institutionem factam de posthumo in vnum casum, porrigi ad alterum,ad quē testator verisimiliter processisset,si de eo cogitasset *Bart.* vel,Institutionem factam de posthumo nascituro post mortem,trahi ad posthumũ natum in vita.vt eo casu institutus posthumus,*si post mortem nascatur*,non rumpat testamentum,etiãsi viuo testatore nascatur.Olim,si alteruter casus omissus fuisset, eo casu qui omissus erat natus rũpebat testamentũ *l.10.ff.de liber.* quæ lex hac constitutione,quę ex 50.decisionib.est,videtur abrogari.Alias huius antinomię cōciliationes v.apud Accur. Bar.Bal.hîc & Cu.d.l.10. Forca.21.*Cupid.*Papo 1.*Notar.8.ti. d'institution d'heritiers.* b *Paul.3.sent.4.§.22.* c *dixi ad 28.ff.8.*an sc.expediat hereditatē adire. d Hac voce satis innuitur hũc ti. esse de voluntariis heredib. quib. solis aditio necessaria est:suis.n.nō est necessaria.Cęterũ,Adire hereditatē is videtur qui debitũ paternũ exsoluit *l.2.* j.*eo.* qui de hereditate sibi delata testatur *l.6.* j.*eo.* e *dixi ad 22.ff.2.*Hoc

VXoris[o] abortu[p] testamentum mariti non solui: posthumo verò præterito, quamuis natus illico[q] decesserit, non restitui ruptum,iuris euidentissimi est.S.XII.Kalen. Mart.Sirmij,Cæsarib.Conss.

Posthumus natus viuus, licet ilico decedat, rumpit testamentum,si ipse ad nullum declinat monstrum, vel prodigium.Salyc.

3. Imp. *Iustinianus* A.Ioanni præf. præt.

QVod certatũ est apud veteres,nos decidimus. Cùm igitur is qui in ventre portabatur, præteritus fuerat, qui si ad lucem fuisset redactus, suus heres patri existeret si non alius eum antecederet, & nascendo ruptum testamentum faceret: si posthumus in hunc quidem orbem deuolutus est, voce autem non emissa ab hac luce subtractus est, dubitabatur si is posthumus ruptum facere testamentum posset:||&||veterum[r] animi turbati sunt,quid de paterno elogio statuendum sit. Cúmque Sabiniani existimabant,si viuus natus esset,& si vocem[s] non emisit, rumpi testamentum:apparétque, quod & si mutus fuerat,hoc ipsum faciebat:eorum etiam nos laudamus sententiam: & sancimus,si viuus[t] perfectè natus est: licet ilico postquam in terram [u] cecidit, vel in manibus obstetricis [x] decessit : nihilo minus testamentum rumpi : hoc tantummodo requirendo, si viuus ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum [y] vel prodigium. Dat. XV. Kal.Decemb.Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.530.

In vltimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso.

4.Idem A.Ioanni præf.præt.

QVidam cum testamentum faciebat,his verbis vsus est: *Si filius vel filia intra decem[z] mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunto.*vel ita dixit,*filius vel filia||qui||intra decem menses proximos mortis meæ nascentur,heredes sunto.*iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est,an[a] videantur non contineri testamento, & hoc ruptum facere.Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adiuuantes: ex neutra huiusmodi verborum compositione ruptum fieri testamentum videtur: sed siue viuo [b] testatore,siue post mortem eius intra decem mēses à morte testatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti: maneat testatoris voluntas immutilata, ne pœnam patiatur præteritionis,qui suos||filios||non præteriit.Dat.12.Kal. Decemb.Constantinop.Lampadio & Oreste VV.CC.Cōss. 530.

DE IVRE DELIBERANDI, [c] ET de adeunda [d] vel acquirenda [e] hereditate.

Tit. XXX.

De emancipata quæ manumisit & quædam ob funeris impensam distraxit.

1.Imp. *Antoninus* A.Titię.

verbum generalius est, comprehendit cretionem, aditionem immistionem, gestionem pro herede, existentiam, quæ Græcis ἀνάφασις, & animi destinationem solam.

† Emancipatus seruum paternū manumittendo, hereditati non immiscetur *vt hic:* aliud in filio non emancipato *l.42.§.2.D.de adq.her.* milite tamen excepto *d.l 42.§. vl.* Hodie se immisceret, sublata differentia omnis emancipationis *Bart.hic.*

SI à patre emancipata, eo defuncto bonorum possessionem non agnouisti: frustra vereris ne hereditati paternæ sis obligata, quod † seruum eius nullo iure manumisisti, res quoque & mācipia quædam propter funeris[a] impensas distraxisti. PP. Kal. Iul. Messala & Sabino Conss. 215.

De solutione.

2. Imp. *Alexand.* A. Florentino militi.

CVm debitum paternum te exsoluisse[b] alleges: proportione hereditaria agnouisse te hereditatem defuncti non ambigitur. PP. VI. Id. Feb. Maximo II. & Æliano Cōs. 224.

Differentia filij in potestate & emancipati.

3. Imp. *Gordianus* A. Florentino militi.

SI fratris tui filius mortis tempore in[c] patris sui fuit potestate: siue ex asse[d] heres institutus est, etiam[e] clausis[f] tabulis heres potuit existere: siue[g] ex parte, nihilo minus statim suus ei heres extitit: nec ea propter quod intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum, tu ad eiusdem fratris tui potes accedere successionem. Quod si cum iuris[h] sui esset, ante aditam hereditatem decessit, túque fratri tuo legitimus heres extitisti: siue intra[i] tempora edicto præfinita, bonorum possessionem agnouisti: quæ ‖hereditariarum‖ facultatum sunt, vel quæ ab alio iniuria detinentur, præsidis diligentia tibi restituentur. PP. XV. Kal. Sept. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

Si pater pro voluntate filij pro herede gesseris.

4. Imp. *Decius* A. Athenaidi.

FIliofamilias delata hereditate, si pater[k] pro herede voluntate[l] filij gessit: solennitati[m] iuris satisfactum videri, sæpe rescriptum est. PP. X. Kalen. Mart. Decimo A. & Grato Conss. 251.

De pupillo & tutore.

5. *Valer. & Gallien.* AA. Paulo.

POtuit pupillus[n] pro herede, tutore auctore, gerendo consequi successionem: sed ipsius actus & voluntas[o] fuit necessaria. Nam si[p] quid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acquirere. PP. XVI. Kalend. Iul. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 258.

De animi destinatione & de eo qui de hereditate sibi relicta testatur.

6. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Philippæ.

SI auia tua patrem tuum ex duabus vnciis scripsit heredem ex sola[q] animi destinatione pater tuus heres fieri poterat. Igitur si testamento ‖suo‖ easdem[r] vncias ad te pertinere decreuit: apud rectorem prouinciæ duarum vnciarū ius persequi poteris. PP. XVI. Kal. Aug. Sirmij, ipsis IIII. & III. AA. Conss. 298.

De transmissione ad heredem.

7. Iidem AA. & CC. Eusobino.

QVoniam sororem tuam prius defunctam esse proponis, quam agnosceret, an à fratre[s] ‖sibi‖ aliquid hereditatis fuisset relictum: manifestum atque euidens est, antequam[t] pro herede gereret, vel bonorum possessionē admitteret, defuncti successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. Kal. Maij, Thiralli, AA. Coss.

De longi temporis præscriptione.

8. Iidem AA. & CC. Claudio.

LIcet incōtinenti sui[u] heredes se paternis non immiscuerint bonis tamē ignorantes[x] delatā sibi esse hereditatē,

a *l.14.§.7.ff.de religiosis: l.10. D.de adq. her.* adde *l.* 1. j. de repudianda.

b Filius soluens simpliciter debitum patris defuncti, præsumitur soluere vt heres *l. 8. in fi. s. de inoff.* hoc est, pro rata parte, patris hereditatē agnouisse videtur *Sy.Bas.35. ti.14.c.73.*

c ὑπεξούσιος, seu non emancipatus patris heres efficitur ipso iure, & hereditatē transmittit, licet ipse paternis bonis se non immiscuerit: *facit l.30.D.quibus ex caus.maior. l.11. ff.de suis: l.14. D. de vsurpationib.* atque illud est quod à veterib. dicitur, Existentiam sui heredis operari trāsmissionem hereditatis paternę, etiam non adgnitę, ad quoscū que *Bart.* etiam extraneos *Bald. hic.nu.2.*

d *l.1.in fi.ff.de iuris & facti.*

e *l.8. j.eo.l.vn.§. 5. j.de caducis.*

f i. ante apertas tabulas.

g *d.§.5.*

h Emancipatus non adgnitam patris hereditatem non transmittit ad suos *vt hic.* non emancipatus transmittit *s.eo.* quod hodie etiam obseruari Bal. putat. *hic. nu.6.*

i *l.4.s.* qui admitti ad bon. poss.

k *l.18.j.eo.* Pater hereditatem filiofamilias, delatam potest adire.

l Nihil interest ipse per me faciam, an per alium mea volūtate quid fiat.

m Hereditatem sibi delatam patris iussu adiisse videtur, quo volente pater pro herede gessit *vt hic. Syn.Bas.d.ti. 14.c.74* Quid enim interest ipse filius adeat delatam sibi hereditatem, an eius pater eo volente?

n *l.18.in fi. j.eo.* o *l.7.s.qui admitti.* p Pupillus adit, tutore auctore, alter sine altero adire non potest.

q Hereditas sola animi destinatione aditur *vt hic.& l.14.j.eo.l. 4. s. vnde legitimi: l. 20.l.88.ff.de adq.hered.* r De hereditate nobis relicta possumus testari, vt eo ipso actu quo de ea testamur, defuncti hereditatem adiisse videamur.

s Fratris hereditas non adita, non transmittitur. t *v.l.vn.§.5.j.de caducis: leg. 2.j.ad Orphitianum.* u *l.3.s.eod.*

x *§.3.Inst.de heredit.quæ ab intest.l.6.ff.de adq.hered.l.11.ff.de liber.& posth.*

y Ius adeundi vel immiscendi, longi temporis spatio non tollitur. longo silentio nemo renunciat hereditati paternæ (De legitima dixi ad l.34. in fi. s.de inoff.) Longissimo, id est, 30. annis, potest. *l.3.j.de præscript.30.ann.* Petendę bonorum possessionis. v. quæ scripsi ad *l.1.§.2.s.qui admitti.*

z Is cui delata est hereditas, instantibus creditoribus interrogari potest, heres necne velit esse.

a Deliberaturo spatium moderatum concedi solet *l.vl.§.13.j.eo.l.1.in fi.l.2.ff.eo.l.5.ff. de interrogat.l.34.D.de iureiur.l.9.D.ad.Treb.*

b *subaudi* vt satisfiat creditoribus, non vt tollatur ius successoris, v. quæ scripsi ad *l.1.§. 12.ff. de successorio edicto.*

c Inopia testatoris non liberat heredem. d Licet ab alio quis patiatur iniuriā non tamen eo nomine aliis iniuriæ esse debet. Non ideo quis à suis creditoribus liberatur, quòd propriis bonis spoliatus sit. Vis à tertio illata non excusat debitorem.

e hoc est, non ideo minus à creditoribus defuncti, (cuius hereditatem maior 25. annis adiisti) conueniri potes, quòd vim à fratre tuo tibi fieri proponas, & ab eodē portionem tuā paternū deniq; testamentū eripi *vt hic. Syn.Basil.35.ti.14.c.79. 5.Harmenop.8.§. 26.*

lōgi[y] temporis præscriptione, quo minus hanc rectè vindicent excludi non possunt. S. 17. Kal. Ian. Sirmij. AA. Conss.

De interrogatione in iure.

9. Iidem AA. & CC. Platoni.

SI curatoris quondam tui testamento iure facto, vel ab intestato legitima delata est successio: hoc casu ei, qui non repudiauit hereditatem, eam licet adire. Rector igitur prouinciæ aditus, si hereditati necdum sint obligati, eos an[z] heredes sint, interrogare debebit: ac si tempus ad[a] deliberandum petierint, moderatum statuet. S. XVI. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conss.

De inopia defuncti & de rebus heredi vi ablatis.

10. Iidem AA. & CC. Sabinæ.

SI te bonis paternis maior ‖quinque & viginti‖ annis immiscuisti, neque inopia[c] patris te excusat. neque vis[d] fratris portionem tuam vel testamentum eripientis arcere[e] de exactione creditorum, qui iure ciuili[f] pro hereditaria portione te cōueniunt, pōt. S. 16. Kal. Ian Sirmij, Cæs. Cōss.

De filiofam. & eius patre.

11. Iidem AA. & CC. Philumenæ.

REnitente[g] te pater tuus, in cuius fuisti potestate, neq; spem delatæ tibi legitimæ quærendæ successionis absumere, neque hereditarios[h] manumittendo seruos, his præstare libertatem potuit. S. 6. Id. Feb. Sirmij, CC. Conss.

De bonorum possessione agnita.

12. Iidem AA. & CC. Antonino.

PVberem agnoscentem[i] bonorum possessionem postea quam ei fuerit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur. S. III. Kal. Decemb. CC. Conss.

De suis heredibus.

13. Iidem AA. & CC. Sclepolidi.

SVum heredem omissa[k] bonorum possessione paternam successionem obtinere potuisse, certi iuris est. S. III. Id. Dec. Nicomediæ CC. Conss.

Si heres nondum possederit.

14. Iidem AA. & CC. Flauiæ.

SI sororis suæ frater tuus ciuili vel honorario successit iure: licet[l] res ex eius bonis descendentes non probetur tenuisse: heres tamen effectus, contra[m] possidentes experiri potest. S. 12. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Conss.

De filiof. sui iuris effecto.

15. Imp. *Constant.* A. ad Leontium comitem Orientis.

NOn est dubium, si priusquam[n] filius iussu patris adierit hereditatem, propriæ potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hanc sibi potuisse quærere. Dat. 17. Kal. April. Limenio & Catulino Conss. 349.

De libero arbitrio.

16. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Annodio.

NEc emere[o] nec donatum[p] adsequi, nec dānosam quisquam hereditatem[q] adire compellitur[r]. Dat. 6. Kal. Ia. Olybrio & Probino Conss. 395.

De creditoribus.

17. Iidem & *Theod.* AAA. Anthemio, pręf. pręt.

CRetionū[s] scrupulosam solemnitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat. V. Kal April. Constantinop. Honorio VII. & Theod. AA. Conss. 407.

De infante.

18. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Senatum.

SI infanti[t] id[u] est minori septem annis, in potestate patris vel[x] aui vel proaui constituto vel constitutæ, hereditas sit derelicta, vel ab intestato delata à matre, vel linea ex qua mater descendit, vel aliis quibuscunq; personis: licebit[y] parētib. ei° sub quor. pōte est adire hered. vel bonor poss. petere

f i. leg. XII. tab. *l.vl.s.de her. act. l.25.§. 13.ff.familiæ.*

g Pater repudiare hereditatem filio delatam eo inuito non potest *l.26.in fi.j.de fideic.l.vl.ver.sancimus j. de bon. quæ lib. adde l. 10.D. de transaction.l.10. D. de adq.her.l.8.ff. de bon.possess.*

h *l. 1.j. de his qui à non dom.*

i Qui agnoscit bonorū possessionem, pro herede gerit. Qui agnoscit iure prætorio, videtur adire iure ciuili.

k Omisso prætoris beneficio iure ciuili, beneficium suis heredib est. *facit l.30 ff.quib.ex caus.maior le.17. de adq.hered.leg. quoties duplici. D.de reg. iur.*

l Adeunti non est necessaria rerum hereditariarum adprehensio. Aditio facit heredem, non possessio.

m Qui adit dominium adquirit, etiamsi non possideat. *l. 6.s. eodem.*

n Emancipatus aditam hereditatem patri non quærit, etiam si ei, cùm filiusfamilias esset, fuerit delata. Tempus aditę hereditatis, non delatæ inspicitur.

o *dixi ad leg.5.s. de oblig.leg 11.s. de contrahend. empt.*

p Inuito non fit donatio *leg. 69. D. de regul. iuris.* vide exceptiones varias ad hunc locum apud Socinum *reg. 435.*

q Nemo inuitus fit heres, *vt hic & l.6. in fin.l. 85.D. de adquir. here. vel bonorum possess.l.vl. s. vnde legitimi.l.3.§. 3. D. de bon. poss.*

Cæterùm hanc legem referre oportet ad extraneos heredes non ad necessarios: idque constat ex leg.149 Cod.Theod.de decurion. ex qua lex nostra sumpta est: *facit leg.21.j.eodem.l.vl.s.eo.§.1.Inst.de heredum qualitate: leg.sed etsi plures.§.filia. D. de vulgari.*

r Si tamen fuerit compulsus, restituit *leg. 21. in fi. D. quod met. caus. ad l.4.l.13.§.4. D.ad Trebell.*

s Id est, cernendæ hereditatis *facit lex vltim.s.qui admitt.§.vltim. Institut. de bonorum possess.* De cretionibus & earum solennitate *dixi ad Vlpian. 22. §.27.28.29.30.31. 32.adde C.Theodos.de cretionibus vel bon.possess.* adde *Varr. 5. & 6. de lingua: Plinium 10. epistolar. Isid.lib.5.Ciceronem.13.ad Attic.46.& 1.de oratore.*

t *Dixi ad legem secundam & tertiam, suprà qui admitti. Nouell.* 158. Filio infanti tantùm, pater bonorum possessionem petit, *lege septima in fine, D. de bonorum possessione, lege prima Codice Theodos. de cretionibus, vel bonorum possessionibus,* tutor etiam maiori infante *leg.6.l.7.ff.de bonor.poss.dixi ad leg.2.leg. 3. s. qui admitti: v.Cuiac.14.obs.8.*

u Infans, id est, minor septem annis *l.14.D.de sponsalibus.* qui fari non potest *l. 3.s. qui admitti.l.1.§.2.D.de adm.tut.*

x Ascendentes paterni descendentis infantis nomine hereditatem adire possunt, siue eo viuo, siue mortuo.

y *l.4.s.eo.l.6.§.3.D.de adquir.hered.*

ren-

1 ¶ Sed ſi hoc parens neglexerit, & in memorata ætate[a] infans deceſſerit: tunc parentem quidem ſuperſtitem omnia ex quacumque ſucceſſione ad eundem infantem deuoluta, iure patrio quaſi iam infanti quæſita capere. 2 ¶ Parente verò non ſubſiſtente, ſi quidē poſt eius obitum tutor[b] infanti ſit, vel datus fuerit: poſſe ||eum|| etiā adhuc infante pupillo conſtituto, eius nomine adire hereditatem, ſiue viuo parente, ſiue poſt mortem eius ad eum deuolutam: vel bonorum poſſeſſionem petere, & eo modo eidem infanti hereditatem quærere. 3 ¶ Sin verò vel non ſit tutor, vel cùm ſit, ea facere neglexerit: tunc eodem infante in ea ætate defuncto[c], omnes hereditates ad eum deuolutas, & non agnitas ita intelligi quaſi ab initio non eſſent ad eum delatæ. & eo[d] modo ad illas perſonas perueniant, quę vocabantur, ſi minimè hereditas infanti fuiſſet delata. Ea verò, quæ de infante in poteſtate parentum conſtituto ſtatuimus, locum habebunt, & ſi quacumque cauſa ſui iuris ||idē|| infans inueniatur. 4 ¶ Si autem ſeptē[e] annos ætatis pupillus exceſſerit, & priore parente mortuo, in pupillari ætate fati munus impleuerit: ea obtinere præcipimus, quæ veteribus continentur legibus: nulla dubietate relicta, quin pupillus poſt impletos ſeptem annos ſuæ ætatis ipſe adire hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem petere, conſentiente parente, ſi ſub eius poteſtate ſit: vel cum tutoris auctoritate, ſi ſui iuris ſit, poſſit: vel ſi non habeat tutorem, adire prætorem, & eius decreto[f] hoc ius conſequi. Datum VI. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ. 426.

De iure deliberandi.

19. Imp. *Iuſtinian.* A. Demoſtheni P.P.

CVm in antiquioribus legibus, & præcipuè in quæſtionibus Iulij Pauli inuenimus filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes poſſe & in ſuam poſteritatem hanc tranſmittere: & aliis ||etiam|| quibuſdam adiectis, quæ in huiuſmodi perſonis præcipua ſunt: eam deliberationem & in omnes[g] ſucceſſores, ſiue cognatos, ſiue extraneos[h] duximus eſſe protelandam[i]. Ideóque ſancimus, ſi quis vel ex teſtamento, vel ab inteſtato vocatus, deliberationem meruerit: vel ſi hoc quidem non fecerit, non tamen ſucceſſioni renunciauerit, vt ex hac cauſa deliberare videatur: ſed ne[k] aliquid geſſerit, quod aditionē, vel pro herede geſtionem inducat: prędictum arbitrium in ſucceſſionem ſuam tranſmittat: ita tamen, vt vnius[l] anni ſpatio eadē tranſmiſſio fuerit concluſa. Et ſi quidē is qui ſciens[m] hereditatem vel ab inteſtato vel ex teſtamēto ſibi eſſe delatam, deliberatione minimè petita, ||intra annale tempus|| deceſſerit: hoc ius ad ſuam ſucceſſionem intra annale tēpus extendat. Si enim ipſe, poſtquam teſtamentum fuerit inſinuatum, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, vel aliter ei cognitum ſit heredem eum vocatum fuiſſe, annali tempore tranſlapſo nihil fecerit, ex quo vel ad eundam vel renuntiandam hereditatem manifeſtauerit: is cum ſucceſſione ſua ab huiuſmodi beneficio excludatur. Sin autem inſtante annali tempore deceſſerit: reliquum tempus, pro adeunda hereditate ſuis ſucceſſoribus ſine aliqua dubietate relinquat: quo completo nec heredibus eius alius regreſſus in hereditatē habēdam ſeruabitur. Recitata ſeptimo[n] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. 3. Kal. Nouemb. Decio V.C. Coſ.

De Inſtituto ex diuerſis portionibus, vel Inſtituto & pupillariter ſubſtituo.

20. Idem A. Ioanni P.P.

QVidam elogio condito heredem ſcripſit in certas vncias, & poſt certa verba teſtamenti eundem in alias vncias, vel tantas, vel quantaſcumq;, & tertio vel in aliam partē hereditatis, vel in quendam vnciarum modum: ille autē vnam inſtitutionem[o] vel duas admittens, vnam vel duas, vel quantaſcumq; reſpuēdas eſſe cenſuit. quærebatur apud veteres, ſi hoc ei facere permittatur. Similiq; modo dubitabatur, ſi impuberem quis filium ſuum heredem ex parte inſtituit, & quēdam extraneum in aliam partē quem pupillariter ſubſtituit[p]: & poſtquā teſtator deceſſit, pupillus quidē patri ||eius|| heres extitit, extraneus autē hereditatem adiit: & poſtea adhuc in prima ętate pupillus conſtitutus ab hac luce ſubtractus eſt, & pupillaris ſuſtitutio locū ſibi vindicauit. Cumq; ſubſtitutus eandē partem admittere noluit, quęſitum eſt, ſi poteſt iam heres ex principali teſtamento factus, pupillarem ſubſtitutionē repudiare. Vtranq;

a Poſt annū ſc. alias heres poſt delatam hereditatem annū habet in petenda deliberatione. *l. 19. j. eo.*
b Tutor adire poteſt pupilli infantis hereditatem, tutorio nomine, viuo tantum pupillo.
c Tutor, mortuo infante pupillo, hereditatē pupilli defuncti adire nō poteſt.
d Tranſmittit etiam ad extraneos, hereditatē etiam non aditā filius in poteſtate: de quo plenius dixi *ad l. vnicam §. 3. j. de caducis.*
e Delatam maiori infante hereditatem, nec ſolus pater, nec ſolus tutor adire poteſt. Ecquis igitur? Pupillus: patris tamen vel tutoris cōſenſu *l. 5. s. eod. l. 9. D. de adquir. hered.* Quid ſi neque patrem neque tutorē habeat? Iudicis authoritate adire poteſt *in fin. j. eod.*
f Maior ſeptennio, decreto Prętoris adire poteſt.
g Filiusfamilias ius deliberandi in omnes ſucceſſores trāſmittit *Nouel.* 158. Si tamen is decedat intra annū à die ſcientiæ, eo elapſo heredes excluduntur à iure adeundi. Quid extraneus? tranſmittit? *vt hac lege.*
h *§. 5. Inſtit. de hered. qualit.* An fiſco? tranſmittit? dixi *ad l. 6. ff. de iure fiſci.* adde que ſcripſi *ad l. vnicā §. 3. j. de caducis.*
i i. extendendū.
k Qui quid hereditariū geſſit, renunciat deliberationi: ideoque eo caſu ius deliberandi ad ſucceſſorem nō tranſmittit *§. 1. s. eodem.*
l *l. 23. §. 13. j. eod.*
m *v. v. quæ dixi ad l. 18. §. 1. s. eo.*
n Septimiliario, *dixi ad l. 30. s. de iure dotiū.*
o Inſtitutus in diuerſis partib. nō poteſt vnam partem amplecti, alterā repudiare. Defuncti voluntas ſcindi non poteſt. *j. eodem.*
p Idem inſtitutus & pupillariter ſubſtitutus, non poteſt inſtitutionem amplecti, & ſubſtitutionem repudiare *j. eod.*

q *v. l. 1. D. de adquir. hered.* r *vide l. 55. D de adquir. heredit.* ſ Qui de ſuo ſtatu litigat, ſi heres inſtituitur tanquam ſeruus illius cum quo litigat, per iudicē cogitur ſine præiudicio litis adire hereditatem iuſſu eius qui cum litigat, & ei adquirere. t Non ſine indignatione ſerui inuiti alienis dominis parent. u Quod ſeruo, domini eius commemoratione facta, relinquitur, domino adquiritur. x Quod intuitu domini relinquitur, domino adquiritur non ſeruo. y *v. l. 3. in fi. s. de hered. inſt.* z *l. 59. D. de heredib. inſtit.* a *l. 74. §. 2. D. de adq. hered.* b Qui de ſtatu ſuo litigat, ſi tanquā liber ab aliquo

igitur dubitationem ſimul decidendam eſſe cenſemus. Placuit etenim nobis ſiue in inſtitutione, ſiue in pupillari ſubſtitutione, vt vel[q] omnia admittantur, vel omnia[r] repudiētur, & neceſſitas imponatur heredi particulari facto, vel aliam aut alias partes hereditatis admittere, vel etiam ſubſtitutionem pupillarem. Dat. Prid. Kal. Maij, Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

Si is qui de ſtatu ſuo litigat, heres inſtituatur.

21. Idem A. Ioanni P.P.

CVm aliquis ſcripſit heredem eum[ſ], qui de ſua conditione ei, qui dominium eius vindicabat, in iudicio aduerſabatur, is autē, qui dominum ſe eſſe dicebat, adire eum hereditatem imperabat, vt acquiſitio hereditatis per eum celebraretur, indignatus[t] eſt quaſi domino ei parêre: dubitatio veteribus exorta eſt, ſi qua pœna imponatur huiuſmodi inſolentiæ. Veteres in multas trahuntur ſentētias. ſed nos eorum diſcordiam ſic eſſe decidēdam cenſemus, vt diſtinctio ſubtilis cauſæ ||ei|| imponatur: vt ſi quidem ita ſcripta eſt inſtitutio, *illum ſeruum illius*[u] *heredem inſtituo:* quia apertiſſimum eſt, intuitu[x] domini inſtitutionem eſſe conſcriptam, neceſſe ſit omnimodo per competentem iudicē eum compelli[y] adire quidem hereditatem, & eam acquirere: nulli autem ex poſtfacto ſubiici grauamini, ſi liber pronuncietur: ſed omne ſiue lucrum ſiue damnum ad eū redundare, qui in ſeruitutem eum trahebat, & denegari[z] ei & aduerſus[a] eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc prȩiudicio generando. Sin autem quaſi[b] liber inſtitutus eſt, nulla domini vel ſerui mentione in inſtitutione habita: tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem, nec denegari ei liberale iudiciū: ſed ||&|| hereditatem per ſuum ius decurrere, & liberale iudicium ſuam exſpectare ſententiam, ſiue agente eo, ſiue pulſato: vt ſi quidem ſeruus pronuntietur, tunc domino ſuo hereditatem acquirat: ſin autem liber, eam adipiſcatur, ſi adire maluerit. Dat. 2. Kal. Maij, Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

De tempore adeundæ vel repudiandæ hereditatis, de iure deliberandi & de inuentario.

22. Idem A. ad Senatum.

SCimus[c] iam duas eſſe promulgatas à noſtra clemētia conſtitutiones: vnam[d] quidem de his qui deliberandū pro hereditate ſibi delata exiſtimauerint: aliam[e] autem de improuiſis debitis, & incerto exitu per diuerſas ſpecies eis impoſito. Sed & veterem conſtitutionem[f] non ignoramus, quam diuus Gordianus[g] ad Platonem ſcripſit, de militibus qui per ignorantiam hereditatē adierunt: quatenus pro his tantummodo[h] rebus conueniantur, quas in hereditate defuncti inuenerint: ipſorum autem bona à creditoribus hereditariis nō inquietētur. Cuius ſenſus ad vnam præfatarum conſtitutionum à nobis redactus eſt. *Arma etenim magis quam*[i] *iura ſcire milites ſacratiſſimus legislator exiſtimauit.* Ex omnibus itaque iſtis vnam legem colligere, nobis apparuit eſſe humanum: & non ſolum milites adiuuare huiuſmodi beneficio, ſed ętiam ad omnes hoc extendere: non tantum ſi improuiſum emerſerit debitum, ſed etiam ſi oneroſam quis inueniat eſſe quam adiit hereditatem. ita enim nec ſatis neceſſarium deliberationis erit auxilium, niſi hominibus formidoloſis, qui[k] & ea timent quæ nulla digna ſunt ſuſpitione. 1 ¶ Cum igitur hereditas ad quendam ſiue[l] ex teſtamento ſiue ab inteſtato ſit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte: ſi quidem recta via adire maluerit hereditatē, & ſpe[m] certiſſima hoc fecerit, vel ſeſe immiſcuerit, vt non poſtea eam repudiet: nullo indiget inuentario, cùm[n] omnib. creditorib. ſuppoſitus ſit, vtpote hereditate ei ex ||ſua|| voluntate infixa. ¶ Similiq; modo ſi nō[o] titubante animo reſpuendam, vel abſtinendam eſſe crediderit hereditatem, & apertiſſimè intra[p] trium menſium ſpatium ex quo ei cognitum fuerit ſcriptum ſe eſſe vel vocatum heredem, ||ei|| renunciet: nullo[q] nec inuentario faciendo, nec alio circuitu expectando, ſit alienus ||ab huiuſmodi hereditate, ſiue oneroſa ſiue lucroſa ſit. 2 ¶ Sin autem[r] dubius[ſ] eſt vtrúmne admittenda ſit necne defuncti hereditas: non putet ſibi eſſe neceſſariam deliberationem, ſed adeat hereditatem, vel ſeſe immiſceat: omni tamē modo inuentarium[t] ab ipſo conficiatur, vt intra triginta[u] dies poſt apertas tabulas, vel poſtquā nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hereditatē cognouerit, numerandos, exordium capiat, inuētarium ſuper his

inſtituitur, ſibi adquirit niſi ſeruus pronūcietur, *adde Cuiac. 17. obſ. 21.*
c *Synopſis Baſil. 35. tit. 14. c. 90. & eodem libro tit. 13. c. 7.*
d *l. 19. s. eod.*
e Quæ hodie non extat.
f Cuius meminit Iuſtinianus *§. 5. in fi. Inſti. de hered. qualit.*
g *d. §. 5.*
h Miles pro his tantùm rebus, quas in hereditate inuenerit, conuenitur *l. 12. s. de teſtament. milit.*
i *l. 9. §. 1. ff. de iuris & facti ignorantia.*
k Formidoloſus quis. hîc notant, Vanum timorem nō excuſare.
l Heres ſiue teſtamentarius ſiue ab inteſtato ſit, ſiue ex aſſe ſiue ex parte adire ſine inuentario hereditatem poteſt: cuius aditonis ea vis eſt, vt qui ita adit, obnoxius ſit creditoribus defuncti cùm vltrò adierit. *35. Eclog. 2. cap. 90.*
m Hereditatem vltrò adeūtis pœna.
n qui hereditatem defuncti adit nullo facto inuentario, omnibus creditoribus obnoxius eſt. Pœna hæc eſt inuentarium non faciētis, vt vltra vires hereditarias teneatur: cuius ſententiæ varię exceptiones apud Socinū. *regu.* 170.
o *σκιάζουσῃ* vel *σκιαζούσῃ διανοίᾳ*, titubāte animo *Synopſis d. ca. 90.* malè: deeſt enim illo loco negatio.
p Heres intra ſpatium trium menſiū quibus potuit adire ex inuentario, hereditati renunciare poteſt. Euſthatius aliter hunc locū exprimit, quaſi renūciationi hereditatis ſiue deliberationi ſint prȩſcripti tres menſes: quod eſt falſum *v. Cuia. 14. de præſcrip.*
q Inuentarium facere non cogitur, qui repudiat hereditatem.
r Hereditatem cum dubitatione adeunti, non eſt neceſſario adeundi deliberatio: Nam adire eam poteſt, facto inuentario. ſ Nota quibus heredibus vtilis ſit inuentarij confectio.
t De inuentario ab herede conficiendo, v. Nou. 1. *cap. 2. §. 1.* rerum pupillarum *l. 24. s. de admin. tut. l. 13. ſupr. arbit. tutelæ*: rerum dotalium *v. Nouel. Leon.* 110. ab vſufructuario faciendo *l. 1. §. 4. D. de vſufr. quemadmod. cau.*
u Tempus inuentarij inchoandi, 30. dies ab apertis tabulis: perficiendi trium menſiū *vt hic: & j. eod. ibi intra alios ſexaginta dies v. alia quæ notaui ad Nouell. Leon. 110. in f. l. 24. s. de admin. tut.*

a Et ſic, trimeſtre tempus inuentario conficiendo præſtitutum. Contractius eſt tempus inuentarij quàm deliberationis. Eſt enim deliberationis tempus anni vel nouem menſium. Sed viciſſim vtilius eſt ex inuentario quàm ex deliberatione: cùm is qui ex inuentario adierit non teneatur in ſolidum, ſed pro viribus tantum hereditatis, & Falcidiæ beneficium habeat. b Nota, qui ad inuentarij confectionem ab herede conuocādi ſint *adde Nouell.1.c.2.§.1.*

rebus quas defunctus mortis tempore habebat. & hoc inuentarium intra alios [a] ſexaginta dies modis omnibus impleatur ſub [b] præſentia tabulariorū, cæterorúmq; qui ad huiuſmodi cōfectionem neceſſarij ſunt, ſubſcriptionem [c] tamen ſupponere heredem neceſſe eſt, ſignificantē & quantitatem [d] rerum, & quod nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda res apud eum remaneant: vel ſi ignarus ſit literarū vel ſcribere præpediatur, ſpeciali tabulario ad hoc ſolum adhibendo, vt pro eo litteras ſupponat venerabili [e] ſigno [f] antea manu heredis præpoſito, teſtib. videlicet adſumēdis qui heredē cognoſcant [g], & iubente eo tabularium pro ſe ſubſcribere, interfuerint. 3 ¶ Sin autem ||à|| locis in quibus res hereditariæ, vel maxima pars earū poſita eſt, heredes abeſſe [h] contigerit: tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerādum damus ad huiuſmodi inuentarij cōſummationem. ſufficit enim præfatum tēpus, & ſi longiſſimis ſpatiis diſtant: tamē|| placuit|| dare eis facultatem inuentarij conſcribendi vel per ſe, vel per [i] inſtructos procuratores in [k] loca vbi res poſitæ ſunt mittendos. 4 ¶ Et ſi præfatam [l] obſeruationem inuentarij faciendi ſolidauerint: hereditatem ſine [m] periculo habeant, & legis [n] Falcidiæ aduerſus [o] legatarios vtantur beneficio: vt in tantum hereditariis creditoribus [p] teneantur, in [q] quantum res ſubſtantiæ ad eos deuolutæ valeant: & eis ſatisfaciant, qui primi [r] veniant creditores: & ſi nihil reliquum eſt, poſteriores [ſ] venientes repellantur: & nihil ex ſua ſubſtantia penitus heredes amittant: ne [t] dum lucrum facere ſperant, in damnum incidant. Sed & ſi legatarij interea venerint: eis ſatisfaciant ex [u] hereditate defuncti, vel ex ipſis [x] rebus, vel ex earum forſitam venditione [y]. 5 ¶ Sin verò creditores, qui poſt emenſum patrimonium necdum completi ſunt [z], ſuperueniant: neque ipſum heredem [a] inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparauerint [b] res [c] quarum pretia in legata vel fideicommiſſa vel alios [d] creditores proceſſerunt. Licentia creditoribus [e] non deneganda aduerſus legatarios venire vel hypothecis [f] vel indebiti [g] condictione vti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cum ſatis abſurdum ſit creditoribus quidem ius ſuum [h] perſequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis verò qui pro lucro [i] certant, ſuas partes leges accommodare. 6 ¶ Sin verò heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in ſolutum, vel per dationem pecuniarum ſatis eis fecerint: liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus [k] veniunt hypothecis, aduerſus eos venire, & ||à|| poſterioribus ||creditoribus|| ſecundum leges eas abſtrahere vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, niſi voluerint debitum [l] eis offerre. 7 ¶ Contra ipſum tamen heredem (ſecundum quòd ſæpius [m] dictum eſt) qui quantitatem rerum hereditariarū expendit, nulla actio extendatur. 8 ¶ Sed nec aduerſus [n] emptores rerum hereditariarū quas ipſe ||heres|| pro ſoluendis debitis vel legatis vendidit, venire alij concedatur: cum ſatis anterioribus creditoribus à nobis prouiſum eſt, vel ad poſteriores [o] creditores, vel ad [p] legatarios peruenientibus, & ſuum ius perſequentibus. 9 ¶ In computatione autem patrimonij damus ei ||licentiam|| excipere & retinere quicquid in [q] funus [r] expendit, vel in teſtamenti inſinuationem [ſ], vel in inuentarij cōfectionem [t], vel in alias neceſſarias cauſas hereditatis approbauerit ſeſe perſoluiſſe. Si verò & ipſe aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæ confundantur [u]: ſed

c Heres inuentario per ſe vel per tabellarium ſubſcribere tenetur.
d Quas res inuentario deſcribi oporteat. i. προσκυνουμένῳ σημείῳ Synopſis Baſilic.d.c.90.
e Crucis ſcilicet vt hinc colligas, Signum crucis inuentario & inſtrumētis apponi ſolitū *v. quæ dixi ad Nou. Leon.72.*
f Quid? omiſſio huius ſigni, vitiáne inuentarium? non vitiat. Eſt enim (vt hic ait Bart. *nu.3.*) leuis ſolennitas, & minimi præiudicij quæ omiſſa non vitiat *l.1.ff.de ventre inſpiciendo.*
g Teſtes inuentario adhibiti, heredem debēt cognoſcere.
h Intra anni ſpatium, heredes abſentes inuentarium faciunt *vt hic: §.11.j.eod.* Annus ille à morte teſtatoris numeratur.
i Procuratore ad inuentariū faciendū vti poſſumus & quando.
k Inuentarium quo loco res ſitę ſunt fieri debet. Ideóque heres nō eſt ferendus, ſi res ruſticas in vrbem inuentarij conficiendi cauſa, aduehi iubeat, cùm in itinere multa facile poſſint ſubtrahi.
l Inuentarium aliud, hereditarium: aliud tutelare eſt: hoc pupillis fit à tutore: illud creditoribus & legatariis fit ab herede. Nunc, Pone tutelare inuētarium factū eſſe à tutore, quæri poteſt, an vt pupillo tantū, an etiam vt heredi prodeſſe debeat? non prodeſt vt heredi: vtriuſque enim inuentarium diuerſa ſolennitas eſt, & in multis diſſentanea, niſi fortè aliud conſuetudo indulgeret: aut ſi non in tutelari inuentario, hereditatis inuentarij ſolennitas ſeruata quoque eſt. vide Cepolam *cantela 226.*
m quia non tenentur in ſolidum de exceptione inuentarij v. Oldend. *ca.27.de except.* n Heres, inuentario confecto, Falcidiam deducit. o Falcidia heres, facto inuentario, vtitur aduerſus legatarios, non aduerſus creditores.
p Creditores legatariis præferuntur. q Quo vſque heres facto inuentario creditoribus hereditariis teneatur. r Creditoribus primo venientib. heres poteſt ſatisfacere bona fide, id eſt, ſi neſcierit alios tempore potiores. alias, ſi id reſciuerit, primo venientibus ſoluere non debet, niſi exacta cautione *l.41.ff.ad l.Falc.* & ita hoc caſu occupantis fit melior conditio *vt l.19.ff de re iud.* Melior, inquam, quoad ius poſſidendi attinet, non omnimodo *§.6.j.eo.* ſ Negligentia creditori imputatur. t Stulta eſt ratio aut certe frigida. u Legatariis ſatisfit ex defuncti hereditate. x Puta ſi res illis ſpecialiter ſunt legatæ: atque ita hoc caſu legatariis, rebus ipſis ſeu rerum ſolutione ſatisfieri poteſt. y Heres facto inuentario, luendi æris hereditarij cauſa, res hereditarias poteſt vendere. An ſine ſubhaſtatione? poteſt. *Bald.* z Id eſt, quibus nec dum aut nondum plenè ſatisfactum eſt. a eadem in milite *l.12.ſ.de teſtam.milit.* b Creditori hereditario aduerſus emptorem rei hereditariæ, non datur euictio, *vt hic:* vt qui ab herede rem hereditariā emerit ſecurus fiat, neque eo nomine poſſit à creditoribus hereditariis conueniri. Quid ſi res fuit aliena? Factum heredis domino præiudiciū non adferet *Bar.hic nu.2.* c Quid, ius ac beneficium hereditatis poteſtne vendi? poteſt. *Titu.ff. de hereditate vel act. vendita.* Quid ius ipſius inuentaris ſeu beneficium inuentarij? *adde quæ ſcripſi ad l.73. D.ad Trebell.* d Hereditariarum rerum emptor, ea cautione res hereditatis emere debet, vt pretium rerum emptarum heredi, ſi poſſit, numeret præſentibus creditoribus vel legatariis, eámque recipientibus: vtq; eiuſce numerationis conteſtatio fiat in ipſo venditionis & emptionis inſtrumento: nec enim ſufficit emptori res hereditarias ab herede venditas vti ſatisfaceret creditorib. & legatariis, cùm & pretium earum ſolui quoque ſuperioribus perſonis oporteat. *Cepola cantela.225.* Verū res hereditariæ commodius publice decurſis haſtis cōparantur. e Creditores hereditarij, res hereditarias legatariis traditas ab herede poſſunt euincere, quoties hereditas non eſt ſoluēdo *facit l.6.ff.de ſeparationib.* non, ſi ſoluēdo eſt, *vt l.vlt.ſ.de heredit.act.* f Si res extant. g Si res non extāt, hypotecariis in rē ipſam cōpetit condictio ad pretium. h Melius eſt fauere repetitioni quā aduentitio lucro *l.41.inf.ff. de regulis iur.* i Legatū, titulus lucratiuꝰ. k Priores creditores, poſteriores euincūt.

ſimilem ||cum|| aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum [x] tamen prærogatiua inter creditores ſeruāda. 10 ¶ Licentia danda creditoribus, ſeu legatariis, vel fideicommiſſariis, ſi maiorem putauerint eſſe ſubſtantiam à defuncto derelictam, quàm heres ||in|| inuentario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis quod ſuperfluum eſt, approbare [y], vel per tormenta [z] forſitan ſeruorum hereditariorum [a], ſecundum anteriorem noſtram legem quæ de quæſtione ſeruorum loquitur, vel per ſacramentum illius, ſi [b] aliæ probationes defecerint: vt vndique veritate exquiſita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex huiuſmodi ſentiat hereditate: illo videlicet obſeruando, vt ſi ex hereditate aliquid heredes ſurripuerint [c], vel celauerint, vel amouendum curauerint, poſtquam fuerint conuicti, in duplum [d] hoc reſtituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur.
11 ¶ Donec [e] tamen inuentarium conſcribitur: vel ſi res præſto ſint, intra tres mēſes: vel ſi abfuerint [f], intra annale ſpatium ſecundum anteriorem [g] diſtinctionem, nulla [h] erit licentia neque creditoribus neque legatariis vel fideicōmiſſariis eos vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hereditarias quaſi ex hypothecarum autoritate vindicare: ſed ſit hoc ſpatium ipſo iure pro [i] deliberatione heredibus conceſſum: nullo ſcilicet ex hoc interuallo creditoribus hereditariis circa temporalem præſcriptionem [k] præiudicio generando. 12 ¶ Sin verò poſtquam adierint, vel ſeſe immiſcuerint, præſentes [l] vel abſentes inuentarium facere diſtulerint [m], & datum iam à nobis tempus ad inuentarij confectionē effluxerit: tunc ex eo ipſo quod inuentarium ſecundum [n] formam præſentis conſtitutionis non fecerint, & heredes eſſe omnimodo intelligantur, & debitis hereditariis in ſolidum teneantur: nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt. 13 ¶ Et hæc quidem de his ſancimus, qui deliberationem nullam petendam ||eſſe|| curauerint: quam putamus quidem penitus poſt hāc legem eſſe ſuperuacuā, & deberi ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hereditatem, & ſine damno ab ea diſcedere ex præſentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione, pro deliberādo nobis ſupplicandum neceſſarium eſſe exiſtimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiuerſari, & hereditatem inſpicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus [o] adſertionibus repetita prece ſæpius accipere: nequis nos putauerit antiquitatis [p] penitus eſſe contēptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel [q] à nobis vel à noſtris iudicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine vno [r] anno, à noſtris verò iudicibus nouem menſibus: vt neque [ſ] ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: ſed & ſi fuerit datum, pro [t] nihilo habeatur. Semel [u] enim, & non ſæpius [x] eam peti cōcedimus. 14 ¶ Sin autem hoc aliquis fecerit, & inuētarium conſcripſerit (neceſſe eſt enim omnimodo deliberantem inuentarium cum [y] omni ſubtilitate facere) non liceat ei poſt tempus præſtitutū, ſi [z] non recuſauerit hereditatem, ſed adire maluerit, noſtræ legis vti beneficio: ſed in ſolidum ſecundum antiqua iura omnib. creditoribus teneatur. Cū enim gemini tramites inuenti ſint, vnus quidē ex anteriorib. qui deliberationē dedit, alter autē rudis [a] & nouus à noſtro numine repertus, per quē adeuntes ſine damno cōſeruantur:

l *vide leg.1.j.qui potior.*
m *§.4.§.5.ſ.eo.*
n *§.5.ſ.eo.*
o *§.6.ſ.eodem.*
p *§.7.ſ.eo.*
q Obſerua quas expēſas heres imputare poſſit creditoribus.
r Funeris expenſa omne debitū præcedit *l.pen ff. de religioſ.l.1. in f.ff.ad l.Falci. §.4.Inſt.de l.Falci.*
ſ Inſinuationis expenſa *vt.l.23.ſ.de teſtamen.*
t Inuentarij expenſa.
u Debitum heredis, qui inuentarium fecit, nō cōfunditur *l.48. ff.ad l. Falcid.*
x vt qui prior tēpore, potior ſit iure *l.15.ſ. de rei vindic. l.3.j. qui potior.*
y Aduerſus inuentarium probationes admittuntur. aliàs in dubio pręſumitur pro inuētario, niſi contrarium probetur. *v. Alciat.3.præſumpt.20.* In ſolenni ſcriptura nihil præſumitur omiſſum *le.17.ff.de probatio.*
z *v.No.1.c.2.§.1.*
a Ad probanda facta domeſtica, domeſticis vtimur. Domeſtica domeſticis probantur *l.8.§.6. ſ.de repudiis.*
b Iuſiurādū omniū probationū ſubſidiū. De ſua quiſq; cōſciētia iurare cogitur *l.6.§.4.j.de his qui ad Eccl.*
c *v.l.11..ff. de adq.hered.*
d Pœna heredis rem hereditariā occultātis duplū.
e Intra tēpus inuentarij faciēdi, heres à creditorib. & legatariis cōueniri nō pōt *vt hic.* Vnde notāt exceptionē hanc, ego ſum intra tēpus conficiendi inuentarij, in iudicio opponi poſſe: ſed & impedire litis conteſtationē. Quid ſi agatur eo tēpore ſeu intra illud tempus nō oppoſita ea exceptione? Lis ipſo iure nulla nō eſt. *Capella Tholoſana deciſ.57.* Quid, non perpetuo verum eſt, eā exceptionē heredi cōpetere intra tēpus conficiendo inuētario à lege præſtitutum, vt ne à quoquā poſſit cōueniri? Verū certis caſib. non eſt: poſſunt enim vel eo tempore legata ad pias cauſas, alimēta & funus exigi ab herede: poteſt & ſuſpectus facultatis vel fugæ heres eo tēpore conueniri: Poteſt & eadē tēpore vſurarū peti reſtitutio, vt & cōmodati. *Bal. Caſtrēſ.hic Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio ff.ſi cui plus quā.* Quæ omnia vera ſunt, etiā ſi ipſa hereditas idonea ſit. Quid, eo tēpore poteſtne heres alios conuenire? poteſt. *Bar. hic.* Pauſam igitur & dilationē ſuam habet heres adita etiā hereditate, tantiſper dum inuentarium facit, vt neq; à creditorib. & legatariis poſſit eo tēpore conueniri. Triceſimo ab adita hereditate die, inuentariū inchoare: ſexageſimo poſt primum illum mēſē die, perficere debet ſi res hereditariæ ſint præſentes: ſi diſſitæ, anni ſpatium habet inuentario perficiendo. quo ſpatio inuitis creditorib. & legatariis perfruetur, vt ab iis neq; cōueniri, neq; in ius trahi aut hypothecaria actione conueniri poſſit. *vt hic.* Quid ſi ante id ſpatium inuentariū perfecerit? conueniri poterit. quod heredib. ſummè notandū eſt. f Inuentariū in vrbe, intra tres mēſes: in prouinciis, intra annū fieri oportet, *Græci apud Cui.14.obſ.39.* g *§.3.ſ.eo.* h Quidam excipiunt piam cauſam. Volunt enim etiā nondum confecto inuentario heredē conueniri poſſe præſtādi legati cauſa. vide Tiraquellū *24.priuilegio piæ cauſæ.* i Tēpus deliberādi & inuētarij faciendi datur: eſt tamen hoc illo cōtractius *dixi §.2 ſ.eo.* k Intra tempus inuētarij conficiendi, creditorib. tēpus agendi non currit. Cur ita? quia intra id tempus iidem heredes conueniri non poſſunt *ſ.eo.* l *§.11.ſ.eo.* m Pœna heredis inuentariū nō cōficientis intra tēpus legitimū, teneri in ſolidū. n Lege nō iuuantur, qui in legē cōmittunt. o Lachrymę ſupplicātib. cōmunes. p Princeps nō eſt antiquitatis contēptor. q Tēpus deliberandi petitur vel à principe vel à iudice *l.9.ſ.eo.* r Tēpus deliberādi annuū à principe: nouē menſium à magiſtratib. conceditur. ſ Iniuſta dilatio à principe concedi non ſolet. t Iniuſta dilatio pro nihilo habetur. u Quod ſemel dari pōt, fruſtra ſæpius poſtulatur. x Imò ſæpius *l.3.ff.eo.* y i. nullis rebus omiſſis *Nouell.1.c.1.§.2.* z Petens tempus ad deliberandum niſi repudiat, tacitè adiiſſe videtur. olim ita non fuit *l.19.ſ.eo. l.69.ff.de adquir. heredit.*

electio-

a id est, exigua æstimatio. b Electio imputatur eligenti. c nota regulam. d Post deliberationem adire vel repudiare heres cogitur. e Post deliberationem qui non repudiat hereditatem, adiisse videtur, & vt heres in solidum creditoribus hereditariis tenetur. f In hypotechariis & petitione hæreditatis iuratur in litem. *l.5.ff.de in litem.* g *v.princip.huius legis.§.5.Instit.de hæred. qualit.*

electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere, & beneficium eius sentire: vel si eam aspernandam existimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere: & si non intra datum tempus recusauerit hereditatẽ, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur: & non secundum modum patrimonij, sed etiam si exiguus sit census [a] hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari. & sibi imputet [b], qui pro nouo beneficio vetus elegerit grauamen. & ideo ad ipsam deliberationis dationem, & diuinum rescriptum super hac promulgatũ, hoc adiici volumus, vt sciant omnes [c], quod omnimodo [d] post petitam deliberationem si adierint, vel pro herede gesserint, vel non recusauerint hereditatem, omnibus [e] in solidum hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conscripserit, & vel adierit hereditatẽ, vel minimè eam repudiauerit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur. Quòd si post deliberationẽ recusauerit inuentario minimè conscripto: tunc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur, legibus reddere compelletur: quantitate earum sacramento [f] res accipientium manifestanda, cum taxatione tamen à iudice statuenda.

15 ¶ Notissimum autem est hac constitutione, quæ omnes casus continet, nostris constitutionibus iam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera etiam Gordianæ [g] constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inuentus sit, & tribus constitutionibus in vnum congregatis vnus appareat & in milites & in alios omnes iuris probabilis articulus: ea propter ex anterioribus inquietari nostros subiectos imperio non patimur: scilicet vt milites [h] etsi propter simplicitatem præsentis legis subtilitatem non obseruauerint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate inuenerint. Quam, patres conscripti, in huiusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. Datum 5. Kalend. Decembres Constantinopol. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

DB REPVDIANDA [i] VEL ABstinenda [k] hereditate.

Tit. XXXI.

De eo qui habitauit in domo hereditaria.

1. Imp. *Antoninus* A. Mutatio.

SI [l] paterna hereditate te abstinuisse constiterit, & non [m] vt heredem in domo, sed vt inquilinũ, vel custodem, vel ex alia iusta ratiõe habitasse [n] liquido fuerit probatum [o]: ex persona patris cõueniri te procurator meus prohibebit. PP. Id. Iul. Messala & Sabino Conss. 215.

De eo qui fundos à creditoribus comparauit.

2. Idem A. Seuero.

SI paterna hereditate ||te|| abstinuisti: non ideo quod à [p] creditoribus fundos comparasti, (si modo id bona fide [q] fecisti) à posterioribus, qui sub eisdem [r] obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure conueniris [f]. S. PP. 5. Kal. Iul j, Læto II. & Cereale Conss. 216.

De transact. inutili super hereditate quæsita.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Theodosiano.

SVus heres exceptione pacti, qui testamentum iniustum adseuerans, postea nihil se de paterna successione petiturum non ex causa donationis, sed transigendi animo in iure [t] professus est: cum respuere [u] quæsitam [x] nequiret [y] hereditatem, & transactio [z] nullo [a] dato vel retento seu promisso [b] minimè [c] procedat: submoueri non potest. Sine die, Cæss. Conss.

h Omissio inuentarij, non obligat militem soluendo æri alieno *dixi ad Nouell.1.c.2.*
i *Paul.4.sent.4. Pars tit.2.lib.29. ibi, de omittenda hered.* Repudiatio fit in iure. Recusatio quouis modo. Solus heres repudiat, non fideicommissarius.
k Abstinent sui repudiant extranei. *l.1.2.j.eodẽ.l.vlt.§.1.s.t.prox. ibi, respuendã vel abstinendam.*
l *adde l.3.j.de reuocand.hisqua in fraud.*
m Qui vt heres in domo paterna habitat, abstẽtionem reuocare, immiscere se & gerere pro herede præsumitur. Cæterum, An quis vt heres aut extraneus gerat, ex indiciis potest colligi, *v.l.4.s.vnde legitimi.l.1.s.de iure delib. l.20.ff.de adquir.hered.§.vlt.Instit.de heredum qualit.Vlp.22.§.26.*
n Præsumitur heres esse velle, qui in domo paterna habitat.
o protestatione scilicet contraria.
p possidens vt emptor nõ obligatur vt heres.
q habes enim causam à creditoribus paternis non à patre: nõ patri, sed creditoribus succedis.
r Quid si à posterioribus creditoribus emit? Creditorib. prioribus tempore, tenetur hypothecaria, *arg.l.e.vlt.§.6.s.t.prox.* at nõ legatarijs & fideicommissariis: *l.vlt.ff.si quis omissa causa test.*
s cui contrariũ est, per suppositam personam emere. vel omnia bona paterna emere. *l.91.ff.eod.l.21.ff.de peculio:l.54.ff.de administ.tut.l.17.§.1.ff.quæ in fra.credit.* in continenti post abstẽtionem. *l.24.in f.ff.de reb.auth.iud.* vicinitatis enim ratione præsumitur dolus. *l.15.ff.de donat.*

t Confessio, oblatio, actus denique quicunque sit, iudiciarius præsente aduersario, audiente ac tacente, interpositus, confitenti, offerenti & agenti nocet *vt hic: Accurs. Baldus* Quid si iudex in iudicio quid præstet, quod vni parti obesse possit? protestatione ius suum tueri, is cuius interest, debet: ne videatur iudici consentire. *l.1.j.de relat.* Quid, sententias, quo silentio tandem comprobare intelligimur? decennij. *l.ab eo.j.quomodo & quando iudex.l.absolutionem.j.de re iudicata.*
u *l.4.j.eod.*
x Adire videtur, qui aduersus testamentum patris mouet querelam falsi. *l.14.ff.de bonor.posses.*
y *adde l.55.ff.eod.l.24.§.1.ff.ad Treb.*
z *v.l.38.s.de transactionibus.*
a Qui transigit, velle donare non intelligitur. *adde l.38.s.de transact.*
b aliud foret, si vtilis fuisset transactio. *l.4.s.de pactis.*
c inutilis transactio vim pacti aut repudiationis non habet. atqui inutilis acceptilatio vtile habet pactum, nisi expresse dictum sit ne haberet, *l.8.ff.de acceptilat.vide Bald.hic.num.5.*
d Semel heres, semper heres est. Nam vt semel repudiatam adire amplius non potest: ita aditam postea repudiare non potest.
e aliud in minore *§.5.Inst.de hered.qualit.* & impubere *l.2.ff.de off.procur.Cæs.*
f Repudiatione hereditas amittitur. *l.13.ff.eod.*

Nec repudiatam hereditatem posse queri nec quæsitam repudiari. de confessione in iure.

4. Iidem AA. & CC. Modestino militi.

SIcut [d] maior [e] vigintiquinque annis, antequam adeat, delatam repudians [f] successionem, post quærere nõ potest: ita quæsitam [g] renunciando nihil agit, sed ius quod habuit, retinet: nec quod confessos [h] in iure pro iudicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi confitentem [i] pertinet. S. Kalẽ. Ian. Sirmij, AA. Conss.

De pupillo.

5. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

PVpillorum repudiatio delatæ hereditatis sine [k] tutore authore facta, nihil eis nocet. S. II. Kal. Ianuar. Sirmij, AA. Conss.

De suis heredibus.

6. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfect. præt.

SI quis suus [l] recusauerit paternam [m] hereditatem, deinde maluerit eam adire: cùm fuerat indistinctè ei remissum, donec res paternæ in eodem statu [n] permanent, hoc facere, & post multum [o] temporis licebat ei ad eandem hæreditatem redire: hoc corrigentes, sancimus [p], si quidẽ res iam venditæ [q] sunt, vt nullus aditus ei ad hereditatem reseruetur. quod & antiquitas obseruabat. Sin autem ||res|| alienatæ non sunt: si quidem maior annis constitutus est, & tempora restitutionis nulla ei supersunt: intra trium annorum spatium tantummodo huiusmodi ei detur licentia. Sin autem vel minor est, vel in vtili tempore constitutus: tunc post impletum quadriẽnium (quod spatium pro vtili anno qui restitutionibus dabatur, præstitutum est) aliud triennium ei indulgeri, intra quod potest rebus in suo statum manentibus adire hereditatem, & suam abdicationem [f] reuocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam hereditatem ||ei|| reseruetur: nisi fortè ||adhuc|| eo in minore ætate constituto res venditæ sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis satisfacere. Datum. 15. Kalen. Noue. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 531.

QVEMADMODVM [t] TESTAMENTA [u] aperiantur [x], || inspiciantur, & describantur. ||

Tit. XXXII.

1. Imp. *Alexander* A Proculæ.

VT testamentum, quod dicis factum, proferatur, & publicè recitetur, competens iudex [y] iubebit. PP. II. Kalend. April. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Testamenta debent aperiri secundum consuetudinem loci vbi fit apertio. Alex.

2. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Alexandro.

TEstamenti tabulas ad hoc tibi à patre datas, vt in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, vt secundum [z] leges moresque locorum insinuen-

g Maior XXV. annis semel heres, semper heres esse cogitur, etiamsi damnosa appareat hereditas, *Paulus 3.sent.4.§.vlti. vide Dynum ad cap.121. de regul. in 6. adde l.71.ff.de regulis iuris.*
h Confessus (id est qui confitetur debitum) in iure pro iudicato habetur *l.29.ff.de donat. l.56.ff.de re iud.l.1.§.7.ff.si quid in fraud.patron.l.6.ff.de confessis: l.4.in fin.princip.ff.ad l.Iul.Maiest.* & tamen agnitam hereditatem in iudicio repudians, nõ habetur pro iudicato. Cur ita fit? Actus inualidus, licet fiat in iudicio, semper est inualidus. Agnita semel hereditas repudiari nunquam potest à maiore XXV. annis. nunquã, id est, ne quidẽ in iudicio.
i Legendum videtur *confitentis.* hac sententia. Confessus in iure pro iudicato licet habeatur: si quis tamen in iure repudiauerit hereditatem, confiteri ~~non~~ videtur. superior enim sententia quæ de confesso in iure est, pertinet seu referenda est ad vocẽ confitentis certam quantitatem deberi, non ad vocem repudiantis hereditatem. Confessio in iure nõ pertinet ad repudiationes, quibus nos liberamus ab aliis: sed ad eas confessiones potius, quibus alteri possumus obligari, quibus certam deniq; nos quãtitatem debere confitemur.
k *adde l.1.§.4. D.de successorio.*
l quid si emancipatus? idem *l.8.D.de collationibus*, & sublata est hodie differentia emancipationis.
m vel auitam. *arg.l.8.D.de collat.ibi, cum de bonis parentis inter fratres disputetur Accurs.Bart.Bald.hic.* quid si maternam? potest intra annum admitti. *l.6.in fin.D.ad Tertull.* Imò nullo modo potest. *l.2.s.de iuris & fact.ignor.* Potest intra annum, vt dixi *ad d.l.2.*
n id est, dum non sunt venditæ. *l.8.D.de iure delib.*
o Imò non post annum. *l.8.D.de collat.*
p Suus abstentionem nunquam reuocat, vbi res sunt alienatæ: minor verò reuocare potest vsque ad triennium, quod ei currit post vigesimum nonum annum, *adde l.24.§.2.ff.de minorib.* q *l.8.D.de iur.delib.*
r Quadriennium loco vtilis anni minoribus datum. *l.vlt.s.de temp.in integ.rest.*
s minor omissam hereditatem reuocare potest. *s.si vt omiss.hered.l.7.§.7.D.de minoribus.* t & quando. *v.l.2.j.eod.*
u ad hæc, codicilli & quælibet vltimæ scriptæ voluntates. *l.vlt.j.eo.*
x *29.D.3.35.Eclog.6.* y Testamentum petitur aperiri per officium iudicis. *l.1.l.4.D.eo.dixi l.2.18.& 23.s.de testam.* z Aperire hoc titulo, non tantum est tabulas testamenti patefacere naturaliter, vt in Senatusconsulto Silaniano: sed etiam ciuiliter, i. secundum leges & mores ciuitatis in qua fit apertura testamenti.

a Testamenta vel viuo testatore aperiuntur & publicè insinuantur apud acta, vt maior eis fides accedat *vt hic.* aut post mortem testatoris vt innotescant heredibus, legatariis, fideicommissariis, seruis manumissis, & fisco, cui debetur vicesima, & aliis quorum interest. b i. absentibus *l.7.ff.eo.* c i. viua voce. d Testamẽta aperiebãtur presentib. testib. vel honestis personis *vt hic. facit l.1.§.47.ff. deposit.* à presentibus intra triduũ, vel quinq; dies: ab absentibus intra eos dies, cũ superuenissent *Paul. 4. sent. 6. §. 3.* Hoc aũt modo aperiebantur. Testes vel maxima pars eorum adhibebatur qui testamẽtum signauerant. Agnitis signis, rupto lino, aperiebatur & recitabatur. describẽdi exempli fiebat potestas, ac deinde signo publico obsignatũ in archiuum redigebatur, vt si quando exemplum eius intercidisset, foret vnde peteretur *Paul. 4. sent. 6. §. 1.* Coram postea recitabatur præsentibus iisdem honestis viris in foro vel Basilica, inter horam secũdam & decimã diei *Paul. ibid. §. 2.* Hinc illud Augustini *in Psalm. 21.* Tandiu, inquit, contradicitur de hereditate mortuorum, quandiu testamentũ proferatur in publicum, & cùm testamentũ fuerit prolatum in publicum, tacẽt omnes, vt tabulæ aperiantur & recitẽtur. Iudex intus audit, aduocati silẽt, precones silentium faciunt, vniuersus populus suspensus est vt legantur verba mortui.
e honestis viris sc. *Paul. 4. sent. 6. §. 2.* id videtur retulisse ad magistratus his verbis, exemplo sublato ab iisdem magistratib. testamenta obsignari, quorum præsentia constat aperta. idq; §. 1. antè, vocauerat signũ publicum.
f Verba hęc fuerunt prætoris tã in interdicto de tabulis exhibendis, quàm in extraordinarij auxilij pollicitatione *Cuiacius hic.*

tur[a]: ita scilicet vt testibus non præsentibus[b] adire prius vel pro tribunali[c] vel per libellum rectorem prouinciæ procures: ac permittente eo, honestos viros[d] adesse facias, quibus presentibus aperiantur, & ab his[e] rursum obsignentur. PP. 12. Kalen. Ianuar. Maximo 2. & Glabrione Conss. 257.

3. Impp. *Dioclec. & Maxim.* AA. & CC. Aristoteli.

EIus[f] quod ad causam nouissimi patris vestri iudicij pertinet, de calumnia[g] tibi iuranti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit[h], vel ad ignominiam[i] alicuius pertinere dicitur, inspiciendi ac describendi, præter diem[k] & consulem[l], rector prouinciæ facultatem fieri iubebit. Dat. 6. Kal. Maij, CC. Conss.

Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo & testamentum. Bal.

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. ad Hesperium præf. præ.

COdicillos[m], seu scripturam quolibet tenore formatam[n], ea oportebit obseruatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. Dat. 3. Kal. August. Mediolani, Ausonio & Olybrio Conss. 379.

DE EDICTO DIVI HADRIANI[o] tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessione mittatur.

Tit. XXXIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Lucillo.

CVM[p] inter institutum & substitutum controuersia moueatur: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. PP. XII. Kalend. Decemb. Dextro & Prisco Conss. 197.

Vitium testamenti inuisibile, non impedit heredem mitti in possessionem. Alex.

2. Imp. *Alexander* A. Eutacto.

QVamuis quis se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum[q] vel inofficiosum testamentum seu alio vitio subiectum, vel seruus[r] defunctus esse dicatur: tamen[s] scriptus hetes in possessionem mitti solet. PP. 6. Kal. Nou. Maximo 2. & Aeliano Conss. 224.

3. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

EDicto diui Hadriani quod sub occasione[t] vicesimæ[u] partis|| hereditatis introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia & vicesima[x] hereditatis ex nostra recessit republica: antiquatis nihilominus & aliis omnibus quæ circa repletionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt: sancimus, vt si quis ex asse vel ex parte institutus[y], competenti iudici testamentum ostenderit non[z] cãcellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, sed quod ||in|| prima figura

g Qui testamentum aperiri seu publicari postulat, iurare de calumnia cogitur *l.1.§.de iureiur.propt.calum.* h Aut vetuisse intelligitur, vt substitutio pupillaris *l.8.ff.eod.§.3.Instit.de pupil.l.21.§.de testam.* 2. *Gai.4.§.3.* i veluti exheredationum aut prętentionum. & ita testamentum non vitiatur, licèt in eo quid famosum sit descriptum *add. l.54 ff. de legat.1.* k Diem & consulem testamenti Prætor non patitur describi *l.2.§.6.ff.eod.* l Hinc constat, diem & consulem testamentis adiici moris fuisse. de qua re aliàs dixi. *d.§.6.*
m *l.1.§.2.D.de tabul.exhib.* n Putà epistolam fideicommissariam, & omne omnino scriptum testamenti, etiam imperfectum *l.2.§.1.D.eod. .§. . & 5.D.de tabul. exhib.* principales & secundas tabulas *d.l.2.§.2.* o *l.26.C.The.quor.appell.* p *Paul.3. sen.5.§.2.* In adipiscenda possessione institutus prefertur substituto *facit l. 8.§.4 ff. de legat.2.* q *v.Paul.3.sent.5.§.11.* Vitium testamenti inuisibile non impedit heredem mitti in possessionem, nisi de vitio in continenti doceatur *Alexan. Salyc. adde l.vlt.§.de codicillis* id est, nisi ab eo prouocatum est *l.6.§.quorum appella.l.vlt.ff.de appella.recip. Nouel. Valentiniã de testam.* Aliud erit, si de petitione hereditatis agitur. Tunc enim de falso prius cognoscitur *l.5.§. .D.de hered.petit.*
r *l.1.§.6.ff.de Carboniano.* s Præsumitur solenne testamentum, seu voluntas testatoris, solennis esse, perfecta: absoluta, formam suam continere: idque quatenus ex verbis colligi potest, non in eo quod sub silentio prætermissum. *Gloss. Bart. Bald. Iason in l.si post diuisionem §.de iuris & facti ignor. Alciat. l.2.§. de bonor.posses.secundum tabul. Bartol. in l.si scriptum §.de probat.* t Occasione vicesimæ hereditatis *Hal.* occasione hereditatis, *vetus scriptura apud Cuiac.18.obs.9.*
u Lex de vicesima hereditatum, augendi ærarij gratia, lege Iulia primum irrogata est extraneis heredibus nec inopib. *Dion. 55.* deinde Neruæ, Traiani, Adriani, Marci & aliorum constitutionibus vel recisa vel reducta: ad postremum, abolita. ne alioquin cum Alciato putes à Gratiano sublatam. Ad hanc vicesimã Macer libros duos scripsit. Eadem etiam lex de aperiendis tabulis testamenti cauit *l.7.ff.de appellationib.recipiendis Paul.4.sent.6.§.vlt.ibi necessario vectigali. adde Plin.in Panegyrico.*

sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testiũ legitimi numeri vallatum[a] sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum quæ testatoris mortis[b] tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam testificatione publicarum personarũ accipiat. Sin autẽ aliquis cõtradictor extiterit[c]: tunc in iudicio competẽti[d], causæ in possessionẽ missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur: & ||ei|| possessio acquiratur, qui potiora[e] ex legitimis modis iura ostẽderit[f]: siue qui missus est, siue qui antea detinens contradicendũ putauit, nullis angustiis tẽporum huiusmodi missione coartãda: sed siue tardius, siue prematurè aliquis missus est: legis tantũmodo arbitriũ requiratur & causa, vnde vel missio vel contradictio exoritur. Siue enim post[g]. annale tempus, siue post maioris æui curricula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitimè formato testamento missio procedat, nullum ei tẽporis obstaculum obiiciatur: nisi[h] tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissimè securitatem super[i] dominio prestare, vel ipsi qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex vna parte, vel ex vtroque latere temporis prolixitas occurrerit: manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. Dat. 12. Kal. April. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

SI[k] QVIS ALIQVEM TESTARI prohibuerit[l], vel coegerit.

Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Alexand.* A Seueræ.

CIVILI disceptationi crimen adiungitur, si testator non[m] sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo qui heres est institutus, vel à quolibet alio, quos noluerit scripsit heredes. S. XV. Kal. Ian. Alexandro A. & Cons. 223.

Priuatur successione, qui impedit aliquem quominus testetur. Saly.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Nicagoræ.

EOs, qui ne[n] testamentum ordinaretur: impedimento fuisse monstrantur, velut[o] indignas personas à successionis compendio remoueri, celeberrimi iuris est. PP. Kal. Ian. Diocletiano 2. & Aristobulo Conss. 285.

3. Iidem AA. & CC. Eutychidi.

IVdicium vxoris[p] postremũ in se prouocare[q] maritali[r] sermone, non est criminosum. Dat. 5. Kal. CCC. onss.

DE HIS[s] QVIBVS VT INDIGNIS[t], HEreditates auferuntur[u], & ad senatusconsultum Silanianum[x].

Tit. XXXV.

De nece testatoris inulta.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Celeri,

HEREDES, quos necem testatoris inultam[y] omisisse[z] constiterit, fructus[a] integros cogantur reddere. Neq; enim bonæ fidei possessores ante controuersiã illatã videntur fuisse, qui de-

x Vicesima hereditatis sublata *vt hic.*
y Vel scripto, vel per nuncupationem, siue id in scriptũ redigatur siue nõ redigatur. Quo tamẽ vltimo casu heres petere potest, vt testiũ depositiones audiantur à iudice & in scriptũ redigãtur *Accurs. hic, in verbo depositionibus.* *Tiraquel. de retract. gentil. §. 2. gloss. 1. num. 14.* Quid, hoc edictũ non dabitur heredibus ab intestato? Rolã. à Valle *1. consil. nu. 5.* negat dari, nisi succedentib. ex testamẽto in tota hereditate, vel quota: at non venientibus ab intestato.
z Testamenti vitia.
a Nõ fit missio ex edicto D. Hadriani, nisi testamentũ, vt oportuerit, fuerit oblatum aut publicè recitatum *Paul. 3. sent. 5. §. 14.*
b *Paul. 3. sent. 5. §. vlt.*
c Hinc colligũt, Pro legato consequẽdo via executiua agi non posse, vbi cõtradictor reperitur. *v. Mynsing 5. obs. 60. Nouel. 1. . .*
d i. vbi res sunt hereditariæ *l. 1. §. vbi de hered. v. Ferrariẽs. in forma libelli quo petitur hereditas ex testamen. v. Hartman. 2. obs. 1. c. 7.*
e *l. 1. §. eo.*
f Probari testib. missionẽ in possessionem, vt & cetera acta iudiciaria hinc colligunt.
g Ex edicto Diui Hadriani post annũ scripti heredes in possessionem rerũ hereditariarũ non mittuntur *Paul. 3. sent. 5. §. 13.*
h *dixi ad 29. ff. 6.*
i Tẽpus igitur causa est dominij transferẽdi.
m Si quis quem

k *29. D. 6.* l Criminale etiam est aliquem testari cogere, testari coëgerit *35. Synops. 4. c. 4.* n Si quis quem testari prohibuerit *l. 1. 2. D. eo. adde l. 23. §. de inofficioso. l. 19. D. de his quæ vt indign. Noue. 18. c 3. §. 9. 35. Eclog. 4. ca. 1.*
o *Paul. 5. sent. 12. §. 2.* p Maritus per vxorem potest institui *v. wurmser. 1. pract. 39. c. 18.* q At non suggerere testamentum. r Licet blanditiis permouere testantem. Vis sola hac constitutione prohibetur, non blanditiæ. Institutio facta blando sermone non est vitiosa *l. vlt. D. eo. v. l. 11. §. de testam. l. 70. D. de hered. instit.*
s Lex quædam extat apud authorẽ Synopseos Basilicôn. *35. Titul. 4. c. 7.* quæ in hunc locum videtur referẽda, hoc sensu, si quis aliquem testari prohibuerit, vel quũ testari cæpisset, testamentum prohibuerit perficere: tenetur quidem læso ex causa prohibitionis, si quid autem superfuerit, fisco applicatur & ipse relegatur.
t *vide 34. D. 9.*
u à fisco scilicet. id non seruatur in Gallia *Bugnon. in legib. abrogat.*
x *v. 29. ff. 5. Paul. 3. sent.* quando factum fuerit dixi *D. eodem.* Illud adiiciendum, Fuisse & aliud senatusconsultum de quæstione familiæ factum Nerone 2. & Pisone Conss. teste Tacito 13. 14. quod ideo Pisonianum *l. 8. ff. eodem.* & Neronianum *à Paul. 3. sent. 5. §. 5.* Idem Claudianum dictum *D. de Sc. Silaniano & Claudiano.* neque nouum est, vt Neroniana senatusconsulta, dicantur Claudiana, *vide Cuiac. 1. obs. 18.*
y *l. 17. ff. de his quæ vt indig.*
z Quod tempus requiritur, vt inultam necem omisisse dicantur? certum enim temporis spatium constitutum ad eam rem fuisse videtur *ex leg. 1. §. in quibus causa in integrum restitutio necessaria non est.*
a *d. l. 17. & 76 §. 7. D. de legat. 2.*

bitum

bitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerū distractarū, vel a debitoribus acceptæ pecuniæ post motam litem bonorum vsuras [a] inferant, quod in fructibus [b] quoque locum habere, quos in prædiis hereditariis inuentos aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Vsuras autem semisses [c] dependere, satis est. Dat. 15. Kal. April. Chilone & Libone Consſ. 205.

De pupillo herede etsi testamentum à tutore falsum dicatur.

2. Iidem AA. Vero.

POlla quidem liberam habuit administrandi patrimonij sui potestatem: nec [d] idcirco, quod pupillus illi heres extitit, ea, quæ ab ipsa finita sunt, reuocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli [e] nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum [f] est, potes experiri: dum memineris, si in causa non obtinueris, & portionem, quam ex eo testamento pupillus habet, te ei saluā facturum, (quam [g] adimi pupillo necesse erit [h] secundùm iuris formam) & de calumnia [i] tua prestidē deliberaturum, quamuis pupilli nomine agere videaris, cùm retractas ea, quæ finita sunt per coheredem. PP. 7. Kal. Maij, Antonino A. 3. & Geta 3. Consſ. 209.

De tabulis aute questionem de seruis habitam apertis.

3. Imp. *Alexand.* A. Antiochiano.

SI ea quæstio infertur filiis eius, quam consobrinam tuam dicis, quòd [k] tabulæ testamenti patris eorum, qui à familia interfectus dicebatur, priusquam quæstio de seruis haberetur, apertæ & recitatæ sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas à fisco vindicatur: & ideo agi causa apud procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. 2. Non. April. Alexandro A. Consſ. 223.

De epistola vel codicillis, de eo quem testator voluntatem suam non mereri declarauit.

4. Idem A. Philomuso.

HEreditas in testamento data per epistolam [l] vel codicillos adimi ||verbis directis|| non potuit. Quia tamen testatrix voluntatem suam non [m] mereri vnum ex heredibus suis declarauit [n]: merito eius portio non iure ad alium trāslata, fisco [o] vindicata est. Libertas autem in [p] eadem epistola datæ, peti poterunt [q]. PP. 2. Kal. Dec. Maximo 2. & Aeliano Consſ. 224.

De sepultura.

5. Idem A. Tyranno.

NOn oportet vt indignis heredibus successiones auferri prætextu quòd [r] in sepultura supremis|| iudiciis vel voluntatibus || defunctorum obtemperatum non fuisset. PP. 7. Id. Mart. Iuliano 2. & Crispino Consſ. 225.

De nece vindicanda.

6. Idem A. Venusto & Clementino.

MInoribus [s] vigintiquinque annis heredibus non obesse crimen [t] inultæ [u] mortis placuit. Cùm vos autem etiam accusationem pertulisse, & quosdam ex reis punitos proponatis; licèt is, qui mandasse cædem dicitur, prouocauerit: vereri non debetis, ne quam hereditatis paternæ quæstionem à fisco meo patiamini. Conuenit [x] enim pietati vestræ respondere causam appellationis reddenti. Quod si [y] maioris ætatis fuissetis: etiam ex necessitate prouocationis certamen implere deberetis, vt possetis adire hereditatem. PP. 15. Kal. Iul. Alexandro A. 3. & Dione Coſſ. 230.

7. Idem A. Vitaliæ.

SI ideo vltio [z] necis testatoris non est desiderata, quia cędis auctores reperiri [a] non potuerint: obesse heredibus, ex quo nulla eorum culpa [b] detegitur, non oportet. PP Id. Mart. Lupo & Maximo Consſ. 233.

De falsi accusatione.

8. Imp. *Gordianus* A. Tatiæ.

ALia causa est eius, qui falsi instituta accusatione, ad finem vsque, quod insimulabat, perduxit, & cōtrariam [c] sententiam meruit: alia eius, qui inchoatam accusationem non [d] pertulit: cùm in illius|| quidem|| partem succedat fiscus: hic autem, qui contrariam iudicis sententiam non sustinuit, suæ partis non perdat persecutionem. PP. 15. Kalen. Feb. Gordiano A. & Auiola Consſ. 240.

Si occisores ignorantur, potest hereditas adiri impunè. Alex.

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Aelianæ.

CVm fratrem tuum veneno [e] peremptum esse adseueres: vt effectus successionis eius tibi non auferatur, mortem eius vlcisci [f] te necesse est. Licet enim hereditatē eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi qui iure vocantur, adire non vetantur: tamen si interitum non fuerint vlti successionem obtinere non possunt. PP. * Tyberiano & Dione Consſ. 291.

10. Iidem AA. & CC. Syluanæ.

SOrorem [g] fratris necem iure licito vindicantem [h], euincere ab vxore||recte||scripta successionem non conuenit. secundùm quæ si fiduciam innocētiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque aliàs indignam te successione probari||posse|| confidis: aduersus omnem calumniam maximam habes securitatem. Dat. 12. Kal. Maij, Sirmij CC. Consſ.

Dilatio ad vindicandum necem defuncti, non nocet heredi interim morienti, nec seruis libertate donatis, nec aliis legatariis. Salyc.

11. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm Silanianum senatusconsultū à nobis tam laudandum, quam corroborandum est, necnon diui Marci oratio, quæ circa [i] id facta est: inuenimus autem nullam in ea mentionem libertatis factam, & veteres mouit quædam de libertatibus [k] relictis in testamento necati testatoris quæstio: necessarium nobis visum est & hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc testamento donati, si eam accepissent, lucrum quod eis in medio||tempore|| accidit, poterant sibi acquirere. Interea autem procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minimè ad eos perueniit, & postea in libertatem deducti periclitabantur. ||Sed|| ne medium tempus fieret eis damnosum, & maximè si ancillæ in medio pepererint, & postea hereditas adita sit: bellissimum nobis videtur, diui Marci prudentissimi principis orationem & in libertatibus producere, ne princeps [l] philosophię plenus aliquid videatur imperfectū sanxisse: sed ita in hereditatibus [m], & legatis, & fideicommissis, & maximè in libertatibus, quas semper philosophia [n] amplectitur, extēdatur eius oratio vt & lucrū, quod in medio accidit, eis post libertatem acceptam restituatur: & partus liber & ingenuus esse intelligatur: nullaque machinatione huiusmodi præpeditio damnum aliquod irrogare concedatur: ||vt|| & libera eorum posteritas, si in medio fuerit ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Meritò enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit. nihil enim [o] actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. Dat 2. Kal. Maij, Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De seruis qui auxilium domino occiso non præbuerunt.

12. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

TAlis de antiquo iure dubietas nostræ serenitati suggesta est propter senatusconsultum Silanianum, & seruos qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, & non suum auxilium domino per insidias occiso præbentes. Veteres enim certum non faciunt, quis intellectus [p] de verbis, *sub eodem tecto* [q], significatur: siue in eodem cubiculo, siue in triclinio, vel porticu, vel in aula hæc appellatio accipi debeat: adiicientes, si dominus in via [r], vel in agro fuerit interfectus, eos seruos puniri qui præsto erant, & non auxilium ad prohibendum periculū præbuerūt, nulla distinctione super qualitate præsentię vtentes. Nos igitur omnem eis occasionē ad declinenda

a *l. 18. ff. de his quæ vt indig.*
b *v. Cuia. 11. obs. 27.*
c *vt l. 17. §. 6. D. de vsur. v. Cuiac. ad l. 3. j. pœnis fisca libus.*
d Heres quantūuis sit pupill[us], auctoris facto adstringitur.
e Tutor pupilli nomine, de falso testamentum accusare potest. Imò nō pot. *l. 2. j. qui accu. dixi ibi.*
f Ergo de facto hîc transactum fuit? nō ita est *l. 17. j. de falsis l. 18. ff. de transact.* Nā Polla in hac hypothesi trāsegit de testamento nondum suspecto *v. l. ... 22. Illust. v. tamē Cuia. 6. obs. 11.*
g Dolus tutoris agentis nocet pupillo. Imò, nō nocet *l. 6. j. vnde vi.*
h Imò necesse non est, cùm mi nori eodem casu ignoscatur *l. 5. §. 9. D. de his quæ vt indign.*
i Tutor de calūnia proprio nomine teneri potest. Si tamen citra calumniam bona fide egerit tutori ignoscitur *l. 22. inf. ff. eo.*
k *l. 6. l. 9. l. penult. l. vlt. j. l. 1. & toto tit. ff. de Sc. Silaniano. Paul. 3. sent. 5. § 5.*
l Epistola vel codicillis hereditas adimi non potest. Iniustè tamē non adimitur quod adimitur indigno. *adde quæ scripsi ad. l. 1. j. de codicillis.*
m Epistola, indigno hereditas adimi potest *v. Pap. 1. Notar. 7. ca. de nullité.*
n Pone testatorem coram notario, vel duob. tribusue testib. contestatū esse, metū sibi illatū à Titio de quo cōqueritur: metu ab eo illato, testamentum se fecisse, testamentum se iubēti animo mutatum, nisi metus aut timor Titij obstaret, Hac contestatione, defendi potest, Titio heredi scripto, tāquam indigno hereditatē auferri, & fisco applicari *vide Manticam 2. de cōiecturis 7.*
o Quod indigno adimitur plerumq; cedit fisco *v. Rolan. à Valle 1. consil. 56. num 2.*
p Libertas per epistolā conferri potest. q Cur ita? collige ex *l. 19. inf. D. de reg. iur.* r Heres ineptam defuncti voluntatem circa sepulturæ sumptus negligēdo, indignus non intelligitur *l. 5. s. de religiosis: adde l. 14. §. 5. ff. d religiosi. l. 113. §. 5. D. de legat. 1. l. 7. ff. de annuis. l. 27. D. de condit. instit. l. 16. ff. de vsufr. le. l. 4. ff. de adminis. rer. ad ciuit.* aliàs, notatur qui non ineptam defuncti voluntatem negligit *facit l. 33. §. 1. s. de inof.* Hodie negligenti eripitur hereditas, non tamen quasi indigno *Nouel. 1.* s Minori non obiicitur crimen inultæ mortis defuncti *l. 1. s. in quib. cau. in integ. rest.*
t Crimen inultæ mortis *vt hic. & l. 1. s. eodem l. 7. 9. 10. j. eodem* crimen ingrati heredis *l. 22. in f. D. de Silaniano.* Pertinet hæc constitutio ad Silanianum vt & 10. j.

u Non vindicatæ *l. 10. j. eo.*
x Non tamen est necessariū.
y Maior XX. annis non potest adire hereditatem, nisi & reo cædis postulatorem perduxerit ad sententiam vnam atque alteram, interposita appellatione à priori *l. 9. j. eod. v. Cuiac. 18. obs. 6.*
z *dixi ad l. 6. supr.*
a Nemini imputatur, qui quod potuit præstiuit *l. 16. in f. s. de inof.*
b Pœna sine culpa non infligitur.
c *l. 47. ff. de her. pet.*
d Accusans testamentum de falso, ita demū perdit quod in eo relictum est, si perseuerauerit in accusatione vsque ad sententiam definitiuam ac succubuit secus si destitit *l. s. §. 14. D. de inof.* Is quem pœnitet eius per errorem fecit, venia dignus est *l. 38. §. ... D. de adult.*
e Heres veneno interempti, hereditatem adire potest antequā mortē exequatur atque vindicet, *vt hic.* aliud est, si occisus sit vi aperta *l. 6. s. eod. l. 1. §. 21. l. 5. in f. l. 21. D. de Silaniano. Paul. 3. sent. 5. §. 2.* vt hinc colligas, hanc constitutionem ad Silanianū pertinere vt & 6. s. eo.
f *dixi ad l. 6. 7. s. eod.*
g Soror fratris necem potest vindicare *vt hic.* Potest ne frater illatam fratri iniuriam vindicare, puta crimen adulterij in defuncti fratris vxorē persequi atque vindicare? Paponius, Alexandrū secutus aduersus Castrensem, negat posse. & ita iudicatum refert apud Burdegalenses 22. *Arrest. 9. numero 16.*
h *l. 6. 7. & 9. s. eodem. adde l. 47. in f. ff. de bon. libert.*
i Fuit igitur Marci oratio post Sc. Silanianum. Quando Silanianū factum fuerit, dixi in epigraphe *huius tit. ad tit. D. de Sc. Silaniano.* Fuit quoque huiusce quæstionis cura Adriano, vt Spartianus author est. adeo curæ fuit Imperatoribus dominorum securitas. k Mora heredis non vindicantis necem defuncti, non officit libertatibus in testamento datis.
l Marcus princeps philosophiæ plenus.
m Mora heredis necem defuncti non vindicantis, non nocet legatariis.
n Philosophia libertates amplectitur.
o Nihil actum credimus, dum aliquid addendum superest *leg. 1. D. de orig. iur. adde leg. 139. in fi ff. de verborum significat.* p *l. 1. §. 26. §. 27. ff. eodem.*
q *Paul. 3. sent. 5. §. 3.* r *Pau. d. loco.*

a *l.1.§.28.D.eo.6.Harmenop.12.* b *dixi ad 29.ff.7.* c Codicilli rumpuntur, rupto testamento *vt hic:* nisi venientes ab intestato, grauati sint restituere id quod eis relictum est codicillis. tunc enim valent codicilli, licèt testamentum effectum non habeat. *l.ex testamento.l.eam quam.j.de fideicom.l.ex ea scriptura s. de testam.* Idem dicendum, quoties tacitè non expressè rogati sunt de eo restituẽdo, quod in codicillis cõtinetur. tunc enim valent codicilli, licet nõ testamentũ *l. qui filio.§.1.ff. de heredib. inst.* idem est quoq; si testamentum ab initio nullũ fuit: vt puta, si præteritus in eo filius *Dynus & Bartolus in l.legata.ff. de legat.1.vide Socinum regula 60.* d Posthumi adgnatione rumpitur testamentum, ergo & codicilli ex testamento dependentes. e Ruptum testamẽtum confirmari potest à testatore coram quinque testib. valebitq; eo casu testamentum iure codicillorũ *adde l. 38. ff. de cõdit.& demõstr.* f Hereditas per fidei commissum dari aut adimi codicillis potest: *vt hic. epistolis l.22.j de fideicom.l.75.ff. de legat. 2.* directò non potest *l.2.in f.l.10.D.eod.§.2. Inst.eo.l.4.s. tit. prox.l.5.§.1.s. de neces. l.77. D.de hered.inst. l.27.in f.ff.de condi. inst. l.76.ff.ad Trebel. l.14.s. de testam. 2. (ai.7. §. vlt.* nisi à milite *l.19. D.de testam.mil.* An idem inter liberos: in ad pias causas volũtate? in testatione facta rei certæ si declarationis modo testamentum fecit testator? ita censet Socinus regula 159. His adde, hereditatem litteris nõ dari, *l. 17. D. de iur. cod.* nec adimi *l. 4.j.de his quib.vt indig.* His adde Hippolytũ Marsiliũ *singula. 49.*

supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus [a] omnes seruos, ex quocunque loco, siue in domo, siue in via, siue in agro, possint clamorem exaudire, vel insidias sentire, & nõ auxilium tulerint: supplicio senatusconsulti subiacere. Oportet enim eos vbicunque senserint dominum periclitantem, ab prohibendas insidias concurrere. Dat.15.Kal. Nou. Cõstantino. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo. 531.

DE CODICILLIS [b].

Tit. XXXVI.

De agnatione posthumi.

1. Imp. *Alexander* A. Mocimo, & aliis.

RVPTO [c] quidem testamento posthumi agnatione, codicillos [d] quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed cùm post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas [e] emisisse proponatis, quib. præcedens iudicium confirmauit: prætor nihil contra ius fecit, si nouissimam eius voluntatem secutus, relictum testamento reipublicę fideicommissum vt ex codicillis relictũ, præstãdum esse pronunciauit. PP.3. Kal.Iul. Maximo 3.& Paterno Conss. 234.

De hereditate.

2. Imp. *Philippus* A. & *Philippus*.C. Asclepiodotæ.

HEreditatem [f] quidem neque dari neque adimi codicillis posse manifestum est [g]. Verbis tamen precariis [h] per huiusmodi etiam nouissimi [i] iudicij ordinationẽ iura nõ faciunt irritas voluntates. Vnde [k] inefficaciter te codicillis rogatam esse, vt quibusdam rebus contenta portionem, quam testamento fueras consequuta, aliis restitueres, falsò tibi persuasum est. PP. Idib. Octob. Peregrino & Aemiliano Conss. 245.

De codicillis contrariis.

3. Impp. *Diocletianus* & *Maximianus*, AA. Hyacintho & aliis.

CVm proponatis pupillorum vestrorum matrem diuersis temporibus ac dissonis voluntatibus duos [l] codicillos ordinasse: in dubium non venit, id quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea secreta [m] voluntatis suæ contulerat, si à prioris tenore discrepat, & contrariam [n] voluntatem continet, reuocatum [o] esse. PP.6. Idib. Septemb. ipsis IIII.& III. AA. Coss.

De absentia onerati.

4. Iidem AA.& CC. Stratonico.

NOn idcirco minus, quòd intestato [p] te absente [q] codicillos mater tua fecit: hi, quibus præcariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt. Sine die & consule.

De furioso.

5. Iidem AA.& CC. Flauiæ.

NE codicillos quidem furentem [r] posse facere, certissimi iuris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, vt aliquid ex hac peti possit: adseuerationi tuæ mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse [s] probari [t] conuenit. Dat.6. Kalend. Decembr. Diuelli. CC. Coss.

De confirmatione codicillorum.

6. Iidem AA.& CC. Demostheni.

SIue [u] initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, siue nouissimè relicta seruari mandauerit: confirmatione munitus, nullam iustam gerere solicitudinẽ potes. Dat. 3. Idus Decem. Nicomediæ CC. Conss.

Differentia testamenti & codicillorum.

7. Imperator *Constantinus* AA. ad Maximum. PP.

SI idem [x] codicilli, quod testamenta possent: cur diuersum [y] his instrumentis vocabulum mandaretur [z], quæ vis ac potestas vna sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi [a] ac substituendi potestas iuris authoritate data non est. Dat.*3. Iun. Pacatiano & Hilariano Conss. 332.

Si quis ex eadem scriptura primum hereditatem ex testamento, deinde fideicommissum petat & de testamento imperfecto 3. & de testibus

8. Imperator *Theodosius* A. Asclepiodoto P.P.

SI [b] quis agere ex testamẽto quolibet modo, siue scripto, siue sine [c] scriptura confecto, de hereditate voluerit, ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens, minimè permittatur. Tantum enim abest, vt aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus: vt etiam illud sanciamus, si testator faciens testamentum, in eodem [d] *pro codicillis etiam id valere complexus sit*: qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, vtrum velit eligendi habeat potestatem, sciens se vnius [e] electione alterius sibi aditum præclusisse, ita vt siue bonorum possessionem secundùm tabulas, siue secundùm nuncupationem, cæterásque similes postulauerit, aut certè mitti se in possessionem ex more petierit: statim inter ipsa huius iuris auspicia propositum suæ intentionis explanet. 1 ¶ Illud quoque pari ratione seruandum est, vt testator, qui decreuit facere testamentum, si id adimplere [f] nequiuerit, intestatò videatur esse defunctus: nec [g] trãsducere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis vltimam voluntatem:

secundum testamẽtum specialiter factum sine speciali reuocatione valeat? valet: quia hoc casu hereditas neque datur, neq; adimitur: quod cũ non sit prohibitũ permissum esse debet. *l.nec nõ.§.eu.D. quibus ex caus.maior.* & ita Salicet⁹ & Alex. hic: Angel. *§.penult. Inst. de codicill. Ias.in l.sancimus s. de testamentis.* l Plures codicillos facere possumus *l. 6.§.1.ff.e.§.vl.Inst.e.* Quid si eadẽ die facti reperiãtur: & in vno fundus Tusculanus legetur Titio: altero, eidẽ non legetur. Codicillus cui legatũ fuit adscriptum, prior fuisse existimabitur. Nam præsumimus id sẽper prius fuisse, quod de iure prius esse debuit. De iure, priore loco legamus, posteriore adimim⁹: nec adimi quicquã põt, nisi antea iã legatũ, *v. Alciat. 3. præsumpt. 42.* m *l.70.ff.de heredib. institnẽdu: v. quæ dixi ad l. 11.s.de testamẽt. milit.* n Codicillus postremo codicillo cõtrario tollitur. Posterior codicillus priori præfertur *l.19.j. de fideicõmis.* & hoc quidem naturale est etiã in legib. *l.vlt. D.de cõstit.prin.* & testamentis *§. 2. Instit.quib.modis testa.2.(ai.2.§.5.* o Codicillus codicillo mutatur, *vt hic*: ergo & suppleri etiã & emẽdari poterit

g Cur ita? ne confundatur ius testamentorum & codicillorum *adde l.7.j.eo. l.non codicillum s.de testam.§.penult.Inst. de iure codicill.l.scæuola.ff. ad Trebellianum.*
h quæ & fideicommissaria & ἐντρεπτικὰ dicuntur, nusquam obliqua. Fideicõmittere his verbis possumus, Fideicommitto, peto, volo dari *Vlp.25.§.2 §.vltimo, Iustit.de singulis rebus per fideicommiss.Paul. 4.sent.1.§.sexto.* Volo hereditatem meam Titij esse *l.118.D.de lega.1.* rogo, mando, *Instit.dicto loco: Paul.d.loco* deprecor, iniungo, impero, *Paul.4.sent.1.§.6.* cupio *Paul. d.loco:* cupio des *l.115.D.de le.1.* opto, credo te daturum *dicta le. 115.* exigo *l.118.D.de legat. 1.* desidero *Paul. d.loco:* desidero vti des *d.lege 118.* Iuscio hereditatem meam te restituturum Titio *dicta lege centesima decimaoctaua*, Iubeo *lege vigesimaoctaua.§.penultimo, D.de liberat.legat*: Quid *Relinquo?* Paulus *d.loco* negat esse precarium. Scæuola precarium facere videtur *l.78.§.8.D.ad Trebell.* Quid, *Commendo?* Paulus etiam *dicto loco* negat precarium verbum esse. quod & alibi confirmatur *l. 2.infr.de fideicommiss.libert.l.11.§.2.D.de legat.3.* nisi fortè probetur, testatorem eo verbo fideicommittere voluisse: & hæc quidem iurisconsulti. Interpretes verò ita, Verborum alia sunt, directa, alia obliqua, alia cõmunia seu mixta ex vtrisq;. Directis, non ab alio quis capit, sed à seipso: obliquis ab alio. Mixta seu communia, quæ vtrique institutioni possunt adaptari, *vide Grassum ex communi opinione lib. sententiarum §.substitutio.quæst.4.* Directa sunt, vt instituo, heres esto, accipiat, accrescat, capiat, dominus esto, reuertatur, moriatur. Obliqua, Detur, lego, restituat. Communia competat, deueniat, deuoluatur, habeat, pertineat, petat, relinquo, remaneat, substituo, succedat, veniat, *Grass.ibid ex communi opinione quæst 3.* i Codicillus, nouissimi iudicij ordinatio est: hoc est species vltimę voluntatis. k Codicillis hereditas directò dari non potest: precariis verbis dari potest *vt hic.* eadem ratione codicillis declarari potest, quis, aut quis ex pluribus heres sit institutus in testamento. *l. asse toto.ff.de heredib. insti.* Potest & codicillis substitutio, dubia alioqui, declarari, vt directa sit, nõ obliqua aut fideicõmissaria. *Bal.2.cõs.249.* Hoc amplius notãdum est, Codicillis tametsi imperfectis, ambigua verba testamenti posse declarari. *arg.l. vlt. D.de reb.eorum qui sub tutela.* Pone: testator decem filio reliquit: codicillis pòst declarat, ea se filio reliquisse iure institutionis: quęritur vtrum ea declaratio codicillis facta valeat? *Bal.in l.non codicillũ s.de testam.* Salycetus & Iason negant. *in Authent. nouissima s.de inofficioso.* Romanus contra valere putat. *consil.179.num.7.* Pone rursus testamentum nuncupatiuum factũ, pòst, testatorẽ codicillis adscripsisse se testamentũ scriptum fecisse? Huiusmodi codicillaris adscriptio, vim testamenti nuncupatiui nõ subuertit. *Castrens.1.consil.93.* singulare est, codicillis testamentarium heredem, indignum hereditate declarari: vt eo elogio codicillari, hereditas tãquam indigno auferatur, & ea perueniat ad fiscũ, nõ ad alios coheredes. *l.heredi.s.de his quib.vt indignis: Decius cons.361.* cuiusmodi adscriptio seu cõtestatio fieri põt fauore ab intestato heredũ *Cuman in l.si filius.ff.de liberis & posth.* Pone: derogatoria clausula priori testamento adiecta est: posteriore nõ est reuocata: codicillis pòst reuocata est, Quęro an

l.8.infi.ff.eo. p Conficiuntur codicilli etiã ab intestato *l.8.l.16.ff.eo.§.1.Inst.eo.l.3.j.de Sc.Trebel.l 88.inf.D.de legat.2.* Imò non debẽtur fideicõmissa ab intestato *l.13.infi.ff. de inof.* Videtur d.lex 13. abrogari. q Absente herede ab intestato, codicillos facere possumus, Absentia heredis nõ impedit codicillos fieri. r Furiosus codicillos facere non põt *l.2.§.3. D.eo.* s aliàs quilibet sanæ mentis fuisse presumitur, nisi contrariũ probetur, & meritò. Quilibet enim præsumitur esse talis qualis naturaliter esse debuit *Bald.* t Qui negat sanæ mentis hominem, probare debet. & ita negatio plerumque probanda est: plerumque, inquam, Nam mera negatio probari non potest *l. 23.infi.s.de probationib.* u Codicillos ante vel post testamentum facere possumus: vtrouis confirmentur, valent. Imò, vt neutro confirmentur valent, *§. 1.in fine Instit. eo.* cùm & alioquin nullo penitus facto testamẽto valeant. i. cùm valeãt ab intestato, *l.4.s.eo* Potest etiam codicillus nuncupatiui testamenti appendix esse *l.vlt.ff.de iure codicillor.*
x Non idẽ codicilli possunt quod testamẽta. y Quæ diuersa habent nomina, diuersos etiã effectus habent. z daretur *Cuiac.18.obs.9.* & ita legedũ est apud Vlpianum *22.§.26.in fine monet.* a Codicillis instituere aut substituere heredem non possumus. Institutiones tantũ fiunt in testamentis *l.2.s.eo.l.13.infi.ff.eo.§.penult.Inst. eo.l.14.s.de testam.* b *l.7.C.Theo.de testam.& codicil.* Ex eadẽ scriptura nõ potest quis hereditatẽ petere ex testamento & ex codicillis. c Codicilli etiã sine scriptura fieri possunt. *vt hic adde l.& siue.j.ad Trebell.Glossa in l. ait prætor.inf.in verbo pronunciatũ ff.de re iudicata.* d De hac clausula *v.§.1.j.eo.* e Vnius electione, plerũq; alterius aditum nobis præcludimus *l.11.in fi.ff.de legat.2. adde l.22.infi.ff. de damno.* licet tamen coniunctis personis variare *§.2.j.eo.* f Imperfectum testamentum *l.1.ff.de hereditat. petit.l.4.l.29.D. qui testament.* inter extraneos sc. non suos *l.21.§.1.s. de testamentis* vt codicillus non sustinetur, *vt hic.& l.1.ff.eo.l.29.D. qui testamenta. lege 11.§. primo D. de legatis 3.* nisi testator pro codicillis valere iusserit.
g Codicillis tamen directa verba adiecta, obliquè accipienda esse notant: vt codicillis filio impuberi in potestate facta directa pupillaris substitutio, trahatur ad fideicommissum. *vt in lege scæuola D. ad Trebell. Accurs. Alexander Aretinus in lege verbis ciuilibus D.de vulgari* sic codicillis facta institutio trahitur ad fideicommissum. *Imola lege prima D. de iniusto. Alexãd.7.consil.194.* Quid vulgaris & compendiosa institutio directis verbis facta vi codicillaris clausulæ trahiturne ad fideicommissum? Hanc, non illã trahi notant. *Decius consil. 205. Bartol.lege 1. D. de iure codicill.*

nisi

nisi [a] id ille complexus sit, vt [b] vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere: illo electionis videlicet iure per durante, vt qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. 2 ¶ Si quis verò ex parentibus vtriusque sexus, ac liberis [c] vsque ad quartum gradum agnationis [d] vinculis alligatus, vel cognationis nexu constrictus vsque ad tertium, scriptus heres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit superatus, vel certè ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium conuolare. non enim par eadémque ratio videtur, amittere debita [e] & lucra non capere.
3 ¶ In omni autem vltima voluntate, excepto [f] testamento, quinque [g] testes vel rogati [h] vel qui fortuitu [i] venerint, in vno eodémque tempore debent adhiberi: siue in scriptis, siue sine [k] scriptis voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. Dat. 15. Kal. Mart. Constantinop. Victore V.C. Coss. 424.

DE LEGATIS [l].

TIT. XXXVII.

De alimentis & vestiario.

1. Imp. *Antoninus Pius* A. libertis Sextiliæ.

QVAMVIS verbis his, quoad [m] cum Claudio Iusto morati essetis, alimenta vobis & vestiarium legatum sit: tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, vt & [n] post mortem Iusti || Claudij || eadem vobis præstari voluerit. Sine die & consule.

De venditione hereditatis.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Sabiniano.

QVamuis heres institutus hereditatem vendiderit [o], tamen legata & fideicommissa ab eo [p] peti possunt: & quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fideiussoribus eius petere poterit. PP. 10. Kal. Semptemb. Laterano & Rufino Coss. 198.

De oppigneratione rei legatæ.

3. Iidem [q] AA. Victorino.

QVi post testamentum factum prædia, quæ legauit, pignori [r] vel hypothecæ dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur [s]. Et ideo || etiam || si in personam actio [t] electa est: rectè placuit, ab herede prædia liberari. PP. 6. Kal. Maij, Gentiano & Basso Coss. 212.

a Codicillaris clausula non subintelligitur nisi fuerit expressa: sic itaque testamentum cui hæc clausula adiecta non erit, non valebit iure codicillorum *vt hic. & l. 1. D. eod. l. coheredi. §. cum filio. D. de vulgari. l. si iure. ꝭ. de testam. manumiss. Boer. decis. 33.* Imò tacitè interdum hæc clausula intelligitur. *l. 38. D. de fideicom. libert.* Sic sanè: sed ducta coniectura ex affectione testatoris. Quin, subintelligitur in testamento militis. *l. 3. D. de milit. test.* vt in testamento inter liberos. *gl. in d. §. cum filio.* in causæ piæ testamento. *Bald. in d. l. si iure.* fauore libertatis. *ibidem Bald.* ob vim summam istui & honesti amoris. *text. & glo. in l. testamento. D. de fideic. libert.* (quod vltimum verum in legatis & fideicommissis, non in institutione) si adiecta est à notario clausula, *& cætera*: si testator dixit, velle se testamentum haberi pro legitimo: vel, vt valeat omni meliori modo, vel iure cuiuslibet vltimæ voluntatis: vel si iurauit testator in eo actu. Quæ omnia vera censenda sunt, modò actus ille deficiat tantum in solennitate, at non in substantia: dum etiam actus ille solennitatē habeat saltem in codicillis necessariam. Pone: heredem iurare iussum, se præstaturum legata ex minus solenni testamento? subintelligetur superior clausula codicillaris. *12. ꝭ. comm. de legatis. Adde Manticam 1. de coniecturis. 9.* His adiiciendum codicillarem clausulam subintelligi quibusdam videri quoque, si adiecto distributiuo, *quisquis mihi heres erit*, heres ita nuncupatus dare damnatus fuerit. *Bal. in l. duobus. D. de iud.* (licet contrarium videretur ex *l. libertus. §. hæc verba. D. de vulgari.* Idem esse notatur, si testator velit legata deberi, etiamsi hereditas non adeatur ex testamento. *vide Bald. in l. 1. ꝭ. si quis omissa causa testam.* aut si in testamento effectum testamenti prohibuerit, tunc enim videntur damnati venientes ab intestato. *Imol. in l. 1. D. de cond. instit.* Idem quoque, quoties testator dixit, vt actus, quem agit, valeat, omni solennitate remota: vt perinde sit ac si codicillarem clausulam adiecisset. *Bald. in l. vltimus. D. de legat. 2. vide Socin. regula 398.* Imò vt expressè adiiciatur hæc clausula, testamentum inofficiosum non valet. *l. 13. D. de inoff.* Clausula codicillaris minus potest adiecta inofficioso, quàm imperfecto testamento. Cuius testamentum quasi inofficiosum condemnatur, pro demente habetur. Demens autem testamenti factionem non habet. *l. 36. D. de leg. 3.*
b Hæc est clausula quæ vulgò codicillaris dicitur: cuius formulam *vide in l. 29. in fin. D. qui testament.* fit etiam eius mentio in *l. 41. §. 3. D. de vulgari. l. 3. D. de testament. milit. l. 11. ꝭ. de testam. manumiss.* c Personis coniunctis licet variare: aliis non licet, vt sæpius *dixi ꝭ. eod.* d id est, vsque ad abnepotes. *v. Cuiac. 14. obser. 11.*
e Proximis personis hereditates quasi debentur, *adde l. 7. §. 2. D. de curat. furios.*
f puta codicillis *vt hic.* & mortis causa donatione. in qua requiri ideo volunt quinque testes, cùm in donatione inter viuos duo sufficiant. *l. vlt. ꝭ. de don. caus. mort. vide Rol. à Valle 1. consil. 8. num. 22.* g In omni vltima voluntate excepto testamento, quinque testes sufficiunt. *l. 28. §. 1. ꝭ. de testam.* ergo totidem testes in epistola fideicommissaria, & mortis causa donatione intercedere oportebit. vide Manticam 1. *de coniecturis 11. & 12.* h In testamento, rogati esse debent testes: in codicillo possunt esse non rogati. i Fortuiti testes esse possunt in codicillis.
k Datur etiam decretalis bonorum possessio secundum nuncupationem. *vt hic. & l. 2. ꝭ. secund. tabulas. l. 3. l. 8. D. secund. tabul.* l *dixi ad* 30. 31. 33. 34. *D. 2. Inst.* 10. *adde* 3. *Paul. sent. 6. Vlp. 24. 2. Gaius 5. vide Grass. lib. sent. §. legat.*
m Debuisti alimenta quoad cum Claudio morarer. Claudius mortuus est: Debes alimenta etiam post mortem Claudij. Nam simpliciter alimenta relicta, perpetuò relinqui intelliguntur. *l. 20. D. de annuis. l. 13. §. 1. l. 20. in fi. D. de alimentis.* vt hinc perspicias, Legatum post mortem Claudij remanere, non remanere conditionem. quippe nemo ita fatuus est, vt alicui imperet cum aliquo post mortem habitare. Ideóque conditio cum aliquo morandi, intelligitur eo viuo, vt conditio ad tempus vitæ restringatur: post mortem verò, expiret ex tacita testatoris voluntate, non tamen expiret legatum. n Imò non debetur post mortem. *l. 3. l. 4. ꝭ. de conditionib. insert. l. 92. in fin. D. de cond. & demon.* non debetur, si legatum factum fuit eius contemplatione, qui cum habitare legatarius iussus est. o Venditio hereditatis facta ab herede, non priuat legatarios iure suo. p non ab emptore. *l. 2. ꝭ. de hered. vendit.*
q Seueri nomen hîc expungendum putat Pammelius in vita Tertulliani. Nam Seuerus, pridie Nonas Februarij periit: hæc autem 6. Kal. Maij, diu post eius obitum, adde huc quæ scripsi in *fin. l. 1. ꝭ. de his quæ sub modo.*
r Testator rem iam legatam postea obligans, non reuocat legatum *vt hic. & §. 12. Inst. eo.* quemadmodum si vrgente necessitate alienauit. *l. 11. §. 12. D. de legat. 3.* donans, reuocat. *l. 18. D. de adimendis.* Quid si rem suam alteri iam obligatam legat? si sciebat obligatam, luitur ab herede: si nesciebat, à legatario. *v. l. 6. ꝭ. de fideicomm.*
s Imò videtur. *l. 12. ꝭ. de donat. int. vir. l. 32. §. 5. D. de donat. int. vir.* Dictæ leges abrogatæ sunt per Nouellam 162. *c. 1. §. 1.* t quam author synopseos 44. *tit. 4. c. 4.* appellat, τὴν ἐκ διαθήκης βοήθειαν subsidium ex testamento: hoc sensu legatum valere, etiamsi, id testator postea pignori vel hypothecæ dederit. Ideóq; si aduersus heredem legatarius actionem personalem elegerit, hoc est, subsidium ex testamento: reus heres à creditore liberare cogitur.

De relictis seruo proprio sine libertate.

4. Imp. *Antoninus* A. Sulpitio.

SEruis [u] testamento dominorum non [x] data libertate, legatum seu fideicommissum [y] relictum non [z] valet: nec conualescere potest, licèt post [a] mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sint. PP. 5. Kal. Iul. Antonino A. 4. & Balbino Coss. 214.

Si legatarius rem legatam subtraxerit.

5. Idem A. Donato.

NOn [b] est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competenti [c] in his rebus, quas subtraxisse [d] eum de hereditate apparuerit. PP. 5. Id. Sept. Antonino A. 4. & Balbino Conss. 214.

De substitutione.

6. Idem A. Iuliano.

SI legata relicta primus [e] legatarius agnouit: substitutio eorum in persona Pontianæ facta euanuit. PP. 8. Kalend. Maij, Romæ, Læto 2. & Cereale Conss. 216.

De coniunctis re & errore scripturæ.

7. Idem A. Fausto.

SI [f] Fortidianum fundum primò pater tuus fratribus per præceptionem, ac [g] mox [h] tibi legauit: concursu [i] dominium eius tibi [k] quoque quæritur. 1 ¶ Error [l] autem nominum in scriptura factus, si modò de mancipiis vel possessionibus legatis non ambigitur, ius legati dati non minuit. PP. 5. Id. Iul. Læto 2. & Cereale Conss. 216.

Si legatarius quem testator tutorem dederat tutor esse non possit.

8. Idem A. Demetrio.

AB administratione tutelæ religio sacramenti [m] Marcellum, quem vobis à patre tutorem datum || testamento || proponitis, eripit. Quæ res, quo minùs legatum consequatur, non impedit. Nec enim iustè ab ea petitione repellitur: cum etiam si [n] vellet tutelam administrare, prohibeatur. PP. 8. Idus Mart. Romæ, Sabino 2. & Anulino Conss. 217.

De falsi accusatione.

9. Imp. *Alexand.* A. Antiocho.

SI [o] in fraudem eorum, quæ testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret: præses prouinciæ secundùm iurisdictionis formam solui [p] legata iubebit interposita cautione [q], si euicta fuerit hereditas, ea restituturum [r]: quamuis aliàs tunc cautioni locus sit, cùm sine controuersia legata soluantur. PP. 7. Id. Feb. Maximo 2. & Æliano Coss. 224.

u *Synopsis 44. tit. 4. c. 28. 5. Harmenop. 10. §. 12.*
x Sine libertate seruis nihil legari potest. *l. 28. ꝭ. de fideic. l. 76 in fin. l. 89. D. de hered. inst. l. 15. ff. de opt. l. 20. D. de adim. l. 30. §. 15. D. de fideic.*
y Seruus institutus, nulla libertatis facta mentione, liber intelligitur. *v. l. 5. ꝭ. de necessar.* aliud autem si res ei tantum legata vel fideicommissa *vt hic. l. 28. ꝭ. de fideicom. l. 88. §. 13. D. de leg. 3.*
z Imò valet. *d. l. 5. §. 2. l. 16. ff. de annuis.* Valet ex æquo & bono, valet quoq; ipso iure si à milite relictum. *l. 7. ꝭ. de test. milit.* vel si seruus alteri legetur. *l. 49. D. ad legem Falc.*
a aliud, si viuo testatore.
b si cui pars aliqua bonorum legata sit, & is res ex hereditate subtraxerit, excidit ea quæ sibi competebat rerum legatarum exactione, in iis rebus quas eum retinuisse apparuerit: harum siquidem partem exigere non potest. 5. *Harmenop. 10. §. 19.*
c i. nomine rei ei legatæ.
d & meritò. nam legatarius accipere debet ab herede. *l. 1. §. 3. D. quod legat.* alioquin si auctoritate propria, legatum amittit. *l. 9. ꝭ. vnde vi. v. Clar. 3. sent. §. Testam. q. 68.* Aliud erit, si testatoris iussu. *l. 55. D. de leg. 1. l. 34. §. 1. D. de leg. 2.* vel si executor testamenti fuerit. *arg. l. 78. §. 1. D. de contrah. empt.* Quid si heres possideat? negant interpretes propria auctoritate capere posse. & ita intellige quòd scripsi *ad l. 55. adde Clar. d. loco.*
e Legatariorum alij primi, alij secundi esse possunt. id est, In legatis fieri potest substitutio. *l. 8. §. 4. D. de leg. 2.* Primo legatario adgnoscente, secundus petere non potest. *v. l. 5. ꝭ. de imp.* f si quis cum prædium κατ᾽ ἐξαίρετον, id est, per præceptionem fratribus suis legati nomine reliquisset, idem postea prædium alij cuipiam legauerit, omnes simul concurrentes legatarij prædium accipiunt. *5. Harmenop. 10. §. 8.*
g Codicillis duobus eadem die factis, si in vno res legatur Titio, in altero eadem res legetur Caio, ambo simul ex voluntate defuncti concurrunt & admittuntur, & per concursum faciunt sibi partes, quia præsumuntur re coniuncti. *Accurs. in l. cum proponas. in verb. contrarium. ꝭ. de codicillis. arg. l. vnius. §. sin autem. disiunctim. ꝭ. de caducis. Ias. in d. l. cum proponas. & l. vlt. de edicto D. Had.*
h citra adimendi animum. *§. 1. Inst. de adempt. leg.*
i Re coniuncti faciunt sibi partem per concursum.
k ita vt in hac hypothesi legatarius habeat semissem fundi: instituti, alium semissem.
l *vt. l. 4. ꝭ. de testam.*
m militaris. Qui propter militiam, *l. 4. ꝭ. qui dare tutor.* mandatum testatoris exequi non potest, non propterea legatum amittit. *facit l. 11. in fin. D. de adult. l. 2. D. de veteranis.* Conditio impossibilis de iure non vitiat, licet vitiatur.
n *d. l. 4.*
o Legata quoties heres soluit, à legatariis eiusmodi cautionem exigere debet, vt, si euicta fuerit hereditas, legata sibi restituant: licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sint. Synopsis Basilicôn 44. *titulo quarto. capit. 28.*
p Heres tenetur soluere legata, licèt quæstio de hereditate moueatur, præstita tamen ei cautione à legatario. *l. 6. D. de heredit. petit. l. 8. ff. si cui plus quam per l. Falcid.*
q qua? An, Amplius quam per legem Falcidiam, vt volunt ferè omnes? An, Euicta hereditate redditum iri, vt vult Cuiac. *9. obs. 25.*
r ea restituiri. *Cuia. 18. obs. 9.* hoc innuit, Non quòd interdum illa cautio præstetur, nulla mota controuersia hereditatis. *l. vlt. ꝭ. de petit. her. l. 3. §. 6. l. 4. D. si cui plus quam per leg. Falc. l. 9 §. 4. D. ad exhib.* ideo minùs, imò magis mota controuersia & perlata accusatione falsi testamenti, est præstanda.

a legare rem alienam scientes, at non ignorantes possumus, nisi proximæ personæ: quæ exceptio notanda: dixi ad Theophilum. §. 4. *Inst. de legatis.* b legatum rei alienæ scienter factum valet. §. 4. *Instit. eo. adde Paul. 4. sent. 1. §. 8. 1. Instit. de singul. rebus per fideicom. l. 67. §. 8. D. de leg. 2. l. 10. in fin. D. de auro.* c Synopsis Basilic. 44. tit. 4. c. 34. d non quam nemo antecedit: sed quæ iure sanguinis, licèt remoto gradu, attingit. *Tiraquell. de retract. gentil. §. 11. gl. 1. nu. 4.*

e si quis testamento res filiæ legauerit, & superstes adhuc post testamentum suum res eas in dotem pro filia dederit, posteáque mortuus fuerit, amplius filia legati petere non potest. *Synopsis ibid. c. 35.*

f Filiæ 100. legaui, eidē post testamentū 100. in dotem dedi: me mortuo 200 non habet, sed centum, *vt hic.* Idem erit, si prius 100. in dotem dedi, postea centum eidem legaui. *l. 84 §. 5. D. de legat. 1.* nisi filia ostendat patrem voluisse legatum duplicare. *l. 29. D. de iur. dot.*

g legata viuo testatore præstari possunt. *l. 22. D. de leg. 2. l. 6. ff. de auro.* at non hereditas. *v. l. 1. D. pro emptore.*

h quædam similia extant in *l. 87. D. de leg. 1.*

i Antiquum morem obserua. consuetum fuisse precibus supplicantis responsa prudentum inserere.

k legari res mihi propriè non potest. *vt hic.* nisi sub conditione. *l. 98. D. de condit. & demonstr.* nisi commoditatem aliquam mihi id legatū adferat. *Cynus & doctores in l. si tibi homo. §. 1. D. de legat. 1.* nisi res mea, quę mihi legata est, alij debetur actione vel officio iudicis. *l. apud Iulianum. §. si Titij. D. de leg. 1. l. de vnoquoque. §. si ex bonis. D. de leg. 1.*

l Omittenti hereditatē, prælegati petitio est. *l. 17. l. 18. l. 91. §. 2. ff. de legat. 1. l. 75. in fin. ff. de leg. 2. l. 4. §. 11. ff. de doli mali.*

m quiddam tale extat in *d. l. 87. ff. de leg. 1.*

n *l. 39. §. 2. ff. de leg. 1. l. 66. §. 3. ff. de leg. 2. l. 35. ff. de leg. 3. §. 10. instit. eo.*

De re aliena legata.

10. Idem A. Ingenuæ.

CVm [a] alienam [b] rem quis reliquerit, si quidem sciens: tam ex legato, quàm ex fideicommisso ab eo, qui legatum seu fideicommissum meruit, peti potest. Quòd si suam esse putauit: non aliter valet relictum, nisi [c] proximæ [d] personæ, vel vxori, vel alij tali personæ datum sit, cui legaturus esset, & si scisset rem alienam esse. PP. 5. Kal. Feb. Albino & Maximo Coss. 228.

De rebus legatis in dotem datis.

11. Idem A. Albiniano.

FIlia [e] legatorum non habet actionem, si [f] ea, quæ ||in|| testamento reliquit ||viuus[g]|| pater, postea in dotem dederit. PP. 5. Non. Mart. Pompeiano & Peligno Coss. 232.

Si heres cui prælegatum est repudiet hereditatem.

12. Imp. *Gordian.* A. Mutiano.

CVm responso viri prudentissimi Papiniani[h], quod precibus [i] insertum est, præceptionis [k] legatum, & omissa [l] parte hereditatis vindicari posse declaretur: intelligis desiderio tuo iuxta iuris formam esse consultum. Verba verò responsi [m] hæc sunt, Filiæ mater prædium ita legauit: *Præcipito, sumito extra partem hereditatis.* Cum hereditati matris filia renunciasset: nihilo minùs eam rectè legatum vindicare, visum est. PP. Constitutio 5. Idus Iul. Sabino II. & Venusto Coss. 241.

Si cui res propriæ relinquantur.

13. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Seueræ.

PRoprias [n] tuas res legari vel fideicommitti tibi non [o] potuisse, certum est. PP. 15. Kal. Maij, Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

De monumentis & de iure inferendi mortuum.

14. Iidem AA. Tatiano.

MOnumenta quidem legari [p] non posse manifestum est: ius [q] autem mortuum inferendi, legare nemo prohibetur. PP. 2. Kalend. Septemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De ære alieno.

15. Iidem AA. Terentio & aliis.

SI vniuersæ facultates, quas pater vester reliquit, debito [r] fiscali aut priuato absumuntur: nihil ex his, quæ testamento eius adscripta sunt, valere potest. Quòd si deducto debito, in relictis bonis superfluum est: libertates impediri iuris ratio non permittit: quin etiam legata necnon fideicommissa, salua lege Falcidia, præstanda sunt. PP. 3. Kalend. Octob. ipsis 4. & 3. AA. Coss. 290.

De pignore.

16. Iidem AA. & CC. Syllæ.

CReditor si à debitore suo rem, quam pignoris [s] nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab heredibus eius oblato, quo minùs restituat defendi potest. S. 18. Kal. Feb. Sirmij, CC. Coss.

Quibus modis legata adimuntur.

17. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

DAtum legatū adimi [t] tam purè, quàm sub conditione, non libertis tantùm, sed etiam ingenuis, placuit. Dat. 3. Non. Mart. CC. Coss.

De legato nominis.

18. Iidem AA. & CC. Iustino.

EX legato nominis [u] actionibus ab his, ||qui|| successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest: vtilibus [x] autem suo nomine experietur. Dat. 6. Id. Dec. CC. Coss.

De viro & vxore.

19. Iidem AA. & CC. Niconi.

NOn tantùm duorum [y] mensium, sed & minoris [z] temporis maritus vxoris testamento scriptus succedit: nec legata vel fideicommissa seu donationes temporis huius angustia capi prohibet. Dat. 5. Id. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

De vsufructuario.

20. Iidem AA. Eutychiano.

VXor patrui tui si testata decesserit: res tuas [a], tantùm [b] vsumfructum earum habens, legare non potuit. Dat. 8. Kal. Ian. CC. Conss.

De verbis.

21. Imppp. *Constantinus, Constantius, & Constans,* AAA. ad populum.

IN legatis vel fideicommissis necessaria non sit verborum [c] obseruantia: ita vt nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Dat. Kal. Febr. Constantio II. & Constante Conss. 339.

De annalibus legatis.

22. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

IN annalibus legatis vel fideicommissis, quæ testator non solùm certæ personæ, sed & eius heredibus præstari voluit, eorum exactionem omnibus heredibus, & eorum heredum [d] heredibus seruari pro voluntate testatoris præcipimus. Dat. 3. Id. Decemb. Constantinop. DN. Iustiniano A. PP. 2. Conss.

Si eadem rès eidem sæpius relinquatur.

23. Idem A. Iuliano PP.

CVm quæstio talis de significatione verborum || animos|| veterum [e] mouit, si quis cuidam agrum Cornelianum puta, vel alium quempiam in solidum legauerit, deinde [f] alij partem eius dimidiam, quantam portionem primus, quantam secundus legatarius consequitur: simili dubitatione & in hereditate, & in fideicommissis habita: cúmque computationes multæ introducebantur, & multis ratiocinationibus dignæ: nos huiusmodi computationes quasi superfluas & contrarias voluntati testatoris, omnes esse sopiendas censemus. Cùm enim manifestum est, eum qui ab initio duodecim vncias rei cuidam reliquit, alij autem postea sex, recessisse [g] quidem à priore voluntate, voluisse [h] autem minui eam sex vnciis, cum alij eas obtulit: & præsens casus exitum apertissimum inueniet. Si quis itaque vel agrum vel hereditatem reliquerit, primo [i] quidem in totum, secūdo autem in partem dimidiam: vtrumque in sex vncias esse vel dominum rei legatę, vel heredem. Et si tota re primo relicta, tertiam partem secundo reliquerit: secundùm prædictum modum octo quidem vncias vel agri vel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem partem, vel quatuor vncias ad secundum migrare. Et sic in omnibus statuendum est, id est, in hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis. vestigia enim voluntatis testatoris non aliter nisi per huiusmodi viam æstimanda sunt. 1 ¶ Sed & aliam disceptationem iuris antiqui non absimilem constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim, si quis agrum Cornelianum, vel fortè alium, vel quandam rem cuidam legauerit, & postea iterum vel sæpius [k] ei eandem rem per legatum vel fideicommissum dederit, post talia autem verba testamenti Sempronio eundem agrum vel aliam rem legauerit, vt sæpius quidem fuisset Titij mentio, semel autem Sempronij: quid statuendum est? & quid iuris sit, si coniunctim, aut separatim eis relinquatur, siue in legato hoc consistat, siue in hereditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquam controuersiam, sancimus, cuicunque sit hereditas, vel ager in memoratis casibus, siue coniunctim, siue soli, siue sæpius eidem relictus: æqua [l] lance & hereditatem, & agrum, & aliā quamcunque rem diuidi & ad dimidiam partem vnumquemque vocari: nisi specialiter expresserit, & dixerit testator, tantas quidem partes velle vnum, tantas autem alterū habere. In omnibus etenim testatoris [m] voluntatem, quæ legitima est, dominari censemus. Dat. 15. Kal. Dec. Lampadio & Oreste, VV. CC. Coss. 530.

o Quoties heres in testamento etiam legatum habet, quod extra hereditatē præcipiat: potest & omissa parte sua hereditatis, legatum sibi relictum capere. *Synopsis Basilic. 44. tit. 4. c. 36.* p sed nec alienari & obligari. *l. 2. in fin. s. de religiosis.* permutari quoque monumentorum vsus non potest. *l. 12. § 1. ff. de religiosis.* q Ius inferendi mortui legari potest: monumētum, non potest. religiosas res legare non possumus, ius in ipsas possumus. r Testator qui soluendo non est, legat inutiliter: siquidem nemo potest relinquere quòd non habet, & legata aliter præstari non possunt, quàm deducto ære alieno. *l. 12. s. de test. milit. l. 16. j. ad legem Falcid. l. 1. §. 18. ff. ad Trebell.* s Creditori meo pignus lego. heres debitum ei offert, pignus sibi restitui desiderans? heres non auditur. *vt hic.* Vt ita pignoris legatum valeat. Quid si creditor, præter pignus, debitum petat? iusta petitio est, nisi testator animo compensandi pignus legauerit. *l. 85. ff. de leg. 1.*

t *v. tit. ff. de adimend. legat. & Inst. de adempt. legat.*

u Cui legatur nomen debitoris, suo nomine vtilem habet actionem: directam non habet, nisi sit mandata vel cessa. Directa, ex verbis legis: vtilis, ex mente. *l. 47. §. 1. ff. de negotiis.* x Sex casibus vtilis actio datur sine cessione, puta in legato *vt hic.* & in dote *l. 2. s. de obligat.* si nomen insolutum datum sit. *l. vlt. s. quando fiscus:* emptori hereditatis. *l. 5. j. de hered. vend.* vel nominis. *l. 7. d. tit. de hered.* pensionis. *l. 20. ff. de pignorib. adde l. 1. s. de donat.*

y duum mensium. *Hal.* eodē prisco sermone vtitur lex 2. *C. Theod. de decur.* Ideò Cuiacius 18. *obseru. 9.* putat hæc verba desumpta fuisse ex aliqua lege prisca, fortè Iulia & Papia, ne aliter ius haberent capiendi solidi, noui nupti inter se, qui infra ętatem essent habendi liberos lege definitam, quàm si vel duum mensium spatio vnà fuissent, noui caloris coercendi causa, quo æstuantes facilè sua omnia nouo coniugi elargiuntur.

z Breuitas temporis quo matrimonium durauit, non impedit quominus alter coniugum alteri legare possit. *facit l. 12. §. 1. in fi. D. de legat. 1. vide l. 2. s. de secund. nupt.*

a Legans rem communem cū alio, partem suam tantum legare intelligitur. *vt hic: adde l. serui. §. cum fundum. D. de legat. 1.* interdum solidam rem legat, vt si testator putauit rem suam esse in solidū quam legauit: si disertis verbis communem sibi cū herede suo fundum legauit: si fundum simpliciter legauit, si proprietarius ipse fundum legauit, tunc enim vsumfructum legasse quoque intelligitur: *Doctores in l. hac consultissima. s. de testament. l. qui se patris. j. vnde liberi. Socin. regula 224.*

b Vsufructuarius vsumfructum legare nō potest. *vide l. 24. §. 1. D. de legat. 1.*

c *vide l. 2. j. comm. de legat. pars legis 15. s. de testament. l. vlt. s. qui admitti.* d Appellatione heredis, veniunt heredes in infinitum. *l. 4. ff. de iure imm. l. 65. ff. de verb. signific.* nisi vsusfructus legetur. *l. 13. j. de vsufruct.*

e animos veteres. *Cuiac. 19. obs. 9.* vt antiquos animos. *l. 9. j. qui testam.*

f Si vni totum legatur, alteri pars totius, censetur pars illi de toto adempta. *l. 6. ff. de adimendis.*

g Tacita voluntatis reuocatio.

h *l. 13. §. 4. ff. de hered. instit.*

i *adde §. 7. Inst. de hered. instit.*

k *v. l. 34. §. 1. ff. de leg. 1.*

l *l. 19. in fin. l. 84. §. 12. ff. de leg. 1.*

m *v. l. 16. j. de fideicommiss.*

De eo

a Ironia: *vt in l.97.D.de leg.3.* b Exheredatio iniuriosa. c A substituto impuberis exheredati non potest legari, vel fideicommitti: etiamsi exheredato pater aliquid legauerit. d Legatarius celans testamentum, priuatur legato: idque heredi cedit, quasi non scriptum. 5.*Harmenop.*10.§.36. Synopsis Basilicôn 44.*tit.4.c.*48.
e Fructum suæ calliditatis iure nemo percipit. f *v. quæ dixi ad l.vnic.§.13.j.de caducis.* Cur ita? quoties indignitas respicit fauorem certæ personæ, quòd reo aufertur, in iuriâ passo defertur.
g *l.32.D.de excusat.tut.l.5.§.2. D. de his quæ vt indign.l.12.§.4. D. de relig.* nisi tutor non idoneus sit, puta minor: & ita per eum non stet. *l.76.§.6. D.de legat.2.*
h Valet legatum factum ad certum tempus, vel incertum. contrà, Hereditas ex die vel in diem nõ datur. *l.34.D.de hered. instit.* nisi à milite. *v. l. 8. s. de test.milit.adde l. 9 j. de hered. instit.*
i *l.1.2.3.j.de donationib.quæ sub modo.*
k Valet argumentum à contractibus ad vltimas voluntates.
l ad tempus legari potest. *vt hic.* vt & vendi, donari. *l.1.D.de in diem addict. l. 1. l. 2. D.de lege commissoria. l.1. 2. 3.j.de don. quæ sub modo*, dos relinqui. *l.rebus. s.de iure dot.l.1. s.soluto.* emphyteusis dari. *l.?.s. de iure emphyt. vide Bertrand. 4.consil.1.nu.4.*
m Finito legati tempore, legatum ad heredem reuertitur.
n *dixi ad 50. D.pen.*
o Instructis prædiis legatis, ea tantum cedunt quæ ibi fuerunt perpetui vsus causa: ad tempus ibi reposita, venalia non cedunt.
p *l.12.§.30.D. de instructo.*
q i.custodiæ. *l.12 §.29. D. de instruct. v. Paul. 3.sent.6.§.39.*
r Vinum in apothecis duplici causa habetur: vel, vt eo vtamur, *vt hic.* vel vt in horreo, vt postea vendatur. *vt in d.l.12.d.§.29.*

De eo qui exheredato est substitutus.

24. Idem A.Ioanni P.P.

CVm quidam suum filiumfamiliàs impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutum reliquit, maximam scilicet [a] ostendens ad filium suum affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exheredationis [b] iniuriam etiam substitutionem ei addidit, & ||à|| substituto legatum reliquit: quærebatur, si huiusmodi legatum vel fideicommissum posset valere. Sed & si legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, & substituerit ei exheredato facto aliquem extraneum: iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum posset relinquere. Cum igitur antiquitas quidem hoc diuersè tractare maluerit, nobis autem huiusmodi iurgia superuacua esse videantur: sancimus, nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum, qui [c] exheredato pupillo datus est, prægrauari, nec si ipsam rem, quam pupillo legauit, à substituto eius vel legare vel fideicommittere voluit. Dat.2.Kalend.Maij, Constantinop.post consulatũ Lampadij & Orestis VV.CC.

Legatarius celans testamentum, priuatur legato & remanet heredi scripto. Salycet.

25. Idem A.Ioanni P. P.

SI legatarius, ||vel fideicommissarius|| celauerit [d] testamentum, & postea hoc in lucem emerserit: an posset legatum sibi relictum is qui celauerit, ex ||eo|| testamento vindicare, dubitabatur. quod omnimodo inhibendum esse censemus, vt non accipiat fructum [e] suæ calliditatis, qui voluit heredem hereditate sua defraudare: sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quasi pro non scripto apud [f] heredem: vt qui alij nocendum esse existimauit, ipse suam sentiat iacturam: quemadmodum si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, non [g] subierit tutelam: ei quidem legatum aufertur, pupillo autem adsignatur, cui ille vtilis esse noluit. Dat. Kalend.Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis, VV.CC.531.

De legatis vel fideicommißis temporalibus.

26. Idem A.Ioanni P.P.

ILlud, quod de legatis vel fideicommissis temporalibus [h], vtpote irritis, à legum conditoribus definitum est, emendare prospeximus, sancientes etiam talem legatorum vel fideicommissorum speciem valere, & firmitatem habere. Cùm enim iam constitutum sit, fieri posse temporales donationes [i], & contractus: consequens [k] est etiam legata vel fideicommissa, quæ [l] ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari: post completum videlicet tempus ad heredem iisdem legatis vel fideicommissis remeantibus [m], necessitatem habente legatario vel fideicommissario cautionem in personam heredis exponere, vt||e|| post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur. Dat.15.Kal.Nouem. Constantinop.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.anno 2. 532.

DE VERBORVM [n] ET RERVM significatione.

TIT. XXXVIII.

De prædiis instructis legatis.

1. Imp.*Antoninus* A.Antipatræ.

PRædiis instructis [o] legatis, quamuis ex fructibus vinum & oleum in eodem fundo habuit: tamen si id venale [p] fuit, item ea quæ ad tempus propter incursionem latronum tutelæ [q] causa in prædium translata sunt, legato non cedere, iuris auctoribus placuit. Vinum verò, quod in apothecis fuit, si ideo [r] illic habuit, vt cum in prædium venisset materfamilias eo vteretur [s], legato cedere, ignorare non debes. PP.6. Id.August.Antonino A.4.& Balbino Coss.214.

De fundo instructo.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC.Rufino.

FVndo sicut [t] instructus [u] est, legato, siue per fideicommissum relicto: villicum quidem, hominésque, & omnia quæ vel ipse paterfamilias cum ibi ageret, vel vt fundus esset instructus, non [x] temporis causa in eo habuit, relicta esse, iuris auctoritate definitum est. ea etiam quæ tam fructuum colligendorum [y], quàm seruandorum, item pecora [z] stercorandi vel pascendi causa ibi constituta, vt de his fructus capiantur, vel vt fundus sit instructus: fideicommisso cedere, certi iuris est. Dat. Non. Octob.Sirmij, AA. Consulibus.

De cautione Περὶ ἀσφαλείας.

3. Imp.*Iustinianus* A.Iuliano P.P.

SAncimus cautionis [a] nomine vel ἀσφαλείας, i. *securitatis*, non [b] esse fideiussoris dationem interpretandam [c]: nisi hoc specialiter vel in Græcis vel in Latinis verbis scriptũ fuerit. nisi enim vel generaliter de satisdatione vel fideiussione specialiter sit nominatum [d]: cautione vel ἀσφαλείᾳ minimè fideiussionem, sed nudam promissionem significari. Dat.Kal.Mart.Constantinop. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss. 530.

De verbo aut.

4. Idem A.Ioanni P. P.

CVm quidam sic vel institutionem, vel legatum, vel fideicommissum, vel libertatem vel tutelam scripsisset, *ille aut* [e] *ille mihi heres esto*, vel *illi aut illi do lego*, vel *dari volo*, vel *illum aut illum liberum*, aut *tutorem* [f] *esse volo*, vel *iubeo*: dubitabatur vtrúmne inutilis sit huiusmodi institutio & legatum, & fideicommissum, & libertas, & tutoris datio: an occupantis melior conditio sit: an ambo in huiusmodi lucra vel munera vocentur: & an secũdùm aliquem ordinem admittantur: an vterque omnimodo: cùm alij in institutionibus primum quasi institutum admitti, secundum quasi substitutum, alij in fideicommissis posteriorem solum accepturum fideicommissum existimauerint, quasi recentiore voluntate testatoris vtentem. Et si quis eorum altercationes sigillatim exponere maluerit: nihil prohibet non leue libri volumen extendere, vt sic explicari possit tanta auctorum varietas: cùm non solùm iuris auctores, sed etiam ipsæ principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerunt, inter se variasse videntur. Melius itaque nobis visum est, omni huiusmodi verbositate explosa, coniunctionem *Aut* [g], pro *Et* accipi: vt videatur copulatiuo modo esse prolata, & magis sit παραδιάζευξις [h] vt & primam personam inducat, & secundam non repellat. Quemadmodum enim (verbi gratia) in interdicto [i], *Quod vi aut clam*, *aut* coniunctio pro & apertissimè posita est: ita & in omnibus huiusmodi casibus, siue institutionum, siue legatorum, siue fideicommissorum, vel libertatum, seu tutelarum, hoc est intelligendum, vt ambo veniant æqua lance ad hereditatem, ambo legata similiter accipiant: fideicommissum in vtrumque diuidatur, libertas vtrumque capiat: tutoris ambo fungantur officio: ||vt|| sic nemo defraudetur à commodo testatoris: & maior prouidentia pupillis inferatur: ne dum dubitatur apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed hæc quidem sancimus, cum in personas huiusmodi proferatur scriptura. Sin autem vna quidem est persona: res [k] autem ita derelictæ sunt *Illam aut illam rem illi do lego*, vel *per fideicommissum relinquo*: tunc secundùm veteres regulas & antiquas definitiones, vetustatis iura maneant incorrupta, nulla innouatione eis ex hac constitutione introducenda. Quod e-

s illúdque absumeret. *Paul 3.sent.6.§.42.* t *l.1.s.eod.* u *l.8.l.12.§.27.l.16.§.2. l.20.§.8. D.de instructo.* x Legato fundi instructi, instrumenta tam fundi quàm patris familias veniunt, veluti pecora, instrumenta fructuum colligendorum, villici, homines. y *l.8.D.de instructo.*
z *l.9.D.de instructo.Paul.3.sent.6 §.28.*
a *l.188.in fin.D.eo.* b Cautionis verbum, vel à lege, vel à contrahentibus, vel à testatore, vel à statuto, consuetudine, & ordinatione prolatum, nudam promissionem continet, non fideiussorem *vt hic.* nisi qui cauere debet sit suspectus (aliàs inanis cautio creditori non prodesset) nisi is qui promisit, cautione antea erat obligatus (aliàs, secunda promissio priori nihil adferret vtilitatis) nisi agatur de cautione prætoria, *arg. d.l.7.j.de prætoriis.* nisi frustratoria esset nuda cautio: nisi cautio Burgensis (vt Galli dicunt) i. sufficiens, competens. *l.21.D.de iudiciis.* idonea. *l. 41. D. de petit. hered. l.6.D.de pignor.l.1.§.56.D.depositi. l.59.in fin. D. mandati. l.4.j.de precibus imp.l. pen.in fin.j.deposit i.l. 3.j.de omni agro.* (Idoneè enim cauere, est satisdatò & captis pignoribus. *l.4.§.8.j.de fideicomm.libert.*) bona & plena debeatur. Socinus *regula* 43. nisi rectè caueri oporteat. *l.2.D.de vsufr. earum rerum. l. 1.§ 9.D.de collat.bonor.l.73.D.de verb. signif.* multo magis, si coniunctim bonam & sufficientem cautionem dari sit necesse. Copulationum enim ea vis est, vt vtrunque requiratur: & geminata qualitas cautionis, auget eiusdem naturam. Ad hæc, Fideiussore mortuo, aut non soluendo facto, alius peti potest, Superioribus casibus, idonea cautio non est simplex iuramentum, quantumuis hominis diuitis. Nam legis ac statuti præceptum impleri solet in forma specifica. Sufficiens etiam non est quiuis ex plebe: religiosus, quantumuis vir probus: qui nihil habet *Auth.Ingreßi j.sacrosanct.eccles.* vsurarius, licèt diues, infamis manifestus. *l. 20 j. ex quibus caus. in fin.* (qua de re dubitari tamen potest) aduocatus, procurator rixarũ plenus, notarius fraudulentus, mulier. *l. 1. & paßim.D.ad Velleia.* minor, furiosus, prodigus & similes, qui obligari nõ possunt. *Insti.de inutilib. stipul. l. 1.D.de verborum obligatione.* milites & nobiles in eundem ordinem referũt. mobilium tantum possessor etiam idonea cautio non est: sed nec is qui se non obligat ad instar principalis, putà non personaliter: si pignus nudum offertur (si tamen de Prętoria cautione agitur. *l. 6.ff.de prætoriis*) qui recusat cauere in instrumento publico. Sufficiens verò dici potest, qui suarum opum laudatores seu certificatores apud iudicem, arbitrum, aut cõmissarium ad id delectum parte præsente aut citata, *l. 47. D.de re iudic.* profert. Solent enim iudices, idoneos probare etiam parte inuita. Tenetur quoque laudator ille in subsidium, principali non soluendo. *l.4. in fi. D.de fideiuss.tut.* idoneus quoq; intelligitur, non idoneus quidẽ, sed tamen probatus à creditore. *l.3.D.de fideiuss.* Quid si quis fideiussorẽ non reperit (est enim difficile fideiussorem reperire) decurritur ad sequestrum. *v.l.5.§.1. ff. vt legat. Nou. 88.c.2. §. 1.l.33. §.2. s.de episcop.* Quid si reus eo loco vbi petitur cautio, iuret se satisdare non posse, alibi posse? auditur. *l. 8. §.5. D. qui satis dare. His adde Rebuffum tom. 1. tract. de sent.execut.articul.1.gloss.16.in verbo, bonne & suffisante caution.*
c Imò interpretanda est. *l.59.in fin. mandati.* Aliud teneri ad nudam cautionem, aliud ad idoneam cautionem.
d puta in testamento, *vt l.84.D.de leg.1.l.32.D.ad Trebell.*
e Disiunctiua posita inter personas honoratas vel grauatas, fauore pupillorum, tam in vltimis voluntatibus quàm contractibus, accipitur pro coniunctiua: non si inter res sit apposita.
f *adde l.23.D.de testam.tut.*
g *Aut* pro *Et* accipitur. & ita disiunctiua pro coniunctiua sumitur. *l.53.D.eod.* & è contrà. *d.l.53.& 29.D.eo.l.11.§.5.in fin.D.quod vi*
h Alciatus 9. *Parerg.*18. legit συνάφεια. & malè. *vide Cuiac. ad l.27. D.de pactis: & ad l. 133. D. de verborum obligat.* παραδιάζευξις, quoties quid ita disiungitur, vt tamen coniunctim intelligatur. quæ loquendi forma etiam παρασιώπησις dicitur, cùm quid ita reticemus, vt tamen tacitis nobis intelligatur. διάζευξις disiunctio: ἐπαμφοτερισμὸς alteratio.
i *l.11.§.5.in fin.quod vi aut clam.*
k disiunctiua inter res diuersas posita pro coniunctiua non habetur: inter personas posita interdum habetur.j.eo.

a Illyriciana aduocatio, est eorum aduocatorum, qui eo munere fungebantur apud Præfectum Prætorio Illyrici, cuius alibi quoque fit mentio. b Relictum familiæ, debetur gradatim personis appellatione familiæ comprehensis: De familia. *adde l.195.§.2.l.196.D.eo.l.32.§.6.ff.de leg.2.l.14.ff.ad Treb.Tiraquell. libello du retraict lignager.§.1.gloss.9.nu.195.Simonem de Prætis.3. de interpretat. vltimarum voluntat.3. dubitatione. 1. solutione 11. nu. 25.*

tiam in contractibus locum habere censemus. Dat. Prid. Kal.Maij, Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.531.

De familia.

5. Idem A. Ioanni P. P.

SVggestioni Illyricianæ [a] aduocationis respondentes, decernimus *familiæ* [b] nomen talem habere vigorem, parentes & liberos, omnésque propinquos, & substantiam, libertos [c] etiam & patronos, necnon seruos per hanc appellationem significari. Et si quis per suum elogium fideicommissum familiæ [d] suæ reliquerit, nulla speciali adiectione super quibusdam certis personis facta: non solùm propinquos, sed etiam his deficientibus, generum [e] & nurum. Eos enim nobis humanum esse videtur ad fideicommissum vocari: ita videlicet, si matrimonium morte [f] filij vel filiæ fuerit dissolutum. nullo etenim modo possunt gener vel nurus filiis viuentibus ad tale fideicommissum vocari: cùm hi proculdubio eos antecedant. & hoc videlicet gradatim fieri, vt post eos liberti veniant. Hoc eodem valente & si quis rem immobilem cuidam legauerit vel fideicommiserit, eámque alienare prohibuerit[g], adiiciens, vt si hoc fideicommissarius præterierit, familiæ [h] suæ res acquiratur. In aliis autem casibus nomen familiæ [i] pro substantia oportet intelligi: quia & serui & aliæ res in patrimonio vniuscuiusque esse putantur. Dat.15.Kal Nouemb. Constant. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

c vide quæ scripsi ad *l.108. D.de cond.& demonstr.*

d De relicto familiæ. Familiæ relinquo. *vt hic & l.32.§.6.D.de leg.2.* familiæ volo adquiri. *in fin.J.eod.* addatur & illud, ne de nomine familiæ meæ exeat. *l.88.§.6.D.de leg.2.*

e Gener & nurus numerantur in familia.

f Gener & nurus dicuntur etiam dissoluto matrimonio. & ita affinitas dicitur durare dissoluto quoque matrimonio. In edicto de postulando, affinitates præsentes intelliguntur non quæ fuerunt. *l.3.§.1.D.de postulando:* in nuptiis etiam non præsentes intelligũtur. *§.8.ibi, si fuit nurus. instit. de nupt.* Ita seruus testari non potest pro iis dominis, quorum antea fuerit. *l.14.J. de quæst.* Quare quod à Gallis dicitur. *Morte ma fille, mort est mon gendre*: refertur ad amorem potiùs quàm ad pudorem & honestatem. morte filiæ deminuitur quasi necessitudo, at non honestas & reuerentia.

g Plerunque testatores vetãt, res extero alienari. *l.vlt.S.de reb. alien. non alienand.*

h De relicto familiæ dixi *S. eo.*

i Familiæ nomen pro substantia, vt eo loco, Adgnatus proximus familiam habeto. *l.195.§.1.D.eo.*

k *29.D.4.ad de 44. Eclog.26.* Omittere est negligere iudiciũ defuncti: repudiare, abstinere, cessare.

l Causa testamenti, ipsum testamentum, seu hereditas testamento delata.

SI OMISSA [k] SIT CAVSA [l] testamenti.

TIT. XXXIX.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Ianuariæ.

SI in fraudem legatorum transmissam hereditatem ad substitutum [m] probatura es: vtilis actio aduersus eum cum quo fraudis consilium participatum est, ||tibi|| competit. Planè si pecunia [n] accepta omisit [o] aditionem: legata & fideicommissa præstare cogitur. Accep. Kalend. Octob. Fusco & Dextro Conss.226.

Si hereditas quæ adiri poterat repudietur in fraudem legatorum habet locum hoc edictum. Bald.

2. Impp. *Philippus* A.& *Philippus* C.Victoriæ.

EVm qui cùm testamento posset obtinere hereditatem, ab intestato ius successionis voluit amplecti, libertatibus [p] eodem testamento datis obesse non posse, iam pridem placuit. Quod si cum iam neque adiri ex testamento hereditas, neque bonorum possessio peti possit, iudicium defuncti non [q] vsurpabitur, sed ad irritum iuris ratione reuocatum est: petitio relictorum nullo iure procedit. Si verò iure facto testamento: cessante herede scripto, alter ab intestato adiit hereditatem: neque libertates [r] neque legata ex testamento posse præstari, manifestum est. PP.Kal.Ian. Philippo A.& Titiano Conss.246.

3. Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.& CC. Apro & Piæ.

SI Proculiana patri vestro, cuius estis heredes, testamento quid reliquit, & scripti iure secundùm eius iudiciũ, vel omissa causa testamenti successerunt ab intestato: aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiæ [s] modus patitur, vobis relicta restitui iubebit. Dat. 15. Kalend.Ian.Sirmij, AA.Conss.

DE INDICTA VIDVITATE [t], & lege Iulia Miscella [u] tollenda.†

TIT. XL.

1. Imp. *Gordian.* A. Bono.

m *l.1.J.de fideic. libert.* Substitutus cui defertur hereditas legata soluit. n *l.34.D.eo.* o Tenetur, qui omisit aditionem, licèt non possideat. p *l.22.D.eo.* q non insuper habitum, &c. Cuiac.3.*obs.22.in fin.* vbi notionem verbi insuperhabere explicat. Insuper habere, vt idem author notat 11.*obs.12.* est παρορᾶν vel πλημμελεῖν. Nam & πλημμελήσει Hieronymus interpretatur, Insuper habebit: & eodem sensu Agellius 1. Eam confidentiam non insuperhabendam intelligit. & Symmachus scribendi munus non insuperhabitum. *his adde quæ dixi ad l.43.in fin.D.de religios.l.17.D.de his quæ vt indign. adde alia ex Mureto 11. variar.17.*

r *v.l.17.D.eo.*

s Falcidia detrahitur, etiam quando legata ex hoc edicto debentur. *adde l.6.D.eo.*

t id est, de legatis viro aut mulieri relictis sub conditione viduitatis & cœlibatus.

u de qua dixi ad Nouellam 22.c.43. Cur ita dicitur? *v.l.3.J.eo.*

† id est, de remittenda conditione viduitatis à testatore indictæ. Hodie non remittitur *Nouella 22.cap.44.* Huius ergo tituli interpretatio desumenda est ex *d.cap.43.& 44.*

x extraneo scilicet.

y mea.

z id est, si vxor mea vidua permanserit. hoc igitur innuit, si extraneo legauero sub conditione, Si vxor mea vidua permanserit, conditionem non remitti: quia nulla viduitas iniungitur. *l.74.D.de cond.& demonst.* aliud erit si vxori vel alij mulieri legauero sub hac conditione, Si vidua permanserit. Eo enim casu conditio remittitur. *l.2.S.de inst.& subst.*

LEGATVM alij [x] sub conditione sic relictum, si vxor [y] nuptui se post mortem mariti non collocauerit [z], contractis nuptiis conditione deficit, ideóque peti nequaquam potest. PP.13. Kal.Aug.Gordiano A.II.& Pompeiano Conss.242.

Lex Iulia Miscella cum iuramento & cautione Mutiana, quæ præstabatur, cessat. Salyc.

2. Imp. *Iustinianus* A.Ioanni P. P.

AMbiguitates legis Iuliæ [a] Miscellæ generali lege tollentes, nullum concedimus fieri iuramentum secundùm prædictam legem, sed penitus ea vna cum Mutiana [b] cautione super hac causa quiescente, licere mulieribus etiam maritorum [c] suorum [d] interminatione spreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato sacramento, procreandæ sobolis gratia tantùm ad secundas migrare nuptias, pœna huiusmodi cessante, siue habeat liberos siue non: & ea percipere†, quæ maritus dereliquit. Quorum omnium manifestissimum est, dominium minimè eas liberis existentibus habere, vsufructu [e] tantummodo apud eos remanente, & ad liberos prioris tori proprietate eorum deferenda, secundùm ea quæ de secundis nuptiis, & lucris quæ ex his mulieribus ||obueniunt,|| statuta sunt: ne ex necessitate legis & sacramento colorato [f] periurium committatur. Cum enim mulieres ad [g] hoc natura progenuerit, vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta sit: quare scientes prudentésque periurium committi patimur? Tale igitur iuramentum conquiescat, & lex Iulia Miscella cedat cum Mutiana [h] cautione super hoc introducta, à ||nostra|| republica separata. Augeri [i] etenim magis nostram rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequentari, quàm impiis periuriis affici volumus: cum satis esse inhumanum videatur, per leges [k] quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri. Dat. 10. Kal. Mart.Constantin.post consulat.Lampadij & Orestis VV.CC.531.

In authent.de nupt.§.quæ vero nunc sequitur.coll.4.tit.1. Nou.22.cap.43.

CVi relictum quid fuerit à coniuge, vel à qualibet persona ne secundas ineat nuptias: intra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum verò capiat, præstita cautione rei cum fructibus restituendæ, si contra fecerit. Pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis: pro mobili: (si persona sit idonea) eadem sit cautio: alioqui & fideiussor exigitur, si præstari potest. Contractis nuptiis res data vindicari potest: quod sic admittitur, ac si ei relictum vel ordinatum non esset.

Lex Iulia Miscella correcta in muliere, est correcta in viro, & conditio in viduitate apposita, si perseuerantiam non requirit, est exspectanda. Bald.

5. Idem A.Ioanni P. P.

LEgem Iuliam Miscellam quemadmodum in fœminis sustulimus, ita & in [l] masculis esse sublatam, pertinere quidem ad sensum nostræ legis, quam super hoc promulgauimus, non est incertum, ne tamen quædam ambiguitas simplices [m] animos moueat, etiam expressim sancimus legem Iuliam Miscellam & senatusconsultum [n] quod circa eam factum est, nec non Mutianam [o] cautionem, quæ super talibus nuptiis introducta est, non solùm in fœminis, sed etiam in masculis cessare. Sed quia apud Vlpianum in libris Sabinianis inuenimus quædam verba, quæ effugiunt legis Miscellę obseruationem: ne quis & ea sublata esse putauerit, sancimus, cum huiusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, *Si vidua* [p] *erit,* vel *quotiens vidua erit,* vel *cum vidua erit:* vel è contrario maribus, *Si amiserint vxores,* vel *quando ad cœlibatum peruenerint*: non vetari ea vindicare, vel legitimo modo sumere, quæ eis derelicta sunt. Neq; enim vt permaneant vel fœminæ in viduitate, vel masculi in cœlibatu, videtur esse relictum: vt locum ante nostrã legem habeat lex Iulia Miscella, quæ iam perempta est: sed cum primum hoc euenerit, ilico competat talibus personis eius quod relictum est, persecutio: quia sub conditione relictum esse videtur, siue semel, siue in annos singulos hæc liberalitas fuerit cõscripta, quasi pro solatio suæ tristitiæ [q].

a Lege Iulia Miscella cauebatur, vt mulieres, quibus viri ac mariti viduitatem indixissent, etiamsi nuptias secundas contraxissent, relicta sibi legata consequerentur præstito prius iureiurando se procreandæ sobolis gratia secundas nuptias contrahere. Cui legi, quod ad iuramentum attinet, Iustinianus abrogat, hac lege & Nouel.22.

b *v.l.3.J.eo.*

c Quidã hinc colligunt, Legẽ Iuliam Miscellam pertinuisse ad condiciones adscriptas solius mariti testamẽto. Sed Mercator 1. *Notar.* 2. ait etiam pertinere ad conditiones adscriptas extranei testamento. idque euidenter probat ex Iustiniani Nouella 22. *c.44.in fi.*

d Robertus hinc colligit, Legem Iuliam Miscellam pertinere ad solas viduas. Mercator 1.*Nota.*2. ait pertinere etiam ad virgines: eo sensu, multo magis remittendam conditionem cœlibatus aut viduitatis virginibus quam viduis.

† Hodie mulieres non possunt legatum accipere si nubant Nouell.*22 c.44.*

e *l.3.versic.nec quicquam. S. de secund.nupt.*

f Ex colorato sacramento periurium cõmittitur.

g Mulieres ad id natura progenitæ, vt partus edant. h *vide l.3.J.eodem.* i Rempublicam multis hominibus augeri interest.

k Legibus via periuriis non aperitur cum periuria legibus ipsis puniantur.

l Ideo lex Iulia Miscella dici existimatur, quòd pertineat tam ad mares, quàm ad fœminas quibus viduitas iniungitur. *l.79.in fi.ff.de cond.& demonst. dixi pleniùs ad Nouell.22.cap.43.*

m vt alibi veteres animos & antiquos.

n Senatusconsulta quæ circa eam facta sunt. *Cuiac.hic.* vt intelligas Pernicianum & Caluitianum de quibus vide Vlpianum.

o de qua *l.2.S.eo.l.72.§.1.ff.de cond.& demonst.*

p Conditio, Si vidua erit, Cum vidua erit, Si vxorem amiserit, Cum cœlebs erit, non remittitur: nec enim indicat viduitatem, sed solatium viduitati præbet.

q Solatium. tristitiæ.

a v.34.D.6.Vlp.24.§.17.§.36.Instit.de legat.l.12.D.de cond.& demonst. hoc tandem, constituit valere omnia quæ testamento vel codicillis pœnæ causa relinquuntur, vt suprema voluntas testatoris potior sit ratione iuris, nisi si quid testator fieri iusserit impossibile aut quasi. b Relictum vel ademptum pœnæ nomine valet: nisi turpis vel impossibilis conditio adiecta sit. c Prohibitionem factam heredi vel legatario, ne instituat heredē etiā extraneum, nō valere ex hoc loco colligitur. iuncta *l.quoties. ff.de cond. & demonst.* quia conditio pōt negligi, quæ vel spe præmij vel metu pœnæ impedire pōt liberā testādi facultatem. nisi fortè testator iusta ac legitima de causa prohiberet heredem testari vtpote prodigū vel similem *Alex. 1. consil 155. Ias.2. cons.189: 3. cons.142: 4.cons. 164. Curt.consil. 160.Glo.in l.illæ. ff.de her.inst.* d Legibus interdicta, non natura, sed iure impossibilia. e *§. vlt. in fin. inst.de leg.* f *30.31.32.ff.eo. adde 2.Inst.23.* g testamento, s. idque per fideicommissum. h Multum temporis, trienniū. i *2.Feud.2.§.2.* Triennio solutum annuum legatum in futurum perpetuo debetur. *v. quæ dixi ad 28. s. de pactu.l.6.ff.de vsur. adde l.88.§. 5.D.de leg.2.* k *v.d.l.28.* l Licet inutiliter legatum relictum sit, & heredes sciētes prę stiterint: nō amplius id repetere possunt. *Synopsis Basi. 44.tit. 1.c.112.* m Agnoscens minus solēnem voluntatem, & ex ea soluens non repetit. n comparata. *Hal.* o voluntariæ. *l.23.j.eo.l.16.s.de testam.l.38.D.de fideic.liber.l.9.§. 5.D.de iur. & facti ignor.* p Conscientia relicti. q Fideicommissum vniuersale transmittitur, licet non facta sit restitutio. vt hinc constet pertinere etiam hūc titulum ad fideicommissa vniuersalia. quod præterea euincitur. *l.5.12.14.15.16.30 & vlt.j.eo.* r *l.17.D.de bo.lib.Inst.de success.lib.* s Debitori succedente creditore, confunditur actio. *l.7.s.de pact.l.6.j.ad leg.Falc.l.95.§.2.D.de solut.* t *v.l.vlt.s.de reb.alienis.* u Alienatione liberis interdicta, nō prohibetur ipsi liberi inter se alienare *vt hic.* Quid liberis alienare prohibitis, an nepos, alienare vetatur? prohibetur: vt & alij descendentes. Quid si heredem alienare prohibuit? heres heredis prohibitus quoque intelligitur. *l.pater.§.Iulian.D.de leg.3.* x *facit l.vlt.s.de verb.& rer.signif.l.80.§.6. D.de leg.2.* y Familiæ appellatione contineri fratres & sorores hinc colligitur: sed tamen verius est hic agi de familia testatoris: hoc sensu, Extra familiam alienare prohibitum, non videri extra familiam testatoris alienare, si sorori donauerit. *v.Simonem de Pratis. 3. de interpret.3.dubit.1.solut.10.* Quid si nupta est soror? *v.l.vlt.s.de ver. sign.* Quid liberi alienare prohibiti extra familiam, an in infinitum alienare vetātur? huiusmodi prohibitio non egreditur quartum gradum, seu quartam generationem. *Nou.de rest.fideic.§.pen.Socin.reg.284.* z Quod sorori donatur, non alienatur extra familiam. *d.l.vlt.in fi.* a si ita est, prohibitus alienare, poterit donare? non ita est. Nam de nuda donatione hîc non agitur, sed de donatione facta sorori. Persona, non genus contractus huic constitutioni priuilegium facit: aliàs, non quemadmodū donare licet quod vendi pōt. *l. 63.ff.de reg.iur.* ita donare possumus quod vendere prohibemur. b Directa pupillaris expirat pubertate. *adde l.8.s.de impub.& aliis.* c Fideicommissaria substitutio non expirat pubertate. d hîc agitur de re obligata postea legata vel fideicommissa, *vt & alibi l.57 D.de leg.1.§.5.Inst.de leg. vt & in l.3.s.de leg.* de re legata postea obligata. hoc tandem innuit, Res obligata, si à sciente testatore relinquitur, heres tenetur eam luere: aut eius loco pretium soluere. e Legatū (si fortè ea res alicui obligata sit) heres luere debet: vt id legatario prę stet.

Dat.Kal.Nouemb.Constantinop.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.531.

DE HIS QVÆ POENÆ[a] NOMINE IN TESTAMENTO VEL CODICILLIS ||SCRIBUNTUR VEL || RELINQUUNTUR.

TIT. XLI.

Relictum vel in alium translatum pœnæ nomine, valet, nisi ob turpem causam vel impossibilem conditionem relinquatur.

1. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

SVPERVACVAM obseruationem veterum||legum, || per quam testatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus, præcipientes nullum valere dicendo pœnæ nomine quædam esse relicta [b] vel adempta in supremis testantium voluntatibus, eas infirmare: sed licere testanti pro implenda sua voluntate vel pecunias dari præcipere, vel aliam pecuniariam pœnam inferre quibus voluerit tam in adimendis hereditatibus vel legatis vel fideicommissis, vel libertatibus, quàm in pręcipiendo ad alias personas eas transferri ab eo cui relicta ab initio sunt, vel aliquid ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres vel legatarius vel libertate donatus paruerit. Quòd [c] si aliquid facere vel legibus[d] interdictum, vel aliàs probrosum, vel etiam impossibile[e] iussus aliquis eorum fuerit: tunc sine vllo damno, etiam neglecto testatoris præcepto, seruabitur. Dat.Kal.Ian.Constantinop.Domino nostro Iustin.A.PP.II.Conss.528.

DE FIDEICOMMISSIS[f].

TIT. XLII.

De alimentis & vestiario.

1. Imp. *Antoninus* A.

SI probaueris Demetrium petiisse [g] de matre heredéque sua, vt tibi alimenta menstrua & vestiarium annuum præstaret, eámque secutam voluntatem filij sui per multum [h] temporis, id est, non minus in tali causa triennio [i] ea præstitisse: vt in [k] futurum quoque ea præstentur, & si qua in præteritum præstita non sunt, vt exoluantur, impetrabis. PP. 17. Kal. Sept. Duobus & Aspris Conss.213.

De solutione fideicommissi inutiliter relicti.

2. Idem A. Eupatrio.

ETsi [l] inutiliter [m] fideicommissum relictum sit: tamen si heredes, comperta [n] voluntate defuncti, prædia ex causa fideicommissi auo tuo præstiterunt [o]: frustra ab heredibus eius de ea re quæstio tibi mouetur, cùm non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia [p] relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur. PP.6.Kal.August.Læto II.& Cereale Conss.216.

De morte manumissæ ex causa fideicommissi cui hereditas quoque fideicommissa debebatur.

3. Idem A. Rufino.

CVm secundùm voluntatem defunctę Chrysidem puellam ab heredibus manumissam, eámque priusquam ei restitueretur hereditas [q] intestato vita functam proponas: ad manumissores [r] eius successio pertinet. Qui si adierint eius hereditatem: confusis [s] actionibus, fideicommisso sunt liberati. PP. 5. Idib. Decembr. Læto II. & Cereale Conss.216.

De alienatione & oppignoratione extra familiā prohibita.

4. Imp. *Alexand.* A. Victorino.

VOluntas [t] patris prohibentis [u] liberos fundos extra [x] familiam [y] vendere, vel pignori dare, fratrem sorori [z] donare [a] prohibuisse non videtur. PP. 5. Kal.Iul. Maximo II.& Æliano Conss.224.

vt hic. fallit si facto ipsius legatarij res ipsa obligata est *vt hic.& l.si res obligata.D.de leg.1 arg.l.placet.D de dote prælegata.* si legatum ipsum sit vniuersale. (Huius.n. legati luitio ad legatarium pertinet, cùm transeat vna cum suo onere. *arg.d.l.placet.l.cū pater.§.coniunctim.D.de leg.2.*) si res ipsa legata obligata sit, nomine extranei, hoc est, alterius quàm ipsius testatoris vel heredis eius. *Bart.hic.Socin.reg.*171. adde quæ scripsi apud Theophil. *§.5.Insti.de legatis.* f si prædia obligata legētur, ea cogitur heres luere. Quod si iam à creditore distracta sunt, cōpellitur heres horum æstimationem legatario præstare. *Synops.Basil.44.ti.1.c.116. 5.Harmenop.10.§.34.* g *l.15.j.eo.l.95. D.de leg.3.* atque ita, seruandę voluntatis defuncti causa à verborum propria significatiōe recedere licet: quoties aut quibus casibus permittatur. *v.apud Soci.regula.* verborum propriæ significatiōi statur, nec ab ea recedēdū est. *441.* h *l.12.in fi.l.69. insi.D.de leg 3.l. 168.in f.ff.de reg.iur.* i Fideicōmissum relictū seruo, cui libertas est legata, cedit eo tēpore quo libertas. vt ita legatum non sit inutile. *l.91.§.2. D.de leg.1. l.9.l. 19.D. de manumiss.test.* k Quem non honoro grauare non possum. *l.1. §.17.ff.ad Treb.* l A legatariis, fideicommissariis, donatariis mortis causa legare & fideicōmittere possumus: iisdē possumus substituere. *l.50.l.77.§.32. D. de leg.2.l.36. §.1. l.77. D. de cond.& demon. l. 10. D. de mort. caus.don.* m *l.8.§.5.in fi. D. de transact.l. 77.§.1.ff.de leg.2.* n *dixi ad l.4.§. 6.s.de arbit.* o *legendū fortasse videtur.* (tametsi additum perfectum sensum facit) pro adiecto habendum est. p Sensus intellectualis, orationis defectū supplet. q Si alienationi consentiunt hi quorum interest rem non alienari, alienatio reuocari non pōt. *l.120.§.1.D.de leg.1.l 77.§.27.D.de le.2.2.Nou.159.c.3.* r Alienandi prohibitio sine causa facta, non valet: causa adiecta vel subintellecta valet, vt eo casu alienatione facta, sequentes admittantur: sequente alienante, alij rursus sequentes, at non antecedens, qui alienauit: vt hinc colligatur, Fideicommissum subintellige ex prohibitione alienandi. *v.Simon. de Pratis.3.de interpret.vlt.volunt 3.dubit.1.solut.* 10. vbi notat rationem huiusmodi prohibitionum subintelligi ex re ipsa vel personis, vt quia res sit familiæ omnino vtilis: vel quod prohibitio sit infanti, prodigo, furioso, pupillo & similib. s Pacto vel consensu fideicōmissum remitti potest. t Quod in diem debetur, ante diem solui pōt. *l.137.§.2.in f.D.de verb.obl.* u *v.l.9.j.ad l.Falc.* x Principe loco. ita legitur in vetustis. *Cuia.18.obs.9.* vt in illo versu, Lubrica per vacuum posui vestigia princeps. y Instituto adeunte, relicta à substituto non debentur. *l.20.ff.si quis omissa.* z σύλληψις pro *Ea quam.* de qua dixi ad *l.17.s.solut.* vel ἀντίπτωσις, solœcismi species. de qua *ad l.3.s.de Sc.Silaniano.* a i. generaliter. his verbis, si intra pubertatē decedat. *Gouean 1.Lect.1.* b sit hæc hypothesis, Siue quæsita, siue non quæsita hereditate adoptiua mea intra pubertatem decesserit, hereditatem Titio & Caio restitui volo. Quid iuris est? Quæsitam adoptiuæ filię hereditatem restituent adoptiuæ heredes: non quæsitam, legitimi testatoris heredes. atque ita legitimi heredes rogari possunt. Alias interpretationes v. apud Alciat.1.*Dispunct.9.* Duar.2.*disput.*5.Gouean.*1.variar.1.* c Adoptiuis liberis substitui pōt pupillariter. d Legatarius, legatum propria auctoritate capere non debet, sed id ab herede petere debet. *vt hic gl.in verbo petendo.in c.Raynaldus.de testam.* vnde aduersus occupantem competit interdictū quorum legatorum. *j.quor.legat.* nisi eam potestatem fecit testator legatario, vt legatum propria auctoritate caperet. *text.& glo.in l. Titio.cum testamento.§.1.D.de leg.2.*

Differentia substitutionis pupillaris & fideicommissariæ.

5. Idem A. Reginæ.

SI frater tuus postquàm patri heres extitit, pubes [b] iam ||factus,|| sine liberis decessit: ex pupillari substitutione tibi hereditas eius delata non est. Sed [c] si verbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est: fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. PP.15.Kal.Febr. Iuliano II.& Crispino Conss.225.

Si res obligata relinquatur.

6. Idem A. Nidio.

PRædia obligata [d] per legatum vel fideicommissum relicta, heres luere [e] debet: maximè cum testator conditionem eorum non ignorauit. aut, si scisset, legaturus tibi aliud, quod non minus esset, fuisset. Si [f] verò à creditore distracta sunt: pretium heres exsoluere cogitur, nisi contraria defuncti voluntas ab herede ostendatur. PP.16.Kal. Mart.Iuliano II.& Crispino Conss.225.

Si quæratur de voluntate defuncti.

7. Idem A. Septimo.

VOluntatis [g] defuncti quæstio in æstimatione [h] iudicis est. PP.15.Kal.Mart.Fusco II.& Dextro Coss.226.

De relictis ei qui fideicommissariam libertatem meruit.

8. Idem Masculo.

QVi fideicommissariam [i] libertatem meruit, legata seu fideicommissa à defuncto sibi data suo iure persequitur. PP.15.Kal.Iun.Fusco II.& Dextro Coss.226.

Qui possunt onerari vel non.

9. Imp. *Gordianus* A. Paulinæ.

AB eo qui [k] neque legatum [l] neque fideicommissum, neque hereditatem vel mortis [m] causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP.17. Kal.Octob.Pio & Pontiano Conss.239.

De verbo volo.

10. Idem A. Firmo.

VErbum *volo* [n] licèt desit: tamen [o] quia additum perfectum sensum facit, pro[p] adiecto habendum est. 3.Id. Decemb.Gordiano A.& Auiola Conss.240.

Si alienationi consentiant fideicommissarij.

11. Idem A. Papyriano.

QVotiens ab omnibus [q], qui alienatione [r] facta ad fideicommissi petitionem adspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam vendentibus alij consenserint[s]: contractus auctoritas conuelli nequaquam potest. PP. 2. Kal.Ian.Gordiano A.II.& Pompeiano Coss.242.

De rogato restituere post mortem.

12. Impp. *Philippus* A.& *Philippus* C. Rufino.

POst mortem suam rogatam restituere hereditatē, defuncti iudicio, & [t] antequam fati munus impleat, posse satisfacere, id est, restituere hereditatem quarta parte vel retenta vel omissa[u], si voluerit, explorati iuris est. PP. Id. Octob.Peregrino & Æmiliano Conss.245.

De relictis à substituto.

13. Iidem A.& C. Sempronio.

QVoties principali[x] loco heres institutus testatori succedit: legata seu fideicōmissa à[y] substituto data posci iure nō possunt. PP.8.K.Mar.Præsente & Albino Coss.247.

De substitutione facta impuberi verbis precariis: verbis precariis substitutis si intra pubertatem heres institutus decedat, eo intra pubertatem mortuo, fideicommissum petere possunt ab heredibus, si adita hereditate decesserit, vel à legitimis testatoris heredibus si heres institutus decesserit non adita hereditate Char.

14. Impp. *Valer.* & *Gallien.* AA. Falconi.

EAm [z] quam frater tuus instituerat, siue quæsita, siue non quæsita hereditate decesserit: cùm tamen simpliciter [a] antequam [b] duodecimum ætatis annum impleuisset, verbis precariis[c] testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos: nihil prohibet fideicommissum petere [d], vel

a si adoptiuæ quæsita fuit hereditas. b si adoptiuæ quæsita non fuit hereditas. c Non adita hereditate relicta non valent. *v.l.* 12. §.5. *D.de bon.lib.l.1.D.de iniusto.* nisi testator voluerit relicta solui per heredes suos ab intestato. d Iure non adoptata, vt adoptata, adire non pôt. *adde l.1.j.de hered.inst.* e si mulier filiis suis institutis, patrem ipsorum rogauerit, vt eos manumittat, hoc dicere videtur, debere patrem liberis emancipatis hereditatem restituere: ac propterea quandocunque fuerint emancipati, restituere tenetur *Synops. Basil.45. tit.6.c.125.*

ab ipsius heredibus[a] || vel ab his || qui bona intestati tenent[b]. Tunc enim locum habet, quod regulariter[c] traditur, ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere: cum verbis relicta || directis || adiri potuit hereditas, non cum illa ipsa sic data est, vt esset ab intestato successoribus postulanda. Quod rescripsimus sequentes adseuerationem tuam, quasi scripta heres non fuerit iure adoptata[d]. alioquin si in familia relicta heres facta decesserit: & consequenter ipsius heredes petitione fideicommissi respondere coguntur. PP.14.Kal.Sept.Valeriano III.& Gallieno II.AA.Consf.256.

De patre rogato filiũ suũ à rogante heredẽ institutũ emãcipare.

15. Iidem AA.Philocrati.

QVamuis[e] simpliciter[f] te ac fratrem tuum aliquis instituerit heredes, eiúsque hereditatis commodum pater ex tua fratrísque persona pro portionibus vestris potestatis ratione quæsierit: tamen quia inferioribus[g] verbis testamenti vos sui[a] iuris facere testator cutauit, intelligi pôt restituendæ hereditatis cõmodo fideicõmisso patrẽ obstrictum esse. PP.6.Id.Oct.Romæ Max.II.& Glabr.Coss.257.

De herede rogato, quidquid ex hereditate ad eum peruenerit, post mortem suam restituere.

16. Imppp.*Carus, Carinus, & Numeria.*AAA.Isidoræ.

CVm[b] virum prudentissimum Papinianũ respondisse non ignoremus, etiam legata huiusmodi fideicõmisso contineri, id est, vbi[c] heres rogatus fuerit *quidquid ex hereditate || ad eum || peruenerit, post mortem restituere*: animaduertimus etiam præceptionis[d] compendium testatoris verbis comprehensum esse[e]. Sanè quoniam in fideicommissis voluntas[f] magis quàm verba plerumque[g] intuenda est: si quas pro rei veritate præterea probationes habes ad commendandam hanc patris voluntatem, quam fuisse adseueras, apud præsidem || prouinciæ || experiri non vetaris. PP.Prid.Id.Nouem.Caro & Carino AA.Coss.283.

De liberatione legata.

17. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Fortunato.

SI creditoris voluntas iure[h] subnixa liberari[i] te debito volentis doceri pôt: etiã antequã solẽniter tibi liberatio à successore præstetur[k], exceptionẽ[l] tibi ex[m] voluntate defuncti descendentem competere, manifestum est. PP.12. Kal.Maij, Maximo II.& Aquilino Consf.286.

De necessitate reddendæ rationis remissa.

18. Iidem AA.Apolausto.

CVm necessitatem reddendæ[n] rationis defunctus remittendam tibi esse petierit: manifesti iuris est, voluntatem defuncti immutatam[o] esse debere. PP.Id.Mart.ipsis IIII.& III.AA.Consf.

De priore & posteriore voluntate.

19. Iidem AA.Ampliato.

CLari & aperti iuris est, in fideicommissis posteriores[p] voluntates esse firmiores. PP.8.Id.Septemb.ipsis AA. IIII.& III.Consf.

De relictis à tutore.

20. Iidem AA.Iuliano.

ETiam[q] à pupillorum tutoribus, velut ab ipsis[r] relicta fideicommissa debentur. PP.3.Non.Decemb.ipsis IIII. & III.AA.Consf.

De transmissione ad heredem.

21. Iidem AA.& CC.Tiberio.

f Fideicommissum inducitur ratione agnationis conseruandæ. *v.Simon. de Prætis 3.de interpret. vlt. volunt.3.dubitat.1. solut.11.*
g *v.quæ scripsi ad l.44.in fin.D. de manumiss.test.*
a filium tuum heredem instituo, si eũ emancipaueris. *vt l.70.l.93.ff.de con. & demon*, cuinã debetur hereditas? An filio qui heres institutus est? an patri cõditionem implenti? filio. Ideóque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de restituenda ei hereditate, Salycet. vt qui antecedẽs voluerit, consequens voluisse intelligatur. *Bald.*
b Quæstio huius constitutionis hæc est, An prælegata veniant in fideicommissi restitutione.
c Nota regulã.
d His verbis, *quidquid ex hereditate ad te peruenerit restituito*, cõtinetur quoque præceptionis cõpendium seu legatũ: seu id quod oneratus fideicommisso percepit à coheredibus: nisi contraria doceatur testatoris voluntas, ídque ita statuitur propter verbum, *Quidquid*, *vt hic.* Quod cum ita erit, Prælegata venient in fideicommissum. Idem dicendum, si heres indefinitè portionem suam (non hereditariam tamen) restituere iussus sit. *l.3.§.4.D.ad Trebell.* dixi non hereditariam, nam hereditatis appellatione legatum non continetur. *l.96.in fi.ff.de leg.3. l.91.D.ad l.Falc.* Ergo prælegata perpetuò ad substitutum deferuntur? non ita est. deferuntur enim in substitutione fideicommissãria *vt hîc*: at non in vulgari. *l.32 in fin. D.de leg.3.* in donatione inter viuos. *l.68.D.de leg.2.* In iure adcrescendi. *l.18.D de l. 1.l.75.in fin.D.de leg.3.* vel ita: His verbis, *Quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, restituito*: vel ea quæ legatorum nomine à tuis coheredibus præcepisti, restituere debes. Idem dicendum, si ita scriptum fuerit: *Centum à coherede præcipito, & si præmorieris, portionem coheredi restituito.* quia eo casu præceptionis legatum, portioni hereditatis infinitæ inest. *l.3.§.4.D.ad Trebell.* Quid si ita dictum sit: *Centum à coherede præcipito: portionem hereditariam si præmorieris eidem restituito* aliud dicendum. *d.§.4.* quemadmodum si hereditatem iussus sit restituere. *l.96.D.de leg.3.* Quid si ita: Titio hereditatem restituito quarta parte retenta, & 100. à Caio coherede tuo tibi legata sint? Titius eo casu prælegata consequetur. *l.86. D. ad l.Falcid.* Interest igitur damnetur quis, Restituere indefinitè portionem aut quidquid ex hereditate ad eũ peruenerit, vel hereditatem aut portionem hereditariam. *l.91.D.ad l.Falc.l.96.D. de leg.3.* e Imo non est: hereditatis enim appellatione non continetur legatum. *l.96.in fin.D.de leg.3.l.91.D.ad l.Falc.* f *l.7.s.eo.l.22.s.de leg.l.7.in fin.ff.de supellect.* g Hoc rectè additum est. Nam plerunque sola verba spectantur. *l. 9.in fin.ff.de v-sufr.leg.* nonnunquam etiam vtrunque consideratur. *l.67.in fin. D. de leg.2.l 52.§.4. ff.de leg.3.* h Legata seu relicta in testamento solenni possunt retineri ope exceptionis, aduersus heredem *vt hic.* An & relicta in testamento minus solenni? Couuarruuias ita putat, aduersus communem opinionem. *v.Grassum §.1.quæst.1.num.13.* i Liberatione legata, debitori competit actio & exceptio. k te agente ic. *l.7.in fin.ff.de hered.leg.§.13.inst.de leg.* l *l.3.§.3.l.22.ff.de liberat.* m *l.4.§.10.ff.de doli mali.* n Necessitas reddendæ rationis testamentò remitti potest, *vt hic*: si tamen legatarius dolo quid administrauerit, non prodest ei liberatio. *l.5.§.7.ff.de admin.tut.l.9.l.20.in fin l.28.§.9.ff.de liberat.* o Immutilatam *Cuiac. 18.obs.9.* p *v.l.3.s.de Codicill.l.87.ff.de cond.& demonst.*

q *pars legis 5.s.de reb.cred.* r Relictum à tutore, intelligitur relictum à pupillo *d.l.5.l.69.§ 2.ff.de leg.2.* s Aliud, si ei non cessisset. *l.67.l.75.§.1.§.6.ff.de leg.2.l.4. ff.de aliment.l.5.j.quando dies leg.l.vlt.s.si quis om ssa causa testam. l.vn. §.7.j.de caduc.* t Si dies fideicommissi cedit viuente fideicommissãrio, fideicommissum transit ad eius heredem, etiam tunc in rerum natura non existentem. u *5.Harmenop.10.§. 23. l.75.ff.de leg. 2.*

SI in personam patris tui, cui te successisse proponis, fideicommissi dies vtiliter[s] cessit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum[t] te natum || fuisse || probetur: vxorem patrui || tui, || quem contendis rogatum fuisse patri tuo si sine liberis decesserit, ab auo || tuo || relicta restituere: si ei successerit, de fideicõmisso cõuenire debes. Nã si patrui etiam hereditas tibi quæsita est: non de fideicõmisso quærẽdum, sed hereditas ab ea vindicanda est. Dat.6.Id.Feb.AA.Coss.

De epistola, libello, scriptura, nutu, testibus.

22. Iidem AA.& CC.Plautiano.

ET[u] in epistola[x] vel[y] libello vel sine[z] scriptura, immo etiã nutu[a] fideicõmissum relinqui posse adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Dat.Id.Apr.Byzantij, AA.Coss.

Si veritas vel solemnitas iuris desit.

23. Iidem AA.& CC.Stratonico.

SI[b] veritas vel solennitas[c] iuris deest, nec[d] amplexus parentis voluntatem relicta dedisti, vel transactionis causa stipulantibus[e] promisisti, negotiúmq; integrum est: absolutionem vrgere non potes. Dat.5.K.Feb.AA.Coss.

De instrumentis prædiorum relictorum.

24. Iidem AA.& CC.Menostrato.

INstrumenta[f] prædiorum per fideicommissum relictorũ, quæ ad probationem originis eorum pertinent, heredes præstare necesse non habent, cautionem[g] tamen præstare debent, quòd si opus fuerit, legatario seu fideicõmissario, ipsa, si habeant, proferant[h]. Dat.Kal.Dec.Sirmij, AA.Coss.

De re heredis.

25. Iidem AA.& CC.Iulianæ.

HEredum[i] etiam res proprias per fideicõmissum relinqui posse, non ambigitur. Dat.2.Kal.Mart.CC.Coss.

De repudiatione.

26. Iidem AA.& CC.Fortunato.

EX repudiatione[k] fideicommissi, doli[l] mali exceptio iusta causa intercedente tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione vsus fuerit. Vnde cùm[m] hoc non te, sed[n] patrem fecisse adseueres, qui tibi nocere non potuit: nihil tibi obesse potest. Dat.2.Id.April.Sirmij, CC.Consf.

De pœnitentia.

27. Iidem AA.& CC.Olympiadi.

FIdeicommissum eius qui reliquerat, pœnitentia[o] probata successores nunquam præstare compelluntur. Dat. 5.Kal.Octob.Viminacij, CC.Consf.

De fideicommisso seruis propriis relicto.

28. Idem AA.& CC.Tiberio.

EX fideicommisso sub conditione sine[p] libertate seruis propriis inutiliter dato libertas peti non potest. Dat.15. Kal.Nouemb.Trans mare, CC.Consf.

De testamento quod iure non valet.

29. Iidem AA.& CC.Achilleo.

EX testamẽto, quod iure[q] non valet, nec fideicommissum quidem, si non ab intestato[r] quoque succedentes rogati probentur, peti potest. Dat.8.Kal.Dec.CC.Consf.

De tacita conditione si sine liberis decesserit.

30. Imp.*Iustinianus* A.Demostheni P.P.

CVm acutissimi ingenij vir, & meritò ante alios excellens Papinianus in suis statuerit responsis[s], si quis filium[t] suum heredem instituit, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri disposuisse,

x *l.1.s. de codicill. l.75.ff.de leg.2.* aliud in hereditate. *l.17.ff. de iure codicill.*
y Epistola de qua hic, species est vltimæ voluntatis: parum differt, aut certè effectu non differt à codicillis, est enim nihil aliud codicillus quàm breuis epistola, & quidẽ vt codicillis, ita epistola fideicommissum relinqui potest. *vt hic: l.epistolam. ff.ad Trebel.* & si de fide eius constet, debentur ea quæ in ea scripta sunt. *l.vl. D.de leg.2.* Hinc epistola fideicommissãria dicitur in *l. cũ heredes.s.qui testamenta.* Vnde à quinque testib. subscripta esse debet, alioquin nullius est momenti. *Accurs. in l.1.s. de codicil.* Nam in qualibet specie vltimæ voluntatis quinque testes sunt necessarij, *l. vlt. s. de codicill. vbi dixi.* Alicubi tamen epistola species vltimæ voluntatis constituitur, differens à codicillis. *l.miles.l.vlt. D.de leg.2.* Nam epistola siue scriptura non perficitur: codicilli etiam siue scriptura possunt perfici. *l. vlt. in fin. s. de codicill. l.& sine.j.ad Trebell. Accurs.in l. ait prætor.in fin. D.de re iudic.* Cęterũ litteræ quibus animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. *l. literæ. D. de codicillis. adde Manticam 1. de coniecturis. 11.*

z *l.32.j.eo.l.5.j.de Sc.Treb.l.5.§.1.D.de re iud.* a *v.l.21.D.de leg.3.Vlp.25.§.3.* Nutu tamen possumus iubere hereditatem adiri. *l.95.D.de adq.her.l.65.§.3.D.ad Treb.* & si heres nutu institui non possit. *l.29.s.de testam.* Quæ nutu consistãt, aliàs dixi *ad l.52. in fi.D.de oblig.* b Ex minus solenni voluntate non debentur fideicommissa, nisi per heredem scienter fuerint præstita, vel transactionis causa stipulanti promissa. c *v.l.29.j.eo.* d Amplexus voluntatem defuncti videtur, qui legata tradidit, qui transactionis causa promisit. *l.2.s.eo.* e Fideicommissum in stipulationem deduci potest. *l.62.D.de cond indeb.* f Instrumenta emptionis prædij per fideicommissum relicti, apud heredem testatoris remanent, præstita cautione de illis exhibendis quoties fuerit necesse. g Nota genus cautionis de quo dicam *j.eo.*
h id est, exhibeant. *l.1.D.familiæ.l.48.in fi.l.52.in fi.prin.D.de act.empt.* Apud quem instrumenta emptionis esse debeant. *v.l.7.s.de edend.l.4.in fin.familiæ. l. vlt.D.de fide instr.l.vlt.D.de reb.auth.iud.* i Res heredũ pro fideicõmissũ relinquere possumus, perinde ac proprias. *§.4.Inst.de leg §.1.Inst de singu.reb.per fideicom.l.67.§.9.D.de leg.2.* k *v.l.38.in fi.D.de leg.1.* l Dolo facit, qui legatum petit quod iam repudiauit, *facit l.36.D.ad l.Aquil.* m si legatum filiofamiliàs factum fuerit, & pater repudiauerit, ipse filius id petere potest. *44.Synops.2.c.8.§.3.*
n Repudiatio patris, filio non nocet. *v.l.11.s.de iur.delib.v.Hotom.8.consil.*
o Pœnitentia fideicommissum reuocari potest. *v.l.3.in fi.D.de adimendis.*
p Seruis propriis citra libertatis dationem frustra fideicommittimus. *v.l.4.s.de legat.l.88.§.13.D.de leg.2.* q *l.23.s.eo.l.8.§.1.s.de codicill.l.1.in fin.D.de hered.petit. l.4 l.29.D.qui testam.l.11.§.1.D.de fideicommiss.*
r Legata in testamento inualido non debentur, nisi fuerint repetita ab intestato. *Salycet l.13.D.de inoff.* ab intestato dari dicimus, si testamento clausula codicillaris sit iniecta. *v.l.1.j.de testam.manumiss.l.41.§.3.D.de vulgari. v.in hunc locum Paponem 20.Arrest.1.num.5.* s Id est, libro nono responsorum, vti constat ex *l.102.D.de cond.& demon.* t Fideicommissi restitutioni post mortem suam filius obnoxius, intelligitur fideicommissum sub hac conditione restituere grauatus, si sine liberis decesserit *vt hic.* vt hic cõstet, hãc sententiã locũ nõ habere, quoties extraneus fideicõmissi restitutiõe oneratur. *Gl.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.v.Soc.reg.167.*

nisi

nisi[a] cùm filius eius sine sobole vitam suam reliquerit: nos huius sensum meritò mirati, plenissimum ei donamus euentum vt[b] si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem, pronepotem vel pronepté, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum grauamini subiugauerit: non aliter hoc sensisse videatur, nisi ij qui restitutione onerati sunt, sine filiis vel filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus fuerint defuncti: ne[c] videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata septimo[d] in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. 3. Kal. Nouemb. Decio V.C. Consl. 529.

De relictis à filio præterito.

31. Idem A. Ioanni præf. præt.

QVidam filium suum à sacris[e] paternis remisit, & postea testamento condito eum præteriit[f], nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis. ipsum autem, quem neque heredem, neque exheredatum fecit, fideicommisso prægrauauit. quærebatur si vtile esset huiusmodi fideicommissum. Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa nobis in hoc casu placuit, vt emancipatus (vtpote initium à patre adfectus) non compellatur fideicommissum à sua persona relictum præstare. Quod etiam in aliis personis quas exheredari necesse est, locum habere censemus. Dat. Prid. Kal. Mart. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC. 531.

De herede iurare vel soluere cogendo.

32. Idem A. Ioanni præf. præt.

QVæstionem ex facto emergentem resecantes, & voluntati mortuorum prospicientes, sancimus: si sine[h] scriptura & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit: heredis iuramentum[i] vel forsitan legatarij, vel fideicommissarij, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, siue vniuersitatis, siue speciale: necesse[k] habere heredem vel legatarium seu fideicommissarium, prius iureiurando de calumnia[l] præstito, vel sacramentum subire, & omni inquietudine sese relaxare: vel si recusandum existimauerit sacramentum, aut certam || partem vel || quantitatem manifestare fideicommissario derelictum noluerit, si forsitan maiorem fideicommissarius expetat: omnimodo exactioni fideicommissi subiacere, & eum ad satisfactionem compelli: cum ipse[m] sibi iudex & testis inueniatur, cuius religio & fides à fideicommissario electa est, nullis testibus, nullisque aliis aduentitiis probationibus requisitis. Sed siue quinque sint testes, siue minores, vel nemo: causam per illius sacramentum vel dandum vel recusandū suam habere tam firmitatem, quàm exactionem, siue pater sit qui fideicommissum dederit, siue extraneus: vt æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cùm enim res per testium[n] solennitatem ostēditur: tunc & numerus[o] testium, & nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis[p] incurrat per duos[q] fortè testes compositum testamentum[r], maiorem numerum testium expostulat: vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur. Cùm autē is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, (& maximè ipse heres[s] cui summa auctoritas totius causæ commissa est) dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem: qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria & indubitata || fide || relicta? cùm & in leges respeximus quæ iustis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire[t] compellunt: & sic strictius causam exigunt, vt etiam amittere[u] lucrum hereditatis sanciant eos, qui testatoribus suis minimè paruerint.

Si heres relictum soluere noluerit.

In auth. de heredibus & falcid. §. si quis autem non implens collat. 1. tit. 1. No. 1.

HOc amplius qui defuncti iudicium lege non repræsentatum monitus à iudice intra annum non implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eodem iudicio: hoc autem cum onere suo, danda super hoc cautione, defertur primo substitutis, mox ordine seruato coheredibus adeuntibus, vel generali fideicommissario, vel legatario soli, vel ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario, vel legatario maioris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatus est: exheredatis ne hic quidem respectis: postremo defertur extraneo vel fisco.

a Liberi grauati hereditatem restituere post mortem suam, intelliguntur grauati si decesserint sine liberis *d. l. 102. l. 6. §. de instit. v. Papon. 20. Arrestor. 3. nu. 1.*

b Nota regulam.

c Filio de restituēda hereditate grauato subintelligitur clausula *Si decesserit sine liberis*, vt eo casu testator plus dixisse, minus scripsisse præsumatur, ne alioquin videatur alienos & extraneos successores suis præposuisse *v. Alciat. 1. præsumpt. 9.* Quid si filius restituere piæ causæ sit rogatus, & liberos ipse reliquerit? Quidā putant eum cogi restituere. quod summè iniquū puto. Impius enim videtur pater qui suorum curam non habet vt Apostolus testatur. Facit aureum dictum Augustini, v. plura apud Tiraq. priuilegio 17. piæ causæ.

d *v. quæ dixi ad l. 30. §. de iure dotium.*

e *v. l. vl. in fi. §. ad Tertull.*

f Legata & fideicommissa relicta à filio præterito non debentur *l. 2. ff. de lega. 3.* dic idem à patrono præterito *l. 31. §. 3. ff. de fideicomm. libert.*

g Præteritio patris ignominiosa. Sic præteriti à censore Senatores ignominiosi, *v. Festum in Præteriti in fi.*

h Potest enim sine scriptura relinqui *l. 22. §. eo.*

i Iurans heres tenetur ex minus solenni voluntate *v. Manticā. 1. de coniect. 9.*

k Negans fideicommissum, cogitur iurare vel soluere. *§. 12. Instit. de fideicommiss.*

l Qui defert iuramētum, prius iurat de calumnia *v. l. 1. §. de iureiur. propter calum. l. 9. §. de reb. credit. l. 34. §. 4. l. 37. D. de iureiurand. l. 11. §. 1. §. 2. D. de rer. amotar.*

m Quoties de iudicandi munere agitur simul nemo testis & iudex esse debet. Hæc tamē duo in eius personām, cuius iureiurando res ab aduersario committitur, coire videntur, *adde Cui. 12. obs. 19.* ideóque in causa propria potest quis esse testis & iudex cōsensu aduersarij *Bald. hic.*

n Testes ad solēnitatem testamenti pertinent *vt hic.* Quid numerus testium? ad solennitaté extrinsecā pertinere possis dicere. Numerus enim testium forma est testamenti accidentalis non substantialis: hæc nulla lege vel consuetudine mutari potest *l. vlt. §. de test. milit.* Illa, nimirū accidentalis, potest. Nam vel lege vel statuto testium numerus potest augeri vel minui *l. vlt. §. de test. l. diuus ff. de testam. milit. l. milites §. de test. milit.*

o In his quę testibus necessario probari oportet, certus numerus & solennitas exigitur.

p Testium solennitas inducta ne quid in testamentis falsi induceretur. vnde colligunt, testamentum non solenne, iniustum esse, & falso admittēdo obnoxiū, & ne quidem in foro conscientiæ obseruandum esse. Quid si cesset suspicio falsitatis, & confessum sit seu indubitatum testamentum ita factum, licet non solenniter? v. apud Mantic. 2. *de coniecturis* 14.

q Testamentum duobus tantum testibus præsentibus compositum quasi falsum.

r Hanc vocem interpungit editio Haloandri, probatur interpunctio à Cuiac. 18. *obs. 9.* vt hic sit sensus, Ne quid falsi testes fabricent & committant, (quod facilius ex composito facturi sunt duo testes quàm plures) ideo plures testes desiderari in fideicommissis, putà quinque, vt plures rem communicent, vti loquitur lex 32. ff. de furtis: vt efficiant voluntatem *l. 22. §. de testam.*

s Heredi summa authoritas totius causæ commissa.

t *Nou. 1. c. 1. Nou. 48. c. 1.*

u tanquam indignos *Paul. 5. sent. 5. §. 10.* adde *quæ dixi ad l. 4. Co. de his quæ vt indign.* Hodie quidem amittit non tamē quasi indignus *No. 1.*

COMMVNIA DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS, ET de in rem missione tollenda.

Tit. XLIII.

Quæ actiones legatariis, vel fideicommissariis competant, & de legatorum differentiis sublatis.

1. Imp. *Iustinianus* A. Demonst. præf. præt.

CVm hi qui legatis vel fideicommissis honorati sunt, personalem actionem plerunque habere noscantur: quis vel vindicationis[x], vel sinendi[y] modo, aliorúmque[z] generum legatorū subtilitatem prono animo admittat, quam posteritas optimis rationibus vsi nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudauit, eq; in rem[a] missionis scrupulosis vtatur ambagibus: Rectius igitur esse censemus, in rem quidē missionem penitus aboleri: omnibus verò tam legatariis quàm fideicommissariis vnam[b] naturam imponere: & non[c] solum personalem actionem præstare, sed & in rem: quatenus eis liceat easdem res siue per quodcunque genus legati, siue per fideicommissum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione instituenda: & insuper vtilem Seruianam, id est hypothecariam super his quæ fuerint derelicta, in res mortui præstare. Cum enim iam hoc iure nostro increbuit, licere[d] testatori hypothecam rerum || suarum || in testamento quibus voluerit dare, & iterum nouellæ[e] constitutiones in multis casibus & tacitas[f] hypothecas introduxerunt: non à re est etiam nos in præsenti[g] casu hypothecariam donare || actionem, || quæ || etiam || nonnullo verbo præcedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata vel fideicommissa reliquit, vt omnimodo personæ ab eo honoratæ ea percipiant: apparet ex eius voluntate etiam præfatas actiones contra res testatoris esse instituendas, vt omnibus modis voluntati eius satisfiat: & præcipuè cùm talia sint legata vel fideicommissa, quæ piis[h] actibus sunt deputata. Et hæc disposuimus non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum, vel fideicommissum: sed & si à[i] legatario vel fideicōmissario vel alia[k] persona quam grauare fideicommisso possumus, fideicommissum cuidam relinquatur. Cùm enim non aliter valeat, nisi[l] aliquid lucri adferat ei à quo derelictum est: nihil est graue, etiam aduersus eū, non tantum personalem, sed etiam in rem & hypothecariam exercere actionem in rebus quas à testatore consecutus est. In omnibus autem huiusmodi casibus in tantum & hypothecaria vnumquemq; conueniri volumus, in quātum personalis actio aduersus eum competit: & hypothecam esse non[m] ipsius heredis, vel alterius personæ quæ grauata est fideicōmisso rerum, sed tantummodo earum quæ à testatore ad eum peruenerint. Dat. 15. Kalen. Octobr. Chalcedone, Decio viro clarissimo Consule 529.

Exæquatio legatorum & fideicommissorum.

2. Idem A. Iuliano P.P.

OMne[n] verbum significans testatoris legitimū sensum legare vel fideicommittere volentis, vtile atque validum est: siue directis[o] verbis quale est *Iubeo*[p] fortè: siue[q] precariis vtatur testator, quale[r] est *rogo, volo, mando fideicommitto*: siue iuramentum interposuerit: cùm & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente ἐν ὅρκῳ[s] partibus autem huiusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (secundum quod diximus) ex omni parte verborum non efficax voluntas, secundum verba legantis, vel

x *Vlpian. 24. §. 3. §. 7.*

y *Vlp. 24. §. 5.*

z putà ex damnatione, per perceptionem *Vlp. 24. §. 2. §. 4. §. 6. §. 8. §. 11.*

a In rem missionis solennitas sublata, *l. vl. §. 2. §. eo.*

b Legata fideicommissis exęquantur *l. 1. D. de lega. 1.*

c Legatario tres competunt actiones, ex testamento, rei vindicatio hypothecaria *l. 2. §. eo. §. 2. Inst. de lega. l. vl. §. 3.*

d Testator res suas potest hypothecæ subiicere.

e *l. 1. §. 1. §. de rei vxor. act.*

f *tit. §. in quibus caus. pign. tacitè.*

g Legatariis cōpetit tacita hypotheca in bonis testatoris.

h Legata piis actibus deputata, fauorabilia.

i Ab herede legatario, fideicōmissario fideicommittere possumus *v. l. 9. §. de fideic.*

k putà donatario mortis causa *dixi ad d. l. 9. adde l. vn. §. 7. §. de caducis.*

l inutile est legatum, quod legatario non prodest *v. d. l. 9.*

m *l. 4. ff. de separationibus.*

n *l. 21. §. de legatis adde l. 11. D. de leg. 3.*

o De directis & precariis *dixi ad l. 2. §. de codicill. adde Cuia. 11. obs. 25.*

p Iubeo est verbum directum: non omnino tamen *§. eo. ibi fortè*: quasi diceret, de hoc verbo dubitari posse *l. 28. §. pen. D. de liberat. legata. v. Cui. 11. obs. 25. 17. obs. 25.*

q Iurans aut iurare iussus à testatore heres se præstaturum legata ex testamēto minus solenni obligatur: vt hinc colligatur, clausulæ codicillaris vim habere eiusmodi iuramentum: non deberi quasi ex testamento, sed quasi ex codicillis. v. Mantic. 1. *de coniecturis* 9. Porrò quib. casibus subintelligatur clausula superior, dictum est in *l. vl. §. de codicillis.*

r Verba precaria *§. vl. Inst. de singul. reb. per fideic. Vlp. 25 §. 2. Paul. 4. sent. 1. § 6.*

s lege ἐνορκῶ, vnica dictione, quod interpretari possumus, adiuro, vel iureiurando conuenio, eadem forma qua ἐνορκῶ, id est, loquendo iuro. Est enim frequens testatori cum iurisiurandi religione heredes onerare legati aut fideicommissi prestatione *l. 77. §. 23. ff. de l. 2. vt in l. 3. ff. de iure fisci.* Per deum rogo te *§. & §. 1. Inst. de fideic. libe.* Tertull. *de præscript.* Ego sum heres apostolorum: sicut cauerunt testamento suo, sicut fideicommiserunt, sicut adiurauerunt. Per salutem Principis: vt malè Alciat. 4. *dispunct.* 12. exemplum ponat hoc modo, Iuro, me daturum 100. Nam ex hac scriptura, neque legati, neque fideicommmissi petitio est. Et hoc quoque perperam Accursius, Si heres iurauerit se daturum. Nam hæc conditio iure remittitur. *v. Cu. 16. obs. 25.* Ne-

que ea adiuratio, per deos, in testamentis tantum, sed & aliis negotiis inter viuos veteribus fieri solita. Cicero 13. & 14. *ad Brutum* subueni per deos: propera per deos. & 16. ad *Atticum* 6. per deos expedi. Author ad Herennium 4. per deos amplexare. Terentius Andria act. 5. scæna 1. per ego te Deos oro.

a *leg. 1. D. de legat. 1. §. 3. Inst. de legat.* † olim à legatario legari non potuit, à fideicommissario potuit. *Gaius 2. tit. 7. §. 4. Vlp. 24. §. 20.*

fideicommittentis: & omnia[a] quæ naturaliter insunt legatis, & fideicõmissis inhærere intelligantur: & contra quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum: & si quid tale est quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur: & sit omnib. perfectus euentus, & ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales. vbi autem aliquid contrarium in legatis & fideicõmissis eueniet, hoc fideicommisso quasi humaniori aggregetur, & secundum eius dirimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimã voluntatem reprobari, sed nostro semper vtetur adiutorio. & quemadmodum viuentibus prouidimus, ita & morientib. prospiciatur. & si specialiter legati tantùm faciat testator mẽtionem, hoc & legatũ & fideicommissum intelligatur: & si fidei heredis vel legatarij † aliquid cõmittatur, hoc & legatum esse videatur. Nos enim non[b] verbis, sed ipsis rebus leges imponimus. Dat. 10. Ka. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De optione legata. 2. De non alienandis rebus restitutioni subiectis.

3. Idem August. Ioanni præf. præt.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus fortè optio serui vel alterius rei fuerit relicta, vel ||si|| vni quidẽ legatario optio serui vel alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes: dubitabatur inter veteres si inter legatarios, vel heredes legatarij fuerit certatum, & alter alterum seruum, vel alteram rem eligere velit, quid sit statuendum. Sancimus itaque in omnibus huiusmodi casibus rei iudicem fortunam esse & sortem [c] inter altercantes adhibendam: vt quem sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cæteris autem æstimationem præstet contingentium eis partium: id est, seruis quidem & ancillis maioribus decem annis, si sine arte[d] sint, viginti [e] solidis æstimandis: minoribus verò decem annis, non amplius quàm in decem solidos computandis. sin autem artifices sint: vsque ad triginta solidos æstimatione eorum procedente, siue masculi, siue fœminæ sint: exceptis notariis, & medicis vtriusque sexus: cùm notarios quinquaginta solidis æstimari velimus, medicos[f] autem & obstetrices[g] sexaginta. Eunuchis[h] minoribus quidem decem annis vsque ad triginta solidos valentibus: maioribus verò vsque ad quinquaginta, sin autem artifices sint, vsque ad septuaginta. 1 ¶ Sed & si quis optionem serui vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed[i] quem Titius fortè elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, ||vel nõ potuerit,|| vel morte fuerit præuentus: & in hac specie dubitabatur apud veteres quid statuẽdum sit: vtrúmne legatum exspiret, an aliquod ei inducatur adiutorium, vt viri boni arbitratu procedat electio. Censemus itaque, si intra annale tempus ille qui eligere iussus est, hoc facere supersederit, vel minimè potuerit, vel quandocunque decesserit: ipsi legatario videri esse delatam electionem: ita tamen, vt [k] non optimum ex seruis, vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediæ æstimationis, ne dum legatarium satis esse fouendum existimamus, heredis commoda defraudentur. 2 ¶ Sed quia nostra maiestas per multos casus legatariis & fideicommissariis prospexit, actionésque tam [l] personales, quàm in rem & hypothecarias dedimus, & in[m] rem missionis tenebrosissimus error abolitus est: & ad hanc legem peruenimus. Nemo † itaque ||heres|| ea quæ per legatum vel purè vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita, secundum veterem dispositionem putet in posterum alienãda[n], vel pignoris, vel hypothecæ titulo adsignanda, vel mancipia manumittenda: sed sciat ||hoc|| quod alienum[o] est, non ei licere, vtpote sui patrimonij existens, alieno iuri applicare: quia satis absurdum est, & irrationabile, rem quam in suis bonis purè non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ pignorísve nomine obligare vel manumittere, & alienam spem decipere. 2 ¶ Sin autem sub[p] conditione vel sub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicommissum vniuersitatis, vel speciale, vel substitutione, vel restitutione melius quidẽ faciet, si & in his casibus caueat ab omni venditione, vel hypotheca ne se grauioribus oneribus euictionis nomine supponat. Sin autem auaritiæ cupidine propter spem conditionis minimè implendæ, ad venditionem, vel hypothecam prosiluerit: sciat quod conditione impleta ab initio causa in irritum deuocetur: & sic intelligenda est, quasi nec scripta nec penitus fuerit celebrata: vt nec vsucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium vel fideicommissarium procedat. Quod similiter ||obtinere|| cẽsemus in huiusmodi legatis siue pure, siue sub die certo siue sub cõditione, siue sub incerta die relicta sint. Sed in his omnib. casib. legatario quidem vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare, & sibi adsignare nullo obstaculo ei à detentatoribus opponendo.

In auth. de restit. & ea quæ pa. §. quamobrem præsentem collat. 4. ti. 18. al. 6. No. 39. c. 1.

R*Es quæ subiacent restitutioni, prohibentur alienari quidẽ, vel obligari. Sed si*[q] *liberis portio legitima non sufficiat ad dotis*[r] *siue donationis* [s] *propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam causam alienare vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus.*

Finis Authenticæ.

Sequitur textus legis Codicis.

4 ¶ Emptor autem sciens[t] rei grauamen aduersus venditorem actionem habeat tantum ad[u] restitutionẽ pretij, neque duplæ stipulatione neque melioratione[x] locum habente: cùm sufficiat[y] ei saltem pro pretio, quod sciẽs dedit pro aliena re, sibi satisfieri. Creditori nihilo minus pignoratitia contraria actione aduersus debitorem competente: vt ex omni parte omníque studio id quod semper properamus ad effectum perducatur, & vltima[z] elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bonæ [a] fidei proculdubio emptoribus integra iura, & nullo modo ex hac constitutione deminuta contra venditores habentibus. Dat. Kalen. Sept. Constant. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

DE FALSA[b] CAVSA[c] ADIECTA legato vel fideicommisso.

Tit. XLIIII.

1. Imp. *Antoninus* A. Septimo.

VERBA testamenti quæ inseruisti, aut solutã[d] pecuniam debitam testatori declarant, aut voluntatem eius liberare volentis debitorẽ manifestè ostendunt. Et ideo aut peti quod[e] solutũ est, non potest: aut ex causa fideicommissi, vt debitor liberetur, agendum est: nisi[f] liquido postulari possit eũ non liberari debitorem voluisse, sed errore [g] lapsum solutam sibi

---

b Non verbis, sed rebus leges imponuntur *l. 3. s. de liber. præterit. l. 1. j. de latina libertate: l. 3. §. 9. D. de adim. l. 9. j. quæ res pignori: Cicero. 2. de inuentione.*

c Sorte quędam priuata finiuntur. *Cicer. 1. offic. in pr.* Vbi plures quibus optio est relicta, discordes sunt in eligẽdo, sorte res dirimitur *vt hîc: & §. 23. Inst. de legat.* vt & aliis casibus, putà si de deponẽdis apud aliquem instrumentis *l. 5. in fin. ff. familiæ*: de diuisione bonorũ inter coheredes facienda agitetur *l. 2. j. quando & à quibus quarta pars lib. 10.* si dubitatur quínam priores causam dicere debeant *l. 14. D. de iudiciis.* si de seruis manumittẽdis *l. 24. §. 17. D. de fideicomm. heredit.* aut de liberis diuidendis quæstio sit *Nou. 162. c. 3. in fin.* Olim quoque sortitione dabantur iudices. Contrà, episcopus sortibus eligi prohibetur, *l. 47. s. de episcop.* His adde Mynsinger. *4. obs. 37.* vbi quærit, quomodo diuisionem inter fratres fieri oporteat, An sorte, An potius diuisio seniori fratri committenda sit, electione iuniori data?

d Qui sine arte sunt, serui maiores 10. annis 20. solidis æstimantur: minores 10. annis, 10. solidis: Notarij, 50. Medici & obstetrices 60: reliqui artifices 30. Eunuchi minores 10. annis, 30: maiores annis 10. sine artificio, 50. cum artificio 70. e De prædio communi seruorum dicam ad *l. 1. §. 5. j. de comm. seru. man.*

f Hic locus pertinet ad medicorum commendationem, quòd plurimum æstimentur. Nam quòd minus hîc æstimentur quàm Eunuchi, vitium temporis fuit, non artis. *adde Forner. 2. select. 8.* Possis & hinc obiter etiam colligere, Seruos medicinã exercuisse de quo dixi ad *l. 1. §. 5. j. de comm. seru. manum.* qui tamen testes *l. 20. §. 7 D. qui testam.* & tabularij *l. 3. j. de tabulis*: patroni causarum *arg. l. 2. s. de postulando*: & iudices esse non poterant *l. 3. D. de off. prætor.* Puto id medices vsui necessario datum fuisse, cùm & alias mulieres medicæ esse possint *l. 2. j. de comm. seruo.* An serui episcopi, clerici & monachi esse potuerint. vide Nou. Leon. 9. 10. 11. De seruis plura dixi ad *l. 3. in fin. ff. de cap. minut. l. 32 l. 209. D. de reg. iur.*

g De obstetricibus medicis *adde l. pen. s. de posth. heredib. l. 9. ff. ad leg. Aquil.*

h Eunuchorum pretia *adde ti. s. de Eunuchis.*

i Quoties optio rei legatæ committitur tertio: illo non eligente intra annum, vel morte præuento, electio transfertur in legatarium *v. l. 28. D. de cond. & demonst.*

k Legatarius eligere non debet rem optimam, sed modicæ æstimationis *l. 37. D. de legat. 1.* l *l. 1. l. 2. s. eodem.*

m *d. l. 1. No. 39. in princ. Paul. 4. sent. 1. §. 15.* In rem missio fiebat fideicommissorum nomine, herede non existente soluendo aduersus extraneos possessores rerum hereditariarum. † Rei restitutioni subiectæ purè, vel certa die alienatio, pignoratio & manumissio, non tenet ipso iure *vt hic*: nisi certis casibus iure nouo, *Auth. proxima. j. eo. No. 39. c. 1.*

n *adde l. 15. D. de reb. dub. l. 70. D. ad Trebell.* o *v. j. de reb. alienis.*

p Res sub cõditione, vel sub die incerta restitutioni obnoxiæ, possunt interim alienari vel obligari: sed tamen adueniente casu restitutionis, fingitur retro nulla alienatio vel obligatio *d. l. 15. l. 17. D. quib. mod. vsufr.* q Res quæ subiacent restitutioni possunt hodie certis casibus perpetuò alienari *v. in hanc authen. Rolan. à Vall. 1. consil. 85. nu. 5. & seq. & 4. consi. 27.*

r Doti seu in dotem dari possũnt, etiam quæ alienari prohibita *vt hic.* quod non tantum habet locum in dote de nouo constituta, sed & in dote quam filius accepit viuo patre restituendam: siue filia pro se, siue pro liberis (quos certis casibus dotare cogitur) dotem dare velit: siue inter viuos pater siue testamento dotem velit filiæ constituere: siue filia elocata sit nulla aut exigua dote si mulier maritum se dignum reperiat, nisi omnia bona restitutioni obnoxia in dotem daret: siue tale fideicommissum vniuersale, siue particulare & purum: siue alienatio expresse prohibita à testatore, vel statuto per iuramẽtum firmato: siue priuato siue Ecclesiæ restitutio huiusmodi bonorum facienda esset: siue mulier, de cuius dote agitur, fœcunda sit, siue sterilis. Quin, beneficiũ id transire ad filij & filiæ heredes putant: vt & ad eum cui mulier cessit iura dotalia: sed & in dote, in qua mulier habet fideiussorem obligatum: & in re emphyteutica restitutioni obnoxia, nimirum vt dotis & similium causa alienari possit etiam sine consensu domini. Perpetuam quoque huius beneficij causam esse existimant, vt res dotis vel similis causæ nomine detracta ex fideicommisso, nunquam reuertatur ad fideicommissarium *Accurs. Bartol. Bald. Castrensis Iason hic.* Aliud censent si alia bona extarent. vnde dos aut donatio propter nuptias dari possit: si dominij alienatio prohibita, si fœmina grauata sit restituere, si extraneus aut qui liberorum numero non sit, restituere sit iussus: vt ex *Dyno, Iacobo de Arena, Salyc. Bald. Castrensi, Nicolao de Neapoli* refert *Socin. reg. 12.* si res sui natura alienari non potest, vti feudum. *v. Socin. reg. 324.*

s Alienari prohibita in dotem & propter nuptias dari possunt *vt hic.* sed & pro alimentis, redemptione sua vel aliorum captiuorum, causa pia. *Socin. reg. 13. & 324.* exceptiones *v. s. eo.*

t Scienter emens rem restitutioni subiectam, re euicta, habet actionem ad precium tantum, non ad duplum: etiamsi duplum promissum fuerit.

u *l. 27. j. de euictionibus.*

x Qui rem alienam sciens comparat, meliorationes factas amittit: id stricti iuris est *dixi ad l. 38. D. de petit. hered.*

y quasi diceret, potuit summo iure pretium ipsum quoque amittere.

z Vltima elogia legitimum finem sortiri debent.

a Bonæ fidei emptor re euicta non modo duplã promissam recipit sed ipsas quoque meliorationes.

b Falsa causa legandi, legata non vitiat *l. 12. l. 17. §. 2. l. 72. §. 6. D. de cond. & demonst. §. 31. Inst. de leg. Vlp. 24. §. 19.* nisi probetur testatorem, si sciuisset causam falsam non fuisse relicturum *v. VVurms. 1. pract. 39. obs. 20.*

c *adde 35. D. 1.* Causa, est ratio legandi præteritum aliquid præsupponens *l. 12. in fin. D. de cond. & demonst.* Quatuor hæc separantur: Conditio, Demonstratio, Causa, Modus, αἵρεσις, δήλωσις, αἰτία καὶ τρόπος *44. Eclog. 29.*

d His verbis *Soluta est mihi pecunia*, liberatio relinquitur *l. 4. j. eo. v. l. 31. ff. de liberat. legat.* e Quod solutum est, peti non potest.

f aliàs præsumitur pro qualibet dispositione *v. Alciat. 3. præsump. 21.*

g Erronea testatoris confessio non nocet.

pe-

pecuniam existimasse. PP. 7.Kal.Maij, Antonino A. IIII. & Balbino ConsS.214.

2.Imp.*Alexander* A.Faustinæ.

ETiam si veritas debiti[a] non subest, falsa tamen demonstratio [b] non perimit legatum: & ex testamento eius quoq; nomine competit actio. PP.7.Id. Nouemb. Alexandro A.ConsS.223.

Si maritus legat dotem vxori certa quantitate non expressa, oportet vxorem probare numerationem. Salyc.

3. Idem A.Verinæ.

SI non[c] designata certa quantitate dotem tibi legauit maritus, sed quodcunque ad eum dotis nomine peruenisset, peruenturúmve esset, & id ex testamento petis: necessaria probatio est numeratæ pecuniæ. Quod si quantitatem [d]expresserit, debetur[e]. & si in dotem datum non[f] est: quasi aliud legatum, non eo iure quod dos, fungitur. PP. Non. Maij, Maximo II. & AEliano CC. ConsS.224.

4.Imp.*Gordian.* A.Alexandro.

SI dotem (vt proponis) defuncta[g] in matrimonio vxore tua patri[h] eius reddidisti, vel etiam ea non reddita, testamenti verbis (vt adseueras) munitus es, quibus se recepisse[i] dotem vniuersam quondam socer tuus significauit: ne hoc nomine conueniaris, solicitè agere non debes: cum aut soluta dote, nulla supersit actio: aut non reddita, aduersus petentem iuxta defuncti voluntatem parata sit exceptio. PP. 15.Kal.Iun.Sabino II. & Venusto CC.ConsS.241.

Si legatur dos facta relatione ad instrumentum dotis, nihil aliud requiritur, nisi quod instrumentum loquitur. Bald.

5.Impp.*Diocl.& Maxim.* AA.& CC.Seueræ.

REfert[k] largiter||an|| dotem tibi reddi maritus, an quæ [l] instrumento dotali conscripta sunt, legati seu precariis verbis statuit: quippe||cum||superiore quidem casu datum probanti repeti tantum, posteriore verò nihil [m] nocente falsa demonstratione||quod||significatum||est||instrumēto, postulari possit. Script.14.Kal.Decemb.CC.ConsS.

DE HIS QVAE SVB MODO[n] LEGATA VEL FIDEICOMMISSA RELINQUUNTUR.

Tit. XLV.

1.Imp.*Antoninus* A.Saturninæ.

IN[o] legatis quidem & fideicommissis etiam modus adscriptus pro[p] conditione obseruatur: Sed si per te non stat quo minus voluntati testatoris pareas, sed per eum cui[r] nubere[s] iussa es quo minus id quod tibi relictum est, obtineas, non oberit. PP.5.Ka.Ian.[t] Gentiano & Basso ConsS.212.

2.Imp.*Gordianus* A.Ammonio præf.præt.

EX[u] his verbis, *Titio decem millia, vel insulam relinquo, ita vt[x] quinque millia ex his, vel eandem insulam Mæuio restituat:* licet antea[y] neque legati neque fideicommissi petitio nascebatur, tamē in libertate[z] à diuo Seuero hoc admissum est. Sed & in pecuniariis causis [a] voluntatis tuendæ gratia non immerito recipiendum est, vt etiam ex huiusmodi verbis, siue [b] ad conditionem, siue ad modum respiciant, siue ad dandum vel faciendum aliquid: fideicommissi actio omnifariam nascatur, videlicet in [c]conditionibus post exitum earum. Sin verò legato aut fideicommisso relicto, testator legatarium seu fideicommissarium prohibuerit, vel heredem suum, vel alium quendam debitum exigere: habet debitor aduersus legatarium seu fideicommissariū agentem, vsque ad quantitatem||relicti, siue||fideicōmissi, siue legati exceptionem[d]. PP.6.Idus Aug.Sabino II. & Venusto ConsS.217.

a Demonstratio ea fuit: Decem quæ Titio debeo. b *l.3. l.5.j.eodem.l.17.l.33.ff. de con.& demonst.* §.30.*Inst.de legat Vlp.*24 §.9. ἡ πλασὴ ἀπαριθμήσις *Sy.Ba.*44.*ti.*16.*c.*32. hac sententia, Falsa numeratio nunquam legata perimit. ideoque si quis ita legauerit, Do lego huic aureos 100. quos ei debeo, licet nihil debeatur, legatum valet ὡς ἀπὸ ἀπαριθμήσεως tanquam ex numeratione. Harmenop. 5.*tit.*10.§.24. eo sensu hanc legem reddit, Falsa numeratio legata non perimit. vnde & si quis legans ita dixerit, Do huic tot nūmos quos ipsi debeo: etiamsi non debeat, sed falsò id dixerit, valet tamen legatum.

c Si dos incerta simpliciter vxori prælegatur, vxor dotis quātitatem probare debet: aliàs legatum est inutile: si certa, non debet: éstq; remisso probationis onere, legatum vtile *vt hic: & §.15.Inst.de legat.l.6.ff. de dote prælegata.*

d Demōstratio ea fuit, Decem quæ in dotem accepi.

e Imò non debetur *l.1.§.7.D. de dote prælegata.*

f Falsa demonstratio his verbis innuitur *de qua v.l.2.š. eod.*

g Mortua filia in matrimonio dos patri eiúsve heredibus reddi debet.

h Pater liberationem dotis legare potest.

i His verbis liberatio relinquitur, *vt l. š.eod.*

k Si legatur dos facta relatione ad instrumentū dotis, statur instrumento: si ad dotem, inquiritur veritas.

l Demonstratio ea fuit, Quæ instrumento dotali cōscripta sunt do lego.

m *l.2.š.eod.l.75. §.1.j.de legat.1. l.33 ff.de condict. & demonst.*

n *adde 35.ff.1.* Modus est finis propter quem legatur, vel causa legandi collata in futurum.

o Quoties alicui sub modo legatū relinquitur, putà, vt hoc faciat, capit ille quidem legatū, verùm si modus defecerit, idem amittit. Modus enim est conditionis euentus in legatis & fideicommissis: si vero legatum alicui relictum fuerit, vt Petro nuberet, ac legatum quidem acceperit, sed Petrus eam ducere nolit, legatum reddere non cogitur. Nec enim per eam stetit, quo minus impleatur conditio *Syn.Bas.44.ti.8.c.1.*

p Modus est quasi conditio, & ita sæpius appellatur *l.8.§.7.D. de conditionibus instit.l.21.§.3.ff.de annuis:l.71.§.1.l.108.ff. de cond.& demonst. l.3. in fin.l.4.ff.de donationibus,* Non est tamen propriè conditio *l.17.§.2.l.44.in fin D. de manumiss. test.* Modus est, cum ita legamus vt aliquid fiat *l.2.j.eo.l.17.in fi.ff.de cond.& demonst.*

q id est impleri debet quemadmodum & conditio. r *l.31.ff.de cond. & dem.*

s modus is fuit, vt Saturnia nuberet Titio.

t *al.*Februarij *Pammelius in vita Tertull.* Nam pridie nonas Februarij Seuerus periit. adde quæ scripsi *ad l.1.š.de legatu.* u *v.in hanc l.Cui.14.obs.25.*

x nota genus modi. y olim ex modo non oriebatur actio, hodie oritur.

z finge ita legatum fuisse, vt seruum manumitteres *vt l.48.D. de fideic.liber.*

a quod olim non fuit. b *l.21.§.3.D.de annuis.* c *v.Cui.d.l.*

d Pro legatis sub modo relictis cōpetit actio & exceptio. e 35.ff.1. f incertis *Hal.*

g si quis alicui legatum sub hac conditione reliquerit, si sine liberis heres diē suū obeat, ísque nepotibus ex filia decesserit: defecit conditio. Nam quum relictis liberis mortuus sit, etiam legatum inutile est, nisi alia defuncti voluntas euidenter probata fuerit, *Syn.Bas.44.tit.29.c.1.* h Trallianis *Hal.*

i Si Titius sine liberis decesserit, partem hereditatis Trallianis restituito. Titius nepotem ex filia heredem instituit: num debetur Trallianis fideicommissum? non debetur. Nec enim decedit sine liberis, qui nepotem ex filia relinquit heredem, *facit l.48.D.soluto.*

k Heres legatario satisdat legati sub conditione vel in diem relicti nomine *l.1.D. vt legat.* nisi testator cautionem remiserit *l.7.j.vt in possess.lega.* His ita constitutis, testator ita constituit, *Filia post xx annum Sempronio fundum dato.* eidem Sempronio caueatur sub hac conditione, *Si non diuerterit.* Sempronius sibi caueri petit. Cautio denegatur Sempronio. Mouetur filia, quod superiori conditione à patre cohortata videatur ad diuertendum, quum diuortij conditio turpis natura sua sit. Sempronius admittit turpē quidem esse cōditionem, sed hoc adiicit, Turpes conditiones pro nō adiectis haberi. cauendum igitur.

DE CONDITIONIBVS[e] INSERTIS[f] TAM LEGATIS QVAM fideicommissis & libertatibus.

Tit. XLVI.

De conditione si sine liberis decesserit.

1.Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Claudiæ.

CVM[g] testatorem fideicommissum Tralliano[h] ab eo, quem pro parte heredem instituerat, ita reliquisse proponas, si [i] sine liberis institutus diem obiisset, ísque nepotem, quem ex filia susceperat, heredem instituerit: conditionem adscriptam fideicommisso defecisse, manifestum est: nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur. P. P.Non. Decem. Laterano & Rufino ConsS.198.

De conditione diuortij.

2.Iidem AA.Galliano.

CVm patremfamilias fideicommissi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cauere præcepisse proponas, *si[k] à marito non [l] diuertisset:* iurisdictionis [m] originem perinde seruari æquum est, ac si nihil super ea re scriptum fuisset. Nec[n] exemplum legati, vel hereditatis, in quibus conditio diuortij nonnunquam remitti solet, huic rei comparandum est: cùm[o] absurdum sit ideo perpetui edicti negligi formam, quia patris sui voluntati non obtemperatur. P. P.Antiochiæ, 11.Kalend.Aug. Antonino A.II.& Geta II. ConsS.206.

De conditione si cum focaria sua matréque eius moretur.

3.Imp.*Antoninus* A.Aurelio militi.

SI ea conditione Aulazanus[p] legata testamento præstari voluit, *si cum focaria [q] sua matréque eius moraretur*, & per eum stetit, quo minùs voluntati testatotis paréret: cùm ||sua||sponte scripturæ testamenti non[r] obtemperauerit, ad petitionem non admittitur. P.P.6.Id.Iul.Lęto II.& Cereale ConsS.216.

De conditione nuptiarum.

4.Imp.*Alexan.* A.Liciniæ.

LEgatum siue fideicommissum à patruo tuo relictum tibi sub cōditione, *si [s] filio eius nupsisses*: cum mortuo[t] filio, priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit: nulla ratione deberi tibi existimas. P.P.Kal. Dec.Alex.A.II.& Marcello ConsS.227.

5.Impp.*Diocl.& Maxim.* AA.& CC.Faustino.

SI vxorem tuam tempore [u] nuptiarum in [x]patria potestate fuisse monstretur: fideicommissi commodum ei relictum, *cùm [y] nupserit*: nullo alio diem eius cedere prohibente, patri quæsitum non ambigitur. Quod si à patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre & marito ac liberis: actionem fideicōmissi sibi competentem ad heredes suos transmisit. S.6.Kal.Febr.Sirmij, Cæsaribus ConsS.

De conditione pluribus personis iniuncta.

6. Imp.*Iustinianus* A. Ioanni præf.præt.

SI plures personæ vnam conditionem implere fuerint iussæ: apud Vlpianum dubitabatur, vtrúmne omnes si-

l Cui contraria est, si à marito non diuerterit *leg.5.š.de institutio.*

m id est edicti, quo heredes legatorum nomine cauere iubentur: ne alioquin edictū aliquod nouum putes quo relicta sub conditione ita demum capiantur, *si conditio cōsumata sit.* quale nunquam auditum fuit.

n Ratio dubitādi. *de qua v.Cui. 9.obs.6.*

o Argumentum à contrario sensu in legibus, statutis & vltimis voluntatibus est validum *vt hic.* nisi huiusmodi interpretatione induceretur legis statuti, vel iuris communis emendatio, aut sententia iuri eiúsue rationi contraria, si contrarius is casus iure decisus est: si qui statuerūt, ea interpretatione inciderēt in pœnam. Id quoque in statuto emendante non obtinere putant: vt etsi interpretatio sub intellectione statuto ipso prohibita: si in statuto dictio implicatiua, vt vocant, (*vti maximè & similis*) adiecta sit: si alia mens esset contrahentium aut testantium: si argumenti hoc genus sumitur à verbis narratiuis legis vel canonis, vel à causa impulsiua non finali, vel ab vna tantum causa finali *vt notat Socin. reg.*28.

p Puto legendum *Aulazano*, eo sensu, Aulazano centum do lego, si cum focaria eiúsque matre morabitur. Per Aulazanum stetit, quominus voluntati testatoris fieret satis. Aulazanus frustra legatum petit.

q De focaria *v.l.2.š.de donat.int.vir.l.12.§.5.6.l.15.ff.de instruct.Paul.3.sent.6.§.37.*

r Legatarius faciendi debitor, si non facit, legatum non accipit *l.1.š.de inst.l.vn.§.2.j.de caducu.*

s Luciæ centum do lego, si filio meo nupserit, filius moritur, Luciæ non debetur legatum *v.Cuiac.17.obseruat.22.*

t *l.31.D.de conditionibus & demonstrationibus.*

u Titiæ centum do lego, cùm nupserit. Nupsit Titia in patris potestate adhuc posita. Cuinam legatum quæsitum est, Titiæne an eius patri? patri *l.14.in fi.ff.quādo dies legat.leg.78.ff.de ver.oblig.* nam legati dies cessit tempore nuptiarum quo Titia nondum fuit emancipata. In legatis conditionalibus inspicimus tempus conditionis *l.28.D.de pignoribus:* in stipulationibus factis à filiofamilias, tēpus contractus nō conditionis *l.78.D.de verb.obligat.* x Nuptæ etiam filiæ in parentum potestate esse possunt *l.12.š.de collat.* Quid mariti? sunt etiam in eiusdem potestate, quod ad seruitia *vide VVurmser. 1. pract.36.obseruat.9.* y De legato cùm nupserit.

mul eandem facere debeant, an singuli quasi soli implere eã compellantur. Videtur autem nobis vnumquemque[a] necessitatem habere conditionem implere, & proportione sibi contingente accipere quicquid ex hoc commodi est: vt hi quidem, qui compleuerint iussa, ad lucrum vocentur: qui autem neglexerint, sibi imputent si ab huiusmodi commodo repellantur. Dat. 3. Kal. Aug. Constantin. post consulat. Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

De eo qui iussus est liber esse, si certum quid heredi dederit.

7. Idem A. Ioanni præf. præt.

CVm quidam testamento condito libertatem seruo suo dereliquit, sub conditione, si suo heredi certum numerum solidorum præstaret, vel aliam quandam speciẽ, vel vicarium seruum, ille autem seruus non in eodem[b] loco constitutus vbi etiam heres fuerat, herili testamento cognito properabat ad heredem cum ipso, quod iussus erat dare heredi, sed in medio latronum vel hostium incursione, ‖vel alio fortuito casu‖ peremptum est, quod portabat: quærebatur inter antiquos, si præpediretur libertas, quia hoc dare seruus non potest propter memoratum fortuitũ casum. Itaque veterum dubietate quiescente, nobis placuit, vt & libertas omnimodo competat, & commodum quod heredi vel extraneo relinquitur, non[c] abstrahatur. Ex quacunque igitur causa impediatur, siue per heredem, siue per eum cui dare‖aliquid‖iussus est, siue per fortuitos casus: in libertatem quidem ipse omnimodo perueniat, nisi ipse seruus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen cõstituatur post libertatem heredi, vel ei cui dare aliquid iussus est, (nisi[d] & ipse oblatas pecunias non susceperit. quod enim semel [e] repudiatum ab eo est, redintegrari minimè concedimus) quatenus hoc quod dare iussus est, omnimodo implere compellatur: vel ipso mancipio ‖præstando‖ si existat: vel[f] in æstimatione eius non amplius quam in quindecim[g] solidos computanda: vel in alia re, si & ipsa appareat: vel si non existat, vera eius æstimatione præstanda. Da. prid. Kal. Maij, Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV.CC. anno secundo 532.

DE VSVRIS[h] ET FRVCTIBVS LEGATORVM, SEV fideicommissorum.

Tit. XLVII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Maximo.

LEGATORVM[i] seu fideicommissorum vsuras ex eo tempore quo lis[k] contestata est, exigi posse manifestum est: sed & fructus rerum, & mercedes seruorum qui ex testamento debentur, similiter præstari solent. Proposita prid. Kal. Aug. AEmiliano[l] & Frontone Coss. 200.

2. Imp. *Antoninus* A. libertis Cassiani.

ADuersus eos[m] qui sub obtentu legis Falcidiæ legata[n] morantur, notissimum est iuris auxiliũ. Si igitur proposita stipulatione cauere[o] cum satisdatione potestis vos restituturos quanto amplius quàm per eam lege licet, acceperitis: iudex qui de fideicommissis ius dicit, solida vobis legata præstari iubebit. Quod si satisdationem implere nõ potueritis: arbitro[p] dato certum diem vobis præfiniet, intra quem altera parte cessante partibus suis fungetur. Etsi[q] constiterit legi Falcidiæ locum non esse: & vsuras & fructus post litem contestatam percipietis. P.P. 16. Calen. Iun. Duobus & Aspris Coss. 213.

3. Imp. Alexan. A. Paterno.

SI homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo[r] debitoris fideicõmissi sunt. Proposita 12. Cal. April. Iul. & Crisp. Cons. 225.

4. Imp. *Gord.* A. Dionysio.

IN legatis & fideicommissis fructus[s] post[t] litis contestationem, non ex die mortis consequuntur[u]: siue in rem, siue in personam agatur. PP. Non. Septemb. Gordiano A. & Auiola Cons. 240.

a Pluribus iniecta conditione, impleta conditio non prodest, nisi implenti *l. 44 in fin. D. de hered. instit.* Faciendo, quisque sibi conditionem implet non alteri *l. 13. D. de manumiss. testam.* Interdum necesse est ab omnibus conditionem impleri, putà quoties factum est indiuiduum *l. 13. §. 2. ff. de statu liber.*

b Hinc colligitur, Eum qui quid deferre ad domum creditoris tenetur proprio sumptu & periculo deferre teneri non creditoris *v. Molin. de vsur. q. 9. nu. 138.*

c Et ita constat casu fortuito nõ excusari debitorem. Rei interitu neminem liberari ab implẽda conditione adde *l. g. 11. s. si cert. petat. l. 3. l. 20. D. de statu lib.*

d *l. 3. §. 1. Vlpia. 2. §. 5.*

e Semel repudiatum redintegrari nõ potest.

f Æstimatio rei loco est.

g *l. 35. §. 3. j. de donationib.* de vulgari seruorum pretio *v. l. 1. j. de comm. seruo.*

h *l. 3. in fin. ff. de annuis, Paul. 3. sent. 8. §. vl. Caius 2. tit. 7. in fin.* De vsuris testamentariis v. Molin. *quæst. 73. de vsur.* Hotomanum 2. *de vsur. 4.*

i *Syn. Basi. 44. tit. 2. c. 84.*

k Vsuræ legatorum debentur à lite contestata *vt hic: & l. 4. j. eo. l. 91. in fin. D. de legat.* 1o. Mora fit ex die litis contestatę. Mora fit cùm postulanti non datur. *Paul. 3. sent. 3. §. vl.* atq; ita: Quoties ex testamento actione legatum petitur, fructus post litem contestatam capti & partus editi, & seruo legato quæsita, legatario restituũtur. Harmenopulus *5. ti. 10. §. 33.*

l Anulino.

m Heredes sc.

n Id est, legatorum præstationem.

o *Paul. 3. sent. 8. §. 2.*

p Nota de arbitro dato ad ineundam Falcidiam.

q Heres legati solutionem denegat, veritus ne creditoribus aliquando imminentibus nõ habet vnde postea Falcidiam detrahat. Dupliciter eo casu legatariis consultum est. Primò cauere possunt se restituturos quanto amplius quam per legẽ Falcidiam licuerit, acceperint. Secundo si cauere non potuerint, Prætor fideicommissarius dabit arbitrum ad ineundam rationẽ legis Falcidiæ & diem intra quem ineatur, partibus præsentibus & secundum eã de fideicommisso pronunciabit, vel herede non veniente ad diem, damnabit eum vt solidum legatum prestet cum onere vsurarum & fructuum à die litis contestatę *l. 3. D. de vsur. l. 78. D. de legat. 2. l. 6. in fin. D. si cui plus quàm per leg. facit: l. pen. ff. de vsur. l. 88. in fi. ad l. Falcid.*

r Morosus, tenetur de casu fortuito *l. 39. §. 1. l. 47. in fi. ff. de legat. 1.*

s *vide l. 1. s. eo.*

t De fructibus legatorum.

u Legatarij scilicet. Quęstio est vtilis. Cui scilicet cedant fructus rei legatæ. Alij hunc locum ita interpretantur. Rei alienæ legatæ fructus non pertinere ad legatarium nisi à lite contestata: rei testatoris, pertinere *Accur. hic.* Alij (Galli scilicet) heredem non teneri de percipiendis, sed de perceptis *v. Bart. hic.* Vlpianus de percipiendis etiam teneri heredem ait *l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. Paul. 3. sent. 6. §. 46.* ita distinguit, Fructus qui solo coherebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinere: ante perceptos, nõ pertinere. Alij negant fructus perceptos ante aditam hereditatem deberi, alij deberi, aiunt. *v. Grassum. li. senten. § legatorum quæst. 71.* Cuiacius *c. 18. de præscriptionibus*, putat fructus deberi à tempore moræ si per damnationem, à tempore aditionis, si per vindicationem res legata sit. Subtiliter dici potest (non loquor de vsuris certæ pecuniæ legatę) ad eum pertinere qui rei sit dominus *l. 42. ff. de vsuris: l. 86. §. 2. D. de l. 1.* ergo ad legatarium, cùm recta via dominium rei legatæ transeat in legatarium *l. 64. ff. de furtis*, Verius est autem, fructus rei legatæ deberi tantum ex mora *vt hic*: cùm singulari priuilegio fructus rei ad pias causas legatæ, à tempore mortis debeantur *l. 46. §. 4. j. de vsuris No. 131. ca. 12.* Interea ex Harmenopulo *5. tit. 10. §. 46.* discimus. Heredem si post iudicis sententiam quadrimestrę tempus in soluendo legato fecerit, commoda ad sententiam vsq; præstare legatario.

DE INCERTIS[x] PERSONIS.

Tit. XLVIII.

1. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

Huius constitutionis meminit Iustinianus instit. de legatis. §. posthumo & instit. De bon. possess. in princ. ex quibus locis hoc argumentum confeci.

CVM olim incertis personis nec legata[y], nec fideicõmissa relinqui possint, nec libertas, nec posthumo[z] alieno, qui nec institui poterat, hęc omnia correxit Iustinianus, ita tamen vt incertus[a] tutor nec hodie dari possit.

Photius quoque & Balsamon in Nomocanone non vno in loco eius meminerunt, aiúntque esse tit. 48. lib. 6. constit. 1. Ex his igitur & sequentes quoque epitomas confeci.

NVmerat hæc constitutio varia themata, variásque species, quibus docet id quod illicito[b] collegio relictum est, non valere, nisi singulis è collegio legatum sit: contrà autem quicquid licito collegio legatur, valere. *Nomocanonis tit. 12. c. 9.*

Item aliud argumentum.

DIcit constitutio valere quod relinquitur licito collegio aut corpori[c], vel clericis, vel collegiis, vel curiæ, vel cohorti præsidis, vel medicis, vel doctoribus, vel aduocatis, vel militibus, vel eiusdem artificij opificibus, seu artificibus, vel sacerdotibus, vel cuipiam alij corpori: & ait relictum diuidi viritim, & ex ęquis partibus inter eos qui tempore mortis testatoris fuerint descripti in albo, præterquã si certam quantitatem testator vnicuique attribuerit. Dicit quoque ad extremum ea constitutio, quòd si semel, aut annuum quid in pios vsus relictum sit, aut ecclesiis aut xenonibus, aut ptochiis, aut venerabilibus domibus, aut communi clericorum, aut ad captiuorum redemptionem, aut ipsis pauperibus, vel captiuis, valeat defuncti voluntas. *Nemoca. Tit. 2. c. 1.*

Hæc excerpta ex vtraque Nomocanonis Latina translatione, in quibus editionibus & cæteris eiusdem farinæ sunt permulta nobis valde suspecta. Itaque pessimè mihi videntur de nobis omnibus mereri, beneuole lector, qui cum Græca habeant, vel Βασιλικῶν *vel Nomocanonis exemplaria, & cætera ad ius pertinentia, suppressis Græcis suas futiles & indoctas translationes duntaxat edunt, quò minus eorum fœdissima pleraque peccata ex Græcorum collatione coargui possint.*

AD SENATVS CÕNSVLTVM[d] TREBELLIANVM[e].

Tit. XLIX.

De oneribus hereditatis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus.* AA. Probo.

SI ex senatusconsulto quartam partem hereditatis[f] retinuisti, & dodrantem fideicommissario restituisti: quod creditoribus hereditariis pro[g] nouem vnciis præstiteris, à fideicommissario petere potes. P.P. 15. Ka. Apr. Laterano & Rufino Coss. 98.

De oneribus & legatis.

2. Imp. Philippus ‖A.‖ & Philipp C. Iuliano.

AD eum, cui ex Trebelliano senatusconsulto pars hereditatis restituitur, successionis onera seu legatorum[h] præstationem pro competenti portione spectare, indubitati iuris est. PP. 18. Cal. Nouemb. Peregrino & AEmiliano Coss. 245.

De republica.

3. Imppp. *Carus, Carin. & Numeria.* AAA. Zotico & aliis.

SI per fideicommissum hereditas reipublica[i] relicta est: ex Trebelliano senatusconsulto (quod ab intesta-

x περὶ ἀφανῶν προσώπων 35. *Eclog. 18. §. 25. §. 27. Insti. de legat. Vlpian. 24. §. 18. Paul. 3. sent. 6. §. 13.* Incertę personæ dicuntur, collegia, corpora & similia.

y *d. §. 25. d. §. 18. d. §. 3.*

z *Instit. de bonor. possess. in pr. §. 28. Instit. de legat.*

a *d. §. 27. l. 20. l. 30. ff. de testam. tut.*

b Illicito collegio legari nõ potest ergo licito potest: *l. 1. s. de sacros. eccles. l. 8. j. de heredib. instit. v. l. 38. §. 6. ff. de legat. 3. l. 20. ff. de rebus dubiis.*

c *d. l. 20.*

d Quo tempore factum fuerit *v. l. 1. §. 1. ff. eod. §. 4. instit. eod.* verba senatusconsulti. Vide *ibidem. §. 2.* Trebelliano recentius est Pegasianum *§. 5. instit. eod.* Trebelliano, transferebantur actiones in fideicõmmissarium. Pegasiano, deducendæ quartæ ex fideicommisso ius datum est. Authore Iustiniano, hodie Pegasianum in Trebellianum trãsfusum est.

e *dixi ad 36. ff. 1. 2. instit. 23.*

f Trebellianicam heres deducit ex hereditate, hoc est, ex fideicommisso vniuersalis hereditatis *vt hic.* nisi institutus sit contemplatione fideicommissarij ipsius: tunc enim nullam quartam retinere notat Accursius *in l. fideicomm. in fi. ff. eo.* & ibidem Bald. & Roman. Imola in *l. cum filiæ ff. de leg. 1.* Bald. in *l. cum Pollidius. ff. de vsuris.*

g Deducta quarta ab herede, onera creditorum diuiduntur inter heredem & fideicommissarium pro quadrante & dodrante *vt hic*: non deducta, omnia transferantur in fideicommissarium.

h Fideicommissarius pro rata tenetur ad onera & legata, *vt hic: & lege prima, §. penultim. §. vltim. D. eodem. §. 5. §. 6. instit. eodem. l. 1. §. 9. l. 15. §. 2. D. vt legat. Paul. 4. sent. 3. §. 1.*

i Etiam de hereditate reipublicæ restituenda quarta detrahitur, *facit l. 1. §. 15. l. 3. in fin. ff. ad l. Falcid.*

a Trebelliano ſcilicet & legi Falcidiæ ab inteſtato etiam locus eſt *leg. 5.ij. eod. leg. 6. §. 1. D. eod. leg. 6.ij. de Codicill. leg. vlt.ij. quando dies legat. leg. 13. D de inoff.* & meritò cùm fideicommiſſum ab inteſtato dari poſſit *leg. 5.ij e. dem. l. 22.ij. de fideicommiſſ. v. VVurmſ. 1. pract. 39. obſ. 17.*

b *leg. 22. §. 1. D. eodem.*

c Alij legunt *inſtitutio*. Cuiacius 18. *obſeruat. 9.* legit *retentio.*

d *v. Cui. in hanc l. 18. obſ. 12.*

e Id eſt, in fraudem fideicommiſſàrij *vide Cuiac. d. loco.*

f Heres coactus adire hereditatem, Falcidiam amittit: *vt hic. & ij. eod. inf.* ídque ex Pegaſiano in Trebellianum tranſlatum eſt. *adde l. 14. §. 3. leg. 28. D. eo.*

g Pro herede geſtio ſequitur aditionem *l. 14. §. 3. D. eo.*

h *l. 74. D. de legat. 1. l. 61. in fin. ff. de leg. 2.*

i *dixi ſ. eo.*

k *l. 22.ij. de fideicomm.*

l *dixi ad leg. 3. ſ. eo.*

m Quarta intelligitur deducto ære alieno.

n Nihil obtinere *Cuiac. 18. obſ. 9.*

o id eſt, retinere *vt in leg. 9.ij. de his quæ vt indig. leg. 1.ij. de his quæ ſub modo.*

p Fratribus ſcilicet. & ita teſtator prohibere non poteſt quo minus liberi primi gradus quartam Trebelliani cam detrahant. 3. *ſentent. §. Teſtamentum quæſtio 63* (niſi fortè hereditatem reſtitui iubeat deſcẽdentibus grauati *Clar. d. loco.*) ſiue vnam, ſiue duas quartas poſſint detrahere *Clar. d. loco ex communi opinione Rolan. à Vall. 1. conſi. 12. num. 8.* Quid: liberi ſecundi gradus, poſſúntne prohiberi quominus quartam detrahant? poſſunt vt ex hac conſtitutione colligũt interpretes. ergo & extranei multo magis, quibus nulla legitima debetur, *Clar. ex communi opinione d. loco & quæſt. 62.* etiamſi pupillo aliàs ſubſtituti ſint *Clar. d. loco. quæſt. 72.*

to[a] quoque locum habet) quartæ partis & fructus[b] eius vobis reſtitutio[c] competit. Sine die & conſule.

De tacita repetitione fideicommiſſi.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Quintianę.

NOn[d] iuſtam te gerere ſolicitudinem per fideicommiſſum relictæ portionis hereditatis perſpicimus, verentem ne fructum amittas relicti fideicommiſſi, quoniam auia teſtatoris ex parte heres ſcripta, & tibi rogata reſtituere, calliditate ac fraude[e] repudiauit, vt ad alium nepotem, eundémque coheredem deuoluatur portio, à quo tibi nominatim non fuerat fideicommiſſum relictum, & coacta[f] ſuſpectam hereditatem adire, priuſquàm pro[g] herede gereret, rebus ſit humanis exempta: cùm diuo Antonino parenti noſtro deberi etiam à[h] ſubſtitutis fideicommiſſum contemplatione iudicij teſtatoris, quaſi tacitè ab his repetitum, iamdudum placuerit. Neque enim quartæ retentionem quam illa, quæ repudiauit, hereditatem adire coacta[i] vt ſuſpectam retinere non potuit, timere debes. S. 6. Id. Iul. Philippop. AA. Conſſ.

De ſcriptura. de ſuccedentibus ab inteſtato.

5. Iidem AA. & CC. Veriſſimo.

ET[k] ſine ſcriptura per fideicommiſſum hereditas rectè relinquitur. Igitur ſi vxor tua te & priuignum ſuum in diſcrimine mortis conſtituta deſignauit velle ſucceſſionẽ obtinere vſque ad dodrantem: eius voluntatem ratam ſeruari conuenit: cùm||ab||inteſtato[l] ei ſuccedentes, de reſtituendo fideicommiſſo conuentos, vltra quartam, ære alieno[m] deducto, quantum penes eos ſententia ſenatuſconſulti relinqui præcepit, tantum[n] obtinere[o] poſſe præſtiterit. S. 5. Kal. Maij Sirmij, Cæſ. Conſſ.

De filiis vel filiabus oneratis fideicommiſſo.

6. Imp. *Zeno* A. Dioſcorio præf. præt.

IVbemus quotiens pater vel mater, filio ſeu filia, filiis vel filiabus, ex æquis vel inæquis partibus heredibus inſtitutis, inuicem ſeu ſimpliciter quoſdam ex his[p] aut quendam rogauerit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hereditatis ſuæ ſuperſtiti ſeu ſuperſtitibus reſtituere: vt omnibus modis retenta[q] quarta pro auctoritate Trebelliani ſenatuſconſulti, non†per[r] imputationem redituum (licet[ſ] hoc teſtator rogauerit vel iuſſerit) ſed de ipſis rebus hereditariis, dodrans[t] reſtituatur. Idémque in retinenda legis Falcidiæ portione obtinere iubemus. & ſi pater vel mater filio ſeu filia inſtitutis (ſicut ſuprà dictum eſt) heredibus, rogauerit eos eáſve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus ſuis, ac deinceps reſtituere hereditatem.

1 ¶In ſupradictis autem caſibus fideicommiſſorum ſeruandorum ſatiſdationem[u] ceſſare iubemus, ſi non ſpecialiter eandem ſatiſdationem teſtator exigi diſpoſuerit, & cũ pater vel mater ſecundis[x] exiſtimant nuptiis non abſtinendum. In his enim duobus caſibus, id eſt, cùm teſtator ſpecialiter ſatiſdari voluerit, vel cùm ſecundis ſe pater vel mater matrimoniis iunxerit, neceſſe eſt, vt eadem ſatiſdatio pro legum ordine præbeatur. 2 ¶Sin autem is qui fideicommiſſaria reſtitutione grauatus eſt, vno[y] filio ſuperſtite, vel nepote ex filio ſeu filia nato, vel pronepote, vel poſthumo relicto deceſſerit: non[z] videtur extitiſſe conditio: & ideo deficit fideicommiſſi petitio. 3 ¶Illud etiam admonemus, ea, quæ de Falcidiæ portione nõ[a] per reditus[b], ſed per ipſas res hereditarias retinenda, & de ſatiſdatione fideicommiſſorum (ſicut ſuprà dictum eſt) concedenda diximus, non[c]

q Trebellianicam deductionem liberis ſuis adimere teſtator non poteſt. *vt hic.* An extraneis? poteſt. *Gloſſ. Nouell. de heredibus & Falcid. §. vl. Inſt. ad Trebell. Cyn. Auth. ſed cum teſtator.ij. ad l. Falcidiam.*

† Liberis beneficio ſingulari datum eſt, vt in eorum Falcidiam non imputentur fructus medio tempore, id eſt, pendente conditione fideicommiſſi, percepti: quod olim non fuit. & ita abrogatur lex 18. lex 22. §. 4. D. eodem. Superior regula habetne locum quoties non alicui teſtatoris deſcendenti, ſed alicui extraneo reſtituenda eſt hereditas? *Roland. 1. conſi. 30. num. 7. & conſi. 78. num.* 11. *& ſequentibus.* improbata Salyceti opinione, negat. Mouetur. §. tertio, infra eodem, vbi negatur, beneficium huius legis porrigi ad alias perſonas, alióſve caſus, quam qui hac lege comprehenſi ſunt. Mouetur etiam, quod plenior vſus fratri in fratrem permittatur quam in extraneum.

r Fructus non imputantur filiis in Trebellianicam *vt hic:* ergo multo minus in legitimam quæ iure naturæ debetur, quæque longè fauorabilior eſt. Verùm quæri poteſt de quibus fructibus hanc ſententiam accipi oporteat. Et vero intelligi debet de fructibus inuentis in hereditate teſtatoris, ſed tamen perceptis poſt mortem ipſius teſtatoris. Nam fructus percepti ante mortem teſtatoris, coniuncti ſunt eius patrimonio, ſuntque pars ipſius hereditatis, & in legitimam liberorum imputantur. *Butrigar. hic.* Angel. *in l. Centurio. ff. de vulg. v. Mantic. 7. de coniecturis* 10.

ſ Liberis interdum licet patris voluntatem negligere.

t Et ita octo vnciæ. Si ita eſt, Penes liberos grauatos reſtitutione, vna tantum quarta remanebit iure ciuili. Rolandus à Valle 1. *conſil.* 30. *num.* 7. negat eam opinionem communi vſu receptã eſſe. ídque propter authoritatem c. Raynutius, de teſtamentis. Subtiliter & illud adiicit *d. loco, &* 1. *conſi.* 12. *nu.* 8. hìc dodrantem reſtitui ex eo quod ſupereſt poſt iam deductam legitimam. Dodrantem aſſis hìc intelligit reliqctum poſt detractionem legitimæ. Contrariam opinionem defendit Hotõ. 36. *Illuſt.* adde Cuia. 8. *obſ.* 3. vbi de duarum quartarum deductione.

u Filio rogato reſtituere fratribus ſuis, nepotibus defuncti, remittitur onus cautionis, exceptis duobus caſibus, putà ſi parens iuſſerit caueri, vel ſi tranſeat ad ſecundas nuptias *vt hic:* Filio verò rogato reſtituere fratribus ſuis, non remittitur onus cautionis *Noue. 128. c. 2. adde l. 54. in fin. D. eo.*

x *dixi ad No. 22. c. 41.*

y Non videtur ſine liberis mortuus, qui vnum tantum reliquit *leg. 101. §. 1. D. de condit. & demonſtra. leg. 6.ij. de inſtitution. leg. 30. ſ. de fideicommiſſ. leg. 1.ij. de conditionibus inſert. leg. vltim. D. de pollicita. l. 148. leg. 149. D. de regul. iur.*

z *v. d. §. 1.*

a Fideicommiſſariæ hereditati reſtituendæ grauatus, fructus quos antè moram in reſtituendo percepit, reſtituere non tenetur. *vt hic. & leg. mulier. §. ſi heres: leg. fideicommiſſ. D. eodem.* fallit ſi hereditas deminuta ſit terræmotu vel caſu fortuito: tunc enim heres eam iacturam ſupplere ex fructibus hereditariis cogitur, pro rata nimirum hereditatis deminutæ. *Roman. in leg. ſcribit Celſ. D. ad Trebell.* fallit quoque quoties teſtator heredem obnoxium reſtitutioni fecit, etiam vltra hereditatem: tunc enim heres reſtituere fructus tenetur, *lege ita tamen. §. heres ex aſſe D. ad Trebell.* fallit etiamſi fructus illi heredi quærantur, teſtatoris cura. de quo vide Socinum *regula* 172.

b dixi de hac imputatione initio huius legis.

c Priuilegium conceſſum filiis non extenditur ad nepotes.

vlterius quàm in his perſonis & caſibus, quorum ſuperiùs mentio facta eſt, oportere produci. PP. Kal. Septemb. Conſtantinop. Probino & Euſebio Conſſ. 489.

In auth. de ſanct. epiſco. §. ſed & hoc præſenti al. §. & ſi quis ſub conditione col. 9. tit. 6. al. 15. No. 123. c. 37.

NIſi rogati reſtituere datum dotis cauſa vel propter nuptias donationis, vel relictum ſub conditione nuptiarum vel liberorum, monaſterium[d] vel alium locum venerabilem ingrediatur: ſiue reſtitutio aut ſubſtitutio fiat ſub prædictis conditionibus, ſiue in redemptionem captiuorum, ſeu in egentium alimenta.

In auth. de reſtit. §. nobis ergo rectè. col. 8. tit. 9. al. 4. No. 108. c. 1.

COntrà cùm rogatus fuerit quis, vt ſine liberis decedẽs, quod tunc ex hereditate ſupereſt, teſtituat, vel aliis huiuſmodi fideicommiſſi verbis grauatus: quartam[e] inſtitutionis fideicommiſſario reſtituere cogitur. Super hoc igitur & cautionem[f], niſi[g] à defuncto remiſſa ſit, exponet. Quòd ſi contingat eam deminui: aut ex ipſius ſubſtantia ſuppletur, aut ea deficiente, in rem actione & hypothecaria fideicommiſſario vti permittitur aduerſus rerum acceptores. Ex[h] cauſa tamen dotis ſeu propter nuptias donationis, ſeu captiuorum redemptionis, vel ſi non habeat vnde faciat expenſas, huius quartæ permittitur deminutio.

De fideicommiſſo relicto pupillo vel furioſo. 1. Quibus caſibus ipſo iure vtiles actiones transferuntur in fideicommiſſarium.

7. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præf. præt.

SAncimus, licentiam eſſe etiam ſoli tutori[i] rectè fieri fideicommiſſi nomine vniuerſitatis reſtitutionem, quod pupillo relictum eſt, & ſine onere fideiuſſionis: vbi tamen pupillus fari non poſſit, vel abeſſe noſcitur: ne dum nimia[k] ſubtilitate vtimur circa res pupillares, ipſa ſubtilitas[l] ad perniciem eorum reuertatur. Idémque iuris eſſe oportet, & ſi furioſo[m] fideicommiſſaria debeatur hereditas: vt reſtitutio curatori eius ſoli nomine ſcilicet furioſi celebretur. Quis enim ſenſus[n], quæ vox certa furioſo eſſe intelligitur, cùm||in||vtroque caſu reſtituentes[o] pleniſſimam conſequãtur ex noſtra lege ſecuritatem? hoc eodem obſeruando & ſi ipſi pupilli vel furioſi reſtitutione grauati[p] ſunt.

1 ¶Cùm autem aliquis hereditatem reſtituere iuſſus eſt, & dolo malo vel poſt litem conteſtatam vel antea ſeſe contumaciter celauerit: vel ſi ſuppoſitus fideicommiſſariæ reſtitutioni, antequam reſtitueret hereditatem, ab hac luce ſubtractus eſt, nullo herede vel ſucceſſore||ei||exiſtente: vel fideicommiſſarius cui reſtituta eſt ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditas, alij per fideicommiſſum reſtituere iuſſus fuerit res hereditarias: quemadmodum actionũ trãſlatio celebretur in tribus iſtis caſibus, apud veteres dubitabatur. & Domitius Vlpianus conſtituendum eſſe ſuper his putauit. Sancimus itaque, vt ſiue per contumaciam[q] abfuerit is cui reſtitutio impoſita eſt, ſiue morte[r] præuentus nullo relicto ſucceſſore fuerit, ſiue à primo fideicommiſſario in ſecundum tranſlatio celebrari iuſſa eſt: ipſo[ſ] iure vtiles actiones[t] transferantur. Dat. 10. Kal. Nou. Conſtantin. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

A quo ſoluendum ſit ſpeciale fideicommiſſum.

8. Idem A. Ioanni præf. præt.

QVidam teſtamento condito iuſſit heredem omnem[u] hereditatem quam ei dereliquit, alij reſtituere: ſpeciale etiam fideicommiſſum alteri adſcripſit. & quærebatur, ſpecialis fideicommiſſarius, id quod ei derelictum eſt, à quo conſequi debeat: vtrúmne ab herede, vt poſt reſtitutionẽ eius alias res vniuerſitatis fideicõmiſſari[9] accipiat: an

d Titius iuſſus, ſi ſine liberis mortuus fuerit, hereditatem Caio reſtituere, ſi poſtea monaſterium ingreditur, non reſtituit: quia monaſterium filij loco illi eſſe videtur.

e Rogatus ſuperfluum hereditatis reſtituere, quartam deducit.

f Cautio à defuncto remitti poteſt.

g Cautio remitti poteſt ei qui oneratus eſt reſtitutione fideicommiſſi.

h Titius quod ex hereditate mea illi ſupererit, poſt mortem Caio reſtituere iuſſus, vltra quartam deducere poteſt ex illa hereditate certis caſibus *vt hic.*

i Hereditas tutori vel curatori *leg. 37. in fin. leg. 38. leg. 39. D. eodem.* & è contra, ab iiſdem reſtitui poteſt *in fin. huius princ.ij. leg. 1. §. 12. leg. 35. leg. 37. § 1. D. eodem.*

k *leg. vlt. ſ. de legibus.*

l Subtilitas plerunque in perniciem vtentis reuertitur.

m *d. §. 12. d. l. 35.*

n Furioſus, ſenſu certáque voce caret.

o Tutoribus & curatoribus reſtituere hereditatem ſecurius eſt.

p *d. §. 12. d. l. 35. d. §. 1.*

q Aduerſus contumaces, vel abſentes, vel mortuos heredes fideicommiſſarij poſtulant decretum *l. 6. ff. eo. Paul. 4 ſent. 4. §. 3.*

r *l. 13. l. 14. D. de teſt. milit.*

ſ ſine ceſſione, adde *leg. 37. D. eodem.*

t *l. 44. D. eo. leg. 1. ſ. de obligat.*

u Cuiacius monet, Iuſtinianum hìc parturire prohibitionem detrahendæ Falcidiæ vetante teſtatore, quod biennio poſt hanc legem edidit, conſtitutione emiſſa ad eundem Præfectum prætorio.

a Titius omnem meam hereditatem Caio restituat. *& pòst*, Sempronio centum dari volo. Quæritur, à quo Sempronius centum recipere debeat? An à Titio herede: an à Caio fideicommissario vniuersali? Responsum est à Caio.

b *dixi ad 55.D.2.*

c Ea lata est ab Augusto, Suidas. Trebellianum sub Nerone *l.1.§.1.D.ad Trebell.* Pegasianū sub Vespasiano *§.5.instit.de fideicomm. hered.* Huius primum caput v. in *l.1.D.eo.* aliud in *l.81.D.eod.* aliud in *l.16.̃j. eod.* aliud quod à Duareno adfertur 1. *disput.*58. nō admittendum, vt quod secundi capitis ambitu contineatur.

vna cum aliis rebus oporteat & hoc generali fideicommissario aggregari, vt ipse speciali fideicommissario hoc tradat, siue in rebus, siue in pecuniis fideicommissum|| relictū sit. ||Sancimus[a] itaque totam quidem substantiam secundū senatuscōsulti Trebelliani auctoritatem restitui generali fideicommissario: illum autem speciali fideicommissario, id quod ei derelictum est, dependere. Dat.15.Kal.Nouemb. Constantinop. post cōsulatum Lampad.& Orestis VV. CC. anno secundo 532.

AD[b] LEGEM FALCIDIAM[c].

Tit. XLIX.

De repetitione.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* AA. Prisco.

SCIRE debes, omissa Falcidia, quo plenioré[d] fidē restitue ndæ portionis exhiberes, nō videri plus debito solutum esse. PP.3. Id. Maij, Laterano & Rufino Conss.198.

Aduersus quos & pro qua portione locum habet Falcidia.

2. Idem A. Sactiano.

FAlcidiæ rationem aduersus omnes[e] pro modo legatorū & fideicommissorum locum habere, certi & explorati iuris est. PP. Kal. Iul. Laterano & Rufino Conss.198.

De tacito fideicommisso.

3. Imp. *Alexander* August. Hermagoræ.

ETiam si tacitum[f] fideicommissum heredem administrasse apparuerit: legata tamen seu fideicommissa, quę testamento relicta sunt, præstanda esse, ambigi non oportet: ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur: cū quartam, quæ aufertur[g] heredi, qui contra[h] legem fidem suam obtulit, legatariis proficere non placuit. PP. Id. Octo. Alexandro A. Conss. 223.

De principe.

4. Idem A. Philetiano.

ET in legatis principi[i] datis legem Falcidiam locum habere meritò diuo Hadriano placuit. PP.5. Kal. Ian. Alexandro A. Conss. 223.

De mortis causa donationibus.

5. Idem A. Damasatæ.

SI mortis[k] causa immodicas donationes in sororē tuam matrem, contulisse probare potes: legis Falcidiæ ratione secundum constitutionem diui Seueri aui mei vti || meritò|| potes. PP.15. Kal. Nou. Maximo II. & AEliano Conss. 224.

De ære alieno. 1. ex quibus legatis Falcidia deducitur. 2. Si quid vltra solidum heres præstiterit aut fecerit.

6. Idem A. Secundinæ.

IN imponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienum deducitur, etiam[l] quod ipsi heredi mortis tempore debitum fuerit, quamuis aditione hereditatis confusæ[m] sint actiones. 1 ¶Omnia autem legata quamuis[n] in operibus publicis conficiendis statuísque ponendis data sint, ad contributionem dodrantis pro rata suæ cuiusque quantitatis reuocantur. 2 ¶Nec † si quid vltra[o] solidum heres pręstiterit aut perfecerit, legitimæ computationi præiudicatur. S.5. Kal. Ian. Maximo II. & AEliano Conss.224.

De testamento militis.

7. Idem August. Primo & ||P. Pomponio.

IN testamento quidem militis[p] ius legis Falcidię cessat. Sed si ea, quæ ad[q] vos pertinent, defunctus tenuit, bonorū eius videri minimè possunt: & ideo rectè rationem eorum vt æris alieni, haberi desiderabitis. PP. Kal. Maiis, Alexandro II. & Marcello Conss.227.

Auth. ex Nouell. 1. c. 2. & 3.

SEd † cum testator hoc expressim[r] vetuit, non ignarus quis modus sit sui patrimonij, cessat Falcidia[s]: & si heres in hoc defuncto non[t] pareat, defertur hereditas personis enumeratis sub titulo de legatis & fideicommissis. Item si heres quædam legata, substantiæ suæ mensuram subtiliter agnoscens, præstat in solidū: neque † ex his repetitio, nec ex aliis permittitur retentio: nisi inopinatum quid emergat. His cessantibus locus est Falcidiæ, si fiat[u] inuentarium secundum modum tempúsque statutum in aditione: Hac quoque adhibita obseruatione, vt in[x] præsentia omnium ipsius ciuitatis, in qua fiat, legatariorū, aut pro eis agentiū, si personæ ratio sit habenda, perficiatur: vel si quis absit ex ipsis, aut interesse noluerit, succedat præsentia trium testium itidem ipsius ciuitatis locupletum & bonæ opinionis, absque præiuditio tamen veritatis inquirendæ per seruorum quæstionem, & heredis testiúmque iusiurandum. Quo non[y] obseruato, solida legata præstet etsi fines hereditarios excedant. Nulla autem quæstionum taliū vel litium excedat annum. Anno enim culpa heredis transacto cadet à relictis.

In auth. vt spons. larg. §. si quando. col. 9. tit. 2. No. 119, c. 11.

SEd & in ea re cessat Falcidia, quæ ita relicta est, ne[z] alienetur, sed permaneat apud successores eius, cui relicta est.

In auth. de eccl. tit. §. si autem heres. col. 9. tit. 14. al. 6. Nouell. 131. cap. 12.

SImiliter Falcidia cessat[a] in his quæ ad pias[b] causas relicta sunt.

Si heres fideicommissarium heredem instituat.

8. Idem A. Aurelio.

IRritum quidem propterea[c] testamentum fratris tui esse non potest, quòd ex causa fideicommissi obligatus fuit, vt, si sine liberis prior decederet, paternam tibi hereditatē redderet. Sed licet te heredem scripserit: in imponenda tamen legatorum ratione, quibus te oneratum esse suggeris, fideicommissum debitum æris[d] alieni loco[e] deduci oportet insupérque in residuo legis Falcidiæ beneficium vindicabis. PP. Id. Sept. Maximo II. & Paterno Conss.234.

De conditione indebiti.

9. Imp. *Gordianus* A. Mestriano.

ERror facti[f], quartæ ex causa fideicommissi non retentę repetitionē non impedit. Is autē, qui sciēs[g] se posse retinere: ||vniuersum restituit,|| condictionem non habet: quinetiam si ius[h] iguorauerit, cessat repetitio. PP.15. Kal. Nou. Pio & Pontiano Conss. 239.

---

d Indebitum nō soluit, qui plenā fidem defuncto præstare maluit *l.19.̃j.eod. Paul.4. sent.3.§.vlt.* vel, Soluens sciēter quod potuit per Falcidiam retinere, non dicitur plus debito soluere, *l.9.̃j.eod. l.5.§.15.D.de donat.int.vir.* Falcidiam igitur non detrahens videtur sequi voluntatem testatoris *vt hic & l. vl.̃j.eo.* Nam contra sententiam testatoris Falcidia deducitur. *l. Titia ff.eo.* sententiam inquam, tacitam & generalem: alias non deducitur contra expressam eius ꝓhibitionem. *Authen. sed cum testator ̃j eod.* Expressam non tātum apertissimā prohibitionē intelligimus, sed & ex verbis testamento adiectis collectam. vt si ꝓhibuerit alienationē rei legatæ, & eā voluerit manere apud success. eius cui relicta est: his enim verbis intelligitur Falcidiā prohibuisse: quia legatarius videretur alienare, si permittat quartam detrahi. Gloss. Aretin., Galiaulus *in l. centurio ff. de vulgari.* Idē dicendum si testator voluit tota & plena & integra vel sine diminutione legata præstari: integrā solutionē legatorū fieri à suis executoribus, aut si voluerit heredem plus petere haberéve, quàm ei relictum sit: vel si legatario potestatem fecerit rei legatæ accipiendæ propria auctoritate. An idem si pleno iure legata præstari iusserit? v. Tiraq. *ad leges connubial. Gloss.5.nu.99.& 168.* Quid: superiorib. casibus heres, num ab aliis legatariis Falcidiam suam deducet, & quidem integram? deducit: vt superiore formulæ adiectæ intelligantur in præiudicium aliorum legatariorum, at non heredis ipsius. v. Manticam *9. de coniecturis vltim.*

e Falcidia minuuntur omnia legata pro rata *l.32.§.3.l.89.D.eo.§.vl.inst.eo.§.5. ver. inst.de fideic.hered.* excipe quosdam casus, de quibus dixi ad *No.119.c.vlt.*

f Heres accommodans fidem tacitè de restituendo non capaci, priuatur omni cōmodo hereditario fisco applicando *l.59.in fin.ff.eod.* Fiscus eo casu tenetur ad legata, Falcidiámque detrahit ad instar heredis *Salyc.*

g Heres ex tacito fideicommisso nihil retinet, cùm solidum fisco vindicetur, v. in hunc locum quædam *apud Cu.7.obs.31.in fi. vbi Goueanum perstringit.*

h In tacito fideicommisso heres contra legem fidem non offert.

i Princeps lege Falcidia solutus non est *vt hic:* nec lege Glicia *l.8.§.2.ff.de inoff.* nec lege Voconia. qua de causa veniam legis Voconiæ in senatu Augustus petit apud Dionem. Solutus est tamen solennibus manumissionum *l.14.in fi. D. de manumission.* & teste Seruio, lege quę vetat in vrbe mortuum sepeliri. Caducariis verò solutus est, sunt enim odiosæ *l.56.D.de legat.2. adde Cui.15. obs.30.*

k De donatione mortis causa detrahitur Falcidia, *l.18.in fin.̃j.eod.l.2.in fin.̃j. de mort. caus.l.77.§.2.D.de leg.2.* vt hinc colligas, mortis causa donationem legatis comparari.

l Ante Falcidiam æs alienum deducitur, vel id etiam quod stricto iure aditionis confusum videri potest *l.8.in fi.l.14.̃j.eod.l.12.l.39.l.87.§ 2.ff.eod.§.4.inst.eo.leg.51.D.ad Trebell.l.39.§.1.D.de ver.sign.*

m *l. 3. ̃s. de fideicommiss.*

n De legatis ad opera publica relictis detrahitur Falcidia.

† *l.15.§.2.l.16.l.61.D.eo.* id hodie abrogatum Nou.1.

o vltro *Cuiac. ad No. 1.c.3.*

p *adde leg. 2. ̃s. de testam. milit. leg. 1. §. 12. D. si cui plus quàm per legem Falcid.*

q Etsi cessat Falcidia in testamento militis, potest tamen heres deducere bona sua per defunctum possessa.

† Falcidia olim non poterat prohiberi *l.15.§.1.ff.eo.* hodie potest *vt hic.* dixi ad *leg. 1.̃s.eod.* Quid liberi primi gradus, possūntne ꝓhiberi Falcidiā deducere? nō possūnt.

r Heres Falcidiam non detrahit, cùm testator prohibuit.

s Quid, Trebellianicam, potéstne testator prohibere? potest: nisi sit filius primi gradus *Bald. ad leg. iubemus ̃j. ad Trebell. Socinus reg.432.* Mantica 7. de coniecturis 11.

t Pœna heredis non obsequentis testatori.

† & ita abrogatur *leg.6.§.vlt.̃s. eodem.*

u Heres inuentarium etiam conficiens Falcidiam detrahit.

x Solennitas inuentarij conficiendi.

y Pœna heredis inuentariū non conficientis.

z De re prohibita alienari nō detrahitur Falcidia.

a olim detrahenda fuit *l. 1. §.5.D.eod.* cui tamen repugnat *Paul. 4.sent.3.§.3.* repugnat quoque *No. 131.c.12.* repugnat etiam quod & apud Paulum *d. loco*, Cuiacius notat. Dei cultum postulare, vt nec in deorum donis valeat lex Falcidia, cùm constitutio iuris ciuilis, quæ inter cōiuges donationem prohibet, in deorum donis non valeat *leg.5.§.12. D. de donationibus int. vir.* Quæ sententia Fornerio 2. *select.* 25. displicet. Negat enim legatum deo tolli, cùm ad modum legitimum reuocatum aliquot vnciis delibatur. In *d. §.* 12. mutuo amore coniuges non spoliari, cùm id quod donetur mox in dei cultum conferatur, nec donatarij rem augeat. Ad rem non pertinere, quòd legato libertatis quadrans heredis minuatur *leg.8.§.9.D.de inoffic.* quòd libertatis immensa æstimatio sit. nec similem esse prælegatæ dotis causam *leg.81. D.ad leg. Falcid,* cùm suum mulieri reddatur *Nouell.131.cap.12.* Non simpliciter denegari Falcidiam in piis legatis: sed ita demum si in his pręstandis dolum heres adhibeat. Huc pertinere illud Augustini *cap.vltim. 17. quæstio 4.* Si quis, inquit, ecclesiam heredem instituat, filio exheredato, alium quis suscipiat, non Augustinum quærat. Quando hic cœpta est de legatis ad pias causas disputatio, de piis causis aliquid paucis ex communi opinione interpretum subnotabo. Vnumquemque testari ad pias causas posse, non tamen pupillum, prodigum, furiosum: Filiumfamilias verò posse patris consensu, respectu solius piæ causæ non aliarum *vide Clar. 3. sentent. §. Testamentum quæstio 5.* In testamento ad pias causas, duos testes sufficere: non requiri vt testes sint rogati: mulierem in eo testem esse posse: in eo valere dispositionem testatoris captatoriam: valere nutu conditum: in eo liberis relinqui posse citra titulum institutionis: eodem sustineri legata ad non pias causas laicis relicta *Clar. 3. sentent. §. testamentum quæstio sexta.* An testamentum imperfectum sustineatur propter pias causas *vide Clarum ibidem, quæstio septima. adde leg.21.§.1.̃s.de testam.* De priuilegiis piarum causarum adde Oldendorpium *c.14. de iur. singulari.*

b Pia causa quę dicatur, maximè controuersum est? vide leg.15. ibi, piè relinqui debet *D. de inofficioso.* Cremensem *singulari* 9. Tiraquell. *initio tract. piæ causæ.* Grassum *§. Testamentum quæst.*17.& 18.

c Etiamsi quis grauatus sit de restituendo, testari tamen potest.

d *l.6.̃s.eo.l.1.§.12.D.si cui plus quàm per leg.*

e Fideicommissum deducitur, tanquam æs alienum.

f Heres per errorem facti soluens, non amittit conditionem Falcidiæ *l.7. l.10.̃j. de iuris & facti ignor.*

g Qui sciens soluit, non decipitur: ideóque non iuuatur *l.1.̃s.eo.l.19.̃j.eo. l.12. D.de fideicomm.l.20. D.de donationibus.*

h Soluens indebitum per errorem iuris, non condicit *l. 10.̃j.de iur.& fact.ignor.l.9. in pr.& §.vl.D.de iur.& facti.*

An

a hinc colligunt, Liberos grauatos restitutione fideicommissi, vnicam tantũ quartam detrahere. qua de quæstione aliàs dixi.
b Falcidiæ beneficium detrahendæ, transmittitur ad heredem, *vt hic. & l.41.§.3. D. de vulg.* vt & Trebell. *l.1.j quorum legat. Grass.§.Trebell. quæst. 2.*
† Testator olim non potuit Trebellianicam prohibere, *vt hic: & leg.18.j.eodem.* hodie potest *No.1.c.2.infr.*
† hodie prohibetur *d.c.2.*
c In donationibus morte confirmatis locum habet Falcidia *vt hic: adde leg.15.§.5. D. eodem. & l.32.§.1.ff. de don. int. vir.*
d Agnoscens sibi legatum sub ea conditione, vt seruum manumitteret proprium, cogitur seruum manumittere: & tamen in legato Falcidiam patitur, licet minus iusto serui pretio consequatur, *adde leg.13. D. de minoribus: leg.24.§.13. D. de fideicommiss. libert.*
e *vide leg. 6.s.eodem: leg. 6. supra de hereditar. act.*
f Pater, emancipati filij pupilli tutor legitimus.
g Pro rata qua creditor debitori succedit, confunditur actio.
h Creditor heres sibi debitum deducit: si ab eo dē postea quid relictum sit, ex eo quartam deducit. & ita legatum speciei minuitur per ęs alienum *Bal.*
i Prædiorũ dotes, quid *l.34.§.1.ff. de legat.2. vide l.2. in fin. D. de instructo l.52.§.2. ff. de fideiussoribus.*
k De instrumētis prædiorum, seu de instrumētis prædiorum dotis, non detrahitur Falcidia.
l Si æs alienum absorbet totam defuncti hereditatem, frustra de legatis, frustra de Falcidia, & Trebellianica quæritur, *vide l.12. supra de testament. milit. l.15. supra de legat. §. vltimo, instit. de l. Falcid.*
m A cohærede, id est, prælegatis, detrahitur Falcidia *l.35.§.1. ff. de hered. instit.* hoc est, Falcidiā coheres grauatus supra dodrātem suæ portionis, de prælegatis deducit *vt hic & l. Nesēmius D. eod.*

An retentio falcidiæ transmittatur ad heredem.

10. Idem A. Diogenio.

QVanquam pater tuus fratrem tuum rogauerit, vt si sine liberis diem suum fungeretur, portionem hereditatis tibi restitueret: tamen intestato eo diem suum functo, id, quod beneficio legis Falcidiæ [a] habere potuit, ad[b] successorem intestati pertinere: ideóque non immerito sororem tuam, quæ simul tecum ab intestato ei successit, emolumenti, quod retinere potuit, portionem sibi vindicare manifestum est. PP.5. Id. Nouem. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

Si testator filium certis rebus pro falcidia iussit esse contentum.

11. Idem A. Maximæ.

SI (vt allegas) pater tuus eam portionem, ex qua te fecit heredem, fratribus tuis restituere iussit, certísque speciebus pro Falcidia præcepit † esse contentam: auxilium legis Falcidiæ, quod imploras, apud suum iudicem non † prohiberis flagitare. PP.7. Kal. Nouemb. Arriano & Pappo Conss. 244.

De donationibus inter virum & vxorem.

12. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Iustino.

IN donationibus inter[c] virum & vxorem factis ||legē|| Falcidiam habere locum, quando fideicommissi partibus funguntur nonnullis iuris placitis comprehensum est. PP. 16. Kal. Iul. ipsis AA. IIII. & III. Conss. 290.

De fideicommissaria libertate.

13. Iidem AA. & CC. Zetho.

SI ea, cuius filium tuum seruum significas, ex iudicio defuncti, quem dicis fideicommissariam libertatem ei reliquisse, aliquid consecuta[d] est: ad restituendā fideicommissariam libertatem non immeritò obnoxia constituta debet vrgeri. Nam fideicommissum ei relictum vsque ad eũ modum potest petere, quem deducto pretio seruorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum substantia patitur. S. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Conss.

Si creditor debitori successerit ex parte.

14. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

LIcèt adieris patris hereditatem, & confusione[e] pro parte qua eidem successeris, extinguatur actio, quā tibi ||adseris|| competere, eo quòd ex administratione tutelæ [f] multa eum debuisse[g] contendis: pro residuis tamē partib. coheredes conuenire nō prohiberis: & fundum à [h] te relictum, eatenus quo ad deducta quarta residui substantia patitur, prēstare necesse habes. Dat. 6. Kal. Octob. Viminacij, AA. Conss.

De instrumentis prædiorum.

Nec de dote prædiorum, nec de instrumentis Falcidia detrahitur. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI prædiorum[i] dotis apud te iure remanentis instrumenta verbis precariis vel testamento, vel codicillis vxor tibi dari mandauit, eius iudicium successores implere compellentur: cùm instrumentis[k] prædiorum domino relictis, Falcidiæ nulla possit interuenire quæstio. Supposita 16. Kal. Febr. Sirmij, CC. Conss.

Si testator non sit soluendo.

16. Iidem AA. & CC. Diomedi.

SVccessores legata vel fideicommissa, si ęs alienũ hereditarium defuncti substantiæ[l] fines occupauerit, legis Falcidię iussio peti, item Trebelliani senatusconsulti prēceptũ exigi non concedit. S. 16. Kal. Febr. Sirmij, AA. Conss.

De legato præceptionis.

17. Iidem AA. & CC. Caio.

ACoheredibus [m] relicta legata quatenus modus legis Falcidiæ præstitutus patitur, posse peti, certissimi iuris est. Suppos. 5. Kal. Nouembr. Anchiali. CC. Conss.

De eo quod heres iussus est dare, antequam adeat.

18. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis quadringentorum fortè solidorum habens substantiam, iusserit, heredem non † aliter adire hereditatē, nisi prius trecētos octoginta solidos cuidam persoluat, vel aliam quantitatem, quæ deminuere Falcidię rationem potest: sancimus heredem si adierit, legis Falcidiæ beneficio sustentatum, replere [n] quidem, quod ad Falcidiam deest: & prius eo dato vel retento, siue vna datio est, quæ celebrari disposita fuerit, siue in multas diuiditur personas, præfatæ legis immutilatum habere beneficium. Si [o] enim cum mortis [p] causa procedat, & hæc modũ legis Falcidiæ excedat, heres post aditionē repetit eam pecuniam, quæ vltra modũ legis Falcidiæ corporaliter [q] quidem data est, lege autem in patrimonio testatoris permansit: quare non in præsenti casu & viuentibus & morientibus prouidemus. & eorum vltima elogia conseruantes, & commodum hereditarium non minuentes? Dat. Kal. Nouemb. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

Si heres soluerit vel promiserit.

19. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm certum sit, heredem, qui plenam [r] fidem testatori exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiæ prætendente, repetitione vti, quia videtur voluntatem testatoris sequi: iubemus hoc simili modo firmum haberi, & si cautionem[s] super [t] integra legatorum solutione fecerit: quod veteribus legibus [u] in ambiguitatem deductum est. In vtroque etenim casu, idest, siue soluerit, siue super hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio similia suadere videtur. Dat. 15. Kal. Nouemb. Constant post consul. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

† Testator Falcidiam, nec directo, nec per indirectum prohibere potest. hodie posse videtur *No.1.c.2.*
n Repleri *Hal.* hinc colligit Cuiac. 15. *obs.* 12. Falcidiam, quæ olim deducebatur per exceptionem, hodie ipso iure minora efficere legata.
o Nota argumentum à donatione mortis causa ad testamentum.
p De mortis causa donatione Falcidia detrahitur *l.5.s.eo.*
q *l.1.§.5. D. quod legator.* id est, naturaliter. hoc innuit, Cum hodie retentionis modus nullus sit, vindicari Falcidiam & reuocari à donatario *l.77.§.2.§.6. in fin. D. de legat.2. v. Cuia. 18. obs. 2.*
r *vide l.1.s.eo.* vbi dixi.
s *ὁμολογίαν* confessionem, *vide quæ notaui ad l.25. D. de probationibus. adde Nouell.1.*
t vt qui sciens soluit solida legata, Falcidiam non deducit *d.l.1.* ita & qui solida promittit *vt hic. & l.16.ff.eo.* Id est, valet conuentio, ne heres Falcidia vtatur. aliàs, si non solida promiserit, intelligitur promisisse deducta Falcidia: & ad legis præscripta suā voluntatem adcommodasse, de qua præsumptione v. Alciat. 3. *præsumpt.* 32. & tamen patronus, qui legem Papiam se omissurum fideiussori cauit, non tenetur *l.20. D. de donat.* quo exemplo defendi posse Cuiacius putat *Nou.18.* liberos qui legem Glyciam se omissuros cauerunt, non teneri.
u intelligi potest dicta *l.20.* quæ est Marcelli, cui forte nullum discrimen fuit inter legem Papiam & Falcidiam *vt dixi s.eod.*
x *Vlpian.17.* Caducum legatũ dicitur, quod à legatario cadit in fiscum, id est, quod legatarius capere non potest, *Vlp. dicto loco.*
y dixi de etymo *s.eod.*

DE CADVCIS [x] TOLLENDIS.

Tit. L.

1. Imp. *Iustinianus* A. Senatui vrbis Constantinopolitanæ.

ET nomen[y] & materiam caducorum ex [z] bellis ortam & auctam ciuilibus, quæ in se populus Romanus mouebat, necessarium duximus, Patres[a] conscripti, in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe Romano recludere: vt quod belli[b] calamitas introduxit, hoc [c] pacis lenitas sopiret. Et quemadmodũ in multis capitalis lex Papia[d] ab anterioribus[e] principibus emendata fuit, & per desuetudinem abolita: ita & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis viris displicuit, multas inuenientibus vias, per quas caducum non fieret[f]. Sed & ipsis testamentorũ conditoribus[g] ac grauissima caducorum obseruatio visa est, vt & substitutiones [h] introducerent ne fiant caduca: & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent, vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis: quod & nos fieri condimus. Et cum lex Papia ius antiquum, quodante eam in omnibus simpliciter versabatur, suis machinationibus & angustiis circumcludens, solis parentibus & liberis testatoris vsque [i] ad tertium [k] gradum, si scripti fuerant heredes, suum imponere iugum erubuit, ius antiquum[l] intactum eis conseruans: nos omnibus[m] nostris subiectis sine differentia personarum ||hoc|| concedimus.

1 ¶ Cùm igitur materiam & exordium caducorum lex Papia ab aditionibus quæ circa defunctorum hereditates procedebant, sumpsit, & ideo non à morte testatoris, sed ab

z lex Papia Poppea de caducis hereditatibus & legatis lata fuit sub Augusto augendi ærarij gratia, quod bella ciuilia suscepta inter Pompeiũ & Cæsarem, & inter Pompeiũ, Lepidum & Brutum exhauserāt *Tacit.3. Annal. l.2.s. de veteri iure enucleando.* eiusdem ærarij inopis augendi causa vicesima hereditatum excogitata *Plin. in Panegyrico.* Alia etiam causa fuit Papiæ caducariæ: incitandi scilicet pœnis cœlibes. *Tacit. d. loco.* vt pœnas caducitatis veriti, animum ad nuptias contrahēdas adiicerent, augerēntque ciuibus imperiũ, quorum numerus incredibilis ciuilibus bellis amissus fuerat adeo vt Papius & Pompeius ipsimet orbi cōsules creati, non iuuentis patrib. aut maritis qui eis prēponerentur. *Dion 56. dicā ad ti. de infirmandis pœnis cœlibatus.j.*
a Hac oratione Iustinianus legis Papiæ caducariæ authoritatem admodum rescindit.
b de bello vide Petrum Grægoriũ *31. syntagm. 22.*
c Cessante ratione legis, cessat legis dispositio. L. Valerius apud Liuiũ 34. Quas tempora aliqua desiderant leges mortales, & temporibus ipsis mutatas video. quæ in pace latę sunt plerumque bellũ abrogat: quæ in bello, pax.
d de qua superius dixi.
e ne dicas cum Accursio legem *27.l.28.s. de nuptijs.* sunt enim vtræque leges Iustiniani, non anteriorũ principum. sed ita legis Papiæ caput quo prēscripta ætas erat habendis liberis. *Vlp.26.* Seuerus emendauit, vt scribit Tertullianus *in Apologetico.* Sic Constantinus *l.1.j. de infirman. pœnis cœlibatus* sustulit pœnam cœlibatus & orbitatis, lege Papia introductam.
f solent enim iurisconsulti in dubiis contra fiscum respondere. *l.10.ff. de iure fisci.* hinc etiam constat Iurisconsultos versatos fuisse in causa caducorum, idque alibi quoque indicatur. *l.6. inf. ff. de iure codicill. l.2. ff. de auro. l. vlt. in f. ff. de his quæ vt indignis. l.59. ff. de conditionib. & demonst. l.135. ff. de verb. signif.*
g Testatoribus, atque adeo Iurisconsultis sc. quorum consilio testatores vtebantur *l.8. inf. ff. de legat.2. adde l.32.s. de testam.*
h maximè reciprocas. *l. miles. §. vlt. ff. de legat.2. l.5. ff. de vulgari. l. vnic. j. tit. prox.*
i *Vlpian. titul.18.*
k hoc ampliatur ad omnes heredes.
l quod sc. præcessit legem Papiam caducariam. *v. l.1.§.21. tit.17.§.2. tit.18. l.5. ff. de vulgari. l.29. inf. ff. de leg.2.*
m Quæ legata aut portiones hereditatis Papia noluit recidere in fiscum, sed remanere apud liberos vel parentes instituti ad tertium vsque gradum, ad omnes heredes extendutur, *hic.*

a hoc emendatur.j.eod. b Hodie quilibet heres, ſtatim à tempore mortis teſtatoris adire hereditatem poteſt. dies legatorum ab eo tempore cedit, nec expectatur apertura tabularum & aditio hereditatis, nec deſideratur ſcientia legatarij. l.vlt.j. quib. dies legat. c non malè hoc adiectum eſt, ſicuti nonnulli arbitrantur. Eorum enim quæ ſub conditione vel in diem incertum relicta ſunt dies cedit, cùm conditio extitit. dies incertus ideo cõditioné facit, quòd poſſit non cedere.

apertura[a] tabularum dies cedere legatorum ſenatuſconſulta quæ circa legem Papiam introducta ſunt, cenſuerunt vt quod in medio deficiat, hoc caducum fiat: primum hoc porrigentes, & antiquum ſtatum renouantes, ſancimus, omnes habere licentiam à [b] morte teſtatoris adire hereditatem: ſimilique modo legatorum vel fideicommiſſorum pure vel in diem ||certam[c]|| relictorum diem à morte teſtatoris cedere. 2 ¶ Et cum triplici[d] modo ea quæ in vltimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere: conſentaneum eſt & tempora eorũ & nomina manifeſtè exponere: vt quod vel tollitur vel reformatur, non ſit incognitum. ¶ Ea etenim vel[e] his[f] relinquebantur, qui in rerum natura tunc[g] tẽporis, cùm condebantur vltima elogia, non fuerant: fortè hoc ignorantibus teſtatoribus: & ea *pro non ſcriptis* eſſe leges exiſtimabant. Vel [h] viuo [i] teſtatore is qui aliquid ex teſtamento habuit, poſt teſtamentum ab hac luce ſubtrahebatur: vel ipſum relictum expirabat, forte quadam conditione ſub quo relictum fuerat, deficiẽte: quod veteres appellabant *In cauſa caduci*. Vel [k] mortuo [l] iam teſtatore hoc quod relictum erat, deficiebat: quod aperta voce *Caducum* nuncupabatur. 3 ¶ In primo[m] itaque ordine, vbi *Pro non ſcriptis* efficiebantur ea quę perſonis iam ante teſtamentum mortuis teſtator donaſſet, ſtatutũ fuerat, vt ea omnia bona manerẽt apud eos[n], à quibus fuerãt derelicta: niſi vacuatis[o] vel ſubſtitutus ſuppoſitus: vel coniunctus fuerat aggregatus, tunc enim non deficiebant, ſed ad illos perueniebant nullo grauamine[p] (niſi perraro[q]) in hoc *Pro non ſcripto* ſuperueniente: quod & noſtra maieſtas quaſi antiquæ beneuolentiæ conſentaneum, & naturali ratione ſubnixum, intactum atque illibatum præcepit cuſtodiri in omne æuũ valiturum. 4 ¶ Pro ſecundo[r] vero ordine in quo ea vertuntur quæ *in cauſa caduci* fieri contingebant, vetus ius corrigentes, ſancimus ea quæ ita euenerint, ſimili quidem modo manere apud[ſ] eos à quibus ſunt relicta, heredes fortè, vel legatarios, vel alios qui fideicommiſſo grauari poſſunt: niſi & in hunc caſum vel ſubſtitutus[t] vel coniunctus[u] eos antecedat. Sed omnes perſonas quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam grauamen[x] quod ab initio fuerat complexum, omnimodo ſentire: ſiue in dando ſit conſtitutum, ſiue in quibuſdam faciẽdis, vel in modo, vel conditionis implendæ gratia, vel alia quacumque via excogitatum. Neque enim ferendus eſt is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexũ contemnit. 5 ¶ In nouiſſimo[y] autem articulo, vbi propriè *Caduca* fiebant, ſecũdum quod prędiximus, etiã clauſis[z] tabulis tam exiſtere heredes quàm poſſe adire, ſiue ex parte † ſint, ſiue ex aſſe inſtituti, cẽſemus, & dies[a] legatorum & fideicommiſſorum (ſecundum quod prædiximus[b]) à morte defuncti cedere. Hereditatem etenim, niſi[c] fuerit adita, tranſmitti[d] nec veteres concedebant, nec nos patimur: exceptis[e] videlicet liberorum perſonis, de quibus Theodoſiana lex[f] ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur: his nihilominus quæ ſuper his qui deliberantes ab hac luce migrant, à nobis conſtituta ſunt, in ſuo robore manſuris. 6 ¶ Libertatibus[g] proculdubio ||&|| poſt præſentem ſanctionem propter ſui naturam quæ aditionem heredis expectant, ab[h] adita hereditate vna cum aliis quæ[i] ſeruis in teſtamento manumiſſis, vel aliis legatis relicta ſunt, competentibus. Excepto etiam vſufructu[k] qui ſui natura ad heredes legatarij tranſmitti non patitur: quia neque à morte teſtatoris, neque ab adita hereditate,

d Triplici modo olim legata deferebãtur, vel initio teſtamenti faciendi ſcilicet, vel poſt teſtamentum viuo teſtatore, vel poſt mortem teſtatoris.

e Tribus temporib. diſtinguntur inter ſe quæ pro nõ ſcriptis, quæ in cauſa caduci, & caduca. Pro nõ ſcriptis ſunt, quæ ipſo teſtamẽti tempore: In cauſa caduci, quæ poſt teſtamentum: Caduca, quæ poſt mortem teſtatoris deficiebant.

f Pro nõ ſcripto dicitur, quod relinquitur ei qui in rerũ natura non eſt, tẽpore teſtamẽti.

g Primum tempus, *de quo v.§.3.j.eod.*

h In cauſa caduci dicebatur, q relinquebatur ei qui poſt teſtamentum factum moriebatur: aut quod deficiebat, conditione teſtamẽto adiecta deficiẽte.

i Secundum tẽpus, *de quo v.§.4.j.eod.*

k Caduca dicebãtur, quę mortuo teſtatore deficiebant.

l Tertium tempus *v.§.5.j.eodẽ. adde l.3.j. conditionib. inſert.*

m vt olim §.2.ſ.eod. ita & hodie quę deficiũt initio teſtamenti pro non ſcriptis habẽtur neque recidunt in fiſcum, nec ad ea pertinent leges caducariæ. & eleganter Plinius 2.*epiſt.* In codicillis quæ pro non ſcriptis habentur delatori locum non eſſe, ſed pertinere ad ſubſtitutum, vel ad coniunctum, id eſt, coheredem, vel collegatarium, vel ſi nullus ſit ſubſtitutus aut coniũctus, apud heredem ſcriptum vel legitimum. *l.55.inf.ff.de legat.2.* vel à legatario retinentur à quo relicta ſunt. *l.88.§.3.ff de legat.2.* & quidem ſine onere. quia cùm principale pro non ſcripto habeatur, conſequens eſt & onus ei iniunctum pro non ſcripto haberi. excipe tamen duos caſus, quibus legata apud eos recidenr cũ onere. Vnus eſt ex Sc. Liboniano *l.5.inf.ff.de his qui pro non ſcript.* alter exceptus eſt fauore libertatis. *l.26.§.6.ff de fideicommiſſ. libertatib.* De tertio vide *l.122.§.1.ff.de legat.1.* quia non dicitur, Seij portionem eſſe pro non ſcripta: ſed Seium qui repudiauit pro non ſcripto habendum.

n *ſub.* heredes.

o id eſt, perſonis, quarum portio deficit.

p i. onere. Onus eſt præſtare legata, fideicommiſſa, libertatem, Onus eſt etiam modi, conditionis, dandi, faciendi.

q id eſt, duobus caſibus, de quibus ſ. dixi.

r Olim quæ deficiebãt poſt teſtamentum viuo teſtatore, in cauſa erant caduci §.2.ſ.e. Deficiebãt autẽ vel morte naturali heredis vel legatarij, vel defectu cõditionis. Ea hodie in cauſa caduci non ſunt, ſed pertinent ad ſubſtitutum, vel coniuncto adcreſcunt, vel remanent apud heredem vel legatarium, vel alium à quo relicta ſunt.

ſ Quæ in cauſa caduci, ſeu quæ deficiunt facto teſtamento ante mortem teſtatoris, ea apud eos manent, ſeu iis adcreſcunt à quib. ſunt relicta, ſiue heredes ſint ſiue legatarij. Quid ſi ei, cuius pars ita deficit, ſubſtitutus aut coniunctus datus ſit? Pars deficiens illis adcreſcet, non heredi aut legatario, à quibus nimirum res legata eſt.

t Subſtitutus in fideicommiſſo vel legato præfertur heredi.

u Coniunctus in fideicommiſſo vel legato præfertur heredi.

x In eo diſtant quæ ſunt pro non ſcriptis *de quibus §.3.ſ.* ab his quæ ſunt in caſu caduci. Illa apud eos à quibus relicta ſunt reſident ſine onere *dicto §.3.* hæc cum ſuis oneribus *vt hic.*

y id eſt, tertio. olim quæ deficiebant poſt mortem teſtatoris ab apertis tabulis, directo & proprio nomine ſunt caduca *2. verſ. vel mortuo ſ.eod.* Hodie nihil eorum deficit, cùm aperturæ tabularum nulla habeatur ratio. *l.vnic.j.tit.prox.*

z & ita ante apertas tabulas heres ſcriptus hereditatem adire poteſt. *l.3.ſ. de iure deliberandi.* † & ita videtur abrogata lex 1.*inf.ff.de iur.& fact.*

a Legatorum dies à morte teſtatoris cedit. b *§.1.inf.ſ.eod.* excipe *§.6.j.eod.*

c Hereditas niſi adita non tranſmittitur *vt hic & l.7.ſ. de iure deliber.* excipe legem 18.19.ſ. *de iure deliberandi. l.vnic.j.tit.prox. l.84.ff de adquir. hæred. l.3.§.31.ff. de Silaniano.*

quantum ad tranſmiſſionem, dies eius cedit. Sed hæc omnia in his obſeruari ſancimus ſecundum præfatam diſpoſitionem, quæ purè, vel in diem certum relicta fuerint.
7 ¶ Sin autem aliquid ſub conditione relinquatur vel caſuali[l] vel poteſtatiua, vel mixta, quarũ euentus ex fortuna[m], vel ex honoratæ perſonæ voluntate[n], vel ex vtroque[o] pendeat, vel ſub incerto die: expectari[p] oportet conditionis euentum, ſub qua fuerit derelictum, vel diem: vt tunc cedat, cum vel conditio[q] impleatur, vel dies incertus extiterit. Quòd ſi in medio is qui[r] ex teſtamento lucrum ſortitus eſt, decedat, vel eo ſuperſtite conditio defecerit, hoc quod ideo non præualuit, manere diſponimus ſimili modo apud eos[ſ] à quibus relictum eſt: niſi & hic vel ſubſtitutus relictum accipiat, vel coniunctus, ſiue heres, ſiue legatarius hoc acquirat: cũ certi iuris ſit, & in[t] inſtitutionib. & legatis & fideicommiſſis, & mortis[u] cauſa donationib. poſſe ſubſtitui. 8 ¶ Sed vt manifeſtetur pro qua parte manere oportet hoc quod fuerit defectũ, apud eos à quibus ſit derelictum: ſancimus, ſi quidem ad heredes lucrũ perueniat, pro[x] parte hereditaria fieri eius diſtributionem: cum & ab ipſis ſimili modo ſi valuiſſet, præſtaretur, niſi nominatim ab vno vel à certis heredibus fuerit derelictum: tunc enim quemadmodum ſolus vel ſoli præſtabunt, ita & lucrũ ſentient. Sin autem legatarij vel fideicommiſſarij ſint, vel mortis cauſa donatione honorati, vel alia forte perſona quæ fideicommiſſo prægrauari poteſt: & hoc euaneſcat: manere hoc apud enumeratas perſonas ſancimus pro virili[y] omnimodo portione, id eſt, pro numero perſonarum. 9 ¶ Ne autem hoc quod non inelegãter ſummi ingenij vir[z] Vlpianus in hac parte cum omni ſubtilitate diſpoſuit, prętereatur: ſanctione noſtra hoc apertius inducimus. Cum enim iam ſtatuimus[a] hoc cum ſuis oneribus ad eum qui lucratur peruenire: ſancimus, ſi quidem conditio, vel aliud grauamen in dando[b] ſit conſtitutum: hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoſcere. Sin autem in faciendo[c] aliquid impoſitũ eſt: ſi[d] quidem hoc per aliũ impleri poſſit, ſimili modo & à lucrante agnoſci: puta ſi honorata perſona iubeatur inſulã, vel monumentum, vel aliud tale ſuis ſumptibus facere, vel heredi, vel legatario, vel alij forte cui teſtator voluerit: vel rem ab herede teſtatoris emere, vel locationẽ vel fideiuſſionẽ ſubire, & ſi quid huiuſmodi facti ſimile ſit. nihil enim refert, ſiue per eum de quo teſtator locutus eſt, ſiue per aliũ eiuſdem lucri ſucceſſorẽ adimpleatur. Sin verò talis eſt verborũ conceptio, & facti natura, vt quod relictũ eſt, ab alio impleri non[e] poſſit: tunc etſi lucrum ad aliquẽ peruenerit, non tamen & grauamen ſequi: quia hoc neque ipſa natura concedit, neque teſtator voluit. Quid.n. ſi ||teſtator|| iuſſerit eum in certum locum abire, vel liberalibus ſtudijs imbui, vel domum ſuis manibus extruere, vel pingere, vel vxorem ducere? quæ omnia teſtatoris voluntas in ipſius ſolius perſona intelligitur concluſiſſe, cui & ſuam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus obtinente, vt pro ſimili parte & lucrum ſentiant, & grauamen, vbi hoc poſſit procedere, ſubeant. Et ||hoc|| locũ habente omni quidem modo in his quæ *In[f] cauſa caduci*, vel, *caduca*[g] (ſecundũ quod ſupra dictum eſt) fiebant: in *pro[h] non ſcriptis* autem nõ omnibus, ſed quibuſdam: quia eorũ quædam etſi talia ſint, tamen cum ſuo onere veniebant: quæ ||&|| nos in noui iuris compoſitione ſpecialiter enumerari iuſſimus, ne quis veteris iuris prolixitatem quaſi rebus neceſſariam, vel pro eorum re-

d Tranſmiſſionum tres modi. Primus fit ſuitatis iure, quo filius qui in[s] poteſtate defuncti erat, hereditatẽ etiam non aditam tranſmittit ad heredes, etiã extraneos. *l.vlt.ſ. qui admitti.* (quia ſuus ipſo iure eſt heres etſi non adeat. *§. ſui Inſtitut. de heredum qualit. l.1.ff. ſi quis omiſſa cau. teſt. l. in ſuis ff. de liber.*) Quid ſi repudiauit expreſſe? aliud dicendũ. *l.vnic.j. tit. proximo. laſ. in l.4.ſ. qui admitti.* Secundus modus tranſmiſſionis fit ſanguinis iure, quo hereditatem aſcendentium cuiuſque ſexus non aditam trãſmittimus ad ſolos deſcendentes. Tertius fit beneficio *l.19.ſ. de iure deliber.* qua omnis heres intra annum deliberandi moriẽs tranſmittit hereditatem non aditam. quod genus tranſmiſſionis pater latiſſimè: locum enim habet in qua is hereditate etiã extranei tam ex teſtamento, quã ab inteſtato *d.l.19.*

e *l.vnic.j.tit.proximo.l.18.ſ.de iure delib.*

f Liberi hereditatem etiam non aditam, tranſmittunt. *lex vnic.j. titul. proximo.*

g Legata vel fideicommiſſa, purè, vel in diẽ certum relicta, cedunt à morte teſtatoris, excepto legato libertatis *vt hic & l.8. ff. quando dies legat.* vſufructu & quibuſdam aliis quæ cedunt à tempore aditę hereditatis.

h Libertates ab adita hereditate cedunt. *l.14.j. qui teſtam. l.74.in f. ff. de adquir. heredit. l.86.ff. de condition. & demonſt. l.8.ff. quando dies legat. adde l.24.§.3.ff. qui & quibus manumiſſi.* hinc Cuiacius 4.*obſ.4.* colligit, Catonianam regulam non pertinere ad libertates, qua de re dixi ad *l.3.ff. de reg. Caton.*

i *l.7.in f.ff. quando dies legat.*

k Vſusfructus ad heredes non tranſit. *l.2.ff. quando dies.*

l Conditionum, alia caſualis, alia poteſtatiua, alia mixta.

m Ea eſt caſualis, veluti ſi fulſerit, ſi tonuerit.

n ea eſt poteſtatiua, quæ & promiſcua. *l.11. ff. de condit. & demonſt.* non quod ſit in facili, ſed quia nulla fere poteſtatiua eſt, quæ poſſit eſſe non poteſtatiua.

o ea eſt mixta ſeu communis, vt ſi quis ita dixerit, Si Titio reuerſo ab hoſtibus decem dederis, Si Titio conſule Capitolium aſcenderis.

p *l.5.§.2.ff. quando dies legat.*

q Quid ſi ante conditionem mortuus heres? heredem relinquit obligatum. *l.65.ff. de cond. & demonſt.* Quid ſi legatarius? eius heredi non cedit legatũ *vt hic: & l.42.ff. de oblig.* aliter quam in ſtipulationibus in quibus obligatio non extinguitur morte promiſſoris. *l.57.D. de verb. obligat. §. pen. Inſt. de inutilib. 3.4. inſt. de verb. obligat.* nec morte ſtipulatoris extinguitur.

r Legatarius vel fideicommiſſarius. ſ heredes.

t nota regulam. u *v.l.9.ſ. de fideicomm. l.1.ſ. comm. de legat.*

x *§.10.j.eod.* y i. pro virili, proque ratione legati cuiuſque.

z de Vlpiano dixi ad *l.2.§.5.D. qui petant. tutor.* a *§.4.ſ.eod.* b *adde l.6.§.7.D. de ſtatu. lib.* Conditio dandi per alium impleri poteſt. *l.15.inf.D. de ſtatu. l.vlt. D. de cond. inſtitut.* c de faciendi onere quod ab alio præſtari poteſt.

d Conditio faciendi regulariter per alium impleri poteſt, aut potius factorum quædam per alium impleri poſſunt, quædam non poſſunt.

e de faciendi onere quod ab alio præſtari non poteſt.

f *§.2. verſ. vel viuo inf. §.4.ſ.eod.* g *d.§.2.inf.§.5.* h *d.§.2.in pr. & §.1.*

a *d.§.3.§.4.§.7.infr.* b *l.80.l.89.D.de leg.3.l.42.ff.de verb.signif.l.vn.ſ. quando non petent.* c De relictis coniunctiuo modo *l.1.D.de legat.3.hi re & verbis coniuncti.*
d De relictis disiunctiuo modo: Hi re tantum coniuncti.
e Quoties omnes coniuncti, vel omnes disiuncti sunt in institutione vel substitutione, & vnius eorum pars deficit, toties pars deficiens ceteris coheredibus adcrescit hoc modo: cum suo onere primùm: deinde si coheredes illi, heredes alios reliquerint, pars ea, illis heredibus adcrescet: adcrescet inquam, pro hereditaria parte. Postremò pars deficiens interdum inuitis illis adcrescit ipso iure, quoties nimirũ hereditatem iam adierunt: est enim absurdum eiusdem hereditatis partem agnoscere, partem repudiare.

rum reuoluat scientia. 10. ¶ His ita definitis cum in superiore parte nostræ sanctionis in plurimis[a] locis *coniuncti* [b]fecimus mentionem: necessarium esse duximus omnem inspectionem huius articuli latiùs & cum subtiliori tractatu dirimere, vt sit omnib. & hoc apertissimè constitutum. Non enim tantùm coniunctiuo[c] modo quędam relinquũtur, sed etiam disiunctiuo[d]. ¶ In his itaq;, si[e] quidẽ coheredes sunt omnes coniunctim, vel omnes disiunctim vel instituti, vel substituti: hoc quod fuerit quoquo modo euacuatum, si in parte hereditatis vel partibus consistat, aliis coheredibus cum suo grauamine pro[f] hereditaria parte, etiã si iam defuncti sunt, acquiratur. &||hoc||nolentibus[g] ipso iure accrescat[h], si suas portiones iam agnouerint: cùm sit absurdum [i], eiusdem hereditatis partem quidem agnoscere, partem verò respuere, secundum quod in diuini nostri numinis decisionibus statutum est. ¶ Sin[k] verò quidam ex heredibus institutis||vel substitutis||permixti sunt, & alij cõiunctim, alij disiunctim nuncupati: tunc[l] si quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad solos cõiunctos cum[m] suo veniat onere, i. pro parte hereditatis quæ ad eos peruenit. Sin[n] autem ex his qui disiunctim scripti sunt, aliquid euanescat: hoc non ad solos disiunctos, sed ad omnes tam coniunctos quàm etiam disiunctos similiter cum suo onere pro portione hereditatis perueniat. hoc ita tam variè, quia coniuncti [o] quidem propter vnitatem sermonis quasi in vnum corpus redacti sunt, & partem coniunctorũ sibi heredum quasi suam[p] præoccupant: disiuncti verò ab ipso testatoris sermone [q] apertissimè sunt discreti, vt suum quidem habeant [r]: alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus coheredibus suis accipiant. Et hęc in heredibus[s] tantummodo statuenda sunt. 11 ¶ Vbi autem [t]legatarij vel fideicommissarij duo fortè vel plures sunt, quibus aliquid relictum sit: si quidem hoc coniunctim[u] relinquatur: & omnes veniant ad legatum, & pro sua portione quisque hoc habeat. Si verò pars quædam ex his deficiat [x]sancimus eam omnibus, si habere maluerint, pro virili[y] portione cum omni suo onere accrescere: vel omnes noluerint, tunc apud eos remanere, à quibus derelictum est. Cùm verò quidam voluerint,||quidam noluerint:||volentib. solummodo id totum accedere. Sin autem disiunctim [z]fuerit relictum: si quidem omnes hoc accipere & potuerint & maluerint, suam quisque partem pro virili portione accipiat: & non sibi blandiantur, vt vnus quidem rem, alij autem singuli solidam eius rei æstimationem accipere desiderent: cùm huiusmodi legatariorum auaritiam antiquitas variamente susceperit, in vno[a] tantummodo ||genere||legati eam accipiens, in aliis respuẽdam esse existimans. Nos autem omnimodo repellimus, vnam [b] omnibus naturam legatis & fideicommissis imponentes, & antiquam dissonantiam in vnam trahentes concordiam. Hoc autem ita fieri sancimus, nisi testator apertissimè & expressim disposuerit[c], vt vni quidem res solida, aliis autem æstimatio rei singulis in solidum præstetur. Sin verò non omnes legatarij quibus[d] separatim res relicta sit, in eius acquisitionem concurrant, sed vnus fortè eam accipiat: hæc solida eius sit: quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum adsignare videtur, aliis superuenientibus partes à priore abstrahentibus, vt ex aliorum quidem concursu prioris legatũ minuatur. Sin verò nemo alius veniat, vel venire potuerit: tunc non[e] vacuatur pars quæ deficit, nec aliis adcrescit, vt eius qui primus accepit, legatum augere videatur: sed apud ipsum qui habet, solida remaneat, nullius concursu deminuta. Et ideo si onus fuerit in persona eius apud quem remanet legatum adscriptum: hoc omnimodo impleat, vt voluntati testatoris pareatur. Sin autem ad deficientis personam||hoc||onus fuerit collatum: hoc non sentiat is qui non alienum, sed suum||tantum||legatum imminutũ habet. Sed & varietatis non in occulto sit ratio: cùm ideo videatur testator disiunctim[f] hoc reliquisse, vt vnusquisque suum onus non alienum agnoscat: nam si contrarium volebat, nulla erit difficultas coniunctim ea disponere. 12 ¶ Quæ autem antiquis legibus dicta sunt de his quæ vt indignis [g] au-

f *§.8.ſ.eod.*
g Coheredi cõiũcto vel disiũcto pars adcrescit etiam inuito & ignoranti *l.35.ff. de adquir. heredit.*
h Adcrescendi ius parte vnius deficiente locũ habet: cuius sententiæ exceptiones vide apud Socinum *regula* 213.
i *l.20.in fin.ſ. de iure deliberandi: l.1.D.de adq.hered.*
k Heredib. coniunctis & disiũctis simul permixtis, si coniunctorum aliquis deficit, pars eius ad coniunctos: si disiunctorum aliquis deficit, pars eius ad disiunctos & cõiunctos defertur.
l Adcrescit coniunctis, quod in vno coniunctorum heredum deficit.
m Adcrescit pars deficiens, cum suo onere.
n Adcrescit non tantum disiunctis sed & coniunctis, quod in vno disiunctorum heredum deficit.
o Heredes coniuncti, quasi in vnum corpus redacti.
p Pars coniuncti heredis quodammodo alterius est coniuncti. Partem coheredis, sibi coniuncti quasi suã percipiunt.
q Heredes disiuncti sunt, sermone non re. Re quidẽ coniuncti, sermone disiuncti. Coniuncti verò hic dicuntur re, & verbis coniuncti, neutro modo disiuncti. r non habeant: ita legunt nonnulli. s hic paragraphus ad heredes tantum pertinet: vt & proximus ad legatarios. t dixit superiori §. de heredib. seu de iure adcrescendi inter heredes.
u Coniunctim relicta duob. legatariis, ęqualiter inter eos diuidũtur: pars vacans, volentib. cũ suo onere adcrescit. Collegatario pars non adcrescit inuito.
x Collegatario disiuncto pars disiuncti adcrescit inuito *vt hîc*: coniuncti non adcrescunt inuito *ſ.eo.* coheredi adcrescit etiam inuito *§.10.ſ.eo.* y *l.7.ff.de reb.dub.*
z *l.61.in fi.ff.de leg.2.* a Pars collegatarij collegatario adcrescit, si disiuncti fuerint: sublata veteri differẽtia legatorũ per damnationẽ & per vindicationẽ de qua v. Vlp.24.§.12.& 13. b Vna legatorũ & fideicõmissorum est natura, *l.1.ff.de leg.1.* c Legari res vni, alteri rei ęstimatio põt. *l.33.l.82.§.5 ff.de lega.1.l.13.in fi.l.20.D.de lega.2.l.14.ff.de vsu & vsufructu.* d *l.1.§.pen.ff.de vsufr.adcrescendo.* e Ius nõ decrescendi. f Disiunctim legamus, vt vnusquisq; suũ on[us] nõ alienũ adgnoscat. g *v.ti.de his quæ vt indignis.* h Indignis quæ eripiũtur certis casib. fisco cedũt: aliis, priuato seu priuatis.

i alienas. quidam ita legunt, *adde l.7.ſ.de donat.int.vir.l.pen.ſ.de legat.* hinc etiam obserua, Non omne quod aufertur indigno fisco cedere. k Transmitti hereditas non adita, nisi in certas personas non potest. *§.5.ſ.eod.l.7.ſ.de iure deliberandi.*
l *dixi ad d.§.5.adde l.vn.ſ.tit.prox.* m Adcrescit substituto volenti, capaci tamen: aut eo deficiente, heredibus ab intestato: iis rursus deficientibus, fisco: pars defuncti ante aditam hereditatẽ: si modo defũctus fuit ex his personis qui nõ aditã hereditatem transmittant. Quid si heres nullũ substitutum habuit sed coheredem? coheredi pars deficiẽs adcrescet *vt ſ.* Quid si legatarium aut fideicommissarium vniuersalem? idem *Nou.1.c.1.§.1.2.3.*

ferũtur, & nos simili modo intacta seruamus: siue in nostrum fiscum, siue[h] in alias[i] personas perueniant: 13. ¶ Cùm autem in superiore parte legis non [k] aditam hereditatem minimè, nisi [l] quibusdam personis, ad heredes ||defuncti|| transmitti disposuimus: necesse est, si[m] quis solidam hereditatem non adierit; hanc, si[n] quidem habeat substitutum, ad eum, si voluerit, & potuerit, peruenire. Quòd si hoc non fit: vel ab intestato successores eam suscipiant: vel si nulli sint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant: tunc ad nostrum ærarium deuoluatur. 14 ¶ Hæc autem omnia locum habere censemus tam in testamentis, siue in scriptis, siue[o] sine scriptis habitis, quàm in codicillis[p] & omni [q] vltimo elogio, vel[r] si quid ab intestato fuerit derelictum, necnon in mortis causa donationibus. Tantum etenim nobis superest clementiæ, quòd scientes etiam fiscum nostrum vltimum [s] ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec [t] illi pepercimus [u], nec Augustum priuilegium exercemus: sed quod[x] communiter omnibus prodest, hoc ||rei|| priuatæ nostræ vtilitati præferendum [y] esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes. 15 ¶ Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum elogiis, quæ posthac[z] composita fuerint, anteriores etenim casus suo marte discurrere concedimus. 16 ¶ Hæc omnia ad vos, Patres conscripti, duximus esse sancienda:||scilicet||vt nemini maneat incognitus nostræ beneuolentiæ labor: sed edictis ex solennitate à nostris magistratibus propositis omnibus innotescat. Da. Kal. Iun. Constantin. DN. Iustin. A. PP. IIII. & Paul. V.C. Coss. 534.

DE HIS[a] QVI ANTE APERTAS tabulas hereditatem transmittunt.

Tit. LI.

Hereditas ascendentium etiam non adita, transmittitur ad posteros per liberos institutos morientes, etiam clausis tabulis: quod obtinet in legatis & fideicommissis. Salyc.

1. Impp. *Theodos.*[b] *& Valentinian.* A. Hormisdæ præfecto prætorio.

PER hanc iubemus sanctionem in posterum||valituram,|| filios [c], seu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, à patre, vel matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia scriptos heredes, licet non[d] sint inuicem substituti: seu cum extraneis[e], seu soli sint instituti: & ante apertas tabulas defuncti (siue se nouerint scriptos heredes, siue ignorauerint) in [f] liberos suos, cuiusque [g] sint sexus vel gradus, derelictam sibi hereditariam portionem posse transmittere: memoratásque personas (si[h] tamen hereditatem non recusant) nulla huiusmodi præscriptione sibi obstante, eam tanquam debitam[i] vindicare. Quod scilicet etiam super legatis seu fideicommissis à patre vel à matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia derelictis, locum habet. Si quidem per indignum[k] est, fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes, auita vel proauita successione fraudari, aliósque aduersus [l] auitum vel proauitum desiderium institutum insperato[m] legati commodo vel hereditatis gaudere. Habeant verò solatium tristitiæ [n] suæ, quibus est meritò consulendum. Dat. III. Non. Aprilis post consulatum Protogenis & Asterij 450.

QVANDO[o] DIES LEGATI vel fideicommissi cedit.

Tit. LII.

De legatis annuis vel fideicommissis.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* AA. Agrippæ.

SI competenti iudici annua[p] legata vel fideicõmissa tibi relicta probaueris, ab initio[q] cuiusq; anni exigendi ea habebis facultatem. Supposita 3. Kal. Iun. Saturnino & Gallo Coss. 199.

n *l.2.§.4.ff.secund.tab.*
o Adcrescendi ius locum habet in omni testamento, siue scripto siue nõ scripto.
p Ius adcrescendi locũ habet etiã in codicillis.
q Adcrescendi ius locũ habet in omni vltimo elogio, hoc est, testamento codicillis, epistola fideicommissaria, mortis causa donatione. Sunt. n. hæ species vltimæ voluntatis.
r Adcrescendi ius locum habet in omnib. successionibus vltimæ voluntatis & ab intestato.
s Lex Iulia caducaria vltimũ locum fisco dedit. Bonus princeps post omnes est. *Cassiod. in formula Comitiuæ priuat. adde l.1.in f.ſ.de secun.nup. l.10.ff.de iure fisci.* Ita in causis compendij Antoninus Imperator iudicans nũquam fauit. *Capitolinus in eius vita: v. Nouell.105. Arist.3.polit.4.*
t *l.9.ff.de Silan.*
u prospeximus *Haloand.*
x *l.10.ff.de iure fisci. v. quæ dixi ad Nouel.109.c.1.*
y Communiter quæ prosunt, priuatę vtilitati bonus princeps anteponit.
z *l.7.ſ.de legib.*
a putà liberis.
b *leg.1.§.5.ſ.de caducis.*
c Trãsmittitur hereditas ascẽdentium, etiam nõ adita, ad posteros institutos morientes quãtumuis clausis tabulis: idque obtinet in legatis & fideicommissis *v. quæ scripsi ad l.vnic.§.5.§.13.l.1.§.8.ff.de collat.bonor.* d Inter liberos non præsumitur reciproca substitutio. e Datione coheredis extranei, ius transmittendi non impeditur. f Transmittit hereditatem non aditam pater ad liberos in potestate positos *vt hic.d.§.5.l.16.§.3.ſ.de iure delib.* g *l.24.in f.ff.de legat.2.*
h hereditatem recusans, nihil, etiam ad suos, transmittit: hac enim recusatione, suitas, eiusque ius tollitur. *Bartol.in l.84.ff.de adquir.heredit. Iason.in l.4.ſ.qui admitti.*
i Parentum hereditas liberis debita.
k Fortuitus casus liberis nocere non debet.
l Contra desiderium parentum hereditas ad extraneos deferri intelligitur.
m Extranei nihil habent quod sperent in eius hereditate qui liberos habet.
n i. mortis paternæ, quæ naturaliter liberis ignota esse solet.
o *dixi ad 36.ff.2.44. Eclog.20. adde Vlp.24.§.30.*
p Annua quo tempore soluenda.
q Annua legata ab initio cuiusque anni peti possunt, suntque soluenda *l.12.§.4.ff.eod.* aliud in stipulationibus, *l.42 ff.de verb.oblig.*

Si agro pluribus relicto cautum sit vt ad eum, qui superfuisset, pertineret.

2. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictum nominatim animaduertimus : & cautum esse, vt ad eum, qui [a] superfuisset [b], pertineret. Quicunque igitur is fuerit : ad heredem suum [c] dominium transmittit, nec tali [d] fideicommisso adstringitur [e]. PP. 5. Kal. August. Chilone & Libone Coss. 205.

De conditione cum ad certam ætatem peruenerit.

3. Iidem AA. Æliæ.

SI Pontionilla ad [f] eam ætatem peruenit, cui legatũ vel fideicommissum relictum [g] erat : petitionem ad heredes transmisit, licet ante decesserit, quam consequeretur legatum vel fideicommissum. PP. 5. Kal. August. Chilone & Libone Coss. 205.

De conditione cum liberos habuerit.

4. Iidem AA. Ammiæ.

CVm vxori vsusfructus [h] fundi legatur, & eius proprietas, cùm [i] liberos habuerit : nato filio [k] statim proprietatis legati dies cedit : nec [l] quicquam obest, si is decedat. PP. Kal. August. Antonino A. III. & Geta item III. Coss. 209.

De petitione in tempus dilata.

5. Imp. *Alexand.* A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Aeliæ Seuerinæ filiæ meæ, & Secundæ decem : quæ legata accipere debebit : cum* [m] *ad legitimum statum* [n] *peruenerit:* non conditio fideicommisso vel legato incerta, sed petitio in [o] tempus legitimę [p] ætatis dilata videtur. Et ideo si Ælia Seuerina filia testatoris cui legatum relictũ est die legati cedente, vita functa est: ad heredem suũ actionem transmisit, scilicet vt eo tempore solutio fiat, quo Seuerina si rebus humanis subtracta non fuisset, vicesimumquintum annum ætatis implesset. Non cœptum [q] enim annum, sed impletum [r], si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, expectandum esse ||iuris|| prudentibus placuit. PP. 13. Kal. Ian. Alexandro A. II. & Marcello Coss. 227.

De fideicommisso relicto ab intestato.

6. Imperatores *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Eusebio.

SI fideicommissum ab intestato [s] fuerit sorori tuæ relictum codicillis [t], & posteaquam dies fideicommissi cessit, ||rebus humanis, licet|| ignorans [u] fideicommissum, excesserit : actionem huiusmodi acquiri [x] potuisse, dissimulare non poteris : salua scilicet ab intestato succedenti quarta portione. Sup. Kal. Maiis, Trallis, AA. Coss.

VT IN POSSESSIONEM [y] LEGAtorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari [z] debeat.

Tit. LIII.

De cognitione an debeatur fideicommissum.

1. Diuus *Anton. Pius* Saluio.

QVONIAM nihil actor amplius [a] postulat quã vt fideicommissi nomine satisdetur: non debet is, qui iuri dicundo præest, subtiliter [b] cognoscere, debeatur necne fideicommissum, sed tantum decernere vt satisdetur. Sine die & consule.

De cautione remissa.

2. Diuus Marcus [c] Stratonicæ.

IPsis rerum experimentis cognouimus ad publicam vtilitatem pertinere, vt satisdationes, quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis & fideicommissis introductæ sunt, eorundem voluntate remitti [d] possint. Quocunq; enim iudicio [e] voluntatis, cautio legati vel fideicommissi remitti potest. Sine die & consule.

De pignore.

3. Impp. *Seuer. & Anton.* AA. Symphoro.

SI postquam [f] seruandi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio aut venditio ab herede interuenerit : præcedere [g] causam tuam [h], quã iure prætorio [i] veluti pignus habuisti, manifestum est. PP. 11. Kal. Decemb. Dextro & Prisco Coss. 197.

De rogata restituere hereditatem cum morietur.

4. Imp. *Antoninus* A. Protagoræ.

CVm Artemidoram patri pupillorum tuorum heredẽ extitisse proponas : quamuis vt fideicommissam hereditatem his, cum [k] moreretur, restitueret, petita sit : nullam tamen aduersus debitores hereditarios habent pupilli tui actionem. Planè, vt satis fideicommissorum nomine Artemidora det, (si [l] modo testator id fieri non prohibuerit) apud suum iudicem conueni. PP. 3. Kal. Iulij, Læto II. & Cereale Conss. 216.

De iure missi in possessionem.

5. Imp. *Alexander* A. Paulinæ.

QVi legati siue fideicommissi causa in possessionem mittuntur, non [m] proprietatẽ nanciscuntur, sed ius pignoris [n]. Vt autem & post acceptum pignus satisfiat defuncti voluntati, competens iudex te adeunte prouidebit. PP. 3. Id. Aug. Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

De fideicommissario in possessionem mittendo.

6. Idem A. Donato.

CErta est forma iurisdictionis, qua fideicommissi seruãdi causa in possessionem rerum, quæ in causa hereditaria sunt, aut dolo malo esse desierunt, is, cui legati vel fideicommissi nomine satis nõ datur, mittitur, vel in proprias [o] res heredis, si fideicommisso satis non fit post [p] sex menses quam peti cœperit, secundum diui Antonini [q] patris mei constitutionem. PP. 6. Id. Ian. Fusco II. & Dextro Coss. 226.

An cautio possit remitti.

7. Idem A. Proculiano.

SCire debetis, fideicommissi || quidem || & legati satisdationem remitti [r] posse, diuum Marcum || & diuum Commodum || constituisse. Vt autem boni [s] viri arbitratu is, cui vsusfructus relictus est, vtatur fruatur : minimè satisdationẽ remitti testamento posse. PP. 10. Kalend. Martij, Fusco II. & Dextro Coss. 226.

De relicto ciuitati.

8. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Zenodoro.

COntra eos siue successores eorum, qui rempublicam administrantes [t] per officij necessitatem ciuitati sub cõditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quãti reipublicæ intererit satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem. S. 7. Kal. Mart. CC. Coss.

DE SVIS [u] ET LEGITIMIS LIberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

Tit. LIIII.

De sorore consanguinea.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. Crispinæ.

---

a *l. 87. §. 2. D. de legat. 2.* b superuixisse. c etiam extraneum. *l. 78. §. 3. D. de lega. 2.* d alij *Cuiac. 18. obs. 16.* e constringitur. In quibusdam codicibus adiicitur hoc quod sequitur, vt heredibus eorum restituat, sicut sunt restituta ab illis.

f Legatum relictum, *Si ad certam ætatem perueniat.* impleta ætate transmittitur ad heredes, *Bald. l. 5. D. eod.* Relictum est puellæ cuidam legatum his verbis: *Cum quindecim annorum erit.* ad quam ætatem cũ peruenisset, decessit antè quàm legatum exegisset: constitutio hæc definit, licet legatũ non petierit, si tamen ad eam ętatem peruenerit, ad heredes suos id eã transmisisse. *Synopsis Basilic. 44. t. 19. cap. 105.*

g derelictum, *Hal.* delegatum, *Cuiac. 18. obs. 26.* sic Egesippus 2. Solomę delegatum seruauit.

h vestigium iuris veteris, hîc obseruandum, quo vxori non habẽti solidi capacitatem, licebat legare vsumfructum tertiæ partis bonorum : & cum liberos habuisset eiusdem partis proprietatem, *vt l. 78. §. 14. ff. ad Trebell. Vlpian. t. 15. vers. prætor. l. 10. ff. de præscrip. verb. l. 48. ff. de vsur. l. 24. ff. de adimendi. l. vlt. ff. vsufruct. lega. adde Cuiac. 10. obs. 17. 18. obs. 16.*

i quandoque liberos habuerit. *Vlp. 15.* quandoque liberos habebit. *leg. 25. ff. de condit. & demon.* cùm liberos habuisset, *l. 48. ff. de vsur.* sublatis liberis, *l. 24. ff. de adimendu.* ad tẽpus liberorum, *l. 61. ff. de condit. & demonst.* in tẽpus liberorum, *l. 4. d. tit.*

k etiam vnico, *l. 1. j. de condition. insert.* Nec interest natus sit viuo an mortuo testatore, dum tamen post testamentum, *l. 9. l. 61. ff. de condit. & demonst.* neq; ex alio matrimonio, *l. 25. ff. de condit. & demonstrat.*

l licet mulier amiserit filium propter quem consequuta est legatum, non propterea legatum perdit.

m *l. 22. ff. eod.*

n Hæc verba, *cum ad statũ peruenerit*, legatum suspendunt, mora, non conditione, *l. 46. in f. ff. ad Trebell. l. 26. §. 1. ff. quando dies.* Tempus certæ ætatis adiectum legato, legatum non facit conditionale. Ideóque licet legatarius ante ætatem moritur, petitio legati ad eius heredes transmittitur, *adde Hotom. cons. 21.* An idem erit, si ita legatum sit, Cùm nupserit? *l. 10. ff. de cond. & demonst. v. Hotom. ibid.*

o Aliud mora, aliud conditio *vt hic: & l. 6. ff. eodem. l. 1. ff. de legat. 2. l. 66. ff. de condit. & demonst.*

p *l. 13. ff. de probationib. l. 77. §. 14. ff. de legat. 2.* Græci ἀκμὴν, id est, iustam ætatem, quæ & virilis vigor, *l. 1. ff. de minoribus.* ad differentiam vigoris pubentis, *l. 4. j. qui testamenta.* & breuiter status, ætas plena, perfecta, integra, vigintiquinque annorum, *vide Cuiacium 29. de præscriptionibus.* adde quæ de legitima ætate scripsi ad *leg. 27. ff. de negotijs.*

q An & quando annus cœptus pro completo haberi debeat, dixi *ad l. 3. §. 3. ff. de minorib. l. 5. ff. qui testamenta. l. 46. ff. de condit. & demonst. l. 74. §. 1. ff. ad Trebellia. l. 8. D. de munerib.* r *l. 49. D. de legat. 1.*

ſ Fideicommissum ab intestato relinqui potest. *v. l. 3. s. ad Trebell.*

t Legatorum codicillis relictorũ dies, perinde cedit atque testamento relictorum, *l. 6. in f. ff. eod.* u *l. 77. §. 3. D. de legat. 3.* x Fideicommissum post diem transmittitur ad heredem etiam ignorantem. vnde colligitur, Interdum dominiũ adquiri sine traditione *vt hic: l. 64. inf. D. de furtu. v. Ferrariensem in forma libelli actionis realis 2. in verbo, Iure dominij 9. num. 27.* y *dixi ad l. 36. D. 4.* z *dixi ad 36. D. 3. adde 44. Ec. 21. 22. 31.*

a etiamsi nondum dies legati venerit, cautionem legatarius ab herede petere potest, qua de re Prætor summatim cognoscit. Summatim, i. de iure legati nõ inquirit, sed simpliciter an legatum sit

b i. summatim, *l. 3. §. 1. D. eo. facit. l. 14. inf. D. vt legator. nomine.*

c fit huius constitutionis mentio in lege *46. D. de minorib.*

d Satisdatio legati vel fideicõmissi causa, heredi à testatore remitti potest *vt hic: & l. 4. in f. l. 7. j. eod. & Nouell. 159.* Potest etiã remittere testator ne heredis bona hypothecæ sint subiecta legatarijs. *v. Clarum 3. sent. §. testament. quæst. 70.*

e indicio. Idem error multis aliis locis irrepsit *v. Cuiac. ad Nou. 22.* hinc etiã cõstat in remittenda cautione vulgari fideicommissario, sufficere quodlibet iudicium. *l. 77. in f. D. de condit. & dem.*

f *l. 2. j. qui potiores*

g Habens pign⁹ prætorium in re aliqua, præfertur posterioribus, emptionis titulum habentibus.

h causam emptorum scilicet nõ creditorum anteriorum, *l. 5. §. 4. D. eod.*

i Pignus prætorium dicitur, quod iure prætorio, id est, ex edicto constituitur, *vide j. de prætor. pignor. vide Cuiacius 5. obser. 50.*

k ante euentũ diei incertæ, fideicommissum peti non potest, fideicommissi verò sua die prę standi cautio peti potest: nisi cautio à testatore sit remissa, & meritò, causa enim cognita, ante diem & conditionem cauere quis cogitur, *l. 1. in f. D. qui satisdat.*

l *l. 2. s. eod. l. 7. j. eod.* m *l. 5. D. eodem.* n prætorij. Prætorium enim pignus est, quod missio in possessionem constituit. *j. de prætorio pign. l. 3. §. 1. D. de rebus eorum. l. 12. D. pro empt.* o *v. l. 5. §. 16. D. eod.*

p Legatarius in res heredis mittitur, si post sex menses quàm adiit prætorem, heres neque satisdedit, neque satisfecit.

q *d. §. 16.*

r *l. 2. s. eod. l. 12. D. vt leg. l. 77. in f. D. de condit. & demonst.*

ſ Satisdatio legati, heredi quidem remitti potest, sed non illa, qua caueat se rectè vsurum fruiturum : quumque finitus fuerit vsusfructus rem restituturum. *Synopsis Basilic. 44. tit. 21. c. 7. dixi ad l. 1. s. de vsufr.*

t Pro legato reipublicæ, tenentur eius administratores satisdationem ab herede petere. aliàs, negligentes tenentur in id quod reipublicæ interest, *facit l. 1. 2. 3. s. de magistratib. conueniend. l. 2. j. de administ. rer. l. vlt. D. de magistratib. conueniend. facit l. 26. D. de negotijs.*

u *dixi ad 38. D. 16.*

Si fra-

a Hæc lex non est de liberis sed de agnatis ex transuerso. hoc tamen ideo factum esse potuit, vt intelligeremus in successionibus intestatorum, quid iuri ciuili & prætorio interesset: quod collata & coniuncta *l.2.j.qui admitti*, adparebit statim. Ius prętorium, per se temporarium est: ciuile perpetuum.
b Heres legitimus à succedendo non excluditur centum diebus. c Cur ita? quia tempus centum dierum bonorũ possessionibus præfinitum est non hereditatibus *Syn. Basi.45.ti.2.c.24.*

SI fratri[a] tuo legitima heres esse potes: centum [b]dierum præfinitione non excluderis ab acquirenda hereditate[c]. P P. 3.Non.Nouem. Antonino A.II.& Geta II.Conss.206.

De nepotibus ex diuersis filiis.

2. Impp.*Diocl.& Maxim.* AA.Auiæ.

NEpotes ex diuersis filiis varij numeri auo succedentes ab intestato, nõ pro virilibus portionibus, sed ex[d] stirpibus succedunt. S.3.Kalen.Martij, Hadrianopoli, ipsis AA. IIII.& III.Coss.290.

3.Iidem AA.& CC.Frontoni.

VT intestato defuncti filius[e] ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manentes in sacris[f] pariter[g] succedant: euidenter lege duodecim tabularum cauetur. quod & honorarij iuris obseruatio sequitur. S.15.Kal.Iul.AA.Coss.

De posthumo filio & sorore defuncti.

4. Iidem AA.& CC.Marcellæ.

INtestato||quidem||defuncto posthumum[h] suum heredẽ, quàm sororem, licet consanguineam, haberi potiorem, ordo successionum lege[i] duodecim tabularum factus, nimis euidenter demonstrat. S.6.Id.Dec.AA. Coss.

De adoptato.

5.Iidem AA.& CC.Appiano.

SI te parens, in cuius fuisti potestate, solenniter in adoptionem[k] dedit: cum filiis naturalibus adoptiui patris ante vel pòst quæsitis defuncto intestato succedere potes. Da. 6.Kal.Mart.Cæsaribus Coss.

De nato ex libera & Seruo.

6. Iidem AA.& CC.Posidonio.

EX libera cõceptus & seruo, velut[l] spurius habetur: nec vt decurionis filius (quamuis pater eius||naturalis|| manumissus, & natalibus[m] suis restitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi potest. Supposita 6.Id.Feb.CC.Coss.

De filio libertini.

7.Iidem AA.& CC.Æmilianæ.

FIlium habere suum libertus[n] in potestate non prohibetur, cùm ob præteritum statum ex legitimis nuptiis ingenuorum exemplo filios habere liberto non sit interdictum. S.16.Kal.Mart.CC. Coss.

De filia defuncti apud hostes.

8.Iidem AA. & CC.Catoniæ.

APud hostes patre defuncto, filia communis vobis, quo casu mortis scientia[o] non postulatur, heres extitit sua, & ad te transmisit[p] successionem. S.12.Kal. Decemb. Nicomediæ, Cæs.Conss.

De filiis seu filiabus, & nepotibus seu neptibus ex filia.

Auo vel auiæ ab intestato moriente succedunt nepotes ex filia, cum auunculis & materteris cum deminutione tertiæ partis eius portionis, in qua parens succederet si viueret. Salyc.

9.Imppp.*Valentin.Theodos.Arcad.*AAA.Constantino præfecto prætorio.

SI defunctus, cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem functa, cuiuscunque sexus aut numeri nepotes: eius partis, quam defuncta superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia: tertia † pars fratribus sororibúsve eius quæ defuncta est, id est, filiis, filiabúsque eius, de cuius bonis agitur, auunculis scilicet siue materteris eorũ, quorum commodo legem sancimus, accrescat[q]. Hæc eadẽ, quæ de aui materni bonis constituimus, & de auię[r] maternę siue etiã paternę simili ęquitate sancimus: nisi fortè auia elogia

d Nepotes ex diuersis filiis auo succedunt ex stirpibus *vt hic.* i. in stirpes, *§.6.Inst.de hereditatibus quæ ab intest.No.*118. *c.1. infi.* in stirpem, *Cai.2.ti.8. §.3.in fi.* seu portionẽ patris sui, non in capita.
e Cum filiis defuncti vocantur defuncti nepotes.
f *v.l.vl.infi.j.ad Tertull.*
g si tamen vnicus sit nepos: alioquin si filius vnus sit, quatuor nepotes: hereditas non in quinque sed in duas partes diuidetur. *v.No.18.c.1.* Ideóq; siue nepotes patruis cõcurrant *vt hic:* siue patruorum liberi, in stirpes semper succedent *l.2.s.eo.*
h Posthumus admittitur ad hereditatem defuncti *l.1. §.9.ff. de suis.* & sorori defuncti præfertur, *vt hic.*
i *d.§.9.*
k Adoptiuus admittitur ad successionem cum filiis legitimis & naturalibus, siue ante, siue post adoptionẽ nati sint. *Sy. Ba. 45.titul.2.c.28.s. Harm.8.§.83.l.1. §.6.D. vnde liberi.§.2.Inst.de hered.quæ ab intestato.*
l πορνογενὴς 45. *Eclo.2.c.28.l. 1.s. soluto.*
m *dixi ad l.2.s. de iure aureorũ.*
n Nihil impedit quominus libertus filiis possit succedere, cùm eos habeat in potestate.
o Sui heredes etiamsi ignorantes se heredes esse, naturæ concesserint, hereditatem parẽtum transmittunt ad heredes suos.
p Transmittit hereditatem etiam non aditã heres suus, ad quoscunque heredes etiam extraneos *vt hic.* Cuius sententiæ varias exceptiones vide apud Socinum *regul.173.* adde quæ de transmissione dixi *ad legem vnicam, §. quinto, Codic. de caduc.*
† Nepos ex filia, auo materno succedit cum auunculis & materteris, cum deminutione trientis, in qua mater eius succederet, si viueret, *vt hic.& l.19.s. de collationibus, l.4.Cod.Theodos. de legitimis heredibus §.15.in fin.Instit.de heredit.quæ ab intestato.* Hodie sine deminutione succedit *leg.vltim.j.eodem.Nouell.18.cap.4.& 118.c.* 1. licet neque sui neque legitimi sint. Ideóque hæc lex, eiúsque similes abrogantur. abrogatur etiam ius vetus, quo ex filia nati, post lineam agnatorum vocabantur, *§.15.Inst.de hereditatib.quæ ab intesta.*
q Hic integra sententia Cod. Theodos. *d.loco* omissa est. Ea ita habet, Quòd si hic defunctus de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, præterea filios non habebit, sed qui præferri nepotibus possint habebit adgnatos, in quandam Falcidiam & in dodrantem nepotes iure succedant.
r Nepotes vt succedunt auiæ maternæ.
s Ne dicas cum Accursio, Nepotes ex filio iustis de causis posse exheredari ab auia. nã agitur hîc de successionib. ab intestato. nemo verò exheredatur ab intestato, sed nepotem exheredatum à patre vel matre non repręsentare vicem sui parentis in successione aui vel auiæ. *adde Cuiac.18.obs.17.* t defecerit, *dicta l.4.C.Theod.*
u Nepotes ex filia pręteriti, rumpunt testamentum, aut iniustè exheredati querela inofficiosi vtuntur. x hæc voc deest in Codice Theodosiano *d.loco.*
y de hereditatis petitione. z de querela inofficiosi.

inurenda[s] impiis nepotibus iusta semotis ratione dixerit, ||& hoc fuerit legibus approbatum.|| Non solum autem si intestatus auus auiáue decesserit[t], hæc nepotibus quæ sancimus iura seruamus: sed & si auus vel auia, quibus huiusmodi nepotes erunt, testati obierint, & præterierint[u] nepotes, aut exheredauerint. Eadem[x] & de iniusto auorum testamẽto. Et si quæ filiæ poterant vel de re[y] vel de lite[z] competere actiones, nepotibus deferimus secundum iustum nostræ legis modum, quæ de parentum inofficiosis testamentis cõpetunt filiis. Dat.5.Ka.Mart.Mediolani, Timasio & Promoto Conss.389.

De capitis deminutione.

10. Impp. *Theodos.& Valent.*AA.Maximo[a] PP.

VBi auiarum successio morte interueniente discutitur, capitis deminutio[b] paterna[c] quærenda nõ est. Tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis, qui potestatem familiæ potuit habere, tractatur. Dat.15. Kal. Octob. Rauennæ, Theodosio XIII.& Valentiniano III.AA.Conss.430.

De parentibus & liberis defuncti vel defunctæ.

11. Impp.*Theodos.& Valentin.* AA.ad Senatum vrbis Romæ.

SI matre[d] superstite filius vel filia, qui quæue moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri suo matríve ||suæ|| ipso[e] iure succedãt. quod sine dubio & de pronepotibus obseruandum ||esse|| censemus. Datum Idib. Nouemb.Theod. XV.& Valentin.||III.||AA.Conss.435.

De liberis & transuersalibus.

12. Imp.*Iustinianus* A.Mennæ præfecto prætorio.

QVotiès aliquis vel aliqua intestatus vel intestata, mortuus vel mortua fuerit, nepotibus vel pronepotibus cuiuscunq; sexus, vel deinceps aliis descendentib. derelictis, quibus *Vnde liberi* bonorum possessio minimè competit, & insuper ex latere quibuscunque agnatis: minimè † possint iidem agnati quartam partem hereditatis mortuæ personę sibi vindicare, sed descendentes[f] soli[g] ad mortui successionem vocẽtur. Quod tantum in futuris[h], non etiam præteritis negotiis seruari decernimus. Dat.Kal.Iul.Constantinop. DN.Iustiniano A.PP.II.Cos.528.

De liberis.

In authent.de heredibus ab intestato.§.1.coll.9.tit.1.ex Nouell.118.cap.1.

IN successionem mortui patrisfamilias, siue filijfamilias, liberi[i] eius si sunt, omnibus aliis prælati succedunt. Primi quidem gradus æqualiter[k] succedunt: nepotes & vlteriores in[l] stirpes: non distinguendo sexum † vel iura † potestatis, sed sola naturali causa inspecta.

AD SENATVSCONSVLTVM Tertullianum[m].

Tit. LV.

De infantibus.

1. Imperatores *Diocletianus*[n] *& Maximian.*AA. & CC.Viuianæ.

LICET liberi matribus ab intestato ita demum per se heredes existant, si fari[o] possint: tamen matres liberis etiam si infantes[p] naturæ concesserint, posse succedere, nulla dubitatio est. PP.10.Kal.April.Tiberiano & Dione Conss.291.

Patrem matri præferri.

2. Iidem AA.& CC.Rhesæ.

IN successione filij vel filiæ communis sine liberis & fratribus † & sororibus morientis, pater † manumissorem[q]

a Maximo Pręfecto vrbi *l.6.C. Theod.de legitim. heredit.*
b *adde l.1.§.4. ff.de suis.*
c materna. ita extat in Codice Theodosiano *dict.l.6.*& ita legi in Basilicis *li.46.*Cuiacius *18. obs.*17.notat, & rectiùs. vt sit sensus, Natum post emancipationẽ matris, iure ciuili, auo materno non succedere, auiæ paternę vel maternæ non succedere. ad hæc frustra queri, An mater fuerit emancipata, quia auia (vt & quæuis mulier) familiæ potestatem non habet, *l.13.ff.de suis l. 8. j.de præscription. longi tempor. Leo Nou.25.* De emãcipatione *adde l. 7.Cod.Theod.eod.*
d In successione ab intestato, descendentes ascendẽtibus pręferuntur, *vt hic: & 45.Eclog.2.c. 32.l.2.§. 6. ff. ad Tertul.§.3.Instit. de Sc.Tertull.No. 118.cap.1. Lex 8. in f.C.Theodos.de legitim.* estque hæc lex pars legis *5.j.ad Tertull.*
e Liberi ipso iure parentib. succedunt.
† abrogatur pars legis *9.s.eo.* & similes, de quibus *ibi.* dixi.
f Descendentiũ appellatione in infinitum descendentes intelliguntur: vt hac voce fideicommissi pgressum in infinitum intelligamus, *v.Simonem de Pratis 3. de interpretatione 3.dubitatione 1. solutione 10.*
g *Nouell.*18.c.4. *Nouell.*118.c.1.
h *l.7.s. de legibus.*
i In successione defuncti, liberi omnibus pręferuntur.
k Primo gradu, liberi inter se æqualiter succedunt.
l Nepotes inter se vel cum patruis vel cum amitis succedũt in stirpes, *l.2.3. s.eod.*
† Confirmatur lex vlt.*s.eodem.l.9.s.eod.*& similibus legibus abrogatis. † id adiectum videtur propter legem *10.s. eod.* m *dixi ad* 28.*ff.17.* quo matre succedunt liberis ab intestato mortuis nulla relicta prole.
n Theodosio videtur hæc lex tribui *Nouell.158.*
o Maior infante, per se matris hereditatem potest petere, *vide legem* 18.*s.de iure deliberandi.*
p hoc innuit, Etiamsi filius infans ex Sc. Orphitiano matri non succedebat, nisi per patrem aut tutorem: ex Tertulliano tamen, matrem cuiusque ætatis filio succedere.
† Parentes, filiis sine liberis & fratribus mortuis succedunt *vt hic*: Verum lege Hispanica patrẽ succedere filio notat Duenazius *regula* 364. fratre defuncti excluso: Vbi etiam notat alia lege Hispanica, filium, qui nullos habeat liberos, patrem vel matrem onerare non posse, nisi ad tertiam partem bonorum, præterquam in locis & ciuitatibus, quæ bona radici, hoc est, genti addicunt.
† In successione filij pater præfertur matri *vt hic: & l. 2.§.5.ff.eod.§.3.Inst.eod.l.10. ff.de suis.* hodie non præfertur. *l.vlt.§.1.j.eod.*
q *l.10.ff.de suis.* manumittit filium qui emancipat.

a Mater quæ filio tutorem non petit, filio non succedit, si quidem is impubes decessit: si pubes, succedit, *l.6.j.eod.45.E clog.1.c.32.adde l.2.§.1.l.4.§.2.ff.qui petant. tutor. l.2.j.si aduers. delict.5.Harmenopul.8.§.92.* b De præscriptione, i. exceptione, non petiti tutoris: Præscriptio enim exceptio. hinc liber Tertulliani de præscriptionibus aduersus hęreticos: id est, de defensionibus & exceptionibus aduersus hęreticos

quia ei sit vetus ius seruatum, matri præfertur. S.6.Id. Decemb. CC. Conss.

De præscriptione tutoris non petiti.

3. Imperator *Constantinus* Aug. Catulino proconsuli Africæ.

MAtres quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus||eis||tutores[a] non petierint, præscriptione [b]||tamen||non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere præscribi, certum est. Dat. 6. Kal. Augusti, Constantio, A. VII. & Constante Coss. 534.

De secundo nubentibus.

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theodos.* AAA. Eutropio PP.

SI qua mulier nequaquam religionē[c] priori viro, ex quo filios seu filias non habet, nuptiarum festinatione[d] pręstiterit, ex iure quidem notissimo infamis fit, nisi[e] huiusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: sin autem ei filij erunt seu filiæ, & impetrauerit indulgentiam, infamiæ[f] abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, si facultatum omnium quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio vel filiæ, filiis seu filiab. donauerit, quos habebat ex viro priore susceptos, purè scilicet & omni donationis solennitate completa, nec retento quidem vsufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis seu filiabus pluribúsve donauerit, & sorte fatali[g] vnus vel vna, seu alius vel alia ex iisdē intestatus vel intestata obierit: semper ad†superstites fratres vel sorores volumus pertinere. Sin autem vniuersi vel vniuersę intestati diem obierint: duræ[h] fortunæ ad matrem solatia ex integro reuertantur: ita scilicet, vt hunc semissem, quem filiis vel filiabus donauerat, intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab vltimi filij vel filiæ hereditate præsumat. P P. 15. Kal. Ianuar. Gratiano V. & Theodosio AA. Coss. 380.

5. Imperatores *Theodos. & Valent.* AA. Senatui vrbis Romæ.

MAter[i] quæ[k] defuncto filio filiæve sine liberis, ex testamento vel ab intestato succedit: si matrimonium secundum post † mortem filij vel filiæ non contraxerit, omnia filij||seu filiæ||morte delata||vel derelicta,||pleno iure acquirat. Sin verò alterius†mariti coniugium eleg[illegible] extrinsecus[l] quidem quæsita filio filiæue, simili firmitate possideat. rerum vero paternarum[m] defuncti solo vsufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem||& sororibus &|| fratribus[n] transmissura defuncti. Datum 7. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. Coss. 426.

Mater tutrix filij priuatur eius hereditate, si transiuit ad secunda vota, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari. Salycet.

6. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

OMnem[o]||matri||siue ab intestato, siue iure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam volumus successionem, si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad cundas contra sacramentum præstitum adspirauit nuptias, antequam[p] ei tutorem alium fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelæ gestæ, persoluerit. Dat. 7. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. & Festo Coss. 438.

De defuncti, vel defunctæ matre, fratribus, sororibus, patruo, patrueli & patruelis filio. 1. De patre, matre fratribus & sororibus. 2. De secundo nubente.

7. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SI quis, vel si qua, matre superstite & fratre, vel legitimo, vel sola cognationis iura habente, intestatus vel intestata decesserit: non excludi à filij successione matrem, sed vna†cum fratre mortui vel mortuæ, si superstes vel filius vel priuignus[q] ipsius sit, ad eam peruenire, ad similitudinē sororum mortui vel mortuæ: ita tamen, vt si quidem solæ†sorores agnatæ vel cognatę, & mater defuncti vel defunctæ supersint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam ||partem|| omnes sorores habeant. Sin verò matre superstite & fratre, vel[r] fratribus solis, vel etiam cum sororibus intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hereditas: nec liceat matri occasione sororum mortui vel mortuæ ampliorem partem sibi vindicare, quam rata portio capitum exigit: patruo scilicet mortui vel mortuæ, & eius filio vel nepote, nullum ius ad eius hereditatem (matre ||eius|| herede existente) habentibus: nec ex veteribus legibus, vel ex constitutionibus partem patris minui. 1 ¶ Sin autem defuncta persona non solum matrem, & fratres, & sorores superstites habeat, sed etiam[s] patrem: sed si quidem sui iuris decessit, quia patris persona interueniens, matris iura superare videtur: omnibus pio animo prouidentes, sancimus fratres quidem & sorores mortuæ personæ ad successionem proprietatis solos pro[t] virili portione vocari: patri autem & matri vsumfructum[u] totius successionis pro besse competere, æqua lance inter†patrem & matrem diuidendum, reliqua parte vsusfructus apud fratres & sorores remanente. Sin verò defuncta persona in sacris[x] patris constituta decesserit: pater quidem vsumfructum, quem & viuente filio habebat, teneat, donec viuat incorruptum: mater autem quia||hunc||vsumfructum habere viuente patre non potest, totum apud patrem constitutum: vna cum fratribus defunctæ personæ ad proprietatem vocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidia†, cum fratribus vel promiscui[y] generis secundum supradictam distributionem in virilē portionem. Omnibus videlicet quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. Dat. Kalend. Iun. Constantinopol. DN. Iustiniano Aug. PP. II. Cos.

In authent. de nupt. §. & quoniam mater. coll. 4. tit. 1. nouell. 22. cap. 47.

ET cum solis fratribus, & cum solis sororibus, & cum permixtis, vocantur matres in virilem† portionem.

De exheredatione.

In authent. vt cum de appellat. cog. § sancimus itaque. §. si vero contigerit. coll. 8. tit. 16. al. 12. nou. 115. c. 4.

IN testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi iusta causa exheredationis inseratur, quæ septenario numero noua constitutione distribuitur. alioquin rescinditur testamentum circa constitutiones: nam in cæteris[z] perseuerat†.

De parentibus fratribus sororibus defuncti.

In authent. de hered. ab intest. venient. §. consequens. §. & consequenti. coll. 9. tit. 1. nou. 118. c. 2.

DEfuncto sine liberis filio, parentes, si soli sunt, succedunt salua gradus[a] sui prærogatiua: si pari[b] gradu sunt, pariter succedunt: paternis[c] quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata licet sit dispar eorum numerus. Sed si cum parentibus fratres & sorores vtrinque defuncto coniuncti supersint: vocantur cum ascendentibus gradu proximis, ita vt viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus & patriæ potestatis, vbi nulla secundarum nuptiarum sit mentio.

AD SENATVSCONSVLTVM Orfitianum[d].

Tit. LVI.

De consanguineis matre, & filia defuncta.

1. Imp. *Alexander* A. Euangelo.

SI intestatæ mulieri cōsanguinei existant, & mater[e], & filia: ad solam filiam ex senatusconsulto Orfitiano hereditas pertinet. PP. 15. Kal. Feb. Fusco II. & Dextro Coss. 226.

De portionibus.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Metrodoro.

c Religionē viro mortuo vxor debet, hoc est, intra annū luctus alteri nubere non debet.
d intra annum luctus sc. *v. l.1.j. de secund. nupt.* Nuptiarum festinatarum hæc est matri pœna, vt fiat infamis (nisi princeps ei infamiā remittat) quin vt princeps remittat, medietatem bonorū, quę tempore nuptiarum habuerit, amittit, liberis adquirendā, ne retento quidem vsufructu. & eò quidem amplius, vt si vnus liberorum decedat, fratres superstites ei defuncto succedant. quod si vniuersi intestato mortui sint, duræ fortunæ ad matrem solatia reuertētur: hoc est, successio liberorum ad matrem reuertetur. *Synops. Basi. 45.t.1.c.33.*
e *Nouell. 22. c. 22 adde quæ dixi ad ad l.15. s. de hu. qui notant.*
f Princeps notā infamiæ potest remittere.
g mortem intelligit, quam prudentiores non fato sed Dei prouidentiæ attribuunt.
† & ita fratres matres excludebant, *vt hic: & §.3. vers. frater in stit. eodem.* hodie non excludunt, *l.7.j.eod.*
h *v. l.28.s. de inofficios. l. vlt. j. de institut. 15. ff. de ino. l.7. inf. ff. vnde liberi. l.26. in fine. ff. si quis omis. cau. testam. l.78. ff. de condi. & demon.*
i *Synopsis Basil. 45. tit. 1. c. 34.*
k quæ habens ius liberorum defuncto, &c. *l. 8. Cod. Theodos. de legitim. heredib.*
† Quid si ante mortem filij? olim in omnibus bonis filij, cum profectitiis tum aduentitiis solū habebat vsumfructum, *l.3. inf. s. de secunda nupti.* Hodie id immutatum est vt mox dicam.
† Mater nubēs post mortem filij, pro sua parte aduentitia filij bona pleno iure capiebat, profectitia à patre, vsusfructus tantùm iure *vt hic*: Hodie, mater cùm fratribus & sororibus defuncti succedit in virilem pleno iure, in bonis aduentitiis & profectitiis, siue in viduitate permanserit, siue ad secundas nuptias venerit ante vel post mortem filij, *v. Nouell. 2. c. 3.*
l id est, profectitiorum.
m *Nouell. 22. cap. 40. l. 10. j. de legit. hered.*
n vox *fratribus*, deest in Codice Theodosiano quod à Triboniano mutatū. placuit, enim Iustiniano, vt & cum sororibus mater veniret in virilem.
o Si mater non iteraturam se nuptias promiserit, legitimáque filij tutela suscepta, secundum postea matrimonium contraxerit: filio qui decedit impubes, nō succedet, ne quidem à patre substituta: nisi prius ei tutorem petierit, & quæcunque debentur ex ratione gestæ tutelæ persoluerit. *Synopsis Basilic. 45. tit. 1. c. 35. v. l. 3. s. eo. l. 10. j. de legitim. heredib. 5. Harmen. 8. §. 92.*
p *l. 3. s. eod.* Mater tutrix filij priuatur eius hereditate, si iterum nupsit antequam ei tutorem petierit, & ita cessat Tertullianum *vt hic & Nouell. 22. cap. 40. & d. l. 10. adde l. 6. j. in quib. caus. pignus.* † Olim frater defuncti eius matrem excludebat. *l. 4. vers. quem quidem. s. eod. §. 3. vers. frater. Instit. eodem.* hodie non excludit *vt hic & Nouell. 22. cap. 47. §. 2. Nou. 118. c. 2.* q *v. Cuia. 12. obs. 7.* † Si defuncti mater & solæ sorores extabant, mater in semissem succedebat, reliquę sorores in aliū semissem *vt hic*: hodie in virilē, *Nouell. 22. ca. 47. Auth. & cum solis. j. eod.*
r Si defuncti mater & fratres: vel mater, fratres, & sorores, mater virilem obtinet.
s Si defuncto pater, mater, fratres & sorores extiterint, quomodo succeditur? Si defunctus sui iuris fuit, integra proprietas ad fratres, dimidia vsusfructus ad patrē & matrem defuncti: *vt hic*: altera dimidia ad reliquos fratres defuncti deferebātur *vt hic*. Paulo post, integer vsusfructus patri adtributus fuit, *l. 23. j. de legitim.* Tandē vsus loco, virilis proprietatis patri data. est. *Nouell. 118. ca. 2.* Si verò defunctus sui iuris non fuit, vsusfructus integer patri soli adquirebatur *vt hic*: quod tamē immutatum est vt mox dicam. Proprietas verò adquirebatur matri & dimidia vsusfructus, si solis sororibus defuncti concurrit: virilis si cū fratribus solis, aut cum fratribus simul & sororibus defuncti cōcurrebat.
t *l. 11. s. famil. ercisund.*
u *al.* Vsusfructus totius successionis semissem competere, quæ lectio est sincera.
† olim pater matri præferebatur. & ita abrogatur lex 2. § 15. *ff. eod. §. 3. vers. pater. inst. eod. l. 2. s. eo. l. 10. ff. de suis & legitimis.*
† in dimidiam *Hal.* hodie in virilem, *Authent. Et cum solis. j. eo.*
x *l. vlt. j. de inoff. l. vlt. s. de curat. furios. leg. 3. s. de suis. l. 3. j. de bonis maternis. l. 31. s. de fideicom. l. 1 §. vlt. j. de annali except. l. 12. s. de collat.* Habebant veteres sacra propria & priuata. *Cicero 2. de legib. 7. Valer. 7.*
y i. si matri cōcurrunt fratres simul & sorores defuncti. † Olim cum solis sororibus vocabatur. & ita abrogatur pars legis superioris. z i. legatis & fideicommissis. *dixi ad Nouell. 115. c. 3. in fin.*
† Olim ita non fuit. *dixi ad d. cap. 3.*
a vt qui prior gradu fuerit, prior succedat.
b Pares gradu, pariter succedunt.
c Filio filiáve defunctis, vna dimidia paternis parentibus: altera maternis cedit. Mirum, quòd non dixerit: Paterna paternis: materna maternis cedere, vt *l. 13. j. de legitimis heredibus.*
d *dixi ad 38. ff. 17. adde Paul. 4. sent. 10.* quo filij succedunt matri intestatæ.
e In successione matris, filia, matris consanguineis & adgnatis omnibus defunctæ præfertur, *adde l. 1. ff. eod. Inst. eod. in princip.* id est, Descendentes præferuntur adscendentibus, *l. 4. j. eod.* successio magis descendit quàm ascendit. si mulier extantibus, matre & filia decedat, ad filiam defunctæ hereditas pertinet. *Synopsis Basilicon 45. tit. 1. cap. 30.*

Non

a *l.7.§.de iure delib.* b Deficientis portio adcreſcit,reliquis adeuntibus.
c Liberi matri ſuccedunt citra bonorum poſſeſſionem,*facit l.4.j.tit.prox.* Cur ita? quia non pretoris ſed ſenatuſconſulti beneficio admittuntur ad ſucceſſionem,*l.1.C. Theod.de legitim.hered.l.1.C. Theodoſ.de cretionib.bonor.ſubtat.l.13 ff.vnde legitim.*
d ſola aditione *Paulus 4.ſent.10.§.vlt.* e *l.3.C.Theodoſ.de legitim.heredib.*

NOn pro numero ſuperſtitum mortis matris tempore, ſed ſuccedentium,materna ſcinditur hereditas. Quapropter ſi mater veſtra te & vno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria poſitis poteſtate ſuperſtitibus diem functa eſt: & hi,qui in poteſtate patris fuerant,priuſquam[a] maternam hereditatem ſibi quærerent,rebus humanis exempti[b] ſunt: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones.S.7.Kal.April.Sirmij,AA.Coſſ.

Pro herede geſtio.

3. Iidem AA.& CC.Iulianæ.

MAtri inteſtato defunctæ ſecundum Orfitianum ſenatuſcōſultum,citra[c] bonorum poſſeſſionem filia pro herede gerendo[d],ſuccedere non prohibetur.S.12.Kal.Nou. AA.Coſſ.

De liberis & parentibus defuncti,defunctæve.

4. Imppp.*Gratean.Valentinian.& Theodoſ.*AAA. ad Hilarianum P.V.

QVotiens[e] de emancipati filij filiæve ſucceſſione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro ſolido ſucceſſio,neque[f] vlla||defuncti||defunctæue|| patri matrive concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hereditas.Datum 15 Kalend.Mart.Mediolani,Meraubaude II.&Saturnino Coſſ.

De muliere illuſtri.

5. Imp.*Iuſtinianus* Auguſt.Demoſtheni præfecto prætorio.

SI qua illuſtris[g] mulier filium ex iuſtis nuptiis procreauerit,& alterum ſpurium habuerit,cui[h] pater incertus ſit: quemadmodum res maternæ ad eos perueniant, ſiue tantummodo ad liberos iuſtos,ſiue etiam||ad|| ſpurios, dubitabatur.Sancimus itaque, vt[i] neque ex teſtamento, neque ab inteſtato,neque ex liberalitate inter viuos habita, iuſtis liberis exiſtentibus,aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perueniat: cum in mulieribus ingenuis[k]& illuſtribus (quibus caſtitatis[l] obſeruatio præcipuum debitum eſt)nominari ſpurios,ſatis iniurioſum[m],ſatiſque acerbum, & noſtris temporibus indignum eſſe iudicemus. Et hanc legem ipſi pudicitiæ[n], quam ſemper colendam cenſemus, meritò dedicamus. Sin autem concubina liberæ conditionis conſtituta,filium vel filiam ex licita[o] conſuetudine ab homine libero[p] habita procreauerit: eos[q] etiā cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ iure legitimo in ſuo patrimonio poſſidet,nulla dubitatio eſt.Dat.15. Kal. Octob.Chalcedone,Decio V.C.Coſſ.251.

De mora in libertate præſtanda.

6. Idem A.Iuliano P.P.

QVidam ancillæ ſuæ per fideicommiſſum libertatem reliquit.eo autem, à quo libertas relicta eſt, moram[r] in libertate præſtāda faciente peperit ancilla. & eſſe||eum|| quidem ingenuum puerum,vel puellam, qui poſt moram nati ſunt, omnes veteris iuris auctores conſentiunt: dubitabatur autem inter eos,ſi matri morienti poſſet ſuccedere. huiuſmodi itaque dubitationem eorum decidētes, vlterius eam procedere non patimur: ſed ſancimus eandem[ſ] matris progeniem heredē ab inteſtato ei poſſe exiſtere, ſaluo iure legitimo ex auctoritate ſenatuſcōſulti Orfitiani proli ſeruando: & tam matre ex ſenatuſconſulto Tertulliano, quàm prole ex Orfitiano ſenatuſconſulto inuicem ad ſuas hereditates venientibus.Dat.Kal.Octobr. Conſtantinopol. Lampadio & Oreſte,VV.CC.Coſſ.530.

f Deſcendentes præferuntur aſcendentibus.*l.1 §.eodem.*
g Spurius nulla in parte matri, illuſtri cui legitimi alij liberi ſunt,ab inteſtato ſuccedit:quinne quidem inter viuos donatione quidquam ab ea accipere poteſt: matri vero concubinæ liberæ cōditionis, vna cum eius aliis liberis ex nuptiis legitimis,pcreatis, ſuccedit qui ex ea concubina natus *vt hic: Synopſis Baſil.45. tit.1.ca.36.l.3.§. ſoluto.*
h Spurius, cui pater incertus, *dixi ad Nouel.89. cap.15.*
i Matri illuſtri, cui legitimi ſūt liberi, non ſuccedit ſpurius, *vt hic*: illuſtri ſuccedit, *verſ. Sin autem.j.eod.*
k aliud in ingenuis & vtilib. *Roland.à Valle 1. conſil.74.nu.23.*
l Quo mulier illuſtrior, eo caſtior eſſe debet.
m Iniurioſum eſt illuſtri mulieri, ſpurios eſſe.
n Pudicitię cultus.
o Concubinat⁹ Romanis licita fuit conſuetudo atque coniunctio. *dixi ad l.1. §.de cōcubin. adde l.3.ff.de concu.*
p aliud ſi ab homine ſeruilis conditionis,aut libero quidem, ſed vxorem habente.*dixi adNouell.89. cap.15.* quod Rolandus à Valle non admitteret 1. *conſ. 74.num.12.*
q Quid: vulgo quęſito filio poteſtne mater donare? poſſe ex hoc loco notatur capella Tholoſana *q.191*
r Qui poſt moram fideicommiſſariæ matris libertati factam naſcuntur, ingenui ſunt *vt hic: l.1.§.3.l.2.§.3.ff. ad Tertull. l.1.§. 1.ff.de ſuis.*ideóque matri ſuccedunt,*verſ fin.j.& l.2.§.3.ff.ad Ter.*
ſ id eſt, ita natam, ita ſuſceptam poſt moram fideicommiſſariæ libertatis matri factam.

DE[t] LEGITIMIS[u] HEREDIBVS.

Tit. LVII.

De fratribus & ſororibus.

1. Imp.*Alexander* A.Caſſio & Hermione.

IN ſucceſſione,quæ titulo conſanguinitatis, vel in bonorum poſſeſſione,quæ proximitatis nomine competit,tam fratres[x] quam ſorores pari iure eſſe,licet†nō||ex||eadē matre ſuſcepti ſunt, ius certum eſt.Nec huic derogatur,quod[y] amitas veſtras ab auo veſtro donatas[z] fuiſſe proponitis.PP.Nou. Maiis, Maximo II.& Æliano Coſſ.224.

De ſeparatione bonorum.

2. Imp.*Gordianus* A.Tatianæ,& aliis.

SI eius,quæ vos heredes inſtituit, patri hereditatem non quæſiſtis,poſteáque mortuo patre,ac repudiata[a] eius hereditate,defunctæ ſucceſſionem agnouiſtis: ea,quæ bonorum ſunt defunctæ, ab his ſeparari, quæ patris veſtri fuerunt,præſes prouinciæ non ignorabit.PP.6.Id.April. Gordiano A.& Auiola.Coſſ.240.

De ſorore conſanguinea.& filiis fratris.

Soror fratris filio antefertur ciuili ac prætorio iure ex gradu prioritate.Bald.

3. Imp.*Decius* A.Aſclepiodotæ.

COnſanguinitatis iure & fœminas[b] ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe,explorati[c] iuris eſt. Proinde cùm fratris tui inteſtato[d] mortui ad te conſanguinitatis iure hereditas pertineat: nulla ratione alterius† fratris tui filij ad eandem ſucceſſionem adſpirare deſiderant.nā & ceſſante iure agnationis in perſona omnium, prætorij iuris beneficio ad te potiùs,quæ ſecundum gradum obtines, hereditas pertinet,quàm ad fratris tui filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt. P P. II.Non.Decembres.Decio A.& Grato Coſſ.251.

De fratribus & filijs fratrum & his qui poſt eos vocantur.

In authent. de hered.ab inteſtato.ve.§.reliquum.coll.4.t.1. nou. 118.cap.3.& vt fra.fi.§.1.coll.9.tit.10.al.7. nouell.127.cap.1.

CEſſante[e] ſucceſſione lineæ deſcendentis,& eius, quæ ſola ſit aſcendentis,vocantur primò[f] fratres, fratríſque præmortui filij in ſtirpes.Dico autem de fratre, eiúſque fratris filijs, qui ex vtroque parente contingunt eum, de cuius hæreditate nunc agitur.quæ perſonæ veniunt &[g] ſine defunctæ nunc perſonæ parentibus,& cū proximis gradu aſcendentib.Et quidem prædicti fratris filius & ſi[h] tertio gradu ſit,præfertur fratribus defuncti,qui ex vno tantum parente cognati ſunt.In hac ſucceſſione omnis differentia ſexus & emancipationis ceſſat.

In authent.de hered.ab Inteſt.§.his autem non &.§.illud. col.9.tit.1.nou.118.c.3.

POſt fratres autem ex vtroque parente & eorum filios admittuntur ex vno[i] latere fratres, ſororéſve: cum quibus & filij eorum,ſi qui ex eis iam deceſſerint.Hi autem fratrum filij cùm pares ſint defuncti fratribus,præferuntur[k] proculdubio eiuſdem defuncti patruis, & alijs ſimilibus: & in his ſucceſſionibus omnino ceſſat ſexus & agnationis ratio.

In authent.de hered.ab inteſt.venient.§. Si vero neque. coll.9.tit.1.nou.118.cap.3.

POſt fratres, fratrúmque filios vocantur quicunq.gradu ſunt proximiores[l]: vt pares[m] in gradu pariter admittantur, ſublata differentia maſculorum[n] & fœminarum. Sola námque cognatio ſpectatur in talibus.Fiet autem diuiſio[o] in capita[p], & non in ſtirpes[q].

Si teſtamentum non valet.

4. Impp.*Dioclet.& Maximian.*AA.& CC.Cæcilio.

SI aut nullum[r] teſtamentum nepos patrui tui ordinauit, aut intra quatuordecim annos conſtitutus fecit,& agnationis iure ſucceſſio eius tibi delata eſt: etiam citra[ſ] bonorum poſſeſſionis ſubſidium legitimo iure ſubnixus es. P.P. Idib.Iul.ipſis AA.IIII.& III.Conſſ.290.

De agnatione & cognatione.

5. Iidem AA.& CC.Cupillæ.

AD inteſtati ſucceſſionem agnationis† quam proximitatis iure venientes haberi potiores,certum eſt.Sub. P. 16.Kal.Iul.Sirmij,AA.Coſſ.

Si ſuus heres abſtineat vel repudiet.

6. Iidem AA.& CC.Claudianæ.

t *Pars ſecund.tit.16.ff.lib.38.Nouell.1.8.3.quæſt.285.*
u id eſt,agnatis,quo nomine,primò intellige fratres conſanguineos.
x Frater & ſorores ad ſucceſſionem pariter admittuntur.
† Hodie conſanguinei & vterini ſimul potiores ſunt aliis, qui ſolummodo conſanguinei aut ſolummodo vterini, *Nouell.84.cap.1.§.1.*
y *vide Cuiacium 18.obſ.vlt.*
z Dotem non conferunt ſorores,cùm agitur de hereditate fratris, ſed cum de hereditate patrum.
a Poſt repudiatam hereditatem patris,filius extraneus(ſibi viuente patre delatam) adire poteſt:& ſeparationem bonorum petere *vt hic & l.22.ff. de adquir.hered.*
b non tamen vltra conſanguineorum gradum.idque lege Voconia,*v.Cuiac.hic.*
c & quidem lege XII,tabularum *dixi ad d.l.xij.tab.lib.2.tit.19.§.13.*
d Inteſtato fratri,ſoror poteſt ſuccedere. † Olim fratres vel ſorores defuncti præferebantur alterius fratris aut ſororis liberis *vt hic & l.14.in fi j.eod.* Hodie repræſentationis beneficium fratrum filiis conceſſum eſt *Nouell.Iuſtin.127.*
e i.ſi nulli ſint defuncto deſcendentes aut aſcendentes quemadmodū ſuccedatur.
f Frater(quo vocabulo ſororem intellige)fratri ſuccedit.Fratres defuncti, fratrúmque præmortuorum filij, ídque in ſtirpes concurrunt: fratres intellige ex vtroque parente coniunctos:fratrum verò filios fratrū ex vtroq; parente coniunctorum liberos.
g i.ſiue non cōcurrant aſcendētib.ſiuecōcurrāt
h Fratris ex vtroque parente mihi coniuncti filius,fratri meo vterino vel paterno tantum, meā euincit hereditatem.i. Fratri vterino vel paterno potior eſt,quod ad ius mihi ſuccedendi:vt hoc caſu qui tertio gradu fuerit, eo ſit potior qui ſecundo fuerit. Tanta vis eſt repræſentationis, vt cuius parens vterinum mihi fratrem ſemel anteceſſerit,eūdem filius antecedat. Non abſimiliter pleríſq; in locis fieri ſolet inter nobiles præſertim illuſtres, apud quos primogenito natus in linea collaterali, patruos etiam proximiores defuncto excludit.
i Poſt liberos, poſt aſcendentes, poſt fratres ex vtroque latere coniunctos, poſt nepotes ex fratre vtroque latere coniūctos fratres ſororéſve ex vno tantū parente fratris ſororíſve vterinorum vel ex patre tantum liberi ſuccedunt, ſúntque potiores patruis defuncti.ídque iure fit.Deſcendit enim ſucceſſio magis quam aſcendit.
k Nepos ex fratre etiam vterino vel paterno tantum,præfertur meo patruo quod ad ius mihi ſuccedendi.
l vt ſunt patrui, amitæ,materteræ,& ab his patrueles, conſobrini, amitini. Exempli gratia, Si mihi ſit patruus Titius, patruelis verò Mæuius, patruus patruele potior, nec immerito, cùm patruus patruele ſit proximior. Patrui enim filius, patruelis, nec ad patruelem niſi per patruum peruenitur.
m Gradu pares, iure pares.
n id eſt,agnationis& cognationis.
o Plures patrui,auunculi,amitæ,materteræ,patrueles,amitini, conſobrini, patrui magni & deinceps inter ſe, vel alij cum aliis concurrentes ſuccedunt in capita non in ſtirpes.
p vt quot ſunt perſonæ,tot ſint portiones.
q *l.1 ff.de ſuis.*
r Paria ſunt,nullum, & inutile.
ſ Hereditas adgnati iure ciuili delata,adiri poteſt ſine bonorum poſſeſſione,*adde l.3.j.ad Sc.Orphitian.l.3.ff.vnde legitimi.* † Hodie adgnati non ſunt potiores,*Authent. Poſt fratres fratrûmque filios.j.eod.Nouell.118.cap.3.4.*

a Filiis se abstinentibus vel repudiantibus fratres succedunt. † Patruus anteponitur materteræ *vt hic*: hodie non anteponitur *d. Nouell.* 118.
b Adgnati veniunt ad successionem defuncti apud hostes, beneficio leg. Corneliæ *adde l.2. D. qui testamenta.* † Hodie sorores non anteponuntur auo & auiæ maternis, *No.118.c.2. Auth. defuncti. C. ad Tert.* c Pœna hæc est cognati, intra annum cognato pupillo tutorem non petentis vt ei impuberi morienti nō succedat, siue ab intestato, siue iure substitutionis *Sy. Basi. 45. tit. 1. ca. 42. 5. Harm. 8. §. 92.* sūptum autē, hoc est ex No. Theodosij *de tut. 5. l. 6. in fi. C. ad Tert. l. 6. C. quib. caus. pignor. l. 2. C. quando mul. tut. adde No. 21. c. 40.*
d De emancipatione ex sacro rescripto dixi *ad l. 18. C. de collat. adde l. 13. C. eo.*
e *l. 5. C. de emancipation.*
f Rescriptū principis reseruans emancipato iura adgnationis siue succedendi, intelligitur reseruare tam actiuè quam passiuè *Salyc.*
g *l. vl. C. eo. §. vl. Instit. de legit. adg. success. l. 4. C. de legit. tut. l. 5. C. de curat. fur.*
h hæc verba ad finem vsque legis Accursius nō agnoscit & absunt ab interpretatione κατὰ πόδας *Cu. 18. obs. 18*
i de partu quinquagenario: adde exemplum Constantiæ vxoris Henrici 5. Imperatoris quę ea ætate peperit v. Fazelium, 8. *rerum Sicularum adde l. 15. §. 2. ff. de adop. 16. Vl. vl. l. 27. C. de nuptiis.*
k Ratio dubitandi fortassis videbatur. quòd huiusmodi partus, insolitus ac quasi contra naturam, vt de eo idem videretur iudicandum quod de natis contra naturam. Quibusdam etiam videbantur ea ætate contractæ nuptiæ, minus iustæ ac legitimæ *l. 27. C. de nuptiis.* perinde & ex ea coniunctione nati, iniusti liberi & à successione matrum alieni.
l De Cæsariana aduocatione dixi aliàs.
m Nam mulier eo tempore pro sterili habetur *l. 21. D. de act. empt.*

DEfunctis, suis extantibus heredibus, & abstinentibus vel repudiantibus hereditatem, frater[a] iure consanguinitatis succedere potest. Sup. Kal. Ian. AA. Coss.

De patruo & matertera.

7. Iidem AA. & CC. Amiano.

PAtruo ac matertere tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris †frater agnationis iure sorori matris anteponitur. Sup. 17. Kalen. Sirmij, CC. Coss.

De defunctis apud hostes.

8. Iidem AA. & CC. Silano.

SI iis, de quorum successione agitur, apud [b]hostes defunctis, secundum legis Corneliæ beneficium iure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. S. Non. Iul. Sirmij, AA. Coss.

De sorore & auia.

9. Iidem AA. & CC. Demagoræ.

IN successione intestatæ: sororem †quam auiam vel auū maternum, haberi potiorem, non ambigitur. S. 6. Kal. Iul. Nicomediæ CC. Coss.

De tutore non petito.

10. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Florentium P.P.

SCiant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre, tutorem[c] ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, siue ab intestato, siue iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam esse. Dat. 5. Id. Iul. Constant. Theodosio A. XVII. & Festo Coss. 439.

De emancipatis.

11. Imp. *Anastasius* A. Constantino præf. præt.

SI ab eo, qui ex[d] sacro rescripto secundum nostram constitutionem[e] fieri postulauerit emancipationem liberorum petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandáve est, minimè legitima iura per emancipationem extinguantur: eadem iura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quam[f] aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionibus & tutelis necnon cæteris seruentur intacta[g]: collationibus[h] tamen ab his secundum ea, quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, vtpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. 15. Kal. Aug. Probo & Auieno Iun. Coss. 503.

De nato ex maiore quinquagenaria.

12. Imp. *Iustin.* A. Ioanni præf. præt.

SI maior quinquagenaria[i] partum ediderit, si[k] debet huiusmodi soboles suo patri succedere, & hereditatem eius nancisci, à Cæsariana[l] aduocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis[m] huiusmodi partus inueniatur, & rarò[n] contingat, nihil tamen eorum, quæ probabiliter[o] à natura noscuntur esse producta, respui: sed omne ius, quod ex quacunque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutilatum huiusmodi[p] filiis vel filiabus seruari in omnibus successionibus, siue ex testamento, siue ab intestato: & summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit, maximè cùm & anteriore[q] nostra lege huiusmodi nuptias permisimus, impares[r] eas videri minimè concedentes. Dat. 9. Kalen. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

Qui succedunt emancipatis.

13. Idem A. Ioanni PP.

n De his quæ raro fiunt communiter non fit legislatio, *l. 3. D. de legib. l. 64. D. de reg. iur.* fit tamen interdum, *l. 12. ff. de senatorib. l. 7. §. 3. D. de adq. rer.* o Probabilia Iurisconsultus admittit.
p Partus natus ex muliere, etiam quinquagenaria est legitimus & ideo ad successionem admittitur. q *l. 27. C. de nuptiis. dixi ad Vlp. 16. §. 3.*
r seu impar matrimonium *Vlp. d. loco.* s *v. l. 11. C. eo.* t *l. 5. C. de emancipationibus & d. l. 11.* u *l. vlt. C. com. de succession.*
† Hodie pater virilem proprietatis cum fratribus defuncti concurrens obtinet *No. 118. c. 2.* † olim semis adquirebatur *l. 7. C. ad Tert.*
x De sacris paternis alias dixi.
y *l. 59. § 2. in fi. D. de bon. libert.* † Hodie virilem proprietatis *d. c. 2. dixi ad l. vl. C. de suis*
z In maternis rebus vterini præferuntur.
† Hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis *No. 84. c. 1. §. 2.* quam immutat *No. 118. c. 2.* vult enim fratres coniunctos ex vtroque latere vterinis vel paternis tantum præferri. Extantibus vterinis tantum & paternis tantum, diuidi hereditatem defuncti in semissem, nulla habita ratione originis bonorum. quin cognatus, si sit proximior, excludet adgnatum *No. 118. c. 3. Auth. Post fratres C. eo.* idq; ita seruatur in Galliæ regionibus iuri scripto subiectis *Hot. consi. 23.* In aliis regionibus Galliæ, paterna paternis, materna maternis deferuntur, *vide Hot. ibid.* Pone igitur patruelis mei filio bona quædam paterna fuisse: eidem, Franciscum nepotem ex fratre vterino susceptum, fuisse: vter potior in illius paternis. Egone, An verò nepos ex defuncti fratre vterino Franciscus? Papon. 21. *Arest. num. 17.* & Lucius 8. *Arest. 10. nu. 4.* referunt contra nepotem iudicatum fuisse, cùm hîc agatur de bonis paternis. idque ita iudicāt Galli ex hac lege.

DE emancipatis filiis, qui||ex||sacro[s] rescripto patribus impertito hoc à suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. 1 ¶ Cum || enim|| Anastasiana lex[t] iura fratribus legitima noscitur seruare: si quis ex his sine testamento & liberis decesserit, vtrúmne ad fratrem vel ad sororem eius successio deuoluatur, an ad superstitem patrem, ||dubitabatur,|| huiusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinē maternarum rerum aliarumque, de quibus iam à nobis lex[u] posita est, etiam huiusmodi hereditatem iure quidem dominij ad fratres vel sorores in totum peruenire, vsumfructum †autem||eius|| patri totum†, siue priorem torum seruauerit, siue ad secundas migrauerit nuptias, acquiri: siue per sacrum oraculum emancipatio procedat, siue alio legitimo modo à sacris[x] paternis fuerint absoluti. 2 ¶ Cū.n. & pater vtitur vsufructu, & votum[y] eius est, ad alios filios suas res peruenire: ea propter cū ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc à nobis in hac specie plenius ||eis|| subuenitur: vt pater habeat vsumfructum†, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis[z] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos† vocari oportet. Sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, vt sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum vel rerum vacillare noscatur. Dat. Kalend. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

Quod vt pleniꝰ intelligamus, rē paucis ita explico. Titius ex Męuia sustulit AB. Mæuia ex Sempronia CD. Sēpronius ex Caia EF. Quod ad huiusmodi personas attinet AB. sunt inter se cōsanguinei: CD. inter se quoque consanguinei: EF, inter se quoque consanguinei. AB ad CD. vterini: ad EF, nihil. CD ad EF paterni. Pone C mortuum, relictis bonis paternis, maternis & aduētitiis. D vt frater consanguineꝰ excludit AB vterinos tātum, & EF paternos tantum. Finge D postmodū mori relictis bonis paternis maternis & aduentitiis? AB, colligerent materna ex hac lege: E F, paterna. Hodie res agitur simplicius. Tota hereditas defuncti D, inter paternos & vterinos æqualiter diuiditur, vt vnam mediam ferant paterni, alteram materni, *Nouell. 118. c. 2.*

De differētia inter masculos, & feminas sublata. De filiis sororis.

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEge[a] duodecim †tabularum bene humano generi prospectum est, quę vnam consonantiam tam in maribus quam in fœminis legitimis, & in eorū successionibus, nec non & in liberis obseruandam esse existimauit: nullo[b] discrimine in successionibus habito, cùm natura[c] vtrunque corpus ediderit, vt maneat suis vicibus immortale[d] & alterum[e] alterius auxilio egeat, & vno semoto & alterum corrumpatur. Sed posteritas dum nimia vtitur subtilitate[f] nōpiam induxit differentiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, apertissimè docuit. Cui enim ferēdum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculæ sobolis in parentis vocari successionem, & iterū[g] germanas iure consanguinitatis eandem sibi vindicare prerogatiuam, deinceps autem legitimas fœminarū personas, si iura consanguinitatis non possidēt, ||à|| successione legitima repelli, cùm maribus eadē successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filij fratris sui vna cum masculis vocatur, sed aliud ius in amitis, aliud in patruis obseruatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur: germana autem eius ab eadem successione recluditur? Huiusmodi itaque legis antiquę reuerentiam & nos anteponi[h] nouitati legis censemus: & sancimus[i] omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) siue masculini siue fœminini generis sint, simili modo ad iura legitimæ successionis ab intestato vocari secundum gradus[k] sui prærogatiuam: non ideò excludendas, quia consanguinitatis iura secundum germanæ obseruationem non habeant. Cùm enim vnius sanguinis iura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam[l] offendimus & legitimo iuri derogamus? cum & aliam maximam iniuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cùm enim & ad[m] ipsarum mulierum successionem masculi iure agnationis vocantur quis patiatur earum quidem hereditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas verò nec inuicem sibi, nec masculis eodem iure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quòd[n] fœminæ natæ sunt, & paterno[o] vitio (si[p] hoc vitium est) prolem innocentem grauari? 1 ¶ In his igitur casibus legem[q]

a Lex XII. tabularum nulla discretione sexus successionē defert. *Paul. 4. sent. 6. §. 6. ad. §. 3. ver. & hæc quidē Instit. de legitim. adgnator. dixi ad leges xij. tabul. lib. 2. tit. 20. § 6. & 21. l. 4. C. de liberis præteritis.*
† Huic legi cōtraria est lex Salica Francica *ti. de Allode.* qua cautū fuit, vt ne vlla portio terrę Salicæ ad fœminas deferretur, de qua vide quę in vtramque partem disputat Pyrrhus. *disput. 3. de lege Salica* & regni successione.
b *Nouell. vigesimaprima. Nouell. centesimadecimaoctaua, capit. quarto. Institut. de legitimis agnat.*

c Quæ paria sunt natura, ius idem exigunt.
d Laus nuptiarum *facit Nou. 22. addè Nou. 39. in f. princ. l. 129. in f. ff. de verb. oblig.* v. Augustin. de bono coniugij: Martialem epistola ad Tolozanos: & Columellam lib. 12. Musonium apud Stobeum sermone 65.
e Vir vxoris auxilio indiget.
f Nimia subtilitas impia.
g Hoc innuit, iure veteri filias successisse parentibus: sorores etiam fratribus: at non consobrinas consobrinis: vt fœminæ ad hereditates legitimas vltra consanguineas, ad successionem non admittebantur *Paul. 4. sent. 8. §. 3. dixi ad leges xij. tabularum.*
h Antiquitas reducta nouitati anteponitur.
i Feminæ iure agnationis pariter vt masculi admittuntur.
k vt qui proximior sit, semper præferatur.
l Natura, i. ius naturæ offenditur, naturam offendere non licet. *l. vl. C. de prater. lib.*
m Masculi succedunt fœminis *vt hic & l. 15. C. eod.*
n Non ideo mulieres puniendæ, quòd fœminæ.
o Paternum vitium (fuit ea Stoicorum sententia) ipsi proli non nocet.
p Nullum vitium est in fœmina, quod sit fœmina.
q *dixi ad l. xij tabularum 2. tit. 19. §. 13. adde §. 4. Instit. de legitim. adgnator. success.*

duodecim

duodecim tabularum sequentes,& nouum[a] ius[b] nouissimo iure corrigentes,etiam vnũ [c] gradum pietatis intuitu trasferri à iure cognationis in legitimam volumus successionem: vt non solùm fratris filius & filia (secundum quod iam definimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ,vel sororis vterinæ filius & filia soli, & non deinceps personę vna cùm his ad iura auũculi sui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis,auunculus autem sororis suæ soboli,simili modo ex vtroque latere succedant, tanquam||si|| omnes legitimo iure veniant: scilicet vbi † frater & soror superstites non sunt.His enim personis pręcedentibus,& hereditatem admittẽtibus,cæteri gradus remaneant penitus semoti†.Illo proculdubio obseruando, vt successio non in stirpes,sed[d] in capita diuidatur,& is gradus in ordinem legitimũ transferatur†: cæteris omnibus successionibus secundũ ius vsq; ad præsens tempus obseruatum in suo statų manẽtibus. Si qui autem casus iam euenerunt: secundum quod pristina iura volebant,eorum fiat distributio.Dat.5.Kalend. Decemb.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.532.

Præfatio & confirmatio superioris constitutionis. 1. De filijs emancipatorũ. 2. De fratribus & sororib. vterinis. 3. De tertio gradu. 4. De tutela. 5. De casibus præteritis.

15. Idem A.Ioanni præfecto prætorio.

MEminimus antea [e] diuinam ||nos|| promulgasse constitutionem,per quam ad vestigia legis duodecim[f] tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem,siue masculinam, siue fœmininam, legitimo iure hereditatem adipisci sanximus:vt quemadmodum[g] ipsis à legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarum personarum amplectantur successionem.In qua constitutione vnum gradum ex cognatis in ius legitimum reduximus[h], id est,germanæ||consanguineæ|| filios & filias, & sororis vterinæ filios ac filias.Quam constitutionem[i] in suo robore permanere censemus,cùm & in nostris[k] Institutionibus[l] tenor eius à nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus,& si quid ex prætoria iurisdictione[m] frugi inuentum est, & hoc cum perfectissima definitione disposito nostras leges ampliari. 1 ¶ Cùm igitur prætorem[n] filium emancipatum,licet subtili [o] iure capite fuerat deminutus,attamen in patris successionem sine vlla deminutione vocare manifestum est: non eodẽ autem iure etiã ad fratrum suorum successiones ab eovocabatur,sed nec filij eius iure legitimo suis patruis succedebant:necessarium duximus hoc primum corrigere,& legem Anastasianã iusto incremento perfectam ostendere: vt emancipati[p] filius & filia,non solum in paternis||bonis||ad suorum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum vel sororum suarum successione(siue omnes sui,siue omnes emãcipati sint, siue mixti)æquo[q] iure inuicem sibi succedant, & non secundũ legem Anastasianam [r] parte aliqua deminuta. Et hæc quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est. 2 ¶ Sed nec fratrem vel sororem vterinos[s] concedimus in cognationis loco relinqui [t]: cùm enim tam proximo gradu sunt: meritò eos sine vlla differentia,tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus & sororibus vocandos esse sancimus: vt secundo gradu constituti, & legitima successione digni reperti aliis omnib. qui sunt vlterioris gradus,licet legitimi sint,præcellant. Et hęc quidem de secundi gradus successione satis abundéque à nobis cum summa vtilitate disposita sunt. 3 ¶ Cùm autem tertio gradui ex transuersa linea fuerit locus vbi patruis & filiis fratrum & sororum ||locum|| antiquitas dedicauit: vnà cum illis tam emancipati [u] fratris,quàm emancipatæ sororis filium tãtummodo & filiam,siue emancipatos,siue suos patribus||suis||constitutos,& neminem alium vlterius: nec non fratris vterini & sororis germanæ, vel vterinæ filium & filiam tantummodo ex legitima linea inuicem vocari censemus,sicut iã sanximus:vt omnes,qui vel ab antiquo[x] iure, vel à nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt prærogatiua, & eodem tertio gradu sunt,simili iure vocentur. Successionis videlicet iure & in hac parte seruando: vt si[y] qui ex secundo gradu vocati renunciauerint hereditati,& noluerint eam adire, nullúsque alius sit in secundo gradu,qui succedere potest,& vult: tunc hi,quos pręsenti lege enumerauimus ex tertio gradu,in locum recusantiũ succedant.Illo etiã obseruando, vt successio non in stirpes,sed in[z] capita diuidatur: cæteris omnibus successionib. secundum ius vsque ad præsens tempus obseruatum procedentibus, & nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad iuris agnatitij [a] formam redigendo, sed suum ordinem suámque proximitatem retinente incorruptam.

a Nouissimis nouissima corriguntur.
b Ius videtur hic sumi pro errore, aut certe legem Voconiã intelligit, quam hic tollit de qua *v.Paul.4.sent.8.* §.3.
c *l.15.j.eod.*
† Olim fratris filius & filia ad successionem patrui sui vocãtur, si tamen defuncto frater & soror superstites non sint *vt hic, & l.3.s.eod.* Hodie succedũt etiamsi defuncto sint fratres *Nou.12.cap.*
† Hodie non sunt semoti fratrum filij *d.c.1.*
d Plures fratrũ filij in paterna successione inter se concurrẽtes succedunt in capita.*Nou.118.c.3.in f.* cum reliquis patruis cõcurrentes,in stirpes *vt dixi ad d.c.3. adde Rebuf. in prohem.constit. glos.5.num.*81.
e id est, *l.14.s. eodem.*
f *d.l.14.in pr.& §.1.in pr.*
g *d.l.14. versu cùm enim.*
h *d.§.1.in princ.*
i *d.l.14.*
k Obserua hũc Codicem editũ fuisse post institutionũ libros.
l *§.4. Instit. ad legitim. adgnat. success.*
m Ex prætoriis edictis.
n *l.1.s. de iure delib.l.6.§.1.ff.de bonor.poss.l.1.inf. ff.quis ordo.*
o Ius subtile.
p Emancipatus vnà cum suis,patri,fratri, sorori succedit.
q *l.1.j.tit.prox.*
r *§.1. Instit. de success.agnat.l.4. s.de legit.tutor.*
s Vterini fratri succedunt. *l.vlt. s.ad Tertull.* si tamen defuncto fratri nõ fuerint fratres vtroque parente coniuncti:vel huiusmodi fratrum filij, hi enim præferuntur & vterinos excludunt, *Nou.118.cap.3.*
t Vt succedant tanquã cognati.
u Filij fratrum emãcipatorum succedunt omnino cum filiis fratrum relictorum in familia *vt hic & §.1.ver. nec interest.Instit. de seruili cognat.*
x Legibus XII. tabularum,sc.
y Primis repudiantibus, aut non extantibus pximiores succedunt.
z *dixi ad l.14.inf.s.eod.Nou.118.c.3.in f.l.2.s.de suis.*
a agnatici *Nou.118.* quæ ita inscripta est,de æqualitate agnatici iuris.
b Vbi hereditas, ibi tutela,nisi ætas vel sexus impediat.
c *l.vlt.s.de legitim.tut.*
d Ibi grauamen,vbi lucrum.
e Legis virtus non extenditur ad lites sententia vel transactione definitas.
f Amicabilis transactio.
g Intestati scilicet,quæ deferuntur vel iure ciuili vel prætorio.
h Emancipato,sui & emancipati fratres simul succedunt,adde *l.vlt.§.1.s.eod.*

4 ¶ Quas autem personas ex iure cognationis in legitimas successiones transueximus,eas[b] etiam tutelæ grauamini vicissim supponimus,scilicet si masculi sint, & perfectæ ætatis,secundum nostræ constitutionis [c] tenorem: vt non solum lucrum[d] sentiant,sed etiam grauamini subiugentur. 5 ¶ Si qui autem casus iam euenerunt,& per iudicialẽ sententiam[e],vel amicabilem[f] transactionem sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractationem. Dat.Idib.Octobr. Const.DN.Iustiniano A.PP.IIII.& Paulino V.C. Conss.534.

COMMVNIA DE SVCcessionibus[g].

Tit. LVIII.

De his qui succedunt fratri emancipato.

1. Impp.*Dioclet.& Maximian.* AA.& CC.Varaniæ.

SCire debuisti, fratre emancipato potiorem eam,quæ in familia mansit,in [h] alterius emancipati bonis non haberi: sed eos pariter, si † solenniter petierint bonorum possessionem, succedere.S.15.Kal.Iun.Sirmij,CC. Coss.

De tutelæ actione,& herede heredis.

2. Iidem AA.& CC.Apollinari.

SI pater tuus propius [i] sobrino tuo agnato constituto, & intestato defuncto, ciuili iure adita hereditate, vel hoc ab initio non interueniente, seu capitis deminutione perẽpto,solenniter † bonorum possessione[k] admissa,successit,ac tibi patris tui quæsita hereditas est: adire præsidem prouinciæ debes,ac tutorem [l] eius de tutela conuenire.Dat.14. Kal.Iun.Veronæ.AA.Coss.

An vitricus priuigno succedat.

3. Iidem AA.& CC.Vlpianæ.

VItrico[m] priuigni successionem intestato ciuili vel honorario iure non deberi,certissimum est.S.XV.Kalen. Mart.Sirmij.CC.Conss.

De seruis.

4. Iidem AA.& CC.Asterio.

SEruus successores habere [n] non potest[o].Dat.Non.April. Cæsaribus Coss.

Priuignum nouercæ non per se,sed per fratres succedere.

5. Iidem AA.& CC.Iustinæ.

AMitæ,cui successisse filios suos proponis,hereditatem tuo nomine non rectè petis.Sed quoniam hos||etiam|| intestatos diem functos adseueras: si quidem hi,quos priuignos [p] eiusdem amitæ dicis, eorum consanguinei [q] fuerint,fratres tam agnationis quàm cognationis iure secũdo gradu constitutos, tibi præferri non ambigitur. Nam si amitinis [r] tuis alio etiam patre natis,nunquam [s] eorum matris [t] priuigni sunt: admisisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem.S.12.Kalend.Mart. CC.Coss.

De auunculo & consobrinis.

6. Iidem AA.& CC.Publiciano.

AVunculo[u] priori,qui est||in|| tertio gradu,quàm consobrino[x],qui sequentem occupat, deferri successionem intestati,certs iuris est,S.Kal.Octob.CC.Coss.

De affinibus.

7. Iidem AA.& CC.Nicolao.

ADfinitatis[y] iure nulla successio permittitur [z]. S.Idib. Octobr.CC.Coss.

Si spes testamentariæ successionis duret.

8. Iidem AA.& CC.Iustæ.

ANtequàm scriptus || heres|| cuiuscunque portionis capax repudiet hereditatem vel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei[a] qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit.Igitur perspicis,quod testamentariæ[b] successionis spe durante, intestato bona defuncti non rectè vindicentur.S.6.Id.Mart.Retiariæ,CC.Coss.

De domino ancillæ quæ cum defuncto contubernium habuit.

9. Iidem AA.& CC.Sopatro.

ANcillæ [c] dominus, liberi hominis, cum [d] quo contubernium hæc habuit, per hanc coniunctionem

† id remissum est.*l.vl.s.qui admit.ad bon.*
i Propior.quidam ita legunt.
† solennitas ea remissa est. *d.l. vltim.*
k Sicut hereditas per bonorũ possessionẽ quæsita transmittitur, ita & adita. De iure ciuili quod ad transmissionem attinet, nihil interest inter ius ciuile & prætorium.
l Heredi pupilli datur actio tutelæ.*l.12.s. arbi. tut.*
m Vitrico priuignus est adfinis.*arg.§.6.Inst. de nupt.* Adfinitatis vero iure nulla successio ei defertur.*l.7.j.eo.* hoc est, vitricus priuigno ab intestato non succedit *Synop.Basilic.42.tit.1.cap.46.* ergo nec vitrico priuignus *vt hic.*
n Aut alteri succedere.*l.7.j. eod.*
o Nisi certis casibus.Certis casibus seruus successorem habet *l.pen.j. de his quibus vt indig.l.8.s de suis.l.vlt.s.ad Orphitian.l.8.s.t. prox.l.1.in pr. & §.3.ff.de suis.* quẽadmodum & in Gallia hæc lex locum non habet,in qua nulli sint propriè serui.Quibus enim hodie vtimur liberi sunt.
p Causæ constitutionẽ in hanc legem difficilẽ, vide apud Cuiacium *12. obs. 7.* & Hotoman. *5. obs.30.*
q *l.1.ff. de suis. Nou.118.c.3.*
r Id est, filiis amitæ.
s Non consanguinei eorum, &c. *Cuiac.12.obs. 7.*
t matri.*Hotom. 5.obs.30.eo sensu,* Si nũquam eorum matri ex nouo matrimonio communes liberi nati: sed priuigni tãtum quæsiti sunt.
u Mihi auunculus est & consobrinus, quis eorum potior in iure mihi succedendi? auunculus.
x *v. l. 1. s.vnde legitimi.*
y *vide l.3.s.eod.* excipe casum legis *5.s.eod.*
z promittitur. *Cuiacius 17. obs. 6.*
a *dic vt infra eodem.*
b Quandiu ex testamento succedi potest,non succeditur ab intestato *vt hic & l.30.ff.de adquir.her.*
c Ancilla cum Titio libero homine contubernium habuit,ancillæ dominus Titio non succedet.Nam vt bonorum possessio peti possit,iustum matrimonium esse oportet,*l.1.ff. vnde vi.*
d *facit l.vlt.j.de infantibus.exposit.l.24.s.de episcop.aud.v.de alumno qua dicã ad l.1.j.quæ res pignori.* Quondam nonnulli ius successionis sibi vindicabant ex hospitij iure: quod Authent.prox.j.*eod.* sustulit. Neque etiam probatur à Bartolo *hic.* Accursius in leg.*quo tutela.ff.de reg. iur.* existimat, omnibus deficientibus tutorem pupillo succedere.

a Liberi homines ire & habitare poſſunt, quò voluerint *l.12. ʃ. de oper. libert. l.71. §.2. D. de cond. & demonſt.* adeo vt mutatæ habitationis cauſa princeps bona confiſcare non poſſit. b Peregrini teſtari quouis loco poſſunt.
c Vt quibuſdam locis fiebat.
† Peregrini inteſtati bona heredibus ab inteſtato conſeruantur. In Gallia Rex iure albinagij peregrinorum bona occupat, niſi fuerint ſcholaſtici *v. Rebuff. in prohem. conſtit. gloſſ.5. num.82. v. Papon. 5. Arreſt. 1. du droit d'haubeine & 3. Notar. 6. c. des lettres de naturalité.*

ſucceſſionem vindicare non poteſt. S. XV. Kalen. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

De nutritoribus.

10. Iidem AA. & CC. Danubio.

NVtritoribus[a] hoc nomine nec ciuili, nec honorario iure defertur hereditas. S. VI. Kal. Ian. CC. Coſſ.

De peregrinis & aduenis.

In authent. De ſtatu & conſuet. §. omnes peregrini. coll. x. conſt. fin.

OMnes peregrini & aduenæ liberè [b] hoſpitentur vbi voluerint. Et hoſpitati ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si verò inteſtati deceſſerint: ad hoſpitem [c] nihil perueniet, ſed bona ipſorum per manus epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, heredibus †tradantur, vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquid ex talium bonis contra hanc conſtitutionem noſtram habuerit: epiſcopo triplum reſtituat, quibus viſum ei fuerit, adſignandum: non obſtante ſtatuto aliquo, aut conſuetudine, ſeu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc noſtram conſtitutionem venire præſumpſerint: eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

De lucris nuptialibus & de bonis maternis.

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præf. præt.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in ſacris conſtitutis ex occaſione maritali acquiſitæ ſunt, certus deſtinatus[d] eſt ordo, vt ſi quis ex his ab hac luce fuerit ſubtractus, pars eius, quam lucratus fuerat, ad liberos eius vel nepotes concedatur: quibus non extantibus, ad fratres ſuos ex eodem matrimonio progenitos, vel ſi etiam non ſuperſint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos, cúmq; nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniet: ita & de his, quæ materna [e] linea per quamcunque, occaſionē, vel inter viuos, vel per vltimas diſpoſitiones, vel ab inteſtato deſcendunt, ſimilis ordo ſeruetur: primò in filij vel filiæ ſucceſſionem poſteritate eius vocanda: eáque non inuenta, fraterno [f] conſortio eiuſdem vel alieni matrimonij ſecundum prædictum ordinem arceſſito. tunc ad vltimum †locum pater à legibus conclametur, & ſui filij non gratam hereditatem relictam, ſed triſte[g] lucrum ſibi lugeat acquiſitum. In omnibus videlicet ||caſibus|| in ſuperſtite ſobole liberorum, & fratribus adhuc viuentibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, vſufructu †rerũ quarum dominium ad eos peruenit, apud parentes remanſuro. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Conſſ. 529.

De fratribus & ſororibus.

In auth. de conſan. & vter. frat. §.1. coll.6. tit.13. all. 12. Nou. 8. c.1.

ITaque mortuo patrefamilias, ſi filius decedat inteſtatus ſine liberis, relictis fratribus & ſororibus, aliis conſanguineis, aliis vterinis, & quibuſdam ex vtroque parente coniunctis: in eos ſolos tranſmittit hereditatem, qui ex vtroque † latere connexi ſunt.

d A Leone ſc. *l. 4. ʃ. de bonis quæ liber.*
e Matri ſuccedũt liberi.
f In maternis etiam bonis frater fratri ſuccedit.
† *No. 84. c.1.* Hodie fratres defuncti non præferuntur eiuſdẽ parentibus.
g Patri, filij hereditas triſte lucrum *v. l. vlt. ʃ. de inſtit. & ſubſtit.*
† *l.13. ʃ. de legitimis heredib.* Hodie id immutatum *d. c.2. & c.3.*
† Vtroque latere cõiuncti prçferuntur ſolis cõſanguineis & vterinis.
h 45. *Eclog. 4.* περὶ μητρικῶν ὑπάρξεων. Quæ mater dedit, materna bona *vt hic*: & matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, & D. Auguſtino dicuntur: vt & paterna, patrimonium: & fraterna fratrimonium *in lib. Notar. Senecæ.*
i ſeu à materna cognatione venientibus *Eclog. dicto loco.* qualia ſunt ea quæ auus & proauus maternus, auia & proauia materna & ſic deinceps.
k Additur in Theodoſiano Codice *libro octauo, titulo nono*, cretione ſublata.
l De bonis maternis, vide *legem primam, Codic. Theodoſ. leg. 16. titul. 18. ex editione Cuiac. Eclog. d. loco, cap. primo.*
† In rebus maternis delatis filio in poteſtate conſtituto, pater habet nudum vſumfructum. Olim bona materna filiofamilias pleno iure adquirebantur, *lege 6. l.32. D. de adq. hered. leg. prima §.6. D. ad Tertullianum, lege tertia, §. quarto, D. de donationib. int. vir. l.1. D. de liber. exhib. Accur. hic: v. Cui. hic.*

DE BONIS MATERNIS[h], ET MATERNI[i] GENERIS[k].

Tit. LIX.

In rebus maternis delatis filio in poteſtate conſtituto, pater habet hodie ſolum vſumfructum.
Salycet.

1. Imp. *Conſtantinus*. A. conſulibus, prætoribus, tribunis plebis, & Senatui S.

RE s quç||matris [l] ſucceſſione ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato fuerint ad filios deuolutæ, ita ſint in parentum poteſtate, vt ||vtendi|| fruendi|| † duntaxat || habeant || in diem vitæ || facultatem: dominio [m] videlicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum vtẽdi fruendíque||tantùm||poteſtas eſt, omnem debent tuendæ rei diligentiam[n] adhibere: & quod iure filiis debetur, in[o] examine || per ſe, vel per procuratorem[p]|| poſcere: & ſumptus ex fructibus impigrè facere, & litem inferentibus reſiſtere: atque ita omnia agere [q], tanquam ſolidum perfectúmque dominium || eis acquiſitum fuiſſet ||, & perſonam gerant legitimam: ita[r] vt ſi quando rem alienare voluerint: emptor, vel is cui res donatur, obſeruet ne vnquam partem earum rerum quas alienari prohibitum eſt, ſciens accipiat, vel ignorãs. docere enim pater debet, proprij iuris eam rem eſſe quam donat, aut diſtrahit, & emptori, ſi velit, fideiuſſotem licebit accipere, quia nullam poterit præſcriptionem[ſ] opponere filiis quandocũque rem ſuam vindicantibus. Da. 15. Kal. Aug. Aquileiæ, Sabino & Rufino Conſſ. Recitata apud Vectium Rufinum P.V. in Senatu Non. Sept. Conſtant. A.P. & Licinio Conſſ.

In authent. de nupt. §. ſi vero expectet. ver. interminatur. coll.4. tit.1. nou.22. c.28.

NIſi triennale tempus tranſeat quo poſſeſſor dominus[t] fit: & detentatio accipientes dominos faciat vel conſtituat: tẽpore incipiente filijs currere, ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint, niſi tamen aliquem impuberem ætas adiuuet.

2. Impp. *Arcadius & Honorius* AA. Florentio præfecto prætorio.

QVidquid [u] auus auia, proauus proauia ||ex materna linea venientes,||nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, teſtamento, fideicommiſſo, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam inteſtati ſucceſſione contulerint: pater filio filiæue integra illibatáque cuſtodiat, vt vendere, donare, relinquere, alteri obligare, ||ſicut nec materna[x] bona,||non poſſit, ||vſufructu duntaxat ad eum pertinente: || ita vt quemadmodum ipſe ſuper his || rebus || licentiam totius poteſtatis amittit: defuncto eo, filio filiæve præcipua[y] computentur, nec ab illis qui ex parte [z] ſunt cohæredes, vindicentur. Datum Idib. Oct. Olybrio & Probino Coſſ. 395.

3. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Senatum vrbis Romæ.

SI [a] viua matre emancipati [b] ſunt filij, & poſtea deceſſit mater: quoniam omni commodo deſtituitur pater, neque retinet vſumfructum, viriles ei inter filios (ſiue vnus, ſiue plures ſint) vſusfructus tribuimus portiones. Sin verò mulier moriens alios ex filiis emancipatos à patre, alios in patria poteſtate dimiſerit: in ||hoc||caſu diſpari vtetur maritus defunctæ beneficio. quo caſu vtrique præſcripſimus: id eſt, circa eorum quidem portionem qui adhuc in ſacris retinentur, vſumfructum ex legum authoritate retinebit ||pater :||& præmium[c] delatæ emancipationis[d], cum volet, accipiet. In eorum verò parte quos exiſſe de poteſtate viua matre conſtiterit, vſumfructum virilis inter eos portionis ſecundum præſcripta percipiet. ¶ In [e] nepotibus etiam vel neptibus hoc obſeruandum eſſe cenſemus, vt maritus qui vxore mortua non extantibus filiis cum ſolis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus eſt: ſi vnus vel vna pluresve nepotes ex filio vno, vel pluribus qui in poteſtate defecerunt, procreati ſunt: hoc iure vtatur, quod de filiis conſtitutum eſt. Nam licet hoc nouum præſens lex conſtituat in nepotes: non tamen ab re eſt, vt in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filii non ſinãtur. Habeat igitur auus veniens cum nepotibus in poteſtate durãtibus, vſumfructum bonorum omnium quæ ex defunctæ auiæ ſucceſſione delata ſunt. Cum verò his quoque libertatem emancipatione largitur: ſimiliter & ab ipſis (ſicut de filiis conſtitutum eſt [f],) || præmium [g] manumiſſionis || accipiat: vel ſi ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet: ex parte manumiſſorum legitimum præmium, ex parte verò in poteſtate manentium retineat vſumfructum. Quòd ſi nepotes ſint neptéſve, aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipſo auia viuente ſacris [h] dimiſſi, idem auus virilis cum ipſis portionis habeat vſumfructũ.

x *l.1. ʃ. eod.*
y Filius mortuo patre bona materna, aut materni generis reliquis fratribus non confert.
z qui ex patre ſint cohçredes, id eſt, fratris cõſortes, *v. Cuia. 18 obſ. 9.* & ita legitur in *d. l.4. Cod. Theod.* & in Baſilicis ἀπὸ τοῦ πατρός. Nam extraneis heredibus certiſſimum eſt filios defuncti propria non cõferre.
a 45. *Eclog. 4. ca. 3. l.8. C. Theod. 18.*
b viua matre Titius & Caius a patre emancipatus eſt: mater deceſſit: Proprietas bonorũ mortuç defertur ad eius liberos: vſusfructus verò eorum bonorũ, diuiditur inter liberos & patrẽ viriliter. Quid ſi mulier mortua duobus liberis relictis: vno emãcipato, altero in poteſtate patris? Hic cum illo, i. cum emãcipato fratre pariter ſuccedit, vt proprietatẽ ſibi adquirat: vſumfructum, patri. Imò quotieſcũque hunc emancipabit pater, dimidiam partem pro emãcipationis præmio vel pretio retinere poterit *vt hic: Synopſis Baſilic. 45. tit. 4. c.3.*
c *Synopſis ibid.*
d Bonorũ maternorum & materni generis vſusfructus filiofamilias delatus patri adquiritur *l.1.2. ʃ. eod.* Quid ſi filius emancipetur? patris vſusfructus extinguitur. Pro præmio tamen emancipationis parens olim potuit retinere triẽtem pleno iure, *l.1.2. C. Theod.* hodie ſemiſſem vſusfructus. *l.6. §.3. ʃ. tit. prox. l. vlt. ʃ. de emancip. liber. §.2. Inſt. per quas perſonas.* ad remunerandum beneficiũ emãcipationis: quod & beneficium bonorum quærendorum dicitur in *l.1. ff. ſi quis à parente manu.* Quid ſi huiuſmodi bona filio iam emancipato adquirantur, pater virilem in vſufructu conſequitur *vt hic.*

m *l.1. ʃ. de bon. quæ liber.* n In quolibet adminiſtratore exigitur aſperitas ſumma. Martialis, ſanè certus & aſper procuratorem vultu qui præferat ipſo. o hoc eſt, parentes, qui vſumfructum in bonis maternis liberorũ habent, omnem tuendæ rei diligentiam adhibere debent, ac præterea lites liberorũ in iudicio perſequi, tam per ſe quã per procuratores: & ſumptus ex fructibus facere. *Syn. Baſ. 45. tt. 4. c.1.* p *l.8. ʃ. de bonis quæ liberis.* q *l. 6. §.6. verſic. non autem. ʃ. de bonis quæ liberis.* r Res maternas liberorum, in quib. vſumfructum ipſe pater habet, non poteſt ipſe pater alienare in præiudiciũ liberorum: vt eo caſu tutiſſimũ ſit emptori huiuſmodi rerũ fideiuſſorẽ ab ipſo patre res eas vendentẽ accipere. ſ Preſcriptio nulla opponitur liberis res ſuas maternas vindicãtibus, ab earũ emptore: hoc eſt ab eo cui pater ipſorum liberorum eas vel donauit vel vendidit: quandocunque enim voluerint ipſi liberi, id genus res vindicare poterunt.
t Poſſeſſor dicitur dominus competenti præſumptione.
u De bonis materni generis. *l.14. C. Theod. de bonis maternis.* Bona materni generis filio delata patri adquiruntur nudo vſufructu: ideoque pater ea alienare non poteſt.

e Præmium emancipationis collatæ liberis, id eſt: vt in bonis maternis liberorum parentes ipſi qui liberos ita emãciparunt dimidiam vſufructus retinere poſſunt *vt hic*: eadem præmij ratio eſt in lucris nuptialibus liberorum. *l.2. ʃ. tit. prox.*
f *l.17. ʃ. de collat.*
g i. trientem, *l.2. inf. ʃ. tit. prox. l.6. §.3. ʃ. tit. prox. adde Cont. 1. lect. 7.* ſeu pretium. *§.2. Inſt. per quas perſonas nobis.* quaſi diceret, virilem illam portionem vſusfructus, de quo hic agitur, patri cedere, non iure adquiſitionis (nec enim per liberam perſonam quidquam adquiritur) ſed tanquam munus legum, oblatum reuerentiæ paternæ.
h *v. l. vlt. in f. ʃ. ad Tertul.*

Si verò ex nepotibus neptibúſve tempore quo in auiæ ſucceſſionem vocantur, alij in aui ſunt poteſtate, id eſt, mariti defunctæ, alij ſui iuris ſunt: circa perſonas quidem eorum qui in poteſtate conſiſtunt, & in vſufructu conſequendo, & in emancipationis præmio conquirendo, ratio ſupradicta ſeruetur. In his verò qui ſui iuris ſunt, facultas capiendi vſuſfructus virilis inter eos portionis habeatur. ¶Eadem[a] autem & de[b] pronepotibus vtriuſque ſexus ſancimus: manẽte definitione quæ de ſingulis ſancita eſt ſi filij ſint pariter ac nepotes. Dat. 7. Id. Nouemb. Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Coſſ. 422.

Pater per tranſitum ad ſecunda vota, non perdit vſumfructum ſibi quæſitum in rebus filiorum. Sal.

4. Imp. *Leo* A. Calliſtrato P. P. per Illyricum.

OMnem [c] ambiguitatis confuſionem amputantes, hac liquida & compendioſa lege ſancimus, circa vſumfructum maternarum rerum nullam eſſe differentiam, ſiue in priore matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, ſiue[d] nouercam filiis ſuperinduxerit: legibus quæ de maternis bonis latæ ſunt, ſuam habentibus firmitatem. Patres igitur vſumfructum [e] maternarum rerum, etiam ſi ad ſecundas migrauerint nuptias, ſine dubio habere debebunt: nec vllam filiis, vel quibuſlibet ex perſona eorum contra patres improbam vocem accuſationémque poſſe competere. Dat. Kal. Septembr. Anthemio Aug. II. Coſſ. 468.

DE BONIS QVÆ LIBERIS[f] IN poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio[g] vel alias adquiruntur, & eorum adminiſtratione.

Tit. LX.

De bonis maternis & de lucris nuptialibus.

1. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA ad Senatum vrbis Romæ poſt alia.

CVM venerandæ leges[h] vetuerint patribus iure poteſtatis acquiri quidquid eorum filiis auus auia, proauus proauia, à linea [i] materna venientes quocunque titulo contuliſſent: hoc [k] quoque conuenit obſeruari, vt quidquid [l]: vel vxor marito non emancipato, vel maritus vxori in [m] poteſtate poſitæ, quocunque titulo vel iure contulerit, ſiue tranſmiſerit: hoc patri nullatenus [n] acquiratur: atque ideo in eius tantum cui delatum eſt, iure durabit. Datum 3. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ. 426.

De profectitijs.

2. Iidem AA. Hierio præfecto prætorio.

COnſtitutionis [o] nouæ [p] capitulum clariore interpretatione ſancimus, vt quæ per filios, nepotes, pronepotes, itémque filias, neptes, proneptes, quamuis in poteſtate ſint, minimè acquiri ||patri|| decreuimus, à marito vel vxore quocunque titulo collata, ſiue vltima tranſmiſſa volũtate: nullus ad id quoque pertinere exiſtimet, quod [q] ab ipſo parente datum, ||vel dotis|| vel ante nuptias donationis cauſa, pro vna ex memoratis perſonis præſtitum fuerat, vt minimè ad eum, ſi caſus tulerit, reuertatur. Proſpiciendum eſt enim, ne hac iniecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur: ſed vt [r] his poteſtatis iure ad parentes reuerſis, cæterarum rerum quæ ex ſubſtantia ſpeciali coniugis ad ſuperſtitem deuenerant, quamuis idem in ſacris ſit, fructu[ſ] tamen ſolo atque vſu parentibus deputato, dominium ei qui à coniuge, vel quæ à marito meruit, reſeruetur: parente propter emancipationis beneficium, ſi voluerit, ſicut in maternis rebus, vel quæ per eandem lineã veniunt, præmium [t] habituro. Datum X. Kalend. Mart. Felice & Tauro Conſſ.

Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos ſuos habent heredes. Bald.

3. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

QVod[u] ſcitis prioribus cõtinetur, nec à filia quæ in poteſtate eſt, donationem ante nuptias patri, nec à filio dotem acquiri, eo addito cõfirmamus, vt[x] defunctis his adhuc in poteſtate patris, ſi liberis extantibus moriantur, ad[y] liberos eorum eædem res iure hereditatis, non ad partes iure peculij tranſmittantur, nec per nepotes auo videlicet acquirendæ. Sin autem idem nepos ſuperſtitibus tam patre, quàm auo paterno diem ſuum ſine liberis obierit: eorum dominium, quæ ad ipſum ex[z] matre, vel ab eius linea peruenerint, non ad auum, ſed ad [a] patrem eius perueniat, vſufructu videlicet in huiuſmodi caſibus auo (dum ſupererit) reſeruando. Dat. 7. Id. Septembr. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

De bonis ex matrimonio quæſitis.

4. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Erytrio præfecto prætorio.

QVæcumque res ad filium vel filiam, nepotes ſiue pronepotes vtriuſque ſexus in poteſtate conſtitutos, ex priore, vel [b] ſecundo, aut tertio, ſeu numeroſiore[c] cõiugio[d] peruenerint, ex[e] dote, vel quacunque donatione, ſeu hereditate, vel legato vel fideicommiſſo: earum[f] rerum vſque in diem vitæ ſuæ pater, vel auus, vel proauus vſumfructum habeant: eaſdem res quocunque[g] modo alienandi[h] vel pignoris ſeu hypothecæ iure obligandi facultate ei penitus interdicta: dominio videlicet earum apud filios & nepotes ſiue pronepotes vtriúſque ſexus permanente, etiã ſi ex eodẽ matrimonio procreati non ſint, ex quo eædem res ad parẽtes eorum, qui quæue in poteſtate ſunt, fuerint deuolutæ: eo videlicet obſeruando, vt morientium fratrum ſororúmve portiones, qui quæve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitæ ſunt, primo [i] quidem ad liberos [k] eorum (vt dictum eſt) ſi tamen fuerint, deinde his non extantibus, ad ſuperſtites tantummodo fratres[l] vel ſorores eorum perueniant, aut ad ſuperſtitem, ſi ex iiſdem fratribus aut ſororibus vnus vnáve remanſerit. Omnibus autem qui ex eodem coniugio fuerint procreati, defunctis: tunc demum ad eos qui ex alio [m] ſunt matrimonio editi, eaſdem res pro virili peruenire ſtatuimus: nulla autem ex memoratis perſonis exiſtente parentes [n] eorum eas percipere. Parentibus vero quorum ſub poteſtate ſunt, vſumfructum duntaxat habituris, memoratas res iure poteſtatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus: non prohibendis iiſdem liberis quãdocunque ſui iuris fuerint, nulla temporali præſcriptione obſiſtente eaſdem res omnibus modis vindicare: niſi[o] fortè poſtquam poteſtate parentum eos contigerit liberari, tantum[p] temporis effluxerit, vt ex continua & inconcuſſa tenentis poſſeſſione eorum intentio excludatur. Da. 5. Kalen. Mart. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

De bonis ex ſponſalibus quæſitis.

Sicut quæſita à marito vxor non adquirit patri niſi quo ad vſumfructum, ſic nec quæſita à ſponſo. Salyc.

5. Iidem AA. Nepotiano magiſtro militum Dalmatiæ.

NOn [q] ſine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cuius veſtra ſuggeſtio meminit, & germanum eius vertitur, magnitudo tua diuerſis legib. ex vtraque parte prolatis, noſtram credidit conſulendam eſſe clementiã, cùm mulier diuerſis iuris lectionibus, idem intelligi maritum & ſponſum [r] niteretur probare, germanus ||autem|| mariti nomen illi ſoli qui nuptias contraxiſſet, ex recitatione conſtitutionis [ſ] diuorum retrò principum Theodoſij & Valentiniani (qua cauetur, quicquid [t] maritus vel vxor in poteſtate conſtituti, inuicem ſibi reliquerint, nõ patri acquiri, ſed ad eorum ius pertinere) imponere. Quamuis ergo ſignificatione [u] nominis, maritus vel vxor poſt cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta eſt dubietas: attamen quia conſequens eſt ambiguas atque legum diuerſis interpretationibus titubantes cauſas benignè [x] atque naturalis iuris moderamine temperare: non piget nos in præſenti quoque negotio, de quo ſublimitas tua ſuggeſſit, æquitati conuenientem Iuliani tantæ exiſtimationis viri atque diſertiſſimi iuriſperiti opinionem ſequi, qui quidem de dotali prædio tractatu propoſito, idem ius tam de vxore quam [y] de ſponſa obſeruari arbitratus eſt, licet lex Iulia de vxore tantum loquatur. Qua ratione tam ſponſalitiam[z] donationem, quam hereditatem quam memoratus ſpõſus ſuam ſponſam lucrari voluit, non

a *Synopſis Baſilic. ibid.*
b Extenſio huius legis ad pronepotes vtriuſq; ſexus.
c *Synop. ib. ca. 4.*
d Pater ſecundis nuptiis vſumfructũ ſibi quæſitum in rebus filiorum non amittit *vt hic & Nouell. 22. c. 34.*
e *l. 4. j. tit. prox.*
f quæ filiisfamilias *C. Theod. lib. 8. tit. 10.*
g puta ex caſu dotis, vel donationis propter nuptias, hereditate, legato vxoris vel mariti, *l. 1. 2. j. eod.*
h *Lex 1. 2. s. titu. prox.*
i *d. l. 1. & 2.*
k vt idem ſit in lucris nuptialib. quæ liberis in poteſtate adquiruntur, quod in bonis eorũ maternis. vtriúſque generis bonorũ proprietas liberis ipſis adquiritur, non patri.
l Lucra nuptialia liberorum non quæruntur patri, *45. E log. 4. cap. 5.* An vſufructu tenus adquiruntur? vtiq;. *l. 2. in fi. j. eod.*
m Patria poteſtas nuptiis non tollitur, nuptiæ ſeu matrimoniũ non eſt modus tollendæ patriæ poteſtatis.
n ſi proprietatem ſpectes: ſecus, ſi vſumfructum. vide *l. 12. s. de collat.*
o videtur eſſe pars legis vltimę *s. de ſponſalib.*
p id eſt, præcedentis,
q Reſtrictio legis ſuperioris qua dictum fuit, dotem aut donationẽ propter nuptias filij aut filię patri nõ quæri. hic excipitur dos & donatio propter nuptias à patre profecta. nam vtrumque, hoc eſt, & donatio propter nuptias & dos profectitia, id eſt, à parente filio & filiæ conſtituta, ſoluto matrimonio, ad ipſum patrem qui dedit reuertitur *vt hic.* Miror ab authore ſynopſeos 45. *ti.* 4. *c.* 6. hoc addi ἐὰν τὸ σύμφωνον οὕτω συμβῇ, ſi ita conuentũ ſit. Nam hoc ipſo iure ad patre reuerti conſtat *vt hic. in verbo reuertatur. Proſpiciendum eſt enim, &c.*

r Luca nuptialia liberorum ſoluto matrimonio, patri non adquiruntur, niſi vſufructu tenus. Quid ſi filium vel filiam cui huiuſmodi lucri proprietas obuenerit filius emancipare velit, & pro emancipationis præmio, dimidiam eius proprietatis retinere? non poterit, ſed dimidiam tantum vſusfructus: vt & in bonis maternis liberorum retinere poteſt *l. 3. s. tit. prox.*
ſ Hinc colligunt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati vſumfructum ad patrem deferri. t *l. 5. s. tit. prox.*
u Ex Nouella de paternis & maternis bonis. *tit. 7. Eclog. d. l. cap. 7.*
x Lucra nuptialia, mortuo eorum proprietario deferuntur hoc ordine: liberis primum defuncti: deinde patri: pòſt, auo. Sic tamen vt cum patri adquiruntur, auus in illis vſumfructũ habeat. *Synopſis ibid. cap. 7.*
y Filiifamilias in lucris nuptialib. liberos ſuos habẽt heredes, id eſt, ad liberos transferuntur eiuſmodi bona iure hereditatis potiùs, quam ad patrẽ iure peculij.
z Bona materna eodem ordine deferuntur liberis, patri & auo, quo lucra nuptialia, paulo ante diximus: hoc eſt, liberis primum: dein patri: pòſt, auo. ſic vt auus in illis vſumfructũ habeat, quoties ea bona patri defuncti adquiruntur.
a Auus patern⁹, lucri nuptialis filiofamilias ſuo delati vſumfructum habet: maternus proprietatem.
b *adde l. 4. s. tit. proximo.*
c Nuptiæ, ſecũdæ, tertiæ & quartæ: numeroſiores deniq; permiſſæ *vt hic.*
d De bonis quę ex matrimonio filij adquiruntur.
e *l. 11. s. com. de ſucceſſ.*
f Lucra nuptialia vel aliunde liberis adquiſita, proprietate liberis ipſis adquiruntur: vſufructu, eorum patri, auo, proauo.
g Vſufructuari⁹ dominium rei alienare, pignori aut hypothecæ dare non poteſt.
h *verſ. Parentib. j. eod. l. 6. §. 2. j. e. l. 2. s. de bonis maternis. Nouell. 22. cap. 24.*
i Ad quos, & quo ordine deferãtur lucra nuptialia. *l. 7. in f. L. 8. s. de ſecu. nupt. Nouell. 22. c. 26.*
k de liberis.
l de fratribus & ſororibus conſanguineis tantum & vterinis ſimul.
m de fratribus conſanguineis tantum & vterinis.
n de parẽtibus.
o *l. 1. §. vlt. j. de annali præſcript.*
p *Nouell. 22. ca. 24.*
q *Synopſis Baſil. 45. tit. 4. 5. §. 7.*
r De bonis quę ex ſponſalibus filij adquirũtur.
ſ *l. 1. s. eod.*
t Lucra nuptialia liberi in poteſtate poſiti patri non adquirunt.
u Mariti propria ſignificatione, ſponſus: nuptiarum, ſponſalia non continentur.
x In ambiguo pro eo quod benignius eſt iudicatur.
y Dotis nomen, etiam extenditur ad ſponſæ dotes. *l. 14. j. de fideicom. liber. l. 18. 25. ff. de legib. l. 11. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 10. in f. ff. de reb. dubijs. l. 3. ff. de his qui in teſtam. l. 42. ff. de pœnis. l. 55. 192. l. 155. ff. de reg. iur.*
z Quemadmodum res quæſitas à marito vxor non adquirit patri niſi vſufructu tenus: ita & quæſita à ſponſo, *adde l. 4. ff. de fundo dot.* hoc eſt, vt lucra nuptialia filia patri non adquirit, ita nec lucra ſponſalitia.

a Lucra non ex patris substantia sed vel fortuitò vel labore quæsita liberi in potestate positi sibi adquirunt proprietate : patri vsufructu : vt sit rerum ita quæsitarum eadem ratio, quæ rerum maternarum & lucrorum nuptialium *vt hic, ibi, quemadmodum : ibi, ad exemplum : & §.1.j.eod.* ¶ Quid si in castris liberi in pot estate bona quæsiuerint? ea ne quidē vsufructu patri adquirūt. *ibi, exceptis castrensibus.* ¶ Quid si in quasi castris? idē vt sit eadem ratio quasi castrēsis peculij & verè castrensis: *ibi, eodem obseruādo.* ¶ Quid, quæ vis ac potestas est vsusfructus, ita parenti competentis? nempe vt plenissimam potestatē in eo habeat pater: vt eo vti, frui : res eas tenere & quo voluerit modo gubernare possit : ita vt liberi eo nomine nullam hypothecā in bonis patris superstitis vel mortui habeāt, nullas rationes ab eo possint exigere, nō eum prohibere res eas tenere aut administrare possint: denique vt earū rerum administratio patri impunita sit: nisi ea bona vel alienet vel hypotechæ subiiciat §. 2. ¶ Quid si quid ex fructu taliū rerū parens adquisierit? potest ita quęsita parēs pro animi sui sententia disponere, abalienare in alios denique heredes trāsmittere: sed & res mobiles, immobiles, se mouentes ex iis quæsitas, in quācunq; voluerit personam liberorum vel extraneam trāsferre. §.2.*ve. & si quid.*
b *l.s.eod.*
c *l.1.inf.l.2.l.3. l.4.l.5.s.eod.*
d Filijfamilias aduentitiorū vsumfructū patri adquirunt: aduētitiorum, inquā. exceptis castrēsibus & quasi, §. 1.*ver. Quod nobis vers. Quæ.n.inuidia est. institu. per quas person. cuiq;*
† Ius vetus abrogatur, de quo in l.2.j.*de pat. potes.*
e §.2.*Inst. de adq. per adrog.*
f Exceptio regulæ superioris de castrensibus. *adde l.7.j.eodem.*
g Secunda exceptio de quasi castrensibus.
h Filiofamilias relictum ne ad eius patrem perueniret, patri non quæritur.

acquiri patri, sed ad eam peruenire, benignius esse perspicimus. Dat. Kal. Iun. Leone A.V. Coss. 471.

De bonis quæ extrinsecus ad filiosfamilias veniunt.

6. Imp. *Iustinianus* A. Demostheni præfecto prætorio.

CVm oportet similem prouidentiam tam patribus quā liberis deferri, inuenimus autem in veteris iuris obseruatione multas esse res quæ extrinsecus [a] ad filiosfamilias veniunt, & minimè patribus acquiruntur : quemadmodum in maternis [b] bonis, vel quæ ex maritali [c] lucro ad eos perueniunt, ita & in his quæ ex aliis causis filiisfamilias acquiruntur, certā introducimus definitionē. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris sui vel aui vel proaui in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit [d], non ex eius substātia, cuius in potestate sit, sed ab aliis quibuscunque causis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis ad eum perueniant : eas suis parentibus non † in plenum, sicut antea fuerat sancitum, sed vsque ad vsumfructū solum [e] acquirat : & eorum vsusfructus quidē apud patrem vel auum vel proauum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat : dominium autem filiisfamilias inhęreat, ad exemplum tam maternarum, quàm ex nuptialibus causis filiisfamilias adquisitarum rerum. Sic etenim & parenti nihil derogabitur, vsumfructum rerum possidenti : & filij non lugebunt, quæ & suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios tranferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam grauius multis esse videtur : exceptis [f] castrensibus peculiis quorum nec vsumfructum patrem vel auum vel proauum habere veteres leges cōcedūt, in his enim nihil innouamus, sed vetera iura intacta seruamus : eodem obseruando etiā in his peculiis, quæ quasi [g] castrensia peculia ad instar castrensis peculij accesserunt.

In authent. vt lic. mat. & auiæ, in princ. coll. 8. tit. 18. al. 13.

EXcipitur, quod eis datur vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adiecta, ne [h] ad patrem perueniat vsusfructus.

In authent. de heredibus ab intest. ve. §. si vero cum. coll. 9. tit. 1. nou. 118. cap. 2.

ITem hereditas fratris sororísve, ad quam vna [i] cum patre admittitur, & forsan si aliunde quæratur lege prædicta.

In authent. vt nulli iud. §. quia vero. coll. 9. tit. 17. al. 9. c. 11.

IDem est in his quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præsumentibus soluere matrimonium sine causis lege definitis.

Finit Authentica.

Sequitur textus l. Codicis.

1 ¶ Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, ||vt|| in successione quidem earundem rerum quæ extrinsecus [k] filiisfamilias acquiruntur, iura eadem obseruentur, quæ in maternis [l] & nuptialibus [m] rebus statuta sunt.
2 ¶ Non autem hypothecam [n] filiifamilias aduersus res patris viuentis adhuc seu iam mortui sperare audeant [o], nec [p] ratiocinia ei super administratione inferre : sed tantummodo alienatione vel hypotheca suo [q] nomine patribus denegata, rerum habeat parens plenissimam potestatem, vti fruíque his rebus quæ per filiosfamilias secundum prædictum modum adquiruntur, & gubernatio

i Quoties pater consortium proprietatis cum filiofamilias habet toties vsumfructum in filij portione non habet. k i. aduentitiorum. l *l.1.s. eod.*
m *l.1.2.3.4.5.6.s.eod.*
n Pro rebus filij quas pater administrauit, ratione sui vsusfructus filius hypothecā non habet. o Imò sperare audent vt disertis verbis ponitur in §. vlt. huius legis.
p hinc colligunt, Patrem habere plenam administrationem actu & habitu. habitu, quia administrat. actu, quia rationem non reddit. Num pater rationes, seu inuentarium bonorum filij facere teneatur. *v. Mynsing. 2. obs. 39.* q Parentes bona liberorum non possunt alienare suo nomine : filiorum nomine, possunt.
r Quid si bona liberorum euertat? si vltro dissipet: puto auferenda. *arg. l. 22. §. 8. ver. sin verò dotem. ff. soluto. l. 50. ff. ad Trebell.* si negligentia, non nisi magna ex causa.
s Patria potestas exercenda.
t Adquisita per patrem ex vsufructu bonorum filij ad eundem delato, filio nō adquiruntur. ideóque pater potest res ita adquisitas prout voluerit alienare.
u Græci, Κινητὰ, ἀκίνητα, αὐτοκίνητα πράγματα dicuntur. *Synop. Basil. 45. tit. 4. c. 10.*
x Sententia huius loci sanè perquam turbata & perplexa est. sępius diximus in rebus maternis, in lucris nuptialib. & sponsalitiis, in quæsitis casu vel labore prꝛterquā in castris vel quasi castris à liberis in potestate, vsumfructum patri competere. Quid si eum vsumfructum pater sibi non retinuerit, sed eum superstes cum apud filium (cuius ea bona fuerint) esse passus fuerit? Pater diuturno illo silentio vsumfructum ei filio donasse videtur : vt à coheredibus suis, mortuo patre, eo nomine, filius conueniri non possit: petitionem denique talis vsusfructus à patre in vita omissi, ad eius heredes non transmitti.
y Pater vsumfructum sibi debitum filiofamilias potest remittere *vt hic.*
z Vsumfructum aduentitiorū filij à patre donatum filius non confert.

||rerum|| earum sit penitus impunita [r] : & nullo modo audeat filiusfamilias vel filia vel deinceps persona, vetare eū in cuius potestate sunt, easdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: vel si hoc fecerint, patria [s] potestas in eos exercenda est : sed habeat pater vel aliæ personæ quæ superius enumeratæ sunt, plenissimam potestatem vti frui, gubernaréque res prædicto modo acquisitas. ¶ Et si quid ||ex|| vsu earum pater, auus, vel proauus collegerit : [t] habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc disponere, & in alios heredes transmittere: vel si ex earum ||rerum|| fructibus res mobiles [u] vel immobiles, vel se mouentes comparauerit: eas etiam quomodo voluerit, habeat, & transmittat, & in alios transferat, siue extraneos, siue liberos suos, seu quamlibet personam. ¶ Sin [x] autem res sibi memorato modo acquisitas parens noluerit retinere, sed [y] apud filium aut filiam vel deinceps personas reliquerit: nullam post [z] obitū eius licentiam habeant heredes alij patris vel aui vel proaui eundem vsumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias peruenit (vtpote [a] patri debitu) sibi vindicare : sed quasi diuturna [b] donatione in filium celebranda, qui vsumfructū detinuit, quem patrem ||eius|| habere oportuerat, ita causa intelligatur, vt eundem vsumfructum post obitum patris ipse lucretur, parente ius exactionis quasi sibi debitæ à filio, qui vsumfructum consensu eius possidebat, suæ posteritati vel successioni minimè transmittente : quatenus in omni [c] pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam (maximè [d] inter fratres) oriatur occasio.
3 ¶ Cùm autem Constantiniana lege [e] cautum erat, si filiifamilias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem [f] liberentur, debere [g] patrem tertiam [h] partem bonorum quæ acquiri non solent, quasi [i] remunerationis [k] gratia à filio accipere vel retinere, & ex hac causa iterum pars non [l] minima substantiæ liberorum adimebatur: sancimus huiusmodi casu interueniente, & emancipatione liberis imposita, non tertiam [m] partem dominij rerū minimè acquisitarum, sed dimidiam † vsusfructus apud maiores qui emancipationem donant, residere : exceptis & in hoc casu castrensibus, & quasi castrensibus tantummodo peculiis, quib. nihil ex hac causa diminuitur. Sic enim nec liberis cuiuscunque sexus aliquid dominij auferetur, & patrib. amplioris patrimonij vsusfructus adsignabitur. Hoc obtinere & si [n] in emancipatione sibi parentes hoc minimè seruauerint: [o] sed specialiter vel in emancipatione huic præmio renuntiauerint : vel donatione facta sese & ab huiusmodi beneficio alienauerint, & in liberos hoc trāstulerint: manere apud eos etiam tacentes ius & beneficium vsusfructus retinendi: vt post obitum [p] eorum vsusfructus in omnibus memoratis causis ad eos perueniat, quorum dominium est scilicet, secundum quod iam diximus: in successionibus eorum omnibus seruandis quæ ||de|| maternis & nuptialibus bonis consultissimis legibus definita sunt.
4 ¶ Sed cùm tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdam certis casibus introduxerunt, quàm nos in maternis [q] cæterísque donationibus quas seruare necesse [r] est, & dubitabatur ex quo tempore hypothecas competere oportet. vtrúmne [s] ab initio, an ex eo ||tempore|| ex quo malè aliquid gestum est : compendiosa narratione interpretamur initium [t] gerendę vel deserendæ administrationis vel obseruationis esse spectandum, & non tempus ex quo malè aliquid gestum fuerit. Recitata in [u] nouo consistorio palatij DN. Iustiniani. Dat. III. Kal. Nouem. Decio viro clarissimo Cons. 529.

De donatis à principe vel ab Augusta.

7. Idem A. Iuliano præf. præt.

CVm multa priuilegia imperialibus donationibus iam præstita sunt, dignum incrementum & his conferre nostra dignata est clementia. Si quis igitur à [x] serenissimo

a id est, quasi debitum.
b Bald. *hic. nu. 4.* videtur legisse *diurna*, eo sensu, Patrem filiofamilias suum diuturnum & diurnum donare posse. & hîc quidem secundus est casus (de priore iā prius dictum est s. *eodem.*) quo pater filiofamilias donare possit. Tertius est de dote & donatione propter nuptias *l. 35. D. familiæ.* Quartus, quando donat filio id quod donaturus esset extraneo *Nou. 92. c. 1.* Quintus, studiorum causa, *Bald. hic.*
c Ea parentis est voluntas, vt liberi post mortem viuant vnanimes.
d æquitas inter fratres seruanda *v. l. 4. s. comm. diuid.*
e Cuius pars extat *l. 1. s. ti. prox.*
f Emancipatio libertatis species.
g vsumfructum rerum maternarum s. *tit. prox.* lucrorum nuptialium, *l. 4. s. eo.* sponsalitiorū *l. 5. s. eo.* quęsitorum denique casu vel labore alibi quàm in castris vel quasi castris liberis in potestate positis patres obtinent. Quid si eos liberos velint emancipare? vsusfructus ille liberos ita emancipatos tacitè sequitur: *versi. hoc obtinente:* potest tamen parens pro præmio emancipationis liberis ita collatæ, non tertiam partem bonorum vt olim retinere, sed dimidiū vsusfructus. Hoc est, pręmium emancipationis quod pater eo casu retinere sibi potest. *vt hîc. ibi nō tertiam.*
h *v. l. 1. s. de bonis mater. §. 2. Insti. per quas personas cuique.*
i *l. 1. l. 2. C. Theod. de bonis maternis:* non enim potest æstimari emancipatio, vnde quasi pro pretio emācipationis dicitur id dari *§. 2. Inst. per quas personas.*
k *v. l. 2. s. de bonis maternis.*
l Tertia sc. vnde colligunt, Tertiam partem minimam non esse, ídque eo magis, quod diuidi possit.
m vt olim *l. 2. C. Theodos. de bon. matern.*
† Hodie præmium emancipationis patri debitum, est semis vsusfructus bonorum filij: olim triens erat pleno iure *l. 1. l. 2. C. Theodos. de bon. matern.*
n Superuacuè id protestatione quæri nobis putamus, quod de iure satis quæritur.
o Id est, exceperint.
p Omnino. ita vt pater reuocare non possit id, quod semel donauerit.
q *l. 12. §. 1. vers. exceptis. j. qui potiores.*
r Imò necesse non videtur: cum nulla hypotheca in patris bonis liberis competat. *§. 2. s. eodem.*
s Hypothecam tacitam in bonis patrum liberi habent. Patrum, inquam, à quibus res ipsorum liberorum maternæ & similes administrantur.
t Hypothecæ in bonis patris liberis competentis initium est, non à malè gesta administratione, sed ab ipso initio gestionis. *l. 6. §. 2.* ibi ex eo die quo eadem res ad eam peruenerit *l. 1. s. de secund. nupt.*
u *v. quæ dixi ad l. 30. s. de iure dot.*
x Donata à principe vel Augusta, non quæruntur patri etiam quod ad vsumfructū prin-

adde l.26.ſ.de donationibus inter virũm.Synop.Baſil.eodem.cap.13. a Quod filiusfamilias à Principe accepit, quaſi caſtrenſe eſt.
b *leg.6.ſ.eodem.*
c Imperialis fortuna vt omnẽs alias ſupereminet:ita donationes à principe vel Auguſta factæ,priuilegium merentur. d omnium fere rerum,quarum vſusfructus patri adquiritur, liberi proprietatem habent:exceptis iis rebus, quæ ex rebus patris ꝓueniunt *Syn.Baſil.45.tit.4.c.14.*
e *l.6.ſ.eod.*
f Si filius res ſibi delatas non vult adquirere, pater pleno iure eas adquirere poteſt, *vt hic*, & è contrà *ver.ſiue è contrario.j.eodem.*
g Cur ità? *v.l.1.§.1.ff.de ſucceſſorio: l.11.ſ.de iure deliber.l.2.ſ.de repudianda.*
† derogatur *l.6.l.13.in fin.l.14.ff.de adq.hered.*
h Aduentitiorũ nomine agere aut conueniri filius nõ poteſt, ſiue pro iis agat ſiue conueniatur *vt hic.* An & ea adquirere poteſt ſine iuſſu patris? poteſt: nam & patre etiam inuito & contradicente adire poteſt.*verſic.ſiue ſ.eo.*
i Cum filiofamilias iudiciũ non conſiſtit ſine patris voluntate. *vt hic.* Quid, nũ hoc perpetuo verum eſt? fallit in cauſa criminali: vt & ſpirituali, ſeu diuina vel religionis: ſed & in iis quę voluntariæ iuriſdictionis,vt & quoties pater legitimus non eſt adminiſtrator rerum filij. Poteſt quoque filius corã arbitratore litigare. In cauſis beneficiorũ religioſorum idẽ eſſe cenſent: vt & quoties iudicis officium implorat.fallit quoque in reconuẽtionis &appellationis cauſa, vel quoties reſcriptum impetrat, vt & iis caſibus quibus minor in iudicio eſſe poteſt, ſine auctoritate tutoris, vel ſi alieno nomine compareat,aut in iudicio certam pecuniam confeſſus, à iudice damnatus eſt. v.Socin.*reg.*151.
k Pater officio iudicis cogitur conſentire cauſa cognita.
l Iuſſu magiſtratus quod fit in iudicio, metu fieri non dicitur.
m Iudicium redditur in inuitũ etiam actorem.

principe vel à piiſſima Auguſta ſiue maſculus ſiue fœmina donationes ſit conſecutus vel conſecuta,ſiue mobilium, ſiue immobilium,ſiue ſe mouentium rerum, filiusfamilias tamen conſtitutus vel conſtituta,habeat huiuſmodi res omni acquiſitione abſolutas,& nemini eas acquirat, neque earum vſumfructum pater vel auus vel proauus ſibi vindicet:ſed ad[a] ſimilitudinem caſtrenſis [b]peculij omnem facultatem in eas filij vel filiæfamilias habeant. Vt enim imperialis[c] fortuna omnes ſupereminet alias,ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat.propoſita 12.Kal.Apr.Conſtantinop.Lampadio & Oreſte VV.CC.Conſ.530.

De hereditate dilata filiofami.

8. Idem A.Ioanni præf.præt.

Cvm non[d] ſolum in maternis rebus quæ filiisfamilias deferuntur, ſed etiam de aliis omnibus quæ acquiſitionem effugiunt(& maximè poſt nouellam noſtri numinis legem[e],||quæ||omnia quæ extrinſecus ad filiosfamilias perueniunt,&||non ex paterna ſubſtantia||ſunt, || non eſſe acquirenda patruis ſtatuit, niſi tantummodo ad vſumfructum)variæ altercationes exortæ ſint,& varius euentus variúſque continetur tractatus, & ſemper in iudiciis verſantur: neceſſe eſt vtiliter & apertiſſimè omnia dirimere.Sancimus itaque,in omnibus rebus quæ effugiunt quidem dominij acquiſitionem, ſed vſusfructus tantummodo patri offertur vel aliis parentibus à filiofamilias cuiuſcunq; gradus vel ſexus,ſiue pater adire filiumfamilias integræ ætatis compellit,& ille reclamandum[f] exiſtimat, ſiue filiusfamilias adire cupit,& pater in contrarium inclinat:liberam habere licentiam,& patrem ipſum ſibi adire hereditatem recuſante filio,& omne ſiue damnum ſiue lucrum in ſuã habere fortunam,nullo[g] ex hoc præiudicio filio generando. Siue econtrario patre recuſante † filius adire hereditatem voluerit: nullam acquiſitionem, nec vſumfructum patri offerri,ſed ipſum filium ſibi imputare ſi quid ex hoc contigerit:nulla actione neque contra patrem danda, vbi aduerſus eius voluntatem filius hereditatem, vel legatum, vel fidicommiſſum,vel aliud quicquam ex quocunque titulo ſiue donationis,ſiue contractus||alterius || ſibi acquirere maluerit:neque aduerſus filium ſimili modo actione extẽdenda,vbi recuſante eo pater ſua auctoritate hæc ſibi vindicet: huiuſmodi aditionis tramite ex præſenti lege patri competente: ſed habeat pater omnem licentiam & actiones mouere,& ab aliis pulſari, vbi ad eum totum commodum aduenit. Et filius ſimili modo in[h] agendo & pulſando ſolus habeat & detrimentum & commodum: neceſſitate[i] per officium[k]||iudicis||patri imponenda[l] tantummodo filio conſentire vel agenti[m], vel fugienti,ne iudicium ſine[n] patris voluntate videatur conſiſtere. Et hoc quidem ſi plenę[o] ætatis filius eſt,qui paternam voluntatem ſequi non patitur.

1 ¶ Sin autem in ſecunda [p] ætate, adhuc filius eſt, & hereditate ei delata pater conſentire adeunti hereditatem noluerit,vel patre volente ipſe reclamauerit: ſi quidem recuſauerit filius,licẽtiam damus patri ſimili modo hereditatem adire,& eam pleno iure habere:his omnibus quæ ſuperius diximus, locum habentibus. Sin autẽ patre recuſante filius adire maluerit: damus quidem licentiã ei hoc facere.Nolente autem patre res filij gubernare propter cauſæ neceſſitatem: habeat [q] facultatem filius adire competentem iudicem,& ab eo petere[r] curatorem[ſ] hereditati dari,per quem gubernatio rerum ad eum delatarũ procedat: in vtroque caſu in integrum reſtitutionis auxilio minimè ei denegando. 2 ¶ Similique modo & in milite filiofamilias,cui recuſauerit aditionem hereditatis, quæ ei ex[t] caſtrenſibus occaſionibus veniat: patri danda licentia adire hereditatem, vt ad ipſum perueniat pleno iure, tam per vſumfructum, quàm per dominium eandem hereditatem poſſeſſurum, quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet heres inſtitutus: eo videlicet ſubiacente omnibus oneribus hereditariis, & omnia commoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his caſibus obſeruanda ſunt, quibus diſcordia inter patrem & filium vertitur.

3 ¶Vbi[u] autem in vnum voluntas eorum concurrit, & pater vſumfructum, & filius habeat proprietatem: & tam pater adire poteſt.

n Filiusfamilias non habet integram perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris.
o Plena ætas, non impubes.
p Prima ætas, impuberis *§.3.j.eodem.* Secunda, maioris 25. annis *Thalelæus hic.*
q *l.8.verſi.ad defendendum.D.de procuratoribus.*
r Etiam abſente patre.
ſ Nota de curatore hereditati dato. t Caſtreſem hereditatem à filio repudiatam pater adire poteſt. u In his rebus in quibus pater vſumfructum habet, filius proprietatem,pater proprietatis filio competentis adminiſtrationem gerit *leg.1.verſi.parentes.ſ.de bonis maternis.*
x Prima ætas,cui ſecunda ſubopponitur *§.1.ſ.eod.*
y Abeſt quis maximè, cum longiſſimè abeſt. z Pater vſufructuarius proprietatis bonorum filio competentis,actiones ſuſcipere & excipere ſuis ſumptibus tenetur.
a In particulari vſufructuario id locum non habet, quemadmodum in vniuerſali, de quo hac conſtitutione agitur.
b Vſufructuarius vniuerſalis, æs alienum diſſoluere cogitur.
c Subſtantię vocabulo hic bona intellige.aliàs pro hereditate *l.3.ſ.de liberis præteritis.* aliàs pro pecunia non pro hereditate *l.16.D.ad Trebell.*
d Bona intelliguntur,detracto ære alieno *l.39.§.1.D.de verb.ſignific.*
e Obſerua ordinem rerum alienarum diſtrahẽdarum.
f Immobilia à mobilib. diſtrahenda.
g Vſufructuarius vniuerſalis, ex vſuris proprietatẽ liberare cogitur.
h Vſufructuarius vniuerſalis legata præſtare cogitur ex reditibus.
i A ſterilium rerum alienatione inchoamus.
k quæ damnoſis ſimiles.
l Vſufructu ad onera iniuncta exſoluenda nõ ſufficiente, proprietas delibari poteſt.
m Vſufructuarius mãcipia in quib. vſumfructum habet alere tenetur.
n Vſufructuari⁹ deteriorem proprietatem facere non debet. *l.6.§.12.D.ſoluto.*
o Pater à rationibus reddendis reuerẽtia paterna excuſatur *l.6.§.2.ſ.eo.* idem in orphanotropho *l.32.ſ.de epiſ.adde No.131.*
p Vſufructuari⁹ rationibus obnoxius *adde l.1.ſ.de vſufr.*
q *v.l.3.ſ.de alendis liberis.*
r Non propter lucrum quod à liberis parens accepit, ſed propter ipſam naturam & leges liberi à parentib. alendi ſunt.
ſ Liberi,parentes inopes alere coguntur *l.5.§.13.in fin.ff.de agnoſc.& alend.liberis.*

in agentibus & fugientibus pater quidem ſuſcipiat actiones,& moueat, cuiuſcunque ætatis filius inueniatur, adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima[x] ætate ſunt conſtituti, vel longè[y] abſunt: ſumptibus[z] videlicet à patre propter rerum incrementa faciendis. cum[a] enim nuda proprietas apud filium inueniatur, ex qua ſubſtantia poſſibile eſt eum ſumptus litis dependere?

4 ¶ Sin autem æs alienum[b] ex defuncti perſona deſcendit, cùm etiam apud veteres hæc eſſe ſubſtantia[c] intelligatur, quæ poſt detractum[d] æs alienum ſuperſederit, habeat pater licentiam ex rebus hereditariis (primum quidem mobilibus:[e] ſin autem non ſufficiunt, ex immobilibus)[f] ſufficientem partem nomine filij venundare, vt illico reddatur æs alienum, & non vſurarum onere prægrauetur: Quòd ſi pater hoc facere ſuperſederit, ipſe vſuras[g] vel ex reditibus vel ex ſubſtantia ſua omnimodo dare compelletur. Sin autem legata vel fideicommiſſa, ſiue annalia[h], ſiue ſemel relicta imminent huiuſmodi perſonis: ſi quidem tales reditus ſunt, qui ſufficiunt ad annalia legata: pater ex huiuſmodi reditibus hoc dependere compelletur. Sin autem non habeat ſubſtantia ſufficientem reditum ad legatorum vel fideicommiſſorum præſtationem, vel minimè reditus, vel alias acceſſiones contineat, ſint tamen res mobiles vel immobiles, ſteriles[i] quidem, non tamen inutiles, veluti domus in prouinciis pretioſæ[k] vel vbicunque poſita || ædificia,vel ||ſuburbana, ex quibus huiuſmodi legata poſſint explicari: licentia dabitur patri ſufficientem partem eorum ſimiliter filij[l] nomine vendere, & ſatisfacere legatis: hoc proculdubio obſeruando, vt & mancipia[m] ipſe vſufructuarius alere debeat, & omnia circa vſumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem poſſint deteriorem[n] facere: paterna reuerentia[o] eum excuſante & à ratiociniis, & à cautionibus, & ab aliis omnibus quæ ab vſufructuariis extraneis[p] à legibus exiguntur ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quam ſuper huiuſmodi caſibus tulimus.

5 ¶Ipſum autem filium vel filiam, filios vel filias, & deinceps, alere[q] patri neceſſe eſt, non[r] propter hereditates, ſed propter ipſam naturam & leges, quæ & à parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt, & ab[ſ] ipſis liberis parentes, ſi inopia ex vtraque[t] parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam ||rite||[u] res filiorumfamilias vendere filij nomine: vel ſi emptorem non inuenerit || rite pignori ||ſupponere, nullo modo licentia concedenda filiis eaſdem venditiones vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra[x] memoratas cauſas, res quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: ſed ſi hoc fecerint, ſcituris quòd neceſſe eſt eos in legum laqueos incidere, quibus huiuſmodi venditiones, vel hypothecæ ſunt interdictæ: excepis[y] videlicet || rebus || mobilibus vel immobilibus illis, quæ oneroſæ hereditati ſunt, vel quocunque ||modo || damnoſæ, quas ſine periculo vendere patri cum paterna[z] pietate licet: vt pretium earum vel in res[a] vel in cauſas hereditarias procedat, vel filio ſeruetur. Filius autem familias in his || duntaxat || caſibus, in quibus vſuſfructus apud parentes conſtitutus eſt, donec parentes viuunt, nec de iiſdem rebus teſtari[b] permittimus, neque citra voluntatem eorum quorum in poteſtate ſunt, vlla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adſignare. Melius enim eſt coartare iuueniles[c] calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum[d] expectat patrimonium. Cùm enim (ſicut dictum[e] eſt) parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur: quare ad venditionem rerum ſuarum proſilire deſiderant?

6 ¶ Vbi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filij hereditatem nomine eius adire: ſi hoc fecerit || pater, || damus[f] quidem filio in integrum reſtitutionem,poſtquam patria fuerit poteſtate liberatus,vel adoleuerit: patrem autem||omnibus||oneribus hereditariis,licet nomine filij adiit. modis omnibus illigamus.Quare enim talem hereditatem adiit, qualem nec ipſe, nec nunc filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non au-

t Alterutra *Hal.* u Adhibitis ſolennitatibus *vt.j.eo.* x Quibus de cauſis parentes res liberorum non poſſunt alienare ſine ſolennitate.
y Mobilia & immobilia oneroſa & dãnoſa,parens ſine ſolennitate poteſt vendere.
z Pietatis eſt paternæ bona filiorum non diſtrahere. a Quas in cauſas pretia rerum ad filiumfamilias pertinentium verti oporteat. b Filiifamilias proprietas rerum quarũ vſufructus eſt parentis, alienari non poteſt *l.3.l.11.ſ.qui teſtam.fac. l.3.j.de patria poteſt.* c Iuueniles calores. d i.euerſum. e *ſ.eo.in pr.* f *l.1.in fi.ſ.de filiofam.min.*

tem filio damus[a] licentiam, si in integrum restitutionem petat, respuendam credens esse hereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliam restitutionẽ adire præfatam hereditatem: ne ludibrio[b] leges ei fiant, sæpius eandem & amplecti & respuere hereditatem cupienti. Si enim quod pater fecit, ||filius|| ratum non habuit, & propter hoc restitutus[c] est: quomodo ferendus videatur iterum iudicium amplectens, quod post patris voluntatem contraria affectione aspernendum esse existimauit: Sin verò pater quidem hereditatem repudiauerit[d] infante filio constituto, ipse autem filius postea vel adhuc in sacris constitutus, vel patria potestate liberatus, adeundam esse crediderit eandem hereditatem: licentiam damus ei, vel si sui iuris efficiatur, tutoribus eius vel curatoribus hereditatem adire, nullo præiudicio ex recusatione paterna ei generando. simili modo & in hac parte nulla ei vel tutoribus, vel curatoribus eius licentia concedenda contra priorem suam voluntatem in integrum restitutionem petere. Quæ & in legatis[e] & in fideicommissis tam speciallb. quam per vniuersitatem relictis, & in aliis causis quas supra enumerauimus, similibúsque eis, obseruanda sunt. In seruis autem qui filiis ||vel filiabusfamilias|| donantur, siue constante matrimonio, siue ab extraneis sub ea conditione, vt statim eos in libertatem perducant: nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim vsusfructus potest ei acquiri, qui momentarius[f] esse ostenditur? Si enim in ipso momento necesse habeat eum & possidere, & libertate donare, in talem hominem qualis vsusfructus patri potest acquiri?

DE HEREDITATIBVS DECVRIONVM[g], || NAVICVLARIORVM,[h] cohortalium[i] militum[k] & fabricensium[l]. ||

Tit. LXI.

1. Imperator *Constantius* A. Mastichiano præfecto annonæ[m].

SI quis nauicularius[n] sine testamento & liberis vel successoribus defunctus sit: hereditatem eius non ad fiscum, sed ad corpus nauiculariorum ex quo fatali sorte subtractus est, deferri præcipimus. PP. decimo quinto Kalend. Lastronę Constantio A. VII. & Constante Cl. Cæs. Consulibus 354.

2. Idem A. Bonoso magistro equitum.

VNiuersis[o] tam legionibus,[p] quàm vexillationibus, comitatensibus seu cuneis insinnare[q] debebis, vt cognoscant, cùm ||eorum|| aliquis fuerit reb. humanis exemptus, atque intestatus, ||si|| sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem in qua militauit, res eiusdem necessariò peruenire. Dat. VII. Id. Maij, Hierapoli, Rufino & Eusebio Conss. 347.

3. Idem A. Rufino præf. præt.

SI quis cohortali[r] conditione grauatus, sine testamento vel quolibet successore vltimum diem obierit: successionem eius non ad fiscum, sed ad cæteros cohortales eiusdem prouinciæ pertineré iubemus. Dat. V. Kal. Ian. Limenio & Catulino Conss. 349.

4. Impp. *Theodos. & Valent.* AA. Florentio P.P.

IN testatorum curialium[s] bona, si sine herede moriantur, ordinibus patriæ eorum adipisci præcipimus. Dat. V. Idib. Mart. Florentio & Dionysio Conss. 429.

5. Iidem AA. & CC. Aureliano comiti rerum priuatarum.

SI quis fabricensis[t] sine liberis vel legitimo herede decesserit non condito testamento eius bona, cuiuscunq; summæ sint, ad eos pertinere ||sancimus,|| qui velut creditores[u] decedentium attinentur: qui fisco pro intercepto respondere coguntur. Hoc enim facto contingit, vt & reipublicæ ratio salua permaneat: & fabricenses collegarum suorum solatiis perfruantur, qui damnis ac detrimentis retinentur obnoxij.

a *leg. 41. D. de minoribus.* Imò datur *leg. 7. §. 9. D. de minoribus.* b Ludibrio leges esse non oportet.

c Restitui aduersus factum patris filius potest *vt hic.* Atqui restitutio liberis aduersus parentes: vt & libertis aduersus patronos denegatur? *leg. vlt. §. qui & aduersus quos in integrum restitui non possunt.* possis dicere non restitui officio iudicis sed iure actionis *leg. 5. §. de dolo.* Imo actionis restitutio, rebus & personis cohæret: ex obligatione est: officio iudicis, extra personas, extra obligationem denique, vt Castrensis rectè notat *in d. l. vl.* Quin liberi restituuntur aduersus factum iudicis, cui factum patris sit immixtũ *l. 2 §. si aduersus rem iudicatam.* datur quoque aduersus patrẽ indirectè & obliquè restitutio. *vt hic. leg. vl. si aduersus donationem.* Quin & aduersus turpes personas parentum restitutio liberis datur maximè: aut sanè actio instituitur qua etiam sacris paternis ipsi liberi soluuntur. *arg. l. lenones §. de spectaculis. l. si lenones §. de episcopali audientia.* sed ex iusta & magna causa *argum. leg. 1. in fi. ff. de in integrum restit. Interpretes in d. l. vlt. qui & aduersus quos.* Datur quoque restitutio liberis si quod à parẽte gestum fuit, ipso iure nullum sit. *l. 2. §. aduersus donat.* Eadem ratione restitui possunt aduersus ea quæ nimio vel pudore vel nimia reuerentia cum parentibus gesserint. *arg. leg. 1. §. quæ onerandæ D. quarum rerum actio: l. penult. D. de furtu: Interpretes in d. l. vlt.* sed & verbis temperatis & honestis actione in factum, aduersus patrem experiri possunt, vt de se potius quæri, suámque facilitatem accusare, quàm vel fidem pudorem & existimationem patris accusare videantur. *l. non debet. 11. §. 1. D. de dolo.* suas quoque vt & suarum iniurias aduersus parentes defendunt rectè: ciuili actione non atroci, non criminali *leg. 11. §. 1. D. qui accusare leg. 5. §. ad l. Cornel. de falsis.* vt & venia petita à prætore, parentes in ius vocant *l. vl. §. de in ius vocando.* His tot modis liberi aduersus parentes directa vel actione, vel restituta experiri possunt.

d *l. 1. §. si. vt omiss.*

e Id est, in lucro *leg. 7. §. 6. D. de minoribus.*

f Momentarius vsusfructus vix est vsusfructus. Quasi paria, non esse aut mox deficere. De momẽto v. Cuiac. *ca. 1. de præscriptionibus. adde l. 127. ff. de reg. iur.*

g *l. 4. §. eo.*

h *l. 1. §. eo.*

i *l. 3. §. eo.*

k *leg. 2. infra eod.*

l *l. vl. §. eod.* adde & Ecclesiasticorum *l. 20. §. de episcopis:* præfecti prætorio *l. 3. §. de appar. præfect. præto.* eorum qui consortes liberalitatis principalis *leg. 1. §. si liber. imper. soc.* Harũ enim personarum cõiunctio fiscum etiam excludit.

m Meritò hęc constitutio scripta est ad præfectum annonæ, quoniam sub cura & dispositione eius erat corpus nauiculariorum *No. Valent. de nauiculariis.*

n De nauiculariis.

o *l. vn. C. Theod. de bon. milit.*

p De eo qui in legione, vexilatione comitatẽsi aut cuneo militat *l. 6. §. 7. in fi. ff. de iniusto.*

q Hinc librarij caducariorũ in castris *leg. vlt. ff. de iure immunit.* qui rationes conscribunt eorum, quæ morte militum in legionem cadunt.

r De cohortali, seu officiali præside. Cohortales perpetui quidam erant in prouinciis: sed vulgares & gregarij. Cohortalis apud authorem *Synop. 45. ti. 1. cap. 52.* & Harmenopulum *5. titul. 8. §. 107.* ἄυπλης dicitur. quo loco Harmenopul. interpres perperam vertit, vilem & abiectum.

s De decurione.

t De fabricensi. Fabricensis autem is est qui in publicis fabricis militat.

u Nominatores, Græci χειροτονηταὶ *Cuiacius hic. & dict. leg. 59. infra de decurionibus.*

Codicis D.N. Iustiniani perpetuo Augusti repetitæ lectionis liber sextus explicit.

CODI-

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, ex repetita prælectione,

LIBER SEPTIMVS.

DE VINDICTA[a] || *LIBERTATE* ||, *ET apud concilium*[b] *manumißione.*

TITVLVS PRIMVS.

Decretum ex falsa causa interpositum, fauore libertatis non rescinditur. Salyc.

1. Imp. *Antoninus* A. Tertio.

EORVM qui apud conciliũ manumittuntur, post causam[c] à iudicibus probatam, & manumissionem secutam, non solet status in dubium reuocari, si dicantur falsa[d] demonstrati one liberati.

2. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Sallustio.

NIhil ciuitati Romanæ semel præstitæ, vel addere vel detrahere secundam[e] manumissionem potuisse, certissimum est. Dat. Prid. Kal. Maij, AA. CC.

3. Iidem AA. & CC. Attonitæ.

NEc mulierem per maritum, nec alium per[f] procuratorem || vindicta || manumittere posse, non est ambigui iuris[g].

Apud præsides & magistratus manumißio fieri potest. Salycet.

4. Imp. *Constantius* A. Maximo præf. prçt.

APud concilium[h] || nostrum, || vel apud consules[i], prætores[k], || præsules[l], || præsides, magistratúsve earum ciuitatum quibus huiusmodi ius[m] est, adipisci potest patronorum iudicio sedula seruitus libertatem.

DE TESTAMENTARIA[n] MANVMISSIONE.

Tit. II.

De codicillis.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Primo.

SI codicillos[o] maior viginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est. nec enim potestas iuris sed iudicij consideratur.

De hereditate non adita, de memoria defuncti damnata.

2. Iidem AA. Phileto.

EX testamento defuncti libertates præstari non possunt hereditate[p] non adita, vel si rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, damnata est.

De in integrum restitutione.

3. Iidem AA. Euphrosyno.

LIbertas testamento || defuncti || data, adita hereditate contingit: & licet heres scriptus per in integrũ restitutionem abstinuit[q] hereditate, tamen || nihil ea res libertati obest[r]. S. XVII. Kalend. Maij, Apro & Maximo Conss. 208.

De rationibus reddendis vel non.

4. Iidem AA. Archelao.

CVm testamento directam libertatem pater tuus sit consecutus: quamuis ei heres extiteris, frustra tamen rationes quas[f] tempore seruitutis gessit, vt reddas, compelleris, cum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem cui libertas seu fideicommissaria, seu directa, si[t] rationes reddidisset, relicta est: ante reliqua illata, & ea quæ malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest peruenire. Sin autẽ nõ debitor ex rationibus fuerit repertus: post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. Proposita[u] VII. Kal. Dec. Læto II. & Cæreale Consulibus. 216.

De manumißione in fraudem creditorum.

5. Imp. *Alexand.* A. Quintiliano.

IN[x] fraudem creditorum testamento datæ libertates, quã- uis debitori heres qui[y] soluendo est, extiterit: per legem Æliam Sentiam non valent.

De addictione bonorum.

6. Imp. *Gordianus* A. Pisistrato.

SI hereditas eius, à quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum sp ernitur[z] ab heredibus: conseruandæ[a] libertatis gratia non iniusta ratione creditoribus hereditariis satis[b] offerens, iudicium testatoris obseruari tibi postulabis: maximè cùm id etiam à diuo Marco[c] consultissimo principe sit constitutum: quod in extranei[d] quoque persona obseruari oportet.

De prohibito manumitti.

7. Idem A. Iustæ.

COntra[e] voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit, [f] non debes: ne videaris iura pietatis violare.

De libertate collata in diem incertum.

8. Imperator *Philippus & Philippus* Cæs. Tremellio.

---

a *dixi ad 40. D.* 1. Vindictæ nomen deductum à vindiciis *le. 2. §. 29. D. de orig. iur. Theoph. §. κ̀ cõ Inst. de libertinis: Seneca 5. controu. 9.* Dixi ad *l. 6. ȷ̃ de emancipat. liberorum.*

b alij scribunt consilium, *l. 19. ff. eod. v. l. 2. l. 4. ȷ̃. eod. l. 2. s̃. de libertis & eorum liberis l. 2. s̃. si aduers. libert.* Consiliũ quid sit v. Vlpiani 1. §. 3. Est autem consessus Romæ prætoris cum viginti viris, qui peregrini recuperatores dicebantur *48. Basil. 2. c. 46.* Proconsulis autem & præsidis in prouincia cum quinque senatoribus. totidémque equitibus Romanis. Tempus autem conuẽtus erat hybernum tempus, litibus dirimendis constitutum *Cicero 5. ad Atticum 14. Theoph. §. 4. t.* qui & quib. ex causis manumittere. & titulo de successionibus sublatis. Strabo lib. 3 Hinc conuentus agere *Cicero 5. Verrina: 5. ad Attic. 16. & Cæsar 6. Liuius 28. Festus in conuentus,* quod & forum agere. *Cicer. 3. epist. 7. Festus in forum agere: Virgil. 5. Æneid. Acta Apostol.*

c *l. 9. §. 1. l. 16. D. eod.*

d Falsa demonstratio manumissioni nõ nocet *facit d. §. 1. adde §. 6. Instit. quib. ex caus. manumit.*

e Vindicta manumissio non iteratur *hoc loco:* (vt hinc colligas, Manumissionẽ vindicta, olim legis actionem fuisse *l. vlt. ȷ̃. eod. l. vl. ȷ̃. de his qui à non domin.*) nec fit etiam per procuratorem *l. 3. ȷ̃. eod.* Hodie non numeratur inter legis actiones *leg. 77. D. de reg. iur.* & meritò: sublato vsu imponendę vindictæ & verbis solennibus *l. 8. leg. 23. D. eodem.* circumductionibus & alapis *leg. vlt. ȷ̃. de emancip. liber. adde l. 2. ȷ̃. de ingenuis.*

f Vindicta manumissio non fit per procuratorem, simplicẽ scilicet, secus si in rem suam *l. 4. s̃. de dote. l. 7. in fin. D. de donat. int. vir. l. 64. ff soluto.* sic in antiqua inscriptione, Priscus manumissus ad consilium procuratorio nomine apud Domitianum Imperat. Causa quoque manumissionis per procuratorem reddi potest *l. 15. §. 3. ff. eodem.*

g Cur ita? Nemo alieno nomine lege agere potest *v. Cui. 7. obs. 17.*

h *leg. 1. s̃. eodem.*

i *l. 1. ff. de offic. consulis: l. 4. §. 5. s̃. de aduocat. diuers. iud.*

k *l. 1. D. de officio prætoru.*

l Deest in multis, & ita dispungenda vox *Ecclesia* apud Caium 1. *tit. 1. §. 2.* legẽdum est fortè proconsulis *vt l. 17. D. eod. l. 2. s̃. de off. proconsul. Vlpian. 1 §. 7.* nisi id referas ad eas manumissiones quæ in ecclesia fiebant *l. 1. ȷ̃. de his quæ in eccles. manumitt. l. vn. C. Theod. de manumiss. in ecclesia.*

m id est, qui legis actionem habent *Paul. 2. sentent. 25. §. 4.* habent, inquam, non quia municipales sunt magistratus: sed quia eis data est lege vel Senatusconsulto, vel constitutione *l. 6. §. 2. ff. de tutelis:* vt aduersus Robertum scribit Mercator 1. *Notar. 21.* apud eosdẽ lege municipali alienigenæ liberos suos potuerunt emancipare *l. 1. ȷ̃. de emancipat. liber.* quomodo & Vlpianus in peregrinis manumittendis legem peregrinã spectat. *dixi ad l. 2. s̃. eo.*

n *dixi ad 40. D. 4. adde Vlpian. 1. §. 9. Cai. 1. §. 1. §. 2. Instit. de libertinis.*

o *adde l. 43. D. eod.*

p *l. 23. D. eo. l. 1. ȷ̃. de fideic. libertat.*

q *l. 32. D. eod.*

r nec reuocatur *d. leg. 32 leg. 4. §. 2. D. de fideic. libert.*

f sicut liber factus de ante gesto non tenetur rationem reddere, ita nec eius heres *l. 1. s̃. an seruus ex suo facto.* nisi ea cõditione libertatem accepit vt rationes redderet. *Synop. Basi. 48. tit. 3. c. 62.*

t *l. 41. §. 11. D. de fideicomm. libertatibus.*

u aut falsa inscriptio, aut vitiosa subscriptio. Hi enim consules fuerũt Antonino solo imperante.

x Libertas in fraudem creditorum relicta reuocatur. Quid? si heres eius qui libertates ita reliquit, sit locuples? etiam reuocari libertas potest *vt hic. Syn. Bas. 48. tit. 26. ex tit. 3. cap. 63.* Spectamus igitur libertates in fraudem datas, non aditionem hereditatis non idoneæ ab herede factam.

y *l. 56. D. eo. l. 5. l. 18. D. qui & à quibus manumis.* Qualitas heredis non facit conualescere testamentum.

z Hereditatem defuncti spernentibus heredibus, seruus libertate donatus petere potest bona sibi addici.

a *l. 15. §. 5. ȷ̃. eo. l. 40. in fi. ff. eo. l. 2. in fi. l. 3. l. 4. ff. de fideic. liber.*

b *v. Inst. de eo cui liber. cau.*

c *l. 15. ȷ̃. eo.*

d *l. 50. ff. eo.*

e manumittere seruum etiam contra voluntatem matris, filius non potest *Syn. Bas. 48. ti. 3. c. 65*

Contra defuncti voluntatem, seruus manumitti non potest *vide leg. 5. supra §.*

CVm testator libertatem tempore [a] nuptiarum filij sui vel filiæ seruo dari iussit: non tempus præstandæ libertatis præstituit: sed potius conditioni [b] locum fecit, vt non insecutis nuptiis libertas iure posci non possit.

De seruo heredis.

9. Imppp. *Carus, Carinus & Numerianus* AAA. Mauro.

SEruo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: iure enim directo [c] libertatem seruis alienis [d] nemo potest [e] dare.

De impositione pilei & de aditione hereditatis.

10. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Germano.

DIrectis verbis iure data libertate, non solum impositione pilei [f], sed & adita [g] hereditate, (si nulla iuris impediat constitutio) liberti constituuntur Orcini [h].

Si testamentum non valeat.

11. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

SI [i] iure non [k] subsistit testamentum: in hoc nec libertates (cum [l] non fuisset adiectum vt [m] pro codicillis scriptum valeret, proponas) rectè datas constabit [n].

De hereditate adita vel repudiata, & de collusione.

12. Iidem AA. & CC. Rhyso.

SI heredes iure facto testamento solenniter [o] adierint [p] hereditatem: ex testamento libertas quæsita, postea colludentibus [q] tam scriptis heredibus, quàm ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quòd si sponte repudiauerint sibi delatam successionem: omnia quæ||in||testamento fuerant scripta, defecisse conuenit. Si verò, vt vos defraudarent||heredes||libertate, collusisse eos præses animaduerterit: secundum hæc, quæ diuus Pius [r] Antoninus constituit, libertatibus consuli prouidebit.

De statuliberis.

13. Iidem AA. & CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi [s] ab herede non posse, certum est: nec alienatio [t] nec vsucapio statuliberо, quo minus existente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

De verbis græcis.

14. Imperatores *Theodosius & Valentin.* AA. Florentio præfecto prætorio.

DIrectas libertates Græcis [u] verbis liceat in testamentis relinquere [x]: vt ita libertates directè datæ videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari iussisset.

Ad constitutionem diui Marci.

15. Imperator *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm constitutio diui Marci [y] declaret, si quis||condito|| testamento, vel sine testamento moriens, vt locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit, nemo autem adire velit defuncti hereditatem, eo quòd suspecta esse videatur, & fuerint libertates forsitan & sine scriptis fideicommissariæ relictæ, licere vel cuilibet extraneo [z], vel vni [a] ex seruis, qui & ipse libertate donatus est, & pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub||hac||conditione & satisdatione [b], quod & creditoribus omnibus satisfaciat, & libertates imponat his, quibus voluit testator: variæ dubitationes ex hac constitutione emerserunt. nam si res hereditariæ herede minimè inuento venierint, an & post venditionem earundem rerum possibile sit vel seruum vel quemlibet alium adire, & recuperare quidem ab emptoribus res, satisfacere autem libertatibus & creditoribus, quærebatur. & licet diuus Seuerus semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen Vlpiani sententia admodum placuit, maximè propter libertates, ne depereant, & post venditionem rerum annale remedium dare diui Marci cōstitutioni, intra quod & creditoribus omnibus satisfiat: & emptores nihil noui patiantur, qui annalem [c] sæpe sentiebant rescissionem: ||&|| licere seruo qui libertate donatus est, vel alij cuidam extraneo, vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen tempus adire hereditatem, & res recuperare, prius satisdatione danda, vt tam libertatibus quam creditoribus satisfiat.
1 ¶ Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem soluere creditum, illi autem huiusmodi pactionem [d] admiserint: sancimus & in huiusmodi casu consultissimi principis locum habere constitutionem, & eū modis omnibus admittendum ||esse|| censemus: maximè cum ex voluntate creditorum hæc interponitur. nolentibus [e] etenim creditoribus, admitti talem pactionem nullo modo concedimus. 2 ¶ Sin verò quidam ex seruis libertatem amplexi fuerint, alij autem censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendenda est diui Marci oratio: & proculdubio & in hac specie audiendus est petitor hereditatis: & maneat liberum arbitrium seruorum, siue ad libertatem venire volunt, siue in seruitutem remanere. Licèt enim Romanam ciuitatem recusare [f] nemini seruorum licitum sit [g]: tamen in hoc casu, ne propter quorundam indeuotionem alij maneant in seruitute, volentibus quidem omnibus seruis licere in libertatem peruenire, nolentibus autem quibusdam, vel recusantibus, spontaneam seruitutem imminere oportet: & quem patronum habere noluerint, dominum suum & forsitan acerbum sentiant.
3 ¶ Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum seruorum ex his qui ad libertatem venire||iure||sunt iussi: melius est, si quidem res hereditariæ sufficiunt ad implendos [h] creditores, etiam omnibus seruis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest||aliquid||in exoluendis creditoribus, humanius est vt pauci saltem perueniant ad libertatem.
4 ¶ Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium inuenimus: bellissimam autem repletionem præfatæ constitutioni donantes, sancimus, vt si non vnus veniat hereditatis petitor, sed plures quidem vno [i] momento, vterque [k] vel ampliores: omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda: vt creditoribus & libertatibus satisfaciant. Sin autem per interualla temporum hoc fiat: qui primus venit, habeat prærogatiuam, si etiam satisdationem præstare potest. Illo autem cessante hoc facere, alij gradatim secundùm tempora petitionis succedant, & hoc intra annale tempus obseruetur. 5 ¶ Sin autem vno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius emerserit satisdationem paratus idoneam præstare, quod omnibus [l] creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: æquissimum est eum admitti, vt omnes libertates indistinctè celebrentur: quod priuilegium damus non solum seruo [m] qui libertate donatus est, sed etiam ei [n] cui nulla libertas relicta est: vt aliquid venustum eueniat: vt per eum, cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur.
6 ¶ Sed si quidem antequam prior hereditarias res & libertatem accipiat, hoc eueniat: secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicētibus fieri locum censemus. Sin autem iam rebus seruo qui primus petiit hereditatem datis, & libertatibus ab eo quibusdam seruis hereditariis impositis, quidam seruus alius hereditarius, vel liber extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem||hoc|| ei impetrare, & sub maioribus pollicitationibus & satisdationibus hereditatem accipere. Sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo distrahantur: his omnibus intra annum (secundum quod dictum est) celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

DE LEGE FVSIA [o] CANINIA TOLLENDA.

Tit. III.

1. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præf. præt.

SERVORVM libertates in testamento relictas, tam directas, quam fideicommissarias ad exemplum [p] inter viuos libertatum indistinctè valere censemus lege Fusia Caninia de cætero cessante, nec impediante testantium pro seruis clementes dispositiones effectui emancipari. Dat. Kal. Iun.* AA. Conss.

DE FIDEICOMMISSARIIS [q] LIBERTAIBVS.

Tit. IIII.

De hereditate non adita.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Primo.

CVM proponas hereditatē eius||testatoris||aditā [r] non esse, à quo tibi fidicommissariam libertatem relictam dicis & ad intestato [s] alium, quàm qui scriptus est, hereditatē possedisse: si non [t] à legi-

(margin notes) *mancip. ita fuer. alienat vt manumit. vel è contra.*

a Libertas in tempus nuptiarum relicta, effectum sortitur veris tantum nuptiis secutis: nō si simpliciter legatarius ad tempus nuptiarum idoneū venerit.
b quam re ipsa euenire oportet *leg. 30. §. 4. D. de l. 1.*
c per fideicommissū potest *j. de fideicō. libertatibus.*
d etiam heredis. hinc illud Tertulliani 5. aduersus Marcionem, Alienos seruos ne Galba manumisit. Ab eo præstatur libertas apud quem seruitus legis.
e Imò potest *l. 7. j. de liberali: l. 31. ff. de liberali.*
f Pileus libertatis insigne, vide quæ dixi ad *leg. vn. j. de Latina libert.*
g *l. 23. D. eo.*
h quibusdam Orthini dicuntur. De orcinis sæpius dixi. Accursius legit Orthinum, id est, directo manumissum.
i Testamento irrito facto, ne quidem libertates in eo datę valent, nisi fuerit adiectum, vt pro codicillis valeret *Synop. Basilic. 48. tit. 3. c. 67.*
k *d. l. 23. l. 34. §. 11. ff. de fideicom. libertat.*
l nam clausula codicillaris testamentum sustinet, *vide Papon. 20. Arest. 1. Arest. 5*
m ea est clausula codicillaris *leg. vltim. §. 1. s. de codicill. adde l. 29. D. de fideicomm.*
n Imò constat valere *leg. 38. D. de fideicom. libertat.*
o Solennitas adeundi sublata *l. vltim. s. qui admitti.*
p *l. 10. s. eo. l. 25. ff. eo.*
q Collusio heredis non præiudicat libertati *l. 5. §. 1. leg. 14. D. de appellationibus.*
r *d. §. 1. d. leg. 14.*
s *l. 7. l. 32. j. de liberali: l. 3. D. de statu liberis.*
t Imò alienari potest *l. 30. D. de statu lib. dixi ad Vlp. 2. §. 3.*
u *vide quæ dixi ad leg. 1 D. de leg. 3. & ad leg. 21. supra de testament. adde Nouell. Theodos. de testament.*
x Ratio dubitandi esse potuit, quia olim Græcè legare non poterant *Vlpian. 25. §. 9*
y *de qua leg. 6. supra & Instit. de eo cui libert. caus.*
z *d. leg. 6. §. 5. j. eodem.*
a *d. leg. 6 §. quinto. & Institut. de eo cui bona libertat. caus.*
b *lege quarta, §. octauo, D. de fideicommiss. libert. Instit. de eo cui libert. causa.*

c Annalis rescissio.
d Pacisci possumus cum creditore, vt minus debito soluamus.
e potest tamen dilatio debiti soluendi à principe postulari *l. 4. s. de precibus imperat.*
f Libertas inuito datur *vt hic:* sic liberatio inuito contingit *leg. 59. leg. 91. D. de solut.* sic seruus in Querulo siue Aulularia Plauti, Nobis, inquit, quotidie nuptiæ natales, debachationes, ancillarum feriæ, propter hoc quidem nec manumitti volunt. At inuito beneficium non datur *leg. 69. D. de regul. iur.* Inuito etiam filio libertas non datur *Nouell. 89. c. 11. leg. 5. in fin. D. de emancip. Pau. 2. sentent. 25. §. vltim.* quia in iure sui, est commodum, quod eriperetur filio, si emanciparetur, *v. Cuiac. ad leg. 62. D. de verb oblig.*
g Cur ita? ne videatur libertas tantæ ciuitatis sperni: quam alij magno redimunt, & impetrant ægrè. Nec ineleganter Leo ait, *Nouell. 102.* duplex beneficium accipere eum qui cogitur beneficium accipere.
h id est, vt satisfiat creditorib9.
i Plures vno momento hereditatem possunt petere.
k vtique.
l Qui omnibus offert libertatem ei prefertur qui certis duntaxat.
m *in princip. supra eod. l. 6. s. eo.*
n *l. 50. in fin. D. eod.*
o *de qua dixi 1. Institut. 7. ad de Paul. 4. sentent. 14. Vlpian. 1. §. 24. adde leg. penult. C. Theodos. de Iudæis,* vbi loquitur de numero manumittendorum, Plautus in Querulo, dū ait, Ad legem Portiam, Caniniam, Furiam, Fusiam. & Vopiscus *In Tacito*, ibi, Seruos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur *adde leg. 37. D. de conditionibus & demonstrationibus,* quæ inscripta est Ad legem Fusiam Caniniam: *& leg. 22. §. 1. D. de fideicomm. libert.* vbi testator seruat modum legis Caniniæ.
p Argumentum à contractu. Id est, fauor contractui impertitus ad vltimas voluntates extendi potest.
q 48. *Eclog. 1. dixi ad 40. D. 5. 2. Institut. 24.*
r *l. 1. s. de testam. manum.* s *l. s. si quis omissa causa testam.* t *l. 24. §. 11. D. eodem.*

a Manumisit Titius seruum sibi relictum ex falsis codicillis, heres defuncti, idémque serui manumissi dominus, à manumissore seruum vindicare: seu in seruitutem reuocare non potest, sed à manumissore æstimationē serui, hoc est, viginti aureos. *vt hic. Syn. Basi 48. tit. 13. c. 1. l. pen. §. 1. ff. de iur. patr. l. 47. ff. de manum testam.*
b *leg. 26. §. 5. D. eo. leg. 16. D. de statuliberis.* adde quæ scripsi ad *leg. 2. §. 5. j. comm. de manumiss.*

legitimo quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo iure præstari eam ab eo, qui rogatus non est, desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi præstare cogetur. PP. 13. Kal. Mart. Laterano & Rufino Conss. 198.

Si legatarius manumiserit, deinde codicilli falsi pronunciati sunt.

2. Imp. *Antoninus* A. Valerio.

QVamuis codicilli [a] quibus auunculo defunctæ legatus esse videris, falsi pronuntiati sunt: tamē si ante motam criminis quæstionem, iustam libertatem es à legatario consecutus, posterior euentus non infirmat ita datam libertatem. Planè secundum diui Hadriani cōstitutionem datur heredi viginti [b] aureorum repetitio.

De natis ex statulibera.

3. Imp. *Alexander* A. Lucio.

CVm [c] libertatem mulieribus sub conditione datā proponas: quid dubium est, eos, qui ex his ante [d] impletam eam eduntur, seruos nasci, & pertinere ad heredes iure dominij? His enim demum succursum est, qui post [e] morā prestandæ libertatis progeniti sunt, vt liberi || & || ingenui nati videantur.

De ea quæ in voluntate domini in libertate morata est, & ea quæ nunquam fideicommissariam libertatem petiit.

4. Idem A. Hadriano.

SI voluntate domini in libertate est morata, cui [f] fideicōmissaria libertas relicta fuit: secundum senatusconsultum [g] & constitutiones ad id pertinentes ciuis Romana facta ingenuos [h] peperit. Sed si † nunquam ab ea libertas petita est, sibímet imputare debet, cur interea progeniti ex ea serui sunt.

De minore.

5. Idem A. Dionysio.

MInor [i] annis lege definitis, nec per fideicommissum libertatem supremis suis || elogiis [k] || relinquere potest, nisi his, quorum causam probare potest.

De aliena ancilla.

6. Idem A. Maximo.

DEberi etiam alienæ ancillæ fideicommissariam libertatem placuit, nec † deficit hoc debitum, si [l] interim domina (si modo nihil ex iudicio eius, qui quæve reliquit libertatē, perceperit) noluit vendere: quia possit tempore procedente, vbicunque occasio redimendæ ancillæ fuerit, præstari libertas.

Manumissi quorum sunt liberti.

7. Idem A. Nicomedi.

HI [m], quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquitur, eorum [n] liberti efficiuntur, à quibus manumittuntur. PP. Kal. Apri. Fusco & Dextro Conss. 226.

De libertate collata in heredis, qui non adiit arbitrium.

8. Idem A. Eutycheti.

CVm proponas fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si [o] vxori testatoris placuisset: licet || ea || non adeunte hereditatem, pertinere cœperit ad filium solida hereditas: non refragante tamen vxore testatoris, potes petere hereditatem.

Si seruus non adscripta libertate tutor detur.

9. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Daphnidi.

ETsi non adscripta libertate testator seruum suum tutorem filiis suis dederit. receptum [p] est || tamen || & libertatis & pupillorum fauore, vt per [q] fideicommissum † manumisisse eum videatur. Et si non suum proprium, sed alienū [r] seruum, conditionem eius sciens, tutorem adscripserit: æquè fideicommissariam libertatem datam (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) prudentibus placuit.

De libertate in tempus dilata.

10. Iidem AA. Mercuriali.

FIdeicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cùm [s] testatoris filius ad annum vicesimum quintum peruenerit, non intercidit, licet heredem intra præstitutam ætatem decessisse proponas. tempore quippe, quo, si viueret, præfinitam ætatem impleturus foret, spem libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Manumissionem necessariam esse.

11. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. || & CC. || Flauiano.

SI seruus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit: peruides sine † manumissione te ad libertatem peruenire non potuisse. quapropter si verbis precariis constitutus seruus libertatem accepisti: adire præsidem prouinciæ te oportet, vt causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet vrgeat, vel si latitet, contra [t] latitantem interposito decreto tibi prospiciat.

De verbo, commendo.

12. Iidem AA. & CC. Hyrenio.

EX verbo, *commendo* [u], testamento vel codicillis non videri fideicommissariam libertatem relictam || esse, || auctoritate iuris declaratur.

De aliena ancilla & de eo, qui iudicium testatoris agnouit.

13. Iidem AA. & CC. Pythagoridæ.

SI te donatam ante matrimonium vxori suæ, postea ei legato relicto, testamento manumitti, seu codicillis, seu verbis precariis à successoribus voluit: tam eos ad redemptionem & manumissionem, quàm eam, quæ in capiendis [x] relictis defuncti consensit iudicio, teneri tibíque fideicōmissariam deberi libertatem, non ambigitur.

De manumissione eorum qui sunt in vtero.

14. Imperator *Iustinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui seruo, qui adhuc [y] in ventre portaretur, & homo fieri speraretur: nos vetus iurgium decidentes, libertatis [z] fauore censemus & fideicommissariam necnon directam libertatem suam firmitatem habere siue in masculo, siue in fœmina, qui quæve adhuc in ventre vehitur: vt cum [a] libertate solem respiciat, & si eam mater sua adhuc [b] in seruitute constans eum vel eam ediderit. Sin autem plures [c] creati vel creatæ sint, siue vnius fecit mentionem, siue pluraliter nuncupauit: nihilo minus omnes ad libertatem à primis veniant cunabulis: cum in ambiguis [d] sensibus melius sit (& maximè in libertate, fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kal. Octo. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De mora.

15. Idem A. Iuliano præf. præt.

ANcillam siue seruum cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore facta fuerit, sententia † præsidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut voluntate ab herede expectanda: sed talem habere eos libertatē, quasi [e] ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti: cum satis impium atque absurdum sit, heredes testatoris differre voluntatem, maximè [f] cum ad libertatem respiciat.

De libertate relicta vni ex liberis ancillæ, quem rogatus elegerit.

16. Idem A. Iuliano præf. præt.

SI [g] quis in testamento suo rogauerit suum heredem, ex liberis ancillæ suæ quam [h] nominauerit, vnum quem elegerit ad libertatem perducere: & cum ancilla vnum vel plures enixa est, heres neque dum superest, in libertatem aliquem adduxerit, vel cum deliberat, quis ad libertatem perducendus est, ab hac luce fuerit subtractus, dubitabatur ab antiquis vtrúmne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertatem perueniat. sed veteris quidem iuris altercatio multa sanè super huiusmodi casibus resonuit. Nos autem heredis coercentes malignitatem, si non voluntatem testatoris adimpleuerit: & mox cùm potuerit, non elegerit vnum ex liberis ancillæ, & eum libertate donauerit: sancimus compelli non solum eum, sed etiam heredes vel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatem perducere. || neque enim || hoc contrarium [i] est sententiæ testatoris. Cum || enim || omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit: si non pareatur eius voluntati, sine dubio ex sententia testatoris omnes ad libertatem perueniūt. Similémque esse definitionem censemus, & si non ab herede, sed à legatario vel fideicommissario testator roga-

c Libertate mulieri sub conditione relicta, quos pendente conditione ea mulier parit, seruos parit: quos post conditionem & moram, liberos *vt hic. Syn. Basilic. 48. tit. 13. c. 2.*
d *leg. 26. §. 1. §. 2. l. 53. ff. eo. l. 22. ff. de statu.*
e putà manumissi inter amicos, aut per epistolam, aut conuiuij adhibitione. Qui ita manumittebantur, iure veteri non fiebant liberi: sed in libertate tantum morari dicebātur. Nam mutata voluntate patroni in potestatem à domino poterant reduci: quod tamen prætor nō permittebat, vt Vlpianus scribit in reliquis quibusdam regularum. Nā & manumissum à peregrino, qui peregrinæ conditionis erat, non ciuis aut Latinus, vt & Plinius docuit in epistola ad *Traianum*, Prætor seruire non permittebat. Sed postea eis lex Iulia Norbana propriam libertatem dedit, vt fierent Latini, id est, eiusdem iuris, cuius & Latini colonarij, adde *Cuiac. 18. obs. 20.*
f *v. leg. 9. s̄. de testam. manum.*
g Rubrianum scilicet.
h Natus ex ea quæ in libertate morata est, id est, minus solenniter manumissa, ingenuus est. inde colligunt, Ex serua ingenuum nasci posse *vt hic. & l. 1. §. primo, D. de suis.*
† Hodie non cogitur petere, cum ipso iure sit libera *leg. 15. j. eo.*
i *l. 18. D. eo. dixi ad l. 4. s̄. de testament. manum.*
k id est, in testamento. testamentum, hominis supremum elogium.
† & ita abrogatur §. 11. apud Vlpianum titulo 2.
l Alieno seruo libertas relinqui potest. Quid si dominus eum nolit vendere? legatum non extinguitur, sed in futurum tempus distrahitur; tantisper dum dominus voluntatem mutet *vt hic: & §. 2. Instit. de singul. reb. per fideicommiss.*
m Seruus mihi relictus est, & à me per fideicommissum statuliber factus, liber factus, meus libertus est, *vt hic. Syn. 48. tit. 12. c. 2.* non eius qui mihi eum reliquit, eiúsue heredum.
n Manumissus ex fideicommisso, fit libertus manumittentis *vt hic: & dicto §. secundo, versic. qui autem.*
o *vide leg. 14. D. eodem.*
p Cur receptum hoc dicitur? nempe quia stricto iure vtroque casu non idem est, aut non eadem ratio est. Qui seruum liberis suis dat tutorem, seruo dedisse libertatem intelligitur: duplici fauore libertatis & pupilli, qui seruum heredem facit, præsumitur quidem liberum eum fecisse, libertatis fauore at nullius pupilli causa. Priore casu duplex ratio libertatem collatam esse suadet: posteriore, vna tātum.
q *l. 10. in fin. D. de testam. tut. adde l. 24. §. 10. D. de fideic. libert.*
† hodie directo *§. 1. Instit. qui testament. l. 5. versic. cum igitur s̄. de necessar.* vel potius vtraque *Cuiac. 18. obseruat. 5.* Alij putant directam ex testamento, si in eo tutor datus sit, competere: fideicommissariam, si in codicillis vel alia vltima volūtate.
r *v. leg. 5. s̄. de testam. tut.*
s Libertas legatarij non perit heredis morte.
† Hodie etiam sine manumissione *v. l. 15. j. eodem.*
t Contra latitantem decretum interponitur.
u Verbum *Commendo*, non satis exprimit fideicōmissum, aut preces: arbitrium permittit potius quā preces adhibet, quæ in testamentis necessitati permissæ sunt *l. 41. §. 6. ff. eodem. leg. 11. §. 2. D. de legat. 3. Paul. 4. sent. 1. §. 6. v. quæ notaui ad leg. 2. s̄. de codicillis & ad leg. 186. ff. de ver. sign.*
x Agnoscens legatum, iudicio defuncti parere tenetur, *vt hic. & l. 40. in fin. pr. D. eo.*
y *vide leg. 24. ff. eo.*
z cuius causa fauorabilis.
a Cum libertate solem respicere, id est, in ingenuitate nasci.
b Ex ancilla potest nasci ingenuus *vt hic. vt & leg. 1. §. primo, ff. de suis.*
c Libertatis fauore pluralis numerus pro singulari & è contra accipitur.
d *vide leg. 5. infra de bon. quæ liberis: leg. 20. leg. 179. ff. de reg. iur.*
† & ita sine manumissione heredis *j. eod.* quod olim exigebatur *l. 4. in fi. l. 11. s̄. eo.*
e Propter moram heredis, fideicommissaria libertas in quasi directam mutatur & ex fideicommissario Orcinus.
f Voluntas defuncti non est differenda, præsertim in libertate.
g *Syn Basi. 48. tit. 13. c. 3. 1. Harm. 18. § 16.*
h Si libertas fideicommissaria est relicta vni ex liberis ancillæ, quem elegerit heres: illo moriente, nulla facta electione, omnes ad libertatem perducuntur.
i Oratio de incerto ex certis, sua aptitudine continet vniuersos. *Bald.*

a Sua cuique nocet contumacia. b *l. 26. in fin. D. eod.* c Quoties res quę petitur, dari potest, ineptum est reum ad æstimationem eius condemnari. Alioquin sententia à libello differret : quod esse non debet. *l. 18. ff. com. diuid. v. Oldend. in tract. de sentent. & re iudic. c. 17.* d Stultus est iudex, qui cū res petitur, in æstimationē cōdēnat, si res præstari potest & debet. e *adde leg. vlt. D. qui sine manum. v. Cuiac. ca. 13. de præscr.*

uerit libertatem imponi. Sic etenim iusto timore heredes & legatarij vel fideicommissarij perterriti & voluntatem testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omnium libertate quandam afferre patiantur iacturam. Quod si reclamauerint sibi tale dispendium imputent[a], non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia. Dat. XV. Kal. Decem. Cōstant. Lampadio & Oreste Conss. 530.

De seruo legato vt manumittatur.

17. Idem A. Iuliano præf. præt.

CVm quidam seruum suum ita legauerit, ||vt|| legatarius libertatem ei imponat, & heres ad huiusmodi legatum improbè[b] versatus seruum dare legatario dedignatus est, vt etiam lite pulsetur, & iudex nō in ipsum seruum, sed in æstimationem litis cōdemnationem proferat, veteris iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculum libertati ex hac causa procedat. Et si placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda sit, vtrúmne ad herede, an à legatario. Et si heres imponat libertatem, an legatarius quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil. Talem itaque altercationem resecantes, miramur[c] quare iudex qui prępositus est, in prædicta causa, non omni modo condemnationem in seruum, sed in æstimationem eius fecerit : cum ipsius vitium etiam huiusmodi præbuit altercationi occasionem. Vnde si talis quæstio emerserit: nullum quidem iudicem ita esse stultum[d] putamus, vt huiusmodi proferat cōdemnationem. sed si legatarius immineat quatenus ei seruus restituatur, & post litem contestatam duorum[e] mensiū spatium effluxerit : censemus illico ad libertatem eripi seruum : & illum quidem liberum esse, heredem autem pro sua indeuotione|| in|| omnes expensas quas legatarius in lite fecit, in quadruplum ei condemnari: iure patronatus integro legatario seruando.

DE DEDITITIA[f] LIBERTATE TOLLENDA.

Tit. V.

1. Idem A. Iuliano præf. præt.

DEDITITIA conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta : quia nec in vsu esse reperimus, sed vanum[g] nomen huiusmodi libertatis circunducitur. Nos enim qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quæ re ipsa obtinent.

DE LATINA[h] LIBERTATE TOLLENDA, ET PER CERTOS MOdos in ciuitatem Romanam transfusa.

Tit. VI.

Præfatio. 1. De epistola. 2. De manumissione apud acta. 3. De seruo ægroto à domino derelicto. 4. De prostituta contra legem venditionis. 5. De his qui domini funus pileati antecedut vel in ipso lectulo stantes cadauer ventillare videntur. 6. Si manumittens voluerit Latinum libertum esse. 7. De manumissione statuliberi. 8. Si dominus qui seruum iudicio liberali superauit, pretium serui acceperit. 9. De nuptiis & de dotalibus instrumentis. 10. Si dominus seruum apud acta filium suum nominauerit. 11. De instrumentis seruitutis seruo traditis vel corruptis. 12. De iure antiquo latinitatis, vel libertatis mentionem faciente, & de variis modis liberandi sublatis. 13. In quibus casibus hæc lex locum habeat.

1. Imperator *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVM dedititij liberti iam sublati sint: ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubat, & quasi per satyram[i] inducta adhuc remanet : & non inutilis quidem pars eius deminuitur : quod autem ex re ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deducitur. Cum enim Latini liberti ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in coloniis[k] missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ nisi bellum accessit ciuile[l] satis absurdum est, ipsa origine[m] rei sublata, eius imaginem derelinqui. Cum igitur multis modis & pene innumerabilibus Latinorum introducta est conditio[n], & leges diuersæ, & senatusconsulta introducta sunt, ||&|| ex his difficultates maximæ emergebant tam ex lege Iunia[o], quàm ex Largiano[p] senatusconsulto, necnon ex edicto[q] diui Traiani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus[r] ||eorum|| fuerat experimentum: studiosissimum[s] ||nobis|| visum est, hęc quidem omnia & Latinam libertatem resecare : certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in præsenti autem Romana defertur conditio vt his pręsenti lege enumeratis, & ciuibus Romanis nascentibus, cæteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua ipso[t] tempore mortis in eandem personam simul & libertas & seruitus concurrant : & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in seruitutem?

1 ¶ Sancimus itaque si quis per epistolam[u] seruum suum in libertatem perducere maluerit, licere ei hoc facere quinque[x] testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulæ præbere. & si hoc fecerit, siue per se scribendo siue per tabularium[y], libertas seruo competat quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, vt ipso patrono viuente, & libertatem, & ciuitatem Romanam habeat.

2 ¶ Sed & si quis inter[z] amicos libertatem dare seruo suo maluerit : licebit ei similiter quinque testibus adhibitis suam explanare voluntatem : &, quod liberum|| eum|| esse voluerit, dicere. & hoc siue inter acta fuerit testificatus, siue testium voces attestationem sunt amplexæ, & literas tam publicarum personarum quàm testium habeant : simili modo serui ad ciuitatem Romanam perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes.

3 ¶ Sed scimus hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto[a] diui Claudij introductum, quod si quis seruum suum ægritudine[b] periclitantem|| à|| sua domo publicè eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eum commendans, cùm erat ei libera facultas, non ipse ad eius curam sufficeret, in Xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuuare, huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur, & quem ille morientem antea dereliquit, eius bona iterum, cùm moreretur, accipiebat. Talis itaque seruus libertate necessaria, domino etiam nolente, re ipsa donatus, fiat illico[c] ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus, quondam domino reseruetur. Quem enim à sua domo suaque familia publicè repulit, neque ipse eum procurans, neque alij commendans, neque eum in venerabilem Xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria : maneat ab eo eiúsque substantia penitus segregatus tam in omni tempore vitæ liberti, quàm cum moriatur, necnon postquam iam in fata sua concesserit.

4 ¶ Simili que modo, si quis ancillam suam sub hac conditione alienauerit, ne[d] prostituatur, nouus autem dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentauerit : vel si pristinus dominus iniectionem manus in tali alienatione || sibi || reseruauerit, & cum ad eum fuerit reuersa, || ipse || ancillam prostituerit : illico in libertatem Romanam eripiatur : & qui eam prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita || demum || degener & impius constitutus est, vt talem exerceat mercationem : quomodo dignus est vel ancillam, vel libertam eam habere?

5 ¶ Sed & qui domini funus pileati[e] antecedunt, vel in

---

f *adde §. 4. Instit. de success. libert. Vlpian. 1. §. 11. & 20. §. 14. & 22. §. 2. Cai. 1. tit. 1. §. 4. Nouell. 78. §. 3. Instit. de lib. huc etiam pertinet l. 43. D. de fideicommiss. lib. vt Paul. 4. senten. 12. §. 4. 5. 6. 7. 8.*

g Quinam dedititij essent, vide Caium *d. loco.* Vlpian. 1. §. 11. adde quæ scripsi ad *l. 7. §. 7. D. de dolo. & Theophil. de libertinis in fi. Isid. 8. c. 4.* Testamentum facere eis non licebat, *Cai. d. loco, §. 5. Vlpian. 20. §. 14.* aut ex testamēto capere, nulláque ratione ad ciuitatem piorē perduci *Cai. d. loco, §. 5. heredes instituì Vlp. 22. §. 2.*

h *§. vlt. Inst. de lib. §. 4. Inst. de success. libert. Vlpian. 1. §. 5. 10. & 19. §. 4. & 20. §. 14. Cai. 1. tit. 1. §. 3.*

i id est, tumultuariè & confusè. hinc imperium per satyrā dare, per satyrā sententiam exquirere, per satyram abrogare & derogare, *Festus in Satyra.* exquirere sententiam *Salust. in Iugurtha.* Opus per satyram collectum §. 1. *vers. Et prius Constitutione ad antecessores.* sic apud authorē Panegyrici Flauiensium Constantino dicati, Neque enim quasi per satyram confundenda sunt beneficia tua. & satyra lex, lex multis aliis legibus, conferta *Festus d. loco*, quæ de pluribus rebus simul loquitur *Isid. 5. Etymol.* νόμος πολλὰ περιέχων, vt & satyra cibi genus ex variis rebus conditum. *Fest. d. loco.* Varro in veteri tabula ænea apud Apianum. extra quam si quid in satyra foret. Lucilius 1. satyrar, per satyrā ędilem factū. adde Diomedē 3. ca. 6.

k *v. Vlp. d. §. 4.*

l Bellum ciuile fuit aduersus Latinos, Hetruscos & Sabinos: cuius meminit *Florus abbreuiator* 71. Appianus 1. *belli ciuilis*: Florus 3. *c.* 18. Plinius de viris illustribus *c.* 63. 75. Valerius 6. *ca.* 8. Plinius 33. *c.* 1. Eutrop. 5. *c.* 1. Augustinus *3. de ciuitate* 17. & 26. Orosius 5. *c.* 18. Plutarchus *in Sylla*: Solinus *c.* 2. Euseb. *in lib. tempor.* m Origine sublata, non est cuius sit imago. n Latinorum ea conditio erat, vt liberi viuebant, moriebantur vt serui: veluti cum spiritu libertatem exuentes. eorum enim bona à manumissoribus occupabantur, non iure hereditatis, quoniam nulla est serui hereditas, sed iure peculij: ídque ex l. Iulia Norbana. *Theoph. §. 4. Inst. de succ. libert.* o Norbana quæ cōditionē Latinorū prima reperit *Theoph. §. 3. Inst. de libert.* p *dixi ad No. 78. adde §. 4. Inst. de success. libert.* Porro senatusconsultum Largianum in Latini defuncti bonis, extraneo manumissoris heredi, manumissoris filiū præponebat, si nominatim non erat à patre exheredatus *d. §. 4.* q Hoc edicto cauebatur, vt si quis Latinus, inuito aut inscio patrono, ciuitatem Romanam sibi petiisset : viueret quidem is vt ciuis & omnia ageret, quæ ciuium Romanorum essent, verùm vt Latinus moreretur *d. §. 4.* r *v. l. 2. §. comm. de leg.* s i. vtile cōducibile. t Liberi igitur vitā agebant, atq; ipso vltimo spiritu libertatem amittebant, & quasi seruorum bona, quasi iure peculij, manumissores detinebant *§. 4. Instit. de success. libert.* Saluian. 3. *ad eccles.* Iugo Latinitatis addicuntur, quos scilicet iubent sub libertorum quidem titulo agere viuentes : sed nolunt quidquam habere morientes, negato his vltimę volūtatis arbitrio : etiā quæ superstites habent morientes donare non possunt. Hæc Saluianus. His contrarij erant manumissi denariales (ex lege denario iactato manumissi) & Chartularij manumissi per epistolam *Burchardus Astulphus rex Longobard. tit. de manumissis. vide Cuiac. 4. obseru. 5.*

u De manumisso per epistolā *Gaius 1. ti. 1. §. 3.*

x Quemadmodum per epistolam quis manumittat.

y De tabulariis sępius dixi.

z De manumisso inter amicos *Caius d. loco adde §. 1. Inst. de libertat.*

a *de quo v. l. 2. ff. qui sine manumissione. & Suetonium.*

b *No. 22. c. 12. No. 153. c. 1. l. 2. §. 5. ff. de bon. libert. adde l. 2. C. de infantibus exposit. leg. vlt. ff. pro derelicto: l. 13. ff. de statu homin.*

c Seruus æger à domino expositus, illico fit ciuis.

d *v. l. 1. ff. si mancip. ita venier. ne prostituat.*

e Pileus, libertatis insigne *vt hic: & C. eo. adde l. 10. ff. de test. manumiss.* moris erat seruis simul atque manumissi essent demere capillos, & capiti caluo pileum imponere, vt eo quasi symbolo tempestatē seruitutis viderentur effugisse, vt naufragio liberati solent. *Nonius.* Quo alludere Paulus *Actor 27. versi. 34.* videtur, in summo naufragio constitutus, οὐδενὸς θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Iuuenalis Satyra 12. gaudent ibi, vertice raso Garrula securi narrare pericula nautæ. Plaut. *in Amphitruone*, vt ego hodie raso capite caluus capiam pileū. Cōtrà, coma apud Spartanos libertatis erat insigne. *Aristoteles Rhetoric.* 1. vt apud Gallos ingenuitatis, vnde Gallia comata, libera. Alij igitur putant, caput manumissis adrasum, vt ea ratione significarent se mutatos : & quasi nouos homines factos : id enim vel apud Athenienses seruabatur teste Suida in ἀνδραποδώδη τρίχα. Porro ad id quod de pileo dixi referenda est illa clausula in Cuspidij testamento. Tauro pileum do. Ita directo manumissi funus defuncti pręcedere solebāt, vt Appian. indicat in Mithridate, dū Prusiā Bithyniæ regē gestasse pileum refert, ὡς τρόπῳ τινὲς πιλίασι τῶν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντων : Persius 5. Hæc mera libertas, hæc nobis pilea donant. & à Plauto in Captiueis : & in Aurelij Victoris breuiario dicuntur pilei manumissionis, id est, ad libertatem. Sueton. *in Tyberio*, hinc ad pileum vocare. Liuius *3. decad. 3.* & 10. & *4. decad.* 8. & 5. *adde Senec. 6. epist. 47. d. Liuiū* 24. 29. 34. 45. 48. De pileo hoc adiicere visum est, pileatos seruos venumire solitos. v. 7. *Gell.* 4. Porro an & quomodo pileati Romani alias dixi. Hoc etiā notandū est, videri manumissos solitos fuisse albas vestes sumere,

ipso

ipſo lectulo [a] ſtantes cadauer ventilare videntur : ſi hoc ex voluntate fiat vel teſtatoris, vel heredis : fiant || illico || ciues Romani. Et ne quis vana libertate iactare ſe conceda-tur, vt populus quidem eum quaſi humanum reſpiciat, multos pileatos [b] in funus procedentes adſpiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in priſtina ſeruitute publico teſtimonio defraudati : fiant itaque & || hi || ciues Romani : iure tamen patronatus patronis integro reſeruato.

6 ¶ Illo proculdubio obſeruando, vt ſi quis ſiue in teſtamento, ſiue vindicta quendam manumiſerit, licet [c] hoc dixerit vel ſcripſerit, quod voluerit || eum || eſſe Latinum, ſuperuacua adiectio Latinitatis aboleatur, & || ita || fiat ciuis Romanus : ne modi, qui ab antiqua obſeruatione in ciuitatem Romanam homines perducebant, per priuatorum [d] voluntates deminui videantur.

7 ¶ Sed & ſi ſub [e] conditione quidem libertatem ſeruo ſuo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus heres libertatem ei impoſuerit : non vt antea Latinus ſed ciuis [f] fiat [g] Romanus. Et ſi quidem conditio defecerit : ipſius heredis, qui libertatem impoſuerit, maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta || conditio : || ne eripiatur liberis forſitan & cognatis ius patronatus, Orcinus [h] libertus videatur : & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

8 ¶ Illud etiam ſatis acerbum nobis viſum eſt, quod putabat antiquitas, ſi in liberali iudicio ſuperatus fuerat ſeruus à domino, deinde ſerui [i] pretium ab aliquo ei ſolutum eſt, in Latinitate eum remorari. quemadmodum enim rationabile eſt, & pretio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in ſeruitutem deducere, cùm non ſint ambo caſus ſibi conſentanei? Et in præſenti igitur caſu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minimè ei ſubnixo : quia ipſe quodammodo ibi libertus inuenitur.

9 ¶ Sed & ſi quis homini libero ſuam ancillam [k] in matrimonium collocauerit, & dotem pro ea conſcripſerit : (quod ſolitum eſt in liberis perſonis ſolum procedere) ancilla non Latina, ſed ciuis efficiatur Romana. Si enim hoc, quod frequentiſſimè in ciues Romanas, & maximè in nobiles perſonas fieri ſolet, id eſt, dotalis inſtrumenti conſcriptio, & in hac perſona adhibita eſt : neceſſarium eſt, conſentaneum effectum huius ſcripturæ obſeruari.---

In authent. de nupt. §. ſi verò ab initio. & §. adſcriptitio. coll. 4. tit. 1. Nou. 22. c. 10. & 17.

AD hoc qui ſuam ancillam credenti tradidit in matrimonium tanquam liberam : ſiue confecerit dotalia inſtrumenta, ſiue non, aut ſciens eam duci, tacuit ex ſtudio : dominium eius amittit, eáque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de ſeruo. Si verò nec domini voluntas, nec taciturnitas ſtudioſa interueniat, & quis credidit liberæ ſe iungi perſonæ, illa verò famula exiſtere declaretur: ipſo iure matrimonium non tenet. Adſcriptitio autem alieno nubere liberam non licet ignorante vel ſciente nec conſentiente domino : immo datur licentia domino per ſe vel per præſidem abſtrahere adſcriptitium ſuum, & plagis mediocribus eum caſtigare.

Finis Authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

10 ¶ Similíque modo ſi dominus inter acta quendam ſeruum filium ſuum nominauerit [l]: voci eius quantum ad liberam conditionem, credendum eſt. ſi enim ipſe tali affectione fuerit accenſus, vt etiam filium ſuum ſeruum nominare non indignetur : & hoc non ſecretò, neque inter ſolos amicos, ſed etiam actis interuenientibus, & quaſi in iudicij figura nominauerit : quomodo poteſt eum ſeruum iterum ſaltem morientem habere? ſed perducatur & ipſe in ciuitatem Romanam, vera libertate, & non falſo ſermone domini ſui ſuſtentatus.

11 ¶ Ille autem nouiſſimus antiquæ Latinitatis modus in ciuitatem Romanam tranſlatus eligendus eſt, ſi quis inſtrumenta [m] ex quibus ſeruus oſtendebatur, vel dederit ſeruo, vel corruperit. Sed ne furandi occaſio ſeruis forſitan detur, & ſua malignitate in libertatem perueniant : talis modus certa & indubitata probatione manifeſtetur, vt teſtibus præſentibus non minus quinque dominus inſtrumenta vel det famulo ſuo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Et ex eo igitur modo ciuitatem Romanam ei competere cenſemus ſaluo iure patronatus tam in hac ſpecie, quàm in cæteris: niſi vbi ſpecialiter hoc patronis denegauimus.

12 ¶ His tantummodo caſibus ex omni iure Latinitatis antiquæ electis, cæteri [n] omnes modi, qui in libris prudentium, vel conſtitutionibus enumerati ſunt, penitus conquieſcant: nec Latini ab eis procedant, ſed maneant (vt dictum eſt) ſerui in ſua conditione, nec tali remedio abuti concedantur. & ne in poſterum aliquod ius Latinæ libertatis noſtris legibus incurrat, lex Iunia taceat, Largiano Senatuſconſulto ceſſante, ſileat edictum diui Traiani, quod || ex || ea ſequebatur, & ſi qua alia lex, vel ſenatuſconſultum, vel etiam conſtitutio loquitur de Latinis: ea inefficax, quantum ad eam partem, remaneat. & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite diſcat ambulare. Quod ſi aliqua lex vel conſtitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis: ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur.

13 ¶ Sed ſi quidam liberti iam mortui [o] ſunt, & bona eorum quaſi Latinorum his, quorum intererat, aggregata ſunt, vel adhuc viuunt : nihil ex hac lege innouetur, ſed maneant apud eos iure antiquo firmiter detenta & vindicanda. In futuris autem libertis præſens conſtitutio locum ſibi vindicet. Dat. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis IIII. Conſſ.

DE COMMVNI [p] SERVO manumiſſo.

TIT. VII.

1. Imperator *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

IN communes ſeruos, eorúmque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis accreſcit, necne, & maximè inter milites, qui huiuſmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta eſt apud veteres iuris authores : & inuenta eſt conſtitutio apud Martianum in conſtitutionibus [q], diui Seueri, per quam idem Imperator diſpoſuit neceſſitatem [r] imponi heredibus militis comparare partem ſocij, & ſeruum libertate donare. Sed & alia conſtitutio || diuorum || Seueri & Antonini principum reperta eſt, ex qua generaliter neceſſitas [ſ] imponebatur ſocio partem ſuam ſocio vendere, quatenus libertas ſeruo imponatur: licet nihil lucri ex ſubſtantia ſocij morientis alij ſocio accedat : pretio videlicet arbitrio prætoris conſtituendo, ſecundum ea quæ || & || Vlpianus [t] libro ſexto fideicommiſſorum, & Paulus libro tertio [u] fideicommiſſorum refert. Vbi & hoc relatum eſt, quod & Sextus Ælius [x] iuris antiqui conditor [y] definiuit, ſocium per prætorem compelli [z] ſuam partem vendere, quatenus liber ſeruus efficiatur : quod & Marcellus apud Iulianum [a] in eius Digeſtis [b] notat [c] : hócque Marcellum, cum Iulianum notaret, retuliſſe palam eſt.

1 ¶ His itaque apud veteres iuris auctores inuentis, decidentes tales altercationes, generaliter ſancimus, vt nulla inducatur differentia militis ſeu priuati in ſeruis communibus, ſed in omnibus communibus [d] famulis ſiue inter viuos, ſiue in vltima diſpoſitione libertatem quis legitimam imponere communi ſeruo voluerit, hoc faciat: neceſſitatem [e] habente ſocio vendere † partem ſuam quantam in ſeruo poſſidet, ſiue dimidiam, ſiue tertiam, ſiue quantamcunque. Et ſi plures ſint ſocij: vno ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes neceſſitatem habere partes ſuas quas in ſeruo poſſident, vendere [f] ipſi qui libertatem ſeruo imponere deſiderat, vel heredi eius : licèt & ipſe communis ſeruus heres inſtitutus ſit, & hoc moriturus dixerit : ita tamen, vt omnimodo ipſe, qui partes alias comparauerit, vel heredes eius libertatem imponant.

2 ¶ Sin autem ſocius vel ſocij recuſauerint precium accipere : licentiam ei damus offerre hoc per publicas perſonas, & ſigillo impreſſo in [g] ædem ſacram deponere, & ſic habere facultatem ſeruum libertate donare, & eum habere pleniſſimam libertatem, & ciuitate Romana perfrui, & nullum timere ex ſociis. ſibimet enim imputent, ſi cum liceret || eis || lucrari pretium, hoc accipere diſtulerunt.

3 ¶ Sed ne circa peculium ſerui aliqua fiat dubitatio: peculium eius in omnes ſocios peruenire iubemus ex partibus, pro quibus quiſque dominium ſerui poſſidet. Licentia [h] concedenda ei, qui libertatem moriens imponit, etiam eius peculium quod ei attingit, liberto concedere. Iura autem patronatus proculdubio pro ſuo ordine ad eum venire, qui libertatem donauit.

4 ¶ Sin autem ſeruus ratiociniis ſuppoſitus eſt : ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, præſidem prouinciæ, vel competentem iudicem tempus ſtatuere || oportet, || intra quod debeat ratiociniis antea factis, & debitis quæ ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire.

5 ¶ Ne autem quantitas [i] ſeruilis pretij ſit incerta, ſed manifeſta: ſancimus ſerui pretium, ſiue ancillæ, ſi nulla arte ſunt imbuti, viginti ſolidis taxari: his videlicet qui vſq;

Tertul. *de reſurrect. carnis*, ſi familiam tuam libertate mutaueris, & veſtis albæ nitore. *v. Cuiac.* 3. *obſ.* 24. *adde Antonium Cutherium in Polyhiſtore cap.* 1. vbi de veterib. nudo capite pro palam incedentibus. ſed & manumiſſi quoque ſumebant plerunque patronorũ nomina, vt author eſt Artemidorus in ὀνειροκριτικοῖς dixi ad *l.* 9. *j. de liberali cauſa.*

a Præferebantur lecti in funere, Tacit. *lib.* 16. Tres igitur lectulos ad ſuprema retineri iubet. Cicero 2. *de legib.* Ne lecti plures inferrentur lege ſancitũ eſt. *adde Halicarn. lib.* 4.

b Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris ſtantes liberi efficiuntur. dixi ſuperius.

c Non attenditur voluntas teſtatoris Latinum facere geſtientis.

d Ius publicum teſtamento mutari non poteſt. *vt hic : & l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 5. *§.* 7. *D. de admin. tut. l.* 42. *D. de oper. libert.*

e Si heres manumittit ſeruũ pendente conditione libertatis ſibi relictæ, tenet libertas : ſed cuius ſit libertus euentus oſtendit.

f *l.* 3. *§.* 15. *D. de ſtatulib.*

g atqui nemo contra defuncti voluntatem manumittendus? *l.* 31. *§.* 1. *ff. ad Trebell.*

h *dixi ad Vlp.* 2. *§.* 8.

i Si pretium recipit dominus, vt ſeruus in libertate moretur, vel vt manumittatur, nõ fit libertus Latinus, ſed libertus tantum.

k Si dominus iungit ancillam libero, libera efficitur. *adde Nouell.* 22. *c.* 11.

l Seruus apud acta filius à domino nominatus, non fit quidem filius, ſed liber, *Inſtit. de adopt in fin. & ib. Theophil.*

m Seruituris inſtrumento, ſeruo tradito vel corrupto coram quinq; teſtibus, ſeruus fit liber.

n Leges de Latina libertate abrogantur.

o hæc conſtitutio non pertinet ad libertos iam mortuos.

p *Paul.* 4. *ſent.* 12. *§.* 1. *Vlp.* 1. *§.* 18 *§.* 19.

q Inſtitutionibus. *Cuia. hic.*

r de ſeruo cũ milite communi, manumiſſo.

ſ de ſeruo cõmuni à pagano manumiſſo.

t *v. Vlp. d. loco.*

u *adde Paul. d. loco.*

x Cæcilius, *Hal. v. Cuiac.* 7. *obſ.* 25. *vbi de variis appellationibus Iuriſconſultorum tractat.*

y Scripſit enim Ælius ad leges 12. tabul.

z *v. l.* 2. *§. de cõmun. rer. alien.*

a *l.* 30. *D. de liberali cauſa.*

b Eſt & hæc Marcelli ſententia in *l.* 16. *D. de Sc. Silaniano.*

c Marcellus notas cõpoſuit ad Digeſta Iuliani.

d Communes famuli, id eſt, paganorum.

e *§. vlt. Inſt. de donat. l.* 18. *D. de vulgari.*

† & ita pars ſocio non adcreſcit, vt olim. *v. Vlpian.* 1. *§.* 18. *§.* 19.

f Inuiti nunquam cogimur, res noſtras vendere.

g Deponebantur res, vt ſæpius, in ædem apud ſacerdotes: *cuius rei extat exemplum apud Plautum in Bacchidibus : æditũos Xenoph.* 5. περὶ ἀναβάσεως. Herodianus refert *in Marco*, ſub Commodo templum Pacis arſiſſe, in quo multa priuatorum depoſita combuſta. Idem Hieroſolymis factum ac ſeruatum. 2. *Machab.* 3.

h alias peculium, niſi legetur nõ debetur. *l. prima j. de peculio eius qui libert. mer. §.* 20. *verſic. peculium. Inſt. de leg.*

i De ſeruorũ pretiis legitimis adde *Synopſ. Baſilic.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 48. *tit.* 14. *c.* 4. 1. *Harmenop.* 18. *§.* 15.

b Ea fuit vulgaris serui æstimatio. *l.3.§.com.de leg.l.2.§.de fideic.libert.l.31.D.de minorib.l.9.l.10.D.de inoff.l.47.D.de manumiss.test.* olim quindecim. *l.vlt.D.de cond.inst.l.35.j.de donat.l.26.in fin.ff.mandati.* his adiiciendum, Bona fide duobus etiam solidis ancillam emi posse. *l.74.ff.de furtis.*
c Seruorum artificum pretium. d Fœminæ medicinam exercuerunt.

ad decimum annum suæ venerint ætatis, in decem [b] tantummodo solidis ponendis. Sin autem aliqua arte [c] præditi sunt: exceptis notariis & medicis, vsque ad triginta solidos pretium eorum redigi, siue in masculis, siue in fœminis. Sin autem notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue fœmina [d]: notarius [e] quidem vsque ad quinquaginta, medicus [f] autem vsque ad sexaginta taxetur. Sin verò eunuchi [g] sint serui communes, maiores decem annis: si quidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur: si autem artifices, vsque ad septuaginta. Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta solidis æstimari volumus. & eorum partem competentem socij accipient, & libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur. 6 ¶ Sin autem vno ex sociis libertatem siue imponere siue relinquere seruo cupiente, & pretium dante, alter vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatẽ imponere, & pretium dare: melior quidem causa erit eius qui primus ad hanc rationem pietatis [h] peruenit. Si tamen sub obtentu libertatis & ipsi ad hoc prosiluerint: tunc iudicem competentem omnes compellere sine pretio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes secundum partem dominij distribuendo: iura autem patronatus secundum sui naturam omnibus qui libertatem imposuerint, æqualiter habentibus. 7 ¶ Ius autem accrescendi, † quod antiqua iura in communibus seruis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat.Kal.April.Lampadio & Oreste IIII.Conss.530.

Si alter ex dominis partem quam habet in seruo, ipsi legauit, dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere. Salyc.

2. Idem A.Iuliano P.P.

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitum est, vt seruus communis apud vnumquemque dominum partim sit proprius [i], partim alienus, vt ex hac causa possit & ipse legato honorari, & ipse legari: huiusmodi incidit quæstio. Duo vel plures domini communem seruum habebant, sed vnus ex his ipsi seruo suam partem quam in eo habebat, legauit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnum extulit certamen. Nos igitur sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur. Aut enim putauit testator liberum fieri posse ex parte seruum, qui huiusmodi legatum ei reliquit: aut si hoc minimè cogitauit, affectus socij fecit, vt ei acquiratur: heredes autem suos eundem seruum possidere minimè voluit: vt sit manifestum à suo patrimonio penitus esse eum alienatum. In tali itaque comparatione nos qui fautores [k] libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur [l] voluntatem, tanquam si voluerit eum libertate in sua parte donare. Et cum iam de communibus seruis manumittendis statuimus quid in huiusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore & huiusmodi species sit definita. Fiat itaque liber ex parte quidem testatoris, secundum ||eius|| voluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione, pretio [m] secundum prædictæ [n] constitutionis tenorem, || vel socio || vel sociis ab herede præstando, vel si accipere noluerint, tam ||eam|| offerendo [o], quàm consignando & periculo [p] eorum deponendo: cum satis abundéque imperiale [q] est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi.

e serui notarij pretium. *adde l.2.§.commu. de legat.*
f Serui medici pretium. *v.d.l.3.* vnde colligas, veteres medicinam per seruos exercuisse. *vt hic: & l.3.§. comm.de legat.l.25.§.1.ff.de oper. libert. Suet. Nerone.7. Quintil.2. Senec.3.de benef. 24. Cicero pro Deiotaro: Varro 1.de re rustic.16. Galenus. 1.de curatione.* vt & per libertos. *l.25.§.1.l.26.ff.de oper. libert. l.41.§.6. D.de fideic.liber.* Postea Iulius Cęsar Medicinę professores ciuitate donauit, *teste Suetonio* à Iulio Augustus valetudine recuperata ope liberti Musæ (cui & ius aureorũ anulorum & ingentem pecuniam cum bonis dedit: quemadmodum etiã patres eidem statuam ære collato, iuxta signũ Æsculapij statuerunt *teste Suetonio: adde 19.Plin.8. & 25. c.7. & 29.cap.1.*) vniuerso Medicorum ordini immunitatem ciuilium munerũ dedit. *Dion. 53.* Huiusmodi postea immunitas conseruata Medicis, rescriptis Vespasiani & Hadriani & aliorum Imperatorum. *l.vlt. D.de munerib. l.5.j.de professorib. & medicis.* vbi dixi *de immunitate medicis concessa.*
g Serui Eunuchi pretium. *v.d.l.3.*
h Causa libertatis, inter pias causas numeratur. his adde quæ de libertate dixi *d.l.20.ff.de reg.iur.*
† abrogatur, *Vlpian.1.§.18.§.19.*
i Res communis dicitur propria pro parte. *v.l.5.in fin. D.de leg.1.*
k Principes libertatis fautores.
l Princeps voluntatem defuncti potest interpretari.
m *de quo vide l.1.§.eod.*
n id est, *d.l.1.*

DE SERVO PIGNORI [r] DAto manumisso.

TIT. VIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Proculo.

LICET dotale mancipium vir, qui soluendo est, possit manumittere: tamen si te pignori [s] quoque datum mulieri apparuerit, inuita ea non posse libertatem adsequi, non ambigitur.

o De oblatione & consignatione aliàs dixi. p Depositum periculo creditoris.
q Imperio dignum, humaniorem sententiam pro duriore sequi.
r *l.3.D.de manumiss.l.4.l.27.§.1.D.qui & à quibus manumiss.*
s Maritus seruum dotalem inuita muliere manumittere non potest. *l.21.D.de manumiss. adde l.1.j.de remiss.pignor.*
t *d.l.3.d.l.4.d.§.1.*
u Tacita bonorum obligatio, etiam fisci, non impedit libertatem serui, nisi fraus interuenerit. *l.11.D.qui & à quibus manumiss.*
x Generalis hypotheca bonorum non impedit serui manumissionem. hoc est, nemo, tametsi generaliter bona sua obligauit, impeditur seruum manumittere. Quid si specialiter Pamphilum obligauit? dominus eum manumittere non potest. *vt hic. Synopsis Basilic.48.tit.15.cap.3.*
y Generalis hypothecæ formula. *v.l.3.j.eod.*
z maximè necessariis. *l.6.l.7.ff.de pign.* a *v.l.44.§.7.D.de leg.1.v.quæ notaui d.l.66.D.de furtis.* b Seruus generaliter obligatus, manumitti potest. *l.3.§.eo.* specialiter, non potest. *vt hic: & l.2.§.eo.* nisi creditoris consensu. *l.4.j.eo.*
c *dixi ad l.3.§.eod. adde l.1.j.de remiss.pign.*
d *v.l.16.D.qui & à quibus manumiss. l.33.in fin. D.de pœn.*
e Nemo turpitudinem suam, eiúsve cui successit allegans, auditur.
f Serui à tutore pupilli pecunia comparati, pupillo specialiter obligati intelliguntur: ideóque à tutore non possunt manumitti.
g Pupillus in re, sua pecunia comparata, tacitam habet hypothecam. *adde l.6. D. ex quibus caus.pign.*
h quæ citatur *l.3.§.de rebus eorum qui sub tutela.*
i Seruos ex pecunia dotali comparatos maritus manumittere potest.
k *l.12.§.de iure dot.*
l *l.21.ff.de manumiss.*

2. Iidem AA.Abascanto.

LIbertas à debitore fisci [t] seruo data, qui pignori non est ex conuentione speciali [u], sed tantum priuilegio fisci obligatus, non aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum detegatur.

3. Iidem AA.Antonio.

AB [x] eo qui bona suá pignori obligauit *quæ [y] habet, quæq; habiturus esset*, posse seruis [z] libertatem dari, certum est. Non [a] idem iuris est in his seruis qui pignoris iure specialiter [b] traditi vel obligati sunt.

4. Imp.*Alexand.*A.Sabiniano.

SI (vt proponis) consentiente [c] creditore, cui pignoris iure cum aliis mancipiis obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem peruenire. PP.6.Id. Maij, Alexandro A.Conss.223.

5. Idem A.Extritatiano.

SI creditoribus satisfactum [d] fuerit: ancillæ quæ pignori obligatæ à debitore manumissæ erant, liberæ fiunt. nam ipse manumissor si fraudem se fecisse creditoribus, vt reuocet libertates, audeat dicere: audiri [e] non debet, nec heredes eius.

6. Iidem A.Auctioni.

SI tutor tuus de [f] pecunia tua seruos emptos manumisit: quoniam huiusmodi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, iure [g] pignoris ex constitutione [h] diuorum parentum meorum obligati sunt, fauore pupillorum liberi facti non sunt.

Serui dotales, siue empti de pecunia dotali, possunt à marito iure manumitti. Salyc.

7. Imp.*Gordianus* A.Iulianæ.

SIue cum nupsisses, mancipia in dotem dedisti, siue post datam dotem de [i] pecunia dotis maritus tuus quædam comparauit: iustis rationibus dominia eorum ad eum peruenerunt: ideoque frustra quæstionem super statu manumissorum conaris inferre: qui eius [k] facti qui comparauit, vel in [l] dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti.

DE SERVIS REIPVBLICÆ [m] manumittendis.

TIT. IX.

1. Imp.*Gordianus* A.Epigono.

SI ita vt lege [n] municipali, constitutionibúsque principum comprehenditur, cùm seruus publicus esses, ab ordine [o] (consentiente [p] etiam præside prouinciæ) manumissus es: non ex eo quòd is quem dederas vicarium [q], in fugam se conuertit, iugo seruitutis quod manumissione euasisti, iteratò cogeris succedere.

Manumissus solenniter à ciuitate, potest matrimonium contrahere. Salyc.

Idem A.Hadrianæ.

SI decretum [r] ordinis auctoritas rectoris prouincię comprobauit quo is libertatem acceperat, cui postea fueras (vt proponis) matrimonio copulata: nam ex huiusmodi matrimonio, & ciuem Romanam esse, & in [s] patris potestate, non est opinionis incertæ.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC. Philadelpho.

TItulis [t] non præcedentibus quibus dominia seruorum quæri solent, municipum libertus seruus non efficitur. Si itaque secundum legem Vectibulici [u] cuius ||legis|| potestatem senatusconsulto Iubentio Celso ite-

m *dixi ad 40. D.3.* Serui reipublicæ, serui populi Romani, vel alterius ciuitatis. *l.pen.j.de tabulariis:* ad id deputati erant, vt seruirẽt tabulario ciuitatis. Per eosdẽ seruos publicos plerumque stipulabantur. *l.3.j.de postlim. reuers. l.18. D.de adopt.l.2.D.rem pupill.*
n Forma manumittendi seruos publicos in prouinciis cauta fuit legibus municipalib.
o id est, decreto ordinis. *l.2.j.eo. l.1.j.ne quis liber inuitus.*
p Tria concurrebant in manumissiõe serui publici, decretum ordinis *§.eod.* consensus præsidis. *vt hic:* vicarij substitutio. *j.eod.*
q *dixi §.*
r *l.1.§.eo.*
s *l.8.j.de patria potestate.*
t *l.6.j.de ingen.manum.l.1.§.de iure aur.anul.*
u Vectij Libici. *Contius:* Vettij Libici. *Cuia.hic.* fuit Vettiorũ familia Romæ, vt Vettium Rufinum legimus. *l.1.§.de bon.mate.* & Vettium Atticum, & Vettium Valentem, & Vettium Priscum, & Vettium Chilonem, cuius nomen Lipsius apud Tacitum 1. historiarum declarat. & alium in orationem pro M.Cœlio: & L. Vettium qui detexit coniurationem Catilinæ apud Dionem. Antonius tamen Augustinus legit, *Vectibulitiam.* putátque ea lege concessum municipiis, quæ in Italia erant, vt seruos suos publicos possent manumittere: idque ius postea porrectum & ad prouincias & ad collegia constitutione D.Marci. Sed & vt hereditates libertorum & extraneorum capere ex testamento atque ab intestato recta via an per fideicommissum municipes possent, senatusconsulto Aproniano & aliis opus fuit. *l.vnic.D.de libertis vniuersit.l.omnibus.D.ad Trebell.l.hereditatis.§.de hered.instit.*

rum

a familiæ is fuit Marcellorum.& Marcellus æquè Iurisconsultum fratrem habuit, *l.12.§ 43. D.de instruct.* b iidem, iurisconsulti insignes fuerunt,& Consules sub Hadriano. c Leges vrbanæ,plerunque extenduntur ad prouincias & municipia, vt lex Vettij Libici hac constitutione. qua serui reipublicæ manumissi, ciues fiunt. Ita lex Attilia de tutoribus dandis in vrbe ex lege Iulia & Titia ad prouincias porrecta. *Instit. de Attiliano tutore.* & lex Iulia de cessione bonorum. *l. 4. D. qui bon. cedere.* & lex Fannia ex lege Didia porrecta est in totã Italiam auctore Macrobio.

rum,& Neratio Marcello [a] consulibus [b] facto,ad [c] prouincias porrectam constitit) manumissus, ciuitatem Romanam consecutus es: post verò vt libertus tabulariam [d] administrando, libertatem quam fueras consecutus, non amisisti [e]: nec actus tuus filio ex liberis ingenuo suscepto, quo minus decurio esse possit,obfuit.

DE HIS QVI A NON [f] DOMINO manumissi sunt.

TIT. X.

1. Imp. *Antoninus* A.Cornelio.

EVm qui seruos alienos ac [g] si suos manumittit: vt [h] pretium eorum dominis, si hoc elegerint[i], dependat, ||vel|| quanti [k] sua interest [l] sæpe rescriptum est teneri. PP.Kalen.Mart.Anton.A.& Balbino Conss.214.

2. Imp. *Alexand.* A.Mercuriali.

FElicissima, quam mandante [m] te seruum emisse dicis, si dominium serui quem manumisit, nondum [n] ad te transtulerat: frustra petis vt denegata libertate eius quem manumissum dicis,possessio tibi tradatur.

3. Idem A.Pompeio.

QVi tibi hereditatem vendidit,antequam[o],res hereditarias traderet[p],dominus earum perseuerauit:& ideo [q] manumittendo libertatem seruo hereditario præstitit. PP.6.Kal.Aug.Agricola & Clemente Conss.231.

Tenens seruum precario,non manumittit. Salyc.

4. Impp. *Valer.& Gallien.* AA.Zoilo.

SI non proprietatem donaueras,sed ministerium [r] ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium vsum habebat,dominio tuo nihil [s] præiudicauit. Nemo enim alienum seruum quamuis vt proprium manumittat,ad libertatem perducere potest.

5. Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.& CC. Marcellinæ.

SI tradita sunt ex donatione [t] mancipia: ius manumittendi donatrix non habuit.

6. Iidem AA.& CC.Milio,& aliis.

SI pater seruum vestrum [u] licèt minoribus viginti [x] annis consentientibus manumisit: ei libertatem præstare non potuit.

Libertas præstita seruo alieno cum iudicis vel principis decreto non præiudicat domino vero. Salycet.

7. Imp. *Constantinus* A.ad Bassum P.P.

SI [y] à non dominis libertas detur mancipio alieno:si quidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dandi [z] ius est: sine vlla trepidatione pœnæ facilis dissolutio est. Si verò iubentibus nobis quicquam lege[a] actum esse doceatur, & non dominus vt alienum mancipium manumitteretur, petisse||probetur||tunc eodem qui in conspectu[b] nostro libertatem monstrabitur, || à non domino || consecutus, ei protinus ad cuius proprietatem pertinet, restituto: is qui mancipium alienum fallendo [c] principis conscientiam manumisit,mancipia duo cogatur domino eius dare,eiusdem sexus,ætatis, atque artis, ||cuius|| constiterit esse manumissum,& alia tria ||fisco|| eadem ratione similia. Quæ mulcta non semper imponitur,sed potius conquiescit, si fortè manumissus inferentem sibi quæstionem status, obiecta legi-

d Tabularia, munus tabularij ciuitatis. hoc innuit, Seruos publicos semel manumissos,ob ideo in seruitutẽ publicã nõ reduci, quod sua sponte tabulario ciuitatis seruierint, vel alium actũ pro ciuitate gesserint: nullo alio iusto titulo seruitutis præcedente.

e Ratio dubitandi fuit,quòd tabulariæ administratio videatur actus seruilis. *v.l.penul.j.de tabulariis.* sed tamen hoc satis significatur, Liberum hominẽ tabulariam vltro posse gerere salua libertate. Idqne confirmat Liuius 43. hîc vbi censores signatis tabellis publicis, clauso tabulario & dimissis seruis publicis, negarunt se quidquam publici negotij gesturos. Sed & in actis eos interuenisse Capitolinus indicat in Gordiano.

f *4.C.Theo.9.*

g *l.11.s.de iure deliberandi.*

h *l.31.in fin.D. de fideic.libert.*

i Conseruatur libertas seruo alieno collata,si dominus contentus sit pretio serui.

k Id quod interest pretio declaratur.

l Idem est rei pretium & id quod interest, vt Thaleleus hîc notat apud Cuiacium *9.obs.31.*

m Procurator seruos à se emptos domini mandato, antequam eos mandatori tradiderit,potest manumittere. n *l.3.j.eo.v.l.8.s.de act.emp.*

o *v.l 2.s.eo.l.11.s.de act.empt.l.2.j.de mancip.& colon.*

p Non venditione,sed traditione dominium transfertur. *l.20.s.de pact.*

q *l.18.j.de manum.* r i.vsum precarium. *j.eo.* solue,fructuarius inutiliter seruum manumittit. *l.9.s.de vsufr.& è contrà.* s *l.5.D.pro donat.*

t & quidem castrensia.

u hic ratio dubitandi sumitur ex lege Ælia Sentia. *v.48.Eclog.1.c.16.*

x *l.vn.C.Theod.* y Manumissionem apud iudicem factam à non domino,reuocare verus dominus potest: nulla pœna multando eo qui manumisit. *vt hîc in prin.* Quid si apud principem quis alienum seruum manumisit? seruum ita manumissum verus dominus in seruitutem potest retrahere: sed & qui ita manumisit vero domino duo alia mancipia præstare cogitur,ætate,sexu, indole atque arte similia: eóque amplius fisco tria,eadem ratione similia. *Synops.Basil.48.tit.15.c.7.*

z *v.l. vlt.s.de vindict.manumiss.* a hinc legis actio.

b Principis conspectus delictum auget. *l.16.§.6.D.de pœnis.*

c Decretum obreptitium non valet.

d obreptitia manumissio præscribi potest.

e hinc colligunt,Ius redimendi præscribi. *v.Rol.à Vall.1.consil.21.nu.8.*

f *dixi ad 40.D.9.1.Inst.6.*

g *§.3.Inst.quib.ex caus.manumit.*

h Libertates in fraudem creditorum datæ reuocantur. *Synops.Basi.48.tit.26.ex tit.7.c.34.* i *v.Cuiac.18.obs.5.*

k ipso iure.

l *l.23.D.qui & à quib.manumiss.*

m *l.27.versic.ex omni.D.qui & à quib.manumiss.*

n puta imaginarium emptorem. *l.13 D.de iur.patr.*

o i. vicarios suos.

p quamuis eorum quasi domini sint. *l. 17. D.de peculio.* videbatur etiam hoc quasi præcipuum concedi seruis principum,vt & de peculio suo testarentur. Iisdem Leo *Nouel.38.* dedit testamenti factionem.

tima præscriptione [d] potuerit excludere: cum sibi amissi mancipij damna debeat imputare ||is|| qui in perniciem suã gesta taciturnitate [e] firmauit. PP.Id.Iul.Constantinop.A.V. & Licinio Cæs.Conss.313.

QVI MANVMITTERE NON [f] possunt,& ne in fraudem [g] creditorum manumittatur.

TIT. XI.

Creditor intelligitur etiam cui ex vltima voluntate ad libertatem præstandam debetur. Salycet.

1. Imp. *Alexand.* A.Antiocho.

CErtum [h] ius est, non aliàs directas libertates per legem Æliam Sentiam [i] quæ sunt in fraudem creditorum manumissorum ||datæ|| reuocari [k],nisi & consilium [l] fraudis,hoc est animus manumittentis, & euentus damni suum recipere volentium sequatur. Inter [m] creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum debetur,olim placuit. PP.3.Id.Nou.Max.V.& Æliano Conss.224.

2. Idem A.Nataliano.

SEruos meos nec per interpositam [n] personam ad libertatem perducere homines peculij sui [o] posse [p], mandatis ||principum|| comprehenditur.

3. Idem A.Iustinæ.

DIuo Marco [q] auctore amplissimus ordo censuit, ne quis [r] in spectaculo [s] quod edatur, actorem [t] suum alienúmve seruum manumitteret: & si factum esset, pro infecto haberetur.

4. Idem A.Felicissimo.

SI minor † annis viginti ad libertatem præstandam homines [u] tradidisti: senatusconsulto [y], quod gestum est, irritum constituitur.

In anthent.vt spon.larg.§.& hoc quoque.coll.9.tit.2. Nou.119.cap.2.

S*Ed hodie ex [z] quo testari possunt, & libertates possunt relinquere,antiqua lege cessante.*

5. Idem A.Prisco.

SI in fraudem eorum quæ fisco debebantur, probari potest libertas data:non valet. Sed si [a] pecuniam is quẽ patrem tuum appellas, emptori [b] dedit, & ab eo redemptus [c], ad libertatem perductus est: nihil videtur bonis defuisse eius qui fisci debitor dicitur.

Solus tutor non præstat libertatem à pupillo debitam. Salyc.

6. Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.& CC. Olympio.

NEc [d] fideicommissariam libertatem à pupilla sua seruis debitam tutorem posse prestare,certi iuris est. vnde si hos quos tu rogata fueras manumittere tempore certo ætatis tuæ, ad libertatem non perduxisti, sed tutor manumisit,remanserunt in seruitute [e].

7. Iidem AA.& CC.Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non soluendo constitutus, fideicommissariam tibi reliquit libertatem: cuius in [f] fideicommissariis libertatibus euentum inspici tantùm obtinuerit, nihil eius voluntas tibi prodesse potest.

q Idem D. Adriano placnit. Namque is rogante populo vt quendam ἁρμαπηλάτην manumitteret, per tabellam respondit: à se id peti non debere, vt alienum seruũ liberaret, vel vt dominum cogeret manumittere. ídque Dio scribit *in Adriano.* sed huius ita definiendæ rei primus auctor D. Marcus extitit. Suetonius *in Tiberio*, refert, Accium coactũ fuisse in spectaculo comœdum manumittere. *v. Petrum Fabr. apud Cuia. 2.obseru.22.*

r puta magistratus qui populo aliquod munus edit.

s acclamatione s.populi. *l.17. D.qui & à quib.* cui fortè seruus, actor fabulæ placuerat. Eandem legem Atticis fuisse refert Æschines contra Ctesiphontem, μήτε οἰκέτην ἀπελευθερῦν ἐν τῷ θεάτρῳ.

t Fabulæ.s.histrionem.

† Hodie manumitti ea ætate potest, qua testamentum fieri. *Nou. 119. c.2.* & ita hæc lex & *l.102. ff.de leg.1.* abrogantur.

u i.seruos.

x alteri.s.ídque venditionis imaginariæ causa, vt emptor postea eos manumitteret. hoc innuit, Minorẽ per interpositas personas manumittere nõ posse. *l.4. D.de seruis exportandis.*

y sine consilio. *Rauardus.*

z qua ætate quis manumittere possit. a casus est diuersus à superiore. Sunt hæc diuersa, Seruum iam suum manumittere: & seruum ea lege emere, vt eum mox manumittas. Prius non licet, *vt hic.* licet posterius. *l.45.§.3.D.de iure fisci.*

b venditori. τῷ πράτῃ. ita legunt Græci,teste Cuiacio *hic.& in l.83.ff.de verb.signif.* sic sentio,in hac lege mutari etiam nihil posse, vt hoc velle videatur imperator: licere fisci debitori emere mancipium vt manumittat. *l.45.§.3.D.de iure fisc.* Alias interpretationes vide apud Accurs.& Cuiac. *hic.*

c id est, emptus.

d Frustra libertas à tutore seruo pupilli sui datur, licet seruo ea debetur. *l.13. D. de manumiss.* vt hanc particulam referas ad vocem *debitam.j.eodem.* quasi diceret, neque debitam. alioquin ineptum est, dici, neque fideicommissariam, neque directam libertatem à tutore præstari, propterea quòd directa libertas non præstatur.

e Quid si voluntate pupilli manumisit? *Cuiac.14.obseru. 33.* putat rectè manumissum. Nam si seruum patris, consentiente patre, filius potest mauumittere. *l.16.l.22.D. de manumissionibus. l.4. l.22.D. de manumiss. vindict.* Cur non & seruum pupilli tutor manumittet consentiente pupillo? Est enim tutor domini loco, tutor & pupillus, vnus: pater & filius, vnus: & ambo quasi vnus. Nec alia etiam ratione curator furiosi seruum eius manumittere non potest, quam quòd nullus sit furiosi consensus. vide reliqua apud eundem.

f In fideicommissariis libertatibus fraus consideratur ex euentu tantum. & ita lex Ælia Sentia locum non habet in fideicommissariis libertatibus, sed in directis tantum.

a Antoninus & Verus AA. vel ita legendum est Antoninus A. & hæc sententia Papiniano tribuitur in lege Fratres imperatores. *33. D. de pœnis.* b legendum est Pius. aliàs Claudius centum annis senior non fuerit horum imperatorum pater.
c Damnati in perpetua vincula manumitti, non possunt. aliud ergo erit, si in temporaria damnati. d Damnatus in temporaria vincula, non est seruus pœnæ, sed manet in potestate & dominio cuius fuit antequam damnaretur. Quid si in perpetua? idem dicendũ, *l. 8. in fin. D. de pœnis.*

QVI NON POSSVNT AD libertatem peruenire.

TIT. XII.

Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salyc.

1. Impp. *Seuerus* [a] *& Antoninus* AA. Torquato.

CVM diuus Claudius [b] pater meus constituerit, à præsidibus prouinciarum, vel qui coercendorum maleficiorum potestatem habent, in perpetua [c] vincula damnatos ad libertatem perduci non posse: hi qui intra tempora pœnæ liberi & heredes esse iussi sunt, aut legatum fideicommissúmve acceperunt: neque libertatem adipisci, neque quicquam eorum quę his data sunt, capere possunt. Quòd si pœnæ tempus compleuerint: iam omni vinculo exoluti, & quasi ad pristinam vel simplicem seruitutis conditionem redacti, & libertatem, & si qua testamentis dominorum [d] illo tempore defunctorum acceperunt, sine vlla quæstione pœnæ præteritæ consequantur. * [e]

Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salyc.

2. Impp. *Valerianus & Gallienus*, AA. Theodoro.

IS quidem qui ||in|| testamento [f] vetitus est manumitti, ad libertatem non potest peruenire: sed in proposito interest vtrúmne eos quos cum filio educatos esse testator expressit, propter familiare ministerium, & vsum filiorum necessarium, & venire, & manumitti vetuerit, an quasi malè meritis pœnam irrogauerit. Nam priore casu morte eius cui consulebatur, obsequij necessitate finita, libertas potest peruenire: posteriore||autem casu||id quod pœnæ causa in seruos statutum est, necesse est vires suas obtinere: quando diuis parentibus meis placuerit huiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem malè meritis seruis irrogare, vt nec per suppositum emptorem ad libertatem perduci possint.

PRO QVIBVS CAVSIS SERVI pro præmio [g] libertatem accipiunt.

TIT. XIII.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Firmino.

QVONIAM [h] religiosa solicitudo ad augendam prouocandámque fidei obseruationem, iuris præmio adfici debet: si ad vlciscendam cædem [i] domini, incorruptis probationibus, ac strenuo nisu constiteris: libertatem [k], quam his qui dominorum cædem vindicant [l] iam pridem senatusconsultis [m] & statutis principum præstari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso facto sed aditione & sententia præsidis reportabis. PP. 7. Id. Decem. * & Max. Coss.

2. Imp. *Constantinus* A. ad Ianuarium.

SErui qui monetarios [n] adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicum detulerint: ciuitate Romana donentur, vt eorum domini pretium à fisco percipiant. Dat. 15. Kal. Decemb. Romæ, Crispo 2. & Constantino 2. Cæs. Coss. 321.

3. Idem A. ad Populum.

SI quis seruus raptus [o] ||virginis|| facinus dissimulatione præteritum aut pactione transmissum, detulerit in publicum: libertate donetur. Dat. Prid. Kal. April. Aquil. Constantino A. 6. & Constantio C. Coss. 320.

4. Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodosius*, AAA. ad Syagrium P. P.

SI desertorem [p] militiæ seruus prodiderit, libertate donetur. * Id. Iul. Romæ.

DE INGENVIS MANVMISSIS.

TIT. XIIII.

e Dat. 16. Kal. Iul. ipsis Antonino & Vero AA. Consulibus Cuiac. hîc.
f Pœnæ causa manumitti à testatore vetitus, nullo modo potest manumitti. *l. 4. §. 9. D. de manumiss. l. vlt. ȷ. de rebus alienis:* his adde & eũ qui ita veniit ne manumitteretur *s̃. si emancip. ita fuer.*
g sine manumissione. *facit 40. D. 8. 48. Eclog. 1. ex tit. 18. c. 1. fol. 422.*
h Seruus qui domini cædem indicauit, ad libertatem peruenit: velut pro præmiis indicij, libertate ei concessà, pręside liberum esse pronunciãte. *vt hic. & Synops. Basil. 48. ex tit. 18. c. 1. 1. Harmenop. 8. §. 29.*
i id est, si seruus necem domini indicaueris.
k *l. 5. in fin. D. de iniur.*
l *l. 1. s̃. de precibus imperatori off.* indicant. *Cuiac. 18. obs. 22.* & ita quoque legitur à Græcis, ὁ δοῦλος καταμηνύσας. *Eclog. d. loco.* vbi etiam præmium indicij ἔπαλον τῆς μηνύσεως vocãt.
m duobus sc. quorum vnum est Silanianum. de quo *in l. 1. ff. de Silaniano.* alterum *in l. 13. ff. d. tit.*
n Seruus reum falsæ monetæ deferens, pro præmio indicinæ, libertatem consequitur. *vt hic. l. Præmio. 5. C. Theo. de falsa moneta: Synops. Basilic. d. tit. 18. c. 2. adde l. 1. ȷ. de fals. monet.*
o Si seruus raptum detulit, fit liber. *l. 1. in fin. ff. ad l. Iul. de vi public. Synopsis d. tit. 18. c. 3.*
p Si seruus desertorem militiæ indicauit. *adde l. 1. ȷ. de desertorib. Synopsis d. c. 3. in fi.*
q *l. 1. ff. si ingenuus. l. 3. D. de collusione.* r *l. 3. §. 1. D. si ingenuus.* s *l. 3. ȷ. de infantibus expositis.*
t *l. 11. ȷ. l. 10. l. 23. ȷ. de liberali. l. 3. de seruis reipub. l. 22. ȷ. de probat.*
u *l. 3. ȷ. eo. v. l. 2. s̃. de vindict. manumiss.*
x *l. 1. supra eodem.*
y Peritiores consulendi.
z ingenuum factum ex Palmyrenæ factionis velut captiuum distractum, &c. Cuiacius ita rectissimè emendat. *20. obseru. 22.*
a motæ scilicet sub Galieno, Valeriano ab Odennato Palmyrenorum rege, *Trebel. Pollio* (seu vt Sextus Rufus ait, Decurione) & Zenobia eius vxore quam deuicit Aurelianus. his adde quæ de tyrannide Basilici, & Auidij Cassij *dixi ad l. 16. suprà de sacrosanct. eccles.*
b hoc innuit, Ingenuum qui ex Odennati vel Zenobiæ tyrannide redemptus fuit, retineri quidem veluti iure pignoris: non tamen rectè distrahi velut captiuũ, eámque distractionem ingenuitati nihil præiudicare, *facit lex 12. ȷ. eo.*

1. Imp. *Alexand.* A. Phileto.

SI ingenuum te ex testamento manumissum esse dicas: apud suos iudices causam agere debes, si tamen iustum [q] contradictorem habes, id est, eum, qui se patronum tuum esse dicit: memor senatum censuisse, vt qui post manumissionem originem repetierint, ea, quæ de domo manumissoris habent, ibi relinquant [r]. In qua causa etiam legata vt liberto data esse, iuris prudentibus placuit.

2. Imp. *Gordianus* A. Pompeiæ.

INgenuam natam, neque nutrimentorum sumptus [s], neque seruitutis obsequium [t] faciunt ancillam, neque manumissio [u] libertinam. PP. 5. Id. Maij, Sabino II. & Venusto Coss.

3. Imp. *Philippus* A. Felicissimo.

SI auiam tuam vti ancillam manumissam [x], postea ingenuam||esse||solenniter constiterit, statúmque eius iustæ sententiæ tuetur auctotitas: filios eius, quamuis ante sententiam susceptos, ingenuam libertatem non immeritò flagitare, si cum peritioribus [y] tractátum habuisses, facilè cognosceres.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Agrippæ.

CVm cognatum tuum ingenuum [z] natum||ex||Palmyrenæ [a] factionis dominatione redemptum [b], velut [c] captiuum distractum esse dicas: præses prouinciæ ingenuitati suæ reddi eum efficiet.

Contra diffamantem aliquem de seruitute, potest iudex ad instantiam diffamati, tempus illi præfigere, intra quod debeat agere. Salycet.

5. Iidem AA. & CC. Crescenti.

DIffamari [d] statum ingenuorum seu errore, seu malignitate quorundam, periniquum est: præsertim cùm affirmes diu pręsidem vnum atque alterum interpellatum à te, vocitasse [e] diuersam partem, vt [f] contradictionem faceret, si defensionibus suis consideret. vnde constat meritò rectorem prouinciæ commotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat in eadem obstinatione: aditus pręses prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet. Dat. Prid. Non.

Famulatus liberi hominis etiam per tempus longum non facit eum seruum. Salyc.

6. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SCientis conditionem liberum non posse fieri seruum, euidentissimi iuris est. Cum igitur proponas patrem pupillorum quorum precibus fecisti mentionem, velut liberum te penes se habuisse ||in|| ministerium [g], licèt in actu [h] longi temporis: non præcedente vero titulo [i], quo dominia quæri solent, mutare tuam conditionem minimè potuit. S. 7. Kal. Maij, AA. Coss.

7. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI te & filios tuos ingenuos esse constat: natalium [k] veritas vos tuetur. nam qui seruitutis mouerat quęstionem, apud acta causæ renunciando [l], ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam, nec prodesse potest.

8. Iidem AA. & CC. Callimorpho.

INgenui nascuntur [m], libertini [n] manumissione tantùm constituuntur. pactum [o] autem nec seruis nec libertinis ingenuitatem adsignat: nec his qui transactioni non [p] consenserunt, quicquam præiudicare potest.

Ex libertina matre natus est ingenuus: nec ei reuerso obest, quod in captiuitate hostium fuit. Salycet.

9. Iidem AA. & CC. Potamoni.

LIbertina matre procreatam [q], ingenuam nasci natalibus, euidentis ac manifesti iuris est. Cum igitur te matre libertina editam, deinde ab hostibus captam post-

c Rectè hoc additum est. Nam factio, rebellio, aut bellum ciuile captiuum non faciunt. *l. 21. in fin. ff. de capt.*
d vide repetitionem Blaureri in hanc legem.
e Quid, competens iudex in hypothesi seu specie huius constitutionis, quis futurus est? Quidam, diffamantis iudicem putant iudicem fore. *argumen. l. iuris ordinem suprà de iudiciis. l. vlt. s̃. vbi in rem actio.* Contrariã tamen sententiam communem magis & veriorem refert Blarerus in repetitione huius legis. *cap. 4. num. 2.* hoc est, competentem iudicem in hac specie fore iudicem diffamati non diffamantis. Quinimo diffamantem vbique posse cõueniri etiam refert. *arg. l. 32. D. de offic. præsid. l. 1. s̃. vbi de criminibus: Alexan. 5. consil. 103.* Causam eã adferunt, quod qui ex hac lege agat, non sit actor, sed reũs: agit enim, vt alius agat: vtque eius actionem excipiat.
f Inuitus agere nemo cogitur. *l. 1. s̃. vt nemo inuitus. l. vlt. s̃. de vsur. pupillari.* nisi alium diffamet quouis modo ciuiliter. *vt hic.* vel criminaliter. *l. 7. ȷ. qui accus. l. 3. §. 7. D. de re milit.* aut prætendat sibi ius aut obligationem aliquam in fundo, domo & bonis alterius competere. *dixi quædã ad l. 13. §. 30. D. de act. emp. vide Ferrar. in forma respons. libelli in actione hypothecaria 44. in verbo & renunciationis 10. num. 2. v. Mynsing. 3. obs. 78. adde l. 40. D. ad l. Aquil.* His enim casibus cogitur aduersarius experiri intra certũ tempus, ac nisi id faciat perpetuũ illi silentium à iudice indicitur.

g ministerium exhibitum etiam per longum tempus, ingenuum seruum non facit. *l. 2. s̃. eo.* h *l. 3. ȷ. de long. temp.* i *l. vlt. s̃. de seruis reip.* k Natalium veritas ingenuum tuetur. l Qui liti status renunciat, non fatetur omnino aduersarium ingenuum esse quantumuis ipse sibi præiudicet. Renunciatione litis non facimus eum ingenuum qui ingenuus non est. *l. 27. §. 1. D. de liberali.*
m Ingenui nascuntur: libertini fiunt. *Inst. de ingenuis.*
n *l. 3. §. 1. D. de suis.*
o *l. 2. ȷ. de collus. detegenda.* p Pactis aut transactionibus absentis & ignorantis causæ nemo præiudicat. q *v. l. 11. s̃. de oper. libert.*

liminio

liminio [a] reuerſam proponas, & nunc tibi ſeruitutis moueri quæſtionem: conſequens eſt adiri præſidem prouinciæ [b] qui de cauſa liberali cognoſcet, iure laturus ſententiam, ſciens neque huiuſmodi [c] matris conditionem, neque captiuitatem reuerſis de ſtatu priſtino quicquam poſſe detrahere.

10. Iidem AA.& CC.Athenodoræ.

AD recognoſcendos ſingulos nomina [d] comparata publico conſenſu, ob celandos natales ingenuis, ſi mutentur [e], minimè nocet:natóſque (licèt in miniſterio [f] ſeruitutis) liberæ conditionis,non ſeruos poſſeſſio, ſed ſtatus ingenuos edi perficit.

11. Iidem AA.& CC.Maximæ.

SI veſtram poſſeſsionem nullus præceſſit titulus [g], ſed ingenui conſtituti operas [h] mercede placita locaſtis [i]: nec ſtatui ||veſtro|| quicquam derogatum eſt, nec ad conuentionis implendam fidem ſolenniter agere prohibemini.S.Non.Mart.CC.Conſſ.

12. Iidem AA.& CC.Quietæ.

AD mutandum liberæ ſtatum, commiſſum plagij [k] nihil promouet: ſed abductam natales quibus nata eſt,poſt hunc etiam caſum obtinere conuenit. S.3. Kalend. Decemb.AA.CC.

13. Iidem AA.& CC.Melandro.

INgenuum ſe [l] contendendo,nec probando, non amittit liberti nitatem. S.7.Id.Dec.

14. Iidem AA.& CC.Ariſtoteli.

STatui ingenuæ ex eo ſolo quòd velut ancilla ſponſaliorum [m] nomine data proponitur,præiudicari nulla ratione poteſt.S.7.Kal.Ian.

COMMVNIA [n] DE MANVmiſſionibus.

TIT. XV.

Si proprietarius & vſufructuarius ſimul libertatem ſeruo imponant,pleno iure liber efficitur. Salycet.

1. Imp.*Iuſtinianus* A.Iuliano P.P.

SAncimus, ſi proprietarius ſeruo cuius vſusfructus ad alium pertinebat,libertatem impoſuerit, non ſecundum antiquam [o] obſeruationem [p] & libertate carere, & eum ſine [q] domino eſſe intelligi: ſed nec inueniri perſonam cui res ad ſe venientes acquirat. Sed ſi tam proprietarius quàm vſufructuarius libertatem ei ||conſentientes [r]|| impoſuerint,pleno iure liberum||eum|| effici: & ſi quid poſtea ||ſibi|| acquiſierit, hoc in bonis ſuis habere. Sin autem proprietarius ſolus libertatem impoſuerit, vſufructuario [ſ] minimè conſentiente: ſit quidem ille qui libertatem à proprietario accepit,inter libertos proprietarij connumeratus: & ſi quid in medio poſſidet,hoc ſibi acquirat,ſibíque habeat:& ſuæ poſteritati relinquat, ſaluo patronatus iure per omnia cuſtodiendo, niſi & hoc ex legibus fuerit remiſſum. Ipſe tamen libertus, quaſi [t] ſeruus apud vſufructuarium permaneat, donec vſufructuarius viuit, vel vſusfructus legitimo modo peremptus eſt. Etenim ſi ſine vſusfructus quocunque modo accipiat: tunc facultas ei tribuatur quo maluerit degere modo. Si verò adhuc ſuperſtite vſufructuario ab hac luce fuerit libertus exemptus: hereditas eius legitimum tramitem ſequatur. Sin autem vſufructuarius [u] tantummodo libertatem impoſuerit:ſiquidem hoc modo,vt cedat vſumfructum proprietario: pleniſſimum ius habeat in ſeruo proprietarius: vt omnia ei ſeruus acquirat ſecundum ea quæ generaliter in ſeruos & dominos conſtituta ſunt. Sin verò gratias agendo vſufructuarius eum ab vſufructu liberauerit,& libertate donauerit: tunc maneat quidem ſeruus proprietario ſuo annexus:ſed non [x] neceſſitas ei imponatur, donec viuit vſufructuarius, vel vſusfructus conſtare poteſt,obſeruare proprietarium,& quædam miniſteria||ei|| adimplere, ſed iudices noſtri eum in quiete tueantur. Poſt vſufructuarij autem mortem, vel vſufructus quocunque modo interemptionem: tunc ſeruiat quidem domino, & omnia quæ in medio ad eum peruenerint, hæc ſuo domino acquirat. Et ſit ex noſtra conſtitutione hæc ſeparatio inter ſeruos & liberos: & non ſecundum ius antiquum idem ſeruus remaneat,& nullum reſpiciat dominum.

1 ¶ Illud quoque huic legi adiicimus, vt exploſa antiqua perſonarum [†] differentia, liceat parentibus tam maſculis quàm fœminis,filiis filiabúſve ſuis in ſacris conſtitutis ſiue emancipatis,cuiuſcumque gradus, mandatum [y] imponere, quatenus ſeruos in libertatem perducant, ſiue [z] apud iudicem, ſiue in ſacris [a] eccleſiis [b], ſiue ſecundum alium quem mandator voluerit legitimum modum. cùm enim & in [c] ſucceſſionibus & in aliis penè omnibus nulla eſt inter liberos diſcretio: oportet hoc obſeruari & in præſenti caſu, maximè pro [d] libertate, quam & fouere & tueri Romanis legibus, & præcipuè noſtro nomini peculiare eſt. Dat. 15. Kal.April.Lampadio & Oreſte Coſſ.530.

Poteſt manumitti tam in eccleſia quam apud iudicem, vel in teſtamento etiam infans vel ignorans, vt ſit ciuis Romanus. Bald.

2. Idem A.Iuliano P.P.

SI quis ſeruo ſuo libertatem imponat, ſiue in eccleſia [e], ||ſiue in æde ſacra,|| ſiue ad qualecumque tribunal,vel apud eum || iudicem|| qui libertatem imponere legibus habet [f] licentiam, ſiue in teſtamento, vel alio vltimo elogio, directam vel fideicommiſſariam: nullo coerceatur modo eorum qui ad libertatem veniunt, ætatem [g] requirere. neque enim||eum||tantummodo ciuitatem Romanam adipiſci volumus, qui maior triginta [h] annis exiſtit: ſed quemadmodum [i] in eccleſiaſticis libertatibus non eſt huius ætatis differentia, ita in omnibus libertatibus quæ à dominis imponuntur,ſiue extremis diſpoſitionibus,ſiue per iudices, vel alio legitimo modo:hoc obſeruari ſancimus, vt ſint omnes ciues Romani conſtituti.ampliandam [k] enim||magis|| ciuitatem noſtram,quàm minuendam eſſe cenſemus.

Si exiſtens ſine vxore ancillam propriam in concubinam habeat, & de eius vel ſobolis libertate vel ſeruitute nihil diſpoſuerit, ad libertatem poſt eius mortem perducuntur. Salyc.

3. Idem A.Ioanni P.P.

SI quis ſine vxore conſtitutus, ancillam ſuam [l] ||ſub|| nomine habeat concubinæ, & in eadem vſque ad mortem ſuam conſuetudine permanſerit, & forſitan liberos ex ea ſuſtulerit, ſancimus omnimodo non concedi heredibus defuncti eandem,vel liberos eius,ſi etiam liberos habuerit,in ſeruitutem deducere: ſed poſt mortem domini ſub certo modo eripiatur in libertatem vnà cum ſobole ſua, ſi etiam eam forſitan habuerit. Ipſi etenim domino, dum ſupereſt, damus licentiam quomodo voluerit vti tam ancilla ſua, quàm etiam ex ea progenita ſobole,||&||in ſuo vltimo elogio quicquid voluerit contra eos diſponere.id eſt,quaſi ſeruos eos aliis legare, ſiue in ſeruitutē heredum nominatim relinquere. Sin autem taciturnitate [m] eos prætererit, tunc poſt mortem eius ad libertatem eripiantur: vt ſit mors domini,libertatis eorum exordium. Hominibus etenim vxores [n] habentibus, concubinas vel liberas vel ancillas habere,nec antiqua iura,nec noſtra concedunt.Dat.Kalen.Nou. Conſtantinop.poſtconſulatum Lampadij & Oreſtis 4.531.

DE LIBERALI CAVSA [o].

TIT. XVI.

De eo qui filios vendidit.

1. Imp.*Anton.*A.Saturnino.

REm quidem illicitam [p] & inhoneſtam admiſiſſe te confiteris,quia proponis filios ingenuos à te venundatos. Sed quia factum [q] tuum filiis obeſſe non debet, adi competentem iudicem, (ſi vis)vt cauſa agatur ſecundùm ordinem [r] iuris. PP. Idib. Febr. *

De exceptione rei iudicatæ.

2. Idem A.Veroniano.

SI hi, quos ſeruos tuos eſſe dicis liberi eſſe à diuerſa parte dicantur de ſtatu eorum more ſolito quæri oportet. nec enim res iudicata [ſ],qua de proprietate [t] eorum pronunciatum eſt,opponi cauſæ liberali poteſt.Dat.Non.Feb.Romæ,Meſſala & Sabino Conſſ.215.

Si liber homo alienæ ancillæ contubernium ſequatur.

3. Imp.*Alexand.*A.Quirino.

SI liber homo alienæ [u] ancillæ contubernium ſequatur: licèt ei fuerit denunciatum [x],vt ſe abſtineret, ſeruus domini mulieris non [y] fit. PP. Non. Febr. Fuſco & Dextro Conſſ.326.

---

a Poſtliminio libertas recipitur.
b Præſides cognoſcūt de cauſa libertatis.
c id eſt,libertinæ,vt.j.*eo.*
d Nomina ad ſingulos recognoſcendos inuenta.*l.9.j.de liberali.§.29.Inſt. de legat. v.l.vlt. ſ.de ſeruis reipublicæ.*
e Nominis mutatio non eſt euidens ſeruitutis iuſtæ argumentum.
f *l.2.l.6.ſ.eo.*
g *v.l.vlt.ſ.de ſeruis reipub.*
h *l.2.6.& 10.ſ.eod.*
i Ingenuus operas locare poteſt.
k Plagio abducta libertatē non amittit, *facit l.3.ſ.eo.l.2.ſ.vbi de criminib.* Quid ſi à plagiario vendita? ne tunc quidē mutatur. *l. 11.j. ad l. Fab.de pla.* Quid ſi fiſco plagiarij bona cōmiſſa? ne tunc quoque *vt hic.*
l Non renūciat libertinitatis probationi, qui ſe ingenuum dixit,nec obtinuit *vt hic.* Ad eundē modum putāt, vtile dominiū eum etiam vindicare poſſe, qui directo ſuccubuerit *l.39.§.1.ff.de euict.* vtq. feudatariū experiri, qui vt proprietarius non obtinuit. *Bal. hic.*
m *v.l.16.j.de lib. adde ſ. ſi rector prouinciæ.*
n Poſſis dicere κοινὰ καὶ καινά. Huius enim tituli cōſtitutiones,ad omne genus manumiſſionis referuntur: His denique Iuſtiniani nouis, vetus ius abrogatur.
o Nota ius vetus receptum in ſeruis à proprietario manumiſſis.
p i. vt ab antiquis vſitatū erat. *Vlp.1.§.19.*
q *l.23.ff. de liberali cauſa.*
r De ſeruo cōſentiente proprietario ſimul & vſufructuario manumiſſo *v.l.15.ff. quib. mod. vſusfruct. adde l. 6.ff.de manumiſ. teſt.*
ſ De ſeruo à nudo proprietario manumiſſo.
t Seruus manumiſſus à proprietario,liber fit,& tamen ſeruit vſufructuario.qui hoc fieri poteſt? ſeruit vt liber. *l.11.ſ.de ingenuis.*Multum differunt,ſeruum eſſe & ſeruire.
u De ſeruo à nudo vſufructuario manumiſſo.*adde l.2. D. de manumiſſ. vindict.l.9. ſ.de vſufruct.*
x manumiſſus ab vſufructuario non eſt liber,nec tamen ſeruit proprietario.
† Olim filiusfamilias iuſſu patris manumittere poterat: iuſſu matris non poterat. *Paul.1.ſent.13.§.2.*per emancipatos etiam non poterat pater,vt hîc Thaleleus notat. per ſuos poterat.*l.51.in fi.D.de rit.l.30.§.1.D.qui & à quib.manumit.l.13.D.de iure patron.l.16.l.22.D.de manumiſſ.l.4.l.10.l.21. D. de manumiſſ.vindict.* hodie ius aliud eſt, vt mox dicetur.

y Parentes poſſunt ſeruos manumittere per liberos cuiuſcunque ſexus: etiā ſi non ſunt in poteſtate.
z Manumiſſiones non tātum fiunt apud iudicem, vel in Eccleſiis, ſed & alio quouis modo, hoc eſt, teſtamento,codicillis:directò vel fideicommiſſum.
a *ſ.de his qui in Eccleſiis manumittuntur. Concilium Africanum.1.*
b *l.2.j.eo.*
c In ſucceſſionibus nulla eſt inter liberos diſcretio.
d Libertas à lege & principe defenditur.
e *l.1.in fi.ſ.eo. & ſ. de his qui in eccl.manumit.*
f *l. 4.j. de vindict.*
g Infans etiam manumitti poteſt. *l. vlt. D. de manumiſſ.* Imò & is qui eſt in vtero. *l.14.ſ.de fideic.libert.*
h Olim ætas erat legitima ciuitatis Romæ adipiſcendæ:& ſeruus ante hanc ætatem manumiſſus,nō fiebat ciuis, ſed Latinus.*Theoph. Inſtit. de libert. Vlp.1.§.12.l.39.§.2.D.familiæ. adde l. vlt. D.de rebus.l.46.D.de manumiſſ. teſta. l.12.in fi. ff.de ſtatu lib.*
i extenſio iuris eccleſiaſtici ad commune.
k Amplianda magis reſpublica, quam minuenda.
l Ancilla domini concubina eiúſque liberi, morte & ſilentio domini fiunt liberi. *adde Nou.78.c.4.*
m Silentio libertas conferri poteſt.
n Concubinā vxori ſuperducere non licet. *v.l.vnic.ſ.de concub.*
o 40. *D.12.4. C.Theod.8.Paul. 5.ſent.1.*
p Res illicita & inhoneſta patri, liberos ingenuos vendere.*vide l.1.ſuprà de patribus, qui filios diſtraxerunt. adde l. 26. ſ. de tranſactionibus. adde Paul.5.ſentent.1.§.1.*
q Pater venditos à ſe filios iuuito,emptore, oblato tamen pretio poteſt euincere, vt ita facti ſui,altero inuito pœnitere poſſit.qui caſus ſpecialis eſt.
r per adſertorem. Hodie adſertio ſublata.*l.1.j.de adſert.tollen.*
ſ *l.25.§.1.D.eo.*
t Alia eſt proprietatis cauſa,alia libertatis.
u Contubernio ancillæ alienæ, liber homo non tranſit in alterius dominium.
x Proteſtatio iure non munita,nihil operatur.*Bald.*
y *vide l.1.j.de Sc.Claudiano.*

De re iudicata.

4. Idem A.Iocundo.

SI is, quem in seruitutem petebas, liber (quamuis absente [a] te) causa cognita pronunciatus est: secunda in seruitutem petitio eius dari tibi non debet. Sed si postea quàm cognouisti [b], de sententia iudicis appellasti: an iure lata sit in auditorio [c] quæretur.

De vendita à fisco, & de onere probationis.

5. Idem A.Sabino.

NOn ideo minùs in libertatem proclamare potest ea, quam ancillam tuam esse dicis, quod eam vendente fisco [d] comparasti. Sed [e] nec hodie ad præscriptionem operatur, quòd venditionis tempore maior viginti annis fuerit: cùm ætatis allegatio non † aliàs possit præscriptionem aduersus ciuem Romanum accommodare, quàm si participandi [f] pretij gratia consensum seruituti dedisse probetur. Probationis [g] sanè onus, cùm ex seruitute in libertatem adseritur, ad se recipit: quæ si affirmationem suã non [h] impleat, in concursum possessionis ius obtinebis.

De eo qui scripsit se seruum esse.

6. Imppp. *Valer. & Gallien.* AA. & *Valer.* A. Nobilissimus Cæs. Versimeno.

NEc si volens scripsisses [i] seruum te esse, non liberum: præiudicium iuri tuo aliquod comparasses: quanto ||nunc|| magis, cùm eam scripturam dare compulsum [k] te esse testaris?

Si heres veniat contra factum defuncti.

7. Imp. *Aurelianus* A. Secundo.

SI ab eo, cuius seruus fuisti, manumissus es: frustra libertatis controuersiam sustines, maximè [l] ab herede eius, qui ||te|| manumisit: cùm etsi iure [m] libertas non processerit, respectu tamen aditæ hereditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit.

De eo qui nummos accepit vt manumitteret.

8. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Verinæ.

CVm adfirmes placuisse quondam domino tuo, vt pro te & pro filia tua dato [n] nummo certæ quantitatis vos manumitteret, & te tantummodò liberauit: aditus rector prouinciæ hortabitur [o] eum, salua reuerentia quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare. Dat. Prid. *Maximo II. & Aquilino Conss. 524.

De cognomine.

9. Iidem AA. & CC. Proculo.

CVm precum [p] tuarum conceptio, licèt eum, contra quem supplicas, ex ancilla natum esse expresserit, tamen nomini [q] cognomen, quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, & non seruum esse, sed seruili macula adspersum comprehenderit: contra eum, qui seruus non est, supplicasse te intelligis [r].

De pactis & administrationibus.

10. Iidem AA. & CC. Stratonico.

LIberos priuatis pactis [s], vel actu [t] quocunque administrationis, non posse mutata conditione seruos fieri, certi iuris est.

Si seruus honores gesserit.

11. Iidem AA. & CC. Faustino.

NOn [u] mutant serui statum, si ad ciuiles honores illicitè atque improbè adspirauerint. vnde si status moueatur quæstio, intelligere vobis licet, nihil prodesse posse, quòd [x] pater vester ciuiles honores gessit. Solennibus itaque ordinatis, apud præsidem prouinciæ de statu vestro cognoscetur.

De venditione.

12. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI ||ex|| liberta te natum aliquis comparauerit [y]: statum retines, quem antea habuisti. Si verò ex ancilla editum naturalis pater idémque dominus distraxit, ac post emptori pretium [z] soluisti: non idcirco libertatem consecutus es [a]. PP. 18. Kal. Maij.

De statu defuncti.

13. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter de [b] statu defuncti agi non potest. Si verò ex peculio quondam eius, quem tu bona reliquisse commemoras, res vindicentur, vel eius filiis moueatur status quæstio: hæc omnia solenniter præsidali [c] notione decidi debent. Dat. 5. Kal. Maij.

De effectu litis ordinatæ.

14. Iidem AA. & CC. Quintiano.

LIte ordinata [d] in possessione libertatis is, de cuius libertate queritur, constituitur, & interim pro libero habetur. Dat. 4. Kal. Maij, Heracleæ, AA. Conss.

De probationibus.

15. Iidem AA. & CC. Palladio.

NEc omissa professio [e] probationem generis excludit, nec falsa simulatio veritatem [f] minuit. Cum itaque ad [g] examinationem veri, omnis iure prodita debeat admitti probatio: aditus præses prouinciæ, solennibus ordinatis, prout iuris ratio patitur, causam liberalem inter vos decidi prouidebit.

De minore in dotem data.

16. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

SI ministerium [h] tuum quasi libera exhibuisti: ac te nesciente quasi ancilla in [i] dotẽ data, conscriptum instrumentum est: nihil hæc libertati tuæ nocere potuerunt: maximè cum te minorem ætate fuisse commemores, & placuerit minores [k] viginti annorum nulla ratione mutare statum || posse, || ac pro liberis seruos fieri: ne ante [l] libertatem inconsultè amittant, quam alij propter ætatis rationem sine consilio præstare non possunt. PP. 6. Id. Maij, Hadriano A. Conss. *

Si quibusdam ex pluribus fratribus quæstio moueatur.

17. Iidem AA. & CC. Resino.

MVltis rationibus natalibus ingenuis fratribus natis, post delictis vel casibus interuenientibus singulorum causæ status separantur. Nil itaque prohibet eundem & tibi non [m] mouere quæstionem || status, || & eos, quos fratres tuos adseueras, in seruitutem vindicare, siue retinere. Igitur ad demonstrandam fratrum tuorum libertatem, aliæ sunt probationes necessariæ. nam quòd [n] tibi non mouetur quæstio libertatis, eorum non idoneam constat habere probationem.

De locatione.

18. Iidem AA. & CC. Zotico.

AD probationem ingenuitatis ab eo, contra cuius successores postulas, facta tibi [o] locatio non sufficit: nec [p] tamen hoc solum ad seruitutis vinculum argumentum est idoneum. S. Id. Iul. Philippo A. Conss.

Si ab alio manumissus ab alio seruus dicatur.

19. Iidem AA. & CC. Paulo.

PRincipaliter causam eius, de quo supplicas, esse, quam tuam perspicimus. nam cùm te eum ad libertatem perduxisse profitearis illius interest [q] magis solenniter suum tueri statum: & consequenter [r] tua etiam agetur causa. nam si ab eo, contra quem fundis preces, seruus dicatur, eíque libertas ex manumissione tua vindicetur: probatio seruitutis originis, & beneficium manumissionis libertatem illi adsignans, tuum etiam ius patronatus tuetur. Si verò consentiat seruituti: tunc iure concesso, adito præside prouinciæ, eum inuitum etiam defendere poteris.

De libertate non reuocanda. de his quæ non manumittendi causa fiunt.

20. Iidem AA. & CC. Æternali.

SIcut [s] semel præstitam libertatem reuocari [t] non licet: sic per ea, quæ non [u] manumittendi causa domini cum seruis ||propriis|| agunt, nihil sibi detrahunt. S. 6. Kal. Sept. AA. Conss.

Esse in possessione seruitutis vel libertatis.

21. Iidem AA. & CC. Thrasyllæ.

EAm, quæ in possessione [x] libertatis non sine dolo [y] malo reperitur, in seruitute constitutæ simile [z] habere præiudicium, edicto perpetuo cauetur. ||Sed|| si controuersia erit, vtrum ex seruitute in libertatem petatur, an ex libertate in seruitutem: sui [a] conceptione manifestè probatur: nec quicquam iuris ancillæ dolus proprius dominis aufert. S. No. Oct. Sirmij, AA. Conss.

De natalibus & de confessione.

22. Iidem AA. & CC. Pardalæ.

PArentes, natales [b], non confessio adsignat. Quapropter si ex ancilla nata, post ad libertatem manumissa

peruc-

a Sententia liberalis ferri potest absente parte: potest tamen ab ea appellari.
b Tempus appellationis interponendæ nõ currit ignoranti. *l. 3. j. quomodo & quãdo index.*
c Causæ appellationum in auditoriis pensantur.
d Vendita mulier, etiam à fisco, in libertatẽ proclamare potest.
e Ratio dubitandi.
† *l. 7. D. eo. l. 1. ff. quib. ad libert. proclamare.* Ex constitutione Leonis 59. liber homo seipsum vendere nõ potest, etiam participandi præmij causa.
f quemadmodum id fieri potuit dixi ad *d. Nou. 59.*
g *dixi ad l. 7. §. vlt. D. eo.*
h *l. 11. s. de obligat.*
i *v. l. 39. j. eo. adde l. 26. s. de transact.*
k *Paul. 5. sent. 1. §. 4.*
l Cur ita: *v. l. 31. D. eo. l. 3. s. de reb. alie. l. 13. s. de testam. manum.*
m directò sc. *l. 9. s. de testam. manum.*
n Hortandus est dominus, vt seruet pactum cum seruo suo initum.
o *v. l. 9. in fi. s. de cond. ob cau. 2. F. u. vlt.* i. coget moderatè vt hortationi nonnihil sit immistum necessitatis. Ideóque Græci sic legunt ἀναγκάζεται.
p Confessioni & libello supplicantis statur in eius præiudicium, non in fauorem.
q Liberis hominib. cognomen vsurpare licuit, seruis nõ licuit. sic apud Athenienses decreto sancitum fuit: Ne fortissimorum virorũ nomina Harmodij sc. & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, vnquam seruis indere liceret. Ne fas enim ducebant nomina libertatis patriæ deuota, seruili contagio pollui. *Gell. 9. cap. 2.* Hinc etiam colligitur, Libertos nomen patroni adsumpsisse, suóque (quod vnicum antea habebant) cũ prænomine adiunxisse. Eo alludens Persius, verterit, *inquit*, hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama. Idem testatur Artemidorus *tit. de somniis.*
r Contrarius sibi ipsi testis non auditur. *v. Oldendorp. c. 7. nu. 1. de testib.*
s *l. 37. ff. eo.*
t *l. 2. s. de ingenuis manumiss.* Cuiacius legit vel actus cuiuscunque administrari rationem, & ita quoque Græci legunt.
u *l. 28. l. 38. j. eo. l. 10. s. de probat. l. vlt. j. si seruus aut libert. lib. 10. tit. 32. l. 3. D. de off. prætor. his adde quæ scripsi ad Nou. 117. ca. 11.* ad eundem modum Tertullianus *lib. de præscrip.* originis & successionis apostolicæ iactatores, negat continuo Apostolicos esse.

& tamen rectè cum huiusmodi hominib. ab ignorante contrahitur. *arg. l. 3. D. de Sc. Macedon.*
y *v. l. 11. j. ad l. Fab. de plagiar. l. vlt. j. de fugit.*
z *l. 4. §. 2. D. de manumiss.*
a Imò consequi debes. *l. 1. s. eo.*
b *j. ne de statu defunct.*
c *l. 3. j. ne de stat.*
d Vindiciæ dantur secundũ libertatem. *l. 24. 25. §. vlt. D. eod. l. 1. s. qui dare tutor. l. 2. §. 24. D. de orig. iur. adde l. 21. j. eod. dixi ad leges XII. tabul. tit. 22. §. 2. de ordinatione libertatis. v. Cuiac. 18. obs. 23.*
e *l. 39. j. eo.* hoc referendum videtur ad professiones natalium de quibus dixi ad *l. 6. s. de fide instrum.*
f Falsa simulatio veritatem non minuit. *vt hic: & l. 5. s. de iur. & fact. l. 6. D. ad municip.*
g Ad examinationem veri, omnis iusta probatio admittenda.
h Liber ministerium alteri exhibere põt. *l. 2. 6. & 11. s. de ingenuis manumiss.*
i *l. vlt. s. de ingenuis manum.*
k *l. 5. s. eod. l. 7. §. 1. D. eo.*
l Absurdum est vt quis vltrò libertatem suã amittere possit ea ætate, qua alij libertatem conferre non potest.
m *l. 7. s. de ingenuis. l. 17. s. de probat.*
n *d. l. 17.*
o Etiamsi seruus rem aliquã à domino conducit non ideo fit liber.
p facit. *l. 22. s. de probat.*
q Causa dicitur principaliter pertinere ad eum cuius magis interest. *Bal. facit l. 3. 4. 5. ff. e.*
r *d. l. 5.*
s semel præstita seruo à domino libertas, amplius ab eodem domino reuocari non potest. *vt hic: synops. Basilic. 48. tit. 20. c. 20.*
t Nihil difficilius reuocatur quàm libertas. *l. 26. j. eo.*
u *v. l. 24. §. 8. ff. de fideic. liber. l. 17. §. 1. D. qui & à quib. manum.*
x *l. 14. s. e. l. 4. s. vbi caus. stat.*
y *l. 7. in fi. D. e. l. 15. s. de prob.*
z Paria sunt in seruitute cõstitutum esse, & in possessione libertatis dolo tamen malo.
a *l. 22. in fi. j. de euict.*
b Parens is propriè est ac verè, vnde nos geniti: non qui nos filios ac liberos appellat. Parentem enim natales faciunt, non confessio. *vt hic.* hac ratione, serui nascuntur, confessione, non constituuntur. *in fi. j. eo.* Quod autem hic dicuntur natales nobis parentẽ adsignare, nihil aliud est, quàm nos eam sortiri conditionem, quam parens habuit cum ei nasceremur. Cæterum non vt natalibus nostris continuò vel liberi vel serui dicimur: ita natalibus patris, liberi continuo videmur. *l. 10. j. de probat.*

a Te velut ex altera natam ancillam, seruam professa quæsitam manumissione libertatem, huiusmodi simulatione vel errore amittere, &c. quidam ita legunt.

b Mutatio hæc multiplex. Ancilla nata ex Arethusa, manumissa est: manumissa pòstea se ancillam quasi ex Dorcade confessa est. huiusmodi confessio siue simulationem voces, siue errorem quæsitam semel manumissione libertatem non eripit.

peruenisti: te [a] seruam professa[b] velut ex ancilla altera natam, huiusmodi simulatione [c] vel errore quæsitam manumissione libertatem amittere minimè potuisti: cùm serui [d] nascantur ratione certa, non confessione constituantur. Dat. 5. Kal. Dec. AA. Conss.

De obsequio præstito.

23. Iidem AA. & CC. Musciæ.

SI tibi testamento directò libertas à domino relicta est, & ex eo successerunt scriptæ [e]: non idcirco quòd secundùm eius voluntatem, vel contra de filiabus [f] vni præstas obsequium [g], ceteræ filiæ tuam rescindere possunt libertatem.

De confeßione apud acta.

24. Iidem AA. & CC. Sebastiano.

INterrogatam & professam apud acta se esse ancillam, huiusmodi factum defensionē libertatis non excludit [h].

De instrumentis manumißionis.

25. Iidem AA. & CC. Licentiano.

SIcut instrumenta [i] prætermissa [k] manumissionis rectè factæ nullum adferunt præstitæ libertati præiudicium [l] ita si seruum ad libertatem perduxisti, instrumentorum amissio nihil ei nocere potest. S. V. Id. Febr. CC. Conss.

De libertate non adimenda. de instrumento manumiss.

26. Iidem AA. & CC. Modesto.

SIcut datam libertatem manumissis adimere [m] patronus non potest: ita manumissionis [n] instrumentum præstare cogitur.

De re iudicata, de collusione & confeßione eius qui controuersiam passo succeßit.

27. Iidem. AA. & CC. Austerio.

ARianus mota sibi quæstione à Leonide, liber fuit pronunciatus [o]. in seruitutem à victo iterum non rectè petitus est. Coheres [p] etiam tibi ab Ariano datus, colludens cum eo, siue heredibus ipsius, qui status ||ei|| mouerat quæstionem, nihil tibi obfuit: nec ea, quæ in confessione inter eos venerunt, statum veritatis, vel nomen substantiæ defuncti mutare potuerunt.

De statu & dignitate parentum.

28. Iidem AA. & CC. Eurymedonti.

AVi paterni magistratu functi dignitas [q], ad libertatis probationem nihil nepoti prodest. si quidem in liberali causa matris [r] non patris inspicitur conditio. Sed nec materni [s] aui sola sufficit: cùm licèt auia quoque libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consueuit. Sirmij. 4. Id. April. AA. Coss.

De redempta ab eo in cuius fuit contubernio.

29. Iidem AA. & CC. Troillæ.

DE ancilla matre natam, & ab eo redemptam, in cuius fuit contubernio [t], si non manumittitur, in seruitute permanere non ambigitur.

De obsequio non prætertito.

30. Iidem AA. & CC. Eurychiæ.

SOlo obsequij [u] non præstiti velamento, data libertas rescindi non potest.

De quæstione improbè mota.

31. Iidem AA. & CC. Cassianæ.

SI tibi seruitutis improbè moueatur quæstio: solennibus ordinatis, de calumnia [x] vel iniuria (prout vindictæ viam elegeris) habita contestatione, posteaquam seruus nō

c *l. 15. s. eod.*

d Seruitus confessione nuda, confessione nō contrahitur, sed vel natura *vt hic* vel lege.

e scripti. ita *legitur in libris Basilicōn.*

f Filiis, *libri Basilicon.*

g Ex obsequio vni heredū prę stito à seruo, libertate donata non fit pręiudicium libertati *v. l. 2. s. tit. proxim.*

h Si modo metu & impressione alicuius terroris confessio apud acta facta sit *Paul. 5. sent. 1. §. 4.* *aliàs* confessio apud acta præiudicat, donec contrarium probetur.

i *Facit l. 10. j. de fide instrumentor. l. 15. s. de iure dotium.*

k Mos fuit apud veteres manumissis instrumēta manumissionis tradere *vt hic & l. 26. j. eod.* eadē status instrumēta appellari puto *in l. 8. §. 1. ff. quod met. caus.*

l Vitium. quidā ita legunt. eamque lectionem Græci probant apud quos legitur ἐλάττωμα *v. Cuiac. 18. obs. 22.*

m *l. 10. s. eodem.*

n *l. 25. s. eo.* vide quæ notaui ad *l. 9. D. de nouationibus.*

o Liber pronunciatus ab aduersario nunquam in seruitutē peti potest: ab alio posse videtur. *arg. l. 63. D. de re iudic.*

p Coheredis cōfessio super statu defuncti non præiudicat coheredi contrarium adserenti. Salyco

q *l. 10. s. de probationib. facit l. 11. s. eod.*

r In libertatis causa, matris nō patris inspicitur conditio *vt hic. & l. vlt. j. eod.* In nobilitatis causa contrarium hodie obseruatur *vi. quæ dixi ad Vlp. 5. §. 8.*

s Aui paterni vel materni ingenuitate, nemo probatur omnino esse ingenuus.

t Qui ancillam redimit vt ea concubina vtatur, eam non liberat *l. 54. j. eod. vide tamen l. vlt. supr. comm. de manumiss.*

u Non necessarij. aliud si alimenta denegant *l. 6. D. de agnoscend. liber.*

x Qui per calumniam dicitur seruus, probata causa liberali, potest iniuriarum experiri *l. 39. §. 1. D. eo. v. l. 9. l. 10. j. de iniur.*

y Tenet manumissio à domino facta, licet manumissioni filius non subscripserit.

z Puta heredis *l. 13. s. de testam. manum.*

a Dominus accepta pecunia potest seruum manumittere. *vt hic.* vt pater filium *l. 107. D. de verbo. oblig.* dicendum aliàs videbatur manumissionem gratuito fieri, aut omnino non fieri.

b *l. 29. s. eo. v. l. vn. j. de Sc. Claud.*

c Pupillus tutorem quondam, suum seruum potest dicere. i. Etiamsi seruus tutelam domini administrauerit, non tamen efficitur libertus.

d Pactum inter dominum & ancillam non adstringit: *l. 13. inf. s. de trāsact.* Igitur ex pacta libera non erat, quæ se liberam pacta fuerit, cùm ancilla esset: quemadmodum per contrarium ei quę cum filiis est libera pactum nō nocet, quo se ancillam pacta est. *Synopsis Basilicon. 48. Titul. 26. ex titulo 20. cap. 34.*

e *vide j. eodem.*

f Cum iisdem libertate, &c. ita emendo, eo nimirum sensu, Seruus cum domino stipulari non potest, vt certi temporis ministerio alicui exhibito fiat liber. ita nec filius, vt certi temporis obsequio alicui exhibito emancipetur. Priori pacto dominus non tenetur. & ita quadrat comparatio: nisi malis ita cum Græcis, Ancilla pacto non fit libera. Libera pacto non fit serua 48. *Eclog. 20. c. 34.*

esse fueris pronunciatus, aduersus eam sententiam postulare potes: tunc demum etiam de his, quæ direpta probaueris, restitutionem (cùm pro libertate fuerit pronunciatum) petiturus. S. V. Id. Octob. CC. Conss.

De subscriptione filiorum domini manumittentis.

32. Iidem AA. & CC. Athenaidi.

SVbscriptio [y] filij [z] domini manumittentis, nec adde re secuta, nec omissa detrahere libertati quicquam potest.

De eo qui accepta pecunia manumisit.

33. Iidem AA. & CC. Melitianæ.

LIcèt accepta [a] pecunia dominus te manumisit: tamen tributa libertas rescindi non potuit. S. 4. Id. Nouembr. CC. Conss.

De concubinatu.

34. Iidem AA. & CC. Eremoniæ.

LIbera concubinatus ratione non constituitur ancilla [b]. Dat. Id. Nou. CC. Conss.

De eo qui pupilli res velut tutor administrauit.

35. Iidem AA. & CC. Attalo.

NOn idcirco minùs, quòd pupilli res velut [c] tutor administrasse dicitur, ex eius persona seruitutis pati quęstionēm potest.

De pactis.

36. Idem AA. & CC. Theodoro.

POst [d] certi temporis ministerium ancillæ, liberam eā esse cum eā paciscendo, conuentionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem. vtque hoc verum est, ita [e] è contrario si filios suos constituta cum his libera [f] in ministerium tibi tradere promisisse [g] probetur, parêre placitis non compellitur.

De venditione hominis liberi.

37. Iidem AA. & CC. Olympio.

SI filium [h] tuum liberum genero vendidisti [i], qui tam proxima [k] necessitudine coniunctus, conditionis ignorantiam simulare non potest: vtriusque [l] sociis criminis accusator deest.

De limenarchis.

38. Iidem AA. & CC. Philesarpho.

NOn [m] idcirco minùs, quòd te limenarcha [n] creato nemo contradixit reipublicæ nomine, moueri tibi status quæstio potest. Datum 16. Kalend. Ian. Nicomed. CC. Conss.

De profeßione.

39. Iidem AA. & CC. Potesemico.

LIberos velut seruos se profitentes [o], statum eorum mutare nō posse constat. S. 6. Kal. Ia. Sirmij, CC. Conss.

De altera parte absente.

40. Exemplū sacrarum literarum AA. & CC. ad Verutū.

IVxta edicti nostri continentiam [p] in liberalibus quoque negotiis: siue de libertinitate, siue de ingenuitate|| quæstio|| moueatur, absente [q] nihilo minùs vna parte causam discuti, & pro iustitiæ ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

De epistolis.

41. Imp. *Constant. & Licinius* AA. ad Eutychium præsidem Cappadociæ.

IVbemus omnes epistolas [r] actricis, quas ad Aelium tanquàm [s] principalem [t] fecerat, inanes ac vacuas esse, at-

g *l. 1. s. eo.*

h *l. 11. s. eod. l. 1. supr. de patribus qui filios distraxerunt.*

i Qui sciens liberum hominē vendit, plagium committit.

k Inter proximos & cognatos pręsumitur sciētia *v. l. 7. supr. de in integr. restit. min.*

l Participes eiusdem criminis, inuicem se non accusant *l. 16. in fin. D. de quæst.*

m *v. l. 11. su. eo.*

n De limenarcha *dixi ad l. 4. D. de fugitiuis l. 18. §. 11. D. de muneri.*

o *l. 6. l. 15. l. 22. l. 24. supr. eodem.* apud officium aliquid scilicet *vide Paul. 5. sent 1. §. 3.*

p i. formulam, tenorem.

q *l. 4. sup. eod. l. 27. §. 1. D. eod. l. 1. ff. .. j. ti. pro.*

r Epistolis ingenuitas probatur *l. 22. j. de agric.* sed & consanguinitas *l. 13. sup. de probat.* licet, aduersus epistolam contrarium possit probari. admittitur enim probatio per testes, per cognatos, imò propria confessio. *l. 29. supr. de probat.*

s Si dominus ad seruum tanquam ad principalem ciuitatis literas dederit.

t Principales, de quibus *hic & l. 42. j de decurionibus l. 5. in fin. Cod. de cohort. l. vn. in fi. j. de imponenda lucratiua descript. l. 4. Cod. Theod. de extraord. siue sordidis munerib. lib. XI. Isidorus 9. Etymol. 4.* decurionum primi, à quibus distributionum omnium forma procedit *Cod. Theod. de iis quæ adim.* vel *off. pub. per. l. 4. Cod. Theod. de extraordin. muner.* Hoc intelligit Tertullianus lib. de corona, Coronatur, inquit, & vulgus nunc ex principalium proprietatum exultatione. Hi erant X. vel XV. vel XX. pro curiarum amplitudine. Inde decēprimi curiales *leg. 2. Cod. Theod. de quæst. leg. 44. leg. 42. Cod. Theod. de his quæ super relat. l. 39. Cod. Theod. de episcop. & clericis.* Idem, viri principales. *Apuleius 8. de Asino:* principales ciuitatum dicuntur *leg. 27. §. 1. D. de pœnis. leg. 2. §. 1. j. quando & quibus quarta pars: Firmicus 5. Math. 2. Saluianus. 5. de ver. Dei iudicio.* Hinc principales Antiochenses *lege secunda. j. de excusat. num.* Alexandrini principales *l. 56. j. de decurionib.* qui & summates ordinis Alexandriæ *l. 57. d. tit.*

que in irritum deuocari, ac de ingenuitate eiusdem Ælij requiri, nec mulieri id obesse, quòd ad eum tanquam [a] decurionem ac principalem scripserit, vel id, quod idē se finxerit decurionem, vel principalem: maximè cùm nō solùm testium professione, & cognationis eius iugum seruile cognoscitur, verùm etiam voce [b] propria eiusdem Aelij apud aliud [c] iudicium patuerat, quod conditionis seruilis videretur.

De filiis natis ante vel post litē contestatā super statu matris.

42. Imp. *Constant.* A. ad Maximum præf. præt.

PLacuit, eos, qui nascuntur, matrum [d] conditionibus vti, quarum mox [e] visceribus exponuntur. Ante [f] verò litē nati suo nomine omnes in quæstionem vocētur: quoniam hos solos, qui in [g] lite nati erunt, omnem fortunam matrū cōplecti oportet, aut iustis tradi dominis, aut libertate cū lucis [h] auctoribus frui. Dat. prid. Id. Iulij.

DE ADSERTIONE [i] tollenda [k].

Tit. XVII.

Qui de possessione libertatis in seruitutem prouocatur per procuratorem potest respondere. Salyc.

1. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ. præf. præt.

LITES super seruili conditione mouendas, ad clementiorem tam examinationem quàm terminum transferimus: iubentes, si quis vel adhuc seruiens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans, ad seruitutem vocatus fuerit: adsertoris difficultatem in vtroque casu cessare [l], ipsumq; per se ||&|| ad intentionem eius qui dominum sese adserit, respōdere: & si ex possessione libertatis ad seruitutem ducitur, etiam procuratorem dare minimè prohiberi. quod his qui ex seruitute ad libertatem prosiluerint, penitus interdicimus: illis legibus quæ dudum & secunda [m] & tertia [n] vice adsertorias lites examinari præcipiebant, in posterum conquiescentibus: cùm sit iustum primam definitionem in suis manere viribus, cum prouocatio nulla oblata fuerit: qua porrecta, ad similitudinem aliorum negotiorū iudex ad quem res ex prouocatione deducitur, eam examinabit: cuius & ipsius iudiciū ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum quæ super adsertoriis litibus positæ sunt. 1 ¶ Super peculio [o] etiam eorum, vel aliis rebus aut causis veterem defensionis obseruationem tollimus: præcipientes illorum tantummodò peculia, qui ex possessione seruitutis super libera conditione litigant, aliásque res quæ vindicantur, in tuto pro dispositione iudicis collocari. 2 ¶ Omnes verò, qui pro libertate periclitantur, si quidem possunt fideiussorem dare, eum exigi. Sin verò reuera datio eius impossibilis eis sit, hocque iudici manifestè ostendatur: iuratoriæ cautioni committi. Scientes quòd si post huiusmodi expositionem abfuerint, & edictis citati [p], in absentia nihilo minus per vnum annum durauerint, omnimodo seruituti obnoxij erūt & eius dominio qui litem eis intulit, sine vlla dubitatione adsignabuntur. 3 ¶ Scire verò eos volumus, qui aliquem ad seruitutem vocāt, quod si post primam accusationem in quocunque iudicio vel ex diuali iussione factam & || post|| admonitionem ei oblatam, qui seruus esse dicitur, in alio [q] iudicio eum accusauerint: præterquàm si eius occasionem ipse qui seruus esse dicitur, præstiterit: etsi domini sint, suo iure priuabuntur. Dat. 3. Id. Dec. Dom.

Si is qui de seruitute proclamat in libertatem, moriatur lite pendente, finitur causa. Salyc.

2. Idem A. Ioanni præf. præt.

EX peditam antea quæstionem, in præsenti autē ex nostra lege quam de adsertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere periclitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Cum etenim per adsertores super libertate iudicium agitabatur, si in medio adsertore litem agente, adsertus ab||hac||luce fuerat [r] subtractus, necessitas imponebatur nihilo minus adsertori litem implere: vt emptor si victus erat, & pro libertate fuerat pronunciatus, habeat regressum aduersus vēditorem: vt ei quasi liberæ personæ venditor reddat id quod emptionali [s] instrumento continebatur, vel [t] natura contractus exigebat. In præsenti autem quia adsertorum vana nomina reiecta [u] sunt: si persona pro cuius conditione lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum iudicium potest adimpleri, vna [x] tantum persona in iudicium veniente? Sācimus itaque in pręsenti casu licētiam esse emptori aduersus suum auctorem venire, quatenus vel ostēdat [y] venditor seruum se vēdidisse: vel si non [z] potuerit quasi libera persona vendita, euictionis periculum ad eum reuertatur.

a Si dominus ad seruum tanquam ad decurionem litteras miserit. b Voce propria coadunari. c Confessio facta in vno iudicio, nocet in alio. d *l.28. supr. eo. l.7.s. de rei vindic.* e Partus, viscerum matris portio. f De liberis ante litem natis. g De liberis post litem natis *v.l.10. D. de vsuris.* h i. cum parentibus. sunt enim nobis parentes lucis authores. i Adsertio, est defensio eius qui status cōtrouersiā patitur. Adsertor, vindex: alienę vindex libertatis. *Theoph. Inst. de his per quos agere.* dixi in Topicis Ciceronis in loco Notationis. Ideo admittebatur adsertor, quia is (cuius status vocabatur in dubium) videbatur ea de re per se agere nō posse, sed per adsertorem tantū: ne alioquin videretur seruus egisse in dominum. *v.l.1.2.3.4. C. Theo. de liberali causa. vide Paul. 5. sent. 1. §. vlt.* Martialis 1. Assertor venias satisque præstes, Et cū se dominū vocabit ille, dicas esse meos manuq; missos. Hoc si ter quaterque clamitaris impones plagario pudorem. *adde Quintil. 5. c. 2. & 48. Eclo. 20.* περὶ δουλογραφίας: id est, adsertione in seruitutē, v. Suetonium in Domitiano, vbi de persuasoriis assertionibus. k Cur tollitur adsertoris vsus? quia diu trahitur iudiciū liberale. Quod ius hodie sit, mox dicam. l Hodie in causa libertatis non est necessarius adsertor. Nam ipse aut per se causam agit, cui fuit status controuersia, aut per pcuratorē, si ex libertate in seruitutem petatur: non si ex seruitute libertatem *j. eod.* quia seruus esse præsumitur, qui est in possessione seruitutis, & seruus habere ad litem procuratorem non pōt. In hoc autē differt procurator ab adsertore, ꝙ adsertor suo periculo causā agit, & satis pstat iudicio sisti, & res saluas fore quas tenet is, qui seruus dicitur *l. 1. l. 2. Co. Theo. de liberali causa.* Et si defecerit in causa (quod nō debet *l. 2. j. e.*) tenetur pœnali actione. Ista omnia cessant in procuratore. m Hodie igitur liberale iudiciū iterari prohibetur sublatis adsertionibus profusoriis: i. his quæ dicis causa instituerentur, non strenua opera: aliàs retractatio causæ, veluti ex oratione diui Marci non est sublata *leg. 1. D. ne de statu.*
n Proclamatio in libertatem, præiudicium ob id dicta, quòd iteraretur terque quaterque. Martialis si terque quaterq; clamitaris. Apud Græcos in hac lege est ἐν τῇ τρίτῃ καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ. seruitus, non iteratur *l.4. j. de liberali causa.* o Pecunia bonáve eius qui de statu suo litigat, sequestro non debent deponi, nisi ex seruitute proclamauerit in libertatem. quòd intellige ex *l. 3. j titul. proxim. & l. vlt. j. de ordine cognitionum.*
p Is qui seruus dicitur, ob solam contumaciam seruus pronunciatur. cum tamen in omnib. aliis causis contumax, si bonam causam habuerit, vincere soleat. idq; fit ob causam periurij *l.41.s. de transactionib.* q Apud quem status cōtrouersia incepta apud eundem, finitur. aliàs, qui seruum vindicat, causa cadit. r Si seruus venditus ante litem contestatam in causa liberali moritur, nō debetur euictio: si post, debetur, nisi vēditor doceat de dominio. s Emptionale instrumentum. t Euictio pacto debetur, vel natura cōtractus. u *l.1.s. eodem.* x Iudicij formæ destruitur, si vnus litigantium principalis de medio subtrahitur. y Venditor, nō præsumitur domin⁹ nisi pbet. z Pręsumitur liber, qui seruus nō probatur.

QVIBVS AD LIBERTATEM PROclamare [a] non licet: & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

Tit. XVIII.

Si venditus non est pretium participatus, in libertatem se proclamat, alias secus. Salyc.

1. Imp. *Gordianus* A. Proculo.

DISPAR [b] causa est eius qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, & eius qui pretium participatus est, nam superiori quidem nō denegatur libertatis defensio: posteriori autem, & si ciuis Romanus sit, & participatus est pretium, libertas denegatur. Eandémq; ||&|| in eo distinctionem adhibendam, cui [c] fideicommissaria libertas debetur, meritissimi [d] iuris auctores respōderunt. PP. Kal. Maij, Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Melanæ.

DE latronum familia [e] descendentibus, ex largitione principali [f] vel auctoritate fiscali seruis factis, retro principes libertatem denegari decreuerunt.

3. Imp. *Constantinus* A. ad Maximum præfect. prætorio.

SI quis [g] in libertatē proclamauerit: id quod apud se esse eius qui se dominum dicit, profitebitur, quoniā non de eo dubitatur, reddi [h] ac referri iudex protinus pronūtiabit. Quod verò petitur, si fuerit negatione dubiū [i]: per cautionem conseruabitur ac petitio differetur: vt si fuerit approbata libertas (quoniam & ipsis qui his rem cōmiserunt, medendū est) gestarum rerum ab eodē ratio, atq; omne quod debetur reposcatur: vt seruitute depulsa, qui pro domino quondā fuerat, habeat quod vt seruo dominij iure largitus est, & quæ ex earū rerum quęstu ac fructib. cōgregata sunt, & quæ de furtiuis cōpendiis obscurè capta ac parata sunt: cum liberū esse non oporteat, ꝙ apud seruum dominus peculij nomine collocauerat. Ea verò, quæ testamento vel donatione quæsita sunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectaq; sunt eidem ingenuo deputentur. quæ tamen vniuersa exacto libertatis iudicio, quatenus à supradictis rebus discernuntur, in sequestro [k] esse oportet: vt his ab vtroque deductis, atque in medio [l] collocatis ád eorum proprietatem vterque contendat. Dat. 15. Kal. Mart.

DE ORDINE [m] COgnitionum [n].

Tit. XIX.

Pendente lite super statu, non potest seruus de crimine suum accusare aduersarium. Salyc.

1. Imp. *Alexand.* A. Vitalio.

CVM & ipse confessus es, status te controuersiam pati: qua ratione postulas, priusquàm de conditione constaret tua, accusandi [o] tibi tribui potestatem contra eum qui te seruum esse contendit? Cùm igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: iuxta ius ordinarium præsidem [p] pete, qui cognita prius [q] liberali causa, ex euentu iudicij, quid de crimine [r] statuere debeat, non dubitabit. PP. Id. *Maximo XI. & Aeliano Conss. 224.

a *dixi ad 40. ff. 13.* b Sola pretij participatio proclamationē ad libertatem impedit: at non nuda vēditio sine participatione, quātumuis scienter facta. ex ęquo tamen admittitur *v.l.5.s. de liberal.* c *l.4. D. eod.* d meritissimò quidā ita legūt. e i. secta, factione. hoc innuit, Latronis familiares captos, & munificētia principis captoꝛ dānatos pro præmio, aut fisci factos in libertatē proclamare non posse. f præmio serui fiunt *l. penu. t. C. Theo. de liberali causa.* g *l.2. C. Theo. de liberali causa.* h *v.l.34. ff. de liberali.* i negatione res fit dubia. k *dixi ad l.1. §. 1. s. tit. prox.* l sequestri *d.l.2. Co. Theod.* medio iure *d.l.2. Cuiac. 12. obs. 6.* m *adde lib.3. tit. 8. s. de ordine iudic.* n *49. Eclog. 22.*
o Pendente lite status serui, seruus de crimine suum aduersariū accusare nō potest *vt hic: & l.4. j. eod.* p His verbis, nū necessitas præsidi cognoscendi imponitur? Goueanus non putat *lib. variar. 3.* quem vide, Ræuardus quoque *3. varia. 20.* negat Presidem vel Prætorem de causa status cognouisse *vide tamen l.5. sup. vbi causa status l.7. j. de ordine cognitionum: l.4. D. de ingenuis: v. etiam quæ notaui ad l.2. supr. de pedaneis: & ad l.1.s. de ordine iudic.*
q Liberalia iudicia prius decidi oportet, quàm criminalia aut ciuilia *l.2.3.4.6. & 7. eod. l.18. j. de euictionib. l.26. j. de adulter.*
r Iniuria sc. Nam qui per calumniam status controuersiam mouet potest criminaliter accusari *l.31.s. de liberali.* vt eo pacto sententia expressa tacitam includat.

2. Idem

2. Idem A. Gallo.

SI de hereditate [a] & libertate controuersia est: ||prius [b]|| agi causa libertatis debet. sed si de hereditate agetur: ordinanda prius quidem est causa libertatis: sed sufficit [c] ei, qui libertate vtitur, ad victoriam de hereditate secundum eum esse pronunciatum. PP. V. Id. Augu. Max. II. Coss.

3. Idem A. Valerio.

SI [d] crimen aliquod inferatur ei, quam ingenuam esse decis: antè liberalis causa suo ordine agi debet, cognitione suam præside præbente, quoniam necesse est antè sciri, si delictum probatum fuerit, ||vtrum [e]|| vt in liberam & ingenuam, an vt in ancillam constitui oporteat.

Si sit quæstio de statu accusati, prius de statu debet cognosci, quam super crimine pronunciari. Saly.

4. Imp. Gordianus A. Menedemo.

SI status controuersiam pateris: lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronunciatum, agere etiam aduersus eum qui se dominum tuum esse contendit, non prohiberis. quòd si ideò te ab accusatione [f] elidat, quasi seruum non proprium, sed alienum: liberale quidem iudicium cessat: causæ autem examinatio apud eum qui iudicat, ostendet vtrùmne accusatio induci debeat propter statum personæ, an euanescat. Dat. X. Kalend. Decembr. Gord. A. & Auiola Coss. 240.

5. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. ||& CC.|| Alpheno.

CVm status quæstionem tibi moueri, & te debita [g] velle petere commemores: ordinarium est, prius solennibus interpositis (si hoc iuris admisserit ratio) causam liberalem apud præsidem prouinciæ decidi: vt si liber fueris, vel seruus non esse pronunciatus: tunc tibi iure debita restitui iubeat. cum hoc incerto, vtrùmne tibi libero constituto, an domino tuo (si seruum te sententia declarauerit) debeatur, ad solutionem debitorem tuũ vrgeri non oporteat. S. Prid. Kal. Maij, Beraci, AA. Coss.

6. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI res tuas raptas [h] vel amotas [i] esse dicis ab his quos seruos tuos esse contendis, hisque in libertatem proclamauerint causa liberalis prius aduersus eos, & tunc damni dati, rerumq; amotarum lis apud præsidem prouinciæ contestanda est: vt si quidem liberi vel serui non esse pronuntientur, tunc demum damni dati, & amotarum rerum procedere possit adhibita probatione condemnatio. Si verò secus, quæstio rerum amotarum euanescat. Dat. 3. Ianuar. Sirmij, AA. Coss.

7. Imp. *Constantinus* A. ad Bassum præfectum prætorio.

SI quando negotium status fuerit exortum: si ||quidem|| ab eius parte qui dicitur seruus, aliquid dicatur dominus abripuisse [k] prius considerari placet, vtrũ de possessione [l] seruitutis in libertatem reclamandum putet, an verò ex possessione libertatis in seruitutem vocetur. At si eum de obsequiis seruilibus libertate constiterit flagitare: ante [m] decidi status conuenit causam, atque ita præberi direptorũ negotiorum (si res exegerit) audientiam. Quòd si ei qui ad seruitutem vocatur, quicquam direptum esse memoretur: vniuersa quæ constiterit ablata, ita demum reddi conuenit ei qui seruus esse contenditur, si modò saluam rem futurã per idoneos fideiussores promiserit. Nam si tales dare non potuerit: tunc ea cõuenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari [n] in eum diem, ||in|| quo cõtrouersia sopiatur: ita vt ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus [o] & alimoniæ homini subministretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum. Cùm autem necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptæ sint, & sententia de restituenda possessione rerum lata, ille ne ||huic|| sententiæ satisfieret, de statu controuersiam mouit: necessitatem habebit & sine satisdatione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.

DE COLLVSIONE [p] detegenda [q].

Tit. XX.

Seruus colludendo cum domino, non efficietur ingenuus, nec ex rescripto ex falsa causa impetrato. Salyc.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. ||& CC.|| Theodoro.

CVm seruum matris tuæ & stupro violasse dominam suam, & turpis coniunctionis maculã, excogitandæ ingenuitatis collusione, ac falsæ captiuitatis velamento, apud competentẽ iudicem [r] obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudæ voluntatis mendacio [s] perducere nisam adseueres: seruum esse palam est: quando etiam diui Pij rescriptum [t] super captiuitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenui fecisse non videatur: nec asseueratio consensus tui, ingenuitatis ius tribuere potuerit. PP. 14. Kal. Iul. Dio. IIII. & Maximiano III. Coss. 292.

2. Iidem AA. & CC. Milesio.

LIbertinæ conditionis constitutis priuatis [u] pactis immutare statum suum non licere, Numiano [x] senatusconsulto [y] contra collusorem pœna statuta, præmioque detegendi promisso manifestè declaratur. Dat. 5. Kal. Deceb. CC. Coss.

NE [z] DE STATV [a] DEFVNCTOrum [b] post quinquennium [c] quæratur [d].

Tit. XXI.

Si de statu manumissoris defuncti non potest quæri, nec etiam de statu ab eo manumissi. Salyc.

1. Impp. *Seuerus* & *Antoninus* AA. Niconi.

ADITVS competens iudex causam præscriptionis examinabit: & si Domitiæ patronum, qui ||vt|| [e] ciuis Romanus ||vsque|| in diem mortis vixit, annos v. antequam lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit: libertæ status ex persona manumissoris [f] non retractabitur.

2. Iidem AA. & CC. Maximo.

SI is qui te heredem fecit, propter matris [g] conditionem seruus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ vita decessit, præscriptioni locus erit: cùm quæri de statu non possit, nisi de conditione matris tractetur. hoc ita, si quandiu vixit, sine interpellatione vt ciuis Romana egit. P. D. S. Antonino A. II. & Geta Cæsare II. Coss.

3. Imp. *Alexand.* Augustus Olympiadi.

QVamuis defunctis sit maritus quondam tuus, cui status quæstio inferebatur: causa tamen ||etiam|| post [h] obitum eius propter [i] emolumentum successionis durat, eamque apud eum qui de hereditate vel singulis rebus iudicaturus est, decidi oportet.

Qui vt ciuis Romanus vixit per quinquennium, eius successio non potest in dubium reuocari.

4. Idem August. Martiano.

SI is quem seruum tuum fuisse, & à fratre tuo manumissum, atque heredem scriptum ||esse|| proponis, vt [k] ciuis Romanus vixit, nec intra quinquennium post mortem eius status quæstionem mouere cœpisti: intelligis, neque heredibus ab eo scriptis, neque his quos liberos esse voluit, controuersiam ||te|| contra formam senatusconsulti [l] facere posse. Quòd si prius [m] quàm id temporis spatium excederet, agere cœpisti: & peculium eius more iudiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundum formam edicti experiri non prohiberis. PP. V. * Iun. Modesto & Probo Coss.

5. Imp. *Gordianus* A. Seuero.

QVod est constitutum post quinquennium de statu defunctorum quæstionem incipere [n] non posse, ad speciem emancipationis [o] iure necne perfecta sit, minimè pertinet.

An defunctus vixerit vt ingenuus, inspicitur tempus mortis eius. Salyc.

6. Impp. *Valer.* & *Galien.* AA. Pollæ.

inter cætera quæri, de cuiusquam defunctorum statu vltra certos annos.

---

a *l. 7. ff. de petit. hered.*
b *v. l. 1. s. eod.*
c Cùm aliquis vincit in causa principali, omnia incidentia sunt sopita *Bal. adde l. 10. ff. de his qui sunt sui.*
d Quoties vnus & idem ab vno criminis: ab alio status quæstionẽ patitur: prius de statu quærẽdum est quàm de crimine: vt sciamus vtrũ vt in ancillam, an vt in liberã crimen constituẽdum sit. *vt hic. Synopsis Basilic. 48. Titul. 26. περὶ διαγνώσεως ex tit. 22. ca. 3.*
e Quoties pœna inferenda à qualitate delicti dependet, quæstio status primũ deciditur *vt hic.* aliter enim puniuntur serui, aliter liberi.
f *v. l. 1. s. eod.*
g Cui status fit controuersia, si bi debitum petere non potest. potest enim accidere vt seruus actor pronuncietur: ideóque stat[o] causa prius decidenda. Vel ita: Qui sibi deberi dicit, & status controuersiam patitur: primò liber declarari debet, ac tum debita sibi petere. *Synopsis Basilic. dicto Titulo 22. c. 1.*
h Ruptas *Cuiac. 18. obs. 2.* estque verbum legis Aquiliæ huic loco optimè conueniens, in quo de rebus furto subreptis agitur, de rapto tamen agitur in *l. 7. infr. eodem.*
i Causa status criminalẽ præcedit *l. 1. l. 4. s. eodem.*
k *l. 6. s. eod.*
l Si de possessorio rei recuperandæ & petitorio super libertate simul agitur ab eodem, petitorium prius deciditur, eiusque euentu ad possessorem reuertitur: si à diuersis, possessionis causa priò deciditur.
m Maior quæstio minori præfertur.
n *dixi ad l. 1. s. 1. s. de adsert. tollend. l. 3. s. quibus ad libertat.*
o *v. l. e. penul. D. vt in possess. l. 9. ff. de iur. deliber.*
p Græci συμπαιγνίαν vocant *48. Eclog. 12. dixi ad 40. D. 16.*
q Intra quinquennium *l. 2. D. eod.*
r Cui simile est in *l. 9. s. de ingenuis.*
s *v. l. 20. supr. de ingenuis manumiss.*
t *vide l. 2. l. 4. D. eodem.*
u Perlusoria sententia pro re iudicata non habetur. *l. 227. supr. de libertis: leg. 5. §. 1. D. de legatu 1. l. 14. D. de appellat.*
x Nonjano, *Hal. alij* Iunianoi *alij* Viuiano: *in aliis,* Numano: *lege* Ninniano. *Cuiacius hic:* & ita Græci, τὸ [illegible] δόγματι ἐψήφισε δεδέσται: ac fortasse Ninnius is fuit, qui in Fastis sub Domitiano Nonnius dictus est, vel *L.* Ninnius tribunus plebis, qui iniquis rogationib. Claudij intercessit. *Dio. 38. v. Cuiac. hic.*
y Factum fuit Domitiani temporibus *l. 1. ff. eo.*
z *dixi ad 40. ff. 15.*
a Post quinquennium ex senatusconsulto *de quo l. 4. & vlt. s. eod.* de statu defuncti non quæritur *vt hic.* Ita ex senatusconsulto, intra quinquennium post manumissionẽ, proclamare ad libertatẽ, libertus non potest. *l. 2. l. 4. ff. si ingenuus esse dicetur.* Eadem ratione intra quinquennium, collusio domini detegenda. *l. 2. D. de collusione detegenda.*
b Qui vt liberi palam vixerint in diem vsque mortis *l. 1. l. vlt. s. eod.*
c Mortis scilicet.
d Quonam senatusconsulto id fuerit cautum *vide leg. 4. l. vlt. s. eodem.*
e *l. 4. s. eod.*
f Si de statu manumissoris quæri non põt, nec de statu ab eo manumissi.
g Si de statu matris quæri non potest, nec de filij statu quæri poterit. hoc est, si pater materue meavita decesserunt ante quinq; annos, nulla eis de statu lite mota, nec mihi moue tur. *vt hic: Synopsis Basilic. 48. Titul. 11. ca. 3.*
h Mota status quæstio post obitum rei durat.
i id est, vt scire possit quem habiturus sit suo cessorem.
k *lege prim. sup. eodem.*
l *de quo l. vlt. s. eodem.* fuit verò vetus senatusconsultum. Suetonius in Vespasiano, vetuit
m Si intra quinquennium à morte defuncti de statu eius fuerit quæsitum, & de peculio eius, & de manumissis ab eo quæri poterit.
n *leg. 1. D. eodem.*
o Quæstio status seruilis, post quinquennium incipere non potest: emancipationis potest. est enim minima status quæstio, quoties dubitatur, qui filiusfamilias vel paterfamilias fuerit.

a Communis opinio probat. b *vide l. vlt. s. qui & aduersus quos & l. vlt. j. quibus non obiicitur longi temporis præscriptio.* c *l. 14. §. 2. in f. D. de alimen.* d Procuratorem rei priuatæ *Cuiac. 1. obs. 24. in fin.* id est, rationalem. & ita legisse Græcos idem author testatur in *l. 30. j. de decurionibus.* De procuratorib. Cæsaris dixi ad Titul. de officio procuratoris Cæsaris. e Incompetens condemnatio pro non facta habetur *l. 4. §. 6. ff. de re iudicata: & j. si à nō cōpetente.*

SI mater tua quasi ingenua communi [a] opinione vixit, & quinquennium à die mortis eius excessit: potes rempublicam & pupillos [b], si tibi status quæstionem mouere tentauerint, nota præscriptione repellere. An autem pro ingenua in die mortis egerit, in iudicio requiretur. Quòd si varietas interueniat: posteriora [c] tempora spectari conuenit. PP. 6. Id. Iun. Seculare & Donato Coss.

Etiam contra fiscum currit hæc præscriptio quinquennalis.

7. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. ||& CC.|| Heliodoro.

SI pater tuus velut ingenuus vixit, nec status controuersiam, quasi fisci seruus esset, apud præsidem prouinciæ, qui super huiusmodi quæstionibus iudicare solet, sed apud procuratorem [d] reipublicæ non [e] competentem [f] iudicem passus est, postque eius mortem quinquennium effluxerit: status tuus ex præscriptione, quæ ex senatusconsulto emanat, protectus est.

8. Iidem AA. Theodoræ.

REpetitio peculij rerum serui tui, si [g] nullo iusto titulo interecedente corpora possideantur ab aliquo, nulla tēporis præscriptione mutilabitur. nec enim senatusconsultum [h] quod super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, interuenit, si defunctus in fugam [i] conuersus atque latitans decessit. Dat. X. Kal. Decem. Mediol. Dioclet. & Maximia. AA. Coss.

DE LONGI [k] TEMPORIS PRÆscriptione, quæ pro libertate, & non aduersus libertatem opponitur.

Tit. XXII.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. CC. Mutiano.

MALA [l] fide morato in libertate diu [m], prodesse non potest||longi|| temporis præscriptio. vnde cùm confitearis fuga [n] te ab eo cuius meministi, recessisse: intelligis ex hoc solo sine dolo malo in possessione te libertatis non esse.

2. Iidem AA. & CC. Carcino.

PRæstat firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio, fauor [o] enim libertati debitus, & salubris iampridē ratio suasit, vt his qui||bona [p] fide||in possessione libertatis per viginti [q] annorū spatium siue interpellatione morati essent, præscriptio aduersus inquietudinem status eorum prodesse debeat, vt & liberi & ciues Romani fiant. Dat. Kal. Iul. Antiochiæ, Constantio IIII. & Max. II. Coss. 300.

Exemplum sacrarum litterarum *Constantini & Licinij* AA. ad Dionysium vicariam præfecturam agentem.

SOla temporis longinquitate, etiam si sexaginta [r] annorum curricula excesserit, libertatis iura minimè mutilari oportere, cōgruit æquitati. Dat. 4. Kal. Maij, Volusiano & Anniano Coss. 314.

DE PECVLIO [s] EIVS QVI libertatem meruit.

Tit. XXIII.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Rufino.

LONGE diuersam [t] causam eorum qui à superstitibus manumittuntur, item illorum quibus testamento libertas relinquitur esse, dissimulare non debueras: cùm superiore quidem casu concessum tacitè peculium [u], si non adimatur: posteriore verò, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, iuris sit euidentissimi.

f Quinam cōpetentes olim fuerunt libertatis atque status iudices. v. s. vbi causæ status: adde Fornerium 2. *selec.* 23. Ræuardū 3. *variar.* 20. Goueanum 1. *variar.* 33. adde quę dixi ad *l. 1. s. de ordine cognit.*
g Quæ nullo titulo possidētur, non pręscribuntur *l. 24. s. de rei vin.*
h *de quo v. l. 4. s. eo.*
i Fuga nocet *adde l. 3. j. tit. pro.*
k id est, continui decēnij inter præsentes: vicennij inter absentes.
l Moratus in libertate mala fide, non iuuatur longi temporis præscriptione.
m Diu moratur, qui vicēnio moratur *l. 2. j. eodem.*
n *l. 1. s. vbi causa status. l. 10. in fi. D. de liberal. caus. l. 15. §. 1. D. de vsurp. adde l. vlt. s. t. pro.* Fugitiuus malæ fidei præsumitur.
o Fauor libertati debetur.
p *l. 17. D. de liberali.*
q Seruus vicennio libertatem bona fide præscribit: hoc est moratus in libertate per vicēnium, idque bona fide, amplius inquietari non potest: secus si in fuga per vicēnium quasi liber vixerit: nullū enim seruituti eius præiudicium accidit *Synopsis Basilicon 48. tit. 26. ex tit. 24. c. 1.*
r Seruitute sexagenaria, libertas non pręscribitur, *adde l. 6. supr. de ingenuis: l. 21. j. de euictionibus.*
s *adde 33. D. 8.*
t Cur ita? plenior interpretatio sumitur aduersus vnū manumissorem: quàm aduersus eum, eiusque heredem simul.
u Manumisso peculiū non videtur in testamento concessum, nisi nominatim sit relictum *vt hic: l. penult. supra an seruus pro suo facto manumis. & l. 1. supr. de comm. seruo manumis. 10. Eclog. in fin. §. 20. vers. peculium, Instit. de legatis: l. 3. D. de manumissionibus quæ seruis.* Manumisso inter viuos videtur concessum, nisi nominatim sit ademptum *l. 53. D. de peculio.* nisi quis manumittatur à pupillo, *l. penult. D. de manumissis vindicta. Synopsis Basilic. 10. in f. libri.* x Cui locus fuit, quoties mulier libera contra domini denunciationem se alieno seruo iungebat. Ex hoc Sc. eius fiebat ancilla, cuius ille seruus erat, vt eo non denunciante, liberta, *Tacit. 12.* Idem ius seruatū à Longobardis & Francis. Quid si liber alienæ ancillæ iungebatur? huic Sc. locus non fuit *l. 9. s. comm. de successionibus l. 3. s. de liberali.* Est & hoc adiiciendum, liberam concubinatus ratione non fieri ancillam *l. 34. supr. de liberali.* y *3. Inst. 13. §. 1. Vlp. 11. §. 11. l. 27. D. depositi: l. 9. l. vlt. Cod. Theodos. de liberali causa: l. 10. Cod. Theod. de muri legulis.* à D. Claudio *Tacitus*: non à Vespasiano, vt scribit Suetonius. z Extat integra apud authorem *Synopseos 48. Titul. 26. ex titul. 25. ca. 1.*

DE SENATVSCONSVLTO [x] Claudiano [y] tollendo.

Tit. XXIIII.

Mulier libera seruili amore capta, nec bona perdit, nec amoris feruore libera esse desinit. Bald.

1. Imp. *Iustinianus* A. Hermogeni magistro officiorum.

CVM [z] in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subiectorū sustinuimus, satis esse impium credimus, quasdam mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostiū ferocitate contra [a] naturalem libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri: Claudianum senatusconsultum, & omnem eius obseruationem circa denunciationes [b] & iudicum sententias conquiescere in posterum volumus: ne ||ea|| quæ libera constituta est, semel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra natalium suorum ingenuitatem deducatur in seruitutem, & sit pessimum dedecus [c] cognationis suæ fulgori: vt quæ forsitā decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominū pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. ¶ Quod & ||in libertis|| obseruari oportet, semel etenim libertat[e] potitā, per tale dedecus in seruitutem deduci, religio temporum meorū nullo patitur modo. ¶ Sed ne serui vel adscriptitij [d] putent sibi impunitum esse tale conamen: (quod maximè in adscriptitio [e] adserendū est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat) sancimus, si quid tale fuerit vel à seruo vel ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius, siue per se, siue per præsidem prouinciæ talem seruum vel adscriptitium castigatione competenti corrigere, & abstrahere à muliere tali. Quod si neglexerit: sciat in suum damnum huiusmodi desidiam reuersuram.

DE NVDO [f] IVRE QVIRItium [g] tollendo.

Tit. XXV.

Nudum nomen quod quis in seruis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum dominium in seruis conceditur. Salyc.

1. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

ANTIQVAE subtilitatis [h] ludibrium per hāc decisionem expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos vel nudum *ex iure Quiritium* nomen vel tantùm in bonis reperitur: quia nec huiusmodi volumus esse distinctionem, nec *ex iure Quiritium* nomē, quod nihil ab ænigmate [i] discrepat, nec vnquam videtur, nec in rebus apparet, sed vacuum est & superfluum verbum, per quod animi iuuenū qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti, ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus & legitimus quisque dominus, siue serui, siue aliarum rerum ad se pertinentium.

DE VSVCAPIONE PRO EMPTOre [k] vel transactione [l].

Tit. XXVI.

1. Imp. *Antoninus* A. Flauiano.

MANCIPIA [m] tua si ab eis distracta sunt qui [n] ius vendēdi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim vsucapi ab emptoribus potuerūt, cū illicita venditione furtum [o] contractū sit. Prid. Id. Angu. Antonino A. IIII. & Balbino Coss. 214.

2. Imp. *Alexand.* A. Marcellino.

a Seruitus contra naturam.
b Trina opus erat denuntiatione.
c Dedecus cognatum seruire. *facit leg. 1. 2. 3. ff. de liberali causa.*
d Hi ἀπογραφοὶ & ἐναπογραφοί.
e *l. vlt. j. de agricolis.*
f Hoc, vt apertius intelligam, notandum est, Triplex veteribus dominium fuisse Naturale, legitimum, & plenum. Naturale habet, qui in bonis habet. vnde Bonitarius dicebatur, dominus legitimū, qui iure Quiritum dominium habet: plenum, qui & legitimū & naturale dominium simul habet. *Theophil. Inst. de libertinis.* Naturale & in bonis dominiū serui is habebat, cui ciui seruus à ciue quoq; emptione traditus, non tamen ei mancipatus aut in iure cessus, aut anno ab eo possessus. Quādiu quid horum deerat, seruus in bonis emptoris erat: venditoris verò, ex iure Quiritum, hoc est vno eodemque tēpore duorum erat dominorum. *Vlp. 1. §. 16.* Vnius tamen horum dominij effectus, altero potior erat. Nam seruus quidquid adquirebat, suo domino bonitario adquirebat id est, ei in cuius bonis erat, non ei qui ius dominij habebat ex iure Quiritū. vndecum nomē inane Iuris Quiritum esset, meritò sublatum hac constitutione. Porro Iure Quiritū adquirebatur dominium hereditatis aditione, mācipio, acceptione iusta, vsucapione, sub corona emptione. *Varro 2. de re rustica 10.* sine his causis res non abalienabatur iure Quiritum. *Cicero in Topicis: Vlp. 19.* Idque dominium sibi assumebat is qui vindicabat, hac formula. Hunc ego hominem ex iure Quiritū meum esse aio, *Cicero 4. Verrina.* g *Vlp. 1. §. 16. & 19. §. 20. adde Theophil. tit. de libertinis.*
h Subtilitatis ludibrium. i Aenigma quid. k *dixi ad 40. ff. 3.*
l *l. 8. j. eodem.* m *l. 4. l. 6. l. 7. j. eodem.*
n Qui aliena mancipia distrahit, furtum contrahit: ideoque longa possessione non capiuntur. *Synopsis Basilicon 50. Titul. 4. c. 15.*
o Res furtiua vsucapi non potest: *adde l. 2. j. pro donato.* præscribi tamen potest triennio *l. 1. §. 1. j. de annali except. l. cum quærebatur. j. vnde vi.*

Si con-

a Iusta prohibitio alienationis facta per defunctum impedit vsucapionem.
b Testator certarum rerum alienationem vetare potest. c Quod seruari debet, vendi non potest. d Conceptum apud se partum bonę fidei possessor vsucapit l.33. D. de vsucapionibus. e l.1. §. eo. l.6. l.7. eod. f Qui domini consensu possidet, non indiget vsucapione. g Contractus inuito aduersario non retractatur.

SI contra defuncti voluntatem seruos, quos propter perfectæ artis peritiam heredibus suis defunctus seruari[a] testamento præcepit[b], tutores vendiderunt[c], vsucapi nō potuerunt. Datum 5. Non. Mart. Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

3. Idem A. Nepotillæ.

SI matrem eius cuius nomine||te|| quæstionem pati dicis, bona fide emptā possidere cœpisti: etiā si ipsa in causam furtiuam inciderit, tamen postea conceptum[d] apud te partum vsucapere potuisti.

Consensus domini, vel vsucapio ementis bona fide, præiudicat ei. Salyc.

4. Idem A. Achilleo.

VEnditioni ancillæ[e] si consensum[f] dedisse diuersam partem probaueris: retractando[g] contractum quem ipsa ratum[h] habuit, non audietur:||sed|| & hac probatione cessante[i], si bona fide emptam ancillam à venditore bona fide distrahente ||longi|| temporis spatio vsuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non potest.

5. Imp. *Gordianus* A. Marino.

SI partem[k] possessionis malæ fidei possessor vendidit: id quidem quod ab ipso tenetur, omnino cum fructibus[l] recipi potest: portio autem quæ distracta est, ita demum rectè petitur à possidente, si sciens[m] aliena comparauit, vel bona fide emptor nondum[n] impleuit vsucapionem. Violenter[o] enim possessione amissa, priusquam[p] in domini potestatē perueniat, vsucapio emptori (etsi bona fide mercatus est) non competit.

6. Imp. *Philippus* A. cum Cælio[q] collocutus dixit[r].

CVm sit probatum rem[f] pignori[t] fuisse obligatam, & postea a debitore distractam: palam est non[u] potuisse eam quasi furtiuam vsucapi. Sine die & consule.

7. Idem A. & C. Compedi.

SCiens seruum[x] alienum contra domini voluntatem venundans, furtum committit. quod rei vitiū priusquam[y] ad dominum eius reuertatur possessio, non permittit vsucapionem fieri, licèt bona fide possideatur. Datum 5. Idus Febr. CC. Coss.

8. Idem A. & C. Seuero.

EX[z] causa transactionis[a] habentes iustam causam possessionis, vsucapere possunt.

9. Idem A. & C. Caio.

EVm[b] qui à[c] pupillo sine tutoris auctoritate distrahēte comparauit, nullum temporis ||longi|| spatium defendit. Sed si locupletior[d] emptoris pecunia factus, post pubertatem occasionem iuris ad iniquum trahat compendium: doli mali submouetur exceptione. CC. Coss.

DE VSVCAPIONE pro donato[e].

Tit. XXVII.

Traditione & vsucapione pro donato dominium quæritur. Bald.

1. Imp. *Alexand.* A. Macedonio.

SIVE fuerit dominus[f] qui tibi loca de quibus supplicasti, donauit: siue à[g] non domino bona fide donata suscepisti, eaque vsucepisti: auferri[h] tibi quod iure quæsitum est, non potest. P. V. Id. Mart.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Capitonio.

DOnantem ancillam alienam[i] nihil domino deminuere, non est ambigui iuris: furtum etiam contrahere citra[k] voluntatem domini contrectantem, vt eius rei nec vsucapio possit procedere. S. V. Id. April. AA. Conss.

Ex donatione putatiua siue erronea non procedit vsucapio. Salyc.

3. Iidem AA. & CC. Rhodano.

IRritam[l] facere donationem perfectam nemini licet. Vtique hoc verum est, si error[m] falsæ causæ ratione bonæ fidei non defenditur. quod & in domino pro vsucapione quærendo seruatur.

DE VSVCAPIONE pro dote[n].

Tit. XXVIII.

1. Imp. *Alexand.* A. Taurino.

RES mobiles[o] in dotem datæ, quamuis alienæ, si sine vitio tamen fuerint à bonæ fidei accipiente[p] pro dote acceptæ, vsucapiuntur[q].

DE VSVCAPIONE pro herede[r].

Tit. XXIX.

1. Imp. *Antoninus* A. Theophilo.

CVM pro herede vsucapio locum non habeat: intelligis neque matrem tuam cui heres[f] extitisti, neque te vsu mancipia ex ea causa capere posse. PP. VII. Kalend. Iul. Romæ, Læto & Cereale Coss.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro herede posse vsucapi, suis heredibus existentibus[t] magis obtinuit.

3. Iidem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa[u] mortis pro herede possessio rerū absentis procedere non potest.

Vsucapio requirit titulum præcedentem. Bald.

4. Iidem AA. & CC. Serapioni.

VSucapio non præcedente verò[x] titulo procedere non potest: nec prodesse neque tenenti, neque heredi eius potest: nec obtentu velut ex hereditate esset, quod alienū fuit, domini intentio vllo temporis longi spatio absumitur. Dat. 7. Kal. Ian. CC. Coss.

COMMVNIA[y] DE VSVCApionibus.

Tit. XXX.

Colonus corporaliter tenet, sed non possidet sibi, sed domino: & ideo non præscribit. Bald.

1. Imp. *Alexand.* A. Sabino.

QVI ex conducto[z] possidet, quamuis corporaliter[a] teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere, neque enim colono[b] vel conductori prædiorum longæ possessionis pręscriptio acquiritur. PP. 7. Kal. April. Alexandro A. V. & Marcello Conss. 227.

2. Idem A. Onesimæ.

IAm pridem quidem mancipium, de quo supplicas, cōparasse te dicis, sed si cogitaueris rem fisci[c] mei vsucapi nō posse respōdere te actionibus fisci mei intelligis: nec aliàs posse||re|| proprietatem obtinere, quàm si non ex ancilla fiscali natum fuisse constiterit.

3. Imp. *Philippus* A. & Cæs. Pantino.

---

h *l. 7. infr. supr. quod cum eo.*
i Citra domini consensum, longi temporis spatio bonæ fidei possessor pręscribit *l. 1. §. tit. prox. l. 3. de longi temporis.*
k Quod (vt tamen non possessum) bona fide à malæ fidei possessore possidemus vsucapim[o] *l. 4. §. de rei vindic.* quod ipse possidet, non vsucapit.
l Possessor malæ fidei fructus restituit.
m Sciens alienum non vsucapit. *l. 7. eod.*
n Nondum impleta vsucapione, bonæ fidei etiam possessori res auferri pōt.
o Rerum vi possessarum vsucapio non est.
p *l. 4. supr. de rei vindic. §. 8. Inst. de vsucap.* vbi de vi compulsiua agitur, non de expulsiua *vt hic.* id necesse non est *l. supr. de his quæ vi met.*
q Cum concilio: alij cū consilio vt in act. apostolorum 25. *nu.* 32. *συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου ἀπεκρίθη.* quæ verba cum Cōsilio collocutus, moris erat ita exprimi CCC. vt ex antiqua sententia Senecionis constat. Senetio CCC. dixit. *v. Cuiac. 18. obs. 32.*
r Princeps sententiam dicit *l. 1. §. de appellationibus l. pen. D. de his quæ in testa. delentur. l. 3. §. de quæstionibus.*
f Vsucapi, quasi furtiua, res non potest, quę, obligata alteri, cōparata est. hoc est re pignori obligata distracta, quasi furtiua vsucapi ea res non potest. *Synops. ibid. c. 20.*
t In vsucapione rei immobilis sufficit bona fides emptoris, nisi res à venditore aut eius auctore vi sit possessa vt *l. 5. §. eod.* in mobili & emptoris & venditoris requiritur *vt hic l. 3. l. 4. §. eo. & l. 7. infr. eod.*
u Imò potest. *l. 5. D. eodem leg. 4. §. 21. ff. de vsucapionibus.*
x *dixi ad l. 6.*
y *l. 5. in fi. supr. eodem.* z Vsucapere potest qui ex causa transactionis bona fide rem alienam accipit, cùm iustam causam vsucapiendi habeat. *Synopsis ibid. ca. 22.*
a *l. 29. D. de vsucapionibus.*
b Vsucapere longi temporis spatio non potest rem pupilli, qui eam à pupillo comparauit sine tutoris auctoritate: si tamen probauerit pupillum ex pecunia emptionis ei numerata locupletiorem factum esse, post pubertatem ab ipso conuentus, doli mali exceptione eum submouet. *Synopsis ibidem. c. 23.*
c *l. 27. D. de contrahenda emptione.*
d *l. 10. D. de institoria.*
e *dixi ad 41. D. 6.* f Res à nōn domino bona fide nobis donatas vsucapimus *vt hic: & 50. Eclog. 6. cap. 7.*
g Vsucapione quæsita semel res aliena, donatione à non domino tradita, bona fide accepta, auferri vsucapienti non potest. *vt hic Synopsis Basilic. 50. tit. 6. c. 7.*
h Vsucapio prodest aduersus rei vindicationem *l. 4. in fi. supr. tit. proximo.*
i Donare aliena nō possumus *l. 6. supr. de furtis.*
k Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino.
l Perfecta donatio irrita fieri non potest inuito donatario. *Eclog. d. loco c. 9. l. 4. infr. de reuocand. donationibus.*
m Falsus titulus ad vsucapionē non proficit. Falsus titulus est, quoties quis sibi donatū putat *§. 11. Instit. de vsucapionib. l. 1. D. pro donato.* Itaq; vsucapere pro donato is non potest, qui putat sibi donatū esse cùm donatum nō sit. *Synopsis Basilicon. 50. Titul. 6. cap. 9.*
n *dixi ad 41. D. 9.*
o Quæcunque etiam mācipia. *v. Cuiac. 14. obs. 9.* In rebus soli, aliud. Nam in immobilib. non facilè vitium pcedit, quod in eis furtum non fiat *50. Eclog. 8. c.*
4. Fundus dotalis vsucapi non potest. *l. 16. D. de fundo dotali.*
p Puta marito.
q Res mobilis aliena in dotem data, ab accipiēte pōt vsucapi *v. l. 1. ff. eo. v. Cuiac. d. loco.*
r *dixi ad 41. ff. 5.* Si defunctus rē aliquam sine vitio possidet heres vsucapere potest.
f Quod defunctus vsucapere non potuit, heres etiā si bonā fidem habeat, vsucapere non potest. Nā vitia defuncti in heredem transeūt *l. 11. ff. de diuers. & tempo. 50. Eclo. 5. ca. 5.*
t Non extantib. tamen, i. abstinē tibus: qa sui heredes manēt etiāsi se abstineant: rint: suis existen tib. agnati venire non possunt. Sed quia iure Pætorio venire possunt, & pro possessore vsucapiunt.
u Vsucapiendi titulū verū esse oportet *vt hic: & l. 4. §. eo. l. 1. D. eod. l. 3. §. pro donato: le. 4. D. de præscript. longi tēp. §. 11. Insti. de vsucapionu.*
x *l. 3. supr. eodem.* y *dixi ad 41. D. 3.* z Quod alteri possidemus, vsucapimus. Conductor alteri possidet *vt hic:* colonus *infr. eodem & l. 1. §. in quibus caus. cessat.* qui præstat mercedem *l. 2. §. de præscript. 30. annorum emphyteuta l. 7. in f. d. tit. creditor. pignus l. 13. D. de vsucapionib. adde l. 52. D. de adquir. poss.*
a Conductor corporaliter rem tenet: iure tamen ciuili sibi non possidet.
b *l. 1. §. in quibus caus. cessat.*
c Res fisci vsucapi non potest *lege quarta infr. de præscript. 30. l. 1. 2. 3. in fi. §. ne rei dominicæ vel templor. §. 9. Inst. de vsucapio. l. 18 l. 24. in fi. l. 45. D. de vsucapionib. Synopsis Basilic. 50. Titul. 10. ca. 2.*

a Præſcribere longi temporis ſpatio rem non poteſt heres eius qui mala fide poſſedit, licet ipſe bonam fidẽ habeat: Vitia enim defuncti ad heredem tranſeunt. 2. *Harmenop.* 1. §. 44.
b Vitiũ defuncti tranſit in heredem etiã bonæ fidei *l.* 4. §. 15. *D. de vſurpat.*
c De rebus mãcipi & non mãcipi. *v. Vlp.* 19.
d v. Supra de nudo iure Quiritum tollendo.
e Res Italicæ olim biennio vſucapiebantur.
f Iure veteri, id eſt, XII. tabularum res mobilis anno vſucapiebatur *vt hic: & verſ. cùm autẽ.* *j. eo. qua de re dixi ad leges XII. tab. l. 2. tit. 23.* §. 1.
g Hodie res omnes, ſiue ſint Italicæ, ſiue prouinciales immobiles præſcribũtur decẽnio inter pręſentes, vicẽnio inter abſentes.
h De annali vſucapione *dixi* §.
i Vſucapimus res omnes mobiles aut ſe mouentes, bona fide, per trienniũ: immobiles, vbicumque eæ ſitæ ſint, decẽ annis aduerſus præſẽtes: viginti annis, aduerſus abſentes *vt hic:* 2. *Harmenopul.* 1. §. 52.
k Res mobiles triennio vſucapiuntur *Inſtit. de vſucap.* apud authorẽ Synopſeos 50. *Titul.* 10. *ca.* 3. *in f.* legitur διὰ τετραετίας per quadriennium.
l In vſucapione, ſatis eſt ſi initio poſſeſſionis bona fides interuenerit. *l.* 48. *D. de adq. rer. dominio l.* 44. §. 2. *D. de vſurpationibus* quod tamẽ Lateranẽſe conciliũ non admittit. *c.* 41.
m Bona fides requiritur in initio vſucapionum & præſcriptionum.
n Poſſeſſio cõtinuatur in ſucceſſore. §. 12. *Inſtit. de vſucap. adde l.* 14. *D. de vſurpationibus.* hoc eſt, in diuturna poſſeſſione connumeratur etiam tẽpus anterioris poſſeſſoris 2. *Harmenopul.* 1. §. 72. *Synopſis Baſilic.* 50. *Titul.* 11. *c.* 10.
o Titulus in vſucapione requiritur.

SI[a] mala fide ſeruum tuum ſciens Antiochus tenuit: intẽtionẽ tuã cõtra ſucceſſorem[b] eius licèt bona fide poſſidet, propter initij vitium vſucapio non abſumpſit.

DE VSVCAPIONE TRANSFORmanda, & de ſublata differentia rerum mancipi[c] & nec mancipi.

Tit. XXXI.

1. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni P.P.

CVM noſtri animi vigilantia *ex iure Quiritium* nomen & ſubſtantiam ſuſtulerit[d], & communes exceptiones in omni loco valeant: decem vel viginti vel triginta annorũ, vel ſi quæ ſunt aliæ maioris æui, continentes prolixitatem: ſatis inutile eſt vſucapionem in Italicis quidem ſoli rebus admittere, in prouincialibus autem, recludere. Sed & ſi quis res alienas, Italicas tamen, bona fide poſſidebat per biennium[e], miſeri rerum domini excludebantur: & nullus eis ad eas reſeruabatur regreſſus. quæ & neſcientibus dominis procedebant, quo nihil inhumanius erat, ſi homo abſens & neſciẽs tam anguſto tempore ſuis cadebat poſſeſſionibus. Ideo per præſentem legem & in Italicis ſoli rebus quæ immobiles ſunt, vel eſſe intelliguntur, ſicut annalem[f] exceptionem, ita & vſucapionem transformandam eſſe cenſemus: vt tãtummodo & his decem[g] vel viginti vel triginta annorum & aliarum exceptionum tempora currant, huiuſmodi anguſtiis penitus ſemotis. Cum autẽ antiqui & in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, quæ fuerant alienatæ, vel quocunque modo (bona fide tamen) detentę, vſucapionem extendebant non tantum in Italico ſolo nexu, ſed in omni orbe terrarum, & hanc annali[h] tempore concludebant: & eam duximus eſſe corrigendam: vt[i] ſi quis alienam rem mobilem ſeu ſe mouentem in quacunque terra, ſiue in Italica ſiue prouinciali bona fide per continuum triennium[k] detinuerit: is firmo iure eam poſſideat, quaſi per vſucapionem eam acquiſitam, ||hoc|| tantum modo obſeruando, vt in his omnibus caſibus ab initio[l] eam bona fide capiat, ſecundum[m] quod exigit longi temporis præſcriptio: & vt continuetur[n] ei poſſeſſio etiam anterioris iuſti poſſeſſoris, & connumeretur in decẽnium, vel viginti annorum ſpatiũ, vel tricennium. quod & in rebus mobilibus obſeruandum eſſe cenſemus, vt in omnibus iuſto titulo[o] poſſeſſionis antecesſoris iuſta detenſio quam in re habuit, non interrumpatur ex poſteriore forſitan alienæ rei ſcientia, licèt ex titulo lucratiuo ea cœpta eſt. Ita etenim ampliatur quidem longi temporis materia, quę ei ſubdita eſt: minuitur autem vſucapionum compendioſa dominis iactura, & eius iura nocentia: cum ||etiam|| res diuidi mancipi & nec mancipi ſanè antiquum eſt: & meritò antiquari oportet, vt ſit rebus & locis omnibus ſimilis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentiis ſublatis. Dat. Kalen. Nou. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

DE ACQVIRENDA[p] ET RETInenda poſſeſſione.

Tit. XXXII.

De acquiſitione per liberam perſonam.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. & CC. Attico.

PER liberam[q] perſonã ignoranti[r] quoque acquiri poſſeſſionem, & poſtquàm ſcientia[ſ] interuenerit, vſucapionis conditione inchoari poſſe, tam ratione vtilitatis, quàm iuris prudentia receptum eſt. PP. 6. Kal. Decemb. Fuſco & Dextro Coſſ.

Si emptor ſciente venditore in poſſeſſione fuerit.

2. Imp. *Alexander* A. Mauro.

MInùs inſtructus eſt, qui te ſolicitum teddidit, quaſi in vacuam[t] poſſeſſionem eius quod per procuratorem emiſti, non ſis inductus: cum ipſe proponas te diũ[u] in poſſeſſione ||eius|| fuiſſe, omniáque vt dominũ geſſiſſe. Licèt[x] enim inſtrumẽto non ſit comprehenſum quod tibi tradita ſit poſſeſſio: ipſa tamen rei[y] veritate id cõſecutus es, ſi ſciẽte[z] venditore in poſſeſſione fuiſti.

De Infante.

3. Imp. *Decius* A. Rufino.

DOnatarum rerum à quacunq; perſona infanti[a] vacua[b] poſſeſſio tradita, corpore[c] quæritur. Quamuis enim ſint auctorum ſententiæ diſſentientes: tamen conſultius videtur interim (licèt animi plenus non fuiſſet adfectus[d]) poſſeſſionem per traditionẽ eſſę quęſitam: alioquin (ſicuti conſultiſſimi viri Papiniani reſponſo continetur) nec quidem per tutorem poſſeſſio infanti poterit acquiri. PP. 5. Kal. Apr. Decio A. V. & Grato Conſſ. 251.

De animo ſolo.

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Nepotiano.

LIcèt poſſeſſio nudo[e] animo acquiri non poſſit, tamen ſolo animo retineri poteſt. Si ergo prædiorum de ſertã poſſeſſionem non derelinquendi affectione tranſacto tempore non coluiſti[f], ſed metus[g] neceſſitate culturã eorum diſtuliſti: præiudicium tibi ex tranſmiſſi temporis iniuria generari non poteſt. PP. Kalen. Auguſt. Ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

De cauſa poſſeſſionis ſibi non mutanda.

5. Iidem AA. & CC. Mennoni.

CVm nemo cauſam[h] ſibi poſſeſſionis mutare poſſit, proponáſq; colonum nulla extrinſecus accedente cauſa ex colendi occaſione ad iniquæ venditionis[i] vitium eſſe prolapſum: præſes prouinciæ inquiſita fide veri dominij tui ius conuelli non ſinet.

De eo qui ſine cauſa ingreſſus eſt in fundum alienum.

6. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI nulla ex cauſa[k] ingreſſum[l] agrum ||tuum|| ſiue vineas eum, cuius meminiſti, præſes repererit, nec vlla præſcriptione tua interpellatur petitio: reſtituere tibi poſſeſſionem cum omni cauſa[m] non dubitabit. S. Idib. April. AA. Coſſ.

De improba poſſeſſione.

7. Iidem AA. & CC. Aſincrito.

IMproba poſſeſſio firmum titulum[n] poſſidenti præſtare nullum poteſt. vnde ingredientem in vacuam[o] poſſeſſionem alieni fundi non conſentiente domino, vel actore, qui eius rei concedendę poteſtatem habuit, cauſam iuſtam poſſeſſionis adipiſci non potuiſſe certum eſt. PP. 5. Idus Decemb. AA. Conſſ.

De procuratore.

8. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

PEr procuratorem vtilitatis[p] cauſa poſſeſſionem[q], etſi proprietas ab hac ſeparari non[r] poſſit dominium etiã quæri placuit. PP. 18. Kal. Mart. Sirmij, CC. Conſſ.

De improba poſſeſſione.

9. Iidem AA. & CC. Sergio.

NEc ex vera venditione poſſeſſionem, quam non fuerat emptor[ſ] adeptus, improbè retinere poteſt: ac multò minùs is, qui adſeueratione falſa velut[t] emptor, cũ ſine obligatione pignoris pecuniam mutuò dediſſet, fundũ irrumpens alienum, retinendi iuſtam cauſam habet. PP. 3. Non. April. Sirmij, CC. Conſſ.

De diuiſione & interruptione vſucapionis.

10. Imp. *Conſtantinus* A. ad Maternum.

NEmo ambigit poſſeſſionis duplicem[u] eſſe rationem: aliam[x] quæ iure[y] conſiſtit, aliam quæ corpore[z]: vtranque autem ita demum eſſe legitimam[a], cùm omnium aduerſariorum ſilentio & taciturnitate firmatur: interpellatione[b] verò & controuerſia progreſſa, non[c] poſſe eum intelligi poſſeſſorem, qui licèt ||poſſeſſionẽ|| corpore teneat, tamen ex interpoſita[d] conteſtatione, & cauſa in iudicium deducta ſuper iure poſſeſſionis vacillet ac dubitet. PP. 11. Kal. Febr. Tribon. Voluſiano & Anniano Coſſ. 314.

De ſucceſſoribus.

11. Impp. *Arcadius & Honor.* AA. Petronio vicario Hiſpaniarum.

VItia[e] poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem[f] auctoris ſui culpa comitatur. Dat. 5. Kal. Ian. Cæſario & Attico Conſſ. 397.

p *dixi ad* 41. *ff.* 2. q *Paul.* 5. *ſen.* 2. §. 2. r *l.* 34. § 1. *l.* 49. *in fi. D. eo. l.* 13. *D. de adq rer.* §. 5. *ver. & hoc eſt. Inſtit. per quas perſonas cui ſuc.*
ſ Liber ignoranti poſſeſſionem: ſcienti vſucapionem adquirit. t De vacua poſſeſſione agitur in *l.* 3. *&* 7. §. *eod.* u Paria ſunt in vacuam poſſeſſionem induci, & ſciente venditore diu in poſſeſſione fuiſſe *l.* 12. §. *de contrah. empt. l.* 2. §. *ſi quis alteri.*
x Hinc colligit Alciatus 2. *præſumpt.* 23. quemquam præſumi poſſidere ex titulo præambulo *dixi ad l.* 12. §. *de fide inſtrumentorum.* y Re vera poſſidet qui ſciente vẽditore poſſidet.

z *l.* 60. *D. de reg. iur.* aliud neſciẽte *l.* 5. *ff. eo. l.* 14. §. 1. *D. de furtu.*
a *l.* 32. §. 2. *D. eo.* 50. *Eclog.* 2. *c.* 1.
b *l.* 2. §. *eod. l.* 7. *j. eod.*
c ſuo, ſc.
d affectus *Hal.*
e Nudo animo poſſeſſio retinetur, non adquiritur *v. l.* 44. *in fi. D. eod.*
f Culturam omittens, poſſeſſionem non amittit.
g *v. quæ notaui ad l.* 1. §. 8. *D. eo.*
h id eſt, titulũ poſſidendi. *v. l.* 1. §. 10. *ff. eod.*
i Colono facta venditio domino non nocet.
k Sine vi *l. vlt.* §. *vnde vi.*
l Ingreſſu vacuę poſſeſſionis vitium perſonale non reale contrahitur: ideóque poterit res vſucapi.
m id eſt, cum fructibus.
n Iniuſta poſſeſſio non eſt titulus. Sine titulo non eſt locus præſcriptioni *l.* 24. *ſupr. de rei vindic.* §. 2. *Inſtit. de vſucap.*
o *l.* 2. *l.* 3. §. *eo.*
p Cui multum tribui ſolet.
q Per procuratorem poſſeſſio & dominium adquiri poteſt *leg.* 1. *ſupra per quas perſonas. lege prima ſupr. eodem. leg.* 20. *D. de adquir. rerum dominio.*
r Imo poteſt *l.* 12. §. 1. *ff. eo.*
ſ verus ſcilicet *leg.* 5. *D. eodem*, de falſo mox dicetur.
t Falſus emptor melioris conditionis eſſe nõ debet quàm verus.
u Naturalem ſcilicet vel ciuilem: nulla eſt tertia *vide Cuiac.* 9. *obſer.* 33.
x Ius & corpus opponuntur.
y ea eſt ciuilis.
z ea eſt naturalis.
a Legitima dicitur, quæ defenditur legibus & interdictis poſſeſſoriis.
b Interruptio vitiat iuſtam vſucapiendi cauſam, adeo vt ſi ad diem res poſſeſſa non fuerit, videatur poſſeſſio ad verũ dominum recurrere, atque ipſa interruptione dominiũ renouare 2. *Harmeno.* 1. §. 67.

c Poſſeſſor non intelligitur, qui licet poſſeſſionem corpore teneat, interpoſita conteſtatione & cauſa in iudicium deducta, ſuper iure poſſeſſionis vacillat ac dubitat. d *leg.* 26. *ſupra de rei vindicatione: lege ſecund. circa finem l.* 10. *j. de præſcript. longi tempr.*
e Realia ſcilicet *l.* 24. §. 1. *D. de vſucapionibus: l.* 5. *in f. Cod. Theodoſ. vnde vi.* eſtque hæc lex pars poſtrema legis 2. *j. ſi per vim.*
f omnem ſcilicet.

Si is

a Per ſeruum, procuratorem, colonum, & inquilinum poſſidemus. b Qui alteri non ſibi poſſidet, ſi poſſeſſionem deſerit, vel alteri tradit, domino non præiudicat *l.31.& 40.§.1.D.eo.l.31.D.de dolo:l.6.infi.j.vnde vi: l.vnic.j.ſi per vim.l.vlt.j.de dilatoribus.l.133.D.de reg.iur.*

c Malitia ſoli authori nocere debet. d In quærenda poſſeſſione, poteſt vnuſquiſque negligéter ſe habẽs pręiudicare ei, cui quærere debuit: quamuis ad id quod intereſt ei teneatur.

Si is per quem poßidebatur poſſeſſionem reliquerit.

12. Imp. *Iuſtinian.* A. Ioanni præf. præt.

EX libris Sabinianis quæſtionem in diuinas noſtri numinis aures relatam tollẽtes, definimus, vt ſiue ſeruus[a] ſiue procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quiſpiam alius, per quem licentia eſt nobis poſſidere, corporaliter nactam poſſeſſionem cuiuſcunque rei dereliquerit[b], vel alij prodiderit, deſidia fortè vel dolo, vt locus aperiatur alij eandem poſſeſſionem detinere: nihil penitus domino præiudicij generetur, ne ex aliena[c] malignitate alienum damnum emergat, ſed ipſe, ſi liberæ conditionis eſt, competẽtibus actionibus ſubiugetur: omni iactura ab eo reſtituenda domino rei, vel ei circa quem negligenter[d] vel doloſe verſatus eſt. Sin autem nec dum ſub[e] manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel ſerui poſſeſſio facta eſt[f], ſed ipſe eam accipere deſidia vel dolo ſuperſedit: tunc & ipſe qui eum tranſmiſit, ex mala[g] ſua electione præiudiciũ circa eam poſſeſſionem patiatur. ex memoratarũ perſonarum vel machinatione vel negligentia accedens. Hoc etenim tãtùm ſancimus, vt dominus nullo modo aliquod diſcrimen ſuſtineat ab his quos tranſmiſerit, non vt etiam lucrum ſibi per eos aliquod acquirat: cum & antiqua[h] regula||iuris,||quæ definiuit deteriorem conditionem per ſeruũ domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cum dominus de damno[i] periclitetur, non cum ſibi lucrum per ſeruũ acquiri deſiderat. Salua videlicet in hoc caſu domino rei, vel ei[k] qui ad eam detinendam præfatas tranſmiſerit perſonas, aduerſus eas omni actione (ſi qua ex legibus ei competit) ſeruata.

e Poſſeſſor naturalem & ciuilem poſſeſſionẽ amittit, ſi ille per quem poſſidet poſſeſſione expellatur: æquè ac ſi poſſeſſionem ipſam traderet. *Accur. Bart. Angel. hic. Gloſſ. in c. cum olim cauſam extr. de reſtit. ſpoliat.* quod tamen in Eccleſia. *Doctores in d. c. cum olim.* fiſco & pupillo fallit *ca. 1. extr. de in integr.* adde aliam exceptionem ex Socin. *reg. 297.*

f Poſſeſſio facta ſub manib. procuratoris.

g Mala electio eligenti nocet.

h *l.133.ff.de reg. iur.*

i *l.27.D.ad Velleian.*

k id eſt, cuſtodi poſſeſſionis *l. 1. s. ſi per vim. l. 6. j. vnde vi: adde l. vlt. j. de delatoribus.*

DE PRAESCRIPTIONE LONGI[l] TEMPORIS DECEM[m] vel viginti annorum.

Tit. XXXIII.

Ciuilis interruptio præſcriptionis non operatur, niſi contra eum contra quem interruptio facta eſt: & in hypothecaria non contrahitur vitium litigioſi. Bald.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. Iuliano præf. præt.

CVM[n] poſt motam & omiſſam quæſtionem res ad noua dominia bona fide tranſierint, & exinde noui viginti anni interceſſerint ſine[o] interpellatione: non eſt inquietanda, quæ nunc poſſidet, perſona: quæ ſicut acceſſione prioris domini non vtitur, qui eſt inquietatus: ita nec impediẽda eſt, quod ei mota controuerſia ſit. Quòd ſi prior poſſeſſor inquietatus eſt: etſi poſtea per longum tempus ſine aliqua interpellatione in poſſeſſione remanſit, tamen non poteſt vti longi temporis præſcriptione, quod etiam in republica[p] ſeruari oportet.

In auth. vt ſpon. larg. §. rurſus col. 9. tit. 2. No. 119. c. 7.

M*Alæ[q] fidei poſſeſſore alienante[r], ceſſat longi[ſ] temporis præſcriptio[t], ſi verus dominus ignoret[u] ſuum ius, & alienationem factam. ſpectatur ergo triginta annorum defenſio. Si verò is qui putabat eaſdem res ſibi competere, hoc cognoſcens, intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes litem non fuerit conteſtatus: poſſeſſor præſcriptione munitus, firmiter eas habebit.*

In authent. vt ſponſ. larg. §. De præſcriptione coll. 9. titul. 2. Nouell. 119. cap. 8.

Q*Vòd ſi quis quibuſdam annis præſens ſit, quibuſdam abſens: adiiciuntur ei ſuper decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit abſens.*

2. Impp. *Diocl. & Max.* AA. & CC.

LOngi[x] temporis præſcriptio, his, qui bona[y] fide acceptam poſſeſſionem, & cõtinuatam[z], nec interruptam[a] inquietudine[b] litis tenuerunt, ſolet patrocinari. PP. 5. Kal. Decem. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

3. Iidem AA. & CC. Antonio.

SI vineæ, quas mater tua vitrico tuo in[c] dotem dedit, tuæ proprietatis ſunt, nec[d] vlla præſcriptio||ex||tranſacti tẽporis prolixitate adoleuit: præſes prouinciæ reſtitui tibi eas efficiet.

Sine titulo non procedit vſucapio longi temporis. Bal.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

DIutina poſſeſſio tantùm iure[e] ſucceſſionis ſine iuſto titulo[f] obtenta, prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione non poteſt. PP. Sirmij, 4. Id. April. AA. Conſſ.

5. Iidem AA. & CC. Soterico.

NEc petentem dominium ab eo, cui petentis ſolus error[g] cauſam poſſeſſionis ſine vero titulo præſtitit, ſilentij longi temporis præſcriptione repelli, iuris euidentiſſimi eſt. S. Sirmij, 11. Kal. Maij, AA. Conſſ.

6. Pars ex epiſtola eorundem AA. & CC. ad Primoſum præſidem Syriæ.

SI[h] fraude[i] & dolo (licet inter maiores vigintiquinque annis) facta venditio eſt, hanc confirmare[k] non potuit conſequens tempus: cùm longi temporis præſcriptio in malæ[l] fidei contractibus locum non habeat.

7. Iidem AA. & CC. Antheæ.

LOngi temporis poſſeſſione munitis, inſtrumentorum amiſſio[m] nihil iuris aufert: nec diuturnitatẽ poſſeſſionis partam ſecuritatem, maleficium[n] alterius turbare poteſt. Dat. prid. Kal. Ian. AA. Conſſ.

Adoptio inualida, vel error iuris, non eſt ſufficiens ad præſcriptionem longi temporis. Salyc.

8. Iidem AA. & CC. Celſo.

SI is, contra quem ſupplicas, matris tuæ quondam mancipia quaſi filius ex cauſa tantum adoptionis[o] defendit: affectio deſtinatæ ac illicitæ[p] adoptionis ad horum dominium ei quærendum ſola non ſufficit. quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens || temporis|| præſcriptionem: ſi hoc tantum initio præcedente, is, contra quem ſupplicas, horum poſſeſſionem adeptus eſt.

9. Iidem AA. & CC. Demoſtheni.

EMptor[q] bona fide contra præſentem[r] decennij præſcriptione||in||cuius initio[ſ] conteſtationem haberi ſufficit poſteaquã ſuam impleuerit intentionem petitor, adhibita probatione iuſtæ poſſeſſionis defenſus, abſolui rectè poſtulat.

10. Iidem AA. & CC. Rhegino.

NEc bona fide poſſeſſionem adeptis longi temporis præſcriptio poſt moram litis conteſtatæ cõpleta proficit[t]. cum poſt[u] motam controuerſiam in præteritum[x] æſtimetur. Dat. Id. Decemb. Cæſar. Conſſ.

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præf. præt.

SVper longi temporis præſcriptione, quæ ex decem vel viginti annis introducitur, perſpicuo iure ſancimus,

l hanc reſtrictioné adde l. vnicę s. *de vſucap. transformand.*

m *No. 119. c. 7. 50. Eclog. 14. 15. 2. Inſtit. 6. in pr.*

n eadem extat ſententia apud Paulum *5. ſent. 2. §. 5.*

o hanc reſtrictioné adde l. vnicę s. *de vſucap. transformand.*

p Aduerſus rẽpublicam, etiã viginti annorũ præſcriptio prodeſt ei qui iuſtũ initium poſſidẽdi habuit: nec medio tempore interpellatus eſt *Paul. d. l. §. 4.*

q Præſcribere longo tempore non poteſt, qui titulum habet à malæ fidei poſſeſſore *vt hic.* niſi alienatio ab initio bonæ fidei fuerat. *Angelus in l. quæritur ff. de vſucap. Glo. in l. ſi res. ff. de alienat. iudic.* niſi debitor alienet rem alteri pignoratam: tunc enim emptor bonæ fidei præſcribit aduerſus hypothecariam, hæc enim Auth. de præſcriptione dominij, non hypothecæ conſtituta eſt. *Aret. & Cynus hic.* fallit quoties dominium non præſcribitur, fallit quoque quoties præſcribitur res in qua non requiritur titulus, putà ſeruitus. *l. ſi quis diuturn. D. ſi ſeruitus ita vindicatur.* ſed & ſi procurator mala fide vendidit, tunc dominus rei eſt in bona fide *l. qui fundum. §. proc. D. pro emptore.* Idem eſſe putat Bart. in *l. Pomponius. §. cum quis. D. de adq. poſſ. Angel. in l. quæritur. D. de vſucap.* Bal. *in l. ancill. s. de furtis* in vſucapione rei mobilis: cum poſſit res mobilis mala fide diſtrahi, ſine furto. *l. ſi alienum vbi Gloſſa de furtis.* vide alias exceptiones apud Bart. Angel. & Bald. *ibid.* adde Socin. *reg. 431.* Idem dicendũ in ſecundo emptore: vt Authen. locum tantum habeat, aduerſus primum emptorem. Bart. in *d. §. cum quis.* Idem cenſet quoties venditor non in ipſa traditione, ſed poſt malam fidem habuit. Nam ſi mala fides ſuperueniens non nocet ipſi poſſeſſori malæ fidei, multo minus nocere debebit ſingulari ſucceſſori. *Gloſſ. l. item. §. res. ff. de alienat. iud.* Aliud quoque exiſtimant, ſi de fructibus adquirendis tractetur, cum hic agatur de dominio adquirendi. *Flo. in l. vitia. s. de adq. poſſeſſ.* Aliud etiam exiſtimant in præſcriptione actionum. *Aret. hic.* vt & ſi agatur de malæ fidei poſſeſſore ficto vel præſumpto tantum. Quid ſi ſucceſſor præſcriptionem velit ex ſua perſona inchoare? Quid ſi venditor, non mala prorſus fide, ſed dubitans vendat? Quid ſi perfecta præſcriptione ſuperueniat mala fides? Idem eſſe cenſent *Bal. in l. nihil. s. pro herede Caſtr. in l. ancilla s. de furt. Innocentius in c. ſi diligenti de præſcrip. Bart. in l. naturalem. ff. de vſucap. c. cum dilectus de maioritate.*

adde Socin. regul. 33. r Voluntate ſua ac ſponte: ſecus ſi neceſſario *leg. Pomponius. §. iuſſi. ff. de adquir. poſſeſſ.*

ſ aliud in præſcriptione longiſſimi temporis, quia fides mala tempore longiſſimo non nocet *leg. omnes. leg. ſicut. j. de præſcrip. 30.*

t Præſcribere longo tempore non poteſt, qui titulum habet à malæ fidei poſſeſſore *vt hic.* An mobilia vſucapere poteſt, hæc enim Authentica de præſcriptione immobilium eſt *Bart. in l. Pomponius.*

u ergo cum ſcit, neque ignorat, longiſſimum tẽpus non requiretur, ſed longũ tempus tantum. *l. 1. s.*

x Præſcriptio longi temporis prodeſt his qui bona fide poſſederunt, nec vllá conteſtationem litis ſuſtinuerũt. *Syn. Baſil. 50. tit. 11. c. 2.* vbi Scholiaſtes ſeparat δίκην ſeu προσαγωγὴν & ὄχλησιν litem ſiue conteſtationem, ab inquietatione: vt prior vſucapionem interrumpat, non poſterior.

y *l. 27. ff. de contrahend. empt.*

z *leg. 2. D. de vſucap.*

a *l. 1. s. eo. l. 10. s. tit. prox.*

b Præſcriptio interrumpitur litis conteſtatione *l. 1. s. eo. l. 10. s. eo. l. 10. s. ti. prox.*

c Res aliena in dotem dari nõ poteſt. Si tamen data fuerit, vſucapi poterit.

d *leg. 4. s. de rei vindic. leg. 2. leg. 5. s. de reb. alien. l. 4. s. de vſucap. pro empt.*

e *l. 4. s. de vſuc. pro herede.*

f Sine titulo nõ eſt vſucapio.

g Si per errorẽ cauſam poſſeſſionis meę tibi pręſtiti, poſſum nihilominus rem meam vindicare, neque mihi oberit longi temporis præſcriptio

h Præſcriptio lõgi temporis emptionem dolo factam confirmare non poteſt: quum mala fidei poſſidere quis incipiat. *Synop. ibid. c. 6.*

i Contractus bonę fidei, titulus eſt: niſi dolus cauſam illi dederit. Tũc enim titulus non eſt, ac proinde ex illo non pręſcribitur.

k *dixi ad leg. 1. ſupra de reſcindenda.*

l Malæ fidei poſſeſſor non præſcribit.

m Inſtrumenti amiſſio non nocet pręſcriptioni, ſi modo de iure poſſeſſionis aliter probari poteſt, *leg. 6. leg. 8. leg. 20. in fin. s. de fide inſtrum. leg. 1. j. in quib. cauſ. longi tempor.*

n Id eſt, inſtrumenti fraudulenta ſubtractio.

o *leg. 10. s. de ſuis.*

p Mulieres non adoptant *v. tamen l. 5. j. de adopt. § 10. Inſt. de adopt.* nec enim liberos habent in poteſtate. *dixi ad Nou. Leon. 28.* & ita quod poſſident illegitimè adoptati, non præſcribunt.

q Pręſcriptione longi temporis bonæ fidei emptor munitus actori exceptionem obiiciens, poſtea quàm petitor dominium ſuum probauerit, adhibita probatione iuſtæ poſſeſſionis abſoluendus eſt. *Syn. 50. tit. 1. c. 9.*

r *Inſtitut. de vſucap. leg. vnic. ſupra de vſucap. transform. leg. 7. infra in quibus cauſ. non obiicit.*

ſ Exceptio præſcriptionis initio litis opponitur, poſt litem conteſtatam probatur.

t Præſcriptio litis conteſtatione interrumpitur.

u *v. l. 10. s. tit prox.*

x *leg. 26. in fin. ſuprà de rei vindic.* id eſt, prorogetur.

a In causis etiam lucratiuis pręscriptio,& longa possessio possessorem defendit *leg. 26. D. de adq. possess.*

b *leg. 2. §. 20. D. pro emptore.* hinc colligũt præsumi medio tempore possedisse, qui ho die & ante decennium possederit. Probatis enim extremis probantur media *v. Alciat. 2. præsumpt.* 21.

c In præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum, etiam tempus prioris possessoris computatur *Syno. Basil. 50. tit. 11. ca.* 10. 2. *Harmenopu.* 1. §. 72.

d *l. 21. D. de diuers. & tempor.*

e De rebus.

f De personis.

g De præsentia.

h Pręsentes dicuntur, qui in eadem ciuitate domicilium habent.

i Domicilium vrbe non circũscribitur sed prouincia.

k In pręscriptione non habetur ratio situs rerũ. Id est, etiam res procul dissitas præscribimus.

l Absentes dicũtur qui non sunt in eadem prouincia.

m Præscriptio igitur currit cõtra ignorantem *vt hic.* Imò non currit. *leg. 7. j. qui militare solue.* Nõ currit, quod ad incommodũ secus quod ad commodum *d. leg.* 7. Alij putãt currere, sed dari restitutionẽ. *Bartol. in l. 1. §. si quis autem. D. de itinere.* Quid si iusta sit ignorãtia? currit quidẽ pręscriptio: datur tamen restitutio aduersus pręscribentem *Bart. in l. 1. §. si quis propter. D. de itinere.* Quid si agatur de seruitute pręscribẽda? non currit aduersus ignorãtem præscriptio cùm in seruitutibus præscribẽdis, requiratur scientia domini *Gloss. in l. 2. s. de seruit.* Aliam exceptionem vide apud Socin. *reg.* 305.

n *facit l. 1. s. de contrahenda emptione: l. 15. s. de rescind.*

o Incorporalia iura, etiam longè dissita pręscribimus.

p Vno casu id inductum Nou. 119. putà, si à malęfidei possessore qui rem bona fide accepit. Nam si sciente domino, locum habet pręscriptio, si ignorante cessat.

q In iure consistunt vsusfructus & seruitutes.

vt siue ex donatione, siue ex alia lucratiua[a] causa bona fide quis per decem vel viginti annos rem detinuisse probetur adiecto[b] ||scilicet|| tempore etiam[c] prioris[d] possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei competat, nec occasione lucratiuæ causæ repellatur. Da. Ka. Iul. Dom. Iustin. PP. A. Conss. 524.

Præscriptione longi temporis inter præsentes completur Decennio inter absentes vicennio, & præsentes dicuntur quando vterque habet domicilium in eadem prouincia licet non in eadem ciuitate. Sal.

12. Idem A. Ioanni præf. præt.

CVm in longi temporis præscriptione tres emergebãt veteribus ambiguitates: prima propter res[e] vbi positæ sunt: secunda propter personas[f], siue vtriusque siue alterutrius præsentiam exigimus, & tertia, si in[g] eadem prouincia, vel in eadem ciuitate debent esse personæ, tam petentis, quàm possidentis, & res pro quib. certatur: omnes ||eas|| pręsentis legis amplectimur definitione, vt nihil citra eam relinquatur. Sancimus itaque debere in huiusmodi specie vtriusque personæ, tam petentis, quàm possidentis spectari domicilium: vt tam is qui dominij vel hypothecę quęstionem inducit, quàm is qui res possidet, domicilium habeat in vno loco, id est, in vna prouincia:[h] hoc etenim magis nobis eligendum videtur. vt non[i] ||in|| ciuitate concludatur domicilium, sed magis prouincia, & si vterque domiciliũ in eadem habeat prouincia, causam inter præsentes esse videri, & decennij || magis|| præscriptione agentem excludi. De rebus autem de quibus dubitatio est, nulla erit differẽtia, siue[k] in eadem prouincia sint, siue in vicina, vel trans mare positæ vel longo spatio separatæ. Sin autem non[l] in eadem prouincia vterque domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera: tunc vt inter absentes causam disceptari, & locum[m] esse viginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibet, siue in eadem prouincia res constitutæ sint, siue in alia super his controuersiam in iudicio prouinciali moueri, & multo magis in hac florentissima ciuitate. Quid enim prodest in ipsa prouincia esse possessionem, an in alia cum ius vindicationis incorporale est & vbicunque[n] res positæ sunt, & dominium earum & vinculum ad dominũ vel creditorem possit reuerti? Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo, & diuino quodam motu ad actiones & earum iura peruenerunt, vt incorporales[o] constitutæ possint vbicunque ius suum & effectum corporalem extendere. Sit igitur secundùm hanc definitionem causa perfectissimè composita, & nemo posthac dubitet, neque inter præsentes, neque inter absentes, quid statuendum sit: vt bono initio possessionem tenentis, & vtriusque partis domicilio requisito sit expedita quæstio pro rebus vbicunque positis: nulla[p] scientia vel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Eodem obseruando & si res non soli sint, sed incorporales, quæ in iure[q] consistunt, veluti vsusfructus, & cæteræ seruitutes.

IN QVIBVS CAVSIS CESSAT LONGI TEMPORIS præscriptio.

Tit. XXXIIII.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Marcellinæ.

SI is cui colendum[r] fundum dedisti, post instrumenta quibus dominium ad te pertinere probari posset, per nouercam tuam subtraxit[s]: hoc sola præscriptione || longi || temporis defendi non potest.

2. Iidem AA. & CC. Dionysio.

IN seruorum[t] proprietatis negotio cum vsucapio locum habeat, ad quęstionem longi temporis pręscriptionis superfluo peruenitur.

r *v. l. 1. s. de vsucap. transformanda: leg. 1. s. comm. de vsucap. l. 2. j. de præscript.* 30.

s *v. l. 7. s. de præscript. longi tempor.*

t Mobilia, vt serui (nisi cohęreant fundo, vt mancipia rustica: tunc enim seruus pro parte ruris habetur *l. 3. D. de diuers. & temp. l. 9. D. eod.* Sunt immobilia quæcunq; rebus immobilibus adhærent) vsucapiuntur triennio. Ideóq; cessat quæstio præscriptionis, vbi de re mobili agitur: atque ita de præscriptione longi temporis: in rebus mobilibus quærere superfluum est, quum in illis vsucapio triennij locum habeat *Synop. 50. tit.* 12.

u Id est, nondum diuisum.

x Actioni mixtæ non præscribitur longo tempore.

y *leg. vn. §. 1. versic. nemo. j. de annali præscript. l. 22. s. familiæ: leg. vlt. D. pro dote: excipe l. 1. s. de com. rer. alien.*

z Præscriptione longi temporis, hoc est, decem vel viginti annorum non excluditur actio familiæ erciscundæ & communi diuidundo, sed triginta tantum annorum præscriptione *Syn. Basil. 50. tit 12. c. 3. 2. Harm. 1. §. 53.*

a Petitio hereditatis non pręscribitur longo tempore *l. 8. s. de iure delib. Syno. Basil. 50. tit. 12. c. 4. 2. Harm. 2. §. 8.* nisi possessor cum titulo & bona fide dominium vsuceperit: hoc est, si quis alio titulo possidens vsuceperit, tutus est. nec enim actione petitionis hereditatis conueniri potest. *Syn. Basil. 50. tit. 12. c. 4.*

b Decennij spatio inter præsentes, vicennio inter absentes *leg. 11. s. tit. prox.*

c Petitio hereditatis, non datur contra titulo possidentem; *vt hic. & l. 1. s de inoffic.* nisi quinque casibus, putà quando venditor non comparet *l. 13. §. 4. ff. de heredit. petit.* si hereditas modico distracta est, *d. leg. 13. §. 5.* si sciente emptore comparata, *d. leg. 13. §. 8.* si empta est à fisco *d. leg. 13. §. 9.* si titulus habetur pro non titulo *d. leg. 13. §. 1.* Datur itaque petitio hereditatis, quæ mixta est actio, aduersus eum qui sine titulo possidet, nec tollitur longi temporis præscriptione.

d Qui puerum alienum vulneratum curat, eũ possidet non animo domini. qui ita possidet non præscribit aduersus dominum.

e aliàs, nisi offeret expensas locus esset retentioni.

Actio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo, non tollitur tempore. Salyc.

3. Iidem AA. & CC. Apollinari.

VNus indiuiduum[u] commune[x] pro solido possidens, interuallo ||longi|| temporis, quo minus socius portionẽ vindicare, vel eum communi diuidundo iudicio prouocare posiit, non defenditur: cum neque familiæ erciscundæ[y] iudicium, neque communi diuidundo actio excludatur longi[z] temporis præscriptione. 3. Kalend. April. Sirmij, CC. Conss.

4. Iidem AA. & CC. Libroæ.

HAEreditatem[a] quidem petentibus longi[b] temporis præscriptio nocere non potest, verum his qui nec pro herede, nec pro possessore, sed pro empto vel donato seu alio titulo res quæ ex hereditate sunt, vel fuerunt, posiidẽt cùm ab[c] his successio vindicari non posiit, nihil hæc iuris definitio nocet. 3. Id. Septemb.

5. Iidem AA. & CC. Hosimo.

SI puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus vulneratum, sumptibus tuis (sicut adseueras) liberum existimans curasti[d] longi temporis præscriptione quominus dominus eius offerens erogata rectè[e] vindicet, defendi non potes.

QVIBVS[f] NON OBIICITVR LONGI TEMPORIS præscriptio.

Tit. XXXV.

1. Imp. *Alexander* A. Venuleio.

TEMPVS expeditionis[g] aduersus petitiones si quæ competisse iustè probari possunt, præscriptionem nõ parit. 6. Non. Iul. Iuliano & Crispo Conss. 225.

Frustra precibus impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Aurelio ||Archiatro.||[h]

CVm per absentiam[i] tuam eos de quibus quereris, in res iuris tui irruisse adseueres, téque ob medendi[k] curam à comitatu nostro discedere non posse palam sit: præfectus prætorio noster accersitis his quos causa contingit, inter vos cognoscet. Non[l] necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate pręscriptionem tibi non opponi, quando iustæ absentiæ ratio, & necessitatis publicæ obsequium ab huiusmodi præiudicio te defendat. PP. 15. Kalen. Mart. Nic. Max. V. & Aquil. Conss. 297.

Præscriptio longi temporis non currit minori. Salyc.

3. Iidem AA. & CC. Numidio correctori Italiæ.

NOn[m] est incognitum, id[n] temporis quod in minore[o] ætate transmissum est, longi temporis pręscriptioni non imputari, ea enim tunc[p] currere incipit, quando ad maiorem ętatem dominus rei peruenerit. PP. 4. Id. Septem. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

4. Iidem AA. & CC. Crispino.

SI possessio inconcussa sine controuersia perseuerauit: firmitatem suam teneat obiecta præscriptio, quam cõtra absentes vel reipublicæ[q] causa vel maximè fortuito casu, nequaquam valere decernimus. PP. 6. Kal. Mart. Anibaliano & Asclepiodoto Conss. 292.

5. Iidem AA. & CC. Ianuario.

NEque[r] mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fideicommissi, vel tutelæ seu alij cuilibet

f *50. Eclog. 12.*

g Militibus non obiicitur longi temporis pręscriptio *v. s. de restit. milit.*

h *l. 6. 9. 10. j. de professoribus & medicis.* Archiatri qui sint alibi dictum *adde l. 8. j. de metatis.* Haloander legit *Aurelio.*

i Absenti necessaria & publica de causa non obiicitur præscriptio longi temporis.

k Qui sunt in comitatu principis medici, absunt necessaria de causa.

l A principe frustra impetratur, quod iure communi conceditur.

m *l. 1. in fin. l. vl. s. si quis rem minoris.* vt mirum sit: Iustinianum huius iuris constitutionem sibi adrogare *l. vlt. s. in quibus causis in integrum restitutio.*

n Cum decem vel viginti annorum tempore non computatur id tempus, quo quis minor vigintiquinque annis fuit. Nam præscriptio tunc incipit currere, quando ad maiorem ætatem dominus peruenerit: hoc est, cum annum vicesimum quintum compleuerit. *Syn. Basil. 50. tit. 12. c. 7.*

o Minori non obiicitur præscriptio longi temporis.

p Quando incipit currere præscriptio aduersus minorem, *vide leg. tertiam, supra in quibus causis restitutio non est necessaria, lege tertia, infra de præscript. 30. annorum.*

q Absenti reipublicæ causa vel fortuito casu, non obstat præscriptio longi temporis *vt hic. Syn. Basil. ibid. c. 7. in pr.*

r Pręscriptio longi temporis non obstat, mutuo, commodato, deposito, legato fideicommisso, tutelæ, nec alij cuilibet actione personali *vt hic: Synop. d. loco.* quod ius mutatum est vt mox dicetur.

per-

† Hodie personales actiones præscribuntur 30. annis *l.3. ver. vlt.j. de præscript. 30. ann. leg. 1. §. 1. j. de annali.*
a Captus ab hostibus ab iisdem reuersus, aduersus præscriptionem restituitur.
b Aduersus eum qui restitui potest, præscriptio non iuuat.
c *v. leg. 9. s. de præscript. longi temporu.* d Præscriptio longi temporis non obiicitur agenti in personam *v. l. 5. s. tit. prox.*

personali† actioni longi temporis præscriptionem obiici posse, certi iuris est. S. Kal. Feb. AA. Conss.

6. Iidem AA. & CC. Dulcio.

AB hostibus captus[a], ac postliminio reuersus, actione in rem directa, vel qualibet alia dominium vindicando temporis aduersarij possessionem frustra times: cum aduersus[b] eos qui restitutionis auxilio quacunque ratione iuuantur, huiusmodi factum non opituletur.

Præscriptio longi temporis contra præsentem, finitur annis decem: contra absentem annis viginti.

7. Iidem AA. & CC. Cassandro.

PRæscriptione bona fide possidentes aduersus præsentes annorum decem[c], absentes autem viginti muniuntur. quòd si ex alicuius persona[d] de petitorum parte restitutionis prætendatur auxilium: deducto eo, quo si quid fuerit gestum, succurri solet, residuum computari, rationis est.

8. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

SAncimus his solis militibus qui expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora quæ in eadem expeditione percurrunt, in exceptionibus declinandis opitulari, illis temporibus per quę citra[e] exceptionum necessitatem in aliis locis vel in suis ædibus[f] degunt, minimè eos ad vindicandum hoc priuilegium adiuuantibus. Dat. Kal. Apr. Constant. Decio Cos. 529.

SI ADVERSVS CREDITOREM PRAESCRIPTIO opponatur.

Tit. XXXVI.

1. Imp. *Gordianus* A. Veneriæ.

DIVTVRNVM silentium longi temporis pręscriptione corroboratum, creditoribus pignus[g] persequentibus inefficacem actionem constituit: præterquàm[h] si debitores, vel qui in eorum iura successerunt, obligatæ rei possessioni incumbant. Vbi autem creditori à possessore longi temporis pręscriptio obiicitur, personalis actio aduersus debitorem salua ei competit.

2. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Marcellæ.

SI debitori, heres[i] non extitisti, sed iusta viginti annorũ possessione collata in te donatio[k] corroborata est: neque personali[l] actione, quia debitori non successisti, conueniri te iuris ratio permittit: neque data pignori prædia post interuallum longi temporis tibi auferenda sunt: quando etiam præsentibus creditoribus decem annorum præscriptionem opponi posse tam rescriptis nostris, quam priorum principum statutis probatum sit.

DE QVADRIENNII[m] PRAESCRIPTIONE.

Tit. XXXVII.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Orphitum P.V.

NOTVM est, à fisco quæstionem post quadriẽnium || continuum || super bonis vacantibus[n] inchoandam non esse. Additum est & eos qui nostra largitate[o] nituntur, nulla inquietudine lacessendos: nec his à fisco nostro controuersiam commo-

e Tempus voluntariæ absentiæ militem nõ tuetur aduersus præscriptionẽ. Voluntariè miles abest, quoties in expeditione non est: sed alio loco citra causam expeditionis.
f *dixi ad l. 18. s. de episcop. audientia.* quod iterũ retractare non piget. Quæri enim merito potest, cur in suis sedibus vel ędibus (Ædes enim veræ militum, fossata, stationes castra ipsa) priuilegio militari non fruantur: aut cum in illis sunt, abesse Reipublicæ causa dicentur? eo magis quod vix vel in illis locis cõstituti priuilegio militari fruantur, exiguo tamen admodum tempore, beneficium militare duraturum sit, si in momentũ solũ expeditionis & procinctus tempus extendatur, neque ad stationũ militarium tempus porrigatur. Denique nulla mihi videtur ratio, vt cùm in suis sedetis vel hybernis, sunt (en garnison) priuilegio spolientur. cùm vel eo tempore spatio annonas militares accipiant *l. 18. s. de episcopali audientia: l. 2. Cod. Theod. de domesticis & protectoribus lib. 6. tit. 24.* vt mihi suspitio magna & iusta sit hic & in *l. vlt. s. de restitut. militum.* (vbi hæc constitutio totidem verbis repetitur.) & versic. illis autem temporibus: & apud Theoph. Instit. de militari testamento, legendum, milites non iuuari: eos iure denique militari in testando frui cũ citra expeditionis necessitatem, in aliis locis quàm in suis ædibus εἰ μὴ ἐν τοῖς λεγομένοις σεδέτοις degunt: vt loco τῶ vel legamus εἰ μὴ, id est, quàm. Quod & Theophilus satis indicat, cum sedeta exponit, ἔνθα διάγειν αὐτοῖς ἀνάγκη loca in quibus milites agere necesse sit. Quid quod vix à paganis different milites si in expeditione tantum militari eo beneficio fruerentur: cum pagani ipsi in expeditione etiam iure militari testari possint *l. vlt. D. de testam. milit.* propter intermortuam propter memoriam legum, & ceterarũ disciplinarum. vt defendi merito posse videatur cum milites in ædibus suis positi, hoc est, fossatis, stationibus & castris, militares annonas accipiunt & necessario abesse dicantur, ibidem eos iure militari testari posse, præscriptionem aduersus eos non currere, restitutionis beneficio dignos esse, vt à paganis vel in eo differant, néve beneficium militare ad id tantum tempus referatur quo in procinctu & expeditione sunt, quod nimio plus cõpendiosum esset. & alioquin placet quod à Baldo notatum est. *l. vlt. s. de restit. milit.* militiam nudam ac solam, non prębere beneficium restitutionis in integrum, sed occupationem: occupationem, inquam, circa res militares: quarum pars apertissimè est, in hybernis, stationibus, sedetis, sedibus seu ædibus, castris denique ipsis & fossatis excubatione atque mora.
g Pręscriptio longi temporis excludit non tantum in rem actionem sed & hypothecariam *vt hic. l. vlt. vers. sancimus s. de præscript. longi tempor. l. 7. l. vlt. s. de obligationibus & actio. l. 19. j. de euiction.*
h Extraneus pignoris possessor, titulo & bona fide pignus longo tempore potest pręscribere: personali contra debitorem manente. Debitor verò hæresve eius *vt hic. & l. 2. j. eo.* pignus non pręscribit etiam longo tempore.
i *v. l. 1. s. eodem.*
k Donatarius longo tempore pignus potest præscribere. l Personalis actio non competit aduersus extraneum pignoris possessorem: sed hypothecaria.
m *50. Eclog. 13. v. Cuiac. c. 23. de præscript. & 5. obs. 30.*
n Vacantium bonorum persecutionem fiscus quadriennij silentio amittit *vt hic: & l. 6. §. 7. D. si quis omiss. caus. l. 18. D. de vsuc. l. 10. D. de diuers. & temp. præscr. l. 1. §. 2. D. de iure fisci.* Præscribimus quadriennio rem fisci aduersus ipsum fiscum. Rem fisci, putà res vacantes, quæ Græcis πράγματα σχολάζοντα. *Syn. 50. tit. 13. c. 1.*

uendam, qui quoquo modo aut titulo easdem res possederint.

Qui rem alienam emit à fisco illam vendente vt propriam, vel qui eam consecutus est à principe vt fiscalem, non potest à dominis nec ab aliis ius in re prætendentibus inquietari. Salyc.

2. Imp. *Zeno*[p] A. Æneæ comiti rerum priuatarum.

OMnes qui quascunque res mobiles, vel immobiles, seu se[q] mouentes, vel in actionibus, aut quocunque iure constitutas, à sacratissimo ærario[r] comparauerint[s], eos quinetiam quibuscunque res mobiles, seu immobiles, seu se mouentes, aut in actionibus, vel quocunque iure constitutæ, munificentiæ[t] principalis nomine datæ fuerint: omnibus pariter priuilegiis quæ ex diuinis sanctionibus inclytæ recordationis Leonis & nostræ pietatis super certis patrimoniis antea emptores consecuti sunt, perpotiri || sancimus: || & ita cunctos huiusmodi beneficiis seu priuilegiis perfrui, tanquàm si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc, vel postea data fuisset huiusmodi dispositio: nec[u] posse contra emptores prædictarum rerum factos eam, || vel futuros, || vel contra eos quibus super huiusmodi rebus largitas nostra delata est vel fuerit, aliquas actiones in rem[x] dominij vel hypothecæ[y] gratia vel in personam[z] ciuiles, seu prætorias, vel ex legibus seu sacratissimis constitutionibus descendentes, vel quaslibet aliàs (licèt [a] nominatim præsenti sanctione non sint comprehensæ) moueri: data volentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum ærarium si quas sibi competere actiones existimant, exercere: ita tamen, vt post elapsum quadriennium, nec[b] sacratissimum fiscum licere sibimet quibuslibet actionibus pulsare cognoscant.

1 ¶ Ad hæc fiscalium rerum emptoribus cum ratione iustitiæ consulentes, iubemus quoties competens scriniũ[c] gestis interuenientibus, distractarum rerum pretia sese deposuerit suscepisse: minimè post huiusmodi solutæ pecunię depositionem emptores quasi non numeratis pecuniis molestari, vel necessitatem iisdem emptoribus imponi (licèt non solennem consecuti fuerint securitatem) soluta fuisse pretia probare. Sed cum sit in arbitrio pretia suscipientis, minimè deponere, sese, quod non acceperit, suscepisse: ita conuenit nec emptores plenissimam ex huiusmodi depositione super pretij solutione securitatem consecutos, vllum (sicut dictum est) vlterius probationis grauamen penitus formidare.

3. Imp *Iustinianus*[d] A. Floro comiti rerum priuatarum, & curatori dominicæ[e] domus, & Petro viro illustri curatori diuinæ domus serenissimæ Augustæ, & Macedonio viro illustri curatori & ipsi dominicæ domus || serenissimæ Augustæ. ||

Fiscus vel procurator Cæsaris non tenetur de euictione promittere. Salyc.

BEne à Zenone[f] diuæ memoriæ fiscalibus[g] alienationibus prospectum est, ne[h] homines qui ex nostro ærario donationis vel emptionis, vel cuiuslibet alienationis titulo quicquam accipiunt, si quid circa contractum contrarium emerserit, vel euictionis, vel alterius inquietudinis gratia, ad dominium, vel hypothecam respiciens, aliquod sustineant detrimentum: sed aduersus emptores quidem, vel donationem accipientes, vel per alios titulos alienationis quicquam detinentes, minimè quæcunque actiones moueãtur: sed tantummodo contra ærarium vsque ad quadriennium tantùm: quo transacto neque

o Qui bona vacantia ex beneficio principis promeriti sunt, statim domini fiunt & securi aduersus fiscum *Eclo. d. loco.*
p Huius constitutionis meminit Iustinianus *§. 13. versi. constitutio autem diuæ memoriæ Zenonis instit. de vsucapion. author Synop. 19. tit. 13. ex lib. 10. tit. 23. c. 5.*
q *v. leg. 93. D. de ver. sign.*
r De his qui emunt à fisco agitur hac lege, vt & sequenti de his qui emũt ab Augusto vel principe, aut eorum procuratoribus.
s si quis rem alienam à fisco emerit.
t si cui res aliena à fisco fuerit donata.
u Qui rem alienam à fisco cõparat, aut quouis alio titulo habet, statim securus est aduersus dominum, vel creditorem hypothecariũ. Olim necessaria erat ei præscriptio quinquennij ex edicto diui Marci *vt. l. 5. s. si aduers. fisc. 3. Harm. 3. §. 95. Synop. illo c. 5.* dabatur quoque vtilis actio *l. 13. §. 9. D. de petit. hered.* At enim dices etiam hodie emptores conueniri *l. 1. s. de heredit. vendit.* Quidam putant hîc præscribi aduersus dominium & hypothecarias actiones non aduersus æs alienum. Putarim dictam legem primam abrogari. Nam si hîc præscribuntur hypothecariæ, ęs alienum vtique præscribitur. Quid enim aliud hypothecarij creditoris persecutio, quàm æris alieni actio. Quid fiscus, mox dicetur.
x Actio in rem dominium vel hypothecam persequitur.
y seruiana *§. vl. Inst. & ibi Theoph. de vsucap.*
z Actiones in personam sunt vel ciuiles vel prætorię, vel ex legibus vel constitutionibus descendunt.
a *vide Cuiac. 10. obs. 17.*
b Post quadriennium quam fiscus rem alienam distraxerit, vel donauit, dominis & creditoribus in fiscum denegatur actio.
c Confessio procuratoris fisci inter scripturas de recepto repertas, statim fisco præiudicat.
d *§. vlt. vers. Nostra autem constitutio instit. de vsucap.*
e si quid princeps vel Augusta ex sua domo aut priuata substantia, & dominicis rebus aliquid alienauerit.
f *l. 2. s. eodem.* g Pertinet enim d. lex 2. ad factas à fisco alienationes.
h Emptori auferi non potest res aliena ei à principe vel fisco vendita. *vt hic.* Quid si princeps inferior & recognoscens superiorem vendidit? aliud dicendum, nisi in territorio suo regalia & iura fiscalia exerceret: multo magis, si non recognoscat superiorem, & iura regalia & fiscalia possideat, tempore cuius non exstet memoria. *ca. super de verb. signif.* Quid si princeps mala fide vendidit: vt quia sciuit rem esse alienam? superiorem sententiam locum habere non putat Bartolus *in leg. vltim. supra si contra ius*: vt & quoties res Ecclesię vel minoris vendita est à fisco: hîc enim datur restitutio *Gloss. 12. quæst. 2. cap. quousque: leg. 1. s. si aduersus fiscum.* Idem putant si princeps alienauit, non tamen tradidit *Bald. in cap. 1. in fin. de noua forma fidelitatis.* vide Socinum *reg. 342.*

a Idem locum habet in principibus inferioribus superiorem non recognoscentibus *v. Roland. à Vall. 1. consi. 29. nu. 17.*

b Obserua quibus de rebus hac constitutione agatur.

c dixi de ea sententia ad Nouell. 105. *cap. 2. §. 4. circa finem.* vt breuiter interea notemus, Nihil hîc aliud dici, quam quòd omnia tam fiscalia quam patrimonialia (de his enim tãtum hac lege agitur) principis esse intelligantur: aliàs quæ quisque priuatus possidet, principis sunt nudo imperio, non dominio. Scitè Tertullianus *lib de Idololatria* hanc ferocem sententiam ita eludit: Quid erit, inquit, Dei, si omnia Cęsaris?

aduersus fiscum aliqua remaneat actio. Sed scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus grauiter obseruari: sed non simili modo rem fuisse obseruatam circa eas res quæ à sacratissimis imperatoribus[a], non à fiscalibus rebus, sed ex priuata[b] eorum substantia procedunt. quod satis irrationabile est. Quæ enim differentia introducitur, cum omnia[c] principis esse intelligantur siue ex sua substantia, siue ex fiscali fuerit aliquid alienatum. Eodémque modo & si à serenissima Augusta[d] aliquid alienetur, quare non eadem[e] vtatur prærogatiua: sed curatores nostri, per quos solemus substantiam nostram gubernare, necesse habeant in venditionibus rerum & euictionem[f], & alia quæ sunt priuatæ vtilitatis pacta, emptionalib. instrumentis addere, vel quasdam tales obligationes in alienationum instrumẽtis agnoscere, vel in permutationibus vel in transactionibus, si & hoc fuerit celebratum: hoc enim est eorum qui nec maiestatem imperialem agnoscunt, nec quantum inter[g] priuatam fortunam & regale culmen medium est, & qui nostros curatores per quos res diuinarum domuum aguntur, aliquibus iniuriis vel damnis afficere conantur. Quæ omnia resecantes, per hanc generalem & in perpetuum valituram legem sancimus[h] omnes alienationes de aula procedentes, siue à nostra clementia, siue à serenissima Augusta coniuge nostra, siue ab his qui postea digni fuerint nomine imperiali, siue iam alienatum quiddam est, siue postea fuerit: sine omni inquietudine permanere, siue res eis per nosmetipsos, siue per procvratores (ex epistalmate[i] tamen nostro) fuerint adsignatæ. Et nemo audeat eos qui res accipiunt per quemcunque titulum alienationis, siue mobiles, siue immobiles, seu se[k] mouentes, vel iura incorporalia vel panes[l] ciuiles, iudiciis adficere, vel sperare aliquam contra eos esse sibi viã apertam, sed omnis aditus præcludatur, omnis motus & spes huius petulantiæ. Sed aduersus domos nostras habeãt intra quadriennium tantùm secundùm imitationem fisci, quas existimant posse sibi competere actiones in rem, vel hypothecariam: vt ex nostra iussione[m] causa moueatur, & competentem mereatur effectum. quod si quadriennium fuerit emensum: nec aduersus domum nostram habeat quis quamcunque actionem. Quia igitur multa scimus tam nosmetipsos, quàm serenissimam Augustam coniugẽ nostrã variis personis iam donasse, & vẽdidisse, & per alios titulos adsignasse, & maximè[n] sacrosanctis ecclesiis, & xenonibus, & ptochotrophiis, & episcopis, & monachis, & aliis innumerabilibus personis: & eandem liberalitatem ex nostra substantia siue serenissimæ coniugis nostræ esse cõfectam: sancimus etiam eos firmo iure habere quod consecuti sunt: ita vt contra illos quidem nulla moueatur actio: intra quadriennium autem ex præsenti die numerandum pateat omnibus aditus contra nostras diuinas domos suas actiones super eisdem rebus mouere, scituris quòd præfato quadriennio finito, neque aduersus domos nostras aliquis eis reseruetur regressus. Cum enim multa priuilegia[o] Augusta fortuna meruit, & in donationibus[p] sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus, & super rebus quas pro tempore serenissimus princeps diuinæ Augustæ constante[q] matrimonio donauerit, vel ipse à serenissima Augusta per donationis titulum consequatur, vt maneat illico donatio plena, nullo alio confirmationis tẽpore expectando: ita & hoc videatur imperiale esse priuilegium. Qui enim[r] suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctúque laborant, quare non habeant dignam sua prærogatiua fortunam? Quæ ergo pro Augustæ honore, & cautela res accipientium, nostra statuit æternitas, hæc tam sublimitas tua quàm cæteri omnes iudices nostri obseruare festinent, ex eo tẽpore valitura: quo nutu diuino imperiales suscepimus infulas. Dat 5. Kal. Dec. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 532.

d *l. 31. D. de legibus. l. 6. in fin. D. de iure fisci.*

e Imò non eadẽ vtitur *l. 56. & 57. D. de legat.*

f Curatores vel procuratores rerum principis, non cauent de euictione rerũ à principe distractarum: & meritò, cùm emptores statim securi sint *l. 13. s. de non numerata l. 2. j. de discussoribus, l. 11. D. de susceptoribus.*

g Magnum medium est inter priuatam fortunam & regale culmen.

h Obserua regulam.

i i. iussu. Possis legere *epitagmate.*

k *v. l. 39. D. de verb. sign.*

l de quibus aliàs dixi.

m Priuatus aduersus fiscum litigaturus, ab eodem fisco (sicut libertus à patrono) veniam petere debet. *Bald. consil. 432. Barto. consi. 18. Romanus singulari 9.*

n Principes locis & personis religiosis maximè donare solent.

o Principes habent multa priuilegia.

p *l. 34. j. de donationib.*

q *leg. penult. supra de donat. int. vir. l. 7. s. de bon. quæ liberis.*

r Priuilegiorum causæ.

s i. principis priuatæ.

t *l. 2. j. eod.* Paganorum scilicet quæ fuerunt, nõ Christianorum. *l. vlt. j. de fund. patrimonialib. l. 6. j. de omni agro: & j. tit. de diuer. præd. vrban. & rust. temp. l. 1. C. Theod. de fide cathol.*

NE REI DOMINICAE[s] VEL TEMPLORVM[t] VINDICATIO, temporis præscriptione submoueatur.

u Serui liberti & coloni principis ab eius possessione recedentes, & ad aliquam dignitatem obrepentes, ad statum pristinum retrahuntur omni præscriptione semota. *vide leg. 2. s. comm. de vsucapionibus.*

x dominicis, reipublicæ: ita legunt veteres *Cuiac. 18. obseruat. 22.* Emphyteuticarij, dominici, id est, rei priuatæ.

y *v. l. 6. j. de operibus publicis.*

z hæc vox abest à veteribus libris, vti Cuiacius monet *hoc tit. & 18. obs. 22.*

a *l. 23. s. de rei vindicat. v. l. 1. in fin. j. tit. prox.*

b *l. 15. C. Theod. 10. tit. 1. l. 2. j. de fundis* & saltibus rei Tamiacæ.

c *v. Papon. 3. Notar. c. des lettres de fief. fol. de assignation. & l. 1. j. de annonis.*

d Incubare (vt & habere) est naturalis & ciuilis possessionis. Tenere, naturalis. Possidere ciuilis. In malam verò partem incubare, est mala fide possidere. & Seruio rectè tyrannus, incubator imperij qui & subsessor. Rex possessor Augustin, *homil. 30.* Nec erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas *v. quæ notaui d. l. 38. ff. de peculio: & Cuiac. ad d. l. 38. & 8. ad African. fol. 166.*

e *IIII. d. l. 1. C. Theodos.*

f *50. Eclog. 14. 15. v. Cuiac. 30. de præscript. & 9. obseruat. 24.* Huius præscriptionis author fuit Theodosius Magnus No. Valent. & Theodosij de xxx. ann. præscript. in qua hoc ius Valentinianus tribuit patri suo. ne alioquin colligas Theodosio patri, id est, antecessori *v. l. vlt. s. de edendo.* His an contraria sit lex 1. 2. *j. eo.* vide quæ dicam ibidem: quam pręscriptionis legẽ Cassiodorus *lib. 5.* vocat patronã humani generis *Sidonius lib. 8.* omnem litem ea aboliri *v. Procop. 1. & 3. de bello VVandal. Suidam in prisco Emiseno.*

Tit. XXXVIII.

1. Impp. *Valens & Valentin.* AA. ad Probum præfectum prætorio Galliæ.

SAEPENVMERO præceptum est, vt serui[u] atque liberti, colonique præterea rei nostræ, necnon etiam eorum soboles, ac nepotes, quicunque de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diuersa militiæ genera contulissent: cingulo in quod obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, nostro patrimonio reddantur.

2. Imppp. *Valentin. Theodos. & Arcad.* AAA. Dextro comiti rerum priuatarum.

VNiuersas terras quæ à colonis siue emphyteuticariis dominici[x] iuris, reipublicæ[y], vel iuris sacrorum[z] templorum, in qualibet prouincia venditæ vel vllo alio pacto alienatæ sunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente iubemus restitui: ita vt nec[a] pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Dat. 5. Nonas Iul. Constantinop. Valent. A. IIII. & Eutropio Conss. 387.

Deminutio census soliti ad modum consuetum reducitur, rescripto obtento illicito non obstante.

Iaco. But.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. ad Paulinum com. dominicæ rei.

SI qua[b] vnquam loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit: secundum veteris census fidem in sua iura retrahantur. Rescripta[c] igitur obreptionibus impetrata, cum præscriptione lõgi temporis, & noui census præiudicio submouebit auctoritas tua: atq; ita omnia suo corpori, quæ sunt auulsa, restituet. neque enim incubatio[d] diuturna, aut nouella professio, proprietatis nostræ priuilegium abolere poterit. Dat. 5. Kal. April. Arcadio V[e]. & Honor. III. AA. Coss. 396.

DE PRAESCRIPTIONE xxx.[f] vel xl.[g] annorum.[h]

Tit. XXXIX.

1. Impp. *Diocl.*[i] *& Maxim.* AA. Arianæ.

CVM adseueres te absente, eos qui oculos[k] prædiis tuis imposuerant, operam dedisse vt annonariæ[l] collationis prætextu, vili pretio ab officio prædidali prædia tua distraherentur: si legitimi[m] temporis spatium ex venditionis die fluxit: qui prouinciam regit, inter vos cognoscet: & quod publico iure præscriptum est, statuet. Sin autem nondum ex die publicę venditionis legitimum[n] tempus transmissum sit: iudex examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictauerit, sequetur, non ignarus si iniustam esse emptionem perspexerit, pretium quod pro vitioso contractu datum est, secundùm principalium statutorum tenorem malę fidei emptoribus restitui[o] non oportere.

2. Imp. *Valens*[p] *& Valent.* AA. ad Volusianum P.P.

MAlè agitur cũ dominis prædiorum, si tanta precario[q] possidentibus pręrogatiua defertur, vt eos post[r] quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare nõ liceat: cum lex Cõstantiniana iubeat ab[s] his possessoribus initium nõ requiri, qui[t] sibi potius quàm alteri possederũt. Eos autẽ possessores non couenit appellari, qui ita tenẽt vt ob hoc ipsum solitã debeãt præstare mercedẽ. Nemo igitur qui ad possessionem cõductor[x] accedit, diu alienas res tenẽdo, ius sibi proprietatis vsurpet: ne cogantur domini aut amittere quę locauerũt, aut coductores vtiles sibi fortassis excludere: aut annis omnibus super dominio suo

g *Eclog. d. loco. Cu. c. 31. de præscriptionib.* Author præscriptionis 40. annorũ Anastasius *l. 4. 5. 6. j. v. tamẽ l. 1. & 2. j. eo.* Quin Basilius Porphyrogenneta vetat inopes damno à potentioribus affectos repelli pręscriptione 40. annorum 1. *Harmen. 3. §. 75.*

h de centum annorum præscriptione *v. Nou. 9. Cui. ca. 34. de præscriptionibus.*

i Superius dixi Theodosiũ magnum authorẽ fuisse pręscriptionis xxx. annorum: Anastasium xl. Si ita est, quo iure hęc constitutio de pręscriptione 30 vel xl. annorum ad Diocletianũ pertinebit? Iustinianus hoc legitimum, seu longum tempus inflectit ad triennium *v. Cuia. 18. obs. 27.*

k Oculos prædiis alienis hic imponit, qui captata occasione absentię debitoris, cõtra legem interdicti emit viliore pretio in fraudem fisci & debitoris fiscalis. Ab huiusmodi emptore, dominus intra longum tempus *l. 7. j. de agricolis & censit.* (quod hic inflectitur ad triennium) prędia sua vindicare potest, ne quidem restituto etiã pretio.

l Fundus ob tributa non soluta venditus, si omissę fuerint solennitates, vindicari potest, nisi triennio sit pręscriptus.

m i. longi temporis, *Cuiac. d. loco.*

n *dixi ad l. 23. s. de rei vind. adde l. 7. s. ad Velleian. l. 2. j. si vendit. pign. l. 16. in fin. j. de euictionib.*

o *v. l. 1. s. de vsucap.*

p Hæc lex fuit de præscriptione sexaginta annorum, quæ à Iustiniano hîc inflectitur ad præscriptionem 40. annorum vt mox dicam.

q Præscribere annis quadraginta rem non potest qui eam precario possidet.

r Præscriptio 40. annorum, de qua hîc agitur, introducta fuerat constitutione Constantini, cuius pars restat in lege vltima, *infra de longi temporis præscriptione, quæ pro libert.*

s Præscriptione 40. annorum rem adquirit, qui eam rem sibi non alteri possedit.

t Conductores rem non sibi sed alteri possident.

u Possidens alij, sibi non præscribit *leg. 7. § . 11. ff. commun. diuid.*

x Præscriptionem nullam temporis obiicere possunt, qui tanquam cõductores possident: qui non sibi sed aliis possident. *Synop. Basil. 50. tit. 15. cap. 4.*

pu-

a Theodosius & Arcadius ita legendum esse monet Cuiacius *c. 30. de præscriptionibus*: Theodosius A.A.P.F.P. *leg. 1. Cod. Theodos. de act. certo tempore finiendis*: Arcadius & Honorius *Haloand.*

b Iunior scilicet, non Theodosius magnus. cuius constitutionem non habemus *Cuiac. hic. l. 18. obs. 26.* Est enim præscriptionis quadraginta annorum author Theodosius magnus, vt sæpius dixi.

publicè protestari. Dat. 8. Kal. Aug. Valentin. & Valent. AA. Coss. 365.

Omnes actiones quæ minori tempore non sunt limitatæ, triginta annorum præscriptione tolluntur. Salyc.

3. Imp. *Honor.* [a] *& Theodos.* [b] AA. Asclepiodoto PP.

SIcut [c] in rem speciales, ita de [d] vniuersitate, ac personales actiones vltra triginta annorum spatium minimè protendantur: sed si qua res, vel ius aliquod postuletur, vel persona qualicunque actione vel persecutione pulsetur nihilo minus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda. ¶Eodem [e] etiam ||iure|| in eius persona valente, qui pignus vel hypothecam non à suo debitore, sed ab alio ||per longum tempus|| possidente nititur vindicare. ¶Quæ ergo antea non motæ sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex [f] quo iure competere cœperunt, viuēdi [g] vlterius non habeant facultatem: nec sufficiat precibus [h] oblatis speciale quoddam (licèt per annotationem) promeruisse responsum, vel etiam ||in|| iudiciis allegasse: nisi allegato sacro rescripto, aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta ||per executore|| conuentio: non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari ætate duntaxat [i] (quamuis sub tutoris defensione consistat) huic eximenda sanctioni. Nam [k] cùm ad eos annos peruenerint qui ad solicitudinem pertinent curatoris, necessariò eis similiter vt aliis annorum triginta interualla seruanda sunt. ¶Hæ [l] autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ videbantur, non illæ quæ antiquis temporibus limitabantur. ¶Post hanc verò temporis definitionem nulli mouendi vlteriùs facultatem patere censemus, etiam si se legis ignorantia [m] excusare tentauerit. Dat. 8. Kal. Decemb. Constantinop. Victore & Symmacho Coss.

Omnes actiones etiamsi ius publicum concernant, quæ triginta annis vel paucioribus non tolluntur, quadraginta annis excluduntur. Salyc.

4. Imp. *Anastasius* [n] A. Matroniano præf. præt.

OMnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales [o] exceptiones quæ ex vetere iure, vel ex principalibus decretis descendūt, tanquam si per hanc legem specialiter ac [p] nominatim fuissent enumeratæ, cum suo robore durare, & suum cunctis quibus competunt, vel in posterum competere valuerint, pro suo videlicet tenore præsidium in perpetuum deferre decernimus. Quicquid autem præteritarum præscriptionum vel verbis vel sensibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valituram legem sancimus [q], vt si quis contractus, si qua sit actio quæ cum non esset expressim supradictis temporalibus præscriptionibus concepta, quorundam tamen vel fortuita [r] vel excogitata [s] interpretatione sæpe dictarum exceptionum laqueos euadere posse videatur: huic saluberrimæ nostræ sanctioni succumbat, & quadraginta annorum curriculis proculdubio sopiatur, nullúmque [t] ius priuatum vel publicum [u] in quacunq; causa, vel quacunque persona [x], quod prædictorum quadraginta annorum extinctum est iugi silentio, moueatur: sed quicunque super quolibet iure quod per memoratum tempus inconcussum, & sine vlla re ipsa illata iudiciaria contentione possedit, supérque sua conditione [y] qua per idem tempus absque vlla iudiciali sententia simili menitione potitus est, vt liber, & præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus. Datum 4. Kalend. Constant. * Olyb. V. C. Coss.

5. Idem August. ad Thomam præfectum prætorio per Illyricum.

PRæscriptionem quadraginta annorum ab his qui ad curialem [z] conditionem vocantur, opponi non patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli sancimus. Sacra etenim nostræ pietatis lex de aliis loquitur cōditionibus, nec anterioribus constitutionibus, per eandem nouellam legem derogatur, quæ manifestissimè curiales & liberos eorum, explosis temporalibus præscriptionibus, patriis suis reddi præcipiunt.

Prædium tributarium potest præscribi quo ad dominium, sed non quo ad canonem debitum ex eo persoluendum. Salyc.

c Actiones in rem, personales, & mixtæ tolluntur triginta annis, *v. Cuiac. c. 3. de præscript.*

d quæ περὶ ὁμάδος: vt in rem ἰδικαὶ *Syn. Basi. d. tit. 15. c. 5.*

e Præscriptio igitur 30. & ann. 40. non currit aduersus pupillos sed adultos.

f *l. 1. in fin. j. de annali except.*

g Actiones viuere dicuntur. Actionibus sua vita est.

h *l. 2. §. quando libell. princip. oblat.*

i Præscriptio triginta annorum non currit aduersus pupillos, etiamsi currat aduersus minores 25. annis, *v. tamen l. 3. §. quib. in caus. restit. in integ.*

k Pignus & hypothecam à tertio possessore creditor auocare non potest, post longum tēpus *vt hic. Syno. Ba. d. c. 5. v l. 7. ff. eod.*

l Præscribuntur triginta annis hę actiones, quę olim perpetuæ erant: non quæ antiquis tempor. circumscriptæ.

m Iuris ignorantia nocet, id est, non prodest, *v. Cui. 50. obs. 39.*

n Anastasius author præscriptionis 40. annorū *vt hic, & l. 5. 6. j. eod.*

o quæ scilicet 30. annum non excedebant.

p *vt l. 2. §. de quadrienny præscrip.* Clausula derogatoria statutorum

q Præscribitur annis quadraginta omnis actio, quę praua quorundam interpretatione annis 30. non est extincta. *vt hic. Sy. d. tit. 5. c. 6. 1. Harmenop. 3. §. 74.*

r Gręci τυχοῦσαν, i. qualemcunq; appellant.

s Excogitata interpretatio, subtilis calumniosa.

t inde colligūt, Malæfidei possessorem iure ciuili prescribere.

u *l. vl. j. de fund. patrimonialibus l. vl. j. de fund. rei priuat. excipe tributorum causam l. 6. j eodem.* excipe publicas collationes seu functiones, vt quibus nulla temporis præscriptio obiiciatur *l. 6. j eod.*

x vt si quis dicatur esse cohortalis *l. 12. j. de cohortalibus*: seruus naulcularius, fabricensis, metallarius, murilegulus, gynecarius vel alterius cuiuscunque conditionis.

y Prescribitur status controuersia, annis 40. *vt hic. Synop. d. cap. 6. 1. Harmenopul. 3. §. 56.*

z Curialis reuocatur ad suam curiam, nihil eum iuuante prescriptione quadraginta annorum *vt hic: & leg. 55. j. de decurionib. v. No. Maioriani de curialib.* a *l. 4. §. eo.*

b Præscribi 40. annis publicæ functiones (quas Gręci δημοσίας συντελείας καὶ πολιτικὸν κανόνα appellant) nō posūt. *Sy. d. c. 6. in fin. 1. Harm. 3. §. 58. & 74. & 2. titul. 1. §. 52.* Imò possunt pręterita tributa non exacta præscriptione 40. annorum adquiri. *l. vlt. j. de fundis patrimonialibus: Scholiastes Synopseos d. cap. 6. 1. Harmenopul. 3. §. 57.* Distinguenda præterita à futuris: Nam futuri temporis functiones possunt etiam exigi post 40. annos, nisi fuerint possessori à principe donatæ. *Scholiastes illo loco.*

6. Idem A. Leoni P.P.

COmperit nostra serenitas quosdam sacratissimam nostræ pietatis constitutionē [a] quæ de annorum quadraginta loquitur præscriptione, ad præiudicium etiam publicarum [b] functionum solutionis trahere conari, & si quid per tanti vel amplioris temporis lapsum minimè, vel minus quam oportuerat tributorum nomine solutum est, nō posse requiri, seu profligari contendere: cùm huiusmodi conamen manifestissimè sensui propositóque nostræ legis obuiare noscatur: ideóque iubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri: functiones [c] autem, seu ciuilem canonem, vel aliam quampiā publicam collationem eis impositam dependere [d] compelli, nec huic parti cuiuscunque temporis præscriptionem oppositam admitti.

Actioni hypothecariæ ab extraneo possessore triginta annis præscribitur. Bart.

7. Imp. *Iustinus* A. Archeloo præfecto præt.

CVm notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos [e] quidem supposite rei detētatores annorum triginta finiri spatiis [f], si nō interruptū erit silentiū vt lege cautum est, id est, etiam per solam conuentionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur, in ipsos verò debitores, aut heredes eorum primos vel vlteriores nullis expirare lustrorum cursibus nostræ prouisionis esse perspeximus hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi propè immortali timore teneantur.

1 ¶Quamobrem iubemus hypothecarum [g] persecutionem quæ rerum mouetur gratia vel apud debitores consistentium, vel apud debitorum heredes, nō vltra quadraginta annos ex quo competere cœpit, prorogari [h], nisi conuentio [i], aut ætas (sicut dictum est) intercesserit: vt diuersitas vtriusque rerum persecutionis quæ in debitorem, aut heredes eius, quǽque mouetur in extraneos, in solo sit annorum numero: verùm in aliis omnibus ambæ similes sint: in actione scilicet personali his custodiendis: quæ prisca constitutionum sanxit iustitia.

2 ¶Sed cùm illud etiam in forensibus controuersiis vētilabatur, an creditor anteriora iura prætendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam vltra triginta annos inquietare, vtpote imaginem [k] debitoris obtinentem, eíque possidentem, necessarium duximus & hoc dirimere. Et sancimus [l], donec [m] communis debitor viuit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum pręscriptioni: quia dum ille viuit, meritò anterior creditor confidit, vtpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit, ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem meritò posse triginta annorum opponere præscriptionem: & secundum hanc distinctionem cōputationem temporum adhibendam, vt ex persona quidē sua posterior creditor triginta annos, ||per|| quos ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin autem coniungere voluerit suæ possessioni quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus quo viuente debitore vel ipse creditor, vel communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor creditorem repellere poterat, hoc se possedisse ostendat.

3 ¶Eodem iure pro temporum computatione obseruādo, & si posterior creditor anteriori creditori offerre [n] debitū paratus est, & is creditor lōgæuam possessionis præscriptionem ei opponere conatur. 4 ¶Illud autem plus quā manifestum est, quod in omnibus contractibus in [o] quibus sub aliqua conditione vel sub die vel incerta stipulationes & promissiones vel pacta ponuntur, post cōditionis exitū, vel post institutæ diei certæ vel incertæ lapsum, prescriptiones triginta vel quadraginta annorum, quæ personalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Vnde euenit, vt [p] in matrimoniis, in quib. redhibitio dotis [q], vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis vel repudij differri solet, post cōiugij dissolutionē earūdē curricula prescriptionū personalibus itidē actionibus vel hypothecariis opponendarum initium accipiant.

c Lex 4. §. eodem. qua dictum fuit iuri publico quadraginta annis prescribi, non pertinet ad publicas functiones *vt hic*: sed ad possessiones & dominia §. *eod.* sed tamen Cuiacius *c. 31. de præscript.* notat ex Theodoro & Accursio & ex *l. vl. j. de fundis rei priuatæ*, Eum qui sine Canone agrum principis acceperit, & quadraginta annis possederit, nullo canone soluto, nec de agro nec de fundo conueniri posse.

d *l. 2. §. comm. de vsuc.*

e Hypothecariam creditor mouere potest intra 40. annos aduersus debitorem: intra decem vel viginti, aduersus extraneos bona fide possidentes: intra 30. si mala fide possideant. *Syn. Bas. 50. ti. 15. c. 7. Scholiast Synop. 6. tit. 6. ex li. 5. ti. 2. c. 7. 1. Harmen. 3. c. 63.*

f *dic vt j. eo. §. 1.*

g Ius hypothecę 40. annis præscribitur *vt hic.* & ita citius perit personalis quam hypothecaria.

h Hypothecaria prescriptio conuentione vt & ætate impediri potest.

i ὄχλησιν vocant Græci interruptionem *Syno. d. c. 7.*

k Posterior creditor rē pignoratā priori creditori tenens, imaginem principalis debitoris obtinet.

l Quanto tēpore secundus creditor rem priori creditori pignoratam tenēs præscribat aduersus priorem *adde VVurms. 1. pract. 28. c. 3.*

m Hypothecariā actionē secūdus creditor hypothecā tenens, aduersus primū creditorē, hoc est, aduersus creditorē priorē tēpore, seu à quo tēpore superatur, prescribere 40. annis potest, donec cōmunis debitor viuit: 30. annis verò, debitore mortuo. *Syn. & Schol. Harm. dictis locis.*

n Ius offerēdi prescribitur 40. annis: *adde l. vl. j. de his qui in prior. credit. locū.*

o Prescriptio in obligationib. cōditionalib. & in diē, incipit currere adueniente cōditione vel die. *vt hic.* i. postquā cōditio extitit, & dies lapsa est. *Sy. Bas. d. c. 7.*

p Prescriptio dotis & donationis propter nuptias, mulieri currere incipit post coniugij dissolutionem. *Synop. d. cap. 7.*

q *leg. 30. §. de iure dot. leg. 43. in fin. D. de iure dot.*

a Præscriptio non opponitur ei qui sine vi res sibi pignoratas tenet *vt hic. Syn. d.c.* 7. Quid si debitor secundam cautionem exposuerit ad debitum suum recognoscendum? præscriptionis tempus rursus interrumpit.
b *l.5.C.de exceptionibus.*
c Per adprehensionem rei obligatæ interrumpitur præscriptio. d quæ ὄχλησις Græcis *vt dixi* C.
e Litis contestationem imitatur detentio.
f *l.18. §.1.D.de constituta pecunia.*
g Iteratam cautionem Græci vocant γνωσιμαχικὴν ἀσφάλειαν. Ac similiter in *l.4. de aduocat. diuer. iudic.* apud patronum fisci fieri acta τῆς γνωσιμαχήσεως. *v. Cui.13. obs.4.* Debiti noua cautione interrumpitur præscriptio.
h nec debitoris, sed ne sub accusatione moræ fiat. ita legit Cuiac. 18. *obs. 21. in fin.*
i debitoris *Cui. d.loco.*
k moræ *Cuia. d. loco.*
l In obligationibus annuis vel menstruis, non initium obligationis, sed cessationis inspicitur: hoc est, in annuis legatis, cōputatur tempus, non ex quo relicta fuerint, sed ex quo instituta fuerit actio: quæ quidem in singulos annos nascitur *Syn. d.c.7. in fi.*
m Tenens vt emphyteuta vel colonus nō præscribit. *v.l.1.C.in quib. caus. cessat: l.1.C.commun. de vsucap.*
n *Synop. illo loco.cap.8.*
o Qui rem longo tēpore præscripsit, ius habet vindicandi.
p De exceptione præscriptionis. *v. Oldend. c. 43. de exceptionibus.*
q *l.1.ff.de public.*
r Nam si sponte sua rem possidere desierit, non amplius exceptionem habuerit *Schol.d.c.8.*
s Qui bonam fidem ab initio habuit, ius rei detinendæ & vindicandæ longissimo tempore præscribit. Vindicādæ, inquam, aduersus omnes, excepto domino & creditore. Malæ fidei possessor non præscribit aduersus dominum.
t Qui malam fidem ab initio habuit, non tantum ius retinendæ rei habet *vt hic*: sed & vindicandi certis casibus: putà à violento scilicet possessore. §. *2.C.eo.* & in casu *§.3.C.eod.*

5 ¶Immo & illud proculdubio est, quod si[a] quis eorum quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine[b] violentia tenuerit[c]: per hanc detentionem interruptio fit præteriti temporis, si minus effluxit triginta vel quadraginta annis: & multo magis quàm si esset interruptio per conuentionē[d] introducta: cum litis[e] contestationem imitetur ea detentio. Sed & si quis debitorum ad [f]agnoscendum suum debitum secundam[g] cautionem in creditorem exposuerit: tēpora memoratarum præscriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ scilicet innouata permansit tam in personalibus quàm in hypothecariis actionibus. Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui ne[h] sub accusatione creditoris[i] more[k] debitoris fiat, secundam in eum super eodem debito cautionem exposuit.

6 ¶In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos[l], vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est: nulla scilicet danda licentia vel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse: cum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico[m] res oporteat: vel conductori seu procuratori rerum alienarum dicendi ex quocunq; temporum curriculo non debere se domino volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere. Dat. Kal. Dec. Philoxeno & Probo Coss. 525.

Præscriptione longi temporis quæritur præscriptori ius rem vindicandi à quocunque possessore. Salyc.

8. Imperator *Iustinianus* Augustus Mennæ præfecto prætorio.

SI[n] quis emptionis, vel donationis, vel alterius cuiuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decē vel viginti annos possederit, & longi[o] temporis exceptionē[p] contra dominos eius, vel creditores[q] hypothecam eius prætendentes sibi acquisierit, posteáque fortuito[r] casu possessionem eius rei perdiderit: posse eum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere sancimus. hoc enim & veteres leges (si quis eas rectè inspexerit) sanciebant.

1 ¶Quod si quis eam rem desierit possidere, cuius dominus, vel is qui suppositam eā habebat, exceptione triginta vel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium non indiscretè, sed cum moderata diuisione ei præstari censemus: vt si quidem bona[s] fide ab initio eam rem tenuerit, simili possit vti præsidio: sin verò mala[t] fide eam adeptus est, indignus eo videatur: ita tamen, vt nouus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit, vel suppositam eā habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est: commodum detentionis sibi acquirat. Sin verò nullum ius in eadem re quocunque tempore habuit: tunc licentia sit priori domino, vel creditori qui nomine hypothecæ rem obligatā habuit, & heredibus eorum ab iniusto detentatore eam vindicare: non obstante ei quod prior possessor triginta, vel quadraginta annorum exceptione eum remouerat: nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorum ex eo tēpore computandorum, ex quo prior possessor qui euicit, ea possessione cecidit, exceptione munitus est. 2 ¶Sed hæc super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nam si quis violenter[u] eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine vlla distinctione eam vindicare.

3 ¶Sed & si quis non per vim, sed per sententiam iudicis eam obtinuerit, ea tantùm occasione quòd absens[x] prior possessor ad litem vocatus minimè[y] responderit, licebit ei ei & ad similitudinem cæterorum qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionémque suscipiendæ litis danti, eandem rem recipere, supérque ea cognitionalia subire certamina. ¶ ¶Exceptionem[z] etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus in quibus vsuræ[a] promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor vsuras minimè persoluit. D. 3. Id. Decemb. Constantinop. DN. Iust.

u Ob contumaciam possessoris malæ fidei actor missus est in possessionem rei. Intra annum potest malæ fidei possessor rem recuperare.
x De exceptione contumaciæ *v.Oldend.c.29. de exception.*
y *l.1.C.ex quib.caus.maior.* z *Syn.ibid.c.9.*
a Præscriptio vsurarum incipit currere ab eo tempore, quo deberi incipiunt.
b id est, debitores. c id est, motis *Syn.ibid.c.10.*
d Sortes humanæ multæ. *l.15.l.16.§.1.C.de vsufructu.*
e Cognitio nouissima, id est, vltima *v.No.60.c.2.*
f Per litis contestationem perpetuatur actio vsque ad 40. annum *v. Cuiac. c. 31. de præscription.* & *18.obs.29. adde l.1.C.de præscript.longi temporu.*
g Aliud ab initio tacere & ex postfacto. Paria non sunt ab initio nullam actionem mouere, & ad institutam continuandam casu impediri *adde Syn.d.c.10.*
h Actiones personales in Italia, præscriptione anni vtilis submouebantur. Hæc præscriptio à Iustiniano tollitur: vti paulo post plenius dicetur: adde *Syn.Bas.50.tit.15. c.1.* i dixi ad *44.D.3.*
k vel *vt l.1.versi.non itaque C.eo.Cu.hic.* l Annus triplex nobis obseruandus, vtilis, continuus qui & Constantinianus, Iustinianeus. Vtilis, vtilibus: vt continuis, continuis diebus constat: Iustinianeus, certis annis finit[9] est. vtiles dies dicebantur quibus quis experiri, atque agere potuisset: quib. talibus diebus 365. annis vtilis constabat *l.1. D. de diuersis & temporalibus præscr. l.11. l.5. D.ad l. Iul.de adult.l.5.C. ad l.Iul. de adulter.* sic cretionū dies seu cernendæ & adeundæ hereditatis, iis diebus cōstabat, quib. quis sciret poséetque. *Cicero 1.de oratore Vlp. in fragm.* Qua in dinumeratione anquisitio varia & anxietas summa occurrebat. Primum enim dies, quibus prætor, Iudéxque sedisset, suíque copiam fecisset acturis, distinguēdi erant à cæteris, vt & feriati à fastis, nephastis & intercisis. vt hæc constarent, quærebatur an actor, reusue potestatem eo tempore non habuisset, iuris sui persequendi siue id per prætorem non licuisset, siue per occupationes ꝓprias, morbi, iustæ absentiæ & similes. Nec enim sufficiebat prætorem sedisse illis diebus seu dies sessionū fuisse, (dies sessionum erant quibus prætor pro tribunali sedebat *l. 2.§.dies, D.qui ordo in bonorū possess.*) sed & præterea requirebatur actorem illis ipsis sessionum diebus agere potuisse, si id genus causa fuisset vt decretum & causæ cognitionem requireret: vt ea ratione dies vtiles, sessionum diebus non continuo adnumerarentur: vt percōtrarium adnumerabantur, si causa leuis ac de plano institui poterat. *l.miles. 11.§.60.6.D. ad leg. Iul.de adult.* vnde plerunq; fiebat, vt annus ille vtilis decennium fieret *ver. deinde C.eodem.* Hæc cum absurda essent Constantinus, in restitutionibus petendis & amittendis, pro vnico anno plures: pro vtili, continuos annos substituit: varios tamen, pro locorum & regionum varietate. Nam vbi 26. anni dies illuxisset, in integrum restitutionibus petendis, quinque annos Romæ: quatuor, in Italia: tres in prouinciis præscripsit, *l.2.C.Theod.de in integr. restitut. lib.2.tit.6.* verum superiora Iustiniano displicuere. Nam vbique locorum minoribus restituendis quadriennium constituit, dinumerandum ex die, ex quo dies vicesimus sextus illucescere illis incæpit: maioribus vero, ex quo absentes Reip. causa esse desierunt. *l.vlt.C.de temporibus. in int. restit.*
m Effusa anni interpretatio est, quoties ita annus ampliatur, vt ad decennium vsque possit extendi.
n Præscribuntur omnes actiones personales (excepta hypothecaria) triginta annorum spatio. Quid si lis contestata est? aliud *ibi exceptis C.*

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos 40. perpetuatur. Bal.

9. Idem A. Demostheni P.P.

SAEpe quidam suos obnoxios[b] in iudicium vocantes, & iudiciariis certaminibus ventilatis[c], non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam fortè fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (cum sortes[d] humanæ multæ sint) qui nec dici nec numerari possunt, deinde iure suo lapsi esse videbantur, eo quòd post cognitionem nouissimam[e] triginta annorum spatium effluxerit, & huiusmodi exceptione oppositas suas fortunas ad alios translatas videntes, meritò quidem sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem quæ ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minimè patimur. Sed licèt personalis actio ab initio fuerit instituta[f] eam tamen in quadragesimum annum extendimus: cum non[g] similis sit qui penitus ab initio tacuit, ei qui & postulationem deposuit, & in iudicium venit, & subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licèt ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati huius causæ cursum eum relinquere posse definimus, vt eius heredibus vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorū exceptione sublata. Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit cognitio postquam vtraque pars cessauit.

DE ANNALI[h] EXCEPTIONE Italici contractus tollenda, & de diuersis[i] temporibus, & exceptionibus, & [k] præscriptionibus, & interruptionibus earum.

Tit. XL.

Exceptione annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tolluntur. Bart.

1. Imp. *Iustinianus* August. Iuliano P.P.

SVPER annali[l] exceptione quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationū in omnibus iudiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. Primum etenim natura eius obseruationis cum omni scrupulositate & difficultate composita est, cùm multa concurrere debeant vt ea nascatur. Deinde illud spatium annale alij quidem ita effusè interpretabantur, vt[m] possit vsque ad decennium extendi. Alij iudicantes vsque ad quinquenniū standum esse putauerunt. Et in nostris temporibus sæpius super huiusmodi calculo à iudicibus variatum est: vnde nec facile suum effectum in litigiis ostendere huiusmodi exceptio valuit. Cùm itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præscriptiones, sufficiant: huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiectos imperio minimè patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones & præscriptiones in iudiciis suum vigorem ostendant: siue quæ super decennio vel viginti vel triginta vel quadraginta annis introductæ sunt, siue quæ minoribus spatiis concluduntur.

1 ¶Ad hæc cùm nihil prohibet etiam ea, quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus & compendiosis sanctionibus renouari: iubemus omnes personales[n] actiones, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorū conabatur, triginta annorū spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui & veterib. & nostris legib. enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit,

a Hypothecaria 40. annis durat contra debitorē vel eius heredē. *v.Cui.2.obſ.18.*
b Præſcribi res furtiua à fure & vi rapta à prædone triginta annorum ſpatio poteſt. *vt hic.* adde que ſcripſi ad *l.vlt.j.vnde vi.*
c *l.3.ſ̃.de præſcription.30.annorū.* *v. l.5.ſ̃. quib. non obiicitur.*
d Actionis vita. e *l.1.in fin.ſ̃.de bon.matern.*
f Filiofamilias nō valenti agere, non imputatur præſcriptio. *Bald.*
g *l.3.ſ̃.de præſcr. 30.v.l.4.ſ̃. de bo. quæ lib.v.VVurmſer.1.1.pract.6. obſ.17. adde Pap. 3.Notar.9.*
h Lege impediente agi non poteſt.
i *v.l.1.D.ſi mulier ventr. nomine.*
k *l.4.in fin.j.eo.v. l.24.in fin.D.quæ in fraud. credit.*
l *v.l.31.ſ̃.de epiſ. aud.*
m *l.2.in fin.D.ex quib.cauſ.maior.*
n *l.4.§.5.D. de damno dixi ad No.112.c.3.Cuia. 7.obſ.15.*
o Libellus principi datus litis conteſtationem facit in aliis cauſis, quàm annalibus.
p Si quis multas actiones habēs, de aliquibus libellum obtulerit, omnes perpetuas reddit. Quin qui perſonales & de proprietate & hypothecarias actiones habet, & libellum offert, quo continetur, eum perſonales actiones inſtituere, vel de proprietate, vel hypothecarias, non tamē ei nocebit aliarum omiſſio. *vt hic:Syn. Baſil. 50. tit. 15.c.1.*
q Nulla qualitate adiecta.
r obſerua regulam.
ſ proclamauerit, i. vocauerit.
t Petitio generalis, citatione ſecuta, ſufficit ad interrumpēdam pręſcriptionem in omnibus quæ ſub illa petitione poſſunt includi.
u Pręſcriptiones inuentæ aduerſus deſides & ſui iuris contēptores *l.2.in pri. ſ̃.eo.*
x Odioſæ ſunt præſcriptiones.
y *50.Eclog.12.§.*

rit, ſola [a] hypothecaria||actione|| quadraginta annorum vtente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciſcundæ, neque communi diuidundo, neque finium regundorum, neque pro ſocio, neque [b] furti, neque vi bonorum raptorum, neque [c] alterius cuiuſcunque perſonalis actionis vitam [d] longiorem eſſe triginta annis interpretari: ſed ex quo ab initio competit, & ſemel nata eſt, & non iteratis fabulis ſæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, poſt memoratum tempus finiri: exceptis omnibus actionibus, licèt perſonales ſint, quæ in iudicium deductæ ſunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & poſtea ſilentio traditæ ſunt: in quibus non triginta: ſed quadraginta annos eſſe exſpectandos: ex quo nouiſſimum litigatores tacuerunt, lex noſtra antea promulgauit.

2 ¶ Ne autem imperfecta ſanctio videatur, cum in maternis [e] quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere diſpoſitum erat, ex quo ſacris paternis abſoluti ſunt, in aliis autem quæ minimè acquiri poſſunt, hoc non fuerat ſpecialiter conſtitutum: apertiſſima definitione ſancimus, filiisfamilias [f] in omnibus his caſibus in quibus habent res minimè patribus ſuis acquiſitas, nullam temporalem exceptionem opponi, niſi [g] ex quo actionem mouere potuerint, id eſt, poſtquam manu paterna, vel eius in cuius poteſtate erant cōſtituti, fuerint liberati. Quis enim incuſare eos poterit ſi hoc non fecerint, quod etſi maluerint, minimè adimplere lege obuiante [h] valebant? Dat. 15. Kal. April. Conſtant. Lampad & Oreſte CC. Conſſ. 530.

Si poſſeſſor præſcribens conueniri non poteſt propter abſentiam, potentiam, infantiam, vel furorem poteſt fieri interruptio præſcriptionis per denunciationem factam præſidi, vel epiſcopo, vel defenſori loci. Bald.

2. Idem A. Ioanni præf. præt.

VT perfectiùs omnibus conſulamus, & nemini abſentia [i] vel potentia vel infantia penitus aduerſarij ſui noceat, ſed ſit aliqua inter deſides [k] & vigilantes differentia: ſancimus, ſi [l] quando abfuerit is qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & deſiderat dominus rei vel creditor ſuam intentionem proponere, & non ei licentia ſit abſente ſuo aduerſario qui rem detinet, vel infantia [m] vel furore laborante, & neminem tutorem vel curatorem habente, vel in magna poteſtate conſtituto, ſua auctoritate ||eas res vſurpare:||licentia ei detur adire præſidem|| prouinciæ, ||vel libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra conſtituta tempora, & interruptionem temporis facere, & ſufficere hoc ad pleniſſimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo præſidem adire, ſaltem ad locorum epiſcopum eat, vel defenſorem ciuitatis, & ſuam manifeſtare voluntatem in ſcriptis deproperet. Sin autem abfuerit vel præſes, vel epiſcopus, ||vel defenſor ciuitatis: || liceat ei proponere [n] publicè vbi domicilium habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorū ſubſcriptione, vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione: & hoc ſufficere ad omnem temporalem interruptionem, ſiue triennij, ſiue longi temporis, ſiue triginta vel quadraginta annorum ſit. Omnibus aliis quæ de longi temporis præſcriptione, vel triginta vel quadraginta annorum curriculis conſtituta ſunt, ſiue ab antiquis legum conditoribus, ſiue à noſtra [o] maieſtate, in ſuo robore duraturis.

Generalis petitio re, quantitate, vel cauſa, citatione ſecuta ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem in omnib. quæ ſub illa petitione poſſunt includi. Salyc.

2. Idem Aug. Ioanni præf. præt.

SI [p] ex multis cauſis quidam obnoxium habens, & maximè ex ſimilibus quantitatibus, in vnius quidem cauſæ ſumma libellum conuentionis compoſuerit, cauſam tamē non expreſſerit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes cauſas in iudicium deduxiſſe, an vetuſtiſſima earum, aut ||omnino||nihil feciſſe, cum eius ſenſus incertus eſſe apparebat. Sed & in iudiciis in multis caſibus tales altercationes ventilatas inuenimus, & maximè propter longi temporis interruptionem. Si enim perſonalis fortè fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant perſonalem quidem eſſe temporis interruptione perpetuatā, hypothecariam autem euaneſcere taciturnitate ſopitam. Et ſi quis generaliter dixerat obnoxiū ſibi aliquem conſtitutum [q], aliæ dubitationes emergebant, ſi omnes ei competentes actiones huiuſmodi narratione contineri credantur, an verò quaſi ſilentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione ad-

miniculo ei adquiſito. Sancimus itaque nullam in iudiciis in poſterum locum habere talem confuſionem: ſed qui [r] obnoxium ſuum in iudicium clamauerit [ſ], & libellum cōuentionis ei tranſmiſerit, licèt [t] generaliter nullius cauſæ mentionem habentem, vel vnius quidem ſpecialiter, tantūmodo autem perſonales actiones vel hypothecarias continentem, nihilo minus videri ius ſuum omne eum in iudiciū deduxiſſe, & eſſe interrupta temporum curricula: cū contra deſides [u] homines & ſui iuris contemptores, odioſæ [x] exceptiones oppoſitæ ſunt. Dat. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

DE ALLVVIONIBVS [y], ET PAludibus, & paſcuis [z] ad alium ſtatum tranſlatis.

Tit. XLI.

Flumen aliò auertere eſt prohibitum: ripam autem præmunire eſt permiſſum. Sal.

1. Imp. *Gordianus* A. Marco.

QVAMVIS fluminis naturalem curſum opere manu facto aliò non liceat auertere [a], tamen ripam [b] ſuam aduerſus rapidi amnis impetum munire prohibitum non eſt. Et cum fluuius priore alueo derelicto, alium ſibi facit: ager quem circumit [c], prioris domini manet. Quòd ſi paulatim [d] ita auferat, vt alteri parti applicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo accreſcit.

2. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Cæſario præfecto prætorio.

HI quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores [e], pro terris quas poſſident, tributorum præſtationem agnoſcant. Et qui ſuum deplorant patrimonium deminutum [f], alieno ſaltem functionis onere liberentur, & noſtræ ſerenitatis largitate defenſi, locorum etiam poſſeſſione contenti pro agitandi cenſus examine reſpondeant deuotioni.

Latentia incrementa ad fiſcum non pertinent, nec ſeparatim pro his cenſus exigitur. Bald.

3. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Cyro præfecto prætorio.

EA [g] quæ per alluuionem [h], ||ſiue in Ægypto per Nilum, ſiue in aliis prouinciis per diuerſa flumina|| poſſeſſorib. acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, nec ſeparatim cenſeri, vel functiones [i] exigi, hac perpetuò valitura lege ſancimus: ne vel alluuionum ignorare vitia, vel rem noxiam poſſeſſoribus videamur inducere. ¶ Similiter [k] nec ea quidem quæ paludibus antea vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumptibus poſſeſſorum nunc ad frugū fertilitatem [l] tranſlata ſunt, vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi concedimus: ne doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam ||iudicantes|| intelligant. Cuius legis temeratores quinquaginta librarum condemnatione coerceri decernimus: inter quos habendum eſt officium quoque tuæ ſedis excelſæ, ſi aliquid huiuſmodi ſuggeſſerit diſponendum, vel ſi preces introduxerit petitoris. Dat. 11. Kal. Octobr. Conſtantinop. Valent. A. V. & Anath. V. C. Conſſ. 440.

DE SENTENTIIS PRÆFEctorum [m] prætorio.

Tit. XLII.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus*, AA. Thalaſſio præfecto prætorio Illyrici.

LITIGANTIBVS in ampliſſimo prætorianæ præfecturæ iudicio, ſi contra ius ſe læſos affirment, ||non [n] prouocandi, ſed || ſupplicandi [o] licentiam miniſtramus: licèt pro curia, vel qualibet publica vtilitate, ||ſeu alia cauſa|| dicatur prolata ſententia. nec enim publicè prodeſt ſingulis legum adminicula denegari: ita videlicet, vt intra biennium tantum noſtro numini contra cognitionales ſedis prætorianæ præfecturæ ſententias poſt ſucceſſionem [p] iudicis numerandum, ſup-

adiacet indicatur.
i Alluuione quę quocunque loco terras quæſiuerunt, eiuſdo mini fiunt, nec ipſius nomine functiones fiſco præſtant *vt hic: Synopſis Baſilic. 50.tit.12.c.2.*
k Paludibus obruta loca, vel paſcuis adſcripta, poſſeſſorū ſumptibus terti liſſima facta, à functionib. immunitatem habent: pœna 50. librarum auri, intemeratorem huius legis conſtituta *Syn.d.c.2*
l Qui agrū paluſtrem & inutilem exſiccauit, exarauit & excoluit, tributis ſtatim non eſt onerandus.
m A præfectis Prætorio nō appellatur. *l. 19.l. 30.l.35.j.eo.l.vni. ſ̃.de off. præfect. prætor.l.8.ſ̃.de epiſcop. eod. Synop. Baſilic.9. tit.1.c. 53.* vt nec à principe vel ſenatu. *l. 1. §. 1.§.2.ff.à quibus appellare.*
n A præfecto prętorio principi ſupplicare licet. *l.5.ſ̃. de precibus imper. offerend.* Ea ſupplicatio ἀναψηλάφησις, *dixi ad Nouell.82.cap.12. in f.Nouell.123.cap. 1.* διδασκαλικόν, *Nou.119.cap.5.* & retractatio dicta eſt. *l.vlt.ſ̃.de fide inſtrument.l. vl.j. de temporib. appellat.* Quoties autem à ſententia P. Prætorio principi ſupplicatur, ipſa ſententia ad principem vna cum precibus mittēda: licet ea pro republica lata ſit, id eſt, intra biennium ſententiæ latæ *vt hic: Synopſis ibid.cap. 53.*
o Supplicatio, quæ fit principi, genus eſt remedij aduerſus ſententiam *vt hic.* vt & ad ſuperiorem iudicem appellatio. *j. de appellat.* apud aliū remiſſio: accuſatio ſeu querela falſi. *ſ̃.ſi ex falſis inſtrumentis.* erroris propoſitio vt & nullitatis ſeu inualiditatis. *l.ſi ſe non obtulit.4.§. condemnationem. ff. de rei iudicata.* Reſtitutio in integrum: qualis minoribus, ob ætatem maioribus etiam, ob abſentiam iuſtā

y *50.Eclog.12.§.20.inſt.de rer.diuiſ.l.7.§.1.l.30.§.2.3. D.de adq. rer.dom.adde No.Theod. de alluuionibus.*
z *adde l.30.in fi.D.de verb ſign.l.11.tit.60.61.*
a Naturales curſus fluminis auertere non licet *v.D.de fluminib.* b Ripam ſuam aduerſus impetum fluminis munire permiſſum. c & inſulam.facit *l.7.§.4.l.30. §.2.D.de adq.rer.* d *l.7.§.1.D.de adq.rer.* e Cui per alluuionem emolumentum adiicitur, eidem onus tributi adcreſcit. f Cui quid diluuione deminuitur, eidem tributi onus decreſcit *l.4.§.1.D.de cenſib.* g Hæc lex extat apud Aggenum Vrbicum *libro de limitibus agrorum.* citatúrque ex Codice Theodoſiano integro.
h Alluuionis incrementum per ſe non eſt cenſendum, ſed vnum corpus cū eo cui

conceditur. *l.cum minores.ſ̃.ſi aduerſ.rem iudicatam.l.Is qui reipub.ff.quibus ex cauſis maiores.* Porro ſupplicatio, *de qua hic & l.ſi quid aduerſus.ſ̃.de precibus imperatori offerendis.* differt ab appellatione: quia appellatio iniquitatem iudicis arguit: ſupplicatione vero errorem quiſque proprium fatetur. *l.minor.18.l.præfecti.ff.de minorib.Nou.in medio litis non fieri ſacras formas.113.c.1.*
p Intra biennium poſtquam præfectus prætorio depoſuit præturam, & eius dignitati ſucceſſit alter, ſupplicari ab eius ſententia poteſt, oblato libello principi, hodie ipſimet præfecto prætorio intra decem dies latæ ſententiæ ſupplicari poteſt. *Nou. 119.c.5.vbi v.Cuiac.& Nouell.82.in f.*

a *l.42.ff.de re indicata.* b Sumptum id eſt, ex legibus XII. tabularum, de quibus dixi ad eaſdem *lib.2.tit.7.§.10.adde 7.Gell.2.* c *v.l.11.ff.de iudicijs.* d & ita pro abſente iudicari poteſt. e De peremptorio, vide *l.68.l.69.l.70.ff.de iudicijs.* f Sententia vt valeat, citatio peremptoria requiritur *vt hic*: Cuius ſententiæ viginti ſeptem exceptiones vide apud Socinum *regula 352.*

plicandi eis tribuatur facultas. Dat.3. Auguſt. Conſtantin. Theodoſ.A.XVII.& Feſto V.C.Coſſ.439.

QVOMODO[a] ET QVANDO IVdex ſententiam proferre debeat præſentibus[b] partibus, vel vna parte abſente.

Tit. XLIII.

An iudex poßit vel cogatur abſentem demnare.

1\. Imp. *M. Aelius Antoninus.* Auguſt. Publicio.

NON ſemper compelleris vt aduerſus abſentem pronũcies, propter ſubſcriptionem patris mei, qua ſignificauit etiam contra abſentes ſententiã dari ſolere. Id enim eò pertinet, vt etiam abſentem damnare poſſis, non vt omnimodo neceſſe[c] habeas[d].

De cauſa peremptorij edicti ceſſante.

2\. Imp. *Gordianus* Auguſt. Seuero.

CEſſante quoque cauſa peremptorij[e] edicti[f], aduerſus eos qui admoniti[g] iudicio adeſſe noluerunt, ſententiã à iudice poſſe profiteri, certum eſt. IIII. Kalend. April. A. & Pont. Conſſ.[h] 239.

An ſententia contra abſentem lata firmitatem habeat.

3\. Idem A. Antiſtio.

AB[i] eo iudicato recedi non poteſt, quod vobis abſentibus & ignorantibus[k] atque indefenſis dicitis eſſe prolatum, ſi vbi primum cognouiſtis, non[l] illico de ſtatutis querelam detuliſtis. Ita enim firmitatem ſententia, quæ ita prolata eſt, non habebit, ſi ei non ſit commodatus adſenſus. PP.4. Idib. Iun. Gord. A. & Auiola Conſſ.240.

De die feriato.

4\. Imp. *Philippus* Auguſt. Domitiano.

SI (vt proponis) pars diuerſa die feriato[m], abſente vel[n] ignorante te, à iudice dato, ferri ſententiam pro partibus ſuis quaſi[o] contumaciter deeſſes, impetrauit: non immeritò preces denuo negotium alterius[p] iudicis notioni terminandum commiſit. PP.5. Id. Octobr. Peregrino & Æliano[q] Conſſ.245.

De loco.

5\. Idem Aug. & *Philippus* Cæſ. Longino.

SI (vt proponis) præſes prouinciæ, cùm certum locum[r] cauſæ cognoſcendæ dediſſet, alibi per obreptionem aditus ſententiam aduerſus te abſentem protulit: quod ita geſtum eſt, ad effectum iuris ſpectare minimè oportet.

De minoribus, curatore carentibus.

6\. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Domitio.

SI præſes quaſi deſertam[ſ] ab adultis tuis cauſam appellationis[t], quæ ab adiutore[u] ſuo facta fuerat, circumduxit[x] eo tempore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notionem ſuam exhibebit[y]. Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore ſtatutum eſt, quo defenſione[z] iuſta, & curatoris auxilio fuerant deſtituti.

De his qui denunciationibus conuenti non ſunt.

7\. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Marino.

EA, quæ ſtatuuntur aduerſus abſentes[a] non per contumaciam, ſcilicet denunciationibus[b] nequaquam ex more[c] conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere, certum eſt. PP.3. Kal. April. Ipſis V. & IIII. AA. Conſſ.293.

g à Iudice. vnde colligunt, Simplicem iudicis iuſſum vim peremptorij conſequi, & cõſtituere reum in vera contumacia. Mihi id videtur innuere imperator, Ceſſante interdum quarto edicto ſeu perẽptorio abſentes condemnari. *dixi ad l.13. §.2.5. de iudicijs.* vel, Non ſemper requiri vt peremptorium palam proponatur: ſufficere, ſi in notitiã rei venerit, cùm & literę & denunciationes ſufficiant *vt hic & l.9.j.eod.l.1.C. Theod.de petit.de ſiſt.* Denique ſatis eſt, quomodo conuentus fuerit. *l.47.in fi. ff. de re iudicata.*
h Dat.3.Id. Auguſt. Conſtant. Theodoſ.17. & Feſt.5.Coſſ. Qui ita cenſent ſubſcriptionem reſtituunt ne ἀσυμφωνίᾳ laborẽt. Huius enim tituli ſeries, huiuſque legis inſcriptio id non patitur.
i Si aduerſus abſentem prolata ſententia fuerit, is verò, cùm primũ cognouit, non appellauerit, nõ poteſt amplius abſentiæ prætextu reſcindi, *vt hic: Synopſis Baſilic.8.ti.1.ex lib. 9.tit.1.cap.55. 1. Harmenopul. 4. §.52.*
k alias nõ eſt cõtumax, qui ignorauit ſe vocari.
l Nõ poteſt ſententiam impugnare, qui legitimo tempore non appellauit: quia videtur ei adquieuiſſe. *dixi ad l.9.5. ad liberali.*
m Die feriato ſententia non profertur: prolata, vitiatur. *l.1. ff. de ferijs. v. Oldendorp.c.23. de ſententijs.*
n *v. Cui.8.obſ.30.*
o Sententia lata contra contumacem qui non erat contumax, ipſo iure nulla.

p Per ſententiam nullam delegati iudicis, extinguitur eius iuriſdictio *vt hic & l.vlt.j.de ſent.quæ ſine certa quantit.* Quid ordinarij? non extinguitur. *vide VVurmſer.1.pract.22.obſ.3.* q Æmiliano.
r Si alio loco quàm quo debeat iudex iudicet, ſententia nulla eſt, *l.21.§.10.ff.de arb. l.6.j.de ſentent.& interlocutionib.* dic idem de loco non tuto. *vide Oldendorpium cap.24. de ſententijs.*
ſ Res ita habet. Minor condemnatur. Curator & curatoris adiutor appellant: poſtmodum moriuntur: cum nemo appellationem proſequeretur quaſi deſertam appellationis cauſam præſes circumduxit. Quid iuris? Sine reſtitutione eremodicij aut appellationis, ipſo iure tutus eſt minor vigintiquinque annis indefenſus *vt hic: l.45.in f.ff. de re iudicata.*
t A ſententia deſertę appellationis, appellari poteſt, *v.VVurmſer.1.pract.24.obſ.17.20. 21.22. vbi de deſerta appellatione.*
u *de quo v.l.13.ff.de tutelis.adde Alciatum 5.parergon.18.*
x Circumducere cauſam appellationis, Galli dicunt, *mettre l'appellation & ce dont à eſté appelle au neant.* ita quoque dicitur circunduci cognitio in lege 27.§.1.*ff.de liberali. & in l.73.§.1.ff.de iudicijs.* Circunducere edictum, Galli dicunt, *Rabatre vn defaut.* & in lege *45.ff.de re iud.* acta circumduci quiddam plenius videtur.
y atqui iudex ſententiam ſuam mutare non poteſt? vide Dinum *ad c.21. de reg.in 6. v.l.75.ff.de reg.iur.*

z *dicta l.45.d.l.54.* a *Paul.3.ſent.5.§.5.v.l.47.ff.de re iudicata.l.6.ff.3.ff.de confeſſis.v.quæ notaui dicta l.1.§.penult.ff.de ſentent.ſine appellat.* b *l.9.j.eod.* c *v.l.8.j.eod.* d vide quindecim exceptiones apud Felinum in *cap.licet.extra de probat.* e *l.7.5.eod.* f trinis literis. *Paul.5.ſent.5.§.* tribus edictis. *l.53.§.1.ff.de re iudic.* per tres vices. *l.13.§.2.5.de iudicijs.* edictis, legibus. *l.2.in f.5.vb.in rem actio.* g *d.§.6.d.§.1.l.72.ff. de iud.*

Quæ obſeruanda ſunt parte abſente.

8\. Iidem AA. Claudiæ.

COnſentaneum[d] iuri fuit, temporibus ad præſentiam partis aduerſæ præſcriptis, prçſidem prouinciæ, impleta iuris ſolennitate[e] & aduerſario tuo ternis[f] literis, vel vno[g] pro omnibus peremptorio edicto, vt præſentiam ſui faceret, commonefacto, ſi in eadem contumacia perſeuerauerit, præſentis allegationes audire, quod vel ſucceſſor eius facere curabit. A quo ter[h] citatus, ſi contumaciter præſentiam ſui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendũ eum, vt ſeſe repræſentet[i], vel poſſeſſionem[k] bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & aduerſarium petitorem conſtituere, vel auditis defenſionibus tuis, id, quod iuris ratio exegerit, iudicare. PP.3. Kal. Octob.

In authent. de litigioſis. §. omnem. a. coll.8.tit.13. al.8.nou.112.cap.3.

QVi ſemel actionem[l] proponit[l], ſiue conuentione iudiciaria, ſiue precibus principi oblatis, iudicíque inſinuatis, & per eum aduerſario cognitis: neceſſe habet vſque ad finem litem exercere. Qui ſi cauſam perſequi differat: reo poſtulant, tribus edictis citetur per interualla triginta dierum, quia vox præconia[m] paucis innoteſcit. Quæ citatio & per principem delegatis permittitur. quod locum habet, & ſi lis cœpta non ſit. Quod ſi vocatus litem detrectet: ei aliud anni ſpatium indulgetur, intra quod ſi ceſſat, iudex auditis allegationibus præſentis, & perquiſita veritate, pronunciet. Sed nec intra annum veniens auditur, niſi prius reo litis expenſas quas ſubſtinuerit, inſerat. His quoque præſtitis, ſi interrupto duntaxat anno denuo litem deſerit, poſt trium edictorũ & anni vnius ſpatij obſeruationem ab omni cadat actione.

De tribus denunciationibus.

9\. Iidem AA. Leontio.

TRes denunciationes[n] ad peremptorij edicti vicem[o] aduerſus contumaces conualeſcere, ſalubriter ſtatutũ eſt. PP.11. Kalend. Nouemb. Ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

De cauſa abſentiæ neceſſaria.

10\. Iidem AA. Bleſio.

CVm non[p] voluntatis tuæ arbitrio, ſed neceſſitate[q] profectus: quicquid contra te abſentem ſtatutum fuerit, quando abſentiæ cauſa neceſſaria fuit, officere tibi iuris ratio non permittit. PP. III. Id. Maij, Tiberiano & Dione Conſſ.291.

De eo qui non appellauit.

11\. Iidem AA. & CC. Valerio.

CVm præſentibus[r] partibus litem inchoatam proponas: ſi poſtea quàm contra te (licet abſentem) pronunciatum eſt, intra præfinitum diem non appellaſti: latam[ſ] ſententiam reſcindi[t] poſtulanti, multæ ſacræ conſtitutiones refragantur.

DE SENTENTIIS[u] EX PERICULO[x] RECITANDIS[y].

Tit. XLIIII.

Non ſufficit ſententiam latam eſſe in ſcriptis, ſi non fuit recitata. Paul. de Caſt.

1\. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Quinto.

ARBITRI nulla ſententia eſt, quam ſcriptam edidit litigatoribus, ſi[z] non ipſe recitauit. Si igitur nihil fallis: omiſſa pronunciationis mora, ex integro iudicari impetrabis à rectore prouinciæ.

h iterum *Cuia. 18.obſeru. 30.* ita legit, vt hoc verbum referatur ad ſucceſſorem iudicantis.
i hæc enim via humanior eſt.
k *Nouell.53.c.4. §.1.l.3. in f.5. de procuratorib.l.13. §.3.5. de iudicijs. l.2.ff. quibus ex cauſis in poſſ.v.l.15.§.6.ff.de dãno.*
l huius ſentẽtię octo exceptiones vide apud Socinum *reg.32.*
m i. præconis.
n *l.7.5.eod.*
o *dixi ad l.13.§.2.5.de iudicijs.*
p Abſenti ex cauſa probabilĩ & neceſſaria ſententia non nocet, *l.4.5.de procuratoribus l.1.5. quib.ex cauſ.maior.l.7. in f.ff. de minor.l.53.§.2.ff. de re iudicata. Synopſis Baſilicon 8. titul.1, ex lib. 9. tit.1.c.60.*
q *l.28. in f.ff.ex quibus cauſis maiores.*
r Solenniter cõdemnatus intra tempora legitima non appellans, amplius non auditur.
ſ legitimè ſc.
t *v.l.vlt.j.ſentem. reſcindi non poſſe.*
u iudicium ſc. An idem in arbitris vt eorum ſentẽtię homologationem de ſcripto fieri oporteat, ne alioquin condemnatus arbitrio ſtare non teneatur? ita dici poſſe videtur. *l.1.j.eod.l.4.§.6.5. de recept. arbitr.* Nam compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur, *l.1.ff.recept. arbitris.*
x *4.Co.Theodoſ.15.* breuiculo. *Hal.* quæ lectio à Budeo & Alciat. probatur *1. diſpunct.21.* Breuiculum, *Sext. Ruff. Iſid.1.l.vlt. j.de conuenien.fiſci debitoribus.* deminutiuum à breui, Plautus *in Mercator.* Canũ, varum, ventrioſum, buculentum, breuiculum. Eſt quaſi ſchedula, Galli, *Dicton ou Breuet.* Quidam communem lectionem defendunt, quorum alij hoc definiri putarunt, quemadmodum iudex ſine periculo ſententiam proferre poſſit. & in exemplum adducunt neſcio quem Prætorem Genuenſem, qui cataphractus equo inſidens ſententiam tulerit, dũ iram victi formidat: ſed ea re nihil ineptius. Cuiacius *5.obſ.25.in f.* Periculum exiſtimauit eſſe indicem ſiue libellũ: Nam quod in Apophthegmatis. Plutarch. appellat πινάκιον Æmilius Probus in Epaminũda & Alcibiade periculum vocat. Cic. *1.de legib.* Qui in iſto periculo non vt à poeta veritatem exigunt: & in frumẽtaria. Pericula magiſtratuũ, & in antiquiſſ. lib. notarum, quem Cuiac. habet. Hæc ita ſcripta ſunt, DP de periculo: DL de de libello. *adde l.15.j.qui accuſare.* quæ interpretatio Hot. *3.obſ.20.* non probatur, putátque, Periculũ ſuperiorib. locis non ea ſignificatione accipi, ſed pro iudicij diſcrimine & dubio litis euentu: abſurdum alioquin fore conſtitui, vt per indicium. i. ſummatim tantum ſententiæ recitẽtur, ac non potius integræ, vt res extat. Certũ eſt hoc innui, Sententiam ſine ſcripto latam nullã eſſe. i. ſi dicta non lecta, *v.l.vl.j.commin.epiſt. program. Nou. Leon.45. Oldend.c.20.de ſent.* Ex periculo igitur eſt, ex tabella, ex libello, ex ſcripti recitatione, *v.l.2.j.eod.* Eſt qui, ſententiam ex periculo recitare, interpretetur, de memoria ſeu memoriter ἀπὸ τῆς πείρας à tentamento, *Ferrand.2. Explic.13.*
y Recitatis *C.Theod.eod.*
z Arbitri ſententia nulla eſt, ſi dicta tantum non lecta aut ſcripta. *l.6.5.de modo multar.l.8.j.de princib.agent.in rebus.*

Senten-

a l.6.in fi.s̃.de modo multar.l.1.j.de requir.reis l.20.j.de pœnis.l.11.s̃. de iudicus.
b ex breuiculo, ex periculo s̃ *in epigraphe huius tit.* De scripti recitatione *l. 3.j.eo.* ex tabella ex pila. c ideóque quod iudex correxerit vel mutauerit, ipso iure nullum erit. Seneca in declama. & controuers. Iudex quam tulerit de reo tabellam, reuocare non potest. Quæsitor nõ mutat pronunciationem. Apul. *1. Florido*, Tabella semel lecta ne augeri litera vna nec minui potest. Nõ idem est in interlocutione *l.14.ff.de re iudicata.*

Sententia primo scripta, & postea recitata, non potest corrigi vel mutari. Bald.

2. Imppp. *Valens. Valenti. & Gratian.* AAA. ad Probum præf. præt.

HAc lege perpetuo credimus ordinandum, vt iudices, quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non[a] subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi antè forment, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptásque ex libello [b]partibus legant. Sed nec eis post hac copia corrigendi, vel mutandi[c]: exceptis[d] tam viris eminentissimis præfectis prætorio[e], quàm aliis illustrem administrationem gerentibus, cæterísque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium[f] suum, & eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare. Dat. 12. Kal. Feb. Grat. A. II. & Probo Coss. 371.

Non sufficit sententiam scribi, nisi legatur, & verbis proferatur. Bald.

3. Iidem AA. ad Probum præf. præt.

STatutis generalibus iussimus, vt vniuersi iudices quib. reddendi iuris in prouinciis permisimus facultatem, cognitis causis, vltimas[g] definitiones de scriptis[h] recitatione[i] proferant: huic adiicimus sanctioni, vt sententia quæ dicta fuerit, cùm scripta non esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur, nec[k] ad rescissionem perperam decretorum, appellationis solennitas requiratur. Dat. 3. No. Decemb. Tribus, Grat. A. IIII. & Equitio Coss. 374.

In auth. de man. priu. §. sit tibi. coll. 8. tit. 4. No. 17. c. 3. & coll. 6. tit. 12. al. 11. vt clerici apud §. 1. No. 83. in princ.

NIsi breues sint lites, & maximè vilium personarum vel causarum (tunc enim sine scriptis & sine aliqua expensa cognoscere præsidem oportet) & nisi episcopus cognoscat inter suos subditos.

DE SENTENTIIS[l] ET INTERlocutionibus[m] omnium iudicum.

Tit. XLV.

De eo qui per procuratorem litigauit.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Quintiliano.

NON videtur nobis rationem[n] habere sententia decessoris tui: qui cum cognouisset inter petitorẽ & procuratorem, non[o] procuratorem sed ipsam dominam litis condemnauit[p], cuius persona in iudicio non fuit. Potes igitur vt re integra de causa cognoscere. Dat. 4. Kal. Iun. An. A. III. & Geta Cæs. Coss. 209.

De statu arbritri.

2. Imp. *Antoninus* A. Sextilio.

SI arbiter datus à magistratibus, cùm sententiam dixit, in libertate morabatur, quamuis[q] postea in seruitutem depulsus sit, sententia tamen ab eo dicta habet rei iudicatæ auctoritatem[r].

De sententia definitiua.

3. Imp. *Alexander* A. Vectio.

PRæses prouinciæ non ignorat definitiuam sententiam, quæ condemnationem[s] vel absolutionem non cõtinet, pro iusta non haberi. PP. Kal. Oct. Maximo II. & AEliano Coss. 224.

De ordine iudiciorum seruando.

4. Idem A. Seuero.

d sententiã per alium recitare iudici non licet nisi sit illustris. *vt hic*: nisi vnus ex pluribus iudicib. recitet sententiam ex mãdato & præsentia aliorum. *c. cũ ab vno extr. de sentẽtiis.* nisi sẽtentia sit interlocutoria *Bal. l. vl. j. eod.* nisi quibus casibus valet sententia sine scriptura *d. c. vlti. de re iudic. v. Socin. reg. 201.*
e qui sine scripto sententiam proferre possũt. Cassiod. *de sent. præf præt.* verbo sententiam dixit.
f aut præconẽ.
g Sententia definitiua scripturam requirit *vt hic*: interlocutio non requirit *l. Omne C. de appell.* quin & definitiuæ sentẽtię certis casibus non requirunt. *Auth. prox. j. eod.* vt & sententia super incidẽti *l. pen. ff. de auth. tutor.*
h *v. l. 2. s̃. eod.* ibi ex libello.
i sententiam dici non sufficit, nisi scripta prius legatur *vt hic. Synop. Bas. 8. ti. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 64. 1. Harmenopul. 4. §. 41.*
k *l. vl. j. sententiã rescin.* nõ posse.
l *42. D. 1.* sententia est decretũ à iudice interpositum seruato ordine iudiciorum, de summa aut capite quodam litis, quod absolutionẽ rei continet vel cõdemnationem certam actoris vel rei.
m Interlocutio, præceptum est iudicis in principio aut medio litis interpositũ, quod ad finiendę litis preparationem spectat: nec enim finiunt aut perimunt litem. dicitur & præiudiciũ, iussum, articulus, suasio. *l. 7. j. eod.* impropriè, sententia. n quę sentẽtia ratione non habet ea nulla est. o Sentẽtia nulla est, si litigante procuratore sententia dicatur in personam domini, hoc est, Procurator siue ab initio litem exercuit, sine lite composita, sententia damnandus est. *l. 31. in fi. D. de negotiis. l. 20. ff. iudicat. solui. l. liberto in fi. D. de in integr. restit. l. temere. §. si plures. ff. de procurat. l. nihil. s̃. de procurat. Oldend. c. 35. de sent.* quod quidem VVurnis. *1. pract. 22. c. 7. & ti. 23. c. 2.* notat verum esse de iure ciuili nõ de iure canonico ex glos. & Abbate in *c. scifcitat. de in integr. restit. & c. querela de elect.* Negat etiam id locũ habere in tutore, curatore, & syndico: cum possit sentẽtia ferri in pupillum, minorem, & Ecclesiam, tametsi nõ fuerint in iudicio, sed per cõiunctas personas litigauerint. Idem quoque est, si procurator lite contestata, ad vnum tantum actũ substitutus est. *Bald. hic.* vt & in sentẽtia interlocutoria minus præiudiciali: Item si dominus est presens in iudicio: si illustris persona cõdemnanda sit: aut si de causa matrimonij agatur: *d. l. nihil.* postremo in seruitute reali: sententia enim prædio fertur *l. qui in aliena in fin. D. de negotiis: Socin. reg. 316.* p sententia condemnatoria aduersus procuratorem ferenda est *vt hic.* An & absolutoria? Idem: vt notaui ad Accursium *l. 6. §. Marius: ff. mandati. adde Romanum singulari 499.*

q *facit l. 3. ff. de off. prætor. l. 1. s̃. de testam.* r Communis enim error excusat.
s Sententia absolutionem vel condemnationem requirit: alioquin ipso iure nulla est, *l. 7. & 11. j. eod.* t Sententia contra ordinem iudiciorum lata nulla est, *l. 7. j. eodem. l. 12. ff. de appell. v. Oldendorp. c. 11. de sentent.* u qui & τύπος *Synopsis Basilic. 1. ex lib. 9. tit. 1. cap. 68. 1. Harmen. 4. §. 42.* x Modus ita concipi solet. Si sententia lata est sub modo, valet: & seruandus est modus, si non est appellatum.

PRolatam à præside sententiam contra[t] solitum iudiciorum ordinem[u], auctoritatem rei iudicatæ non obtinere, certum est. PP. 15. Kal. Ian. Alex. A. & Dione Coss. 230.

De sententia lata sub modo.

5. Imp. *Philippus* A. & Philip. Cæs. montano.

CVm eorum, qui principaliter fisco tenebantur, bona ea lege fideiussoribus procurator tradi iusserit, vt[x] ipsi indemnitatem[y] fisco præstarent, nec à sententia eius intercesserit prouocatio: consequens est datæ formæ obtemperari.

De loco, & de officij præstentia adhibenda.

6. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus* AAA. Zoilo.

CVm sententiam præsidis irritam esse dicis, quòd non publicè[z], sed[a] in secreto[b] loco officio eius non præsente, sententiam suam dixit: nullum tibi ex his quæ ab eo decreta sunt, præiudicium generandum esse constat. PP. 5. Kal. Decemb. Caro & Carino Coss. 283.

Si præses pacisci suaserit.

7. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Isidoræ.

EX stipulatione parta actione, pacisci proximis personis suadendo[c] præses prouinciæ, verborum obligationẽ, quam certo iure tolli tantum licet, extinguere non potest. nec vox[d] omnis iudicis iudicati continet auctoritatẽ: cùm potestatem sententiæ certis[e] finibus concludi, sæpe constitutum sit. Quapropter si[f] nihil causa cognita secundum iuris rationem tuam pronunciatum est: vox pacisci suadentis præsidis actionem perimere, si quam habuisti, minimè potuit.

Si empta euincatur in libertatem.

8. Iidem AA. & CC. Licinio.

LIbera quidem Theodota, quam ex emptionis causa, vel in solutum creditori traditam proponis, pronunciata[g]: citra prouocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verùm[h] si mota quæstione, præmissa denunciatione ei, qui auctor[i] huiusmodi mulieris fuit, iudicatum processit: quanti tua interest, empti, si emisti: vel ob debitum reddendum, si in solutum data est, repetere non prohiberis.

De retractatione.

9. Iidem AA. & CC. Domno.

POst sententiam, quæ finibus[k] certis concluditur, ab eo, qui pronunciauerat, vel eius successore, de quæstione, quæ iam[l] decisa est, statuta rei iudicatæ non obtinent auctoritatem. nam nec de[m] possessione pronunciata proprietati vllum præiudicium afferunt: nec causam vllam interlocutiones[n] plerumque[o] perimunt. S. Non. April. CC. Coss.

Qui possunt patria interdicere, vel non.

10. Iidem AA. & CC. Menodoro.

NVlli qui statuendi[p] non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur. 3. Non.*

De iureiurando.

11. Iidem AA. & CC. Luciano.

CVm iudex in definitiua sententia iusiurãdum[q] solummodo præstari præcipiat, nõ tamen addat, quid ex recusatione vel præstatione sacramenti fieri oportet: huiusmodi sententiam nullam vim obtinete palam est.

De Latina & Græca lingua.

12. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Iuliano proconf. Asiæ.

IVdices tam[f] Latina quàm Græca lingua sententias proferre[t] possunt †. Dat. 5. Id. Ian. Cæsario & Attico Coss. 397.

y Rationem dubitandi collige ex *l. 2. j. de senten. qui sine certa quãtitate.*
z id est, publico loco.
a Sententia dicta secretò irrita est. *Synop. Basilic. 8. tit. 1 oex li. 9. tit. 1. c. 70.*
b *dixi ad l. 5. s̃. tit. prox.* putà inconsueto, *v. Oldendorp. c. 25. de sent.*
c Iudex pacisci suadens, sententiam non fert, neque actionẽ tollit. Iudicis suasio inter propinquos vt transigant, vim trãsactionis aut sententiæ non habet, *adde l. 1. j. cõminationes epist.*
d Iudicis vox omnis, non continet authoritatem.
e *l. 9. j. eod.* certa decisione, certa qualitate, certa & plena cognitione.
f *l. 4. s̃. eod. l. 11. j. eod.*
g *v. qua notant ad l. 46. ff. de ver. sign.* & ita emptori euicta per sententiam.
h Si ancilla in solutũ mihi data est, eaque libera pronũciata sit, agam ex actione primitiua: si mihi vendita fuerit, vtili ex empto.
i id est, qui vendidit vel in solutum dedit.
k *l. 7. s̃. eod.*
l Iudex de eadẽ re suam vel antecessoris sentẽtiam retractare nõ potest *vt hic: & l. 3. j. si à non competente.*
m Non eadem est causa possessionis & proprietatis. Ideóq; qui sententiam tulit de possessione, non prohibetur postea sẽtẽtiam ferre de proprietate. *l. 3. j. si à non competente.*
n Interlocutoria sententia vt sæpius non definit. Interlocutoria est præceptum iudicis in principio aut medio litis interpositum, quod ad finiendæ litis præparationem spectat: non etiam dirimit aut finit. Id & præiudicium dicitur & articulus, & impropriè sententia & suasio, *l. 7. s̃. eod. v. Cuiac. hic.*
o Rectè hoc additum est, quia interlocutio plerumque rem perimit: veluti admissa exceptione peremptoria, *l. 37. C. Theod. de appellat,* vel adnotat reo absente & obsignatis bonis *l. 2. j. si pendent. appell.*
p Qui statuere non potest, non potest interdicere *v. l. 20. ff. de iurisdict.*
q Delatio iuramenti vim definitionis non habet. r *l. 4. l. 7. s̃. eod.*
f Ordo est inuersus. lege tam Græca quam Latina *Petr. Fab. 1. Semest. 23.* similis est transpositio apud Senecam *l. de ira. 12. & in l. 53. ff. de reg. iur. l. 43. ff. de ritu. l. 25. §. idem scribit. ff. famil. &. l. 85. ff. de solutionib. l. 2. §. 1. ff. testam. quemadmod. aper. l. 222. ff. de verb. sig. l. 11. §. mulier. ff. de adult. adde* Cuiac. 3. *obs. 5. & Inst. de l. Aquilia.*
t An etiam inter Latinas nationes? Forcatulus *in Sphæra legali.* ita putat. Notat enim Romæ, vbi lingua Græca satis familiaris fuit, permultas sententias Græcis verbis latas fuisse. *l. 17. s̃. ex quib. caus. in f. l. 13. in f. ff. de iureiur. l. 9. §. 8. ff. de pœnis.*
† & ita derogatur legi 48. *ff. de re iudicata.*

a Sententiã ab alio dictam iudex sequi non debet: sed quid legibus consentaneum. *Synopsis Basilicon.8.tit.1.ex lib.9.tit.1.cap.75.1.Harmenop.4.§.40.*

b Legibus non exemplis iudicandum est, *l.12.ff.de off.præsid.l.1.C.de veteri iure enucl.§.vlt.Instit.de satisdat.* fallit nisi exempla sint publicæ personæ, vt principis, vel pluriũ publicarum personarum; aut si ius deficiat: tunc enim exemplis iudicari potest. v. Socinũ *reg.225.*

Ne exemplis sed legibus iudicetur. Bart.

13. Imp. *Iustin.* A. Demostheni præfecto prætorio.

NEmo[a] iudex vel arbiter existimet neque consultationes, quas non ritè iudicatas esse putauerit, sequendũ, & multo magis sententias eminentissimorum præfectorum, vel aliorum procerum, non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum iudicum vitium extendi oportet, cùm non exemplis[b], sed legibus iudicandum[c] sit (neq; si cognitionales sint amplissimæ præfecturæ, vel alicuius maximi magistratus prolatæ sententiæ: sed omnes iudices nostros veritatem, & legum & iustitiæ sequi vestigia sancimus. Dat. 3. Kal. Nouemb.

De reconuentione.

14. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

CVm Papinianus summi ingenij vir, in quæstionibus suis ritè disposuerit, non[d] solum iudicem de absolutione rei iudicatæ[e], sed[f] & [g] ipsum actorem, si econtrario obnoxius fuerit inuentus, condemnare: huiusmodi sententiam non solùm roborandam, sed etiam augendam esse sancimus: vt liceat iudici vel contra actorem ferre sententiam: & aliquid eum daturum vel facturum pronunciare: nulla ei opponeda exceptione, quòd non competens iudex agentis esse cognoscatur. Cuius[h] enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem[i] negotio non dedignetur. Dat. 15. Kal. Decembr. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

In authent. De executoribus. §. fin. coll. 7. tit. 8. al. 7. nou. 96. cap. 2.

E*T consequenter ergo ab aliquo conuentus, si vicissim ipsum pulsare velim: statim quidem hoc non licet nisi apud[k] eundem iudicem. qui si displiceat, intra viginti dies recusari potest, aliusque mereri, apud quem rursus vtrumque negotium ventiletur. Alioqui lite contra me mota prius ventilata & terminata. tunc demum & ego admittar.*

De lite habente plura capita.

In Auredani libro notatur hic deesse Græcam constitutionẽ, eam ex Basilicis edidit Cuiacius lib.12.obs.cap.2. eamque Iustiniani esse tradit.

15. Imp. *Iustinianus.**

COnstitutio iubet vt si multa sint in lite capita[l], possit iudex super quibusdam eorum sententiam definitiuã ferre, tùnc que iterum de alis quærere, & sententiam proferre quæ ipsi videatur, neque compellatur vnam sententiã de omnibus capitibus simul dicere.

De appellatione & de iudicis recusatione.

16. Idem A. Iuliano PP.

CVm solitum est in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, *vt non liceat partibus ante definitiuam sententiam ad appellationis vel[m] recusationis venire auxilium:* quidam putant[n] non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Cùm enim simul vtrumque vocabulum ponitur tam appellationis, quàm recusationis, prouocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi: putabant, quòd nec recusare quidem iudicem cuiquam concedatur ante litem contestatam: quod minimè vetitũ est. Caueant itaque iudices huiusmodi sermonẽ simul & sine certa distinctione proferre.

c viuitur tamen exemplo *Nouel.22.c.21.in f.*

d Sententia absolutionem vel condemnationem continere debet.

e *al.* iudicare.

f Reconueniri actor à reo potest, apud eum iudicem, ad quẽ in ius vocatus est ab ipso actore: licet aliàs nõ sit competens: licet quoque causa sit diuersa & separata *vt hic:* Cuius sententiæ octodecim exceptiones vide apud Socinum *reg.332.*

g *l.22.ff.de iudiciis.Nou.96.c.2.Nou.123.c.25.*

h malè hinc colligunt, eundem aduocatũ & iudicem esse posse, cùm hic agatur de mutuis petitionibus, eo sensu, in causa reconuentionis non habere locũ exceptionem iudicis incompetentis.

i i. in eadem lite, non diuersa.

k Coram eodẽ iudice reconuẽtionem fieri oportere.

l *l.12.š. de rebus cred.*

m Sententiam sub alternatione ferri nõ posse hinc quidam colligunt.

n & malè. *l.16.š.de iudiciis. vide Cuiac.9.obs.23.*

o Idem fit in arbitro. *l.21.§.3.ff.de arbitris.*

p *l.32.Inst.de act.l.5.l.59.§.1.ff.de re iudicata.*

q Sententia iudicis incerta, nulla est: ne alioquin duplicentur lites. *v. Oldẽ. cap.18.de sentent. VVurms.1.pract.22.c.2.*

r Iudex diem legitimum iudicati faciendi nõ tantum coarctare vel prorogare potest, *vt l.2.ff.de re iudicata.* sed ne dare quidem *vt hic.*

s *l.13.in f.š.de vsur.*

t hinc ratio dubitandi sumitur. Nam si iudex reum ad vsuras condemnat, nec adiiderit vsurarum quantitatem, videbitur sentẽtia incerta, ideoque nulla. Sed ratio decidendi in eo est, quòd vsurarum quantitas satis intelligitur ex ipso iure publico, *tit. de vsur. rei iud.* veluti, si ita iudex pronunciauerit, L. Titio G. Seium ex causa venditionis C. debere videri: placere eius pecuniæ vsuras dependi quoad sors soluta sit. Certum dici, non modo quod est nominatim expressum: sed quod aliũde per certi relationẽ potest colligi, *l.5.in f.j.e.*

u *l.31.ff.de vsuris.* imo est, *l.3.j.eod.*

x *l.1.š...prox.*

y Qui reum iubet actorem indemnem conseruare, etsi nominatim certam quantitatem non adiiciat: re tamen ipsa certum exprimit, *v.l.5.in f.l.59.ff.de re iudic.*

z *l.21.§.3.ff.de arbitr.l.59.§.1.ff.de re iudic.l.41.in f.ff.de vsuris.*

a *l.31.ff.de vsuris.*

b Imo potest, *l.1.š.eod.*

c certum quid. aliud est, quoties eius certitudo repeti potest vel ex libello conuentionis, vel instrumento obligationis, vel parte aliqua actorum, *l.5.in f.l.59 ff.de re iu.* Vsurarum rei iudicatæ quantitas satis intelligitur ex iure & tit. de vsuris rei iudicatę.

d bona fide accepisti, &c *Hal.*

e *l.59.§.1 ff.de re iudic.*

f Ne quidem fauore dotis valet sententia sine certa quantitate.

g Sententia sine certa quantitate nulla *vt hic.*

h vide Alciat. Donellum hic Hot. *2.obs.12.& 11.* Forcatulum *Necyomantia 37.* & Fumeum *tract. de eo quod interest.*

i Id quod interest quid vide *l.21.in f.ff.de noui operis nunciatione.* Fumeus *d.tract.* dãni dati vel lucri cessantis æstimationẽ definit Cuiac. ita *8. ad Africanum.* Vtilitatẽ quã habere vel haberẽ possem si mihi damnum datum, vel lucrum interceptũ non fuisset? Item rem quæ mihi abest, quamque lucrari potui ex causa qua de agitur. Id denique, quo ius nostrum deterius, aut certe non melius factum est. ¶ An interesse vox sit Latina? vide l. debitor decem. *ff.de legat.2.*

k Tota enim hæc quæstio in facto consistit, quæ ad Iurisconsultos parum pertinet *l.vlt.ff.de stipul.prætor.l.13.§.1.ff.de annuis legat.l.14.ff.de diuers.& temp.l.14.ff.de reg.iur.*

DE SENTENTIA[o] QVÆ SINE certa[p] quantitate profertur[q].

Tit. XLVI.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. *Æliana.*

CVm iudicem quoad[r] pecunia condemnationis soluta fuisset, de[s] pendentis vsuris[t] legem dixisse profitearis: non[u] contra iuris formam sententiam datam palam est.

2. Imp. *Alexander* A. Marcellino.

QVamquam pecuniæ quantitas sententia curatoris[x] reipublicæ non continetur: sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem[y] reipublicæ præstari iussit.

3. Imp. *Gordianus* A. Æmilio.

HÆc sententia, *Omnem[z] debiti quantitatem cum vsuris competentibus[a] solue,* iudicati actionem præstare non[b] potest: cum apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, auctoritate rei iudicatæ censeatur, si[c] parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

Vbi sententia incerta est ipso iure nulla, non prohibetur iudex aliam certam proferre, etiam contrariam primæ. Salyc.

4. Idem Augustus Saturninæ.

HÆc sententia, *Quæ bona[d] accepisti, solue:* cum incertum esset quid accepisset, quantùmque ab eo peteretur[e], præsertim cum ipse qui extra ordinem iudicabat, interlocutus sit dotem[f] datam, quæ repeteretur, non[g] liquidam esse, iudicati auctoritate non nititur. Cùm igitur is qui postea iudicabat, contra te certam sententiam protulerit, neque à statutis prouocaueris: ipsa tuo facto confirmasti iudicatum.

DE[h] SENTENTIIS QVÆ pro eo quod interest[i], proferuntur.

Tit. XLVII.

Id quod interest in casibus certis duplum excedere non debet, in aliis autem qui incerti esse videntur, quod re vera interest præstatur, illud autem locum habet non solum in damno, sed etiam in lucro. Charon.

1. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

CVm pro eo quod interest, dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint[k]: melius nobis visum est huiusmodi prolixitatem[l], prout possibile est, in angustum coartare. Sancimus itaque in omnibus casibus[m], qui certam[n] habent quantitatem[o], vel naturam[p], veluti in venditionibus[q], & locationibus[r], & omnibus[s] contractibus[t], hoc quod interest, dupli[u] quantitatem minimè excedere[x]. ¶ In aliis autem casibus, qui incerti[y] esse videntur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, vt hoc quod re[z] vera[a] inducitur damnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus[b], & immodicis peruertionib. in cir-

l & difficultatẽ *l.vlt.ff.de prætor. stipul.*

m ἐν πᾶσι τοῖς θέμασι. Casus. propositiones.

n id est, finitã.

o Puta pretium certum, certam mercedẽ. In certis casibus id quod interest non excedit duplum *vt hic:* in certis temperatur vera rei æstimatione.

p Puta rem.

q *l.1.ff.de act.empt.l.1.š.de rer.permut.* nisi cum alea & spes emitur. *l.11.in f.l.12.ff.de act.emp.* quãti emptoris intersit non decipi. *l.13 §.2.ff.de act.empt.* quanto minoris erã empturus, omnia detrimenta quæ ex emptione traxere. *d.l.13.*

r *l.33.in f.ff.loca.* Locatio certãrẽ habet, nisi si quid faciendum locetur, *l.13.in f.ff.de re iud.*

s Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptũ persequitur.

t nã ex omnib. contractibus certum condici potest. *l.9.ff.de reb.credit. adde l.74.ff.de verb.oblig.*

u Dupli æstimatio, alia est à vera ęstimatione: de quaj puta si res empta sit X. quæ hodie digna sit XXV. emptor non consequetur vltra XX nempe X pretij nomine quę numerauit, & alia X. i. ἰσόμετρον, nomine eius quod interest supra precium quo res venniit. Quid si emptor pretiũ non numerauit? venditor non est in mora. *l.13.§.8.ff.de act.emp.* ideoque nihil præstat. Quid si venditor rem tradidit, emptor pretium nõ soluit? vsura precij debetur, *d.l.13.§.20.* vt fœnus: quia non propter lucrum actoris: sed vt id quod interest propter moram *l.60.ff.pro socio.* Fœnus propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris intersit, quemadmodũ & pœna in conuentionem deducta *l.38.ff.de arbitris.l.38.§.17.ff.de verb.oblig.*

x Sic in vsuris duplum excedere non debet, *Nou.121.l.10.š.de vsuris.* In euictionib. olim etiam plus duplo stipulari non licuit. *l.44.ff.de act.emp.l.48.ff.de euictionibus.* in iureiurando in litem: in stipulatione pœnali. *l.10.ff.de seruo corrupto.*

y quantitate & re. veluti si de fundi possessione agitur. Quæ neque corpore neque certa quantitate constat, quanti interest officio iudicis æstimatur. *l.pen.§.vlt.ff.vti possidetis.l.1.§.40.ff.de vi & vi armata.* Idem si agitur de restitutione operis, quod vi aut clam factum est: quia restitutionis, vtpote facti, causa incerta est. Quanti intersit restitutionẽ fieri, æstimatur officio iudicis. *l.15.§.7.ff.quod vi aut clam.* rei veritate. *l.9.in f.ff.de aqua & aquæ pl.* Idem est in obligationib. faciendis. *l.13.in f.ff.de re iud.l.2.in f.ff.qui satisdare.* Idem quoq; est, quoties agitur de cautione præstanda. *d.l.13.v.Cuiac.hic:* in vera enim quantitate fideiussor tenebitur, quoties agitur de incerta quantitate *d.l.2.*

z Verum interesse, damnum quod re vera patimur. veritas extra affectionem priuatam damnísque affecti, extra conuentionem contrahentiũ est, vnde nostri: Interesse aliud commune, aliud singulare, aliud conuentum tradiderunt.

a In casibus incertis, qui certam quantitatem vel rem non habent, ad finem dupli non taxatur id quod interest: sed arbitrio iudicis relinquitur, vt ipse æstimet in rei veritate, quantum intersit actoris vel rei. Nec enim incertæ & infinitæ rei alia potuit quam infinita regula constitui, vt Aristoteles ait, τοῦ ἀορίστου ἀόριστον κανόνα εἶναι & ita certi casus ab incertis definiuntur. in certis lex taxat id quod interest: in incertis, officium iudicis *v. Cuiac. hic: his adde quæ scripsi ad l.13.& 18.ff.ratam rem.*

b Petitoris sc. qui in necem debitoris quanti sua intersit plus æquo æstimat.

cuitus

cuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate[a] cadat: cùm sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur[b], vel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. ¶ Et hoc non solùm in damno[c], sed etiam in[d] lucro[e] nostra amplectitur constitutio: quia & [f] ex eo veteres id quod interest, statuerũt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, huius constitutionis recitatio. Datum Kal. Septemb. Constantinop. post consulat. Lampad. & Orest. Conss. 530.

SI A NON [g]COMPETENTE IVDICE IVDICATVM esse dicatur.

Tit. XLVIII.

1. Imp. *Alexander* A. Sabiniano.

IVDEX ad certam rem datus, si de aliis [h]pronunciauit, quàm quod ad eam rem pertinet, nihil egit IIII. No.* Maxi. II. & AEliano Conss. 224.

2. Imp. *Gordianus* A. Licinniæ.

SI militaris[i] iudex super ea causa de qua ciuilibus actionibus disceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognouit: etiam remota appellatione, id quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati non habet.

Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis super qua non fuit delegatus. Bal.

3. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Philetæ.

SI de[k] proprietate datus iudex aduersus te nihil super hac statuit: rector prouinciæ aditus hanc causam cognoscere, suáque decidere sententia curabit: cum ||&|| si quid de [l]possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minimè noceat. S. Non. Nouemb. Hercul. & Cæs. Coss. 307.

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theodos.* AAA. ad Potitum Vicarium post alia.

||ET|| in priuatorum[m] causis huiusmodi forma seruetur, ne quenquam litigatorum sententia non à suo iudice [n]dicta constringat. Dat. 10. Kal. Octob. Romæ Auxonio & Olybrio Conss. 379.

DE POENA IVDICIS[o], QVI male[p] iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

Tit. XLIX.

Qui diffidentia iustæ sententiæ pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: siue priuata sit lis, siue publica, siue fiscalis. Bald.

1. Imp. *Antoninus*[q] A. ad Gaudium.

CONSTITIT in quacunque causa, siue priuata, siue publica, siue fiscali, vt cuicunque data fuerit pecunia [r] vel iudici vel aduersario: amittat actionem [ſ] is qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotij reposuerit. Dat. 14. Kal. Ian. Duobus Aspris Coss.

In auth. vt litigantes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus col. 9. tit. 7. al. 5. Nouell. 124. cap. 2.

NOuo iure, qui dicit [t] se dedisse alicui, vel promisisse & personam declarauerit, & hoc prebauerit: veniam meretur. Sed qui accepit, vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit: dati triplum, promissi duplum à comite priuatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. Si verò criminalis causa fuerit: confiscatis omnibus bonis, in exilium mittatur. Sed si datũ vel promissum probare litigator nequiuerit: persona quæ dicitur suscepisse, iuret quòd neque per se, neque per aliam personam accepit, aut promissionem habuit, & sic libera sit. Sed litigator qui ostendere non potuit, in causa pecuniariæ æstimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur, lite sustinente propriũ euẽtum in criminali bonis omnibus confiscatis: causis apud competentem iudicem legitimè terminandis. Sed si persona à litigatore manifestata prædictum iusiurandum refutauerit, memoratis subiaceat pœnis. Sed si quis litigantium iurauerit se non dedisse, vel promisisse: si intra decem menses post sententiam memoratam ostendatur dedisse, vel promisisse, memoratis pœnis dantes & accipientes subiacebunt.

Iudex corruptus famam perdit, & damnum resarcit. Bald.

2. Imp. *Constant.* A. ad Felicem.

DE eo qui pretio [u] deprauatus aut gratia, perperam iudicauerit, ei vindicta quem læserit, non solùm æstimationis dispendij, sed etiam litis discriminis præbeatur. Dat. 8. Kalend. Nouembr. Constantinopoli, A. V. & Licinio CC. Coss. 312.

SENTENTIAM RESCINDI[x] non posse.

Tit. L.

1. Imp. *Gordianus* A. Secundo.

NEQVE suam, neque decessoris [y] sui sententiam quenquam posse retractare [z], in dubium non venit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere prouocationem, explorati iuris est. PP. Kalend. Mart.*

Exceptio peremptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis, in integrum ratione ætatis. Salyc.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Alexandro.

PEremptorias exceptiones omissas[a] in initio, antequam[b] sententia feratur, opponi posse perpetuum edictum manifestè declarat. Quod si aliter actum fuerit in[c] integrũ restitutio permittitur. Nam iudicatum contra maiores annis vigintiquinque non oppositæ præscriptionis[d] velamẽto, citra remedium appellationis rescindi no potest. 7. Kal. Ian. Nicomed. CC. Coss.

3. Imp. *Constantin.* A. ad Proculum.

IMpetrata rescripta non placet admitti, si [e]decisæ semel causæ fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit: sed eos qui talia rescripta meruerunt, etiam lumine [f] iudiciorum expelli. Datum 6. Kalend. Ian. Constant. & Licinio AA. Coss. 312.

DE FRVCTIBVS ET LItium[g] expensis[h].

Tit. LI.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Alexandro.

HOc fructuum[i] nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis[k] superest. 3. Non. April. CC. Coss.

Factus malæ fidei possessor, per litem contestatam, tenetur de perceptis, & de percipiendis: & vitium eius transit in heredem. Salyc.

2. Imperatores *Valens & Valent.* AA. Olybrio præfecto prætorio.

LItigator[l] victus qui post conuentionem rei incumbit[m] alienæ, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum præstationem eorum quos ipse percepit, agnoscat: sed || etiam || eos quod [n] percipere potuisset, non quos eum redegisse cõstat, exoluat ex eo ||tempore|| ex quo re in iudicium deducta, scientiam [o] malæ fidei possessionis accepit. Heredis[p] quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Dat. 7. Kal. Maij, Treue. Valent. N. P. & Victore Consulibus. 362.

3. Imperatores *Honor. & Theod.* AA. Asclepiodoto. præfecto prætorio.

TErminato[q] transactóque negotio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione [r] præstetur, nisi [ſ] iudex qui de principali negotio sententiã promulgauit, comminus partibus constitutis, iuridica pronunciatione significauerit victori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere. Post [t] absolutũ enim dimissúmque iudicium, nefas est litem alteram con-

a Infinitum impossibile.
b Iudicis sententia sc. eorum enim est modus aliquis *l. vl. s. de modo multa.* & ita hanc legem accipe: non de his quæ quisque sibi ex conuentione cauit. licet enim cuique etiam triplum *l. 5. D. de iure fisci.* quadruplum stipulari, *l. 56. D. de euict. v. Cui. 16. ob seru. 34.*
c Id quod interest, lucrum cessans est & damnum emergens. *l. 2. in fin. ff. de eo quod certo loco.*
d Imò lucri non habetur ratio, *l. 21. §. 2. D. de actio empt.*
e *l. 2. ff. de eo quod certo loco l. 33. ff. locati, l. 13. D. ratam rem haberi. l. 73. D. de furtis.* vt habeatur ratio vsurarum quæ percipi potuerunt à creditore, *Roland. à Vall. 1. consil. 35.* Porro de lucro facto à fure ex re furtiua *v. l. 3. §. 8. D. de sepulchro violato.*
f Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptũ persequitur.
g *l. 2. s. de iurisdict. l. vl. D. de iurisdict. l. pen. ff. de iudic. ca. at si clerici. de iudic. v. Oldend. c. de sent. & re iud.*
h *l. 3. s. de pedaneis iudicib. l. 7. s. ne de statu defunct. l. 10. Co. de sent. & interlocut. leg. 6. j. de except. rei iud. l. 5. j. quando prouocare non est necess. l. vlt. D. de iuris.* puta si datus ad actionem locati, iudicet de pecunia credita: si datus in causa possessionis, iudicet de proprietate, *l. 3. j. eo.*
i Militaris iudex de causa ciuili iudicare nõ debet *l. 20. D. de iurisdict. l. 9. Co. Theod. de iurisdi. l. 1. s. de off. milit. iud.*
k *dixi ad l. 1. s. eod.*
l Datus iudex vt de proprietate cognoscat, de possessione iudicare nõ potest.
m sententia à non suo iudice (putà dato à procuratore Cæsaris) inter priuatos dicta nõ parit iudicati actionem.
n putà procuratore Cæsaris *l. 1. s. de pedaneis iu.dic.*
o Competentis.
p *l. 50. ff. 13.* si per imprudentiam non conuellitur res iudicata, *l. 65. §. 2. D. ad Trebell. l. 12. §. 3. ff. de bon. libert. l. 55. D. de re iud.* sed tenetur in solidam æstimationem condemnato: salua tamen fama *l. vl. D. de extraord. cogn.* si per ambitionem & gratiam etiam notatur infamia. *v. l. 2. j. eod.* si pecunia corruptus, sententia ipsius pro nulla est, *l. 7. j. quando prouocare.*
q *l. 1. §. 3. de calumniatoribus.*
r *d. leg. 1. §. 2.*
ſ id est, si actor corrupit, amittit actionem: si reus, defensionem. Nam actionis verbo continetur exceptio.
t Corruptori medicina est confessio.
u *v. l. j. quando prouocare. l. 14. ff. de iudiciis.*

x *l. 9. s. de sent.* Sententia prior posteriore potior: lex posterior, priore potior.
y *d. l. 9.*
z *l. 3. j. de commi.*
a *l. 4. j. de except. l. 23. §. 3. ff. de condict. indebiti.*
b an & post? nõ ita est: nisi à milite. *l. 1. s. de iuris & facti.* Quid si ipsa exceptio notoria sit? quid si qui ea vtitur, in continenti se probationi offerat? vide Socinum *reg. 127.*
c Aduersus sententiam datur in integrum restitutio & appellatio *vt hic.*
d i. exceptionis.
e Rescripto nõ potest rescindi sententia à qua non est appellatum. *l. 2. in f. l. 3. j. vt lite pendente. l. vl. s. de err. adu. l. vlt. s. quomodo & quando iudex. v. Papon. 3. notar. 14. c. des rescrits contre iuges.*
f limine iudiciorum *Vulgat. Hal.*
g litis, *C. Theodo. lib. 4. t. 16.*
h præstandis victori à victo. *v. l. 79. ff. de iudiciis. l. 6. §. 2. ff. de appe.*
i Fructus intelligitur, quod iustis sumptib. deductis super est.
k *l. 35. in f. ff. de hered. petit.*
l Malę fidei possessor, non rem tãtum redhibet & fructus quos percepit: sed etiam eos quos percipere potuisset lite contestata (Aliud in hereditatis petitione: in qua fructus etiã ante litis contestationem percepti, deducũtur) Quin si relicto herede moriatur, etiam ab herede, qui in eius vitium successit, fit repetitio eorũdem fructuũ. *Synopsis Basilic. 9. tit. 3. περὶ καρπῶν. c. 66.*
m incubarit, *l. 1. C. Th. e.* quæ vox malæ fidei possessionis index.
n *l. 22. s. de rei vindic. l. 10. de vsur. §. 2. in f. Inst. de off. iud.*
o *d. l. 22 v. l. 25. §. 7. ff. de hered. petit.*
p Heres possessoris tenetur de fructibus, *l. 2. Co. Theod. eod.*
q Post sententiam definitiuã de sumptibus litis non agitur, nisi iudex sumptuum taxationẽ reseruauerit.
r repetitionem, *d. l. 2.*
ſ Expensæ ante litem contestatam & pòst factæ, officio iudicis petuntur *vt hic: Glos. & Doctores in c. finem. extra de dolo.* nisi promissæ sint in instrumento: hoc enim casu iure actionis peti possunt, etiam post sententiam latam super ipso principali. *l. 3. in f. ff. de legat. 3.* Itẽ nisi statuto debeantur: tunc. n. condictione ex statuto peti possunt. *Bart. in d. l. 3. Socinus regula 140.* Idem si nihil sit quod actori imputetur, ob expensas non petitas. *l. vtique vbi Accursius. ff. de rei vindic.* Idem in sententia interlocutoria, aut si iudex sententiam supplere velit: Idem & in specie *l. eum. §. Iul. ff. de constit pecunia.*
t *l. 19. s. de transact.*

a Pecuniaria, post dispendia. post sumptus. sic enim ex veteribus vt Nouella Martiani, & prima omnium editione Moguntina hic locus restituendus est, & ex Basilicis in quibus est, τὰ δαπανήματα καὶ τὰ ζημιώματα, *v. Cuiac. hic.*
b *l. 13. §. 6. l. 15. l. 79. ff. de iudicijs. §. 1. vers. hæc autem omnia. inst. de pœna temp. litig.*
c Cuiacius hanc legem restituit, *12. obs. 21.* sumpta est ex 3. *Synopsis Basilicôn 3. cap. 70.*

surgere ex litis primæ materia. Dat. 3. Kal. April. Constantin. Asclepiodoto & Mariniano Coss. 423.

4. Imppp. *Valent.* ||*Theod. & Arcad.*|| AAA. edictum ad populum.

NOn ignoret is cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quòd si culpa sua fuerit dilata cognitio, vel minimè actioni suæ adfuerit, vel delata ||non|| probauerit: pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam, pro pecuniaria [a] verò causa, post [b] sumptus, considerata quantitate postulatorum, vel medij itineris interuallo, condemnationem pro æstimatione iudicis sustinebit. Dat. 5. Id. Nouemb. Constant. Valent. A. VII. & Auieno Coss. 450.

5. Imp. *Zeno* [c].

COnstitutio [d] præcipit, vt quiuis iudex in sententia sua iubeat victum [e] factos in iudicio sumptus præstare. Habet & potestatē iudex transcendendi sumptum ad decimam vsque partē eorum, quæ impensa sunt, si eum ad hoc partis eius, quæ sumptum profudit, impudentia permouerit: ita vt ea, quæ impensas excedunt, ad fiscales rationes pertineant, nisi fortè iudex detrimentum partis victricis sarcire volens, partem aliquam horum ei assignet. Neque tantum actor atque reus [in expensas] condemnantur, quū iudex vtrique competens est: verùm etiam quum non est iudex actoris competens. qui tamen ex reconuentione victus sit, nec eum iudicem recusare possit: siue adeò præsides, siue dati à principe arbitri, iudices fuerint. Nam & hi suos executores [f] atque compulsores habent. Quod si iudex hoc non fecerit, ipse parti victrici damnum illud compensare cogitur. 1 ¶ Si quis verò conuentus bona fide soluerit, aut actor lite destiterit, aut etiam iudex inueniat eum non calumniatorem, sed de re dubia litigantem: hic euitabit impensarum condemnationem. 2 ¶ Manifestum est autem, quòd in iudicibus pedaneis præses [seu magistratus] est, qui debet eis assignare officialem [seu apparitorem] hæc tractantem [seu dirigentem.] Dat. 7. Kal. April. post consulatum Longini.

Priuilegium concessum super litis expensis in totum vel in parte non agnoscendis, extenditur ad aduersarium propter æqualitatem seruandam in iudicijs.

6. Imp. *Anastasius* August. Stephano magistro militum.

CVm quidam per [g] leges sacrásque cōstitutiones, alij per speciales largitates sibi præstita priuilegia prætendūt, tam super sportulis [h] pro conuentionibus vsque ad certam quantitatem præbendis, quam super expensis litium vel minuendis, vel penitus non agnoscendis: per hanc legem decernimus, vt quicunque huiusmodi priuilegio munitus est, vel postea talem prærogatiuam quolibet modo meruerit, sciat & si quos ipse, vtpote obnoxios sibi pro quacumque criminali vel ciuili causa constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus hisdem [i] priuilegiis potituros: quoniam non [k] est ferendum, eos qui præfatas prærogatiuas (vt||iam||antè latum est) prætendunt, aliquid plus ab aduersariis suis quærere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur: ita scilicet vt hæc quidem forma modis omnibus obseruetur super priuilegiis per liberalitates vel generaliter quibusdam officiis, aut scholis seu dignitatibus vel specialiter certis personis præstitis, vel postea præbendis: siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel affatibus incertum, siue prætermissum sit vel fuerit.

DE RE IVDICATA [l].

Tit. LII.

Rebus iudicatis paretur, nisi petatur quod iam habetur. Salycet.

1. Imp. *Antoninus* A. Stellatori.

REBVS quidem iudicatis standum [m] est. Sed si probare poteris eum cui condemnatus es, id quod furto amisisse videbatur, recepisse [n]: aduersus iudicati agentem, doli exceptione opposita tueri te poteris. Kal. Mart. Ant. A. IIII. & Balbino Coss.

d Interpretatio Leuclaij.
e *l. vlt. C. quando prouoc. non est necess. d. vers. hæc autem.*
f ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπείκτας *d. c. 70.*
g Priuilegia super sportulis iudiciariis lege vel beneficio principis concedi possunt.
h *adde l. 12. C. de prox. sacror. scrin.*
i Victus victori cōdemnatur in expensis quas fecit, non in his quæ ex priuilegio remittūtur.
k idque ad æqualitatem seruādam, vt quod vni priuilegio remittitur, idē alteri remittatur *ff. quod quisq. iur. l. 1. fin. ff. de cōstitut. l. 81. ff. pro socio.*
l *dixi ad 42. ff. 1. adde 4. Co. Theod. 14. 9. Synopsis Basil. 3. c. 70.*
m Statur rebus iudicatis.
n Victor à reo frustra postulat quod ipse iam habet.
o *l. vn. C. de errore calculi. v. quæ notaui ad l. 1. §. 1. ff. quæ sentent. sine appellat.*
p Fines litium esse oportet.
q Potest quis ad rem & pœnā condemnari.
r Tenet sententia à qua nō est appellatum, *v. l. 1. C. de his qui prop. mor. non appell.*
s Sententia propter instrumenta de nouo reperta non retractatur. *l. 27. in f. ff. de except. rei iudic. l. 35. ff. hoc tit. Synopsis Basilic. 8. tit. 1. ex lib. 9. t. 3. ca. 75. 1. Harm. 3. c. 35.* fallit in fisco seu republica, minore, furioso, prodigo, libertate, spiritualibus, & Ecclesia, criminalibus, arbitratorū causis, quoties sentētia lata est ex subsidiariis probationibus, puta, iuramēto ex l. *admonendi. ff. de iureiur.* fallit quoq; si quis ante sentētiam, adhibita omni diligētia, instrumentum recuperare non potuit. fallit preterea, quoties instrumentum recens repertum, instrumentum est alterius sententiæ. *l. ante sententiam. C. de sententijs.* vt & si instrumento ita reperto, constaret sententiam latam esse ex falsis instrumentis vel probationibus. *l. penult. ff. de confessis.* Non obtinet quoque in sententia condemnatoria: vt & si testamentum repertum est. Gloss. in l. 1. *§. ratio. ff. quemadm. testamen. l. si vir. ff. de except. rei iudicatæ.* licet contrarium sentiat *in l. 3. §. si legatarius ff. si cui plus quam per legem Falcidiam. vide Socinum regula 361.* His ex causis restitutio datur aduersus rem iudicatam ob instrumenta de nouo reperta. vide Sfortiam *Oddum 2. de restit. quæst. 75.*
t ἀνανεοῦσθαι *Synopsis Basilic. 8. ex lib. 9. t. 3. c. 75. 1. Harmenop. 3. §. 35.*
u *Synopsis Basilicon. d. tit. 3. cap. 76. 1. Harmenop. 3. §. 92. 93.*

x Qui dilationem soluendi petit, tacitè sortem fatetur, & sententiæ adquiescit. Silentio sententia adprobatur, *v. l. 5. C. de arbitris. l. 40. ff. de pactis.*
y Hanc legem propriè pertinere ad gesta à Marcellino v. s. Tribuno & notario cōfecta aduersus Donatistas, constat ex *l. 55. C. Theod. de hæret.* & D. Aug. *epi.* 158. 159. 160.
z Acta iudicis semel promulgata perpetuam fidem faciunt, etiam mortuo vel remoto iudice, qui de causa cognouit.

2. Idem A. Pacaciano.

REs iudicatæ si sub prætextu computationis [o] instaurētur, nullus erit litium [p] finis. PP. prid. Non. * Romæ, Læto & Cereale Coss. 216.

3. Idem A. Demetrio & aliis.

SI pecuniam quam mala ratione intercepisse vos apparuerit, iussi sitis inferre cum [q] pœna, & comperto præcepto præsidis non [r] prouocaueritis: vniuersam quantitatem debetis inferre.

4. Imp. *Gordian.* A. Antonino.

SVb specie [s] nouorum instrumentorum postea repertorum, res iudicatas restaurari [t], exemplo graue est. Datum 8. Id. Mart.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Valentino.

AD [u] solutionem dilationem [x] petentem, acquieuisse sententiæ manifestè probatur: sicut eum qui quolibet modo sententiæ acquieuerit. Nec enim instaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.

6. Impp. *Honor. & Theodos.* AA. Iuliano proconsuli Africæ.

GEsta [y] quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuā firmitatem. neque enim morte [z] cognitoris perire debet publica fides. Datum 3. Kal. Septembr. Romæ, Constantio & Constante Coss. 414.

DE EXECVTIONE [a] REI IVDICATAE.

Tit. LIII.

1. Impp. *Seuer. & Antoninus* AA. Iustino.

NIMIS properè iudex pignora Marcellæ capi ac distrahi iussit ante [b] rem iudicatam. Prius est ergo, vt seruato ordine, actionem aduersus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. PP. 3. Kal. Feb. Albino & Æmiliano Coss. 207.

2. Iidem AA. Agrippæ.

SI causam iudicati non nouasti [c], rem iudicatam præses prouinciæ etiam pignoribus [d] captis [e], ac distractis ad emolumentum perduci iubebit. Quod si nouata causa est, ex stipulatu tibi actio competit: & iudice accepto secundum iuris formam experire.

Si pignora capta in causam iudicati non reperiunt emptorem, factis subhastationibus dantur creditori in solutum. Paul. de Cast.

3. Iidem AA. Agrippæ.

ORdo rei gestæ, & mora solutionis quæ intercessit, constantius [f] desiderat remedium. Si itaque præsidem prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet, adieris, & allegaueris res soli quæ pignori datæ [g] sunt, diu subhastatas [h], ex compacto [i] siue ambitione [k] diuersæ partis emptorem non [l] inuenire||potuisse,||in possessionem earum te mittet, vt||vel||hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur. Datum XI. Kalendas Iulias, Messala & Sabino Coss. 215.

4. Iidem AA. Marcello militi.

STipendia [m] retineri [n] propterea, quòd condemnatus es, non patietur [o] præses prouinciæ, cùm rem iudicatam possit aliis rationibus exequi. PP. 3. Non *.

5. Imp. *Gordianus* A. Amando.

ETiam nomen [p] debitoris in causa iudicati capi posse, ignotum non est. PP. 3. Id. Octobr. Attico & Prætexto Coss. 243.

6. Imp. *Philippus* A. & C. Titiano.

SI (vt proponis) rerum iudicatarum executor [q] datus partes ||sibi|| iudicis vindicauit [r], & contra ea quæ pridem

a vide VVurm. 1. *pract.* 23. ea fit re perducta ad effectum. cóq; pertinet pars tituli 1. *lib. 42. ff. &* 52. *Eclo. 3.* περὶ ἀπαιτήσεως τ' ἀπὸ καταδίκης τοῖς ἀποφάσεως ἢ ψήφου δικαστικῆς. Executio fit vel per actionē, vel officiū iudicis, vel per ministrum vel apparitorē. De exceptionibus aduersus executionē sententię, vide Oldendor. *c. 59. de exception.*
b ante rem iudicatam non fit executio, *l. 4. §. 6. l. 58. ff. de re iudicata.*
c Sententia habet paratam executionē, nisi sit nouatio *l. 4. § 4. ff. de re iudic.* de exceptione nouatiouis, vide Oldend. *c. 46. de exception.*
d *l. vlt. C. eod.*
e per officium scilicet non occupatis à creditore, licet ei dari dicantur.
f i. promptius.
g captę: quidam etiam ita legūt.
h hinc colligūt, semper requiri subhastatiōnē. in rebus absentis distrahendis *v. l. 9. C. de rescin.*
i compactum, Græci κακουργίαν calliditatem. *vt l. 3. C. si in causam iudicati.*
k Ambitio, amicorū copia, non περιδρομή. vt putat Theodorus.
l Emptore pignoris non inuēto, pignus addicitur creditori. *l. 3. C. de iure dominij impetr.*
m Stipendia & annonæ militū iudicati causa capi nō possunt. *52. Eclog. 3. ca. 81.* nisi in subsidiū *vt hic.* Quid præmia athletarū? possunt capi, *l. 40. ff. de re iudic.* Quid annonæ clericorū? (præbendas & fructus beneficiorum vocant) capi possunt. nam & inter Græcos Theodorus hāc legem specialiter intelligit de militibus armatæ militiæ. dixi ad *Nouell. 53. c. 5. inf. v. Ripens. ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pig. num. 45.* Quid mercedes diurni laboris? v. Ripensem *d. loco.*
n an pignorari? dixi *d. c. 5. adde Ripens. ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pig. num. 43.*
o ne alioquin ablatis stipendiis milites deserant militiam, & publica vtilitas communísque salus vnius priuati creditoris ergo, detrimentum capiat.
p Nomina debitoris, in subsidium, iudicati nomine, capi possunt: in subsidium, quoties deficiunt res corporales, *v. l. 15. §. 2. §. 8. ff. de re iudicata.*
q Executoris officium, hoc est, vt exigat, capiat, distrahat, addicat: non etiam vt iudicet, aut iudicatum retractet vel interpretetur, *l. pen. C. eo.* cogitur etiam reddere rationem. *Roland. à Valle cons. 49.*
r *v. l. 20. ff. de iurisd.*

Pro par-

a Ideoque ab eo appellari non solet, sufficit simpliciter reclamare contestatione superioris facta *vide Olden.c.59.de excep.* b Si post condemnationem reus moras nectat, & corpora, id est, mancipia & animalia, in condemnatione posita, rebus humanis eximi contingat, æstimationem eorum præstare cogitur *vt hic: Synopsis Basilico.* 1. *Titul.*17.*ex lib.*9.*tit.*3.*c.*84.*&* 9.*tit.* 3 *c.*84. c Si herede moram faciente, seruus mortuus fuerit, cuius vsus relictus est: in id quod interest condemnatur à tempore moræ, vsque ad serui mortem. In id quod interest, i. quanti interest eius, cui vsus relictus fuit, seruum habere. Fortassis enim ex affectione in illum, qui vsum serui habere debuit, seruo quis legatum reliquit & propter moram legatum periit. *Synopsis Basilic.* 7. *tit.*17.*ex libr.* 16. *tit.*1.*c.*36.*& ibid. Scholiastes.*

pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandum putauit: sententia ab eo dicta vim rei iudicatæ obtinere nequaquam potest [a].

7. Impp. *Dioclet.& Maximia.* AA. Theodoro.

SI [b] longis apertisque frustrationibus partis aduersæ, restitutio remota est, etiam seruis [c] rebus humanis exemptis [d]: à frustratore æstimatio eorum restituenda est. Animalia quoque cum fœtibus [e] tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

8. Iidem AA.& CC. Nicomacho.

EXecutorem [f] eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes audita omni & discussa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. Sine die & consule.

Tunc est petenda executio, quando reus confessus est: vel si negauit, cum est conuictus & condemnatus. Pau. de Cast.

9. Iidem AA.& CC. Glyconi.

EOs quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conueni prouinciæ: qui siue debitũ confessi [g], siue negantes & conuicti fuerint condemnati, nec intra statutũ [h] spatium solutioni satisfecerint: cùm latæ sententiæ, pignoribus [i] etiam captis ac distractis, secundũ ea quæ sæpe constituta sunt, meruerint executionem, iuris formam tibi custodiet. S. Non. Nouemb. CC. Coss.

DE VSVRIS[k] REI IVDICATÆ.

Tit. LIIII.

1. Imp. *Antoninus* August. procuratoribus hereditatum [l].

IS qui bona secundum dictam sententiam prosequitur: eas quoque rationes habiturus est, vt qui post legitimum tempus placitis no obtemperauit, vsuram centesimam [m] temporis quod postea fluxerit, soluat.

2. Imperator *Iustinianus* Aug. Mennæ præfecto prætorio.

EOs qui cõdemnati solutionem pecuniarum quas prætendere iussi sunt, vltra [n] quatuor [o] menses à die condemnationis [p], vel si prouocatio fuerit porrecta, à die cõfirmationis [q] sententiæ connumerandos distulerint: centesimas [r] vsuras exigi præcipimus: nec priscis legibus, quæ duas [s] centesimas ||eis|| inferebant, nec nostra sanctione [t], quæ dimidiam centesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus. Datum 7. Id. April. Constantinop. Decio Coss. 529.

Vsura centesima debetur ex sorte tantum & non ex priore vsura, licet in condemnatione cum sorte sit deducta.

3. Idem A. Ioanni PP.

SAncimus, si quis condemnatus fuerit post datas à nobis quadrimestres inducias, centesimas quidẽ vsuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere, sed tantummodo sortis, † & non vsurarum quæ ex pristino contractu in condemnationem deductæ sunt. Cùm enim iam constituimus vsurarum [u] vsuras penitus esse delendas: nullum casum relinquimus ex quo huiusmodi machinatio possit induci. Si enim sine emendatione relinquatur: aliquid absurdum atque inelegans necesse est euenire: cùm ||vsuræ|| vtiliter ex contractibus descendentes, plerunque minores centesimæ [x] ex nostra lege factæ sunt: & necesse est minoribus vsuris grauiores supponi. Si enim ex iudicati actione centesimæ omnimodo currunt vsurę, ex contractibus autẽ hoc rarò contingit: in capitulis lege nostra tantummodo exceptis huiusmodi iniquitatem ipsa rerum necessitas introducebat. Et ideo pio remedio causam corrigentes, sancimus [y] sortis tantummodo vsuras vsque ad centesimam currentes, ex iudicati actione profligari, non autem vsurarũ

d Mortua specie debita, fit executio in ęstimationẽ *Ba. l.* 48. *ff. de rei vindica. l.*8.*ff. de re iudic.* e Condemnatus, si morã cõmittat, tenetur de interitu & accessionibus, *l.*2. *§. de fructibus & lit. expens.* Exinde litis cõtestatæ veniunt fructus. f Executor rei iudicatæ quis? *adde l.*6.*§. eo.* Est verò ἐκβιβαστής seu exequutor, qui post sententiam adhibetur, vt quæ iudicata sunt, exsequatur. *Synopsis Basilic.*7.*Titu.*4.*ex lib.* . *tit.*3.*ca.*85. *adde Theophilum §.*24.*Inst. de act.* g Eorũ qui debita cõfessi sunt, pignora capi & distrahi possunt *Paul.*5.*sen.*5.*§.*4. h Quatuor mẽsium, *l.* 2.*§. titu. prox.* olim 30. dierum ex legibus 12. tabularũ, *dixi ad l.* 12. *tabularũ lib.* 2. *tit.* 20.*§.*27. i *l.* 2.*§. eo. l.* 31. *in f. D. de re iudica.* k 4. *Co. Theodos.* 17. centesimis *vide l.*2.*§. eod.* l Hereditatum fisci *Contius*: heredum *Hal.* m Morator iudicati faciendi, post quadrimestre tempus pręstat vsuras cẽtesimas *l.* 2. *in fi.§. eo.* n Quod & legitimum tempus *l.* 1.*§. eo.* statutũ spatium *l. vlt. §. titu. prox.* quadrimestres induciæ *l. vlt.§. eod.* Aliud olim tẽpus fuit. *dixi ad l.* 12. *tabularum lib.* 2. *tit.* 20.*§.*27. *adde Forner.* 2. *select.* 15. *vbi agit de tempore iudicati faciendi.*

o connumerãdos à lata sententia: vel si appellatio subsecuta sit, à sententia iudicio appellationis cõfirmata. Vide Harmenopulũ & ibi Scholiastẽ 1. *tit.*4.*§.*88.89.*&* 85.86. p Dies condemnationis. q Dies confirmationis sententiæ. r *l.*1.*supr. eod. l.*64.*in fin. ff. de re iudica. l.*24.*ff. de appellat. l.* 4. *D. de vsuris.* s Aboletur bina aut duplex centesima, quæ olim obtinuit *vt hic: & l. vnic. Co. Theod. eo.* vt hodie duplices centesimas condemnati non præstent, *Molinæus de vsuris nu.*42.44. abolentur quoque semisses, *leg.*26.*§. primo, versicu. cæteros supr. de vsuris.* t *dict. versic. cæteros.*

† Vsura rei iudicatæ, sortis est tantum non vsurarũ, quæ in condemnationẽ deductæ sunt. quia siue fiat stipulatione siue iudicato, anatocismus prohibitus est, *lege vnic.§. de vsuris.* Vsurarum vsuræ non debentur, etiamsi in sortem redigãtur, id est, etiamsi fiat anatocismus: & ita abrogatur *dicta lex vnic. Co. Theod. eodem.* u *lege vigesimaoctaua supr. de vsuris.* x Centesima. y Obserua sententiam, *adde legem decimamtertiam supra de vsuris. legẽ quartam supra depositi. l.*49.*in fin. D. de act. empti.*

quantascunque vsuras. Si enim nouatur [z] iudicati actione prior contractus: necesse est vsurarum quidem quæ anterioris contractus sunt, cursum post sententiam inhiberi: alias autẽ vsuras ex iudicati actione tãtummodo sortis procedere: & non ideo, quòd forsitan consummata [a] est quantitas sortis & vsurarum, totius summæ vsuras postea colligi, sed sortis tantũmodo. 1 ¶ Et cùm antiquitas pessimo exemplo reis quidem cõdemnatis laxamentũ duorum mensium præstabat, fideiussores [b] autem eorum eodem vti beneficio non concedebat, vt liceret victoribus, relictis propter legẽ condemnatis personis, à fideiussoribus eorum vel mandatoribus statim pecunias vel res in condẽnatione positas exigere: huiusmodi acerbitatem resecantes, sancimus quadrimestres [c] inducias, quas dedimus condemnatis, etiam [d] ad fideiussores eorum & mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cùm enim interuentor soluere compellebatur, & ipse reum coercebat ad inuitam solutionem, nullũ cõdemnatus habebat sensum nostræ humanitatis: quia per [e] medium fideiussorem statim pecunias persoluere compellebatur.

SI PLVRES VNA SENTENTIA condemnati sunt [f].

Tit. LV.

1. Imp. *Alexander* A. Victori.

SI non singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus vna & eerta quantitate condemnati estis, nec [g] additum est, vt quod ab altero seruari non posset, id alter suppleret: effectus sententiæ ||pro|| virilibus [h] portionibus discretus est. Ideoque parens pro tua portione sententiæ, ob cessationem alterius ex causa iudicati conueniri non potes.

Sententia contra plures tutores lata, in viriles intelligitur diuisa. Salyc.

2. Imp. *Gordianus* A. Anniano.

QVoties è tutoribus [i] singulis procuratoribus datis, sequitur in omnium persona condemnatio: periculum sententiæ videtur esse diuisum [k]: ideoque quod ab vno seruari non poterit, à cæteris exigi non posse, explorati iuris est.

QVIBVS[l] RES IVDICATA non nocet.

Tit. LVI.

1. Imp. *Alexander* A. Masculino.

SI neque mandasti [m] fratri tuo defensionem rei tuæ, neque quod gestum est, ratũ habuisti: præscriptio rei iudicatæ tibi non oberit. Et ideo nõ prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum iudicatarum. PP. Non. Maij, Alexand. A. Cos.

2. Imp. *Gordianus* A. Athemio.

REs inter [n] alios iudicatæ, neque emolumentum afferre his qui iudicio non interfuerunt, neque pręiudiciũ [o] solent irrogare: ideoq; nepti tuæ præiudicare non potest, quod aduersus coheredes eius iudicatum est, si [p] nihil aduersus ipsam statutum est.

3. Imperatores *Diocletian.& Maximia.* AA.& CC. Honorato.

IVris manifestissimi est, & in accusationibus [q], his qui cõgressi ||in|| iudicio non sunt, officere non posse, si quid fortè præiudicij videatur oblatum.

4. Iidem AA.& CC. Soteriano.

NEc [r] in simili [s] negotio res inter [t] alios actas, absenti præiudicare, sæpe constitutum est. Dat. Sirmij, 6. Kal. Dec. Cæs. Cos.

z Iudicati actio nouat cõtractũ. a συναφθεῖσα v. *quæ notaui ad l.* 36.*ff. de ædilitio.* b Tempus quadrimestre quod datur reis principalib. datur & eorum fideiussorib. *vt hic: Synopsis Basil.* 7. *tit.* 17.*ex lib.*9.*tit.* 3. *ca.*89. c Fideiussori pdest dilatio, quę reo principali concessa est. d Fideiussor tenetur, licet reo data sit dilatio. *adde l.*27.*§.*1. *D. de pactis: l.*21.*§.* 5.*ff. de arbitris: Marsilium tractatu de fideiussorib. ibi, Quarto sexto.* e *adde l.*28.*ff. de arbitris.* f Singuli pro virili portione tenentur, *l.*1.*§ eod.* g Plures simpliciter cõdemnati, intelliguntur in partes æquales, nisi aliud sit expressum. Iudicato non fiunt duo rei nisi hoc fuerit nominatim expressum *l.*39.*in f. ff. de iure fisci.* h *l.*2.*§. eo. l.*48.*ff. de re iudic. l.* 10. *§.*3. *D. de appellatio.* i Sententia aduersus plures tutores data, in viriles intelligitur diuisa. k *v. l.*1.*supr. eod.* l Res inter alios iudicata aliis non nocet, *l.* 2.*§. eo. v. l.*63.*ff. de re iudicata.* m Etiamsi sententia lata sit contra coniunctam personam non propterea mihi pręiudicat, si non mandaui aut ratum habui. n Inter alios res iudicatæ, nec emolumentum, nec damnũ absenti adferunt. Ideoq; nec vno heredũ condemnato, alteri præiudicatur. *Synopsis Basil.*9.*Titu.* 3.*c.*93.1. *Harmenopu.*4.*§.*32.*in f. d. l.*63.*v.§. res int. alios act. l.*7.14. 22.*&* 27.*ff. de excep. rei iud. v. l.*14 *in f. ff. de proba.* Exceptiones huius regulæ v. apud Accurs. *hic.* o *l.*1.*ff. de excep. rei iudicatæ.*

p *l.*2.*§. de fide instrumen.* q i. in causis criminalib. *l.*9.*§. de accusa.* Etiam in criminibus ea, quæ inter alios iudicata sunt, aliis non officiunt. *Synopsis ibid. c.*94. *adde d. l.*2. r Quæ in iudicio sunt iudicata, quamuis alius quispiam in eandem causam inciderit, tamen in eo valere non debent. Nec enim absenti ex rebus iudicatis præiudicium nasci debet. *Synopsis Basilic. ibid. c.*95. s Exemplis non est iudicandum, sed legibus *l.*13.*§. de sent.* t *l.*2.*§. eodem. v.§. res inter alios acta.*

COMMINATIONES[a] EPISTOLAS[b], programmata[c], subſcriptiones[d] auctoritatem rei iudicatæ non habere.

Tit. LVII.

1. Imp. *Antoninus* A. Rogatiano

NEc vim ſtipulationis obtinere poteſt comminatio[e] iudicis qui certas[f] vſuras præſtituros eos dixit qui intra certum diem debitum non exoluiſſent. Prid. Id. Ianua. Anton. A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

2. Imp. *Alexander* A. Maximo.

REi iudicatæ effectum non habet, quòd per epiſtolā[g] rector prouinciæ ſoluere vos pecuniā reipublicæ iuſſit. 4. Id. Mart. Maxim. II. & Æliano Coſſ. 224.

3. Idem A. Zotico.

EA quæ cauſa cognita ſtatuuntur, ſubſcriptionibus[h] reuocari non poſſe, ſępe reſcriptum eſt. PP. 6. Id. Septemb. Albino & Maximo Coſſ. 228.

Verbum iudicis indiſtinctè prolatum, neceſsitatem non importat, etiam ſcriptum in actis. Bald.

4. Imp. *Gordianus* A. Aſclepiodoto.

INterlocutio[i] præſidis apud acta ſignata, || vt || niſi ſolutioni debiti is qui conuenitur, obſequium præſtitiſſet, duplū ſeu quadruplum inferat: voluntas potius comminantis[k] quàm ſententia iudicantis eſt: cùm placitū huiuſmodi, ne rei iudicatæ auctoritatem obtineat, iuris ratio declarat.

Fulminatio iudicis ſtatim libellum exequentis, non habet auctoritatem rei iudicatæ. Salycet.

5. Idem A. Iucundo.

IVdex qui diſceptationi locum dederat, partium allegationes audire & examinare debuit, nam ſubſcriptionem[l] ad libellum datam talem quæ diuerſam partem in poſſeſſionem fundi mitteret, vicem rei iudicatæ non obtinere, non ambigitur. PP. 12. Kalen. Febr. Gordiano A. V. & Pompeiano, Coſſ. 242.

6. Imperator *Philippus* A. & *Philippus* C. Caſſiano.

PRogramma ſi quod à præſide prouinciæ propoſitum eſt, vim rei iudicatæ nequaquam obtinere poteſt: nec comminationem[m] vim rei iudicatæ obtinere manifeſtum eſt.

7. Imp. *Conſtantinus* A. ad Baſſum præfectum prætorio.

QVod magno conflictu ſententia decerni ſolet, id paucis litteris temerè[n] deſcriptis definiri fas nõ eſt. Dat. 15. Kal. April. Conſtan. A. VI. & Maxi. Coſſ. 306.

SI EX FALSIS[o] INSTRVMENTIS vel teſtimoniis[p], iudicatum ſit.

Tit. LVIII.

1. Impp. *Seuerus* & *Anton.* AA. ad Baſſianum.

SI[q] tabulas teſtamenti quas ſecutus proconſul vir clariſſimus ſententiam dixit, falſas dicere vis, præbebit notionem ſuam non obſtante præſcriptione rei iudicatæ: quia nondum[r] de falſo quæſitum eſt.

2. Imp. *Alexander* A. Optato.

ET qui non[ſ] prouocauerunt, ſi inſtrumentis falſis ſe victos eſſe probare poſſunt: cùm de crimine docuerint, ex integro[t] de cauſa audiuntur. PP. 16. Kal. Octob. Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

Sententia lata prætextu falſarum atteſtationum reſcinditur, dum modo probetur iudex illis fuiſſe vſus. Bald.

3. Idem A. Clementi.

FAlſam[u] quidem teſtationem[x] qua diuerſa pars in iudicio aduerſus te vſa eſt, vt proponis, ſolito more arguere non prohiberis: ſed cauſa iudicati in irritum non deuocatur, niſi probare poteris, eum qui iudicauerat, ſecutum eius inſtrumenti fidem, quod falſum eſſe conſtiterit, aduerſus te pronuntiaſſe. PP. 7. Kal. Septembr.

4. Imp. *Gordianus* A. Herennio.

IVdicati executio ſolet ſuſpendi[y], & ſoluti dari repetitio, ſi falſis inſtrumētis[z] circumuentam eſſe religionem iudicantis, crimine poſtea falſi illato, manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum. PP. 5. Id. Septemb.

DE CONFESSIS[a].

Tit. LIX.

1. Imp. *Antoninus* A. Iuliano.

COnfeſſos in iure pro[b] iudicatis haberi placet: quare ſine[c] cauſa deſideras recedi[d] à confeſſione tua, cùm & ſoluere cogeris. Accepta 3. Kal. Oct. Gentiano & Baſſo Coſſ. 212.

INTER[e] ALIOS ACTA VEL[f] IVdicata, aliis non[g] nocere.

Tit. LX.

1. Impp. *Diocletianus* & *Maximianus* AA. & CC. Epicrati.

INter[h] alias res geſtas, aliis non poſſe præiudicium facere ſæpe conſtitutum eſt. vnde licet quoſdam de heredibus eius quem debitorem tuum fuiſſe ſignificas, ſoluiſſe[i] commemores: tamen cæteri non alias ad ſolutionem vrgentur, niſi debitum probatum fuerit. V. Kalend. April. Byzantio AA. Conſſ.

Tranſactio cum vno facta, alteri non præiudicat. Sal.

2. Iidem AA. & CC. Epicrati.

INter alios factam tranſactionem[k] abſenti non poſſe facere præiudicium notiſſimi iuris eſt. Quapropter adito præſide prouinciæ, auiam tuam mancipium tibi donaſſe proba: ac ſi hoc iure ad te pertinere perſpexerit, reſtitui tibi prouidebit. Neque enim ſi te abſente diuiſionem[l] eius fecerunt, aliquid iuri tuo derogari potuit. S. Idib. Aprilis.

3. Iidem AA. & CC. Fortunatæ.

SI cum fratre tuo matri ſucceſſiſti: frater pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciſcendo[m] vel agendo non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quæſitam obligationem extinguere non potuit. V. Id. Octob. Retriæ, AA. Coſſ.

DE RELATIONIBVS[n].

Tit. LXI.

Habens referre, pronunciare non poteſt. Bald.

1. Imp. *Conſtantinus* A. Profuturo PF. annonæ.

SI quis[o] iudicum duxerit eſſe referendum, nihil || inter partes || pronunciet: ſed magis ſuper quo hæſitandum putauerit, noſtram conſulat ſcientiam: aut ſi[p] tulerit ſententiam, minime poſtea, ne à ſe prouocetur, relatione præmiſſa[q] terreat litigātes: ſciens ꝙ ſi hoc fecerit, nihilhominus iure appellationis res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliqd ꝙ

a l. 1. 4. & 6. in fin. j. eod. b l. 2. j. eod. c l. 6. j. eod. d l. 3. & 5. j. eod. e Comminatio iudicis, vim ſtipulationis non habet *vt hic: & l. 4. l. 6. j. l. 7. ſ. de ſentent.* Symmachus, in epiſto. Sententia ſub cōminatione deprompta, effectu atque executione vacuatur. Species ita proponitur à Græcis: Iudex cùm condēnaſſet quendam, vt centum aureos præſtaret, poſtea quaſi minitans ait, Ni ſoluerit intra certum diem, vſuras dimidiæ, veluti centeſimę pręſtiturum. Hæc conſtitutio, neque ſententiam neque ſtipulationē eſſe ait. *Synopſis Baſilic. 8. Titul. 1. ex lib. 9. tit. 3. c. 96.* f verbi gratia, dimidias centeſimæ. g Per epiſtolam ſententia non poteſt ferri etiā in fauorem reipublicæ *adde quæ ſcripſi ad le. 23. j. de donat.* h Sententia nõ reuocatur iudicis ſubſcriptione, *l. 5. j. eod. l. 1. ſ. ſentent. reſcindi non poſſe. v. l. 45. ff. de re iudic.* i Si præſes interrogando centū verbi gratia, ſolidos dari iuſſerit, & ni centū intra diem dati fuerint, dari debere duplū vel quadruplum adiecerit, ea potius eſt comminatio quàm ſentētia. *Synopſis ibi. c. 98.* k Verba comminatoria vim non habent rei iudicatæ, *v. l. 1. ſ. eodem.* l *l. 3. ſup. eod.* m *v. l. 1. l. 4. ſup. eodem.* n Non omnis vox, non omnis voluntas iudicis, ſentētia eſt: ſed ea tantùm quæ cauſa cognita ab ipſo iudice de libello clarius per ſcripto literis recitatur. o *Paul. 5 ſent. 5. §. vlt. vi. Oldendorp. c. 13. de ſent. & 2. 63. de excep. l. 1. 2. 3. j. eo.* p *l. 3. j. eo. l. 33. D. de re iudic.* falſo iureiurādo *l. 31. ff. de iureiurand.* falſis allegationibus, *adde l. 75. D. de iudiciis.* q Si iudex quaſi probato teſtamento ſententiā dixit, & ſecundum ea teſtamētum illud falſum deprehēſum fuerit: de nouo iudicium cōſtituitur, præſcriptione rei iudicatę nihil obſtante. *Synopſis ibid. c. 113.* r Aliud eſt, de falſis inſtrumentis cognoſcere: aliud, ex falſis inſtrumētis iudicare. Poſteriore, non priore caſu ſentētia non reuocatur. ſ Sententia ex falſis inſtrumētis lata citra appellationem, citra prætoriam reſtitutionem ipſo iure reſcinditur. *vt hic: Synopſis d. c. 113.* Imò reſtitutio in integrum eſt neceſſaria, *l. 33. D. de re iudic.* Solue, Reſtitutio in integrum *d. loco*, eſt παλινδικία, *vt & l. 3. §. 9. ff. de iure fiſci.* non iuris amiſſi redintegratio: quia nihil amiſſum intelligi poteſt, re iudicata ex falſis inſtrumentis. Quid ſi ex falſis probationibus ſententia lata ſit in abſentem? in minorem? in fiſcum? ipſo iure nulla eſt: *l. ſi Prætor. §. Marcellus ff. de iudiciis: l. 1. 2. ſ. ſi ex falſis allegat. l. 2. ſ. de ſentent. aduerſ. fiſc.* Quod ſi falſa illa inſtrumenta, de quibus agitur, ſint ad inſtantiā partis confecta? ipſo iure nulla eſt ipſa ſententia. *l. ſi quis obrepſerit. D. de falſis*, fallit quoque in decreto quolibet, quod ſententiæ nomine contineri poſſit. vide Socinum *regula 364.* t ea eſt παλινδικία. u Tametſi maximè quis inſtrumentum falſum in iudicio probatum eſſe docere poſſit, non aliter tamen ſentētiam reſcindet, quàm ſi probauerit, iudicem ſequutum illud ipſum inſtrumentum condemnaſſe *Synopſis d. c. 113.* x *v. l. 33. D. de re iudic.* y Suſpenditur executio rei iudicatæ ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis. z *l. 1. l. 2. ſ. eod. l. 11. D. de exceptionibus.* a *dixi 42. D. 1. 2. Extra 18.* b Confeſſus in iudicio pro iudicato habetur: *Synopſis Baſilic. 9. tit. 4. cap. 8. l. 6. §. 2. D. eodem. l. 13. D. de nõ numerata. le. 26. ff. depoſiti. l. 25. in fi. D. de probat. vide Molin. de vſur. num. 208.* An qui fatetur ſe ad ſui defenſionem aliquem interfeciſſe pleno iure ſit confeſſus, v. Petrum Ancharanum *1. quæſt. 40.* c Sunt tamen interdum iuſtæ cauſæ ex quibus licet confeſſionem reuocare *Mynſing. 1. obſ. 51.* d Inſtrumento à ſe producto quemque ſtare cogi in ſolidum nõ ꝓ parte hinc colligit Cynus. cuius ſententiæ vide duas exceptiones apud Socinum *regu. 186.* e Symmachus *in epiſtol.* Quando abſentibus atque ignorantibus inter alios geſta nocuerūt? f Hęc verba *vel iudicata* abundant. ad id tamē alia referuntur *vt l. 2. l. vlt. ſ. tit. 56. l. 16. in fin. D. qui potiores. l. 63. ff. de re iudicata: l. 7. §. 2. ff. de accuſationibus.* g Acta facta in vno iudicio, in alio inter diuerſas perſonas nõ probant *vt hic:* excipe heredes & ſucceſſores *l. ſimpliciter in f. ff. de except. rei iudicatæ.* Sed & eos quibus noceret vel prodeſſet ſētētia, adde alias exceptiones *in c. tam ex literis. extr. de teſtib. Socinum regula 6.* h *l. 2. l. 3. j. eo. l. 1. l. 20. ſ. de trāſact. le. 14. ſ. de iure dot. l. 2. l. vlt. ſ. quādo res iudic. l. 2. j. de exceptio. l. 27. §. 4. in f. ff. de pact. l. 3. ff. de trāſactionib. l. 63. ff. de re iudic. l. 7. §. 2. ff. de accuſat.* i Coheres ſoluēdo, coheredi nõ pręiudicat. *facit l. 19. ſ. locati: l. 31. ff. de iudiciis.* k Vnius tranſactio alteri non nocet *l. 1. l. 26. ſ. de tranſact. l. 3. ff. de tranſactionib.* l Donator rem donatam cum alio diuidens in præiudiciū donatarij, nihil agit. m Fratres fratri non præiudicant paciſcendo vel agendo ſine mandato. n *Cod. Theod. 29. 49. D. 1. Symmachus 1. epiſtol.* Appellatio à partibus, Relatio à iudicibus ad principem fiebat *l. 2. ſ. vt lite pendente:* Optatus 1. Relatio miſſa eſt, reſcriptum venit: & 2. vt de talibus factis ab illius temporis iudicibus relatio mitteretur *adde Nou. 15. c. 1.* Hodie id genus relationis ſublatum *Nouell. 125.*

o Qui iudex referre ad principem cœpit, iudicare non poteſt *lege ſecunda Cod. Theodoſ. eodem.*

p Si iudex qui referre cœperit iudicauerit, appellari poterit.

q promiſſa *Hal.* Symmachus, Promiſſa relatione diſcedo.

plena

a Plena esse debet relatio iudicis ad principem *leg.3.infr.eodem l.15.j.titulo proximo: dixi ad l.5.in fin.supr.de dilationibus.* b Exemplum relationis partibus edi debet.cur ita *v.j.eod.* c Intra decem dies *Cod.Theodos.de appellat.* d Quæ iudicis relationem refutent. Refutatoria etiam dicuntur in *l.5. Cod.eodem. adde l.39.§.1.j.de appellat.* e Hoc est, sine dilatione offero *l.6.in fin.j.de appellat.* f In causa criminali relatio est permissa *l.3.C. Theod.eod.* g Plena relatio quid. h maturitas *d.l.3.* i refelluntur. *d.l.3.* k *l.4.Co. Theod. eodem.* l Appellatione vel in integrum restitutione pendente, omnia in suo statu manere debent. *l.1.s.eo.l.6.§.1.D.de interdict. & relegat. Synopsis Basilic.8. Titul.1. ex lib.5.tit.32. ca.1. adde l.1.s. de in integr.* m auctorum *d.l.4.* n *v.l.vlt.§.1.j.de appellationib.* fieri itaque debet breui sermone relatio. o id est, nobili puero. p *dixi ad 49.ff.1. adde Nouel.23.75.126.* q Et pœnis earũ & consultationibus *in Cod. Theodosiano ita legitur 11.lt.30.* r Quas princeps cum suo conuentu & consilio collocutus facere solet. Huiusmodi consultatio συνέδριον.Septuaginta *Psal.1.* vertunt βουλῶν *v. quæ dixi ad l.6.s.de vsucapione pro emptore.* s *Cos.* Seuerus A. dixit. ita habent veteres, vt in formula legis penultimæ *C. de his quæ in testã. delentur: & l.3.j.de quæstionibus* scripsi: *adde l.6.* t *l.3.s.finium regund. v. in hanc legem Cuia.5.obs.15. adde l.6.D.de iudicio.l.7.j.ad l.Iul.de vi.* u Hinc colliguntur, Sententiæ adhibendam esse rationem *l.122.in f.D.de verb. obl.* Hinc Seruius 10. *Æneidos*, An equã dicatur sententia, eius præmittitur ratio. x Appellatio vim etiam suã exerit aduersus sententiam rescripto principis accommodatã *l.1.§.1.D.eod.l.48.ff.de iure fisci.* vel ita: Appellari potest, etiã sine rescripto principis.

plena [a] instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum [b] litigatoribus ilico [c] edi apud acta iubeat: vt si cui fortè relatio minus plena, vel contraria videatur, is refutatorias [d] preces similiter apud acta sine [e] aliqua frustratoria dilatione offerat. Dat.IIII.Kal.Febr.Sirmij, Constant. A.V, & Licinio Coss.312.

In authen. vt Iudices non ex pact. sacras Iussio. §.1.coll.9. tit.8.al.4.no.125.cap.1.

NOuo iure causa perfectè examinata, sententia terminetur: quæ executioni legitimæ demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.

In causa criminali relatio est permissa.

2.Impp. *Valentinianus & Valens* AA.ad Viuentium P.P.

SVper [f] delictis prouincialium nunquã rectores prouinciarum ad scientiam principum putent esse referẽdum, nisi ediderint priùs cõsultationis exemplum: quippe tũc [g] demum relationibus plena veritas [h] est, cum vel allegationibus repelluntur [i] vel probantur assensu. Dat. 3. Kal. Ian. Treu. Valentiniano, & Valente AA.Coss.

Pendente relatione, iudicis officium conquiescit. Bald.

3. Iidem AA.& *Gratian.* A.ad Apodemium.

SI [k] quando ratio aut necessitas est in negotiis nostra iudicia requirendi expectandique responsa: omnes [l] omnino causas, relationis series comprehendat: vt recitata consultatione, quæ ita est dirigẽda, propemodum actorum [m] recensione non [n] sit opus: actis etiam necessario sociandis. Datum VI.Id.Maij, Treu. Valentiniano NB.P. [o] & Victore Coss.369.

DE APPELLATIONIBVS [p] & [q] consultationibus [r].

Tit. LXII.

De possessione & vi.

1. Sententia diui *Seueri* A. data in persona Marci Prisci Idibus Ian. Pompeiano & Auito Coss. [s]

PRIVS [t] de possessione pronunciare, & ita crimen violentiæ excutere [u] præses prouinciæ debuit: quod cùm nõ fecerit, ||iustè ab eo||prouocatum est.

De rescriptis.

2. Imp. *Alexander* A.Plautiano.

NOuum quod postulas, non est, quòd, etsi rescripti [x] mei auctoritas intercesserit, prouocandi tamen facultas non tibi denegetur.

De effectu appellationis.

3. Imp. *Gordianus* A. Victori.

APpellatione [y] interposita, licet à [z] judice repudiata sit, in præiudiciũ deliberationis nihil fieri debere, & in [a] eo statu omnia esse, quo tempore pronunciationis fuerũt, sæpissimè constitutum est. PP. IIII.

De nominato ad Scribatum.

4.Imp. *Philippus* A.& *Philippus* Cæs.Probo.

SI ad scribatum [b] nominatus [c] non prouocasti, conuelli statuta non possunt.

De apostolis.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA.& CC. Valenti & aliis.

y Appellatione interposita suspenditur iurisdictio iudicis, à quo appellatum est, & sic interim, nihil innouandum *vt hic: & l.1.ff.nihil nouari appellatione pendente.* Cuius sententiæ vide sex exceptiones apud Socinum *regula 21.* quinque alias vide apud Corsetũ *singulari Appellatio* adde Ludouicum Romanum *singulari* 161. Catellianum Cottam *in verbo Appellatio* adde viginti tres exceptiones ex Duenazio *regula 42.* z Appellatio sententiam extinguit, inuito etiam eo iudice qui sententiam pronunciauit. a Appellatione interposita, lis in suo statu perdurat. b *l.1.§.2.D.de munerib.* c A nominatione duumuiri (cui ius est nominare ad munera) appellatur ad pręsidem *vt hic: & l.7.l.11.j.eo.l.2.j de decur.v.Cuiac.9.obs.35.* d Qui apostolos mortis præuentus intra certum tempus præsentare non potuit, excusatur à pœna desertæ appellationis. Quid apostoli. *v.l.vn.D.de libel.dimiss.* e *l.6.j.si pendente appellat. mors interuenerit.* f Hic appellatur, gerulus *l.20.& 31.Co.Theod.eo.* cuius verbi meminit persæpe Sidonius Apollinaris. g Iudex appellationis non remittit causam definiendam ad eum iudicem, à quo prouocatum est. *Nouel.82.ca.13.* h Iudex appellationis ita plerumque solet pronunciare. Iustè rectéve appellatum, aut iniustè appellatum: aut iustam iniustámve appellationem videri *l.21.§.2.l.24. D.eod.l.39. D.de minorib.l.57.D.de administ.tut.l.97.D.de legat.3.l.11.§.3.ff.ad l.Falcid.l.122.§.5.ff.de ver.oblig.l.20.D.de quæstionib.l.2.ff. quando appellãd.* videtur & hic mos Imperatoribus fuisse: A re bene iudicata temerè appellasti furoris audacia. *Adde Optatum libro de Schismat. Donatist. l.7.j.vnde vi.* i Omissa in causa principali, in causam appellationis deduci possunt *l.4.j.de temporib. & reparat.appellat.* k In iudiciis iustitia potissimũ spectanda. l Qui testes producit, expensas administrat. *l.11.s.de testib. v.l.1.s. de fructib. & lit.expens.v.Bellonisan 2.pract.30.* m Iudex à quo, si in causa criminali appellatur, reum transmittere debet ad iudicẽ ad quẽ, sub fida custodia cum actorum & sententiæ exemplo, & cum libellis dimissoriis. n *leg.7.j.quorum appellat.non recipiuntur. leg. quarta D. de appellat. recipien dis.* o Inopia fideiussoris reus in custodia retinetur *l.12.in fi.j.eo.* p *leg. 19.j.eo.* q *l.39.§.1.j.eo.* r Pœna iniustæ appellationis, quinquaginta libræ auri *l.5.inf.j.quor. appellat.* s *l.1.§.11 ff. quãdo appellãd.* † Tempus appellandi hodie emendatum est Auth. proxim.j.eodem. t *Nouel.23.* † A sententia iudicis intra decem dies appellari oportet, siue propria causa sit siue aliena. In Gallia id non obseruatur, quia auditur appellans aliquando post decem annos & viginti. *v.Rebuff.in procem. cõstit.gl.5.nu.93.* u Appellationis interponendæ decendium datur, à die scientiæ, *vt hic notant interpretes* quibus elapsis non est ius appellandi *c.cõcertationi de appellat in 6.* Quid si quis litiget per procuratorem? quid si sententia damnato ad domũ indicata? Quid si sententia lata sub conditione? Quid si non sententia sit, sed comminatio? etiam vltra decendium licet appellare, Socinus *regula 197.*

PRæses prouinciæ, ad quem appellasti, si non vitio negligentię vestrę tempus, quod ad reddendos apostolos [d] præscriptum est, exemptum esse animaduerterit, sed ex fatalis casus necessitate diem [e] functo eo [f], qui eos perferebat, id accidisse cognouerit, iuxta perpetui iuris formã desiderio vestro medebitur.

De causa decidenda à Iudice appellationis 1. De allegationibus & probationibus. 2. De sumptib.testib.euocatis præbẽdis. 3. De causa Capitali. 4. De pœna temerè litigantis. 5. Intra quæ tempora appellandum sit. 6. De apostolis.

6. Iidem AA.& CC. dicunt.

EOs, qui de appellationibus cognoscent ac iudicabunt, ita iudicium suum præbere conueniet, vt intelligant quòd, cùm appellatio post decisam sententia litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere [g] negotiũ ad iudicem suum fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conueniat: cum salubritas legis constitutæ ad id spectare videatur, vt post sententiam ab eo, qui de appellatione cognoscit, recursus fieri non possit ad iudicem, à quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias, remotam occasionem atque exclusam penitus intelligant: cum super omni causa interpositam prouocationem vel [h] iniustam tantùm liceat pronunciare, vel iustam. 1 ¶ Si quid autem in agendo negotio minus [i] se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur: cum votum gerentibus nobis aliud nihil in iudiciis, quàm [k] iustitiam locũ habere debere, necessaria res fortè transmissa non excludenda videatur. 2 ¶ Si quis autem post interpositam appellationem necessarias sibi putauerit esse personas, per quas apud iudicem, qui super appellatione cognoscet, veritatem possit ostendere, quam existimauit occultam, hocque fieri iudex perspexerit: sumptus [l] iisdem ad faciẽdi itineris expeditionem præbere debebit, cùm id ipsa iustitia persuadeat ab eo hoc recognosci, qui euocandi personas sua interesse crediderit. 3 ¶ Super his verò, qui in capitalibus [m] causis constituti appellauerint: quos tamen & ipsos, vel qui pro his prouocabunt, non [n] nisi audita omni causa atque discussa, post sententiam dictam appellare conueniet: id obseruandum esse sancimus, vt inopia [o] idonei fideiussoris retentis in custodia reis, opiniones suas iudices, & exempla, [p] appellatoribus edita, ac refutatorias [q] eorum, ad scrinia, quorum interest, transmittant: quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, vt meritis eorum consideratis, pro fortuna singulorum sententia proferatur. 4 ¶ Ne temerè autem ac passim prouocandi omnibus facultas præbeatur, arbitramur eum, qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter pœnam [r] à competenti iudice sustinere. 5 ¶ Sin autem in iudicio propriam [s] quis fuerit causam persecutus, atque superatus voluerit prouocare: eodem † die vel altero [t] libellos appellatorios offerre debebit. Is verò, qui negotium tuetur alienum supradicta cõditione etiam tertio die prouocabit.

In authen. de appell. & intra quæ tempora. §. coll.4.tit. 2. nou. 23. cap.1.

HOdie autem cuilibet tribuitur spatium decem † dierum à sententiæ reuocatione numerandum [u].

Finis authent. Sequitur text.l.C.

6 ¶ Apostolos [x] post interpositam prouocationem, etiam non petente appellatore sine aliqua dilatione [y] iudicem dare oportet, cautione [z] videlicet de exercenda prouocatione in posterum minimè † præbenda. Sine die & consule.

De muneribus & honoribus.

7. Iidem AA.& CC.Neroni.

||HI||qui ad ciuilia munera vel ad decurionatum vel honores euocantur [a] licet vacationẽ à principalibus ac-

x Iudex debet dare apostolos, etiã non petenti *l.31.§.2.j.eodem.* y frustratoria scilicet *l.1.in fi.s.de relat.* z Quæ sic concipiebatur, Ni iustè appellaueris, tantum dare spondes. *Paul.5.sent.33.vbi de cautionib. appellationis.* † Cautio iuste appellationis non exercendæ hodie sublata: *de qua v. Paul.d.loco.* Appellantibus iniustè pœna apud veteres imposita. (Apud Gallos in curia, qui temerè appellat: 60. librarum pœnam patitur.) Cuius pœnæ nomine etiã fideiussorib. solitũ erat caueri. *vt ante dixi.* Id genus cautionis tollit hoc loco Diocletianus nõ tamen tollit pœnã iniustæ prouocationis. Quò pertinet illud Taciti 14. Auxitque (de Nerone loquitur) patrum honorem statuendo, vt qui à priuatis iudicibus ad senatum prouocassent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius si qui Imperatorem appellauerunt. a nominatim *v. l.4.s.eo.l.11.j.eo.l.4.j de numer.patrimon.l.1.ff.de vacat. munerum.*

ceperint, si appellationis [a] auxilio non vtantur, consensu suo nominationem confirmant. Cùm igitur ad munus vocatus appellaueris: apud præsidem prouinciæ iustè te appellasse ostende.

Si appellans nec appellationem prosecutus sit nec transegerit.

8. Iidem AA. & CC. Opimiano.

SI [b] contra maiorẽ viginti quinque annis sententiá prolata, prouocationis secutæ tempore [c] præfinito causas non esse repręsentatas [d], nec appellatione pendente transactione [e] finitum negocium rector animaduertit: rẹs iudicatas exequi curabit.

Si procurator appellauerit.

9. Iidem AA. & CC. Haberad. cariss.

DOminus litis causam appellationis, quam [f] procurator suus litigando interposuit, etiam absente procuratore exequi potest.

Si actor à curatore ordinatus deteriorem calculum reportauerit.

10. Iidem AA. & CC. Titiano.

SI actor [g] à curatore ordinatus deteriorem calculum reportauerit [h] tam ipse [i], quam curator [k] ad prouocationis auxilium possunt peruenire: curator verò solus prouocationis litem exercebit. Sin autem interim adolescens veniam [l] ætatis impetrauerit, vel ad legitimam ætatẽ peruenerit: potest suo nomine appellationem exercere. S. prid. Kal. Oct. Viminacij, CC. Coss.

De nominationibus.

11. Iidem AA. & CC. Antonino.

CIues & incolæ manifestas etiam excusationes habẽtes, ||si|| sub iusta nominatione [m] non appellauerint, ad earũ probationem non admittuntur.

De custodia iniuriis tormentis.

12. Imp. *Constantin.* A. ad Catulinum, post alia.

MInimè fas est, vt in ciuili [n] negotio libellis appellatoriis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriæ genus, seu tormenta, vel etiam contumelias [o] perferat appellator absque his criminalibus causis, in quibus etiamsi prouocare possit, eum tamen statum debet obtinere, vt post prouocationem in [p] custodia (si [q] fideiussoris idonei copiam non habeat) perseueret. Dat. 5. Non. Nouẽb. Treu. A. CC. XV. Kal. Maij, Hadrumeti, Volusiano & Anniano Coss. 314.

De causis priuatis.

13. Iidem A. Petronio Probiano suo salutem dicit.

EX [r] illo [s] tempore, ||ex|| quo in ciuilibus causis, quæ inter priuatos mouentur, consultaturum vel relaturũ te esse promiseris, vel appellationis à te interpositæ solennia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum, vel quibuscumque modis fauoris gratiã præferens, audiendum est: sed obseruandum, vt iuxta priora statuta solennitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur. &c. Dat. Idib. Aug. Arelato PP. Id. Octob. Thebaste, Sabino & Rufino Coss. 316.

Si illico viua voce appelletur.

14. Iidem A. ad Bassum. P. V.

LItigatoribus [t] copia est etiam non scriptis libellis ilico [u] appellare voce, cùm res poposcerit iudicata, || tam in ciuilibus [x] quàm in criminalibus causis. || Dat. 8. Id. Iun. Sirmij Gallicano & Basso Coss. 317.

De actis ad iudicem appellationis mittendis.

15. Idem A. ad Seuerum Vicarium.

NE [y] causas, quæ in nostram venerint scientiam, rursus [z] transferri ad iudicia necesse sit: instructiones necessarias [a] plenè actis inseri præcipimus. nam cogimur à proferenda sententia temperare: quoniam verendum est, nę lis incognito negotio dirimatur, adépta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur [b] iudex notis, si cuncta quæ litigatores instructionis probationisq; causa recitauerint, indita actis vel subiecta non potuerint inueniri. Dat.

a Aut querelæ *l. 12. Co. Theod. de appellat.*
b Si sententia probata fuerit aduersus maiorem 25. annis, nec is prouocauerit, nec transegerit, res iudicatas exsequi necessariò debet. *Synopsis Basilic. 8. Titul. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 98.*
c *v. l. 18. j. eod.*
d Deserta appellatione sententia datur executioni, nisi interim sit trãsactũ.
e Trãsactio sententiæ executionem impedit.
f Appellationẽ à procuratore interpositã dominus exequi põt. l. 10. j *l. vlt. in f. D. eo. l. 1. l. 2. ff. an per aliũ causæ appellationis.*
g *§. vlt. Instit. de curatoribus.*
h id est, succubuerit.
i *l. 9. s. eo. l. 3. in fin. j. quorum appellat.*
k *l. 4. insi. D. eod.*
l Qui veniam ætatis impetrauit, in omnibus habetur pro maiore. Agit vt maior qui veniam ætatis impetrauit *vt hic: & l. vlt. s. si maior factus.* his exceptis, vt ne immobilia sua vẽdat, pignoretue *l. 3. s. de his qui veniam ætatis impetr.*
m *dixi ad l. 4. l. 7. s. eod.*
n Iudex appellanti iniurius esse non debet. *v. 1. Harmeno. 4.*
o *l. 6. §. 3. supr. eod.*
p *vide quæ scripsi ad l. 26. s. de procuratorib.*
q Ciuiliter enim cõdemnatus carcere concludi non debet: criminaliter, debet, nisi fideiussorem habet.
r *l. 5. C. Theodos. eod.*
s Lite pendente per appellationem vel cõsultationẽ, principi supplicare non licet. *Nouel. 82. & 113. cap. 1.*
t *l. 7. C. Theo. eodem.*
u Quando illico appellari potest, sine libello viua voce *leg. 2. l. 5. in fin. ff. eo.*
x *v. l. 3. in fin. ff. ratam rem.*
y *leg. 9. Cod. Th. eod.*
z A principe non appellatur.
a *l. 24. j. eod. l. 1. l. vlt. s. de relationib.*
b Iudex qui omnia litis acta ad principẽ cognitutum non remiserit, fit infamis *Salyc.* Iudex non plenè referens notatur *Bal.*
c A delegato principis potest appellari, licet repræsentet imaginem principis, à quo appellari non potest *vt hic, & l. 11. vers. sanè etiam C. Theod. eod.*
d A prætore ad præfectum vrbi appellatur *vt hic: & l. 13. C. Theod. eod.*
e *l. 14. C. Theod. eod.*
f *l. 19. j. eod.* g *l. vlt. §. 1. j. eo. l. 8. s. eo.*

X. Kal. Iul. Aquileiæ. Constantino V. & Licinio C. Cõs. 319.

De iudicibus delegatis à principe.

16. Idem A. ad Maximum post alia.

EOs etiam, qui imaginem [c] principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere. Dat. prid. Idib. Ian. Sirmio, Crispo II. & Constantino II. Coss. 321.

De sententiis prætorum.

17. Idem A. ad Iulianum præfectum vrbi.

SI apud vtrumque prætorem, dum quæstio ventilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum: præfecturæ [d] vrbis iudicium sacrum appellator obseruet. Dat. III. Non. Aug. Heracleæ. Constantino A. VII. & Constantio Cæs. III. Coss. 526.

De debitoribus fisci.

18. Idem A. Victori rationali vrbis Romæ.

QVoniam [e] nonnulli fisci debitores cùm iussi fuerint debitã summã exoluere, interposito prouocationis auxilio vim executionis eludunt, nec iã opinionis [f] exemplum, nec refutatorias [g] preces curant petere vel offerre: placuit, vt, si [h] intra dies solennitatibus præstitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit, deserta [i] ab eo prouocatio existimetur, moxq; debitum exigatur. Dat. prid. Kal. Aug. Constantio & Maximo Coss. 327.

A quorum sententiis appellari licet vel non.

19. Idem A. ad vniuersos prouinciales.

A [k] Proconsulibus, & comitibus, & his qui vice præfectorum cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine [l] iudicauerint, prouocari permittimus: ita vt appellanti iudex præbeat opinionis [m] exemplum, & acta cum refutatorijs [n] partium suisque litteris ad nos dirigat. A præfectis [o] autem prætorio [p] prouocare non [q] sinimus. Quòd si [r] victus oblatam, nec receptam à iudice appellationem affirmet: præfectos adeat, vt apud eos de integro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniustè appellare videbitur: lite perdita notatus [f] abscedet. At si vicerit, contra eum iudicem qui appellationem non receperit, ad nos referri necesse est, vt digno supplicio puniãtur. Dat. Kal. August. PP. Kalẽ. Sept. Cõstantinop. Basso & Ablauio Coss. 331.

De maioribus vel minoribus negotiis.

20. Idem A. Albino.

ET [t] in maioribus [u] & [x] in minoribus negotijs appellandi facultas est. Nec [y] enim iudicem oportet iniuria sibi fieri existimare, eo quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit. Dat. VII. Id. April. Marcellino & Probino Coss. Datum Kalend. August. PP. Kalend. Septembr. Constantinop. Basso & Balbino Coss. 33.

De appellatione recipienda.

21. Impp. *Constantius & Constans* AA. ad Lollianum.

QVoniam [z] iudices ordinarij prouocationes existimant respuendas: placet, vt si quis appellationem suscipere recusauerit [a], quæ non contra executionem [b], sed aduersus sententiam intentionem iurgiúmque terminantem fuerit interposita, triginta † auri pondo cogatur largitionibus nostris inferre: triginta alia officio [c] eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit, atque actis contradixerit, & quid iure sit constitutum, ostenderit. Datum 8. Kalend. August. Messadensi, PP. Capuæ, Arbitione & Lolliano Coss. 355.

De bonis vacantibus, & de his quæ vt indignis auferũtur.

22. Iidem AA. ad Volusianum P. P. post alia.

LAta [d] sententia, quæ [e] pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ || vt || indignis [f], legibus cogentibus, auferuntur, si quis putauerit prouocandum, vox eius debebit admitti. Dat. 3. Kal. Aug. Arbitione & Lolliano Coss. 355.

De prouinciis ex quibus appellatur ad præfectum vrbi.

23. Iidem AA. ad Senatum.

CVm appellatio interposita fuerit per [g] Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam, ac Phrygiam salutarem, Europam, ac Rhodopen, &

h *l. 2. in fi. l. 5. j. de temporibus & reparat. appel. l. 2. in fi. j. quando prouoc. non est necess. v. wurmser. 1. pract. 24. obser. 23.*
i Appellatio habetur pro deserta, si reus intra legitimum tempus apostolos non petit.
k *l. 16. C. Theodo. eod.* A quibus iudicibus appellari possit.
l *vid. le. 34. infr. eodem.*
m *l. 6. §. 3. le. 18. s. eod.*
n *v. l. vlt. §. 1. j. eodem.*
o A præfecto prætorio non appellatur *l. 8. s. de episc. aud. l. vn. s. de senten. præf. prat.*
p Qui soli vice sacra cognoscere vere dicendi sunt: *hoc additur in d. l. 16. C. Theodos. eod.*
q Atqui à rescripto principis nõ appellatur *l. 2. s. eod.*
r *l. 5. D. de appellat. recip.*
s Infamia scilicet & hæc quidem pœna ei tantum imponitur, cuius appellatio nõ fuit recepta, aliàs mitiùs punitur. *l. 5. in fin. j. quor. appel. non recip.*
t Appellatio in qualibet causa permissa est. *vt hic.* Cuius sententiæ vide viginti nouẽ exceptiones apud Socinum *regul. 24.*
u *l. 20. Co. Theodos. eod.*
x Appellari ab omnibus iudicibus tam ordinariis, quàm delegatis potest. *vt hinc colligunt & c. omnes c. ad Romanam 2. quæst. 6.* Cuius sententię cẽtum viginti exceptiones vide apud Antonium Nicellũ *in tract. de concordantiis Glossarũ: concordia 6.* Bernardum de Luco *regula 35.* Marantam *tract. de ordine iudiciorũ parte 6. actu. 2. numero 255.* Duenaziũ *regul. 45.*
y *l. 18. C. Theod.* Non fit iniuria iudici, si ab eo appellatur.
z *l. 25. C. Theo. e.*
a Iudex nõ deferens appellationi punitur.
b Ab executione sententiæ nõ appellatur, ideoq; iudex executioni deferre non cogitur. *l. 4. D. eod. l. 5. j. quor. appel.*
† Hodie Iudex appellationem non recipiens damnum litis sustinet, & præterea decem libris auri multatur *Nouell. 127. cap. 3.*
c Id est, officiali *l. 58. in fi. Co. Theod. eod.*
d *l. 26. Cod. Theod. eod.*
e A sententia lata fisci nomine appellari potest *adde l. 18. s. eod.*
f *v. s. de his quæ vt indignis.*
g Quibus ex prouinciis appelletur ad præfectum vrbis.

Hemum

Hemum [a] montem, præfecturæ huius vrbis iudicium sacrum appellator obseruet.

De appellatione recipienda & gestis vna, cum relatione litigatoribus præstandis.

24. Impp. *Valentin. & Valens* AA. salutem [b] dicunt ordini ciuitatis Carthaginiensis [c].

IVdicibus non solùm appellationis suscipiendæ necessitas videtur imposita, verumetiam triginta [d] dierum spatia||ex die sententiæ||definita sunt, intra quæ gesta [e] vnà cū relatione [f] litigatoribus conuenit præstari:iudice & officio eius, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multæ subiacentibus. Dat. Prid. Nou. Febr. Mediol. Diuo Iouiano & Varroniano Conss. 364.

De multis.

25. Impp. *Gratian. Valentin. & Theodos.* AAA. ad Syagrium P.P. post alia.

ET in multis [g] à iudicibus inferendis appellationes iubemus admitti. Dat. 14. Kal. Iul. Gratiano V. & Theod. I. AA. Conss. 380.

De sententia discussoris vel rationalis.

26. Iidem AAA. ad Pelagium com. R. P. post alia.

CVm [h] post sententiam discussoris [i] vel rationalis fuerit prouocatum, ad synceritatem [k] tuam negotiū transferatur: vt si mediocritas [l] negotij, aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patiatur, iudicio rectoris [m] prouinciæ, quem ipse probaueris, negotium deleges. Dat. XV. Kalend. Mart. Mediol. Arcad. A. I. & Bautone Coss. 385.

De nominationibus.

27. Impp. *Arcadius & Honorius.* AA. Ennoio proconsuli Aphricæ post alia.

NOminationes libellis [n] vel edictis factæ citra [o] concilium publicum non valent: de quibus nec appellare necesse est, si solennitas deest. Dat. 17. Kal. Iun. Med. Olybrio & Probino, Conss. 395.

De reuocatione appellationis.

28. Iidem AA. Nebridio proconsuli Asiæ.

SI [p] quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi [q], & suos libellos recuperandi, ne iustæ pœnitudinis [r] humanitas amputetur. Dat. XI. Kalen. Aug. Constant. Arcad. IIII. & Honorio III. AA. Conss. 396.

De causis criminalis.

29. Iidem AA. Cæsario [s] præfecto prætorio.

ADdictos [t] supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli per vim [u] atque vsurpationem vindicare liceat ac tenere: quibus in causa criminali humanitatis [x] consideratione, si tempora suffragantur, interponendę prouocationis copiā non negamus: vt ibi diligentiùs examinentur, vbi [y] contra hominis salutem per errorem [z] vel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iustitia: ea conditione, vt si proconsul, vel comes Orientis, vel ||præfectus|| Augustalis, vel vicarij fuerint cognitores: non tam ad clementia nostram [a], quàm ad amplissimas [b] potestates sciāt esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectiùs possunt [c] punire damnatos. Dat. 6. Kal. Aug. Mnizo, Honorio, A. IIII. & Eutychiano Conss. 398.

De suspectis iudicibus à quorum sententiis appellare liceat.

30. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI [d] quis prouocatione interposita suspecti iudicis velit|| prolatam|| euitare sententiam: in hac voce liberam habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum: cùm & ab ipsa iniuria possit facilè prouocare, & maximè cùm à solo tantum præfecto [e] prętorio non sine dispendio causæ prouocare permissum sit. Sciant igitur cuncti sibi ab iniuriis, & suspectis iudicibus, & in capitali [f] supplicio ac fortunarum dispendio prouocationem esse concessam. Dat. 7. Id. Iun. Med. Theodoro V. C. Conss. 399.

De appellatione non suscepta vel apostolorum copia denegata.

x Pro damnato ad supplicium intra tempus appellare licet. y Causæ salutis grauiores merentur considerationem.
z Errori & gratiæ iustitia opponitur.
a Ad principem non appellatur omisso medio.

a Hæmimontē v. Cuiac. 1. obs. 26.
b *l. 32. C. Theod. eod.*
c Karthaginis *d. l. 32.*
d Intra tricesimum diem dātur apostoli.
e *l. 15. l. 19. s. eo. l. 32. §. 2. j. eodem. Nouell. 134. ca. 3. Nouell. 126. c. 3. l. 3. j. de temp. & repar. appel.*
f Cum sua subscriptione vide *Nouell. 126.*
g In Codice Theodosiano *e. l. 38.* ita legitur, In condemnationibus appellationes iubemus admitti. hoc innuit, Ab iniusta iudicis multa posse appellari *adde l. 29. Cod. Theodos. quor. appellat.*
h *l. 45. C. Theod. eodem.*
i *l. 7. j. quor. appellat. l. vlt. j. de discussoribus.*
k A procuratore Cæsaris ad Præfectum prętorio appellatur.
l Mediocritas negotij, aut longinquitas regionis, facit, vt iudex appellationis litigantes in suam prouinciā remittat ad delegatum aliquē.
m Iudici prouinciæ *d. l. 45. C. Theod. eod.*
n *l. 54. C. Theod. eo. l. 45. j. de decurionibus.*
o Ab electione inualida nō est necesse appellare.
p *l. 50. Co. Theo. eod.*
q Appellationē reuocare licet. *adde Mynsing. 10. obs. 7.* An & protestationem reuocare? licet. *c. præsentium de testibus:* nisi aduersarij iam intersit (puta propter impensas vel quid tale,) & qui protestatione reuocare postulat, impensas nō refundat. *c. cum interposita, de appellat.* Tres alias exceptiones vide apud Socinū *regula 327.*
r Pœnitēti parcitur. *facit l. 4. s. de hæret. Nouel. 12. Nouel. 18. c. 8. l. 11. D. de in ius vocando.*
s Ad Eutychianum PP. post alia *l. 57. C. Theo. eod.*
t *l. 30. infi. j. eo. l. 6. s. de episc. aud. l. 6. D. eod. l. 57. C. Theod. eod. & l. 16. Cod. Theod. de pœnis.*
u Damnati ad supplicium, per vim eximendi non sunt.

31. Impp. *Theod. & Honor.* AA. ad Asclepiodotum præfectum præ. post alia.

SI [g] appellationem oblatam, in qua vel tuæ amplitudinis, vel vrbicariæ præfecturæ sacrum auditorium postulatur, iudex non [h] susceperit, vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegauerit: ad deponendam super hac iniquitate, querimoniam, necnon etiam conueniendum aduersarium ex sententia prolata, iuxta antiquum [i] ius anni metas habeat litigator: vel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio: ad hæc eadem facienda sex menses habeat litigator. Si verò arbiter appellationem suscipere, aut relationem dare contempserit [k]: quatuor mensium tempora obseruantur: vt his, quæ statuimus, actitatis, pareat appellator temporibus, quæ de appellationibus definita noscuntur. Dat. 3. Kal. April. Constantinop. Asclepidoto & Mariniano Coss. 428.

De appellationibus ad principem.

32. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Cyro præfecto prætorio.

PRęcipimus [l] ex appellationibus spectabilium iudicum, quæ per consultationes nostri numinis disceptationem implorant non nostram vlterius audientiam expectari: ne nostris occupationibus [m], quibus pro vtilitate mundi à singulorum nonnunquam negotiis auocamur, aliena defraudari commoda videantur. Sed si à proconsulibus, vel Augustali, vel comite Orientis, vel vicariis fuerit appellatum: virum [n] illustrem præfectum prætorio qui in nostro est comitatu, virum etiam illustrem [o] quæstorem nostri palatij, sacris iudiciis præsidentes disceptationem iubemus arripere eo ordine, ea obseruatione, iisdemque temporibus, quibus cæteræ quoque lites fatali die post appellationem in sacris auditoriis terminantur:||&||hoc, licet quidam prædictorum spectabilium iudicum iure concesso, vt sacri iudices, appellationes acceperint. 1 ¶ Quòd si à duce [p] fuerit appellatum, si idem & præses sit, præfectura † necessario tantùm iure ordinario in sacro auditorio iudicabit.
2 ¶ In his autem omnibus iudiciis, quæ consultationum introduximus loco, vel apostolos [q], vel ea quæ apud eum gesta sunt contra eius sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus, & cognitiones inducere apud viros illustres prędictos iudices, & ea quę geruntur, excipere, scribere, scriptáque litigatoribus edere nostros epistolares præcipimus: officiis videlicet eorum cum quibus vir illustris quæstor iudicat, exequentibus iudicata. 3 ¶ Hæc, si appellatio fuerit oblata iudici qui non ex delegatione cognoscit, eorum enim sententiis appellatione suspensis, qui ex delegatione cognoscunt: necesse est eos [r] æstimare, iustè necne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicandas. 4 ¶ Huic saluberrimæ legi illud etiam consultissimè credidimus inserendum, vt si priuato non illustri vni pluribúsve (vt assolet) nostra serenitas adita delegauerit causam, & eius eorúmve definitio fuerit appellatione suspensa: vir quidem magnificus præfectus prætorio, qui in nostro est comitatu, cum viro illustri quæstore temporali [s] iudicet die. Nostri verò libellenses [t], quæ apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, & ea quæ geruntur, excipiant, scribant, scriptáque litigatoris edant: qui etiam apud arbitros (licet illustres sint) ex delegatione nostra cognoscentes excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis comitatu causæ dicantur. 5 ¶ Sanè si illustrium ac magnificorum iudicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, eorum videlicet, quorum sententias licet appellatione suspendi: per consultationem nostram volumus audientiam exspectari, licet antea priuato homini (id est, non illustri) lite à nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur. Eodem obseruando & si alter ei coniunctus sit arbiter, qui non illustrem meruit dignitatem. 6 ¶ Quicquid autem hac lege specialiter [u] non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant.

De sententia lata super statu curialium.

33. Iidem AA. Cypro præfecto prætorio.

EO casu, quo apparitor magisteriæ potestatis de curia [x] vel officio cohortali, de statu in prouincia patitur controuersiam, vel in tributa vel functiones debens in prouincia detinetur: si sententia rectoris prouinciæ fuerit appellatione suspensa: cum tua sublimitate viro quoque magnifico magistro militum cognoscente, causæ iubemus merita ponderari: licet magister militum rectori prouinciæ causam delegauerit perorandam.

u Non specialiter vide *Rolland. à Valle 1. consil. 68. num. 30. & consil. 72. num. 44. Molin. de vsur. num. 58.*
x De statu curialis vel cohortalis à præside ad Præfectum Prætorio & magistrum militum appellatur, etiamsi magister militum causam præsidi delegauerit.

b Id est, Præfectum prætorio, quæstorem sacri palatij *l. 32. j. eodem.*
c Iudex appellationis, etiá in criminalibus, suam exequitur sententiam.
d *l. 58. C. Theod. eod.*
e *v. l. vn. Cod. de sentent. præfect. prætor.*
f In qualibet causa capitali appellare licet, *l. 29. supr. eod.*
g *l. penult. Cod. Theod. eod.*
h Querela appellationis aut apostolorū denegatorum, pro diuersitate iudicum atque aliis temporibus proponitur.
i *l. quinta in fin. D. de appell. non recip.*
k Hinc colligūt, Statuto ius appellationis vetari non posse *vide wurserum 1. pract. 24. obseruat. 29.*
l Ex Nouella Theodosij quæ non extat. Notant nōnulli ad hanc legem, A delegato principis eiúsue subdelegato, ad principē appellari, *v. wurmser. 1. pract. 24. obseruat. 5.*
m Princeps negotiis occupatus prouocationis cognitionem aliis committit.
n *Nouell. 126. v. Cuiac. ad Nouell. 22.*
o *l. 29. in fi. s. eo. d. Nouel. 126.*
p Hinc, Ducianum iudicium. *l. 38. j. eod.*
† Hodie magister officiorum *l. 38. j. eod.*
q *l. 6. inf. s. eo.*
r *leg. 1. leg. 3. D. quis & à quo appellat:* si pedaneus datus est à magistratu, ad magistratū appellatur: si à Principe, ad magistrum officiorum vel præfectum prætorio & quæstorem, *Nouell. 23.* Hoc interim notandum est, duobus casibus à pedaneis non appellari *l. 1. j. quorum appel. l. vn. j. ne liceat in vna eadémque causa ter. prouoc.*
s Dies temporalis, fatalis *l. 2. j. de tēp. appel. l. 63. Cod. Theod. de appellat. l. vlt. C. Theod. de reparat. appell.*
t dixi ad *d. l. vlt. in fi. pr. vbi senatores.*

De suggestionibus & relationibus.

34. Imp. *Iustinianus* A. Demostheni præfecto prætorio.

IVbemus, si [a] qua suggestio maioris vel minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negotio quod iudicandum ei tradidimus, vel de quo pro sua iurisdictione [b] iudicauerit, petentis à nostro numine finem eidem imponi negotio, quod ab eo disceptatum est: siue additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententię suæ recitationem manifestum non fecit) siue nihil huiusmodi adiectum sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat: non priùs causam discerni, quàm per sacram pragmaticam nostri numinis iussionem duo magnifici viri vel, patricij, vel consulares, vel præfectorij, quos|| pro tempore|| nos elegerimus, iubeantur adiungi viro illustri pro tempore quæstori nostri palatij, & vna cum eo in scriptis relationem discernere (siue præsentibus partibus hoc perspexerint, siue absentibus) & respōsum relationi dandum sua sententia manifestare: vt tamen dispositio huiusmodi excellentissimorū iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia contra prouocationem eorum proferre sententiam vel aliam quamcunque dubitationem introducere. Quam obseruationem non solùm si vnus iudex suggestione vel relatione vsus fuerit, tenere censemus: sed etiam si duobus, vel amplioribus datis iudicibus, in vnam sententiam minime omnes conuenerit, sed diuersas suas sententias vnusquisque nostræ mansuetudini retulerit, vel omnes nos consuluerint quid discernendum sit.

a Consultationibus principes respondent, adhibito suorum concilio.
b Ex ordine *l. 19. s. o. ex qua litate indicu l. 38. j. eod. v. Cuiac. ad Nouell. 20.*

De sententiis præfectorum prætorio.

35. [c] Imp. [d] *Iustinian.**

IAm trigesima secunda constitutione dicente, de omnibus magistratibus illustribus à quibusdam est appellatio principem fore appellationis Iudicem, præsens constitutio inueniens ius certum quod aduersus sententiam præfectorum prætorio appellatio quidem non est, retractatio verò est. & si alius quidem sit præfectus, credibile est quia rescindet quæ fuerint ab altero iudicata. si verò idem ipse fiat præfectus iterum, is qui iam sententiam tulit, contra cuius calculum & supplicationes oblatæ sunt, quia præsumitur pro vetere sua sentētia dicturus, iubet constitutio vt quæstor vna audiat cum ipso iterum aut tertium præfecto creato, & examinante suas in priore magistratu dictas sententias, statuens vt nulla sit contra huiusmodi sententias retractatio.

c Hanc legem restituit Cuiac. 12. *obs.* 3.
d Interpretatio Contij.

De sententiis definitiuis, & interlocutionibus.

36. [e] Imp. [f] *Iustinianus.*

OPortet post omnem litem finitam tunc appellationem reddi, neque enim læditur quis si interea facta fuerit interlocutio quæ illi deneget ius competens, id est, vel testium productionem aut relectionem instrumenti. potest enim in appellatione omnia denudare seu exercere, ne contra medij temporis interlocutionem, data appellatione, mora inciatur dilationibus, sæpius in eadem causa data appellatione, & examinata iterum alio capitulo ventilato, & iterum contra etiam ipsum porrecta appellatione. Si verò diætera est is qui in media interlocutione ius aliquod ipsis denegauit, iubet scripto istud insinuant, vt ita in appellatione seruent sibi suam de hoc allegationem impræiudicatam. si verò contrà hæc fiat, neque recipiat appellationem iudex, & ipse qui appellauit pro transgressione quinquaginta libras argenti præstet.

e Hanc legem restituit Cuiac. 12. *obs.* 3.
f Interpretatio Contij.
g *Synopsis Basil.* 1. c. 123.
h Si lis, cuius ad cōsistorium prouocatio pertinet, decem libras auri excedit, vnus iudex negotium disceptat: nō duo vt olim, si decem libras auri excedat, duo iudices definient: quib. epistolares duo siue notarij subseruient: qui si dissentiant, quęstorem adhibebunt. si viginti libras auri lis excedat, in commune auditoriū senatorū lis introducetur, vt liceat victo in priore iudicio, intra biennium vel vni vel duobus iudicib. vel omnibus senatoribus appellationem intimare. Nec vlla appellatione, quæ ab eis decreta fuerint, suspendantur: vti nec factæ apud principé examinationes retractātur. *Synopsis d. c.* 123.

De varietate iudicum appellationis pro varietate summarum.

37. Idem August. Mennæ præf. præt.

IN [g] offerendis prouocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sacrum nostrum palatium introduci solebat. hoc addendum esse censemus: vt [h] si quidem non excedat litis æstimatio [i] decem [k] librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia iudicis decernēdam [l] non duobus (sicut antea) magnificis iudicibus, sed vni tantummodo disceptatio negotij deputetur. Sin verò memoratam excedens quātitatem, viginti libris auri terminetur: duobus tradatur ||disceptatio|| magnificis iudicibus, viris scilicet deuotis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus: ita tamen, vt si dissentiant, virum illustrem pro tempore quæstorem adhibeant, vt eo dubietatem dirimente finiatur negotium. His videlicet litibus, quarum æstimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatij procerum introducendis: vt tamen secundum iam statuta [m] liceat quidem non solum victo, sed etiam victori consultationem ad vnum vel duos iudices mittendam, intra biennij † tempus ei vel eis intimare. Post excessum enim memorati temporis huiusmodi licentiam amputamus. Quæ verò fuerint ab eo vel eis decreta, nulla prouocatione suspendantur. Nouas [n] etiam adsertiones, à partibus apud eundem vel eosdem iudices addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendæ permittimus. Datum 8. Id. April. Constantinop. Decio Consf. 529.

i Contestatio.
k Pro varietate summarum, de quibus agitur, ad alios atque alios iudices appellatur *Nouel. 23. ca.* 1.
l Discernēdam.
m *l. 1. s. de sent. præf. præt.*
† Hodie anni *l. vlt. §. 2. j. tit. pro. n le. 4. j. de tem. por. & repar. appellat.*

De Duciano iudicio.

38. Idem Aug. Demostheni præfecto prætorio.

SI quando duciano [o] iudicio appellatio fuerit oblata: siue ab ipsa [p] qualitate iudicis, siue ex diuina delegatione viro spectabili duci destinata, siue inter spectabiles idē dux connumeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore (cùm etiam magisteriæ potestatis homines. necnon consulares sæpe vtilitate publica poscente ad huiusmodi curam perueniant) nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari: & appellationem ex quocunque duce peruenientem, non vt antea erat dispositum, sed apud † virum sublimissimum magistrum officiorum, necnon virum excellentissimum nostri palatij quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, viris deuotis epistolaribus excipientibus ventilari || sancimus:|| nulla veteris legis in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda.

o Appellatur à duce ad magistrum officiorū, & quæstoré sacri palatij.
p *l. 19. l. 32. §. 1. l. 34. s. eod.*
† olim apud Præfectum prætorio *l. 32. §. 1. s. eod.*

De sententia oppugnanda etiam ab aduersario appellatoris. 1 De libellis refutatoriis. Ad l. 37. sup. h. t.

39. Idem A. Iuliano P.P.

AMpliorem prouidentiam subiectis cōferentes, quàm forsitan ipsi vigilantes inueniunt, antequam obseruationem emendamus: cùm in appellationum auditoriis solus post sententiam iudicis emendationem meruerat, qui ad prouocationis conuolasset auxilium, altera parte, quæ hoc non fecisset, sententiam sequi (qualiscunque fuisset) compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in iudicium venerit, & causas appellationis suæ proposuerit: habere licentiam & aduersarium [q] eius, si quid iudicatis opponere maluerit, si præsto fuerit, hoc facere, & iudiciale mereri præsidium. Sin autem absens fuerit: nihilo minus iudicem per suum vigorem eius parteis adimplere. 1 ¶ In refutatoriis [r] autem libellis qui solent maximè in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caueant tam litigatores, quàm liberorum dictatores, verbosis [f] vti adsertionibus, & ea quæ iam perorata sunt, iterum resuscitare: sed hæc sola eis inscribere, quæ compendiosa [t] narratione causas prouocationis possunt explanare, vel aliquid non continent, vel addere, quod derelictum est: scituri, quòd si hoc fuerit prætermissum, non deerit aduersus libellorum [u] conditores amplissimi iudicij competens indignatio, quod sufficiant gestorum volumina introducta, & virorum spectabilium magistrorum scriniorum breues omnia apertissimè ostendere. 2 ¶ Sed enim scimus legem nostram [x] esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem quæ vsque ad decem libras auri extenduntur, vnum iudicem sancimus supponi, viginti autem duos sublimissimos iudices. Sed cùm prima quidem facie videbatur non tantam summā excedere, in definitiua [y] autem sententia apparebat iudici vel iudicibus etiam maiorem quantitatem debere imponere: non erat eis possibile formam qua erant conclusi, excedere. Sed nos definimus, & omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis & ampliorem summam præfata quantitate in qua dati sunt iudices, excedere: & non ad modum suæ rationis, sed ad veritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti iudices quasi vinculis præpediti non possint legum veritati & iudiciali vigori per omnia satisfacere. Dat. 6. Kal. Apr. Constantinop. Lamp. & Oreste Consf. 530.

q vel aduersarius eius qui appellauit, potest petere sententiam reformari *l. 10. j. quādo prouocare.*
r *l. 6. §. 3. l. 19. s. eod. l. 1. leg. vlt. s. de relationibus.*
f Libellorum forma verbosa esse non debet.
t Symmachus *in epistol. ad Theod.* Ego in referendo prolixus esse non debui.
u Libellus generalis esse nō debet facit. *l. 7. l. 10. ff. comm. prædiorum: l. 40. ff. de iure fisci: l. domum s. de rei vindicat. l. verbum §. pertinere. ff. de verbor. signif. l. 2. §. circa. ff. de except. doli:* Nouella *de testament.* 107. *§. non igitur: c. cum clamor ext. de testib. c. literæ extr. de citat.* Dixi in Pandectis practicis ciuilibus titul. de edēdo.
x *l. 37. sup. eo.*
y Si tēpore sententiæ summa reperitur maior quàm initio litis videbatur, non impeditur iudex sententiā proferre. Crescēte lite, crescit iurisdictio.

DE TEMPORIBVS [z] ET REPARATIONIBUS [a] appellationum seu consultationum.

Tit. LXIII.

1. Imp. *Constantin.* A. ad Crispinum.

SI [b] QVIS per absentiam nominatus,|| vel ad duumuiratus [c], aliorúmque honorum infulas, vel munus aliquod euocatus|| ad prouocationis auxilium cucurrerit: ex eo die interponendæ appellationis, duorum [d] mensium spatia ei computanda sunt ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstrauerit. Nam præsenti, qui factam nominationem cognouerit, & appellare voluerit: statim [e] debent duorum mensium spatia computari. Dat. VIII. Idus Iul. Constantino A. VI. & Constantio CC. Coss. 320.

z *dixi ad 49. ff. 4. & ad l. vlt. §. 4. j. eodem.* De temporibus appellationum hæc addātur. In ppria causa, biduum: in aliena triduū *l. 1. §. 11. D. quando appellandum*: Postea decem dierum spatium à recitatione sententiæ cōstitutum *Nouel.* 23. Intra decimum quintū diem libelli appellatorij petebantur. *Paul. 5. sentent.* 36. quod à Gratiano trāscriptum *in c. ab eod. 2. quæst.* 6. Peragendæ verò appellationi, biennium. *l. vlt. §. 4. j. eod.*
a 11. *C. Theo.* 31. 32. 33.
b *l. 10. Co. Theo de appellat.*
c *l. 19. C. Theo. de appellat.*
d Ei qui ad honorem vel munera nominatur, dantur duo menses exequēde appellationis causa *vt hic.* Mensis autē hîc non numeratur ex initio Kalendarum, sed ex numero dierū: id est, vt xxx. dies habeantur pro vno mense *l. 1. Cod. Theod. de decurionibus.*
e *v. l. 2. j. de decurionibus.*

Si appel-

Si appellatur ab ordinario, ad appellationis prosecutionem inchoandam primum fatale est sex mensium: & dantur aliæ tria vnius mensis pro quolibet. P. de Castr.

2. Impp. *Theod. &* [a] *Valent.* A A. Cyro P.P.

TEmpora [b] fatalium [c] dierum pro seculi nostri [d] beatitudine credimus emendanda, vbique dilationum materias amputantes. Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, siue à viro clarissimo [e] rectore prouinciæ, siue à spectabili iudice fuerit appellatum, sex [f] mensium esse iubemus. Quòd si primo fatali die lapsus [g] est appellator, tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quòd si eo || quoque || appellator exciderit: tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem obseruari decernimus. Quòd si tertius [h] quoque lapsus fuerit temporalis: quartum etiam fatalem post tricesimum primum diē similiter obseruari decernimus. Quòd si ita contigerit, vt quatuor [i] fatalibus diebus, qui appellauit, exciderit: tunc intra trium aliorum mensium spatium à nostro numine reparationem peti præcipimus: qua petita nec aduersariū decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spatio ex quarto [k] fatali numerando causam induci præcipimus, licet ante vnum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in iudicio virorum illustrium præfectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit aduersæ: cùm non dubius, sed [l] notus omnibus dies fatalis appareat. Et hoc si aduersus viri clarissimi rectoris prouinciæ vel spectabilium iudicum sententias fuerit appellatum. ¶ Quòd si ab arbitro [m] in prouincia ex delegatione sacra disceptante appellatio subsequatur: post priorem fatalem lapsum tres alij tantùm fatales dies similiter (vt suprà dictum est) seruabuntur, nulla reparatione à nostro numine postulanda: ita vt nonaginta tribus diebus elapsis, iudicata congruæ executioni mandentur. ¶ Sin [n] autem ex sententia prætorianæ [o] præfecturæ, vel magistri officiorum, vel ab alio illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem vel sententiam eius subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alij verò tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerentur. ¶ Qui verò delegatum [p] vel à spectabili iudice seu præside prouinciæ arbitrum appellauerit, primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres verò alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habeat. Illud etiam circa obseruationem fatalium dierum custodiri decernimus, vt si fortè temporales [q] in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes eos dies vt temporales à litigantibus obseruentur. Quòd si quis secus ac iura præcipiunt [r], lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco vel à præsente aduersario vel etiam à iudice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum probatúmque: pro eo habebitur || appellator, || ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. Dat. 12. Kalend. Maij, Valent. A.V. & Anatolio Conss. 440.

In authent. de his qui ingred. ad appell. §. 1. coll. 5. tit. 4. al. 11. Nouel. 49. in prin.

E*I, qui appellat, impertitur annus* [s], *intra quem secundum se communiterve cum aduersario litem exequatur: aut si iusta causa intercesserit alius annus indulgeatur: quo transacto lite non completa, rata manet sententia. Appellatore cessante, cùm vnus mensis superest ex biennio: licet victori ingredi, vt reus quæratur: quo siue inuento, siue non, suas afferat allegationes: & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, in omni casu absente in expensis condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro verò occurrente, post secundum fatalem permanet sententia rata.*

In authent. de appell. §. 1. col. 7. tit. 5. al. coll. 8. tit. 2. Nouell 93. cap. 1.

S*I tamen in medio causæ apud iudicem appellationis vel motæ vel non motæ aliqui eligantur arbitri* [t], *& propterea biennium transeat intra quod oporteat appellationem finiri, & per quamlibet occasionem ad iudicem appellationis causa reuertatur: non lædatur ex cursu temporis sed exerceatur, & terminum legitimum suscipiat, etsi decies milies plus quàm biennij tempus transierit, nisi biennium cesserit postquam arbitrium fuerit desertum.*

In authent. de appell. & intra quæ tempus. §. ad hæc sancimus. coll. 4. tit. 5. al. 2 Nou. 93. c. 1.

a Ex Nouella Theodosij quæ non extat.
b *Synopsis Basilic. 1. c. 126.*
c *v. l. 5. §. eo.* De fatalibus diebus dixi ad Nouell. 49. c. 1.
d *v. Cuiac. 12. obs. 4.*
e De fatalibus sententiæ latæ ab aliquo clarissimo vel spectabili.
f Appellare à Preside vel spectabili iudice licet intra sex menses: vt qui ab eis appellet, sex mensiū diē habeat. *Synopsis Basilic. 9. tit. 2. c. 126.* Quòd si nihil præstiterit intra sex hosce menses, dies alios triginta & vnum habeat. Si exciderit & illo tempore, tertiò dies alios triginta & vnū habeat, si rursus & illi fuerint elapsi, totidem quartò dies impetret. Quòd si tot diebus exciderit, tunc intra tres alios mēses principem adeat, & reparationem appellationis petat: qua reparatione concessa, præcipitur, ne alias sex mensium ei concedatur, sed trium duntaxat mensium interuallum, numerandorum ex quo fatalis dies quattus præteriit. *Ibidem Synopsis.*
g de secundo lapsu. *11. C. Theo. 32. v. Cuiac. 16. obs. 7.*
h Tertius lapsus.
i Quatuor fatales dies.
k Quartum fatale.
l Notæ dilationes minus nocent.
m De fatalibus in arbitris delegatis à P. Prætorio, magistro officiorum, illustribus.
n Si iudex vel à Præfectis vel à magistro officiorum, vel ab alio quodam illustrium magistratuum in vrbe Constantinopoli delegatus fuerit, & appellatio contra eius sententiam subsequuta: [illegible] primus quidem fatalis dies esto duorum mensium, cæteri verò tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerantur. *Synops. ibid.*
o De fatalibus in sententiis illustrium.
p Appellandi eadem ratio ab arbitro delegato, quæ in delegatis iudicibus, de quibus paulò ante dictum est. *Synop. ib.* q *dixi ad l. 32. §. 4. s. de app.* r *l. 18. s. de app.*
s Tempus exercendæ & finiendæ appellationis annuum est: nisi impedimentum aliquod subsit. tunc enim biennij est.
t Si de causa appellationis compromittitur, tempora interim non currunt.
u Si stat per principem quo minus iudicetur, non currunt tempora appellationis, donec princeps constituat, qui cognoscat.
x Si stat per iudicem appellationis, non currunt fatalia.
y Appellationes ad consistorium pertinentes nunquam vltra statutum tempus, fiant: siue quis preces offerat, siue sacrum à principe rescriptum impetret, non alio denique prætextu: sed vt omni modo quisque suam prouocationem insinuare studeat, & gesta in illo iudicio, cōtra quod prouocauit, vel statim, vel omnino citius di-

S*Ed & lis quæ speratur in consistorium principis* [u] *inferri, absque damno moræ maneat intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.*

In authent. vt sponsa larg. §. hoc quoque. col. 9. tit. 2. Nou. 119. cap. 4.

S*I appellatione secuta, nouissimo induciarum die aut pars vtraque, aut solus qui appellatione vsus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestauerit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vel eius consiliarius, aut his qui lites intromittunt, & iudex* [x] *in definitis diebus eum suscipere differat, nullum præiudicium partibus, aut vni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi, & legitima sententia terminari.*

Ad appellationem exercendam post tempora statuta, non conceduntur alia. Salyc.

3. Imp. *Iustinianus* A. Appioni P.P.

NEmo [y] arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus vltra statuti temporis viuendi [z] spatia, neque [a] per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub prætextu quodam altero, sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur: ita vt [b] etiam gesta in iudicio, contra quod prouocatum est, non propè finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum, ne præpediatur per astutias fatalis rei terminus, sed aut statim postquam appellatum sit, aut non minùs quàm ante dimidiam partem temporis præbeantur scrinia, ne (quod per angustias [c] contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

4. Iidem A. Tatiano magistro officiorum.

PEr hanc diuinam sanctionem decernimus, vt licentia quidem pateat in exercendis consultationibus [f], tam appellatori, quàm aduersæ parti nouis [e] etiam adsertionibus [f] vtendi, vel exceptionibus, quæ non [g] ad nouum capitulum pertinent, sed ex [h] illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt quæ apud anteriorem iudicem noscuntur propositæ. Sed & si qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verùm apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt: id quoque eos admittere, quò exercitatis iam negotiis pleniore subueniatur veritatis lumine [i].

Tempus appellationis intimandæ quod per l. 2. suprà eo. erat varium ex diuersitate iudicum, hic variatur ex diuersitate locorum. Salyc.

5. Idem A. Triboniano quæstori sacri palatij.

CVm anterioribus legibus ex omni prouincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatum similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis visum est huiusmodi spatiis iustum imponere libramentum. Sancimus itaque, si [k] quidem ab Ægyptiaco [l], vel Libyco limite, vel Orientali tractu vsque ad vtrasque Cilicias numerando, vel || Armeniis gentibus, || & omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa: primum semestre spatium in antiqua definitione permanere, & nihil penitus neque deminui, neque accrescere. Sin autem ex alijs nostri imperij partibus, siue Asianæ, siue Ponticæ, siue Thraciæ diœceseos lis prouocatione suspensa in hanc regiam vrbem peruenit: pro semestri spatio trium tantummodo mensium spatium eis indulgeri, aliis trium mensiū spatiis, id est, nonaginta & tribus diebus, simili modo sequentibus: siue semestre tempus, siue tres priores menses, secundum locorum definitionem, quam designauimus, Sed & aliis tribus mensibus, qui ex reparatione ab [m] aula concedi solent, in suo robore duraturis, & prioribus accedentibus: vt partim annale numeretur, partim nouem mensium || spatium || consequatur. 1 ¶ Et cùm antea in fine cuiuscumque temporis vnus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset, & sæpe eueniebat, cùm multæ sint occasiones mortales appellationum, vel ægritudine, vel spatij prolixitate, vel per alias causas, quas nec dici, nec enumerari facilè sit: eundem diem fatalem non obsernari, & lites expirare, & huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare: propter hoc fortunæ releuantes insidiis, sancimus non † in vnum diem fatalem standum

midio appellationis tempore, tradat. Qui hoc tempus præterlabi siuerit, dispendio suo multabitur. *Synops. Basilic. 9. tit. 1. c. 127.*
z vtendi, *Synopsis βασιλικῶν* & malè. aut sanè non necessariò. Rectè dicitur actio viuere. *Instit. de perpet. & temp. act. l. 1. s. de annali except. v. Cuiac. 18. obs. 37.*
a *9. Eclog. 1. c. 127.*
b *l. 24. s. de appellat.*
c *adde l. 29. in fi. D. de ædilit.*
d In appellationis causa produci & probari possunt, non deducta aut probata in causa principali. *vt hic.* Quid si qui appellat, sciens noluit ea in iudicium deducere in causa principali, non audietur. *Bald. hic.* Quid si inquisitione facta iudex sententiam tulit? sententiam suam tueri atque defendere non potest, nouarum probationum prætextu. *Bald. hic.* adde alium casum ex Socino *regula 323.*
e *Eclog. d. loco. c. 128. l. 6. §. 1. d. 37. s. de appellat.* Appellatio à definitiua defendi potest ex nouis causis ac probationibus, *vt hic.* Quid si probationes nō omnino nouæ, sed ex veteribus pendētes. Quid si probationes nouæ quidem sint, sed super alia re? Quid si exceptio dilatoria proponatur? Quid si probationes à sciente omissæ: aliud vt notat Duenarius *reg. 48.*
f adstructionibus.
g Appellatio ab interlocutoria ex iisdem actis defendi debet. *adde Clemēt. appellanti de appell.* Quid si lata contra absentē? Quid si in causa principali, iudex probationes admittere noluit? Quid si interlocutoria iniuriam irreparabilem contineat? Quid si appellatio ex facto aduersarij descendat? appellari potest. *Socin. reg. 22.*
h Appellatio cùm exercetur, licentia est vtrique parti nouis adsertionibus, quæ in priori iudicio vsurpatæ non sunt, & exceptionibus vtendi modò ad ipsum caput pertineant, & iam in priore iudicio motæ sint. *Synops. Basilic. 9. tit. 1. c. 128.*
i Probatio, veritatis lumen. *v. quæ notaui ad tit. de probat.*
k Tempus appellationis inchoandæ, quod per legem *2. s. eod.* erat varium ex diuersitate iudicum, hic variatur ex diuersitate locorum.
l *Synops. d. loco. c. 128. versic. constitutio iubet.*
m non ipso iure de reparatione ab aula. *v. quædam apud Cuiac. c. 16. de præscr.*
† Pro quinque fatalibus diebus qui per legem *2. s. eod.* introducebantur, hic vnus tantum introducitur decem dierum propter labilem hominum memoriam, vel itae Fatales dies, non ij omnino quibus fatum completur, sed decem dies fatalem præcedentes, cum ipso fatali & aliis quinque. Nam fortassis in calculo dierum erratur. Igitur vbicunque fatalis diei mentionem inueniemus, decem dies præstabimus. *Synopsis d. c. 128.*

a Appellationis cauſa vnius anni ſpatio finitur: vt tamen nihilominus altera pars quæ victrix in prouinciali iudicio fuit, poteſtatem habeat, ſi quidem velit, etiam citius introducendæ cauſæ, & ita peragendæ, vt etiam abſente parte quæ prouocauit lis decidatur. *Synopſis d.c.128.*

† Vbi olim biennium dabatur ad introducendam appellationem in conſiſtorio Principis, per hanc legem datur annus, tam appellatori quã appellato, ſi voluerint cauſam introducere.

eſſe in poſterum, ſed ſiue ante quartum diem fatalis luminis, & ipſum fatalem, ſiue poſt quinque dies ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, & litem inſtituendam curauerit, & eam in competens iudicium deduxerit: legi videri ſatisfactum: nec ingemiſcat mortuæ cauſæ diſpendio, ſed noſtro gaudeat beneficio: cùm nobis cognitum ſit, etiam ex errore calculi dierum, quem officium habuit, ſæpe eſſe cauſas periclitatas: quod in poſterum non fieri ex remedio legis præſentis ſperandum eſt. Eodem beneficio & in omnibus fatalibus aliis qui vel à pedaneis iudicibus vel ab aliis dantur, quos leges ſuis ſanctionibus enumerauerunt, cuſtodiendo, vel obſeruando: vt decem fatales dies pro vno vbique inſtituantur. 2 ¶ In [a] his autem caſibus, in † quibus biennium conſtitutum eſt, quatenus more conſultationum in regia vrbe ſub communi audientia florentiſſimorum ſacri noſtri palatij procerum ventilentur: biennij metas, vnius anni termino coartamus: vt intra eum & geſta colligere, & ea viris deuotis epiſtolaribus [b] tradere, & refutatorios [c] libellos (ſi voluerint) offerre, & litem in ſacrum noſtrum conſiſtorium introducere cogantur. Nulli licentia deneganda victrici parti, ſi voluerit, ſecundum quod iam conſtitutum eſt, etiam præmaturè cauſam inducere: neque annali ſpatio expectato. 3 ¶ Si tamen in [d] ſacro noſtro conſiſtorio lis exordium ceperit, etiam ſi non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus: cùm iniquum ſit propter occupationes [e] florentiſſimi ordinis quas circa noſtræ pietatis miniſteria habere noſcitur, cauſas hominum deperire.
4 ¶ Illud [f] etiam meritò addendum huic legi cenſemus, vt ſi quis fatali die apud appellationis iudicem introductus, ſiue ex parte vna [g] ſiue cognitionaliter cauſæ appellationis imponat [h] exordium, deinde relicta ea diſcedat, & in deſidia reliquum tempus permaneat, & annale tempus poſt inchoatam litem præterierit, victore neque ſententiam ad effectum perducere valente, propter litem iam inchoatam, neque iam terminum accipere inueniente, cum appellatoris abſentia eam finiri non facilè concedat: huiuſmodi iniquitatem amputantes, cùm aduerſarius poteſt etiam minimè præſente appellatore [i] litem exercere, quia hoc ſpeciale priuilegium eius eſt qui appellationi examinandæ præſidet, poſſe & ex vna parte cauſam dirimere: iubemus eundem appellatorem, niſi obſeruauerit iudicium, & cauſam vſque ad finem peregerit, ſed & ſi per eum ſteterit quo [k] minùs omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, & ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minimè fuerit prouocatum, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus [l] poſſit oſtendere ſe quidem ſumma ope niſum, voluiſſe litem exercere, per [m] iudicem autem ſtetiſſe, vel aliam inexorabilem cauſam ſubſecutam, propter quam hoc facere minimè valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus: quo effluente, & lite minimè finem accipiente, cadere eum de appellatorio iuuamine diſponimus: cum ei ſit apertiſſima facultas & noſtram adire maieſtatem, & tarditatem [n] iudicis in querelam deducere, & noſtro beneficio perpotiri. 5 ¶ Cui conſentaneum eſt, vt & in ſententiis omnium ampliſſimorum præfectorum prætorio [o] oraculo retractandis [p] eadem obſeruatio quæ ſuprà dicta eſt, poſt ingreſſum vnius vel vtriuſque partis, tam propter abſentiam perſonarum quàm propter ſtatuta tempora teneat. 6 ¶ Sin autem partes inter ſe ſcriptura interueniente paciſcendum [q] eſſe crediderint, nemini parti licere ad prouocationis auxilium peruenire, vel vllum fatale [r] obſeruare: eorum pactionem firmam [ſ] eſſe cenſemus. Legum etenim auſteritatem in hoc caſu volumus pactis [t] litigantium mitigari. Dat. 15. Kalend. Dec. Chalcedone, Decio V.C. Coſſ. 529.

b qui cancellarij *l.8.ſ.de adſeſſorib.*
c *l.vlt.§.1.ſ.de appell.*
d *Nou.123.c.1.*
e Tempora quibus ius non redditur in conſiſtorio principis, ipſo iure nõ currunt.
f *Nouel.93.*
g *l.12.ſ.de legibus.l.4.j.de accuſ.l.3.j.de quæſtion.adde Nouel.49.Nou.126.Cuiac.4.obſ.32.20.obſ.11.*
h Appellationis cauſa ob omiſſam in ea litis conteſtationem non vitiatur ſi modo in prima litis inſtantia, conteſtata lis fuerit. Nam effectus litis conteſtationis durat poſt ſententiam in cauſa appellationis, neque per eam extinguitur aut ſuſpenditur. *Decius in c.per tuas.de appell. Rota deciſ. 207. Guido Papæ deciſ. 58. Bellamera deciſ. 697.* Neque diſtinguitur pars ſit præſens vel abſens: vt ſi non neceſſaria ſit litis conteſtatio in cauſa appellationis parte abſente, præſente ſit neceſſaria: & ita iudicatum in Camera Spireſi refert Mynſingerus *1. obſeru.1.*
i idque μονομερῶς. *Nouel.49.* An appellationis proceſſus vitietur ob omiſſam litis conteſtationem. *vide Mynſing. 1.obſ.1.*
k Lite non conteſtata ad ſententiam definitiuam perueniri non poteſt *vt hic: Doctor. in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata* fallit in cauſa appellationis, nullitatis adnexa appellationi, ſi actor iudicium fugiat, ſi officio iudicis cogatur in cauſa criminali, ſi iudiciũ non dirigitur aduerſus certã perſonam, ſi de libertate obtinenda agitur *l.1.ſ.de adſertione:* in beneficiorum cauſis. *c.1.de eo qui miſſus in poſſeſſ.in 6.vide Socin.regula 239.*

QVANDO PROVOCARE non eſt neceſſe †.

TIT. LXIIII.

De ſententia lata contra res iudicatas à quibus appellatum non eſt.

l Deſertor excuſatur cauſa cognita. m *v.Cuiac.ad Nou.49.& 93.*
n Tarditas iudicis in querelam deduci poteſt.
o Statuta in cauſis appellationis, locum habent in cauſa ſupplicationis. interpoſitę à præfecto prætorio.
p *v.l.pen.ſ.de fide inſtrum.v.Cuiac.ad Nou.82.*
q Iuri appellandi poteſt pacto renunciari. *l.1.§.3 D. à quibus appell.* Pactum valet, vt dies fatales non obſeruentur. *Synopſ.Baſilic.d.c.128.in fin.*
r Poteſt conueniri, ne vllum fatale obſeruetur.
ſ Imò eſt infirma. *v.Rol.à Valle 1.conſ.29.num.7.28.29.*
t *l.43.D.de pact.l.25.l.27.D.de reg.iur.l.1.ſ.fin.regund.*

† In regno Galliæ hic titulus nõn ſeruatur: quia neceſſaria eſt appellatio, etiam in caſibus, vbi ſententia eſt ipſo iure nulla. *Rebuff.in proœm.conſt.gl.5.nu.96.*
u Sententia ſi aduerſus aliam ſententiam lata ſit, ad eam reſcindendam appellatione non eſt opus. *Synopſ.ibid.c.128.in fin.*
x *vide quæ ſcripſi ad l.2.j.eod.* y Vna & eadem res non admittit contrarias ſententias: id eſt, contra ſententiam quæ tranſit in rem iudicatam, prouocari non poteſt: & ſi pronunciatum fuerit, appellari non eſt neceſſe. *29. Eclog.1.c.128.in f. vide Oldendorp. c.21.de ſentent.ſi contra rem iudicatam iterum pronuncietur.*

1. Imp. *Alexand.* A. Apollinari, & aliis.

LATAM [u] ſententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod [x] contra [y] res priùs iudicatas, à quibus prouocatum non eſt, lata ſit. Cuius rei probationem ſi promptam habetis, etiam citra prouocationis adminiculum, quod ita pronunciatum eſt, ſententiæ auctoritatem non obtinebit. PP. 8. Kal. April. Alex. A. Coſſ. 223.

De ſententia lata contra ius conſtitutionis vel contra ius litigatoris.

2. Idem A. Capitaneis.

SI cùm inter te & auiam defuncti quæſtio de ſucceſſione eſſet, iudex datus à præſide prouinciæ pronuntiauit [z] *potuiſſe [a] defunctum etiam minorem quatuordecim annis teſtamentum facere, ac per hoc auiam potiorem eſſe:* ſententiam eius contra tam manifeſti iuris formam datam, nullas habere vires, palàm eſt: & ideo in hac ſpecie nec prouocationis auxilium neceſſarium fuit. Quòd ſi cum de ætate quæreretur, impleſſe defunctum quartumdecimum [b] annum, & per hoc iure factum teſtamentum pronunciauit, nec prouocaſti, aut poſt appellationis impletam cauſam deſtitiſti: rem iudicatam retractare non debes.

De decurionatu & duumuiratu.

3. Imp. *Gordianus* A. Ingenuo.

SI (vt proponis) ſuſpenſa apud ampliſſimos iudices cognitione prouocationis, quam te ob id interpoſuiſſe dicis, quòd decurio [c] nominatus eſſes, ad duumuiratum vocatus es: manifeſtum eſt præiudicium futuræ [d] notioni memoratorum iudicum fieri non potuiſſe.

Si magiſtratus dentur iudices.

4. Impp. *Valerianus & Gallienus*, AA. & *Valerian.* C. Iuliano.

CVm magiſtratus datos iudices, & [e] vnum [f] ex his pronunciaſſe proponas: non videtur appellandi neceſſitas fuiſſe, cùm ſententia iure non teneat.

De multis.

5. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus,* AAA. Domitiano.

CErta ratione & fine [g] multare præſides poſſunt. Quod ſi aliter, & contra [h] legis ſtatutum modum prouinciæ præſes multam vobis irrogauerit: dubium non eſt, id quod contra [i] ius geſtum videtur, firmitatem non tenere, & ſine appellatione poſſe reſcindi. PP. Id. Ianuar. Caro & Carino Conſſ. 283.

De die ſententiæ.

6. Iidem AAA. Germano.

CVm non [k] eo die, quo præſes prouinciæ præcepit, iudex ab eodem datus pronunciauerit, ſed ductis diebus alieniore tempore ſententiam dediſſe proponatur: ne ambages fruſtra interpoſitæ prouocationis vlterius negotium protrahant: præſes prouinciæ, ſuperſtitioſa appellatione ſubmota, ex integro inter vos cognoſcet.

De ſententiis & venalibus.

7. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Nicagoræ.

VEnales [l] ſententias, quæ in mercedem à corruptis iudicibus [m] proferuntur, etiam citra interpoſitæ prouocationis auxilium iam pridem à diuis principibus infirmas eſſe, decretum eſt.

De decurionatu.

8. Iidem AA. Conſtantino.

SI pater tuus, cum decurio creareris, non [n] conſenſit, & decimumquintum annum ætatis agis: aditus præſes prouinciæ ſi inhabilem [o] te ad eundem decurionatus honorem eſſe perſpexerit: quando huiuſmodi ætati etiam prætermiſſa appellatione ſubueniatur, iniquam nominationem remouebit.

z ſententia contra ius expreſsè lata, ipſo iure non valet. *vt hic. & l.ſi expreſſim. D.de appellat.* Cuius ſententiæ ſedecim exceptiones vide apud Socinũ *regula 354.*
a de iure ſcilicet, & malè, cùm id ſit contra leges. *l.5.j.eo. l.19. D.de appel. l. 1. §. 2. D. quæ ſent.ſine appellat.* Error iuris in ſententia expreſſus, ſententiam vitiat: facti, non vitiat: ideóque appellandum eſt, *vide wurmſer.1.prac.22.c.12.*
b *l.5.D.qui teſtamenta.*
c Cauſa præiudicialis impedit electionem ad munera. *v.Nou.134.c.3. adde l.7.§.1.D.de decurionib.*
d Suſpenſo genere, ſuſpenditur quælibet eius ſpecies.
e Sententia ab vno ex pluribus delegatis lata, non valet. & nulla eſt? Quid ſi ea poteſtas facta eſt ipſis delegatis, vt alter ſine altero poſſet iudicare? Quid ſi qui ſententiam non tulit, iuret ſibi non liquere? valere ſententiam ab vno latam refert Socinus, *regula 355.*
f tantum ſine aliis. Pluribus ſimul delegatis, ſententia non valet ab vno tantum lata. *l.39.D.de re iudic. v. Oldendorp. c.12.de ſentent.*
g Iudex vltra modum ſuæ iuriſdictiõis multare nõ poteſt. *l.20.D.de iuriſd. vide Oldendorp. c.29. de ſent.*
h *l.2.ſ.eod.*

i Quod contra ius geritur, firmitatem non habet.
k Non valet ſententia lata per iudicem delegatum extra tempus delegationis. *vt hic:* niſi conſenſu partium dies fuerit prorogatus. *l.2.§.2.D.de iudic.*
l Venalis ſententia ipſo iure nulla. *v. Oldendorp.c.7.de ſentent & re iud.l.vlt.ſ.de pœnis.l.15.in fin.D.de iudic.* Quid ſi arbitraria ſit ſententia, hoc eſt, à compromiſſario lata? Quid ſi ab vno ex pluribus iudicibus pecunia corrupto lata? valet. Socinus *regula 356.* m Quid ſi ab arbitro? paulò antè dixi.
n *l.1.ſ.ne filius pro patre.l.1.§.quod cum eo qui in aliena.*
o Minor ætate, vocatus ad decurionatum ipſo iure tutus eſt ſine appellatione: maximè ſi pater non conſentit. *l. 6. l. 11. D. de decurionibus. l. 2. D. de vacat. & excuſat. mun. l. 8. D. de muneribus. l. 2. in fine. D. de iure immunit. l. 2. in fine. D. de regulis iuris.*

De vaca-

a Veteranus habens immunitatem, vocatus ad munera personalia, non tenetur appellare. *v. l. vlt. ÿ. de veteran. adde l. 2. ÿ. de re milit. l. 8. §. 5. 6. D. de excus. tut. l. vlt. ÿ. de his qui non implet. stipendiis. Tacit. 1. Suidas 2. vide Cuiac. 9. obser. 35.*
b Vicesima stipendia militum, de quibus vide quæ scripsi ad *l. 2. ÿ. de re iudic.*
c *l. 2. §. 2. D. de his qui notantur.* d &, *Haloander.* e fida deuotio militum.

De vacatione onerum & munerum veteranis concessa.

9. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

VEteranis[a], qui in legione vel vexillatione militantes, post vicesima[b] stipendia honestam vel causariam[c] missionem consequuti sunt, onerum vel[d] munerum personalium vacationem concessimus. Huiusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes fidam[e] deuotionem militum nostrorum, etiam prouocandi necessitatem remisimus.

De condemnatione impensarum omissa.

10. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P. P.

OMnem honorem[f] saluum iudicibus reseruantes, si quando vna pars quasi læsa per definitiuam eorum sententiam, prouocatione vsa fuerit, interdicimus alteri parti quæ vicit[g], pro hoc tantummodo quod nihil capere pro sumptibus[h] litis vel detrimentis, vel minus quàm oportuerat, iussa est, prouocationem offerre: cum & ipsa decisionem litis rectè factam esse confiteatur: iudicibus scilicet siue florentissimis proceribus sacri nostri palatij, siue his quibus pro minore litium æstimatione consultationes delegantur, (si perspexerint adiuuandum[i] esse victorem sumptuum perceptione) etiam sine prouocatione eius hoc statuentibus, & iustam eorundem sumptuum quantitatem definientibus. Sed nec occasione consultationis introducendæ victori prouocare concedimus: cum & priscis legibus liceat ei & sine prouocationis auxilio eandem consultationem differente suo aduersario introducere: & nos ei nihilominus hoc permittimus, iniuriam ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes. Dat. 7. Id April. Constantinop. Decio V. C. Coss. 529.

QVORVM APPELLATIONES non[k] recipiuntur.†

TIT. LXV.

De absente per contumaciam.

1. Imp. *Antoninus* A. Sabino.

EIvs, qui per contumaciam[l] absens, ||cùm|| ad agendam causam vocatus esset, condemnatus est, negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. PP. Non. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Coss. 214.

De criminibus.

2. Impp. *Constantius & Constans*, AA. ad Hieroclem Cons. Syriæ Cœles.

OBseruare[m] curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itémque||eorum qui manifestam violentiam commiserint ||argumentis[n] conuictus[o], testibus superatus, voce etiam propria vitium scelúsque confessus[p] audiatur appellans. Sicut enim hoc obseruari disposuimus: ita æquum est testibus productis, instrumentísque prolatis, aliísque argumentis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est, aut minimè voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegari. Datum 5. Idib. Decemb. Leontio & Sallustio Coss. 344.

De officialibus.

3. Impp. *Valentinianus & Valens*, AA. ad Modestum præfectum prætorio.

NVlli[q] officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur. nisi[r] in eo tantum negotio, quod ratione ciuili super patrimonio fortè apud proprium iudicem inchoauerit: scilicet vt in eo tantum negotio à sententia eius, cui paret, iudicis, quisquis velit officialis appellet: quod per procuratoré etiam persequi iure tribuitur. Dat. 4. Id. Iun. Cyzici, Valentiniano & Valente AA. Coss. 365.

sequestraui mobilia, fructúsque præcepi, ne abutantur indebitis. si petitor, non ita fit, nisi populitentur ab aduersario. *l. Imperatores. §. vlt. D. de appell.*
c id est, interlocutione. Iure canonico à quacunque interlocutione ex causa appellari potest. *c. Non ita 2. quæst. 6.* eóque iure vtimur. d Pœna iniusti appellatoris, 50. auri libræ. *l. 10. l. 25. C. Theod. eod. l. 6. §. 4. š. de appell. adde wurmser. 1. pract. 24. c. 24.*

De causa fisci vel principis.

4. Imppp. *Valentinianus, Valens, & Gratianus*, AAA. ad Olymbrium P. V.

ABstinendum[f] prorsus || ab || appellatione sancimus, quoties fiscalis[t] calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur, aut publici vel etiam priuati (dummodo euidentis atque conuicti[u]) redhibitio debiti flagitatur: ||vt|| necessario in contumacem[x] vigor iudiciarius excitetur. PP. Romæ, 15. Kal. Septemb. Valentiniano & Valente II. AA. Coss. 368.

De executione sententiæ.

5. Imppp. *Valens, Grat. & Valentin.* AAA. ad Thalassium proconsulem Africæ.

AB[y] executione appellari non posse, satis & iure & constitutionibus cautum est, nisi fortè executor sententiæ modum iudicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, vt si res mobilis[z] est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur, & ||sequestro[a]|| idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua sacer cognitor iudicauerit. Quod si de possessione vel de fundis executio ||cessauerit,|| & eam suspenderit prouocatio: fructus omnes qui tempore interpositæ prouocationis capti, vel postea nati erunt, in deposito[b] collocentur, iure fundi penes eum qui appellauerit, constituto. Sciant autem prouocatores, se vel ab executione appellantes, vel ab articulo[c], si eos perperam[d] intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta[e] librarum argenti animaduersione multandos. Dat. 4. Kal. Feb. Treu. Valente VI. & Valentiniano II. AA. Coss. 378.

De testamentis aperiendis, & de heredibus in possessionem mittendis.

6. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AAA. ad Hypatium P. V.

QVisquis[f] ne voluntas defuncti[g] testamento scripta referatur[h], vel ne hi quos scriptos patuerit hæredes[i], ||in possessionem[k] mittantur,|| ausus fuerit prouocare, interpositámque appellationem is cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, viginti librarum argenti[l] multa & litigatorem, qui tam importunè[m] appellauerit, & iudicem qui tam ignauam[n] conniuentiam[o] adhibuerit, inuoluat. Datum Non. April. Treu. Ausonio X. & Olybrio Coss. 379.

De discussore & rationali.

7. Iidem AA. & *Arcad.* ad Pelagium comitem rerum priuatarum.

ANte[p] sententiæ tempus, & ordinem[q] euentus, nec[r] à discussore[s], nec à rationali appellare liceat. Dat. 15. Kal. Mart. Med. Arcad. A. I. & Bautone Coss. 385.

De publico debitore.

8. Impp. *Arcadius & Honorius*, AA. comiti rerum priuatarum.

ET[t] publicarum necessitatum, & priuati ærarij depositi vtilitas, ne commoda quę domui nostræ debentur, callidis debitorum[u] artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum rejecta, qui apertè manifestéque conuicti sunt: hoc obseruari præcepti huius auctoritate censemus, vt ei quem constiterit esse publicum[x] debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. 3. Aug. Med. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss. 396.

SI PENDENTE[y] APPELLAtione mors[z] interuenerit.

TIT. LXVI.

f Honor iudici præstandus.
g Victor, victo appellante, necesse nō habet & ipse appellare: quòd nulla aut minor expensarum litis, & detrimentorum ratio habita sit, quoniam hoc sententia iudicis, ad quē victus appellauit, suppleri potest.
h *š. de fructibus & litium expensis.*
i Iudici appellationis data licentia est, appellantem in sumptibus non condemnatum condemnandi. *l. 39. versic. sancimus. š. de appell.*
k *11. C. Theod. 36. dixi 49. D. 6.*
† Hic titulus parum in Gallia obseruatur: cū omni appellationi propter superioris reuerentiam, deferatur: nisi sententia, ex constitutione regia, executioni mādari possit, non obstante prouocatione. *glo. §. 1. versic. iniusta. de friuolis appellat. in Pragmat. Rebuff. in proœ. constit. glo. 5. nu. 99. Bugnon. in legib. abrogat. duobus locis.*
l Contumax non auditur appellans. *l. 4. in fi. ÿ. l. 13. §. 2. š. de iudiciis. Nouell. 82. c. 5.*
m *l. 7. C. Theo. eod.*
n Conuicendorum reorum tres modi, argumēta, testes, confessio.
o Conuictus & sponte confessus non appellat. Cōuictus non confessus: aut confessus quidem, sed vi tormentorum, appellat. *d. l. 244. D. de verb. sign.*
p Confessus non appellat.
q *l. 17. C. Theo. eod.*
r Officialis delicti in officio suo commissi, à suo iudice condemnatus non appellat. *vt hîc.* Quid si in causa patrimonij sui damnatus sit? potest appellare *vt hîc: adde l. 2. š. de procur. l. 10. š. de appell. vide l. 1. D. an per alium causa appellat.*
s *l. 19. C. Theod. eo.* t In causa fiscali condemnatus non appellat: *adde l. 8. in fi. ÿ. eo.*
u Conuictus non est qui negat, nisi contrarium probetur. *v. Mynsing. 4. obs. 50.*
x *l. 1. š. eo.* y Ab executione & executore, nisi modum excedat, non appellatur. *l. 25. C. Theod. eod. Symmachus 1. epist. 25. l. 21. š. de appell. l. ab executore. D. de appellat. vide Rol. à Valle 1. consil. 43. nu. 5. wurmser. 1. pract. 24. c. 10. adde quæ dixi ad l. 2. š. de episcop. audientia.* Quid si executionis ipsius iniuria reparari non potest, nisi appelletur? Quid si non executio, sed interlocutoria sit, quæ vim definitiuæ habeat? Quid si nulla definitiua pòst speretur? Quid si iudex ab ipsa interlocutoria appellari permittat? Quid si pronunciatio nuda sit de exequendo? appellari posse notat Socinus *regula 26.* z In executionibus res mobilis (si ab executoris iniuria appellatur) non traditur actori, sed deponitur apud tertium: immobilis verò fructus sequestrantur. a *dixi š. de sequestratione.* b ἐν μέσῳ τοῦ δικαστοῦ, Græci. *his adde l. vlt. C. quib. ad libertat. proclam. vide Cuiac. 12. obs. 6. Paul. 5. sent. 36. §. 1.* si possessor condemnatus appellauerit, fructus sequestrantur. Symmachus in epistolis, Constitutionis memor

e *d. l. 10. d. l. 25.*
f Appellari nō potest ab iniquo statuto, licet à sententia dicta ex huiusmodi statuto appellare liceat. *Bald. hîc. & in c. cessante extra de appellat. Socinus regula 20.*
g diem functi. *l. 26. C. Theodos. eod.*
h *l. 26. C. Theo. eod.* id est, ne testamētum aperiatur. *l. vlt. ff. de appell. recip.*
i edicti per D. Adrianum conditi beneficium consequātur ausus fuerit, &c. & ita scriptum est in *d. l. 26.* de hoc edicto *vide l. 2. š. de edicto D. Hadriani. l. vlt. š. de codicill.*
k Ne scriptus heres in possessionem mittatur, non appellatur: & punitur tam appellans quàm appellationi deferens. *vide l. vnic. ÿ. si de momentanea possessione. v. wurmser. 1. pract. 24. cap. 12.*
l auri. *d. l. 26.*
m Importuna appellatio. *vt hic:* callida. *l. vltima. ÿ. eo.* moratoria. *l. 1. C. Theo. eod.* superstitiosa. *l. 42. C. Theod. de appell.*
n ignaue. *d. l. 26.*
o cohibentiā. *d. l. 26.*
p ante certum sententiæ, &c. *l. 29. C. Theod. eod.* περὶ ἀποφάσεως. *9. Eclog. 1. cap. 78. adde l. 6. §. 3. š. de appellat. vide Mynsinger. 4. obs. 43.*
q Appellari à sententia interlocutoria iure ciuili non posse hinc colligunt. *vt ex. l. ante. D. de appellat. recipien.* nisi appelletur à carcere, vel quæstione, excommunicatione: cæteris denique omnibus, quæ citra appellationem reparari non possunt aut certè difficulter. Idem censent, quoties interlocutoria, ad negotium principale, & substantiam negotij refertur: aut si actorum copiam iudex deneget. *l. 2. Cod. vt lite pendente.* vel excusatione tutoris. *l. 1. §. si quis tutor. D. quando appellandum*: vt & si sententia lata sit super legitimatione personæ: si iudex pronunciauit fideiussorem idoneum. *l. si ab arbitro. D. qui satisdare.* si minori sine curatore solui iubeat. *l. ait prætor. §. permittitur. D. de minoribus.* aut probationes admittat vel deneget: si interlocutoria meretur executionem: si sententia lata in causa momentaneæ possessionis. *Bart. hîc:* vide Duenazium *regula 52.*
r Imò licet ab interlocutoria appellare. *l. 2. D. de appell. recip.*
s *l. 26. š. de appell. v. l. vlt. ÿ. de discussoribus.*
t *l. 32. C. Theod. eod.*
u Publicus debitor, manifestè conuictus non appellat.
x *adde l. 4. š. eod.*
y *11. C. Theod. 35. dixi ad 49. D. 13. l. 2. D. quæ sentent. sine appell.*
z eius qui appellauit scilicet: vel eius contra quem appellatum, vel hominis controuersi.

1. Imp. *Alexand.* A. Iuliano.

ETIAM post mortem eius, qui [a] appellauit, necesse est heredibus eius vel reddere causam prouocationis, vel statutis acquiescere. PP. 3. Non. Decemb. Alex. Consſ. 223.

2. Idem A. Marcellinæ.

EIus qui requirendus [b] annotatus appellauit, & antea-ctam causam mortuus est, bona [c] ad successorem pertinere, parentibus meis placuit. PP. 3. Non. Decemb. Alex. Consſ. 223.

Expressa ademptio bonorum, morte appellantis non perimitur: secus in tacita. Bart.

3. Idem A. Vlpio.

SI is qui ademptis bonis in exilium datus est, appellauerit, ac pendente prouocatione defunctus est: quamuis crimen in persona eius euanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum [d] interest, vtrum capitalis pœna irrogata bona reo quoque adimat (quo casu morte eius extincto crimine, nulla quæstio superesse potest) an verò non ex damnatione ||capitis,|| sed speciali præsidis sententia bona auferantur. tunc etenim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione. PP. 6. Id. Mart. Modesto & Probo Consſ. 229.

4. Imp. *Gordianus* A. Alexandro.

SI pater ad decurionatum [e] euocatus appellationem interposuit, eáque pendente concessit in fatum: honoris eius quæstio morte finita est.

5. Idem A. Felici.

QVamuis ancilla [f] de cuius dominio disceptabatur, & à rectore prouinciæ contra te ius dictatum fuerat, in fatum concesserit: tamen cùm appellationem super ea re interpositam fuisse, & in numero [g] cognitionum pendere proponas, ea prouocatio suo ordine [h] propter peculium ancillæ audiri debet.

6. Imp. *Constantinus* A. ad Bassum præfectum vrbi post alia.

SI [i] vnus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione [k] defunctus sit: non residuum tantùm temporis heredes eius habeant, sed etiam alios quatuor [l] menses. sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post lapsum eius temporis quatuor [m] mensium numerabitur ||spatium:|| ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. PP. 13. Kal. Iun. Sirmij, Crispo II. & Constantino II. CC. Consſ. 321.

DE HIS QVI PER [n] METVM iudicis non appellarunt.

TIT. LXVII.

1. Imppp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Dorophani.

SI contra te iure pronunciatum est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In facto [o] enim omitatu nostro timere nihil potuisti. S. 15. Kal. Iun. Philippopoli. AA. Consſ.

Qui propter timorem vanum omittit appellare, videtur sententiæ acquiescere. Paul. de Castr.

2. Imp. *Iulianus* A. Geminiano [p].

HIs [q] qui tempore competenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra præfectos vrbi, ||magistros officiorum, vel magistros militum, seu proconsules, seu comites [r], seu præfectos Orientis,|| seu vicarios Augustales,|| vel alium iudicem sub [f] specie formidinis prouocationem non arbitrantur interponendam: à reuocanda lite repellantur [t]. Qui verò vim sustinuerunt, contestatione [u] publicè proposita, intra dies videlicet legitimos quibus appellari [x] licet, causas appellationis euidenti affirmatione distinguant: vt hoc facto tanquam interposita appellatione iisdem æquitatis adminicula tribuantur. Emissa 15. Kal. Iul. [y] Mamertino & Neuita Consſ. 362.

a Omnis instantia appellationis transit ad appellatoris hæredes. Appellans tenetur hæredes appellati citare: at non è contra. *v. Rebuff. in proœm. constit. glo. 5. nu* 97.

b Adnotatio inter reos non est condemnatio: & tamen ab ea appellatur.

c Bona adnotati inter reos mortui pendente appellatione, transeunt ad heredem defuncti, non ad fiscum.

d Mortui pendente appellatione crimen, morte extinguitur. An & quæstio bonorum eius? vtique: nisi nominatim bona ei fuerint adempta. Expressa ademptio bonorum, morte appellantis non perimitur, secus in tacita. *adde l. vlt. §. si reus vel accusator, mortuus fuerit. l. vnic. ff. si pendente appell. l. 9. in f. ff. de iure fisc.*

e Causa appellationis, interposito honore vel munere delato, morte finitur.

f Mortua ancilla pendente appellatione, licet quæstio proprietatis eius euenerit, durat tamen lis peculij eius, *vt hic:* vt & fructus & partus & stipulationes de euictione. *l. 16. D. de rei vindi. adde l. 3. §. ne de statu defunct.*

g In numero cognitionũ pendet appellatio, nondum re iudicata ex appellatione: quemadmodum & rei ipsi pendere dicuntur, nondum crimine liberati.

h i. seruato ordine introductionum.

i Appellantiũ vno defuncto, heredes eius quatuor alios menses habent. Nam de hereditate adeunda deliberare possunt, ac deinceps vel accipere & exercere appellationem, vel non accipere. *vt hic: Synops. Basilic. 9. tit. 1. c.* 148.

k *l. 1. §. de appellat.*

l *v. l. 29. D. de re iud.*

m Vltra tempus concessum appellanti ad exercendam appellationẽ, heres eius quatuor menses habet, qui non currũt ex morte defuncti: sed ex quo finitũ est tempus heredi deliberandi causa datum. vide omnino in hanc constitutionem Cuiacium *c. 16. de præscript. vers. Quintum est, vbi de temporibus exequendæ & agendæ appellationis.*

n 11. *C. Theod.* 34. propter. *Hal.*

o Vbi princeps, ibi securitas: ibi etiam cessat iusti timoris præsumptio *l. vlt. §. quod metus causa.*

p ad Germanianum. *l. 30. C. Theod. de appellat.*

q *l. 30. C. Theod. de appellationibus.*

r metathesis. ita legendum est, comites Orientis, seu præfectos Augustales seu vicarios vel alium iudicem. *d. l. 30. v. Cuiac. 8. obs. 2.*

f Qui vano timore non appellat, sententiæ videtur acquiescere.

t *adde ex d. l. 30.* Nobis enim moderantibus rempublicam, nullus audebit iudex prouocationis perfugium iurgantibus denegare.

u Qui iusto metu ductus non appellat, intra tempora appellationis coram notario protestari debet, per se non stare quominùs appellet. Huiusmodi protestatio vim habet legitimæ appellationis. *v. Mynsing. 4. obs. 44. 45.*

x appellare. *d. l.* 30.

y Iun. *d. l.* 30.

z & obtinuerit in causis appellationis, eius victoria correo prodest.

SI VNVS EX PLVRIBVS appellauerit [z].

TIT. LXVIII.

1. Imp. *Alexand.* A. Licinio.

SI iudici probatum fuerit, vnam [a] eandémque condemnationem eorum quoque quorum appellatio iusta pronunciata est, fuisse, nec diuersitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriæ secundum ea quæ ||sæpe|| constituta sunt, ad te quoque, ||qui nec prouocasti,|| pertinere non ignorabit. PP. 14. Kal. Septemb. II.*

2. Idem A. Sereno.

SI in vna [b] eadémque causa vnus appellauerit, eiúsque iusta appellatio pronunciata est: ei quoque prodest † qui non appellauerit. Quod si ætatis auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit: maiori, qui suo iure non appellauerit, hoc rescriptum non prodest.

SI DE MOMENTANEA [c] POSsessione fuerit appellatum [d].

TIT. LXIX.

1. Imppp. *Valentinianus, Theodosius, & Arcadius,* AAA. ad Eusignium P. P.

CVM [e] de possessione [f], & ||eius|| momento causa dicitur: etsi † appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem [g] fieri oportet, vt integra omnis proprietatis causa seruetur. Datum 14. Kalend. Decembr. Mediol. Honor. N. P. & Euodio, Consſ. 386.

NE LICEAT IN VNA EADEMque causa tertio [h] prouocare [i], vel post duas [k] sententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare.

TIT. LXX.

Qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super eisdem articulis, & etiam supplicare. Bart.

1. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SI quis in quacumque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertio [l] in eadem lite super iisdem capitulis prouocatione vti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare [m]: licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam qui [n] eum dedit, ante [o] litem contestatam inuocare: & huiusmodi petitione minimè prouocationis vim obtinente.

a *l. 2. §. eodem. l. 10. §. 2. D. de appell. l. 1. §. de diuers. rescript.*

b *l. 1. §. eodem.*

† In Gallia non prodest. Nam quilibet tenetur appellare. *vide Rebuffum in prohemio const. 2. glo. 5. num.* 98.

c momentaria. *Hal.* si de momento fuerit appellatum, *11. Cod. Theodos.* 37. Momentum est celeris reformatio, & restitutio possessiõis per vim aut alio modo ablatæ, aut interpellatæ. *vide Isidorum 5. Etymolog. adde l. 8. §. vnde vi.*

d Possúntne iudices de causa proprietatis & possessionis simul cognoscere? possunt, si ita casus tulerit. non tamen coguntur. *vide Cuiacium 2. obseru.* 35.

e *l. vn. C. Theo. eod.*

f Mitti in possessionem si quis velit, contradictorem in ius vocare cogitur: qui si cõpareat, & missionis tempore expulsus, non appellauerit, ad contradicendũ postea non admittitur, *vt hic.* de quo vide Socinum *regula* 263.

† Ita celeris est momenti reformatio. *l. 14. §. de agricolis.* vt appellatione remorari nõ possit. Symmachus *1. epist.* In causis quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. A sententia quę causam possessionis dirimit, non licet appellare: ne quod beneficio celeritatis inuẽtum est subdatur iniuriis tarditatis. *l. 22. Cod. Theod. quorum appellationes.* Hodie de iure canonico appellari potest à possessione. *cap. cum ad sedem. de restitut. spoliat. vide wurmserum 1. pract. 24. obseruat.* 12. Ita, appellare licet à causa momentaneæ possessionis, vbi notoria est iniustitia: sed & si iniuria sententia illata reparari non potest: quoties melior est causa possidentis (vt in turpi causa:) vbi missio facta est ex secundo decreto: vbi sententia super fructibus & eo quod interest lata. *vide Socinum regula* 18. In Gallia sententia possessorij (recredentiam vocant) executioni mandari potest, non obstante appellatione. *Imbert. in Enchiridio in versic. Vn mineur. Rebuff in prohem. const. gl. 5. nu.* 101.

g Reformari id dicitur quod restituitur.

h Titulus ita conceptus est in Codice Theodosiano, De possessione ab eo qui bis prouocauerit transferenda. *lib. 11. tit. 38. adde l. 122. §. 5. D. de verborum obligationibus. Nouell. 82. cap. 5.*

i in eodem articulo scilicet. *vide wurmserum 1. pract. 24. cap.* 25.

k Veluti si appellauero à duumuiro ad præsidem, à præside ad præfectum vrbi.

l Appellare tertio in vna eadémque causa non licet. *vt hic.* Quid si iudex secundus appellationis reum in expensis onerauit? tertio appellare posse refert Angelus *hic.* Quid si consensu partium tertio, quartóve appelletur? id permitti notat *Bartol. hic.* vide Socinum *regula* 328.

m Retractatio, est pro appellatione.

n A sententia iudicis dati appellatur ad eum qui dedit. *l. 1. D. quis & à quo appell.*

o Recusatio non est de numero appellationum.

QVI

a An fœmina? *v.l.7.j.eo.* An ecclesia: minor: obligatur ad factum, mercator qui foro cessit: heres qui non confecit inuentarium: debitor nulla molestia à creditoribus affectus, excommunicatur: subditus ob vectigalia & collectas non solutas: Doctor: miles: obligatus in specie debitor, Si creditorem habeat pauperiorem: spoliatus bonis in bello vel propter bellum: bannitus bonis restitutus: Debitor diues condemnatus pro delicto: vide apud Matth. Brunum tract. de cessione bonorum. *4. quæst.1.* vbi alias quoque quęstiones proponit. adde Socinum *regul.46.* vbi sedecim casus enumerat in quibus cessio bonorum non admittitur.

QVI[a] BONIS[b] CEDERE[c] possunt.

TIT. LXXI.

De effectu cessionis.

1. Imp. *Alexand.* August. Irenæo.

QVI bonis cesserint, nisi[d] solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem[e]. PP. 12. Kal. Decemb. Maximo II. & Æliano. Coss. 224.

De eo qui soluere paratus est.

2. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* Cæs. Abascanto.

SI quantitatem, quam licet reipublicæ condemnatus debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne[f] verbum[g] bonorum cessionis temere à te prolatum, priuare te, necdum[h] distractis[i] facultatibus, iuris rationibus possit. PP. 13. Kal. Feb. Philippo A. & Retiano Coss. 246.

Si pater bonis cesserit.

3. Impp. *Valerianus & Gallienus*, & Valerianus nobilissimus Cæsar AA. Iuliano Lenissæ.

SI pater[k] tuus bonis cessit propter onera ciuilia[l]: ipsius facultates oportet inquiri: non patrimonium, quod tibi emancipato quæsitum dicis, inquietari. Quod vt fiat, implorare æquitatem præsidis debes.

De prouinciis & de effectu cessionis.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Chiloni.

LEgis Iuliæ[m] de bonis cedendis beneficium, constitutionibus diuorum nostrorum parentum ad prouincias porrectum esse, vt cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua[n] auctoritate diuidere hæc bona, & iure dominij detinere, sed venditionis[o] remedio, quatenus[p] substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cum itaque contra iuris rationem res iure[q] dominij teneas eius qui bonis cessit, te creditorem dicens: longi[r] temporis præscriptione petitorem submoueri non posse manifestum est. Quod si non bonis eum cessisse, sed res suas in[ſ] solutum tibi dedisse monstretur, præses prouinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem.

De muneribus & honoribus.

5. Iidem AA. & CC. Myroni.

PRopter[t] honorem municipalem, vel munus[u], bonis cedentium inuidiosam admitti cessionem minimè cõuenit: sed his obnoxios pro modo substantiæ fungi.

De professione.

6. Imp. *Theodos.* A. ||apud acta|| dixit:

IN[x] omni cessione ||bonorum|| ex qualibet causa facienda, scrupulositate[y] priorum legum explosa, professio[z] sola quærenda est. 1 ¶ *Idem* dixit, in omni cessione sufficit voluntatis sola professio. Dat. Kalend. Maij, Honor. N.P. & Euodio Coss. 386.

De filiisfamiliàs.

7. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano P. P.

CVm & filiifamilias[a] possint habere substantias quæ patribus acquiri vetitæ sunt, necnon peculium[b] vel castrense, vel quod patre volente possident: quare cessio bonorum eis deneganda sit? cum & ||si|| nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant: tamen ne patiantur iniuriam, debet bonorum cesſio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus est propter iniuriarum timorem ad cessionis[c] debile veniens adiutorium: quare filiisfamilias vtriusque[d] sexus hoc ius denegamus? cum apertisſimi iuris est, & inter patresfamilias, & inter alieno iuri subiectos, si quid postea[e] eis pinguius accesserit, hoc iterum vsque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli. Dat. 10. Kal. Mart. Constantin. post consul. Lampad. & Orestis, VV. CC. 531.

b Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt. 4. *C. Theod.* 18. legis Iuliæ meminit lex 4. j. *eod.*

c *dixi* 42. *D.* 3. *Nouell.* 123.

d Qui bonis cedit, non liberatur, ipso iure: sed à solo carcere: potest enim rursus à creditoribus conueniri. *l.7. D. eod. Synops. Basilic.7. tit. 6. ex tit.5.c. 8.* Quid, tenetúr ne tantum in quantum facere possit? tenetur. *versic. Eum quoque. Instit. de act.* Excipe quatuor casus, de quibus vide Socinum *reg.47.*

e Vincula & verbera proposita erant iis qui creditorib. suis satis non facerent. *vt hic & l. vlt. j. l. 1. C. Theodos. eod.*

f Bonorum facta cessio, si res adhuc est integra, reuocari potest. *l 3. l. 5. D. eo. l. 8. j. de distract. pignor.*

g *adde l.7. j. ad l. Iul. maiest.*

h i. re integra.

i Qui cedit bonis, distractionem bonorum patitur. *l.3. l.5. j. eod. l.4. j. eo. l. 11. s. ex quib. caus. infa. adde Nouel. 135. dixi ad leges 12. tabul. lib. 2. tit. 20. §. 27.*

k Cessio bonorum facta à patre, ad bona liberorum eius non extenditur.

l Debitor principis, bonis potest cedere, *vt hic: & l.2. in prin. s. eo.*

m Lege Iulia beneficium bonorum cessionis introductũ. *C. Theod. eod. v. Alcia. 2. Parerg. 4.*

n Facta bonorum cessione, creditores bona debitoris authoritate sua iure dominij detinere non possunt.

o publicè sc. p i. si modo res propria debitoris fuerit. q *l.9. j. tit. prox.*

r *v. l.31. D. de vsucap.* ſ Debitoris bona creditoribus in solutum dari possunt.

t *facit lex 12. in fi. s. de episc. l.17. s. de rescind. vend. l.16. D. de muneribus. l.9. j. de excus. munerum.* u euitandum sc. x *l.2. C. Theod. eod.*

y videtur cessio bonorum olim facta solennibus verbis.

z nuda voluntas. *d. l.2. l. vlt. D. eo. v. Fornerium 2. select. 27.*

a Filiusfam. possit. *Hal.* Etiam filiifamilias bonis possunt cedere.

b *vide Cuiac. 13. obs. 18.*

c Cessionis bonorum flebile auxilium est.

d Cedere bonis mulier potest. vide Matthæum Brunum *tract. cessionum. 4. quæst. 1.* Quid Ecclesia? potest quoque. *Nouella vt determinetur. 11. §. si quis autem.*

e *l.4.6.7. D. eo. l.3. j. tit. prox. §. vlt. Inst. de act.*

f Si creditorum alij dilationem dare debitori volunt ea lege, ne cedat bonis & integrum soluat: alij, præsentem bonorum cessionem admittunt: qui potiores? Numerus creditorum inspicitur.

Si quidam ex creditoribus inducias dare & alij bonorum cessionem accipere velint.

8. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm[f] solito more à nostra maiestate petitur, vt ad miserabile[g] cessionis bonorum homines veniant auxilium, & electio detur creditoribus vel quinquennale[h] spatium eis indulgere, vel bonorum accipere cesſionem, salua[i] eorum videlicet existimatione & omni corporali cruciatu[k] semoto: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alij autem iam nunc cesſionem accipere velint, qui audiendi sint. In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum quod sentimus, & quod humaniorem sententiam[l] pro duriore eligimus, & sancimus, vt vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa iudicetur. Et si quidem vnus creditor aliis omnibus grauior[m] in summa debiti inueniatur, vt omnibus in vnum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tempus, siue cessionem accipere desiderat. Si verò plures quidem sint creditores, ex diuersis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, siue par, siue discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentisſimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. Pari autem quantitate debiti inuenta, dispari verò creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat: ita vt quod pluribus[n] placeat, hoc statuatur. Sin verò vndíque æqualitas emergat tam debiti quàm numeri creditorum: tunc eos anteponi, qui ad humaniorem[o] declinant sententiam, non cesſionem exigentes, sed inducias: nulla quidem differentia inter hypothecarios, & alios creditores, quantum ad hanc electionem[p] obseruanda. In rebus autem officio iudicis partiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabit regula: nullo præiudicio creditorum cuiquam ex quinquennij dilatione circa temporalem[q] præscriptionem generando.

g Miserabile bonorum cessionis auxiliũ.

h *v. l. 4. s. de precib. imper. off. v. Papon. 10. Arrest. 9. des respits & quinquenelles: & 3. Notar. 8. Cuiac. 2. obseru. 10. Rebuff. in tract. de literis dilatoriis.*

i *v. l. 11. s. ex quibus caus. inf. vide Hotom. 24. Illust.*

k *l.1. in fi. s. eo. adde Nouell. 135. & ibidem Cuiac. Fornerium 2. select. 27.*

l Humanior sententia præ duriore eligenda.

m *facit l. 10. D. de pactis.*

n Quod pluribus placet, admittendum.

o *l.3. in fin. D. de his quæ in testamentis: dixi ad l. 56. D. de reg. iur.*

p secus quod ad ius debiti consequendi, *l. 1. D. eod. l.6. j. tit. prox.*

q Dilatione pendente, non currit præscriptio aduersus creditores.

DE BONIS[r] AVTHORITATE iudicis posſidendis, † seu venundandis, & de separationibus bonorum.

TIT. LXXII.

1. Imp. *Antoninus* A. Atticæ.

IN bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui eum (vtpote hæredem) conuenire potuerunt[ſ]: quam eorum[t] quibus ipse ||heres|| legauit, manifestum est: cum prius legatum quasi[u] æs alienum exigatur: legatum autem à mortuo relictum, post[x] debiti detractionem inducatur.

Creditores defuncti impetrant separationem à bonis si fidem heredis non sunt secuti. Paul. de Cast.

2. Imp. *Gordianus* A. Aristoni.

ESt iurisdictionis tenor promptisſimus, indemnitatísque remedium edicto prætoris creditoribus hereditariis[y] demonstratum, vt quoties separationem[z] bonorum postulant, causa cognita impetrent. Reportabis igitur conuenientem desiderij tui fructum, si te non heredum fidem[a] secutum, sed ex[b] necesſitate[c] ad iudicium eos prouocare demonstraueris.

3. Idem A. Claudianæ.

EX contractu qui cessionem rerum antecessit[d], debitorem contra iuris rationem conuenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis[e] muniat. At tunc demum iterato posſis desiderare conuentionem, cum[f] tantum postea quæsiuit, quod præsidem ad eius rei licentiam debeat promouere.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Clarianæ.

INciuile est quod postulas, vt vnus ex chirographariis[g] creditoribus debitoris bona compellatur[h] suscipere, satis ||cæteris|| eius creditoribus facturus.

5. Iidem AA. & CC. Acyndino.

SI bona debitoris tui vacare[i] constet, & hæc à fisco non agnoscantur: in posſesſionem eorum mitti te à compe-

r de rebus. *42. D. 5.*

† In Gallia nõ mittuntur actores in possessionem bonorum maximè in causis beneficialibus, vti Rebuffus notat *proœmio. const. glo. 5. num. 10.*

ſ *l. 11. in fin. D. vt in possess.*

t Legatarij defuncti potiores sunt legatariis heredis. atque ita, ordo est inter legatarios diuersorum testamentorũ, quia legatarij prioris testamenti, respectu legatariorum secundi testaméti, quasi creditores censentur.

u Legatum, quasi æs alienum.

x Legatum detracto ære alieno soluitur.

y *l.6. in fi. s. de hered. act.*

z *l. 1. §. 1. D. de separationib.*

a hoc innuit Creditores defuncti impetrare separationẽ à bonis heredis: nisi heredis fidem sunt secuti. Cur ita? quia qui fidem heredis sequitur, cum herede contrahit: ideóque creditor est heredis. b Necessitate qui litigat, aduersarium non probat. c *facit l. 1. §. 15. l. vlt. D. de separationib. v. Cuia. 10. obs. 25.* d *l. 7. s. tit. prox.* e exceptio cessionis. *§. vlt. vers. ecce enim. Instit. de replicat.* f *d. l. 7.* g Quid in hypothecariis? idem. *Bald. hic.* h *l. 2. §. 3. D. de curatore bon. dando.* i Si mortuus non habet heredem, creditores in possessionem mittuntur. *v. l. 6. in fin. j. l. 4. D. eo. l. 1. s. ne pro dote mulieris, bona quond.* Aliæ sunt causæ possessionis bonorum, rei seruandæ causa, puta si quis fraudationis causa latitet ne in ius

Vocetur. *v.l.9.j.eod.* aut vocatus non veniat, nec defendat *l.2.D.quib.ex cauſ.in poſſ.* ſi exilij cauſa ſolum verterit, nec defendatur. *l.13.d.titulo.* ſi heres ſatiſdare iuſſus non ſatiſdet. *l.15.D.de rebus auctor. adde Cuiac.10.obſ.31.*

a ſtatim ſc. b *l.1.j.de iure dominij impetrando.l.4.ſ.tit.prox.l.14.ſ.de pactis.*

c Hypothecarij creditores præferuntur chirographariis. *vide quæ dixi ad l.vlt.in fi. ſ. tit. prox. l.9.j. qui potior.*

tenti iudice rectè poſtulabis. 17. Kal. Ian.* Coſſ.

Creditores hypothecarij chirographariis præferuntur. Bald.

6\. Iidem AA. & CC. Agathomato.

PRo debito creditores addici [a] ſibi bona ſui debitoris non iure poſtulant [b]. Vnde ſi quidem debitoris tui cæteri creditores pignori res acceperunt: potiores eos, quàm [c] te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quòd ſi ſpecialiter vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac ſine [d] ſucceſſore communis debitor vel eius heres deceſſit: non dominij rerum vindicatione, ſed poſſeſſione bonorum, itémque venditione, æquali portione pro [e] rata debiti quantitate omnibus creditoribus conſuli poteſt.

7\. Iidem AA. & CC. Domno.

SI vxor tua pro [f] triente patruo ſuo heres [g] exſtitit, nec [h] ab eo quicquam exigere prohibita eſt: debitum à coheredibus pro [i] beſſe petere non prohibetur: cum vltra [k] eam portionem qua ſucceſſit, actio non confundatur [l]. Sin autem coheredes ſoluendo [m] non ſint, ſeparatione poſtulata, nullum ei damnum fieri patiatur. Datum Kalend. Decemb. AA. Conſſ.

8\. Iidem AA. & CC. Ælidæ.

IN poſſeſſionem rei ſeruandæ vxor defuncti, vel alij creditores miſsi, dominium [n] ex ea cauſa tenentes adipiſci minimè poſſunt.

9\. Iidem AA. & CC. Teruncio.

CVm proponas eum contra quem ſupplicas ex adminiſtratione negotiorum tibi obligatum: hunc ſecundum iuris rationem adito rectore prouinciæ potes conuenire. Nam ſi [o] ad circunſcriptionem [p] tui iuris latitat, nec defenditur, & eum tuum eſſe debitorem conſtat: ad exemplum edicti, bonorum [q] eius poſſeſſionem poteris impetrare. Tempore autem tranſacto, etiam venditionem eorum à competenti iudice poſtulare non prohiberis. Dat. 14. Kal. Septemb. Dioclet.* & Maxim.* AA. Conſſ.

In authent. de exhib. & introducend. reis. §. ſi verò ſemel. col. 5. tit. 8. al. 6. Nou. 53. cap. 4.

ET qui iurat [r] ſe venturum ad iudicem, ſi ſe ſubtraxerit, Iudex ipſe ſi adminiſtrator ſit, vel is qui iudicem dedit, iubeat eum exhiberi. Si verò omnino abſit, examinet iudex vbi ſit, induciis [ſ] datis: intra quas ſi non occurrat, ſecundum vnam partem examinato negotio mittet actorem in poſſeſſionem rerum eius iuxta † menſuram declarati debiti [t]. Quod ſi redeat [u] antequam proſequatur cauſam: reſarciat actori omne damnum: præſtabitque fideiuſſorem de lite proſequenda, & res ſuas ſuſcipiet.

Miſſo vno ex creditoribus in poſſeſsione m ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videntur in poſſeſsionem miſsi. Bal.

10\. Imperator *Iuſtinianus* Aug. Ioanni præfecto prætorio.

CVm apud veteres quæſtionem ortam inuenimus ſuper pecuniis debitis, pro quibus hypothecæ non ſunt conſtitutæ, propter res ad debitorem pertinentes, dum is ſeueriores creditores formidans, ſeſe celauerit, & illi de rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur iudicia, poſtuléntque in poſſeſsionem rerum ſeſe tranſmitti: ſi etiam alij creditores quibus obnoxius eſſe videtur, poſsint quandam habere communionem in rerum poſſeſsione: huiuſmodi dubitationem amputantes, cenſemus per præſentem diuinam generalem conſtitutionem, vt ſi non omnes huiuſmodi debita prætendentes, ſed ex his certi ab iudiciali ſententia in poſſeſsionem rerum mittantur: non ſolum hi, ſed etiam [x] alij omnes talia debita prætendentes, eadem commoditate potiantur, vt poſsint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus de quibus (ſicut ſuperius declaratur) prolata fuerit ſententia. Quid enim iuſtius eſt, quàm [y] omnes qui ad res debitoris mitti debent, eſſe participes huiuſmodi commoditatis? Vt autem non in perpetuum aliorum negligentia illi qui pro ſuis debitis alacriores creditoribus aliis oſtenduntur fuiſſe, prægrauentur: rectius nobis eſſe videtur, tunc communionem habere in poſſeſsione rerum alios creditores, qui non hoc peregiſſe noſcuntur, cum præſentes [z] quidem in vna eadémque degentes prouincia, in qua & poſſeſſores rerum commorantur intra duorum annorum ſpatia: abſentes [a] autem intra quadriennium creditorib. poſſeſsioné antelato modo detinentibus ſuum debitũ certũ [b] faciant, & expenſas [c] ſecundum quantitatem debitorum perſoluant eis qui ſententias conſecuti ſunt, per ſacramentum [d] eorum manifeſtandas, qui eas adipiſcendæ gratia poſſeſsionis rerum ſuſtinuerunt: quia & ſecundum debita ſatis ei fieri, explorati iuris eſt. Poſt [e] completum autem memoratum tempus nullam eis eſſe licentiam, eos qui poſſeſsionem adepti ſunt, moleſtare, vel aliquibus damnis afficere: actiones autem quas ex legibus ſibi competere putauerint, contra ſuos exercere debitores.

1 ¶ Sin autem hi qui detinent poſſeſsiones, vel ex ſententia iudicis res vendiderunt, vel alio quocumque legitimo modo omne ius quod in iiſdem rebus habere noſcuntur, in alias perſonas poſt definitum à nobis [f] tempus tranſtulerint [g], & certas pecunias receperint, quicquid ſuperfluum inuentum fuerit, & amplius quàm eis debetur, hoc modis omnibus neceſſe eſt eos præſentibus tabulariis ſignare, & in cimeliarchio [h] ſanctæ eccleſiæ illius ciuitatis in qua huiuſmodi contractus celebratur, deponere: atteſtatione videlicet prius per memoratos tabularios conſcribenda: præſente etiam eo qui res eas vendiderit, vel in alias perſonas tranſtulerit, vt per eam manifeſtetur tam quantitas pecuniarum quæ pro venditione rerum, vel tranſlatione præſtitæ ſunt: quàm earum quæ ſuperfluæ poſt diſſolutum debitum inueniantur: vt ſi quis poſtea creditor apparuerit, & debiti cautionem oſtenderit, poſsit ex his ſatis ſibi facere: prius ſcilicet rectore prouinciæ ſine aliquo damno cauſæ faciente examinationem, & non concedente nec viros reuerendiſsimos œconomos, vel cimeliarchas [i] ſanctæ eccleſiæ in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum vel diſpendium ſuſtinere: per ſuam autem interlocutionem creditorem præcipiente ſecundum modum debiti ex depoſitis pecuniis ſuum accipere debitum. Vt autem non liceat creditoribus in || venditione vel || tranſlatione rerum, dolum vel aliquam machinationem vel circumſcriptionem facere: iubemus atteſtationem ſuper hoc celebrandam apud defenſorem locorum, geſtis interuenientibus, inſinuari, ſiue tantum ex pretio quantum debetur, ſiue plus, ſiue minus colligitur: & præſentibus non tantùm (ſicut dictum eſt) tabulariis, ſed etiam viro reuerendiſsimo cimeliarcha [k]. Apud quem (ſi ita contigerit) ſuperfluæ pecuniæ ſignatæ deponendæ ſunt: iuſiurandum [l] ſacroſanctis euangeliis propoſitis venditore vel tranſlatore rerum præſtante, quod neque per gratiam emptoris, vel eius ad quem res iure ceſsionis transferuntur, nec aliquo dolo interueniente minorem iuſto pretio rerum quantitatem acceperit, ſed eam quam re vera cum omni ſtudio potuerit inuenire. Datum 15. Kal. Nouemb. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis virorũ clariſsimorum anno ſecundo 532.

d *l.5.ſ.eo.*

e Pro rata debiti, chirographarij creditores pretium ex bonis debitoris redactum inter ſe partiuntur.

f Heres particularis non repręſentat defunctum, niſi quatenus eſt heres: vt non in maiorem quantitatem confundatur actio.

g Pro rata qua creditor ſuccedit, cõfunditur actio.

h *l.6.ſ. de hered. inſtit.*

i *l.1. l. 7. ſ. de hered. act.*

k *dixi ad l.5.l. 6.ſ. de hered. act.*

l Confuſionis habetur ratio hic: vt ne duo contraria ſint in eodem ſubiecto.

m *l.1.§.1.D. de ſeparationib.*

n Miſſus in poſſeſſiõem ex primo decreto, dominium nõ adquirit. *l. 4. ſ. qui bon. ced. l.5. D. vt in poſſ.*

o Miſſio vt fiat hæc intercedere prius oportet. Oportet enim debitorem primùm latitare, & quidem ad circunſcriptionem creditoris: deinde nõ defendi, tùm, conſtare eum debitorem eſſe actoris, idque ſummatim ſaltem. Inde petitur bonorũ poſſeſſio. Tempus poſtea aliquod labi & interiici neceſſe eſt, vt ad vẽditionem perueniatur, (quod ſpatium arbitrio iudicis definitur) vt ex pretio redacto, ſatisfiat creditoribus.

p Decretum primum vel ſecundum vt interponatur, neceſſe eſt reum latitare. *vt hic:* niſi agatur aduerſus reum iã damnatum, & in eius bona fiat eo nomine executio. *l. properandum. §. ſin autem reus. ſ. de iudiciis.* niſi quis abſens ſit reipublicæ cauſa & doloſè. *l. eum. j. de priuatis carceribus.* niſi reus ipſe fiſco debeat & à fiſco conueniatur. *l. 1. ſ. ſi propter publicas præſtat.*

q *l.19. D. de in ius vocand. l.7.§.1. D. quib. ex cauſ. in poſſ. adde quæ dixi ad l.5.ſ.eo.*

r De eo qui iurauerit iudicio ſiſti, nec comparuerit.

ſ Induciæ dantur abſenti.

† non in omnia bona vt olim. *l.1.D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*

t quo nomine etiam expenſas & damna intellige.

u Contumax reuerſus re integra, rerum ſuarum poſſeſſionem certa lege reuocat, *vt hic:*

x Si creditorum vnus miſſus fuerit in poſſeſsionem ex primo decreto, eius miſſi proderit omnibus aliis creditoribus, præſentibus & intra biennium venientibus, & debitum oſtendentibus, & expenſas pro rata refundentibus. abſentibus verò, ſi intra quadriennium venerint & ſuperiora præſtiterint.

y *l.12. D. de reb. auth. iud.*

z de creditoribus præſentibus.

a de creditoribus abſentibus.

b de qualitate debiti.

c de præſtandis expenſis.

d Miſſus in poſſeſſionem iurat de expenſis.

e Intra quod tempus creditores admittuntur aduerſus miſſum in poſſeſſionem.

f Hæc verba *à nobis*, Alciatus expungit 1. *diſp.* 19.

g miſſionis vtilitas alteri cedi poteſt.

h cimeliarcho quidam etiam ita legunt, & malè cimeliarcho. *v.l.20. §.1.j. de agricolis: vide quæ dixi ad l. 9. §.6. D. de pœnis. Nouell. 74. c. 4. §.2 l.30. ſ. de epiſcop. aud. adde Theophilum in §. ſacras Inſtit. de rer. diuiſ.*

i cimeliarchos. *Nouell. 40. §.1.*

k cimeliarcho, hunc quidam vertunt theſaurarium.

l *vide quæ dixi ad l.6.§. 4. ſ. de his qui ad eccleſias.*

m *adde lib. 10. tit. 1. j. eod. adde 49. D. 14. Synopſis Baſilic. 7. tit. 6. ex tit. 9.*

n id eſt, adminiſtratæ annonæ.

o Propter dotem, non dotales. *l.4.j. in quib. cauſ. pign. tacitè dixi ad l. 2. ſ. ne vxor pro marito:* Res paraphernales vxoris, fiſco non obligantur ex mariti primipilaris officio.

p ſi quis prius debitor fiſci factus ſit, ita vt ei bona ipſius obligarentur, ac deinceps vxorem duxerit, ita vt dotis quoque nomine ſint obligata, fiſcus dote potior eſt. ſin è contrario dotis nomine prius obligatus fuerit, dos fiſco præfertur. *vt hic. Synopſ. Baſil. 9. tit. 5. ex tit. 9. c. 2.* Itaque mulier & fiſcus in tacita hypotheca pares. & ideo qui prior erit tempore, potior erit iure. Nam ratione paris priuilegij, priuilegiati rediguntur ad ius commune. *v. l. 1. j. qui potior. l. 9. ſ. de iure dotium.*

DE PRIVILEGIO FISCI [m]. TIT. LXXIIII.

Res paraphernales vxoris, non obligantur fiſco ex mariti primipilaris officio. Salyc.

1\. Imp. *Antoninus* A. Eutropiæ.

BONA mariti tui ſi ob reliqua adminiſtrationis primipilariæ [n] à fiſco occupata ſunt: res, quas tuas [o] eſſe liquido probaueris, ab aliis ſeparatæ tibi reſtituantur.

Mulier & fiſcus in tacita hypotheca paribus paſsibus ambulant. Bart.

2\. Idem A. Valerianæ.

QVamuis [p] ex cauſa dotis vir quondam tuus tibi ſit condemnatus: tamen ſi priuſquam res eius tibi obligarentur, cum fiſco contraxit: ius fiſci cauſam tuam præuenit. Quòd ſi poſt bonorum ||eius|| obligationem rationibus meis cœpit eſſe obligatus: in eius bona ceſſat priuilegium fiſci [q]. PP. 14. Kalend. Nouemb. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

q Inter mulierem & fiſcum ſeruatur ordo temporis. Quid ſi mulier concurrit cum priuato antiquiore? priuatus vincit: concurrens cum fiſco antiquiore, vincitur. Concurrens cum priuato & fiſco antiquioribus (demus maritum contraxiſſe cum priuato ac fiſcum cum muliere) vincit priuatum & fiſcum. fiſcum quidem non concurrendo cum fiſco, ſed concurrendo cum priuato, eóque vincendo qui iam vicit fiſcum. *vide Anton. Mercatorem 3. Notar. 14. Robert. 3. Animaduerſ. 14.*

Vxor

Vxor soluens fisco pro marito, non succedit in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio. Bald.

3. Idem A.Iulianæ.

SI cum pecuniam pro marito solueres, neque ius fisci in[a] te transferri impetrasti, neque pignoris causa domum vel aliud quid ab eo accepisti: habes personalem actionē: nec[b] potest præferri fisci rationibus, à quo dicis ei vectigal denuo locatum esse: cum eo pacto vniuersa quæ habet, habuítve eo tempore quo ad cōductionem accessit, pignoris iure fisco teneantur. Salua igitur indemnitate fisci, debitorem tuum pro pecunia quam pro eo fisco soluisti, more solito conuenire non prohiberis. PP.3.Kal.Ianua. Antonino A.IIII.& Balbino Conss.214.

4. Idem A.Quinto.

SI debitor, cuius fuisse fundum ipse confiteris, prius[c] eum distraxit, quàm fisco aliquid debuit: inquietandum te non esse procurator meus cognoscet. nam etsi postea debitor extiterit: non ideo tamen ea quæ de dominio eius excesserunt, pignoris iure fisco potuerunt obligari. PP. III. Kal.Iul.Læto II.& Cereale Conss.216.

Fiscus potest reuocare pecuniam alij creditori solutam sine vsuris. Bart.

5. Imp.*Alexander* A.Mennæ.

PEcunia quam creditor à debitore suo recepit, si postea ex iusta causa fisco restituenda[d] erit, sine vsuris debetur[e], quia non fœnus contractum[f], sed suum recuperatum extraordinario[g] iure[h] aufertur[i]. PP.15.Kalend. Iun. Fisco & Dextro Conss.226.

6. Imp.*Gordianus* A.Seuerianæ.

CVm patrem tuum fisci debitorem fuisse demonstres, eúmque nubenti[k] tibi possessionem dedisse alleges, procuratorem ius fisci exequentem, eam iure pignoris reuocare potuisse intelligis. PP. Non.Iun.Sabino & Venusto Conss.241.

7. Impp.*Valerian.& Gallien.*AA. Valerian. Cæs.Diodoro.

SI[l] in † te ius fisci, cum reliqua ||solueres|| debitoris pro quo satisfaciebas, tibi competens iudex adscripsit[m], & trastulit: ab his creditoribus quibus fiscus potior habetur, res quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. PP.15. Kal.Iun.Æmiliano & Basso Coss.260.

DE PRIVILEGIO[n] DOTIS.

Tit. LXXIIII.

Priuilegium quod datur ratione personæ ad heredes non transit. Bart.

1. Impp.*Seuerus & Antoninus* AA.Firmo.

a Vxor soluens fisco mariti nomine, non succedit in hypothecam fisci nisi cessa sit actio, *v.l.7.§.eod.* Ideoque si maritus denuo cōduxit vectigalia, potior erit causa fisci quam mulieris. Cur ita? fiscus præfertur omnibus hypothecam non habentibus: mulier soluens pro marito tacitam hypothecam non habet in bonis mariti.

b *l.2.§.in quibus caus.pign.l.46.§.3.ff.de iure fisci.*

c si quis rem distraxerit, & postea fisco debuerit, à fisco non conuenitur is qui ab eo rem comparauit, *Synopsis d.tit.9.c.4.* Priuilegium fisci non extenditur ad bona debitoris vendita antequam contraxerit cum fisco *vt hic: & l.1.§.de conueniend. fisci debitorib. l.9.§.2.§.de bonis proscript..l.15.ff.de don.* nisi in fraudem fisci alienatum. *l.1.§.de iure*

d Fiscus potest ex suo priuilegio reuocare pecuniam creditori solutam sine vsuris, *l.19.ff.de iure fisci.*

e Cur sine vsuris? fiscus rē persequitur non personam. In persecutione in rem vsuræ non veniunt. *l.62.ff.de rei vind.*

f id est, Creditor pecuniam recipit vt suam, non vt mutuū fœneratitium quod ei auferri non potest, nisi extraordinaria persecutione, in quam vsuræ venire nōpossunt.

g id est, cognitione præsidis: puta si debitor non sit soluendo.

h sui scilicet priuilegij.

i Soluta plerūque pecunia creditori aufertur *vt hic. & l.6.§.2.ff.de reb.auth.iu. l.24.ff. quæ in fraud.credit.l.18.§.vlt.l.19.ff.de iure fisci.*

k Debitor, filiā in fisci præiudicium dotare nō potest, & si dotauerit, dos retribuitur.

l Imò vt iudex non transtulerit, priuilegiarij ij quoque videntur, quorū pecunia ad priuilegiatū peruenerit, *l.2 ff.de cess.bon.l.24.§.1.2.ff.de reb.auth.iud.v.Cuiac.18.obs.40.*

† Fisco seu in ius fisci succedens, potior est illis creditoribus, quibus & fiscus præferebatur. *Synopsis d.tit.c.7.*

m Priuilegium fisci transferri potest *vt hic. & l.3.§.eod.l.45.§.9.ff.de iure fisci.* Galli, *se faire subroger & mettre aux droits du Roy.*

n *Nouell.97.cap.3.& 109.29.Eclog.1. vide Baldum ad l.1.ff.soluto.Oldendorp.cap.13. de iure singulari.*

SCIRE debes, priuilegium dotis, quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad[o] heredem non transire. PP.Kalend.Maij, Pompeiano & Auito Conss.210.

DE REVOCANDIS † HIS QVÆ in fraudem[p] creditorum alienata[q] sunt[r].

Tit. LXXV.

1. Imp.*Antoninus* Augustus Cassiæ.

HERES, qui post aditam hereditatem ad eum cui res cessit, corpora hereditaria transtulit: creditoribus permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius excussis[s], vsitatis actionibus (si[t] tibi negotium gestum fuerit) ea quæ in fraudem alienata probabuntur, reuocabis, PP.2.Id.Octobr. Antonino A.IIII. & Balbino Conss.214.

Pater non potest dotare filiam in præiudicium creditorum.

2. Imp.*Alexand.*A.Symphorianæ.

SI successione patris abstenta[u] fuisti: ob ea quæ in dotē[x] data sunt conuenire te creditores nequeunt quibus pignora in dotem data non docentur, nisi bonis defuncti nō sufficientibus, in fraudem creditorum dotem[y] constitutā probabitur. PP.10.Kal.Iulij, Probo & Maximo Conss.233.

3. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC. Acyndino.

SI paterna hereditate abstinuisti[z] nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis[a] iure trāscriptum est: à priuatis creditoribus præses prouinciæ cōuenire te non patietur. PP.10.Kalend.Iul. ipsis IIII.& III. AA.Conss.

Heres non reuocat alienata in fraudem à defuncto. Salyc.

4. Iidem AA.& CC.Epagatho.

FIlios[b] debitoris ei succedentes, veluti in creditorū fraudem alienatorum facultatem reuocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta 10.Kal.Maij, AA.Conss.

5. Iidem *Augusti* & CC.Crescentio.

IGnoti iuris non est, aduersus eum qui sententia condēnatus, intra statutum tempus[c] satis non fecit, nec defenditur, bonis possessis itemque distractis: per actionem in factum contra emptorem, qui sciens[d] fraudem comparauit, & eum qui ex lucratiuo[e] titulo possidet, scientiæ mentione detracta, creditoribus suis esse consultum. S.10.Kal. Nouembr.AA.Conss.

6. Iidem AA.& CC.Menandræ.

SI actu[f] solenni[g] præcedentem obligationem peremisti: perspicis aduersus fraudatorem intra[h] annum[i] in quātum facere potest, vel dolo malo fecit quo minus possit, edicto perpetuo tantum actionem permitti.

o Priuilegium dotis non transit ad heredem extraneum mulieris *vt hic: Synopsis Basilic.7.tit.6.ex tit.9.* Imò, ad heredem indefinitè transit. *l.13.§.3.ff.de fundo dotali.*

† In Gallia ex literis regiis huiusmodi reuocatio fieri debet. *Rebuff.præm.const.gloss.5.num.102.*

p *dixi ad 42.ff.8.§.6.Inst.de act.*

q quod verbum latissimè patet, *l.1.in f.ff.eod.*

r Per actionem Paulianam scilicet, de qua vide Oldend. *Clas.6.act.1.*

s Pauliana aduersus possessorem non competit, nisi bonis debitoris excussis.

t sicut negotiū, &c. quidam ita legunt. vide Cuiacium *7.obs.vl.* Putat autem intelligi vsitatas actiones in factum quæ rem gestam demonstrant, *leg.6.§.de transaction.*

u *v.l.3.eod.*

x hinc collige, Dotem in bonis patris non esse, *v.l.11.ff.qui.mod.pign.*

y Dos in fraudem creditorū constitui non potest, *facit l.13.§.de donat. ante nupt.l.6.§.de priuil.fisci: vide tamen l. vlt.§.de primip.Synopsis Basilic.2.tit.6. ex t.8.cap.27.3. Harmenop.5.§.51.*

z *l.2.in princ.§.eod.l.4.§.arbitr.tut.l.22.§.1.ver.similiq.§.de iure deliberandi.l.1.§.de repudianda hered.l.4.§.de primip.l.57.ff.de acquirend.heredit.* Hoc verbū pertinere ad emancipatum filium Cuiacius putat. Nam emancipatus abstinere dicitur 13.*obs.33.*

a Donare in fraudem creditorum non possumus.

b Filij non reuocant alienata in fraudem, ne alioquin patris turpitudinem detegant.

c anni vtilis, *l.vl.§.eod. l.6.in f.§.eod.l.6.in f.l.10.§.19.ff.eod.*

d *adde l.1.l.6.§.8.l.10.ff.eod.*

e Quoties reuocatoria actione agimus qualitas alienationis spectāda. quippe si titulo lucratiuo alienata res est, sufficit fraudem dantis interuenisse: si oneroso, & dantis & accipientis interuenisse necesse est. *l.6.§.11.ff.eod.*

f Actus solennis, stipulatio.

g puta acceptilatione, *l.1.in f.ff.eod.*

h vide in hanc legem difficilem satis Cuiacium *12.obs.5.*

i *vide l.5.in princ.§.eod.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI,

ex repetita prælectione,

LIBER OCTAVVS.

DE INTERDICTIS[a]

TITVLVS PRIMVS.

Interdicta ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant. Bart.

1. Imp. *Alexander* A. Euocato.

CVM [b] proponas, radicibus [c] arborum in vicina Agathangeli area[d] positis crescentibus, fundamentis domus tuæ periculū afferri: præses, ad exemplum interdictorum, quæ[e] in albo proposita habet|| prætor, || *Si arbor in alienas ædes impendebit:* item, *Si in alienum agrum impendebit*: quibus ostenditur, nec [f] per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere: rem ad suam æquitatem rediget. PP. 6. Kal. April. Iul. I I. & Crispino Conss. 225.

2. Impp. *Valer. & Gallien.* A. Messiæ[g].

PRæses prouinciæ in eum qui eiusdem[h] prouinciæ non est, nec ex interdicto[i] potest cognoscere. PP. 7. Kal. Maij, Seculare & Donato Conss. 261

Possessorium præfertur petitorio, cum de vtroq; simul est quæstio. Et succumbens in eo, debet probare in petitorio, & agitur interdictorum exemplo. Sal.

3. Impp. *Diocl. & Max* AA. & CC. Pompeiano præf. præt.

INcerti iuris non est, orta proprietatis & possessionis lite, prius[k] possessionis decidi oportere quæstionem competentibus actionibus, vt ex hoc, ordine facto, de dominij disceptatione probationes ab eo qui de possessione victus est, exigantur. interdicta autem licet in extraordinariis [l] iudiciis propriè locum non habent, tamen ad exemplum [m] eorum res agitur. Subscripta Cal. Ian. Sirmij, ipsis AA. Conss.

Ille qui proponit interdictum in limine iudicij, tenetur actionem exprimere. Bald.

4. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Æmiliano pręf. pręt.

SI quis quodlibet interdictum efflagitet: ruptis veteribus ambagibus[n], inter ipsa cognitionum auspicia[o] actionē [p] exprimere[q], ac suas allegationes iubeatur proponere. Dat. 13. Calend. Aug. Constantinop. Arcadio A. V I. & Probo Coss. 406.

QVORVM BONORVM[r].

Tit. II.

Qui habet bonorum possessionem non possidet: ideo pro adipiscenda possessione debet illud interdictum proponere, & de suo iure docere.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Iusto.

HÆREDITATEM [s] eius quem patrem tuū fuisse dicis, petiturus, iudicibus qui super ea re cognituri erunt, de fide intentionis [t] allega. Quamuis enim bonorum possessionem vt præteritus agnouisti, tamen [u] interdicto, *quorum bonorum*, non aliter possessor constitui poteris, quam si [x] te defuncti filium esse, & ad hereditatem vel [y] bonorum possessionem admissum probaueris. PP. 8. Kalend. Ian. Laterano & Rufino Coss. 198.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Marco.

SI ex edicto sororis patruelis intestatæ[z] sine liberis defunctæ, rectè petita bonorum possessione quæsisti successionem, ac negotium integrum[a] est: quæ cum moreretur, eius fuerunt, secundùm interdicti, *quorum bonorum*, tenorē ab[b] his qui pro [c] herede vel pro possessore possident, dolóve malo fecerint quo magis desierint possidere, tibi rector prouinciæ restitui efficiet. PP. 6. Kal. April. CC. Coss.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Petronio vicario Hispan.

COnstat[d] virum [e] à bonis intestatæ vxoris superstitibus consanguineis esse extraneum: cum prudentium omnia responsa & lex ipsa naturæ successores eos faciunt. Ergo iubemus, vt omnibus frustrationibus[f] amputatis per interdictum, *quorum bonorum*, in petitorem corpora transferantur: secunda actione proprietatis non exclusa. Dat. 6. Kal. August. Mediolani, Olybrio & Probino Coss. 395.

QVORVM[g] LEGATORVM[h].

Tit. III.

Heres contra legatarium possidentem habet hoc interdictum, vt sibi possessionem restituat, vt possit Falcidiam retinere Bart.

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Latinæ.

HEREDI [i] scripto satis idoneè lege[k] Falcidia, si exhausta legati successio probetur, per quartæ retētionem prospectū est. vnde si legatarius vel fideicommissarius non consentiente patre tuo quem asseueras testatori successisse, & bonorum possessionem accepisse, relicta sibi legata vel fideicommissa detinuit, secundum sententiam interdicti[l] quod aduersus legatarios scriptis heredibus propositum est, oblata[m] satisdatione, quam præstari oportet, in possessionem te constitui, vt ita retentione[n] competenti vtaris, experiri potes. Dat. 16. Kal. Iun. AA. Coss.

a *dixi ad 43. D. I.* An hodie sunt in vsu? *v. l. 3. & 4. §. eo. & l. vl. §. de liber. exhib.*
b si vicini arbor in media area posita, magnis actis radicibus, domus meę fundamentis periculum afferat: cogitur vicinus prætoris seu magistratus prouidentia eam excidere 2. *Harm.* 4. §. 102.
c Interdictum *Ne rami arborū noceant*, per idētitatem rationis extenditur, Ne arborum radices officiant.
d ἐν τῷ μεσαυλίῳ.
e Interdicta in albo proposita *v. Cu. 5. obs. 17. in princ.*
f Neque per arboris quidē occasionem vicino noceri oportere.
g *adde l. 1. §. vbi de hered. agit.*
h *d. l. 1. v. l. vlt. D. de iurisdict.* his adde quę scripsi *ad l. 3. ff. eo.*
i de possessione sc. plerunque enim interdicta fiunt de possessione vel quasi *v. Cui. 5. obs. 19.*
k Causa possessionis, ante proprietatis causam deciditur. Possessorium præfertur petitorio §. 4. *Inst. eo. l. 3. §. si. regund. l. 37. ff. de iudiciis: l. 13. §. de rei vind. l. 35. D. de adq. poss. l. 1. §. 3. ff. vti possidetis. 2. Feud. 4. & 20. & 82.* Vnde colligitur, Interdictum retinendæ possessionis, cum petitorio proponi simul non posse: ne actor sibi contrarius videatur. *facit l. vl. ff. de iud. l. ordinarij §. de rei vind.* fallit, si agatur de re incorporali *c. pastoralis de causa poss. & propriet.* aut diuersis possessionibus: potest enim petitorio experiri ad possessionē naturalē adipiscēdam: vt & retinendæ interdicto agere, ad ciuilem defendendam Bart. *in l. naturale. §. nihil commune. ff. adq. poss.* Quid interdictum recuperandæ vel adipiscendæ, potéstne simul vnà cum petitorio proponi? potest, *l. 18. ff. de vi. vbi dixi.* adde Socinum *regula* 187.
l quę non concepta à Prætore formula impetrabātur. Frontinus & Aggenus *in li. de limitibus agror.* ostendunt, iure ordinario ex interdictis āctum fuisse adde *l. 47. D. de negotiis.*
m Hodie ex interdictis non agimus veteri more per formulam: sed extra ordinem: non directò sed vtiliter: nō directò, sed quasi interdicto, siue exemplo interdicti *vt hic & l. vlt. §. eo. l. vl. §. de liber. exhib. l. 2. 4. §. vnde vi.* id est, actione in factū §. *vl. Inst. eod.* Indè titulus Pandectarum, *De interdictis siue extraordinariis actionib., quæ pro iis competunt.*
n id est, misso veteri ordine *l. 4. §. eo. l. 5. §. tit. prox.* ordine, inquam, adeundi Prætoris impetrandæ formulæ *v. Cu. 5. obs. 17.* remotis denunciationum & temporum ambagibus, de quibus dixi *ad l. 2. §. si ex pluribus.*
o id est, confestim. p vtilem, in factum.
q *dixi ad l. 2. §. si ex pluribus tutoribus.*
r 4. *C. Theo. 19. 43. ff. 2. §. 3. Instit. de interdict.* vnde ita dictum *v. l. 1. ff. eo.*

s i. possessionē rerum hereditariarum.
t i. proba te esse filium.
u Probationes factæ in iudicio summario fidē non faciunt in eo vbi plena causæ cognitio requiritur *vt hic*: nisi probationes ipsæ de quibus agitur, confessiones sint partis: aut in ipso summario iudicio sint etiam deceptæ: nisi deniq; aliud conuentū inter ipsos litigatores, *Socinus regula* 311.
x Agēs hoc interdicto non aliter adipiscitur bonorum possessionem, quā si iudici probauerit se filium esse, si tanquam filius præteritus petierit bonorū possessionē contra tabulas.
y hæc particula adiecta est, ἐν τῷ παρεγκλήλῳ. nam hoc interdictū datur bonorum possessori, non heredi qui iure ciuili heres extiterit.
z interdictum hoc competit etiam ab intestato.
a Hoc interdicto vsurus, probare debet se bonorum possessionem agnouisse cum re. *v. Cuiac. hic.*
b in quos detur hoc interdictum.
c *l. 1. ff. eod.*
d *l. vn. C. Theod. eod.*
e Consanguinei defunctæ in successione prę feruntur defunctæ marito *l. vn. §. vnde vir & vx.*
f remota denūciatione solenni, & obseruatione temporū, *l. 4. §. de interdictu.*
g Quod legatorum *43. ff. 3.*
h Legatarius propria authoritate ante aditam hereditatem occupans rem legatam, tenetur rem restituere heredi, vt Falcidiam detrahat. *v. l. 1. ff. eod.*
i Executionem sententiæ vel instrumenti in singularem successorem non dari, sed heredes tantùm obligari, etiamsi in ipsa sentētia eorum nulla facta sit mentio. Baldus ad hac legem notat: vt & Accursius in *l. ea lege §. de condict. ob turpem.* Angelus *in lege si debito. §. si aduersus delictum.* nisi reus principalis nomine creditoris, in instrumento confessus sit se possidere. hoc enim casu singularem etiam successorem certè conueniri notat Socinus. *reg.* 135.
k Lege Falcidia datur quartæ retētio, exhausta legatis successione. *v. Cuiac. obs. 2. & 10. obs. 28.*
l Interdictum quorum legatorum datur scriptis heredibus aduersùs legatarios, & fideicommissarios non consentientib. heredibus legata vel fideicommissa detinentes.
m Offerre satisdationem legatario bonorum possessorē non cogi, sed satis esse, vt moram non admittat legatario satisdationē petenti hoc ex loco notant: & breuiter in facti obligationibus, neminem offerre cogi, cùm sufficiat, interpellatū morā non facere. quod tamen negāt verum esse, quoties dies legato adiecta est: quoties heres iureiurādo interposito aut verbis geminatis à testatore legatū pręstare dānatus est: quoties deniq; in ipso actu, qui geritur, momento, oblatio precisè requiritur: his. n. casib. offerēdā esse satisdationē notat Soc. *re. 259.* n *v. l. 10. §. ad l. Fal.*

VNDE

§.6.*Inſtit.de interdict.4.Cod.Theod.20.adde tit.De vi & vi armata.43.ff.16.* Hoc interdictum recuperandæ poſſeſſionis eſt : Cuius cauſa, Prætor : materia,res immobiles : Forma,vi deiectio: Effectus,reſtitutio poſſeſſionis & eius quod intereſt.
b Inculpata tutela æquabilis, & remota ab omni culpa , quæ defendendo non vlciſcendo ſeruatur,*v.Cuiac.5.obſ.18.*Quid ſi quis modum in ſe defendendo exceſſit:& occidit , cùm poſſet effugere? Bartolus *in ca.1. de pace Conſtãtiæ.* & poſt eum Romanus *ſingulari* 3.negãt,eum teneri de occiſo. ſed vt reum puniri arbitrio iudicis.*arg.l.4.j.ad l.Iul.de adult.*
c Quid, conuicium conuicio licétne propulſare ? *v.Gayllum 2.obſ.100.101.*
d *l.1.§.27.l.17. ff.de vi & vi.l.3. ff.de iuſtitia.*
e Inde colligi volunt,Præſumi pro viuente aduerſus interfectum : hunc ſc. adgreſſorẽ fuiſſe, *v. Alciatum 3.præſumpt.39.*
f Vi deiectus de poſſeſſione, interdicto vnde vi reſtituitur intra annum:In heredes verò non agitur, niſi in tantum,quãtum ad eos peruenit. *Synopſis Baſilic.10.tit.2. ex lib.50. titul.3. ca.51.1. Harmen. 11.§.9.*
g *l.1.§.3.ff.de vi & vi:§.6.Inſt. de interdict.*
h *l.4.j.l.3.l.4.s̃: de interdict.*
i *l.1.§.30.ff.eod.*
k *l.1.in f.ff.eod.*
l *l.38.ff.de regul. iur.*
m Violenta poſſeſſio, ne quidẽ reſcripto confirmari poteſt.*l.6.j.eod.l.2.l.3.s̃. de precib. imper. l.4.j.de emancip. l.2.§.10.ff. ne quid in loco publico. Synopſi d. loco c.52.1.Harmenop. 11.§.11.*
n *l.1.§.2.ff.eod. §.6.verſ. qui autem.inſtit. de interdictis.*
o *v.l.2.s̃.eod.l.4.j.de liber.exhib. l.3.l.4.s̃. de interdictis.*idque criminaliter,*l.1.s̃. quando ciuil.act. v.Cuiac.5.obſ.15.*
p *l.6.ff.eod.*
q *l.1.§.40.ff.eo.*
r *l.7.j.eod.l.3.s̃. finium regund.*

VNDE[a] VI.

Tit. IIII.

De vi propulſanda.

1. Impp.*Dioclet.& Maxian.*AA.& CC. Theodoro.

RECTE poſſidenti,ad defendendam poſſeſſionem quam ſine vitio tenebat,inculpatę[b]tutelæ moderatione illatam vim[c] propulſare[d] licet[e]. PP.15.Kal.Decemb.ipſis IIII.& III. AA.Coſſ.

De anno,de heredibus.

2. Iidem AA.& CC.Alexandro.

VI[f] pulſos reſtituendos[g]eſſe interdicti exemplo[h],ſi nec dum vtilis[i] annus exceſſit,certiſſimi iuris eſt : & heredes[k] teneri in tantum , quantum[l] ad eos peruenit. S.AA. Coſſ.

De violenta poſſeſſione non tuenda.

3. Iidem AA.& CC.Vlpiæ & Proculinæ.

AVctoritatem vobis reſcripti[m] noſtrę tenendæ poſſeſſionis, quam vos per violentiam ademptã profitemini,accommodari nimis improbè poſtulatis. S. 8. Id.Aprilis CC.Coſſ.

De criminali,& ciuili iudicio.De fructibus.

4. Iidem AA.& CC. Hygino.

SI de poſſeſſione vi deiectus es : eum & lege Iulia[n] vis priuatæ reum poſtulare, & ad inſtar[o] interdicti *vnde vi* conuenire potes,quo reum cauſam[p] omnem præſtare oportet : in qua fructus[q] etiam , quos vetus poſſeſſor percipere potuit,non ‖tantùm‖quos prædo percepit,venire non ambigitur.S.6.Id.April.Sirmij,CC.Coſſ.

De vi,errore,& domini incuria.

5. Imp.*Conſtantinus* A.ad Tertullianum.

INuaſor[r] locorum pœna teneatur legitima[s]: ſi tamen vi loca eadem[t] inuaſiſſe conſtiterit. nam ſi per errorem aut incuriam[u] domini loca[x] ab aliis poſſeſſa ſunt : ſine pœna poſſeſſio reſtitui[y] debet.Dat.6.Kal.Maij,Gallicano & Symmacho Coſſ.330.

De reſcriptis & ſententijs. 1. De tutoribus & curatoribus.

6. Imppp.*Grat.Valentinian.& Theodoſ.*AAA. Potito P.V.

MEminerint cuncti,ſiue vulgato[z] reſcripto[a] manſuetudinis noſtræ , ſiue[b] ſententia cuiuſlibet iudicis vtantur in cauſis conueniendos[c] dominos locorum eſſe: aut ſi fortè defuerint , eorum actiones ad inſinuendas ſententias,procuratoréſque eſſe quærendos,ne inde[d] iniuriarum naſcatur occaſio , vnde iura naſcuntur. Quòd ſi præcepta noſtra implere neglexerint : omni negotio , de quo iurgare cœperant,priuabuntur. 1 ¶ Sin autem habito plerúmque colludio[e],curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occaſione peruadant , vt pupillis vel adultis iurgandi copia & fructus adimatur : his eatenus ſubuenimus, vt eoſdem non[f] atterat damno culpa temeritatis alienæ: ſed illico[g] quidem poſſeſſio ei, à quo eſt ablata , reddatur: curatores autem vel tutores æterna deportatione punitos, bonorum quoque publicatio perſequatur.Dat.2.Nonas Aprilis,Antonino & Syagrio Coſſ.382.

Pœna inuaſorum.

7. Imppp.*Valentin.Theod.& Arcad.* A A A. ad Meſſianum com.rerum priuatarum.

SI[h] quis[i] in tantam furoris[k]peruenerit audaciam,vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum,vel apud homines quoſlibet[l] conſtitutarum ante aduentum iudicialis arbitrij violenter inuaſerit[m]: dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem , quam abſtulit[n] , reſtituat[o] poſſeſſori , & dominium eiuſdem rei amittat[p]. Si vero alienarum rerum poſſeſſionem inuaſit : non ſolùm eam poſſidentibus reddat[q]. verumetiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur.Dat.17.Kalend.Iun.Treueris,Timaſio & Promoto Coſſ.389.

De momentaria poſſeſſione.

8. Impp.*Arcad.& Honor.*AA.Paſiphilo[r].

MOmentariæ[s] poſſeſſionis interdictum[t] , quod non ſemper ad vim publicam pertinet[u],vel priuatã, mox audiri,interdum etiam ſine inſcriptione meretur.Dat.6.Id. Iu. Mediolani,Olybrio & Probino Coſſ.395.

De iureiurando.

9. Imp.*Zeno* A.Sebaſtiano præfecto prætorio.

SI[x] quando vis in iudicio fuerit patefacta , deinde ſuper rebus abreptis,vel inuaſis[y] vel damno dato tempore impetus quæſtio proponatur : ſi[z] non potuerit, qui vim ſubſtinuit,quæ perdidit,ſingula comprobare : taxatione[a] à iudice facta pro perſonarum atque negotij[b] qualitate,ſacramento[c] æſtimationem rerum,quas perdidit , manifeſtet[d]: nec liceat ei vltra[e] taxationem[f] à iudice factam iurare[g]:& quod huiuſmodi iureiurando[h] lato fuerit declaratum , iudicem condemnare oportet[i]. Dat.Idib.Decemb.Conſtant. poſt conſ.Baſilij II.& Armatij V.C.476.

De conductoribus & precario poſsidentibus.

10. Idem A.Sebaſtiano præfecto prætorio.

NOn ab re eſt , quemadmodum poſſeſſionis alienæ inuaſores[k] , tam vetus quàm præſens ſacra conſtitutio cenſuit eſſe puniendos : ita nec conductoribus[l] , & poſſeſſionis alienæ detẽtoribus impunè procedere,ſi locatoribus forte vel poſſeſſionem rerum ſuarum,quam apud alios precario modo eſſe cõceſſerãt, recuperare ſecundum leges volentibus, cum nulla ſibimet cognita legibus allegatio cõpeteret,duxerint reſiſtendum[m]: & non protinus,id eſt,nõ expectato iudiciorum ordine[n] , alienam poſſeſſionẽ rectè eam recuperantibus cedere patiantur. Eos námque iubemus pro tanta ſuæ iniquitatis impudentia , ſi congnitionis iudiciariæ euentu fuerint condemnati: rei cuius poſſeſſionem ſponte reſtituere vſque ad definitiuam ſententiam minimè paſſi ſunt, æſtimationem victrici parti vnà[o] cum ipſa re præbere compelli.Dat.5.Kal.April.Conſtant. Theodorico & Venantio Coſſ.484.

De vacua poſſeſſione.

11. Imp.*Iuſtinianus* A.Ioanni præfecto prætorio.

CVm quærebatur inter Illyricianam[p]aduocationẽ quid fieri oporteret propter[q] eos,qui vacuam[r] poſſeſſionem abſentium ſine iudiciali ſententia detinuerunt[s], quia

---

Eſt autem hæc lex interpolata à Triboniano,vt ex Frontino conſtat. *adde Cuiac.19.obſ.10.*vbi de inuaſis alienis locis agitur.
s i.legibus Iuliis,*l.4.s̃.eod.*vel lege eiuſdem Conſtantini.*l.6.l.7.j.ad l.Iul.de vi.*pœna capitis vel deportationis,quæ differtur poſt totius negotij exitum, vt ait lex *14. Cod. Theod. quorum appellat.* t eundem.
u dum ſegnis eſt in inſpectione & conſeruatione locorum ſuorum.
x loca, data ab aliis &c.*Cuiac.19.obſ.16.* y interdicto reſtitutorio momentariæ poſſeſſionis,*de quo v.l.8.j.eod.* z *l.5.s̃.eod.* a *l.2.C.Theod.eod.* b Reſcripto aut interlocutoria iudicis nemini conceſſum eſt alienam poſſeſſionem ingredi.
c ſententia,libelli conuentione *vt hîc:& l.penult.j.de dignitatib.v. Cuiac.Nouell.*1,
d Inde iniuria naſci non debet,vnde ius naſcitur,*adde l.1.in f.s̃.de his qui ven. ætat. l.2.s̃.de interdict.viduit.l.19.s̃.de teſtam.16.quæſt.6.cap.2.*
e Colludium tutoris. f Imò atterit,*l.2.s̃.de his quæ vt ind.g.*
g *l.12.ff.de adquir.poſſeſſ.*
h Si quis vi res vel fiſci vel alterius alicuius poſſidentis , abſque iuſſu iudicis ademerit , ſi quidem dominus eſt , rem amittit : ſin aliena res erat , non ſolum eam reddit ei qui rapinam paſſus eſt,verum etiam ipſius æſtimationem. Synopſis Baſilicôn 10.*tit.2.ex lib.50.titul.3.cap.57.*vel ita. De finibus litigans,ſi nondum finita lite locum,de quo eſt controuerſia occupauerit,& poſtea victus fuerit , alterum tantum victori præſtat : ſin locus ipſius proprius fuerit,ſufficit eum loco ipſo excidere.Synopſis *58.tit.9.ex lib.60.tit.31.cap.3.* i *l.3 verſ.illi vero. Cod.Theod.vnde vi.*
k De furoris audacia *l.2.j.de aquæ d.*dixi.*l.6.§.1.s̃.de appllat.*
l An idem ius eſt in rebus Eccleſiaſticis:negat Socinus *reg.292.*niſi duobus caſibus.
m *l.5.s̃.eod.* n Authoritate propria rem ipſam controuerſam nemo iure capere poteſt *vt hîc.*Quid ſi ipſe debitor fugiat,*vt in l.ait.§.ſi quis debitorem.ff.qui in fraud.* Quid ſi nocturnus ſit depopulator,*vt in l.1.§.quando liceat.*Quid ſi ita conuentũ? vt liceret propria authoritate capere? *v.l.2.j.de pignorib.*Quid ſi de legato controuerſia ſit? *l.5.s̃.de legatis.*Actori ius præhendendi eſſe notat Socinus *reg.34.*

o Prima pœna inuaſoris.*adde l.10.j.eod.l.13.in f.ff.de eo quod met.cauſ.l.vnic.in f.s̃.de ſuffrag.l.54.j.ne decurionib.l.176.ff.de reg.iur.§.1.verſ.ſed nedum inſti.vi bonor.§.6.inſtit. de interdictis.2.Feudor.27.§.2.in f.* p Altera pœna.
q Imò non reddit,*l.55.ff.de furtis.* r Paſſibo, *l.8.verſ.momentariæ etiam poſſeſſionis. Cod.Theod.de iuriſdict.*qua ex conſtitutione tres leges deſumptæ ſunt,hæc ſc.lex pen.*j.de accuſationibus.l.1.j.de abigeis.* qua de re vide Cuiacium 1.*obſ.20.*
s *adde l.vn.ſi de momentaria.l.vl.s̃.qui legitimam.*
t Hoc interdictum hodie vocatur redintegrandæ poſſeſſionis : cuius vſus ductus videtur ex hac lege, & lege 5.s̃.*eod.*
u Nam & alio modo ad poſſeſſiones ablatas pertinet. veluti ſub ſpecie & terrore reſcripti aut iudicati,*l.6.s̃.eod.l.vlt.j.eod.l.2.s̃.ſi per vim vel alio modo.* etiam ad occupatam poſſeſſionẽ vacantẽ abſente domino ſine authoritate iudicis à non creditore.
x *1.Harmen.6.§ 69.*
y *v.quæ notaui ad l.51.§.9.in fi. ff.quod vi.*
z *l.5.l.7.s̃.eod.*
a de taxationis verbo,vide Cuiacium 2.*obſ.12.*
b Perueſtigat etiam iudex locum vbi iactura facta fuerit.*Harmen.d.loco.*
c Si damnum ab inuaſore illatum liquido probati non poteſt,iudex habita perſonę qualitate & ratione negotij , poteſt damnũ definire & poſtea iuramentum actori deferre. Quid heredi ſpoliati,num iuramentum etiã defertur? Mynſingerus negat, *4.obſ.12.*
d *vede Cuiac.ad Nouell.18. 161. Quinta parte.*
e Vltra taxationem iudicis nõ iuratur.
f Iudex iubet rebus ita bene cognitis actorẽ iurare ad certã vſque quantitatem : iurare denique,ὅτι οὐχ ἥττονα τῶν τοσούτων ἀπώλεσεν, quòd his non minora detrimenta percepit.
g Contra furem iuratur.*v.Clar.5.ſent.§.furtum.6.verſ.item contra furem iuratur.*
h Probari iureiurando actoris vis & id quod intereſt poteſt *vt hîc:Gloſſ.in c.qualiter de accuſat.*Cuius ſententiæ duas exceptiones vide apud Socinum *reg.190.* qua in re, priore loco, vis ipſa probanda eſt.
i Poſt eiuſmodi iuramentum probatio non admittitur.*Tiraquell.de retract. gentil. §.4.gloſ.1.num.28.*
k *l.5.l.7.l.9.s̃.eod.*
l Coloni & inquilini rei reſtitutionem denegantes ſine cauſa, in rem eiuſque æſtimationem ſimul condemnantur.
m oppoſita dominij exceptione : de qua vide Oldendorpium *c.34.de exceptionibus.*
n Iudiciorum ordo ſeruandus.
o *l.34.s̃.de locato.*
p De Illyriciana aduocatione alibi ac perſæpè dictum eſt.
q Si quis abſentis rem vacuam detinuiſſet, nõ conueniebatur olim nec interdicto, vnde vi : nec , quod vi aut clam : ſed tantum actione in rem , quandiu dominus erat qui aberat. Hodie,velut poſſeſſor , interdicto generali de vi tenetur. Nam ridiculum eſt dicere , Putabam rem alienam , meam eſſe. Itaque hic idem conſtituitur quod de furti actione in duplum : in qua ſi quis alienam rem inuito domino attingit , furtum committit. Vt interim ſciamus in huiuſce conſtitutionis ſpecie ſuperiora obtinere aduerſus vacuæ poſſeſſionis detentorem , ſi non anni triginta præterierint,ex quo poſſeſſionem adeptus eſt. *Synopſis Baſilic.10.tit.2.ex lib.50. tit.3.cap.61.*
r *l.6.s̃.de adquir.poſſeſſ.*
s i.occuparunt.hoc innuit,Occupantem poſſeſſionem vacantem teneri ad eius reſtitutionem,ad inſtar furis & inuaſoris.

a Iustinianus momentariæ possessionis interdictum primus dedit aduersus eum, qui vacuam possessionem occupauit v. Cui. 19. obs. 16.
b Qui sciens rem alienam vacantem occupat, quasi prædo. c Quod meum non est, alterius est vt hic: & l. 15. D. de exceptione rei iudicatæ. fallit in re sacra aut nullius. d Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. e Præscribi triginta annis iure ciuili rem furtiuam ex hoc loco notatur. Est .n. species huius cõstitutionis de eo q. vacuã possessionem absentis, sine iudiciali sententia detinet, quem hæc lex vocat vt prędonem ibi, vt prædonem intelligi, quem deniq; hæc constitutio negat rem vacuam ita à se possessam præscribere, si non ex die ex quo possessio ab eo detenta est triginta annorum spatium excesse rit. vt hic. adde l. 1. §. 1. š. de annali except. Quid: qui à quasi prędon bona fide causam habent, quo tempore prescribunt longo tempore. §. quod autem Inst. de vsuc. & ibi Angel. Quid iure canonico? Possessor ipse malæ fidei nullo tempore præscribit: c. possessor. de regul. in 6. c. vlt. extr. de præscript. Qui vero ab eo causam habet, tricennio. Capola in l. 1. š. pro emptore. nu. 10.
f Condictio ex hac lege finitur triennio.
g 43. D. 4.
h Interdictum vnde vi compe tit etiam ei qui absens expulsus est.
i l. 1. C. Theod. vnde vi.
k l. vlt. š. de adq. poss.
l v. l. 3. š. qui legi tim.
m dictio d. l. 1. & Hal.
n In recuperanda absentis possessione, admittuntur etiam carentes mandato vt hic. si tamen caueant de rato.
o experiundo secludant Hal. experiundo rei d. l. 1.
p Pro recuperãda alteri possessione, etiam seruus auditur d. l. 1. & l. 4. C. Theodos. vnde vi.
q Ratio dubitandi.
r id est, post annum.

veteres leges nec vnde vi interdictum, nec quod vi aut clã, vel aliam quandã actionẽ ad recipiendã talẽ possessionem definiebant, violentia in ablatam possessionem minimè præcedente, nisi domino tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos[a] non concedentes aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem vsurpare, sancimus talem possessorem vt[b] prædonem intelligi, & generali iurisdictione ea teneri quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legibus. Ridiculum etenim est dicere vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupauerit. Omnes autem scire debent, quod suum[c] non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere: cum talis depositio in furti actione iamdudum veteribus legibus definita est, dicentibus, si quis alienam rem aduersus[d] domini voluntatem attigerit, furti actione teneatur, his videlicet quæ sub per recipiendas possessione à nobis disposita sunt, locum habentibus, si[e] non ex die ex quo possessio detenta est, triginta[f] annorum excesserint curricula. Dat. XIII. Ka. Nou. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

SI PER VIM[g] VEL ALIO modo absentis[h] perturbata sit possessio.

Tit. v.

Ad recuperandam possessionem absentis, admittuntur carentes mandato, supple, cauentes de rato. Bald.

1. Imp. *Constantinus* A. Seuero.

Iudices[i] absentium, qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt, suscipiant in iure personas, & auctoritatis suæ formidabile ministerium obuciant: atque ita tueantur absentes, vt id solum diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo peregrinatur, possessio ablata sit, quam propinquus vel parens vel proximus vel amicus vel colonus[k] vel libertus seu seruus quolibet titulo retineat: nec eos[l] qui deiecti sunt absentium nomine possidentes, quia minimè typis decisio[m] causæ mandata[n] sit, ab experiunda[o] re secludant: nec si ser ui[p] sint, eorum reiiciant in iure personas, quia[q] huiusmodi conditionis hominibus causas perorare fas non sit. Sed post[r] elapsa quoque spatia recuperandæ possessionis legibus præstituta, litigium eis inferentibus largiri conuenit: vt eos momentariæ perinde possessioni sine vlla cunctatione restituant, ac si reuersus dominus litigasset. Cui tamen domino quolibet[f] tempore reuerso, actionem possessionis recuperandę indulgemus: quia fieri potest, vt post tutio propter seruos infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur. Absentib. enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandæ possessionis legibus præstitutum est: sed reformato statu qui per iniuriam sublatus est, omnia quæ superfuerunt ad disceptationem litigij, immutilata permaneant: iudicio seruato iustis legitimísque absentibus personis: cum valde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra præsentium violentiam subueniri. Dat. 10. Ka. Nou. Constantin.[u] Constantio VIII. & Constante Cæs. III. Coss. 324.

Nec auctoritate rescripti, nec auctoritate interlocutoriæ iudicis potest non citatus de possessione repelli. Bald.

2. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Petronio vicario Hispaniarum.

Nec[x] imperiale responsum quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quacunq; parte innouare possessionis statum, eo qui rem tenet absente, permittit, quia negotiorum merita, partium adsertione[y] pandũtur. Datum XV. Kalen. Ian. Mediolani, Cęs. & Attico Coss. 397.

ſ Dominus reuersus auditur perpetuo vide leg. vltim. infra titul. proximo.
t leg. vlt. š. qui legitimam personam.
u Constante VII. & Constantio Cons. d. l. 1.
x l. 5. C. Theodos. vnde vi. Possessor citra conuentionem in sua possessione turbandus non est, seu rescripto principis, seu interlocutione iudicis.
y his horis causarum merita & fata panduntur leg. 1. š. de offic. ciuil. iudic. v. Cuiac. 16. obseruat. 8.
z 43. D. 17. §. quarto, instit. de interdictis: vide Cuiac. 5. obseruat. 32. vide Festum in verbo Possessio. Est autem hoc interdictum: Retinendæ possessionis, cuius causa, Prætor: materia, res immobiles: Forma, vt qui possedit tempore turbationis, vel litis, non vi, non clam, non precario iniuria afficiatur. Effectus, vim fieri vetari, & satisdari, transferendæ possessionis comminatio.
a l. 1. D. eod. v. Duaren. 1. disputat. 21. Robert. 3. sentent 21.
b Reddito interdicto vti possidetis, si petitorio iudicio agitur, satisdare iudicatum solui debet petitori is qui in possessione potior est: at si non satisdat, in petitorem satisdantem transferenda possessio est, ita vt alteri incumbat onus probandi, v. vers. olim. instit. de satisd. Paul. 1. sent. 11. §. 1 v. ibid. Cuiacius.
c Pœnæ causa transfertur possessio. l. 5. §. 1. ff. vt legator. l. 2. in f. ff. de collationib. l. 6. in f. ff. de Carboniano. Nouell. 18. cap. 10. d 41. ff. 5. e illi cuius interest, legatario fideicommissario, substituto & similibus.
f Interdictum competit primis heredibus vel secundis, existente causa substitutionis vt hic competit etiam: legatariis aut fideicommissariis quorum interest, l. 3. §. 10. ff. eod.
g Quodnam intra tempus? Robertus 2. recept. 39. & 2. animadu. 24. putat perpetuo dari & post annum. Nam & hic anni nulla fit mentio, & casus substitutionis in hac lege potest annũ excedere. quo nomine reprehenditur à Cuiac. 16 obs. 28. & Antonio Mercatore, 2. Notat. 24 Notant itaque ex Paulo 4 sent. 7. §. 6. Interdictũ de tabulis exhibendis annuum esse. Annum interdicti non cedere hac constitutione à morte patris, sed pupillorum: à qua primum heredi tas ad substitutos pertinere cœpit, cùm superstitibus pupillis ad eos pertinere non potuerit, l. 2. §. 2. ff. de vulgar. l. ff. de hered. vendita.

VTI[z] POSSIDETIS.

Tit. vi.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Cyrillo.

Vti[a] possidetis fundum de quo agitur, cum ab altero nec vi nec clam nec precario possidetis, rector prouinciæ vim fieri prohibebit: ac satisdationis[b] vel transferendæ[c] possessionis edicti perpetui forma seruata, de proprietate cognoscet. Subscripta 3. Id. Octob. Nicomediæ, CC. Coss.

DE TABVLIS[d] EXHIBENDIS[e].

Tit. vii.

1. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Germano.

Si in potestate patris fuerunt impuberes filij, & vos eis estis substituti[f], atque ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus cœpit hereditas pertinere: de exhibendis testamenti tabulis interdicto vti potestis[g]. PP. 7. Kalend. Maij, Seculari & Donato Coss. 261.

DE[h] LIBERIS[i] EXHIBENDIS SEV DEDVCENDIS, ET DE LIBERO[k] homine exhibendo.

Tit. viii.

Filio cui non infertur quæstio status, competit hereditatis petitio contra possidentem bona materna. Bald.

1. Imp. *Antoninus* A. Iustino.

Si (vt proponis) cum tuæ potestatis esses, super rebus maternis obtinuisti: potes eos qui tibi condemnati sunt, conuenire. Quòd si extiterit qui[l] te filium, & in sua potestate esse contendit: interdicto in eam rem proposito, de fide intentionis eius quæretur. PP. 6. Id Apr. Duobus & Aspris Conss. 213.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Cyrillæ[m].

Adi præsidem prouincię, ac postula filios tuos exhiberi. S. 5. Id. Apr. Byzantij. AA. Conss.

3. Iidem AA. & CC. Euodiæ[n].

Si ad instar[o] interdicti de exhibenda filia Philippi eum conueniendum putaueris: rector prouintiæ aditus suã vobis accommodabit notionem. S. 12. Kal. Decembr. Nicomediæ AA. Conss.

h Hoc interdictum de liberis exhibendis cõpetit aduersus detinentem dolo malo liberũ hominum inuitum cuiusque sexus & potestatis sit.
i §. vers. Exhibitoria Inst. de interdictis. vide 43. D. 30.
k v. 43. ff. 29.
l Pater emancipatum filium hoc interdicto abducit.
m Etiam fœminis competit interdictum de liberis exhibendis vt hic: & l. 3. §. 11 ff. de hom. lib. exhib.
n Euodio. quidam ita legunt, putántque hic agi de vxore marito exhibenda & ab eo ducenda. l. 11. š. de nuptijs. l. 2. ff. de liberis exhibendis. vide Cuiacium hic, & apud Paul. 5. sentent. 6. §. 15.

DE[p] PRECARIO[q], ET SALVIANO[r] INTERDICTO.

Tit. ix.

1. Imp. *Gordianus* Aristoni.

Si te non remittente pignus, debitor tuus ea quę tibi obnoxia sunt, venundedit[f] integrum tibi ius est ea persequi, non interdicto Saluiano[t] (id enim tantummodo[u] aduersus conductorem debitorémve competit) sed Seruiana[x] actione, vel quæ ad exemplum[y] eius instituitur, vtilis aduersus emptorem exercenda est. PP. 6. Id. Semptemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

2. Impp. *Diocletian. & Maximian.* AA. & CC. Fabricio.

o vide quæ dixi ad l. 2. 7. š. vnde vi.
p Transit ad interdicta adipiscendæ possessionis.
q de precario interdicto, dixi ad 43. ff. 6.
r de Saluiano interdicto, dixi ad l. 43. ff. vlt.
ſ Contra pignoris emptorem creditor experitur Seruiana vel quasi, seu hypothecaria, non Saluiano interdicto.
t Interdictum hoc Saluianum, Cuius causa efficiens, Saluius Iulianus Prætor: Materia, res indicatæ & inuectæ in prædium rusticum vel vrbanum quæ locatori pro pensione tacitè obligatæ. Forma, vt petatur reuocatio rerum inuito domino à conductore distractarum. Effectus earum adeptio. Affinia, actio Seruiana l. 1. š. eod.
u Imò & aduersus extraneum quemque datur, l. 1. §. 1. ff. de Saluian. dixi ibi.
x datur pro reuocandis rebus hypothecæ subiectis. dixi ad Theophilum §. 7. Inst. de actionibus. y quasi Seruianam intelligit, §. 7. Inst. de act.

Habi-

a *l.8.§.8.ff.de precario.* b hoc eſt, habitationem.
c Imô non tenetur *l.11.ff.de diuerſ.& tempor.*
d de precario, quod reſtitutorium eſt. e *huc refert 2.Harmenopul.4.*
f *v.Harmen.d.loco.c.περὶ βαλανείου κτίσματος.Vitruuium 5.c.10.de balneo adde l.3.j.eod.*
g Forma ædificiorum veterum, reficienti ſeruanda, vt neque luminibus aut vicinorum proſpectui officiat, niſi huiuſmodi ſeruitutem habeat pacto aut ſtipulatione ſibi cōceſſam. *2.Harm.4.§.58.*

HAbitantis præcario heredes[a] ad reſtituendum habitaculum[b] teneri[c], contra eos interdicto[d] propoſito, manifeſtè declaratur. S.Kalend.Decembr.Sirmij, AA.Conſſ.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS[e].

Tit. x.

De balneis.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. Tauro.

ET balneum[f] (vt deſideras) exſtruere, & ædificium ei ſuperponere potes: obſeruata tamē forma[g], qua cæteris ſuper balneum ædificare permittitur: id eſt, vt concameratis[h] ſuperinſtruas & ipſum concameres, nec modum[i] vſitatum altitudinis excedas. PP. ſinę die & conſule.

De ædificijs non demoliendis.

2. Imp. *Alexander* A. Diogeni.

NEgotiandi[k] cauſa ædificia demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Veſpaſiani & ſenatuſconſulto[l] vetitum eſt[m]. Cæterum de[n] alia domo in aliam transferre, quædam licere, exceptum eſt: ſed nec dominis ita[o] transferre licet, vt integris[p] ædificiis depoſitis, publicus deformetur[q] aſpectus. PP.11.Kal.Ian.Alexandro A.Conſſ.223.

De ruinis.

3. Idem A. Euocato.

AN in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem in ciuitate reſtituere, ſed in[r] hortū conuertere, & an hoc conſenſu tunc magiſtratuum non prohibētium, iterum vicinorum factum ſit: præſes probatis his, quæ in oppido[s] frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt, cauſa cognita ſtatuet. PP.7.Kal.April.Iuliano II. & Criſpino Conſſ.225.

De ædificio communi.

4. Imp. *Philippus* A. & *Philipp.* Cæſ. Victori.

SI[t] (vt proponis) ſocius[u] ædificij ad refectionem eius ſumptus conferre detrectat: non neceſſariò extra[x] ordinem tibi ſubueniri deſideras. Etenim ſi ſolus ædificaueris, nec intra quatuor menſium tempora cum centeſimis[y] nummus pro portione ſocij erogatus reſtitutus fuerit, vel quo minùs id fieret, per ſocium ſtetiſſe conſtiterit: ius[z] dominij pro ſolido vindicare vel obtinere iuxta placitum[a] antiquitus poteris. PP.4.Kalend.April.Philippo A. & Titiano Coſſ.246.

De balneis extructis in ſolo communi.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Octauio.

SI is, contra quem preces fundis, ſciens prudénſque ſoli partem ad te pertinere, non quaſi ſocius vel collega communis operis ſolicitudine, ſolidam balneorum[b] extructionem ea[c] mente, vt ſumptus pro portione tua||non||reciperet, aggreſſus eſt, ſed vt totius loci dominiū vſurparet, & collapſum balneū refabricare eniſus eſt: cùm ædificia[d], quæ alieno loco imponuntur, ſolo cedant: nec impenſæ[e] his, qui improbè id fecerint, reſtitui debeant: antiquato diui Hadriani[f] edicto, præſes prouinciæ memor iuris publici, in dirimenda diſceptatione legum placita cuſtodiet. PP.6.Non. Octob. ipſis IIII.& III.AA.Coſſ.290.

h Concamerare, eſt ad fornicis morem ædificare, *l.32.ff.de leg.1.* hinc arca concamerata *in l.19.§.5.ff.locati.*
i *v.l.11.ff.de ſeruit.vrb.l.1.§.17.ff.de operis noui nunciat.* De modo altitudinis ędificiorum Rutilius Horēſtante Republica orationem habuit. Quis modꝰ fuerit præſcriptus, incertum. ſub Auguſto 60. pedum altitudo finita: *Strabo 5.* hanc altitudinē poſtea cohibuit. Nero *Tacit. lib. 15.* quem tamen ad modum, non conſtat. Certe Auguſti conſtitutionem Traianus poſtea reuocauit teſte Sexto Aurelio Victore. *adde 2.* Vitruuium 9. Senecā *1.controuerſ.3.* De craſſitudine parietum dixi ad *l.52.§.13.ff.pro ſocio.*
k *l.41.§.5.ff.de leg.1.l.45.in f.ff.de don. int. vir.l. vlt.ff.de damno. Synopſis Baſilic. 19.tit.1.ex lib.58.tit.11.c.2.l.52.ff.de contr.empt.*
l Contius putat hoc ſenatuſconſultum factum fuiſſe anno 5. Imperij Adriani, Auiola & Pāſa conſulibus, *ex l.41.§.1.ff.de legat.1.* Cuiacius *5.ob.26.* putat aliud Senatuſconſultum fuiſſe ꝙ edictum D. Adriani ſubſecutum ſit. Nam edicta ſenatuſcōſultis confirmari ſolebant. *l.1.ff in quib.cauſ.pign.* vel errorem hîc eſſe in nomine Imperatoris. idque eo magis, quòd huius legis ſententia Adriano tribuatur. *d.§.1.*
m *v.l.6.7.j.eod.* Imò poteſt diſtrahere, *l.43.§.1.ff.de leg.1.*
n De alia in aliam domum transferre licet, quū integra non eſt: nam alioqui prohibitum eſt propter ornatum & aſpectum vrbis. *Synopſis Baſilic.ibid.*
o id Spartianus Adriano tribuit.
p aliud ſi non integra ædificia deponantur *d.§.5.*
q Publicus vrbis aſpectus non deformandus.
r Ædes ruinoſas in hortum conuertere interdum non licet. Liceat necne, iudicis arbitrio relinquitur.
ſ Ex his quæ in oppido frequenter ſeruantur iudicari poteſt.
t Si ſocius ad refectionem ædificij ſumptus fecit, non neceſſario, extra ordinem ei ſubuenitur: ſin autem ſolus ædificaſti, nec cum centeſima τὸ ἀναλογοῦν μέρος ratam portionem recepiſti, vbi quadrimeſtre præterierit, dominium eius in ſolidum conſequeris: niſi quominus tibi ſolueretur per ſocium non ſteterit. *Synopſis Baſilic. 12.titul.1.in fine.*
u Socius ædificij expenſas repetit *vt hic & l.16.ſ.de rei vindicat.* id oratione d.Marci conſtitutum fuit *l.52.§.10.ff.pro ſocio.* De ſumptibus ædificii repetendis, *adde l.33.in f.ff.de condict.indeb.l.45.§.1.ff.de act.empt.l.29.§.2.ff.de pig.l.14.ff.de doli mali.§.30.verſ.certè.inſt.de rerum diuiſione.*
x ἔξω τῶν διατεταγμένων *Synopſis 12.tit.1.in f.*
y i.centeſimas vſuras. vide Molinęum *de vſur.num.57.* vbi duos alios caſus ſpeciales vſurę centeſimæ enumerat ex *l.1.ſ.de vſuris pupillarib.& l.vlt.ſ.de vſur.rei iud.*
z Socius moram quadrimeſtrem committens in ſumptibus ſocio qui ædificauit reſtituendis, dominium rei communis amittit.
a orationem diui Marci, *l.52.ff.pro ſocio.*
b de balneo, *adde l.1.ſ.eodem.*
c Qui ſciens nomine proprio commune ædificium reædificat, ſumptus non repetit *vt hic: & l.6.§.2.ff.commun.diuidundo.v.quæ dicam j.eod.*
d Ædificium ſolo cedit. e vide tamen quæ de ea re alias dixi ad *l.38.ff.de here. petit.adde l.vlt.ſ.de negot.l.5.ſ.de rei vindic.l.37.ff.de rei vindic.l.46.in f.ff.de damno.* aliud æquitatis eſſe videtur. f Veſpaſianus idem edixerat. Suetonius, Deformis vrbs veteribus incendiis ac ruinis erat, vacuas areas occupare & ædificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuique permiſit. & Victor, Romam deformem incendiis veteribus ac ruinis reparauit permiſſa, ſi domini deſſent, ædificandi copia. Veſpaſianus & Adrianus dominium dederunt inſtauratori ſtatim: diuus Marcus à quatuor menſibus, *v.l.1.ff.in quibus cauſis pignus.l.52.§.10.ff.pro ſocio: adde Cuiacium 19.obſ.20.*

De tranſlatione.

6. Imp. *Conſtantinus* Aug. Elpidio agenti vicem præfecto prætorio.

SI quis poſt hanc legem ciuitate[g] ſpoliata, ornatum, hoc eſt, marmora vel columnas, ad rura tranſtulerit: priuetur ea poſſeſſione, quam ita ornauerit. Si quis autem ex alia in aliam ciuitatem labentium parietum marmora vel columnas de propris domibus in proprias transferre voluerit: quoniam vtrobique hæc eſſe, publicum decus eſt: licenter hoc faciat. Data ſimiliter facultate etiam de poſſeſſione[h] ornatum huiuſmodi ad poſſeſſionem aliam transferendi, quamuis[i] per muros, vel etiam per mediam ciuitatem ea transferri neceſſe ſit: ita vt ea ſolummodo quæ illata fuerint ciuitatibus, exportentur. Dat.6.Kalend.Iun.Viminacij, Criſpo II.& Conſtantio II.Conſſ.321.

7. Imperator *Iulianus.* A. ad Vitianum[k] vicarium Africæ.

NEmini columnas vel ſtatuas cuiuſcunque materiæ ex alia eadémque prouincia vel offerre[l] liceat[m], vel mouere. Dat 6.Kalend. Nouembr. Iuliano A.IIII. & Saluſtio Coſſ.363.

Differentia curialium & non curialium.

8. Imppp. *Valens, Grat. & Valent.* AAA. Modeſto præfecto prætorio.

SIngularum vrbium curiales[c] etiam inuiti vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerūt domos, vel de nouo ædificare cogantur: Illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarum frequentiam ciuitatum. Poſſeſſores verò, qui non erunt curiales[o], in vrbibus, in quibus domos poſſident, eaſdem domos dirutas[p] neglectáſque reparent: iudiciaria ad conſeruandum hoc præceptum auctoritate retinendi. Datum 13.Kalend.Nouembr. Gratiano IIII.& Merobaude Conſſ.377.

De ſpatio inter nouum ædificium & publicas ædes relinquendo.

9. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Æmiliano præfecto vrbi.

SI cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes, animum dederit: is quindecim[q] pedum ſpatio interiecto inter publica ac priuata ædificia, ita ſibi nouerit fabricandum, vt tali interuallo & publicæ ædes à periculo vindicentur, & priuatus ædificator velut perperā fabricato loco, deſtructionis quandoque futuræ non timeat detrimentū. Dat.10.Kal.Nouemb.Arcad. A.VI.& Probo Conſſ.406.

De muralis ambitu conſtructione.

10. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio præfecto prætorio.

PEr prouincias Meſopotamiam, Oſdroenam, Euphratēſem, Syriam ſecundam, Phœniciam, Libanenſem, Ciliciam ſecundam, vtrámque Armeniam, vtramque Cappodociam, Pontum Polemoniacum, atque Helleſpontū vbi magis hoc deſideratur, cæteráſque prouincias cunctis volentibus permittatur murali[r] ambitu fundos proprios ſeu loca ſui dominij conſtituta vallare. Dat.3.Non.Maij, Conſtantin. Theod.A.IX.& Conſtantio III.Conſſ.420.

De menianis.

11. Iidem AA. Seuerino præfecto prætorio.

g Ex ciuitate in aliam ciuitatem columnas ædificij transferre licet: *verſ.ſi quis autem j.eod.* ius nō licet *vt hic:* ex agro in alium agrum licet *verſ. data ſimiliter j.e.* Ex domo in vrbe ſita ad aliam in vrbe ſitam quædā transferre licet, *l.2.verſ.cæterum ſ.eodem.* Ex vna prouincia in aliam non licet, *l.7.j.eod.* & ita poteſt accipi hęc conſtitutio quā nonnulli intelligunt de rebus ſublatis promercij cauſa. alij de non labente ædificio. Alia quędam in hanc legem adfert Cuiacius *19.obſ.19.* quem vide. Cauſa huius conſtitutionis ea eſſe poteſt, impenſarum immenſitas.
h id eſt, agro, villa.
i ratio dubitandi.
k Auitianum. *vt leg. .C.Theod. de itinere publico. l.1.Cod.Theodoſ. de iud. deb.l.15.Cod.Theod.de caſu publico.*
l auferre, *Haloand.*
m Imò non licet, *dixi ad l.6.ſ.eodem.*
n Curiales vrbium, domos proprias in eis habere, antiquas reparare, vel de nouo ædificare coguntur.
o Non curiales vrbium, coguntur tantum ad antiquarum ædium reparationem: non ad nouarum extructionem.
p Reſtitutio ædium præcipitur *vt hic: & leg.ſeptima ff.de offic.præſid. leg. quadrageſimaſexta. ff. de damno:* è contrario deſtructio inhibetur, *l.2.ſ.eodem.l.vlt.j.de iure reipub.*
q Legitimum ſpatium noui ædificij ab ædibus publicis, quindecim pedes *vt hic: & l.46.C.Theod.de operib.public.& 58.Synopſis 2.c.περὶ παραγγελίας ex tit.11.c.7.2.Harmen.4.§.76.adde l.11.in f.j.eod.& l.14.de ſeruitut.vrb.*
r Muris ſeu murali ambitu, fundos cingere cuiuis licet *vt hic:* vnde notant, Fortalicium vel caſtrum in ſuo quemque iure ædificare: (eſt enim ius ædificiorum, iuris gentium, *l.ex hoc iure ff.de iuſtitia.*) niſi huiuſmodi ædificia ad æmulationem vel iniuriam alterius fierent. *l.opus nouum.ff.de operibus publicis.* aut in limitibus imperij, *l.quicunque caſtellorum infra de fundis limitrophis.* vel materiam præberent ſeditionis vel offenſionis. (Tunc enim meritò publica vtilitas priuatæ anteponenda eſt. *l.Lucius ff.de euict. l.item ſi verberatum. ff.de rei vindica.* etiamſi priuilegio principis id fieret, *cap.ſuggeſtum de decimis.*) Eadem eſt ratio, ſi qui ædificat non contentus ædificio, iuriſdictionem inde vel ius ciuitatis aut municipij vſurpare vellet: id enim ſine principis permiſſu non licet, *Barto. in lege vltim. Digeſt. de collegijs.* Eadem quoque ratio ſi ſententia aliqua muri diſiecti eſſent. *Iohannes Faber. in l.ſeruus infra de pœnis. Chaſſaneus in conſuet. Burg. titul. des foreſts. §.nono. numero quarto. facit l.ſacra loco. §.muros. ff de rerum diuiſione.* aut ſi vel conſuetudo. *Chaſſaneus illo loco.* vel conſtitutio principis eſſet contraria, vt & apud Hiſpanos eſt. *lege ſeptima titul. ſeptimo. libro quarto Ordinationum. & leg. quadrageſimaſeptima. Tauri in fine. & in Pragmatica 70. in antiquis.* vbi habetur, Neminem poſſe ſine licentia principis ædificare aut reficere caſtella.

a De Mœnianis, *l.242.§.1.ff.de verb.signif.* b χιόσοας *Hal.* alij legunt σκιότας alij ὀρσοθύρας: alij ὄρθας. Vetustissimi habent ἐξώστας, vti Cuiacius monet *lib. 4. inst. t. de act.& 1.obs.30.* ἐξῶσται sunt proiectiones ἀπὸ τοῦ ἐξωθεῖσθαι, id est, expellere & proiicere, eámque lectionem confirmat author Synopseos *ibid.cap.9.* Harmenopulus *2.tit. 4.c.*περὶ ἐξώστου *§.* dicitur etiam ἐξώστης à quibusdam ἡλιακὸς Harmenopulus *ibid.cap.* περὶ ἡλιακοῦ ἤτοι ἐξώστου, *§.65.* solarium: *Nou.Leo. vlt.& Harmen.d. l.c.* περὶ σωλαρίων. *l.12.j.eod.*

MEniana[a], quæ Græco vocabulo [πηχιοστὰς[b]] appellant, siue olim constructa, siue in posterum in prouinciis[c] construenda: nisi spatium inter se per decem[d] pedes liberi aeris habuerint, modis omnibus detruncetur. In his verò locis, in quibus ædificia priuatorum horreis publicis videntur obiecta obstructione menianorum, quindecim pedum interualla seruentur. Quem intercapedinis[e] modum ædificaturis quoque proponimus: ita vt si quis intra definitum spatium, id est, decem † pedum mensuram[f], ædificare, vel intra quindecim[g] pedum menianum possidere tentauerit: sciat non solum fabricata demolienda, sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam. Dat.3. Kal.Octob. Asclepiodoto & Mariano Conss.423.

Præfatio. 1. De spatio, ab eo qui ædificat, relinquendo in quantum liceat domum attollere, De fenestris, De prospectu. 5. De solarijs, menianis & scalis. 6. De colomnis & publicis porticibus ac stationibus. 7. Si ædificaturo lis moueatur. 8. De opere inchoato perficiendo.

12. Imp. *Zeno*[h] A. Adamantio Præfecto vrbis.

EX[i] quo pace frui cœpimus, & litibus & externis bellis populos nostros eximere studentes, variis legibus condendis animum applicuimus: inter quas & hanc quoque referri volumus, dilucidè demonstrantem, & quæ tua magnificentia suggessit, & cautissimè omne ambiguum definientem. Non multum autem à ciuilibus verbis recessimus, sed vulgò[k] notioribus vti maluimus, vt ita quicumq; in eã inciderint, alterius interpretis non egeant auxilio. Ex relatione igitur magnitudinis tuæ cognouimus diuinam legem immortalis memoriæ patris[l] nostri Leonis, quam super his posuit qui in hac gloriosa ciuitate ædificare voluerint, quibusdam sui partibus propter prauas interpretantium opiniones ambiguam esse. 1 ¶ Et nos itaque præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non solum vterẽ[m] formam[n] non excedant, (sicut nec hi, qui nouas ædificant) aut lumen vel prospectum[o] vicinis auferãt, aduersus ea quæ pridem constituta sunt: verùm etiam addimus, quale ius is qui ædificat, habere debeat, cùm facultatem habet ex pacto vel stipulatione mutandę, si velit, veteris formæ. Tunc enim sancimus, vt si[p] pactum vel stipulatio ædificanti suffragetur, liceat ipsi secundum vim pacti & stipulationis ædificare, etiam si officere vicinis, quibus pactum aduersatur, ita ædificando videatur.

2 ¶ Sed cùm nostra constitutio dicat duodecim † pedes oportere relinqui ab eo qui ædificaturus est, inter propriam & vicini domum, & PLVS vel MINVS adiiciat, quod magnam sanè ædificantibus securitatem præstat: (nihil autẽ dubium[q] aptum est ad tollendam ambiguitatem) disertè ac perspicuè iubemus duodecim pedes relinqui intermedios inter vtramque domũ, incipientes[r] à superposita fundamentis ædificij parte, eadémque obseruatione perseuerante ad summum vsque altitudinis culmen. Et ei, qui hoc in posterum obseruauerit, licere domum in quantam[s] voluerit altitudinem excitare & attollere, & fenestras fabricare, tam quæ prospectiuæ[t] dicuntur, quàm quę luciferæ[u], secundùm diuinam constitutionem, siue nouam domum velit extruere, siue veterem instaurare, siue ex incendio collapsam exædificare: Nulla licentia ex hoc spatio concessa tollendi vicino directum[x] & omni ex latere domus inuiolatũ in mare prospectũ, quem domi stans vel sedens habet non autẽ detorquendi hũc ipsum prospectũ, ita vt cogatur vicinus ex oblico[y] mare aspicere. Quod autẽ ad hortos[z] atque arbores attinet: nec aliquid in superiorib. constitutionib. cõprehensum est, nec de his hîc aliquid addetur. neque.n. conuenit. 3 ¶ Nulli autẽ liceat ædificanti domũ iuxta[a] compitum fortè aut angiportũ[b] vel plateam duodecim pedib. latiorẽ auferre partẽ plateæ vel compiti, & proprio super- addere ædificio. Non enim quæ ad rempublicam pertinent, minuere, & ædificantib. diuidere volentes, duodecim pedũ interuallũ in medio domorũ definimus, sed ne angustiora sint domorum interualla. Si autem maius sit spatiũ, maneat vetus distantia, non enim eam minui concedimus, sed seruari vrbi propria iura. Si autem vetus ædificium secundùm veterem formam tale erat, vt minus esset domorum abs se inuicem spatio duodecim pedum interuallum, ne liceat præter veterẽ formã in altitudinẽ ędificiũ erigere vel fenestras facere, nisi decem pedes in medio intercedant tunc enim prospectiuas[c] is qui ædificabit, non poterit facere, nisi antea quoque fuerint, vt dictum est. Luciferas[d] verò faciet vtique sex pedum seruato ab imo pauimento in altum interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere id, quod vocatur pseudopatum[e] (id est, falsum aut fictitium tabulatum aut pauimentum in ipso ædificio) & ita ab hoc pseudopato ad sex pedum altitudinem luciferas fenestras excitare, & sophisticè[f] legem interpretari & cauillari. Si enim hoc liceat: eueniet iterum, vt luciferæ[g] æquẽt prospectiuarum vtilitatem, & nihil distent à prospectiuis, & vicino[h] noceant. quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus vel ex pacto[i] vel ex stipulatione ius tollentes, si quod tale prorsus competat.

4 ¶ Insuper cùm priore lege cautum sit, centum[k] pedes altas domos combustas instaurare licere, etiam si alteri prospectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem, constituimus hoc obtinere tam in his, quę post conflagrationem renouatæ sunt, quam quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primum extruuntur. Sed & in his quæ nullam ignis iniuriam senserunt, vetustate autem aut alia quacunque causa defecerunt, & in omnibus omnino domibus, quæ ædificantur, si centum pedum spatium relinquatur inter circumiacentia loca, omni impedimento cessante fiant ædificia, etiam si aliis domibus prospectum in mare adimant. Prospectum autem hunc liceat auferre[l] à solis culinis[m], vel latrinis, vel secessibus, vel scalis[n], vel traiectibus ad sola diuerticula vicorum pertinentibus, vel basterniis[o], quamuis & intra centum pedes velit quis ædificare, si modò tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obseruari volumus quando nullum adest pactum[p], quod ædificare volentem adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent. tũc enim & eo non custodito spatio permittimus attollere ædificia, etiam si prospectum adimant iis, qui consenserunt & pacti sunt, aut qui in eorum domos successerunt: quandoquidem competentia iam quibusdam ex conuentione iura, per generalem auferri legem non oportet.

5 ¶ Item illud etiam statuimus, ne ea quæ vocantur solaria[q], post hanc legem ex solis lignis & tabulis construantur, sed ad eorum, quæ Romanensia[r] dicuntur, modum & figuram ædificentur, & inter duo solaria ex aduerso sese spectantia, decem pedes relinquantur. Sin hoc præ loci angustia fieri non possit, tunc solaria fiant ἐκ παραλλαγῆς, hoc est, vt se inuicem ex aduerso vel ἐκ παραλλήλου respiciant, sed alternis, & ex obliquo atque transuerso. Si verò spatium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec aduersa nec transuersa liceat solaria aut meniana[s] fabricare. Quæ verò secundum supra scriptam formam ædificabuntur, iubemus alia esse ab imo solo pedes quindecim, & eorum quidem columnas lapideas aut ligneas ita solo imponi iubemus, vt non ad cathetum[t] siue perpendiculũ stẽt, sicuti nec muros, vt nec aer qui est sub illis in superiore parte, vt dictũ est, constitutis solariis, obturetur, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicum iter. Prohibemus autem & scalas[u] à solo angiportus inchoare, & ad solaria

c Rectè hoc additum. Nam in prouinciis permissum erat ædificare Mœniana, non tamen in vrbe semper *Ammian.27.* Nã & Mœniana Prætextatus præfectus vrbi sustulit omnia, fabricari Romæ priscis quocũq; vetita legibus.

d Menianũ seu solarium à priuati ædificio extruere quis potest, relicto decem pedum spatio: à publico ædificio, quindecim pedibus, *Synopsis ibid.c.9. 2. Harmen. 4.§.65.*

e De intercapedinis modo, dixi ad *l.14.ff.de seruit.Vrbanorum.*

† Inter ædificia priuatorũ Theodosium reliquisse interuallum X. pedum, leges Gundebaldi Burgundionum docent. & ius hoc fuisse vetus Leo scribit *Nouel.vl.* hodie XII. *l.12.j.eod.*

f mensurã vel intra X V. pedes ædificare vel mœnianum possidere tentauerit. &c. *Cuiac. ita restituit 19. obs. 21.*

g *l.9.s.eod. adde l.vlt.ff.fin.regundor.*

h *adde Nou.63. 165.2.Harmenop. 4.§.59.*

i interpretatio Contij.

k *v.Gell.1.c.10.*

l Id est, antecessoris.

m *58.Eclog.2.c.* περὶ παραγγελίας *ex tit.11.ca.10. 2. Harmenop.4. ca.* περὶ ἀνανεώσεως οἴκου παλαιοῦ, *l.1. s.de seruitutib.l. 11.ff. de seruitut. vrban. l. 8.§.3.ff. de oper.noui.l.27. §.1.ff. de aqua pluu.*

n de forma dicam. *j.eod.*

o quo nomine Constãtinopoli fuit controuersia inter duos vicinos, Anthemium mathematicum, & Zenonem rhetorem de prospectu instituto contra veterem morem, & de seruitute altius non tollendi, & non officiendi luminibus. *Agathias scholasticus lib. 5. hist.* Similem quoque in vrbe refert Zonaras fuisse querelam mulieris cuiusdam aduersus Petronam præfectum vigilũ vicinum suum, τὰς ἑαυτοῦ διαίτας ὑψῶντα κατὰ τῆ αὐτῆς οἰκία ἐπισκοποῦντα. *adde Cuiac.17.obs.35.*

p *Harmen.d.loco. Eclog.d.loco.§.3.inf.j.eod.§.vlt.Inst.de seruitutib.*

† Ædificaturus 12. pedes relinquit inter propriam & vicini domum. & ita abrogatur lex 11. *vers. quem intercapedinis s.eod.* & Harmenopuli locus *2. t.4.c.de domuum extructione: c.de domuum eleuationibus.* Reducitur tamen à Leone *Nou. vlt.* Legib. XII. tabularum sufficiebat intra vicinorum domos spatium duorum pedum, dimidij interdum, vt ait Festus & Isidorus *15. Etym.vlt.* dixi ad leges XII. tabularum *lib.2.tit.11.§.6.*

q Dubium ambiguitatem non tollit.

r Principium interualli à vicini ædificio relinquendi sumendum est à fundamentis. Est enim fundamentum norma altitudinis.

s Licet in infinitum ædes suas tollere intra legitimum spatium. Augusti lege non licebat 70. pedibus altius tollere *Strabo 5. Traiani 60. Sextus Aurelius Victor in Traiano. Leonis 100.v.s.4.j.eod.*

t παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγοὺς *hic & §.5.j.eod.* Glossis Transenna κεραμὸς φωταγωγός. *Harm.d.loco.* παρακυπτικῶν tantum facit mentionem: Ecloga, fenestrarum tantum. τοξικαὶ vero aliud genus fenestrarum est apud Harmenopulum *d.l.c.* περὶ τοξικῶν Galli videntur appellare, *archieres & barbacanes.*

u Fenestræ prospectiuæ & luciferæ. x Directus in mare prospectus nemini tollendus, nisi intermisso spatio centum pedum: obliquus tolli potest intermisso spatio duodecim pedum. Hodie etiam in obliquum seruatur spatium centum pedum *Nou.63.165. Harm.d.loco cap.* περὶ ἀπόψεως *in fin.* idque Harmen. d. cap. περὶ ἀπόψεως ὀρέων, ex Papiniani *lib.3.quæstionum.* porrigit ad prospectum montium. Eclog. *d.loco*, negat vllo modo etiam per obliquum adimi posse.

y Obliquus prospectus maris, ἐκ πλαγίου *Eclog. d. loco.*

z Hortorum atque arborum nulla seruitus esse debet: Græci id ita explicant, *Eclog.d.loco.* Apud Harm. *d.loco ca.* περὶ κήπων καὶ φυτῶν, licet horum prospectũ impedire interpositis quinquaginta pedibus.

a ἐν στενωπῷ *Syn. & Har. illo loco.*

b *vide Eclog. dicto loco.*

c παρακυπτικὰς *vt s.§.2.*

d φωταγωγοὺς *vt s.§. 2. Harm. d.loco c.* περὶ φωταγωγῶν θυρίδων. vbi in notis & nomenclatore exposui quid esset φωταγωγοὶ & παρακυπτικαὶ θυρίδες.

e ψευδόπατον.

f σοφίζεσθαι τὸν νόμον.

g Fenestræ luciferæ prospectiuis minus vtiles. illis lumen tantũ: his prospectum percipimus.

h Fenestris prospectiuis nocetur vicino.

i *§. primo s. eo.*

k Centum pedum spatio intermisso prospectum etiam directum vicino possumus adimere *Eclog. d.loco. Harmenop. d. loco ca.* περὶ ἀπόψεως.

l Intra minus spatium quàm centum pedum scilicet. minus, putà intra XII. pedes.

m μαγειρείων *hic. Eclo. d.loco.* μαγειρείου. *Harm. d. loco.*

n κλιμακὸς *hic*, κλιμακῶνος, *Harmeno.d. loco.*

o ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρήσιμον, ἢ καὶ τούτων ἃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ βαστέρνια *hic*: ἢ ἀπὸ βαστερνίων ἤγουν τῶν λεγομένων παρόδων, ἤτοι διαβατῶν. *Harmenopulus dicto loco.* quidam legunt διαβάσεων. Porrò, basternæ sunt transennæ, siue protecta quæ habentur in ædibus transeundi vel spaciandi gratia. Alio sensu, basternæ vehicula sunt, siue lecticæ, vel, vt est in glossis veterum Esseda, quæ (quod plerunque speculari lapide clauderentur) eædem glossæ illo loco Iuuenalis, *Quæ vehitur clauso latis specularibus antro*, rectè interpretantur basternas. Antrum dixit, vt Hieronymus caueam basternarum. Palladio Amites basternarum, sunt perticæ, quibus ea vehicula sustinentur. Seruius Honoratus, Pilenta sunt vehicula, sicuti nunc basternas videmus. Lampridius in *Heliogabalo*, Dedit basternas & rhedas. Ammianus 14. Basternis per latera ciuitatis cuncta discurrunt, *adde Cuiac. 13. obseruat. 30.*

p *§. 2. §. 3. supra eo. §. vlt. inst. de seruitutibus.*

q Σολάρια *hic*, σωλάρια *Eclog. dicto loco. Harmenopul. dicto loco, cap.* περὶ σωλαρίων.

r ῥωμανήσια *Græci hic. & Eclog. d. loco.*

s ἤτοι ἐξώστας. *Græci hic: adde Harm. d. loco.* περὶ ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου ibi ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου ibi ἡλιακὸν τὸν παρά τινων ἐξώστην καλουμένων. *dixi ad l.11. s.eo. adde Nouell. Leon. vlt. vbi* περὶ ἡλιακοῦ.

t κατὰ κάθετον *hic.* κατὰ κάθετον *Eclog.d.loco. Harm.d.loco.*

u *Eclog.d.loco. Harmenopul. dicto loco.* Scalæ, traiectus maritimi *Nou. 159.* siue portus aut stationes nauium auctore Moschopulo περὶ χειλῶν. Alciatus perperam coenacula interpretatur.

ducere, ita vt tam ex impensa & præparatione firmiore, quam quod non ita proxima sint inter se solaria, breuiora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula ciuitati, & his qui domos habent, immineant. Si autem contra nostram hanc legem fiat solarium vel scala: non id solũ quod factum fuerit, detruncabitur, sed etiam ædificij dominus decem auri librarum pœnam expectabit: & qui designauit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persoluet, & qui fabricauerit artifex, si per inopiam[a] non potuerit pœnam soluere, corpore luens à ciuitate fiat extorris.

6 ¶Præterea iubemus nemini † licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & stationibus ab eo, quod vocatur Milium,[b] vsque ad Capitolium obstruere ædificiis, vel solis etiam tabulis, vel aliis quibusuis rebus in medio columnarum extructis: sed ipsa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes sex, comprehensis etiam parietibus plateam versus: in altitudine verò pedes septem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiusmodi tabernacula siue officinas exterius saltem marmore, vt & ciuitati sint decori, & transeuntibus voluptati. In reliquis autem ciuitatis regionibus[c] extructas in [d] mediis columnis officinas, pro vt vrbi esse vtile, & quatenus & quomodo existimauerit, extrui sancimus, omni[e] æqualitate seruata, ne quod vni permittitur, cæteris prohibeatur.

7 ¶Et hoc quidem constituimus, vt ne calumniantium dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum struatur. Multi enim ædificaturis lites, non ex iniuria aliqua accepta, sed per inuidiam substruentes, intermissionũ illis causam præbent: vt eum, qui iam cœperat ædificare, prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in ius tractum, pecuniam ad ædificationem repositam, litigando consumere cogant: & (quod omnium incommodissimum est) postquam victricem sententiam retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari contingit, dũ appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac frustratione, & ædificationis interruptione voluptatẽ capit eius aduersarius. Adiicimus itaque in eiusmodi casibus, vt si[f] appellatio ab his, quæ ab arbitro definita sunt, intercesserit, simul atque missa fuerit ad iudicem relatio vel forma scriptis redacta, licere victori & victo, non obseruato legitimo appellationis introducendę tempore, vnà cum aduersario vel soli ad tuæ[g] magnificentiæ tribunal accedere, & aduersario ex more vocato, si absit, terminum rei controuersæ facere: vt omni mora abscissa, legitimus liti finis imponatur, ne hyeme, si ita acciderit, præsente vel imminẽte, dum longos appellationum dies[h] statos expectare cogitur is, qui iniustè ab incepto ædificio prohibitus est, damna intolerabilia sustineat. Quod autem est proximum, si etiam quis in huiusmodi controuersiis appellare[i] voluerit, conquerens de magnitudinis tuæ sententia, illico eam, quã dicunt consultationem [k] fieri iubemus & dari tam victo quàm victori, vt de more sententiam ipsam accuratiùs expendant in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Nouerint autem quicunque ædificantes impedire pręsumpserint, quòd si victi fuerint, & omne[l] quodcunque contigerit damnum resarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam aut deterioratam, esse inter litium moras, rependent. Quod autem ad eos qui iniustè ædificare tentauerint, attinet: & hi si victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & causæ ideo adesse coactus fuerit refundent. Omnem autem huiusmodi controuersiam in solo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus, & neque vlli cuiquam illustrium magistratuum audire huiusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiæ vel fori præscriptione ad detrectandum[m] iudicium vel sumptuum & damnorum quæ sententia gloriosissimi præfecti vrbis, aut ab ipso dati cognitoris continebuntur, solutionem detrectandam permittimus: sed exactioni eos subiici volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione vtente.

8 ¶Prouideat autem magnificentia tua, ne[n] qui redemptorum aut fabrorum aut artificum opus à se inchoatum relinquat imperfectũ[o], sed vt accepta mercede opus quod incepit, perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino dispendij sensit ex eo quod opus perfectum non fuerit, sarciat. Si autem penuria[p] laboret qui ita deliquerit, fustibus cæsus ciuitate eiiciatur. Nullus [q] autem id perficere prohibeatur, quod ab altero cœptum opus fuerit: quod præsumi cognouimus à quibusdam artificibus vel redemptoribus, nec iis quæ ipsi cœperint, finem imponentibus, nec alios id perficere sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis, qui domos suas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quòd ab alio antea inchoatum sit, is eandem pœnam excipiat, quam is excepit, qui opus reliquit.

Antonius Contius iuris studiosis. Quid in hac lege restituenda, vel in Latinum sermonem transferenda præstiterimus, experiemini, si hanc nostram operam cum editione Portana & Scrimgeriana contuleritis. nam in vtraque sequens constitutio erat acephala, & in altera ita corrupta & translata, vt magna ex parte aieret quæ hæc negat, negaret quæ hæc asserit. En quanta in legibus vel edendis vel transferendis cautio. Vtraque etiam editio prima istius constitutionis verba in inscriptionem ipsius transtulit: altera sic. Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως κ̓ δικῶν. Εἰρήνης ἀπολάυοντες, &c. Altera vero sic, Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως κ̓ δικῶν εἰρήνης ἀπολάυοντι. Τὸν παρόντα, &c. *Qui error ei contrarius est, qui ante Haloandrum obtinuerat in principio constitutionis de Iustinianeo codice confirmando: vt illa verba inscriptionis,* Ex præfecto huius almæ vrbis, *in textum ipsius constitutionis irreperent, hoc modo:* Ex præcepto huius almæ vrbis &c. *Quis autem vnquam appellari audiit præfectum vrbis, præfectum iudiciorum, aut iudiciorum pacis? Itaque quamuis sola coniectura adiutus sim, in huius legis principio restituendo: omnibus tamen vobis probatum iri iudicium meum spero. Est autem elegantissima lex, & ad multos iuris articulos controuersos, si qua alia, apprimè vtilis.*

Ad superiorem legem Zenonis.

13. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

CVm dubitabatur vtrum constitutio Zenonis[r] diuæ memoriæ ad[s] Amantium præfectum vrbi scripta, quæ de seruitutibus loquitur, localis esset, & huic florentissimæ vrbi dedicata, deberent illius quidem iura in hac obseruari: antiqua verò, quæ contraria sunt, locum habere in prouinciis: indignum esse nostro tempore putantes, aliud|| [t]ius|| in hac regia ciuitate de huiusmodi obseruari, aliud apud nostros esse prouinciales: sancimus eandem constitutionem in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & secundùm eius definitionem omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatum est à vetere dispositione, hoc & in prouinciis à præsidibus earum obseruari: cæteris[u] videlicet omnibus quæ non per Zenonianam legem innouata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus. Dat. Kal. Septemb. Constan. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.531.

DE NOVI[x] OPERIS NVNCIATIONE.

Tit. XI.

Si nunciator noui operis sit paratus statim de iure suo docere, debet audiri & de causa cognosci, & intra tres menses terminari. Salyc.

1. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

DE operis noui nuntiatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem nostra cognouit tranquillitas, dicentibus, si quis denunciationẽ ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatio missa est, iterum ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur. siue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: siue rectè denũciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia vrbe præfectum vrbi festinare: in prouincia verò rectorem eius intra trium[y] mensium spatium causam dirimere. sin verò aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur, efficere prius fideiussore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali, vt si non rectè ædificauerit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet. Sic .n. & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciantibus consuletur. Dat. 12. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. anno secundo. 532.

DE OPERIBVS PVBLICIS[z].

Tit. XII.

De immunitate.

1. Imperatores *Constantius & Constans* AA.[a] ad Catulinum.

PLVRIMI[b] immunitates operũ publicorum concessione[c] iudicum adepti sunt: & ideo iubemus in posterum elicitas immunitates nullius esse momenti. Dat. 6. Kal. Aug. Sirmij, Vrso|| Lupulo || & Polemio Coss. 338.

De impensis accepto ferendis.

2. Iidem AA. ad Marcellinum com. Orientis.

a dixi l. 1. in fi. D. de pœnis.

† 58. Eclo. 1. c. περὶ παραγγελίας ex tit. 12. c. 22.

b ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ μιλίου hic: ἀπὸ τοῦ μιλίου Eclog. d. loco. vbi Leunclaius miliarium vertit. Miliarium columna Romę posita in foro ab Augusto, à qua omnes vię Italiæ initium & finem capiebant. dixi ad l. 154. D. de ver. sig. adde Suet. in Othone.

c de regionibus vrbis aliàs dixi adde d. l. 1. D. 13. §. de officio præfecti vrbi.

d τὰ ἐμμεσόστυλα &c. Tabernæ quę in medio columnarum cõsistunt, prout existimauerit pręfectus vrbi, struantur: qui parem in omnibus modum seruabit Syn. Basil. 58. tit. 21. ex ti. 11. c. 10.

e Ea æqualitas est, quoties ꝙ vni permittitur ceteris non negatur.

f 58. Eclog. 2. cap. περὶ παραγγελίας ex tit. 11. c. 11.

g Præfectum vrbis intellige, ex inscriptione huius constitutionis.

h ἕως τῶν ὡρισμένων τῶν μακρῶν τῶν ἐμπροθέσμων χρόνων. Greci hic μὴ ἀναμένειν τὰς κυρίας Eclo. d. loco. vbi alij legũt κηρίας easq; definiunt τὰς ἐμπροθέσμους ἡμέρας qua de re dixi ad No. 49. c. 1.

i hinc constat licuisse appellare à Præfecto vrbi. quod tamen aliquando prohibitum fuit, sed postea iterum permissum l. 23. Cod. Theod. de appell. l. 2. D. de his qui propter me. su. vt in ea reminor fuerit auctoritas præfecti vrbi quàm præfecti prætorio. Idẽ significat Symmachus & ipse pręfectus vrbis, lib. 1. epist. 41.

k τὴν καλουμένην consultation.

l Eclo. d. loco in fi.

m Eclog. d. loco.

n l. vn. §. de monopoliis.

o d. l. vn.

p adde §. 5. in fin. §. eo. l. 1. in fin. D. de pœn.

q Perficere id nemo prohibetur, quod ab alio in cœptum.

r l. 12. §. eo. Nou. 63. in pr.

s ad Adamantium, vt ex inscriptione d. leg. 12. constat.

t Ius vrbanum ad prouincias plerunque extẽditur.

u Vbique terrarum, hoc est, nõ modo in vrbe, sed etiam in prouinciis, quæ de ædificiis superius dicta sunt, obtinent, excepto prospectu in mare. Nam is Constãtinopoli duntaxat & in eius continentibus duntaxat locum habet. Synop. Bas. 58. ti. 21. ex ti. 11. c. 12. adde 2. Harm. 4. §. 59.

x dixi ad 39. ff. t.

y hęc Nunciatio noui operis intra tres menses finienda: post tres menses is cui nouum opus nunciatum est impunè ædificare potest, pręstita cautione de opere restituendo.

z 15. C. Theodos. t. 50. ff. 10. 54. Eclo. 12. Pertinet quoque hic titulus ad interdicta de pœnis publicis l. 1. D. de interdictis.

a Haue Catuline karissime l. 5. C. Theod. eo. t. §. eo.

b d. l. 5. C. Theod. eo.

c iudex immunitatem ab opere publico concedere non potest.

QVæ[a] operibus publicis impensa[b] constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. Dat. 5. Non. Octob. Constantinop. Limenio & Catulino Coss. 349.

De cruce & sanctis reliquiis.

3. Græcæ constitutionis epitome[c].

NEque monachus neque alius quivis in loco publico vel ubi spectacula fiunt, crucem[d] imponat aut reliquias sanctas.

De prætoris & publicis domibus.

4. Iidem AA. Ecdicio præfecto Ægypti.

PRætoria[e] iudicum & domus publicas[f] oportet publico iuri atque usui[g] ||semper|| vindicari. PP. 4. Non. Decemb. Antiochiæ, Mamertino & Nevita Coss. 362.

De iudicibus.

5. Imperatores *Valentin. & Valens* AA. ad Symmachum præfect. urb.

INtra[h] urbem Romam ||veterem & novam[i] ||nullus iudicum novum opus informet[k] quoties serenitatis nostræ[l] arbitria cessabunt, ||nisi[m] ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit. ||Ea tamen instaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. Dat. 8. Kal. Iun. Philippis, divo Ioviano & Varroniano Coss. 364.

De temporis præscriptione, & de rescriptis.

6. Imperatores *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. ad[n] Proculum.

PRæscriptio[o] temporis[p] iuri publico non debet obsistere, sed nec rescripta[q] quidem atque ideo diruenda sunt[r] omnia, quæ per diversas urbes vel in foro vel in publico quocunque loco || contra[f] ornatum & commodum ac decoram faciem || civitatis exstructa noscuntur. Datum 3. Id. Iul. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino Coss. 383.

A quibus operibus dignitas non eximit.

7. Iidem AAA. Cynegio P.P.

AD[t] portus, aquæ ductus || & murorum || instaurationem ||sive extructionem, ||omnes certatim facta operarum collatione instare[u] debent, neque aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis privilegiis excusari. Datum 15. Ka. Feb. Constantinop. Richomere & Clearcho Coss. 384.

De operis vitio.

8. Iidem AAA. Cynegio præf. præt.

OMnes[x] quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad exstructionem solito more credita, usque ad annos quindecim[y] ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii: ita ut si quid vitii in ædificatione intra præstitutum tempus pervenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. 3. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Coss. 385.

An domus diruendæ sint inchoandæ publicæ fabricæ gratia.

9. Imperatores *Theod. Arcad. & Honor.* AAA. Aureliano præfect. urbi.

SI[z] quando concessa à nobis licentia fuerit exstruendi: id sublimis magnificentia tua sciat esse servandū, ut[a] nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur: nisi usque ad L. libras argenti pretii æstimatione taxabitur. De ædificiis verò maioris pretii ad nostram scientiam referatur: ut ubi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas. Dat. 3. Kal. Mart. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Coss. 393.

De inscriptione nominis.

10. Iidem AAA. Rufino præf. præt.

SI[b] qui iudices, perfecto || publicis pecuniis || operi suum[c] nomen sine nostri numinis mentione inscripserint, maiestatis teneantur obnoxii. Dat. 3 Non. Iul. Constantinop. Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. 394.

De refectione publicorum mœnium & thermarum.

11. Imperatores *Arcadius & Honorius* AA. Eusebio comiti sacrarum largitionum.

NE[d] splendidissimæ urbes vel oppida vetustate labatur, de[e] reditibus fundorum iuris reipublicæ tertiam[f] partem reparationi[g] publicorum mœnium, & thermarum subst[h]tutioni[h] deputamus. Dat. 11. Kal. Iul. Mediolani, Olybrio & Probino Coss. 395.

De muris urbium.

12. Iidem AA. Cæsario præf. præt.

OMnes[i] provinciarum rectores literis moneantur, ut sciant ordines atque incolas urbium singularum muros vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare, scilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio curat pro viribus singulorum, deinde adscribantur pro æstimatione operis futuri territoria civium: ne plus poscatur aliquid, quàm necessitas imperaverit, neve minus: ne instās impediatur effectus. Oportet namque per singula || non sterilia || iuga[k] certa quoque distribui, ut par cunctis præbendorum sumptuum necessitas imponatur: || nemini excusatione vel alia præsumptione ab huiusmodi immunitate præbenda. || Dat. 9. Kal. Apri. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss. 396.

De iudicibus & ordinibus civitatum.

13. Iidem AA. Theodoto præf. præt.

NEmo[l] iudicum in id temeritatis erumpat, ut, inconsulta pietate nostra, novi aliquid operis existimet inchoandum: vel ex diversis operib. ornamenta[m], aut marmora, vel quamlibet speciem, quæ fuisse in usu & ornatu probabitur civitatis, eripere, vel alio transferre sine iussu sublimitatis tuæ audeat. Etenim si quis contrà fecerit, sex libris auri multabitur. Similis autem condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis[n] patriæ decreti huiusmodi auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorū fabricas arbitratu proprio provinciarū iudices studio laudandæ devotionis arripiant. Dat. ||3|| Kalend. Ian. Mediolani, Honorio IIII. & Eutychiano Coss. 398.

Quæ ædificia dirui debent.

14. Iidem AA. Severo P. V.

AEdificia[o], quæ vulgo[p] parapetasia[q] nuncupantur, vel si qua alia opera[r] mœnibus vel publicis operibus ita sociata cohærent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet aut angustentur[f] spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni præcipimus. Dat. 6. Id. Octo. Constantin. Honor. A. IIII. & Eutychiano Coss. 398.

Si princeps opus publicum alicui concesserit.

15. Iidem AA. Eutychiano præf. præt.

SI[t] aliquando homines emergant, qui à nostra clementia opus publicum sibi præberi postulaverint: nonnisi diruta[u] penitúsque destructa, & quæ parum sunt in usu civitatum, percipiant: intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimæ tuæ sedis. Dat. Idib. Decemb. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss. 398.

De imagine principis.

16. Iidem AA. Aemiliano præf.[x] præt.

SI[y] quando usus exegerit vel porticus vel quaslibet ædes ætatis senio seu fortuitis concussas casibus reparari: liceat, etiam inconsulta clementia nostra, cum reverentia sui, imaginem[z] deponere, vel nostram, vel retrò principū, reportatamque post refecta ædificia loco proprio denuo collocare. Dat. 5. Kal. Iul. Constantinop. Arcadio A. VI. & Probo Coss. 406.

Ne locus in publico palatio privatis ædificiis occupetur.

17. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio P.P.[a]

QVicunque[b] locus in palatio[c] huius urbis privatis ædificiis incommodè occupatus est: is quàmprimum subruptis omnibus, quæ in eo sunt, ædificiis, palatio reformetur: quod privatorum non est parietibus coarctandum. Nā imperio magna ab universis secreta[d] debentur: ut hi tantū locum habeant habitandi, quos legitimus maiestatis nostræ usus, & reipublicæ disciplina delegit: in futurum etiā universis ab huiusmodi usurpatione prohibendis. Dat. 9. Kalen. Mart. Constantinop. Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss. 409.

De turribus novi muri ad munitionem urbis extructi.

18. Iidem AA. Anthemio præf. præt.

TVrres[e] novi[f] muri, qui ad munitionem splendidissimæ urbis extructus est, completo opere præcipimus eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuæ magnitudinis ex nostræ serenitatis arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuum & conditione servanda, ut annis singulis hi, ad quorum iura terrulæ de-

a *l. 6. C. Theod. eo.* Quæ operi publico verò impensa constiterit, præfectis operum (ἐργοπιστάταις) accepto ferri debent. *Synop. Bas. 54. tit. 12. ex lib. 58. tit. 12. c. 1.*
b Impensas in operibus publicis accepto ferri oportet *54. Eclo. 12. c. 5. ex lib. 58. tit. 12. c. 2.*
c Cuiacius *hic*, negat Græcam esse constitutionem sed potius Latinam esse ait *ex l. 26. §. de epis.*
d *d. l. 26.*
e *l. 8. C. Theod. eo.* Syracusis, prętorium erat, domus quondam Hieronis regis Siciliæ *Cicer. 5. in Verrem.* Prætoria antè dicta quòd prætores Romani in provincias Romanas missi ea loca inhabitabant sive quia à regibus quondam earum provinciarum commodè ædificata sive quia ad maiestatem populi Romani conferre [illegible], pertinere putabant, magistratus Romanos in huiusmodi ædibus vivere.
f domos iudiciarias *d. l. 8.*
g non in privatorum usu.
h *l. 11. C. Theod. eo.*
i i. Constantinopolim.
k sumptu sc. publico.
l *54. Eclo. 12. cap. 5.*
m Iudex, sua pecunia sine rescripto principis, novum opus potest ædificare.
n Haue Procule K.N. (id est Karissimè nobis) *l. 22. C. Theod. eo. adde l. 1. §. eo.*
o Præscriptione ulla temporis defendi non potest, qui ita ædificavit in loco publico, ut inde damnum civitati daret: ne quidem si princeps ei potestatem ædificandi fecerit. *Synop. 58. tit. 21. ex tit. 11. c. 6.*
p *l. 9. l. 45. D. de usucapionibus. l. 2. §. Ne rei dominicæ. adde inst. de usucapionib. No. 30. c. 7.*
q *l. 3. §. de precibus imperat.*
r *58. Eclo. 22. cā. περὶ παρεγγιλίας ex tit. 12. c. 6. & ibid. tit. 12. ex lib. 58. tit. 12. c. 7.*
f Contra ornatum urbanum ædificare non permittitur.
t *l. 23. C. Theod. eo. 54. Eclog. 12. c. 7. l. 7. §. de sacrosanctis eccles. adde Nou. 38. No. 149. c. 3.*
u Instaurare. *Hal.*
x *l. 24. C. Theod. eo. Eclog. d. loco c. 8.*
y Curator operis publici, vel qui pecuniam ad exstructionem accepit, tenetur de operis vitio intra quindecim annos, nec is tantū, sed & eius heredes: ut si quid ab opere suis vitium acciderit (non tamen fortuito casu) ex eius patrimonio reformetur. Syno. Bas. 54. tit. 12. ex lib. 58. tit. 12. c. 8. Decem annorum tantum spatii meminit Harmenopul. 3. tit. 8. §. ul. quod verisimile est servatum in operib. privatis.
z *l. 30. C. Theod. eo.*
a Domus excedentes valorem 50. librarum argenti, dirui non debent etiam ad opus publicū ædificandum *ut hic*: potest tamē excipi casus *legis 14. §. eo.*
b *l. 31. C. Theodos. eod.*
c de nomine in scribendo. *adde l. 3. in fi. D. eo.*
d *l. 32. C. Theodos. eo.*
e Unde sumptus recuperandis ædificiis sumantur *adde l. 3. §. de vendend. reb. civ. l. 9. §. de diversis prædiis. adde l. 17. §. hoc tit.*
f *Eclog. d. lib. ca. 11.*
g εἰς τὸ δημόσια ἔργα καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν δημοσίων βαλανείων in opera publica, publicorúmque balneorum exitus. *Syn. ibid. c. 11.* sed haud dubiè legendum est ἐγκαύσεις. ut sint balnearum calefactiones. Iubet enim Arcadius. In opera publica & publicorū balneorum calefactiones, tertiam partem rei publicæ impendi.
h substitutioni *d. l. 32.* ὑποκαύσει male in Synopsi Eclogæ *d. l. cap. 11.* legitur ἐκβάσει *v. Cui. 18. obs. 37.*
i *l. 34. C. Theodos. eo.*
k quidam legūt iugera: & malè.
l *l. 37. C. Theodos. eo. adde l. 5. l. 6. §. eo.*
m æramen *d. l. 37.*
n genitalis patria.
o *l. 39. C. Theodos. eo.*
p vulgi more *d. l. 39.*
q *d. l. 39* parapetasia *Hal.* παραπέτασμα *Basil.* παραπήγματα *Cuiac. hic.* id est, adplicita vel adficta muris vel aliis operibus publicis. Parapetasia verò, quasi adtensa.
r opera publicis mœnibus, vel privatis sociata, &c. *d. l. 39.*
f Nota.
t *l. 40. C. Theod. quæ hic admodum immutata est.*
u Concessio generalis de opere publico, intelligitur de diructo & diruto, quod tamen non fit in usu publico.

x præfecto urbi *l. 44. C. Theod. eo.* y *d. l. 44.* z Imago principis reponenda. De honore principum imaginibus adtributo *dixi l. 7. in fin. D. ad leg. Iul. maiestat.*
a Præfectum urbi *l. 47. C. Theod. eo.* b *d. l. 47.*
c Palatii loca privatorum ædificiis occupari non oportet. d Imperio magna secreta debentur. e *l. 51. C. Theodos. eod.* f à Theodosio iuniore ædificari. *dixi No. 59. c. 5. adde l. 7. §. de metatis. l. 18. §. de sacrosanct. eccles.*

mi-

a Turres & muri pro munitione ciuitatum in agris priuatorum ædificati, eorum sumptu reparantur. b Pręfecto vrbi *l.52.C.Theodos.eo.*
c *d. leg. 52.*
d De sumptibus ad præbenda luminaria, ædificia & tecta reparanda. *adde l.11.ſ.eodem. adde quæ scripsi ad l.2.ſ.de aleatoribus.* e reparandæ gratia vrbis lauacro *d. l.52.*

migrauerint, proprio [a] sumptu eorum instaurationem sibimet intelligant procurandam, eorúmque vsu publico beneficio potientes, curam reparationis ac solicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim splendor operis, & ciuitatis munitio, cum priuatorum vsu & vtilitate seruabitur. Dat. prid. Non. April. Lucio V.C. Coss. 413.

De reditibus domuum & officinarum quæ sunt in porticibus Zeuxippi.

19. Iidem AA. Seuerino præf.[b] præt.

QVia[c] plurimum domus cum officinis suis in porticib. Zeuxippi esse memorantur: reditus memoratorum locorum pro quantitate, quæ placuit, ad præbenda luminaria[d]. & ædificia ac tecta reparanda, [e] regiæ huius vrbis lauacro sine aliqua iubemus excusatione conferri. Dat. 5. Idib. Ian. Victore V.C. Coss. 424.

De angiportis & porticibus.

20. Impp. *Theodosius & Valentinianus* AA. Cyro præfecto vrbi[f].

QVi [g] sine auctoritate diuini rescripti ad iudicium tuæ celsitudinis destinandi, angiportus [h] integros, vel partes suis domib. incluserunt, seu porticus vsurparunt [i]: proculdubio iura pristina sacratissimæ reddere ciuitati || iubemus: || multa || auri || quinquaginta librarum non defutura, si quis posthac in similem audaciam prodire tentauerit. Datum Kalend. Nouemb. Theodosio A. XVII. & Festo Coss. 439.

De Basilica.

21. Iidem AA. Cyro P.V.

BAsilicam[k] inauratam, & marmoribus decoratam, liberam in perpetuum manere, neque alicuius imaginis, aut pictarum cuiuslibet honoris tabularum obumbratione fuscari iubemus, neque in aliqua parte eiusdem basilicæ tabulato quidquam opere stationes, [l] ergasteriáve constitui sancimus. Illud quoque decernimus, ne in eam equos [m] liceat intromitti, vel nuptias celebrari. Datum 11. Kalend. Febr. Constantinop. Valentin. A. V. & Anatolio Coss. 440.

De nouis operibus non inchoandis antequam imperfecta perficiantur.

22. Imp. *Leo* A. Erythrio.

NEmini[n] iudicum liceat in hac inclyta vrbe, vel in prouinciis noua opera inchoare, priusquam [o] ea, quæ incepta inuenerit à decessore vel prædecessorib. suis, vetustate diruta, aut desidia derelicta, diligenti studio instantiáq; copleuerit: cum ex hoc plurimum laudis acquirat, si ea culta & perfecta reddiderit, quæ vetusta sunt, & instaurationem requirunt, quæque ab aliis initiata & imperfecta resederant. Dat. II. Kal. Martij, Constantino Martiano & Zenone Coss. 469.

Desideratur Græca constitutio id continens, quod primo cap. leg. 26. supra de episcop. aud. cauetur, quod miror Ant. Aug. non aduertisse. illius ergo constitutionis prior pars hic videatur.

DE RATIOCINIIS[p] OPERVM publicorum, & de patribus[q] ciuitatum.

Tit. XIII.

1. Imp. *Zeno* A. Arcadio præf. præt.

IVBEMVS prouinciarum quidem rectores[r], & singulæ diœceseos viros spectabiles iudices, id est pręfectum Augustalem, & comitem Orientis, & vtrosque proconsulęs, & vicarios, vnà cum suis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ sedis dispositionum, discutiendis [s] publicis operibus, vel aquæductibus qui ex ciuilibus reditibus, vel à quolibet spontanea munificentia facti sunt vel fuerint, modis omnibus abstinere: nec aliquid quolibet modo, vel quolibet tempore in discutiendo ciuiles reditus, vel facta opera, vel quæ fieri adsolent, vnam siliquam sibi ex singulis erogandis solidis vindicando, aut quodcunque lucrum captando, cum huiusmodi rebus habere commune, vtpote patribus[t] ciuitatum, & curæ eorum deputatis. Qui verò opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint, licèt certum sit eos || ex sola[u] || pollicitatione vel pactione ad

f & consuli designato *No. Theodos.*
g 58. *Eclog. 2. cap. περὶ παραγγελίας ex tit. 11. c. 19. 2. Harmenopul. 4. §. 136.*
h στενωπὸν ἢ στοὰν angiportum vel porticum: *Syn. illo loco, πολλὰς ρύμας ἢ μέρει τούτων*: multos vicos aut horum partes. *Harm. illo loco.*
i *l. 4. ſ. eo. l. 21. ſ.*
k Quę opera in basilica fieri nō liceat.
l *l. 7. §. 13. D. ex quib. caus. in possess.*
m *adde l. 4. ſ. de Iudæis.*
n *huc refer. l. 3. C. Theod. eo.*
o *d. l. 3.*
p *l. 2. ſ. tit. pro.*
q Hi curam habent operum publicorum *le. vn. ſ. eo.* eorundē fit mentio in *No. 17. 75. 84. 104. 128. 160.* Curam quoque armamentariorū habent *No. 17. 128.* quæ & ipsa numerantur inter publica opera & pecuniæ publicæ *l. 1. ſ. de aleato. adde l. vl. ſ. de infantib. exposit. adde leg. 3. ſ. de his qui sponte. l. 1. ſ. quib. muner. excus. l. 2. ſ. de debitor. ciuit. leg. 1. de solutionibus. l. 46 D. de damno.*
r *No. 17. c. 2.*
s i. curandis.
t *dixi in epigraphe ſ. eo.*
u *l. vl. ſ. de discussoribus v. l. 1. l. 3. D. de pollicitat. adde 54. Eclo. 12. ex tit. 13. c. περὶ τῶν ἐπαγγελλομένων δημόσιον τι ἔργον ποιεῖν.*
x *dixi ad 20. D. 1.*
y Pignoris cessio non liberat debitorem, *l. 8. in fi. ſ. si certum. l. 28. D. de reb. creditis.*
z *adde l. 2. D. qui potior. Cu. 11. obs. 32. infi.*
a Pignore speciali idoneo, creditor ex generali sua hypotheca rectè non agit. Specialis hypotheca secundi creditoris pręfertur speciali prioris idoneæ.
b id est, specialiter.
c Secundo creditori, hęc enim exceptio datur secundis creditoribus non tertiis quibuscunque possessorib. vide Negusantium *tract. de pignoribus. 1. membro, parte 8. num. 9. dixi ad l. vltim. ſ. de obligationibus.*
d vt non obstet *leg. 2. ſ. qui potiores.*
e Vi pacti pignus propria auctoritate capi potest *vt hic. l. 11. in fin. ſ. de pignoratit. l. 9. ſ. soluto. l. 56 D de contrahend. empt. facit l. 1. §. 2. D. de arboribus cædend. vide VVurmser. 1. pract. 30. c. 3.* vel ita, pactum de ingrediendis & occupandis bonis authoritate propria valet: excusatque creditorem occupantem à pœna bonorum raptoris, vide Negusantium *tract. de pignoribus, membro 3. parte 4. num. 9.* vel ita. Creditor, qui ex pacto pignus accipit, vim tamen facere non debet: sed authoritate præsidis possessionem adipisci *Sy. Ba. 25. tit. 2. c. 37.*
f Conuentionis legem exercere, est sequi conuentionem, vti conuentione.
g Pactum, vt debitor à creditore etiam capi possit, num valet? ita putat Zasius *2. Responsor. 8.*

implendum suæ munificentiæ opus necessitate iuris teneri: nullum tamen eos vel heredes eorum super facto opere ratiocinium, vel discussionem aliquam, vtpote non integram promissam quantitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem sustinere concedimus. Quòd si vir clarissimus prouincię moderator, vel eius officium, reditus publicos vel opera publica contra vetitum discutiendo, vel vnam siliquam, aut quodlibet ex iisdem reditibus vel operibus vindicando, sacratissimæ nostræ legis præcepta transierit: quinque quidem officij primates exilio damnati perpetuo, bona sua ciuitati quam læserint, non dubitent vindicanda: rector verò prouinciæ quinquaginta librarum auri ferietur dispendio: hac eadem pœna spectabilibus quoque iudicibus (licet illustri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis (sicut superius dictum est) imminente. Dat.*

DE PIGNORIBVS[x] ET hypothecis.

Tit. XIIII.

De pignoris cessione.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Timotheo.

DEBITOR, qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere[y], nihilo magis liberabitur. PP. V. Kalend. Mart. Seuero A. II. Albino Coss. 195.

De eo cui quædam specialiter & vniuersa bona generaliter obligata sunt.

2. Iidem AA. Lucio.

QVamuis constet specialiter [z] quædam & vniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere: iurisdictio tamen temperanda est. Ideóque si [a] certum est posse eum ex his, quæ nominatim [b] ei pignori obligata sunt, vniuersum redigere debitum: ea, quæ postea ex eisdem bonis pignori accepisti, interim tibi[c] non[d] auferri præses || prouinciæ || iubebit. PP. 2. Kal. Iul. Chilone & Libone Coss. 205.

De acquirenda possessione.

3. Iidem AA. Maximo.

CReditores, qui non reddita sibi pecunia, conuentionis[e] legem[f] ingressi possessionem[g] exercent, vim quidem facere non videntur: attamen[h] auctoritate præsidis possessionem adipisci debent. PP. Kal. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coss. 206.

Si debitor se dicat vi coactum pignori dare.

4. Iidem AA. Bellio.

CVm te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem, quod quereris vi [i] te coactū pignori dare. Si igitur recipere vis rem tuam, solue creditori || tuo || pecuniam debitam. Dat. 3. Kal. Iunij, Antonino A. III. & Geta III. Coss. 209.

An sententia lata contra debitorem præiudicet creditori.

5. Imp. *Antoninus* A. Domitio.

PRæses[k] prouinciæ vir clarissimus ius pignoris tui exequentem te audiet. nec[l] tibi oberit sententia aduersus debitorem tuum dicta, si eum collusisse [m] cum aduersario tuo, aut (vt dicis) non causa cognita, sed præscriptione [n] superatum esse constiterit. PP. Idib. Maiis, Romæ, Duobus & Aspris Coss. 213.

De eo quod propter pignus debitor soluit.

6. Idem A. Quinto.

IN summa debiti computabitur etiam id, quod propter possessiones pignori datas ad collationem [o] viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium [p] obsequium præstitisse[q] creditorem cónstiterit. PP. 3. Kal. Aug. Antonino A. IIII. & Balbino Coss. 214.

De vsucapione.

7. Imp. *Gordianus* A. Martiano.

VSucapio[r] pignoris[s] conuentionem[t] non extinguit[u]. PP. Non. Septemb. Pio & Pontiano Coss. 234.

h Quæ mihi licet exigere meo iure, honestius, melius ac tutius est exigere per iudicem, *leg. 7. §. primo. ff. de rebus eorum qui sub tut. leg. 7. §. tertio in fin. D. quod vi leg. 81. in fin. D. de solutionibus. facit leg. 10. infra eodem.* Ita Cęsar Herodi licentiam dedit in liberos, sed consilium adiunxit, asserens, melius consulturum, si proximiores reges eorúmque qui præsunt prouinciis conciliū congregaret. *Iosephus Egesippus. adde Cuiac. 16. obs. 12.*
i Qui pignus dedit creditori nō aliter mutuare volenti, non dicitur vim pati, *leg. 12. ſ. de rescind.*
k vide quæ notaui ad *leg. 7. ſ. eodem.*
l Victoria tertij aduersus debitorem non nocet creditori, litis contestationem ignoranti *vt hic: leg. 3. D. eod. leg. 63. versic. scientibus, D. de re iudic. leg. 4. §. quarto. in fin. D. de appellatio*, Secus est, si pignoriscō uentionem, sententia præcesserit *leg. 29. in fin. D. de except. rei iudicatæ.*
m Pignus debitor per collusionem iudiciariam alienans, creditori non nocet: vt & sententia aduersus eum contumacem lata. *Barto. in leg. 3. D. eodem.*
n *leg. 7. infra eod.*
o dixi ad *leg. 27. §. tertio. D. de vsufructu.*
p *leg. 8. leg. 15. D. de pignoratitia act.*
q Creditor, sumptus necessarios circa pignus factos repetit, *leg. 7. in fin. supra de pignorat. leg. 8. D. de pignorat. leg. 32. §. sexto in fin. D. de admin. tut.*
r *leg. 1. §. secundo D. eodem, leg. 44. §. quinto. D. de vsucap. ἡ χο-νία νόμη. 25. Eclo. 2. cap. 41. 3. Harmenopul. 5. §. 35.* id est, longi temporis possessio *leg. vltim. in fin. ſ. de oblig.* s putà pignorati serui. t An id innuitur, vsucapionem pignoris non perfici, si ita conuentum sit, vt ne vnquam vsucaperetur, seu conuentione impediri posse facultatem vsucapiendi: vel vsucapionem pignoris conuentione impediri? An id potius, præscriptionem pignoris dominij, currere aduersus debitorem posse, at non hypothecariam?
u & ita vsucapto seruo ius pignoris aut vsusfructus non perimitur *vt hic: leg. 17. §. 2. D. de vsufructu.* Cur ita: cùm operæ mihi legatæ perimantur? *leg. 2. D. de vsufructu le-*

8. Idem A. Festo.

QVamuis personali [a] actione expertus aduersus reum vel fideiussores seu mandatores eius feceris [b] condemnationem: pignoris tamen adhuc habes [c] persecutionem [d]. PP. Id. Mart. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De eo, ad quem pignoris dominium translatum est.

9. Idem A. Attico.

SI dominium eius possessionis, quæ pignori data esset, à debitrice domina ad te translatum est, eámque postea creditor, vel eius heredes detinere cœperunt: vindica eam rem præside prouinciæ curante, vt fructuum [e] deducta [f] ratione, residuóque à te oblato, si [g] fuerit satisfactum, ea possessio tibi reddatur. PP. 3. Kalen. Octob. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De debitore conueniendo.

10. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Alexandro.

DEbitores præsentes prius [h] denunciationibus conueniendi sunt. Igitur si [i] conuenti debito satis non fecerint, persequenti tibi pignora seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus, rector prouinciæ auctoritatis suę auxilium impartiri non dubitabit. Dat. 14. Kalen. Febr. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

De nominatoribus.

11. Iidem AA. & CC. Euphrosino.

NOminatori [k] pignori capere sine [l] præsidis auctoritate res nominati non licet. S. 3. Id. Mart. AA. & Coss.

De instrumento non confecto.

12. Iidem AA. & CC. Eusebio.

SI vxor tua pro pecunia, quam accepit mutuò, res proprias obligauit pignori, eíque tu successisti [m]: licet instrumento eius facti testimonium collatum non sit: soluto||tamen||debito, creditorem de his tibi reddendis solenni iure conuenies. S. 5. Kal. April. AA. Coss.

De pignore dato in solutum.

13. Iidem AA. & CC. Matronæ.

CVm dominam non [n] minorem vigintiquinque annis ea, quę obligauerat tibi, iure [o] dominij possidere permisisse, & in solutum dedisse, precibus significes: dominæ contractus & voluntas ad firmitatem tibi sufficiet. S. 4. Kalend. Maij, Heraclię AA. Coss.

De concurrentibus actionibus.

14. Iidem AA. & CC. Apiano.

DIstractis [p] à debitore pignoribus, creditores potestatē habere † vtrúmne personali obligatos sibi an pignora possidentes in rem actione conuenire velint, non est incerti iuris. S. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Coss.

In auth. de litigiosis. §. ab hoc autem. coll. 8. tit. 13. al. 28. Nouell. 112. cap. 1.

HOc ita, si [q] debitor ei non satisfaciat ex precio rei venditæ: quod vt fiat, permittitur ei vendere.

Debitorem non posse deteriorem facere creditoris conditionem.

15. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

DEbitorem neque [r] vendentem, neque donantem, neque legātem, vel fideicommissum relinquentem, posse deteriorem [f] facere creditoris conditionem certissimum est. Vnde si tibi obligatam rem probare posse confidis pignora persequi debes. S. 5. Non. Maij, Heracliæ, AA. Coss.

De eo qui pecuniam alienam credidit.

16. Iidem AA. & CC. Heroidi.

ET si frater tuus non suam, sed ad te pertinentem [t] pecuniam mutuam suo nomine dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationem quærere nō potuit. Subscriptā 3. Idus Maij, Hadrianopoli, A[illegible]. Coss.

De re empta ex pecunia credita.

17. Iidem AA. & CC. Pontiæ.

QVamuis ea pecunia, quam à te mutuo [u] frater tuus accepit, comparauerit prædium: tamen nisi [x] specialiter vel generaliter hoc tibi obligauerit, tuæ pecuniæ numeratio in causam pignoris non deduxit. sanè personali actione debitum apud præsidem petere non prohiberis. S. 12. Kal. Iun. AA. Coss.

Actionem hypothecariam esse in rem.

18. Iidem AA. & CC. Euodio.

PIgnoris vel hypothecæ persecutio in [y] rem est. S. Kal. Decemb. Sirmij, AA. Coss.

De vi maiore dolo culpa & custodia.

19. Iidem AA. & CC. Maximo.

SIcut [z] vim [a] maiorem pignorum creditor pręstare non habet necesse: ita dolum [b] & culpam, sed & custodiam [c] exhibere cogitur. Dat. 17. Kal. Ian. AA. Coss.

Si creditor non petat.

20. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CReditor ad petitionē||debiti||vrgeri iure minimè [d] potest. Quapropter eo, quod vos heredibus Euodiani debere confiditis, oblato [e], &, si non velint accipere, consignato atque deposito: de reddendo pignore hos præsidali notione conuenite. PP. 17. Kalen. Febr. AA. Coss.

Si extraneus debitum soluerit.

21. Iidem AA. & CC. Vieto.

REs obligatas exterus [f] debito soluto liberando, datum petere, non earum dominium adipisci potest. Dat. 2. Kal. Nouemb. Retiariæ, CC. Conss.

De secundo creditore.

22. Iidem AA. & CC. Antiochiano.

SEcundus [g] creditor offerendo priori debitum, confirmat sibi pignus, & à debitore sortem, eiúsque tantùm vsuras, quæ fuissent præstandæ, non etiam vsurarum vsuras accipere potest. PP. 3. Id. Decemb. Nicomediæ, CC. Coss.

De remissione pignoris.

23. Iidem AA. & CC. Macedoniano.

MAior annis vigintiquinque pignoris cōuentionem remissam, cùm hoc solum [h] pactum, vel iurisdictio [i] secundum ipsius voluntatem tueatur, persequi non potest. S. 18. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

De concurrentibus actionibus.

24. Iidem AA. & CC. Marco.

PErsecutione pignoris omissa, † debitores actione personali conuenire creditor vrgeri non potest. S. 15. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

In auth. de fideiuss. §. sed neque ad res col. 1. tit. 4. No. 4. c. 2.

HOc si † debitor possideat: alio verò possidente inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum reo & intercessore. Et si nec ex hypothecis debitoris satisfiat, tunc demum intercessoris hypothecæ, si quæ sunt, petantur: quod ius & in heredibus locum habet.

De morte serui pignorati.

25. Iidem AA. & CC. Dracontio.

SEruo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto [k], debiti permanet integra petitio. Dat. 6. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

De seruo pignerato abrepto.

26. Iidem AA. & CC. Mauritio.

SI tibi notarium [l] pignoris titulo debitor tuus obligauit: eum à quo mancipium abreptum [m] proponis, apud rectorem prouinciæ conueni. S. 4. Kalend. Ian. Sirmij, CC. Coss.

De militia.

27. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SVper [n] hypothecis, quas argenti distractores vel metaxarij [o], vel alij quarumcunque specierum negotiatores pecunias sibi credentibus dare solent, hoc specialiter super amputanda omni machinatione sancimus, vt si post huiusmodi contractum liberis suis, vel alio modo cognatis,

gatò. Operæ ius dominij sequūtur, pignus & vsusfructus non item. *v. Cui. 19. obs. 23.*

a Debitor actione personali cōuentus & ob eā causam cōdemnatus, non ideo ius pignoris amittit, *l. 13. §. 4. D. eo. l. vn. j. etiam ob chirographar.*

b facere condēnationem, est vincere: hoc denique efficere, vt aduersarius condemnetur.

c & merito. constat enim pecuniam creditori solutam non esse, *l. 11. ff. de pign. l. 13. §. 1. ff. ad Velleian.*

d Persecutio pignoris, eiusdem vindicatio *v. Cuiac. 15. obs. 22.*

e Creditor fructus perceptos in sortem imputat. Quid si nōdum sortē exæquant? debitori, aut eius vicem sustinenti residuum offerenti pignus reddere cogitur.

f Fructus debitū extenuant.

g *l. 9. §. 3. ff. de pignor[a]titia.*

h Si conuenit, ne pignus debitoris distrahatur, & perpetuā moram soluendi faciat, solenniter ac testibus denunciare eidem possum, vt pignus luat *vt hic: Paul. 2. sent. 5. §. 1. l. 4. D. de pignorat. act.* eo moram faciente, iussu iudicis pignus vendi potest, *l. 17. in fin. D. de adm. tut.* aliàs denunciatio prę cisè non requiritur, *§. 15. in fin. Instit. de act.* vt malè quidam hîc adserunt. *ad de l. 3. D. de seru. vrban. Superioribus adde l. 3. in fin. j. eod. adde quæ scripsi ad l. pen. ff. de distract. pign. Cui. 5. obs. 31.*

i Debitore moram faciente, pignoratitia agimus.

k Citra pactum aut iussum iudicis, rem alienā pignori non capimus.

l *l. 9. D. de munerib.*

m Qui pignus accipit, non modo debitori, sed & eius heredi pignoris nomine obstringitur: etiāsi expressim in instrumento heredis nulla facta sit mentio. nam tacitè id cōuentum intelligitur, vt heredi pignus redderetur, soluto tamen debito *§. vlt. Instit. quibus mod. re.*

n *v. l. 44. D. de solutionib.* o Creditor pignus iure dominij possidere potest.

p *v. l. 12. j. de distr. pig.* † hodie non habet, *v. quæ dicam l. 14. j. eod.* q Debito recepto creditor ius pignoris amittit.

r Pignus vendendo, donando vel legando, debitor deteriorem causam creditoris non facit. Quò fit vt ipsum pignus creditor possit persequi *Syn. Bas. 25. tit. 2. c. 48. v. l. 12. j. de distract. pign.*

f Debitor nullo iure deteriorem creditoris conditionem facere potest.

t id est, alienam. Mutuans alienam pecuniam (non tamen minoris *l. 7. D. qui potiores.*) in dubio sibi, non pecuniæ domino, ius pignoris adquirit *l. 2. §. si certum petat. l. 19. j. de dist. pign adde l. 52. § 18. ff. de furtis.*

u Empta res ex pecunia credita creditori non est obligata, nisi & id quoq; specialiter vel generaliter sit conuentum vt obligata esset.

x *l. 7. j. qui potiores. No. 136. c. 3.*

y *v. l. 7. ff. eo.*

z Pignori fortuitos casus creditor non agnoscit, sed dolum, culpam & custodiam tantum. *Syn. ibid. c. 51.*

a *l. 5. 6. §. de pignoratitia.*

b *l. 23. ff. de reg. iur. l. 13. in fin. D. de pign.*

c *§. vltim. Instit. quibus mod. re.* An id perpetuo verum? Cuiacius 19. *obse.* 24. putat id tantum verum esse, si solius creditoris gratia pignus sit contractum, nō si vtriusque gratia *arg. l. 5. §. 2. ff. commodati.* vt eo casu nulla sit differentia inter commodati actionem & pignoratitiam.

d & meritò. cū inuito beneficium non detur *v. leg. vn. §. vt nemo inuitus.*

e De oblatione, obsignatione, depositione, *v. l. 10. §. de pignorat.*

f *v. l. 1. j. de his qui in prior. credit.*

g *l. 8. j. qui potiores. leg. 12. §. 6. D. qui potiores l. 5. ff. de distract. pig.* seu nouissimus *Paul. 2. sentent. 13. §. pen.* posterior *l. 11. in fin. ff. qui potior.* qui posteriore loco pignus accepit *l. 1. l. 5. qui potior.*

h nudo pacto pignus remitti potest, *leg. 2. in fin. j. de remiss. pignor.*

i id est, Edictum Prætoris tuetur nudam pignoris remissionē, *leg. 9. D. qui potiores.*

† Liberum est creditori, omissa personali actione pignus persequi. Quid si tertius pignus possidet? hodie non est creditori liberum pignus persequi inexcusso debitore principali, aut eius fideiussore *No. 4. c. 2.* † *Auth. prox. j.* & ita hæc constitutio restringitur, & lex 14. §. eo. 14. lex 24. §. eodem. † restringitur lex

k Interitu pignoris reus non liberatur *l. 21. §. 2. D. eo. l. 9. §. de pign. Inst. quib. mod. re. in fin.* & ita creditor debitum petit, etiamsi pignus acceptum non reddat.

l seruum scilicet.

m Creditor pro re pignori data furto subtracta, agit furti *l. 12. §. 2. D. de furtis.*

n vide Authenticam j.

o μεταξάριος 25. *Eclog. 2. c. 56.* serici distractores *dicam ad l. 10. j. de murilegulis.* Metaxalini *Festus in Serico.* Moschopulus. σὴρ ὁ σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ' οὗ σηρ-

quam-

quācumque militiam[a] iidē negotiatores acquiſierint (eam tamen, quæ vendi [b] vel ad heredes [c] ſub certa definitione tranſmitti poteſt) liceat † creditoribus eorum etiam non probantib. ex pecuniis eorūdem negotiatorum liberos eorum vel cognatos militaſſe (dum tamen contrarium non probetur, alios ex ſuo patrimonio dediſſe pecunias) creditum ab his qui militarint, exigere: vel tantum eos efflagitare quanti vendi eadem militia poſſit. Quod ita obtinere ſancimus, & ſi extraneis[d] quibuſdam iidem negotiatores de ſuis pecuniis huiuſmodi militiam acquiſiſſe probentur: vt quod generaliter in ipſis debitoribus militantibus talem militiam, quæ vendi vel ad heredes tranſmitti poteſt, permiſſum eſt, vt liceat creditoribus & adhuc viuentium debitorum iure hypothecæ vindicare militias, niſi ſibi ſatiſfiat: & poſt mortem eorum exigere quod pro hiſdem militiis pro tenore communis militantium[e] placiti, vel diuinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium, dari ſolet: hoc in negotiatorū perſonis, licet ipſi militantes minimè debito obnoxij ſint, integrum creditoribus eorum ſeruetur. Quod ſcil. in futuris militiis, non etiam in his quas liberi vel cognati eorundem negotiatorum vel extranei pecuniis eorū meruerunt, tenere ſancimus. Da. Kal. Iun. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſſ. 528.

In authen. de exhib. & introduc. reis. §. optimum quoque. col. 5. tit. 8. al. 6. Nouell. 53, c. 5. eſt etiam ex titulo de qualitate dotis & propter nuptias do. col. 7. tit. 9. al. 8. §. quia vero & huiuſmodi. Nouell. 97. c. 4.

Quod obtinet[f], ſi [g] ad hoc[h] mutuauerit pecuniam, vt militia emeretur. alioquin filij aut vxor defuncti omnibus præponentur[i]. Sed & ſi nullus prædictorū fuerit, tunc aliis creditoribus hoc damus.

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS vel hypotheca tacitè [k] contrahitur.

Tit. XV.

De tributis.

1. Imp. *Antoninus* A. Sperato.

VNIVERSA[l] bona eorum, qui cenſentur, vice pignorum tributis [m] obligata ſunt. PP. Kal. Iun. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

De contrahentibus cum fiſco.

2. Idem A. Proculo.

CErtum eſt, eius, qui cum fiſco[n] contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialiter id non exprimatur. Dat. 6. Kal. Mart. Meſſala & Sabino Coſſ. 215.

De fructibus prædij pignerati & prædiis emptis ex fructuum pretio.

3. Pars ex reſcripto *Alexandri* A. ad Demoſthenem.

QVamuis fructus[o] pignori datorum prædiorum, etſi id apertè non ſit expreſſum, & ipſi pignori credantur tacita pactione ineſſe: prædia tamen[p], quæ emuntur[q] ex fructuū precio, ad eandem cauſam venire, nulli prudentium placuit. PP. Id. Octob. Maximo II. & AEliano Coſſ. 224.

De debito primipili, & bonis dotalibus.

4. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerian.* AAA. Africano.

SAtis notum eſt, & ratione conſtitutū, bona earum in dotem[r] data, quæ nuptæ ſunt his, qui primipili [s] ſarcinam ſubeunt, obnoxia neceſſitati eius teneri, verùm certo ordine, vt ſcilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium reſpiciat, ſi vniuerſis viri ac nominatorum facultatibus exhauſtis, nihil reſiduum inueniatur. Dat. 5. Id. Aug. Caro & Carino AA. Coſſ. 283.

De inductis & illatis in fundum.

5. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Corinthiæ.

SI non[t] inducta & illata in fundum, quæ pignoris teneri cauſa placuerat, mancipia fuiſſent, nec hæc ſpecialiter obligata monſtrentur: rector prouinciæ ea reſtitui iubebit. Nec enim prætextu debiti penſionum, reſtitutionem eorū morari poteſt: cùm, ſi quid ſibi deberi domina fundi ex penſionibus, vel quacunque ratione probare poſſit, huius ſolutionem ſolenniter fieri conueniat. Subſcripta 12. Kal. Febr. CC. Coſſ.

Si tutrix ſecundo nubit, non reddita ratione.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Florentium præf. præt.

κὰ ἠμάτια τὰ μεταξωτὰ. Zonaras in Niceta 2. ἐκ μετάξης ἐσθῆτας, αὐτὰς γδ αἱ σηρικαί. Eſt autem Metaxa nō quoduis ſericū, ſed tude αὐτόφυες neque tinctum, neque in fila deductum. ſeparatur à nemate ſerico *l. vl. §. 7. D. de publicanis & hic. & l. 10. j. de murilegulis*, à ſericoblatta, id eſt, ſerico in purpureū colorem verſo.

a Militiā liberis vel cognatis emere licet *vt hic*. An & exteris? licet *verſ. quod ita j. eod.*

b Nō omnis militia emi poteſt *dixi ad No. 53. c. 5. §. 1. adde le. 5. j. qui militare. leg. 52. §. 2. D. de act. empt. l. 3. §. 7. D. de mun.*

c Nō omnis militia ad heredes trāſmitti poteſt.

† Argentarij ſi militiam liberis aut cognatis *vt hic*: & extraneis *verſ. quod ita j. eo.* comparāt militia creditoribus & argentariis obligata intelligitur: quia præſumitur in dubio comparata ex pecunia credita *vt hic*. Quid ſi argentarij pecunia militiam liberis vel cognatis emero? militia argentario æqua viciſſitudine obligata *Nou. 136. c. 2. & ibid. Iulianus*. Creditorem cùm hic dicimus eum tantū creditorem intellige, qui ea lege ſpecialiter credidit vt militia emeretur. *Auth. vxor. adde quæ ſcripſi ad No. 136. c. 2.*

d Extraneis etiam, militiam emere poſſumus.

e Placitum militantium, quod & caſus militiæ & ſcholæ placitū in Nouellis.

f id eſt, ius hypothecæ adquiritur.

g qui ſcilicet, argentario ſuccedit, aut ipſe argentarius qui alteri credidit.

h ídque nominatim.

i Obſerua grad^o hypothecæ, Priore loco conſtituitur qui ſpecialiter credidit vt militia emeretur. deinde dotis cauſa: tertio reliqui creditores.

k *dixi ad 20. D. 2. l. 1. ſ. commu. de legat.* l tributaria ſcilicet. *v. quæ dixi ad l. 1. in fin. ſ. ſi propt. public. penſit.* m Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa tributorum. n Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa ſuorum contractuum, *& ita accipe l. 46. §. 3. ff. de iure fiſci. vt hic*: non ſi priuato alicui ſuccedit *l. 10. in pr. D. de pactis. l. 2. D. de reb. eor. qui ſub tutela.* o Fructus rei obligatæ tacitè obligati intelliguntur *vt hic*: ſi extant: aliàs conſumpti ab emptore non condicuntur, *l. 16. §. 4. ff. de pign.* p Ratio dubitandi. q Emptum ex fructib. rei pignoratæ nō eſt in cauſa pignoris. r *dixi ad l. 2. ſ. ne vxor pro marito.* aliud eſt in reb. nō dotalib. & paraphernis. *l. 1. ſ. de priu. fiſci.*

SI mater legitimè liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitū adſpirauerit nuptias, antequam[u] eis tutorem alium fecerit ordinari, eíſque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſoluerit: mariti[x] quoq; eius præteritæ tutelæ geſtæ ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. 6. Id. * Theod. A. 17. & Feſto Coſſ. 439.

De inuectis illatis.

7. Imp. *Iuſtinian.* A. Ioanni præf. præt.

SAncimus de inuectis[y] à conductore[z] rebus & illatis, quæ domino pro penſionibus tacitè obligantur, non ſolum in vtroque Roma & territorio earum hoc ius locum habere, ſed[a] etiam in noſtris prouinciis. Tali enim iuſta præſumptione etiam omnes noſtros prouinciales perpotiri deſideramus. Dat. 15. Kal. Nouemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo 532.

SI ALIENA[b] RES PIGNORI data ſit.

Tit. XVI.

De procuratore.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Carpo.

PROCVRATOR[c] citra domini voluntatē domum pignori fruſtra dedit, ſi tamen pecuniam creditoris in rem domini verſam[d] conſtabit, non inutilis erit exceptio [e], duntaxat quod numeratum eſt, exolui deſideranti. PP. 11. Kal. Nou. Seuero A. II. & Albino Coſſ. 195.

De ſcientia vel ignorantia domini.

2. Iidem AA. Latinæ.

SI probaueris præſidi ‖ prædia vel ‖ hortos, de quibus agebatur, tuos eſſe: intelligis obligari eos creditori ab alio non potuiſſe, ſi[f] non ſciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis diſſimulaſti. PP. Id. Octob. Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 206.

De tutore vel curatore.

3. Imp. *Antoninus* A. Martiæ.

CVrator[g] adulti vel tutor pupilli, propriam rem mobilē eius, cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non poteſt: niſi in[h] rem eius pecuniam mutuam accipiat. PP. 6. Cal. Feb. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

De filio.

4. Imp. *Alexander* A. Secundo.

NEc ſi maior annis vigintiquinque fuiſſet filius [i] tuus, qui in poteſtate tua erat, te inuito rem tuam obligare potuit[k]. PP. 5. Ca. Nou. Maximo II. & AEliano Coſſ. 224.

Si is qui pignerauit poſtea dominus eſſe cœperit.

5. Imp. *Diocl. & Maxim.* AA. Eutychio.

CVm res, quæ necdum in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea[l] in bonis eius eſſe incipiat: ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere, manifeſtum eſt: ſed tamen æquitatem[m] facere, vt facile vtilis [n] perſecutio exemplo pignoratitiæ detur. PP. 13. Cal. Iun. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

De prædio quod mater filio donauit.

6. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

QVæ[o] prædium in filios à ſe titulo donationis tranſlatum, creditori ſuo dat pignori: ſe magis contrario pignoratitio obligat iudicio, quàm quicquam dominis noceat: cùm Seruiana[p] etiam actio declaret euidenter, iure pignoris teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint: & per alium rem alienam inuito domino pignori obligari non poſſe certiſſimum eſt. S. 5. Id. Iul. Philippop. AA. Coſſ.

De tutore.

7. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

SI in rem ſuam accepta pecunia mutua tutor[q], mancipiū tuum pignori dedit, nec huic poſt[r] perfectam ætatem cō ſenſum accommodaſti: pignori res obligari non potuit. S. 6. Cal. Ian. AA. Conſſ.

De ſeruo, procuratore, colono, conductore, actore domini inuiti non obligant.

8. Imp. *Honor & Theodoſ.* AA. Ioanni P. P.

NExum[ſ] non facit prædiorum, niſi perſona, quæ iure potuit obligare. Per ſeruum[t] autem, aut per procuratorem [u], colonúmve, [x] actorem, ſeu conductorem, ‖ vllum ‖ præiudicium poſſeſſioni inuito, vel inſcio domino imponi non poſſe, & iure & legum auctoritatibus decla-

ſ Si maritus ex adminiſtratione primipili, fiſci debitor fact^9 eſt, res vxoris dotales tacitè fiſco obligantur, marito idoneo non exiſtente. atque ita hæc lex exceptio eſt. ad titul. ne vxor pro marito.

t Fructus coloni tacitè obligantur pro mercede: at non inuecta & illata, niſi id nominatim conuenerit, *l. 7. ff. eo. l. 32. ff. de pignorib. l. 5. ſ. de locato.* Contra in vrbanis, inuecta & illata tacitè obligata intelliguntur locatori *l. 4. ff. de pact. ad de l. 7. j. eo.*

u *dixi ad l. 6. ſ. ad Tert. adde l. 40. ſ. de legit. hered. Ex No. Theodoſ. de tut. §. vl. 25. Eclo. c. περὶ ἐπιτροπευούσης μητρὸς ti. 2. c. 60.*

x matre nubente non redditis rationibus, liberi ex priore eius matrimonio nati in eius, eiúſq; mariti, i. vitrici ſui bonis tacitā habēt hypothecam, *vt hic: dixi ad Nou. 22. c. 40.*

y *l. 5. ſ. eo.*

z *l. 4. ff. de pact. l. 4. ff. eo. l. 3. ſ. locati. adde l. 5. ſ. eo.*

a Lex de tacita hypotheca inuectorum & illatorum, locū etiā habet in prouinciis.

b *adde l. 6. in fi. j. ti. prox. l. 1. in fi. ff. de pign. l. 2. ff. de pign. adde ſ. tit. de reb. alien. non alienand.*

c *l. vl. j. eo.*

d In rē domini verſio pign^9 conciliat aliàs inualidū à procuratore conſtitutū.

e i[illegible]tētio, *l. 1. in fi. ff. de pign. l. 1. ff. quib. mod. pign. l. vn. j. etiā ob chirograph. l. 26. §. 4. in fi. ff. de con. ind.*

f Inuito domino res obligari nō pōt, *l. 6. in fi. j. e.* ſciēte & diſſimulāte, pōt, *vt hic: l. 11. j. de diſtr. pig. l. 30. ff. de rei vind.* res tamen aliena ſub cōditione, ſi debitoris fuerit, pōt obligari, *l. 16. §. 7. ff. de pign.*

g Tutor, pupilli, Curator rē adulti ꝓprio nomine inutiliter obligāt *adde l. 56. § 4. ff. de furt. l. 7. j. eod. l. 7. § 3 ff. pro emp. l. 22. ſ. de pact.*

h *l. 16. ff. de pign. adde ti. de præd. & aliis reb. min. ſ*

i Filius rē patris inuiti obligare nō pōt, *adde l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. l. 23. ſ. de pact. l. 7. ſ. de reb. cred.* k licet quodāmodo dominus videatur *§. 2. ver. ſed ſic. Inſt. de here. qualit.* l Adeptione dominij pignus rei alienæ cōualeſcit *l. 16. § 7. ff. de pig.* vt & emptio *l. 72. D. de rei vind.* m quaſi diceret aliud videri ſtricto iure. n *v. quæ notaui ad l. 22. ff. de pig.* o Quod mater filio donauit obligare nō pōt. p Seruianæ actionis effectus. q *v. l. 3. ſ. eo.* r Ratihabitione pignus inutile confirmatur. ſ *l. 2. C. Theodoſ. de pig.* Obligare nemo rē pōt, niſi quis obligare pōt &c. *Sy. Baſ. 25. ti. 4. c. 12. 25. Eclo. 4. c. 12.* t Seru^9, ꝓcurator, colon^9, actor, cōductor, domini inuiti rē obligare nō poſsūt. u *l. 1. ſ. eo.* x [illegible]

dicitur authore Syn. *ibid.* † decantatur *d.l.2.* a *dixi ad 20. D. 3. coniunge titulum quæ res venire non poſſunt.* b conſenſu *l.2.ʒ.eo.l. adde vl.ʒ.eo.l.4.D. de pignoribus.* c *l.8.D.de pign.Paul.5.ſent.6.§.vlt.* Alumni, θρέπτοι 35. *Eclog.2.c.6.* dixi ad *Feſtum in Altellus.* Id meritò de alumnis conſtitutum, Ne in generalem obligationem accederent: ſunt enim penè liberorum loco, & à nutritore vel nutrice non ſeparantur

ratur†. Dat. Idib. Iul. Rauennę, Hónorio 13. & Theodoſio X. AA. Coſſ. 422.

QVÆ[a] RES PIGNORI OBLIGARI poſſunt vel non, & qualiter[b] pignus contrahatur.

Tit. XVII.

De his quæ non continentur generali hypotheca.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* Auguſti Optato.

ALVMNOS[c] tuos, & cæteras res, quas nemine credibile[d] eſt pignori ſpecialiter daturum fuiſſe, generali[e] pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta eſt, in cauſa pignoris non fuiſſe rationis eſt. PP. 7. Kal. April. Laterato & Rufino Coſſ. 198.

De emptionibus agrorum pignoratis.

2. Iidem AA. Rogato.

CVm conſtet pignus conſenſu[f] contrahi: non dubitamus, eum, qui emptiones[g] agrorum ſuorum pignori poſuit, de ipſis agris obligandis cogitaſſe. PP. 5. Kal. Iul. Apro & Maximo Coſſ. 208.

De religioſis.

3. Imp. *Antoninus* A. Reſtituto.

SI monumento[h] corpus filiæ tuæ intuliſti, religioſum[i] id feciſti: quo facto obligari à quopiam, prohibente iuris religione, non poſſe, in dubium non venit. PP. 3. Kal. April. Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

De nominibus.

4. Imp. *Alexander* A. Euocato.

NOmen[k] quoque debitoris pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe, iampridem placuit. Quare ſi debitor is ſatis non fecerit, cui tu crediditi: ille, cuius nomen tibi pignori datum eſt, niſi||ei||cui debuit, ſoluit, nondum[l] certior à te de obligatione tua factus, vtilibus actionibus ſatis tibi facere vſque ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur: quatenus[m] tamen ipſe debet. PP. pridie Kal. Martij, Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

De ſpe præmij athletici.

5. Idem A. Septimio.

SPem[n] eorum præmiorum[o], quæ pro coronis[p] athletis pēſitanda ſunt, priuata pactione[q] pignorari minimè admittendum eſt: & ideo nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet. PP. Kal. Maij, Maximo II. & Paterno Conſſ. 234.

De filiis & aliis liberis hominibus.

6. Impp. *Dioc. & Max.* Auguſti & CC. Rufo.

QVi filios[r] veſtros vel[ſ] liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, diſſimulatione ſe iuris circumuenit, cùm ſit manifeſtum, obligationem pignoris non conſiſtere niſi[t] in his, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. S. Kal. Maiis, Heracliæ, AA. Coſſ.

l.3.§.4.D. de libero homine. & ex nomine educatoris ſunt *l.88.§.6.D.de lega.2.* à minore viginti annis manumitti poſſunt *§.6. Inſt.quib.ex cauſis manumitti. l.13.l.14.ff. de manumiſſ.vindic.* Et dubitatur, an in eis ſit locus SC. Silaniano *l.1.§.10. D. de Sc. Silan.* & ad eorū ſucceſſionem educator veniat? reſponſum eſt tamen non venire. *leg.10.ʒ.de ſucceſſionibus.* an ſit cum alumna connubium? reſponſum eſt, eſſe *l.26.ʒ. de nuptiis.* Eiſdem ex teſtamento imperfecto hereditas conſeruatur *l.38. D.de fideic. libert.* dati tutores confirmantur, *l.32.ff.de excuſat.tut.v. Cui. apud Paul. d. loco. v. l.34.§.1. D. de vſufr.legato.*

d Non credibile non attenditur.

e Generali obligatione, alumni & ea quę nemo veriſimile obligat, non continētur *l.6.l.7.l.8. D. de pignoribus.*

f Pignus conſenſu contrahitur *vt hic. & l.2. in fin.ʒ. de remiſſ. pign.* Imò re *§.vltim. Inſt. quibus mod.re.* Iſta non ſunt contraria *25.Eclog.1.c.1.*

g id eſt, inſtrumenta emptionis. Qui inſtrumenta emptionis obligat, rem emptam ſeu rē inſtrumenti obligare videtur.

h Monumētum obligari non poteſt.

i Res religioſæ non poſſunt obligari.

k Nomen generaliter & ſpecialiter obligari poteſt, *l.3.l.7.ʒ. de heredit.vel act.vendita.l.18.D.de pign. act.*

l Pignus pignori dari poteſt, *l.13.§.2.D.de pign.* Qui pignus meum à meo creditore accipit, pignoris adquiſitionem mihi denunciare ſtatim debet: alioquin ignoranter creditori meo ſoluens, pignus euincam.

m Titio dedi pignus in decem: Titius Mæuio dat idem pignus in viginti: non teneor niſi in decem. Quatenus, id eſt, quandiu vtraque pecunia debetur pignus Mæuio ſecundo creditori tenetur, *l.13.§.2.ff.de pig.* & tamen pignus, quatenus tantum debeo, tenetur *vt hic.*

n Spes præmiorum in ſacris certaminibus pignorari non poteſt pactione priuata *vt hic:* aut ipſamet pecunia ſacra *l.40.ff.de re iud.* adde & ſtipendium armatorum militum *l.4.ʒ.de execut.rei iudicatæ.* Porrò præmia, de quibus ſuprà, conſiſtebant in annonis, obſoniis, penſitationibus, quæ athletis pro indepta victoria totius vitæ ſuæ tempore præſtabantur de publico, exinde, quo in ſuam ciuitatem inuecti fuiſſent non per portam ciuitatis, ſed diſiecta parte muri, vt Suetonius ſcribit *in Nerone*, & Plinius *in epiſtol.17.* o *dixi ad No.53.c.5.§.1.adde d.l.40.*

p Athletæ pro præmio coronantur, *l.1.ʒ.de athletis.l.6.§.13.D.de excuſ.tut.* quod pro coronis dabatur corollarium ἐπιστεφάνωμα Gloſſis.

q nam iudicis auctoritate poſſunt *d.leg.40.* r *l. vlt.ff.eod.*

ſ Filij & liberi homines obligari non poſſunt, quia in bonis debitoris non ſunt. *l.12. & Authent. Imò ʒ. de obligat.*

t *l.2.ʒ. titul.proxim.*

u interceſſores *l.1.C.Theodoſ.de pign.l.8.ʒ.de offic.rectoris prouinciæ.* ἐμβιβασταὶ *Synop. Baſil.25.in fi.*

x aliud in debito fiſcali, ídque in Gallia ita obſeruatur *v. Renatum Choppinum 1. de priuilegiis ruſtic. 7. num.1.* aliud etiam, ſi per quadrimeſtre tempus à die ſententię moram fecerit in ſoluendis decimis, & ita Areſto Pariſienſi iudicatum 8. Kal. Decemb. anno 1573. refert idem Choppinus *ibidem. nu.2.3.*

y Serui, boues aratorij, inſtrumentum aratorium, putà vomeres & aratra, à creditoribus executoribus ſententiarum, aut exactoribus tributorum capi non poſſunt, ídq; propter vtilitatem agriculturæ *l.8.ʒ.eod. Authent. Agricultores.ʒ. eod.* & fiſci tributa *vt hic.* Vix eſt vt hodie hæc conſtitutio obſeruetur. In Normania Galliæ locum non habet, quoties de fiſci debito agitur, *v. Franciſci I. conſtit. anni 1540. Ianuar. 8.* Et ita iudicatum fuiſſe Pariſienſi Areſto Bugnonius refert *in legib. abrogatis.* Nouiſſimè anno 1571. lege lata 8. Id. Octob. confirmata à ſenatu Pridie Non. Febr. anno 1572. Perſonis ruſticorum indultum, ne ob æs alienum qualecunque priuatum abducerentur in carcerem. Qua in re Galli legiſlatores Græcos ſuperant, qui aratra quidem vetabant ob fœnus addici creditori: corpora his vtentia, necti permittebant 2. *Diodor. 3. His adde Ripenſem ad l.6. & 9. D.de pignoribus. num.57. & in tract. de peſte 3. parte 6. remedio verſ. item boues.* z aratorios *d.l.1.* a quidam hoc extendunt ad inſtrumenta quorumuis artificum neceſſaria. Ad ruſticos reuertor. Quid ſi ruſtico nulla alia ſint bona? capi poſſunt. *Accurſ. hic.* Quid ſi ruſticus fundum habeat? vnà cum fundo poſſunt diſtrahi. *Cinus, Perticenſis, Roſatenſis, Choppinus 1. de priuileg. ruſtic. 7. nu. vl.*

De his quæ ad culturam agri pertinent.

7. Imp. *Conſtantinus* A. ad vniuerſos prouinciales.

EXecutores[u] à quocunq; iudice dati ad exigenda debita ea, quæ ciuiliter[x] poſcuntur, ſeruos[y] aratores[z], aut boues aratorios[a], || aut inſtrumentum aratorium[b]|| pignoris cauſa de poſſeſſionibus non abſtrahant, ex[c] quo tributorū[d] illatio retardatur. Si quis igitur interceſſor, aut creditor, vel præfectus[e] pagi[f]|| vel vici, || vel decurio in hac re fuerit detectus: æſtimando à iudice ſupplicio ſubiugetur. Datum 3. Non. Iun. Sirmij, Conſtantino A. & Licinio Coſſ. 312.

8. Impp. *Hono. & Theodoſ.* AA. Probo com. ſacr. largit.

PIgnorum[g] gratia aliquid, quod ad culturam[h] agri pertinet, auferri non conuenit. Dat. 6. Id. Iun. Conſtante & Conſtantio Coſſ. 414.

In auth. collat. 10. de ſtatutis & conſuetudin. contra eccleſiæ libertatem editis. §. agricultores. & eſt conſtitutio Friderici.

A*Gricultores circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint in quacunque parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, vt perſonas[i], boues, & agrorum inſtrumenta[k], aut ſi quid aliud ſit quod ad agrorū operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat: & infamiæ notam ipſo iure incurrat: imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.*

De generali hypotheca & de bonis præſentibus ac futuris.

9. Imp. *Iuſtinianus* Auguſt. Mennæ præf. præt.

SI quis in cujuſcunque contractus inſtrumento ea verba[l] poſuerit, *Fide & periculo rerum ad me pertinentium*[m], vel, *per earum exactionem ſatisfieri tibi promitto*: ſufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in pręſenti debitor habet, quā futurarum[n] hypothecam ſancimus: nec ex prioribus ſanctionibus minus habere ſpecialis hypothecæ memoriam videri: cùm ſit iuſtum voluntates[o] contrahentium magis quàm verborum conceptionem inſpicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conſeruandam contrahentium voluntatē ſancimus, vt ſi res ſuas[p] ſupponere debitor dixerit, non adiecto, *Tam præſentes quàm futuras*: ius tamen generalis hypothecę etiam ad futuras[q] res producatur. Dat. 3. Id. Dec. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſſ.

QVI POTIORES[r] IN PIGNORE habeantur.

Tit. XVIII.

Quibus modis ſecundus creditor ius ſuum confirmat.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Secundo.

QVI pignus ſecundo[ſ] loco accepit, ita ius ſuum confirmare poteſt, ſi priori creditori debitam pecuniam ſoluerit, aut cùm obtuliſſet[t], íſque accipere noluiſſet, eam obſignauit, &

b Ob ciuilia debita boues aratorij capi non poſſunt. Eadem ratione lege Attica mactari boues aratorios non licuit, tanquam & ipſius agricolæ & hominis ſocios, atque participes laboris, *Ælian. 5.* Ariſtoteles *in Oeconom.* βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστίν, & Plin. *8. ca. 45.* iudicio populi Romani in exilium actū eum qui bouem aratorium occidiſſet, tanquam colono ſuo interempto. & Varro *2. de re ruſtica 5.* ſocium laboris agriculturæ, & quaſi colonū occidi, dum bos occiditur. Capitale deniq; fuiſſe bouem occidi refert. quo loco fortè legem quandam Phrygiæ intelligit, *v. Stobæum ſermone 42.* Cōſtantinus quoq; vetuit ne boues aratorij etiam deficientibus his qui curſui publico deſtinati ſunt, ab his qui iter faciunt abſtraherentur, *l.1. Cod. Theodoſ. de curſu publico.* Eò etiā ſpectat conſtitutio quædam Valentis, qua cauerat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur. *Hieron. 2. aduerſ. Iouianum.* adde de boue aratore Heſiodum in lib. opera & dies. Ariſtotelem *1. Politic.* Aret. conſil. 158. boues aratorios, inſtrumenti fundi eſſe refert quod confirmatur *l.4. D.de inſtructo. adde Cui. 4. obſeruat. 20.*

c Ratio decidendi alia eſt in *l.8.ʒ.eo.*

d Fiſci debita, tributáque minuuntur, ſi ablatis aratoribus agricultura ceſſet.

e εἰρηνάρχης *Syn. Baſ. 25. in fin.*

f pacis *dicta leg.* g *Syn. Baſil. 25. in fin.*

h *dixi ad leg. 7. ʒ. eodem.*

i ſeruos aratorios *d.leg.7.* k *leg. 8. D.de inſtructo.*

l Quibuſcunque verbis pignus conſtitui poteſt, *leg. 2. ʒ. eodem, leg. quarta, D. de pignoribus.*

m Obligatio rerum ad nos pertinentium, res etiam futuras comprehendit. Idem ſi quis res ſuas obligauerit. Idem in obligatione tacita. *Ripenſis ad leg. primam, nu. 3. D. de pignoribus.*

n Generali obligatione, futura etiam continentur. v. Romanum *ſingulari 607.* Adde Socin. *reg. 247.* vbi notat ex hac lege, Indefinitam orationem ad futura quoque extendi: & in iuramento & odioſis eam ſententiam non obtinere, vt quæ ſtricti iuris ſint.

o Voluntatem contrahentium magis quàm verba inſpici oportet *l.2. in fin. ʒ. comm. de legatis. l.34. D. de reg. iur.*

p Obligatione rerum indefinita, res futuræ etiam intelliguntur obligatæ: & quidem omnes ſiue ſint mobiles & immobiles, iura, actiones, *l.4. ʒ. eo.* merces, *l.34. D. de pignoribus. Ripenſis d. loco. nu 8.* bona emphyteutica adquiſita & adquirenda *l.16. in fin. D. de pignorat. l.31. D. de pignori. Ripenſis d. loco num. 10. & ſequentib.* An peculium ſerui obligati? *v. l.1. §.1. ff. de pignoribus.* An fructus? *v. l.1. §.2. D. de pignoribus.* Caſus ad hanc legem explicandam, *v. in l.1. ʒ. eo. & l.6. l.7. l.8. ff. de pignoribus.* adde quæ ſcripſi initio huius legis ex Romano & Socino.

q hinc colligunt, Futura etiam obligari poſſe: cenſeri tamen factam obligationem ſub ea conditione, Si noſtra futura ſunt.

r *dixi ad 20. D. 4.*

ſ Prior tempore, prior eſt pignore: niſi poſterior priori debitum offerat, *l.2. l.3. l.4. l.8. ʒ. eodem. l.11. D. eodem. l.3. ʒ. vt in poſſeſſ. legat. l.2. ʒ. de priuileg. fiſci. Paulus 2. ſent. 13. § 8.*

t Vis oblationis, obſignationis & depoſitionis, *Pau. d. loco. adde l. vl. § 6. ʒ. deiur. delib.*

de-

a De Prætore fideicommissario *dixi ad Vlpian.25.§.12.*
b Missio fit in vniuersa bona pro modo iudicati, id est, iudicati seruandi causa *vt hic: & l.3.in fin.ꝫ.eod.* vt & alibi debiti siue crediti.*l.1.§.1.D.si quis causa omissa.* & alibi dotis seruandæ causa. *l.9.versic. denique. D. de rei vindicat. l. 15. §. 4.D.de diuers.& tempor.l.26.in fin.D.ad municip.*

deposuit, nec in vsus suos conuertit. PP.Kalend. Feb.Laterano & Rufino Coss.198.

De prioribus tempore.

2. Imp.*Antoninus* A.Chresto & aliis.

SI decreto Prætoris, qui [a] de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hereditarij fideicommissi [b] conditionalis seruandi gratia prius inducti estis quàm aduersarius vester in causam iudicati [c] eiusdem fundi pignus occupauerit: iussu eius, qui iure sententiam exequebatur, tempore potiores estis. Nam cùm de pignore vtraque pars contendit, præualet [d] iure, qui præuenit tempore. PP.5. Idus Maij, Duobus & Aspris Coss.213.

Rempublicam missam in possessionem præferri creditori qui contraxerat cum defuncto.

3. Idem A.Syluano.

CVm rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rerum tam heredis quàm hereditariarum possessionem missam [e] esse proponas: intelligis, quamuis pater tuus cum Sosiano contraxerit, tamen si [f] personali actione eum habuit obligatum, præponi rempublicam [g] iure pignoris ||in|| his, quæ ex auctoritate eius, qui iubere potuit, seruandi iudicati [h] causa occupauit. PP.2.Id.Decemb.Læto II.& Cereale Coss.216.

De prioribus rep.

4. Idem A.Varo.

SI fundum pignori accepisti, antequam [i] reipublicæ obligaretur: sicut prior [k] es tempore, ita potior es iure. PP.5.Id.Octo.Antonino A.IIII.& Balbino Coss.214.

De oblatione debiti.

5. Imp.*Alexand.* A.Septimio.

PRior quidem creditor compelli non potest [l] tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre [m]. sed si tu illi ||id|| omne, quod debetur, solueris: ||pignoris|| tui causa firmabitur. PP. 3. Kalend.Maij, Maximo II.& Paterno Conss.234.

De priore hypotheca generali, & posteriore speciali.

6. Impp. *Valerian. & Gallien.* A A. Philoxeno.

SI generaliter bona sint obligata, & postea res alij specialiter pignori dentur: quoniam ex [n] generali obligatione potior habetur creditor, qui antea contraxit: si [o] ab illo priore || tempore || tu comparasti: non oportet ||te|| ab eo, qui postea credidit, inquietari. PP.2.Id.Maij, Seculare II. & Donato Coss.261.

De prædio empto pecunia creditoris.

7. Impp.*Dioclet. & Maxim.* AA.& CC. Iuliano.

LIcet iisdem pignoribus multis creditoribus diuersis temporibus datis priores habeantur potiores: tamen eum, cuius [p] pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter [q] ||obligatum|| statim conuenit, omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur. Subscripta 16.Kal.Feb.AA Conss.

De improb.exceptione.

In authent.de trien.& semiss.§.illud quoque in iudiciis.col.3. tit.5.Nouell.18.cap.10.

ITem possessor pignoris negans [r] *rem eius, cuius actor eam esse adseuerat: si probata ea intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca vel alia causa in eandem personam delata, se propinquiorem esse, quàm qui mouet causam: prius transferat possessionem, quàm ius suum proponat.*

De prioribus & posterioribus tempore.

8. Iidem AA.& CC.Fabricio.

DIuersis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiore haberi, certi ac manifesti iuris est: nec aliàs secundum||creditorem|| distrahendi [f] potestatem huius pignoris consequi; nisi [t] priori creditori debita fuerit soluta quantitas. S.Prid.Kal.Maij, Heracliæ AA.Coss.

c Chrestus pignus prętorium fideicommissi seruandi causa habet. Titius creditor in eiusdem pignoris possessionē missus est. diuersi hîc tituli sunt pignoris. Quid iuris? Etiam in pignoribus prętoriis, qui prior tempore prior est iure.
d Præualet iure, qui præualet tempore.
e Missio in possessionem est prætorium pignus.
f Respublica missa in possessionem iudicati seruandi causa, præfertur chirographario creditori pignus non habenti *vt hic:* quia & non missa idem priuilegiū habet, *l. penult. D. de rebus authent. vide Cuiac. 9. obseru.* 37. est enim respublica cum actione personali priuilegiata, *adde l.8.l.10.D. eodem. adde Forverium 2. select. 7.in fin.*
g *l.3.ꝫ.de primipilo.*
h *dixi ad l.2. ꝫ.eod.*
i Priuatus prior tempore in causa pignoris, præfertur reipublicę tempore posteriori.
k *l. 2. in fin. ꝫ. eod.*
l potest tamen offerre vt possessionem retineat. *Paul.2.sent.*13.*§.pen.*
m Prior posteriori pignus tenenti debitum offerre non cogitur. Posterior priori offerens, sibi pignus conseruat, *vt hic: & l.1.ꝫ.eod.*
n Generalis hypotheca anterioris, generali vel speciali posterioris pręfertur. *vt hic. Synopsis Basilic. 9. titul.* 5.*ex tit.*10. *c.*34.*dixi ad Nouell.*112.*c.*1.*vers. Si autem.l.?.ff.e. adde quædam ex Cuiac.*11.*obs.*32.
o Qui causam habet à creditore tēpore priore, ius priuilegij habet, *v. l.1.ꝫ. si antiquior credi. pign.vend.*
p Creditor in speciali hypotheca rei (siue sit mobilis siue immobilis) pecunia sua comparatæ, præfertur etiam antiquioribus creditoribus hypothecariis. *adde l.5.6.7.D.eo.Nou.136.c.3.Synops.ibidem c. 35. 3.Harmenop.5.§.42.* q *l.17.ꝫ.de pignor.* Generalis igitur hypotheca non sufficeret, *adde quæ scripsi ad l.5.in fin.D.eod.* r Prior creditor negans improbè rem eius esse à quo causam habet ex priore fit posterior: ex possessore petitor.
ſ Secundus creditor in præiudicium prioris creditoris pignus distrahere non potest. *adde l.1.D.de distract.pignor.* t *l.1.l.5.ꝫ.eo.l.22.ꝫ.pignor.*
u Ius hypothecæ præfertur omnibus priuilegiis personalibus, vt & ius reale personali. *l.11.D.eo.vide l.6.ꝫ.de bon.auth.iud.* x *l.18.ꝫ.pignor.*
y id est, præfertur omnibus qui priuilegium in actionibus personalibus habent. *Synopsis ibid.c.37.* z Creditores posteriores etiam bona vxori pro dote obligata auocant, si dotis debitum ei offerant. a Hypothecaria & in rem actio datur in successorem. b puta epistolas.*l.34.§.1.D.de pignor.* c ἰδιόχειρα *de quibus hîc, & apud Harmen.1.tit.8.§.10.* præiudicant scribenti, at non tertio. plena sunt ἰδιόχειρα quæ trium testium subscriptionem habent, *vide Ancharanum 2.quæst.9.*

De iure pignoris & priuilegiis personalium actionum.

9. Iidem AA.& CC.Asclepiodoto.

EOs [u], qui acceperunt pignora, cum in [x] rem actionem habeant, priuilegiis [y] omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat. Dat. 3. Non.Decembr. CC. Conss.

De dote.

10. Iidem AA.& CC.Pollipeucæ.

CVm tibi pro dote [z], quam acceperat maritus, res obligauit: eo mortuo, hi, quibus easdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditores nec in rem nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse [a] vlla ratione conuenire posse, manifestum est. PP.Non.Decemb. CC.Conss.

De scripturis.

11. Imp.*Leo* A.Erythrio P.P.

SCripturas quæ sæpe assolent à quibusdam secretè [b] fieri, interuenientibus amicis nec ne, transigendi vel paciscendi, seu fœnerandi, vel societatis coeundæ gratia, seu de aliis quibuscunque causis vel contractibus conficiuntur, quæ ἰδιόχειρα [c] Græcè appellantur, siue tota series earum manu contrahentium, vel notarij, vel alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptiones [d]: siue testibus adhibitis siue non: licet conditionales [e] sint, quos vulgò tabularios appellant, siue non: quasi publicè conscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere ||decernimus.|| Sin autem ius pignoris vel hypothecæ ex huiusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit: eum qui instrumentis publicè [f] confectis nititur, præponi ||decernimus,|| etiam si posterior is contineatur: nisi fortè probatæ atque integræ opinionis trium [g] vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris contineantur. tunc enim quasi [h] publicè confecta accipiuntur. Dat. Kal. Iul. Constantin.Martiano & Zenone Coss.469.

In authent.de instrument.cautela & fide. §.si quis igitur. & §. & si quis.coll.6.tit.2.al.3.Nouell.73.cap.1.& 2. quam posuit hic Albericus.

SI quis vult cautè deponere [i]*, non soli credat accipientis scripturæ, sed aduocet etiam testes idoneos & fide dignos non pauciores tribus. Sed & si quis aut mutui* [k] *instrumentum, aut alterius cuiuspiam contractus fecerit, & noluerit hoc specialiter in publico confiteri: non ex ipso videatur credibile, quòd scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur præsentia fide dignorum, vt siue veniant, & subscriptionibus propriis attestentur, siue alij quidem testificentur, quia eis præsentibus confectum est documentum: fidem eandem ex vtraque causa percipiat. Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut alias contrahens, contentus sit sola scriptura eius cum quo contrahit: sciat scripturam non* [l] *sufficere ad probationem.*

De dote & donatione ante nuptias.

12. Imp.*Iustinianus* A.Ioanni P.P.

ASsiduis [m] aditionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei vxoriæ actioni (quam in præsenti sustulimus [n]) magnam prærogatiuam præstantes, vt contra [o] omnes penè personales actiones habeant priuilegia, & creditores alios [p] antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cùm in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant illico iustitiæ vigorem relaxabant: & senioribus hypothecis nouas mulierum hypothecas, si habebant actiones, expellebant: nec ad fragilitatem [q] muliebrem respicientes, nec quòd & corpore [r], & substantia, & omni vita sua maritus fungitur: cùm penè [ſ] mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victus, suásque alimonias mulier possidet, vel [t] à semetipsa datam, vel pro ea ab alio. 1 ¶ Ad || hæc || omnia respicientes, & reminiscentes quòd & alias duas [u] constitutiones fecimus pro

d *l.17.ꝫ.de fide instrum.*
e Conditionales, tabularij. *l.7.ꝫ.de iure fisc.l.3.*
l.7.8. C. Theod. de numerariis actuar. quasi huic conditioni addicti.
f Publico instrumento ius hypothecę probari potest, priuato nō potest. Priuatum, licet tempore prius, publico quantumuis posteriori, cedit: & merito. Nam priuati ratio nō probat aduersus tertium. *l.6. ꝫ.de probationib.* facile quoque dies præferri posset in fraudē antiquioris. *vide Tiraquell. de retractu.§.1.glo.5. nu.* 43. Ideóque Gayllus 2.*obser.* 25.*num.9.* commendat statutū Viēnæ Austriæ, quo ius hypothecę constituitur tātum apud acta & in iudicio & publicè. Priuatū verò instrumentū non censetur, quod trium testium subscriptione munitum est. *vt hic. & d.l.20.* etiamsi summa excedat auri libras quinquaginta. *l.vlt. ꝫ.si certum.* nisi fortè de literatum imperito obligandi agatur: tunc enim quinque testes requiruntur, si cōtractus auri libram excedit, *Nou* 73.*c.*8. Reperio interdum instrumenta publica egere triū testium subsignatione. *l.23.ꝫ. ad Vellean. vide Cuiac.8.obs.13.*
g *l.22.ꝫ de fide instrument.*
h Scriptura à tribus testibus subscripta, quasi publicè confecta accipitur.
i Instrumentū depositi cautè fit, tribus testibus adhibitis.
k Mutui instrumentum cautè fit, tribus testibus adhibitis, *vt hic: & l. vlt.suprà si cert. pet.*
l Priuata scriptura non probat aduersus tertium. *l. 6. ꝫ. de probat.*

m sententiam huius legis. *vide in §.1.versic.cum enim.ꝫ.eod.Synopsis 8.tit.5.ex tit.10.c.40.3.Harmenop.5.§.57.*
n Rei vxoriæ actio sublata *vt hic: ꝫ.de rei vxor.act.*
o *dixi ad Nouell.97.c.2.in prin.& Nouell.109.c.1.*
p tacitam tantum hypothecam habentes sc. *dixi d.c.1.*
q Fragilitas muliebris.
r Vxores, earúmque substantia addicitur maritis. *l.?1.in fi.ꝫ.de admin.tut.*
ſ hoc addidit propter bona paraphernalia.
t Dos datur marito vel ab vxore vel alio vxoris loco.
u *l.30.ꝫ.de iure dot.l.vnic.ꝫ.de rei vxor.act.*

dotibus[a], mulieribus subuenientes, & hæc omnia in vnum colligentes, sancimus ex [b] stipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote [c] instituenda [d] dedimus [e], cuique etiam tacitam donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes [f] habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis priuilegio vallati. ¶ Cùm [g] enim in personalibus actionibus (secundum quod diximus) tali priuilegio vtebatur res vxoria: quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium, licet [h] res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non extent: sed quocunque modo vel dissipatæ vel consumptæ sint: si tamen reipsa fuerint parti mariti datæ? Quis enim earum non misereatur [i] propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus [k] periculum, & ipsam liberorum [l] procreationem, pro quibus multa nostris legibus [m] inuenta sunt priuilegia? ¶ Et ideo quòd antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo consummauimus: & siue [n] liberos habeat mulier, siue ab initio non habuit, siue progenitos amisit, hoc ei priuilegium indulgemus. ¶ Exceptis videlicet contra nouercas anterioris [o] matrimonij filiis, quibus pro dote matris suæ iam quidem dedimus hypothecam [p] contra paternas res, vel eius creditores: in præsenti autem similem prærogatiuam seruamus, ne || ius || quod posteriori datum est vxori, hoc anteriori denegetur: sed sic maneat eis ius incorruptũ, quasi adhuc viuente matre eorum. Duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore prærogatiuam manere volumus. 2 ¶ Hæc autem tantùm ad dotem sancimus, non [q] ad ante nuptias donationem, quam suo [r] tempori seruire disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem. Non enim pro [s] lucro fouemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suísque rebus defraudentur, curamus. 2 ¶ Quam legem ex præsenti tempore locum habere sancimus: & non [t] retrorsum referimus. Dat. 5. Kalen. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

In authent. de æqual. do. & propter nupt. dona. §. his consequens. & §. seq. coll. 7. tit. 9. all. 8. Nou. 97. c. 3.

QVo iure vtatur & aduersus eos qui personali priuilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emptæ sunt, siue refectæ: nisi qui noua constitutione sunt excepti, sicut qui emendæ militiæ causa marito in scriptis mutuarunt.

In authent. vt exact. instan. do. §. his igitur. coll. 7. tit. 3. al. 5. Nou. 91 cap. 1.

SI quid ex rebus ipsius dotis [u] appareat mulieri, cui & in rem actio competit, vel filiis eius seruetur: alioqui siue supersint ambæ mulieres, siue defecerint, siue altera duntaxat extet, prior omnino seu qualibet soboles eius superior habeatur: quod noua constitutione factum est apertius.

a re ipsa numeratis: non cautis tantum seu confessis. Nam in confessa dote, potest esse simulatio: Deinde cùm sententia huius constitutionis à iure communi dissideat, merito restringenda est ad veram & numeratam dotem. Postremo, ordinis priuilegium datur hic actioni ex stipulatu, at non condictioni ex lege, qua dos cauta seu confessa tantum exigitur. Quid si exceptioni dotis non numeratę maritus ipse renunciauit: aut eidem transacta tempora opponendæ exceptionis dotis non numeratæ? superiora hæc inter virum & vxorem subsistent rectè: at nō in fraudem creditorum anteriorum. Periniquum est enim fictam dotem, hoc est, cōfessam tantum: aut ad quam exigendam ius quæritur nō ex numeratione, sed vel ex renunciatione vel lapsu temporis, præferri anterioribus creditoribus, veram, &, vt loquũtur, actualem numeratione probantibus. Quid si creditores nō alio iure nitantur? Dos confessa, cautaque tātum, anterioribus creditoribus, creditum confessum tantum probantibus non numeratum præfertur. Quid si confessio dotis facta sit nō iam constante matrimonio, sed ante cōtractum matrimonium? Omnibus quibuscunque creditoribus præferri putāt: cùm habeatur pro vera numeratione dos ita confessa. Quid si coniecturis probatur numerata? Quid si statutum dotis confessę instrumentum vim atque authoritatem rei iudicatæ habere velit? Idem esse refert Socinus *regula* 109. Cynus & Angelus ita distinguunt. Mulier & tertius creditor concurrunt, expressam æquè hypothecam habentes? quæritur quid iuris sit? Horum qui prior tempore fuerit, potior erit iure. Quid si vterque & mulier & tertius creditor tacitam habent hypothecam? Potior est mulier, licet posterior tempore, *vt hic:* licet fiscus eodem casu anteriori non præferatur. *l. si fiscus. D. qui potiores.* Quid si fisco tacitam habenti, concurrat mulier tacitam tantum habens hypothecam? fisco anteriori non præfertur, sed posteriori tantum: *Gloss. & Doctores in l. 2. ℥. de priuilegio fisci.* Quid si tacitam habeat mulier, Tertius expressam anteriorem? potior est muliere tertius. & hanc Accursij quoque sententiam communi opinione & in praxi receptam refert apud Capellam Tholozanam *decis.* 217. Aufrerius.

b actio ex stipulatu.

c reipsa numerata. in dote cauta aliud *glo. Bart. Bald. Roland. 1. consil. 17. nu. 10.*

d restituenda. *Hal.*

e *l. vnic. ℥. de rei vxor. act.*

f tacitam tantum habentes. *dixi ad Nouell.* 109. *c. 1.* Gloss. hic communiter probata. *Socinus regula* 109. *Capell. Tholos. decis.* 217. quin, dos vxoris, cedit posterioribus militiæ emendæ causa credentibus. *Nou. 97. c. 3.* cedit & anteriori doti, vt ante dixi.

g Mulier, siue personali actione. *in prin. ℥. eod.* siue hypothecaria agat, præfertur omnibus prioribus tacitam hypothecam habentibus *vt hic:* eo excepto qui militiæ emendæ causa credidit *Authent. quo iure. ℥. eod.* & hoc in dote, non in donatione propter nuptias. *§. 2. ℥. eod.*

h Dotis causa mulier etiam, anterioribus hypothecis præfertur: licet res mulieris dissipatæ sint *vt hic:* & liberos ipsa non genuerit. *versic. & ideo. ℥. eod.* Quid, præfertúrne anteriori cuidam doti? non præfertur. *versic. Exceptis. ℥. eod.* Idémne donationis propter nuptias, quod dotis, priuilegium est? non est. *§. 2. ℥. eo.* Cur tam variè? Quæ dotem repetit, de damno euitando sollicita est: quæ de donatione propter nuptias, lucrum affectat seu persequitur, minus his fauetur quàm illis.

i Mulieres commiseratione dignæ.

k Partus periculum. *§. 2. Instit. de Sc. Tertull. Nouell. 162. c. 3. Nouell. 156. cap. 1. Nouell. Leonis 17. l. 2. §. 4. D. si quis cautione:* quod ad Illyricanas vix pertinet. Varro 2. *de re rustica* 10. *in fin.* In Illyrico, inquit, hoc amplius, Prægnantes fœminæ, cùm venit pariendi tempus non longè ab opere discedere, ibique enixum puerum referre, quem nō peperisse, sed inuenisse putes. Idem de Iberis mulieribus refert Clemens 4.

l Liberorum procreatio fauorabilis. m *v. l. 1. D. solut.*

n merito hoc adiectum. hoc enim priuilegium datur vxoribus non matribus.

o Si duæ sunt mulieres quæ de dote sua agant, antiquior causa dotis præfertur. dic apertius, Filij prioris matrimonij dotis maternæ causa præferuntur nouercæ eiúsve liberis dotem suam repetentibus: nisi res secundę dotis adhuc extent, *Auth. si quid. ℥. eo. vt hic: & Nouell. 91.* Præfertur ergo prior vxor secundæ. Præfertur socer nurui, in declam. Quintil. 360.

p *adde l. 8. in f. ℥. de secun. nupt. l. 6. in fin. ℥. de bo. quæ lib. Nouell. 22. c. 24.*

q Dotis exactio priuilegiaria est, at non donatio propter nuptias, *vt hic: Nouell. 97. Theophil. in §. fuerat. Instit. de act.* in alio tamē casu donatio propter nuptias doti comparatur. *Nouell. 61.*

r Græcus scholiastes apud authorem Synopseos *9. tit. 5. ex tit. 10. c. 40.* ita hunc locum interpretatur, Ante nuptias donatio κατὰ τοὺς οἰκείους ἐξετάζεται χρόνους, pro suis temporibus examinatur: verbi gratia, si anterior fuerit, præfertur posterioribus creditoribus: sin posterior, posteriore loco habebitur. Nam ea mulieris lucrum est. In dote seu dotis iudicio, mulieres exigunt eas res quas maritis attulerũt: in ante nuptias donatione, ea potius exigunt, quæ eis donata sunt pro tempore præsenti, & non in futurum tempus, vel ne secundus creditor aduersus anteriores veniat.

s Ratio hæc est diuersitatis. In dotis repetitione mulier certat de damno euitando: in donatione propter nuptias, de lucro captando.

t id est, ad dotes iam constitutas. u secundæ sc.

DE HIS QVI IN[x] PRIORVM creditorum locum succedunt.

TIT. XIX.

Secundus creditor cuius pecunia peruenit ad priorem non succedit in hypotheca prioris creditoris, nisi actum sit quod succedat in ipsa. Bald.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Marcellinæ.

NON omnino succedunt in locum hypothecarij creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit [y]. Hoc enim tunc [z] obseruatur, cùm is qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, vt idem pignus ei obligetur, & in locum eius succedat. Quod cùm in persona tua factum non sit: (iudicatum est [a] enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ [b] ad eam rem pertinentis. PP. Idib. Iul. Pompeiano & Auito Coss. 210.

2. Imp. *Antoninus* A. Felici.

CVm pro patre in cuius potestate non eras, pecuniam fisco intuleris: & iure [c] priuilegio eius successisti, & eius locum cui pecuniam numerasti, consecutus es, nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante [d] distrahendo, iuri tuo aliquid derogauerunt. Vnde intelligis, si quid tuo [e] nomine te absente ab actoribus tuis solutum est: vt indebitum numeratum restitui, pignoráque tibi nexa persequi te posse. PP. Kal. Octob. Romæ, Sabino II. & Anulino Coss. 217.

3. Imp. *Alexand.* A. Valenti.

SI [f] potiores creditores pecunia [g] tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio quam emisse te dicis, ita [h] vt pretium perueniret ad eosdem priores creditores: in ius eorum successisti: & contra eos qui inferiores illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes. PP. Kal. Febr. Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

4. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Carpophoro.

SI prior respublica [i] contraxit, fundúsque ei est obligatus: tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, vt [k] succedas etiam in ius reipublicæ. PP. 15. Kalend. Iun. Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

SI ANTIQVIOR CREDITOR pignus vendiderit.[l]

TIT. XX.

Emens à priore creditore, à secundo inquietari non potest: sed si primus creditor emit à debitore, conueniri potest hypothecaria per creditorem secundum, oblato debito.

1. Imp. *Alexand.* Aug. Athenioni.

SI vendidisset qui antè [m] pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Cum autem debitor ipsi priori creditori eadem pignora in solutum [n] dederit: non magis

x *pars tituli 24. lib. 22. D.*

y siue fortuito, siue ab extraneo. z Extraneus (i. non hypothecarius, sed chirographarius tantum, *Molin. de vsur. num. 276.*) cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit, in eius locum non succedit, nisi sub hoc pacto ei crediderit *vt hic: & l. 21. ℥. de pignor.* hypothecariis offerens succederet. *l. vlt. ℥. eo. l. 1. ℥. qui potior. l. 11. in fin. D. qui potior.*

a & ita post sententiam Marcellina supplicat.

b *l. 1. ℥. tit. proxim.*

c id est, cessione & translatione: eo sensu, Filius pignus nominatim factum auctore iudice fisco pro patre soluens ea conditione, vt in fisci locum succedat, ius fisci & prælationis consequitur. *l. vlt. in fin. ℥. eo. l. 11. ℥. de fideiuss. l. 3. l. vlt. ℥. de priuil. fisci:* idem dicendum, si consensu debitoris soluit. *l. 3. D. quæ res pignori.* Ex superioribus constat nominatim transcribi oportere ius fisci in eum qui pro debitore fiscali soluerit. Cui tamen sententiæ obiicitur lex 2. *D. de cess. bonor. l. 24. §. 2. 3. D. de reb. auct. iud.* qua de re vide Cuiacium 18. *obser.* 40.

d Ignorante creditore pignus in eius præiudicium vendi non potest à quocunque creditore. *l. 13. ℥. de distract. pign. l. 1. D. de distract. pignor.*

e *vide Cuiac. 8. obser. 9.*

f Pignus à priori creditore comparans, quoniam in ius venditoris successit, aduersus alios ei succurritur. *Synopsis Basilic. 25. tit. 4. c. 15.*

g *l. 6. l. 12. §. 8. l. 16. l. 17. l. 21. in fin. D. qui potior. l. 3. D. de distract. pign.*

h Valet conuentio, vt ex pretio venditi pignoris pignus dimittatur,

i Etiam reipublicæ debitum à secundo creditore potest offerri,

k *dixi ad l. 2. ℥. eod.*

l Quid si pignori dederit? vide infra, si pignus pignori datum sit.

m Antiquissimus creditor in præiudicium posterioris, pignus rectè distrahit. *l. 3. ℥. eod. l. 6. ℥. qui potior. l. 6. ℥. de oblig. & act. l. 3. D. de distract. pign.*

n Debitor creditori priori pignus vendendo, ius offerendi debiti posterioribus creditoribus adimere non potest. *adde l. 10. D. de solut.*

tibi

a Post pignus à creditore legitimè distractum, serò creditori aut emptori pretium offertur, *vt hic: & l.7.§.de distract.pign.l.1.§.si propt.publ.pensit.l.1.in fin.§.si pignus pign.* b *l.1.§.eod.* c Secundus creditor offerens debitum priori creditori, impedire venditionem pignoris potest: non offerendo non potest.
d Socius partem socij obligare non potest. *vt hic: & l.2.§.commun.diuid.l.7.§.commun. vtriusque iudicij.l.3.in fin. ff.qui potior: adde l.2.D.de Saluiano interd.* etiamsi totorum bonorum socius sit. *l.68.D.pro socio.* Quid, fiscus rem communem habens cum priuato? eam integram potest vendere. *l.2.§.de commu.rerum alien.l.1.§.de vendit.rer.fisc.* ergo & pignori subiicere? Accurs. putat. quod Ripensi non placet *in l.1.num.16.D.de pign.*

tibi persecutio adempta est, quàm si aliis easdem res debitor vendidisset. sed ita persequens res obligatas audieris, si quod eidem possessori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris. PP.Id.Maij, Agricola & Clementino Coss.231.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA. & CC. Eudemiæ.

OBligata pignoris iure creditore rectè distrahente, post [a] debitor emptori pretium offerens, vel creditori quod debuit, euincere non potest. S.16.Kalend.Ian.AA. Conss.

3. Iidem AA.& CC.Theophilo.

QVo minus creditor qui antea [b] pignus accepit, distrahat: non [c] offerendo secundus priori debitum, interpellare non potest. Dat.6.Kal.April.CC.Conss.

SI COMMVNIS RES PIgnori data sit.

TIT. XXI.

Frater vnius non potest obligare alterius fratris portionem, sed suam propriam sic. Bald.

1. Imp.*Antoninus* A.Venusto.

FRATER [d] vester sicut vobis inuitis portionem vobis competentem obligare non potuit, [e] ita suam dando, obligationem creditori quæsiuit. vnde intelligitis contractum eius nullum præiudicium domino vestro facere potuisse. Accep.3.Kal. Decemb.Messala & Sabino Conss.215.

DE PRÆTORIO [f] PIGNORE, & vt in actionibus [g] debitorum missio [h] prætorij pignoris procedat.

TIT. XXII.

1. Imp.*Iustinianus* A.Mennæ P. P.

SI prætorium pignus quicunque iudices dandum alicui perspexerint: non solùm super mobilibus rebus, & immobilibus, & se mouentibus, sed [i] etiam super actionibus [k] quæ debitori competunt, præcipimus hoc eis licere decernere. Datum Kal.April.Constantinop.Decio V.Conss.529.

Sicut pignus conuentionale recuperatur per hypothecariam, si creditor cadat à possessione: ita & pignus prætorium. Salyc.

2. Idem A.Iuliano.

VEteris iuris dubitationem decidentes, ad duplum [l] genus hypothecarum respeximus: vnum quidem quod ex conuentionibus & pactis hominum nascitur: aliud quod à iudicibus datur, & prætorium nuncupatur. Et cùm [m] inuenimus in conuentionalibus pignoribus, vel hypothecis non solùm tenentem creditorem adiuuari, sed etiam si ab ea ||possessione|| cadat [n], siue sua culpa, siue non, siue fortuitò casu: humanius esse perspeximus, & in prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, siue culpa sua, siue non, siue fortuito casu. Licet enim debuerat [o] incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur || inde || iacturam: tamen ne quid amarum [p] in creditoribus consequatur: benigniùs [q] causam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Datum Kalend.August.Constantinopoli, Lampadio & Oreste, VV.CC.Conss.530.

SI IN CAVSA IVDICATI pignus captum sit.

TIT. XXIII.

1. Imp.*Antoninus* Aug.Gabinio.

e Ratio dubitandi esse potuit, quòd commune, quasi meum videatur *l.5.in fin. D. de leg.3.l.239.in fi. D.de verb.sign.*
f non quia iubente prætore constituitur. alioquin quod ab executorib. rei iudicatæ iubente Prætore capitur, prætorium dicemus: sed quia iure prætorio, id est, ex edicto, constituitur *l.3.§.vt in possess.legat.*
g auctionibus.
h Prætorium pignus est, quod missio in possessionem constituit. *l.12.D pro emptore.l.3.§.1.D.de reb.eor.adde Cuiac.5.obser.30.*
i Pignus prætorium in vniuersa bona & iura constituitur.
k Pignus prætorium in nominibus potest consistere.
l Pignus aliud conuentionale, aliud iudiciale & prætorium.
m Nota argumentum à pignore conuentionali ad prætorium.
n Pignus conuentionale & prætorium recuperatur per hypothecariũ, si fortè missus à possessione ceciderit. *l.11.§.1.in fi D.de pignoribus.*
o Negligentia possessio faciliùs amittitur, quàm ius reale.
p Fauetur creditoribus ius suũ persequentibus.
q *vide l.56.l.192.in fin.D.de reg.iur.c.49.de regul.in 6.* r Pignus ex causa iudicati acceptum, distrahere quis potest. Nam pignori ex causa contractus accepto adsimilatur, & eandem vicem obtinet. *Synopsis Basilic.25.titul.7.cap.16.3.Harmenop.5.cap.18.l.26.D.de pignor.*
s Vt consensu partium, ita & auctoritate iudicis pignus vendi potest. *l.3.§.1.versic. sin autem.§.de iure dominij.*
t Pignus ex causa iudicati captũ, ab officio solet distrahi, quòd si nullus emptor extiterit, aut extiterit quidem, sed pretium minus offeratur, ac voluerit creditor, licitatione facta rem comparare, perinde hoc illi facere licet, atque extraneo, *Synopsis illo loco.c.16.3.Harmenop.5.c.17.*
u Ad licitandum, creditor qui pignus cepit admittitur. *d.l.3.§.2.l.16.D.de rebus auct.iud.*

x Vice extranei, creditori pignus emere licet.
y Emptore non reperto iure dominij creditor pignus possidere solet. Subsidium emptionis, dominij addictio. *d.§.2.*
z Pignus pignori creditor dare potest. *l.13.§.2.D.de pign.adde l.4.§.quæ res pign.l.40.in fin.D.de pignoratitia act.*quod Græcis est ὑποτίθεσθαι ἐνέχυρα (ἐνεχυριάζειν).

RES ob [r] causam iudicati ||datas|| eius iussu, cuius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac distrahi posse, sæpe rescriptum est. Nam in [s] vicem iustæ obligationis succedit ex causa contractus auctoritas iubentis. PP.5.Kal. August.Romæ, Antonino A. IIII.& Balbino Conss.215.

2 Imp.*Alexand.*Aug.Valeriano.

CVm [t] in causa iudicati aliqua res pignori capitur, per officium eius qui ita decreuit, venundari solet, non per eum qui iudicatum fieri postulauit. Et si alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non dignum pretium offerente, is cui iudicatus satis non fecit, ad [u] licitationem secundum constituta fuerit admissus: cuiuslibet alterius [x] vice ex officio emere debet. PP.6.Kal.Maij, Maximo II.& Æliano Conss.224.

3. Imp.*Gordianus* Aug.Antigono.

IN causa iudicati pignora ex auctoritate præsidis capta, potius [y] distrahi, quàm iure dominij possideri consueuerunt. si tamen per calliditatem condemnati emptor inueniri non potest, tunc auctoritate principis dominium creditori addici solet. PP. Id. Aug. Gordiano A.& Auiola Conss.242.

SI PIGNVS [z] PIGNORI datum sit.

TIT. XXIIII.

1. Imp.*Gordianus* A.Lamponi & aliis.

ETIAM [a] id, quod pignori obligatum est, à creditore pignori obstringi posse iamdudum placuit: scilicet vt sequenti [b] creditori vtilis [c] actio detur, tandiúque eum is [d] qui ius repræsentat, tueatur, quandiu [e] in causa pignoris manet eius qui dedit. Sed si vos vsumfructum [f] possessionis tantummodo pignori dedistis: ísque qui accepit, alij [g] eam possessionem cuius vsumfructum nexum habebat, sine vestra voluntate pignorauerit: creditor eius, id in quo pignoris vinculum non constitit, distrahens, dominio vos priuare nequiuit. Quòd si non fuit vestro creditori vsusfructus, sed ipsa possessio [h] pignorata, & ante exolutam à domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit: non posse venditionem post [i] solutam pecuniam rescindi, diuorum principum placitis continetur. PP. Idib. Septemb. Pio & Pontiano Conss.230.

Hæres debitoris rem recuperat à secundo creditore, debito soluto vel oblato. Salycet.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Gemello.

SI creditor possessionem quæ à parentibus tuis pignoris iuri fuerat obligata, non vendidit, sed alij creditori pignori dedit: examinata fide veri, poteris eam soluto [k] eo quod ex hac causa creditori [l] debetur, intercessu præsidis prouinciæ recuperare. 13.Kalend.Ian.ipsis IIII.& III. AA. Conss. 290.

DE PARTV PIGNORIS ET omni causa.

TIT. XXV.

1. Imp.*Alexand.*A.Mestriano.

PARTVS [m] pignoratæ [n] ancillæ in pari causa esse, qua mater est, olim placuit. PP.Idib.Maij, Agricola & Clementino Conss.231.

2. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Annoso & Antonino.

CVm pignoris titulo mancipio vos obligasse pro mutua quam accepistis pecunia proponatis. horũm mancipiorum operis [o] quas creditor accepit, vel quas percipere [p] potuit, in vsuras computatis, & pòst in sortem: extenuato debito, residuum offerentibus, vel si non accipiat, consignatum deponentibus, mancipia vobis præses prouinciæ restitui iubebit.S.5.Kal.Ian.AA.Coss.

a *d.§.2.d.l.4.*
b id est, creditori creditoris.
c *subaudi* in debitorem: quicum secundus creditor non contraxit quidem, non ab eo pignus accepit, sed à creditore ipsius debitoris pignoratitio.
d id est, iudex.
e id est, primi creditoris, vt sit sententia: Tandiu secundum creditorem pignus possidere, quandiu primus creditor pignus obligatum habet. *Synopsis 25. tit. 7.cap.19.3.Harmenopul.5.§.18.* Pignus obligatum habere desinit, cùm ei nihil debetur.
f Vsumfructum fundi tibi obligaui. fundum Titio obligasti. Titius eundem fundum vendidit. quid iuris? venditio non valet. Nam pignoris nudus vsufructuarius proprietatem obligare aut alienare non potest. solum vsumfructum potest.
g Rei vsusfructus pignorari potest.
h Fundum pignoraui. Creditor eundem fundum pignorat. Nouus ille creditor ex causa iudicati fundum distrahit. nouo creditori pecunia ab emptore soluitur. quid iuris? serò emptori fundum euinco *vt hic: l.2.suprà.si antiquior.credit.*
i id est, re non ampliùs integra.
k Fundum à parentibus tuis pignori mihi datum Titio pignoraui. potes à Titio pignus recuperare, debito mihi soluto vel oblato *vt hic: & l.40.in fin.D.de pignorat.l.13.§.2.D.de pignoribus.vide l.4.sup.quæ res pignor.*vt hoc modo, Resoluto iure dantis, resoluatur ius accipientis.
l tuo scilicet.
m *v.l.13.l.26.in fin.l.29.§.1.D.de pign.l.1.D.de Saluiano interd.*
n id est, Partus editus ante ancillam pignoratam non est pignori, nisi expressè conuenerit. & ita intellige *Paul.2.sent.5.§.2.*post pignoratam, est pignori, *vt hic: & l.18.§.2.D.de pign.*nisi apud alium quàm apud dominum partus sit editus. *d.§.1.in fin.* Editus apud debitorem est pignori: apud emptorem non est.
o Creditor quas operas serui pignorati perceperit aut percipere debuit, in vsuras primùm imputat, deinde in sortem. *vt hic: l.1.2.3.l.12.suprà de pignorat.l.11.suprà de vsur.l.9.in fin.suprà de pignoribus.l.1.infrà de distract.pignor.l.10.§.9.D.mandati.*
p *vide Cuiacium 11.obseru.3.*

a Pignoris remissione, ius pignoris perimitur. *adde 20. D. 6.*
b Creditor, qui sibi pignoratum seruum sciens manumitti & in libertate morari patitur, ius pignoris remittit. *facit l. 4. s. de seruo pignor. dato.*
c Qui rem pignoratam vendi & tradi patitur ac consentit, pignus remittit. *l. 4. j. eo. l. 4. §. 1. D. quib. mod. pign.* d *l. 9. in fin. j. eo. l. 23. s. de pign. l. 2. s. quæ res pignori. l. 5. D. quib. mod. pign.*

DE REMISSIONE[a] pignoris.

TIT. XXVI.

Si seruus manumittatur sciente creditore.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Proculo.

SI te manumissum, & in libertatem moratum,[b] sciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris, præsidi probaueris: ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit: & per hoc iure manumissum, nec ab herede creditricis in seruitutem peti posse, certum est. PP. 12. Kalend. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coss. 209.

Si creditor consentiat alienationi fundi obligati.

2. Iidem AA. Materno.

SI probaueris te fundum mercatum, possessionémque eius tibi traditam[c], sciente & consentiente ea quæ sibi eum à venditore obligatum dicit: exceptione ||eam|| remouebis. Nam obligatio pignoris, consensu & contrahitur[d] & dissoluitur. PP. 2. Idib. Febr. Antonino A. III. & Geta III. Coss. 209.

Si creditor cum rep. contraxerit.

3. Imp. *Alexand.* A. Tauro.

SI ignorante vel inuito te debitor tuus, qui vniuersa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligauerat, cum republica postea[e] contraxit, ius tuum non læsit. PP. 3. Id. Apr. Albino & Maximo Coss. 228.

Si creditor alienationi pignoris consenserit.

4. Imp. *Gordianus* A. Aquilino.

CVm te à debitore mercatum proponas eam rem, quæ alij pignorata erat: si sciente eo, ac pignus suum remittente[f], eam mercatus[g] es: cùm eius consensu nexu pignoris euanuerit, si non noua[h] voluntas intercesserit, quæ denuo obligationem pignoris constitueret, ea res velut obstricta non potest vindicari. PP. 11. Kalend. Maij, Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De pacto inutili.

5. Idem A. Asclepiadi.

DEbitum, cuius meministi, quod per pacti conuentionem inutiliter[i] factam remisisti, etiam nunc petere non vetaris, & vsitato more pignora iudicare. PP. 6. Id. Sept. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss. 242.

De programmate.

6. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Argio.

SI eo tempore quo prædium distrahebatur, programmate[k] admoniti[l] creditores, cùm[m] præsentes essent, ius suum executi non sunt: possunt videri obligationem pignoris amisisse. PP. 3. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

De redditione chirographi.

7. Iidem AA. Paulino.

CReditricem patrui tui sub obligatione fundi qui per chirographum nexus pignori fuerat, iubentem eandem cautionem[n] reddi, pignoris etiam ius remisisse videri, manifestum est. PP. 5. Id. Septemb. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss. 287.

Si fiscus distraxerit.

8. Iidem AA. & CC. Apollonio.

SI hypothecas fisco[o] distrahente, creditores silentio[p] tradiderunt negotium: palam est ||etiam|| actionem suam amisisse eos, quam in rem habebant. nam & fiscalis hastæ fides[q] facilè conuelli non debet. PP. 13. Kal. Septemb. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

e Prior creditor hypothecarius, etiam priuatus, fisco tempore posteriori præfertur. *l. 12. j. de distract. l. 8. ff. qui potior.*
f expressim. *dixi l. 2. s. eo.* alioquin non sufficit taciturnitas sine scientia.
g *v. Harmenop. 3. tit. 5. §. 20.*
h Pignus remissum, nouo pacto potest restitui. *vide Cuia. 19. obs. 27.*
i Pacto inutili pignus remitti non potest: vtilis potest. *l. 2 j. eo. l. 11. §. 2. D. de act. pignor. l. 5. ff. quib. mod. pign.* Imò potest. nã vtcumque donatio pignoris sit inutilis, non potest tamẽ reuocari. *l. 1. §. 1. D. quib. mod. pign.*
k Programmata, Galli *affiches & panonceaux.* Libellus publicè propositus. Programa quid esset, dixi etiam *ad Nouell. 112. c. 3.* adde Paponẽ 18. *Arrest. 6. des cr es & subhastations.*
l sunt enim monendi hi quorum interest. *l. 26. § 7. ff. de fideic. libert.*
m Si pignus publicè subhastatur, creditore præsente & tacente, ius pignoris remitti intelligitur. *vt hic: & l. 8. j. eo.* Quid si absens? iuuari potest. & ita iudicatum à senatu Burdegalensi Paponius refert *d. loco Arrest. 4.* maximè si rei publicæ causa abfuit, aut pupillus fuerit. *l. 6. §. 1. D. quib. ex caus. in possess.* i. siue minor sit deceptus in pretio, siue ex falsa causa decretum fuerit interpositum. *l. 2. l. 5. s. de præd. l. 9. D. de reb. eor. quæ sub tut. adde c. constitutus de in integ. restit. l. pen. s. de integ. v. Aresta Burdegal. apud Paponem d. loco Arrest. 1.* vt ita vsu discessum sit à *l. 5. in fi. j. de fide & iure hastæ.*

n Creditor iubens debitori cautionem reddi, pignus remisisse intelligitur *vt hic:* & merito. Nam & eo casu actum etiam id videtur, ne debitum. *j. eo. ibi etiam ius. l. 2. D. de pact.* seu id quod in chirographo est, petatur. *l. 59. D. de legat. 3.* quo nomine debitori competit exceptio. *l. 3 §. 1. D. de liberatione.*
o *dixi ad l. 6. s. eo. l. 1. s. si propt. publicas pensitationes.*
p Publicæ cautioni (ad priuatam venditionem refer. *l. 8. §. 15. D. eod.*) creditor contradicere debet: alioquin silentio ius pignoris amittit *hic: & l. 6. s. cod.* vt hinc constet, Præsentiam tertij tacentis in actu alterius, eidem tertio nocere. qua in re vix certa potest tradi regula. Patris præsentia habetur pro consensu. *l. 7. D. de sponsalibus. l. 5. s. de nupt.* tutoris non habetur. *l. 3. D. de aucto. præst.* subscribens testamento, non consentit. *l 39. D. de pignor.* contractui, consentit. *l. 26. §. 1. D. de pignor.* Diuisio coheredum præsenti legatario non nocet. *l. 34. D. de leg. 2.* Factum heredis præsenti fideicommissario non nocet, *l. 92. D. de leg. 1.* socij, socio aliquid faciente nocet. *l. 28. D. commun. diuidundo:* vt & coheredis, coherede aliquid faciente. *l. 12. D. de euict.* vel vicini, vicino nouum opus facienti. *l. 19. D. de aqua pluuia.* Nemo fit silentio procurator *in l. 7 §. 1. D. de procuratoribus.* silentio fit fideiussor. *l. 4. in fin. D. de fideiuss.* *vtor vide Hotom. 4. obseru. 27.*
q fiscalis hastæ fides facilè conuelli non debet.
r Si mandatarius solutionis pignus reddit debitori, mandator ius pignoris remisisse intelligitur. s In mandati actione contraria veniunt etiam vsuræ.

De eo qui soluit pro debitore.

9. Iidem AA. & CC. Hermiano.

CVm ex causa mandati[r] pro socero tuo te fœnebrem pecuniam exoluisse proponas, curabit præses prouinciæ in restitúenda pecunia, quam pro eo exoluisti, necnon etiam in vsuris[s] eius indemnitati tuæ prospicere. Nam si recepta[t] à creditore mancipia, quæ pignori fuerant data, hac mente socero tuo tradidisti, vt pignoris vinculum ||tuum|| dissoluatur: obligatio semel extincta instaurari non potest. PP. 10. Kalend. Octobr. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

De alienatione pignoris.

10. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

REs pignoris hypothecæve iure creditoribus obnoxias, citra[u] consensum eorum debitores alienantes, præcedentem non dissoluunt obligationem. Dat. Kalend. Decemb. AA. Coss.

Si pignus consensu creditoris alienatum postea ad priorem dominum reuertatur.

11. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præf. præt.

SOlita prouidentia vtimur etiam de pignoribus vel hypothecis rerum, quæ quibusdam creditoribus suppositæ, postea à debitoribus venduntur, vel alio modo transferuntur, creditore suum[x] consensum contractui præbente: & quodam legitimo postea modo ||res|| ad priorem dominum reuertuntur. In hoc etenim casu diuersæ sententiæ à legum prudentibus habitæ sunt, quibusdam dicentibus ius pignoris creditori renouari, propter[y] verbum *futurarum*[z] *rerum*, quod in generalibus hypothecis poni solitum est: aliis penitus extingui. Nobis autem visum est, eum qui semel[a] consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum ius respuit[b], indignum[c] esse eandem rem, vtpote ab initio ei suppositam, vindicare, vel tenentem inquietare. Dat.* Constantinopol. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

t Tuo creditori, cùm id mihi mandasses, debitum solui: pignus liberatũ tibi reddidi. ius pignoris extinctum *vt hic:* nõ tamen debiti. *in princ. s. eod.* Pignoris, inquam, ita vt pignus tibi datum reuocare non possim, *vt hic.*
u Pignus citra consensum creditoris à debitore non potest alienari. *vt hic: l. vlt. j. eo. l. 12. j. de distract. pign. l. 15. s. de pignoribus.*
x Pignus consentiente creditore potest alienari *vt hic: & l. 10. s. eod.* finge pignus. *l. 1. s. de precario. l. 1. D. de alie. iud. mut. causa.* ita alienatum postmodum rediisse in potestatem debitoris: num tacitè pignus redintegratũ est? non est. *j. eo. ibi, indignum.* Imò est. *l. 8. §. 7. in fi. D. quibus mod. pign.*
y Ratio dubitandi ea fuit. Res futuras Titius mihi obligauit. pignus mihi obligatum, meo consensu alienatũ, postmodum, me inscio, adquisiuit. Pignus itaque, de quo quæritur, mihi obligatum. Multi hunc casum singularem ignorantes contrarium responsuri essent. Salycetus.
z Formula generalis hypothecæ.
a *l. 158. D. de reg. iur.*
b Ratio decidendi.
c decisio.
d Chirographaria pecunia est, quæ sine pignore creditur.
e Nouatione debiti voluntaria, pignus remittitur. *l. 11. D. de pignor. l. 18. D. de nouation.* id est, Pignus obligationis nouatæ non transfertur in obligationem nouatam nisi ex pacto.

ETIAM OB CHIROGRAPHAriam[d] pecuniam pignus teneri posse.

TIT. XXVII.

Per nouationem voluntariam debiti principalis pignus extinguitur: nisi fuerit repetitum. Salyc.

1. Imp. *Gordianus* A. Festo.

PIGNVS intercidit, si nouatione[e] facta, in[f] alium ius obligationis transtulisti, nec vt ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum est. Quòd si pactum inter te eúmque qui postea dominus fundi constitutus nouam obligationem susceperat, intercessit, vt idem fundus tibi pignoris nomine teneretur, quamuis personali actione expertus feceris[g] condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem[h]. At si[i] in possessione fueris constitutus: nisi ea ||quoque|| pecunia tibi à debitore reddatur, vel offeratur, quæ sine pignore debetur: eam restituere propter[k] exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis debitores[l] eam solam pecuniam, cuius nomine ea pignora obligauerunt, afferentes, audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperunt, quod in secundo[m] creditore locum non habet, nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Idibus Martiis, Gordiano August. & Auiola Coss. 240.

f Nouationis, seu delegationis definitio. *l. 1. D. de nouat.*
g i. tibi condemnatus fuerit debitor. *d. l. 11. l. 13. §. 4. D. de pign.*
h aduersus eum qui pignoris dominus constitutus est.
i Fundum tibi obligaui in decem, delegaui tibi Titium, nulla facta mentione pignoris: fundum postea Titio vendidi: ius pignoris non habes, nisi cum Titio pactus sis de pignore. Quid si fundi possessio adhuc apud te est? *vt hic.* Fundi retinendi ius habes, etiamsi sine pignore pecuniam, id est, chirographariam tantum debeas, retinendi, inquam, aduersus ipsum debitorem. *versic. Iure enim contendis debitores. j. eod.* at non aduersus secundum creditorem. *j. eod. rel. quod in secundo creditore*, &c.
k *l. 1. s. si res alien.*
l de ipso debitore.
m de secundo creditore.

DE

a *dixi ad 20.D.5.* b Creditor ex fructibus pignoris debitum consecutus pignus distrahere non potest. *vt hîc. adde l.2.s.de partu pignor. l.1.3.l.vlt.s. de pign.*
c & vsuras. *dixi ad d.l.2. adde l.8. in fin. D.de pign.* d Pignus sua natura non est res litigiosa, ideóque pignus citra vitium litigiosi vendi potest. *vt hîc: & l.1.j.de litigiosis.* e Creditor pignus domino ac debitori precario potest concedere. *vt hîc:* huiusmodi precario, ius pignoris non remittitur. *l.3. D.de pactis.* nô denique ius pignoris vêdendi. *vt hîc.* Est verò precario possidere κατὰ πα ἐάκλνσι νέμεσθ *Synopsis Basilic. 25.tit.7.c.24.*

DE DISTRACTIONE[a] pignorum.

TIT. XXVIII.

Si creditor ex fructibus debitum consecutus est.

1. Imp. *Alexand.* A. Pacatæ.

FVNDVM pignori obligatum si creditor ex[b] fructibus debitum[c] consecutus est, cum ipso iure pignus ||ab|| obligatione liberatum sit, distrahere minimè potest. PP. Idib. Ianuar. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Creditorem rem litigiosam non vendere quia debitor precario possidet.

2. Idem A. Maximæ.

CReditor, qui hypothecæ seu pignori rem sibi nexam vendidit, litigiosam[d] rem non videtur vendere: quia precariò[e] debitor possidet. PP. 12. Kal. Octob. Maximo II. & Æliano Coss. 224.

Si non solidum seruet creditor ex venditione pignoris.

3. Idem A. Luciano.

HYpothecis vel pignoribus à creditoribus venundatis, in id, quod deest[f], aduersus reum vel fideiussorem ||eius|| actio competit. PP. 3. Non. Nouemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Quæ obseruanda sunt à creditore distracturo.

4. Idem A. Crescenti.

CReditor hypothecas siue pignus cum proscribit, notum[g] debitori facere, & sibi bona fide rem gerere, &, quando licet, testatò dicere[h] debet. Si quid itaque per[i] fraudem in pignore villæ venditæ commissum probare potes: vt inferatur actio, quæ eo nomine competit: adi eum, cuius de ea re notio est. PP. Kal. Iun. Fusco & Dextro Conss. 226.

Si debitor sit paratus soluere residuum debiti.

5. Idem A. Sossiano.

SI residuum[k] debiti paratus es soluere, præses prouinciæ dabit ||tib.|| arbitrum: apud quem quantum[l] sit, quod superest ex debito, examinabitur: & siue ad iudicem venire aduersa pars cessauerit, siue oblato superfluo ad venditionem prosiluerit: improba alienatio proprietatis tuæ ius non aufert. PP. 12. Kalend. August. Pompeiano & Peligno Conss. 232.

Si quid supersit ex debito.

6. Imp. *Gordianus* A. Rogato.

QVandiu[m] non est integra pecunia creditori numerata: etiam si pro parte maiore eam consecutus sit, distrahendi rem obligatam non amittit facultatem. PP. 14. Kal. Septemb. Pio & Pontiano Coss. 239.

An venditio reuocanda sit & de fraude debitoris.

7. Idem A. Caro.

SI cessante[n] solutione, creditor non reluctante lege contractus[o], ea quæ sibi pignori nexa erant, distraxit: reuocari[p] venditionem iniquum est, cùm si quid in ea re fraudulenter[q] fecerit, non emptor à te, sed[r] creditor conueniendus sit. PP. 5. Kal. Nou. Pio & Pontiano Coss. 239.

De oblatione debiti.

8. Idem A. Maximo.

SI priusquam[s] distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eóque non accipiente, facta contestatione eam deposuisti, & hodie || quoque || in eadem causa permanet: pignoris distractio non valet. Quod si priùs quam offerres, legem venditionis exercuit: quod iure subsistit, reuocari non debet. PP. 3. Non. April. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

Quæ obseruanda sint in distr actione pignoris & de residuo debiti.

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Cillo.

QVæ specialiter[t] vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis & solenniter vendere. Ita enim apparebit, an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. Quod si quid deerit[u]: non prohibemini cætera[x] etiam bona iure conuentionis consequi. PP. 13. Kalend. Iun. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conss. 287.

f Venditio pignoris non idonei, residui petitionem non adimit. Hyperochæ, seu residui repetitio superest. *vt hîc: & l.5.j.eo. l.9. in fi. D.eo. & l.10. in fi. s.de oblig. l.8. in fin. s.si cert. pet. l.28. D. de rebus credit. l.9. in fin. pr. ff. de distract. pign.*
g Debitor clâ & creditore nô denunciato pignus vendere non potest. Solenniter igitur denunciato, potest. *facit l.6. l.8. s.de remiss. pign. l.3. §.1. versic. sin autem j. de iure dom.* aliàs non sufficit creditoris taciturnitas. *l.8. §.15. D.quib. mod. pign.*
h *l.1.j.si vendito pignore.*
i id est, condicere, denunciare.
k *dixi ad l.3.s. eod.* Residui debiti oblatio pignoris venditionem impedit. *adde l.8.j.eo. l.2.j.debitor. vendit. pign. imped. non posse.*
l Residuum debiti à iudice æstimatur.
m Etiam pro residuo debiti ius totius pignoris vendi potest (quatenus debito maius) *vt hîc: & l.3.s. eo. & l.2. in fin.j. tit. prox. l.25. §.14. D.familiæ. l.8. §.2.3. l.11. §.4. D. de pign. adde l.3. §.5. D.de statu lib.* quia ius pignoris est indiuiduum. *l.65. D.de euic.* atque ita, Pignus creditor vendere potest, etiamsi maiorem crediti partem iam receperit: ac quum ita vendit, rata venditio est. *Synopsis Basilic. 25. tit.7. cap.28.*
n *l.2. in fin. s.de pign. act. l.3.s.de pignor. l.4. D.de pign. act.*
o *l.8. in fin. j.eo. l. 2. s. si antiquior.*

p Facta legitimè venditio pignoris non reuocatur. q Fraus venditoris, bonæ fidei emptori non nocet. *v.l.1.j.si venditor pign.*
r *l.5.j.si vendit o pignore.*
s Præcedens oblatio pignoris, venditionem impedit: subsequens, factam non reuocat. *adde l.2.s.qui bon.ced.* t Pignora specialiter obligata priore loco distrahuntur: posteriore, generaliter obligata.
u *v.l.3.s.qui potior.*
x id est, res generaliter obligatas. *dixi ad l.2.D.qui potior.*
y Creditor per interpositam personam rem sibi pignoratam emere non potest *vt hîc: adde Paul.2.sent.13.§.4.l.8.s.de pign. adde l.54 D.de oblig.* Palam potest emere. *l.3 j.de iure dominij,* aut ab ipso debitore. *l.20 34. D.de pignor.*
z Qui iugiter tenet possessionem eam non amittit.
a suppositam. *d.§.4.*
b *d.l.20. d.l.34.* c *s.de dolo. & l.5.s.de rescind.vend.* d *s quod met.caus. l.1.s.de rescind.*
e *l.7. s. de rescind.*

An creditor pignus emere possit.

10. Iidem AA. & CC. Rufino.

ET qui sub imagine[y] alterius personæ, quam supposuerat, iugiter[z] tenet: cùm sibi negotium gerat, alienasse non videtur. Iure enim pignoris obligatum prædium, neque si per subiectam[a] personam creditor comparauerit, neque si sibi addixerit, debitori affert præiudicium: sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionem. Sanè si[b] debitore distrahente comparauerit, consensu emptionem perfectam (si neque dolus[c] aduersarij, neque metus[d] causa gesta agentur) reuocari[e], exemplo graue est. Si igitur poteris euidentibus probationibus monstrare creditorem[f] per suppositam imaginarij[g] emptoris personam semper possessionem tenuisse, nec vendita bona[h] fide prædia postea sinceriter comparasse: potes oblata pecunia cum vsuris, ad restitutionem creditorem compellere. PP. 3. Non. Octobr. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

De muliere.

11. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

MVlier[i] licet specialiter res pignori dederit pro alio,[k] creditor eas distrahendi[l] non habet facultatem nisi dissimulatione[m], marito obligante velut[n] proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. PP. 5. Kalen. Maij, Heracliæ, AA. Conss.

Si debitor distraxerit.

12. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor[o] rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cum[p] sua causa transtulit ad emptorem. S. Prid. Kalend. Maij, Heracliæ, AA. Conss.

Si emptor in possessionem inductus non est.

13. Iidem AA. & CC. Theodotæ.

QVi prædium obligatum à creditore comparauit, si in[q] vacuam possessionem inductus[r] non est: nullam in rem actionem habet.

Si debitor rem obligatam teneat.

14. Iidem AA. & CC. Modesto.

SI in hoc, quod iure tibi debetur, satisfactum[s] non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus[t]: aditus præses prouinciæ, tibi distrahendi facultatem iubebit fieri. PP. 16. Kalend. Decemb. Sirmij, AA. Coss.

Si creditor mancipia à creditore distracta solicitauerit.

15. Iidem AA. & CC. Auianæ.

OBligatis pignori mancipiis à creditore distractis ac traditis: si post debitor quondam hæc solicitauerit, non venditori, sed emptori[u] contra possidentem in rem competit actio. Dat. Kal. Mart. Sirmij, CC. Coss.

Si vnus ex heredibus debitoris pro sua portione soluerit.

16. Iidem AA. & CC. Syluano.

VNus[x] ex multis debitoris qui pignora tradiderat, heredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, soluendo, res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit. S. 3. Non. April. CC. Coss.

De re vendita à creditore cui non erat obligata.

17. Iidem AA. & CC. Agapæ.

REi creditor obligatæ generali siue speciali conuentione, per creditorem alium, cui[y] non fuerat nexa, venundatæ, non amittit persecutionem. Dat. Prid. Non. April. CC. Conss.

Proprietatem transferri in emptorem.

18. Iidem AA. & CC. Caiano.

QVi à creditore pignori obligatum prædium iure[z] emit, de proprietate[a] vinci non potest. S. 6. Kalend. Maij, CC. Coss.

f *dixi ad l.5. s. de legibus: adde l.26. s.de vsur. l.5. §.3. D. de author. tut. Nouell. 22. c.27. Nouell. 123. c.2.*
g Actus imaginarij iuris vinculum non obtinent. *l.54. ff. de oblig.*
h bona fide sinceriter. *v.l.1. s. de suffragio. l.2. s. si propter public. pensit.*
i Licet mulier pro alio pignus dederit, non tamen id creditor distrahere potest, nisi marito res vxoris obligante, simulans ipsa non esse suas, creditorē ignorantem cir cumscripserit. *Synops. Basilic. 6. tit.36. ex lib. 25. tit.7.c.32.*
k Mulier pro extraneo pignus dare non potest. *l.39. infr. l. 40. D. de rei vindic.*
l Inutile est pignus quod alij vendi non potest.
m *l.18. s. ad Velleian.* Mulier colludendo rectè pignorat.
n Si maritus res vxoris velut proprias obligauit, sciente & dissimulante vxore: obligatio non rescinditur.
o Debitor pignus potest vendere, saluo iure creditoris. *l.14. l.15. supr. de pignoribus. l.3. l.10. suprà de remiss. pignor. l.18. §.2. D. de pignoribus.*
p *d. §.2. adde quæ notaui ad l.20. §.1. D.de adquir. rer.*
q Non venditione, sed traditione dominium transfertur. *vide l.20. suprà de pact. adde Vlp. 19.§.7. l.9. suprà de donat. inter vir.*
r Inductione vacuæ possessionis dominium adquiritur. Non inductus, non dominus.

s *l.18. de administr. tut. vide l.1. suprà de partu pign.*
t Creditor pignus etiam apud debitorem constitutum potest vendere.
u Emptori pignoris legitimo, rei vindicatio competit in debitorem pignoris possessorem.
x *v.l.1.j.de luit.pign.*
y Creditor chirographarius in præiudicium creditoris hypothecarij pignus vendere non potest. *v.l.2. sup. de his qui in prior. cred.*
z Pignus à creditore iure venditum debitor non euincit.
a Effectus iustæ emptionis.

a Nummis vxoris pignus adquisitum, non est vxoris. *adde l.26. s̃. de pign.*
b Iusta est conuentio, Si conuenerit vt quod ex venditione pignoris redegerit creditor, creditor id omne sibi habeat. *vt hic*, propter incertum euentum venditionis (quem rectè sortem hastarum vocat lex *pen. C. Theod. de prædiis naut.*) sicut è contrario, vt si vel minimum redegerit eo sit contentus in crediti vicem. *l.15. §.3. D. de re iud.* at non ita pactum legis commissoriæ in pignoribus admittitur. *v. j. de pactis pign. & l. com.*
c puta superfluo precij. Emptum ex hyperocha, seu precij venditi pignoris superfluo, nō est debitoris.
d Superfluum debitori seruari debet. *l. vlt. §.5. j. de iur. dom. &* reddi. *l.24. §.2. in fi. D. de pign.*
e Quid si ex hyperocha fœneret, aut ea sit vsus? vsuras præstat. *l.6. in fi. ff. de pign.* quemadmodum si tardius idem superfluum reddat. *l.7. d. tit.*
f *dixi ad l.24. §.2. D. de pign.*
g Debitor venditionē pignoris testamento impedire non potest. *vt hic: & l.113. §.12. D. de leg.1. adde Cuiac. 5. obs.16.*
h *l.38. §.3. D. de leg.3.*
i Pignoris distractionem debitor non aliter impedire potest, quàm si sortem vniuersam & vsuras offerat, vel saltem deponat. Nam si quid defuerit, non modo non impedit, sed ne emptor quidē malæ fidei possessor est. *Synopsis Basilic. 25. tit.7. c.43.*
k Denunciatio debitoris illegitima, pignoris vēditionem non impedit.
l *dixi ad l.5. s̃. de distract. pignor.*
m *dixi ad l.6. s̃. de distract. pignor. adde l.25. j. de fideiussorib. l.21. §.13. D. familiæ. l.9. §.3. D. de pignor. l.85. §.6. D. de verb. obl.*
n *adde 4. s̃. de vsuris.*
o Illegitima denunciatio debitoris non constituit emptorem pignoris in mala fide. vel, non facit rē litigiosam. *l.1. j. de litigios.*

Si maritus vxoris pecuniam crediderit.

19. Iidem AA. & CC. Libyæ.

SI maritus [a] tuus mutuam (licèt tuam) dedit pecuniam: eorum, quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S.6. Id. Nouemb. Heracliæ, AA. Coss.

De superfluo pretio pignore, & re ex eo empto.

20. Iidem AA. & CC. Sabino.

SEcundùm placiti fidem, si nihil conuenit [b] specialiter, pignoribus à creditore maiore quàm ei debebatur, pretio distractis [c], licet ex eo [d] fundus comparatus [e] sit, non super hoc in rem, sed in personam, id est, pignoratítia de [f] superfluo competit actio. S. 6. Id. Nouembr. Byzantij, CC. Conss.

DEBITOREM VENDITIONEM pignoris impedire non posse.

TIT. XXIX.

Debitor in sua vltima voluntate non potest impedire, quominus creditor iure possit vendere prædia sibi obligata. Salyc.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Marcello.

SI sunt qui emere prædia tibi obligata velint, non impediuntur scriptura [g] testamenti, qua complexus est debitor nulla à se prædia venundari, & pœnam addidit, vt [h] fisci fierent. Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, manifestum est. Dat.6. Kal. Maij, Apro & Maximo Conss. 880.

Nisi debitor vniuersum debitum offerat, non habet potestatem denunciandi creditori ne pignora vendat, nec emptori ne emat. Salyc.

2. Imp. *Gordianus* A. Nepoti.

DEbitoris [i] denunciatio [k], qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatam distrahat, vel his qui ab eo volunt comparare, denuntiat: ita demum efficax est, si vniuersum [l] tam sortis quàm vsurarum offerat debitum creditori: cóque non accipiente, idonea fide probationis (ita vt oportet) depositum ostendat. Nam si vel [m] modicum de sorte vel vsuris [n] in debito perseueret: distractio rei obligatæ non potest impediri: neque ea ratione emptor, tametsi sciat interpositam à debitore creditori [o] denunciationem, malæ fidei sit possessor. PP.3. Non. August. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

SI VENDITO PIGNORE agatur.

TIT. XXX.

Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad interesse debitoris tenetur. Salyc.

1. Imp. *Alexand.* A. Agrippæ.

PRæses prouinciæ aditus, si fuerit probatum, tuum creditorem cui ius distrahendi pignora fuit, dolo [p] malo fundum vendidisse: quanti tua interest, restituere tibi eundem creditorem iubebit. Quòd si [q] de bonis creditoris condemnati solui pecunia non potuerit, & probatum fuerit, emptorem mala fide emisse: offerente [r] te pecuniam cum vsuris, quanti fundus venit, restituere tibi fundum cum fructibus malæ fidei emptorem iubebit. PP. Kal. Septemb. Alexand. A. Conss. 223.

p *l.4. j. l.4. l.7. s̃. de distract. pign.* q Debitori in emptorem malæ fidei restituitur in rem actio, creditore qui pignus vendidit non idoneo. *l.3. j. eo.*
r *l.28. in fin. D. de rescind.* Imò emptori malæ fidei pretium offerri non oportet, cùm pretium amittere debeat. *v. l.27. j. de euict.*
s id est, non obseruatis solennitatibus. *l.4. j. eo. l.2. s̃. si propt. public. pensit. l.3. s̃. si aduers. fisc.* t *v. Cuiac. 7. obs.26. in fin.*
u Debitor eiúsve heres pignus non iure distractum vindicare potest, nisi sit vsucaptum: quo casu venditor de pretio tenetur.
x & ita dolo malo. *l.1. s̃. eod.*
y id est, minore pretio.
z *v. l.1. vers. quod si. s̃. eod.*
a Emptor fraudis particeps tenetur in subsidium, si creditor non est soluendo. *d. l.1. l.4. j. eod.* b *v. Cuiac. 19. obs.28.*
c id est, omissis solennibus, id est, indictionibus, adiectionibus, licitationibus vel si is vendidit qui ius vendendi non habuit.
d discusso tamen prius venditore.
e *l.3. s̃. eodem.*
f Actio de superfluo datur in heredem venditoris, non emptoris.
g *l.7. s̃. de distract. pignor.*

h An ius luendi pignoris præscribatur. *dixi ad l.13. D. de vsucap.*
i id est, quibus modis pignus soluitur, 22. D.6. est enim luere, soluere. Varro 4. & 5. *de lingua* hinc reluere, resoluere *Fest. in Reluere.* sic Festo, Deluit, est, soluit.
k *l.16. s̃. de distract. pignor. l.8. §.2. & l.9. §.3. D. de pignor. act.*
l Quod hic dicit, Actione personali tempore sublata durare posse hypothecariam, contra iuris principia est. Nam sublata principali non remanet hypothecaria. *v. Cuiac. 15. obser. 23.* Sed coniungenda est hæc lex superiori hoc modo, Debitori pignoris duo heredes fuerint, si pro sua parte soluerint, tollitur omni iure actio personalis, at nō hypothecaria, qua heredes tenentur in solidum propter indiuisam pignoris causam. *l.65. D. de euict. vide Cuiac. 5. obser. 32.* Aliis quoque etiam casibus, finita etiam personali actione, durat hypothecaria, vt si creditor non merito causæ, sed merito & culpa sua principalem litem amiserit, fortè quia malè instituit, plus petiit, iudicio non adfuit. *l. 30. §.1. D. ad l. Aquil. l.27. D. de pignor. l.95. §.15. D. de solutionibus.* Nam in causa hypothecaria nullum simile vitium arguitur. *v. Cuiac. hic.*
m Hypothecaria durat, sublata personali. *vt hic.* quod verum esse dicitur, etiamsi personalis actio sit sublata vel præscriptione triginta annorū *ex l. sicut. s̃. de præscript. triginta annorū. Bald. Salycetus hic. Castrensis in l. eos, s̃. de vsuris.* vel cōfusione successionum. *l. debitori. s̃. de pactis. & ibi Alex. l. debitor. D. ad Trebell. text. & gl. in l. expectante. §. Latinus. D. de except. rei iudic.* Quinimo sublata fideiussoria actione durat etiam hypothecaria. *l. cum quis in fin. & ibi Bar. D. de solut.* Nam fideiussoria obligatio, neque initio, neque ex postfacto sine principali potest subsistere. *l. si heres. D. ad Trebell.* hypothecaria, ex postfacto sine principali potest consistere. *Doctor. hic. Castrens. in l. vlt. s̃. de fide instru.* Quid si sententia absolutoria lata est pro debitore aduersus creditorem? Quid si iureiurando sibi à creditore delato, debitor iurauit se nōn esse debitorem? Quid si principalis ipsa obligatio pacto seu conuentione sublata est? Quid si quoquo iusto modo satisfactum est creditori? hypothecaria superioribus casibus vnà cum ipsa principali actione sublata intelligitur. *l. deferente. §.2. & in fin. l. soluitur. inf. & §.1. l. item liberatur. D. quib. mod. pign. l. cum soluendæ. D. de distract. pignor.* Quid: quæ vita, quodve spatium est personalis & hypothecariæ? Personalis, triginta annorum: hypothecariæ, quadraginta. *vide Balbum tractatu de præscript. 4. parte. 4. num.2. Bartol. in l.17. D. de fideiuss.*

2. Idem A. Æmilio.

SEruos, quos nullo [s] iure à creditore venisse dicis, pater tuus, vel [t] tu, si hereditas eius ad te pertinet, à possessoribus petere potes. Quòd si vsucapti [u] sunt, petat pater tuus pretium eorum à creditore, qui non iure eos vendidit. PP. 3. Kal. Ian. Alexand. A. Coss. 223.

3. Idem A. Claudio.

SI vxor tua præsidi prouinciæ probauerit, cùm aureos triginta deberet, seruos suos amplioris pretij per gratiam [x] aureis viginti [y] creditorem vendidisse, eúmque soluendo [z] non fuisse: iubebit [a] emptores recepto precio restituere seruos. PP. 16. Kalend. Oct. Maximo II. & Æliano Coss. 224.

Debitor pignus iure non distractum potest à possessoribus vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere. Salyc.

4. Imp. *Gordianus* A. Eudemo.

CVm [b] contra bonam fidem venditionem obligatæ possessionis à creditore factam alleges, non obseruatis [c] quæ in distrahendis pignoribus celebrari consueuerunt, adito præside prouinciæ experire actione competenti non tantum aduersus creditorem, verumetiam [d] aduersus possessorem, si fraudem eum participasse [e] cum creditore docere potueris: vt reuocatis quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio, & damni quod irrogatum apparuerit, haberi possit. PP. Kalend. April. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

5. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Noniæ.

SI creditore pignus priusquam ei satisfieret, distrahente non per collusionem emptor comparauerit: successor [f] eius de superfluo [g] non emptoris heres, qui rem possidet, conueniendus est. S. 16. Kalend. Ianuar. Nicomediæ CC. Conss.

DE [h] LVITIONE [i] PIGNORIS.

TIT. XXXI.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Antiochiæ.

QVi pro parte heres extitit: nisi [k] totum debitum exoluat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest. PP.3. Kal. April. Albino & Æmiliano Conss. 207.

2. Imp. *Gordianus* A. Dominio.

INtelligere debes vincula pignoris durare [l] personali actione submota [m]. PP.12. Kalend. Iun. Sabino & Venusto Conss. 241.

Soluto debito, vel aliter satisfacto, potest creditor pignoratitia conueniri. Bald.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Floro.

SI reddita [n] debita quantitate, vel rebus [o] in solutum datis siue distractis, & compensato pretio, satis ei contra quem supplicas, factum esse adito præside prouinciæ probaueris: vel si quod residuum [p] debetur, obtuleris, ac, si non acceperit, deposueris consignatum: restitui tibi res pacto pignoris obligatas prouidebit: cùm etiam edicto perpetuo actione proposita, pecunia soluta creditori, vel si per [q] eum factum sit quo minus solueretur: ad reddenda [r] ea quæ pignori acceperat, iure eum satis euidenter vrgeri, manifestum est. S.6. Id. Octob. AA. Coss.

n Soluto, satisfacto, aut compensato debito, pignus petitur. *vt hic. l.1. s̃. de pign. l.7. de distract. pignor. l.4. §.1. D. de rebus creditor. l.11. §.3. §.5. D. de pignor. l.11. §.2. D. de pignor. l.6. D. quib. mod. pign. §. vlt. Instit. quib. mod.* re: sed & instrumentū. *l. vlt. s̃. ad exhib. l.2. s̃. de condict. ex l. vlt. s̃. de solut. l.18. D. ad exhib.*
o Res in solutum dari potest.
p de residui oblatione. *adde l.9. s̃. de pign.*
q Mora factum repræsentat.
r *l.1. §.6. D. de obligationibus.*

a *l.16.ſupr.de diſtract.pignor.l.1.j.de exceptionibus.* b De creditoris heredibus, *adde l.11.§.4.D.de pignor. act.* c *dixi ad leges XII. tab.lib.2. titulo 21.§.2.§.3.l.25.§.13.ff familiæ:adde l.6.ſ.familiæ.* d Perſonalis actio diuidua.pignoratitia,ſeu hypothecaria actio indiuidua *vt hic & le.2.j.eodem. lege ſexageſimaquinta.D.de euictionibus.* e debitoris,ſc. f *vide l.primam.ſi cert.* g *dixi ad l.1.ſupra eo l.2.ſ.de act. heredit.*

SI VNVS EX PLVRIBVS HEREdibus creditoris vel debitoris [a] partem ſuam debiti ſoluerit vel acceperit.

Tit. XXXII.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Tauro.

MANIFESTI & indubitati iuris eſt, defuncto creditore [b] multis relictis heredibus, actionem quidem perſonalem inter eos ex lege [c] XII. tabularum diuidi [d]: pignus verò in ſolidũ vnicuique teneri. Dat.12.Kalend.Maij, ipſis AA. III. & IIII. Conſſ.290.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Claudiæ.

ACtio quidem perſonalis inter heredes [e] pro [f] ſingulis portionibus quæſita, ſcinditur [g]. pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuerſi poſſident: cùm eius vindicatio non [h] perſonam obliget, ſed rem ſequatur: qui poſſident, tenentes non pro modo ſingularum rerum ſubſtantiæ conueniũtur, ſed in ſolidum: vt vel totum debitum [i] reddant, vel eo quod detinent, cedant. Subſcrip. V. Non. * Antiochiæ.

SI PIGNORIS CONVENTIOnem numeratio [k] pecuniæ ſecuta non fuerit.

Tit. XXXIII.

Debitor poteſt creditorem qui pecuniam non numerauit, ad reſtitutionem pignoris conuenire. Sal.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Illaro.

SI pecuniam [l] tibi non eſſe numeratam, atque ideo fruſtra cautionem emiſſam adſeris, & pignus datum probaturus es, in rem experiri potes. nam intentio [m] dati pignoris, neque redditæ pecuniæ, non aliter tenebit, quàm ſi de fide debiti conſtiterit. Eadémque ratione veritas ſeruetur, ſi te [n] poſſidente pignus aduerſarius tuus agere cœperit. PP. Kal.Septéb. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

2. Imp. *Alexander* A. Peregrino.

SI (vt nunc adſeueras) nihil creditor numerauit vxori tuę, quæ pignus dedit, ſed inanem [o] extorſit cautionem: mẽdaci ſcriptura contra fidem veritatis obligari eius res non poteſt. Sine die & conſule.

DE [p] IVRE DOMINII impetrando. †

Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Alexander* A. Nicolæ.

DOMINII iure pignora poſſidere deſiderans, nomina debitorum, quos in ſolutione ceſſare dicis, exprimere, & an ſolennia [q] peregiſti, ſignificare debuiſti: dummodò ſcias omnia bona [r] debitoris, quæ pignori dedit, vt vniuerſa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non poſſe. PP.14. Kal.Dec.Aug.Alex.III. & Dione Conſſ. 230.

2. Imp. *Gordianus* A Iuſtæ.

SI creditor pignus iure dominij à noſtra [ſ] ſerenitate poſſidere petiit, & poſt formam reſcripti alio anno vſuras [t] à vobis accepit, à beneficio impetrato receſſiſſe videtur. PP.prid.Non.Decemb.Pio & Pontiano Conſſ.239.

h Pignus non perſonam ſed rem ſequitur *lege 18.ſ.de pignoribus l. 17.D.de pignoribus.*
i Hæc lex pertinet ad heredes debitoris, vt ſuperior ad heredes creditoris.
k Adde titulum de non numerata pecunia: & de dote cauta non numerata.
l *l.1.ſup. de non num.pecun.*
m Id eſt, exceptio, cuius ea fuit formula ἀλλ' εἰ μὴ δέδωκας τὸ χρέος Græci hîc. hæc eſt exceptio dati pignoris, Creditor ex detentione pignoris numeratam à ſe pecuniam colligeba, neque dũ ſibi redditam à debitore. Concluſio eſt infirma: recurrendũ eſt enim ad ipſã rei geſtæ veritatem. ideóq; non continuò verus creditor cenſebitur qui pignus poſſidebit.
n Qui debitor diceris ſcilicet, ideóque nuda cõuentio pignoris, cauſa pignoris conſtituti nõ ſecuta, nihil operatur.
o Inanis hypotheca eſt, pecunia non numerata.
p *adde l.24. D. de pignoratitia act.l.63. in fi. D. de adquir.rerum dominio.* Ius id dominij quemadmodum impetretur, vide in *l.vlt.j.eod. l. 42. in fi.ff.de adquir. rerum dominio.*
† v.Briſſonium *4.ſelect.9.* Rebuffus monet ſolẽnia huius tituli non obſeruari in Gallia *probe. conſtit.gl.5. num.* 103.
q *leg.3.j. eodem.* his ſolennibus continetur denunciatio debitori facta *l. 4.ſ. de diſtract. pign. Paul.2.ſent.13.§. 5.l.78.§.6. D.ad Trebell.* proſcriptio. *Plinius.7.epiſt.11. l. 3.j. eod.* haſtarum ſolennitas. *adde l.5.ſ. de remiſſ. pign.*
r Specialis hypothecæ dominium princeps poteſt addicere non generalis.
ſ *leg. vlt. ſ. ſi in cauſ.iudic. l.24. D.de pign. l. 59. D.ad Trebell.l.63.in fi. D.de adquir.rer.* t Dominio impetrato renunciat qui vſuras à debitore recipit *l.4.ſup.de pactis int. empt.l.8.ſ. de vſur.l.7.§.1. verſ.quoties in fin. D. depoſiti.* Actu enim contrario beneficium amittitur *l.2. ſ.de his qui vi metúſve cauſa l.4.§.2.in fi.l.7.ff.de lege commiſſ.l.13.ff.de vſur.* u Fit huius legis mentio *§.1.Inſtit.quibus alien.licet.* x *dixi ad l.1.ſ.eod.* y *Plinius 7.epiſt.11.l. 4.ſup.de diſtract.pign.* z *l.63.in fi.D.de adquir.rerum dominio.* a *Synopſis Baſilic. 25. Tit.7.c.57.* b *l.4.ſupr.de pignorat.act.* c Pacta pignoribus adiecta ſeruanda. Quid ſi nihil conuenerit, & poſt rem iudicatam vel denunciationem bienniũ præterierit? pignus vendere licebit. *verſ.ſin autem.* Quid ſi emptorem non inueniat, adeoque neceſſe ſit, creditorem iure dominij rem poſſidere? Præſenti debitori, denunciabitur: abſens iudicis decreto atque officio intra certum tempus requiretur: ſi inuentus debitum ſoluerit, pignus recuperabit. *§.2.j.eo.* ſi nuſquam apparuerit, rurſum iudex tempus ſtatuet, intra quod veniat, & debitum ſoluat, & pignus recuperet. Quid ſi ne tum quidem appareat: aut certè appareat, partẽ tãtum debiti offerẽs? adito principe, creditor pignus iure dominij impetrare poteſt. *§.3.j.eo.* Quid, debitor nõ perpetuò ita ius dominij amittit? non amittit. Nam intra biennium, ius ei eſt debiti offerẽdi vnà cum vſuris & damnis creditori datis, quæ iuratus creditor iudicabit. *§. 3. verſ. & poſtquã.* Quid ſi hoc rurſus biennium elapſum? ius omnino ſuum amittet: ſine vlla ſpe recuperandi. *Synopſis Baſilic. 25. Titu.7.c.57.* (His adde quædam ex Harmenopulo.3. *Titul. 5. §.34.*) Hic conſtat ius dominij hoc modo fuiſſe impetratũ. Creditor primũ pignus poſſidebat, ac venale proponebat. Nã inuẽto emptore aut minus idoneo, à principe impetrabat, vt ſibi iure dominij tenere habereque liceret: dato anni ſpatio debitori, pignoris luendi ac reuocandi. Anno elapſo creditor deinceps ex reſcripto principis pro dominio pignus poſſidebat. *adde Briſſonium. 4.ſelect.9.*

Antiqua obſeruatione ſublata, debitor moneatur vt certo tempore ſoluat: quo elapſo, à principe dominium impetratur. Bart.

3. Imp. *Iuſtinianus* [u] A. Demoſtheni præfecto prætorio.

VEtuſtiſſimam obſeruationem [x], quæ nullatenus in ipſis rerum claruit documentis, penitus eſſe duximus amputandã, immo magis clarioribus remediis corrigendã. Igitur in pignoribus quæ iure dominij poſſidere aliquis cupiebat, proſcriptio [y] publica, & annus [z] luitionis antiquitus introducti ſunt: pignus autem publicè proſcriptũ neque vidimus, neque (niſi tantummodo ex librorum recitatione) audiuimus. 1 ¶ Sancimus [a] itaque, ſi quis rem creditori ſuo pignorauerit, ſi quidem in [b] pactione [c] cautum eſt quemadmodum debet pignus diſtrahi, ſiue in tempore, ſiue in aliis conuentionibus, ea obſeruari [d], de quibus inter creditorem & debitorem conuentum eſt. Sin autem nulla pactio interceſſerit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione [e] vel ex ſententia iudiciali [f], poſt [g] biennium ex quo atteſtatio miſſa vel ſententia prolata eſt, numerandum, eam vendere [h]. 2 ¶ Sin verò nemo [i] eſt qui comparare eam maluerit, & neceſſarium fiat creditori ſaltem ſibi eam iure dominij [k] poſſidere: in huiuſmodi caſibus ‖hanc‖ cauſam eſſe obſeruandam cenſemus, vt ſiue præſens ſit debitor, denunciatio ei ſcilicet poſt biennium mittatur: ſiue abfuerit prouinciale tribunal creditor petat, & iudicem certiorare [l] feſtinet, quatenus ille eum requiſierit, certo tempore ſuper hoc ab eo ſtatuendo: vt fiat debitori manifeſtum per apparitionem [m] iudicis, quod à creditore petitum eſt: & certum tempus ſtatuatur: intra quod ſi fuerit inuentus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. 3 ¶ Sin autem nullatenus fuerit inuentus, iudex certum tempus definiat, intra quod ei licentia dabitur ſeſe manifeſtare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. Sin autem tẽpore ſtatuto vel minimè fuerit inuentus, vel creditam pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, iure dominij ‖à noſtra ſerenitate‖ habere eandem rem expectat, habeátque ex diuino oraculo eam in ſuo dominio. ¶ Et poſtquam hoc fuerit ſubſecutum pietatis, ‖intuitu habeat debitor intra [n] biennij tempus in ſuam rem humanum regreſſum [o], ex die ſacri oraculi numerandum: & liceat ei creditori qui iam dominus factus eſt, offerre debitum cum vſuris & damnis vitio eius creditori illatis: quorum quantitatem creditor debet ſuo iuramento [p] manifeſtare, & ſuum pignus recuperare. Sin autem bienniũ fuerit elapſum, pleniſſimè habeat rem creditor idemq; dominus iam irreuocabilem factam. 4 ¶ Sed ſi quidem minus [q] in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc quod noſcitur abundare, ſit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex vtraque parte quantitas æqua [r] inueniatur: ſine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus [ſ] quidem in debito, amplius [t] autem in pignore fiat: tunc in hoc quod debitum excedit [u], omnia debitori iura integra lege noſtra ſeruabuntur: creditorib. quidem fœneratoris non ſuppoſitum, aliis autem debitoris creditoribus vel ipſi debitori ſeruatum. Et ne ex communione fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori, ſeu domino, æſtimationem ſuperflui debitori vel creditori debitoris cum competenti cautela in eum exponenda offerre [x]. 5 ¶ Sin verò creditor poſtquam iure dominij hoc poſſideat, vendere hoc maluerit: liceat quidem ei hoc facere: ſi quid autem ſuperfluum ſit, debitori ſeruare [y]. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro vẽditione, vtpote viliore pretio facta, ſacramenti [z] religionem creditor præſtare cõpellatur, quòd nulla machinatione vel circumſcriptione vſus eſt, ſed tanti [a] vendiderit rem, quanti potuerit venire: & hoc tantummodo reddi debitori quod ex iuramento ſuperfluum fuerit viſum. Sin autem ex iureiurando ‖etiam‖ minus habuiſſe creditor inueniatur: in reſiduum habeat integram actionem. 6 ¶ Aeſtimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundémque dominũ permaneat, ſiue amplioris ſiue minoris quantum ad debitum quantitatis eſt, iudicialis eſſe volumus diſceptationis: vt quod

d *d.§.1.*
e *Paul.2.ſent.13. ſup.5.*
f *v.l.1.l.2.ſupr. ſi in cauſa iudic.*
g Creditor, etiamſi nihil de eo conuenit, põt pignus diſtrahere biennio poſtquam debitori denunciauerit, vel iudex pronunciauerit pecuniam ſolui.
h De venditione pignoris.
i *lege tertia ſup. de execut.rei iudic. lege ſecunda lege tertia ſuprà ſi in cauſa iudic. leg.15 §.3.ff.de re iudic.*
k De dominij impetratione.
l admonere.
m per officia.
n Non inuento emptore, creditori à principe ius dominij addicitur. ſed tamẽ intra biẽnium debitor ſoluta ſorte & vſuris id recipere poteſt.
o De luitione pignoris.
p Creditor, expenſas à ſe factas in pignore, iuramento definit.

q Si minus in pignore plus in debito *adde leg.10.ſ.de obligationib.* r Si tantum in pignore, quantum in debito. ſ Si minus in debito, plus in pignore *vide l.42. D.de pignorat.l.vlti.ſup.de diſtract. pignor.*
t Quid ſi in fundo ita addicto creditor theſaurum inueniat? *vide legem 63.in fi. D.de adquir.rer.dom.*
u Superfluum pretij creditori non eſt obligatum.
x *vide d.l.42.*
y *v.l.vlt.ſupr.de diſtr.pign.*
z De iuramento creditori delato *adde §.3. ſupr.eodem. dixi ad l.9.§.1.ff.de teſtib.*
a Id eſt, iuſto pretio.

a Iudex æstimationem pignoris definit. b De quibus quædam dixi *ad l.vlti. s.de distract.pign.adde 20.D.1.* c De lege commissoria pignorum adde Ciceronem 13.*epistolarum famil.56.* d 3.*C.Theod.1.facit* 18.*ff.3.Paul.2.sent.13.*quæ & fiduciaria. Fiducia dominium transfertur in creditorem,non pignus *l.35.inf.D. de pignor. Isido. 5.Etym.*Fiducia famosa *Cicero pro Flacco.* In Langobardis legibus fiduciæ fit mentio *l.3. de don. quæ cũ thing. l.2.s.de prohib. aliẽ.min. & C.Theo.l.9.C. de infirmand.his quæ sub tyranni.* Sidonius *lib.4.* Pecuniam mutuã postulauit, nihil quidem loco fiduciæ pignorísve vel argenti sequestrãs vel obligãs prædiorum. Ambrosius *c.12.de Tobia* fiduciam vocat.

iudex[a] super hoc statuerit, hoc in æstimationem pignoris obtineat. Dat.15. Kal. April. Constan. Lampadio & Oreste VV.CC.Coss.530.

DE PACTIS[b] PIGNORVM ET DE lege[c] commissoria[d] in pignoribus rescindenda.

Tit. XXXV.

Lex commissoria in pignoribus nihil operatur.

1. Imp. *Alexander* A. Victorino.

QVI pactus est, nisi[e] intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, solueret, cessurum[f] se creditoribus, hypothecę venditionem non contraxit[g]: sed id comprehendit, quod iure suo creditor in adipiscendo pignore habiturus erat. Cõmuni itaque iure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. Alexandro A. Coss.223.

Pactum quod si res vendita non euincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur, est validum & seruandum. Bald.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Dionysio.

SI fundi nomine quem vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quęstione, alterum fundum pro eius euictione pignoris hypothecæve titulo emptionis instrumentis ea lege dedisti, vt[h] quem secundo tradideras, si is quem vendideras, euictus non fuerit, obtineas: de hoc contra eũ qui mouerat quæstionem lata sentẽtia: emptori parata securitate circa eum quem obligaueras restituendum: conuentionis fidem impleri (si negotium integrum est) præses iubebit. S.Kal.Decemb. Sirmij, AA.Coss.

3. Imp. *Constantinus* A. ad populum.

QVoniam[i] inter alias captiones[k] præcipuè commissoriæ ||pignorum|| legis crescit asperitas, placet infirmari eam, & in posterum omnem eius memoriam aboleri[l]. Si quis igitur tali contractu laborat, hanc sanctione respiret, quæ cum præteritis[m] præsentia quoque repellit, & futura prohibet. Creditores enim re amissa iubemus recuperare quod dederunt. Dat.2.Kal. Febr. Serdicæ, Constant. A. VII. & Constantio Cæsare Coss. 354.

DE EXCEPTIONIBVS[n] SEV [o] præscriptionibus[p].

Tit. XXXVI.

De debitoribus hereditariis.

1. Imp. *Antoninus* Augustus Claudio.

DEBITORES quidem hereditarij vnicuique heredum pro portione hereditaria, antiqua lege[q] obligati sunt. Sed si eis heredibus omnem pecuniam exoluisti, quibus nomen[r] patris tui testator in diuisione adscripserat[s], doli mali exceptione[t] aduersus alios[u] agentes tueri te potes. PP. Kal. Aug. Duobus & Aspris Coss. 213.

De exceptione rei iudicatæ.

2. Idem A. Iulio.

PRo portione tua, qua domũ ad te pertinere dicis, si iudicatum non est, actionem dirigere potes. Nã exceptio rei iudicatæ ei[x] demum obstat, vel successoribus eius, inter quos cognitum super ea re & pronunciatũ est. PP. Kal. Martij, Antonino A.IIII. & Balbino Coss.214.

De exceptione pacti & replicatione doli.

3. Idem A. Vitali.

ADuersus fratrem tuum quondam tutorem legitimum tutelæ iudicio si expertus non es, proposita actione consiste, nec timueris exceptionẽ pacti, si in ea fraudẽ[y] dolumq; admissum probare[z] potes. nã replicatio[a] doli opposita[b], bonę fidei iudiciũ facit, & commentũ fraudis repellit.

De dilationibus.

4. Imp. *Alexander* A. Iuliano, & aliis.

CVm[c] nondum[d] finitam sententia causam, sed dilatam allegetis: non est dubium, omnes integras defensiones || vobis || esse. PP. Non. Octob. Maximo II. & Æliano Cos.224.

De vi.

5. Impp. *Diocletia. & Maxim.* AA. & CC. Basilio.

LIcet *Vnde vi* interdictum intra[e] annum locum habeat, tamẽ exceptione[f] perpetua succurri ei, qui per vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate iuris manifestatur. 5. Kal. Maiis, Trallis, AA. Coss.

De exceptione pacti & replicatione doli.

6. Iidem AA. & CC. Helenæ.

SI pactum intercessit, in exceptione[g] sine temporis præfinitione de dolo replicare potes. S.Kal. Septemb. Viminacij, AA. Coss.

De minore quantitate soluta.

7. Iidem AA. & CC. Menandro.

SI ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo præstitisti: petere, quod[h] non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione[i] tuam adiuuans intentionem, minimè prohiberis. S.II. Kal. Mart. CC.Coss.

De exceptione peremptoria.

8. Iidem AA. & CC. Auctori.

PRæscriptionem peremptoriam[k], quàm ante[l] contestari sufficit, omissam, priusquam sententia feratur, obiicere quandoq; licet. S.15. Kal. Nouemb. CC.Coss.

De Inficiatione & exceptione.

9. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quidem intentionem[m] actoris probatione[n] deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si verò de hac confitendo[o], exceptione te munitum asseueras, de hac tantum agi conuenit. Nam si etiam de intentione dubitas: habita exceptionis contestatione, tunc demum, cum[p] intentionem ||suam|| secundum asseuerationem suam petitor probauerit, huic esse locum monstrari conuenit. S.3. Non. Nou. Burtadizi, CC. Coss.

De exceptione & replicatione.

10. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

NOn exceptionibus[q] actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus[r] suam intentionem, si quam habeant, muniant. S.Kal. Decemb. Nicomediæ, CC.Coss.

De intercessoribus.

11. Iidem AA. & CC. Neoni.

DEfensiones siue exceptiones ad[s] intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.

De exceptione Dilatoria.

12. Imp. *Iulianus* A. ad Iulianum comitem Orientis.

SI quis aduocatus inter exordia litis prætermissam dilatoriam[t] præscriptionem postea voluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilo minus perseueret, atque præposteræ defensioni institerit: vnius libræ auri condemnatione multetur. Dat.7.Id.Mar. Antiochiæ, Iuliano A.IIII. & Sallustio Coss.363.

De fori præscriptione.

13. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Symmacho proconsuli Africæ.

e Pactum legis commissoriæ *l.2.ff. de lege commiss.* pignoribus alienum *vt j.eo.* Quid his verbis intelligitur? hoc sc. non vt creditor pignus habeat emptionis iure: sed vt id creditor iure suo distrahat *vt hic.* vnde colligunt: Pactũ potius interpretari superfluũ esse quàm iuri contrarium.
f Pactum, vt pignoris fiat dominus creditor etsi intra certũ tempus pecunia ei soluta fuerit, inualidum est. *vt hic. Synopsis Basilic.25. Titul. 7.c.60.*
g *v.l.4.s.de pig.*
h Cùm rei quã tibi vẽdideram fieret tibi controuersia, pign⁹ dedi. aduersus actorem iudicatum est. pignus vtique iure possum petere, vt cessante causa propter quam pignus datum est, pignus reddi oporteat.
i *v.l.vn.C. Theo. eodem.*
k Captiosa lex commissoria in pignoribus. Lex ea fuit, vt si ad diem pecunia soluta nõ esset, pignus creditor sibi haberet, id est, perpetuo iure apud creditorem remaneret, cui conuentioni fraus inerat maximè, quoties ꝓ ære modico debitor supponebat pretiosa monilia.
l Aboletur lex pignorum commissoria *vt hic:* Aboletur eadẽ in Feudis 1. *Feud.29.*
m Lex ad præsentia & futura pertinet *l.7.s. de legibus* interdum trahitur ad præterita *vide l. vni supr. de contractib.iud.*
n *dixi ad 44. D.1.*
o Id est, *Et.* est enim idem exceptio & præscriptio: vt alias dixi. p *d. loco.*
q Duodecim tabularum *s.dixi supr.si vnus ex pluribus & ad leg.12.tabul.lib.2 titu.21.§.vlt.* r Quod vni heredũ solutũ est testatoris mandato, reliqui coheredes id exigere à debitore hereditario non possunt.
s Id est, præbuerat.
t Vt qui defuncti voluntatem impugnent.
u Coheredes. x *vide l.1.supra si res int.alios iud.*

y Pactum fraudulentum exceptionem non parit *vide. leg.5.j.de inutil. stipul. l.18.§.1.D.de probationib.* a Actioni tutelæ quæ bonæ fidei est, exceptio & replicatio doli inest *l.21.D.solut.l.84.§.5. D.de legat.1.l.71. D. de furt.* b Doli exceptio opposita bonæ fidei iudicium facit. Dorothæus, ἐν τῷ πλάτει legis *Seiæ.ff.de donationibus.caus.mort.* Sed reprehenditur ab alio interprete Græco *lib.47. βασιλικῶν.* defenditur à Cuiac.*3.obs.17.*
c *l.8.j. eodem. l.2.sup. sentent.rescindi non posse.*
d Diuturnus iudicij tractus peremptorium non excludit, sed exceptio rei iudicatæ.
e *lege secunda supra vnde vi: l.1. D.de vi & vi.*
f Quæ annua sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. *adde l.6.j.eod.l.7. §.5. supra de præscri. triginta ann.*
g De dolo actio, temporalis *l.30. in fin. D. de peculio.* exceptio de dolo perpetua *vt hic.*
h Pactum, *Nihil amplius peti,* restringitur ad eas tantum quantitates quæ verè sunt solutæ. *adde l.24.l.31 supr. de transact.le.18. supr. de furtis: l.6.l.13.supr.de solutionibus. l.66. §.3. D.de condict. indeb.*
i Replicatio nõ solutæ pecuniæ aduersus pactũ de non petendo, nimis generalis.
k Exceptio quę semper agentib. obstat, semper rẽ de qua agitur perimit *§. nono, Insti.de exceptionibus: leg.3.D.de exceptionibus.*
l Peremptoria exceptio ante definitiuã sententiam, potest quandocunque obiici post litem contestatã *vide leg. quartã supra eodem.* dilatoria non potest *leg. 12. infra eodem.*
m *l.11.s.de obligationibus.*
n Si reus est certus actorem non probaturũ, negatio sufficit, nec est necessaria exceptio. *adde leg.4. supr.de edendo: l.9.supr. de obligationibus: lege secunda s. de probationibus.*
o confidendo. quidam ita legunt.
p Non cõtinuo fatetur qui excipit *v. le.9.D.eodem.*
q Actor nõ excipit sed reus.
r v.Inst.de replicationibus *in pr.l.2.§.12.l.22. in f.D.eod.*
s Rei defensio cõpetit fideiussori *dixi ad l.19. D.eod.adde l.16.l.49.D.de fideiussorib.§.4. Instit.de replicationib.* An bonorum ademptio debitorem liberet, an fideiussorem eius? *v.Cuiac.15.obser.35.*
t Dilatoria exceptio ante litem contestatam opponenda *vt hic: & lege 19.supr. de probat.* Atqui post litem contestatam peremptoriæ admittuntur? *lege 8.supra eodem.* Peremptoriæ non sunt de iudicio constituendo, sed de constituto finiendo: dilatoriæ, de constituendo. Constituto iudicio præpostere agitur de eo constituendo *adde Cuiac. 18.obser.34.*

Præscri-

PRæſcriptiones [a] fori [b] in principio|| litis|| à litigatoribus opponendas eſſe, legum decreuit auctoritas. Datū 5. Kalend. Septembr. Rauennæ, Honorio X. & Theodoſio VI. AA. Conſſ. 415.

DE [c] LITIGIOSIS †.

Tit. XXXVII.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. Paulinæ.

CVM creditor pignus vendit, non poteſt videri litigioſæ rei emptio contrahi, etſi debitor interdicat [d], ne venditio perficiatur. PP. Kal. Maij, Apro & Maximo Conſſ. 208.

In authen. de litigioſis §. 1. coll. 8. tit. 13. al. 8. nou. 112. c. 1.

LItigioſa [e] res eſt de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem & petitorem, iudiciaria conuentione vel precib. principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis.

Actio mota in iudicio, lite pendente in alium non poteſt transferri.

2. Imp. *Conſtantin.* A. ad prouinciales.

LIte [f] pendente actiones, quæ in iudiciū deductæ ſunt, vel res pro quibus actor à reo detentis intendit, in cōiunctam perſonam vel extraneam donationibus, vel emptionibus, vel quibuſlibet aliis cōtractibus [g] minimè trāſferri ab eodem actore [h] liceat: tanquam ||ſi|| nihil factum ſit, lite nihilo minus peragenda. Dat. Kal. Martij, Baſſo & Ablabio Coſſ. 331.

Vbi legatur res quæ alienari non poteſt propter iudicium præcedens, debetur æſtimatio. Bald.

3. Imppp. *Gratian. Valentinian. & Theodoſ.* AAA. Tatiano præf. prætor.

QVicunque rem litigioſam, vel ambiguum chirographum, quodlibet demq; mobile vel immobile fiſco noſtro, vel potentiori, ſeu aliis perſonis in teſtamento ſiue codicillo legauerit † fideíve commiſerit, aut per hereditatem reliquerit, nullam fiſcus noſter vel alia perſona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium ſubeat: ſed æſtimatio eius litis ineatur, præſtanda his quibus actiones vel res litigioſæ relictæ ſunt. Eandem litem ipſi heredes peragāt, ſuarum actionum periculo ea quę litigioſa fuerant relicta, vindicātes. Quòd & de chirographis placet, vt heredes relictorum fiſco vel aliis perſonis pręſentem pecuniā numerent, & iudicio eos quos obnoxios exiſtimāt, perſequantur. Dat. 15. Kalen. Iul. Theſſalonicę. Item rurſus Conſtantinop. XIII. Kal. Ianuar. Gratiano V. & Theodoſio AA. Coſſ. 380.

4. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CEnſemus, ||vt|| ſi quis lite pendente vel actiones vel res quas poſſidet, ad alium quendā tranſtulerit, ſiue ſcientem, ſiue ignorantem, vitio litigioſi contractus ſubiacere: diſtinctione quadam inter contrahentes obſeruanda, vt ſi quis ſciens vel ad venditiones [i], vel ad donationes, ſeu ad alios contractus acceſſerit, cognoſcat ſe compellendum non tantum rem redhibere, ſed etiam pretio eius priuari, non vt lucro cedat ei qui rem alienauit, ſed vt etiam alia tanta quantitas ab eo fiſci [k] iuribus inferatur. 1 ¶ Sin autem ignorans rem litigioſam emerit [l], vel per aliam ſpeciem contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. Iuſtum eſt etenim propter doloſam mentem, & abſconditam machinationem, cùm non emptori manifeſtauerit rem in iudiciū deductam fuiſſe, ||in|| tertia parte pretij (ſicut iam etiam diſpoſuimus) eum puniri: Tali videlicet pœna non ſolum in aliis contractibus, verumetiam in donationibus [m] porrigenda: vt vera æſtimatione facta, cum pretij datio nō eſt, rem ad alium transferens, multetur: omnibus inſtrumentis quæ ſuper hoc conficiuntur, nullam vim obtinentibus: exceptis videlicet huius ſanctionis diſpoſitione his, qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum hereditariarum factæ, vel per legati †, vel per fideicommiſſi cauſam tales res vel actiones dederint, vel acceperint. Dat. 15. Kal. Nou. Cōſtantino. poſt. conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. an. ſecundo. 532.

In authen. de litigioſis. §. & hoc autem præſenti col. 6. tit. 13. al. 8. nou. 112. c. 1.

NVnc ſi heres in lite victor extiterit, rem ipſam cuius dominus eſſe apparet, legatario præſtet: qui nihil † conſequitur, ſi victus fuerit heres, cum litis euentus ei videatur relictus. Igitur liti adeſſe poteſt, ne colludatur.

DE CONTRAHENDA ET committenda ſtipulatione [n].

Tit. XXXVIII.

De ſcriptura.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Secundo.

LICET [o] epiſtolæ [p] quam libello inſeruiſti additum non ſit, ſtipulatum eſſe eum, cui cauebatur: tamen ſi res inter præſentes geſta eſt, credendum [q] eſt præcedentem ſtipulationem vocem ſpondentis ſubſecutam eſſe. Accepta 17. Kal. Maij, Seuero II. & Victorino Coſſ. 201.

Si pater filiæ ſtipuletur.

2. Iidem AA. Petronio.

SI filiæ [r] tuæ, quam in poteſtate habebas, pecuniam dari ſtipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. PP. Non. Nouemb. Fauſtino & Rufino Coſſ. 211.

Si quis alteri ſtipuletur.

3. Imperat. *Antoninus* Auguſtus, Hadriano.

SI cùm pecuniam tuam crederes accommodato nomine Iuliani, ſtipulatio in perſonam eius abſentis [ſ] directa eſt: cum nihil ſit actum ea verborum conceptione, intelligis ſuperfuiſſe [t] tibi rei contractæ obligationem. ac propterea ſi pecuniam à debitore tuo Iulianus exegerit [u], eāque ſolutionem ratam hubuiſti: habes aduerſus eum negotiorum geſtorum actionem. PP. 6. Kal. Mart. Præſente & Extricato Coſſ. 218.

De dote.

4. Imp. *Alexander* Auguſtus Sabinæ.

SEcundum reſponſum Domitij [x] Vlpiani præfecti annonæ iuriſcōſulti amici mei, ea, quæ ſtipulata eſt, cùm [y] moreretur, partem dimidiam dotis cui [z] velit relinquere: reddi ſibi, cum moreretur, eam partem dotis ſtipulata videtur. PP. 2. Kal. April. Alexandro A. Coſſ. 223.

De nuda pollicitatione, & pœnali ſtipulatione ſubiecta.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Iſidoræ.

NVda [a] pollicitatione, ſecundùm ea, quæ ſæpè conſtituta ſunt [b], ad præſtanda ea, quæ promiſerat [c], vrgeri quenquam non [d] ſemper iura permittunt. Verùm quoniam præterea ſi contra pactum fecerit [e] quanti [f] ea res eſt dari tibi ſtipulanti [g] aduerſarium tuum promiſiſſe proponas: huiuſmodi etiam obligationis poſt motam litem extitiſſe conditionem [h], & eius ſummæ quæ in hac [i] quoque ſtipulatione continetur, petitioni locum factum eſſe conuenit. S. V. Kal. Decemb. AA. Coſſ.

De ſtipulatione ſubiecta tranſactioni.

6. Iidem AA. & CC. Erotio.

SCire debuiſti, quæ ſub tranſactione dari placita ſunt, certi [k] vel incerti ſtipulatione ſubſecuta peti poſſe. S. 16. Kal. Ianuar. Sirmij, AA. Coſſ.

De abſentia tutoris vel curatoris.

7. Iidem AA. & CC. Antonio.

NEque tutoris [l] neq; curatoris abſentia quicquam ſtipulationi nocet: cùm & fœminam [m] minorem viginti quinque annis abſente curatore ſtipulari [n] poſſe non ambigatur [o]. S. 16. Kal. Febr. CC. Coſſ.

De promiſſione impoſſibili.

8. Iidem AA. & CC. Poſidonio.

NOn moriturum præſtari ſeruum, impoſſibilis [p] promiſſio eſt. Poſt [q] mortem autem eius ſtipulatus, rectè ſolutionem poſtulat. S. 12. Kal. Mart. CC. Coſſ.

---

a *l. 65. C. Theod. de appellat.*
b Id eſt, iudicis incompetentis *l. 52. ff. de iudiciis: le. 4. s̃. de iuriſd. omn. iud. adde Nouel. 53.*
c De exceptione litigioſi v. Oldendorp. *c. 20. de excep.* litigioſa res quibus caſibus vendi poſſit vide apud Angelum Nouella de litigioſis *num. 7.* † 44 *ff. 6. dixi ad Nou.* 112. *adde 4. Cod. Theod. 5.* περὶ ἐπιδίκων τοῦτ᾽ ἔστιν ὧν ἡ διαποστεία φιλονεικεῖται 27. *Synopſis Baſilic. 1. adde quæ dixi ad le. XII. tabul. lib. 2. tit. 4. & le. 22. 23. s̃. mandati.* Hodie in Gallia res litigioſa vendi poteſt. dixi ad *d. l. Nou.* 12.
d Prohibitio debitoris rem litigioſam non facit *l. 1. 2. D. eod. l. 2. s̃. de diſtr. pign. adde l. 2. s̃. debit. pign. vend. imp. non poſſe. adde l. 3. ſupr. ſi antiq. cred.*
e Litigioſa res quid.
f *l. vn. C. Theod. eod.* Pendēte lite facta alienatio, rem vitio litigioſi adficit.
g Excipe caſum *l. 3. l. vlt. j. eod.*
h Et reo. *l. vl. j. e. l. vlt. ff. de alie. nat. iud. l. 13. ff familiæ l. 1. l. 22. D. de iure fiſci.*
† Re litigioſa legata, fideicommiſſa, teſtamentóve relicta debetur æſtimatio *vt hic.* Imò res ipſa *l. 4. in fi. j. eo.* vtrumque abrogatum eſt hodie ſolus enim litis euentus debetur *Nouell. 112. c. 1.*
i Venditor aut donator rei litigioſæ, pretium rei amittit: & aliud tantundem fiſco præſtat.
k Imò emptoris *l. 3. inf. D. eo.*
l Emens ſcienter rem litigioſam, pretium amittit: ignoranter, pecuniā repetit, & id vltra tertiam partem alienatione irrita manente.
m Donatio nō eſt contractus.
† *dixi ad leg. penult. s̃. eod.*
† Et ita reſtringitur *d. l. pen.*
n Huic titulo reſpondent tituli de verborū obligationibus *dixi ad 45. ff. 1.*
o *adde l. vlt. D. mandati.*
p *vide l. penult. j. eodem. l. 30. l. 134. § pen. D. eod. §. 16. Inſt. de inutil. ſtipul. §. vlt. Inſtitu. de fideiuſſoribus.*
q *d. l. 30. l. 134. d. §. 6. d. §. vlt.*
r Pater filio in poteſtate poſito ſtipulando, videtur ſibi ipſi ſtipulari & ſibi adquirere *v. l. 39. D. eod.*
ſ Alteri nemo ſtipulatur *l. 38. §. 17. D. eod.*
t Cum duo contractus vniuntur, vnus vtilis, alter inutilis, agitur ex vtili *l. 9. §. 4. ff. de reb. credit. l. 46. D. ſoluto: adde l. 126. § 2. verſic. ff. de verbor. oblic.*
u Qui pecuniam alterius exigit, negotiorum geſtorum actione tenetur.
x Nota de Vlpiano.
y *l. 45. §. 1. ff. eo. §. 14. Inſtit. de inutilibus. ſtipulat.*
z Cui moriens dotem reliquero, eidē dotem dare ſpondes? Mulier inteſtata mortua eſt, aut certè dotē nulli reliquit. Quid iuris? videtur mulier heredi ſuo ſtipulata *vt hic.* Inteſtata quoque muliere ſtipulatio committitur *l. 25. in f. s̃. de iure dot.*

a *v. l. 10. s̃. de pactis.* ea ψιλὴ ἐπαγγελία. *Synopſis Baſili. 24. Titu. 9. ex lib. 44. tit. 5. c. 5.*
b Qua de re cōſtituitur iuris regula *l. 7. §. 5. in fi. D. de pactis.* & νόμιμον ψήφισμα dicitur à Leone *Nouell. 72.*
c Quo verbo quid continetur *v. Cui. 15. obſ. 22.*
d Non ſemper quis ex nuda pollicitatione tenetur. Verùm ſi promiſerit, Ni fecero, pœnam præſtabo: quanti res promiſſa fuerit, promiſſum non præſtans, pœnā cōmittit. *Synopſis d. c. 5.*
e aduerſarius ſc.
f *v. l. vlt. ff. de ſtipul. prætor.*
g Stipulatio pœnalis pacto adiecta pactum confirmat. *l. 27. l. 28. s̃. de pactis l. 3. s̃. de rer. permut. l. 45. ff. de pactis. l. 15. D. de tranſa.*
h Quia iudicio cōmonitus aduerſarius pactū nō impleuit: & ita ſtipulatio quāti res eſt ob litem non defenſam, nō, rem non defenſam, ꝓtinus committitur: ſed lite cōteſtata aut in ipſo articulo litis cōteſtatæ & ipſa ſtipulatione *l. 13. ver. proinde ff. iudicat. ſolui. vi. Cuiac. 19. obſer. 32.*
i id eſt, conteſtatam.
k *v. Inſtitu. de verb. oblig.*
l *§. 9. Inſtitut. de inutilibus. ſtipul. Inſtitut. de auct. præſt. in pr. l. 1. s̃. de auct. præſt.*
m Aliud ius in maſculo pubere. poteſt enim is obligari *leg. 101. D. de verb. oblig. lege prima j. de inutil. ſtip.* datur tamen ei præſcriptio (id eſt) exceptio, ſi deceptus ſit aut læſus *l. 7. in fin. ff. de exceptionibus.* Nam lex *3. ſupr. de integ.* ad venditiones pertinet, hoc eſt in *d. l. 3. in fi.* pubes curatorem habens, ſine curatore vendidit, ideoque non obligatur: curatorem non habens, venditione obligatur quidem, verum reſtituebatur: ſola exceptione non iuuabatur *vide Cuiac. 19. obſeru. 33.*
n At non promittere *Vlpian. 11. § 27.*
o Lege Lætoria id conſtitutum fuit *v. Cuiac. 19. obſ. 33.*
p *v. l. 35. ff. eo. l. 1. § 2 ff. de conditionib. & demonſt.*
q *v. l. 45. §. 2. ff. eodem. §. 15. Inſtit. de inutilibus ſtipul.*

De metu.

9. Iidem AA. & CC. Capitoni.

SI [a] quidem Zenoni stipulanti, mortis [b] vel cruciatus corporis territus timore spopondisti: aduersus experiẽtẽ exceptione proposita defendi potes. ¶Sin verò nihil tale probetur, accusationis [c] institutæ vel futuræ prætextu, non ob turpem, sed probabilem causam habita stipulatione, promissio non infirmatur. ¶Sin autem ob [d] non instituendam accusationem criminis pecunia promissa sit, cùm de huiusmodi causis pacisci non liceat, petitio denegatur. S. 5. Id. Octob. Varuariæ, Cæsaribus Coss.

De verbis.

10. Imp. *Leo.* A. Erythrio præfecto prætorio.

OMnes stipulationes, etiam si non solennibus [e] vel directis, sed quibuscunque verbis consensu contrahentium compositæ sunt, vel legibus cognitæ, suam habeant firmitatem. Dat. Kalen. Ianuar. Constantinop. Martiano & Zenone Coss. 469.

Post mortem, cum morietur, pridie quam moriatur.

11. Imp. *Iustinian.* A. Mennæ præf. prætor.

SCrupulosam [f] ||veterum|| inquisitionem vtrũ post [g] mortem, an cùm [h] moreretur, vel pridie [i] quam moreretur stipulatus sit aliquis, vel in testamẽto legati vel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes omnia [k], quæ vel quocunque contractu vel stipulati vel pacti sunt, contrahentes, vel testator in suo testamento disposuit, etiam si post mortem vel pridie quam moreretur, scripta esse noscuntur, nihilo minùs pro tenore contractus vel testamenti valere præcipimus. Dat. 3. Idus Decemb. Cõstantinop. D.N. Iustiniano A. PP. II. Cos.

De pœna promissa, si statuta die solutum non fuerit.

12. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

MAgnam legum veterum obscuritatem, quæ protrahẽdarum litium magnam occasionem vsque adhuc præbebat, amputantes, sancimus: vt si quis certo tempore facturum se aliquid vel daturum stipuletur [l], vel quæ stipulator voluit, promiserit, & adiecerit quòd si statuto tẽpore minimè hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: sciat minimè se posse debitor ad euitandam pœnam adiicere, quod [m] nullus [n] eum admonuit: sed etiam citra vllam admonitionem eidem pœnæ pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea quæ promisit, ipse in memoria [o] sua seruare, non ab aliis sibi manifestari [p] debeat poscere. Dat. 9. Id. April. Constantinopo. Decio V.C. Cos. 529.

De heredibus.

13. Idem Augustus Iuliano præfect. prætor.

VEteris iuris altercationes decidentes, generaliter sancimus [q] omnem stipulationem, siue in dando, siue in faciẽdo [r], siue mixta ex dando & faciẽdo inueniatur, & ad [s] heredes & contra [t] heredes transmitti, siue specialis [u] heredum fiat mentio siue non. Cur enim quod in principalibus personis iustũ est, non ad heredes & aduersus eos transmittatur? Et sic existimẽtur huiusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dãdo fuerint conceptæ, cùm nihilo minus & heredes factum possint adimplere: illa subtili & superuacua scrupulositate explosa, per quam putabant non possibile factum [x] ab alio compleri, quod alij impositum est. Et quare, cùm penè [y] similis omnium hominum natura est, nõ etiam facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere possint: ne ex huiusmodi subtilitate [z] cadant hominum voluntates? Dat. Kal. August. Constantinop. Lampadio & Oreste VV.CC. Coss. 530.

De scriptura.

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

OPtimam quæstionem, & frequenter in iudiciis versatam, satis humanum est saltem in præsenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus & maximè in fœneratitiis cautionibus, solitum [a] est adscribi, stipulationes per certos seruos celebrari: sed quidam in deuotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alij quidem nõ esse seruum adhibitum contendebant: alij verò non eius seruum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur. Et si nõ per seruũ, sed inter præsentes celebratam esse ||rem|| fuerat scriptum, & hoc iterum dubitabatur debere ostẽdi partes esse præsentes. Cùm itaq; satis vtile est [b] in contractib. & seruos adhiberi, & præsentes esse personas adscribi, fortè propter personas dignitate excelsas [c] vel mulieres (quas naturalis [d] pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit) sancimus tales scripturas omnifariam esse credendas [e]: & siue adscriptus fuerit seruus, & ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo & seruum adfuisse, & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino adquisitam: & non dubitari si seruus ipse præsto fuerit, vel eius dominus pro quo scriptus est fecisse stipulationẽ. Etsi inter præsentes partes res acta esse dicitur, & hoc esse credendum: si tamẽ in [f] eadem ciuitate vtraq; persona in eo die commanet in quo huiusmodi instrumentum conscriptum est: nisi is qui dicit sese vel aduersarium abfuisse liquidis ac manifestissimis probationibus, & melius quidem si [g] per scripturam vel saltem per testes [h] vndiq; idoneos, & omni exceptione maiores ostenderit, sese vel aduersarium suum eo die ciuitate abfuisse: sed huiusmodi scripturas propter vtilitatem contrahentium esse credendas. Dat. Kal. Nouemb. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. 531.

Si quis spoponderit insulam cum moriebatur ædificare.

15. Idem August. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis spoponderit insulam, *cum* [i] *moriebatur*, ædificare [k] stipulatori, impossibilis veteribus [l] videbatur huiusmodi stipulatio: sed nobis sensum contrahentium discutientibus, verisimile esse videtur hoc inter eos actum, vt incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus eius, donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita stultus inuenitur, vt tali animo faceret stipulationem, vt putaret posse tantum ædificium in vno [m] momento horæ extollere: vel eum qui moritur, talem habere sensum, quòd ipse sufficeret [n] ad huius operis completionem. 1 ¶Sancimus itaque, si quid tale euenerit, heredes [o] eius teneri, vt factum quod mortis tempore facere promisit, hoc heredes eius adimpleant quasi speciali heredis mentione habita, licèt hoc minimè fuerit expressum. Quemadmodũ enim si in dando [p] concepta fuerit stipulatio, & contra heredes transmittebatur: ita & si in faciendo est, licet in mortis tempore colligatur, attamen ad similitudinem in dando cõceptæ stipulationis & heredes obligari: vt nõ [q] discrepet factum à datione, sed sit lex nostra per omnia sibi consentanea. Quod & [r] in legatis simili modo relictis obseruari censemus. Dat. 15. Kal. Nouẽb. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC. anno secundo. 532.

DE INVTILIBVS [s] STIpulationibus.

Tit. XXXIX.

De pupillo

1. Imp. *Anton.* A. Paulino.

EX stipulatione, in qua impubes [t] sine tutore auctore spopondisti, non [u] es obligatus. PP. Kal. Iul. Romæ, Læto II. & Cereale. Coss. 216.

De Diuortiis.

2. Imp. *Alexand.* A. Menophilo.

LIbera [x] matrimonia esse antiquitus placuit, ideóque pacta, ne [y] liceret diuertere, non valere, & stipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei, qui || quæve || diuortium fecisset, ratas non haberi constat. PP. III. Non. Febr. Maximo II. & Æliano Coss. 224.

De absentibus si quis alteri stipuletur.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Isidoræ.

VT inter absentes [z] verborum obligatio contrahi non potest: ita alteri [a] cuius iuri subiectus non est, aliquid dari vel restitui (nisi sua intersit [b]) nemo stipulari potest. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filij nomine partem dimidiam dotis à marito detineri, alteram verò partem nepoti tuo, vel si is in rebus humanis non esset, Iuliano restitui per pactum conuenisse proponas: præuentoq; morte nepote, etiam stipulationem ad Iulianum factam, ob absentiam eius non valuisse significes: ac propterea ex persona ac stipulatione tua, qua restitui cuncta iuxta pactorum tenorẽ prouideras, reddi tibi desideres: super stipulatu [c] tuo adi præsidem prouinciæ: vt examinatis partiũ allegationib. quanti [d] constiterit interesse

tua

Glosses (left column):

a Stipulanti promittens metu mortis vel cruciatuũ corporis, conuentus, exceptionem habet. *vt hic. in pr.* sin ob probabilem, nõ turpem causam promisit, tenetur *vers. sin verò.* sin ob non instituendã criminis accusationem, non tenetur. *vers. sin autem. Synopsis Basilic. ibid. c. 9.*

b Metus mortis vel cruciatus, stipulationẽ vitiat *l. 5. ʒ. de inutilib. stipulat. §. 1. Insti. de exceptionib. l. 1. D. quod met. causa.*

c Metus litis motæ vel mouendæ non vitiat stipulationẽ *l. 10. ʒ. de his quæ vi met.*

d *adde l. 18. ʒ. de transact.*

e Quænam verba solennia & directa essent *vide §. 1. vers. sed hæc solennia. Inst. de verbor. obligat. adde quæ notaui ad l. 1. §. 2. ff. eod.*

f Nã olim post mortẽ suam nemo stipulari aut promittere poterat: *§. vlt. Inst. de inutilib. stipul.* Cum moreretur, aut, cum morietur, poterat. *§. 14. Insti. de inutilib. stipulat.*

g *l. 45. §. 1. §. 2. D. eo. §. 12. & 15. Instit. de inut. stipul. l. 20. D. de iure dot.*

h *l. 4. ʒ. eo. §. 14. Instit. de inutilib.*

i *d. §. 12. vers. sed & si quis.*

k obserua regulam *l. vn. supr. vt act. ab hered.*

l Stipulatori *Hal.* Sipulatori aliíve quem stipulator voluit promiserit, &c. *v. Cuia. 19. obs. 37.*

m Vbi dies interpellat, pœna committitur *l. 23. D. eod. adde l. 4. ff. de l. commiss. l. 18. de vsur.* aliàs ibi nulla mora est, vbi nulla est petitio *l. 127 D. eod.*

n Dies interpellat pro homine *vt hic: & l. traiectitiæ §. de illo ff. de obligat.* nisi dies adiecta sit causa obligationis vel augendæ vel finiendæ, vel breuior sit, vel legatis non tacita. vide *Socinum regula 99.*

o Facti proprij ignorantia non excusat.

p Certiorari nõ debet qui non ignorauit *l. 1. in fi. ff. de act. empt. c. 31. de regul. in 6. adde l. 43. §. 1. ff. de contrah. empt.*

q Obligationes & stipulationes & promissiones dandi vel faciendi, vel ex vtroque mixtæ, heredibus & in heredes competunt: siue heredum ipsorum facta mentio sit, siue non sit. Nam quod in principalibus cõstitutum est, idem & heredes præstare possunt, nec tantopere ius strictum spectandum est. *Synopsis Basilic. d. titul. 4. c. 13.*

r *l. 2. D. eod.*

s Cur ita? *vide l. 9. in fin. ff. de probationibus.*

t *l. 133 ff. eod.*

Glosses (right column):

u *d. l. 133.*

x Hodie factũ per alium impleri potest *vt hic adde l. 5. D. de duobus reis.*

y Non tamen verè. est enim inter artifices lõga differentia ingenij, naturæ, doctrinæ & institutionis *l. 31. ff. de solu.* operæ nõ sunt eædem *vide l. 26. §. 12. de condict. inde l. 12. ff. de leg. 3.*

z Subtilitas nimia legibus odiosa.

a Cur ita? dixi de hac lege ad edictum Iustiniani *7. c. 2. l. 5. §. 4. ff. de auct. tut.*

b *d. §. 4. d. c. 2.*

c *d. §. 4.*

d Pudor naturalis in muliere *vt hic: l. vlt. ʒ. de arbitris.*

e Statur scripturæ, & instrumẽto, nisi contrarium probetur *l. 1 ʒ. eo.* præsumitur pro instrumento, *l. 18. ʒ. de probat. §. 11. Inst. de inut. stip.*

f Hinc colligũt, Præsumi quemlibet ex ea esse ciuitate in qua reperitur *v. Alc. 2. præs. 15.*

g *v. l. 3. in f. sup. si minor se maior.*

h Plures quàm instrumẽto cõtineantur *v. l. 1. ʒ. de testib.*

i Id est, post mortem *§. 12. Inst. de inutilib. stipul.*

k *d l. 13.*

l Promissio faciẽdi, cùm quis morietur vtilis est *l. 13. sup. eo.*

m Momẽto ædificiũ perfici non potest.

n Morientis operæ morte finiuntur.

o *v. l. vn. sup. vt actiones & ab her. & contra.*

p *v. d. l. 13.*

q Non discrepat factũ à datione.

r Extensio contractuum ad legata.

s *3. Instit. 20.*

t Quid si pubes? dixi *ad l. 101. ff. de verbor. obligat. adde l. 7. supr. de contrah. stip.*

u Imò es. *l. 101. ff. de verbor. obligat.* Solue: Impubes non potest *vt hic*: Pubes, potest *vt d. l. 101.*

x Libera matrimonia esse oportet.

y Pactum *Ne liceat diuertere,* non valet. *lege 19. D. de verbor. obligat. leg. 71. §. 1. D. de condit. & demon.* In matrimonio nemo detinetur inuitus.

z *lege prima D. eodem. Paul. 5. sent. §. 2. lege 3 supr. de contrah. empt.*

a *l. vlt. ʒ. eo. §. 18. Instit. eod. l. 38. §. 17. D. de verb. obligat.*

b *§. 19. Instit. eo. l. 38. §. 20. D. de verb. obligat.*

c Quoties de eo quod interest agitur, petitio incerta admittitur per sententiam definiendum.

d Quantum *v. quæ notaui ad l. vlt. in fi. D. de stip. prat.*

tua iuxta placiti fidē dotis portionem Iuliano fuisse restitutam, ob incertæ actionis effectum concludat cōdemnationem taxatæ quantitatis. PP. Idib. Decemb. ipsis IIII. & III. AA. Conss.

De successione futura & omnino de his quæ sunt contra bonos mores.

4. Iidem AA.& CC. Dominæ.

EX eo instrumento nullam vos habere actione[m] in quo [a] contra [a] bonos mores de successione [b] futura [c] interposita fuit stipulatio, manifestum est: cum omnia, quæ cōtra bonos mores vel in pactum vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. PP. III. Kal. Maij, AA. Coss.

De Dolo & metu.

5. Iidem AA.& CC. Aquilinæ.

DOlo [d] vel metu [e] adhibito, actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit: per doli mali tamen vel metus exceptionem summoueri petitio debet. S. 13. Kal. Octobr. AA. Conss.

Si quis alteri stipuletur.

6. Iidem AA.& CC. Septimio.

SI auia vestra sibi & Eustolio, quam mutuam dederat pecuniā, dari fuerat stipulata: nihil ei [f] cuius subiecta iuri non fuerit, quærere potuit. Sanè si ipse, quod ei solui placuerat, in stipulationem suo nomine deduxerit, obligationem in eius etiam personam constitisse non ambigitur. S. V. Kal. Octob. CC. Conss.

DE DVOBVS [f] REIS STIPVLANdi, & promittendi.

Tit. XL.

1. Impp. *Dioclet.& Maximian.* AA. Paulinæ.

SI [g] duo pluresve rei cuiusdam traditione [h] coniunctionem in solidum [i] interint: cuicumq; eorū, quamdiu [k] res in eadem causa permanserint: si casus obtulerit, actio in solidum competit. PP. III. Non. Decemb. Maximo II. & Aquilino Coss. 286.

2. Iidem AA. Diogeni.

CReditor prohiberi non potest exigere debitum, cùm sint duo rei promittendi eiusdē pecuniæ, a quo† velit. Et ideo si probaueris te conuentum in solidum exoluisse, rector prouinciæ iuuare te aduersus [l] eum cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. S. V. Kal. Mart. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conss. 287.

In authen. de duob. reis in princ. & §. sequent. coll. 7. tit. 13. al. 9. no. 99. ca. 1.

HOc ita, si pactum fuerit speciale [m], vnumquemque teneri in solidum: & si alter inops sit in solidum, vel in partem, vt id saltem ab altero petatur: vel si absens sit. Cum enim ambo adsunt per iudicem producuntur, negotiumque communiter examinatur, & sententia communiter infertur. Quod fiet per administratorem, si iudex sit delegatus. Sin autem non conuenerint specialiter, ex æquo sustinebunt onus. Sed & si conuenerint, vt vterque eorum sit obligatus: si ambo præsentes sint, & idonei: simul cogendi sunt ad solutionem.

3. Iidem AA.& CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precibus vtrùmne in partem, an in solidum singuli vos obligaueritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum si quidem ab initio vnusquisque pro [n] parte sit obligatus, egredi contractus fidem non potest. Si verò in solidum, electio rescripto [o] adimi non debeat. S. Idib. April. Byzantij, AA. Conss.

4. Iidem AA.& CC. Andronico.

PRopter mutuam vni [p] datam [q] pecuniā alijs reis promittendi factis, ob [r] non numeratam sibi pecuniam obligationē remitti desiderio postulantium iura refragantur. S. V. Idus Febr. Sirmij, CC. Conss.

Interpellatio facta ab vno de correis credendi, interrumpit præscriptionem etiam quo ad cæteros. Sal.

5. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, vel vnus fortè creditor duos vel plures debitores habebat, vel è cōtrario multi creditores vnum debitorem, & alij ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnouerunt, vel per solutionem, vel per alios modos, quos in anterioribus sanctionibus interruptionis inuenimus positos: & nos ampliauimus, vel fortè ad vnum creditorem quidam ex debitoribus deuotionē suam ostenderunt: vel cùm plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad vnum ex his vel quosdam debitum agnouit: & quærebatur, si eis vel ei daretur licētia aduersus alios indeuotionem suam exercere, & quasi tempore emenso exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus, vel in iudicio pulsatis, deberent & alij ab omni contradictione repelli: nobis [s] pietate suggerente videtur esse humanum, semel in vno eodemq; contractu qualicumque interruptione [t] vel agnitione [u] adhibita, omnes simul compelli ad persoluendum debitum, siue plures sint rei, siue vnus, siue plures sint creditores, siue non amplius quàm vnus. Sancimúsque in omnibus casibus quos noster sermo complexus est, aliorum deuotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem alijs debitoribus præiudicare, & alijs prodesse creditoribus. Sit itaque generalis deuotio, & nemini liceat alienam indeuotionem sequi, cum ex vna stirpe vnoque fonte vnus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit. Datum Kal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

a Stipulatio cōtra bonos mores, inutilis *l. 2. §. de pactis.*
b De stipulatione mutuę successionis, seu ἀλληλοκληρονομίας dixi ad *leg. 19. l. 30. §. de pact.*
c Si qui stipulati fuerint vt prior ex eis moriens alteri det patrimoniū suū, inutile pactum est. *Synopsis Basilicon. 24. titul. 9. ex lib. 44. tit. 6. c. 4.* vbi in ora dicitur, hoc pactum esse τῆς ἀλληλοκληρονομίας.
d *l. 9. §. de pactis l. 3. sup. de collat. l. 7. §. 7. ff. de pactis. l. 36. ff. de verbor. obl. §. 1. Instit. de except.*
e *l. 9. sup. de contrah. & com. stipulat.*
f *l. 3. §. eo. l. 38. §. 17. ff. de verb. obl.* dixi ad *3. Inst. 17. 4. ff. 2. Noue. 99.*
h Cuiac. *5. obs. 35.* monet hanc legem delendā esse nō iniustè. Nam nec Accursius nec veteres eam cognouerunt. Abest etiā à veteribus, vt ille monet.
i Traditionem. quidam ita legunt, eo sensu, Duos eiusdem rei vindicationem habere in solidū. quod est falsum. hoc potiùs innuitur, Re tradita, si cōuenerint duo sibi vicissim aliquid in solidū dari vel fieri, singulos quærere in solidum.
k Hæc etiam verba suspecta Cuiacio videntur *d. loco.* Inde putat hanc constitutionem dānandam delendamque esse.
† Hodie id immutatum est Auth. proxima *§. eod.*
l Correo soluenti, datur regressus in correum.
m Duo rei in solidum specialiter debent cōstitui: si minus, in dubio pro parte tenentur, nisi alter sit absens aut nō soluendo.
n Pro parte obligati, in solidum conueniri non possunt.
o Rescripto ius litigantium adimi non potest.
p Numeratio vni facta, omnibus facta videtur *l. 5. sup. si certum.*
q *adde l. vlt. §. eodem.*
r *v. l. 6. supr. de non num.*

s Nota regulam. t Interpellatio vnius correorum debendi impedit præscribi aduersus cæteros. u Agnitio vnius correorum alteri correo nocet. *adde leg. penult. sup. eod.* x *dixi ad 46. ff. 1. 3. Insti. 21. Nouell. 4.* y *d. tit. 1.* z Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat *vt hic & l. 20. §. eod. l. 53. D. eo.* Cæterum hoc verbo *exulandi* propriè significatur deportatio. *vide Cuiac. 15. obs. 35.* a *l. 3. D. de minorib.*

DE FIDEIVSSORIBVS [x], ET mandatoribus [y].

Tit. XLI.

De publicatione bonorum.

1 Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Lysiæ.

SI LYSIA sadempta parte bonorum exulare [z] iussus est: non nisi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus est. Verùm qui pro eo [a] fidem suam adstrinxerunt, iure pristino conueniri possunt. PP. Idib. Octobr. Seuero A III. & Victorino Conss. 201.

De pignoribus.

2. Iidem AA. Plotio.

CReditori [b], qui pro eodem debito & [c] pignora & fideiussorem accepit, licet, si malit, fideiussorem conuenire in eam pecuniam in qua se obligauerit. quod cum fecit, debet ius pignorum in eum transferre. Sed cum in alia quoque causa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas, non prius [d] compellitur transferre pignora, quàm omne debitum exoluatur. Dat. V. Kalend. Febr. Apro II. & Maximo Conss. 208.

De electione & beneficio diuisionis.

3. Iidem AA. Maximo.

NOn rectè procuratores nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te noluerunt ex bonis fideiussoris, quæ ad fiscum peruenerunt, pecuniam repetentem, sed reum principalem conuenire asseruerunt: cum electionis potestas permittatur † creditori. Sed cùm duos fideiussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te diuisa quantitate partem competentem à procuratore [nostro] petere debere, & aduersus alium fideiussorem [eius] experiri. Nam licet significe adiectum esse in obligatione, vt singuli in solidum tenerentur: tamen nihil hæc res mutat conditionem iuris & constitutionem. Nam & cùm hoc non adijciatur [e], singuli tamen in solidum tenentur: sed vbi sunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur. PP. 17. Kal. Septembr. Antonino A. III. & Geta. III. Conss. 209.

In authen. & fideiuss. & mandat. l. §. si quis igitur. & §. non solum col. 1. tit. 4. no. 4. 1.

PRæsente tamen vtroque non † permittitur intercessorem conueniri, priùs quàm reus inuētus est minus idoneus, siue in totum, siue in partem. Absente autem reo, præsens intercessor iure quidem conuenitur, ipso tamen desiderante iudex definiet tēpus intra quod deducat reum primò conueniendum, ipso in subsidium reseruando. Nam transacto tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus absque distinctione contractus siue intercessionis.

ribus? Quid si de fideiussore iudicio sisti agatur? *in Gloss. l. 2.* Quid si reus principalis naturaliter tantum obligatus est, vt furiosus & pupillus. *d. l. Marcellus.* aut absens sit extra territorium elapsa dilatione eius requirendi, fideiussori data. *vt hic* aut mora iam admissa mortuus sit. *Accurs. Bald. l. penult. §. de condit. inserti.* His casibus fideiussor etiam non discusso principali conueniri potest. *vide Capellam Tholozanam & ibi Aufrerium decis. 191.*

b Licet creditori habenti pignora agere aduersus fideiussorem. debet tamen ei pignora cedere nisi in aliud debitum possit venire.
c *le. 32. D. negotiis.*
d *v. l. 2. §. debitor pign.*
† *l. 5. l. 16. §. eo. §. 4. Inst. eod. l. 59. §. 3. D. mandati:* hodie non permittitur, nisi absente correo vel inidoneo *Noue. 4. c. 1.*
e Superuacua adiecta non nocent *l. 22. §. 1. D. quando dies.*
f Etiamsi centum aut plures sint fideiussores, competit tamen eis diuisionis beneficiū.
† Præsens principalis prius cōueniatur quā fideiussor. abrogatur *lex 3. supr. eo. l. 16. l. 19. l. 21. l. 23. §. eod.* Quid si reus principalis discuti non potest de iure vel facto *vt. leg. Marcellus ff. eod.* Vel difficultate summa conueniri tantū pōt, *vt l. 2. ff. qui satis dare.* quid si reus principalis citra vllas alienationes in fraudē creditorū factas *vt l. bona ff. de iure fisci.* palam soluē do nō sit. Quid si veterator manifestus aut tyrannus sit, *vt l. si stipulatus sit Stichum in f. D. de ver. obligat.* vel exceptione munitus. *Barto. in d. l. Marcell.* Quid si beneficio huius Authenticæ, fideiussor renūciauit? Quid si lis, quade agitur ex æquo & bono, nō exapicib. iuris sit decidēda? Quid si bona rei sint apud fideiussorem. *l. si procuratorem, §. si ignorantes. D. mandati.* Quid si facta nouatione, rei principalis obligationē, fideiussor in se suscepit? *Bald. in l. antiqua §. si minus, §. ad Velleianum.* aut negauit se fideiussisse. *l. si dubitetur. §. 1. D. eod. & ibi Angelus: Bald. Authentica contra qui propriam §. de non numerata.* Quid si pro filio pater fideiussit *vt l. 3. §. si filius D. de minoribus. D. qui satisdare.*

De nouatione.

4. Imp. *Antoninus* A. Rufæ.

NOuatione [a] legitimè perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fideiussores vel mandatores liberatos esse non ambigitur: si modo in sequenti se non obligauerunt. PP. 15. Kal. Octob. Antonino A. IIII. & Balbino. Conss. 214.

De electione.

5. Idem A. Potamoni.

IVre nostro est † potestas creditori, relicto reo, eligendi fideiussores, nisi [b] inter contrahentes aliud placitū doceatur. PP. 6. Non. Maij, Messala & Sabino Conss. 215.

De eo qui tabulas mutui vt testis signauit.

6. Idem. A. Pollæ.

SI pater tuus pro Cornelio, cùm pecuniam mutuam acciperet, se non obligauit: frustra ex eo, quod tabulas obligationis vt testis signauit [c], conueniris. PP. 11. Kalen. Iul. Messala & Sabino Conss. 215.

De eo qui mandauit vt creditor sub pignore.

7. Idem A. Eroti.

SI creditor conditioni [d] mādato adsctiptę, cùm pecuniam mutuam daret in accipiēdis hypothecis non paruit: frustra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter te obligasse intelligaris, quā si pignoribus contraheretur obligatio. PP. Kal. Iul. Læto II. & Cereale Conss. 215.

Si filius pro patre fideiusserit.

8. Imp. *Alexander* A. Longo.

FIliusfamilias [e], qui pro patre [f], quamuis in venditione fundi fideiussit, tenetur. [g] PP. 2. Idus Octobr. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De pignoribus.

9. Idem A. Aristocrati.

ET iam si de iure obligationis pignorum [h] actum fuerit, fideiussoribus liberatio non contingit. PP. V. Kalen. Decemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De vsuris. 1. De beneficio diuisionis.

10. Idem. A. Vital.

FIdeiussor seu mandator, si [i] in [k] vsuras quoq; obligatus est, iustam causam recusandi eas soluere non habet.

1 ¶ Vt autem is, qui cum altero fideiussit, non solus conueniatur, sed diuidatur [l] actio inter eos, qui soluendo sunt: ante condemnationem ex ordine postulari solet. PP.*

De actionibus edendis.

11. Idem A. Salustio.

CVm alter ex fideiussoribus [m] in solidum debito satisfaciat, actio ei aduersus eum, qui vna fideiussit, nō competit. Potuisti sanè, cùm fisco solueres, desiderare, vt ius pignoris, quod fiscus habuit, in te transferretur [n]: & si hoc ita factū est, cessis actionibus vti poteris. Quod & in priuatis debitis obseruandum est. PP. 7. Kal. Nouemb. Alexandro A. III. & Dione Conss. 230.

De verbis græcis.

12. Idem A. Theodoto.

BLanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quod cum pro alio interueniens, ὅτι [o] ἂν θέλεις ποιήσω, [p] dixisti: cum & his verbis obligationem verborum || posse || contrahi, pridem receptum est. PP. 6. Kal. Sept. Agricola & Clemente Conss. 231.

De latrone inueniendo.

13. Pars ex epistola *Gordiani* A. ad Auxium.

SI Barsatoram [q] latronem Lysanias decurio inuenturum [r] se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorio, vel ad præsidē prouinciæ.

Quando succuratur fideiussori soluenti, aduersus debitorem.

14. Idem A. Saliuo.

MAndati actio personalis est, quæ si nomine fideiussoris [s] vel aduersus debitorem, seu heredes eius cōpetit: præses prouinciæ, quæ deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim, quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est, vobísq; mandatæ [u] sunt actiones. Quod si factum est: ea quoque vobis persequētibus, aduersus || pignorum || possessores extraordinariam iurisdictionē idem vir clarissimus impertietur. PP. 3. Nonas Iulij, Gordiano A. & Auiola Conss. 232.

De indebiti condictione.

15. Idem A. Claudiano.

SI indebi tam [x] pecuniam quasi ex causa fideiussionis obstrictus in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione vti, quàm condicere [y] vt obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fideiussorem rei promittendi, bonis ad fiscum deuolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit conuentus, & soluerit [z], liberari. PP. 5. Kalend. Decembr. Gordiano Aug. & Auiola Conss. 240.

De electione.

16. Idem A. Maximo.

LIberum fuit †, antequam lis aduersus omnes fideiussores contestaretur, vnum eorum eligere [a] creditori, si modo cæteros minus idoneos existimaret. At nunc post [b] litis contestationem, petitionem diuisam redintegrari, iuris ratio non patitur. PP. 2. Id. Iun. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De pignoribus.

17. Idem A. Brasidæ.

OMissis [c] quoque pignoribus fideiussorem à creditoribus vtiliter conueniri, nisi [d] in id tantum, quod ex his refici non poterit [e] acceptus sit: explorati iuris est. PP. 6. Id. Mart. Attico & Prætextato Conss. 243.

18. Imp. *Philippus* August. Smyrnæ.

SI (vt proponis) fundum ob debitum obligatum non iusto [f] pretio vendidisti: residuam quantitatem, quam ex pretio eiusdem seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore non iure poscis. PP. V. Kalend. Augu. Peregrino & AEmiliano Conss. 245.

De electione.

19. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Sabino.

SI alienam reo principaliter constituto obligationē suscepisti, vel fideiussorio, siue mandatorio, vel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti, non † posse creditorem vrgeri, eum, qui mutuam accepit pecuniā, || magis || quàm te conuenire, scire debueras: cùm si hoc in initio cōtractus specialiter nō placuit, habeat liberam electionem. S. 2. Kal. Maij, AA. Conss.

20. Iidem *Augusti* & CC. Aureliano.

SEntentia [g] bonorum omnium ademptionem continente, rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur.

De electione & de actionibus cedendis.

21. Iidem *Augusti* & CC. Iuliano.

SIcut eligendi † fideiussores creditor habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi [h] sibi hypothecæ siue pignoris obligata iure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit persecutio) conuenit vrgeri. S. 11. Kal. Nouemb. AA. Conss.

De quantitate debiti.

22. Iidem *Augusti & Cæsares* Hermiano.

SI vltra [i] hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti [k] præses prouinciæ ex hoc, quod vltra mandatum tuum numeratum est, à te nihil exigi patietur. S. 12. Kalen. Maij, CC. Conss.

De electione.

23. Iidem AA. & CC. Antipatro.

REos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere †, vel pro parte conuenire, vel satis non faciēte, contra quem egeras primò, post || illum || ad alium reuerti (cum nullus de his electione [l] liberetur) licet. S. Non. Decembr. Nicomediæ, CC. Conss.

De successoribus.

24. Iidem AA. & CC. Pergamio,

---

a Nouata rei obligatione fideiussor liberatur, nisi in nouata posteriore se obligauerit *le. 60. ff. eo. Synopsis Basilicon 7. titul. 6. ex lib. 26. tit. 1. c. 72.*

† *l. 3. §. eo.* hodie non est *Auth. Præsente supr. eo.*

b Potest conueniri vt reus principalis prius cōueniatur quā fideiussor.

c Adsignauit *Cuiac. ad le. 126. §. 2 ff. de verbor. oblig.* Qui vt testis subscribit, non fideiubet nec obligatur *dixi ad l. 14. §. si cer. add. d. §. 2.*

d Conditioni mandato adscriptæ parendum *l. 44. in f. D. eod.* ideoq; mandās vt alicui credat pignorib. datis, non potest ab illo conueniri sine pignoribus credente.

e Filiusfamilias pro patre fideiubere potest *l. 10. §. 1. ff. eod. l. 1. in fi. §. de filiof. minor. l. 9. §. quod cum alio: l. 8. §. ad Velleian. l. 3. §. 3. ff. qui satisdare.*

f Et alio *l. 5. §. quod cum. eo.*

g Nisi non sit heres *l. 1. sup. de filiofamil. minore.*

h Persecutio pignoris nō liberat fideiussorē *l. 3. §. 4. ff. de pignorib.* & è contra *l. 8. sup. de pignoribus.*

i Fideiussor vsurarum nomine nō tenetur, nisi expresè vsuras promiserit *vt hic*: aut in omnē causam fideiusserit *l. 68. §. 1. ff. eod. l. 54. ff. locati: l. 2. §. 12. ff. de administ. rer.*

k In vsuras etiā potest obligari fideiussor.

l Beneficium illud diuisionis vocatur, & epistolæ d. Hadriani, *l. 26. l. 28. ff. eo. §. 4. vers. sed ex epist. Inst. eo. Nou. 99. adde l. 1 supr. de diuid. tut.*

m Fideiussor soluens, cessis actionibus agit in confideiussorem.

n Id est, vt cedātur actiones. De beneficio cedendarum *l. 14. l. 21. §. eo. l. 17. l. 36. l. 39 ff. eo. le. 76. ff. de solut. l. 2. supr. de his qui in prior. credit.*

o ὅτι ἐγγυῶμαι τόδε *Basil. Cuia. 14. obs. vlt.* alij legunt τί μοι, *Cui. Inst. e.* ἐγγυῶμαι. Alciatus *1. perergon. 3.* reponit. λέγω. *adde Cuia. 14. obs. vlt.*

p Græcè potest obligari fideiussor *l. 8. D. eod.*

q Abarsacoram *Hal.* alij Barsotoram.

r Non dicitur res inuēta nisi adprehēsa. *v. quæ notaui ad l. 3. §. 3. ff. de adqui. possess.*

s Mandati actio personalis *26. Eclog. cap.* περὶ μανδατώρων. *v. 111. 1. ex c. 81.*

t Fideiussori aduersus debitorē, eiúsve heredem competit mandati actio sine cessione *l. 26. §. 3. D. mandati.* hypothecaria, facta cessione *§. eodem.*

u *vide l. 11. sup. eodem.*

x Fideiussor soluēs indebitum, agit condictione indebiti *l. 22. §. eod. l. 1. supr. de condict. indebit. adde l. 7. sup. de non num. l. vltim. supr. de condict. ex lege.*

y Condictionē liberationis Græci vocāt τὸ ἀδήλως quòd sit incerta. *vide Cuiacium 19. obser. 5.*

z *le. 52. in fine D. eodem.*

† Hodie non est, *vide Nouell. 4. cap. 1.*

a *lege 3. supr. eodem.*

b Contestatione litis tollitur electio *l. 59. §. 3. D. eod.*

c Omissis pignoribus fideiussor potest conueniri, nisi in subsidiū pignoris sint accepti.

d Id est in subsidium.

e *leg. 62. leg. 64. D. eodem. leg. 56. D. mandati. lege 8. supr. mandati.*

f *vide legē secundā lege octauā supra de rescind.* Si creditor non iusto pretio pignus vendidit, residuum iusti pretij à fideiussore non petit.

† Hodie potest. *Auth. præsente sup. eo.*

g *dixi ad d. l. 1. supr. eod.*

† Hoc hodie correctum *d. Auth.*

h De cessione actionum *dixi ad l. 11. §.*

i Speciē ita constituo, Hermianus mandauit credi XX. Mæuiæ: X. duntaxat numerata sunt Mæuiæ. Hermianus vltra id quod accepit Mæuia, conueniri non potest. vt hæc cōstitutio pertineat ad legem *15. §. eo. adde l. 17. D. de pact.* alia species proponitur à Cuiacio *19. obs. 35.* alia ab interpretib.

† Hodie in dubio fideiussorē ante principalem eligere non licet. *Auth. Præsens supr. eod.*

k Epistola fideiussor & mandator potest constitui *vt hic.* vt & pignus *l. 34. §. idem ff. de pignoribus.*

l Qui ab vno reorum debitum petit, non diuidit obligationem. Sola petitio non est diuisio *v. l. 2. §. 3. D. de verb. oblig.*

Fide-

Fideiussoris quidem heres[a] exemplo rei principalis tenetur. Sed si idem vtrisque[b] succedat, intercessionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris heres conueniri potest. S. II. Kal. Ian. CC. Conss.

De pignoribus,

25. Iidem AA. & CC. Philippo.

Pignoribus datis à reo principali distractis, nec post longi temporis interuallum residuum[c] à fideiussore creditor petere prohibetur. S. 6. Kal. Ian. CC. Conss.

De eo qui promisit se traditurum aliquem, vel certam summam nisi id fecerit.

26. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

Sancimus[d] si quis pro alio spoponderit, quatenus eum intra certum[e] tempus tradat, vel certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat, & tempore statuto iam effluente, non poterit eum repræsentare, non||statim||pecunias pro eo stipulatas, inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionem: non autem statim summam pro qua fideiussor admissus est, profligari. Sed si quidem vsque ad sex † mensium spatium tempus statutum sit aliud tantum ei indulgeri ||sancimus|| intra quod si possit personam exhibere, & eam tradere, pœna sit liberatus. Sin autem amplius quam sex mensium tempus ab initio constitutum est: tunc quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantum habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam &[f] non pecunias reddere. Sin autem & secunda[g] adiectio temporis excedat: tunc omnimodo pœnam pecuniariam persoluat. Sed si quidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo conuenitur, defendere: licere ei hoc facere, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit, si forsitan sine[h] defensione facienda pro eo fideiussit. Sed si defensionem subierit[i], eam vsque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem & secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur, nec ad defensionis venire præsidium: sed omnimodo pœnam conferat, nisi intra primum tempus quod statutum est, reus principalis ab hac luce||fuerit||subtractus[k]: tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet. Quod si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilominus pœna iam commissa à fideiussore exigatur: omnibus quę in fideiussores, quando tali pœnę fuerint illigati, statuimus, & in heredes[l] pro vtilitate eorum obtinentibus. Datum 6. Kal. April. Constantin. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De eo qui sine scriptis promisit aliquem exhibere, vel Iudicio sistere.

27. Idem August. Ioanni præfecto prætorio.

Si fideiussor nullam quidem cautionem[m] faciat, ostendens[n] se fideiussorem extitisse, præsentibus[o] autem tabularijs hoc confessus est, quod in fide sua eum suscepit: dubitabatur à Palæstina[p] aduocatione, Vtrúmne post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fideiussione facta secundū[q] generalia edicta sublimissimæ prætorianæ sedis: an, vtpote scriptura interueniente, teneatur. Et diuisio alia introducebatur, si idem iuris esse debeat tam in publicis[r] causis, quàm in priuatis. ¶ Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit à fideiussoribus[s] ex repræsentatione personarum, licet attestatio[t] super hoc processerit, attamen[u] ||adhuc|| sine scriptis esse fideiussorem, videlicet in[x] causis priuatis existimari: & duobus[y] mensibus effluentibus, ab huiusmodi nexu fideiussores liberari: nisi in tempus certum data est fideiussio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam attestatio fuerit expressa. Sin autem in publica causa|| necessitas interueniat || tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi. Multis etenim priuilegiis propter publicas necessitates publico iuri præstitis, non abs re est & nos huiusmodi prærogatiuam ei condonare. Datum XII. Kalend. Mart. Constantinopoli, post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De electione.

28. Idem August. Iohanni præfecto prætorio.

Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus[z] statutū est, vt contestatione contra vnum ex his facta, alter nō liberetur: ita[a] & † in fideiussoribus obseruari. Inuenimus etenim in fideiussorū cautionibus plerumque ex pacto huiusmodi causæ esse prospectum: & ideo generali lege sancimus: nullo modo electione † vnius ex fideiussoribus, vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fideiussoribus, vel vno ex his electo, liberationē mereri, nisi satisfiat creditori: sed manere ius integrum, donec in solidum ei pecuniæ persoluantur, vel alio modo satis ei fiat. Idémque in duobus[b] reis promittendi constituimus, ex vnius rei electione præiudicium creditori aduersus aliū fieri non concedentes: sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales, & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis[c] conuentis hoc fieri conceditur, & in vsu quotidiano[d] semper hoc versari aspicimus: quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec simplicitas suscipientium cōtractus ex quacunq; causa possit ius creditoris mutilare? Datum XV. Kalēdas Nouembr. Constantinopoli, post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 521.* * * *

Lex 28.[e]

Si quis fideiusserit in[f] vsuras, non in biennium tantum, sed in tantūm temporis in quantū cauit tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fideiussor in vsuris se obliget, modo nec supra duplum[g] teneatur.

DE[h] NOVATIONIBVS[i], ET delegationibus.

Tit. XLII.

1. Imp. *Alexander* A. Timotheo.

Delegatio debiti, nisi[k] consentiente & stipulante[l] promittente debitore[m] iure perfici non potest. Nominis[n] autem venditio & ignorante vel inuito[o] eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. V. Id. Feb. Maxim. 2. & AEliano. Cos. 224.

2. Imp. *Gordianus*. A. Firmino.

Ex[p] cōtractu pecuniæ creditę actio inefficax dirigitur, si delegatione personæ rite[q] facta, iure nouationis vetustior contractus ęuanuit[r]. PP. Calend. Sept. Pio & Pontiano Conss. 239.

Cessio actionum non liberat debitorem. Salyc.

3. Idem A. Mutiano.

a *v. l. 4. in fi. l. 5. D. eo.* An & in delictis? *v. l. 26. j. eo. v. Roland. à Vall. 1. consi. 57. num. 4.*
b Heres fideiussoris reo principali succedens, conuenitur vt principalis non vt fideiussor.
c Actio de residuo datur etiam in fideiussorem *l. 56. D. mandati.*
d Fideiussor hominis sistendi sub pœna, intra semestre tempus (ponamus hoc spatium temporis conuentum) si intra id spatiū hominem non exhibuerit, tantundem insuper ipsi temporis conceditur. Sin longius ab initio tempus constitutū fuerit, sex tantum mensium spatiū habet, vt eum sistat quē promisit. *vt hic. Syn. Bas. 7. tit. 16. ca. 87. 3. Harm. 6. §. 25.*
e putà sex, septē, vel octo menses *adde l. 27. 28. j. eodem.*
† Si quis fideiusserit reum iudicio sisti intra certum tempus hodie pœna statim non exigitur, sed dantur fideiussori sex menses, intra quos sistendo, reus euitet pœnam ipso iure commissam ex priore lapsu. vel breuius: Fideiussor intra sex menses, moram rei exhibē di vel sistendi euitat. *adde quæ scripsi ad l. 4. D. de custod.* Id spatium vsus non adprobauit *Cla. 5. sent. §. vl. quæst. 46.* coguntur enim fideiussores reum exhibere toties quoties (vt illi loquuntur.) De hoc remedio fideiussorum *v. Cu. 19. obs. 34.*
f Primo lapsu reus iudicio sistendi, personā rei sistere debet non pœnam numerare.
g Secundo lapsu reus iudicio sistendi, pœnam soluit.
h Reus alterius sistendi quis esse potest, etiamsi eum defendere non cogatur.
i vltro sc.
k id est, mortuus. Reo intra primum lapsum moriente, fideiussor non tenetur *vt hic:* intra secundum, tenetur *versi. quod si secundo. j. eo. adde l. 4. l. 5. D. qui satisdar.*
l Ius purgandæ moræ fideiussori competens, ad eius heredes transmittitur.
m subaudi, scriptam *versi. sancimus, ibi, literis exposita. j. eod.*
n legendum videtur, *ostendentem:* vt cohæreat antecedenti suo, cautionem.
o Confessio vel contestatio non scripta, coram tabulariis facta, vtrum vim habeat scriptæ cautionis.
p Palæstina aduocatio, quæ & Cæsariensis. à Cæsarea Palæstinæ aduocatione. *dixi ad l. 30. s. de pactis.*
q *v. l. 2. s. de off. præf. pr.*
r Fideiussor iudicio sisti sine scripto accipitur in priuatis causis, etiam si apud tabularium fideiubeat, ὡς ἐν καταθέσει, velut cum attestatione. *3. Harm. 6. §. 29.* In publicis causis hæc depositio pro scriptura est. *adde l. 17. D. de in ius vocando.*
s Fideiussores ex repræsentatione personarum, barbarè hîc dicuntur, qui fideiusserunt aliquem iudicio sisti.
t Attestatio quæ hîc dicitur, nihil aliud est quàm cautio non scripta: confessio coram tabulariis facta.
u Fideiussio cōfessio aut attestatio facta in priuata cā etiā, corā tabulario, sine scriptis est fideiussio, non meretur deniq; nomē cautionis scriptæ, licet coram notario, instrumentorum & scripturarum opifice facta sit. In publica vero causa facta hunc in modum fideiussio vel confessio apud notarium, pro scriptura est: ídque propter priuilegia publicarum necessitatum. *vt hic.* Diuersitatis autem ea ratio est, quod fideiussio sine scriptis indefinita duorum mensium spatio præscribitur: post bimestre tempus exspirat, desinit esse fideiussio: fideiussio scripta, eadémque indefinita (Indefinitam dicimus fideiussionem, cui nullum certum tempus adiectum est) etiam vltra duorum mensium spatium excurrit atque protenditur. Dubitandi ratio priore casu fuit, quòd fideiussio facta apud tabularium dicatur: tabularij autem munus sit acta gesta apud se, in instrumentum, commentarium & scripturam referre: vt nisi retulerit, errasse videatur, suóque errore, contrahentibus non obesse *arg. l. 7. j. de testam.*
x *dixi s. eod. versi. & diuisio.*
y Fideiussor iudicio sistendi sine scripto acceptus non tenetur vltra duos menses. Qui scripto se obligauit in perpetuum conuenitur, id est, vsque ad finem triennij: tanquam sit maius vinculum fideiussionis scriptæ quam non scriptæ. Præsumunt enim auctores huius beneficij, eum qui ex scripto fidem suam obsignare noluit, se in longum tempus obligare noluisse: quod & Isidorus Græcus adnotat *ad leg. 8. infra de donationibus:* & alij ad legem 36. *D. de fideicommiss. libert. lege tertia in fine D. de adimendis legat. leg. 12. D. de his quæ vt indign.* & Scholiastes apud Harmenopulum *3. titulus sextus §. 30. vide Cuiacium dicto loco &, capit. 15. de præscriptionibus. numero 13. adde Nouell. 12. in fine.*
z *leg. 22. supra eodem leg. 71. §. secundo, D. eodem Paul. 2. sent. 17. §. vltimo.*
a Fideiussoris mandatoris & correi similitudo hæc est, vt ne vnius eorum electione seu conuentione, alter liberatus intelligatur.
† Olim electo reo principali fideiussor, eiúsve heres liberabatur: mandator non liberabatur *dicto §. vltimo*, hodie sublata est superior differentia.
† Vnius fideiussoris vel rei electione alter liberatur. Hodie ius electionis sublatum *Nouell. 4. cap. 1.*
b de duobus reis promittēdi.
c Quod pactis fit, quódque vsu consuetum, in perpetuam legislationem conuerti potest. argumentum à pacto ad legem.
d vsitata sequi atque amplecti debemus.
e hæc constitutio restituta est à Cuiacio *19. obseruat. 35.*
f Vsurarum fideiussor potest accipi *l. 10. s. eo.*
g *v. l. 10. s. de vsur.*
h *dixi ad 46. D. 2. §. 3. Inst. quib. mod. tollit. obligat.*
i Nouatio ἀνακαινισμός (vnde καινοποιεῖσθαι nouari) & delegatio vero μετάθεσις, hoc est, translatio. *Synop. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 1. c. 72.* καινότης *in leg. vltim. infra eodem.*
k Debitor, inuito creditore, alium vice sua debitorem constituere non potest, *v. l. 6. j. eo. l. 8. in fi. s. de obl.*
l creditori scilicet. fit enim delegatio per stipulationem *l. 11. D. eo.* & litis contestationem *ibid.*
m qui delegat scilicet.
n nomen vendi potest *l. 3. s. de heredit. vel act.*
o Inuito debitore, nomen alteri possum cedere *vt hic.* Debitorem inuitum delegare non possum *s. eod.*
p Si translatio debiti fiat, in vniuersum obligatio prior perimitur. *vt hic:* Synopsis Basilicon, 7. *titulo sexto ex libro 26. capitulo* 33. 3. *Harmenopulus* 5. *§. 88.*
q Per stipulationem, vt & litis contestationem *lege vndecima in fine D. eodem.*
r Debitorem ritè delegatum conuenire possumus *vt hic.* Cur ita? *v. l. 18. D. de fideiuss. §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

a Qui nomen cedit, debito non liberatur *vt hic.* qui delegat, liberatur *versi. quòd si delegatio.* *eod.* Cur ita? mandari actio inscio debitore debitoris potest: delegatio verò fit, eo præsente: eo promittente creditori, cui fit delegatio. adde Socin. *reg.* 80.
b Primus casus, quo nomen cedenti solui non potest. adde Socin. *reg.* 79.
c fit enim per litis contestationem delegatio *leg. 11. in fin.* d Secundus casus.
e Tertius casus.
f Nomen creditori solui potest, tribus casib. exceptis *eod.*
g *l. vl. D. de lege commiss.*
g Delegatione debitor liberatur.
i Cliens hic delegatum significat, quibusdam videtur significare susceptum in fidem, vt & alibi *in l. 3. D. de leg. 3. D. de vsu & habit. l. 5. §. 1. D. de his qui deiecer. l. 3. §. 6. D. de penu. l. 89. D. de furtis. l. 7. D. de captiu.* v. *Petr. Pitœum tit. 9. Notar. Mosaic.*
k Periculum delegati creditor sustinet, at non delegans *l. 96. §. 2. D. de solutionibus.*
l Nouatio fit per verborum obligationem, voluntate nouationis interposita.
m Procurator ad exigendum datus, accepto ferre & nouare non potest *vt hic. & l. 21. D. eo. l. 3. §. 30. D. de acceptilat.*
n Procurator sine mandato nouare non potest *vt hic.* cum mandato potest *dict. leg. 3.* accepto ferre non potest, nisi antea mandatum habuerit nouandi. Ideóque directò per procuratorē nō fit acceptilatio, sed per obliquū & ita intellige quod scripsi ad *d. leg. 3.*
o Qui ex stipulatu pro alio spopondit, satisfacere debet, quamuis ipse nihil acceperit *Syn. ibid. c. 36. 3. Harmeno. 6. §. 3.*
p Susceptor alienæ obligationis soluere tenetur, etiāsi reus principalis ei non satisfaciat *l. 12. D. eo.*

SI delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud[a] te remanserunt: quamuis creditori tuo aduersus eum solutionis causa mandaueris actiones; tamē antequam lis[b] contestetur[c], vel[d] aliquid ex debito accipiat, vel[e] debitori tuo denuntiauerit[f] exigere[g] à debitore tuo debitam quantitatē non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta, iure nouationis tu liberatus[h] es frustra vereris ne eo quòd quasi à cliente[i] suo non faciat exactionem, ad te periculum[k] redundet: cum per[l] verborum obligationem voluntate nouationis interposita, à debito liberatus sis. PP. V. Id. Iun. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

4. Idem A. Stratonico.

NOn abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum ei mandasses exactionem[m] pecuniæ quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta, de reliquo eos liberauit: cum neque contra[n] voluntatem tuam nouationem facere, neque in eo quod non soluebatur, eos liberare potuerit. PP. Id. Nou. Gordian. A. & Auiola. Conss. 240.

5. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Septimiæ.

SI[o] pater tuus cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine[p] certam pecuniam stipulanti spopondit: licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summæ promissæ nimis improbè solutio negatur. S. 2. Id. April. Sirmij, CC. Conss.

6. Iidem *Augusti & Cæsares* Dertiparo.

NEc[q] creditoris creditori quisquam inuitus[r] delegari potest. S. 12. Cal. Nou. Dorostoli, CC. Conss.

7. Iidem AA. & CC. Zoilo.

SI[s] soluere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit: vel debitum constituit, suo nomine conueniri potest: alioqui aduersus eum experiri pro chirographario[t] debitore tuo frustra conaris. S. 7. Cal. Ian. CC. Coss.

Obligatio non nouatur per obligationem, etiamsi noua persona interueniat, vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur.

8. Imp. *Iustinianus.* A. ad Senatum

NOuationum nocentia corrigentes volumina,[u] & veteris iuris ambiguitates resecantes. sancimus: si quis vel[x] aliam personam adhibuerit, vel mutauerit[y], vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam vel minuendam esse crediderit, vel conditionem seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem[z] acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant nouationes: nihil penitus prioris cautelæ innouari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum illis accedere, nisi[a] ipsi specialiter[b] remiserint quidem priorem obligationē, & hoc expresserint, *quod*[c] *secundam magis pro anterioribus*[d] *elegerint.* Et generaliter definimus[e], voluntate[f] solū esse, non lege nouandum[g]: & si non verbis exprimantur, vt sine nouatione (quod solito vocabulo ἀνοβ κ̓νόλητες[h] ||Græci|| dicunt) causa procedat. hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus superuenire. Dat. 11. Cal. Augusti, Constantinopoli, Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss. 530.

q Inuitus nemo creditori creditoris sui delegari potest *Syn. ibid.*
r *l. 1. eod.*
s Ab eo qui delegatus est soluere alterius debitum, si mihi dare spoponderit, aut debitum constituerit, rectè petetur. *Syn. Bas. 26. tit. 3. ex tit. 4. c. 37.* vel ita: Qui alterius debitum in se recepit, si spoponderit & debitum constituerit, rectè suo nomine conuenitur *3. Harm. 6. §. 2.*
t Chrirographarius creditor debitorem debitoris conuenire non potest *v. Cu. 8. obs. 19.* u volumina hic idem quod difficultates, ambiguitates.
x Nouatio fit persona alia adhibita, mutata, pignore accepto, quantitate aucta, minuta: conditione vel tempore adiectis: cautione minore accepta & similibus.
y ἐναλλάξῃ *Bas. 7. Eclog. 6. ex lib. 26. tit. 4. c. 28.* mutuauerit *Hal.* & malè, significatur hîc nouatio quæ fit interuentu noui debitoris.
z Iuniorem. ita legitur in quibusdam manuscriptis, quam lectionem probat Cuiac. *19. obs. 36.* confirmátque ex lege *56. ff. de adm. tut.* quæ docet, nouationem fieri (etiamsi amissum sit prius chirographum) facto chirographo, licèt nec persona, nec causa obligationis mutata sit.
a εἰ μὴ ἰδικῶς τῦτο ῥηθῇ, nisi specialiter expressum fuerit. *Syn. ibid. c. 38.* ὅτε ῥητῶς συμφωνήσῃ τις, cùm disertis verbis ita conuenit *3. Harm. 5. §. 89.*
b Nouatio debiti nulla fit, nisi specialiter expressum fuerit, *à priori debito recedi.* neque sufficit aliam personam adhibitam, mutatámue: non sufficit denique pignus acceptum esse, debitum, auctum: conditionem, minutam: tempus adiectum. *Synop. & Harm. d. loco: adde l. 22. D. de legat. 3.*
c hanc formulam referunt Græci, ὅτι ἀπὸ τῦ παλαιῦ ἀναχωρῦμεν χρέους, i. quod à priori debito recedamus. *Syn. ibid.* ἀφίημι τὸν πρότερον τῆς ἐνοχῆς καὶ λαμβάνω σε, id est, priorem debitorem obligatione libero, & te accipio. *Harmenop. ibid.*
d id est, pro anteriori obligatione.
e Quid definit Iustinianus? sanè hac constitutione definit, Nouationem non præsumi, sed probari factam oportere: non intelligi factam, nisi specialiter dictum sit, *vt à priori debito recederetur.* Quod cùm ita sit: cur hîc addidit, voluntate solutum esse, non lege nouandum? Nam si voluntate solùm nouatur, non lege, verbis generalibus fiet nouatio, specialis mentio nouationis non exigitur? Deinde quid hæc sibi voluit, *nouandum, etsi non verbis exprimatur, vt sine nouatione causa procedat.* Postremò, hic statuit Iustinianus, non aliàs nouationem esse, quàm si specialiter adiiciatur, discedi à priore obligatione, cur in fine hæc verba adiicit, *hoc naturalibus inesse rebus & non verbis extrinsecus superuenire.* hæc enim innuunt satis, quibuscunque verbis inesse vim nouādi: specialē formulam non requiri: tacitè vim nouationis quibuscunque verbis inesse: subintelligi denique nouationes natura ipsa, sine vlla verborum solennitate. Paulò apertiores Græci (apud *authorem Syn. d. c. 38.*) cùm adscribunt, Ideo nouationis specialē & expressam mētionem fieri oportere, quòd verba, vti reapse sunt, non interpretationē spectamus: quasi dicerent, Nouationem factam tacito quodam intellectu interpretationis, non intelligi oportere, sed tū demum, cùm certa, & expressa formula adiectū fuerit, nouationem factā esse. His ita constitutis verisimile fit mihi, locum huius constitutionis corruptum esse: nisi dicam⁹ Iustinianum aut Tribonianū ita scripsisse, *Et generaliter definimus lege solùm esse, non voluntate nouandum: & si hoc verbis exprimatur, vt cum nouatione (quod solito vocabulo κατ' καινότητος Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturaliter inesse rebus non volumus, sed verbis extrinsecus superuenire.* Sic sentio, aut ita scripsisse Tribonianum, aut ita loqui voluisse. Quid est enim lege nouare, nisi expresè? Quid *voluntate nouare*, nisi verbis generalibus? *lege nouat*, qui certa & concepta formula, legem nouationi dicit: *voluntate nouat*, quem non tam verbis quàm voluntate qualiquali & tacita nouasse apparet. Qui lege ita nouat, verbis exprimit, vt μετὰ καινότητος, id est, vt cū nouatione causa procedat. Igitur hac constitutione Iustinianea, vis nouandi naturaliter rebus non inest, hoc est, non subintelligitur ex rebus ipsis aut ipso actu, sed ex verbis extrinsecus superuenit, hoc est, ex concepta & speciali nouationis formula. Cùm hoc velit Tribonianus, (vt & Græci interpretes quoque notant) mirum, non ita hic legi. Mirum quoque ex hac constitutione ab interpretibus colligi, sufficere, vt coniecturis constet, nouationem factā esse: *Cagnolus ad l. express. ff. de regulis*: cū alioquin ex *l. 3. infi. eo.* constet, nouationē fieri per verborū obligationē, voluntate nouationis interposita. f In nouatione facienda sufficit quælibet voluntas: qua regula neglecta Tribonianus sæpe specialem exigit *vt hîc. & No. 99. v. Cu. 14. obs. 7.* hoc est, tametsi hic Tribonianus constituat, quamlibet voluntatem in nouando sufficere, exigit tamen specialem nouandi voluntatem. g An idem in delegatione? *v. Iason. ad l. singularia. ff. si certū.* h ἀνεατόλυτως *Hal.* ἀναβαλλόντως *Cu. Inst. quib. mod. tollit. oblig. in f. & 19. obs. 36. in fi.* ἀνευκαινότητος *Cont.* i *dixi ad 46. D. 3. 7. Eclog. 6. & li. 26. tit. 5.* k *Eclo. d. loco. c. 1. l. 101. infi. D. eo.* l *l. 1. ff. eo. l. 21. de vsur.* m *i. in creditorem.* n *v. l. 5. §. pen. D. eo.* o tationibus *Hal.* & malè. Statio quid esset dixi *l. 10. de compensationibus.* hoc tandem innuit: Fisco succedente debitori & creditori diuersarum stationum, seu ex diuersis stationibus liberari fideiussorem, his adde quæ ad Accurs. scripsi. p Seruo ante ademptum peculium, ex contractu peculiari solui potest: post adēptum etiā, sed ab ignorante. *vt hîc. & l. 35. D. eo. adde l. 21. D. de iureiur. l. 11. D. depositi.* q aut iussu *l. 49. D. eo. l. 22. §. 12. D. soluto.* r Non peculiare etiā debitū volente creditore, eiusdē seruo solui pōt. s Solutione tutus quis esse pōt, etiā si debiti instrumētū nō recipiat *v. l. 5. depositi.* t Nemo cogitur inuit⁹ extraneo debitū cedere. Extraneū voco, aliū à debitore. u Ratio dubitādi. Inuit⁹ debitor liberatur *l. 17. eo. l. 23. ff. eo. l. 39. ff. de negot. Inst. quib. mod. toll. obl. in pr.* ergo & creditori inuito solui pōt. x Trāsactio fit de lite dubia *l. 1. ff. de trās. adde l. 21. eo.* y Cōfessio toti⁹ recepti per errorē facta, ad id quod receptū non est, seu ad id quod nō probatur redditū, nō porrigitur *l. 13. eo. l. 7. de except. l. 24. l. 31. de trās. l. 67. §. 3. ff. de cod. ind.* z Hęc adiectio, *donationis hyperoches aut superflui*, ab his præsertim qui nō ita bona fide cū aliquo contrahūt obmitti nō solet. Donatio hyperoches, Galli *donatiō de pl⁹ value. dixi ad d. §. 2.*

DE SOLVTIONIBVS[1], ET liberationibus.

Tit. XLIIII.

In quam causam solutum imputetur.

1. Imp. *Antoninus* A. Aristeneto.

IN[k] potestate eius est, qui ex plurib. contractib. pecuniam debet, tēpore solutionis exprimere, in quam causam reddat. Quòd si[l] debitor id nō fecit, conuertitur electio ad eum, qui accepit[m]. si neuter voluntatem suam expressit: priùs[n] in vsuras id, quod soluitur: deinde in sortem accepto feretur. PP. 2. No. Nou. Duobus & Aspris Coss. 213.

Si fiscus tam debitori, quàm creditori successerit.

2. Imp. *Alexander* A. Bassæ.

LIberari fideiussores, quoties fiscus tam debitori quam creditori (licèt diuersis stationibus[o]) succedit, ius certū est. Quod & in tua persona procuratores mei custodient. PP. Cal. Iul. Lupo & Maximo Coss. 233.

Si seruo soluatur.

3. Imp. *Gordianus* A. Apollonio.

SI cum seruus liberam peculij administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eíque ante[p] ademptum peculium, vel prius quàm ademptū cognosceres, eā exsoluisti: ea solutione liberatus es. PP. 5. Cal. Oct. Pio & Pontiano Coss. 239.

Si seruo soluatur. De instrumento non reddito.

4. Idem A. Rufinæ.

NIhil interest, vtrùm creditori mutuam pecuniam solueris, an ex eius voluntate[q] seruo[r] numeraueris. Nec enim ex eo quod creditor concessit in fatum, priùs quàm instrumenta[s] redderet, euacuatæ obligationis vires reparari queunt. PP. 2. Id. Octob. Pio & Pontiano Coss. 239.

De eo qui quantitatem ab alio debitam creditori offert aut soluit.

5. Idem A. Celso.

NVlla tibi aduersus[t] creditorem alienum actio superest, eo quod ei debitam quantitatem offerens, ius obligationis in te transferri desideras: cum ab eo te nomen comparasse non suggeras: licèt[u] solutione ab alio facta nomine debitoris, euanescere soleat obligatio. PP. 15. Ka. Nou. Pio & Pontiano Coss. 239.

De errore apochæ.

6. Idem A. Alexandro.

SI inter patrem tuum, eósque quos debitores esse dicebas non de[x] dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, vniuersum[y] se recepisse cauit, nec de superfluo eos, quos verbis obligauit, per acceptilationē liberauit: nec donationis[z] causa id factum est: exuperantis debiti integra ei repetitio competit. PP. Id. Feb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

De vsuris.

7. Imp. *Philippus* A & *Philippus* C. Antiocho.

Eius

a hanc legem interpretari potes ex *l.4.š.de compens.* b *v.d.l.4.infi.* c Loci vtilitas debitori arbitraria actione potest eripi *l.1.2.8.& 10.ff.de eo quod certo loco.§.33.versi.loco Inst.de act.* d Permittere: quidam ita legunt apud Accursium.
e deferri. quidam ita legunt.
f aliàs pura actione loci vtilitatem nemo creditori auferre potest *§.33. versi. si quis tamen Inst.de act. l.8. ff. de eo quod certo loco.*
g *de qua v. d.§. 33. versi. propter quam causam: versic. quod vtilitas.*
h *39.ff.eo.l.19.š. de vsur. l.56.§.1. ff.mandati.*
i nisi fortè id quod non offertur, liquidum non sit sed incertum *arg.l.21. ff. de rebus cred.*
k Solenniter fieri intelligitur, quæ iure fit: ea non est nuda *l. 11.š.de vsur.* quæ fit opportuno tẽpore ac loco *j. eod. si eo loco. d. l. 39.* quę purè, quę citra conditionẽ, quæ totius debiti *š.eo.ibi.totius debitæ pecuniæ.* Quid si incerta debiti sũma? fideiussores dari volunt, qui de eo quod obscurius est spondeant *Alex.con. 24.nu.9.l.4.arg. l.5.l.54.inf. ff.de statulib.* Quid, verbalis oblatio sufficit ne? interpretes dissentiunt: *in l.122.§. qui Romæ.ff. de ver.obl.vbi v.Cu. 8.ad Afric. ad l. 39. D.de solutionib.* Nonnulli aiunt, alij negant adeo vt realis in folle non sufficiat *l. 82.ff. de cond.& dem.* põt tamen ex sacculo exhiberi testibus præsentibus postea obsignari *l.vlti.ff.de lege commiss.* ac deponi in publicum *l.19.š.de vsur.leg.10. de pigno.v. Ferrariẽs. in forma libelli compromiss.28.in verbo legitimè obtulerit 17.*
l adeo vt postea pecunia creditori pereat *l. 39.ff. eod.*
m *l.32.ff.de vsur.*
n hęc vox meo iudicio superest. Hic.n. agitur de effectu oblationis non solutionis.

EIus quantitatis, cuius petitionem ratio compensationis [a] excludit, vsuras [b] non posse reposci manifestum est. PP.V.Cal.August.Peregrino & Aemiliano Coss. 245.

8. Idem A. & C. Rufino.

VSuras, quæ quotannis in [c] vrbe numerandæ sunt promittere [d] alio loco dependi [e], nisi [f] ex iusta causa[g], exempli ratio minimè sinit. PP.V.Id.Maij.Philippo A.& Titiano Coss.246.

De oblatione & consignatione pecuniæ debitæ.

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Cassio.

OBsignatione [h] totius [i] debitæ pecuniæ solenniter [k] facta, liberationem [l] contingere manifestũ est. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit si eo loco [m], quo debetur, solutio [n] fuerit celebrata. PP. V. Id. Maij, Maximo.2. & Aquilino.Coss.286.

De datis in solutum.

10. Iidem AA. & CC. Ambrosio.

SVccessores eius, qui maior vigintiquinque annis in solutum [o] pro debito iure mancipia [p] dedit, hæc reuocare non posse constat.S. V.Id.April.Bizantij AA.Coss.

Si marito soluatur quod vxori debetur.

11. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CVm [q] maritum [r] tuum à debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis constitutæ, velut ex causa tibi debiti aliquas accepisse quantitates, nec tamen consensum accommodasse significes: nullum tibi præiudicium potuit fieri, nisi factam solutionem post maiorem [s] ætatem ratam [t] feceris. S. V. Cal. Maij, Heracliæ. AA.Coss.

Si extraneo soluatur.

12. Iidem AA.& CC. Eutychio.

INuito vel ignorante creditore qui soluit alij [u], se non liberat obligatione. Quod si hoc, vel mandante [x] vel ratum habente eo, fecerit: non minus liberationem consequitur, quàm si eidem creditori soluisset. S. 3.Id.Maij, AA. & CC.Coss.

De simulata liberatione.

13. Iidem AA. & CC. Philotimo.

SI obligatum hominem ex causa mandati, non per stipulationem facta nouatione [y] post acceptilationem liberasti, sed [z] tantum receptam ex [a] eadem causa debitam quantitatem falso [b] scripsisti: figmento veritatis extingui non potuit obligatio.S.6.Cal.Iun.AA.Coss.

Collatio apochæ, & rediti chirographi.

14. Iidem AA. & CC.Cohortæ.

PEcuniæ [c] solutæ professio [d] collata instrumento, maiorẽ rei gestæ probationem continet, quàm [e] si chirographũ acceptę pecunię mutuę fuisset redditũ. [f] S.V.Id.Iu.AA.Cos.

Chirographo reddito contra voluntatem creditoris.

15. Iidem AA.& CC.Quartino.

QVòd debitori tuo chirographum [g] redditum [h] contra [i] volũtatem tuam adseueras [k], nihil de iure tuo deminutum est. Quibuscunque itaque argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro huiusmodi facto liberationem minimè consecutum, iudex ad solutionem debiti iure compellet.S.V.Cal.Sept.AA.Conss.

Quod soluendum sit.

16. Iidem AA. & CC. Charidemo.

o Solutio legitimè facta à defuncto reuocari non potest *adde l.3.š.de reb.alien.non alie.* p mancipia in solutum dari possunt *v.l.17.j.eo.adde l.13.š.de pign.*
q *3.Harmenopul.5.§.78.*
r Quod vxori debetur, marito solui non potest citra consensum vxoris etiam minoris XXV.annis.*l.39.D.de negotiis adde l.8.in fin.D.de nouationibus.*
s Ea ætas τέλεια Græcis Harmenopulo & authori Synopseos, de quo mox.
t Ratihabitione, maior inutilem solutionem confirmat. *vt hìc.* Ratum habere hìc quid est? aut quo sensu ratum habere ipsa mulier dicitur? Scholiastes Græcus Synopseos Basilic.7. *tit.6.ex lib.26.tit.5.c.*112. ratum haberi scribit, quoties ipsa mulier accipit *συγχωρουμένη καὶ καταναλώσασα ὡς κυρία καὶ μὴ ὑποκειμένη τῷ ἀνδρὶ &c.* id est, quoties ipsa mulier non tantum accepit, sed acceptum vnà cum marito consumpsit, vt domina, non vt marito subiecta, vt consensisse aliàs non intelligatur. Nam viro petenti non contradicere, creditorem non inquirere, pro consensu non habetur: quum in viri petentis potestate sit. u putà procuratori *l. 34.§.4.D.eo.*
x Iussu aut ratihabitione creditoris, alij solui potest *l.19.l.49.D.eo.*
y nouatione, post acceptilationem liberasti *Haloand.* qua lectione nihil facilius.
z ea est differentia apochæ & acceptilationis *de qua v.l.19.§.1.D. de acceptil.*
a *l.6.š.eo.l.23.j.eo.l.6.š. de compensat.l.vl.§.3.D.de cond. indeb.*
b Confessio recepti per errorem facta, veritatem non extinguit. Erronea liberatio, liberatio non est. c apocha ea est: quæ practicis *quittantia.*
d Professio recepti probat veram numerationem *v.l.2.j.de apoch. Roland. à Vall. 1. cons.17.nu.8.* Professio interdum fit tribus testibus præsentibus *l.vl.š.si cer.*
e An id innuit, chirographi minorem esse fidem quam instrumenti? An potius si de solutione facta probanda, agatur, maiorem authoritatem esse apochæ debitori conscriptæ ac traditæ, quam chirographi redditi?

f Chirographi redditio minus probat quàm confessio recepti. Non plenè liberat debitorem imò liberat *l.7.š.de remiss.pign.* liberat quoties constat ab ipso creditore redditum: sin minus, non plenè liberat *l.15.j.eo.*
g *dixi ad l.14.š.eo.* h Redditio instrumenti, facti est. i Probare id is tenetur, qui ait. k Quid si debitor redditam sibi non à creditore sed ab alio dixerit? Debitori probatio incũbit.
l Nomen, pecuniæ loco, inuito creditori nõ soluitur: volẽti solui potest *l. 17.j. eo.* aut si debitor aliunde non potest *Auth.prox.* in soluere quiuis debitoris loco potest *l.104.D. de solut.Inst.quibus mod. tollitur obligatio in pr.& ibid. Theophilus.*
n fundo *l.24.j.e.* mancipiis *l. 10. š.eo.* nominibus *l.16.š.eod.* pecoribus *l.9.š.de rescind.* vino *l. 10. š.si cert.* iumentis *l. 8. š.si cert.* aureis obryzatis *l.2.j.de veter. numismat.* & ita Res pro pecunia volenti solui potest *l. 10.l. 16.š.eo.l. 24.j.eo. l.9.š.de rescin. l. 26.§.4.ff.de cõd. indeb. adde l. 2.j. de veter. numis. & quæ dixi ad l. 3.ff.de reb. cred.*
o *al.* pariatam. i. parem redditã. Tert. 5.aduersus Marcionem. nõ rapinam existimauit pariari Deo (dixit Paul. ad Philipp.2. εἶναι ἴσα θεῷ.) Tractũ est autem hoc à veterum more, qui suas expensi & accepti tabulas habebant, in quarum vna parte notari expensa, altera, accepta notabantur. Ita solutione pariabatur obligatio: pariari & paria facere dicebantur. *l. 67.§.5.ff.de condict.indebit.l.40. ff.de statulib. l.5. §.10.ff. de iure immunit.l.4.§.1.ff. de manumiss. Seneca epist.libr.11. & 17. Tert. 4.aduers.Marcionem.*

EVm, à quo mutuam sumpsisti pecuniam, in solutum nolentem suscipere nomen [l] debitoris tui compelli iuris ratio non permittit.

In authent. de fideiussor.& mandato, §. quod autem coll.1.tit.4 nou.4.cap.3.

H*Oc nisi debitor in pecunia vel alia re mobili soluere nequeat, tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, solui potest, facta per iudicem subtili eius causæ æstimatione: vt rem prædictam & debitori soluere, & creditori liceat petere, præstanda creditori cautela de euictione quæ debitori possibilis sit, quod est in omni actione. At si creditor paratus sit emptorem rei præstare, oportet debitorem cautela iudicis arbitrio creditori, rem tunc distrahere, vt satisfiat creditori.*

Si alius pro debitore soluerit. de reb. pro numerata pecunia in solutum datis.

17. Iidem AA.& CC.Cassio.

MAnifesti iuris est, tam alio [m] pro debitore soluente, quam rebus [n] pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli paratam [o] obligationem. S. Cal. Dec.Sirmij, AA.Conss.

De chirographis debitori redditis cum subscriptione procuratoris significantis nihil creditorib. deberi.

18. Iidem AA.& CC.Domitio.

INquisitio veritatis tolli non potuit, quòd chirographa quæ fecerat procurator tuus, recepta, tibique restituta ab ipsius herede proponas cum subscriptione procuratoris significante, quod [p] nihil creditoribus debeatur: cùm nihil prohibeat & creditoribus satisfactum ||esse.|| & non vestræ pecuniæ, sed ipsius, cui negotium gerendum mandaueras, processisse solutionem.S.Id.Feb.CC.Coss.

Si seruo soluatur.

19. Iidem AA.& CC.Diogeni.

SI actore [q] ||seruo|| tam mutuis dandis pecuniis, quàm debitis recipiendis prępo sito [r], in hoc quod susceperas, eius dominę per ipsum satisfecisti: instrumentum inane [s] solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim soluentes seruo, de actione dominæ liberare se minimè possunt. S.V.Id.Oct.CC.Coss.

De operis serui in soluta concessis.

20. Iidem AA.& CC.Eucrati.

SI operas [t] certi serui pro pecunia sumpta sibi in debitum compensare placuit creditori: his secundum conuentionis fidem præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor seruari debet.S.V.Cal.Nou.Hadrianopoli.CC.Coss.

De eo qui scripsit se recepisse plus quam recepit.

21. Iidem AA.& CC.Rufo.

INterest multum, vtrúmne spe [u] futuræ numerationis suscepisse te, quod instrumento continetur, scripsisti, an accepta minore quantitate, tantum quantum lectio probat, in scriptura conferri placuit. Nam superiore quidem casu residui petitio debiti manet integra: posteriore verò cõsensu trãsactionis [x] finitis stare cõuenit.S.3.Non.Dec.CC.Coss.

Si chirographum cancellatum sit vel non

22. Iidem AA.& CC.Grato.

INductum [y], ||id est cancellatum [z],|| necne sit chirographũ vestram [a] solutionem semel debiti causa factã ei, qui exigendi potestatem habuit, probantium, nihil interest.S.V. Id.Dec.CC.Coss.

De causa confessionis non secuta

23. Iidem AA.& CC.Vacio.

SI litterarũ [b] Auxenonis contẽplatione, quas ad Aristonẽ de numeranda tibi pecunia dederat, recepisse ||te|| scripsisti debitũ ab Aristone: mandato nõ impleto, cum petitio indebiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impedire potest.S. 15. Cal.Ian.Nicomediæ, CC.Coss.

p Procurator subscribens, *Nihil deberi creditoribus ei cuius negotia gerit,* nõ continuò fatetur creditoribus satisfactum fuisse domini pecunia: neque sibi aut heredibus tollit ius agendi, In dubio quid dicendum? Lex iubet veritatem inquiri *š.eo.* Puto præsumptionem procuratori prodesse. Hinc etiam colligunt, In generali sermone non contineri personam loquentis: *l.30.in fi.D. locati:l.29. in fi.D.de pign.* verùm, duriter satis. Nam hìc procurator subscripsit, nihil deberi creditoribus eius cuius gerebat negotia: non autem subscripsit, nihil sibi deberi. Procurator denique, subscripta à creditoribus chirographa accepit: acceptis subscripsit & ipse, nihil creditoribus (à quibus nimirum ea chirographa acceperat) deberi. eam subscriptionem retulit ad illos creditores, quorum erant chirographa, non ad seipsum.
q *l.4.š.eo.l.49.vers.tuto.tibi vel seruo act.ff.eo.*
r Recipiendarum pecuniarum præposito rectè soluitur.
s Solutione chirographum fit inane *adde l.5.infi.š.depositi.l.vltim.š.ad exhib.l.2.š.de condict. ex lege.*
t Operis solui potest consentienti creditori *v. l. 17.supra eo.*
u Spe futuræ solutionis emissa totius debiti liberatio, non præiudicat parti non solutæ *v.l.6.supra eo.*
x Transactionis causa si creditor se totum recepisse scripserit nihil amplius peti potest *vt hìc.& d.l.6.l.24.l.31.š.de transact.*
y *v.l.1.D.de his quæ in testam.delentur.*
z Et si cancellatione instrumenti præsumptione debitor liberatur *l. 24. D.de probatio.* non tamen semper exigitur cancellatio aut inductio instrumenti. Potest enim quis solutione liberari, etiamsi instrumentum neque sit inductum neque cancellatum.
a vestrum *Hal.* vestra *Cui.19.obs.37.* vt sit, vestra nihil interest.
b Spe futuræ numerationis plerunque debitores liberamus. Numeratione reipsa non secuta, non valet liberatio *l.13.l.21. š. eo.*

De fundo in solutum dato.

24. Iidem AA. & CC. Rufino.

CVm[a] pro pecunia, quam||mutuo||acceperas, secundum placitum Euandro te fundum[b] dedisse profitearis: eius industriam[c], vel euentum meliorem tibi, non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris distraxisset, non iustè petis. S. 7. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

De probatione.

25. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SOlutionem asseueranti [d], probationis onus incumbit: quo facto, chirographum condicere[e] potest[f]. S. 3. Kalen. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

DE ACCEPTILATIONIBVS[g].

Tit. XLIIII.

Pupillus cum tutoris auctoritate potest per acceptilationem liberare: nec post conueniri, nisi ex causa legitima.

Salyc.

1. Imp. *Antoninus* A. Apronio.

IAM tibi scripsi, posse apud iudicem quæri, an solennibus[h] verbis tutoris [i] auctoritate interueniente, soror tua acceptilatione debitorem suũ liberauit. quare si in repetenda pecunia quam exoluit, diuersa pars perseuerauerit: vteris defensionibus competentibus. PP. 3. Id. Feb. Duobus & Aspris Coss. 213.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Claro.

SI donationis[k] gratia nouatione facta per acceptilationẽ præstitisti liberationem omnis agendi via perempta est. S. 6. Kal. Ian. AA. & CC. Coss.

3. Iidem AA. & CC. Demetriæ.

PEr Aquilianam[l] stipulationem pacto subditam obligatione præcedẽte sublata, & acceptilatione, quæ fuit inducta, perempta: ei qui ex nulla causa restitui potest [m], omnis agendi via præcluditur. S. V. Kal. Dec. CC. Coss.

DE EVICTIONIBVS[n].

Tit. XLV.

De hereditate vendita.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Munitio.

EMPTOR hereditatis rẽ à possessoribus sumptu ac periculo suo [o] persequi debet. Euictio quoque non præstatur in singulis[p]||rebus,||cum hereditatem iure venisse constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit. PP. 6. Kal. Mart. Seuero A. 3. & Victorino Coss. 201.

De donatione.

2. Iidem AA. Quartæ.

QVoniam auus tuus, cùm[q] prædia tibi donaret, de euictione eorum cauit, potes aduersus coheredes tuos ex causa stipulationis consistere ob euictionem prædiorum, pro portione sc. hereditaria. Nudo [r] autem pacto interueniente minimè donatorem hac actione teneri certum est. PP. 2. Kal. Mart. Antonino A. 2. & Geta 2. Coss. 206.

De re empta nondum euicta.

3. Iidem AA. Aureliano.

a si in optione (Græci ἐν ἐπιλογῇ) fundum pro pecunia dedisti, & deinde pluris eũ vendidit: lucrum hoc, ipsi cedat, qui & damnum sensurus fuerat, si minoris vendidisset *Syn. Bas. 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 5. c. 125.*

b Fundus pro pecunia, & si aliud sit genere, in solutum dari potest volenti *leg. 17. ꝟ. eo. adde No. 4. c. 3.*

c Si fundus in solutum datus industria accipientis melior factus est, non propterea debet restitui etiam minori. *facit l. 2. l. 8. ꝟ. de resci.*

d Probare debet solutam esse pecuniam, qui solutã fuisse asserit *l. 1. ꝟ. de proba. l. 2. l. 22. ff. de probat.*

e de condictione chirographi *dixi ad l. 7. ꝟ. de non num. l. 9. ꝟ. ad exhib. l. 2. ꝟ. de cõdict. ex leg.*

f Solutionem igitur recusare seu negare potest debitor creditori, si non ab eo aut tantisper dum ab eo non accipit apochã solutionis *l. 9. ff. de nouationib.* vt per contrarium creditor apochã recusare, nisi integrum debitũ à debitore recipiat *l. 19. ꝟ. de fide instrumentorum.*

g *dixi ad 46. ff. 4.* quid sit acceptilatio *v. l. 1. D. eo.*

h *de quib. m. §. 1. Inst. quib. mod. tollit. & schol. 27. Eclog. 6.* τυπικοῖς ῥήμασι. *Theoph. tit. quib. mod. tollit.*

i Pupillus, tutoris auctoritate, accepto ferre potest, *l. 13. §. 10. D. eo.* sine causa non potest *l. 27. §. 2. D. de minorib.*

k Donationis gratia accepto ferri potest *vt hic*. interdum etiam ex causa *l. 9. ff. de præscri. verb.*

l *l. 13. ꝟ. tit. prox. l. 4. l. 15. l. 30. leg. 40. ꝟ. de transa. l. 27. ff. de donatio.* cuius formula ab Aquilio cõdita *§. 2. Institut. quib. mod. toll. obli.*

m Acceptilatio stipulationi Aquilianæ adiecta, ipso iure liberat, *vt hic. & l. 4. l. 5. D. de transact.*

n *dixi ad 21. ff. 2.*

o Emptor vniuersalis res singulas suo periculo ac sumptu persequitur.

p Euictio rerum singularum non præstatur emptori vniuersitatis, hoc est, rerum vniuersarum, putà hereditatis venditor, non tenetur de euictione rerum singularium, nisi aliud sit conuentum. Rei singularis, tenetur *l. 66. D. de contrah. empt.*

q Donator euictionis ex nuda promissione non tenetur: ex stipulatione tenetur. *adde l. 8. in fi. D. de donat. Paul. 5. sent. 11. §. 5.*

r De nudo pacto *v. l. 7. ff. de pact.*

s Ante euictionem non agitur de euictione *l. 24. l. 74. §. 2. D. eo. l. vn. D. de rer. perm.* nisi initio contractus ei euictio immineat *l. 24. ꝟ. eo.* Imò agitur *l. 30. in fin. D. de act. empt.* vtique si modo venditor alienam sciuerit.

t *v. l. 17. ꝟ. de solut.*

u Debitor pignus alienum in solutum dando, pignoris causam non mutat.

x Vtilis de euictione actio datur quasi emptori, *vt hic.* directa verò emptori.

y In solutum datio, quasi emptio *l. 44. ff. de solutionibus. adde No. 4.*

z Ante rem traditam solutúmve pretium agi potest de euictione.

a *l. 41. D. de contrah. empt. l. 52 §. 1. ff. de act. empt.*

b Actio ex vendito venditori competit *l. 13. §. 19. D. de act. empt.*

c Venditori pretium petenti opponitur de re non tradita *l. 25. l. 41. in fi. ff. de act. emp.*

d Euictionis venditor etiã citra cõuentionẽ, ex ipsa cõtractus natura tenetur *l. 25. in fi. ꝟ. eo. l. 2. l. 19. ff. eo. l. vl. ꝟ. de com. re alienat. adde l. 12. ꝟ. de contr. empt. 19. Ec. 11. ex 11. 15. c. 6.*

e Laudare prisca lingua, est denunciare, nominatim appellare *6. Gell. 6.*

f Euictus venditori fundus fideiussori euictus intelligitur. Reo principali facta denunciatio, nocet fideiussori etiam ignoranti. *adde l. 18. in fi. ꝟ. eo. l. 41. §. 2. D. eo.*

g Euictio tribus casibus hîc emptori à venditore non præstatur. Primus casus est, si venditor euictionem non denunciauit, secundus, si emptor ipse iudicio non adfuit: tertius, si iniuria iudicis res ei fuerit euicta. Idem dicitur, si euicentem, nimia sedulitate quærendi rei domini, sibi accersiuit. *l. si dictum. §. simili modo. ff. eo.* si ius aliquod vniuersum emit, putà hereditatem, & res quædam hereditaria ei fuerit euicta *l. 1. ꝟ. eo.* Idem quoque si sciens rem alienam comparauit: tunc enim neque euictionis, neque ad pretium rei agit *l. quæritur in fi. ff. de ædilitio.* si ancillæ venditæ, partus fuerit euictus. *leg. si prægnans. 42. ff. eodem.* Quindecim casus, quibus superior sententia locum non habeat, enumerat Mõtal. *lib. 3. fori. tit. 10. l. 7.* quadraginta vero duos Mathæus de Afflictis *in c. 1. §. rursus quibus modis feudum amittatur.*

QVi rem emit, & pòst possidet, quamdiu[f] euicta nõ est, auctorem suum propterea, quòd aliena vel obligata res dicatur, conuenire non potest. PP. 8. Kal. Aug. Faustino & Rufino Coss. 211.

De datione in solutum.

4. Imp. *Antoninus* A. Georgio.

SI prædium[t] tibi pro soluto datũ||est, quod||aliis creditoribus fuerat obligatum: causa[u] pignoris mutata non est. Igitur si hoc iure fuerit euictum, vtilis[x] tibi actio contra debitorem competit. Nam huiusmodi contractus vicem[y] venditionis obtinet. PP. 11. Kalend. Aug. Duobus & Aspris Coss. 213.

De re vendita & nondum tradita.

5. Idem A. Petroniæ.

EX||his||prædiis, quæ mercata es, si aliqua à venditore obligata, & necdum[z] tibi tradita sunt: ex empto actione consequeris, vt[a] ea à creditore liberentur. Idem etiam fiet, si aduersus venditorem ex vendito[b] actione pretium[c] petentem, doli exceptionem opposueris. PP. 15. Kal. Octob. Duobus & Aspris Coss. 213.

Si specialiter venditor euictionem non promiserit.

6. Imp. *Alexander* A. Octauio.

NOn dubitatur, &[d] si specialiter venditor euictionem non promiserit, re euicta ex empto competere actionem. PP. 8. Id. Mart. Alexandro A. Cos. 223.

De fideiussore.

7. Idem &. Hilariano.

AVctore laudato[e], si euicta res est, fideiussorem (etiam [f] si agi causam ignorauerit) conueniri euictionis nomine posse non ambigitur. PP. 3. Non. April. Alexandro A. Cos. 223.

Quæ requiruntur vt euictio præstetur.

8. Idem A. Clementino.

EMptor[g] fundi, nisi[h] auctori aut heredi [i] eius dẽnuntiauerit: euicto[k] prædio, neque ex stipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra venditorem vel fideiussorem eius habet. Sed & si[l] iudicio emptor non adfuit, aut[m] præsens per iniuriam[n] iudicis victus est absente auctore, vel fideiussore: regressum aduersus eum non habet. PP. 8. Id. Dec. Alexandro A. Coss. 223.

De denunciatione facienda, quid præstandum ei cui res euicta est.

9. Idem A. Terentio.

SI controuersia tibi possessionis, quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo mouetur: auctori heredíve eius denũcia[o]: & si quidem obtinueris[p], habebis[q] quod emisti. Sin autem euictum fuerit: à venditore successoréve [r] eius consequêris, quanti[s] tua interest. In quo cõtinetur etiam eorum persecutio, quæ in rem emptam, à te, vt melior fieret, erogata[t] sunt. PP. 11. Kal. Ian. Alexandro A. Cos. 223.

De finibus.

10. Idem A. Largo.

SI fines[u] agri venditor demonstrauit, & legem dixit, *intra eos neminem ingressurum*: si quid inde euincatur, periculo sit auctoris. Quòd si finibus suis[x], quos demonstrauit, agrum vendidit: lis[y] finalis ad venditorem non pertinet. PP.

h Primus casus *adde l. 9. l. 20. ꝟ. eo. l. 53. in fin. D. eodem.*

i *l. 20. in fi. ꝟ. eodem.*

k Euictionis causam venditori, etiam ante litẽ motam, denunciare emptor cogitur. *vt hic: Bartol. in l. denunciatio ff. de adulter. & leg. non solum. D. soluto: leg. non est ꝟ. quæ res pignori,* nisi venditor sciens, rem alienam vendidit, *l. quem seruus. §. sciens. D. de act. empt.* nisi minor vel creditor sit qui emit, tunc enim mora sine denunciatione committitur *l. in minor. ꝟ. in quibus causis restitut.* nisi venditor sciẽs litem emptori motam esse, instrumenta & auctoritates rei vẽditæ non tradidit, cum posset tradere. *l. Titius. l. plus. §. videamus. D. de actio. empt.* nisi denique ipsi venditori planè ac prorsus constet litem motam esse. *l. cum quæstio. ff. eo.* nisi iuri denunciãdi renũciauerat venditor. *l. heredibus. D. eod.* aut si iurauit, se in lite emptorẽm defensurum, & litem motam nõ ignorauit. *c. breui de iureiurando: Socinus regula 117.* Quid, quibus casibus denunciare venditori emptor cogitur, non necesse habet libellum ei offerre? teneri putant interpretes, si modo venditor petierit: aliud consuetudine posse constitui: vide plura apud Duenazium *regula 243.*

l Secundus casus. *l. 55. D. eo. l. 1 ꝟ. de periculo.*

m Tertius casus *l. 15. ꝟ. eo. l. 51 ff. eod.*

n *vide leg. 15. infra eodem*, κατὰ πλάνην ἢ ἀγνοίαν, ἢ ῥυπαρίαν per errorem vel impudentiam, vel sordes. *Syn. Bas. 19. tit. 11. ca. 45.*

o *leg. 8. supra eodem.*

p Victo emptori debetur euictio *versi. sin autem ꝟ. eod.* non vincenti *vt hic: & l. 18. infra eodem.*

q adde *Syn. 19. tit. 11. c. 51. 3. Harm. 3. §. 89.*

r Actio de euictione datur in successorem *l. 13. l. 14. l. 20. l. 21. l. 23. ꝟ. eo. l. 70. ff. eo. l. vlt. ff. de except. rei vendit. l. 14. ꝟ. de rei vindicat.*

s In euictione, petitur quanti nostra interest *l. 17. leg. 21. in fin. l. 29. in fin. ꝟ. eod.* quo etiam continetur pretium numeratum.

t id est, impensas *l. 40. §. 1. ff. de cond. & demonst.*

u *adde l. 45. ff. eod.*

x Aliud est fundum vendere specialiter expressis finibus: *vt supra eodem*: aliud suis finibus vendere. Priori casu si quid euincitur, venditor obligatur: altero, non obligatur. *facit leg. 74. in fin. D. eodem.* expressi fines, debentur ex conuentionis lege: sui fines agrorum, non pendent ex conuentione contrahentium, sed qualitate ipsa agrorum anteriore seu antiquiore. Plenius pete hypothesim huius legis ex Harmenopulo *3. tit. 3. §. 86.*

y Finium vindicatio, à vindicatione dominij separatur.

7. Kal.

7. Kal. Dec. Maximo 2. & AEliano Coſſ. 224.

Si is agat qui de euictione tenetur.

II. Idem A. Clementi.

EXceptione doli rectè eum [a] ſubmouebis, quem ab auctore tuo fideiuſſorem accepiſti, ſi eius nomine controuerſiam refert, quaſi per vxorem ſuam, antequam tu emeres, comparauerit: qui venditioni adeo conſenſum [b] dedit, vt ſe etiam pro euictione obligauerit. PP. Non. Feb. Pompeiano & Peligno Coſſ. 232.

De ſeruo in libertatem euicto & de pacto vt quæſtione mota ante euictionem pretium reddatur.

12. Impp. *Gordianus* Auguſtus Philippo.

SIue in libertatem euictus eſt ſeruus, quem mercatus es, ſiue, cùm comparares, conuenit, [c] vt ſi qua quæſtio nomine eius relata eſſet, & ſi necdum euictus eſſet, tu pretiũ recuperares: præſes prouinciæ, quod tibi præſtandum animaduerterit, reſtitui iubebit. PP. 7. Id. Mart. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

De cauſa iudicati.

13. Idem A. Zoilo.

SI ob cauſam iudicati [d] pignora capta ſunt ex eius auctoritate cui [e] præcipiendi ius fuit: eáque de quibus complecteris, tu mercatus es: fruſtra ab [f] ea quæ cõdemnata eſt, vel quæ in eius locum ſucceſſit [g] eorum refertur quæſtio: quandoquidem [h] & ſi euictio eorum ab alio ſubſecuta fuiſſet, aduerſus eos debuiſſe dari actionem, quibus pretij ſolutio proficit, rectiſſimè reſponſum eſt. PP. 16. Kal. Iun. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

De filio eodémque herede venditoris.

14. Idem A. Secundino.

SIue poſſeſſio venditoris fuit, filius [i] eiuſdémque patris heres fruſtra quæſtionem mouet: ſiue non patris ſed filij eius poſſeſſio fuit, de qua iure hereditario [k] auctor laudari [l] poteſt: controuerſiam mouere non poteſt. PP. 14. Kal. Aug. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

De pignore ob euictionem accepto.

15. Imp. *Philippus* A. & Philippus Cæſ. Menandro.

SI non iniuria [m] iudicantis, ſed iuris [n] ratione ſuperatus es, pignus [o] ob euictionem acceptum ſolenniter perſequi [p] potes. PP. Kal. Aug.

Qui & à quo præſtatur ei cui res euicta.

16. Impp. *Diocletian. & Maximian.* AA. Alexandro & Diogeni.

SVper empti agri quæſtione diſceptabit præſes prouinciæ: &, ſi portionem [q] diuerſæ partis eſſe cognouerit, impenſas [r], quas ad meliorandam rem vos erogaſſe conſtiterit, habita fructuum [ſ] ratione reſtitui vobis iubebit. Nam ſuper pretio euictæ portionis non [t] eum, qui dominium euicerit, ſed auctricem [u] conueniri conſequens eſt. PP. X. Kal. Iul. ipſis 4. & 3. AA. Coſſ. 290.

Quid præſtat author certioratus euictionem paſſo.

17. Iidem AA. Mutiano.

SI cùm quæſtio [x] tibi ſuper eo, quem comparaueras, moueretur, auctorem tuum certum feciſti [y], nec [z] citra iudicis diſceptationem eum, quem emeras, tradidiſti: præſes prouinciæ in damnis [a], quæ te toleraſſe meminiſti, medelã iuris adhibebit. PP. V. Id. Nou. ipſis 4. & 3. AA. Coſſ. 290.

De homine vendito.

18. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI ſtatus tibi ſuper homine venundato mota queſtio eſt: ſolennibus [b] quæ iuris admittit ratio, interpoſitis: ſi [c] ſecundùm libertatem fuerit lata ſententia, poteris de euictione || eius, quem comparaueras, || ſi neſciens eius conditioné comparaſti, ſine aliqua dubitatione auctorem, vel eius fideiuſſores, heredéſve eorum conuenire. Quòd ſi fuiſſe ſeruum ſententia declarauerit, intelligis ad venditorem te reuerti non poſſe.

Si emptores præſcriptione ſe tueri poſſint.

19. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SI obligata prædia venundediſti, & longi temporis præſcriptione [d] ſolita emptores [e] ſe tueri poſſunt: euictionis periculum timere non potes. S. 2. Kal. Maij, AA. Coſſ.

Re euicta agitur de euictione etiam contra venditoris heredem. Bald.

20. Iidem Auguſt. & CC. Solidio & aliis.

a Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. 13. 14. ȷ. eo. l. 17. ff. eo. excipe l. vl. ȷ. eo.*
b Conſentit vẽditioni, qui fide iubet *vt l. 7. infi. ſ̃. quod cum eo.*
c Valet cõuẽtio, vt lite duntaxat mota pretiũ reſtituatur emptori, aliàs citra pactum nõ agitur ante euictioné. *dixi ad l. 3. ſ̃. eo.*
d *l. 74. §. 1. D. eo. l. 46. D. de adqui. rer.*
e aliàs pignoris venditio facta iuſſu iudicis incompetentis, nulla.
f Emens à iudice iudicatũ exequente, debitorem habet obligatum: ideóque debitor agens non auditur.
g *v. l. 9. ſ̃. e.*
h Ratio dubitãdi ſumpta ex cõmuni regula. Quem de euictione tenet actio, &c. *dixi ad l. 11. ſ̃. eo.*
i Filius nõ euincit rem à patre venditam.
k *v. l. 9. ſ̃. eo.*
l *dixi ad d. l. 11.*
m *v. l. 8. in fin. ſ̃. eo. adde l. 5. l. 51. D. eo. 19. Eclog. 11 c. 43.*
n i. re legitimè euicta.
o Pignus amittit creditor, iniuria iudicis condemnatus, adde *l. 5. D. de pignoribus.*
p *l. 2. ſ̃. de partu pignor. l. 2. in fi. ſ̃. de prædiis min.* Pignus, ſubſidium rei.
q Etiam euicta parte, venditor tenetur de euictione, *l. 10. ſ̃. eodem.*
r *l. 9. infi. ſ̃. eod. l. 45. §. 1. ff. de act. empt.*
ſ perceptorum ſcil.
t Euincens, pretium reſtituere non tenetur.
u id eſt, venditricem. eadem ratione dicitur qua ab Ammiano 29. Ambeſtrix: ab Africano adſeſtrix, poſſeſtrix, impulſatrix, curatrix, plauſtrix, & in legibus noſtris, *l. 74. in fi. ad Trebell.* Petitrix: & Venditrix, *l. 8. ff. de le. commiſſ.* Teſtatrix *l. 20. D. ſi ſerui.*
x Debetur euictio emptori, non vltro rem reſtituenti, ſed ex ſententia *v. l. 56. §. 1. ff. eo.*
y id eſt, nominaſti *l. 8. ſ̃. eo. l. 9. ȷ. eod.*
z i. non vltro.
a *dixi ad l. 9. ſ̃. e.* b i. antiquũ forte adſerẽdi intelligit, de quo ſ̃. de adſertione tollẽda.
c Emptor ſerui, ſi ſeruus liber pronunciatus, agit de euictione *vt hic.* ſi ſeruus, non agit *ver. quod ſi. ȷ. eo.* Cur ita? emptori victo, non vicenti, venditor tenetur de euictione *l. 9. ſ̃. eod. l. 21. in fin. ȷ. eo.* d *vide leg. 21. ȷ. eod.*
e Emptoris præſcriptio creditori eidémque venditori prodeſt *adde l. 54. D. eo. l. 2. in fin. ȷ. de reb. alien. 19. Eclog. 11. ex tit. 15. c. 19.*

SI parentes [f] veſtri mancipia venundederunt, & quæſtio dominij mota eſt: emptoribus adeſſe, ac defendere cauſam non prohibemini. Quòd ſi eis [g] hæc etiã euicta ſunt, inſtauratio litis ex perſona veſtra, ſi appellationem non interpoſuiſtis, contra ius deſideratur. Empti ſanè iudicio pro euictione ſi conueniri cœperitis, nec [h] vobis negotium vt defendatis denuntiatũ probetur: intelligitis quatenus voſmetipſos tueri debeatis. S. 6. Ka. Iul. AA. Coſſ.

De re poſt longum tempus euicta.

21. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

EMpti [i] actio longi temporis præſcriptione non ſubmouetur [k], licèt poſt multa ſpatia rem euictam emptori fuerit comprobatum. Si itaque is, quem te comparaſſe cõmemoras, nunc in libertatem proclamet: interpellare venditorem, ſiue ſucceſſorem eius debes, vt tibi aſſiſtant, cauſámque inſtruant. Quem ſi liberum [l] eſſe, vel ſeruum non eſſe, fuerit pronunciatum: nec te conuentione remiſiſſe periculum euictionis fuerit comprobatum: præſes prouinciæ, ſi res integra eſt, quanti tua [m] intereſt, reſtitui tibi prouidebit. S. 11. Kal. Aug. Serdicæ AA. Conſſ.

Stipulatio de indemnitate.

22. Iidem AA. & CC. Iulio.

CVm tibi liberum venundatum fundum ab auctore proponas: ſi ex antecedente obligatione, quod debebatur, iure ſoluiſti [n]: ſtipulationem, quam ſubiectam emptioni de indemnitate proponis, ipſius conceptio [o] commiſſam manifeſtè declarat. S. 7. Kal. Sept. Viminacij, AA. Conſſ.

De præſentia vel abſentia heredum auctoris quibus denuntiatum eſt, quod præſtatur euictionem paſſo.

23. Iidem AA. & CC. Euſtochiæ.

CVm ſucceſſores [p] etiam venditoris pro euictione teneri poſſint: ſi velut obligata ſibi reſpublica Theſſalonicenſium pignoris inſtituat iure perſequi, quæ comparaſti: auctoris heredibus quocunque gradu conſtitutis adſiſtere negotio denuncia. Quòd ſiue præſentibus his fundus, quẽ emiſti, fuerit euictus, ſiue abſentibus poſtea, quanti [q] tua intereſt rem euictam non eſſe, teneri, non quantum [r] pretij nomine dediſti, ſi aliud non placuit, publicè notum eſt. S. 2. Kal. Ian. Sirmij AA. Coſſ.

Si in limine contractus immineat euictio.

24. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI poſt perfectam venditionem ante [ſ] pretium numeratũ rei venundatæ mota fuerit quæſtio, vel mancipia vendita proclament in libertatem: cum in [t] ipſo limine contractus immineat euictio: emptorem, ſi [u] ſatis ei non offeratur, ad totius vel reſidui pretij ſolutionem non compelli, iuris auctoritate monſtratur. Vnde cùm parte pretij numerata, domus quam emiſti, tibi velut pignoris iure obligatæ, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quæ ex emptione veniunt, præſtari prouidebit. S. 6. Kal. Feb. Sirmij, CC. Coſſ.

Si is qui liberam vendidit, eam euincat in libertatem.

25. Iidem AA. & CC. Saturninæ.

SI tibi liberam Saturninus conditionem eius ignorans diſtraxit, ac nunc eam defendit in libertatem: hac libera pronunciata, venditionem vel ex ſtipulatione duplæ, quãtum [x] in hanc deductum eſt, vel empti [y] actione, quanti [z] tua intereſt, conuenire potes. S. Idib. Febr. AA. Coſſ.

De rei interitu.

26. Iidem AA. & CC. Neoni.

SI quis tibi ſeruum vendidit: poſtquàm is rebus humanis exemptus [a] eſt, cùm euictionis periculum finitum ſit, à te conueniri non poteſt. S. 2. Kal. April. Sirmij, CC. Coſſ.

De ſcientia vel ignorantia emptoris.

27. Iidem AA. & CC. Theophilo.

SI fundum ſciens [b] alienum vel obligatum comparauit Athenocles, neque quicquam de euictione conuenit [c]: quod eo nomine dedit, contra [d] iuris poſcit rationem. Nam ſi ignorans: deſiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi refragatur. S. 15. Kal. Oct. CC. Coſſ.

Quibus defenſionibus emptor vti poteſt.

28. Iidem AA. & CC. Maximiano & aliis.

EMptori etiam venditoris [e] iura prodeſſe non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæſtio: tam propriis quàm venditoris defenſionibus vti poteritis. S. 3. Non. Oct. *Scuppis, CC. Coſſ.

f Agitur de euictione in heredem venditoris *dixi ad leg. 9. ſ̃. eod.*
g Quod ſemel euictum eſt defuncto, ab herede non poteſt retractari, vel ita, Venditor, cũ euictio fit, adeſſe põt: vbi ea facta eſt, litem inſtaurare nequit, niſi appellauit. *Eclog. d. l. c. 20. in pr.*
h Denuncianda eſt etiam venditoris ſucceſſoribus euictio *l. 8. ſ̃. eo.*
i Duæ emptori actiones præcipuæ, de euictione, vnà empti, *vt hic. & l. 25. in f. ȷ. e.* altera ex ſtipulatione duplæ.
k *Eclog. d. loco. c. 29. in fin.* Imò ſubmouetur *l. 19. ſ̃. eodem.* non ſubmouetur in his quę præſcribi non poſſunt. *vt hic. & leg. vltim. ſupra de longi temporis præſcrip. quæ pro libert.*
l *leg. 18. ſup. eodem.*
m *dixi ad l. 9. ſ̃. eod.*
n Stipulatus de indemnitate, hypothecaria conuentus, creditori vltra debitum offerre poteſt non expectata euictionis ſententia: quo ſecuto, ex empto agitur ad indemnitatem promiſſam.
o *v. l. 21. in fi. ſ̃. de liberali.*
p *dixi ad l. 9. verſic. ſin autem ſ̃. eod.*
q *d. verſic. ſin autem.*
r i. non id tantum quod.
ſ *l. 18. in fi. D. de periculo & commodo.*
t In limine venditionis euictione imminente, pretij vel reſidui nomine, emptor citra fideiuſſionem cõueniri non poteſt.
u *l. vlt. D. de reſcind. l. pen. D. de periculo.*
x *vide l. 74. ff. eo.*
y *v. l. 6. l. 21. ſ̃. eo.*
z *v. leg. 9. ſ̃. eodem.*
a Re ante litem perempta, ceſſat euictio *l. 21. D. eo.*
b Malæ fidei emptor de euictione actionem non habet Non datur ei de euictione actio, qui ſciens prudens fundum alienum comparauit, niſi euictio ſpecialiter ſit promiſſa *vt hic. lege ſeptima in fine, ſupra commun. vtr. iudic. leg. vltim. ſupra comm. de legat.*
c *d. leg. 7. l. 4. §. 5. D. de doli mali.*
d Imò non contra *l. 1. ſ̃. ſi vend. pign.*
e Ius venditoris emptori prodeſt *vt hic. & l. 76. §. 1. D. eod. l. 156. §. 2. 3. ff. de reg. iur.* & è contra, Præſcriptio emptoris venditori prodeſt. *l. 19. ſ̃. eo.*

a Permutanti debetur euictio *leg.1.in fin.* *ſ.de rerum permut at.facit l. 4. in fin. ſ.eod.*
b *adde l.8.ſ.eod.* c *l.9.ſ.eod.*
d Stipulatio duplæ propter euictionem, non arguit emptorem malæ fidei *vt hic.* Præſumitur bona fides in poſſidente *v.Alciat.præſumpt.5.*
e exceptio eſt ad *l.11.ſ.eod.* eo ſenſu, In fideiuſſoris herede ceſſat regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, ſi agat nomine proprio.

De permutatione.

29. Iidem AA. CC. Rheſo.

SI permutationis[a] gratia prædia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: his, quæ in eorum vicem acceperit, poſteaquàm ad defenſionem fuerit denuntiatum[b], vel cùm eorum non haberet facultatem, euictis quanti[c] intereſt, eos conueniri poſſe, rationis eſt. S. Idib. Dec. Nicomediæ, CC. Coſſ.

De ſtipulatione duplæ, & probatione malæ fidei emptoris.

30. Iidem AA. & CC. Haſtio.

NOn[d] ex eo, quod duplum||is,||qui à matre ||tua|| mancipium comparauerit, euictionis nomine ſtipulatus eſt, alienæ rei ſcientia conuincitur: nec opinio eius ex hoc læditur, vt malæ fidei emptor exiſtimetur. Aliis itaque hoc indiciis, ſi vis, probare debes. S. Id. Decemb. AA. Conſſ.

De herede fideiuſſoris.

31. Iidem AA. & CC. Agathoni.

HEredem[e] fideiuſſoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum eius, cui ſucceſſit, ex ſua perſona dominium vindicare non impedit, ſc. euictionis cauſa durante actione S. 18. Kal. Ian. CC. Conſſ.

CREDITOREM EVICTIOnem||pignoris[f]||non debere.

Tit. XLVI.

Creditor vendens iure creditoris rem quam putabat eſſe debitoris, non tenetur de euictione, niſi expreſſe promiſſerit.

1. Imp. *Alexand.* A. Publicio.

CVm iure[g] creditoris propter fiſci debita prædium obligatum procurator meus venundedit, euictio non debetur: quia & priuatus creditor eodem iure vtitur: niſi nominatim hoc repromiſſum à priuato fuerit creditore. Si tamen fiſcus in ius alterius creditoris ſucceſſit, emptori non iuſta nomine fiſci mouetur controuerſia: ſiue quia potior fuerat quando vendebat, ſiue quia infirmior: quoniam hoc[h] vtique præſtare debet qui pignoris iure vendit, potiorem ſe cæteris eſſe creditoribus. PP. 15. Kalend. Nouemb. Maximo 2. & Aeliano Conſſ. 232.

2. Imp. *Gordianus* Auguſtus Sabinæ.

SI à creditrice iure pignoris fundos obligatos pater tuus comparauerat: euictis prædiis ita demum petitionem aduerſus creditricem habere iure potes, ſi [i]vel cum venditi, de euictione rei promiſit: vel etiam dolo malo, cum ſciens prudenſque eſſet rem ſine[k] vitio non eſſe, eam patri tuo cui ſucceſſiſti, venundedit. Nam ſicuti genus huiuſmodi contractus inſcium creditorem vinculo euictionis non adſtringit: ita eum qui fraudem admiſit, vel decepit, non excuſat. PP. 7. Id. Apr. Sabino 2. & Venuſto Coſſ. 241.

DE[l] PATRIA[m] POTESTATE.

Tit. XLVII.

De longi temporis præſcriptione.

1. Impp. *Antoninus & Verus* AA. Titio.

SI filium tuum in poteſtate tua eſſe dicis: præſes prouinciæ æſtimabit, an audire te debeat: quia cùm diu paſſus[n] ſis, vt patriſfamilias res eius agi per eos, qui teſtamento matris tutores nominati fuerunt. PP. ſine die & conſule.

De rerum dominio.

2. Imp. *Antoninus* Auguſtus Maroniæ.

EIus quod in poteſtate patris agens habuiſti, dominium ad patrem tuum pertinuit, extra ea, quę non acquirun tur. PP. 15. Kal. Mart. Læto 2. & Cereale Coſſ. 216.

De iure alienandi, de caſtigatione.

3. Imp. *Alexand.* Auguſtus Artemidoro.

f Hæc vox ſupereſt in editione Haloandri, *g l.11.§.16.D.de act.empti.l.10.ff. de diſtract. pign. l.50.D.de euictionibus.*
h Creditor iure pignoris vendens potiorē ſe cæteris creditoribus eſſe præſtat, at non euictionē *adde l.11.§.15.ff. de act. empt.*
i Creditor rem iure pignoris vēdēs, de euictione teneri poteſt ex pacto: aut ſi mala fide contraxit, ſilendo rē eſſe alterius. Græci ita hunc locum reddunt. Qui pignus iure creditoris emit, non rectè agit de euictione: niſi de hoc conuenerit, aut dolo facta ſit venditio: tunc enim agitur. *Syn.Baſil. 25.ti.7.c.62.*
k id eſt, obligatam, *l.11. §.16.ff. de act.empt.* Vitium rei, ipſius rei obligatio.
l adde *Nou.81.l. 11. D. de liberis & poſthum.*
m *1.Inſtit.9.& 31.Eclog.1.c.* περὶ ὑπεξουσίων *1. ca.2. §.vl.*
n Liberatio poteſtatis præſcribitur. Diutina patientia pro veritate eſt.
† Filius in poteſtate patri adquirit dominiū rerum omnium exceptis caſtrenſibus *vt hic.* hodie aduentitiorum nudum vſumfructum *l. 6.l. 8. ſ. de bon. quæ liber.§.1. in fi.Inſtit. per quas perſonas cuique.*
o Filius res patris alienare nō poteſt.
p Pietas patri debetur.
q Patri permiſſa eſt liberorū caſtigatio.
r *l.4.ſ.eo.l.2.ff.de ſicar.* Pater filiū indemnatum, inaudita & indicta cauſa interficere nō pōt, *v.Cuiac.4.obſ.12.* eadem ratio in ſeruo *Gaius 1. Inſt. adde Cu. 6. obſ.17.*
ſ Pater filium accuſare poteſt, *d.l.4. d.l.2.*
t Impietas in parentes ex ipſorū parentum (ſi velint) ſententia vindicatur. u Inter parentes & liberos lites priuatim dirimendæ. *adde l. 16. D. de furtis.* x *v.l.3.ſ.eod.*
y Reuerentia matri debetur. *vt hic.l.5.ſ.eod.*
z Leſa pietas ſeuerius vindicanda.
a parente etiam non conſulto. b *l.4.verſi.ſed ſi inf. ſ.eodem.*
c id eſt, alimenta *l.1.ſ.de alendu liberis.* d id eſt, ignominioſa miſſio, multū differens ab exheredatione *l.pen.ſ.eod.adde l.132.D. de ver.obl.* Abdicatus, familia eiectus. hoc tamen intereſt, Abdicatio fit inter viuos: exheredatio cauſa mortis. Vtrunque coniunxit Tertull. *de præſcriptionibus*, quos exheredauerunt ſemper & abdicauerunt vt extraneos.
e Veſtibus ſpoliatus dimittebatur abdicatus, qui abdicatum recepiſſent læſæ reipublicæ fiebant. A parentibus recipi poterant, & rurſus abdicari, fiebat ad tempus etiam abdicatio, *Seneca lib. controu. v. Alciat. 2. diſp. 28. his adde exheredationum cauſas ex Nouell. 115.*

SI filius tuus in poteſtate tua eſt, res acquiſitas tibi alienare[o] non potuit. Quem, ſi pietatem[p] patri debitam non agnoſcit, caſtigare[q] iure patriæ poteſtatis non prohiberis: acriore remedio vſurus, ſi in pari cōtumacia perſeuerauerit: eúmque præſidi[r] prouinciæ oblaturus[ſ], dicturo ſententiam, quam[t] tu quoque dici volueris. PP. 6. Id. Dec. Albino & Maximo Coſſ. 228.

De controuerſiis & iniuriis, de reuerentia matri præſtanda.

4. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra [u] domum inter te ac filios tuos, ſi quæ controuerſiæ oriuntur, terminari. Sed ſi ita res fuerit, vt||pro||iniuriis eorum[x] ad ius experiendum, & ad vindictam proceſſeris, aditus præſes[x] prouinciæ ſuper diſceptationibus quidem pecuniariis conſuetum exerceri iubebit ordinem iuris: reuerentiam[y] autem debitam exhibere matri filios coget. Et ſi profectam ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit, læſam[z] pietatem ſeuerius[a] vindicabit. PP. 15. Kal. Iun. Aemiliano & Baſſo Conſſ. 260.

De reuerentia & alimentis.

5. Impp. *Diocl. & Maximian.* AA. Donato.

FIlia tua non ſolùm reuerentiam [b], ſed etiam ſubſidium [c] vitæ vt exhibeat tibi, rectoris prouinciæ auctoritate compelletur. PP. Kalend. Mart. Diocletiano 3. & Maximiano AA. Coſſ. 287.

De abdicatione.

6. Iidem AA. Hermogeni.

ABdicatio[d], quæ Græco more[e] ad alienandos liberos[f] vſurpatur, & ἀποκήρυξις[g] dicebatur, Romanis legibus non comprobatur.[h] PP. 17. Kal. Dec. Maximiano A. 2. & Ianuario, Conſſ. 288.

De nepote ex filio milite.

7. Iidem AA. & CC. Duplianę.

SI maritus tuus, licèt[i] militans, in patria poteſtate conſtitutus filium||ex||legitimis ſuſcepit nuptiis: eum in poteſtate aui perſeueraſſe non ambigitur. S. 2. No. Apr. CC. Cōſ.

De filiis libertinorum.

8. Iidem AA & CC. Aemilianæ.

LIbertos[k] exemplo ingenuorum filios tuos poſt libertatem ex legitimis nuptiis natos, in poteſtate habere, non eſt prohibitum. S. 16. Kal. Maij, Sirmij, CC. Conſ.

Si filius eſſe negetur.

9. Iidem AA. & CC. Niconagoræ.

NEc filium negare[l] cuiquam eſſe liberum, ſenatuſconſulta[m] de partu agnoſcendo, ac denunciata [n] pœna, itē præiudicium[o] edicto perpetuo propoſitum, & remedium[p] alimentorum apud præſidem maiori trimo[q] petenti [r], nomine eius monſtratum, iure manifeſto declarant. S. V. Kal. Maij Sirmij, CC. Conſſ.

De libertate, de iure vitæ & necis.

10. Imp. *Conſtantinus*, Aug. ad Maximum P. V.

LIbertati[ſ] à maioribus tantum impenſum eſt, vt patribus, quibus ius vitæ in liberos, necíſque poteſtas||olim|| erat permiſſa, libertatem eripere [u] non liceret. Dat. X V. Kal. Iun. Theſſalonicæ, Seuero & Rufino Conſſ. 323.

DE ADOPTIONIBVS.[x]

Tit. XLVIII.

Apud quem adoptari poteſt.

1. Imp. *Gordianus* Auguſtus Martiæ.

HI, qui in aliena poteſtate ſunt, iuxta ius ciuile non niſi apud eum, apud quem plena legis [y] actio eſt, adoptari poſſunt. PP. Cal. Iun. Gordiano Aug. & Auiola Conſſ. 240.

De impuberis arrogatione apud quem arrogatur.

2. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. Timotheo.

IMpuberem [z], quem ad vicem [a] naturalis ſobolis arrogare [b] deſideras, ſi hi, qui ſanguinis [c] neceſſitudine

f & è contra ad alienandos parentes, *vide Ariſt.8. Ethi.14.*
g quidam legūe ἀποστέρησις. Alciatus videtur legiſſe ἀποκήρυξις, *2.diſput.28.* ἀποκήρυξις quod parentes abdicaturi, ſoleant liberos ὑπὸ κήρυκος, ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν. *Plato 11.de legibus. ad. de Fabium 3. cap. 6. & 7. cap. 4. Plinium 7. cap. 45.*
h Cauſæ abdicandi eę fuerūt, ſi filius noctu foris cubuiſſet, ſi commeſſaretur, ſi lenones pulſaſſet, ſi libidini incumberet. *Lucianus in abdicato:* ſi voluntati paternæ repugnaſſet *Fabius.*
i Militia nemo ſoluitur patria poteſtate *leg.3.ſ. de caſtrenſi peculio, §.4.Inſtitut. quib.mod.ius pat. poteſta.*
k Liberti filios in poteſtate habere poſſunt *l. 7.ſ.de ſuis.l. 2.ſ. de ſeru. reipubl.*
l id eſt, abdicare *l.6.ſ.eo.*
m Plaucianum ſcilicet, & aliud quod factum eſt Adriani temporibus *l.3. §.1. D. de liberis agnoſ.*
n denunciari *Cuiac. 19. obſeruat. vltim.l.1.§.4.ff. de liber. agnoſcen.* Pœna mariti denunciati intelligitur.
o de agnoſcendis liberis. *v.13. Inſt.de act.*
p *l.5.D.de liber. agnoſcen.*
q id eſt, nuper lacte depulſo, exuberi, delactato, ſyringiato: quia non ſolebant ante triēnium infantes mamma depelli. *v 2. Machab.* 7. ὑιὲ ἐλέησόν με τὴν ... σε ἔτη τρία. & in lege Papia, *apud Vlpian. 19. §.1.* duo trimi, id eſt, nuper mamma depulſi, *v. Cuiac. d. loco.*
r petendi, *Cu. ibi.*
ſ Fauor libertatis.
t *v.l.11.in fi.D. de ſuis.*
u *l.6.ſ.eo.l.12.ſ. de oblig.v.l.1.ſ. eo.*

de patrib. qui filios diſtr. l.vl.D. quæ res pign. Paul. 5. ſent. 1. §.1. x dixi ad.1. D.7.33. Eclog.1.c.1. περὶ υἱοθεσιῶν ... *1.Inſt.11. adde No.74.c.3. Cui. 1. Inſt. 5. Vlp. 8.2.* Harmen.8. y Adoptio eſt legis actio *l.4.ff.eo v l.1.D de off.iuridi.l.2.ff.de off.proconſ.* Conſtabat ſolennitate *l.4.ſ.eo.l.3.D.de ſuis & legit.* inde à Theoph. νομίμως ... non tamen refertur inter actus legitimos *l.77.D.de reg.iur.* ſolennibus adoptionis iam ſublatis. z *§.3.Inſt.eo.* a hinc adoptio, naturæ ſimilitudo à Caio *1. Inſt.5.1.* b quemadmodum fiat adrogatio. c *facit leg.17.§.1.ff.eod.*

||ſib||

||sibi||iunguntur, id ei expedire apud præsidem prouinciæ confirmauerint, filium habebis: ita vt bonorum tuorum quarta[a] pars tam in postremo iudicio tuo, quàm si à te emãcipatus fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio eius idoneis fideiussoribus[b] datis seruo publico[c] caueatur: ne sub copulandæ adoptionis obtentu, in facultates eius quæ ei diligenti prouisione seruandæ sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præsidem intimata, ac si per populum[d] iure antiquo facta esset. PP. V. Id. Mart. Maximo 2. & Aquilino Cõss. 286.

De arrogatione liberti.

3. Iidem AA. Martiano.

CVm eum quem arrogaueris, libertum[e] tuum esse profitearis, nec vllam idoneã causam precibus addideris, id est, quòd[f] liberos non habeas: intelligis iuris auctoritatẽ desiderio tuo refragari. PP. 16. Kal. Iul. Maximo 2. & Aquilino Conss. 286.

Quomodo fit adoptio.

4. Iidem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio non[g] tabulis[h] licèt per tabel lionem[i] conficiendis, sed solenni[k] iuris ordine apud præsidem solet copulari. PP. Kal. Sept. ipsis 4. & 3. AA. Conss. 290.

De fœminis.

5. Iidem AA. & CC. Syræ.

MVlierem[l] quidem, quæ[m] nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum[n] quoniam in † solatium amissorum tuorum filiorum, priuignũ[o] tuum cupis vicem[p] legitimæ sobolis obtinere: annuimus votis tuis secundùm ea, quæ annotauimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ad vicem naturalis legitimique filij habere permittimus. PP. 3. No. Dec. Triballis, Tiberiano & Dione Coss. 291.

Quomodo fit arrogatio.

6. Iidem AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum, qui sui[q] iuris sunt, nec in regia vrbe, nec † in prouinciis, nisi ||ex||[r] rescripto principali fieri possunt. PP. V I. Non. April. Byzantij, CC. Conss.

Si quis adoptetur à ciue alterius ciuitatis.

7. Iidem AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem alienæ ciuitatis[s] ciui rectè dato additur[t] non mutatur patria[u]: ac propterea ius originis in honorum ac numerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. 11. Kal. Feb. Sirmij, CC. Conss.

Si patronus adoptet filiam libertæ.

8. Iidem AA. & CC. Isioni.

IN adoptionem patre, in cuius est potestate, filiam dante: matris[x] patronus adoptare non prohibetur. Nam sui iuris arrogatio fœminæ nisi ex nostro rescripto nunquam procedit. S. V. Id. Feb. CC. Conss.

De emancipatione.

9. Iidem AA. & CC. Marino.

ADoptatum[y], licèt ex beneficio nostro, emancipatione[z] solenni separare à familia sua pater adoptiuus minimè prohibetur.

Qui possunt adoptare vel arrogare.

10. Imp. *Iustinianus*, A. Iuliano præf. præt.

CVm in adoptiuis filiis, qui filiifamilias constituti, à patribus naturalibus aliis in adoptionem dantur, antiquæ sapientiæ incidit quædam dubitatio, si oporteret talẽ filium, qui præteritus à naturali patre fuerat, habere contra eius testamentum de inofficioso actionem (quam Papinianus[a] quidem negat, Paulus autem sine effectu derelinquit, Martianus vero distinguit, ne ex hac causa vtriusque patris perderet successionẽ, naturalis quidẽ voluntate eius circũuẽtus, adoptiui propter egestatẽ quã fortè habebat) & iterũ aliud vitiũ erat exortũ: (si enim post patris naturalis obitum pater adoptiuus per emancipationis modũ ius adoptionis dissoluisset, nulla spes ei remanebat: neq; || enim|| cõtra patris naturalis voluntatem, quia mortis eius tẽpore in aliena fuerat familia constitutus: neque contra adoptiuũ patrem, quia per emancipationem eius familia exemptus est) ideo talẽ dubitationẽ ||resecantes, ||& tale vitiũ corrigẽtes, sancimus[b] per adoptionem quidem ad extraneã personã factã, iura naturalis patris minimè dissolui, sed ita eum permanere, quasi nõ fuisset in alienã familiã translatus. Cũ enim tanta fragilitas[c] est adoptionis, vt possit in ipso die & filius fieri, & extraneus per emancipationẽ inueniri: quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino[d] copulata, ludibrio defraudari? cũ in hoc casu & contradicendi[e] filio ex iure veteri detur licentia, & inuitus[f] transire ad aliam non cogitur familiam. Omnia igitur (secundum quod iam dis-

a v. §. 3. *Inst. eo. l. 39. D. eo.*
b *l. 17. in fi. l. 18. D. eo.*
c personæ publicæ *d. §. 3.* tabellioni *l. 4. j. eo.*
d de adrogatione per populũ, *v. Vlpia.* 8. *§. 2. 3. Gai. 2. Instit. 3. §. 4. 5. Gell.* 19.
e Libertus arrogari potest *l.* 8. *j. eo. 5. Gell.* 19.
f Iustam adrogandi causam habent qui liberos non habent *l. 15. §. 2. l. 17. in fi. D. eo.*
g In adoptione non sufficit tabulas & instrumenta interuenire, nisi iudicis auctoritas interuenerit.
h An testamento fieri potest? *Velleius Paterculus lib. 2. v. Cu. 7. obs. 7.*
i *dixi ad l. 2. s. eo.*
k Adoptio solennitatem exigit: non fit nisi solenniter: idq; apud præsidem. adde 5. *Gell.* 19. *v. l. 1. s. eo. adde Reuardum c. 6. de auctoritate prudentum.*
l Mulieres non adoptant *§. 10. Inst. eo. Vl. 8. §. 9. 1. Gai. 5. §. 3. 5. Gell. 19. l. 29. §. 3. s. de inoff. l. 8. s. de præscr. longi. 4. Harm. 8. 33. Eclo. 1. c. 46.*
m Ratio cur fœminæ non adoptant neglecta Leon. No. 27.
n Exceptio.
† Ex No. Leon. 27. licet mulieribus adoptare, etiamsi nũquam liberos habuerint.
o Priuignus adoptari potest *vt hic. & l. 32. in fi. ff. eo. adde quæ scripsi ad l. 1. s. ybi pupill.*
p *l. 2. s. eo.*
q Adrogátur qui sui iuris sunt *l. 5. in fi. D. eo.*
† olim fiebant tantum Romæ: adoptio, vbique *Vlp. 1. §. 4.*
r adrogatio fit ex rescripto *vt hic. & l. 9. j. eo. Ecloga d. loco. 47.*
s Ciuis alienæ ciuitatis adoptari potest.
t i. augetur *adde l. 35 D. eo. l. 15. §. 3. l. 17. §. 9. D. ad municip.*
u originis sc.
x Ex liberta filiã adoptare possumus *l. 3. s. eo.*
y Adoptatus principis rescripto, etiam emãcipari potest: ne quis alioquin putet, adoptatos principis rescripto, perpetuò in adoptione manere cogi.
z *v. j. de emancip. §. 6. Inst. quib. modis ius patriæ.*
a addatur & hæc trium iurisconsultorũ diuersitas his quæ dixi ad Vlp. 11. *§. vlt. l. 32. §. 1. ff. de liberat.* b Adoptatus ab extraneo succedit etiam patri naturali. *§. 2. Inst. eo. §. 5. inf. Inst. de exhered. lib. §.*

posuimus, cùm ad extraneũ patrem filius per adoptionem transfertur) maneant integra iura, siue ad[g] inofficiosi querelã, siue ad alias omnes successiones, siue ab intestato, siue ex testamento, quæ liberis deferuntur: vt ipse possit & prodesse[h] patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si verò pater naturalis auo materno[i] filij sui, vel si ipse fuerit emancipatus, ||etiam|| auo paterno, vel proauo, simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in vnam personam concurrunt & naturalia & adoptionis iura, maneat stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: & ad eum solum respiciat filius, cui eum & natura aggregauit, & lex per adoptionem assignauit. & Papiniani sentẽtia in hac specie procedat, & ad eam tantummodo filius adoptiuus spem totam extendat, & non[k] patris naturalis successionem molestare concedatur: sed auita & proauita tantummodo reuerentia protegatur: eique acquirat quæ possunt acquiri & prodesse. Et is eis solus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu inuenimus, vbi nullius circumuentionis[l] suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, auita & proauita affectione hæc omnia resecante: sed hæc ||omnia|| manere integra, nisi auus & proauus emancipatum fecerint filium adoptiuum: tunc etenim necesse est iterum ad patrem naturalem eum reuerti cùm emancipationis interuentu adoptio in quacunque persona facta soluitur. 1 ¶ Sed ne articulum adoptionis in extraneam personam factę, sine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptiuo patri, id est, extraneo, si voluerit nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis sit, ||&|| non legitimo vinculo adstrictum. Cum enim per omnia naturæ suæ filium aggregauerimus: manifestissimum est, quòd & acquisitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias peruenerint, secũdum leges nostras, non adoptiuo extraneo patri, sed naturali[m] vsque ad modum vsusfructus perueniant, & permaneant in sacris[n] patris naturalis, quasi imaginaria[o] quadam & noua affectione ei acquisita, non pristinæ cognationis deminutione introducta. Sed si quidem remaneat in tali adoptione: nulla interueniente emancipatione, in hoc tantummodo prodesse ei volumus adoptionem, vt non successione ab intestato patris extranei adoptiui defraudetur, sed habeat accessionem fortunæ ||ex patris naturalis sibi voluntate acquisitam.|| Neque enim ex veteri iure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissoluebatur, sed accedebant iura adoptiua, certis reliquiis ex iure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptiuæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna[p] iura posset abolere, cum videbatur & ex antiquo iure patrem quidem habere adoptiuum, matrem autem eam, quam natura cognoscit? Et ideo sancimus. etsi habeat huiusmodi filius iura integra naturæ, attamen, si intestatus pater || extraneus || adoptiuus decesserit, habere eum etiam sui heredis ius ad eius tantummodo successionem: vt non etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptiui habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam inueniatur. 2 ¶ Sin autem per emancipationem iura adoptiua fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptiuum extraneũ patrem, etsi moriatur intestatus[q] relinquatur: sed maneat tantummodò patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. 3 ¶ Quæ autem de aliis adoptiuis diximus, hæc sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto[r] ex tribus[s] maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptiuos & eos introducenda. 4 ¶ Quæ in filio diximus in adoptionem à patre dato, hæc & in filia[t], & in nepote, ||&|| nepte, & deinceps personis vtriúsque sexus in sacris patris constitutis extendimus, si tamen tempore mortis aui sui parentes eos vel eas non antecedant. si enim parentes eos antecedant: (vbi nec imponitur necessitas auo aliquid nepoti vel nepti relinquere) maneant omnia iura adoptiua ||ei|| intacta. Hæc enim omnis sanctio de filio & filia, de nepote & nepte, & deinceps personis in sacris constitutis introducta est, vbi dubitabatur, quid statuendum esset, quasi duobus patribus ei, vno ex natura, & altero ex lege impositis. 5 ¶ Vbi autem homo sui iuris constitutus per arrogationem[u] ex Augusta liberalitate sese dederit in adoptionem, tunc omnia iura patris adoptiui habeat intacta. Cum enim nullum inter patres inducitur discrimen, si suus heres adoptiuus patri arrogatori, & familiæ eius aggregetur: & omnia quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibatáque in eorum personis reseruentur. Dat. Kal. Sept. Constã. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

Quomodo fit adoptio.

11. Iidem A. Iuliano præfecto prætorio.

VEteres circuitus in adoptionibus, quæ per tres eman-

14. *ver. hoc solito. Inst. de hered. ab intest.*
c Fragilitas adoptionis.
d Iura naturalis patris nexu diuino copulata.
e Filius interdũ iustè patri potest contradicere §. 8. *Inst. quib. modis ius pat. potest.*
f Filius inuitus non datur in adoptionem *vt hic & l. 5. ff. eod.*
g *§. 1. Inst. de inofficioso.*
h Adoptiuus etiã patri naturali prodest.
i *§. 2. §. verò Instit. eod.*
k Adoptatus ab auo materno patri naturali non succedit.
l Parens non præsumitur liberos decipere velle, *l. pen. ff. de iure dot.*
m Quod adoptatus ab extraneo adquirit, patri naturali adquiritur vsufructu tenus.
n de sacris paternis dixi aliàs.
o imaginario affectu.
p Materna iura non possunt aboleri.
q §. 10. *Instit. de hered. ab intestat.*
r ex Sabinianorum sententia, Reuardus *c. 6. de authoritate prudent. inf.*
s *§. 14. vers. testam. Inst. de here dit. quæ ab intest. l. vlt. in f. j. de decurionib.* ἐξ τρίβους μάλεβους *Theoph. d. §. 14.* trib. manibus, *Alciat. 4. parerg. 3.* q. de patris naturalis manu in fiduciariam manum traderetur: qui deinde in manum & potestatẽ adoptiui dabatur. Trib. mãcipationibus, *Reuard. c. 6. de auth. prudentum in fin.* errore vt putat, creato ex huiusmodi notis TRIB. MA. vtrque malè. Peior est his interpretatio Accursij, diuinantis, Tres parentes inter se certare de filio in adoptionem dando, vel de aliquo adoptando. Commodius est nihil hîc mutari & ita legi *Trib. maribus.* vt hic agatur de eius priuilegio qui tres mares filios susceperit, *l. 122. C. Theo. de decurionib.* Erátque hoc ius parentis habentis tres mares liberos, vt vni dato senatui, curiæ liberatio cõtigeret *d. l. vl.* vni in adoptionẽ dato, quarta omniũ bonorũ adoptatoris ex Sc. Sabiniano deferretur: sicuti impuberi arrogato ex constitutione Antonini *v. Cuia. ad d. l. vlt.* t De filia, nepote, neptę. u De arrogato.

a i.venditiones Nam emancipare est vendere. *Inst. t. de testam. ord.* 8. *Valer.* 6. *adde* §. 6. *Inst. quib. mod. ius pat. potest.* *l.* 3. *ff. de capit. minut.* *Nouell.* 81. *l. vlt.* ꝫ. *prox. tit.*
b Filiifamilias trina emancipatione, duabus manumissionibus: cæteri vna emancipatione vna manumissione adoptabantur, *v. Vlpian.* 10. §. 1.
c vetus obseruatio emancipationum & manumissionum sublata.
d De formulis adoptionis & adrogationis, *v. apud Gel.* 5. 19. *Vopiscum in Aureliano.*
e In adoptione requiruntur acta: requiritur scriptura *vt hic:* vt & in emancipatione, *l.* 2. ꝫ. *tit. prox.*
f *l.* 24. 25 *ff. eod.*
g *l.* 10. ꝫ. *eod.* *l.* 5. *ff. eod.* *Vlpian.* 10 *Festum in emancipatio.*
h *l.* 9. ꝫ. *tit. prox.* *dixi ad* 1. *ff.* 6. *adde* 1. *Harmen.* 17. περὶ διαλύσεως ὑπεξουσιότητος. 1. *Inst.* 12 §. 6. *No.* 81. 1. *Gai.* 6. *Paul.* 2. *sent.* 25. *Vlpian.* 10. §. 10. *l.* 5. ꝫ. *de dolo. nou. Leon.* 25.
i Hinc colligũt Cuiuscunq; municipij leges intra suum territorium restringi, Actus ciuiles ex eo, quo geruntur, loco vires capere, nõ futuro. Ius cõtractuũ & testamẽtorũ ex regione in qua fiũt, æstimari. *v. Ho. cõ.* 2. Sed & illud, consuetudine ea præscribi quæ sunt iurisdictionis *Cynus hic:* *Bart. in l.* 1. *ff. de aqua pluuia.* Quid si id ius de quo agitur, ex earum rerum numero sit quæ principi reseruatæ sint? Quid si ius sit quod vel supremæ potestatis, vel inter regalia referatur, aut meri imperij sit? Id generis iura, consuetudine præscribi non posse notant. *ar. l. competenti.* ꝫ. *de præscipt.* 30. *ann.* *v. Socinum reg.* 307.

cipationes[a] & duas[b] manumissiones in filiis, aut per vnam emancipationem cæteris liberis fieri solebant, corrigentes siue tollentes, censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere[c] obseruatione emancipationum & manumissionum, hoc ipsum actis[d] interuenientibus[e] apud competentem iudicem manifestare, præsente[f] eo, qui adoptatur, & non contradicente[g] necnon eo qui eum adoptat. Dat. Kalend. Nouemb. Constantinopolit. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss. 530.

DE EMANCIPATIONIBVS[h] liberorum.

Tit. XLIX.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Herennio.

SI lex[i] municipij in quo te pater emancipauit, potestatẽ duumuiris dedit, vt etiam alienigenæ[k] liberos suos emancipare possint: id quod à patre factum est, suam obtinet firmitatem. PP. 3. Non. Decemb. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

2. Iidem AA. & CC. Gennadiæ.

IN emancipationibus liberorum, necnon donationibus[l] non tam scriptura[m] quam veritas considerari solet. PP. 5. Id. Mart. Tiberiano & Dione Coss. 291.

3. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn † nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni[n], vel casu[o] liberantur: nec causæ[p] quibus motus pater emancipauit filium, sed actus solennitas quæritur. S. 15. Kal. Octob. AA. Coss.

4. Iidem AA. & CC. Colonæ.

NEc auus neptẽ suam liberare potestate cogitur[q] nec[r] in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri. Dat. Id. Octobr.

Per rescriptum principis iudici apud acta intimatum, possunt parentes eorũ liberos emancipare: accedente antea vel postea eorum volente, nisi fuerint infantes, quorum consensus non requiritur. Salic.

5. Imp. *Anastasius*[s] Constantino præfecto præt.

IVbemus licere parentibus, id est patri, auo paterno||seu|| proauo, cæterisque vlterius per masculini sexus personas continua generis serie coniũctis, si liberos quos habent in potestate propria, id est filium, vel filiam, nepotem seu neptem ex filio, pronepotem seu proneptem, cæterosque itidẽ per masculini sexus personas continua generis linea sibi coniunctos, per emancipationem, vel absentes, & peregrè degentes, vel in iisdem locis, seu regionibus, vel ciuitatibus commorantes, in iudicio verò non præsentes, iuris sui constituere maluerint: supplicationibus[t] porrectis mereri super hoc diuinum oraculum: hocque apud competentem iudicem, ad[u] cuius iurisdictionem actus emancipationis pertinet, insinuare[x], superque precibus à[y] semet oblatis apud eum deponere: vt hoc subsecuto, & auctoritate præcedente principali, plenissimum robur emancipatio[z] sortiatur: & personæ in quas talis liberalitas collata sit, de aliena potestate quasi à parentibus ex emancipatione manumissæ liberentur: si tamen ipsæ nihilominus sub gestorum[a] testificatione, vel apud eundem iudicem, vel apud alium quemlibet proposito parentum suam etiam voluntatem consonare[b] vel ante preces oblatas & sacros apices promulgatos, vel postea deposuerint, nisi infantes[c] sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur. Dat. 11. Kal. Aug. Constantinop. Probo & Aueno Iun. Coss. 503.

k Habens iurisdictionem ex lege municipali, potest eam exercere etiam inter non subditos consentientes *Salic.*
l quæ fiebant à patre filio emancipato vt vitam suam tolleret *l. vlt.* ꝫ. *eod.* *l. vlt. C. Th. de reuocand. donat.* *l.* 8. ꝫ. *de bon. proscript.* *Nou. Leon.* 25.
m In emancipatione requiritur scriptura *vt hic:* *l.* 5. ꝫ. *eod.* *v. Guliel. Onciacum* 1. *quæst.* 64. (cui tamen videtur aduersari Nouel. Leon. 25.) & in adoptione. *l. vlt.* ꝫ. *tit. prox.* in nuptiis senatorum *Nou.* 74. *cap.* 4. in mutuo emendæ militiæ *Nou.* 97. *cap.* 4. in prerogatiua hypothecæ postulanda *Nou.* 136. *cap.* 3. in arbitraria probatione, *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. ꝫ. *de arbitris.* contestatione non numeratæ pecuniæ, *l.* 4. §. 4. §. *de non numer.* *Nouell.* 100. *c.* 1. his adde quæ scripsi ad *l.* 17. ꝫ. *de pactu.*
† Ex Nouel. Leon. 25. *inf.* nudo consensu perficitur, veluti si pater patiatur filium per se viuere résque suas gerere: quamuis nondum peruenerit ad ætatẽ matrimonij. Cuius constitutionis meminit etiam Harmenop. 1. tit. 17. In Gallia filij per matrimonium emancipantur, aut ætate 25. annorum. *Boerius decis.* 197. negotiatione à patre separata, dignitate, furore patris, aut eiusdem contestatione simplici apud iudicem, & ita sex modis soluuntur liberi patria potestate. *v. Pap.* 3. *Notar.* 10. *tit. des lettres incidentes en ciuil.*
n *de quo v. l. vlt.* ꝫ. *eod.*
o i. morte. *Inst. quib. mod. ius patr. in pr.* deportatione §. 1. *d. tit.*
p Iusta de causa inuitus emancipari potest.
q Inuiti parentes non coguntur emancipare liberos, *l.* 31. *ff. de adopt.* *l.* 32. *ff. de cond. & dem.* *l. vl. ff si quis à par. man.* *l. pen. ff. vnde liberi.* §. *vlt. Inst. quib. mod. ius patr.* (*ic. pro Cluentio:* excipe casum, *l.* 6. ꝫ. *de specta.* *l.* 12. ꝫ. *de episc. aud.* fallit & hoc, si iusta emancipationis subsit causa. *Bartol. in l. quidam cum filium ff. de verb. oblig.* potest & inuitus filius emancipari ob malos mores, vt ne eius nomine postea teneatur pater, quod plerumque statuto fieri posset. *v. Socinum reg.* 158.
r *v. l.* 3. *vnde vi.*
s *l.* 11. ꝫ. *de legit. hered.* *dixi ad* 19. ꝫ. *de collat.*
t Emancipatus rescripto principis reseruato iure legitimarum hereditatum vocatur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis. hoc genus emancipationis ex imperiali rescripto appellatur in §. 6. *Inst. quib. mod. ius pat.* *adde Rol. à Valle* 1. *cons.* 61. *num.* 4.
u Emancipatio non apud quemcumque iudicem expediri potest.
x intimare, *v. l.* 2. ꝫ. *de emancip.*
y Per procuratorem emancipatio non potest fieri *vt hic:* vt & adoptio & adrogatio, *l. an absens.* *l. post mortem in f. ff. de adopt.* impetratio veniæ ætatis, *l. omnes.* ꝫ. *de his qui veniam ætatis impetrarunt.* manumissio, *l. nec mulier.* ꝫ. *de manumiss. vindicta.* compaternitas, vt loquũtur, spiritualis, *Bart. in l. Gallus. ff. de liberis.* *l. executore ff. de excus. tutorum.* licet per procuratorem possit fieri legitimatio liberorum *Bart. ibid.* desponsatio *l. vl. ff. de sponsalib.* *c. vl. de procurat. in* 6. reuocatio in seruitutem, *l. per procurat. ff. de obsequijs* *l. sed & hoc.* §. 1. *ff. de procurat.* Cur manumissio per procuratorem recte non fit, vt reuocatio in seruitutem? qui manumisit reapse dominus esse debet. *l. si pater. ff. de manumiss. vindicta.* At per epistolam recte manumittimus & nuncium *Inst. de libert.* Nam quæ per epistolam fiunt, ea recte per nuncium expediri possunt, *l.* 1. *ff. de contra. empt.* Epistola vel nuncio cum manumisit dominus, ipse manumittit: cum per procuratorem, ipse procurator: hic. n. negotiũ in sua ipsius persona cõcipit, nõ ille: *l. quod ante in fin. ff. de constitut.* At per procuratorẽ in seruitutem reuocari seruus potest, *vt* ꝫ. *dictũ est?* hoc ideo forte permissum est, quod in adquirendo seruo ius magis conniuet domino, quàm in alienãdo. Quidam tamen putant hoc ideo admissum, quod in reuocatione seruitutis, pecuniarium cõmodum versatur.
z hoc interpretes transferunt ad legitimationẽ. volunt enim ab emãcipatione ad legitimationem valere argumẽtum, *v. Roland. à Valle d. loco.*
a *dixi ad l.* 2. ꝫ. *e.*
b Inuito filio non datur libertas, *Nou.* 89. *Pau.* 2. *sen.* 25. datur seruo inuito, *dixi l. vl.* §. 1. *ff. de testam. milit.*
c Infans consensum non habet.

Vana obseruatione sublata, emancipationes possunt fieri coram iudicibus competentibus, & emancipatis potest etiam donari: & per emancipationem non soluuntur iura agnationis. Bald.

6. Imp. *Iustinianus* A. Ioanni P.P.

CVm inspeximus in emancipationibus vanam obseruationem custodiri, & venditiones[d] in liberas personas figuratas[e], & circumductiones[f] inextricabiles & iniuriosa rapismata[g] quorum nullus rationabilis inuenitur exitus: iubemus huiusmodi circuitu in posterum quiescente, licentiam ei esse qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana[h] hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis[i] iudicis tribunal, vel eos adire magistratus, quibus[k] hoc facere vel legibus vel ex longa[l] consuetudine permissum est. & filios suos, vel filias, nepotes vel neptes, vel deinceps progeniem in potestate sua constitutam, à sua manu dimittere, & legitima[m] iura omnimodo habere, etsi[n] non specialiter hoc sibi seruauerit: & peculium donare, vel alias res liberalitatis[o] titulo in eos transferre: & eas res quæ acquiri indignantur, per vsumfructum secundùm nostræ constitutionis modum detinere, & omnia facere: vana tantummodo (secundum quod iam dictum est) obseruatione[p] sublata. Dat. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

DE INGRATIS[q] LIBERIS.

Tit. L.

1. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* AAA. ad Prætextatum P.P.

FIlios[r] ||& filias, cæterósque liberos|| contumaces, qui parentes vel acerbitate conuicij, vel cuiuscunque atrocis iniuriæ dolore pulsassent: leges[s] emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. 12. Kal. Sept. Mediolani, Lupicino & Iouiano Coss. 363.

d Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripende stateram & æreum nummum ferente, & medio aliquo intercedente. medio illi filius à patre mancipabatur, id est, vendebatur. Patri in vicem pretij, nummus ab emptore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi seruus erat. sed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissus tacito iure in patris potestatem reuertebatur. Id iterum atque tertiò fiebat. Hinc Vlp. 10. §. 1. Filius, inquit, ter mancipatus, ter manumissus sui iuris fit. id enim lex XII. tabularum iubet. Si pater filium ter venundarit, filius à patre liber esto. His omnino adde Caium 1. *Inst.* 6. §. 4. vbi id genus mancipationis fusissimè explicat.
e εἰκονικὰς πράσεις vocat Theoph. *d. loco.* imaginarias, *Inst.* §. 6. *Inst. quib. mod. ius pat. potest.* hinc seruitus imaginaria, *l.* 4. *ff. de cap. min.*
f Vindicta manumissione lictor prætoris, seruum præmissis solennibus verbis tangebat, mox dextera vertebat. Persius *Satyr.* 5. Quibus vna Quiritem Vertigo facit. *& post,* verterit hunc dominus momento turbinis exit Marcus Dama. Quintil. *in ea declamatione cui tit. est, Ancilla in Archipirati nuptiis manumissa.* An verò in hoc putamus esse momentum, si vindicta ferires & circumuerteres mancipium, aut si vna voce liberum esse iusseris. Cornutus *in Persium.* Quoties seruos manumittebãt eos alapa percussos manumittebãt. *Seneca* 1. *epistol.* 8. *&* 2. *Controuers.* Qui se Philosophiæ subiecerit, statim circũagitur, id est, fit liber. Huiusmodi seruus, ambactus dicitur Festo *in Am.* Verum circumductiones ad seruorum manumissiones pertinuerunt. An similes fuerint in emancipationibus liberorum, alio loco tractabitur.
g hinc illa verba, Nouel. 81. μετ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων: alapas lictoris manu inflictas manumisso intelligit, de quo more vide Isidorum 9. c. 4. de quo etiam dixi ad *Nouel.* 81. alij ῥαπίσαι virga cædere. Est enim ῥαπὶς Hesychio virga.
h *l.* 5. ꝫ. *eod.*
i nam apud incompetentem iudicem non fit manumissio.
k Non apud quemuis iudicem manumittitur.
l Longa consuetudo ius manumittendi tribuit.
m *v. l.* 3. ꝫ. *de bonis maternis.*
n *l.* 17. ꝫ. *de collationib.*
o *v. quæ notaui ad l.* 2. ꝫ. *eod.* *l.* 1. §. 3. *ff. si quis à par. manumiss.*
p Breuem manumittendi formulam exprimit Harmenop. 1. *tit.* 17. ὅτι τόν δε ποιῶ αὐτεξούσιον, (Theophilus in §. διαλύει *Inst. quib. mod. ius patr. potest.* legit ἐμαντιπατον) καὶ τῆς αὐτοῦ (Theophilus ἐμαυτοῦ) ἀφίημι χειρός, id est, Hunc sui iuris esse patior, meáque manu emitto.
q *s. C. Theod.* 7. 31. *Eclog.* 3. ob id in potestatem parentum reuertũtur. adde Nou. 115. *c.* 3. vbi de exheredandis iusta de causa liberis agitur. de ingratitudine dixi ad Nou. Leon. 25.
r *l.* 1. *Cod. Theod. eod.*
s Antiquas, puta Romuli. *dixi ad leges duodecim tabularum libro secundo tit. vigesimoseptimo* §. *septimo.* vbi hoc addendum est, Diueis parentum sacrum fieri, nihil aliud esse, quam in sacra & potestatem parentum reuerti: vt filius ita reuersus à parente, impunè possit occidi: videlicet si impias manus ei intulerit.

DE

a *l.9.10.14.18.19.j.eo.de postl.* i. post captiuitatem regressus *6.C.5.Theo.5.* Paulò pleniùs explicatur hic tit. à Græcis 34. *Eclo.1.* περὶ αἰχμαλώτων (rectè de captiuis dicitur, nam transfugæ postliminium non habent *l.19.§.4.D.eo.*) δούλων (hi etiam postliminio redeūt. Fest. in Postliminio *l.8.j.eo.*) τε καὶ ἐλευθέρων καὶ περὶ ὑποστροφῆς αὐτῶν καὶ περὶ παίδων. huc pertinet lex *1.j.eo.*) αὐτῶν καὶ δικαίων. (huc pertinet lex *3.4.j.eo.*) Est & titulus ff. de captiuis de postliminio & redēptis ab hostibus *49 ff.15.*

b *l.2.6.7.8.11.13, 15.16.17.20.* adde & traditis ab hostib. *l.5.j.eo.* liberatis virtute militum *l.12.j.eodem.*

† ex duobus captiuis natus, ambobus parentib. reuersis liber *vt hic.* ex No. Leon. 36. siue non reuertantur parentes, siue vnus tantùm reuertatur, liber intelligitur & heres parentum.

c Imò sufficit vt vnus redierit *l.16.j.eo.*

d Quæ capta nō est, postliminiū non habet *l.9.D.eo.*

e *l.16.j.eo.l.9.26.ff.eo.l.6.ff de statu.*

f *Syn.Bas.34.ti.2.c.1.*

g sic lege Francica in hostem bānitus, hoc est, ad dilectum vocatus & in veniendo contumax, plenum heribanum, hoc est, 60 solidos persoluere cogebatur: si eam summā soluere non poterat, semetipsū pro vuadio, hoc est, pignore, in seruitium principis tradebat, donec tandem eam summam persoluisset. Quod si is homo in tali seruitio moriebatur, hereditatē defuncti non amittebat : sed nec libertatem, neq; denique ipsi bāno fiebat obnoxius, *4.l.Francicarum, c.71. de libero homine in hostem bannito.*

h Redēptus non est seruus redimenti, sed pignoris tantùm loco donec redimatur *v. l.15.21.D.eod.* An & eius liberi? non sunt *leg.8.j.eodem.*

i *v.l.2.D.de lib.hom.exhib.*

k Precio redemptionis donato, redemptus libertatem consequitur *vt hic: & leg.11.infra eodem.*

l Redemptus, redemptori naturalis pignoris loco.

m Natus ex ingenuo, & redemptus ab hostibus ingenuus est.

DE POSTLIMINIO[a] REVERSIS, & redemptis[b] ab hostibus.

Tit. LI.

De natis ex duobus captiuis.

1. Impp. *Seuer. & Anton.* AA. Ouinio.

EX duobus† captiuis Sarmatia nata, patris originem ita secuta videtur, si [c]ambo parentes in ciuitatem nostram rediisent. Quāquàm enim iure proprio postliminium habere non possit quæ[d] capta non est, tamen parentum restitutio reddet patri filiam: qui cum ab hostibus interfectus sit, matris[e] dūtaxat conditionem, quæ secum filiam duxit, videtur necessario secuta. nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hostes defuncto constituit heredes: ad eam quæ illic suscepta est, non pertinet: cùm eo tempore quo captus est, diē suum pater obiisse existimetur. PP. sine die & consule.

De redemptis ab hostibus.

2. Imp. *Gordian.* A. Publiciano.

AB[f] hostibus redempti[g], quoad exoluatur pretiū, magis in causam pignoris[h] cōstituti, quàm[i] in seruilem conditionē esse detrusi videntur: & ideo si nummi eo nomine expensi donatio[k] intercedat, pristinæ conditioni eos reddi manifestum est. ¶Proinde si ab hostibus redemptam, post dissolutum veluti naturalis[l] pignoris vinculum habere in [m] matrimonio [n] cœpisti: nihil est quod de statu eius, seu liberorum communium debeas pertimescere. PP. Id. Iun. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss. 242.

De curatore dando.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Varo.

CVm cognatos tuos nondum postliminio regressos affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, & bona eorū fraudibus diuersæ partis dissipari: interpellatus rector prouinciæ prouidebit[o] eum sub obseruatione || consueta || constituere, qui stipulante seruo publico satis idoneè dederit. PP. V. Kalend. Septembr. Diocletiano. III. & Maximiano Conss. 287.

De hereditate.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni, & aliis.

NEc nos præteriit, hereditatem eius, quam incognitum [p]erat ab hostib. interfectā, an captā esse à filio adiri non potuisse: quoniam eorum bona, qui in hostium potestatem rediguntur, eo demum tempore successionis[q] iure acquiri possunt, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur. Nec super facultatibus eius, cuius[r] incerta vita ac fortuna fuit, transigi[s] vel iudicari[t] potuit. Vnde posteaquàm apud hostes materteram vestram fati munus implesse innotuit, tunc vobis licentia permittitur agnoscendæ per bonorum possessionem[u] successionis: non officientibus enim || his || quæ perperam gesta sunt, si priorem gradum obtinetis, successionis compendium ad vos pertinet. PP. 5. Kalend. Iun. ipsis AA. IIII. & III. Coss. 290.

De tradito à Barbaris.

5. Iidem AA. & CC. Vrsæ.

CVm non redemptum ab hostibus filium tuum, sed sine[x] vllo contractu[y] traditum[z] à Barbaris præfecto[a] legionis dicas, postliminij ius locum habuit : & illico ingenuitati suæ reddi eum præses prouinciæ iubebit. PP. 16. Kal. Iun. ipsis AA. IIII. & III. Conss. 290.

De redemptis ab hostibus.

6. Iidem AA. & CC. Iusto.

CVm & postliminij ius, & communis[b] vtilitatis ratio exigat, vt si qui captos ab hostibus redemerint, accepto[c] pretio redemptos suæ ingenuitati restituant, proponásque redemptorem tuum noluisse [d] oblatum pretium à te vel ab alio recipere: præses prouinciæ efficaci instantia compellet eū legibus obtemperare, & percepto eo quod pretij nomine dependitur, status securitatem [e] non inquietare. PP. Kal. Feb. Tiberiano & Dione Coss. 291.

De puella redempta & prostituta.

7. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOdissimæ mulieris nequitia permouemur. cùm igitur filiam tuam ab hostibus captam, ac prostitutam[f] ab ea quæ eam redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum ac seruandam natalium honestatem ad te confugisse[g] proponas: præses prouinciæ si filiæ tuæ supradictam iniuriam ab ea quæ sciebat ingenuam esse, inflictam cognouerit : cū huiuscemodi persona indigna sit pretium recipere propter odium [h] detestabilis quæstus [i] : etiam si pretium compensatum non est, ex necessitate miserabili custodita ingenuitate natæ tuæ aduersus flagitiosæ mulieris turpitudinem tutam eam defensámque præstabit. PP. 3. Non. Feb. Tiberiano & Dione Coss. 291.

n Redempta redemptori potest nubere *vide leg.3. infra eodem, 34. Eclog. 2. capitulo primo.*

o id est, curatorem. de curatore dando bonis capti : *adde leg.15. D. ex quibus causis maior : leg.6. in fin. D. de tut. leg.6. in fin. D. quibus ex caus. in possess. adde Hotom. consil.6.*

p Incertus de morte captiui ab intestato succedere, transigere, aut iudicio de eius bonis experiri non potest.

q de successione *adde leg.19.l.32.D. de adquir. possess.*

r De viuentis hereditate sententia ferri non potest *vt hic.* sed nec de ea pacisci licet, & transigere *vt hic: l.2.§.2.ff. de vulgari. l.1.§.21.ff. de collat. l. vlt. s. de pactis.* (*Seneca 96. epist.* si vultures, cadauer expecta) nec donare eadem *l.2.ff. de his quibus vt indignis.*

s De transactione. t de sententia. u *v.l.1.§.9 ff. de secund. tab.*

x atque ideo gratis. y Cum hoste contractus iniri potest. *adde l.5. in f. ff. de pactis. l.21.ff. de negotijs.* z Sine stipulatione pretij, sine commercio, *l.17. eod.* a Præfectus legionis.

b Vtilitas ac necessitas postliminij, *l.19.ff.eo.*

c *v.l.17.j.eod. adde l.2.s.eod.*

d Redemptor oblatum à redēpto pretium inuitus accipere cogitur.

e Securitas status.

f Qui redemptam prostituit, pretium iúsque pignoris amittit. *adde l.12.s. de episcop. aud. 34. Eclog.2.c.6.*

g Redempta à redēptore prostituta, iustam fugiendi rationem habet.

h *Nouell.14. in princ.*

i Lenocinij quęstus detestabilis.

k Nati ex redēpta, liberi: ideóque, ne pignoris quidē loco à redēptore possunt retineri *hic:* vt & ipsi redempti, *l.2.s.eod. l.15.ff.eod.*

l Ratio dubitādi ex lege *2. d.l.15.*

m Reuersus fingitur nunquam captus.

n *v. Paul.3. sen. 4.§.8.*

o *l.14.j.eod. §.4. Instit. de hered. ab intest.*

p etiam serui postliminij ius habent *vt hic: l.12. vers. serui. j.eo. Fest. in postliminium. dixi quoque in epigraph.*

q *l.11.12. & 16.j.eod.*

r *l.17.j.eod. adde quæ scripsi ad l.12.§.7.ff.eod.*

s *de quo l.2.s.eo. l.15.ff.eod.*

t *l.2.s.eod.*

u Captiui, recepti ab hoste virtute militari & citra pretium, recipientis non fiunt serui: fiunt liberi. Si qui tamen serui recepti sint, dominis suis restituēdi *vt hic: Synopsis Basilicon 34. tit. titul. 2. cap. 11. vide leg.10.s. eod. adde quæ scripsi ad leg. duodecim. paragrapho decimoseptimo D. eodem.*

x i. fortitudinę *l.21. vers. quod si. ff.eod.*

y *vide leg.10.s. eod.*

z Qui ab hostibus captam redemit, & cum ea tanquā vxore, congressus est, cùm videatur, eo quod ipsam insuper vxorem assumpsit, pretium ei ac velut pignoris vinculum remisisse, efficit proculdubio, vt & ipsa pristinis restituatur natalibus, & ex ea suscepti liberi, legitimi sint atque ingenui. *1. Harmenopulus 13. §. trigesimoprimo, & 4. titul. 5. §. vltimo.*

De natis ex redempta.

8. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæses prouinciæ, ne vlterius in seruitutis iugo detinearis, curæ habebit, qui pro solertia sua parum ignorat filiorum tuorum statum tueri, quos posteaquam[k] redemta es enixam te esse significas: cùm eos qui post redemptionem nascuntur, ne pignoris [l] quidem vinculo ob pretium quod pro his datum non est, teneri, nullis auctoribus visum est. PP. 5. Id. Feb. Tiberiano & Dione Coss. 291.

An filius reuersus succedat patri.

9. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hostibus filium, patre mortuo medio tempore lex Cornelia reuersum[m], si in potestate patris tēpore quo capiebatur, fuit, suum facit heredem, vnde siue ex testamento [n] ad te, siue || ab || intestato [o] successionem patris tui pertinere apud præsidem prouinciæ probaueris : restitui tibi res hereditarias iubedit, si non tantum, postquam reuersus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere faciat. PP. 5. Id. Apri. AA. Coss.

De seruo reuerso ab hostibus.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hostibus, ac postliminio reuersis status pristinus restituitur, sic serui[p] domino. Vnde si hęc cuius meministi, ancilla patris tui fuit, nec commercio redēpta [q] est : reuersa dominum, vel eius sequitur successorem qui per captiuitatem hanc amiserat. S. 3. Kalend. Maij, Hadrianopoli AA. Coss.

De redempto & gratis dimisso.

11. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hostibus commercio [r] redemit Sabinus, & eum vinculum pignoris [s] superstitem remisisse [t] tibi probetur : non libertus effectus, sed ingenuitati, quam amiseras restitutus, nullum filiis eius obsequium debes. S. 15. Kal. Ian. AA. Coss.

De liberatis virtute militum.

12. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hostibus capti, & non commercio[u] redempti, sed virtute [x] militum nostrorum liberati, illico statum quē captiuitatis casu amiserant, recipiunt : serui[y] autem dominis suis restituentur. Receptos enim eos, nō captos iudicare debemus : & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. S. 5. Kal. Ian. AA. Coss.

Si redempta redemptori nubat.

13. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI [z] is, qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio[a] coniunxit: dignitate[b] nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos, rationis est. S. 5. Id. Martij, CC. Coss.

An filia reuersa succedat matri.

14. Iidem AA. & CC. Seueræ.

IVs postliminij filiam (rebus humanis exempta matre, dū in seruitutis ipsa necessitate per captiuitatis causam fuit) euentus purgato vigore, ad eius legitimam [c] inuitat hereditatē, nec tibi medij temporis fortuna, quo minus res maternas successione quæsitas persequi possis, iniuriam fieri patimur. S. 16. Kal. April. CC. Coss.

a Redemptor nuptiis cum redempta contractis, tacitè eam liberat nexu pignoris.

b id fit præsumptione quadam. sic Gręci, ὡς περιλήψει δοκῶν αὐτῇ συγχωρεῖν τὸ πῆγμα. *adde l.2. in f. s. eod. adde 34. Eclog.1.c.18. & Schol. ibid.*

c Reuersus succedit matri, *v.l.9.s.eod. l.15.j.eod.*

a Mucatraulo, *Cuiac.ad l.4.j.de iure fisci.* b *vide l.10.in fi.s.eod.* c Ratio dubitandi. d Redempti succedunt, *vide l.9.s.eod.* e *l.10.inf.l.11.l.12.l.15.s.eod.* † Matre redempta, natus in captiuitate fit liber *vt hic: & ex Nouell. Leonis* 36. etiamsi non reuertatur. f Redemptus ab hostibus non fit seruus redimentis, sed pignoris tantum iure ei tenetur. 1. *Harmenop.18.§.33.*

g *vide l.2.s.eod. l.12.§.7.§.14.ff.eod.*
h indicio, *Cuia. Nouel.22. dixi de hac lectione ad l.21.s.familiæ.*
i A matre redē ptus, nullū matri debet pretium.
k Donatio quādoque præsumitur, ratione proximitatis & adfinitatis, *vide Alciat. 1.præsumpt. 32. adde quæ dixi ad d.l.11.s.de negotijs.*
l Absentes captiui reuersi, res amissas recuperant directo: vsurpatas, actione rescissoria *vt hic.*
m Rescissoria actio datur absentibus reipublicæ causa, *l.24.in f.s. de rei vindic.l.2.§.5.ff. quib.ex caus.maior. l.82.§.1.ff.de legat.1.*
n *l.1.Cod.Theod.eod.*
o *l.5.ff.eod.*
p & ita fuerit transfuga. Transfugę nullum ius postliminij cōpetit, *l.9.§.4.l.20.ff.eod.*
q Remis, *d.l.1.Cod.Theodos.eod.*
r *l.2.Cod.Theod.eod.*
s *l.11.s.de episc.aud.*
t id est, ad suas & proprias ędes *j.eod.*
u Quod ab hostibus reuertenti in vsum vestium aut alimentorum datur, non repetitur.
x Expensas factas circa hominem à Barbaris redemptum repetimus.
y Quousque redempti redemptori obligētur.
z Redempti ab hostibus, redemptori pretium reddere debēt, aut quinquennium seruire *vt hic:34.Synopsis 2.cap.18.Harmeno.1.tit.vlt.§.27.* Idem tamen §.33. triennij meminit tantū nō quinquennii.
a sedibus *d.l.2.Cod.Theod.*
b Dari metallis, est ad metallum damnari.
c *v.l.11.s.de episcop.aud.*

De redemptis ab hostibus

15. Iidem AA.& CC.Macrotraulo[a].

IS qui liber constitutus captus ab hostibus, commercio[b] redimitur, etiam[c] antequam restituatur pro ea data pecunia, successionis[d] iura sibi vindicare fauore ingenuitatis potest: vt ex ea possit pretium pro se datum exoluere.

De natis ex redempta.

16. Iidem AA.& GC.Basilidæ.

COmmercio[e] redemptæ † fœminæ filios, licèt ex seruo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, iuxta ea, quæ benignè placuerunt, reddi conuenit. S. 5.Kal. Sempt.Viminacij, AA.Coss.

An redemptus debeat pretium emptori.

17. Iidem AA.& CC.Diogeniæ.

LIber[f] captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum[g] pretium soluerit, vel ei hoc qualicunque remittatur iudicio[h], statum pristinum recipit. quo genere matre[i] filium redimente, cum huiusmodi cōtractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filiū illico matri restituit: ita vt||à||ciuilium obsequio munerum propter casum præteritum || filius|| non excusetur. Pro[k] pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti tę pœnitere, ac de precio quicquam tractare non conuenit: dotem tamen ab eo debitam iure concesso reddi postulas. S.3.Kal.Nouemb.*Deuellio CC.Conss.

De actionibus quæ competunt reuersis.

18. Iidem AA.& CC.Trypliniano.

AB hostibus captis, ac postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa[l], quæ in eadem causa quidem durant omnimodo directa: quæ verò per vsucapionem vel liberationem ex bonis subtracta, vel non vtendo finita esse videntur, intra annum vtilem experientibus actione rescissoria[m] restituuntur. PP.12.Kal.Decemb.CC.Coss.

Quibus competit ius postliminij.

19. Imppp. *Grat.Valent.& Theod.* AAA.ad Seuerinum ducem.

SI[n] quos fortè necessitas captiuitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate trāsducti sunt, ad proprias terras festinare||se||debere: recepturos,[o] iure postliminij ea quæ in agris vel mancipiis ||seu aliis rebus|| antè tenuerunt, etsi à fisco nostro possideantur. nec timeat quisquam alicuius contractionis moram: cùm hoc solum requirendū sit, vtrum||forsitan||aliquis cum barbaris voluntate[p] fuerit, an coactus. Data 5.Kal.Iul.Romæ[q], Gratian.A. V.& Dagalaiso Coss.366.

De redemptis ab hostibus.

20. Impp. *Honor.& Theod.* AA.Theodoro præfecto prætorio.

DIuersarum[r] homines prouinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captiuitatis necessitate trāsuexerat, inuitos[s] nemo retineat: sed ad propria[t] redire cupientibus libera sit facultas, quibus si quicquam in[u] vsum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio: exceptis his quos barbaris vendentibus emptos[x] esse docebitur: à quibus status sui pretium propter vtilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Nequando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos, aut[y] datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij[z], vicem referre beneficij, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatē. Reddantur igitur ædibus[a] propriis sub moderatione quā iussimus: quibus iure postliminij etiam veterum responsis incolumia cuncta seruanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor, procuratórque dari[b] se metallis cū pœna deportationis non ambigat: sin verò possessionis dominus, rem suam||à||fisco nouerit vindicandam, séq; deportandum, & vt facilis executio perueniat, Christianos[c] proximorum locorum volumus huiusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum ciuitatū placuit admoneri, vt emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita vt nouerint rectores vniuersi decem libras auri à se, & tantumdē ||à|| suis apparitoribus exigendum, si pręceptum||nostrum||neglexerint. Dat.3.Id.Decemb.Rauēnæ, Honorio VIII.& Theodos.III.AA.Coss.409.

d Talis Moses, 2.*Exod.3.* talis Cyrus *Iustin.1.* talis Romulus *Liuius* 1. Ille, Iudeorum: alter, Persarum: postremus, Romanorum imperij auctor.
e *6.Cod.Theod.7.l.4.ff.de lib.agnos.l.1.§.2.ff.de iuris.& facti.* περὶ νηπίων ἐκτιθεμένων ἤτοι ῥιπτομένων 33.*Eclog.2.* Expositus dicitur etiam ἀπογονοντοσι. *Harmenop.vlt.§.30.* quasi neglectus, *adde Noue.153.* περὶ τῶν χαμευρετῶν βρεφῶν: *& 5.extrauag.11.* dicuntur & θρέπτοι Plinius, ad Traianum: Magna quæstio est de conditione & alimentis eorum quos θρέπτους vocant. adde quæ scripsi ad Festum in voce Larentalia & voce Nutricius.
f Sanguinolentos emptos vel nutriendos &c. *Cod.Theod.eod.* sanguinolentos, id est, recens natos. *l.1.in f.Cod.Theod.eod.de quib.dixi ad l.2.s.de patrib.qui filios distraxer.*
g Quid si volente? dominium amittit *l.2.j.eod.*
h Partum adscriptitiæ expositum dominus vindicare potest.
i Fur expensas non deducit.
k *l.16.s.de nupt.l.4.§.9.ff.de doli mali.* ob præstita alimenta, corpus educati retineri potest, Ea conditio est bene depensi *v.Forner.2.select.14.*

l Eruditionis artificij atque disciplinarum expensæ condicuntur.
m Quid si dominus aliunde soluere non potest? non restituet. meliùs erit possessorem carere sua pecunia, quàm Dominum suo seruo. Nihil etiam hîc est quod tollat possessor, quia eruditio auelli non potest. est enim habitus δυσκινητότερος, *l.27.in f.ff.de rei vind.* Duo sunt tamen casus, quibus impensæ deductio est, etiamsi aliunde dominus soluere nō possit. vnus, si institutum dominus mox venditurus sit, & plùs pretij laturus propter eruditionem, *l.29.l.38.in f.ff.de rei vind.* alter, si sciente domino eruditus sit, *l.30.ff.d.tit.* Quid si fructus pueri petuntur? compensantur cum huiusmodi expensis. Operarum autem æstimatio incipit esse quinto anno, *l.32.ff.de rei vind. l.vlt.ff.de oper.ser.l.37.ff.de oper.liber. adde Cuiac.9.obs.38.*
n *33.Eclog.2.c.2.*
o Pater *vt hic:* dominus, patronus, *vers.sed nec dominus vel patronus j.eod.* liberos, seruos, libertos exponentes, ius potestatis amittunt, *adde Noue.153.c.1.& ca.vn.extra eod.*
p *l.2.C.Theod.eo.*
q tales fiunt Latini ex Claudij constitutione, *v.l.2.ff.qui sine manum.* ciues Romani, ex constitutione Iustiniani, *l.vlt.de bon.liber. v.l.vn.§.3.s.de Latina. adde l.4.s.de op.liber.*
r Expositi ad mortem quodammodo expositi, *l.3.vers.ideóque enim j.eo.* quod Gręcis κυρίζειν.
s Voluntas misericordiæ amica,
t Nemo suum dicere potest, quem pereuntem contemnit.
u si modo testes episcopalis (ita legendū nō episcopales) subscriptio fuerit subsecuta, de qua nullo penitus ad securitatē possit esse cunctatio, *d.l.2.Cod.Theo.eod.* id est, vt Annianus interpretatur, si cōtestationi de collectione ei[9], episcopus & clerici subscripserint, vt meritò possimus dicere, *d.l.2.* intelligi. Vasensis concilij cap. 9. vt secundum statuta piissimorum Augustorū quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur.

DE INFANTIBVS[d] EXPOSITIS[e] liberis & seruis, & de his qui sanguinolentos[f] nutriendos acceperunt.

Tit. LII.

Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest: ad expensas tamen restituendas tenetur, nisi sint factæ à fure. Salyc.

1. Imp. *Alexander* A.Claudio.

SI inuito[g] vel ignorante te partus ancillæ vel adscriptitiæ[h] tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius (si nō à fure[i] vindicaueris) ita fiet, vt si qua in[k] alendo eo, vel fortè ad discendum artificium[l] iustè consumpta fuerint restituas[m]. PP.3.Kal.Iunij, Iuliano II.& Crispino Coss.225.

Exponens sobolem propriam, quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat seruum quem exposuit. Salyc.

2. Imppp. *Valentinianus, Valens & Gratianus* AAA.ad Probum præfectum prætorio.

VNusquisque sobolem[n] suam nutriat. quòd si exponēdā putauerit[o], animaduersioni quæ constituta est, subiacebit, sed nec[p] dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab||ipsis||expositos[q] quodammodo ad[r] mortē, voluntas[s] misericordiæ amica collegerit. nec enim suum[t] ||quis|| dicere poterit, quem pereuntem contempsit[u]. Data 4.Non.Mart.Gratian.A.III.& Equitio Coss.374.

Expositi cuiuscunque conditionis, per exponentes non possunt vindicari, nec per colligentes possunt, vt serui vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur. Salyc.

3. Imp. *Iustinianus* A.Demostheni præfecto prætorio.

SAncimus nemini licere, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus sit: eum puerum in suum dominium[x] vindicare, siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue collonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos[y] sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione||ita||eos tollere, & educationē eorum procurare, siue masculi sint, siue fœminæ, vt eos vel loco seruorum, aut loco libertorum, vel colonorū aut adscriptitiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominibus educati sunt liberi[z] & ingenui appareant, &[a] sibi acquirant, & in potestatem suam, vel in extraneos heredes[b] omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula[c] seruitutis, vel adscriptitiæ aut colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus iura in rebus eorum, his qui eos susceperint, prætendere cōcedimus, sed in omnem terram quæ[d] Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos qui ab initio infantes abiecerunt, & mortis[e] fortè spem circa eos habuerunt, incertos cōstitutos si qui eos susceperint, hos iterum ad se reuocare conari, & seruili[f] necessitati subiugari. Neque hi qui eos pietatis ratione suadente sustulerint[g], ferendi sunt denuo suam mutantes[h] sententiam, & in seruitutem eos retrahentes, licet ab initio[i] huiusmodi cogitationem

x Expositus exponentis seruus, adscriptitius, colonus *vt hic:* aut libertus non est. *j.eod.ibi, loco libertorum.*
y Qui expositum nutrit seruum, colonum aut libertum non facit.
z Expositi liberi & ingenui.
a Fructus libertatis.
b *v.l.22.s.comm.de successionibus.*
c Maculæ contrariæ libertati.
d Extra territorium statuta non obligant, *l.vltima ff.de iurisdict. l.1.suprà de sacrosanct.eccles.*
e *dixi ad l.2.s.eodem.*
f Necessitas seruandi.
g piam sententiam mutare non licet.
h id est, aluerint, Alimentorum causa veritati non officit, *l.10.ff.qui sunt sui.*
i tametsi in quibusdam negotiis initium spectetur & voluntas gerentis.

a Gratuita, mercedem non admittunt. b *v. l. 24. §. de episcopali audientia: 1. Harm. 18. §. 26.*
c *sumpta ex 33. Eclog. 2. c. 4. & 1. Harm. vl. in fi.* d Leunclarij interpretatio.
e *l. vn. §. 3. §. de Latina libertate.* f de longa consuetudine & quam vim habeat. *5. Cod. Theod. vlt. pars tit. 3. D. lib. 1. §. 9. Inst. de iur. nat. Vlp. 1. §. 4. 1. Har. 1. c.* περὶ ἐθῶν: *adde 2. Eclo. 1. c.* περὶ νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας: *adde l. vl. §. de emancipat.* g *l. 53. D. de legibus. Vlp. 1. §. 4. l. non tantùm in fi. D. de fluminibus.* vetus. *l. Imperatores. D. de sollicitationibus* antiqua vetustissima. *l. pen. §. de iure fisci. l. vlt. §. de priuilegiis scholarum.* inueterata *l. 32. §. 1. D. de legib.* diuturna *l. 33. ibid.* vsus longæuus *l. 2. §. eod.* παλαιὰ *Harmen. d. loco.* μακρὰ συνήθεια *Eclo. d. loco.*

h Consuetudo quid est? Ius moribus constitutum, iudicio populi receptum, ac sine vllo scripto probatum rebus ipsis & facto seu tacito consensu. *l. 32. ff. de legibus*: Id quod sine lege vetustas comprobauit, *Cic. de Inuentione.*

i *Eclog. d. loco. c. 43. Harmen. d. loco.*

k Finge hoc proponi, in iudicio communi omnium vsu hoc seruari, vt ad vnius libræ exactionem duo satis sint testes: vt ne iureiurando se adstringant præsides & præsules: vt ne iurati sint testes, neve à loco domicilij sui ferendi testimonij causa pertrahantur: cuiusmodi exempla proponit Scholiastes apud *Harm. 1. tit. 1. §. 43. & 44.* adde aliud exemplum ex *No. 123. §. pro consuetudine. & l. si non specialis. §. de testamentu.*

l In quo agitur scilicet, aliàs extranea consuetudo non probat.

m Non omnis vsus, sed frequẽs consuetudinem facit.

n A consuetudine argumentari non licet in casu extraneo.

o Consuetudo non est sine ratione: adeo vt ab errore ducta cõsuetudo nec in similibus obtineat *l. 39. D. de legib.* Ideoque à Tertulliano *lib. de corona*, consuetudo rationis interpres dicitur. p Consuetudo seruanda *v. l. 3. §. eod.* q aduersus consuetudinem non est iudicandum.

tionẽ habẽtes ad hoc prosiluerint: ne videãtur quasi mercimonio[a] cõtracto ita pietatis officiũ gerere. Hæc obseruãtibus tãviris clarissimis præsidib. prouinciarũ, quã viris religiosissimis Episcopis[b] necnon officiis præsidalibus, & patribus & defensoribus ciuitatum, & omni ciuili auxilio. Dat. 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. Coss. 529.

In authen. constit. quæ ex adscript. §. 1. colla. 5. tit. 9. al. 8. nouel. 54. cap. 1.

ANtiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera & altera adscriptitia natos, adscriptitiam sequi conditionem, quod per Iustinianum ad ius commune liberi ventris redactum est.

Vltima constitutio huius tituli in aliis editionibus desideratur: eam ex Ecloga basilicῶn quam Io. Leonclaius vir opt. de Iure ciuili meritus, edidit, restitui, eiusdem Leunclaij Interpretationem adieci.

4.[c] Imp. *Iustinianus.**

SAncimus[d] vt quoscunque vel in ecclesiis, vel in vicis, vel aliis locis abiectos constiterit, ij modis omnibus liberi sint: etiamsi certam quandam probationem petitor habeat qua ostendat eiusmodi personam ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris[e] statutum est, vt serui ægrotantes à dominis neglecti, & qui velut desperata eorum valetudine, possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiantur. quonam pacto in ipsis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, & ab eis educatos, in seruitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimuerò liberos esse sancimus, ne illis quidem qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus nostris pœnas effugientibus, velut omni refertis inhumanitate & crudelitate quæ tanto quouis homicidio peior est quanto miserioribus eam inferunt.

QVÆ[f] SIT LONGA[g] consuetudo.[h]

Tit. LIII.

Consuetudo loci probata debet seruari, & ratio consuetudinis debet attendi. Salyc.

1. Imp. *Alexander* A. Apro.

PRAESES[i] prouinciæ probatis his[k] quæ in oppido[l] frequenter[m] in[n] eodem controuersiarũ genere seruata sunt, causa cognita statuet. Nã & consuetudo præcedens, & ratio[o] quæ consuetudinem suasit, custodienda[p] est. Et ne quid contra[q] longã consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam reuocabit præses[r] prouinciæ. PP. 6. Kalend. April. Iuliano II. & Crispino Coss. 225.

2. Imp. *Constantinus* A. ad Proculum.

COnsuetudinis[f] vsúsque longæui non vilis auctoritas[t] est, verùm non vsque adeò sui valitura momento, vt aut rationem[u] vincat, aut legem[x]. Dat. 7. Kal. Maij, Constantino. PP. A. V. & Licinio Cæs. Coss. 319.

Consuetudo legem imitatur, & pro lege seruatur. Salyc.

3. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Alexandro.

LEges quoque ipsas antiquitus probata[y] & seruata tenaciter[z] consuetudo imitatur[a] & retinet:[b] & quod officiis, curiis, ciuitatibus, principiis,[c] vel collegiis præstitum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus. Dat. 7. Id. Sept. Martiano & Zenone Conss. 469.

DE DONATIONIBVS[d].

Tit. LIIII.

De traditione instrumentorum.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Lucio.

EMPTIONVM mancipiorum instrumentis[e] donatis, & traditis, & ipsorũ mancipiorũ donationẽ[f] & traditionẽ factam intelligis: & ideo potes aduersus donatorem in rem actionem exercere. PP. 5. Kalend. Iul. Faustino & Rufino Coss. 211.

De actionibus.

2. Imp. *Gordianus* A. Leonidi.

SI nominis[g] persecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit[h], frustra prætendit qui debitori tuo heres exstitit, consensum[i] fuisse debitoris necessarium: cùm satis fuerit actiones[k] eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. II. Id. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss. 242.

De spe futuræ actionis.

3. Imp. *Decius* A. Marcellino.

SPem[l] futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate posse transferri non immeritò placuit. PP. Non. Mart. Decio A. I. & Grato Coss. 251.

De functionibus, exactionibus vel tributis.

4. Imp. *Probus* A. Marsiæ.

SI functiones[m] ||exactiones, vel tributa|| per eum cui donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt: tibi obesse non potest. PP. 5. Kalend. Ianuar. Messala & Grato Coss. 280.

De vltima voluntate.

5. Impp. *Carinus & Numerianus* AA. Flaccomillæ.

SI donatio per epistolam[n] facta non apparet, verba tamẽ testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere non ambigitur. PP. 6. Kal. Febr. Romæ, Carino II. & Numeriano AA. Coss. 284.

De absentibus.

6. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet donationes etiam inter[o] absentes (& maximè si ex voluntate donantium possessiones, hi, quibus donatum est, nanciscantur) validas esse. PP. 3. Id. Feb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De censuali professione.

7. Iidem AA. & CC. Iulio.

CEnsualis[p] quidem professio[q] domino præiudicare non solet[r]. Sed si in censum velut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti[f], donationem in eum contulisse videris. PP. Id. Iul. ipsis AA. IIII. & III. Conss. 290.

8. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses prouinciæ non[t] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in[u] censum detulisse te manifestis probationibus cognouerit: quod fides veri suggesserit, id est. PP. 8. Id. Sept. ipsis AA. III. & IIII. Conss. 290.

De lege donationis.

9. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem[x] quam rebus tuis donando dixisti, siue stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, siue non: incerto[y] iudicio, id est, præscriptis[z] verbis apud præsidem prouinciæ debes agere, vt hanc impleri prouideat. PP. 16. Kalen. Maij, AA. Conss.

De ignorante vel inuito.

10. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc[a] ignorans, nec inuitus[b] quisquam donat. vnde si de hoc fundo non cogitasti, cuius velut[c] donationi te consensisse continetur instrumento: maiores[d] veritate[e] rei, quam scriptura vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. 5. Kal. Maij, CC. Coss.

r Præses, consuetudinis custos. f *c. consuetudinis. distinct. 11. Syn. Bas. 1. tit. 1. c. 45.*
t Auctoritas consuetudinis, non vilis *l. 36. D. de legibus.*
u Consuetudo rationem non vincit aut legem *Eclog. & Harm. d. loco.*
x *Eclog. Harmenopulus dicto loco, leg. 33. D. de legi.* Imò vsus ac mores, Romanas leges superant *2. Feudor. 1. versic. legum. leg. 32. D. de legibus.* Solue: specialis consuetudo, generalem legem tollere non potest, vt hic: specialem, potest *d. l. 32. l. 13. ff. communia præd.* generalis generalem non potest *d. l. 32.*
y Consuetudo antiquitus probata & seruata tenaciter.
z præsertim aliquo contradictorio *l. 34. ff. de legib.* & eodem casu *l. 37. D. de legibus.* per annos plurimos *l. 37. D. de legibus.*
a Consuetudo legem imitatur, pro lege obseruatur *l. 32. §. 1. D. de legibus.* pro lege & iure custoditur, *l. 33. ff. de legib.* pro lege suscipitur, cùm deficit lex, *Tertull. lib. de Corona.* vim legis, *l. 38. ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet. *§. eod.* τάξιν ἔχειν νόμου. *Eclog. d. loco.* ἀντὶ νόμου φυλάττεται. *Harmenop. d. loco.* b Consuetudo legem retinet, id est, impedit quominus desuescat *vt hic*: eiusdem interpres optima, *l. 37. ff. de legib.*
c ἄρχουσιν *Synopsis Basilic. d. l.* Principia *hic & l. 12. inf. ff. de re milit. l. 1. §. de veteranis.* loca, vbi principes milites stabant. hinc principalis porta, quæ in eo erat loco, in quo principes ordines tendunt, *Fe. in principalis.*

d *dixi ad 39. ff. 5.* περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν *&c. 47. Eclog. 1.*

e Tradito instrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. Perficitur donatio non tantùm vera traditione, sed & fictitia aut potiùs symbolica, *v. Hot. 12. Illu. 1. adde l. 49. ff. so luto. l. 44. §. 5. ff. de legat. 1.*

f donatione traditione facta, &c.

g Nomen donari potest.

h Transferre, idem quod mandare. An idem quod cedere? Bartolus negat in l. 1. §. *de obligationib.* Nam vt ille putat, per cessiones non transfertur vtilis actio, sed per cessionem.

i Citra consensum debitoris nomen cedi potest.

k Actio potest mandari.

l Spes futuræ actionis potest donari *vt hic*: spes vt conditionalis stipulatio, *l. 7. l. 12. ff. de hered. vend. l. 54. ff. de verb. signif. §. 4. inf. Institut. de verb. oblig.* vide quæ scripsi ad Accursium *in l. 25. ff. de administ. tutor.* adde Tiraquellum *tract. de retraict. lignagie. §. 26. Gloss. 3.*

m Nuda solutio functionum nec soluentem *vt hic*: nec eum cuius nomine census soluitur, rei dominũ facit. *v. l. 7. l. 8. §. eo.*

n Confessio testamentaria factæ inter viuos donationis, transit in fideicõmissum, quoties de instrumẽto inter viuos nõ apparet *vt hic: & l. 16. ff. eod.*

o Absenti facta donatio valet, *l. 4. l. 10. ff. eod.* an ante ratihabitionem? *v. Clar. 4. sent. §. donatio. quæ. 12. 13. & Ro. a Val. 1. co. 19. n. 2.*

p id est, rei in censum delatæ sc. de qua dixi ad *l. 6. suprà de fide instrumentorum.*
q de cuius forma *vide l. 4. ff. de censibus.*
r facta sc. ab extraneo. nam à vero domino non facta professio, nocet *l. 10. ff. de probationibus.*
f Professio censualis facta à non domino non nocet domino, nisi dominus consentiat. eo enim casu donare videtur.
t simulato consensu non perficitur donatio.
u *dixi ad l. 4. §. eod. adde l. 8. §. de act. empt. l. 64. ff. de adquir. rer. l. 4. §. 4. ff. ad exhibend.*
x Lex donationis seruanda.
y incerti, *Hal. adde l. 22. in fin. §. eod.* z *vide l. 2. §. de pactis int. empt.*
a ignorans non donat, *47. Eclog. 1. cap. 45. 3. Harmenop. 1.*
b inuitus non donat, *d. cap. 45. d. tit. 1. l. 29. ff. eod. dixi l. 82. ff. de reg. iur.*
c *l. 18. suprà de probat. l. 14. suprà de contrah. & commit. stip.*
d Veritas, instrumenti narrationi præfertur. e *l. 1. §. plus valere. facit. l. 7. suprà eod.*

a Pars bonorum donari potest. b Donatio facta filio in potestate posito donandi potius est destinatio, quàm perfecta donatio. c Aliud destinatio donationis, aliud donatio. d Rerum incorporalium, veluti nominum, siue obligationum donatio perficitur cessis actionibus. e Pater filio emancipato rectè donat.

f Pars pro indiuiso seu indiuisi donari pôt. Socius ex indiuiso portionẽ suã donare pôt, 47. *Ecl.* 1. *ca.* 46. nõ tamẽ à lite contestata. dixi *l.* 1. *s. eo. comm. diuid. l.* 3. *s. de cõ. rer. alienand. adde l.* 16. *s. de iure dot.* g per epistolam donare possumus *vt hic: & l.* 3. *s. eod.* fideicõmittere, *l.* 22. *ff. de fideic.* at non hereditatem cõferre, *arg. l.* 10. *ff. de iure codic.* dare tutorem, *l.* 2. *s. de confir. tut.* ferre sententiam, *l.* 1. *s. com. epist.* nemo quoque cõpellitur ex epistola ad muneris editionem. *l.* 5. *ff. de pollicit.* h Breuitas fidẽ chirographi nõ minuit. i Res aliena citra domini consensum donari non potest, *l.* 9. *inf. ff. eod. v. l.* 20. *ff. de adquir. rer. l.* 54. *ff. de reg. iur.* k Æs alienum obligatio personalis. l Donatarium res defuncti nõ sequitur, sed heredẽ: id est, personalis actio nõ sequitur singulare successorem: sed realis *vt hic: & l.* 22. *l.* 24. *j. eod. l.* 1. *§.* 16. *ff. ad Trebell. l. vlt. s. de hereditarijs action.* Quid si donatarius omniũ bonorum esse dicatur? ne his quidem creditoribus satisfacere cogitur. Cynus in *l.* 2. *j. ad l. Iul. de vi publica.* Si quota, aut, vt loquuntur, sub nomine quantitatis ad aliquẽ deferuntur partiũ conuentione, *l.* 24. *j. eod.* non ex dispositione iuris, *d. l.* 2. aut sub nomine hereditatis, *l. hereditat. ff. de don. v. l. mulier. ff. de iure dot.* aut rescripti principis, *l. princeps. ff. de ver. sig. & ibid. Bartol.* Quid si omnia bona fisco deferuntur? habetur fiscus loco heredis. *text. & ibid. Bartol. in l. non intelligitur. §. cum ex causa ff. de iure fisci. l.* 1. *s. de heredit. vel. act. vendita.* Quid si debitor soluendo non est? donatarius omnium bonorum conueniri potest. *l. plane. §.* 1 *ff. de legat.* 1. *& notatur in d. l.* 1. *Salicet. in d. l.* 2. Quid si testamẽta omnia bona delata sint? *vide l. cogi. ff. ad Trebell. l. statuliber. in fine. ff. de legat.* 2. *Bartoll. in d. l. princeps. Salic. in d. l.* 2. Ratio dubitandi sumi potest ex lege 149. *ff. de reg. iur.*

Si pater filio donauerit.

11. Iidem AA. & CC. Sabino.

CVm de bonis tuis partem[a] quidem penes te retinuisse, partem verò in eum, quem in potestate[b] habes, donationis titulo contulisse commemores: non est incerti iuris, in eum qui in sacris familiæ tuæ remanet destinatione[c] magis paternæ voluntatis factam, quàm perfectam donationem peruenisse. Delegationes[d] autem nominum in emancipatum[e] collatæ perfectam donationem actionum efficiunt. S. 2. Kal. Maij, CC. Coss.

De rebus communibus.

12. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum[f] diuisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. 17. Kal. Iun. AA. Coss.

De breui epistola.

13. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam[g] donatum tibi probetur, breuitas[h] chartulæ, donationi (si hęc rectè facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. 15. Kal. Iun. Sirmij, AA. Coss.

Si filiusfamilias sponsæ donet.

14. Iidem AA. & CC. Ideo.

SI filius tuus res ad te[i] pertinentes sponsæ suæ te non cõsentiente donauit: ad eam quod non habuit, transferre non potuit. S. 13. Kal. Octob. AA. Coss.

De ære alieno.

15. Iidem AA. & CC. Seueræ.

AEris[k] alieni[l], quod ex hereditaria causa venit, non[m] eius[n] qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. si itaque nemini obligata[o] prædia per donationem consequuta es, superuacuã geris solicitudinẽ, ne vel heredes donatricis vel eius creditores te iure possint conuenire. S. 15. Kal. Decemb. AA. Coss.

De senectute.

16. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SEnectus[p] ad donationem faciendam sola non est impedimento. Dat. 5. Kal. Decemb. AA. Coss.

Si pater filio donauerit.

17. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIue emancipatis[q] filiis res donasti, siue in potestate cõstitutis, & sui iuris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri || tibi || non debes veluti res donatas ex pœnitentia[r] liceat auferre. Sanè si ea, quæ in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium[f] remansit: si quidem nec tempore, quo voluisti, propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te inuito de rebus tuis potuerunt. S. 6. Kal. Ian. AA. Coss.

De furti actione remissa.

18. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis causa furti[t] actionem tibi remissam probetur: superuacuam geris solicitudinem. S. 5. Kalend. Ian. AA. Coss.

Quæ res donari possunt.

19. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

m Cur ita? *v. l. vlt. in f. ff. de conc. empt.*
n idest, non eius qui titulo singulari successit: hic enim opponitur ex hereditaria causa successori. o Pignus, obligatio realis.
p Senex donare potest *vt hic:* & testamentum facere, *l.* 3. *s. qui testam. fac.* & transigere, *arg. l.* 27. *s. de trans* id est, Sola ac per se senectus donationem, testamentum, aut ransactionem non vitiat.
q Quod emancipationis tempore filio pater non adimit, ei donare intelligitur, *l.* 31. *§.* 2. *ff. eod.*
r Pœnitere semper non licet *vt hic.*
f Suo quod pater donat non alienat, etiam si id velit maximè.
t Furti actio remitti potest, *l.* 13. *s. de furt. l.* 7. *§.* 14. *l.* 16. *ff. de pactis. l.* 16. *§.* 1. *ff. de furtis. dixi ad leges xij. tabul. lib.* 2. *tit.* 24. *§.* 5.
u Res etiam à parentibus acceptas donare possumus *vt hic:* dubitandi ratio sumi potest ex lege *l.* 14. *s. de contrah. empt. adde l.* 3. *s. de comm. rerum alienat.*
x *v. l.* 31. *vers. verum. j. eod.*
y *l.* 17. 23. *s. de iure dot.* 47. *Eclog.* 1. *cap.* 55.
z Lex donationis implenda, *l.* 9. *s. eod. l.* 3. *in f. s. de contrah. empt.*
a Pactum incontinenti habitum, *l.* 7. *§.* 5. *ff. de pact.* b Donaui prædia Titio, ea lege vt creditoribus meis satisfaceret, creditor non cogitur in donatarium experiri.

c *vide quæ scripsi ad l.* 15. *s. eod.* d ad implendam legem donationis, vtimur aduersus donatarium incerti actione præscriptis verbis, *d. l.* 9. *inf. s. eod. l.* 28. *inf. ff. eod.*
e Res à me donata mihi redonari potest. f Acta posteriora prioribus derogãt, *facit l.* 12. *sup. de pactis.* g Pater res filij non succedentis inutiliter donat *vt hic: & l.* 14. *s. de rei vind. facit l.* 15. *s. e.* h Præfectũ vrbi, *l.* 1. *Cod. Theod. eod. v. Cuiac.* 20. *obs.* 30.

SI auia vestra proprias res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quem preces funditis, contulit: quo minùs hæc rata maneant, quod ex[u] origine patris vel aui vestri descendunt, nihil prodest. S. 16. Kal. Feb. Sirmij, CC. Coss.

De subscriptione.

20. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce[x] donatricis alio voluntate eius subscribente, iure facta donatio non habetur irrita. S. 7. Kalend. Febr. CC. Coss.

De dote.

21. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

COnstante matrimonio dotem[y] penes maritum suum constitutam, auia tua tibi donare non potuit. S. 5. Idus Mart. CC. Coss.

De lege donationis.

22. Iidem AA. & CC. Diomedi.

CVm res filio || tuo || emancipato ea[z] conditione, *vt creditoribus tuis solueret*, te donasse proponas: si stipulatione, vel incontinenti[a] habito pacto huic rei prospexisti: creditoribus quidem[b] non[c] contra eum ex placito vestro sed aduersus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donasti incerta[d] ciuili actione ad placitorum obsequia vrgeri secundum legem donationibus dictam conuenit. S. 7. Kal. April. Sirmij, CC. Coss.

De rebus redditis donatori.

23. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

SI ea quæ donaueras, posteriori placito qui acceperat, dono tibi reddidit[e]: donationis antecedentis instrumentum actis sequentibus[f] nihil obesse potest. Subscriptum 5. Kal. Octob. Cæsaribus Coss.

De filio donatoris.

24. Iidem AA. & CC. Macario.

SI patri tuo heres[g] non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse iura tua lædi, manifestissimi iuris est. PP. Non. Febr. Anthiochiæ, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. AA. Coss. 304.

Ratio conficiendæ donationis.

25. Imp. *Constantinus* Augustus, ad Maximum PP[h].

DOnatio[i] siue directa[k] fit, siue mortis† causa instituta, siue[l] conditione faciendi aut non faciendi suspensa, siue ex aliquo notato[m] tempore promissa, siue animo dantium accipientiúmve sententiis (quantum ius sinit[n]) cognominata[o]: sub hac fieri debet obseruatione, vt quas leges[p] indulgent actiones[q], conditiones, pactionésque contineat. Hisque penitus cognitis[r] vel recipiantur si complacitæ sunt: vel reiiciantur, si sunt molestæ[f]. In conscribendis † autem donationibus[t], nomen[u] donatoris, ius, ac rem notari oportet: neque id occultè[x], aut priuatim[y], sed aut[z] tabula, aut quodcunque[a] aliud materiæ || genus || tempus dabit, vt ab ipso, vel ab eo quem sors ministrauit[b] perscribatur: actis † etiam annectendis, quæ apud iudicem vel magistratus conficienda sunt, vbi hoc

i dicta *l.* 1. huius etiam constitutionis pars continetur in lege 21. *s. de adm. tut.* k Directa donatio, inter viuos: cui hic opponitur mortis causa. † Hodie mortis causa donatiõ, contestationem & insinuationem exigit, *l. vlt. j. de mort. caus. donat.* l Donationes conditione vel tempore suspenduntur. m puta ex certo tempore ad certum vel incertum tempus *l.* 2. *j. supra de donat. quæ sub modo. l. vl. sup. de leg.* n quibusdam, ut casibus permissa imaginaria venditio est, aliud si fiat in fraudẽ legis Cinciæ, vel legis puta repetundarum, *l.* 8. *in f. ff. ad leg. Iul. repetūd.* vel aliarũ legum. o Venditio imaginaria est cui nomẽ venditionis, cõductionis & similium adscribitur *l.* 3. *s. de contrah. emp. l.* 46 *ff. locati. l.* 6. *inf. ff. de iure dot. Pau.* 2. *sent.* 23. *§.* 4. p Donationis lex seruanda, *l.* 9 *l.* 22. *s. eod.* modo nõ sit cõtra bonos mores *vt hic. Theo.* actus legitimos, *Constantin.* puta cessione in iure mãcipationem, traditione solẽnẽ. potest enim perfici donatio legis actione, vt cessione in iure *l.* 1. *C. Hermog. eo.* mancipatione, *l.* 4. *C. Theo. eod.* vel vtroque, *l.* 7. *j. eo.* Inter parentes & liberos perficitur nuda voluntate, *d. l.* 4. hodie inter õnes perficitur quidem nuda voluntate, cõsumitur traditione. r Donationis lege intellecta, donatori liberũ est, donationẽ accipere vel reiicere. fit igitur donatio non μονομερῶς *vt hic:* idque etiam indicat lex 26. *j. eod. l.* 15. *s. de sacros. l.* 21. *sup. de adminst. tut.* f molestæ. Ita vt minorum defensores, si donationis conditionem neglexerint, rei amissæ periculum præstent, *l.* 2. *C. Theod. eod.* quæ verba in legem 21. *de administ. tutor.* sunt translata.
† hodie in omnibus donationibus non requiritur scriptura. *l.* 21. *j. eod.*
t Quænam contineri oporteat in instrumento donationis,
u Possumus inde colligere donationem conferri non posse in ignotum, v. tamen *l.* 29. *j. eod.* x occultè an per imperitos, aut priuatim, &c. *l.* 1. *Cod. Theod. eod.*
y Clandestina donatio vetita.
z Idem in testamento, *v. l.* 11. *l.* 15. *in f. sup. de test. §.* 12.
a Materia quæuis, capax est donationis continendæ: hoc est, in quauis materia donationis instrumentum scribi potest *vt hic:* ita, breuitas chartulæ nõ officit factæ donationi, *l.* 13. *sup. eod.* eadem ratione in quauis materia testamentum scribi potest: vt nihil intersit tabulę sint, an chartæ, an membranæ, an pelles, aut eburnei pupillares. *§.* 12. *Inst. de testam. l.* 15. *in f. supra de testam.* Quin, miles in puluere aut clypeo testamentum potest scribere, *l.* 15. *sup. de milit. testam.*
b Ministrauerit, scientibus plurimis præscribatur & corporalis traditio subsequatur, ad excludendam vim atque irruptionem aduocata vicinitate, omnibúsque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam rem, si est mobilis: & voluntate traditã donatoris: vel si immobilis, ab censu donantis nouo domino patefactam, actis etiam &c. *d. l.* 1. *C. Theod.* quę verba, à Iustiniano hic sublata, id significãt, vicinos ac testes fuisse aduocandos: quod Zeno mutat, *l.* 31. *j. eo.* contentus insinuatione publica vel instrumento donationis.
† *l.* 27. *in f. eod. l.* 31. *§.* 3. *j. eod.* videtur remissa insinuatio à Leone Nouella 50.

leges

a Pater filio infanti donare potest, adhibito seruo qui infantis nomine donatio-ni consentiat *vt hic: adde l.28.ff. de vsurpat.* b Anno 323. c *l. 25. in fin. sup. eodem.* d Insinuare est in acta & testationem publicam iudiciariam referre donationem. De insinuationibus donationum, vide Iosephum Ludouicum. *Titul. de donationibus conclusione.2.* e

coniunctissimásque *Hal.* quales sunt parentes & liberi. Quid si donatio facta inter huiusmodi personas legitimam summam non excedit nū insinuatio requiritur? nō requiritur *l. 25. sup. de donat. inter vir.* vt in eo Dominus inter Græcos: Placentinus inter Latinos falsus sit. Quid, inquies, necessè fuit statui insinuationem donationis inter coniunctissimas personas factæ intra legitimam quantitatem requiri? Argumēto aut inductione diui Pij, quæ coniunctissimis remisit solennitatem mancipationis & traditionis *l. 4.5. C. Theod. eo.* dicendum videbatur remitti quoque omnino insinuationem, præsertim cùm Paulus *4. sent.* scribat, In donatione facta inter cōiunctas personas sufficere quibuscunq; verbis expressam volūtatem. *v. Cuiac. 20. obs. 2.* Causa decidendi fuit, ne fraudibus cōiunctarum personarū via pateret.

f Clandestinæ ac domesticæ fraudis magnū periculū. Inter coniunctas personas facile fraus præsumitur.

g *v. l. 30. j. eod. v. quæ dixi ad l. 1. §. de cōtrah. empt. l. 15. §. de rescind. l. vlt. sup. de præs. longi temp.*

h Collocatis.

i *l. 2. C. Theod. eod. inf.*

k Perficitur donatio retentione vsusfructus *vt hic: & l. 3. §. 5. j. e. l. 2. C. Theod. e. l. 4. ff. de mort. caus. donat. 47. Eclog. 1. c. 61.* Retentio vsusfructus traditionē dominij perficit. Pro traditione habetur vel citra stipulationem, etiamsi donator de euictione non teneatur citra stipulationē *l. 2. §. de euiction.* eoq; casu donator donatario possidet non sibi. Idem perficitur constitutione precarij

leges expostulant. Dat. 3. Non. Febr. Romæ Seuero & Rufino Coss. 323.

De infante.

26. Idem A. Catilino proconsuli Africæ.

Si quis in emancipatum minorem, priùs quàm fari possit [a], aut habere rei, quæ sibi donatur, affectum, fundū crediderit conferendum, omne ius compleat instrumentis ante præmissis. Quod ius per eum seruum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit: vt per eum infanti acquiratur. Dat. 12. Kal. Maij, Serdicæ, Sabino & Rufino Coss. 316.

De insinuatione.

27. Idem A. ad Seuerum com. Hispaniarum.

Data iampridem [b] lege [c] statuimus, vt donationes interueniente [d] actorum testificatione conficiantur: quod vel maximè inter necessarias coniunctásque [e] personas conuenit custodiri. Si quidem clandestinis [f] ac domesticis fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate confingi potest: vel id quod verè gestum est, aboliri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat: id, quod necessariò super donationibus apud acta conficiendis iampridem statuimus, vniuersos teneat: gesta autem confici super rebus ||etiam|| alibi [g] collatis [h], vbicunque sufficit. Dat. 3. Non. Maij, Dalmatio & Zenophilo Coss. 333.

De vsufructu retento.

28. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio præfecto prætorio.

Quisquis [i] rem aliquam donando vel in dotem dando, ||vel vendendo,|| vsumfructum [k] eius retinuerit: etiam si stipulatus non fuerit, eam continuò tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quò magis videatur facta traditio: sed omnimodo idem [l] sit in his causis vsumfructum retinere, quod tradere. Dat. 2. Id. Mart. Honorio A. XI. & Constantio Cæs. II. Coss. 417.

De extraneis & ignotis. De scriptura & aliis documentis.

29. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hiero [m] præfecto prætorio.

In extraneos [n], & sæpe ignotos [o], donationem [p] collatā valere receptum est. & si sine [†] scripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis [q] idoneis documentis, hoc quod geritur, comprobatur. Dat. 11. Kalend. Maij, Felice & Tauro Coss. 430.

De insinuatione.

30. Imp. *Leo* [r] Constantino præfecto prætorio.

In hac sacratissima vrbe conscriptę donationes vbicunque [s] positarum rerum, apud magistrum census [t] insinuentur. In aliis verò ciuitatibus, siue absens siue præsens rector [u] prouinciæ sit, siue eadem ciuitas habeat magistratus, siue non habeat, & defensor [x] tantummodo sit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarū vbicunque [y] positarum, siue apud moderatorem cuiuslibet prouinciæ, siue apud magistratus, siue apud defensorem cuiuscunque ciuitatis prout maluerit, publicare [†]. Atque vt ipsa donatio sita est in voluntate [z] donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcunque ex memoratis voluerit intimare: & hę donationes quę in diuersis prouinciis & ciuitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcussam ac perpetuam [a] firmitatem. Dat. 5. Non. Mart. Constantinop. Patricio & Richomere Coss. 459.

De testibus.

31. Imp. *Zeno* A. Sebastiano præfecto prætorio.

In donationibus quæ actis insinuantur, non [†] esse necessarium iudicamus vicinos vel alios testes [b] adhibere. Nam superfluum [c] est priuatum testimoniū, cum publica monumenta sufficiant. Verùm & illas donationes quas gestis non est necessariū alligari, si fortè per tabellionem vel alium scribantur, & sine [†] testiū subnotatione valere præcipimus: ita tamē, si ipse donator vel alius [d] voluntatē eius secundum solitam obseruationē subscripserit: donationib. quæ sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentib. secundum constitutionem [e] Theodosij & Valentiniani ad Hierium præfectum prætorio promulgatam. Dat. Kalend. Mart. Constantinop. Ello V.C. Cos. 478.

De insinuatione.

32. Imp. *Anasta.* A. Euphemio præfecto prætorio.

Secundùm diui Leonis constitutionem [f] donationes apud virum clarissimum magistru censsus tātummodo [†] insinuari præcipimus: huiusmodi forma in illis instrumētis obseruanda, quę in hac regia vrbe confecta seu celebrata fuerint: nec concedi quenquam vel apud defensores seu magistratus aliarum ciuitatum, vel in aliis quibuscunque locis præter memoratum iudicium insinuare: scientibus tā his, qui ad huiusmodi insinuationem peruenerint, quam his qui eam susceperint, necnon tabellionibus quicunque testimonium suum non in competenti [g] (vt dictum est) loco [h] vel iudicio præbuerint, vicenarum librarū auri multa, & alia grauissima indignatione se esse feriendos. S. Dat. Prid. Kal. Maij. Paulo V.C. Cos. 496.

De cessione actionum.

33. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

Illam subtilem obseruationem amputamus, per quam donationis titulo cessiones [i] actionum accipientes, non aliter suis eas transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel ius contestationis diuino rescripto [k] meruissent. Nam sicut venditionis [l] titulo cessas actiones etiam ante litis contestationē ad heredes transmitti permittitur, simili [m] modo & donatas ad eos transferri volumus: licèt nulla cōtestatio vel facta vel petita sit. Quod & in procuratore constituendo ad mouendas easdem cessas actiones similiter obseruādum erit, vt minimè quis impediatur procuratorem [n] cessarum sibi super donatione actionum dare, licèt nulla litis contestatio facta vel petita sit. Quæ in his tantummodo personis locum habere censemus [o], quæ susceptis per donationem cessionibus adhuc superesse noscuntur: nam iam mortuis huiuscemodi personis, vetera iura super hisdem cessionibus posita seruari concedimus. Dat. Kal. Iun. Constantin. Iustiniano A. PP. II. Coss. 528.

De insinuatione 2. De communione inducta & iure offerendi æstimationem. 3. De numero donationum.

34. Idem A. Domestheni præfecto prætorio.

Sancimus omnem [p] donationem, siue communem, siue ante [q] nuptias factam, vsque ad trecentos [†] solidos cumulatā, non indigere monumentis, sed communem formam habere: vt non vsque ad ducentorum solidorum summā teneat: sed in huiusmodi obseruatione similes sint tam communes [r] quàm ante [s] nuptias donationes. Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatū: hoc, quod superfluum est [t], tantummodo non valere: reliquam verò

l. 1. ff. de adquir. possess. conductione rei donatę *l. 77. ff. de rei vindic.* si rem à se donatam quis retineat tanquam in causa pignoris vel depositi *vt l. 1. supr. eo.* idem perficitur traditione instrumenti *l. 7. l. 8. §. eod.* Sic, aditio hereditatis fiebat re aliqua hereditaria accepta *l. 1. C. Theod. de legi. here.* Notanda est consuetudo Regni Daciæ *ex c. 2. de consuetudine*, qua fundos donatos tradidisse Ecclesiæ donator videtur, delata vna gleba in Ecclesiam, vel altari imposita, vel tradita in manum episcopi vel alterius Ecclesiæ prælati. qui mos desumptus videtur ex iure ciuili. quo, vna gleba in ius delata, in ea tanquam in toto fundo vindicatio fieri solebat *20. Gel. 9. dixi ad leges 12. tabu. lib. 2. tit. 22. §. 1. adde Cuiac. 19. obs. 18. hu adde quæ scripsi ad l. 3. §. 1. ff. de adquir. possess.* l Idem vsum fructum retinere quod tradere. Quid, an præsente donatario, vsusfructus exceptio facienda? procuratori, domino, patri, curatori, tutori rectè: aliis non rectè fieri iudicatum fuisse refert Papo 11. *Arrest. 1. num. 28.* m *l. 31. inf. j.* n *v. l. 3. j. de mort. causa.* o *v. quæ not. ad l. 15. §. 14. ff. de excusat. tut. dixi etiam quædam ad l. 25. sup. eo. vers. in conscribendis. ibi, nomen donatorum.* p Vt & legata & hereditates. *dixi ad d. §. 14.* † In donatione non requiritur scriptura *l. 31. in fin. j. eo. l. 12. §. de fide instrum.* olim requirebatur *l. 25. in fi. sup. eo.* q Idonea instrumenta vicem instrumenti sustinent. r *l. 32. j. eo.* s *v. l. 27. in fi. sup. eo.* t De quo *v. l. 23. supr. de testam.* u *l. vn. sup. de off. ind.* x Quædam n. ciuitates habuere curias pro senatu, duumuiros pro consulibus: defensores plebis, pro tribunis plebis: quædam defensorem tantum *v. l. 9. sup. de defensor. ciuit. v. Nou. 15.* y *d. l. 27. inf.* † Vrbanæ donationes, apud magistrū census; prouinciales, apud iudices locorum. postea constitutum, vt omnes apud magistrum census insinuarentur *l. 32. j. eo.*

z Donatio, est actus voluntarius.

a Ritè facta insinuatio vbi ius effectum habet.

† abrogatur pars legis *1. Co. Theod. eo.* de qua dixi *ad l. 25. §. eod. in f. in verbo ministrauerit.*

b In donatione quę fit apud acta iudicis, testes nō requiruntur. In ea quæ fit extra acta, subscriptio donatoris requiritur: etiamsi à tabellione scripta fuerit: *adde Nouel. 52. c. 2. No. 73. c. 5.* & breuiter, Testes inscriptura publica requiruntur, saltè vt per notarium describatur *c. 1. extr. de fide instrumentor.* nisi consuetudo cōtraria sit. *Innocetius in c. 1. extr. de his quæ fiunt à prat.* nisi scripturæ publicę de quib. agitur, acta sint iudiciaria *vt hic: c. quoniam extr. de probat.* nisi instrumētum fiat coram populo publicè. vide Socinū *regula 418.* c *v. l. 10 supr. de probat.*

† videtur id abrogati *d. ca. 5.* d *l. 29. §. eo.* e *l. 2. sup. eo.* f *l. 30. §. eod.* † Abrogatur pars legis 30. §. e. g Donatio apud incompetetem iudicem inutilis *l. 17. sup. eo.* h Quid: tēporis nulla habebitur ratio in insinuatione? vide Pap. *11. Arrest. 1. Arrest. 24.* vbi existimat intra trigesimum annum donationē insinuari posse. *ibid. Arrest. 25.* negat quoque valere factam à morte donatoris. vide Iosephum Ludouicū *Titu. de donat. cōclusione. 2. limitatione 1. 2. 3.* i Procuratore in rem suam mortuo ante litem contestatam, rei donatæ nomine ius ad heredes transmittit. *v. quæ notaui ad l. 1. sup. ad exhibend.*

k *v. tit. sup. quando libell. principi datus.*

l Morte eius qui nomen emit, mandatum non finitur *v. Cuiac. 20. obs. 31.*

m Argumentum à venditione ad donationem.

n Donatarius procuratorem constituere potest rei donatæ persequendæ causa: *adde l. 8. sup. de procurat. v. Curmser 1. pract. 5. obs. 19.* o *v. Nouel. 52 cap. 2.*

p Insinuari debet omnis donatio *dixi ad 25. sup. de donat. inter vir.*

q An & eam quæ inter viuos fit in aliquo testamento? ita iudicatum fuisse refert Papo. 11. *Arrest. 1. num. 31.* An & mutuam inter coniuges? non requirit scripturam. & ita iudicatum idem *refert ibid. num. 29.* † Hodie vsque ad 500. solidos facta donatio sine insinuatione valet *l. 36. in fi. j. eo.* r Donationes communes, hîc quæ alibi directæ *l. 25. sup. eo.* quæ inter viuos. f *d. l. 25.* t Vtilis donatio non vitiatur propter aliam inutilem adiectam. *adde l. 21. in fi. ff. eo. Nouell. 162. c. 1. l. 94. ff. de regul. iur. l. 1. ff. de verbor. obligat.*

a *l.9.§.de sacrosanct.eccles.l.vlt.sup.de quadriennij prascrip.* Nouel.52. b *d.l.19.* c Scripturam publicam, publicatione non egere hinc colligunt. *adde.ca.1.& vlt.de fide inst.* Quid si dubitetur ne pereat? aliud *d.c.vlt.* Quid: Testamentũ à tabellione publico confectum, indiget ne publicatione? Quibusdam videtur non aliàs probare, quàm si authoritate iudicis publicũ dictum fuerit *l.publicati §.de testam.* Pone scriptura publica cõtineri donationem, quæ excedat 500. aureos? quidam putant egere publicatione *arg. huius legis.* Verum insinuatio, de qua hac constitutione agitur, impropriè publicatio est: nec enim fit vt donatio probetur, sed vt valeat donatio, quę aliàs nõ valeret. vide Socinum *regula 351.*

d Quid si donatio iuramento sit munita? *v. Roland. à Valle 1. consil.19. nu. 48. l.vlt.§. de mort. causa.*

e *v.l.17.§.de donat. ante nup.*

f Et nisi, *Hal.*

g *In pr.§.eod.*

h Per donationem inducitur inter plures donatarios communio.

i Amplioris sũmæ donatario primo defertur ius offerẽdi pretij: eo recusante minoris summę donatario.

k Alioquin, ꝙ sine periculo diuidi non potest, iure indiuisibile est.

l Si diuersis tẽporibus res variæ donentur, plures donationes intelligũtur.

m Quid si quis duabus personis vno & eodem momento 900. donauerit: vtrũ ea donatio, vt in concreto: an vt in abstracto cẽsenda est? hoc est, an vt vna habenda est, an vt plures? Nam si vt vna definitur, insinuãda: cum excedat 500. aureos: si vt plures, non insinuãda, cùm diuisa in duos donatarios, duas summas efficiat, quarũ neutra excedat 500. aureos? vnica cẽsetur ex persona vnius donatoris, non plures, pro numero donatariorũ. & ita post Simonem Vincentium notat Romanus *singulari 716.* Cremẽsis *singulari. 131.*

n De annuę donationis insinuatione.

o In stipulatione annua præstanda ab herede & heredi, requiritur insinuatio. Quid si heredis nulla facta est mentio? non requiritur.

quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adiecto, sed hoc pro non scripto vel non intellecto esse credatur. Exceptis [a] donationibus tam imperialibus, quam his quæ in causas [b] piissimas procedunt: quarum imperiales quidẽ donationes meritò indignari [c] sub obseruatione monumẽtorum fieri, tam à retro principibus, quàm à nobis sancitum est, sed firmam habere propriam maiestatem.

In authen. vt nõ fiant pign. §.2. alias §. illud quoque. col.5. tit.7. al.5. no.52. cap.2.

Item & à priuatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio.

Finis Authenticæ. Sequitur tex. l. Codicis.

1 ¶ Aliàs verò quæ ad pietatem respiciunt, vsque [d] ad quingentorum solidorum summam & sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores [e] sui iuris constitutas cuiuscumque summæ procedunt, secundùm veterũ legum scita etiam [f] nisi actis interuenientibus corroboratæ sunt, suam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles, vel immobiles, vel se mouentes: quantitatem earum æstimari: & si quidem vsque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse, & sine monumentis conseruari. Sin autem amplioris summę inueniatur, & minimè actis cõprobata est, superfluum [g] tantum vacuari. 2 ¶ Ne autem communione [h] inducta, donatori, & ei qui liberalitatem suscipit, aliqua oriatur contentio: electionem damus ei, qui ampliorem [i] summam in re donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, & totum possidere. Sin autem hoc minimè facere maluerit tunc omnimodo res diuidi secundùm quantitatem vtrique parti competentem, si [k] res diuidi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in huiusmodi casibus, in quibus partitio vtiliter celebrari minimè potest, amplioris summę dominus noluerit offerre æstimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris summæ habet potestatem, offerre pretium, & totum sibi vindicare. 3 ¶ Si quis autem per [l] diuersa tempora in eandem [m] personam multas faciat liberalitates, quarum singulę quidem legitimam quantitatem nõ excedunt in vnum autem compositæ, & prædicto modo exaggeratæ, redundare videntur, & maioris esse quantitatis: nõ videatur eas oportere in vnum coadunare, & introducere modos per quos non valeant, & in irritum reuocentur: sed è contrario & plures intelligantur, & singulę secundùm sui naturam obtineant, & monumentorum obseruatione non indigeant. Cùm enim à veteribus super hac re variatum est, aliis multas, aliis vnam esse definientibus: nobis causa placuit humanior, vt & multæ intelligantur, & omnes validæ, & hi, qui liberalitates accipiunt, sciant veros non falsos suos esse donatores. 4 ¶ Si quis autem talem acceperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuã [n] quandam sibi præstari quantitatem tantæ summæ, quæ nõ excedit legitimum donationis modum: variabatur, vtrùm eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum sit, & eas actis nõn indigere: an ex totius stipulationis fundamento, & fonte eius, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & vnam esse eam donationem putandam, & proculdubio monumentorum obseruatione vallandam: quod veteres quidem satis abundéque variauerunt. Nos autem ||omnia|| certa diuisione concludimus [o], vt si huiusmodi quidem fuerit donatio, vt intra vitam personarum stetur vel dantis, vel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ à monumentorum obseruatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis suggessit: vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis metas superuiuere vel donatorem, vel eum qui donationem accepit, & ex hoc inueniri etiã totam summã donationis non excedere legitimam quantitatẽ. Sin autem etiã heredum ex vtraque parte fuerit mentio, vel [p] adiiciatur tempus vitæ vel donatoris, vel eius qui donationẽ accepit: tunc ei quasi perpetuata donatione, & cõtinuatione eius magnã & opulentiorem eam efficiente: & vna intelligatur ||donatio,|| & quasi densioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modum, & omnimodo acta deposcere, & aliter minimè conualescere. Recitata septimò [q] in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. 3. Kal. Nouemb. Decio V.C.Cos.

p Vel non adiiciatur. ita legit Isidorus *lib. 47. βασιλικῶν.* idque Cuiacius probat. *adde l.16. in f. ff. de verbo. oblig.* quæ lectio Roberto displicet. *1. recep.25.* legit postmodum Cuiac.15. *obs.22.* nec adiiciatur. Mouetur libris Basilicôn in quibus ita legitur εἰ δὲ μὴ ὁ ποντὸν χρόνον ὁρίξει *Idem Cuiacius 15. obs.22.* quo nomine ab eodem Roberto reprehenditur *1. animadu.5.* q *Dixi ad l.30.§. de iure dotium.* r An idem si legauerit? *vide l.1. in fi. l.9. l.19. l.35. ff. de auro.* An idem si mortis causa donauerit: vt in ea donatione hæc lex locũ habeat? idem. Accursius *in l. cum pater. §. mæuia ff. de legat.2. & in l.2. §. de iure dotium.* vide Romanum *singulari 525.* s Qui donationis causa promisit certum pondus argenti, potest id dare vel in massa vel in vasis. t *v. Nouel.162. c.1. §.3. instit. de donationib.* Quid: Donandi pactum an idem, donatio est? vt vendendi pactum venditio? vide Iosephum Ludouicum *Titulo de donationibus conclus.3.* Sanè ex pacto nudo donationis, actio oritur, *vt hic:* donationis, etiam remuneratoriæ, causa mortis, ob causam, etiam in fauorem donatoris, vt & in pacto nudo donationis propter nuptias: etiamsi hodie donatio contractus sit nominatus. Quinimo id etiam obtinet, etiamsi in illo pacto nudo donationis factũ promittatur, aut donatio mista sit cum constituto. At non idem esse notant in pacto donandi, aut donationis præsũptæ, vt post Salicetum, Imolã, Alexandrum, Lancelotum Galiaulã, Mathesilanum (*notabili 46.*) Purpuratũ, Fortunium Garciam, Claudium Seissellum, Socinum: Iacobũ de Nigris: Paulũ de monte Pico, Corneum refert Duenazius *regula 19.* Adde casum alium ex Mathesilano *singulari 27.*

De argento. 1. De annuo reditu. 2. De certo numero seruorum. 3. si donator non habeat argentum, vel annuum reditũ vel numerum seruorũ donatum. 4. De donatione vniuersitatis. 5. De vsufructu retento. de nudo pacto.

35. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SI quis argentum donauerit [r] certumq́; [s] pondus nominauerit, non autẽ aliàs vel generaliter vel specialiter expresserit: necessitatẽ [t] ei imponimus omnimodo præfatũ pondus argenti dare siue in vasis quibus voluerit, non tamẽ peioribus [u] æstimatione [x] massæ, siue in ipsa æstimatione, quæ pro massa rudi in illis [y] locis frequentata est. 1 ¶ Si verò reditum [z] certũ ex possessionibus donauerit, non tamen nomina possessionum edixerit: necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valẽtes, quantum in donatione posuerit: in talibus tamen agris qui nec omnibus quos habet in possessione, anteponuntur: nec deteriores omnib. sunt, sed status [a] mediocris inueniuntur. 2 ¶ Similiq; modo si quis certum [b] numerum seruorum donauerit, non tamẽ & hîc nominatim seruos inscripserit: & hîc mediocris figuræ [c] seruos tradere, & neq; tales quos non habere magis quàm habere prodest: nec iterum eos [d] qui omnem seruorum familiam donatoris antecellunt, sed & hîc mediocritas spectetur. 3 ¶ Sin autẽ donator neque argentum neq; seruos habens, vel non tantum quantũ donauit, fecerit eorum donationem: æstimationem in his celebrari pro eo ꝙ deest: ita tamen, vt argẽti quidem (secundùm quod prædiximus) æstimatio detur: in seruis autẽ non amplius nec minus quindecim [e] solidis quantitas pro singulis detur. In reditibus autem in quindecim [f] annos æstimationem præstet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris summæ, tunc ad acta publica recurratur: ita vt in his quæ amplioris sunt æstimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum euanescat. 4 ¶ Sed & si quis vniuersitatis [g] faciat donationem, siue bessis, siue dimidiæ partis suæ substantiæ, siue tertiæ, siue quartæ, siue quantæcunque, vel etiam totius, si non de inofficiosis [h] donationibus ratio in hoc reclamauerit, coartari donatorem legis nostræ auctoritate tantum quantum donauit, præstare: obseruatione & hîc monumentorum (secundùm quod iam sancimus) omnimodo requirenda. 5 ¶ Sed si quidem in omnibus supradictis casibus vsusfructus [i] fuerit à donatore retentus, & traditionem iure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit, si quidem stipulatio [k] donationi inserta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri. Sin [l] verò & hoc prætermissum sit & vsumfructum minime detinuerit, nihilo minus ex lege nostra necessitatem [m] ei imponi etiam tradere hoc quod donare existimauit: vt non ex hoc inutilis sit donatio [n] quòd res non traditæ sunt: nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur: & necessitatem habeat donator omnimodo, vel res vel partem substantiæ quam nominauerit, vel totam substantiam tradere. Cùm enim in [o] arbitrio cuiuscunque sit hoc facere quod instituit: oportet eum vel minimè ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamq́; indeuotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. Tantóque magis [p] hæc firma esse, si piis actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit: monumentorum obseruatione ||in his modis|| secundùm quod specialiter à nobis in huiusmodi casibus

u Indefinito ꝓmisso, nec pessimũ solui nec optimum solet.

x Æstimationis solutio succedit loco rei.

y Precia cõmuniter funguntur *v.l.63. ff. ad l. Fal.*

z Donator certi reditus, intelligitur fundũ tanti reditus donare velle.

a Status fundi.

b Donatis seruis, donati mediocris figuræ intelliguntur *vt hic: adde l.37. ff. de legat.1.*

c i. æstimationis & artificij.

d Tales sunt, qui actores dicũtur. *l.37. ff. de legat.1.*

e Aestimatio serui donati. *v. l.vlt. §. de condit. insert. l. vlt. supr. comm. de legat. l. vlt. §. de cõm. ser.*

f Donator reditus annui, si fundos habet ex quib. donatario reditus præstet, semel soluendo quindecim annorum reditum liberatur. idque donatoris pauperis fauore introductum. ne alioquin putemus iustam æstimationem prædij & fundi esse, quantum ascendit cumulus fructuũ in quindecim annis *v. Molinæũ de vsur. quæst.1. num.119.* His illud etiam addatur, Hierosolymitanæ Ecclesiæ permissum fuisse domos vrbanas vẽdere ꝓ precio, quod ex 50. annorum pensionibus colligebatur *Nouell.120. c.9.* aliis Ecclesiis pro XXV. vel vt à Græcis legitur XXXV. *Nou.131. c.12. in fin.*

g Donatio totius vel quotæ bonorum valet, requiritq́; insinuationem, si modũ legitimum excedat. *adde quæ scripsi ad l. si vnquam. §. de reuocandis donationibus.*

h *§. de inoff. donationib.* i Dixi de vsufructus retentione *l.28. sup. eod.*

k *v. princ. huius legis.* l Quid si stipulatio non adiicitur? ideo donatio contractus bonæ fidei non est *l.22. in fin. ff. de donationib.*

m *Nouell.162. cap.1.* Valet igitur donatio nudo pacto, nec in ea requiritur præstatio aut traditio, vt Olim *v. Clar.4. sent. §. donatio. quæst.14.* Consensu perficitur donatio sicut emptio.

n Et actus pereat.

o Donatio actus voluntarius: Traditio verò, ex causa donationis necessarius *v. l.6. §. de obli.* Si ita est, hoc casu dabitur actio etiã ex nudo pacto: *adde l.6. §. de do. promis.*

p Quod in actibus non piis valet, multo mag is in piis valere debet.

præ-

prædictum est, obseruenda: ne in præfatis ||piis|| causis ex quibusdam machinationibus non solùm indeuotus [a], sed etiam impius donator intellligatur, pœnásque non solùm legitimas, sed etiam cælestes expectet: résque donatas in omnibus supradictis casibus non solùm eos, dum supersunt, sed etiam eorum successores [b] reddere compelli: non tantùm his in quos donatio facta est, sed etiam eorum heredibus. Dat.15. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

De insinuatione.

36. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis pro redemptione [c] captiuorum pecunias dederit, siue per cautionē dare promiserit, cuiuscumque [d] quātitatis: cognoscat se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, vtpote gestis (sicut in donationibus) nō subsecutis super insinuatione eiusdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere: nulla ei molestia vel inquietudine inferenda vel ab eo qui pecunias præbuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permissis hoc requirere: sed tantummodo sacramentum præstare, quòd re vera omnem quantitatem sine dolo malo vel aliqua denunciatione ad redemptionē dederit captiuorum. 1 ¶ Simili etiam modo à gestorum absoluimus ordinatione donationes rerum mobilium, vel sese mouentium, quas viri gloriosissimi magistri [e] militum fortissimis prestant militib. tā ex sua substātia, quàm [f] ex spoliis hostium, siue in ipsa bellorum occupatione, siue in quibuscumque locis degere noscuntur. 2 ¶ Eādemq; liberalitatem nostræ legis indulgemus etiam his quorum domus [g] incendio vel ruina corruptæ sunt: quibusdam forte pecunias cuiuscunque quantitatis prebētibus, vel cautionem conficientib. vt & ipsi nec repetitionē timeant, verumetiam exactionem pecuniarum confessioni insertarum facere possint, licet gesta non fuerint subsecuta: nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas nisi ad refectionē domorum erogare. Quòd si aliqua dubitatio orta fuerit, vtrum tota quantitas, an pars eius in ædificiis expensa sit, hæc domini domus sacramento dirimetur. 3 ¶ Cæteris etiam donationib. quæ gestis interuenientibus minime sunt insinuatæ, sine aliqua distinctione vsque ad quingentos † solidos valituris. hoc etenim tantummodo ad augendas huiusmodi donationes addendum esse ex presenti lege decernimus, anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua vsque ad trecentos solidos factæ donationes, & sine insinuatione firmitatem obtinere iussæ sunt. Dat.15. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. 531.

De antiquis verbis reiectis.

37. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

VErba superflua [i], quæ in donationibus poni solebant, scilicet sestertij [k], nummi vnius, assium quatuor penitus esse reiicienda censemus. Quid enim verbis [l] opus est, quæ rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel ||in|| imperialib. donationibus vel in omnibus aliis de cætero fieri. sed & si [m] quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, siue remiserit: nulla differentia sit.

a Indeuotus & impius donator.
b Donationes transeunt ad heredes actiuè vel passiuè.
c *l. 21. ff. soluto. adde 12. q. 2. cap. sacrorum.* Donatio vel promissio pro redēptione captiuorum facta insinuationem non exigit *vt hic: adde l. 19. §. de sacros. Eccles.*
d Donatio omnium bonorum valet facta redimēdis captiuis.
e Quod magister militum donat, non indiget insinuatione.
f Dux belli, vel Capitaneus, vrbe aliqua capta vel hoste deuicto, militibus suis prædæ ac diripienda hostiū spolia donare potest: & ea quidem vi eoq; effectu, vt ne à Principe possit retractari seu reuocari ea donatio: quod adeo verum, vt non modo in ipsa occupatione bellorum, sed in quibuscūque aliis locis fuerint ea donare possint *vt hic.*
g Quod pro refectione domus incēdio vel ruina corrupte donatur, non indiget insinuatione.
h apud compe[illegible] iudicem *l. 32. in fi. sup. eod.*
† Insinuationē hodie non requirit quælibet donatio vsq; ad 500. aureos facta *vt hic: & §. 2. instit. de donat.* nō 300. vt olim *l. 34. §. eo. v.* Clarū *4. sent. §. donatio quæst. 15. 16. 17. 18.* vbi inter cætera tractat, quibus in donationibus requiratur insinuatio. Nouella Leonis 50 remittit insinuationem donationi & iam vltra 500. solidos, si tamē trib. testibus probari possit. cuius etiā constitutionis meminit Harmenopulus *3. titu. 1. in fin.* Quid: donatio ob causam excedens summā 500. aureorum, est ne insinuanda? non requirit necessario insinuationem. *Accurs. in l. Aquilius. ff. eo. Bart. in l. 2. ff. eo.* Idem si donatio remunerandi causa fiat & merita seu seruitia constent obligatoria. *Bartol. in d. l. Aquilius: Bald. in l. illud. §. de sacrosanctis.* Quid: potestne donator renunciare insinuationi? non posse censet Bartolus & Salicet. *in d. illud.* Quid si iurata donatio est? requirit insinuationem: nisi iuramento interposito renunciatum fuerit insinuationi: vt post Ioan. Fabrū 5. Angel. Aretinus, Antonius de Canario Aufrerius notat in decisionibus Capellæ Tholozanæ. *decis. 381.* i *Adde l. 65. ff. de verbor. obligat.* k Contius 1. *disput.* 16. sestertius nummi vnius, assium quatuor *Hal.* sestertio nummo vno, assium quatuor, &c. *Basilic. apud Cuiacium 10. obser. 3.* verba solennia erant donationis quæ fiebat per mancipationem, vt in veteri inscriptione vrbis Romæ, Hoc monumentum L. Tiberius Sabinus se viuo donauit L. Sanio Symphoro, mancipauitque sestertio nummo vno. Vitruuius 1. cap. 4. Nummo sestertio mācipio dedit. In mancipationibus interueniebat sestertius vnus, dicis gratia *l. 4. ff. commodati.* Dixi plura de sestertio nummo ad Ciceronem oratione *pro Roscio Comœdo & pro Rabirio Posthumo.*
l Verborum sine effectu null[9] est vsus.
m *v. l. 17. sup. de testamentis.*

DE DONATIONIBVS, QVÆ [n] sub modo [o], vel conditione [p] vel certo tempore [q] conficiuntur.

Tit. LV.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Gamicæ.

SI doceas (vt affirmas) nepti tuę ea lege donatum à te, vt [r] certa tibi alimenta præberet [s]: vindicationem etiam ||in hoc|| casu vtilem, eo quòd legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes, id est, actionem qua dominium [t] pristinum tibi restituatur. Nam ||non solum|| cōdictio quidem tibi in hoc casu, id est, in personam actio iure procedit, verumetiam vindicationem quoque diui principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. PP. 6. Kal. Decemb. Tusco & Basso Conss. 259.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Zenoni.

SI rerum tuarum proprietatē ||dono|| dedisti, ita vt [u] post mortem eius qui accepit, ad te [x] rediret [y], donatio valet: cum etiam ad tēpus certum [z] vel incertum ea fieri potest, lege scilicet quæ ei imposita est, conseruanda. PP. 5. Id. Martias Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

Ex pacto celebrato inter donantem & donatarium, acquiritur vtilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

QVoties donatio ita conficitur, vt post [a] tempus id quod donatum est, alij [b] restituatur: veteris iuris auctoritate rescriptum est, si is in quem liberalitatis compēdium conferebatur [c], stipulatus non sit: placiti fide nō impleta, ei qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus eius cōdictitiæ actionis persecutionem cōpetere. Sed cùm postea benigna [d] iuris interpretatione diui principes ei qui stipulatus non sit vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiserint: actio quæ sorori tuæ si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. P.P. 11. Kal. Octob. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

4. Iidem AA. & CC. Idæ.

PErfecta donatio conditiones postea [e] non capit. Quare si pater tuus donatione facta quosdam post aliquantulum temporis fecisse conditiones videatur: officere hoc nepotibus eius fratris tui filiis miuimè posse non dubium est. Dat. Kal. Octob. Tiberiano & Dione Conss. 291.

5. Iidem AA. & CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ suæ in potestate patris constitutæ sub hac conditione [f], si fuerit intra biennium emancipata [g], donauerit: licèt hoc matris voluntate sui iuris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto, sui iuris quocunque modo effecta, ad similitudinem [h] legati ita relicti, rem donatam firmiter habere vel vindicare potest. S. Id. Decembr. Nicomediæ, CC. Coss.

DE REVOCANDIS [i] donationibus.

Tit. LVI.

De donatione in libertum collata.

1. Imp. *Philippus* A. Cosmino.

ETsi perfectis donationibus in possessionem inductis libertus [k], quantolibet tempore ea quę sibi donata sunt, pleno iure vt dominus possederit: tamen si ingratus [l] sit, omnis donatio mutata patronorum voluntate reuocanda est. Quod obseruabitur & circa ea quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum prouocauerunt, nō sunt digni quo eam retineant, cum cœperint obsequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obsequiū || eos|| inclinare deberet, quàm ad insolentiam erigere. Hoc tamen ius stabit inter ipsos tantùm [m], qui liberalitatem dederint: cæterùm, neque filij eorum, neque successores ad hoc beneficium pertinebunt. Neque enim fas est vllo modo inquietari donationes, ||quas|| is qui donauerat, in diem vitę suæ non retractauit. Dat. 15. Kal. Iul. Aemiliano & Aquilino Coss. 250.

De instrumentis exustis.

2. Imp. *Probus* A. Felici.

SI apud prouinciæ præsidem auiam filiæ tuę quasi pœnitentia ductam subtracta instrumenta donationum igne exussisse [n] constiterit: vereri te non oportet, ne id quod iure vires acceperat, ex postfacto possit in dubium reuocari. PP. 3. Non. Maij, Sirmij, Probo A. & Paulino Coss. 278.

Si mater filiis donauerit.

3. Impp. *Carinus & Numerianus* Ianuario & Felicio.

POssessionem, quam in vos emancipatos per donationē mater contulit, ex pœnitentia [o] sola alienare nō potuit.

n *v. Clar. 4. §. donatio. quæst. 2.*
o *De qua v. l. 1. §. eod.*
p *De qua v. l. 4. l. 5. §. eod.*
q *l. 2. l. 3. l. 5. §. eo.*
r Donatum sub modo, *si modo non satisfit*, condici, vindicarique potest.
s *l. 5. l. 6. in fi. ff. de donat. int. vir.*
t Dominium interdum nanciscimur sine possessione.
u *leg. 42. ff. de mort. causa.*
x Potest etiam ita conueniri, vt ad alium redeat *l. 3. §. eod.*
y Proprietas sc. rei donatæ.
z Donatio potest fieri ad tēpus certum vel incertum.
a De donatione ex certo tēpore.
b Puta Titio. potest etiam conueniri, vt ad donatorem reuertatur proprietas præmortuo donatario *vt l. 2. supra eodem.*
c *l. 37. §. 3. in fin. ff. de legat. 3.*
d Speciale est in contractu donationum, vt alteri per alterum quæratur actio.
e Conditiones initio donationis imponūtur. *l. 9. l. 22. in fi. l. 25. §. titul. proximo:* at non perfectæ iam donationi. Perfecta iā donatio conditiones non capit, inuito donatario.
f De donatione conditionali.
g Coditioni emancipationis satisfit, quouis emancipationis genere *vide lege tertia §. de institut.*

h Res donata ad similitudinem legati vindicatur.
i *8. C. Theod. 6. 8. Harmen. 2. 47. Eclog. 2. adde Clarum 4. sent. §. donatio quæst. 21.*
k Donatum liberto propter ingratitudinem reuocari potest.
l Donatori datur actio ingrati.
m Actio ingrati heredi & in heredem non datur.
n Qui donationis instrumentum exurit, videtur factam donationem reuocare. quæritur tamen an inuito donatario citra causam legitimam reuocari possit? nō potest. *facit l. 3. §. eod. l. 39. §. de trans.*
o *l. 2. supr. eodem.*

a Inuito ſc. donatario, & ſine cauſa legitima. b Confiteri in,&c. *Cuiac.19. obſ.37.* c Donatori non licet turpitudinem ſuam proferre, vt eo prætextu factam donationem reuocet *l.2.inf.l.3.ſupr.eo.l.3.D. de vſucap. pro donato.§.2.inſtit. de donat.facit l.30.ſ.de tranſact.l.4.ſ.quæ in fraud.* d *47.Ecl.2.c.4.l.12.ſ. de rei vindic.l.3.ſ.de reſc.l.9.ſup.de dona.ante nup.l.4.ſup.de emancip.* e *v.l.5.ſ.de obligatio.l.35.inf.ſ. de donationib.*

f Etiam abſente marito & aliis liberis, vni liberorũ mater donare poteſt. Huiuſmodi perſonarum abſentia donationem nõ vitiat. An abſentia aduocati vitiet ſententiam *v.l.4.ſ.de poſtul.* g *47.Ecl.2.c.5.l.3.C.Theod.eod.in f.* Mater quæ iterum nupſit, ab ingratis liberis donationem nõ reuocat *vt hic:* niſi tribus caſibus *Auth. prox.* Quod dictũ eſt de ſecundo nubente, ad eá quę inhoneſtè viuit extenditur.
h Actio ingrati, perſonalis. i. heredi aut in heredem non datur.
i i. vindictæ, vltionis. hac enim actione mater ſuam iniuriam poti⁹ vlciſcitur, quàm rem perſequitur. Huic actioni ſimilis eſt iniuriarum, *l.10.§.2.ff.ſi quis cautionib. le.2.§.4.ff. de collationibus:* & de moribus actio *l.vlt. Co. Theod. de inceſtis nuptiis: adde Cuiac. 4. obſ. 19.*
k Imò heredi tribuitur *l.3.ſup. de condict. ob cauſam.*
l Mater abiectę pudicitię nõ reuocat donationem à filio ingrato *vt hic:* niſi tribus caſibus.
m id eſt, inhoneſte viuentib.
n eſt enim minus ſecũdas cõtrahere nuptias, quàm viuere inhoneſtè *vt hic.* Imò ſecundæ nuptię honeſtę.

PP. 2. Id. Ianuar. Carino II. & Numeriano AA. Coſſ. 284.

De donatione in fraudem facta.

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Proculæ.

CVm [a] profitearis in [b] fraudem te alterius donaſſe: profeſſionem inhoneſtam continere intelligis. Itaque ſi donationem perfeciſti: eam reuocare [c] non potes ex memorata allegatione, ſub obtentu pœnitentię. PP. Kal. April. Heracliæ, AA. Coſſ.

De reſcriptis.

5. Iidem AA. & CC. Epagato.

SI donationem ritè feciſti, hanc auctoritate [d] reſcripti noſtri reſcindi non oportet. S. 5. Kalend. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

Si mater filio donauerit.

6. Iidem AA. & CC. Herenniæ.

VElles necne filio tuo prædia itemq; mancipia donare, fuit in initio tibi liberum [e]. Deſine itaq; poſtulare, vt donatio, quã perfeceras, reuocetur prætextu [f] mariti & liberorum abſentiæ: cùm huius firmitas ipſorum præſentia non indigeat. S. 5. Kal. Octob. Viminacij, CC. Coſſ.

7. Impp. *Conſtantinus & Conſtantius* AA. ad Philippum.

HIs ſolis matribus, quæ non in ſecundi [g] matrimonij fœdus nupſerint, ſed vnius tantùm matrimonij ſunt, reuocandarum donationum quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, ſi eos ingratos circa ſe eſſe oſtenderint. Quicquid igitur is qui à matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet: eo die quo controuerſię qualecunque principium iuſſu iudicantis datur, matri cogatur reddere. Cæterùm ea quæ adhuc matre pacifica iure perfecta ſunt, & ante inchoatum cœptumque iurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæteriſq; cauſis legitimè alienata: minimè reuocamus. Actionem verò matris ita perſonalem [h] eſſe volumus, vt vindicationis [i] tantùm habeat effectum: nec in heredem detur, nec tribuatur heredi [k], de cæteris autem quæ portentoſæ vilitatis abiectæque [l] pudicitiæ ſunt, ſatis etiam tacite cautum putamus. Quis eſt enim qui his [m] aliquid arbitretur tribuendũ eſſe: cum [n] etiam illis quæ iure ſecundas tantùm contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegiis tributum eſſe velimus? Dat. 12. Kal. Octob. Limenio & Catulino Coſſ. 349.

In authen. de nupt. §. & mater tamen col. 4. tit. 1. no. 22. c. 35.

QVod mater filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, poſtquam tranſit ad ſecundas nuptias, niſi† ex tribus cauſis. Prima, ſi vitæ eius inſidiatur. Item ſi manus impias in eam intulerit. Tertia, ſi totius ſubſtantiæ molitus eſt iacturam.

† Nota exceptiones legis 7.ſ.*eod.* o *l.2.C.Theod.eodem: 3.Harmenop.2.in princ. 47. Eclog.2.c.8. vide Tiraquellum & Ripam in hanc legem: Cuiac.20.obſ.5 Clar.4 ſent.§.donatio.quæſt.22.& ſequentibus.* p Quid ſi vni filiorum parens omnia donauit? huic conſtitutioni locus non eſt: ſed legi 2.5 *ſupr.de inoffic.donat.* cùm donatio, ſuperiore caſu, in ſolidum non reuocetur, ſed fini legitimæ *Clarus dicto loco.verſic.ſecundo.* Quid ſi eccleſiæ? idem dicendum. hinc illud Auguſtini *c.vlt.17.quæſt.4.* Si quis Eccleſiam heredem inſtituat, filio exheredato, alium qui ſuſcipiat quàm Auguſtinum quærat. Quid ſi vxori, & ex eo matrimonio pater liberos ſuſceperit? Idem dicendum videtur, etiamſi in donatione veriſimilem ſuſcipiendorum liberorum habuerit opinionem. q Sed & quiuis alius præter patronum. quia in omnibus ratio huius legis valet, poſita in pietatis coniectura. quia nemo veriſimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis ſuſcipiendis cogitat *l.6.§.1.ſup.de inſtit.l.102.in f.ff.de condit.& demonſt.* Quod ſi valet in omnibus, idem ius in omnibus ſtatuendum *v. Clar.d.loco.* r Quid ſi cùm donaret, liberos habuit? non poteſt, prætextu aliorum qui poſtea nati ſunt, donationem reuocare vllo modo. Quid eius liberi? poſſunt, ſiue ante ſiue poſt donationem nati: non tamen ſolidam, vt inutilem, ſed vt immodicam & inofficioſam pro modo legitimæ portionis *l.2.in f.l.5.ſup.de inoff.donat.l.87.§.3.D.de legat.2.dixi ad Nouell.92.* ſ Donatio omnium bonorum, eſtne valida. vt omnia bona donãdo quis teneatur? in genere nõ valet *l.15.de pactis.* Quid: donaſſe omnia bona nũ is intelligitur, qui omnia mobilia & immobilia ſua donauit? non cenſetur: eſt enim tertium genus bonorũ, quod neque mobile ſit, neque immobile per ſe: vt ſunt iura & actiones, de quibus donator in hac ſpecie teſtari poterit. Idem eſſe exiſtimatur, ſi quis omnia bona ſua pręſentia & futura vbicumq; ſita fuerint, donauerit: Nã iura & actiones hac donatione quoque excipi videtur, cùm incorporalia ſint, neque loco contineantur. Idem quoque ſi quis reſeruato, hoc eſt, excepto vſufructu donauerit omnia ſua bona: huiuſmodi enim donatio impropriè bonorum omnium eſt. Quid ſi quis Eccleſiæ omnia bona donauerit? valet donatio *l. iubemus ſup.de ſacroſ. Eccleſ.* Quid, ſi vxori vel filio in poteſtate donauerit, & morte cõfirmata fuerit huiuſmodi donatio? Vim & poteſtatem vltimæ voluntatis obtinet ea donatio: vt etiã Falcidię obnoxia ſit *l.donatio.ſup.ad l.falcid.* Quid ſi non expreſſè omnia bona præſentia & futura, ſed ſummam ſeu quantitatem, vires patrimonij excedentem donauerit? ſuſtinetur ea donatio, propter ſpem lucri *l.vlt.§.deſinit.ff.arbitr. tutelæ: Socinus regula 109.* t Habet itaque locum hæc conſtitutio nõ tantum donatis omnibus bonis, ſed eorũ parte aliqua Aliqua, inquam, etiã infra dimidiam: & in donatione particulari, magnæ tamen æſtimationis *Clarus ex communi opinione d.loco quæſt.22.verſ.quarto.* u Inter viuos: multo facilius donatione cauſa mortis, quę pœnitẽtia reuocari poteſt, etiam non ſuſceptis liberis. Quid in donatione remunerandi cauſa? Cuiacius *dicto loco poſt Vallam,* ne eam quidem excipit. Clarus ex communi opinione *d.loco quæſt.23.verſic.quæro.* non tolerat huiuſmodi donationem in eo quod excedit iuſtam æſtimationem remunerandi. Alij hanc legem ad remuneratione pertinere non putant *v.Cuiac.17.obſ.33.* x Quid ſi legitimauerit? idem dicendum. nam legitimatus nõ differt à legitimo *Nouel.89.c.3.* niſi ante donationẽ à patre factam qui legitimatus eſt, natus fuit: vide communẽ opinionẽ apud Clarũ *dicto loco quæſt.23.verſi.ſed quæro. verſic. ſed quid.*
y Ex legitimo matrimonio ſcilicet. quid ſi naturales tantũ ſuſcipiat? puto ſaltẽ à donatario alẽdos, argumento eorum quæ dixi ad *Noue.89.c.15.*
z Ipſo iure, ita vt nullius hominis miniſterio ſit opus, *Communis opinio apud Clarum dicto loco quæſt. 23. verſic. præterea quæro.* Quid ſi ſuſcepti poſt donationẽ liberi moriũtur? conualeſcit donatio, niſi donator tacitè vel expreſſè donationem reuocauerit, *communis opinio aduerſus Bart. apud Clarũ d.loco q. 23. verſ. penult.*
a An & heredũ? finge donatorẽ condictionem neglexiſſe? dabitur etiam eius heredib. benigna interpretatione legis *3.ver. ſed ne ſup.de don. quæ ſub modo.* vt mirum ſit contrariam opinionem defendi à Claro *d. loco quæſt.23.in fin.* Quid ſi parẽs generaliter renunciauit reuocationi donationis? renunciatio heredib. nõ nocebit, *Communis opinio apud Clarum d. loco.q.22. verſ.3.infertur.*

Si patronus liberto donauerit.

8. Iidem AA. ad Orphitum præfectum prætorio.

SI [o] vnquam libertis [p] patronus [q] filios non [r] habens bona [ſ] omnia vel partem [t] aliquam facultatum fuerit donatione [u] largitus, & poſtea ſuſceperit [x] liberos [y]: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur [z] in eiuſdem [a] donatoris arbitrio ac ditione [b] manſurum [c]. Dat. 5. Kal. April Arbitione & Lolliano Coſſ. 355.

Si parentes liberis donauerint.

9. Impp. *Theodoſ. & Valentin.* AA. ad ſenatum poſt alia.

DOnationes [d] circa filium filiámve, nepotẽ neptémve, vel pronepotem proneptémve emancipatos [e] celebratas, pater, vel auus, vel proauus reuocare non poterit, niſi edoctis manifeſtiſſimis [f] cauſis, quibus eam perſonam, in quam collata donatio eſt, contra ipſam venire pietatem, & ex cauſis quæ legibus continentur, fuiſſe conſtabit ingratam [g]. Dat. 5. Id. Nou. Rauennæ, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Coſſ. 430.

Qui, & quibus ex cauſis donationem reuocare poſſunt.

10. Imp. *Iuſtinianus* A Iuliano præfecto prætorio.

GEneraliter ſancimus, omnes donationes lege confectas, firmas illibatáſque manere, ſi [h] non donationis acceptor ingratus [i] circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias [k] atroces in eum effundat, vel [l] manus impias inferat, vel [m] iacturæ molem ex inſidiis ſuis ingerat, quæ non leuem ſenſum ſubſtantiæ donatoris imponat, vel [n] vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel [o] quaſdam conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſitas, ſiue ſine ſcriptis habitas, quas donationis acceptor ſpopondit, minimè implere voluerit. Ex his enim tantummodo cauſis, ſi fuerint in iudicium dilucidis [p] argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus: ne ſit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem [q] irridere donatoris, & ipſum iterum donatorem ſuáſque res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Hoc tamen vſque ad primas [r] perſonas tantummodo ſtare cenſemus, nulla licentia concedenda donatoris ſucceſſoribus [ſ] huiuſmodi querimoniarum primordium inſtituere. Etenim ſi ipſe qui hoc paſſus eſt, tacuerit: ſilentium eius maneat ſemper: & non à poſteritate eius ſuſcitari concedatur vel aduer-

Quid ſi ſciens ſpecialiter renunciauit beneficio huius conſtitutionis? putant à maiore 25. annis renunciari poſſe, non à minore *Cla.d. loco.* quod vix puto verũ eſſe: magnus enim eſt liberorum fauor. Quid ſi parens ſpecialiter iuramẽto interpoſito renunciauit huius legis priuilegio? non impeditur reuocatio: vide doctores apud Mynſingerum *5.obſ.63.64.* quod Tiraquellus hac lege *num.95.96.100.108.* non probat: niſi quatuor caſibus. *adde Zoanetum 47. rerum quotidianarum nu.5.* Probo Mynſingeri opinionem idq; eò magis quòd iuramentum huiuſmodi, naturam legis impugnet *v.l.7.ff.de bon.damnat.* ideoque bonis morib. contrariũ *arg.l.6.ſup. de pactis.* & illicitum eſſe debeat *l.5.§.5.ff.de iureiurando.* Quinetiam, ſi non valet eiuſmodi iuſiurandum in fraudem creditorum *l.9 §.5.de tit.* in liberorum fraudem non valere meritò dicendum videtur, quibus bona parentum lege naturæ debentur. Quid, ſuperioribus caſibus, num in ſolidum ab heredibus reuocatur? non in ſolidum, ſed pro modo Falcidiæ, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato *vide Cuiac. d.loco.* b Conditione *l.2.Cod.Theod.eodem.* c Cur ita? de liberis non cogitat, qui ita donat, donans eo modo, non præſumitur de liberis cogitaſſe *vide Mynſing.5. obſer.64.* Nemo extraneos ſucceſſores ſuis anteponere intelligitur *l. 6.§.1.ſup.de inſt.l.102. in fi. D.de cond.& dem.* d *l.4.Co.Theod.eodem.* e Emancipationis tempore deliberatam pater, &c. *d.l.4.* f Donationes in emancipatos liberos collatæ non reuocantur, niſi legitimis de cauſis *l.vlt. verſi.ex hu.j.eodem.* g Adde quæ ſequuntur ex *d.l.4.* quas tamen cauſas in cognitione diſcuti oportebit, & veſtro (alij legunt noſtro) admitti iudicio, cùm hoc inter patres (lege partes) competentes viſum fuerit cognitori: aliàs, non iubemus audiri patris querelas. h Quinque ex cauſis donatio reuocari poteſt *vt hic: adde §.2.verſi.ſciendum inſt.de donat.4.Ecl.2.c.10.3.Harmenopul.2. in fin.*
i Ingratitudinis cauſa donatio reuocari poteſt *vt hic.* Quid ſi remuneratoria donatio fuit? etiam ob ingratitudinem reuocari non poteſt. *l.ege ſi pater.§.1.in verbo irreuocabilis.ff.de donationibus.* k Prima cauſa. Græci ita legunt ἐὰν σφοδρῶς ὑβρίζῃ *Eclog.d.loco:* ἢ αἰσχραῖς κατὰ τοῦ χρησαμένου ὕβρεσιν. *Harmenop, d.loco.*
l Secunda cauſa, χεῖρας ἀδίκως *Harmenop.d.loco.* m Tertia cauſa. Græci ita legunt ἢ ζημίαν μεγίστην *Eclo.d.loco.* Propius verò accedit huic loco Harmeno. hoc modo ἢ ζημίαν μεγίστην περιβαλεῖ ἐξ οἰκείας ἐπιβουλῆς. n Quarta cauſa. ἢ εἰς (Harmenopulus legit περὶ) τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύσῃ *Eclo.d. loco.* o Quinta cauſa.
p *l.9.in fin.ſ.eodem.* q Fragilitatem *Haloand.*
r *Eclog.d.loco in fin.* donatoris ſcilicet. Ideoque, donatio à patre non reuocatur propter ingratitudinem eius filiæ.
ſ Actio reuocatoria ob ingratitudinem, non datur heredi *vt hic:* vel in heredem *in fin.j.eodem.adde l.1.l.7.ſupr.eodem.*

ſus

sus eum qui ingratus esse dicitur, vel aduersus eius successores [a]. Datum 15.Kal.April. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.530.

DE DONATIONIBVS CAVsa mortis [b].

Tit. LVII.

In donatione causa mortis, potest per fideicommissum substitui.

1. Imp. *Alexand.* A. Daphnæ.

SI donatione continеatur, vt altero defuncto, ad [c] alterum portio eorum quæ donabantur, pertineret: existente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. PP.4.Kal. Oct. Maximo II.& Æliano Coss.224.

2. Imp. *Gordianus* A. Zoilo.

INtestato mortua quondam nuru tua, neptis tua, quæ ex ea filioque tuo quæsita est, quandoque potest ad eius venire successionem: nec tamen ea post mortem filij tui, ex quo quæsierat filiam, alij nuptui se collocando, dotem dãs prohibeatur quam velit conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in causam mortis suę eam||dotem||eundem fratrem suum stipulari passa est: cùm diui Seueri constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cætero patrimonio quantum Falcidia [d] iubet, heres non habet, prouisum sit: is qui nurui tuæ heres extiterit, eius constitutionis beneficium non prohibetur postulare. PP.10.Kal. Feb. Gordiano A.& Auiola Coss.240.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Heredi.

NEc fratris [e] sui mortis causa rectè factam donationem sorori rescindere licet. S.3.Kalend.Ianuar. Sirmij, AA. Coss.

4. Imp. *Iustinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm de mortis causa donatione dubitabatur, & alij quidem inter vltimas voluntates eam posuerunt, & legatis [f] aggregandam esse censerunt, alij autem inter donationes quæ inter viuos consistunt, eam posuerunt: dubietate eorum explosa, sancimus omnes mortis causa donationes, siue iuxta mortẽ facientis fuerint celebratæ, siue longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minimè † indigere: neque expectare publicarum personarum præsentiam, & ea quæ super huiusmodi monumentis solent adhiberi: sed ita res procedat, vt si quinq; [g] testibus præsentibus, vel in scriptis, vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis [h] causa donationem facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc quòd gesta non accesserunt, inefficax esse atque inutilis videatur: & omnes [i] effectus sortiatur, quos vltimæ habent liberalitates: neque ex quacunque parte absimilis ||eis|| intelligatur. Dat.Kal.Septemb. Constantin. Lampadio & Oreste VV.CC. Conss. 530.

DE [k] INFIRMANDIS POENIS cœlibatus [l], orbitatis [m] & ||de|| decimariis [n] sublatis †.

Tit. LVIII.

1. Imppp. *Constantinus, Constantius, & Constans.* AAA. ad populum.

QVi iure veteri cœlibes [o] habebantur, imminentibus legũ [p] terroribus liberentur: atq; ita viuant, ac si numero maritorum matrimonij fœdere fulcirentur. Sitq; omnibus æqua conditio capessendi quod quisque mereatur. Nec verò quisquã orbus [q] habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas existimamus, earúmq; ceruicibus imposita iuris imperia, velut quædam iuga, soluimus promiscuè omnibus. Dat.Prid.Kal.Apr.Romæ, Cõstantio II.& Constante AA. Conss. 339.

2. Impp. *Honorius & Theod.* AA. Isidoro. præfecto vrbi.

INter virum [r] & vxorem rationem cessare ex legę Papia decimarum [s]: & quamuis † non interueniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi fortè lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantũ igitur posthac maritus vel vxor sibi inuicem derelinquat, quantũ superstitis amor exegerit. Dat.PP.Non. Sept. Varana Cos.

DE [t] IVRE [u] LIBERORVM †.

Tit. LIX.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Isidoro præfecto vrbi.

NEMO posthac à nobis ius [x] liberorum petat: quod simul hac lege omnibus concedimus. Datum PP. Nonas Septembris Varana Consule.

Mater succedit filio per Tertullianum. Bald.

2. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfect. præt.

ILlam iniuriam quæ contra matrem defuncti vel defunctę pręteritis fiebat temporibus, pro iustitię ratione amputamus, & legitima iura quæ ex Tertulliano senatusconsulto [y] ei præstantur, omnimodo eam habere sancimus: licet tres [z] liberos ingenua, vel libertina quatuor minimè pepererit. Dat.Kal.Iun. Constant. Ipso A. II. Cos.394.

a De heredibus ingrati. hinc colligunt, Pœnam non declaratam aduersus auctorem, contra eius heredem non posse declarari. *vide Gabrielium 7.conclu.35.*

b *Dixi ad 39.D.6.§.1.Insti.de donationibus: Nouel.*87.47.*Ecclog.*3.3.*Harmenopul.* 1. *Paul.3.sent.*70.*Clar.*4.*sentent.§.donatio quæst.*4.6.7.*Grass.in lib. senten.§.donatio mortis caus.* Donatio causa mortis, donatio veluti fiduciaria.

c In donatione causa mortis, pôt per fideicõmissum substitui. Fideicommissum relinqui potest instrumento donationis *v. Cuia.* 20.*obs.*1.dic melius, etiam per fideicõmissum reuocari donatioñe causa mortis.

d Vt in legatis & fideicommissis: ita & in donatione causa mortis, Falcidia locũ habet. *adde Cuiac. 20. obs.6. adde l.6. l. penu. š. ad leg. Falc. l. 66.in f.l.93. ff. ad leg. Falc.l.1.§.5. ff. quod legator.* An & in mortis causa capione? *v. Ripensem ad l. 1.ff. quod legat. fol.71.num.123.*

e Ne dicas cum interpretib. cõmuniter id innui, Etiam ex causa alienæ mortis, mortis causa donari posse, *vt l.11.18.ff.eo.* dic potius cum Cuiacio 20. *obs.* 6. Donationem mortis causa in extraneum collatam à cognatis donatoris reuocari non posse: idque de donatione inter viuos etiam constituitur *l.39. š. de donationibus.*

f *l.15.37.ff.eo.§.1.vers.hæ mortis, instit. de donat.l.2.ff. de publiciana:* Nouel.87. *adde quæ scripsi ad l.1.& l.15. in fin. ff.eod.* v. in hunc locum Cuiaciũ 10. *obser.18.* vbi probat donationes causa mortis capi ad exẽplum legatorũ.

† Donatio causa mortis, cuiuscũque sit summæ & quantitatis, insinuatione nõ eget. olim indigebat *l. 25. š. de donationib.* non ita in simplici inter viuos donatione summam 500. aureorum excedente *l.vlt.š.de donat.*

g Donatio mortis causa quinque testibus præsentibus perfici debet, tanquam vltima voluntas. Donatio inter viuos (quibus casibus nõ indiget insinuatione) scripto contenta est à donatore subscripto, nec requirit vllos testes *l.31.sup.de donat.*

h *d.vers. hæ mortis: l.2.D.de publiciana.l.87.ff.de legat.3.* si ita est, ex donatione causa mortis dominium transfertur sine traditione.

i Quibus non erat potestas accipiendi ex aliorum testamento, iisdem nec ex mortis causa donatione *l.35.ff.de mort.caus.donat.* vt non ita malè hic titulus superiori cohereat.

k *l.1.in pr.j̃.eod.*

l Cœlebs: lege Iulia & Papia ex aliorum testamentis quidquam capere non poterat, nisi post mortem testatoris intra 100.diem matrimonium contraheret, præterquam ex testamento cognati ad sextum vsque gradum. hinc illa lex instituendi in tempus capiendæ hereditatis *l.62.ff.de heredib.instit. dixi ad Vlp. tit.*13.*de cœlibe orbo & solitario patre.*

m *l.1.vers.nec verò quisque orbus.j̃.eod.* Orbi liberis, semisse relicti testamento multabantur: semis cedebat fisco: & breuiter, orbus partem tantum relicti capiebat *l.42.ff.de leg.2.* non solidum *l.6. D. de vulga.l.16.§.15.ff.ad Trebell.l.13.in f.ff.de iure fisci.* hinc illæ instituẽdi leges in tempus capiendæ hereditatis: *l.62. D.de heredib.inst.* ex parte quam quis per legem capere potest. *l.78.ff.de heredib.instit.*

n Virum & vxorem intelligit qui inter se matrimonij nomine decimam capere possunt iure veteri certis de causis *l. 2.j̃.eod.dixi ad Vlp.15.tit.de decimis §.1.l.1.ff.de auro.* interdũ solidum *Vl.16.§.1.* interdum nihil *Vlp. ibid.§.2.3.*

† Hodie cœlibes, orbi, vir & vxor inter se solidi capiendi sunt capaces.

o De cœlibe.

p Legem Iuliam & Papiam intelligit *v.l.11.D.de vulgari.*

q De orbo.

r De viro & vxore seu decimariis.

† Olim solidum tantum capiebant, si vnum filium superstitem habuissent, vel si eum puberem amisissent *v. Vlp.16.§.1.adde tit. proxim.j̃.*

s Decimam vir & vxor inter se matrimonij nomine seu ob honorem matrimonij capiebant, *Vlpianus de decimis 15.§.1.l.18.ff.de auro. l.6. ff.de vulgari.l.42.ff.de legat.2.* Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeãt, præter decimã illam quam matrimonij nomine capiebant, totidem decimas pro numero liberorum accipiebant. Ad hęc, communis filius, filiaue post nonum diem (Nominalia, seu Nominaliorum dies is erat: qui & lustricus, quo infantes lustrabãt & eis imponebant nomina *Tertull. libro de Idololatria: Macrob.1. Saturnal.* 16. *Festus in voce Lustrici dies*) vnã decimam adiiciebat: duo autẽ post nonum diẽ amissi, duas decimas adiiciebant. Præter decimam etiam, vsumfructũ tertiæ partis bonorum eius capere poterãt, & quotcunque vel quãdoq; liberos habuissent, eiusdem partis proprietatem *Vlp. d.loco: adde l.25. D. de condit. & demonst. & quæ scripsi ad l. 4. š. quando dies legati.* Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem poterat legatam sibi. *Vlp.ibid.*

t Vir & vxor, veteri iure inter se decimas tantum interdum capiebant *l. vlt. š.Titul.prox.* interdum solidũ, interdum nihil. *Vlp.Titu.de solidi capacitate inter virũ & vxorẽ.* Solidum capiebant, si alteruter eorum nõdum eius ætatis erat quę liberos exigebat (hoc est si vir minor 25. vxor 20. annorum minor) vel si vtriq; lege Papia finitos in matrimonio annos excessissent (hoc est si vir 60: vxor 50.) Item si cognati inter se coiissent vsq; ad 6.gradũ. Item si vir abesset & donec abest, & intra annum postquã abesse desiisset, libera inter virum & vxorem erat testamenti factio. Præterea, solidum capiebant si ius liberorum à principe impetrassent: aut si filium filiamue communem habebant: 14. annis filium vel 12.filiam amisissent: vel si duos trimos, vel tres post nonum diem amisissent, vt intra annum tamen & sex menses. Etiam vnus cuiusque ætatis impubes amissus solidi capiendi ius præstabat. Item si post mortem viri intra decem menses vxor ex eo peperisset *Vlp.d.titulo.*

u Ius liberorum, erat coniugum sine liberis inuicem loco pignorum, hereditatis alternę conscriptio. *5.Isidor.24.l.9.C.Theod. de infirmandis his quæ sub tyrannis.*

† Vir & vxor olim poterant inter se solidum capere, si ius tot liberorũ, quot sufficiebant obtinendæ capacitati assis, à principe impetrassent *Vlpianus Titul.16.§. 1. versi. si ius liberorum.* Proderat etiam hæc matri impetratio, vt filiis ab intestato succederet *v.l.2.j̃.eodem.* Hodie ius liberorum etiam non petentibus concessum *leg. 2.j̃.eodem.*

x Ius liberorum hodie omnibus concessum.

y Matres succedunt liberis ex Sc.Tertulliano. Olim non passim, nisi tres liberos ingenua peperisset, vel libertina quatuor *.j̃.eod.* nisi ius liberorũ à principe impetrasset. Hodie ius liberorum matribus hac lege datur. *Nouel.78.c.5.v. Paul.4.sent.9.§. vlt. l.7.Cod.Theodos.de legitim.hered.l.8.C.Theod.de bonor.poss.l.9.C.Theod.de infirman.his quæ sub.tyr. Nouella Valentini de testamentis.*

z *Paul.d.loco.§.4.inst.de Sc.Tertul.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

repetitæ prælectionis,

LIBER NONVS.

DE HIS QVI ACCVSARE[a] *NON POSSVNT.*

TITVLVS PRIMVS.

De mutuis accuſationibus.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Auguſti Syluano.

PRIVS eſt, vt criminib. quæ tibi vt grauiora [b] ab aduerſario tuo obiiciuntur, cędis atque vulnerum reſpondeas: & tunc ex euẽtu cauſæ iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior [c] inſcriptionem [d] depoſuiſti. PP. V Id. Martij, Tertullo & Clemente Coſſ. 196.

De tutore & curatore.

2. Imp. *Ant.* A. Ingenuo.

SI cautiones, quibus Secundinus ſolutam Eugenio pecuniam probare ſe dicit, tutores [e] vel curatores tui ſuſpectas vt falſas habent: proprio [f] nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falſi ſubſcribere. Nec enim facilè vel tutores vel curatores, qui ex officio, periculo||ſuo|| res pupillorum vel adoleſcentium adminiſtrant, ſententia notantur, niſi euidens eorum calumnia [g] iudicanti apparebit. PP. 12. Kal. Octob. Antonino A. & Geta Conſſ. 206.

De ratione accuſationis inſtituenda.

3. Imperator *Alexander* A. Rufo.

QVi crimen publicum inſtituere properant, non aliter ad hoc admittatur, niſi prius † inſcriptionũ pagina† præceſſerit, & fideiuſſor† de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin verò poſt ſatiſdationem præſentes non fuerint, || edicto|| admonendi ſunt, vt [h] veniant ad cauſam agendam, & ſi non adfuerint, non ſolum extra [i] ordinem æſtimatione iudicis puniendi ſunt, ſed etiam ſumptus † quos in eam rem, & circa ipſum iter [k] ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. 3. Non. Februar. Alexandro A. Coſ. 223.

De fœminis.

4. Idem A. Dionyſio.

VXor [l] tua, ſi conſobrini ſui necem vindicandam exiſtimat, adeat præſidem prouinciæ. PP. 16. Kal. Iul. Alexandro A. Coſ. 223.

Accuſatio falſi exiſtentib. tutoribus vel curatoribus non pertinet ad matrem. Bald.

5. Idem A. Marcellinæ.

SEnatuſconſulto permiſſum non eſt mulieri legis Corneliæ crimine reũ facere, niſi res ad eam [m] pertineat. Cùm igitur filij tui tutores [n] vel curatores habeant: ipſi deliberare debent, an inſtrumenta ex quibus aduerſarium filiorũ tuorum obtinuiſſe dicis, falſa eſſe accuſare debeant. PP. Kal. Octobr. Alexandro A. Coſ. 223.

De accuſatione relicta.

6. Idem A. Probo.

ACcuſationem, à qua diſcedere [o] te profeſſus es, repetere nõ debes. PP. V. Non. Maij, Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

De mora accuſatoris.

7. Idem A. Felici.

SI ea, quæ crimen intendit, cognitionẽ moratur: certa [p] perferẽdæ accuſationis tempora iudex cõpetens præſtet: intra quæ ſi agere ſuperſederit, renunciaſſe [q] cauſæ intelligitur. PP. 15. Kalend. Septembr. Agricola & Clemente Coſſ. 231.

De militibus.

8. Imp. *Gordianus* A. Caio militi.

NOn prohibentur milites [r] accuſationem, quæ publici iudicij inſtar obtineat, intendere, ſi † ſuam ſuorumq; iniuriam exequãtur. Ideoq; conſobrini tui necẽ defendere tibi permittimus. PP. 17. Kalend. Auguſt. Pio & Pontiano Coſ. 239.

De fœminis.

9. Idem A. Seueriæ.

NOn ignorat competens iudex, eam [s] quæ vltionẽ & mortem filij perſequi allegat, non temerè ad accuſationem eſſe admittendam, niſi prius matrem ſe eſſe probauerit. PP. 6. Non. Mart. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

De militibus.

10. Idem A. Mucatraulo [t] militi [u].

SI crimen ad tuam tuorumque iniuriam pertinens exequaris, ſolennibus te inſcriptionibus adſtringe, vt præſidem prouinciæ habere iudicem poſſis. PP. Kal. Aug. Gordia. A. & Auiola Coſſ. 240.

De incendio.

11. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* Cæſ. Saturnino & aliis.

DAta [x] opera partis aduerſæ res veſtras incendio [y] exarſas eſſe aſſeuerantes, Crimen legis Cornelię de ſicariis exequi poteſtis. PP. 13. Peregrino & Aemiliano Coſſ. 245.

De fœminis.

12. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Corinthiæ.

DE [z] crimine, quod publicorũ fuerit iudiciorum, mulieri [a] accuſare non permittitur, niſi certis ex cauſis, id eſt, ſi ſuam ſuorúmque perſequatur iniuriam ſecundum antiqui iuris ſtatuta tantùm de quibus ſpecialiter ei conceſſum eſt, non † exacta ſubſcriptione. Vnde aditus præſes prouinciæ in primis examinabit, an tale ſit crimen, cuius accuſationem mulier ſubire non prohibeatur. S. 5. Kal. Maij, AA. Conſſ.

De fratribus.

13. Iidem AA. & CC. ad Aſclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leue frater [b] contra fratrem ſuum inſtituit: non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilij pœna plectendus eſt. Datum 10. Kalen. Feb. CC. Coſſ.

---

a *v. Clar. 5. ſent. §. vlt. q. 14.*
b Accuſatori maius crimen licet obiicere *vt hic:* par aut minus non licet *v. l. 19. j. eo. l. 5. ff. de public. iud.* Grauius igitur crimen, quod relatum eſt, oportet prius expediri *Synopſis Baſilic. 60. Tit. 1. tit. 34. c. 17. 1. Harmeno. 2. §. 11.* de Anticategoriis *v. Cuiac. 20. obſ. 7.*
c In minori tamen crimine.
d *v. l. 3. j. eo. l. 9. j. de accuſationib.*
e Tutor, pupilli: curator, adoleſcentis nomine accuſare non poteſt: proprio tamen nomine ſubſcribit *l. 5. ver ſi. cũ igitur. j. eod. l. 2. s. de his quib. vt indig. l. 14. D. ad Turpil. adde l. 18. §. 6. ff. de iure fiſci.*
f Pupilli nomine. Cuiacius apud Paul. *5. ſent. 12. §. 4.*
g *l. 15. §. 2. D. ad Turpil. leg. 22. D. de his quæ vt indig.*
† Accuſare nõ poteſt qui libellum inſcriptionis non edidit, *vt hic: & l. 10. j. eo. l. 16. l. 17. j. de accuſat. l. 7. D. de accuſat.* vſu inualeſcente libellum inſcriptionis hodie neglectũ monet Clarus *5. ſent. §. vlt. quæſt. 18. in pr.*
† de conſuetudine Italiæ libellus accuſationis non datur, ſed ſimplex accuſatio ſine querela *Clar. d. loco verſ. poſtea.*
† *l. 7. §. 1. D. de accuſatio.* Clarus *d. loco verſ. eodem etiam*, negat de conſuetudine hanc ſatiſdationem obſeruari: ſed tamen cogi accuſatorem iurare de calumnia. *Idem ibid. verſ. dic etiã Bar.*
h An citatio generalis ad cauſam ſufficiat *v. Myſinger. 4. obſ. 33.*
i *leg. 2. inf. j. ad Turpillian.*
† Satiſdationẽ de ſumptibus præſtandis obſeruari, Clarus negat *d. loco verſ. tenetur. etiam.*
k *l. 79. D. de iudiciis.*
l *v. l. 5. j. eodem.*
m *l. 14. j. eod.* ad eam etiam pertinet liberorum cauſa, *vt hic: & l. 9. j. eo. l. 1. D. de accuſa.* conſobrini *l. 4. s. eo.* parentum *d. l. 1.* patroni patronæ *d. l. 1.* mariti *Clar. d. §. vlt. q. 14. verſ. præterea.* eorum denique in quos ex lege publicorum iudiciorum teſtimonium non dicitur *v. l. 2. ff. de accuſat. de* quibus *v. l. 4. 5. ff. de teſtib.* ergo & fratrum *l. 1. §. 10. D. de quæſtionib.* aliàs mulier non accuſat *l. 12. j. eo. l. 8. D. de accuſat.* neque populari actione vtitur *l. 6. D. de popul. act.*
n *v. l. 2. s. eo.*
o Qui ab accuſatione deſtitit expreſsè *vt hic: l. 3. inf. l. 4. j. ad Turpil. l. 2. D. ad Turp.* vel tacitè vt *l. 7. j. eo.* nõ accuſat.
p *Dixi ad l. 5. s. de ing. man. l. vlt. j. vt incer. temp. l. 18. ff. de accuſ.*
q Accuſationes etiam tacitè remittuntur *dixi ad l. 6. ſupr. eo.*
r *l. 8. D. de accuſationib.*
† *l. 8. j. eo.* hodie paſſim admittũtur ex vſu *Clar. 5. ſen. §. vlt. q. 14. ver. quæro.*
ſ *Dixi ad l. 4. s. eodem.*
t Buccatrachio *Hal.*
u *Dixi ad l. 8. s. eodem.*
x Incendiũ dolo, lata culpa, leui, leuiſſima vel fortuitò admiſſum, quomodo puniatur vide apud Angelum *tract. de meleficiis §. Incendiario.*
y Incendiarius tenetur lege Cornelia de ſicariis *lege prima D. de ſicar.* non ita commodè huic titulo reſpondet hęc cõſtitutio.
z Accuſare de crimine mulier non poteſt niſi in ſua cauſa. *Synopſis Baſilicon. 6. Titul. 36. ex lib. 60. titul. 41. cap. 24.* niſi ob cædem parentum, liberorũ, patroni, patronęque & eorum filij filięue, nepotis, neptiſue, & cæterorum in quos inuitæ teſtimonium dicunt, licet & ei lege Cornelia teſtamentaria agere (vel de falſis) item & de teſtamentis paternorum vel maternorum liberorum. *l. Harmenopul. 2. §. 40.*
a *le. 3. Cod. Theodoſ. de accuſat.* *dixi ad leg. 3. ſupr. eodem.*
† An exigatur hodie ſubſcriptio dixi ad *le. 3. ſupr. eod.*
b Frater fratrem *vt hic:* vel ſororem *l. 18. j. eod. l. 1. §. 10. D. de quæſtionib.* de crimine capitali non accuſat accuſans punitur. *vt hic. 1. Harmenopul. 2. §. 48.*

De ma-

De matre filium accusante.

14. Iidem AA.& CC.Æliæ.

PRopter insidias,quas tuæ vitæ paratas contendis,accusationem apud præsidem prouinciæ contra filium [a] tuum,si pietas & ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem,constituere potes.S.16.Kal.Mart.CC.Coss.

De existimatione & de periculo calumniæ.

15. Iidem AA.& CC.Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum [b] periculo [c] calumniæ,si tibi existimatio [d] integra est, minimè prohiberis.S.3.Kal.Mart.CC.Conss.

De pluribus accusatoribus.

16. Iidem AA.& CC.Callutico.

CVm rationibus iuris congruit desiderium tuum , postulantis accusationem tertiam [e] ei, qui duos reos,delatos habet,non permitti contra legis præscripta [f], nisi suas suorúmque iniurias quis persequatur. S. 12. Kal.Decembr. Nicomediæ,CC.Coss.

De eo qui in rei domo educatus est.

17. Pars sententiæ eorundem AA.& CC. Dat.5.Id.Ianuar. Diocletiano & Maximiano AA.Coss.

INiquum & longè à seculi nostri beatitudine esse credimus , vt Thaumasius accusandi eius habeat facultatem, in [g] cuius domo [h] eum (licèt ingenuum) à prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasij mentio super conflictu criminis cum Symmacho conquiescat. Si quam sanè ciuilem [i] petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: iudicio præsidali poterit experiri.

De fratre & sorore.

18. Iidem AA.& CC.Iuliano.

SI sororem [k] ||tuam|| leuiorum commissorũ ream facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio præsidali:quò temerariè commissa,congrua vltione plectantur. Dat.3.Kalend.Mart.Diocletiano IX. & Maximiano VIII. AA.Conss.304.

Si accusatus accuses.

19. Imppp.*Valentin.Valens & Gratianus* AAA.Laodiceo præfecto Sardiniæ.

NEganda [l] est accusatis [m], || qui non suas suorúmque [n] iniurias exequuntur , licentia criminandi in pari vel minori crimine, ||priusquàm se crimine,quo premuntur,exuerint,secundùm scita veterum iuris conditorum:|| ita tamen , vt & ipsi inscriptiones † contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.||Dat.Prid.Id.Aug.Carnunti, Gratia.A.III.& Equitio V.C.Conss.374.

De familiaribus & seruis.

20. Impp.*Arcad.& Honor.*AA.Eutychiano præfecto prætorio.

SI quis [o] ex [p] familiaribus [q] vel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem, caput, atque fortunas petiturus,cuius familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium,atque examinationem iudicij,in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio , vltore [r] gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius , quàm audiri. Maiestatis [ſ] autem crimen ||tantùm|| excipimus [t]. Dat.6.Id.Nouemb.Constantinop.Cæsario & Attico Conss.397.

a Mater filium sibi insidiantem accusare potest. *adde l. 3. s̃.de patria potestate.* seu publicam accusationem instituere.1.*Harmenop.*2.§.41.Filius è contrà de facto matris queri. *l.11.§.1.D.de accus.* b Falsus accusator,calumniator.

c Periculum hîc vocatur accusatoris inscriptio in crimen quòd ex ea accusator periclitetur, ne reus fiat:sicut ex sententia iudex,ne litem suam faciat , & ne teneatur edicto , Quod quisque iuris: & is vtique qui condemnationem patitur & omnes scripturæ nostræ maximè in iudiciis similiter pericula dici possunt, non etiam verba quæcunque. *Cuiac. ad tit. s̃. de sententiis ex periculo recitandis.*

d Infamis accusare non potest. *l. 4. l.8.D. de accusa.adde l. 1.s̃.de aduoc.diuers.Synopsis 60. tit.1.cap.16.* nisi suam suorúmq; iniuriam exequatur.*d.l.18.* & in crimine læsæ maiestatis. *l. 7. D.ad leg.Iul.maiest.*

e Qui duos reos delatos habet,tertium deferre & accusare non potest, nisi suam iniuriam persequatur. De tribus reis nemo queri potest , nisi suarum iniuriarum causa.*l.8.in fi.l.12. §.12.D.de accus.l.6.in fi.D. de adulter. adde Cuiac.6.obs.12.*

f quidam legunt præcepta.

g ὁ διάγων ἐν οἴκῳ τινός , *&c.* Qui degit in alicuius domo , non potest eum accusare : sed si quid pecuniarium sit, rectè de eo agit. *Synopsis Basilic.60. tit.1. ex tit.34.c. 17. 1.Harmenop. 2. §. 49.* vnde à quibusdam hic locus refertur ad inquilinos & domesticos.

h Alumnus educatorem accusare non potest.*his adde quæ de alumno aliàs dixi l.1.s̃.quæ res pignor. facit lex 20.j̃.eo.*nisi fortè sua, suarúmque iniuriarum causa. *arg. l.11. s̃.de accus.*

i quæ & pecuniaria Græcis, Harmenopulo , & authori Synopseos. *facit d. l. 11.§.1.* k sororem leuioris admissi ream facere licet. 1.*Harmenop.2.§.50. dixi d.l. 13.s̃.eod.* l Accusatorem accusare is non potest,cuius nomen inter reos receptũ nisi priùs se crimine purgauerit in se collato.*Synopsis 60.tit.1.ex tit.34.c.17. adde l.is qui reus.D.de accusa.c.neganda.3.quæst.3.*(Huius sententiæ decem exceptiones adfert Marianus Socinus *in c. ex litteris.* de mutuis petitionibus) potest tamen etiam pendente causa in eos qui accusant ipsum,inscriptionem deponere.*vt hic:Synops.ibid.*

m *l.12.C.Theod.de accus.dixi ad l.1.s̃.eod.*

n Paria sunt penè,suorum,& suas iniurias defendere.

† *v.quæ dixi ad l.3.s̃.eod.*

o *l.3.C.Theod. ne præter crimen maiestatis seruus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset.3.quæst.11.c.si quis.l.6.vlt.j̃.de delat.Synopsis d.tit.34. c. 18. 6. Harmenopul.12.*

p familiaris οἰκειακός:cui adiungitur apud authorem Synopseos,*ibid.* seruus,ancilla,filius. q de familiaribus & seruis.*l.6.§.5.s̃.de his qui ad ecclesias.*

r συνήγορ τιμωρεῖται.ferro punitur.*Synopsis ibid.*

ſ *adde l.7.j̃.ad l.maiest.*

t quod ne quidem excepit Tacitus,auctore Vopisco,nec Traianus,auctore Plinio.

u *Synopsis d.c.18.in fin.l.4.C.Theod.titulo Ne præter.l.8.D.de accus.adde l.20.s̃.eo.*

x certis tamen casibus possunt.*l.38.§.9.D.de adult.l.1.D.de annona.*

† *9.C.Theod.1.dixi 48.D.2.* hoc notandum , In Gallia reum à priuato non accusari ad pœnam criminalem,sed à procuratore Regio. *vide Rebuffum in proœmio constit. glo.3.num.105.qua de re aliàs etiam dixi.*

† *v.quæ dixi ad l.3.j̃.tit.proximo.*

De libertis.

21. Impp.*Honorius & Theod.* Augusti,Consulibus, prætoribus,& trib.pleb.Senatui S. D.

SI liberti [u], accusatores manumissorum heredúmve esse præsumpserint [x]: eodem , quo serui supplicio tenebuntur , luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordiũ. Dat. 7. Id. August. Rauennæ , Asclepiodoto & Mariniano Conss.423.

DE ACCVSATIONIBVS †, ET inscriptionibus. †

TIT. II.

De terminis effossis.

1. Imp.*Alexand.*A.Martiano.

EOs , qui terminos [y] effoderunt , extraordinaria [z] animaduersione coerceri debere , præses prouinciæ non ignorabit.PP. 3. Kal. Aug. Alexandro A.Coss.223.

De seruo accusato.

2. Idem A.Syro.

SI cuidam crimini obnoxius seruus [a] postulatur , dominus eum defendere potest,& in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum , post probationem autem criminis , non [b] ipse dominus , sed seruus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim seruum suum domino defendere permissum est, vt pro eo possit competentes allegationes offerre. PP.11.Kalend.Decemb.Alexan. A.Conss.223.

De absentibus.

3. Idem A.Stephanidi.

REos capitalium criminum absentes [c],etiam per [d] procuratorem defendi , leges publicorum iudiciorum permittunt [e]. PP. 4. Non. Nouemb.Maximo II.& Æliano Conss.224.

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitimè. Bald.

4. Imp.*Gordianus* A.Archelao.

SI accusatoribus [f] absentibus [g] , & non [h] per contumaciam [i] adesse iudicio cessantibus, ex vna [k] postulatione aditus præses prouinciæ non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulisti, liberandum existimauit : criminatione etiam nunc perseuerante , quæ contumacia vel cessatione accusatorum non interueniente auferri non potuit : *causa intentati criminis* apud [l] eundem vel successorem eius more iudiciorum tractabitur. PP.Non.Mart.Gordiano A.II.& Pompeiano Coss.242.

De mandato.

5. Idem A.Paulino.

NOn [m] ideo minùs crimine,siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur [n] is qui in iustam accusationem incidit , quia dicit alium se huiusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum , mandatorem [o] quoque ex sua persona conueniri posse ignotum non est. PP. 3. Id. Septembr. Gordiano A. I I. & Pompeiano Coss.242.

De absentibus.

6. Idem A.Auidiano.

y *Paul.5.sent.22.§.2.* z *v.Paul.d.loco.& 1.sent.16.§.vn.l.1.2.3.D.de termino moto. l.4.§.4.D.fin.regund.* a Seruus à domino defendi potest.*l.17.D.eod.l.11.D.de publ.iud.l.9.D.de pœnis.* b *l.7.§.1.D.de damno.l.5.§.5.D.de oper.noui.* è contrario, ex delicto domini seruus non conuenitur.*l.5.s̃.ne filius pro patre.*

c De absentibus reis defendendis. Neque accusator per alium accusare , neque reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset. *Paul.5.sent.16.§.11.l.sed & eæ.§.1.D.de procur.l.4.D. de obsequiis.* aut rei absentiæ defendatur.*Paulus illo loco.l.absens.l.seruum.§.publicè.ff.de procur.l.inter.l.pen.D.de publ.iud.*

d *l.33.§.2.D.de procur.*

e Imò non permittunt. *l.13.in fi.D.de pub.iud.* non permittunt in crimine non capitali, vt adulterio.*l.11.§.2.ff.de adult.* quod olim non fuit capitale.de quo dicam *ad l.30.in fin.j̃. de adult.* in capitali permittunt.*d.§.2.l.6.D.de appellat.* Nam & ita Sthenio Thermitano reo criminis , cognitor (qui quasi procurator est) datus est apud Ciceronem de iure dicundo in Verrem. Potest etiam per procuratorem defendi is quo præsente lis criminalis contestatur. *l.14.j̃.de adult.l.10.D.de publ.iudic.l.4.§.2.D.de sicariis: adde Cuiac.20.obser.20.* Accursius putat permitti absentem defendere ad sententiam vsq. *vt hic:* defendentem , suam quodammodo vtilitatem & causam defendere. vide , in hanc quæstionẽ *Clar.5 sent.§.vl.quæst.32.*

f De sententia lata pro reo accusatore absente. Indè colligũt, Plures posse vno & eodẽ libello accusare: si tamen suã suorúmque iniuriam prosequantur. aliàs, plures simul accusare non posse, nisi per procuratorem. *l.3.§.6.D.de sepulchr.dixi ad l.16.D.eo.adde Clar.5.sent.§.vlt.q.13.in pr.Duar.1.disp.39.*

g Accusatore citra contumaciam absente , reóque absoluto , absolutio ipso iure nulla,& ex integro causa agi potest apud eundem vel eius successorem.*j̃.eo.*

h puta,si inutiliter citatus,*v.Rol.à Vall.1.cons.39.nu.9.10.ad 33.*

i aliàs si per contumaciam abesset à lite primùm contestata, notaretur calumniæ. *l.10.D.de publ.iud.*ante litem contestatam post inscriptionem,extra ordinem. *l.3.s̃. qui accus.l.2.j̃.ad Turpill.adde Cuia.20.obs.11.* k i.μονομερῶς.cui contrarium est συζητήσας,vel causa cognita,*adde l.5.§.4.s̃.de temp.appell.* l *l.6.s̃.quomodo & quando iudex.* m Mandatarius criminis,auctorem laudando non excusatur.*l.1.§.13.D. de vi & vi.*Mandatarij criminum puniuntur. *l.3.§.1.D.de vi priuata.* quin mandator tenetur *vt hic:Synopsis Basil.60.tit.1.ex tit.33.c.18.*

n Imò minùs tenetur mandatarius, si parere necesse habuit. *l.169.D.de regul. iur.* præsertim si agitur de non atroci facinore. *l. 20. D. de obligat.l.157.D.de regul. iur.* aut si id ab aliquo committitur quod mandator (exemplum erit in patre filiam in adulterio interficiente) impunè præstare potuit. *Clar.5.sent.§.vlt.quæst.60.vers.solet.* aut si vis illata facienti. ideóque volunt ignosci mulieri quæ per metum adulterium commiserit,*Clar.d.loco.versic.quæro modò.*Iudicem excusari à pœna,si principis iussu non obseruatis iuris solennibus , capitalem in aliquem sententiam tulerit, *Clarus ibidem. versic. solet dubitari.* fabrum excusari si mercede conductus in aliena silua , alterius mandato arbores ceciderit , aut in alieno quid euerterit , *Clarus d. versic. solet.*

o Mandator criminis tenetur. *l.11.§.3. D.de iniur.l.15.in fi.D.de sicar.Paul.5 sent.23. §.5.adde quæ dixi ad l.4.s̃.de fugitiuis.*

a De absente non accusando. † Absens accusari non potest *vt hîc: & l.15.j.de adult.* multo minus damnari.*j.eo.l.5.D.de pœnis.* alioquin sententia nulla est. Quod igitur remedium est aduersus absentem? Bonorum eius fit annotatio.*j.eod.* quod hodie in Gallia, Italia, Hispania, & foris Ecclesiasticis locum non habet. possunt enim absentes contumaces damnari, etiam ad mortem. eorúmque bona fisco adiungi. *vide Clar. 5. sen.§.vlt. quæst.44. versic. factus. versic. sed hodie. versic. licet.*

ABsentem [a] capitali crimine accusari non † posse, sed requirendum tantummodo annotari † solere, si desit, vetus ius est. Et ideò cùm absentem te & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denunciatum [b] esset, per iniuriam à præside prouinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (vt asseueras) iam nunc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire [c] cura: qui quidquid nouo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit. PP.4.Non.April.Ariano & Pappo Coss.244.

De relationibus à publicis personis factis.

7. Idem A.Proculo.

EA quidem, quæ per officium [d] præsidibus denuntiantur & citra [e] solennia accusationum posse perpendi [f] incognitum [g] non est. Verùm si falsis necne notoriis [h] insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP.8.Id.Ian.Peregrino & Æmiliano Coss.245.

Apud quem accusari debet.

8. Exemplum sacrarum literarum, *Dioclet. & Maxim.* Augusti.

SI quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit: non ad stationarios [i] decurrat, sed [k] præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

Si quis sæpius accusetur.

9. Iidem AA.Honorato.

QVi [l] de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio [m] super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex [n] eodem facto plurima crimina nascuntur, & de vno crimine in accusationem fuerit deductus: de [o] altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super vtroque [p] crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei separatim [q] de vno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. PP.4.Kalend. Septembr. Basso II. & Quintiano Coss.289.

De promissione victoriæ.

10. Iidem AA.& CC.Vrsæ.

QVi explicandi negotij spem [r] (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minùs ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium [s] contra disciplinam publicam adspirat. PP. 3. Kalend. Nouemb. ipsis IIII. & III. AA.Coss.290.

An absolutus accusari possit.

11. Iidem AA.& CC. [t] liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidij crimen existimat persequendum: secundum iuris publici formam debebit eum qui in primordio homicidij postulauerit reum, neque probauerit ideóque reus absolutus est, præuaricationis [u] arguere. Id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum iurísque forma præscriptum est. Vel si id non putauerit [x] agendum ad sequens crimen, id est, pastorum [y] latronúmve descendere eum coges †, atq; id exequi iudicio tuo: cùm si quidem id ab incusato appareat esse commissum, ob vltionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. 8. Id. April. Annibaliano & Asclepiodoto Coss.292.

† An hodie locum habet bonorum adnotatio, *dixi ad l.1.j. de requir.reis.*

b Reus citandus est, etiamsi princeps accuset aut agat. (*clement. Pastoralis. de re iudic.* etiã si de censura, excommunicatione, aut interdictò ferendo agatur. *Communis opinio apud Clar.5.sen.§.vlt. quæst.31.in princ.* Fieri autem citatio in ciuitatibus debet iudicis mandato, *Clar. ibid. versic. vnus.* Quid si reus in alieno viuat territorio? *dixi ad l.7. D. de custod. l. vlt.D.de accusa. Nou.134.c.5.l.4. §.6. D.de damn. l.15.§.1. D.de re iudi.* quid si defunctus? *v.l.1. §. 1. D. de curat. bon.dand.* de citatione vide quædam alia apud Clarum *d. loco.*

c hinc colligunt, Nullitatẽ sine appellatione proponi vel apud superiorẽ, vel apud eum ipsum qui sententiam tulit. quinimo executionem impediri posse. *Bald. hîc: adde wurmſ. 1. pract. 24. obſ. 35.*

d puta stationarios. *l. 8.j.eod.* publicas personas. *l.14.j.eod.* nuntiatores. *l.6. §.3.D.ad Turp.*

e Notoriæ & relationes apparitorum vel aliarum publicarum personarum non exigunt apparitoris inscriptionẽ: sunt tamen accusationib. proximæ, quia non minus subit periculum qui ex eis denuntiat crimina, quam qui defert ex inscriptione *vt hîc: & d.l.14.l.6.§.3.D.ad Turpill.* Aliàs, ridicula sunt quæ ignoratione Latini sermonis veteres interpretes hîc commenti sunt de Notorio. f ex indiciis sc.

g Denunciantibus an & quatenus iure credatur. *vide apud Socin.regula 89.*

h Notoria *vt hic*, quæ & notoria indicia *in l.6. §.3. D. ad Turpill.* & πιττακώματα. *Synopsis Basilic.6.tit.1.ex lib.60.tit.1.c.15.* sunt elogia (Galli *Informations*) transmissa ab apparitoribus præsidum, irenarchis, & publicis personis. *l.14.j.eo.* ad magistratus.

i Stationarij, sunt apparitores dispersi per vicos & prouincias certis locis, vt magistratibus denuntient crimina quæ geruntur. *l.1.j.de curiosis. vide l. 1. D. de off.præfect. vrb.l.31.C.Theod.de episc.& cler.l.1.C.Theod.de cursu publico. v.l.6.j.de dignitat.*

k Apud præsidem non apud stationarios libellus accusationis proponendus.

l Accusatus de crimine ab vno, de eodem crimine ab alio non accusatur. Quod si ex eodem crimine plures actiones nascantur, à diuersis personis accusari potest. *Synopsis Basilic.60.tit.1.ex tit.33.c.24.*

m *vide l.16. D.eo.*

n Ex eodem facto plurima delicta nasci possunt.

o Vnum & idem delictum, vnius eiusdémque hominis à pluribus deferri potest. *l.4.s.eo.l.11.l.16.D.eo.* Diuersa verò delicta vnius hominis, diuersis hominibus possunt deferri *vt hic:* possunt & ab eadem persona. *l.3.§.3.D.eod.*

p Diuersis vnius eiusdémque hominis delictis ad iudicem delatis, iudex habita ratione grauioris, condemnare debet: nec in eius arbitrio est minoris habere rationem. q Ne alioquin causæ continentia diuidatur. *l.10 s. de iudiciis.*

r id est, qui euentum sententiæ vendit. *vide Paul.5.sent.25.§.vlt.l.15.§ 30.D.de iniuriis.* s Hæc constitutio pertinet propriè ad fumi venditores (quales fumo necari Alexander Seuerus iussit) non ad promissores impunitatis, *v. Cuiac.20.obser.9.*

t Habe Crispine, Carissime nobis *Cont. 1. disput.15.Cuiac.1.obseru.* 15. Fuit autem is Crispinus præses prouinciæ, *vide Cuiac.ibid.*

u Præuaricationis tenetur, qui reum non probauit, *adde l.1.s.de aduoc.diuers.iud.*

x Sit hæc hypothesis, Qui homicidij & criminis pastorum & latronum accusari potuit, accusatus tantum fuit homicidij. Accusator homicidium nõ probauit. Præuaricationis poterit condemnari accusator, nisi à iudice cogatur descendere ad alterius criminis executionẽ.

De eo qui se sponte præcipitauit.

12. Iidem AA.& CC.Aurelio.

FActum sponte se præcipitantis [z], innocenti [a] criminis periculum afferre non potest. S.14. Kalend. Iun. Sirmij, AA.Coss.

De seruis accusatis.

13. Imppp. *Valentin. Gratian. & Theod.* AAA. Mariniano [b] Vic.Hispani.

SI [c] quis seruos crediderit accusandos, non † prius ad corporum tormenta veniatur, quàm se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Data 6.Kal.Ian.Patauij, Merobaude II. & Saturnino Coss.383.

De officio iudicis.

14. Iidem AA.& *Arcad.* A.Cynegio præfecto prætorio.

SInguli vniuersíque || iudices || cognoscant || in publicis criminibus || non oportere emendicatis vti suffragiis decretorum, aut || relationibus [d] à publicis personis destinandis credere: || sed rei veritatem inquirere. Dat. Prid. Kal. Maij, Constantinop. Arcadio I. & Bautone Coss.385.

De viris potentioribus.

15. Iidem AA. Tatiano præfecto prætorio post alia.

TVnc [e] conuenit potentiores [f] viros adesse iudiciis, cùm eorum præsentiam || in criminibus publicis [g] || per inscriptionem causa deposcat: || licet in pecuniariis causis per procuratores litem sustineant. || Dat.15.Kal.Mart. Mediolani, Valentiniano A.V. & Neotherio Coss.390.

De forma libelli.

16. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Pasiphilo [h].

IN causis criminalibus dignum est, † vt inscriptiones præponantur [i], quæ magnitudinem videlicet criminis, tempúsque designent [k]: vt alterutram partem digna legum terrere [l] possit auctoritas [m]. Quod si fuerit statutum fortè contemptum: hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium, [n] quinque librarum auri condemnatione ferientur. Dat.8. Id.Ian. Olybrio & Probino Coss.395.

De accusationis ordine.

17. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Consulibus, prætoribus, & trib.pleb. Senatui, S. D.

ACcusationis ordinem iam dudum legibus institutum seruari iubemus: vt quicunque in discrimen capitis accersitur, non [o] statim reus qui accusari potuit, existimetur: ne subiectam innocentiam [p] feriamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum † inscriptionis arripiat, custodiæ [q] similitudinem (habita tamen dignitatis [r] æstimatione) patiatur: nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi [s], cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo [t] supplicij. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quæstione confessus, veniam [u] sperans propter flagitia adiuncti, vel || pro || communione criminis consortium [x] personæ superioris optans, aut inimici [y] supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus, aut eripi se posse confidens, aut studio aut priuilegio nominati: cùm

y Crimen pastorum hîc dicitur, nõ quòd, vt Accursius putat, à Caino & Abele pastorib. initiũ sumpsit: sed quòd pastores latrociniis dediti esse consueuerunt, vt de Abasgis & Heniochis scribit Strabo quos ait viuere λῃστρικῶς καὶ νομαδικῶς, eámque sententiam confirmat lex vnica, Codice Theodos. Ne pastoribus dentur filij nutriendi. *lib. 9. tit. 31.* fore alioquin, vt qui nutriendos dederit, societatem latronum videatur iniisse. quamuis aliis rusticanis nutriendos dare liceat. Ita cõiungi rectè hãc vitam, pastoritiam & latronũ refert Aristoteles *1.Polit.11.*

† Clarus *5.sent.§.vlt.quæst. 15. versic. item quæro.* scribit neminẽ hodie cogi accusare: ne heredes quidem occisi.

z *dixi.j.eod.de bon. eorum qui mort. sibi consciuer.*

a potest enim id accidere impatientia doloris, aut tędio vitæ, *vide l.6.§.7. D.de iniust.*

b ad Marinũ, *l.14. Cod.Theod. eod.*

c *d.l.14.*

† dixi de subscriptione ad *l. 3. s. qui accusare.*

d *dixi ad l. 7. 8.s.eo.*

e *l.17.C.Theo. eod.*

f *vide l.25.& Auth. Hoc ius s.de procuratorib. Nouell.71.c.1.* g aliud in pecuniariis causis. *d.l.25. adde l. 26.d. tit. de procuratorib.*

h ex vna & eadem lege 8. scilicet, *Cod. Theod. de iurisdict.* hæc lex sumpta est: & lex 8.*s.vnde vi.& lex 1.j.de abigeis.*

† *v.quæ dixi ad l.3.s.de his qui accus. adde Cuiac. 1.obser.20.*

i *sumptum ex l.8.C.Theod.de iurisd.lib.2.*

k *v.l.3.D.eod.* l tenere. *d.l.8.* m austeritas. *d.l.8.*

n *d. l.* 8. Secretarium, locus in quem iudices solent conuenire. In eundem locum certo tempore Carthagini admittebatur populus ad ordinandum exactorem. *adde l. 20.C.Theod.de exactionib.in prin.*

o Innocens nemo, si accusasse sufficiat.

p *facit l.12.s.eod.*

† *l.j.tit.proxim.vide l.3.s.qui accusare.* Hodie consuetudine nemo accusaturus se inscribere cogitur ad pœnam talionis: vt ea ratione valeat consuetudo per quam pœna talionis est sublata. *Bartol.in l.si cui.D.eod.* ídque ne metu talionis, quis ab accusando deterreatur: vt ita delicta impunita sint, contra textum. *l. ita in fin. D. ad l. Aquil.* Quod in testibus locum habere negat *Bald.in c.1. §.iniuria. de pace iuramento firmanda.arg.l.1.§.præterea.D.de sicariis.& in l.2.s.de reb.cred.* Corsetus *singul.12.*

q *vide l.2.j.tit.prox.* r Pœnæ iudicantur maiores vel minores dignitatis ratione.

s Mendacia haud impunita. t Pœna talionis. *d.l.2.l.7.l.vlt.j.de calumn.l.7.j.de vi publ.de qua sæpius alibi dixi.* u nempe quia detexit alios criminis socios. Pœna igitur reo de se confesso, non minuitur, ob id quod socios criminis indicarit.

x Consolatio miserorum est habere pares.

y Inimicus de se confessus, sua confessione inimicum onerare non potest.

veteris

† De se confessus, non potest de alio interrogari, *adde Roland. à Valle 1. consil.15. num.7.& 17. & consil.73.nu.1.& 20.* nisi in causis lege vel statuto exceptis. alij tamen putarunt hoc hodie non obseruari. *vide Clar.5.sent.§.vlt. quæst.21.versic.dictum socij.* vtut sit, sufficit criminis confessio ad maiorem inquisitionem sociorum habendam, *Clarus d.loco.versic.retenta.* non ad diem præcisè eis dicendum aut quæstionem habendam, nisi in casibus & criminibus exceptis, & aliis, concurrente tamen aliqua alia suspicione, *Clarus d. loco, versic. si vero quæru. versic. successiuè. versic. sed quid.* Quid si reus socij vel mandatoris delator, fuerit aliàs periurus? causa cognita faciet etiam indicium ad quæstionem habendam, *Clarus d. loco. versic. scias tamen.* Quid si duo socij criminis tertium aliquem accusent? faciunt indiciũ ad quęstionem, non ad condemnationẽ mortis. *Papon.22. Arrest.13. num. 2.3. Clarus d. loco, versic. sed pœnæ.* His addendum, Socio criminis accusati fidem non haberi nisi iurato. *Clarus ibid.versic.quæro.* An vulnerati accusatio oneret accusatum, *vide Clarum ibid. versic. assertio vulnerati.*

veteris iuris auctoritas de se confessos, ne † interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Dat. 8. Id. August. Rauennæ, Asclepiodoto & Mariniano Coss. 423.

DE EXHIBENDIS[a] ET transmittendis reis.

TIT. III.

1. Impp. *Valentinianus & Valens* AA. Valentino consulari Piceni.

SI miles [b] in prouincia repertus crimen publicum commiserit, eum rector prouinciæ sub custodia constituat: atque ita vel causæ meritum, vel ||etiam|| personæ qualitatem ad magistrum militum referat. Dat.12.Kal.Feb.Mediolani, Valentiniano & Valente AA.Coss.363.

Non est quis in carcere ligandus antequam conuincatur. Bald.

2. Imppp. *Grat.Valent.& Theod.* AAA. Eutropio præfecto prætorio.

NVllus [c] in [d] carcerem priusquam † conuincatur, omnino vinciatur[e]. Ex [f] longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti, || id est, accusatori || accommodetur adsensus, quàm † solenni lege se vinxerit, || & in pœnam [g] reciproci stylo trepidante recauerit.|| Ei verò, qui reducendus erit, ad disponendas res suas, componẽdósque mœstos[h] penates [i], spatium coram loci iudice, aut etiam magistratibus sufficientium dierum, non minus tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi [k]. Qui posteaquam ad iudicem venerit, adhibita aduocatione, ius debebit explorare quæsitum: ac tamdiu pari [l] cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Datum 3. Kalend.Ianuar.Constantinop. Gratiano V.& Theodosio AA.Coss.380.

3. Imppp. *Valent.Theod.& Arcad.* AAA. Drepanio proconsuli Africæ.

NEminem [m] || in || iudicio exhibendum esse præcipimus, nisi [n] de cuius exhibitione iudex pronunciauerit. Data PP.Non.Febr.Mediolani, Valentiniano A. III. & Neotherio Coss.390.

a *9.C.Theod.2. dixi ad 46.D.3.*
b *l.2.C.Theod. eo. adde l.6. §.de iurisd.omn.*
c *l.3.C.Theod. eod. Synopsis Basilic. 60. tit.1. ex tit.35.c.16.*
d Nemo criminis accusatus in vincula prius coniiciatur, quã conuictus fuerit. Quod si etiã longo interuallo abest, non exhibeatur ante, quàm actor inscripserit. Nã quum is inscripsit, tum deinde vel eum exhiberi oportet, vel requirẽdum fieri: data ei dilatione dierũ, quantum satis erit ad res suas disponendas, non minus triginta. *Synopsis d. c.16.*
† *l.5.ff.eo.*
e Imo vinciri potest. *l.1.§. tit. prox.*
f *l.7.§.de calumniatorib.*
† *v. l. 3. §.qui accusare.*
g Pœna reciproci, pœna talionis. *v.l.vlt.§.tit.prox.*
h *d.l.3.C.Theod.eod.*
i pœnates. *d.l.7.* Spatium ad mœstos pœnates componendos.
k id est, corruptelæ. adde quæ scripsi ad *l.vn.§.de nundinis.*
l hinc colligunt, Reum & accusatorem simul in custodiam coniici, *l.vlt. §. tit.proxim.v.Clar.5.sent.§.vlt.quæst.18.versic.quando.*
m *l.4.C.Theod.eod.*
n vide exceptiones apud Accursium.

DE CVSTODIA[o] REORVM.

TIT. IIII.

1. Imp. *Constantius* A. ad Florentium rationalem.

IN † quacunque [p] causa reo exhibito, siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, innocens absoluatur. ¶ Quòd si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidem debet quàm celerrimè procurari. Interea verò reum exhibitum non||per||ferreas [q] manicas & inhęrentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas [r], ||si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulauerit,||vt & cruciatio desit, & permaneat ||sub|| fida custodia. Nec verò sedis [s] intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetari, || ac subleuari:|| & vbi nox [t] geminauerit custodiam || in || vestibulis [u] carcerum, & salubribus locis recipi: ac reuertente iterum die, ad primum Solis ortum illico ad publicum [x] lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miserum, noxiis non satis seuerum esse dignoscitur. ¶ Illud etiam obseruabitur, vt neque his qui stratorum [y] funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem [z] suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantùm, sed etiam periculi metus iudici imminebit, si aliquem vltra debitum tempus inedia [a], aut quocunque modo aliquis stratorum exhauserit, & non statim eum penes quem officium custodiæ est, atque eius ministros capitali pœnæ subiecerit. Dat. Prid. Kalend. Iul. Serdicæ, Constantin. A.XI.& Constantio Cæsa. Coss.

o *l.9.C.Theod.3.pars tit.3.lib.48.*
† *l.1.Cod.Theodos.eod.*
p Quum quis reus fit criminis, quodcunque tandem id fuerit, siue habuerit accusatorem, siue à publicis personis transmissus fuerit, statim quæstio fiat. Si verò paulum differri oporteat, vel propter accusatoris absentiam, vel quia conscij non adsint: interim ei tormenta non adhibeantur, nec ferramenta sint arctiora, vel in parte interiori custodiæ includatur, sed particeps lucis esto. Nocte reuertente, in locis custodiæ humanioribus eum recipi oportet, ac illucescente die emitti, & solis lumine frui: ne sæpenumero etiam innocens in hisce tormentis perimatur. *versic. quod si accusator.* Non liceat autem custodibus inhumaniter eos tractare. Nam præses de salute sua periclitabitur, si hoc cognito, non statim capita custodiæ præpositis absciderit: *versic. Illud. Synopsis Basilic 60.tit.1.ex tit.35.c.19.*
q Ferreæ manicæ.
r Catenæ prolixiores.
s Carceris locus, Sedes intima: in qua tenebræ multæ, lux nulla aut paucissima. *Petrus Gregor.31.syntagm.33.nu.10.adde quæ dixi ad l.8.§.9.D.de pœnis.*
t Nox geminat custodiam.
u Vestibulum carceris.
x Publicum lumen, cuiuis patet.
y stratorum. *Hal. de quib. aliàs dixi.*
z Crudelitas stratorum aduersus custodias *vt hic:* de eorum indulgentia, in easdem. *v.l.8.ff. eod.*

2. Idem August.& C. ad Euagrium præfectum prætorio.

SI quis [b] in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur: auditus apud acta, cum [c] de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus [d] apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, vt iudicibus immodicè sæuientibus freni [e] quædam temperies adhibita videatur. Dat.3.Non.Febr.Heracliæ.Constantino A.VII.& Constantio Cæsar. ||II.|| Coss.

3. Idem A. Ascindino P. P.

QVoniam [f] vnum carceris conclaue permixtos secum criminosos includit: hac lege sancimus, vt etiam si pœnæ qualitas permixtione iungenda est: sexu [g] tamen dispares, diuersa claustrorum habere tutamina iubeantur. Dat.Non.April.Acyndino & Proculo Coss.340.

In authent.vt nul.iudic.§.necessarium.coll.9.tit.17.al.9. Nouell.134.cap.9.

HOdie nouo iure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu priuata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut priuato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitimè respondeat. Quòd si noluerit vel respondere vel persequi litem suam: legitimè in rebus suis executio procedat. Si verò tale sit crimen, vt necesse sit eam custodiri: si quidem fideiussorem dare potest, ipsi credatur: si verò iurauerit fideiussorem dare se non posse, iuratoriam cautionem præstet de iudicij obseruatione. Sed si crimen grauissimum sit de quo accusatur, in monasterium vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Iudices autem qui hæc non seruant, si maiores sint, viginti librarum auri pœnam: si minores, decem soluant. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.

4. Imppp. *Valent.Valens, & Gratianus* AAA. ad Probum præfectum prætorio.

AD [h] commentariensem [i] receptarum personarum custodia obseruatióque pertineat [k]: nec putet hominem abiectum atque vilem obiiciendum esse iudici, si reus modo aliquo fuerit elapsus [l]. Nam ipsum [m] volumus huiusmodi [n] pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit. Si verò commentariensis necessitate [o] aliqua procul ab officio egerit: adiutorem [p] eius pari iubemus inuigilare cura, & eadem statuimus legis seueritate constringi. Dat. 3. Kalend. Iul. Contionati, Gratiano A. V. & Probo Coss.371.

Causæ carceratorum debent velociter terminari. Bald.

5. Imppp. *Grat. Valent.& Theodos.* AAA. Eutropio præfecto prætorio.

DE [q] his [r] quos tenet carcer ||inclusos,|| id aperta definitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iubemus autem vt intra tricesimum [s] diem semper commentariensis [t] ingerat numerum[u] personarum, varietatem [x] delictorum, clausorum ordines, ætatémque vinctorum.

a *adde l.9.§.de episc.aud.*
b *l.2.C.Theod. eod.*
c *l.2.supr.tit. prox.*
d Educuntur è carcere custodiæ apud acta.
e Freni temperies iudicibus seueris iniicitur.
f *l.3.C.Theod. eod.*
g Mulieres à masculis in carcere separãtur, *adde l.1.§.diuortio facto.*
h *l.5.C.Theod. eo.3.Reg.20.act. 16.nu.16.17.q.4. c.definiuit.*
i Commentariensis, qui in commẽtarium custodias refert.
k *l.2.D.eo.*
l Fugiens ex carcere publico, delictum confiteri intelligitur. ideóque etsi criminis innocẽs, punitur. *l.13.D.eod.* Quid is qui vinculis ruptis, aut effracto carcere, ostióve aperto, aufugit? capitaliter puniri negant interpretes: sed nec eum qui aufugere conatus est, nec aufugit, quíve non legitimè in carcerem coniectus est, *Clar. 5.sent. §.vlt.q.2. versic.Tertio autem.* Quid, si antequam in carcerem coniiceretur, accusatus aufugit? Huiusmodi fugã non facere indiciũ ad quæstionem negãt, quin spõtanea præsentia fugam purgari, *v.Clar.d.loco.versic.fuga.* Quid fuga militis ab exercitu? aliàs dixi. *adde de fuga. l.1. §.de seru. fug. Nou.53.c.4.l.15.§.de probat.l.7.§.2.D.de suspect.l.28.in fi.D.de bon.libert.*
m Idem in iudice si pecunia accepta reum absoluit. *Paul.5.sent.16.§.12.*
n Commentariensis cuius dolo aut negligentia custodia euadit, eandem pœnam sustinet quam is qui effugit sustinere potuit, *vt hic.* Negligentia tamen substituti, commentariensi non est capitalis. *vers.Si verò.§.eo.v.Boss.c.4.de comment.v.Clar.5.sent. §.vlt.q.68.* Eodem modo iudex cuius dolo reus legitimam pœnam euasit, pœnam, quam absolutus pati debuit, sustinet, *Paul.5.sent. 16. §.12.* Quid si commentariensis muliere in custodiam coniecta abutitur? suspendio dignum esse putant, *v.Clar.5.sen. §.Fornicator.vers.cum carcerata.*
o Negligentia substituti aut adiutoris commentariensis pœnam commentariensis eleuat.
p *l.6.C.Theod.eo.*
q Deest hîc sententia integra, *v.d.l.6.*
r Custodias diu in carcere detineri non oportet: sed cito vel absolui vel puniri. *Synops.Basil.60.tit.35.c.21.*
s Intra trigesimum diem commentariensis debet numerum & quantitatem custodiarum præsidi inculcare, Græci *lib.60.Basilic.* ita interpretantur, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἕως ἡμερῶν. 60.*Eclog.35.c.21.* id est, per singulos dies vsque in 30.diem, *v.Cuiac.c.10.de præscrip.*
t ὑπομνηματογράφος. *Synops.ibid.*
u Τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκεκλεισμένων notitiam Inclusorum. *Synops.ibid.*
x ποιότητα *d.c.21.* id est, qualitatem.

a *Synopſ.d.c.21.* b *adde* regiæ vrbis.*Synopſ.* c *ſubaudi* in prouinciis.*Synopſ.* Porro loci defenſores,ἐκδικοὶ κατὰ τόπον d *l.22.§.1.s.de epiſc.aud.*
e κατὰ τετράδην.alij,κατὰ τετράδα.*Eclog.d.loco.dixi ad d.§.1.*
f καὶ τοῖς.alij legunt, ἢ τοῖς.*Eclog.d.loco.* g ἐπὶ ἀταξίᾳ.*Synopſ.* h ἐπὶ ἀταξίᾳ: Græci hîc,ἐπὶ ταξίᾳ.*Eclog.ibid.* i Seditionis cauſa moram non recipit,*l.6.§.9.D.de iniuſto.*

||quòd ſi hæc prætermiſerit, ||officium||quidem||viginti libras auri ærario noſtro iubemus inferre: iudicem ||verò|| deſidem ac reſupina ceruice tantùm titulum gerentem,extorrem impetrata fortuna, decem auri libris multandum eſſe cenſemus. Datum 3.Kalend.Ian.Conſtantinop.Gratiano V.& Theodoſio I.AA.Coſſ.380.

Græca conſtitutio Iuſtiniani hic deeſt. Eius quædam pars à Triboniano iam fuit poſita in l.22.ſuprà de epiſcopali audientia, ſed integrior & prolixior quæ hic eſſe debuerat, iniuria temporum obliterata eſt. Eius epitomen ex lib.60.Baſilic.tit.35.& Anton.Auguſtinus ad eam non pertinentia permiſcuit.

6.

Latinè Antonij Contij.

NEminem [a] oportet iniici cuſtodiæ abſque iuſſione magnorũ magiſtratuũ [b] aut locorum [c] defenſorum. 1 ¶ Oportet autem epiſcopum [d] per quartam feriam [e] aut paraſceuen inquirere eos qui ſunt in cuſtodia,quam ob cauſam incluſi ſint:& ſi quidem ſerui ſint,intra viginti dies emittere eos vel caſtigatos atque [f] etiam dominis redditos, aut ſi non appareant eorum domini, ſoluere ipſos. Si vero liberi ſint pro [g] ſeditione [h] detenti, confeſtim [i] iudicare ipſos, vel ſi pro alia quacunque cauſa, ſi quidem non habeant fideiuſſores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidij,ſtatim eos iudicari, ſi verò capitale crimen ſit,intra triginta dies. 2 ¶ Si verò [k] maiore poſtea dilatione neceſſaria exiſtente, is qui detinetur, non præbeat cauſam,committatur [l] ſuæ [m] iuratoriæ cautioni ſi abſens fuerit.Si verò cædis eſt cauſa, ſi quidem ex delatione publicarum [n] perſonarum, intra ſex menſes iudicetur. Scientibus publicis perſonis, quòd ſi mentitæ fuerint, ſe iiſdem ſubdendos pœnis.Si verò accuſator qui ſe inſcripſit, auctor fuit eius detentionis, detur reus ſub fideiuſſionem: vel ſi non reperiat fideiuſſores, maneat quidem in carcere, cauſa autem intra annum [o] terminetur. 3 ¶ Facta autem præſumptione, tanquam reus ſit, in cuſtodia maneat donec cauſa terminetur. Si verò iam ſententia lata eſt de incluſis,ea executioni mandetur,ſiue corporalis ſit ſiue pecuniaria. 4 ¶ In pecuniaria condemnatione poteſtatem habentibus cedere [p] bonis. 5 ¶ Epiſcopis [q] monentibus præſides,ſcituros,ſe & officium ſuum illaturos 10.libras. 6 ¶ Habentibus etiam epiſcopis poteſtatem deferendi principi,negligentiam(hiſce in rebus)præſidum.

DE PRIVATIS [r] CARCERIbus inhibendis.

TIT. V.

Priuati carceris crimen committentes, afficiendi ſunt vltimo ſupplicio:& datur facultas iudici de hoc crimine inquirendi. Salycet.

1. Imp.*Zeno* A.Baſilio præfecto prætorio.

IVbemus [ſ] nemini penitus licere per Alexandrinam ſplendidiſſimam ciuitatem vel Ægyptiacam diœceſim, aut in quibuſlibet imperij noſtri prouinciis, vel in agris ſuis, aut vbicunque domi priuati carceris exercere cuſtodiam: viro ſpectabili pro tempore præfecto Auguſtali,& viris clariſſimis omnium prouinciarum rectoribus daturis operam ſempérque futuris in ſpeculis, vt ſæpe dicta nefandiſſimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam poſt hanc ſaluberrimam conſtitutionem & vir ſpectabilis pro tempore præfectus Auguſtalis, & quicunque prouinciæ moderator, maieſtatis [t] crimen proculdubio incurſurus eſt, qui cognito huiuſmodi ſcelere, læſam non vindicauerit maieſtatem. Primatibus [u] inſuper officiorum eiuſdem criminis laqueis conſtringendis: qui ſimul atque nouerint memoratum interdictum facinus in quocunque locó committi, proprios iudices de opprimendo nefandiſſimo ſcelere non protinus curauerint inſtruendos. Nam illud perſpicuum eſt, eos qui hoc criminis genus commiſerint, etiam pro veterum legum & conſtitutionum tenore, tanquam [x] ipſius maieſtatis [y] violatores, vltimo [z] ſubiugandos eſſe ſupplicio. Datum Kal. Iul. Conſtantinopoli, Longino V.C.Coſſ.486.

Notatur hic deeſſe Græca conſtitutio. Eius epitomen Latinè ediderat Contius ex lib.60.Baſil.tit.55.interprete Cuiac.

k *v.Cuiac.20.obſ.13.*
l *v.Cui.d.loco.*
m ἐξωμοσία.*Synopſ.*
n *v.l.7.14.s.de accuſationib.*
o Annus datur cauſis criminalibus cuſtodiarum finiendis.*vt hic:* bienniũ, quoties rei cauſam non dicunt ex carcere.*l.vlt.s.vt intra cert.tempus.*
p *v.s.qui bonis cedere.*
q vide quædã in editione Niuelliana ex Paratitlis Græcis & Theodoro Hermopolita.
r *9.C.Theo.11.6.Harmenop.14.cap.*περὶ ἰδιωτικῶν φυλακῶν. *l.23.s.de epiſcop.aud.l.39.§.1.D.ad l.Aquil. excipe l.25.D.de adult.l.224.D.de verb.ſignif.*
ſ *Syno.Baſ.60.t.35.& t.55.c.1.*
t ἱεροσυλίας. *60.Eclog.35.ex tit.55.c.1.*
u Primates officiorum.
x *l.vn.C.Theo.eod.*
y καθοσιώσεως. *Eclog.d.loco.*
z Pœna priuatorum carceres habentium *vt hic:*eſt & alia in *l.1.s.eod.*hanc legem quidã extendunt ad iudices, qui quæſtioni ſubiiciũt immeritos ſeu non torquẽdos. *dixi ad l.16.s.de quæſt.*
† ad Menam P.Prætorio. *v.Cuiac.hic.*
a Prima pœna.*6.Har.14.d.loco.*
b altera pœna.
c *d.l.23.s.de epiſc.aud.*
d *l.1.2.3.4.5.6.s.eo.l.3.l.6.D.de public.iudic.l.15.§.3.4.ff.ad Turpill.*
e *l.vlt.verſic.idem obſeruatur.l.13.D.de publ.iud.*
f *60.Eclog.36.lib.56.c.2.*crimẽ extinguitur ſcilicet, excepto crimine maieſtatis, proditionis, & inſidiarum cõtra principem, *Eclog.d.loco.c.12.l.20.D.de accuſa.* repetundarum.*d.l.20.* peculatus & de reſiduis.*l.vl.D.peculatus.*mariti ab vxore veneno interfecti.*l.9.in fin.ff.de iur fiſc.* hereſeos.*l.4.§.4.s.de here.* ἀποστασίας.*l.4.s.de apoſta.* ſuiipſius interfectoris, *v.Clar.5.ſent.§.vlt.quæſt.51.verſi.quæro nunc & ſeq.*& breuiter, In quibus caſibus pœna amiſſionis bonorum eſt impoſita à lege,ipſo iure poteſt de eo crimine tractari contra heredes, ad confiſcationem bonorum & fructuum inde perceptorum. In cauſis verò pecuniariis,ſi lis conteſtata.*Clar.ibidem verſi.ſcias etiam.*Quid,in cadauer mortui, potéſtne iudex aliquid ſtatuere vel vt ſuſpendatur,vel exuratur? Quidam negant ſtatui id poſſe:ſed tamen fatentur contrarium obſeruari, & exempla extare apud Gallos, Caſtellanos,& Italos. *Clar.ibid.verſic.ſed hic incidenter.* Nunquam verò delicto defuncti heredes obſtringi,vltra vires hereditarias:multo minus pœna corporali puniri.*Clar.ibid.verſi.vlterius.& verſic.ſcias tamen.*

2. † *

COnſtitutio iubet priuatas cuſtodias non fieri, & eos qui fecerint pœnæ ſubiici, & tot [a] dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in priuato ab eis incluſus, cuiuſcunque ſint cõditionis vel dignitatis,amittere etiam [b] eos cauſam quam habent aduerſus incluſos,prouidentia epiſcopi [c] & præſidis.quod ſi neglexerit præſes,& bonorum & ſalutis periculum ſuſtinebit.

SI REVS [d] VEL ACCVSATOR [e] mortuus [f] fuerit.

TIT. VI.

1. *Epitome ex lib.60.βασιλ.tit.56.c.1.

SI miles λειποτάκτης [g], id eſt, deſertor militiæ, deceſſerit,ſoluitur [h] crimen.

2. Imp.*Antoninus* A.

ETſi Marcellus qui crimine falſi [i] poſtulabatur,vita functus eſt, ac per hoc crimen in perſona eius ſit extinctum,accuſatio [k] tamen non eſt abolita: cùm tam vxorem eius quàm [l] te eodem crimine poſtulatos eſſe proponas. PP.7.Kal.Octob.Læto II.& Cereale Coſſ.216.

3. Idem A.Proculo.

SI is quem homicidij [m] ſeu cuiuſuis criminis poſtulati reum,vita functus eſt: fruſtra ob pœnam deſertæ [n] accuſationis conueniris, cùm morte eius crimen cum pœna ſit extinctum: ac per hoc tibi adempta eſt neceſſitas accuſationis. PP. 4. Kalend.Octobr.Romæ, Sabino & Anulino Conſſ.217.

Etiam eo mortuo qui fabricauit falſum inſtrumentum, ſi quis illo inſtrumento vtatur ſcienter, poteſt accuſari de falſo. Bald.

4. Imp.*Alexand.*A.Veronitiano.

SI (vt proponis) cauſa pecuniaria [o] ad emolumentum tuum ſpectat: licet Anianus cui falſi [p] crimen auctor tuus intendebat, vita functus ſit: non prohiberis, ſi quis aduerſus te inſtrumento quod in dubium vocatur, vti cœperit, accuſationem inſtituere. Quamuis enim in perſona principalis rei morte ſubducti, iam ſubſiſtere non poſſit: tamen ſi [q] quis illo vti voluerit, intelligit ſe periculo criminis eſſe ſubiectum. PP. 6. Kalend.Ian.Albino & Æmiliano Conſſ.

5. Imp.*Gordianus* A.Rufino.

DEfunctis reis publicorum criminum, ſiue ipſi per ſe ea commiſerunt,ſiue aliis mandauerunt [ſ]:pendente accuſatione, præterquam ſi ſibi mortem conſciuerint [ſ],bona ſucceſſoribus eorum non denegari notiſſimi iuris eſt.PP.7.Kal.Nouemb.Pio & Pontiano Coſſ.239.

Si moritur accuſatus vel accuſator appellatione pendente, finitur inſtantia etiam quo ad bona.

6. Idem A.Iuliano.

SI quis cum capitali [t] pœna vel deportatione damnatus eſſet,appellatione [u] interpoſita, & in ſuſpenſo conſtituta, fati diem functus eſt, crimen morte finitum eſt. Idem obſeruatur, & ſi accuſator [x] pendente appellationis tempore vltimum diem obiiſſet. Sin autem relegationis pœnam ſuſtinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione vſus eſt,etiam poſt mortem eius nihilominus appellationis ratio examinabitur: cum deſideretur vtrum valeat necne particularis publicatio. PP.6.Kal. Aug. Gordiano A.& Auiola Coſſ.240.

SI [y] QVIS IMPERATORI [z] maledixerit.

TIT. VII.

Ex leuitate vel inſania maledicens principi, non punitur:ſed ſi per iniuriam, principis eſt æſtimatio vtrum & qualiter puniatur, quod facit ex cauſis & perſonis. Bald.

1. Imppp.*Theod.Arcad.& Honor.*AAA.Rufino P.P.

SI [a] quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia [b] turbulentus obtrectator temporum ||noſtrorum||

a *l.1.Cod.Theodoſ.eodem.*
b De temulentia & vino.*adde l.12.in fin.princ.D.de cuſtodia.l.11.§.2.D.de pœnis.l.6.§.7.D.de re milita.adde Belloviſanum 1.cap.3.in fin.num.15. Clarum 5.ſentent.§.vlt.q.60.num.7.Ancharan.2.q.13.*

g de reo deſertæ militiæ.
h Imò non ſoluitur. *l.4.s.de re milit.*
i de reo criminis falſi.
k Morte rei crimen extinguitur, at non accuſatio.
l Plures eodem libello,de eodẽ crimine accuſari poſſunt.
m De reo homicidij ſeu cuiuſuis criminis.
n Mortuo reo, accuſator iuſtè ab accuſatione deſiſtit,*vt hic:& l.15.§.3.D.ad Turpill.*
o *l.6.s.de public.iudic.*
p De reo criminis falſi.*l.2.s.eod.*
q Etiam mortuo auctore falſi inſtrumenti, qui eo vtetur, accuſari poteſt.
r De reis publicorum criminum.
ſ De mandatore criminis aliàs dixi.
t Morte naturali,non adſcita in reatu,capitale crimen extinguitur, *adde l.2.s.qui teſtament.fac.* vt in reatu Libonis apud Tacit.*lib.2.*
u *v.l.3.s.ſi pendente appell.*
x *l.3.in fin.D.de accuſat.l.10.D.ad Turpill.ad de l.10.s.de inofficioſo.*
y *9.C.Theod.4.v.l.7.§.3.D.ad legem Iuliam maieſtatis.c.83.Cano.apoſt.cap.paratus.25.q.1.Exod.22.d.num.16.& 12.Act.23.& Prouerb.17.& 20.Epiſt.ad Tit.3.Corinth.10.6.Harmenopul.14.Paul.5.ſentent.29.§.1.in fine.Tacit.lib.1.60.Baſil.36.c.13.Cuiac.10.obſeru.10.adde & 5.Decretal.26.de maledicis.*
z Quid ſi in curatorem aut conſiliarium regis aliquem,aut corã Curia verbis iniurioſis quis ſit vſus? vide Arreſt.apud Papon.8.Arreſt.3.Arreſt.6.7.8.

fuerit:

a d.l.1.Harmenop.d.loco. b κȣφότητος.Zonaras & Harmeno.d.loco. c ἐξ ἀπλότητος.Harmenop.d.loco.i.ex simplicitate,& malè.legendum est ἐξ ἀδικίας.sic apud Zonaram ὡς ἀδικȣ́μενος. De furioso dixi ad l.13.D.de off.præsid. d id est,condonandum,facit l.2.§.de rebus creditis.ἄξιος ἐστι συγχωρήσεως.Harmenop.d.loco.Simile quiddam est Titi apud Xiphilinum in Tito. Nemo, inquit, me iniuria adfici aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur. ea verò quæ falsò de me dicuntur prorsus negligo. ad eundem modũ Iulianus iniurioso poetæ Agamemnoni ignouit. Libanius epist. 6. Cæterũ sunt qui hocver bum Remittendum, ita accipiunt,vt intelligant reum maiestatis remittendum ad principem: malè tamen,meo iudicio. vide Papon. 2.Notat.7.cap.de crime de maiesté.

fuerit: eum pœnæ nolumus subiugari, neque durum aliquid,nec asperum ||volumus|| sustinere: quoniam si [a] id ex leuitate [b] processerit, contemnendum est: si ex insania [c], miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum [d]. Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur,vt ex personis hominum dicta pensemus,& vtrum prætermitti,an exquiri debeant, censemus. Datum 6.Id.Aug. Constantinop.Theodosio A.III.& Abundantio Coss.393.

AD LEGEM IVLIAM maiestatis [e].

TIT. VIII.

Si iudex contra constitutiones pronunciasse dicatur.

1. Imp.*Alexand.*A.Paulino.

ETIAM ex aliis causis maiestatis crimina cessant meo seculo: nedum etiam admittam te paratum accusare iudicem propterea [f] crimine maiestatis, quòd contra constitutionem meam ||eum|| dicis pronunciasse [g]. PP.3.Id.April. Maximo II.& Iuliano Conss.224.

De iureiurando.

2. Idem A.Faustiniano.

Alienam sectæ meæ solicitudinem concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres,si seruo tuo iratus[h]||esse|| non perseueres, quod semper te facturum inconsultè iuraueras [i]. PP.3.Non.Febr.Iuliano II.& Crispino Coss.225.

Si crimen non probetur.

3. Imp.*Constantinus* August.ad Maximum præfect.vrbis.

SI quis [k] alicui maiestatis crimen intenderit:cùm in huiuscemodi re conuictus, minimè quisquam priuilegio [l] dignitatis alicuius a strictiore inquisitione defendatur: sciat se [m] quoque tormentis esse subdendum,si aliis manifestis indiciis accusationem suam non potuerit comprobare, cum eo qui huiusmodi esse temeritatis ||reus|| deprehenditur. Illum quoque tormentis subdi oportet, cuius consilio [n] atque instinctu ad accusationem accessisse videbitur, vt ab omnibus commissi conscii instituta vindicta possit reportari. P P. Kalend.Ianuar. Volusiano & Anniano Conss. 314.

De tormentis.

4. Imppp.*Valent.Valens,& Gratianus* AAA. ad Olybrium P.V.

NVllus [o] omnino,cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum [p] tormenta inferuntur,militiæ vel generis aut dignitatis defensione vti prohibeatur: excepta [q] tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est. Datum 8. Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Conss. 369.

Quibus modis hic crimen admittitur,& de eius pœna. 1. De filiis damnatorum. 2. De his qui pro illis supplicant. 3. De filiabus damnatorum. 4. De emancipatione & rerum alienatione. 5. De vxoribus damnatorum. 6. De satellitibus, consciis, ministris, filiisque eorum. 7. De eo qui coniurationem patefecit.

5. Impp.*Arcadius & Honorius* AA.Eutychiano præfecto prætorio.

QVisquis cum [r] militibus vel priuatis [s] vel barbaris [t] scelestam inierit factionem [u], aut factionis ipsius susceperit sacramentum [x] vel dederit, de nece etiam virorum illustrium qui consiliis [y] & consistorio nostro intersunt, senatorum [z] etiam (nam & ipsi pars [a] corporis nostri

e dixi ad 48. ff.4. adde Menochium 2.de arbi. iudic.casu 377.
f Iudicare cōtra leges principum, non est crimen læsæ maiestatis, sed repetundarum, si iudex pecunia corruptus iudicet: vide l. vlt. j. repetundar. stellionatus, & falsi, si sine pecunia.l.1.§.3.D.de falsis. Ciuiliter etiam tenetur, Inst. de oblig.quæ ex delicto.
g huc refer quod Papo scribit 22.Arrest.1.nu.2.Apud Gallos, læsæ maiestatis esse crimen, à rege ad alium principẽ appellare.
h v.l.48.D.de reg.iur.
i Periurio,per nomen principis,non contrahitur crimen læsæ maiestatis, facit l.2. §.de rebus cred.
k l.vn.C.Theo. eod.
l Cùm de crimine maiestatis quæritur, nulla dignitas à tormentis eximitur, Paul.5. sent.29. §.2.in fi. l.4.in fi.j.eo.l.16. j. de quæst. l. 10. §.1 ff. de quæstionibus. Ammian. 19.Vbi maiestas pulsata defenditur,à quæstionibus vel tormentis nullam Corneliæ leges exemere fortunam,Chrysostomus Homil.12.ἔνθα ἂν ἡ καθοσίωσις,ἀξίωμα ȣ̓δὲν ὀφέλει.
m Qui crimen læsæ maiestatis probauit semiplenè tantum, vel per indicia, torquetur vnà cum accusato & instigatoribus accusationis vt hic: & 60.Eclog.36.c.16.
n De instigatoribus accusationis. o l.1.C.Theo.de quæstionib.l.16.j.de quæst.
p Ob id fidiculas dici,Isidorus putat 5.Etymol.27.quòd eis rei in eculeo torquentur, vt fides inueniatur. Vngulas etiam vocari putat. Fidicularum meminit Prudentius in hymno στεφάνων. q v.l.2.j.eo.l.14.D.de quæstionib. r l.3.C.Theo.ad leg.Corn. de sicar. Quibus modis crimen maiestatis admittitur. s priuatis barbaris, d.l.3. priuatorum nomine,intelligit subditos. t Quid, Exteri in exterum principem num committunt crimen læsæ maiestatis? Clarus negat 5.senten. §.læsæ maiestatis 11. versic.vidi quandoque.1.adde Clemen.pastoralis.vti gloss.in verbo non subsunt.de re iudic. Quid clerici, quos putant ab indepto clericatu, subditos Principis sui esse desinere? negant doctores committi ab iisdem crimen læsæ maiestatis:quod falsum esse puto. Ideóque meritò principes contrarium obseruant.Clar.d.loco.versic.hinc infertur.
u Factio scelesta.adde Paul.5.senten.29.§.2. x Sacramentum factionis suscipere, daréve. y v.Clar.5.sent.§.læsæ maiestatis 11.versic.Quæro etiam negando.v.Mynsing. 5.respons.44. z 6.Harmenop.6. a Senatus pars corporis Imperatorij:& econtrà.l.8.j.de dignitatib. b Harmenop.d.loco.Duces exercituum intelligit Paponius 2.Notar.7.c.de crime de lese maiesté. c Primum speciale criminis læsæ maiestatis: Nuda voluntas hîc punitur.v.quæ scripsi ad l.18.D.de pœnis.adde Clar.d.loco.versic.sciendum autem.l.vlt.j.eo. d Prima pœna reorum læsæ maiestatis mors. l.3.D.eo.§.3.Instit. de publ.iud.de consuetudine solent in partes secari,(Clar.d.loco.vers.sed quæro.Remissum tamen legimus hoc crimen aliquando,v.Papon.22.Arrest.1.num.3.

sunt) vel cuiuslibet postremò qui nobis militat [b], cogitauerit: (eadem enim seueritate voluntatem [c] sceleris, qua effectum, puniri iura voluerunt) ipse quidem vtpote maiestatis reus, gladio [d] feriatur, bonis eius omnibus [e] fisco nostro addictis. 1 ¶ Filij [f] verò eius, quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent [g] perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla [h] metuuntur) à materna, vel auita, omnium [i] etiam proximorum hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur,ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant: sint postremò tales,vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. 2 ¶ Denique iubemus etiam eos [k] notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire [l] tentauerint. 3 ¶ Ad filias [m] sanè eorum, quotlibet numero fuerint,Falcidiam tantùm ex bonis matris,siue testata, siue intestata decesserit, volumus peruenire, vt habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quàm integrum emolumentum ac nomen heredis.Mitior [n] enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus [o] minus ausuras esse confidimus. 4 ¶ Emancipationes [p] ||quoque,|| quæ à prædictis siue in filios,post legem duntaxat latam,siue in filias fuerint collatæ, non valeant. Dotes, donationes [q], quarumlibet postremò rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure factas esse constiterit,quò primum memorati de ineunda factione ac societate cogitauerint.nullius statuimus esse momenti. 5 ¶ Vxores [r] sanè prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint,vt quæ à viris titulo donationis acceperunt,filiis debeant reseruare: tempore quo vsusfructus absumitur,omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscat, quæ iuxta legem filiis debebatur:||&|| Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantùm,non etiam filiis deputata|| videatur.|| 6 ¶ Id quod de prædictis eorúm||que|| filiis cauimus, etiam de satellitibus [s] consciis, ac ministris filiisque eorum simili seueritate censemus. 7 ¶ Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam prodiderit [t] factionem,& præmio & honore à nobis donabitur.Is verò qui vsus fuerit factione, si vel serò (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit [u], absolutione tantùm ac venia dignus habebitur. Dat. Prid. Non. Septemb. Ancyræ,Cæsario & Attico Conss.397.

In libro Auredani sic in margine notatu: ante has leges legitur à Bulgaro Græca constitutio. Sed alij non habent quia Græca est. Sed ne quid Codici deesset, quod ad eius restitutionem pertineret adiiciendam existimaui legem vltimam eiusdem tituli βασιλικῶν, vt eam edidit & interpret. est Cuiacius.

De morte rei. 1. De alienatione & manumissione. 2. De seruis in dominum torquendis. 3. De morte rei.

6. * Ex lib.60.Basilic.tit.36.

MAiestatis rei etiam post [x] mortem tenentur, & confiscatur eorum substantia: & post mortem hoc crimen moueri incipit: & memoria defuncti damnatur: & res eius heredibus auferuntur. nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem subiit,propter cogitationem dignus est pœna. 1 ¶ Qui verò incidit in hoc crimen, neque [y] vendere potest,neque manumittere, neque vllo modo alienare,nec recte [illegible] soluit debitor. 2 ¶ Sed & [z] serui in eum torquentur. 3 ¶ Et mortuo eo res eius seruantur, quia existente herede agi oportet.

De morte rei. 1. De seruis in dominum torquendis.

7. Paulus lib.singulari de publicis iudiciis.

MEminisse oportebit, si quid contra maiestatem imperatoris commissum dicatur, etiam [a] post rei morte

e Pœna secunda, confiscatio bonorũ omniũ quæ ipso iure fit,licet non for tiatur effectum ante sententiã, adde l. vlt.j.eo.l. vlt.j.de bon. proscript. 6.Harmenop.4.
f Secundum speciale, adde §. 5.j.eo.Quid filiæ v.§.3.j.eod.Quid filij naturales? idem quod in filiis legitimis, communis opinio apud Clar. d.loc. ver.sed nunquid. Quid si legitimè concepti sunt & nati ante delictum? Communi opinione apud Alcia.con.467.n.7 negatur hâc legem ad eos pertinere: sed ad conceptos & natos post patris damnationem, vt sc. eis denegetur legitima, Clar.d.loco.versi. fuit etiã. Quid, nepotes ex filiis? ad eos etiã pertinet hæc constitutio,non tamen ad pronepotes communis opinio:Clar.d. loco, vers.præterea.Quid masculi ex filiabus? Idem esse volũt, sed non vltra filios id extendi, Clar.d.loco.Illud adiiciendũ est, hanc pœnam communi opinione ad eos tantùm pertinere qui in ipsum principem committunt, non aduersus eum qui superiorem aliquem recognoscit, Clar.d. loco.versic.vnum tamen. adde Ciceronem epistola ad Brutum 15.
g vide quæ scripsi ad l.26. D.de pœnis.vide Capitolin. in Marco Antonio.
h Exempla criminis hereditarij metuuntur: idque præsumptione quadam, de qua v. Alciat. 1. præsump.24.
i Imò non omnium. l. 9. D. eod.
k Tertium speciale,de his qui supplicant pro reo læsæ maiestatis. l Pœna supplicantis pro reo maiestatis. m Quartum,de filiabus. n Mitius agitur cum mulieribus,quàm cum masculis.hoc est, mitius puniendæ.v.Tiraqueli.de pœnis causa.9.l.38.§.7.D.de adult.l.6.D.ad l.Iul.pecul.
o sexus infirmus minus audere præsumitur.
p Quintum,de emancipationibus,dotibus,donationibus,l.6.§.1.j.eo.adde & de solutionibus reo factis.l.8.j.eo.
q l.31.in fin.D.de donationib.
r Sextum,de vxoribus.
s Septimum,de satellitibus,v.quæ notaui ad Nouel.117.c.8.
t Octauum,de coniurationis ac criminis læsæ maiestatis indicibus.Est verò exceptio ad l.10.§.de testib.l.vlt.§.de accus.
u Ignoscitur interdum reo se offerenti.v.l.13.§.de custod.
x Nonum speciale. Crimen maiestatis post mortem obiicitur, de quo vide l.7.l.vl. j.l.vlt.D.eod.l.6.§.11.D.de iniust.l.1.§.3.D.de suis.l.20.D.de publ.iud.§.5.Inst.de hered. quæ ab intest.60.Eclog.36.c.20.& c.12.Quinquennio tamen id præscribi posse putant, vide Clar.d.loco.vers.Item in fin.
y v.l.5.§.4.§.eo. z v.l.6.§.eo.
a v.l.7.in fin.j.eod.

a Depitiani, alij Epigrani, *v. Cuiac. 9. obser. 19. in fin.* b & gener Auidij Cassij. c Imò d. Marcus Drunciano pepercit, v. Capitolin. & Volcatium Gallicanum, Drunciani hic non esse legendum Cuiacius monet *d. loco.* d Decimum speciale, Serui torquentur in dominum maiestatis accusatum, *de quo l. 6. §. 2. s. eo. l. 1. j. de quæstionib. v. l. 1. 2. 3. 4. C. Theod. Ne præter crimen maiest. seruus dominum vel liberos vel patronum seu familiares accuset.*

tem id crimen instaurari solere, postea quàm diuus Marcus Drunciani [a], vtpote senatoris, qui Cassiani furoris socius [b] fuerat, bona post mortem fisco vindicari iussit [c]: & nostro tempore multis heredibus ablata sunt. 1 ¶ In hoc item crimine quod ad læsam maiestatem imperatoris pertinet, etiam [d] in caput domini serui torquentur.

De morte rei. 1. De seruis in dominum torquendis.

8. Marcianus lib. 1. de publicis iudic. ad legem Iuliam Maiestatis.

POst diui Marci constitutionem hoc iure vti cœpimus, vt etiam [e] post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit: vt conuicto mortuo memoria eius damnetur, & eius bona successori eius eripiantur. nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente punitus [f] est. Sic & diui Seuerus & Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare [g] neque manumittere eum posse: nec ei soluere [h] iure debitorem, magnus ‖ etiam ‖ Antoninus rescripsit. 1 ¶ In hac causa in [i] caput domini serui torquentur, id est, propter causam maiestatis. 2 ¶ Et si decesserit quis: propter incertam personam successoris, bona obseruantur [k], si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur: vt Seuerus & Antoninus literis ad rationales [l] missis rescripserunt. Datum 3. Non. Mart.

e *dixi ad l. 6. s. eod.*
f priuatus.
g *dixi ad l. 5. §. 4. s. eod.*
h quod est cōtra regulam iuris communis. *l. 41. D. de solut. l. 46. D. de iure fisci.*
i *dictum in l. 6. §. 2. s. eod.*
k sequestrantur.
l *v. l. vlt. s. de aduoc. fisc.*
m *§. 4. Instit. de publ. iud. 60. Eclog. 37.* περὶ μοιχείας *huc refer Clar. 5. sent. §. adult. v. 48. D. 5.*
n quid adulterium differat à stupro. *v. l. 105. D. de verb. sign.*
o Mulier lecti sui iniuriam aduersus virum persequi non potest: id est, de adulterio cum virgine aut vidua commisso virum accusare non potest, *6. Harmenop. 2. §. 5. Zonar. c. 48. apostol. Aug. de verbis apostol. sermo 4.* cum aliena vxore hodie potest, *Nouell. 134.* potest etiã mulier in maritum retorquere crimen. *l. 13. §. 5. D. eo.* olim repudiari etiam potuit vel si impudicè vixisset. *v. Euseb. 4. c. 17.*
p Harmenopulus dicit cæsam relegari, *6. tit. 2. in fi.*
q *l. 2. §. 2. in fin. l. 29. D. eod. Paul. 2. sent. 26. §. 2. idem Paul. apud Rufinum tit. 4. collatio. leg. Mosaic.*
r *l. 30. §. 1. j. eo. l. 26. D. eo. l. 34. ff. de ritu.*
s *l. 12. §. 1. ff. qui & à quibus manumiss.* Serui mulieris de adulterio accusatę, sed & patris mulieris torqueri possunt adulterij detegendi causa: nec possunt intra 60. diem dissoluti matrimonij alienari aut manumitti, ne alioquin pereat adulterij probatio.
t *v. l. 6. j. eo.*
u Adulterum noctu deprehẽsum marito impunè licet occidere: sed & si filij eius ei obtemperantes occiderint extra noxam sunt. Quod si præcipiente lege hoc non facit maritus, ignoscitur ei, quia & noctu deliquit, & facti dolore permotus, ideóque tantum relegatur. *Synops. Basilic. 60. tit. 37. c. 45.*

AD LEGEM IVLIAM DE Adulteriis [m] & stupro [n].

TIT. IX.

An mulieres accusare possint.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Cassiæ.

PVBLICO iudicio non habere mulieres [o] adulterij accusationem, quamuis de matrimonio suo violato quæri velint, lex Iulia declarat: quæ cùm masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis priuilegium detulit. PP. 13. Kal. Aug. Laterano & Rufino Conss. 198.

De lenocinio.

2. Iidem AA. Cyro.

CRimen lenocinij [p] contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt [q], non qui suspectam [r] adulteram habuerunt. PP. Kal. Iulij, Anulino & Frontone Conss. 200.

De seruis torquendis.

3. Imp. *Antoninus* A. Iuliano.

‖ NOn solùm ‖ verba legis Iuliæ de adulteriis coercendis, sed etiam sententia per quæstionem quoque seruorum siue ancillarum crimen admissum probare volentis, ad earum tantùm personarum seruos [s] ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit, id est, mulieris & patris eius, non naturalis, sed iusti dumtaxat, quos intra sexagesimum [t] diem ex dissolutione matrimonij numerandum, manumitti vel distrahi prohibet: & quorum dominis caueri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores, secuta absolutione. PP. 15. Kal. August. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

De adultero occiso.

4. Imp. *Alexand.* A. Iuliano procons. Narbo. prouinciæ.

GRacchus [u], quem Numerius in adulterio [x] noctu deprehensum interfecit, si [y] eius conditionis fuit, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit: quod legitimè [z] factum est, nullam pœnam meretur. Idémque filiis eius, qui [a] patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto [b] dolore adulterum interemit: quamuis homicidium perpetratum sit, tamen quia & nox [c] & dolor iustus factum eius releuant, potest in exilium dari. PP. sine die & consule.

x 60. *Eclog. 37. c. 44.* ἐν συμπλοκῇ. *6. Harmenop. 2.* in adulterio, inquam, vxoris. *Harmenop. ibid. facit l. 10. §. 1. D. soluto.* y Non omnem adulterum in adulterio licet interficere, *l. 24. D. de adult.* z *v. l. 151. D. de reg. iur. facit lex 25. s. de admin. tut.*
a *Eclog. d. loco. v. l. 4. D. de reg. iur.* Seneca *1. controuers. 4.* Vir fortis in bello manum perdidit. deprehendit adulterum cum vxore, ex qua filium adolescentem habebat: imperauit filio vt occideret. Non occidit, adulter effugit, abdicat filium. *v. eundem Senec. 1. declama. 4.* b *v. l. 38. §. 8. D. eo.* c Nox & dolor iustus, factum eleuant. d Adulter post quinquennium accusari non potest. *l. 28. j. eod. l. 29. §. 7. D. eo.* Adulterij actio intra quinquennium continuum, tantum intenditur. *6. Harm. 2. 60. Eclog. 37. c. 45.* e Exceptiones legum auferri non oportet, f Intra sexaginta dies post repudium, hoc est diremptum matrimonium, si vxorem adulterã vir accuset, calumniæ pœnam nihil est quod metuat. sin post sexaginta dies id faciat, calumniæ notam subit. *Synopsis Basilic. 6. tit. 2. §. 19.*

De quinquennij præscript.

5. Idem A. Vadanti.

ADulter, post [d] quinquennium quàm commissum adulterium dicitur, (quod continuum numeratur) accusari non potest: easque præscriptiones [e] legibus reo datas auferri non oportet. PP. Id. Iun. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De marito accusante adulterij.

6. Idem A. Sebastiano.

IVre [f] mariti adulterij accusare volenti, sexaginta [g] dies vtiles [h] computantur: quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea postulari potest. Et cùm præterierint dies isti vtiles, maritus quoque iure extranei agere potest. Et qui confidit accusationi, calumniæ [i] notam timere non debet. nam ad probationem sceleris diui parentes mei quæstionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi iure mariti ageretur. PP. 2. Id. Aug. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De virgine violata.

7. Idem A. Heruclano.

PRopter violatam virginem [k] adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est: & ideo iure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata [l] sponsa eius fuerat. Sed si ipsa iniurias suas adsistentibus [m] curatoribus [n] per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur: præses prouinciæ pro debita tanto delicto, si probetur, seueritate examinabit. PP. 12. Kal. Iun. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Ne eodem tempore adulter & adultera accusentur.

8. Idem A. Domno.

REos adulterij [o] duos [p] simul marem & fœminam ex eadem [q] causa fieri lex Iulia de pudicitia vetat †: sed ordine [r] peragi vtrosque licet. PP. Idib. Iunij, Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De lenocinio.

9. Idem A. Proculo.

CAstitati temporum meorum conuenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in pœnis legitimis [s] perseuerare. ¶ Qui autem adulterij damnatam si quocunque modo pœnam capitalem [t] euaserit, sciens duxerit [u] vxorem ‖ vel reduxerit [x] ‖ eadem lege ex causa lenocinij punietur. PP. 7. Kal. Feb. Iuliano II. & Crispino Conss. 225.

De pactis, de præuaricatione, de pretio pro comperto stupro accepto.

10. Idem A. Demetriano.

DE crimine adulterij pacisci [y] non licet: & par [z] delictum est accusatoris præuaricatoris, & defugientis [a] veritatis inquisitionem. ¶ Qui autem pretium [b] pro comperto stupro accepit, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenetur. PP. 5. Non. Maij, Fusco & Dextro Conss. 226.

An maritus retentam in matrimonio accusare possit.

11. Idem A. Naruano.

CRimen adulterij maritum retenta in matrimonio vxore inferre non † posse, nemini dubium est. PP. Kal. Septemb. Alexand. II. & Marcello Coss. 227.

In authent. vt lic. matri & auiæ. §. quia verò plurimas. coll. 8. tit. vlt. Nou. 117. cap. 8.

SEd nouo iure potest, & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet, & in scriptis eam accusare debet. Si verò illatam adulterij accusationem maritus non probauerit, illis subiiciatur supplicijs, quæ esset passura mulier si accusatio comprobata fuisset.

An sententia lata contra adulterum noceat adulteræ.

12. Idem A. Basso.

ETsi [c] crimine adulterij damnatus restitutus non esset, vt proponis: si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata: nec pœnæ nec infamiæ subiici potuit: & multo magis cùm & accusatorem vita esse functum proponas. PP. Kal. Iun. Sabino II. & Venusto Coss. 241.

g Intra sexaginta dies à diuortio vir iure mariti accusare potest, abinde iure tantum extranei. *l. 3. s. eod. l. 11. §. 6. l. 15. §. 2. D. eo. 6. Harmen. 2. §. 19. Tacit. 2.*
h *l. 1. D. de diuersis.*
i *v. l. 15. §. 2. D. ad Turpill.*
k hanc vocem *virginem*, quidã expũgunt: Alij ita, virginem, quę postea adulta esse cœpit.
l Rem paucis ita definio. Nemo potest agere de vxore, antequam spõsam eã haberet, violata. *l. 13. in fi. D. eo.* de spõsa violata potest sponsus agere. *d. l. 13. §. 3.* nisi alteri quàm sponso nupserit. *l. 11. §. 7. D. eo.* maritus factus, potest de ea violata cùm sponsa esset, agere, non tamẽ iure mariti. *d. l. 13. §. 6.* ergo extranei potest? Extranei hodie non possunt, *l. 30. versic. extraneos. j. e.* alia quędam vide apud Cuiacium *6. obs. 16. & 20. obs. 16.*
m subsistentib. *Hal.*
n *l. 4. s. de author. præstanda.*
o aliud in incesto. *l. 7. in fi. D. eo.*
p *l. 15. in fi. l. 39. §. 6. l. 32. in fi. D. eod.*
q ex diuersa non vetatur. *d. l. 32. in fi.*
† In Gallia id non obseruatur. *v. Papon. 22. Arrest. 9. num. 2. in fin.*
r vt incipiat à quo velit.
s de quibus *v. l. 30. in fi.*
t hinc colligunt, Alexandrum primum constituisse, vt adulterium capitale esset. *v. d. l. 30. in fi.*
u *l. 29. §. 1. D. eo.*
x *l. 31. §. 1. D. eo.*
y Pacisci de adulterio non licet. *l. 18. s. de trãsact. 60. Eclog. 37. c. 49. v. Cuiac. 6. obs. 11. Hotom. 21. Illust. Cuiac. 20. obs. 10. Forcat. 5. Cupid. nu. 2. Donel. ad l. 18.* z Paria sunt marito præuaricari postquam accusarent adulterum vxoris, & fugere inquisitionem veritatis, hoc est adulterij commissi. *Synops. eo. c. 49.*
a rei fugientis. *Cuiac. hic.* verum ita Græci legunt, vt hîc excusum.
b Adulterij tenetur qui pretium pro comperto accepit. *l. 29. §. 2. D. eo. l. 5. D. de condi. ob turp. l. 37. in fin. de minorib. l. 8. D. quod met. causa.*
† *l. 11. §. 10. l. 26. D. eo.* hodie potest, *Authent. prox. j. eo. v. Cuiac. 20. obs. 15. vbi de differentia adulteri & adulteræ.* c Condemnatio adulteri, adulteræ quæ accusata non fuit, non nocet, *add. l. 17. §. 6. D. eod.*

De absente.

13. Idem A. Syluano.

ADultera, si posteaquam crimen cōtra eam inchoatum est, prouinciam excesserit, etiam absenté [a] inter reos recipi posse [b], explorati iuris est. PP. Non. Mart. Attico & Prætextato Coss. 243.

a l. 11. §. 2. ff. eod. dixi ad l. 3. §. de accusat.
b Imo non potest, v. l. 15. §. eod.

De foro competente, de ea quæ post adulterium nupsit.

14. Imp. Gordian. A. Aquilæ.

SI, dum in tuo matrimonio vxor tua esset, se adulterio polluit: in [c] ea prouincia, in qua id ||ipsum|| factum est adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea [d], quæ iam nupta||&|| adulterium passa est, exordium accusationis sumi potest, si [e] denūciatio criminis nuptias non præcessit. PP. Non. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

c In qua prouincia mulier adulterium commisit, in eadem accusari debet, v. l. 1. §. vbi de crim. adde l. 15. §. eod.
d Imo ab ea, l. 5. ff. eod.
e l. 16. d. l. 17. in prin. & §. 6. ff. eo.

De absente, de milite.

15. Idem A. Hilarino militi.

SI quondam vxor tua, antequam crimine adulterij accusaretur, prouinciam excessit: neque absens accusari potest [f], neque in [g] eam prouinciam, in qua stipendium facis, transmitti iure deposcitur. Sanè cum per occupationem militarem non licuit, accusare eam solenniter poteris. Nec enim tempus quo muneribus militaribus occuparis [h], vindictam tibi, quam maritali dolore percussus deposcis, debet auferre. PP. 4. Id. Mart. Attico & Prætextato Coss. 243.

f Imo potest, l. 13. §. eod. potest, postquā aduersus eam inchoatum est. d. l. 13. antequam fit in choatum, non potest vt hic.
g v. l. 14. §. eod.
h v. l. 21. §. eod.

In authent. vt nulli iudic. §. Si vero quis. coll. 9. tit. 17. al. 1. nou. 134. cap. 3.

SI vero criminis commissi occasione latuerit, aut prouinciam illam reliquerit in qua deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice vocari eum: & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur quòd in alia prouincia degat, iubemus prouinciæ illius iudicem in qua crimen commissum est, epistola publicatis ad prouinciæ illius iudicem in qua delinquens degit. Ille verò qui publicas susceperit literas, periculo suo & officij sui comprehendet eū, & ad iudicem prouinciæ transmittet in qua peccauit supplicijs legitimis subijciendum. Si verò qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Sin autem index, aut aliquis officialium suorum propter lucrū eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit: qui hoc fecisse conuincatur, spolietur cingulo, & exilio tradatur.

i v. l. 2. §. de abolitionibus.
k l. 2. §. 1. ff. eod.
l Turpilliano, l. 14. in f. ff. eod. & pœnæ quinque librarum auri, l. 3. in f. ff. de præuaricat. non tamen talionis. in cuius alterū caput, v. in l. 11. in f. ff. de sicarijs.
n v. l. 5. ff. ad Turpill.
o l. 11. in f. ff. eod. l. 20. ff. de ritu.

Si maritus desistat.

16. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Archesilao.

ABolitionem adulterij criminis postulans, præsidem [i], in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes Cæterùm erras tu marite, existimans etiam si simpliciter, id est, fine abolitione destitisses [k], senatusconsulto [l] in persona tua futurum locum non fuisse: diuersum enim diui principes sæpe sanxerunt. Quin hoc ampliùs scias: nullam fuisse tibi vlterius potestatem instituendi huiusmodi accusationes: quia & decreto patrum, ||&|| lege Petronia [m] ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. PP. 15. Kal. Iun. Maximo & Glabrione Consulibus. 257.

De lenocinio.

17. Iidem AA. Victorino.

SIne metu legis Iuliæ de adulteriis coercendis reuocare vxorem in matrimonium potes: cùm [n] nihil amplius quàm libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quòd vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim committit in pœnam quam lex certo capite denūciat, qui vel publicè adulterio damnatam habet: vel adulterare sciens [o], vt ignorantiam simulare nō possit, retinet vxorem. PP. 6. Kalend. Augusti, ipsis AA. IIII. & III. Coss. 258.

p Bigamiæ varias pœnas. vide apud Menochiū 2. ae arb. trar. iudic. 1. casu 420.
q Infamia notatur, qui duas simul vxores habet. v. l. 2. §. de incestu. l. 1. in f. ff. de his qui notant. §. 6. 7. instit. de nup. 4. Harmenop. 4. dixi ad l. 7. §. de Iudeu. Imo pœna capitalis est, Theoph. §. 6. de nuptijs. adde Romanum singul. 533. argumento ex hac lege ducto, vt mox dicetur.
r v. l. pen. ff. de cōcub. v. Paul. 2. sen. 20. §. vnic.
s Fictus cœlibatus, l. 5. §. de don. ant. nupt.
t Adulterium cum secūda muliere bigamus committit, vt ex hac particula colligit Menochius d. l. nu. 105. vult enim hanc particulam etiā, implicarre aliū casum: perinde ac si dixisset Imperator: Non solum ille adulterium commisit sed etiā stuprū.
u Bigamiam iure ciuili capitalē esse hinc colligit Romanus singulari 533. cū stupri pœna sit capitalis.
x l. 32. §. penu. ff. de donat. int. vir.

De polygamia.

18. Iidem AA. & Valerian. C. Theodoræ.

EVm [p], qui duas [q] simul habuit vxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur: sed animi [r] destinatio cogitatur. Verumtamen ei qui te ficto [s] cœlibatu, cum aliam matremfamilias in prouincia reliquisset, solicitauit ad nuptias: etiam [t] crimen [u] stupri, à quo tu remota es, quod vxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonij simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à rectore prouinciæ. nam ea quidem quæ se tibi vt [x] sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cum effectu potes quasi sponsa? Accepta Id. Maiis, Antiochiæ, Tusco & Basso Coss. 259.

De absente.

19. Impp. Diocletianus & Maximianus, AA. ad Pompeianum.

QVamuis indubitati iuris sit, quotiens adulterij crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere [y]: tamen quoniam ex literis tuis cognouimus Materiam Propositi Viatoris vxorem, habitis quæstionibus, cum Iuliano quodam adulterium commisisse, detectā sub ipsa probatione sententiæ Viatoris ipsius præsentiam [z] postulasse: non putauimus confecto penè iudicio, facinore etiā agitata quæstione conuicto. Propositum ab excubiis limitis reuocandum. Dat. S. Non. Decemb. AA. & Coss.

y l. vlt. §. de accu.
z Etiam absente accusatore, reus præsens cō demnari potest.

De stupro.

20. Iidem Augusti & Cæs. Didymo.

FOedissimam [a] earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum quæ per vim [b] stupro compressæ sunt, irreprehensa [c] voluntate, leges vlciscuntur. quin etiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, meritò placuit PP. 3. Non. Octob. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

a Quidam hāc legem referunt ad Tribadas seu fictrices, de quibus v. Iuuenal. Satyr. 6. Martialem 1. Epig. 58. v. Pap. 22. Arrest. 7. nu. 2. Clar. 5. sen. §. Fornicatio. versic. inter mulieres. Petrum Gregor. 6 syntagm. 14. sed malè: agitur .n. hac lege de mulieribus vltrò se stupro dedentibus.
b vim passæ mulieri, nuptiis aliorum non interdicitur, l. 13. § 7. l. 39. ff. eod. adde Tiraquellū tract. de pœn. causa 36.
c Integra volūtate vim mulier pati potest. Tolle voluntatem ex medio, omnis actus est indifferens. Bald.
d l. 5. l. 15. in f. §. eod. l. 11. §. 5. ff. eo.
e Marito reipublicæ causa occupato non currunt tempora ad accusandam vxorem de adulterio cōstituta.

De eo qui per occupationes publicas accusationem instituere non potuit.

21. Iidem AA. & CC. Silano.

OB commissa adulteria, atque accusandas vxores, certa tempora, quæ vtiliter [d] computari solent, præscripta sunt. si igitur per occupationes [e] publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam solicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cùm vacare cœperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas. PP. 14. Kalend. Nouem. ipsis IIII. & III. AA. Consulib. 290.

De meretrice.

22. Iidem Augusti & Cæsares Oblimosi.

SI ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim [f] venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit: adulterij crimen in ea cessat. PP. 12. Kalend. Nouemb. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

f v. l. 29. in f. §. eo. Nov. ... Adulterij non tenetur, qui ei coniūgitur quæ iā se multis meretricio more prostituit, Synopsis Basilic. cod. cap. 55. 6. Harm. 2. §. 21.
g l. 24. §. eod. v. l. 6. ff. eod. adde quæ scripsi ad l. 3. in f. ff. de cap. min.
Cur ita? Matrimonium quod non est, violari non potest, adde l. 13. §. ff. eod.
h Iustè repudiata mulier duci potest.
i v. l. 23. §. eod.
k Stupri cū ancilla damnatus non fit infamis, l. 29. in f. §. eod. l. 6. ff. eod. l. 25. ff. de ritu nupt.
l Opinionis grauatæ & infamie differentia.
m Verberibus eum affici qui cum ancilla propria rē habeat, ex nouo iure Orientis refert Harmenopulus 6. t. 3. §. 2.
n v. l. 1. §. de ord. cogni. l. 1. §. de off. rector. prouinc.
o & ita quibusdam in causis ciuilis causa criminali antepo nitur. vt hic. & l. 8. §. ad l. Fab. l. 2. C. Theod. de falsis.

De seruis. 1. De pecunia data ad redimendam litis vexationem, vel captandam impunitatem.

23. Iidem Augusti & Consf. Proculo.

SErui [g] ob violatum contubernium ||suum|| adulterij crimine accusari non possunt. 1 ¶ Is autem, qui post [h] dissociatum matrimonium vxorem licito iure duxit, obque intentatæ accusationis ac potētis patrocinij metum, ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit: ad recipiendum id, vlciscendámque turpis lucri cupiditatem, adire præsidem potest: qui examinatis ||partium|| allegationibus, & inquisita fide veri, si quidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognouerit: quēadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonij velut mercedem ad captandam impunitatem solutam ||pecuniam|| esse: eum, qui etiam aduersus senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri iubebit. Kal. PP. Nouemb. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

De iniusto contubernio.

24. Iidem Augusti & Cæsares Dionysio.

SI eius, à quo nunc adulterij rea postularis, contra iuris formam contubernio [i] hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

De existimatione.

25. Iidem Augusti & Cæsares Sossiano.

ETsi libidine intemperatæ cupiditatis ex actorū lectione exarsisse te cognitum est: tamē cùm ancillas [k] compressisse, & non liberas stuprasse detectum sit: ex huiusmodi sententia grauatam [l] potiùs [m] opinionem tuam, quā infamia afflictam esse manifestum est. PP. 5. Idus Martii, Tiberiano & Dione Coss. 291.

Si de statu accusati dubitetur.

26. Iidem AA. & CC. Crispino.

QVoniam Alexandrum, qui in crimen vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine, quòd accusator vxorem post deprehensum adulteriū penes se habuisse videatur, & de statu suo agere nunc velle perspeximus: ita ordo [n] quæstionis dirimendus videtur vt in primis [o] quidem de statu Alerandri quæratur. ita vt si liberum eū esse adhibita audientia deprehenderis, præscriptionis ei

a Imo, non est ei facienda. *l. 2. §. 7 ff. eo.* b Serui adulterij accusari possunt *l. 5. l. 12. §. 3. ff. de accusat.* c hinc colligunt, Damnatis pœnam remitti, si ab aliqua muliere in matrimonium postulantur. *Rebuff. 1. c. 9. n. 34. Pap. 24. Arest. 10. num. 14. dixi l. 31. ff. de pœn. v. Tiraq. tract. de pœn. caus. 56.* d *dixi ad No. 134. c. 12.* e *de quo v. l. 5. eo.* Adulterium repellit temporis exceptio, lenocinij & ordinis. f De lenocinio *v. l. 2. §. 4. ff. eo. l. 39. in fi. l. 47. ff. solut.*

obiiciendæ facias[a] potestatem. Sin verò eundem esse seruũ[b] cognoueris, remotis præscriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, pœnam decernere quã in adulterij crimen legum sanctio statuit. Dat. V. Kalend. Septemb. AA. Conss.

De nuptiis inter adulteros.

27. Iidem *Aug. & Cæs.* Phœbo.

COmmissum antea adulterium cũ eo, qui se postea nuptiis[c] sociauit, velamento[d] matrimonij non extinguitur. PP. 18. Kal. Ian. CC. Coss.

De exceptione temporis lenocinij, & ordinis.

28. Iidem AA. & CC. Concordio procons. Numidiæ.

ITa nobis cordi pudor est, vt remoueamus prisci iuris ambages, & constituamus in adulterij quæstione, abolitis de medio cæteris præscriptionibus, præter quinquennij[e] temporis, & lenocinij[f] quod marito obiicitur, exceptionẽ illam[g] etiam quæ post solutum prius matrimonium ante denũciationem[h] nuptæ competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim vt vltionem pudoris[i] prçstigia[k] versuti[l] iuris excludant. PP. Kal. Iun. Tusco & Anulino Coss. 295.

De domina cauponæ vel famulæ.

29. Imp. *Constantinus* Augustus, Africano.

QVæ[m] adulterium commisit, vtrùm domina cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili[n], vt plerunque ipsa intemperantię vina prębuerit: vt si[o] domina tabernæ fuerit, non sit à vinculis iuris excepta. ¶Si verò potantibus ministerium[p] præbuerit: pro vilitate[q] eius quæ in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi qui accusantur, abscedãt: cũ ab his fœminis pudicitię ratio requiratur, quę iuris nexib. detinẽtur, || & matrisfamilias[r] nomẽ obtinẽt. || Hę autẽ immunes à iudiciaria seueritate || & stupri & adulterij || pręstentur, quas vitæ vilitas[s] dignas legum obseruatione non credidit. Suprascripta. Dat. 3. Non. Feb. Heracliæ, Constantino A. VII. & Constantio C. Conss. 326.

De accusatoribus pœna adulterij.

30. Idem A. ad Euagrium.

QVamuis[t] adulterij[u] crimen inter publica[x] referatur, quorum delatio in commune omnib. sine aliqua legis interpretatione cõceditur: tamẽ ne volentib. temere liceat fœdare connubia, proximis[y] necessariisq; personis solũmodo placet deferri copiã accusandi: hoc est patri, fratri necnõ patruo, & auũculo, quos verus dolor ad accusationẽ impellit. Sed etiam his personis legẽ imponimus, vt crimẽ abolitione[z] (si voluerint) compescant. In primis[a] maritũ genialis tori[b] vindicẽ esse oportet: cui quidẽ & ex suspicione[c] reã coniugẽ facere licet: vel eã, si tantũ suspicatur, penes se retinere nõ prohibetur: nec inscriptionis † vinculo contineri, cũ iure mariti accusaret, veteres retro principes annuerũt. Extraneos[d] autẽ procul arceri ab accusatione cẽsemus. nã etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nõnulli tamẽ proteruè id faciũt, & falsis cõtumeliis matrimonia deformãt. ¶Sacrilegos[e] autẽ nuptiarũ gladio † puniri oportet. || PP. Nicomediæ 7. Kal. Maij, Constantino A. VII. & Constantino Cæs. || IIII. || Conss. 326.

In auth. vt nulli Iud. §. Si vero quando. col. 9. tit. 17. al. 9. Nou. 134. cap. 10.

SEd hodie[f] adultera verberata † in monasterium mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum viuit, permaneat: duabus partibus propriæ substantiæ liberis, si habet, applicandis: tertia

g ordinis sc. quo primum accusandus est is cui adultera nupsit post matrimonium.

h *l. 14. j. eo.*

i i. violatæ castitatis, quæ pudore retinetur.

k *al.* præstigiæ.

l hac versutia sublata admittitur accusatio, si lege nõ reprobetur accusatoris persona & asserantur probationes per testes extraneos & domesticos, etiam cum quæstione *vt l. 32. j. eo.*

m Adulterium an & quando admittatur in tabernæ præpositam mulierem. *l. 1. C. Theod. eod. 6. Harm. 2. §. 22. Syn. Bas. eod. c. 63.*

n *l. 25. j. eo.*

o Adulterium commissum cũ domina cauponæ, puniri potest, si ipsa per se vinum in taberna prębere solita est. *adde l. 47. ff. de ritu.*

p *d. l. 25.*

q Vinum per se potantibus præbere, vile & seruile est ministerium: vnde hic negatur, adulterium cum eiusmodi muliere committi. Nam leges bonæ existimationis mulierum pudicitię prospexerũt, nulla vilium & commiseratione dignarum ratione habita. *Sy. Bas. eo. c. 63.*

r *v. l. 49. §. 4. D. de leg. 3.*

s hinc colligunt, Iure ciuili stuprum non committi cum meretrice *v. Clar. 5. sen ten. §. fornicatio 5. vers. 1.*

t *l. 2. Co. Theod. eodem.*

u Adulterij crimen non omnibus sine vllo discrimine intendere permissum est: vt ne volentibus temere liceat fœdare cõnubia, sed solis proximis, maximéque necessariis personis a- uo aut patri, fratri, patruo, auunculo: sed inter omnes maximè viro. *6. Harmenopul. 2. §. 4.*

x Etiam hodie publicæ accusationes adulterij sunt *v. C. 20. obs. 22.*

y *6. Harmenop. 2.*

z *l. 2. in fin. j. de abolitionibus.*

a *leg. 2. §. 8. leg. 14. §. 2. D. eod.* deinde pater *d. §. 2.* socer *l. 11. §. 3. D. eod.* Quid sponsus? *v. leg. 7. j. eod.*

b Maritus tori genialis vindex esse debet. potest tamen mitiùs experiri cum adultero *v. Papon. 22. Arest. 9. nu. 12.*

c *leg. 2. j. eodem.*

† *v. Nou. 117. c. 8.*

d Extranei hodie non accusant de adulterio.

e id est, adulteros. deest hæc sententia in Codice Theodosiano, quam tamen verisimile est desumptam ex *l. 4. C. Theodos. quorum appellat. non recipiuntur.*

† *leg. 9. j. eodem. leg. 18. j. de transactionibus. §. 4. Inst. de publ. iudic.* deportationis meminit *l. 4. j. de quæstionibus vide l. 5. D. de quæstionibus: v. Cuia. 6. obs. 11. 19. obs. 39. 20. obseru. 19. Hotom. 21. Illustr.* hodie adultera aliter punitur *Authentica proxima j. eodem: dixi ad Nou. 134. cap. 10.*

f Adulterij pœna olim deportatio, *leg. 5. ff. de quæstionib.* Hodie, hoc est, nouo iure ciuili, adulterium punitur hac constitutione. Nouissimo iure & consuetudinario, quibusdam in locis fustigatione ex exilio arbitrario punitur adultera: adulter, vltimo supplicio: aliis locis adulterium mulieri & masculo capitale, *adde Nouell. 134. c. 10. Romanum singulari 313. Clarum in sententiis. § adulterium.* De variis adulterii pœnis, *vide apud. authorem Synopseos eod. cap. 67. Ferrand. 1. Explicationum, 45. v. omnino Menochium 2. de arbitr. iudiciis centuria 5. cap. 419.*

monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: duæ monasterio, quibus prædictis non extantibus, omnis eius substantia monasterio quæretur: pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro seruandis.

In authent. vt lic. ma. & auiæ. §. his quoque. coll. 8. t. vlt. nouel. 117. cap. 15.

SI quis ei quem suspectum habet de sua vxore, ter in scriptis denunciauerit sub præsentia trium testium fide dignorum, & pòst inuenerit eum conuenientem vxori suæ in domo sua vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat[g]. Si alibi inueniat, tribus testibus conuocatis tradat eum iudici, qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inueniantur post tres, vt dictum est denunciationes: liceat marito vtrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut aliis clericis: vt ad eorum periculum diuisim isti seruentur, donec iudex cognoscens hoc mittat episcopo ciuitatis quatenus ei isti tradantur, vt debeant subire tormentum, vt nuncietur per eum ad præsidem prouinciæ, qui secundum leges pœnam imponet legitimam.

De venere mascula.

31. Impp. *Constantinus & Constans*, AA. ad populum.

CVm[h] vir nubit[i], in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, vbi sexus[k] perdidit locum? vbi scelus est id quod non proficit scire? vbi Venus mutatur[l] in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur[m]? iubemus insurgere leges, armari[n] iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames qui sunt vel qui futuri sunt rei. PP. Romæ 17. Kal. Ian. Constantino VIII. & Constantio Cæs. IIII. Coss. 326.

De seruis torquendis.

32. Imppppp. *Gratian. Valent. Theod. & Arcad.* AAAA. Cynegio præfecto prætorio.

IN[o] adulterii quæstione ab omni[p] familia non solùm mariti, sed etiam vxoris (quæ † tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum) quærendũ est sine defensione cuiusquam. Data 3. Id. Decemb. Constantin. Arcadio A. I. & Bautone Conss. 385.

De repetitione dotis vel alterius debiti.

33. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* AAA. Rufino præfecto prætorio.

ADulterij[q] accusatione proposita, præscriptiones ciuiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere atque perstrepere examini consueuerunt, iussimus sequestrari, nec[r] earum obice aliquid negotio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit quo iure, id est, maritine, an extranei, || quóve tempore accusatio fuerit intromissa: discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & iurgia quæ magnitudine superantur[s], & ciuilis actio criminali iure postponatur, idem tamen, cum competere cœperit, habitura momenti, dummodo non obsit || huic || examini. Dat. 7. Idus Decemb. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Conss. 392.

De nuptiis inter accusatos secutis.

34. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.

SI[t] qui adulterij fuerit accusati, & obtentu proximitatis[u] intentata depulerint, per[x] commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur non debere credi quod allegatur, vel nõ potuisse committi: hi si postmodũ in nuptias suas consortiúmq; cõuenerint. facinus illud || in || quo fuerint accusati, manifesta fide atq; indiciis[y] euidẽtib. publicabũt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdẽ seuerissimè vindicari, & veluti conuictũ

† pœna adulteræ noua.

g dixi ad Nouellam 117. c. 15.

h *l. 3. C. Theodos. eod. adde Nouel. 77. & 141.*

i *al.* nubit, in fœmina viros projectura quid cupiat, &c. *d. l. 3.* nubit in fœmina viros paritura, quid cupiatur, &c. *Hal.* nubit vt fœmina viris paritura, quid cupiatur, &c. *Reuard. 4. Variar. 20.* Ita legi potest, Cum vir nubit, in fœmina viris porrectura quid cupiatur? Vir nubere dicitur, quoties muliebria patitur: quoties contra naturam sexus non agit, sed patitur. *j. eod. ibi, Vbi sexus perdidit locum.* hoc est, mutare venerem in alteram formam. *j. eod. ibi, vbi Venus mutatur in alteram formam.* Saluianus *lib. 7. de gubernatione.* viri in semetipsos fœminas profitebãtur. Clemẽs *3. Pedagog.* ἄνδρες πάσχουσιν, γυναῖκες ἀνδρίζονται. Lampridius *in Heliogab.* Nupsit, inquit, & coiit, vt & pronubũ haberet. Dion *in Nerone.* συνεγίνοντο ἅμα τῷ Νέρωνι, Πυθαγόρας μὲν ὡς ἀνήρ, Σπόρος δὲ ὡς γυνή. Agebatur id genus infamiæ habitu (quod verbo *mutandi* aptissimè hîc ostenditur) vultu & incessu fœmineis adsumptis. Saluianus *d. loco.* Cum enim muliebrem habitũ viri sumerent, & magis quam mulieres, gradũ fingerẽt. *& pòst,* cùm fœmineis tegminũ illigamẽtis capita velarent. Lampridius *ibid.* Vultũ eodem, quo Venus pingitur, schemate figurabat: corpore toto expolitus. Id nemo Martiale melius expressit lib. 12. Barbatus rigido nupsit Callistratus Apro, Hac qua lege viro nubere virgo solet. Præluxere faces, velarunt flammea vultus, Nec tua defuerũt verba, Thalasse tibi. Dos etiam dicta est. Nondum tibi Roma videtur Hoc satis? expectas, nũquid & vt pariat. & hæc de masculis. Fœminæ eodem quoque pene vitio assuetæ. Seneca cõtrouers. Iactatur modo in puerilem modo in muliebrem habitum composita.

k i. vbi nulla habetur ratio sexus à Deo distincti. Paulus *ad Rom. 1. ver. 27.* ἄρσενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, &c.

l *v. Paul. ibid. vers. 26. ibi.* μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν

m nec inuenitur.

n *v. quæ dixi ad N. 77. Nou. 141.*

o *l. 4. C. Theod. e.*

p *l. 3. j. eod. v. l. 27. §. 6. ff. e. l. 8. §. 6. j. de repud.*

† & ita mitigatur durities legis *12. §. 1. ff. qui & à quib.*

q *l. 7. C. Th. e.*

r *l. 27. ff. rerũ. amotar.* Quæstione dotis petitæ ac similium, adulterij quæstio prorogari non potest.

s suppetant, *d. l. 7.*

t *l. 8. C. Th. e.*

u *v. l. 19. j. de episc.* Audita est Mœuia negans adulterium cũ Titio cõmissum, vel eo solo quòd Titius genere nimis propinquus ei esset. Si Mœuia postmodum nubit Titio, præsumetur adulteriũ commisisse, vt actu contrario subsecuto, præsumatur aliquid in præteritũ, quod alias erat incredibile.

x Præsumitur nemo cũ proxima consanguinea adulteriũ cõmittere velle *vt hic:* Quid si mulieris marito mortuo, cum ea post nuptias contrahat? præsumitur adulteriũ tum admisisse, cum accusaretur.

y *l. vlt. j. de probationibus.*

facinus

facinus confeſſúmque puniri. Dat. 2. Non.Decembr.Conſtantinop.Theodoſio A.III.& Abundantio Conſſ.393.

De diuortio.

35. Impp.*Honor.& Theod.*AA.Palladio præfecto prætorio.

SI[a] mulier repudij oblatione ſine vlla legitima cauſa à ſe dati diceſſerit: ne viduitatem ſtupri procacitate commaculet, accuſationem repudiato marito iure deferimus. Dat. 12.Kalend.Mart.Rauennæ,Euſtachio & Agricola Coſſ.421.

De manumißione ſeruorum adulteræ poſt eius mortem.

36. Imp.*Iuſtinianus* A.Ioanni præfecto prætorio.

LIbertatem ſeruorum qui ad dominium pertinent vxoris vel mariti, vel parentum eorum repudio miſſo, propter ſuſpicionem criminis adulterij, legum conditores intra duorum [b] menſiũ ſpatium poſt miſſionem repudij numerandum ſuſpendi definiunt, propter tormentorum quęſtionem (ſi opus exegerit) eis imponendam. Sin verò vxor ||tua|| matrimonio ſub præfato modo diſſoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tẽpore quouſque ſeruos eos propter memoratã cauſam permanere deceat, adiiciũt. Nobis verò neceſſarium eſſe videtur, certũ tempus etiã in hoc caſu ſtatuere propter dotis quæſtionem, vtrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris reſtituatur. Sancimus itaque duos||etiam|| menſes poſt mortem mulieris ſeruari, vt intra eos, ante dicti ſerui [c] permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterij per eos præſtare. Trãſacto verò memorato tempore licentiã habere heredem mulieris libertatem eis imponere: niſi per culpam eius maritus prohibitus fuerit cauſam adulterij, tẽpore videlicet imminente exercere. Dat.5.Kal.Nouemb.Conſtant.poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.anno ſecundo 532.

De adulterij pœna.

XXXVII*.

ADulteris [d] verberatis & tonſis nares abſcinduntur. Nuncii verò & impij huiuſce facinoris adminiſtri, verberati & tonſi in perpetuum relegantur.

SI[e] QVIS EAM, CVIVS TVTOR fuerit, corruperit.

Tit. x.

1. Imp.*Conſtantinus* A.ad Baſſum vicar.Italiæ.

SI [f] tutor pupillam quondam ſuam violata caſtitate ſtuprauerit, deportationi ſubiugetur, atque vniuerſæ eius facultates fiſci † iuribus vindicentur, quamuis eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt. Dat. Prid. Non.April. Aquil.Conſtantino A.VII.& Conſtantio C.Coſſ.326.

DE[g] MVLIERIBVS[h], QVÆ SE propriis ſeruis [i] iunxerunt.

Tit. xI.

Seruus qui concubuit cum domina, debet comburi, & domina decapitari. Bald.

1. Imp.*Conſtantinus* A.ad populum.

SI [k] qua cum ſeruo ||ſuo|| occultè rem habere detegitur, capitali ſententiæ ſubiugetur, tradendo ignibus [l] verberone [m]. Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, ſit officio copia nunciandi, ſit etiam ſeruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filij etiam quos ex hac coniunctione habuerit||, exuti omnibus dignitatis inſignibus, in nuda maneant libertate, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam quolibet titulo volũtatis accepturi aliquid ex facultatib.mulieris. Succeſſio autẽ mulieris ab inteſtato, vel filiis, ſi erunt legitimi, vel proximis cognatíſque deferatur, vel ei quem ratio iuris admittit. Id autẽ & quod ille qui condemnatus eſt, & quod ex eo ſuſcepti filij quolibet caſu in ſua videantur habuiſſe ſubſtantia, mulieris dominio ſociatum, à memoratis ſucceſſoribus vindicetur. Dat. 4.Kal. Iun. Serdicæ,Conſtantino A.VII.& Conſtantio C.Coſſ.326.

AD LEGEM IVLIAM[n] DE VI publica [o], vel priuata [p].

Tit. xII.

Si ob viri debitum res vxoris pignori capiantur.

a Plenior eſt hæc conſtitutio in lege *2.C.The. de repud.*
b id eſt, 60.dierũm, *l.3.s.eod.*
c *l.12.in f.qui & à quibus manum. v.Cuiac.35.obſer.23.*
d ſumpta eſt hæc conſtitutio ex 60. *Eclog.37.* c.67.*6. Harme.*2.
e *l.9.C.The.*8.*v. Nou.Leon.34.Synopſis Baſilic.*37. *tit.11. ex tit.* 57. *adde l.7.ff. de adult Clar.5.ſent. §.fornicatio.verſ. cum pupilla.*
f *l.vn.C. Theod. eod.37. Eclog.*11. *& lib.*60.*tit.*57.
† Nouella Leonis 34. pupillæ addicit. *5.Harm.* 11.*§.58.*
g *9.Co.Theod.9.* 60.*Eclo.37.* περὶ φθορέων παρθένων *c.68.6. Harm.2. in f. Clar. d. loco ver.mulieri etiã. adde Senec.7. controuerſ. 6. Inſtit. de her.inſtit.verſ. ſeruum adulteri. l.12.§.7.ff.qui & à quibus manum.*
h aliud eſt in dominis, ſi ſe ancillis ſuis iunxerint, *v.l. vn.s.com.de manumiſſ.*
i quid ſi libertis? *v.l.3.s.de nuptijs.*
k *l.vn.C.Theod. eod.*
l de ignis ſupplicio, *dixi ad l. vn.C. de Nili aggeribus.*
m vox eadem eſt in *l.6.s.de ſe. fugitiuis.*
n de lege Iulia ſcripſi ad *l. 1.§. 2.ff.de vi & vi.*
o *dixi ad* 48. *ff. 6.§.8. Inſtitut. de publican.iud.*
p *dixi ad.48.ff.7*
q *l.1.2.s.ne vxor pro marito. l. 24. ff.de donat. inter. vir.*
r *vide l.1.ff.de vi priuat.§.8.Inſtit. de publ.iud.* Fiſcus pro quota bonorum ad eũ delata tenetur creditoribus *vt hic*: Demus fiſcum maiori Titij filio ſucceſſiſſe iure municipali, ſorores arbitrio fratris maioris natu dotari: Num tenetur fiſcus filias dotare? Cũ ea lis moueretur Rothomagi anno 1563. corã Carolo IX. Francorum rege, tũc ptimum maiore declarato, iudicatum eſt in re ita dubia aduerſus fiſcum, *v.Tom.2.conſtit. Gall.tit.*1.
ſ vide quæ ſcripſi ad *l. 15. s. de donationib.*
t *v. l.5.in f.ff.de fideiuſſorib. l.1.ff. de vi priuata.*
u ſucceſſor: quidam ita legunt.
x Fiſcus heredis loco habetur, *dixi ad l.128.ff.de regulis iuris. v.Rolandum à Valle 1. conſ.31.num.33.*
y De raptu ſponſæ poteſt agi legibus Iuliis.
z *l.5.6.ff.de vi publica.*
a In criminibus noxalis actio non datur in dominum.

1. Impp.*Seuerus & Antonin.*AA.Pelitiæ.

OB [q] debitum viri, vel ciuile munus, res vxoris quę pignori capiunt, vim contrahere videntur. Dat.Kalend.Iuliis Romæ,Antonino A.II.& Geta II.Coſſ.206.

De tertia parte bonorum tutoris publicata.

2. Imp.*Antoninus* A.Vero.

TVtoris tui lege Iulia de vi priuata damnati, ſi tertia [r] pars [ſ] bonorum fiſco vindicata eſt, tutelæ actionem pro ea portione aduerſus [t] fiſcum dirige: modo ſi nulla præſcriptio locum habeat. Nam ſucceſſio [u] pro oneribus portionis ſuæ reſpondet [x]. PP. XV.Kalend.Mart.Antonino A.IIII.& Balbino Coſſ.214.

De ſponſa rapta, vel filio alterius incluſo.

3. Impp.*Diocletianus & Maximianus* AA. & CC.Bianori.

SI confidis ſponſam [y] filij||tui|| raptam eſſe, vel filium tuũ incluſum [z]: inſtituere ſolenni more legis Iuliæ de vi accuſationem apud præſidem prouinciæ non prohiberis. PP. 8.Kalend.Maij,Veronæ,AA.Coſſ.

De delictis ſeruorum. De verberibus.

4. Iidem AA.& CC.Liberatio.

SI criminis accuſationem propter res à ſeruo raptas intẽtandam putaueris, non [a] contra dominum, ſed contra eum, quem facinus commiſiſſe proponis, hanc inſtituere debes. Sed quoniam à Fiſcinulo etiam te verberibus afflictum adſeueras: ſi hominibus coactis [b], hoc fecerit, de hoc etiam, ſi legis Iuliæ de vi priuata reum deferendum putaueris, apud præſidem prouinciæ age non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. 17. Kal.Iul.Sirmij,AA.Coſſ.

De ingreſſu in poſſeßionem fundi.

5. Iidem AA. & CC.Oploni.

IN [c] poſſeſſionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Iuliæ legis vis priuatæ reus deferri poteſt.S.VI.Id.Decembr.Nicomediæ.CC.Coſſ.

De eo qui vim facere tentat, & cauſam malorum præbet.

6. Imp.*Conſtantinus* Auguſtus, ad Catulinum proconſulem Africæ.

QVoniam [d] multa facinora ſub vno violentiæ nomine [e] continentur, cùm [f] aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione reſiſtentibus, verbera cædéſque crebrò deteguntur admiſſæ: placuit, ſi fortè quis vel ex poſſidentis [g] parte, vel ex eius qui poſſeſſionẽ temerare tentauerit, interemptus [h] ſit: in eũ ſuppliciũ exerceri, qui vim facere tẽtauerit, & alterutri parti cauſam [i] malorũ præbuerit: & nõ iam relegatione, aut deportatione inſulæ plectatur, ſed ſupplicium capitale [k] excipiat, nec interpoſita prouocatione ſententiam, quæ in eum fuerit dicta, ſuſpendat. Dat. XV. Kal.Maij.Serdicæ,Gallicano & Baſſo Conſſ.317.

De pœna non probantis crimen. De cauſa poſſeßionis ante accuſationem de vi decidenda.

7. Idem A.ad Baſſum P.V.

SI [l] quis ad ſe fundum vel quodcunque aliud aſſerit pertinere, ac reſtitutionem ſibi competere poſſeſſionis putat: ||aut|| ciuiliter [m] ſuper [n] poſſidendo agat, aut impleta ſolennitate iuris crimen violentiæ opponat [o]: non ignarus eam [p] ||ſe|| ſententiam ſubiturum, ſi crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod ſi [q] omiſſa interpellatione vim poſſidenti intulerit, ante [r] omnia violẽtiæ cauſam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem peruenerit poſſidentem: vt ei quem conſtiterit expulſum, amiſſæ poſſeſſionis iura reparentur: eademque protinus [ſ] reſtituta, ||ſi criminalis quæſtio agitetur,|| violẽtus pœnæ non immeritò deſtinatus in totius litis terminum differatur: vt agitato negotio [t] principali ſi contra eum fuerit iudicatum, in inſulam deportetur, bonis [u] omnibus abrogatis. Propoſ. prid. Non. Octobr. Romæ,Conſtantino A.V.& Licinio Conſſ.319.

De ſeruis: 1. De vilibus perſonis. De his qui ſæpius deliquerunt. 2. De iudice qui legitimam pœnam non irrogarit.

8. Imppp.*Valentin.Theodoſ.& Arcad.*AAA.al Albinum præfect.vrbi.

Seruus qui proprio motu vim intulit, debet mori: ſi hortatu vel iuſſu domini, pœna mitigatur; & ideo damnatur in metallum. Bald.

b *l. 10.§.1.ff.de vi public.l.3.4.§. 1.ff.de vi priuata.*
c *l.6 7.s.eod. v.l. 7. verſ. quod ſi omiſſa.s.eod. l.vlt. ff. de vi priuata: adde l.3. s. vnde vi.*
d *l.1.verſ.quoniã C.Thod.*
e Violentię nomen.
f Vi facta, ſi cędem fieri contigerit, ſiue ab iis qui vim inferũt ſiue ab iis qui patiuntur, ille ſupplicio ſubiiciatur, qui vim inferre auſus eſt. Ipſe.n.cædi cauſam dedit. Synopſis Baſilicõn 10.*tit.2.ex titul.* 18.*c.13.*
g *vide l. 5.s.eod.*
h Si cædes vi illatæ immixta. pœna vis illatæ, capitalis *vt hic: & s.eod.*
i Cauſam dans cædi, aut damno, cædem & damnum intuliſſe videtur. Cędes auctori vis inferendæ imputatur. *l.7.l.9.l. 51.ff.ad l. Aquil.* Pone: mandauit Seius Titio vt domum Caij ingrederetur. non Titius ipſe ſed eius mandato aut rogatu, Sempronius domũ ingreſſus eſt: quæritur vtrum Seius teneatur? Hippolytus Marſilius *conſ.67.nu.* 36.negat: & hãc legem ſeruari, ſi primus tantum mandatarius ingrediatur, vt cùm hæc lex odioſa ſit, non ſit extendenda.
k alias ordinaria vis illatæ pœna, deportatio, §.8.*Inſtit.de pub. iud.*
l *l.3.Co.Theod.e.*
m De vi duob. modis agitur. Ciuiliter per interdictum vnde vi: criminaliter, legibus Iuliis *l. 4.s.vnde vi.l.1.s quando ciuil. act. l.1.§.1.ff.vnde vi.* Cum de vi criminaliter agitur, poſſeſſoriũ iudicium cum criminali nihil cõmune habet, *vt hic.*
n *l.5.s. eod.*
o hinc naſcitur exceptio ſpolij. de qua vide Oldendorp.*c.23.de exceptionib.* Spoliato agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis, exceptio dominij obiici nõ poteſt, etiãſi in continenti de dominio probare velit, & ad id probandũ ſe vltro offerat, *vt hic:* Cuius ſentẽtiæ quinque exceptiones vide apud Socinum *reg.123.*
p pœna talionis, *l.17.s.de accuſationibus.*
q *v.l.5.s.eod.*
r *v.quæ notaui ad l.156.§.1.ff.de reg.iur.v.Cuiac.5.obſ.15.*
ſ Spoliatus ante omnia reſtituendus *vt hic: & c.2.c.in litteris.ext.de reſtit.ſpoliat.* Cuius ſententiæ vide duodecim exceptiones apud Socinum *reg.379.*
t *v.l.10.s.de iudic.*
u Teſtari non poteſt, qui de vi damnatus eſt.1.*Harmen.1.§.27.*

a *l.4.C.Theo.eo.adde l.157.D.de reg.iur.* vim admittens seruus inscio domino, ipse punitur, non dominus: voluntate domini admittens, punitur quoque: ipse vero dominus si in dignitate positus sit, dignitatem amittit & fit infamis: sin vilis vel infamis, vel aliàs quidem in dignitate constitutus, sed tamen sæpius vim admisit, pœna de vi tenetur. *Syn.Bas.10.ti.2.ex ti.18.c.13.* b Infamis fit lege Iulia de vi damnatus. c *l.1. D.de vi priuata.*

SEruos [a], qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palã est secundum [b] legẽ Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate [c] non vti, seruos verò, quos furoribus talibus paruisse [d] constiterit, metallo post sententiam dedi. 1 ¶Viles autem, infaméfque personæ, & hi qui bis aut sæpius [e] violentiam perpetrasse conuincentur, constitutionum diualiũ pœna teneantur. 2 ¶Iudicem verò nosse oportet, quòd graui [f] infamia sit notandus, si violentię crimẽ apud se probatũ distulerit, seu omiserit, vel impunitate [g] donauerit, aut molliorẽ [h] quã præstituimus, pœnam protulerit. Dat.Prid. Non.Mart.Med.Valentin. A.IIII.& Neotherio Coss. 390.

De raptore & eo qui raptori rem seruat.

9.Impp.*Honor.& Theod.*AA.Aurelio præf. præt.

CRimen [i] non [k] dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptã ||rem|| scientem delictum seruare [l]. Da.III.Non.Mart. Honorio IX.& Theod.VI.AA.Coss.412.

De Buccellariis, Isauris, armatis seruis.

10. Impp. *Leo & Anthemius.* AA.Nicostrato præfect. prætorio.

OMnibus per ciuitates & agros habendi Buccellarios [m] vel Isauros [n], armatósq; seruos [o] licentiam volumus esse præclusam. Quod si quis præter hæc quę nostra mansuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædiis, aut iuxta se habere tentauerit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos seuerissimam proferri sancimus. Viri quoque clarissimi prouinciarum rectores in spectaculis esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare: scientes quòd ex dissimulatione [p], dignitatis & administrationis cingulo priuabuntur, & post centũ librarum auri multã, salutis vitæque suæ periculum sustinebunt: primatib. videlicet apparitionis suæ personis præter amissionẽ fortunarũ suarum capitali quoque supplicio feriẽdis. Dat.5.Ka.Sept. Anthemio A.II.Cos.468.

d Iussus domini in atrocioribus delictis non excusat.
e Perseuerantia in delictis grauiter punitur *l.281. §.3.ff.de pœnis.*
f vim apud se probatam punire negligens, aut mitius puniens iudex, infamia notatur *Syn.Bas.10.ti.2.ex ti.18.c.13.*
g Impunita delictá esse non oportet.
h Pœnas legibus constitutas mollire iudex non potest.
i *6. Harm.7.c. περὶ τῶν ἐξ ἱμωρησμῶ.&c.*
k Paria sunt rapere, & raptas res scientes seruare *vt hic. 6. Harm.7.§.8.*
l Iterata delicta vt sæpius delinquẽtes, seu perseuerantes, grauius puniũtur *l. capitalium §.solent D.de pœn.v.l.1.ff. de receptatoribus. Paul. 5. sen.21.§.1.*
m Bucellarij, milites corporis custodes, qui suis dominis adsistunt semper. Renatus, apud Gregorium Turonensem, Occylla bucellari⁹ Ætij.& interpretes Græci βουκελλάριος ὁ ὑπηρετούμενος στρατιώτης. & in veterib. glossis, Adsecula buccellarius. & lege Gotthorum siue VVisigothorum 5. *tit.3.* Si in patrocinio constitutus sub patrono aliquid adquisiuerit medietas in patroni vel filiorum ipsius potestate consistat: aliam medietatẽ buccellarius qui adquisiuit obtineat? *adde Cui.2. Feud.7.8.* Alciat. 3.*dispunct.*20. apud Suidã Buccellarios esse ait, Gallogræcos: & ab eodem Gallogræciam, Buccellariorum regionem dici. Is verò qui sub Theodosio iuniore militiam Romanam descripsit, auctor est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat: aliósque iuniores dictos, alios seniores, vt existimare libeat, milites hosce cùm missionem impetrassent, latrocinio & raptu viuere solitos. Turneb.24.*aduersar.26.& 26.c.15.* ex Mauricio, qui de militia Romana Græcè scripsit, Buccellarios, equites armatos Zabis notat: & in agmine ante Imperatorem exercitus equitasse. hinc βουκελλαρικῶν βάνδα apud eundẽ Mauricium. Meminit etiam Zonaras Ducis Buccellariorum. Quidam à buccellato, pane militari, dici putant. his adde quæ de buccularii aliàs scripsi.
n De Isauris iam dixi *ad l.10.s.de feriis.* o *l.3.D.de vi publica.*
p Dissimulanda non est legum executio præsidibus prouinciarum vel iudicibus.

DE RAPTV [q] VIRGINVM, SEV viduarum, necnon sanctimonialium.

Tit. XIII.

1.Imperator *Iustinianus* A.Hermogeni magistro officiorum.

RAPTORES [r] virginum [s] honestarum, vel ingenuarum, siue iam desponsatæ [t] fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarum [u] fœminarum, licet [u] libertinæ vel seruæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis [y] supplicio plectendos decernimus: & maximè si [z] Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ: quod non solùm ad iniuriam hominum, sed etiã ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cùm virginitas vel castitas corrupta restitui [a] non possit. Et meritò mortis damnatur supplicio: cum nec ab homicidij [b] crimine huiusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, vt hi qui huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium [c] inuasionis tempore præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & à parentibus [d] virginum, vel ingenuarum, vel viduarũ, vel quarumliber fœminarũ, aut earũ consanguineis [e], aut ||à|| tutoribus [f], vel curatoribus, vel patronis, vel dominis cõuicti interficiantur. Quæ multo magis [g] contra eos obtinere sancimus, qui nuptas [h] mulieres ausi sunt rapere: quia duplici [i] tenentur crimine, tã adulterij ||scilicet|| quam rapinæ: & oportet acerbiùs [k] adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus connumeramus etiam eum qui saltem sponsam [l] suam [m] per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tam detestabile [n] crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut euadere potuerit: in hac quidẽ regia vrbe tam viri [o] excelsi præfecti prętorio, quam vir gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tã viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricũ & Africam, quam magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis præfectus Ægypti, & omnes Orientis, & vicarij, & proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuslibet ordinis iudices qui in illis loci inuenti fuerint, simile studiũ cum magna solicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & cõprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes sine [p] fori præscriptione durissimis pœnis afficiãt, & mortis condẽnent supplicio. Quibus & si appellare [q] voluerint, nullã damus licentiam, secundum antiquæ Constantinianæ [r] legis definitionem. 1 ¶Et si quidem ancillæ [s] vel libertinæ sint quæ rapinam passæ sunt, raptores tãtummodo supradicta pœna plectentur: substantiis eorum nullã deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam [t] personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles, seu etiã immobiles, & se mouentes, tam raptorum, quàm eorũ ||sodaliũ comitum, vel sequentium [u] || qui eis auxiliũ præbuerint, ad dominium [x] raptarum mulierũ liberarũ transferantur prouidentia iudicum, & cura parentum [y] earum, vel maritorũ, vel tutorũ, seu curatorum. Et si nõ nuptæ mulieres alij cuilibet præter † raptorem legitimè coniungentur, in dotẽ mulierũ liberarum easdẽ res, vel quantas ex his voluerint, procedere: siue maritũ nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine iudice, vel alia quacunque persona hoc audente contemnere. Nec [z] sit facultas raptæ virgini vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritũ exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulẽt matrimonio: quoniam nullo modo, nullóque tempore datur à nostra serenitate licentia eis cõsentire, qui hostili [a] more in nostra republica matrimonia studẽt sibi coniungere. Oportet etenim vt quicunque vxorẽ ducere voluerit, siue ingenuam, siue libertinam: secundũ nostras leges & antiquã consuetudinem, parentes [b], vel alios quos decet, petat, vt cum eorum volũtate fiat legitimum coniugium. 2 ¶Pœnas autẽ quas prædiximus, id [c] est, mortis, & bonorũ amissionis, non tantũ aduersus raptores, sed etiã contra eos qui hos comitati [d] in ipsa inuasione & rapina fuerint, constituimus: cæteros autem omnes qui conscij [e] & ministri huiusmodi criminis reperti & cõuicti fuerint, vel qui eos susceperint [f], vel quicunque opẽ [g] eis tulerint, siue masculi, siue fœminę [h] sint cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali subiicimus: vt huic pœnę omnes subiaceant, siue volentibus [i] siue nolentibus virginibus, siue aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Si.n.ipsi raptores metu vel atrocitate pœnæ ab huiusmodi facinore se tẽperauerint, nulli mulieri siue volenti, siue nolenti peccãdi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierũ ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinã, inducitur. Nisi etenim eã solicitauerit, nisi odiosis artibus circũuenerit, non faciet eã velle in tantũ dedecus sese prodere: parentibus (quorũ maximè vindictæ intererat) si patientiã [k] præbuerint, ac dolorẽ remiserint, deportatiõe plectẽdis. 3 ¶Sed & si quis inter hæc ministeria seruilis [l] conditionis fuerit

q
r *Eclog.d.loco.§.8.verſ.Sin autem.Instit.de publicis iudiciis.*
s *Eclo. d.loco.d.verſ.Sin autem. Harmenop.d.loco.l.5.§.2.ff.de vi publica.*
t *Harmenop.Eclog.dict.loco.* u *Eclog. Harmenop.d.loco.l.1.Cod.Theod.eod.*
x *Harmenop.Eclog.d.loco.* y Pœna raptus. Quid si raptor cum rapta non coiit? punitur hac lege, nisi cùm posset noluerit, vel si pœnituerit. *vide Clar. 5.sent.§.raptus, verſ.sed quid.* z *l.2.l.5.l.34.sup.de episcopis.*
a *dixi ad l.31.ff.de reg.iur.c.Si Paulus.distinct.32.c.5.adde Aristotelem.6.Ethic.in fi.*
b Raptor ab homicidij crimine non est vacuus.

b *9.C.Theo.24.25.6.Harmen.60.Ecl.58.adde Nou.143.150.Nou.Leo.35.v.Clar.5.sent.§.Raptus.5.Extr.17.*

c De raptus consciis & compiicibus. d De parentibus, *v.d.l.54.*
e De consanguineis. Consanguineus cõsanguineæ raptorem potest in ipso raptu interficere. f Tutor raptorem pupillæ suæ, potest in ipso raptu interficere.
g Grauior est raptus in nuptam quàm non nuptam. h De nuptæ raptu.
i Duplex crimen, maiorẽ pœnam meretur, quam quod simplex est. k Acerbius puniũtur duplicia crimina quã simplicia.
l De raptu spõsæ.
m Sponsam suã per vim rapere nõ licet. Rapere virginem vel viduam, etsi sponsam non licet: neque quis potest eam, ne cõsentiente quidẽ eius patre ac crimen remittente, vxorem ducere. *6.Harmen. 7. §.1.* Quidam tamen putant hãc vocem *sponsam*, suppositam esse *arg.Nou.143.l.1. C.Theo.de raptu. Nou.Leon.35.c.si quis virginem.ca. denique.36.quæſ.2.* hac sententia, Neminem suæ sponsæ raptorem esse.
n Raptus detestabile crimen.
o Raptores conquirendi.
p Raptori, fori præscriptio denegatur, *d.l.54. verſ.sic autẽ. adde l.1. s. vbi de criminib.*
q Raptor appellare non potest.
r *l.1.ver.Raptor autem.Co.Theod. de raptu virg.9. tit.24.*
s Ancillam vel libertinam rapientis pœna.
t Ingenuam rapientis pœna. Hoc quidã adiiciũt, scorto abrepto arbitrariã pœnam infligi, *v.Clar. d.loc.vor. quæro numquid.*
u Sequi interdum crimẽ est.
x *adde l.54.ver. bona autem.Nou.* nisi raptori nupserit. Tunc enim bona ad parentes raptę, qui raptui non consenserũt: vel his deficientibus ad fiscum deferuntur, *d.Nouell.& Nouell.150. adde verſ.Et si non sint ȷ.eod.*
y Raptum mulieris cui vis illata sit, vindicant fratres, parẽtes, tutores, curatores *vt hic: 6. Harmen.7.§.3.*
† Raptã raptori nubere non licet. Olim si nupsisset, pœnę causa, rapta per lictorem deducebatur ad raptorem. *Quintil.* quod & Pontifices reduxisse videntur, permisso matrimonio inter raptam & raptorem, *c.vlt.de raptorib.* Quid, eo casu bona raptoris cui cedunt? fisco: & ita putat Clarus *d.loco.verſ.Quæro.* non habita ratione matrimonij iure canonico permissi.
z Rapta raptori nubere non potest. *adde 6.Harmen.1.§.1.*
a Hostili more coniugia non sunt ineunda.
b Parentum consensus in nuptiis liberorũ requiritur, *v.quæ scripsi ad l.25.ff.de ritu.*
c Raptus pœna, mors & bonorum amissio. d Comites raptoris puniuntur.
e De consciis & ministris raptoris, *v.Nou.Leon.70.* f De susceptore raptoris.
g De his qui raptori opem ferunt.
h Etiam fœminæ raptus auxiliatrices tenentur hac lege. Clarus tamen negat mulierem virum libidinis causa rapientem teneri hac pœna. *5.sent.§.Raptus, verſ.sed pone.*
i Pœna raptus, locum habet etiamsi mulier ipsa raptui consenserit, *v.Clar.d.loco. verſ.adde quod pœna.* Quid si citra vllas raptoris persuasiones raptori sponte, neque coacta consentiat? Hippolytus Marsilius *conſ.61.n.23.* nuptias hoc casu non impediri scribit: & ea facti specie, hanc constitutionem coercet atque restringit. k Pater raptũ filiæ raptori remittere non potest, *adde Nou.143.c.1.Nou.150.* l Serui raptoris aut raptui adsistentis pœna, exustio *vt hic:* quod ad raptum dominarũ referunt Gręci vt nimirum ignis supplicium subeat seruus, qui raptus dominæ suæ conscius & particeps fuerit. *6.Harmen.7.Eclog.d.loco in fine.*

compre-

a De ignis ſupplicio dixi ad *l. vn. j. de Nili aggeribus.* b *l. 5. l. 5. 4. ſ. de ep ſcop. & C. Theod. de raptu & matrim. ſanctim.* c *9. C. Theod. 12. Ruffinus 2. Collat. leg. Moſaic. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui. §. 2. Inſt. de his qui ſunt ſui. 6. Harmen. 6. §.* αὐτῆς τὸν ἴδιον οἰκέτην *l. . §. 8. ff. de off. præfect. vrb.* d *l. 1. Cod. Theod. ſ. eod.* e Dominis in ſeruos virgæ, lora, vincula permittuntur: at non fuſtes, lapides, tela, venena ferarum vngues, ignes.

comprehenſus, citra ſexus diſcretionem eum concremari[a] iubemus: cum hoc etiam Conſtantiniana lege rectè fuerit proſpectum: omnibus legis Iuliæ capitulis quæ de raptu virginu, vel viduarum, ſiue ſanctimonialium, ſiue antiquis legum libris, ſiue in ſacris conſtitutionibus poſita ſunt, de cætero abolitis, vt hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus ſufficiat, quam de ſanctimonialibus[b] etiam virginibus & viduis locum habere ſancimus. Dat. 15. Kal. Decemb. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ. 528.

DE EMENDATIONE ſeruorum[c].

Tit. XIIII.

Dominus ſeruum poteſt caſtigare, ſed non dolo malo occidere. Bald.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Baſſum.

SI[d] virgis[e] aut loris[f] dominus ſeruum afflixerit, aut cuſtodiæ cauſa in vincula coniecerit: dierum diſtinctione[g] ſine interpretatione depulſa, nullum criminis metum ſeruo mortuo ſuſtineat. Nec verò immoderatè[h] ſuo iure vtatur: ſed tunc reus homicidij ſit, ſi voluntate eum ictu fuſtis[i] aut lapidis ceciderit: vel certè telo vſus, letale vulnus inflixerit, aut ſuſpendi laqueo præceperit, vel iuſſione[k] tetra præcipitandum eſſe mandauerit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniauerit pœnis publicis corpus, ferarum vnguibus[l] latera perſecando[m], vel exurendo[n] oblatis ignibus membra, aut tabeſcentes artus atro ſanguine permixta ſanie defluẽtes, prope in ipſis adegerit cruciatibus vitam relinquere ſæuitia immanium barbarorum. Dat. 5. Id. Maij, Romæ, Conſtantino A. & Licinio Conſſ. 312.

f λώροις ἢ ῥάβδοις 36. *Eclog. cap.* περὶ παιδευκτόνων *ex tit. 59. cap. 3.* Supplicium erat ſeruile. Terentius *in adelph.* operiere loris. S. loris liber? Æ. ſic erit. *adde l. 8. ſ. de repud.*
g *v. Exod. 20.*
h Nemo ſuo iure immoderatè vti debet.
i Aliud fuſtis, aliud virga, *l. 2. C. Theod. de curſu publico.*
k De Vedij Pollionis immanitate ſeruos murenis inuadendos obiicientis, vide Tertullianum lib. *de Pallio*, Senecam *3. de ira 40. & 1. de clementia. 18. 9.* Plinium 23. adde & aliud de immanitate dominorum ex l. 11. §. . & §. *vlt. ff. de ſicarijs.*
l ferarum veſtigiis. ita legit *d. l. 1.* & alibi vngulis ſulcantibus latera, *l. 7. in fi. j. de maleficijs. Tertull. in Scorpiaco.* Alios ignis, alios gladius, alios beſtię Chriſtianos probauerunt: alij fuſtibus interim & vngulis inſuper deguſtata martyria in carcere eſuriũt: & in libro *de ieiunio.* contra vngulas Corneus: & in Apologet. 12. vngulis deraditis latera Chriſtianorum. & cap 30. Sic itaq; nos ad Deũ paſſos vngulæ fodiant, cruces ſuſpendãt, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant. Hinc apud Ammianũ 14 vnguibus mulcari: & Gloſſis, vngulæ ὄνυχες οἱ εἰς τὰ βασανιστήρια, Ferrũ in vngues ferarum compoſitum. Eędẽ Scorpio, quòd arcuato vulnere in corpus figantur. Iſidor. Tertulia. *in Scorpiaco.*
m perſulcando.

DE EMENDATIONE propinquorum[o].

Tit. XV.

Propinquis ſenioribus licet corrigere minores errantes, niſi facti atrocitas exigat iudicium vltionis iudiciariæ. Bald.

1. Impp. *Valentin. & Valens* AA. ad Senatum.

IN[p] corrigendis minoribus pro qualitate delicti ſenioribus propinquis[q] tribuimus poteſtatem: vt quos ad vitæ decora, domeſticæ laudis exempla non prouocant, ſaltem correctionis medicina compellat: neque[r] nos in puniendis minorum vitiis poteſtatem in immenſum extendi volumus, ſed iure[ſ] patrio auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduerſione compeſcat. Quòd ſi atrocitas facti ius domeſticæ[t] emendationis excedat, placet enormis[u] delicti reos dedi iudicum notioni. Dat. prid. Kal. April. Valentiniano & Valente AA. Coſſ. 365.

AD LEGEM CORNELIAM de ſicariis[x]:

Tit. XVI.

De eo qui non animo occidendi, percuſſit.

1. Imp. *Antoninus* A. Herculiano & aliis militibus.

n Seneca, in Regnum Fortunæ & quidem durũ peruenimus. Illius arbitrio digna atque indigna paſſuri. Corporibus noſtris inuolenter, contumelioſè, crudeliter: alios ignibus perurit, vel in feras admotos excruciat.
o *9. Cod. Theodoſiano 13.*
p *l. vnic. Cod. Theodoſ.*
q Propinqui ſeniores, propinquos iuniores pro qualitate delicti, corrigere poſſunt: vt ea parte ſenioribus propinquis in iuniores, ſua quaſi iuriſdictio ſit.
r Propinqui ſeniores, quibus ius eſt propinquos iuniores caſtigare, modum in caſtigando excedere non debent, ſed in puniendo, eam ſeruare rationem, quam parẽtes, in liberos ſeruare ſolent: vt ne plus extraneo in extraneum ſibi commiſſum, quàm parenti in liberos ſit permiſſum.
ſ *l. 16. §. 2. ff. de pœnis.* Nou. Leonis. Quod in dubio magis præſumitur, quam nocendi *v. Alciat. 1. præſumpt. 3. adde l. 3. ſ. de pat. poteſt.*
t domeſtica emendatio, *v. quæ notaui ad Nouell. 117. c. 14.*
u ſeu nimiæ ſæuitiæ, *l. 5. in f. l. 6. ff. ad. l. Aquil. l. 7. §. 3. ff. de iniurijs. l. 5. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. . ff. de ſicarijs.*
x *dixi ad l. 48 ff. eod.*
y Sumpta eſt hæc conſtitutio ex Codice Gregoriano *l. 264. tit. ad l. Cornel. de ſicar.* vti conſtat ex fragmentis Rufini 1. collat. leg. Moſaic.
z Animus homicidam facit, *l. 8. j. de iniurijs.*
a voluntas diſtinguit maleficia. *v. quæ dixi ad l. 53. ff. de furtis.*
b ſumptum ex eodem Codice Gregoriano *d. tit.* ſed ex conſtitutione Alexandri: vt hæc conſtitutio compoſita ſit ex duabus Gregorianis, & quidem diuerſorum principum, nec vnius Antonini *vt hic* legitur,
c Improuiſa excuſationem merentur. d Homicidium caſu admiſſum non punitur lege Cornelia de ſicariis. *adde l. 5. j. eod.* e Fraus, præuidetur: caſus, improuiſus *vt hic.* f fato imputari. *adde l. 1. j. eod.* Fato autem imputari hic dicuntur, cauſis occultis, quæ extra facientem ſint poſitæ, vnde fato hic noxa opponitur,

FRATER[y] veſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. Qui ſi probauerit nõ[z] occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe: remiſſa homicidij pœna, ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet, crimen enim contrahitur, ſi & voluntas[a] nocendi intercedat. Cæterũ[b] ea quæ ex improuiſo[c] caſu[d] potius[e] quam fraude accidunt, fato[f] plerũque non noxæ imputantur. PP. 2. Kal. Febr. Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

De eo qui ſalutem ſuam defendit.

2. Imp. *Gordianus* A. Quintiano.

IS, qui aggreſſorem[g] vel quemcunque[h] alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam ob id factũ calumniam metuere debet. PP. 3. Non. April. Ariano & Pappo Coſſ. 244.

3. Idem A. Quintiano.

SI quis percuſſorem[i] ad ſe venientem, gladio repulerit: non vt homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur.

4. Imp. *Gallienus* A. Monatio.

SI (vt allegas) latrocinantem[k] peremiſti: dubium non eſt, eum, qui inferendæ cædis voluntate præceſſerat, iure cæſum videri. PP. 13. Kalend. Februar. Valerio & Lucillo Coſſ. 266.

Poſt hanc legem ſubiicitur in baſilicis lex quarta. videtur enim baſilici authores ſecundam & tertiam huius tituli vna complecti, quæ eſt eiuſdem tituli in baſilic. 20. illius autem quæ hic omiſſa eſt atque in baſilicis inter conſtitutiones refertur, ea ſunt verba Cuiacio interprete.

LIceat[l] cuilibet adgreſſorem[m] nocturnum in agris vel obſidentem vias atque inſidiantem prætereuntibus, impunè occidere, etiam ſi miles ſit. melius námque eſt his occurrere & mederi, quam iniuria accepta vindictam perquirere.

De caſu fortuito.

5. Exemplum ſacrarum literarum *Diocle. & Maxim.* AA. & CC.[n] Agatho[o].

EVm qui adſeuerat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito[p] feciſſe. cùm calcis[q] ictu mortis occaſio[r] prębita videatur: ſi hoc ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit. omni metu ac ſuſpicione, quam ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione[ſ] noſtra cõprehenſum eſt, volumus liberari. Dat. 7. Decembr. Sirmij, ipſis AA. IIII. & III. Coſſ. 290.

De ætate.

6. Iidem Auguſti & CC. ad Agotium.

SI quis te reum legis Corneliæ de ſicariis fecerit: innocentia[t] purgari crimen non adulta[u] ætate defendi conuenit. S. 6. Kal. Nouemb. Romæ, CC. Coſſ.

De eo qui cum telo ambulauit.

7. Iidem Auguſti & CC. Philiſco.

IS, qui cum[x] telo ambulauerit hominis necandi cauſa[y], ſicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factũ erit commiſſum, legis Corneliæ de ſicariis pœna coercetur. †S. 7. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. Coſſ.

g *l. 3. l. 4. j. eod. l. 4. l. 5. ff. ad legem Aquil. 6. Harmẽ. 6. in f. 36. Eclog.* περὶ φόνων *ex tit. 39. cap. 18.* Hinc naſcitur exceptio iuſti homicidij. *v. Gribald. in tractatu de Homicidio. Paponem 2. Notar. 7. Clar. 5. ſen. §. vlt. quæ. 60. Myning. 5. ob. 17.*
h puta ſtuprum per vim inferẽtem. *6. Harmẽ. 6. §. 20.*
i *v. Paul. 5. ſent. 23. §. 3. 6. Harm. 6. Eclog. d. loco. c. 19.*
k aggreſſorem, *l. 2. ſ. eod. l. 4. l. 7. j. eod.* percuſſorem, *l. 3. ſ. eod.*
l Homicida nõ eſt, qui aggreſſorem in vitæ crimine conſtitutus interficit.
m *v. l. 2. ſ. eod. Eclog. d. loco cap. 19. 6. Harmenop. 6. §. 17.*
n Habe Agatho K. N. ita legitur in Codice Gregoriano *lib. 4. t. de ſicarijs.* vti cõſtat ex Rufino *1. collat. leg. Moſai.* Eiuſmodi ſalutationem principes ſolebant pręmittere quoties ad iudices ſcribebant, *v. Cuiac. 10. obſ. 15.*
o Plures ſunt leges ad eundẽ Agathonẽ ſcriptę *vt l. 15. j. de pœnis. l. 22. ſ. de probat. l. 31. ſ. de euictionibus.*
p calcis ictu. *j. eo. & Eclog. d. loco cap. 21.* vel dormiendo, *l. 1. §. 3. ff. de adquir. poſſ. cap. maiores de baptiſmo. v. Clarum 5. ſent. §. vlt. quæ. 60. Papon. 5. Notar. 7.*
q Homicidij non continuo tenetur eques aut mulio, cuius equus calce mortis occaſionem alteri prębuit. Facti n. hæc quæſtio eſt: cuius probatio incumbit ipſi equiti aut mulioni.
r Occaſionem mortis prębens, non ſemper tenetur. ſ id eſt, indulgentia ſubſcripta principis manu: ſine qua homicidium omnino factum non omnino impunitum remanere debet. Homicidium verò dolo malo factum, ne adnotatione quidem principis remitti poteſt. *Nou. Valentin. de homicidio caſu facto.*
t *l. 6. ſ. de procuratoribus.* u Homicidij & lege de ſicariis tenetur minor vigintiquinque annis ſi cædem fecerit. *6. Harmenop. 6. l. 1. ſ ſi aduerſ. delictum. l. 7. de pœn. l. 13 §. 8. ff. de adulterijs: l. 37. §. 1. ff. de minoribus.*
x *l. 1. ff. eod. §. 5. Inſtit. de publicis iud. cit. l. 3 §. 1. ff. de vi publ. Eclog. d. loco cap. 23. adde Ciceronem pro C. Rabirio. v. Bellouiſan. 1. pract. 13.* y Adtentatio, ſeu conatus ipſe homicidij punitur: licet effectus nõ ſequatur *vt hic:* Quid ſi ſponte nec deprehenſus reus deſtitit? excuſatur. *l. qui falſum. ff. de falſis.* Quid ſi vel ipſo iure vel ſtatuto pœna imponatur? pœnam reus ſubeat, conſummatũ ac perfectum reipſa delictum eſſe oportere notant noſtri: non fictũ aut fictè conſummatũ. *c. cum in cunctis ext. de elect. c. perpetuo de elect. in 6. DD. in l. 1. §. Domus. ff. e. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. l. quidquid. ff. de ver. ob.* Quid ſi falſitas admiſſa nemini noceat? idẽ putant *Gloſ. in c. quanto de iureiur.* Quid ſi nuda cogitatio eſt? non punitur. *l. Cogit. ff. de pœn.* Quid ſi delictũ leue aut ciuile? idẽ. *Bal. in l. ſi quis non dicã. ſ. de epiſc. Gloſ. & Bal. in l. ſi conſtiterit. ſ. finiũ reg.* Quid ſi excõmunicatio aut cẽſuræ pœnæ imponẽda ſit? vt id pœnę genus infligi poſſit, factũ requiritur. *Car. in c. præterea requiſiſti de appel. adde Soc. reg. 3.* Quid quod Hippolyt. Marſilius *cõſ. 7. n. 50.* tradit, hãc cõſtitutionẽ & conſuetudine & æquitate nõ ſeruari, cũ in pœnis imponẽdis cõſideretur effectus potius quã affectus: laudátq; eius opinionis Caſt. *conſ. 197.* Alex. *cõſ. 140.* quod vt ſummè iniquũ iudico. † In Gallia conatus ſine effectu non punitur, vt hæc conſtitutio à Gallis non obſeruetur, *v. Rebuff. in procem. conſtit. gloſ. 5. num. 28.*

De infante.

8. Imppp. *Valens, Valent. & Gratian.* AAA. ad Procum PP.

SI [a] quis necandi infantis [b] piaculum aggressus† aggressaue sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. 7. Id. Februar. Romæ, Gratiano A. III. & Equitio Coss. 374.

De seruis torquendis.

9. Impppp. *Grat. Valentin. Theod. & Arcad.* AAAA. Cynegio PP.

SI fortè mulier marito [c] mortis parasse insidias, vel quouis alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel si fortè maritus eodem modo insectetur vxorem: in eadem quæstione [d] ab omni familia non solum mariti, sed [e] etiam vxoris suæ (quę tamen tunc temporis domi fuerit,) quærendum est sine cuiusquam defensione. Dat. Id. Decemb. Arcadio A. I. & Bautone Coss. 385.

DE HIS, QVI PARENTES [f] vel liberos occiderunt.

Tit. XVII.

Parricida & similes debent insui in culeo, vbi sit canis, gallus, vipera & simia: & proiici debent in flumen. Bald.

1. Imp. *Constantin.* A. ad Verinum vicarium Africæ.

SI [g] quis parentis, aut filij, aut omnino adfectionis eius quæ nuncupatione parricidij continetur, fata properauerit, siue clam', siue palam id enisus fuerit, || pœna parricidij puniatur: || & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiugetur, sed insutus [h] culeo [i] || cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia, || & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium [k] contuberniis misceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur: vt omni elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Dat. 11. Kalend. Decemb. Licinio V. & Crispo Coss. || Accep. prid. Id. Mart. Carthagine, Constant. A. V. & Licinio Cæs. Coss. || 312.

DE MALEFICIS [l], ET MATHEmaticis [m] & cæteris similibus [n].

Tit. XVIII.

Collatio veneni & gladij.

1. Imp. *Antoninus* A. Titio.

PLus [o] est hominem extinguere veneno [p], quam occidere gladio. PP. sine die & consule.

De geometria & mathematica.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Tiberio.

ARtem geometriæ [q] discere atque exercere publicè interest. Ars autem mathematica [r] damnabilis [s] est, & interdicta omnino. S. 13. Kal. Septemb. Sirmij, CC. Coss.

a *l. 1. Cod. Theod. eod. 6. Harmen. 6.* b Causa dubitandi fuit quia lex Cornelia ad homicidam pertinet, Infans autem homo nondum est, *l. 38. §. 5. ff. de pœnu.* Sed vt in lege Iulia & Papia hominis significatio augetur à Iurisconsulto: ita vt in lege Cornelia fœminam *d. §. 5.* infantem quoque demonstret. *vt hic:* & Homerus *Iliad. 23. in l. 16. §. 8. ff. de pœnis.* infantis cædem ἀνδροκτονίαν vocat. Sic in edicto publico, hominis appellatione cõtinetur etiã infans, *l. 12. §. 5. ff. de public.* adde *Cuiac. 6. ob. 20. ad. l. 3. §. 4. ff. de vi pu.*

† Si hanc particulam referas ad consilium, huic cõstitutioni in Gallia derogatũ erit. Nã conatus in Gallia nõ punitur. *Rebuff. d. loco. v. quæ de conatu scripsi ad l. 18. ff. de pœnis.*

c *l. 4. vers. idem volumus. C. Theo. de adult.*

d interrogatione, *d. vers. idem.*

e quin pueri & infantes etiã indicium faciunt. *v. Pap. 24. Arre. 9. num. 7.*

f *Eclog. d. loco cap. 26.* Voluntas mariti vel vxoris interficiẽdæ probatur seruis etiam domesticis.

g de parricidiis *9. C. Theod. 15.* dixi *48. ff. 9. ad l. Põpeiam. de parricidijs.* adde *§. 6. Institut. de public. iudicijs.*

h *l. vn. Co. Theod. eod.*

i *vide leg. 9. D. eod. & dicto §. 6.* comburendum ait lex Græca, *Eclog. dicto loco cap. περὶ παιδοκτόνων cap. 1.*

k corium bouis appellat Iuuena. *Satir. 13.* Greci ita δέρματι βοείῳ νεοδάρτῳ *Cedr.* adde & illud ex Seneca *5. controuers. 4. in fine.* Imaginabar mihi culeum, serpentem, profundum. Huc respexit Tertullianus *lib. de anima 15.* Si cæterorum scelerum mercedem cogitemus patibula, viuicomburia, culleos, vncos & scopulos.

l *l. 9. Cod. Theod. 16.* περὶ γοητῶν, *Ecl. 39.* περὶ γοητῶν &c. Harmenopul. 10. Maleficio, qui φίλτροις ad libidinem concitandam vtuntur *Eclog. d. loco cap. 39. Harmenopul. dicto loco. cap.* περὶ γοητῶν & breuiter magi, quorum finis atque scopus est incantamentis alicui nocere, *l. 4. l. 5. versus Chaldei leg. 7. j. eodem.*

m *l. 2. j. eod. Paul. 5. sent. 21. in inscrip. & §. 3. Ruffin. tit. 15. collat. leg. Mosai.* id est, vaticinatoribus, qui Mathematicarum liberali nomine adumbrantes suas ineptias, profitentur se fata cuiusque nosse & natales syderum obseruationes, *1. Eclog. cap.* περὶ μαθηματικῶν, *l. 10. s. de episcop. aud.* Ammianus 19. Mathematicos vt memorat vulgus. Fuerint igitur hic mathematici, non Geometræ, Arithmetici, musici aut Astrorum periti, sed qui illis artibus abutuntur ad futura cuique prædicenda. Iuuenal. *Satyra 14.* Nota Mathematicis genesis tua.

n huc pertinet *tit. 60. Eclog. 39.* περὶ μαντέων *Harm. d. loco. & Paul. d. loc.* de vaticinatoribus. de veneficiis, *l. j. eod.*

o Clam interficere grauius est, quàm palam.

p de veneficis, *l. 3. ff. de sicarijs. v. 60. Eclog. tit. 39. Harmen. d. loco. cap.* περὶ φαρμακῶν *&c. Paul. 5. sent. 23. §. 1.*

q Geometriam discere & exercere expedit *vt hic.* ad omnes enim artes discendas conducit. *Plato 7. de repub.* Hinc illud iactatum & familiare Platonis, οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω: & Philo, Geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν omnium disciplinarum appellat. Et ita sane est, res admiratione dignas, eius ductu fieri *vt Lucianus notat in Hermotimo.* Confert maxime ad bella gerenda. vrbes tuendas aut oppugnandas. *Plutarcus in Marcello. Liuius 34. 7. Plin. 37. Euclides lib. 15.* Confert ad dimensiones corporum. Hinc denique templa, theatra, amphitheatra, portus, ædificia, naues, vrbes, mensuræ, pondera, domestica suppellex, aratoria: omnia denique vtẽsilia & instrumenta, sine quibus hominis vita aut nulla aut misera. Quid quod Plato (etsi paulo durius) Deũ ipsum Geometram facit? quem sane in numero, pondere & mensura omnia creasse constat lege nostra? Quod ad inuentam Geometriam attinet, ea reperta in Ægypto. *Plato in Phædro. Herodotus in Euterpe. Cicero 1. Tusculan. Diodorus 1. Suidas. adde c. si quis artem 37. distin.* de partibus Geometriæ *v. 16. Gell. 18.*

r dixi in epigraphe.

s atqui geometriæ artem paulo ante admittit: quæ pars mathematices est. t *l. 1. l. 2. C. Theo.* u *l. 5. j. eod.*

x sacerdos aruspicum *6. Harm. 10.* τὸ διὰ θυσιῶν μαντεύεσθαι κεκώλυται.

y minister aruspicum. z Vetus etiam amicitia interdum dissoluenda.

a Pœna aruspicis. b Pœna aruspicem consulentis. de viuicomburio dixi ad l. vn. j. de Nili aggerib.

De aruspicibus & Sacerdotibus.

3. Imp. *Constantin.* A. ad Maximum.

NVllus [t] aruspex [u], || nullus sacerdos [x], nullus eorum qui huic ritui adsolent ministrare [y], ad || limen alterius accedat nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quamuis vetus [z]) repellatur: concremando [a] illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum aduocauerit [b] suasionibus vel premiis. Accusatorem [c] autem huiusmodi criminis non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kal. Febr. Romæ, Constantino A. V. & Licinio Cons. 312.

De magia.

4. Iidem A. & C. ad Bassum præfectum vrbi.

EOrum est scientia [d], punienda, & seuerissimis meritò legibus vindicanda, qui magicis [e] accincti artibus, aut contra [f] salutem hominum moliti, aut [g] pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur. Nullis verò criminationibus implicanda sunt remedia [h] humanis quæsita corporibus [i] aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres [k], aut ventis [l] grandinisque [m] lapidatione quaterentur: quibus non cuiusquam salus aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus ne diuina munera & labores hominum sternerentur. Datum X. Kalend. Iun. Aquileiæ, Crispo & Constantio Cæs. Conss. 321.

De diuinatoribus.

5. Imp. *Constantius* A. & Iulianus Cæs. ad populum.

NEmo aruspicem [n] consulat, aut mathematicum [o], nemo ariolum [p]. Augurum [q] & vatum [r] praua confessio conticescat. Chaldæi [s], ac magi, & [t] cæteri, quos maleficos [u] ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hãc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi [x] curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio vltore prostratus, quicunque iussis || nostris || obsequium denegauerit. Dat. 8. Kalend. Febr. Mediolani, Constantio. A. VIIII. & Iuliano Cæs. Coss. 357.

De magia.

6. Iidem A. & C. ad populum.

MVlti [y] magicis [z] artibus vsi, elementa [a] turbare [b], vitam [c] insontium labefactare non dubitant, & manibus [d] accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat [e] malis artibus inimicos: hos quoniam naturæ peregrini sunt, feralis [f] pestis absumat. Dat. Prid. Non. Decemb. Med. Constantio A. IX. & Iuliano II. Coss. 357.

De dignitatibus.

7. Iidem A. & C. ad Taurum præfectum prętorio.

ETsi excepta [g] tormẽtis sunt corpora honorib. pditorũ, pter illa videlicet crimina quę legibus demõstrãtur: etiã homines magi [h] in quacũq; sint parte terrarũ, humani generis inimici [i] credẽdi sũt: quoniã tamẽ qui in comitatu [k] no-

c De accusatore aruspicum.

d *l. 5. C. Theo. eodem.*

e de Magis *l. 5. vers. Chaldæi. j. eo.* de magicis artibus *l. 6. j. eod.* de magicis carminibus *l. 7. j. eodem.*

f Primus finis magorũ *adde l. 7. j. eo.* adde & contra concœptũ & copulam maris & fœminæ *v. Pet. Greg. 34. Syntagm. c. 9.*

g Secundus finis magorum *6. Ecl. c.* περὶ γοητῶν *c. 28. Harm. d. loco c.* περὶ γοητῶν *§.* οἱ διὰ γοητείας *l. 38. §. 5. D. de pœnis. v. Petr. Greg. 34. syntagm.* de amatoriis incantationibus.

h *l. 1. §. 3. in fi. D. de extraor. cogn.* adde Pet. Greg. *34. syntagm. 17.* vbi de magicis circa morborũ curationes *&c. ca. 18.* de magicis ad bonorum quendam finẽ *&c. 22.* de remediis maleficorũ ex antiquorum obseruationib⁹.

i huc refer, Quęstionis dolorem magicis artibus elusum, *ex Petr. Greg. 34. c. 11. nu. 5.*

k *dixi ad le. XII. tab. lib. 2. tit. 27.* §. 10. de aquis elicitis è cœlo, de remediis aduersus tempestates *v. Petr. Greg. 34. syntag. 13.*

l de ventis sopitis, *v. Petr. Greg. d. c. 13. nu. 3.*

m De grandinũ depulsatoribus, *v. Pet. Greg. 34. syntagm. 13. num. 7.*

n de aruspice *v. l. 3. s. eo. l. 4. Cod. Theod. eo.*

o De mathematico *l. 2. in fi. s. eodem.*

p De ariolo *adde l. 7. j. eo.* q De augure *adde d. l. 7.* r De vate *v. Pau. 5. sent. 21. §. 1.* s De Chaldęo. Chaldæi apud Assyrios & Babylonios: vt Magi apud Persas: Gymnosophistę apud Indos: Druidæ qui & Semnothei apud Gallos: *vt ex Aristotele in Magico & Sotione 13. successionis refert Laert. in pr. operis sui.*

t De magis. Magi apud Persas.

u De maleficis, & cur ita dicti *adde l. 7. j. eo.*

x De diuino *60. Eclo. 39. c. 31. l. 15. §. 13. ff. de iniur. Paul. 5. sent. 21. §. vl.*

y *l. 5. C. Theo. eo.* z De magicis artibus.

a Quo in numero Chymicos seu mauis Alchymistas pono: de quibus alio dicetur commodiore loco.

b Imbres, ventos, grandines *l. 4. s. eo.* De elementorum per magos turbatione *v. Pet. Greg. 34. Syntagm. 13.*

c salutem *l. 4. ibi aut contra salutem s. eo.* mentem *l. 15. ff. de iniuriis.*

d Qui in necem hominum dæmones inuocat, gladio plectitur *60. Eclog.* περὶ γοητῶν *39. c. 31. 5. Harm. 12. in fi.* De manium euocatione *v. Pet. Greg. 34. syntag. c. 6.*

e De hostibus incantatione fusis *v. Pet. Greg. 34. c. 12.* De excantatione vrbis obsessę *v. eundem. 34. c. 11. nu. 3.* De pluuiis cœlo elicitis vi magica ab opidanis Rocræ montis Draconis. v. apud Pontanum *lib. 5. de Ferdinando. 1. rege Neapolitano.* De peste sedata Romæ facto publicè sacrificio ritu gentili *v. Iouium. lib. 21.*

f id est, vltimum supplicium, vel feralis pestis, ignis supplicium est: nempe vt Magi Diis manibus consecrentur. Feralia enim, diis manibus sacrata festa. *Festus.* quòd ferrent epulas ad sepulchrum *Varro.* vnde ferale officium: *Apul. 1. de Asino* ferales reliquiæ *Tacit. 2. Annal.* feralis vrna. *Tacit. 3.* feralis vestis. *Tacit. 13.* vt quemadmodum in feralibus pecudes absumebantur & ipsa cadauera, ita manibus consecrentur, quos in carminib. suis inuocauerint. Alias ferale supplicium, capitale: sic crucis ligna feralia Minutio Fœlici *in Octauio.*

g *l. 6. C. Theod. eo.* Nulla dignitas maleficum excusat à quæstione.

h de Magis *adde l. 4. 5. 6. s. eo.*

i Magi generis humani inimici.

k Comitatus principis, locus in quo vitam agit princeps: vnde Palatini omnes qui

iter instituenti Cæsari seu principi adsistunt, dicuntur eius Comitatus: ipsi comites: & comitatenses, vt Græcus legum interpres author est.
† Magis comitatus imperialis interdictus *v.j.e.*
† De carminibus magicis. a Maleficus *v.l.5.s̄.eo.* b de quo *v.l.5.s̄.eodem.* c de quo *v.l.5.s̄.eo.* d *d.l.5.* e *de quo v.d.l.5* f *de quo v.l. 2.l.5.s̄.eodem.*

stro† sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem: si quis magus vel magicis carminibus† adsuetus qui maleficus [a] vulgi consuetudine nuncupatur: aut aruspex[b], aut ariolus, [c]aut certè augur[d], vel mathematicus[e], aut enarrandis somniis[f] occultans[g] artem aliquam diuinandi, aut certe aliquid horum simile [h] exercens, in comitatu [i] meo vel [k] Cæsaris fuerit deprehensus: præsidio[l] dignitatis || exutus|| cruciatus & tormenta non fugiat. Si||verò||conuictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando: sit eculeo [m] deditus, vngulisque [n] sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. 3. Non. Iulij Arimini, Titiano & Cereale Coss. 358.

De eo qui discit vel docet.

8. Impp. *Valentin. & Valens* AA. ad Modestum præfectum prætorio.

CVlpa[o] similis[p] est, ||tam|| prohibita discere[q], quàm docere. Dat. Prid. Id. Decembr. Constant. Valentiniano & Valente AA. Coss. 365.

De maleficiis comprehendendis & ad publicum pertrahendis.

9. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. Albino præfect. prætorio.

QVicunque[r] maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit: illico ad publicum pertrahat[s], & iudicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex[t] agitatoribus[u]|| id est aurigis|| seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentauerit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit vltimum [x] supplicium non euadat, geminæ suspicioni[y] obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris[z] socios publicaret, seueritati legum, & debitę subtraxerit quæstioni: aut proprium fortassis inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Datum 17. Kal. Septemb. Romæ. Timasio & Promoto Coss. 389.

DE[a] SEPVLCHRO[b] VIOLATO.

Tit. XIX.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. *Gordianus* A. Zenoni.

RES religioni destinatas[c], quinimo iam religionis[d] effectas, scientes qui contigerint, & emere [e]& distrahere non dubitauerint: tametsi iure venditio non subsistat, læsæ [f] tamen religionis inciderunt in crimen. PP. 3. Ka. Mart. Sabino II. & Venusto Coss. 241.

De seruis.

2. Imp. *Constantius* A. ad Tatianum pręfect. vrb.

SI seruus[g] in demoliendis[h] sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur. sin verò domini auctoritate vel iussione vrgetur, relegatione plectatur. Et si fortè detractum[i] aliquid de sepulchro ad domum eius villámque prouectum[k] reperitur: villa, siue domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci iuribus vindicetur. Dat. 7. Id. Iul. Acyndino & Proculo Coss. 340.

Si Iudex pœnam non irrogauerit.

3. Idem A. ad Limenium præf. præt.

SI[l] quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum iudices[m], si hoc vindicare neglexerint, non minus quàm viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta pœna multentur: vt eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. 5. Kal. Apr. Limenio & Catulino Coss. 349.

Pœna violentium sepulchra cadaueri vel reliquias.

4. Idem A. ad populum.

QVi sepulchra[n] violant, domos[o] (vt ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare. nam

g *legendum videtur* occultam artem aliquam diuinandi *&c.* vt Artes occultæ, sint magicæ.
h De somniorũ interpret.
i hinc vetitum de salute principis vel reipublicæ quenquam consuli. *v. Paul. 5. sent. 21. §. 3.* Tertull. 35. *Apologetic.* Cui, inquit, opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid aduersus illam cogitatur vel optatur: aut post illam speratur aut sustinetur? Firmicus *2. malef. vlt.* Caue ne quando de statu reipublicæ, vel de vita Romani imperatoris aliquid interrogatus respondeas.
k malè Accursius hanc particulam accepit pro *vel*, non intelligens differentiam Augusti & Cæsaris. Augustus dicebatur, qui reapse imperabat: Cæsar, qui ab Augusto electus Imperij successor *vt ex Ammiano constat.* Hodie in Imperio tales sunt qui *Reges Romanorum*: in Gallia, *Delphini*, in Hispania, *Infantes.*
l Pœna maleficij & maledici in comitatu Cęsaris versantis.
m aculeo *d.l.6. C.Theod.eo.* aculeo *Hal.*
n de vngulis *dixi ad l.vn. s̄. de emendat. seru.* adde Forneriũ *de torment. generibus 2. select. 1.*
o *l.8. in fin. Cod. Theod. eo.*
p apud veteres culpa dissimilis fuit. Sola professio non simplex notitia erat prohibita *v. apud Ruffinum c. 15. collat. legum.*
q *v.l.2.l.6.s̄. de ber. Paul. 5. sent. 21. §. 4. & 5. sent. 23. §. 11. vide quæ scripsi ad Nouell. 132. cap. 2.* Tertull. *de idololatria.* Eadem pœna est exitij discipulis & magistris. Hinc libri comburuntur *v.l.10.s̄. de episc. adde l.4. §. 1. D. famil.* Hinc illud Phocyllidis μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι. De Codice noxiarum artium v. Ammianum 28. *paulo post principium.*
r *leg. 11. C. Theod. eodem.*
s *d. leg. 11. 6. Harmen. 10. c.* περὶ φαρμακῶν ὁ συνειδώς.
t Agitatores equorum plerique magicis nonnunquam artibus aduersariorum equos impediebant, & suos ad cursum incitabant, vt testatur diuus Hieronymus *in vita sancti Hilariani*: Arnobius *aduersus gentes.* Cassiodorus *libro tertio Variarum.*
u *d. leg. 11. j. de spectaculis.* εἰδέ τις οἱοσδήποτε *Harmenopul. d. loco.* Quæ lectio sincera videtur.
x De pœna maleficum non deferentis.
y Qua suspicione tenetur maleficum non deferens.
z Facinoris socios publicare licet.

a De sepulchris violatis *9. Cod. Theod. 17. dixi ad leg. 7. D. 12.*
b Non malè hic titulus adiungitur superiori. Nam & infames sunt sepulchri violatores. Apuleius 2. Ne mortuorum quidem sepulchra tuta esse dicuntur: sed & bustis & rogis reliquiæ quædam & cadauerum præsegmina ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur. Culpantur eo nomine clerici potissimum: quo tempore à Theodosio emissa est Nouella de sepulchris.

& sepultos spoliant destruendo, & viuos polluut fabricando. Si quis igitur de sepulchro[p] abstulerit saxa vel marmora vel columnas, aliámve quamcunque materiam fabricãdi gratia: siue id fecerit venditurus, decem[q] pondo auri cogatur fisco inferre: siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium quærelam detulerit, siue quicunque[r] alius accusauerit vel ad officium nuntiauerit: quæ pœna priscæ seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulcrum violantibus videtur impositum. huic autem pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta[s], aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani, Constantio. IX. & Iuliano Cæs. Coss. 357.

De ablatis à sepulchris.

5. Imperator *Iulianus* Augustus ad populum.

PErgit [u] audacia ad busta defunctorum, & aggeres [x] consecratos: cum & lapidem [y] hinc mouere & terram [z] euertere, & cespitem [a] euellere, proximum [b] sacrilegio maiores||nostri||semper habuerint: sed||& ||ornamenta[c] quędam tricliniis aut porticibus[d] inferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus pœna[e] sacrilegij cohibentes, Dat. Prid. Id. Feb. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Sallustio Coss. 363.

De non impedienda sepultura defuncti prætextu debiti.

6. Imp. *Iustinus* A. Theodoro.

CVm sit iniustum & nostris alienum temporibus, iniuriam fieri reliquiis [f] defunctorum ab his qui debitorem[g] sibi esse mortuum dicendo, debitúmque exigendo sepulturam eius impediunt: ne in posterum eadem iniuria procederet, cogendis his ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: ea quidem quæ mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fideiussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis verò pignoribus [h] vel pecuniis quæ solutæ sunt, vel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine vlla innouatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari. Eũ verò qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persoluendas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. Datum Kalend. Decemb. Constantinop. Olybrio V.C. Cos. 526.

In auth. vt defuncti seu fu. §. sancimus ergo. & §. se vero. coll. 5. tit. 15. al. 13. Nou. 60. c. 1.

ITtem qui domum moribundi accedit, ipsum aliósve qui eius sunt, molestans, aut in rebus eius non seruato legali officio signacula imponit, ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus iniuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsóque infamia notato. Eisdem pœnis subiaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

In auth. vt cum de appellat. cog. §. meminimus. coll. 8. titul. 16. all. 12. No. 15. c. 5.

SEd neq; ante nouẽ dies ab obitu numerandos, vlla prorsus fiat molestia aduersus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: ex hoc nullo præiudicio creditori generando.

AD LEGEM FABIAM[i] DE plagiariis.[k]

Tit. XX.

1. Imp. *Antoninus* A. Placido.

PATER tuus aduersus eum, à quo solicitatã ancillam [l], plagio quoque facto exportatam quæritur, apud suum iudicẽ ciuiliter in rẽ [m] actione instituta consistat. Si ||verò|| in causa te-

c Destinata religioni.
d religiosas.
e *leg. 21. s̄. de sacr. s. eccles. §. 4. Institut. de r. r. diu. s.*
f Cornelius Tacitus 3. Graue crimen læsæ religionis
g *l. 1. Cod. Theod. eod.* vbi ita legitur, si quis in demoliendis Græci legunt ἐὰν οἰκέτης 60. *Eclo.* 23. περὶ ταφῶν ca 9. *facit l. 3. §. 11. ff. eod.*
h De demoliendo sepulchro.
i De rebus ex sepulchro detractis.
k peruectum *d. leg. 1.* ἔφερεν *d.c. 9.*
l *l. 2. in fin. Cod. Theod. Eclog. d.c. 9. versi.* ἐὰν ὁ ἄρχων.
m De pœna iudicis sepulchri violatorem nõ plectentis.
n ædificia manium violant *l. 4. Cod. Theod. eodem.*
o Domus defunctorum, sepulchra.
p Materia sepulchri, venditionis causa aut fabricæ gratia, nõ est detrahenda, *Eclo. d. loco. cap. 9. in fin. adde l. 5. j. eo.*
q *XX Basilic. dic. vt leg. 3. s̄. eod.*
r Crimen est publicum, sepulchrum violare *leg. 8. D. eo.*
s *Eclog. d.l. versi.* τῇ αὐτῇ.
t τὰ παρεχδεδομένα ἤδη πλεῖα ταφῇ. *Eclog. d. i.* tradita iam perfectæ sepulturæ *adde l. 3. §. 4. l. 7. l. vlt ff. eo. l. 38. ff. de religios.*
u *l. 5. C. eo.*
x Aggeres consecrati, sepulchra.
y De lapide ex sepulchris moto.
z De terra ex sepulchris euersa.
a De cespite ex sepulchris euulso.
b Crimen sacrilegio proximũ.
c De spoliatoribus cadauerum & more veteri condendorum ornamentorũ, dixi *l. 3. §. 7. D. eod.*

d Qui & porticationes *l. 37. in fin. D. de religiosis.* e Pœna manium vindicem cohibentis *l. 5. C. Theodos. eod.*
f Reliquiæ defunctorum Græcis λείψανα. de detestabili concubitu cum mortua *v. Clar. 5. sent. §. Fornicatio versi. cum mortua.*
g *vide Nouell. 60. Nouell. 115. cap. 2. l. 2. D. de in ius vocand. l. 8. D. eod. leg. 38. D. de religiosis.*
h *v. Ripensem ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. num. 34.*
i *9. C. Theodos. 18. Nou. Leon. 66.* quæ & Flaui & Fauia. *dixi ad 48. D. 15.*
k qui & Lauernæ & fraganæ, qui ingenuorum liberos aut seruos alienos vendunt vel supprimunt.
l De ancilla aliena solicitata & exportata.
m Plagiarius conueniri potest rei vindicatione *vt hic:* lege Fabia, *vers. si vno.* & criminaliter interdum *versi. quod si. j. eod.*

nuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quòd si per violentiam mancipium abreptum est, accusationem eius non prohibetur intendere. PP.12.Kal. April. Antonino A.IIII.& Balbino Conss.214.

2. Idem A. Aurelio.

SI ab AEliano seruum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum [a], moxque eo suadente fugæ datum probare potes: legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est serui corrupti, per [b] procuratorem tuum persequi potes. PP. 7. Ka. August. Antonino A.IIII.& Balbino Conss.214.

3. Imp. *Alexand.* A. Cornelio.

VT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio [c], & accusatio, & sententia necessaria est. PP.8.Ka. Iul. Iuliano II.& Crispino Conss.225.

4. Imp. *Gordianus* A. Paulinæ.

NOn valet procuratoris [d] sententia, si vicem præsidis non tueatur, qui legi Fabiæ locum esse pronunciauit: cum eius legis disceptatio ad præsidis prouinciæ [e] pertineat notionem. PP.3. Non. Dec. Gordiano A. & Auiola Conss. 240.

5. Imperatores *Valerianus & Gallienus* AAA. & Valer. Cæs. Iulianæ.

SI fratrem [f] tuum aduersarius || tuus || supprimit [g], legis eũ Fabiæ [h] adito præside prouinciæ reum debes postulare. PP. Non. Maij, AEmiliano & Basso Conss.260.

Seruum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

6. Impp. *Diocl. & Max.* AA. Martiano.

IN fuga seruum constitutum neque [i] vendere, neque donare licet [k], vnde intelligis te in legem incidisse quæ super huiusmodi delictis certam [l] pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus & sociis quibus in diuisione communium [m] rerum licitationem de fugitiuo seruo inuicem facere permissum est. Ita verò liceat fugitiuũ || seruũ || vendere, & tunc venditio valeat, quando [n] ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. PP.3.Id. Mart. AA. Coss.

Alienans seruum vel liberum quem plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine iudex potest inquirere. Salyc.

7. Iidem AA. Maximo P.V. [o]

QVoniam seruos à plagiariis alienari ex vrbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere prescribis: horum tibi delictorum licentiæ maiore seueritate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quidẽ in huiusmodi facinore deprehenderis, capite † eum plecti non dubitabis: vt pœnæ genere deterreri cæteri possint, quo minus istiusmodi audacia vel seruos vel liberos ab vrbe distrahere atque alienare audeant. Dat.6.Id. Decemb. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conss.287.

8. Iidem AA.& CC. Confidio.

PRæses prouinciæ discreto prius [p] iure dominij, intelligat an audiendum sit plagij crimẽ, néc ne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, expirasse criminis intentionem, emersa dominij luce, manifestabit. Si verò seruum alienum esse constiterit, || post || disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP.8.Kal. Sept. ipsis AA.IIII.& III. Conss.290.

9. Iidem AA.& CC. Eugenio.

EVm qui mancipium alienum celat [q], Fabiç legis crimine teneri, non est incerti iuris. S.III. Idus Maij, Heracliæ, AA. Coss.

10. Iidem AA.& CC. Dizæ.

COmparantem [r] ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri conuenit. S. Non. Nouemb. *Lucione AA. Conss.

11. Iidem AA.& CC. Marpiatæ.

ABducti plagio facta venditio, statum [s] non mutat. Liberæ enim personæ solicitatione crimen committitur, non conditioni præiudicatur. S.Id. Nouemb. Lucione* AA. Conss.

12. Iidem AA.& CC. Mutiano.

SI quis seruum fugitiuum sciens [t] cum [u] rebus furtiuis susceperit: cùm horum nomine furti [x] actione teneatur, hæc tibi rector [y] prouinciæ cum solita pœna restitui efficiet. Sed & si criminis plagij accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. S.Kal. Apr. Singiduni, CC. Coss.

13. Iidem Augusti & Cæss. Seuerino.

a l.9.j.eo. l.1.ff. de seruo corrupto.
b l.4.s. de furtis.
c v.l.3.s. qui accusare.
d Cęsaris sc. Quidam procuratores Cæsaris hoc sibi vsurpauerunt tam Romæ, quã in prouinciis. vt hanc legem intelligas, v. Vlp.9. *de off. procons. apud Ruffin. tit.14. collat. l. Mosaic.*
e *l.8.j.eo.* in prouincia sc. & ad Præf. Præt. in vrbe, ad præfectũ vrbi *Ruff. d.l.* cui rei accedit inscriptio legis 7.j. *eo.*
f Fratri datur etiam hæc actio.
g *l.6. infi. D. eo.*
h *v.l.3.ff. de homine libero.*
i *7. Eclog.6. ex li. 60. ti.48. c.10. adde l.7. infi. ff. eod.*
k Imò licet *l.2. ff. eo. v.l.5. s. de fugitiuis.*
l Pecuniariam *l. vl. ff. eo.*
m *l.29.§.3.ff. comm. diui. l.35. §.3.ff. de contra. empt.*
n *l.2.§.2.ff. eo.*
o v. quæ dixi ad *l.4.s. eo.*
† id abrogatum Leon. Nou.66.
p *l.14.j. eo.*
q 60. *Eclog.48. c. 12. l.2.s. eo. l.5. ff. eo. l.1. ff. de seruo corrupto.*
r *Eclo. d. loco. c.13.*
s *l. 12. s. de ingenuis. v. l. 12. s. de liberali.*
t *l.6.s. de fugit.*
u Vix seruus fugit, quin secum res aliquas aufe rat *l. vl. ff. de fugitiuis l.36. §.2. ff. de furtis.* Vitia hæc duo sunt cõiuncta, fuga & furtum.
x *v. l.1. ff. de fugit.*
y *l.4.8.s. eo.*
z *§.10. Inst. de publi. iudi.*
a Imò non cessat *Eclo. d. loco. c. 3.* cessat, si quæstionẽ proprietatis iusta ratione ductus moueris *vt hic.*
b Opinio iusta excusat à delicto *adde l.12. §. 1.2.3. l.13. ff. de liberali.*
c *Eclo. d. loco. c. 18. l.2. ti.1. ex li. 60. ti.48. c.18. l.1. 4. ff. eo. l.2. s. vbi de criminibus.*
d *l. vn. C. Theod. eod.*
e De pœna plagij dixi ad *l. vl. ff. eo.*

PLagii criminis accusatio publici [z] sit iudicij. S.V. Kalen. Decemb. CC. Conss.

14. Iidem Augusti & Cæss. Callistheni.

PLagij criminis accusatio cessat [a], si suos seruos vel liberos adsieuerent hi qui suppressisse dicuntur non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem [b] iusta ducti ratione. S. Prid. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

LIberum sciens conditionem eius inuitum [c] venundando, plagij criminis pœna tenetur. Dat.13.Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Conss.

16. Imperator *Constantinus* Augustus, ad Domitium Celsum vicarium Africæ.

PLagiarij [d] qui viuentium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli [e] pœna cum cæteris ante cognitis suppliciis teneantur. Si quis tamẽ huiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquàm super crimine claruerit, seruus quidem vel libertate donatus bestiis subiiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Datum Kal. August. Constantino A.IIII.& Licinio Conss.315.

AD † LEGEM VISELLIAM [f].

Tit. XXI.

Seruus vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Iuliam Visselliam: nisi libertus impetrasset ius aureorum annulorum. Bal.

1. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA.& CC. Baccho.

LEx Visellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea [g] quæ ingenuorum sunt, contra [h] honores [i] & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum [k] arripere: nisi [l] iure aureorum annulorum impetrato à principe sustententur. Tunc enim quoad viuunt, imaginem [m], non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tã de operis ciuiliter, quàm etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. ¶In †. curiam autem se immiscẽs, damno quidem cum infamia afficitur: Muneribus [n] verò personalibus in patria patroni, quæ congruunt huiusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse non dubiũ est. PP. II. Id. Febr. Antiochiæ, CC. Conss.

AD LEGEM CORNELIAM de falsis [o].

Tit. XXII.

De accusatione subiecti partus.

1. Imperator *Antoninus* Augustus, Seuerino.

SI partus [p] subiecti crimen diuersæ parti obiicitis, causa capitalis [q] in tempus pubertatis pueri differri non debuit: sicut iam pridem mihi & diuo Seuero patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. Duobus & Aspris Conss.213.

De solutione.

2. Imperator *Alexander* Augustus, Valerio.

SAtis apertè diuorum parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ [r] solutionis gratia, à debitore falsi crimen obiicitur, nihilo minus salua executione [s] criminis debitorem ad solutionem compelli oportere. PP.III. Non. Maij, Maximo II. & AEliano Conss. 224.

Filius legatum consecutus ex testamento, quod verum putauit.

3. Idem A. Cassio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui vxorem eius, id est, nouercam tuam, subrepto vero testamento, falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares [t], legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. XI. Kalend. Ian. Albino & Maximo Conss. 228.

De his qui falsis rescriptionibus vtuntur.

4. Idem A. Maximo.

† Hęc lex abrogata videtur. Nã cùm hodie libertini omnes restituti sint natalibus *No. vt libert. de cætero:* nihil est necesse hic edicere, vt ne libertis hominibus liceat eos honores adipisci, qui ingenuorum sint ꝓprij, eósve extra ordinaria pœna adficere.
f *l. vn. j. quando ciuili actio. Vlp.3. §.5.* Viscelliam *Hal.* & ita scriptum extat in *l. vn. C. Theodos. victum ciuiliter criminaliter agere.* Alij legunt Misselliam *editio Niuelliana:* aliàs falso Miscellam dici puto, vt ibidẽ quidam adnotarunt *ex tit. de indicta viduitate, & l. Iulia Miscella tollenda.* Lata fuit anno vrbis 776. Sentẽtiam legis Viscelliæ *vt. j. eo.*
g *d. l. vn.*
h circa *Hal.*
i *l.3. ff. de iu. aur. ann.* insignia alterius ordinis, *Paul.5. sent.25. §. 11. adde & ca.10. ibi. l.13 ff. de falsis.*
k *l.1. j. si seruus aut liber. ad decurionat.*
l *l.5.6. ff. de iure aur. Suet. in Claudio c.14.*
m Imago à statu differt. Prior momẽtanea ad tempus & extrinsecus est. Status durabilior est ac verior,
† *l.2. j. si seru⁹ vel liber. ad decurionat. adspirauerit.*
n *v.l. 6. ff. ad municipal.*
o *9. C. Theodos. eo.*
p *l.10. j. eo. l.19. §. 1. l.30. §.1. ff. eo. l. 1. ff. de agnoscen. liber. 60. Eclo. 41* περὶ ὑποβολιμαίου τοκετοῦ. v. Bossiũ ti. 41. *Pap. 7. Not. 7.*
q Pœna falsi ex leg. Cornelia capitalis *l.5. l.22. in fi. j. e. l.1. ff. de Carbomano. Cyprian. 2. ad Donatum.* Hic testamentũ subiicit, ille falsum capitali fraude conscribit. postea facta est non capitalis *d. leg.22. in fi. l.1. in fi. ff. eo. l.18. s. de transact. §. 7. Inst. de publ. iudic.* Quanã pœna hodie falsarij afficiantur, dixi *ad Nou. Leon. 77.*
r si à debitore falsum instrumentum dicitur morandæ solutionis gratia. *facit l.31. ff. de re iud.*
s id est, persecutione, accusatione.
t *v. l.3. ff. eo. l.5. D. de hisquibus vt indig.*

Maiorem

M Aiorum seueritatem exigit, vt merita eorum, qui falsis rescriptionibus[a] vtuntur, digna coerceantur pœna: sed qui[b] deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum, à quo accepit, exhibet: se liberat. PP. 4. Kal. Ian. Albino & Maximo Conss. 228.

An filius agere contra matrem possit.

5. Idem A. Petronio.

F Alsi quidem crimen, vel[c] aliud capitale[d] mouere vos matri[e] vestrę, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium[f] compendium[g] non aufert. Si enim de fide scripturæ vnde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est: inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest.[h] PP. 3. Kalend. Septembr. Agricola & Clemente Conss. 221.

Si is cui quid relictum est falsas tabulas dixerit.

6. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Culpio.

Q Vi falsas tabulas[i] dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudicium[k] aspirare non potest. PP. 15. Kal. April. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De transactione.

7. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. & *Valerian.* C. Heliodoro.

I Pse significas, cùm primum aduersarij instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse[l] suspectam.[m] Facta igitur transactione[n], difficile est, vt is qui prouinciam regit, velut falsum, cui semel acquieuisti, tibi accusare permittat. PP. 3. Kal. Iul. Tusco & Basso Conss. 259.

De codicillis.

8. Iidem AA. & CC. Marino.

S I falsos codicillos[o] ab his contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideò accusationem euadere possunt quod[p] se illis negent vti, nam illis[q] prodest instrumenti vsu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur & quos periculo solus vsus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis, in seueritatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones eius recusando, crimen euitare. PP. 3. Kalend. Iul. Æmiliano & Basso Conss. 260.

9. Impp. *Carinus & Numer.* AA. Mesio.

S I docueris apud prȩsidem prouinciæ, ab intestato[r] te heredem eius extitisse, qui codicillos scripserat: ordinarium est, vt in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa præbeas, quæ iure relicta sunt: nisi consilium est codicillos[ſ], falsos arguere. Quòd si criminaliter[t] cœptum || iudicium || interuentu indulgentiæ[u] sopitum est: habes tamen residuam indagationem, & potes de fide scripturæ ciuiliter quæri. PP. 3. Kalend. April. Carino II. & Numeriano AA. Conss. 284.

De partu supposito.

10. Imperator. *Diocletianus & Maximianus* AA. Legitimo.

C Vm suppositi[x] partus crimen patrui tui vxori moueas, apud rectorem prouinciæ instituta accusatione id proba[y]. PP. 11. Kalend. Octob. Diocletiano A. II. & Aristobulo Conss. 285.

De lite pecuniaria.

11. Iidem AA. & CC. Isidoro.

S I lis pecuniaria[z] apud pedaneos[a] iudices remissa est, etiã de fide instrumenti ciuiliter apud eos iuxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. PP. X. Kal. Iul. Diocl. III. & Maximiano AA. Conss. 287.

De præscriptione temporis.

12. Iidem AA. & CC. Primo.

Q Verela falsi[b] tẽporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti[c] annorum exceptione: sicut cætera quoque ferè[d] crimina. S. 6. Id. Ian. Viminacij, CC. Coss.

a *Paul. 5. sent. 25. §. 9. Paul. 1. sent. 12. §. 1.* constitutionibus *l. vlt. D. eod.* falsis Prætoris litteris *l. 25. D. eo.* de eo qui falso prætoris iussu vtitur *v. l. 1. D. de concussio.* & eo qui vtitur falsis instrumentis, actis, epistolis *Paul. d. loco.*

b Idem heredi accidere potest ob iustam ignorantiæ præsumptionem, eo casu id beneficij reo datur, vt producens falsum instrumentum interrogetur eo nécne velit vti, dato debitori in eum finem spatio. quo elapso, si falsis instrumentis heres vti cœperit, falsi tenebitur *communis opinio apud Clarum 5. sent. §. Falsum versic. vtens falso.*

c Falsi crimen capitale, hoc ex loco satis colligitur.

d *dixi ad l. 1. s. eodem.*

e Mater, à liberis falsi criminaliter conueniri non potest: ciuiliter, potest *l. 1. §. 43. D. de vi & vi. l. 11. §. 1. D. de accusatio.* Imò criminaliter potest *l. 14. s. qui accusare.*

f hinc colligunt, Duobus modis agi de falso: ciuiliter, *vt hic.* criminaliter *vt s. eo.*

g id est, actionem ciuilem.

h quomodo? actione in factũ. *d. §. 3.*

i testamenti scilicet *vide leg. 6. ff. de hered. petit. Papon. 2. Notar. 7.*

k id est, ad legata *60. Ecloga. 42. ex lib. 35. cap. 35.*

l accusasse *Syno. Basil. 11. tit. 2. lib. 60. tit. 41. c. 42.*

m Qui suspectum habens instrumentum ex eo transigit, dubius transigit. non transigit per errorem, quia suspectum habet: neque sciens omnino, quia tantum suspectum habet.

n hanc controuersiam paucis ita definio, Qui per errorem ex falsis instrumentis transigit, vel paciscitur *leg. 42. supra de transact. leg. 2. supra de his quæ vt indign.* instrumentum falsi accusare potest. Qui dubius ex falsis instrumentis transigit, difficulter potest ab inita transactione falsi accusationẽ mouere *vt hic.* Qui sciens de falso instrumento transigit, iure transigit: iure, inquam, id est, iure Romano, *Græci 11. Eclo. 2. cap. 26. 1. Harmenopul.* 10. *vide Cuiac. 6. obseruat.* 11. & *20. obseruat. 19.* & ita etiam veteres accipiunt legem 18. *supra de transact.* quod Alciato *in dicta leg. 18. & 5. Paradox.* 8. 9. 10. Hótomano *ad dict. leg.* 18. & 21. *Illust.* Donello *ad d. l.* 18. Paponi & aliis, de quibus dixi ad *d. l. 18. s. de transact.* displiceret. quibus accedit vsus & praxis Galliæ, vt ibid. notaui.

o *vide leg. 19. infra eodem.*

p Falsarius falsi tenetur, etiamsi falso instrumento à se fabricato se velle vti neget. Imò, pœnitentia videtur excusandus *leg. 18. D. eo. v. Papon. 2. Notar. 7.*

q Imo & aliis d. leg. 19.

r Heres ab intestato, cogitur præstare fideicommissa relicta in codicillis.

ſ Etiam codicillos falsi arguere licet.

t *v. leg. 16. j. eod.*

u Abolitio criminis non tollit actionem ciuilem.

x *v. leg. 1. s. eod.*

y Accusatori incumbit probatio.

De effectu falsæ scripturæ.

13. Iidem AA. & CC. Marco.

Q Vi veluti[e] præsentem || scripsisse || res recepisse suas, cũ absens esset, conscripserit: non ignoranti quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. 6. Kal. Ian. Sirmij, AA. Cons.

De testamento celato vel amoto.

14. Iidem AA. & CC. Gentianæ.

E Vm, qui celauit[f] vel amouit[g] testamentum, committere crimen falsi, publicè notum est. S. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conss.

De collusione creditoris cum debitore.

15. Iidem AA. & CC. Rufo.

S I creditor[h] colludẽs cum debitore suo tibi prædium venundedit, falsum commisit: & tibi[i] nihil offecit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. 13. Kalend. Febr. CC. Conss.

De testamentis.

16. Iidem AA. & CC. Fortunato.

D E fide testamenti querenti duplex[k] via litigandi tributa est. Quamuis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen priuata de eiusdem fide queri non prohiberis: cum reus ita conuentus, non tantùm ab alio iustè, sed etiam ab eo qui ciuiliter egit, solenniter accusari possit. S. 8. Id. Febr. Sirmij, CC. Conss.

De temporis interuallo.

17. Iidem AA. & CC. Menelao.

S Icut falsi[l] testamenti vel codicillorum scriptura, temporis interuallo firmari non[m] potest, ita vera quȩ iure subsistit, non euanescit. Si itaque de fide delicti vel per accusationem, vel per priuatum iudicium quereris: rector prouinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, iubebit, si prius cæteris indiciis[n] fuerit commotus. S. 3. Id. Feb. Sirmij, CC. Conss.

De effectu falsi.

18. Iidem AA. & CC. Maximo.

E X initio[o] falsi commissi iusta possessio non paratur. Vnde contra eos, quos de dominio fundi tecum contẽdere proponis, accusationem instituere potes. S. 3. Non. Mart. CC. Conss.

De fœminis.

19. Iidem AA. & AC. Cosmiæ.

E T si ad te negotium pertinuit, etiam atque etiam tecũ deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumẽtum in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At cum mulieribus[p] in aliena causa falsi nõ sit concessum accusare, tu autẽ hæc eadem prædia te prius alij donasse proponas: fieri tibi facultatem accusandi, contra iuris postulas formam. Subscriptum VIII. Idus Martij. CC. Conss.

De errore & dolo.

Non est falsum sine dolo.

20. Iidem. AA. & CC. Rufino.

N Ec[q] exemplum editionis precum aliter per[r] errorem scriptum, cum non[ſ] nisi dolo || malo || falsum committentes crimini subiugentur, cognitionem dati iudicis moratur. Subscrip. 11. Kal. Nouem. Dorostoli, CC. Conss.

De decurionatu.

21. Imp. *Constantinus* A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brutiorum.

S I[t] quis decurio testamentum[u] vel codicillos aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis

z *v. l. 9. s. eo.* a Etiam coram pedaneis & delegatis iudicibus excipi potest de falso instrumento.

b Quid, licebitne actori agere ex falso instrumento post vicennium? Paponius 2. *Notar. 7. c. du parricide.* negat hunc locum pertinere ad actionem ciuilem. eo sensu: etiam intra tricennium excipi posse de falso ciuiliter, non tamen criminaliter, *arg. l. 5. in fin. ff. de doli mali exceptione. facit l. 17. j. eodem.*

c *60. Eclo. 41. ca. 47.* Præscribuntur crimina vicennio vide Tiraquellum *tractatu de pœnis causa 29.*

d Rectè id additum. Sunt enim quædam crimina quæ quinquennio tolluntur, vt quæ descendunt ex lege Iulia de adulteriis *leg. 29. §. sexto D. de adulteriis.* peculatus *leg. D. ad leg. Iuliam peculat.* Silaniani *leg. 13. D. de Sc. Silaniano.* Quid suppositi partus crimen? nulla præscriptione temporis depelli dicitur *leg. 19. in fin. D. eodem* nulla, inquam, nisi vicennali. & ita hanc legem accipe vt & legem *vltim. D. ad leg. Pomp. de parricid.* qua ostenditur eos qui parricidij teneri possunt, semper accusari posse. *adde Cuiac. 4. obseruat.* 14. Quid Apostasia? *vide leg. 1. supra de apostatis.* & ita accusatio criminalis tollitur vicennio *vide Clarum 5. sentent. §. vltim. quæst. 51. adde Bossium ca. 41. numero 12. Ancharanum 2. quæst. 29.*

e Falsa recepti confessio, depositum non liberat.

f *leg. 2. D. eodem.*

g *dicta leg. 2. Paul. 5. sent. 25. §. 1.*

h Falsum committi intelligitur, si creditor diem obligationis protulit, repetiit, anticipauit aut anteuertit *leg. 28. D. eodem. vide lege tertia, D. de probat. lege tertia D. de fide instrumentorum.*

i qui prior tempore fuisti.

k ciuilis & criminalis. *leg. quinta. leg. 9. leg. 11. supra eodem. leg. 23. leg. vltim. infra eodem. adde leg. vnic. infra quando ciuilis actor. 60. Ecloga 41. capit. 57. versicul. ἡ διάταξις. vide Cuiacius 13. obseruat. 38.*

l Falsum ab initio testamentum, seu falsa omnis voluntas tractu temporis non firmatur.

m Temporis tractu non confirmatur quod de iure ab initio non subsistit. *adde l. 29. l. 201. D. de reg. iur. c. 18. de reg. in 6.*

n Ex indiciis potest iudex interrogare *adde l. 8. in fi. j. de quæstionibus.*

o Græci ita legunt ἀπὸ πλασοῦ & in *60. Eclo. 41. c. 53.* eo sensu, Ex falso possessionem reus sibi parare potest.

p Fœminis accusatio falsi non est permissa: sed ita demum, si suam suorúmve iniuriam persequantur *adde l. 1. §. 10. ff. ad Turpill.*

q *v. l. 2. s. de errore aduocat. l. 92. ff. de reg. iur.*

r *l. 31. in fin. ff. eo. l. vn. j. de mutatione nominis. v. Paul. 1. sent. 12. §. 3.* alias, præsumitur pro instrumento, præsertim notarij *v. Alciat. 3. præsumpt. 13.*

ſ Falsum sine dolo, non punitur.

t *l. 1. C. Theod. eo. adde l. 15. j. de decurion.*

u Testamentum à decurionibus interdum scribi solitum.

publicis priuatisque instrumentis præbuerit officium: si falsi quæstio moueatur, decurionatus honore seposito, quæstioni [a] (si ita poposcerit causa) subdatur: sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit deprehensus. Quantum [b] enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet: quantum [c] ad rem gestam & veritatem reserandam, vti decurionatus honore non poterit [d]. Nec verò is qui antè fuerit tabellio, [e] ad eludēdā quæstionē super his quæ ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum [f] debet probari auctorem. Dat. 3. Kalend. Feb. Sabino & Rufino Conss. 316.

De inquisitione veritatis, & de lite compendioso spatio terminanda.

22. Idem A. ad Maximum P. V.

Vbi [g] falsi examen inciderit, tunc acerrima [h] fiat indago [i] argumentis [k], testibus, scripturarum collatione [l], aliisque vestigiis [m] veritatis: nec [n] accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter [o] vtranque personam sit iudex medius: nec vlla interlocutione diuulget quæ sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. Vltimum autem finem strepitus criminalis compendioso [p] spatio limitamus, quem litigantem disceptantéque fas non sit excedere: cuius exordium nascetur auspicio contestatæ accusationis apud iudicem competentem: post probationem supplicio capitali [q], si id exigat magnitudo [r] commissi, vel deportatione: ei qui falsum commiserit, imminente. PP. 8. Kalen. Apr. in foro Traiani, Constantino A. VII. & Constantio Cæs. Conss. 354.

De iudicio ciuili & criminali.

23. Imppp. *Valens, Gratianus, & Valentinian.* AAA. ad Maximum præf. præt.

Damus [r] licentiam litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura de qua oritur aliqua disputatio, profitendi vtrum de falso criminaliter [t] statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an ciuiliter. Quod si expetens vindictam [u], falsi crimen intenderit, tunc quæstione ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago: vt si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationésque, necnon & rationes priuatas vel publicas, pacta, & epistolas vel vltimas voluntates, donationes, venditionésve, vel si quid prolatum aliud instituere conabitur: habeat accusandi facultatem. Ciuilis autem inquisitionis inter vtrasque partes cōfligentium leuior examinatio procedat: cū iudex qui præerit quæstioni, intentiones ||actoris|| falsas, & conficta criminal||reorum|| ex legibus pœnis competentibus possit vlcisci. PP. 16. Kal. Maij, Romæ, Valente V. & Valentiniano AA. Conss. 368.

De onere probationis.

24. Imperatores *Valentinian. Theod. & Arcad.* AAA. Proculo præfecto vrbi.

Præbemus licentiam, vt siue [x] ciuiliter, siue criminaliter (vt actor elegerit) super prolatis codicillis vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti [y] primitus qui scripturam obtulerit, deinde ei qui strictā [z] instantia falsum arguere paratus sit. Dat. 10. Ka. Feb. Timasio & Promoto Conss. 389.

DE HIS QVI SIBI ADSRIbunt [a] in testamento.

Tit. XXIII.

1. Imp. *Antoninus* A. Valatio.

Qvamqvam ita interpretantur iurisperiti, vt contra legem Corneliam, videatur se scribere heredem emancipatus [b] filius patre dictante: tamen si cum testamentum non esset scriptum, iustus [c] successor futurus esset accepta bonorum possessione, filius patri perinde habebitur atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus [d] dulci [e] officio. Proposita Nonis Septemb. Duobus & Aspris Conss. 213.

2. Idem A. Atticio.

Si testator codicillis quos scripsisti, legatum quoque seu fideicommissum reliquisse tibi sua [f] manu adscripsit: non videris in pœnam senatusconsulti incidisse. Quod si [g] testamentum dictasse codicillis significauit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes: pœna vero falsi tibi principali [h] beneficio remittitur. PP. Id. Dec. Antonino A. IIII. & Balbino Conss. 214.

3. Imp. *Alexander* A. Martiali.

Senatusconsulto & [i] edicto diui Claudij prohibitum est, eos qui ad scribenda testamenta adhibentur [k] quamuis [l] dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est: cuius veniam [m] deprecantibus ob ignorantiam [n], & profitentibus à relicto discedere [o], amplissimus ordo, vel diui principes veniam ||raro|| dederunt. PP. 17. Kal. Apr. Maximo II. & AEliano Conss. 224.

4. Idem A. Crescenti.

Qvæ in testamento vxoris [p] maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum habet. PP. III. Non. Februar. Fusco II. & Dextro Conss. 226.

5. Idem A. Gallieno militi.

Qvod adhibitus ad testamentum cōmilitonis [q] scribendum, iussu eius seruum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur, & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenore inpulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in qua credo te magis errore quam malitia incidisse. PP. 17. Kal. Iun. Fusco II. & Dextro Conss. 226.

6. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Aufidio.

Si libertatem [r] tibi manu tua imperante domino adscripsisti, cum proponas dominum non subscripsisse, & si suis literis tuam libertatem expressim agnouisse: ad impetrandam libertatem senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur: quoniam non poteras contra domini voluntatem venire. PP. 6. Id. Decem. ipsis IIII. & III. AA. Conss. 290.

DE FALSA MONETA. [t]

Tit. XXIIII.

Fabricantes falsam monetam puniendi sunt vltimo supplicio sine appellandi remedio. Salyc.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Ianuarium.

Qvoniam [u] nonnulli monetarij adulterinā [x] monetam clandestinis sceleribus exercent, cūctis cognoscat necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi: vt [y] inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormenta illico prodituri, ac sic dignis [z] suppliciis addicendi. Accusatoribus [a] etiā eorum immunitatem [b] permittimus: cuius modus, quoniā dispar patrimonium est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam suspectam de custodia [c] exire fecerit, capite puniatur. Appellandi [d] etiam priuato licentia denegetur. †Si verò miles [e], aut promotus ||in gradum|| huiusmodi crimen incurrerit: super eius nomine & gradu ad competentes iudices referatur: Domus [f] verò, vel fundus in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, & si ignoret, fisco [g] vindicetur: nisi [h] dominus ante ignorans, vt primum reppererit, scelus prodiderit per petratum. tunc enim possessio vel domus ipsius, proscriptionis iniuriæ minimè subiacebit. Sin verò longissimè ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum [i], actore videlicet fundi, vel seruis vel incolis vel colonis qui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo qui fecit, supplicio [l] capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, vt viduæ nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam grauis conscientiæ noxa resideat. Impuberes [k] vero etiam si conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat [l] ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare [m] eos quid in rebus pupilli geritur, nō oportet, hæc pœna expectabit, vt de rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum à pupillo fuerat inferendum. Dat. 12. Kal. Dec. Romæ, Crispo, II. & Constantino II. Cæsarib. Conss. 321.

Qui nummos falsa fusione formauit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Sal.

2. Idem A. ad Tertullum præfectum vrb. Africæ.

Si [n] quis nummos falsa fusione [o] formauerit, vniuersas eius facultates fisco ||nostro|| præcipimus addici. In monetis [p] etenim tantummodo nostris [q] cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cuius obnoxij, maie-

a ob falsum decurio torqueri potest. b Respectu diuerso vnus & idem variè consideratur. c v d. l. 15. v. No. 44. d Cur ita? v. l. 14. §. de test. e Tabellionis munus exercere, qui decurio est, non potest. f v. t. Harm. 6. g l. 2. ver. sed vbi falsum crimen C. Theod. eo. h In crimine falsi acerrima sit indagatio. i Indagatio veritatis, fit argumentis, testibus, scripturarū collatione, aliisque vestigiis. k Argumenta admittuntur probationis loco. l Scripturarum collatione falsum detegi potest. m Probationes coniecturæ, indicia & argumenta, veritatis vestigia sunt. n l. vl. ȷ. eo. l. pen. §. de probat. o Inquirere iudex in ipso maleficia debet, etiamsi sit qui accuset: vt hinc cōstet accusatione non tolli facultatem inquirendi. p i. annali d. ver. sed vbi: adde l. vl. ȷ. vt intra certa tempora crim. q v. quæ dixi ad Nou. Leon. 77. r Puniuntur leuius leuia delicta: v. Tiraq. tra. de pœn. causa. 14. s l. 4. C. Theo. eo. t l. 16. §. eo. l. vl. ȷ. eo. u Electa actione ciuili falsi, criminalis suspenditur: finita, potest reuiuiscere. x d. l. 16. y 60. Eclog. 41. c. 57. infi. z Instructi Hal. a l. 6. infi. l. 17. D. de falsis l. 1. ff. de his quæ pro non script. ad. Boss. c. 38. Clar. 5. sent. §. Falsum. ver. Ascribens etiam. b Si emancipatus, patre dictante se heredem scripserit, non incidit in falsum. Est enim alioquin hereditatis paternæ capax. c ratio decidendi i. mortuus l. fid. in Gloss. Functus dulci officio dicitur, qui officium vitæ impleuit. Igitur dulce officium, dulcéve munus, vita dicitur. Seneca in Hypolito, Cur datum munus redditæ lucis fugis? sic munus lucis dicitur l. vn. C. Th. de her. pet.

adscripsit, legatū tamē non petit. r v. l. 5. §. 3. ff. de falsis. f nec suis. Cu. ad l. 4. §. si pupillo ff. de vsuc. reprehēsus à Roberto 1. recept. 9. & 1. Animaduers. 10. defensus ab Antonio Mercatore 1. Notat. 20. v. cū de (u. 15. obs 19. t l. 19. ff. de falsis. 9. C. 14. ἀργύρου 60. Eclo. 44. παραχαράκται de monetariis & circuēsi παραχαλεῖς sunt qui forficulis nūmos circūcidunt: Paul. 5. sen. 12. §. vl. Clar. 5. sent. §. falsum, versi. dico etiam, vbi de falsa & adulterata & diminuta seu abrasa moneta, & expēdentib. cā. u l. 2. C. Theod. eo. x De adulterina moneta. Sic adulter solidorū l. 2. §. eo. hic facit l. 8. 9. l. 19. D. eo. nummi adulterini d. l. 9. y Adulteri monetæ inquirēdi. z manus amittunt. Eclo. d. loco. ti. 60. c. 1. Harm. d. loco. v. tamen l. 2. ȷ. eod. est vero suppliciū capitale ȷ. eo. hac leg. Est & ignis suppliciū. l. 2. ȷ. eo. sane bona eius q falsam monetā cudit, fisco vindicantur. Quod si serui id ignorante domino fecisse dicantur, ipsi quidē, summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur, quia peiorem domini causam serui facere, nisi fortè scierit, omnino non possunt. Pau. 5. Se. 12. §. vl. a de accusatorib. monetarij adulterini l. 2. ȷ. eo. b Immunitas plerunque promittitur cōscio, sceleris participes detegēti. ad. de l. 2. §. pro quib. caus. seru. leg. 5. C. Theod. hoc tit. c Pœna custodia liberātis reū falsæ monetæ non appellat. d Reus falsæ monetæ non appellat. † id non obseruatur in Gallia v. Rebuff. in proœmio. constit. gl. 5. nu. 116. cum etiā reus maiestatis appellet. e Si miles reus monetæ fuerit. f De domib. & agris in quib. falsa moneta cā est Eclo. d. loco. ver. ὁ δὲ δεσπότης Har. d. loco. ver. 9 ὁ ἀγρὸς. Pa. Th. 2. l. 4. g Pau. 5. se. 12. §. vl. h Indicare scelerum interdum cogimur

c lucis officio *vt d. l. vn.* ȷ. τελευτὴ *Cu. 3. ad Afric. infi.* f Vbi testator testamentario aliquid adscribit, cessat pœna falsi. Subscriptio testatoris generalis excusat à pœna *l. 1. §. 8. l. 15. §. 1. ff. eo.* g obserua hypothesim. h Testamentarius veniā à Principe vel senatu pōt petere, nō etiā ius capiēdi. i ex edicto. Cu. ita hic videtur legisse intelligit aūt Sc. Claudianū, aliud à Liboniano. k i. testamētarios l. 5. ȷ. *eo. l. 14. §. 1. ff. eo.* m i. pœnitentib. n *l. 2. §. c.* o Error excusat à pœna. p Nō licet marito quidquā sibi adscribere in vxoris testamēto *l. 18. ff. de falsis.* q miles excusatur, si sibi

mur *No. 117. c. 8.* i *v. l. 2. ȷ. eo.* k Impubes, quāuis cōscius adulterinæ pecuniæ nō tenetur. *adde l. 22. ff. de falsis. 2. §. 19. D. vi bonor.* l i. quid videndum, vel, quid fugiendū. m Tutor res pupilli ignorare nō præsumitur. n *l. 3. C. Th. eo.* o effusione *Hal.* Fusio Græcis τὸ ἀρχέτυπον σφραγῖσμα ... *Har. d. loco. vers. ...* o in historia Antonini Florentini. & apud Suet. *in Calig.* Aureū iconiū, siue iconiū, vt est *d. loco. c. 8.* vel locus in quo moneta formatur ȷ. eo. Falsa fusione formare, *à faux coing.* p Moneta, loc[9] in quo moneta cuditur. q In monetis tātū regiis pecunia cudi potest.

statis

ſtatis[a] crimen committunt: & præmio[b] accuſatoribus[c] propoſito, quicunque ſolidorum adulter[d] poterit reperiri, vel à quocunque fuerit publicatus, illico omni dilatione ſummota, flammarum[e] exuſtionibus mancipetur. Dat. Prid. Nonas Iul. Mediolani, Conſtantino A. V I I. & Conſtantino Cęſar. I I I I. Conſſ. 316.

3. Imperatores *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Rufino præfect. præt.

SI quis ſuper cudendo ære, vel reſcripto[f] aliquo vel||etiã|| adnotatione noſtra ſibi arripuerit facultatem, non ſolũ fructum propriæ petitionis amittat, verùm etiam pœnam quam meretur, excipiat. Dat. 4. Id. Iul. Conſtant. Theod. A. III. & Abundantio Conſſ. 393.

DE MVTATIONE NOMINIS[g].

Tit. XXV.

1. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Iuliano.

SICVT in initio nominis[h], cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis: ita eorum mutatio innocentibus[i] periculoſa non eſt. Mutare itaque nomen, vel prænomen,||ſiue cognomen,||ſine aliqua fraude licito iure, ſi liberes, ſecundum ea quæ||ſæpe|| ſtatuta ſunt, minimè prohiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro. S. 15. Kalen. Ian. AA. Conſſ.

AD LEGEM[k] IVLIAM de ambitu[l].

Tit. XXVI.

Qui honores repetit, in legem ambitus incidit, & pœnam legitimam ſubit. Salyc.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Pompeiano PP. Africæ.

NVLLVS[m] omnino[n] principatum[o], vel numeratum, ſeu commentarienſis gradum, vel cætera[p] officia repetere[q] audeat: cum publicæ diſciplinæ ſemel geſta ſufficiant. At ſi quiſpiã promotorum denuo ad munus||etiam||per ſacras literas irrepſerit quòd antè docebitur geſſiſſe[r]: caſſatis quæ hoc modo ſunt impetrata, ad ſolutionem debiti primitus vrgeatur: & qui contra fecerint, pœnam deportationis||ad inſtar legis Iuliæ ambitus||excipiant. Dat. Prid. Kal. Iun. Mediolani, Stilichone & Aureliano Conſſ.

AD LEGEM[ſ] IVLIAM Repetundarum.[t]

Tit. XXVII.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Matroniano duci & præſidi Sardiniæ.

VT[u] vnius[x] pœna, metus poſſit eſſe multorum: ducem qui malè egit, ad prouinciam quam nudauerit, cum cuſtodia competenti ire præcipimus: vt non ſolum quod eius non dicam domeſticus[y], ſed manipularius[z], & miniſter acceperit: verùm etiam quod ipſe à prouincialibus noſtris rapuerit, aut ſuſtulerit, in quadruplum[a] exoluat inuitus. Dat. Prid. Id. Iun. Conſtantin. Antonio & Syagrio Conſſ. 382.

2. Iidem AAA. Floro pręf. præt.

SCiant[b] iudices ſuper admiſſis propriis, aut à ſe, aut ab heredibus[c] ſuis pœnã eſſe repetendam. Dat. Kal. Sep. Antonio & Syragrio Conſſ. 382.

3. Iidem AAA. Marcellino.

OMnes[d] cognitores & iudices à pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant[e], neque alienum iurgium putent ſuam prædam. Etenim priuatarum quoq; litium cognitor idémque mercator[f] ſtatutam legibus cogetur ſubire iacturam. Dat. Prid. April. Mediol. Merobaude I I. & Saturnino Conſ. 383.

Concuſsionem inferens, & proceſſum venalem faciens, vel ſententiam venalem proferens, poteſt à quolibet accuſari. Bald.

4. Iidem AAA. & *Arcad.* A. Edictum ad prouinciales.

IVbemus[g]||atque||hortamur, vt ſi quis forte honoratorũ, decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorum, aut cuiuſlibet ordinis, à iudice fuerit aliqua ratione concuſſus: ſi quis ſcit venalem[h] fuiſſe de iure ſentẽtiam, ſi quis pœnam vel pretio remiſſam, vel vitio cupiditatis ingeſtã, ſi quis poſtremò quacunque de cauſa improbum iudicem potuerit approbare: is vel adminiſtrante[i] eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cum probauerit, & victoriam reportaturus & gloriam. Dat. 10. Kal. Iul. Conſtantinop. Honorio N. P. & Euodio Conſſ. 386.

5. Imperatores *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. Seuerino Comiti rer. priuat.

VNuſquiſque[k] procurator propoſitus gynecio, tabularius, ſuſceptor, colonus vel quicunque ſe à comite[l] domorum meminerit eſſe concuſſum: cum ipſe cui pecuniã numerauit,||ab||adminiſtratione deceſſerit, intra anni[m] ſpatium ad iudicem ſpectabilitatis tuæ, quidquid dederit, repetiturus occurrat: vt proſit penſionibus, quidquid ille reddiderit. Si verò ex tempore depoſitæ adminiſtrationis pręſtituti temporis curricula trausfluxerint, nulla vox aduocationis emergat: ſed ipſos procuratores, præpoſitos, colonos, tabularios, ſuſceptores, obnoxios ad ſolutionem volumus coartari. Dat. Prid. Non. Iun. Mediolani, Valentiniano Aug. I I I I. & Neotherio Coſſ. 390.

Accedentes ad regendas prouincias, debent iurare forma hic ſcripta. Sal.

6. Imperatores *Theodoſius & Valentinianus*, AA. Florentio præf. præt.

SAncimus eiuſmodi viros ad[n] prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione vel pretio, ſed probatæ[o] vitæ & amplitudinis tuæ ſolent teſtimonio promoueri: ita ſane, vt quibus hi honores per ſedis tuæ vel per noſtram fuerint electionem commiſſi, iurati[p] inter geſta depromant ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quidpiam, neque daturos vnquam poſtmodum fore, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam||perſonam,||in fraudem legis ſacramentique: aut venditionis, donationíſue titulo, aut alio velamento cuiuſcunque contractus: & ob hoc (exceptis||ſolis||ſalariis) nihil penitus tam in adminiſtrarione poſitos, quàm poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis quàm gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem[q] diuini timoris contemnendo iuſiurandum arbitramur[r] immemorem, vt ſaluti propriæ vllum commodum anreponat: tamen vt ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubiũgatur: ſi quis auſus fuerit prębita ſacramenta negligere, non modò aduerſus accipientem, ſed etiam aduerſus dantem[ſ], accuſandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatem: quadrupli[t] pœna eo qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo. Datum V I. Kal. Dec. Conſtantinop. Theodoſio A. X V I I. & Eeſto Coſſ. 439.

DE CRIMINE PECVLATVS[u].

Tit. XXVIII.

1. Imperatores *Honor. Theod. & Arcad.* AAA. Rufino PP.

IVDICES qui tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxij ſunt, & capitali[x] animaduerſioni eos ſubdi iubemus. His quoque nihilo minus qui miniſterium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperunt, eadem pœna percellendis. Dat. V. Non. Martij Conſtantinop. Honor. X. & Theodoſ. V I. VV. Coſſ. 415.

DE CRIMINE SACRILEGII.[y]

Tit. XXIX.

Errans in articulis fidei, punitur vt ſacrilegus. Sal.

1. Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius* AAA. Eutropio præfecto prætorio.

QVI[z] diuinæ legis[a] ſanctitatem[b] aut neſciendo omittunt, aut negligendo violant & offendũt[c], ſacrilegium committunt. Dat. 3. Kalend. Mart. Theſſalonicæ, Gratiano A. V. & Theodoſio A. I. Coſſ. 580.

---

a Falſitas monetæ, crimen maieſtatis. *adde 2. Feud. 56. ibi monetæ.*
b Pręmia accuſatoribus interdum proponuntur. *l. 5. C. Theo. e. c l. 1. ver. accuſatoribus. s. eo.*
d Solidorum adulter.
e Pœna adulteris monetæ propoſita, ignis *vt hic.* manuum amiſſio *Eclo. d. loco. ti. 60. ca. 1. in pr. Harm. d. loco.* In Gallia in aqua cum oleo feruente, ſiue bulliente ſuffocantur. *v. Clar. 5. ſent. §. Falſum ver. dixi.* De ignis ſupplicio dixi ad *l. vn. j. de Nili aggeribus.*
f *l. 9. C. Theod. eo. Eclo. d. loco c. 1. in fi. facit l. 6. §. 1. ff. ad l. Iul. pecul.*
g *l. 13. ff. de falſis. Paul. 5. ſent. 25. §. 20.*
h *v. l. 4. s. de teſtam.*
i *l. 20. s. de falſis.*
k Ambitionem iudicum hęc lex coercet.
l *9. C. Theod. 26. dixi ad 48. ff. 14.* Superiore titulo magiſtratuũ ambitus: hoc vero ti. magiſtrat° & iudicum auaritia, qui à priuatis pecunias accipiunt, coercetur, vt & ſequentibus, qui ex publico.
m *l. 2. C. Theo. e.*
n Principes officiorum & alij beneficiarij, eadem officia repetere & continuare prohibentur antequam rationes reddiderint.
o principatus ὁ ἔξαρχος τῆς τάξεως Qui hic ſit *v. in l. vlt. j. vt Ruſticani ad nullum obſequium lib. X I.*
p *v. l. 6. s. de adſeſſoribus.*
q Ambitio eſt, ante redditas officiorum rationes eadem officia repetere atque continuare.
r *v. le. 12. j. de ſuſceptoribus.*
ſ Auaritiam iudicum hæc lex coercet.
t *9. C. Theod. 27. dixi ad 48. D. 11.*
u *l. 3. C. Theod. e.*
x *l. 31. in fin. pr. ff. depoſiti.*
y *l. 1. 5. D. eo.*
z qui & ordinarius. *dixi ad No. 20.*
a *l. vl. in fi. j. eo. l. 3. s. de adſeſſorib. v. Cu. ad No. 8.*
b *l. 4. C. Theod. eo.*
c Lex repetundarum datur in heredẽ eius qui repetundarũ arguitur, etiamſi lis non ſit conteſtata cum defuncto. *vt hic. l. 2. D. eod.* Ac de eo quod peruenit ad heredem actio perpetua eſt. *l. 2. ff. eo. l. vl. ff. de peculat.*
d *l. 5. C. Theod. eo.*
e *v. Cu. 60. obſ. 18. in fi. Petr. Greg. 36. ſyntagm. 28. nu. 3.*
f Litium mercator, ſic apud Lampridium mercator poteſtatum.
g *l. 6. C. Theod. eo. v. Cu. 6. obſ. 30.*
h *v. l. 7. s. quando prouocare.*
i *Nou. 80. c. 2. No. 86. No. 87. c. 4.*
k *l. 7. C. Theod. eo.*
l Comes domorum in Cappadocia erat, ſub Comite rerum priuatarum, ſub eo procuratores, præpoſiti gynecio, ſuſceptores, tabularum, coloni. Hi fiſco ſi nõ inferant penſiones, quòd dicunt ſibi pecunias acceptas a Comite domorum, intra annum id probare & pecunias repetere debent: quod ſi non fecerint, nihilominus conueniuntur à fiſco. Tentari poteſt aduerſus Comitẽ repetitionẽ perſeuerare etiam poſt annum: & hanc legem eò tantum ſpectare, vt oſtendat, eis ea ratione anni inducias dari.
m Quid: repetũdarũ actio éſtne annalis? an potius perpetua? dixi paulo ante vt annalis ſit.
n *l. 2. C. Theod. eo.*
o *v. l. 1. s. de off. magiſt. off.*
p *Nouell. 8. v. Pet. Greg. 36. Syntag. 28. nu. 34.*
q *d. Nou.* Præſumitur pro iuramento *Alciat. 3. præſump. 16.*
r Pręſumitur nemo moriẽs immemor ſalutis vitæ æternæ. *v. Alcia. 1. præſum. 39. & 3.* vnde colligunt, morientis confeſſiones, ſcripturas, reſponſa euidẽtius probare, quã aliorum: cùm in extremis cõſtituti, non pręſumãtur immemores cœleſtis vitæ, eò magis quod ei proximos ſe videant *v. Mediceum tractatu de morte.*
ſ Si accipere turpe, & dare quoque turpe eſt *v. No. 8. c. 8. l. 31. in f. C. de epiſc. Nou. 123. c. 2.*
t *d. No. 8.*
u *9. C. Th. 28. dixi ad 48. ff. 13.* i. de pecuniis publicis interceptis *§. 9. Inſt. de publ. iud.*
x *l. 1. C. Theod. eo.* capitali & vitę, *l. 5. C. Theod. adde le. Iul. repetund* interdictioni aquæ & ignis, deportationi *l. 3. 10. in fi. ff. eo. §. 9. Inſtit. de publ. iud.* Olim, mulcta cũ infamia *d. l.* quę pœna reducitur *Nou. Leon. 105.* conſtituta pœna dupli.
y *dixi 48. ff. 13. Paul. 5. ſen. 19. l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. 6. Harm. 5. c.* περὶ ἱεροσύλων. *Clar. 5. ſen. §. ſacrilegium.* Sacrilegos excommunicari, non tamen ipſo iure refert Socin. *reg. 33. quem vide.*
z *l. 25. C. Theodoſ. de epiſc.*
a ſacrilegi dant pœnas, quamuis nemo vſque ad deos manus porrigat. *Seneca 5. de beneficiis 14.*
b Fides diuinę legis ſanctitas.
c confundunt. ſic Græci συγχέουσιν.

2. *

QVi [a] confugientem ad sanctam ecclesiam sua auctoritate abstraxerit, verberatus & tonsus deportetur.

3. Iidem AAA. ad Symmachum præfectum vrbi.

DIsputare [b] de [c] principali iudicio non oportet: sacrilegij enim instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit Imperator. Dat. 5. Kal. Ian. Mediolani, Richomere & Clearcho Conss. 384.

4. Iidem AAA. & Arcad. A. Eutropio præfecto prætorio.

NE [d] quis sine sacrilegij [e] crimine desiderandum intelligat gerendæ ac suscipiendæ administrationis [f] officiu intra [g] eam prouinciam in qua prouincialis & ciuis habetur: nisi hoc cuiquam vltronea liberalitate per diuinos affatus imperator indulgeat. Dat. 16. Ka. Aug. Arcadio A. & Bautone Coss. 385.

DE SEDITIOSIS [h] ET DE his [i] qui plebem contra rempublicam audent colligere.

Tit. XXX.

1. Imperatores *Gratianus, Valentinianus, & Theodos.* AAA. Florentio PF. Augustali.

SI quis [k] contra euidentissimam iussionem suscipere plebem [l], & aduersus publicam disciplinã defendere fortasse tentauerit: multam grauissimam sustinebit. Dat. 13. Kal. Ian. Constantinop. Richomere & Clearcho Coss. 384.

Prouocans tumultum & clamorem in populo, debet mori pœna seditionis. Bald.

2. Imp. *Leo* Aug. Erythrio præf. præt.

IN [m] nullis locis aut ciuitatibus tumultuosis clamoribus [n] cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusquam inuidiam petulantia verba iactentur: sciturus his qui huiusmodi voces emiserint, mouerintque tumultus, se quidem fructũ ex his quæ postulant, nullatenus habituros, subdendos autẽ pœnis iis quas de seditionis [o] & tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerunt. Dat. 2. Non. Mart. Constantinop. Leone A. VI. Cos. 474.

QVANDO [p] CIVILIS ACTIO criminali præiudiciet, & an vtraque ab eodem exerceri possit.

Tit. XXXI.

In criminalibus publicis & priuatis, ciuilis intentata de re familiari non tollit criminalem, nec è contra. Sal.

1. Imppp. *Valens, Grat. & Valentin.* AAA. Antonio præfecto prætorio.

PLERISQVE [q] prudentium generaliter definitum est, quoties [r] de re familiari & ciuilis & criminalis competit actio, vtraque licere experiri: || siue [s] prius criminalis siue ciuilis actio mo ueatur: || nec si ciuiliter fuerit actum, criminalem posse cõsumi: || & similiter econtrario. || Sic denique & per vim || de || possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto *Vnde vi* fuerit vsus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem. Et suppresso testamento, cum ex interdicto *de tabulis exhibendis* fuerit actum: nihilo minus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis ciuiliter, quàm etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio, & legis [t] Fabiæ constitutio: & plurima alia sunt quæ numerari non possunt: vt cùm altera prius actio intentata sit, per alteram quæ superest, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione nõ ambigitur, etiã falsi crimen, de quo ciuiliter iam actum est, etiam criminaliter esse repetendũ. Da. prid. Kal. Ian. Treu. Valente VI. & Valentiniano II. AA. Coss. 361.

DE CRIMINE EXPILATAE [u] hereditatis.

Tit. XXXII.

Post aditam hereditatem & apprehensam possessionem cessat hoc crimen. Salyc.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus*, AA. Euphratæ.

a Leunclaius 5. Eclo. ti. 5. ex li. 60. ti. 45. c. 17. notat hanc constitutionẽ huc referendã. cui adde leg. 2. s. de his qui ad eccles. b l. 20. ff. de legib. leg. 51. ff. ad l. Aquil. c adde l. 5. s. de diuers. rescript.

d v. s. li. 1. tit. 41. vt nulli patriæ, &c. Syn. Bas. 2. ti. 19. ex lib. 60. tit. 45. c. 18. e i. violatæ religionis. f de adsessore v. l. 10. s. de adsessorib. vbi dixi. g In ea prouincia in qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, nec aut gloriosus aut calumniosus apud suos videatur. Paul. 5. sen. 12. §. 5. l. vl. s. de off. recto. prouinc. l. 38. D. quib. ex caus. maior. adde Pap. 3. Not. 8. c. des lettres d'office & prouision. h Paul. 5. sent. 22. 60. Sy. 17. περὶ τῶν στασιῶν καὶ τῶν στάσεις καὶ θορύβους καὶ ὀχλαγωγίας ποιούντων ex ti. 61. c. 1 & c. 6. Harm. 7. περὶ νεωτερισμῶν v. l. 3. ff. de vi publica. leg. 38. §. 2. ff. de pœn. l. 6. §. 9. D. de iniusto. i 9. C. Theodos. 33. Taraxopolides dicuntur à Philone aduersus Flaccum. k l. vn. C. Theodo. eo. Quicunq; suscipit plebem, vt quid faciat cõtra publicam disciplinam, grauissimæ pœnæ subiicitur Sy. d. loco insi. l v. Tacit. 1. Annal. m Qui adclamarũt alicui & ex eo turbam concitarũt: nihil eorum quæ postulant consequantur: & pœnis subiiciãtur, quibus tumultus auctores tenentur. Syn. ibid. d. c. 1. n Eclo. d. loco. o de seditionis auctorib. v. Paul. 5. sent. 22. §. 1. l. 1. ff. ad l. Iul. maie. l. 38. §. 2. D. de pœnis. p v. l. 16. s. de falsis: Clar. 5. sent. §. vl. quæst. 2. & 9. C. Theod. 20. victum ciuiliter agere criminaliter posse, adde tit. de ordine iudiciorum s. q l. vn. C. Theod. e. r l. 4. D. de publ. iud. obserua regulam l. 15. D. de accusat. l. 60. D. de act. & oblig. s v. Cui. 5. obs. 15. t v. Cu in hunc locum 20. obs. 26. u dixi ad 47. ff. 19.

EXpilatæ [x] quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus inspectis claues [y] traditas coheredi profitearis. Sed cum de his exhibendis apud iudicem quæreretur, rationem compensationis induci non oportuit. Exhibitis enim quæ desiderantur, suis iudicibus directa quæstio relinquenda est. PP. 12. Kal. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coss. 206.

2. Imp. *Antoninus* A. Primo.

EXpilatæ hereditatis crimen aduersus vitricum [z] adito præside prouinciæ non prohiberis persequi. PP. 7. Kal. Mart. Læto II. & Cereale Coss. 216.

3. Idem A. Helenæ.

SI qui hereditatem adisti, expilatæ hereditatis crimen aduersus [a] nouercam quondam tuam experiri non prohiberis [b]. PP. 3. Non. Ian. Sabino & Anulino Coss. 217.

4. Imp. *Gordianus* A. Basso.

ADuersus vxorem [c] (quæ socia [d] rei humanæ atque diuinæ domus [e] suscipitur) mariti diem suum functi successores, expilatæ hereditatis crimen intendere non possunt. Et ideo res quas per eandem abesse quereris, competenti in rem actione, vel si dolo malo fecerit quo minus res mobiles possideret, ad [f] exhibendum persequere. Fructus autem rerum, quas mala fide tenuit, licèt expilatæ hereditatis non teneatur crimine, suos non facit, sed extantes [g] quidem vindicari, consumptos verò condici [h] posse proculdubio est. PP. 16. Kalend. Mart. Attico & Prætextato Coss. 243.

5. Imperatores *Philippus* A. & *Philippus* C. Simplicio.

OBtentu expilatæ hereditatis, emolumentum legatorum, maximè suspensa cognitione, legatariis iisdémque libertis [i] defuncti auferri non oportet. PP. 15. Kal. Febr. Philippo A. & Titiano Coss. 246.

6. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

EXpilatæ hereditatis crimen loco [k] deficientis actionis intendi consueuisse, non est iuris ambigui. PP. 10. Kal. Mart. AEmiliano & Aquilino Coss. 250.

VI BONORVM [l] RAPTORVM.

Tit. XXXIII.

1. Imperator *Gordianus* A. Valerio.

SI bonorum raptorum actionem, quæ cum [m] pœna sua retrahit ablata: potius ad mobilia, mouentiáque [n], quàm ad [o] fundos per iniuriã occupatos spectare explorati iuris est. PP. Kal. Mart. Attico & Prætextato Coss. 243.

Heres donatoris à donatario auferre res non potest. Bald.

2. Impp. *Valerianus & Gallien.* AA. Longino.

SI res mobiles [p] quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem quo experiundi potestas fuit, in quadruplum [q]: post annum in simplum intendere non vetaris. PP. 7. Maij, Seculari & Donato Coss. 261.

3. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Euelpisto.

REs obligatas [r] sibi creditorem vi rapientem, non [s] rem licitam, facere, sed crimen committere conuenit, eúmque etiam vi bonorum raptorum intra annum vtilem in quadruplum [t], post simpli actione conueniri posse non ambigitur. S. 7. Kal. Ian. Sirmij, AA. Coss.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

DE his quæ seruus alienus nesciente domino vi rapuisse dicitur, intra annũ in quadruplum [u] vi bonorum raptorum, & post in simplum dominus eius noxali actione apud competentem iudicem conueniri potest. S. 2. Kalend. Maij, Heracliæ, AA. Coss.

5. Iidem AA. Iidem & CC. Domnæ.

SIue negotiorum gestorum contra nouercam [x] tuam, siue actione vi bonorum raptorum (quæ in quadruplum [y] intra annum vtilem, ac post in simplum constituta est) putaueris agendum: notione præsidali poteris experiri. S. 6. Non. Iul. Philippopoli, AA. Coss.

DE CRIMINE STELLIONATVS [z].

Tit. XXXIIII.

1. Imperator *Alexan.* A. Alexandro.

IMPRO-

x v. in hunc leg. Cu. 20. obs. 27. y Clauium arcæ communis tradione socio facta, socius rei dominium adquirit. v. l. 2. s. de periculo & con. l. 74. ff. de contrah. empt. z 15. Eclo. 2. ex li. 60. ti. 29. c. 8. adde l. 5. s. eo.

a vt sit eadem ratio quæ vitrici in l. 2. s. eo. b Imò prohiberis l. 33. D. de nego. c l. 5. D. eo. l. 1. D. de ritu. l. 1. ff. rer. amot. d dixi ad leges 12. tabul. li. 2. tit. 17. §. 3. v. Forcat. 10. Cup. 5. e Diuinæ dom9 societas hîc nihil aliud quam religionis & sacrorum. f l. 2. in fin. D. eo. g v. l. 22. s. de rei vind. h v. l. 3. s. de condict. ex leg. i l. 23. D. de fideic. libert.

k l. 3. D. eo. v. l. 3. s. familiæ.

l dixi ad 47. ff. 8.

m Pœna vi bonorum raptorũ, tripli est. Præter pœnam res restituitur, Inst. eo. n l. 2. s. e. l. 1. §. 32. l. 14. in fi. D. de vi & vi. o v. quæ dixi ad l. 1. in fi. D. de furtis in verbo Rei.

p l. 1. sup. eo.

q v. l. 4. s. eo.

r l. 2 §. 18 in fi. ff. eo. s Imò rem licitam l. 55. ff. de furtis. t v. d. l. 4.

u l. 2. in fi. l. 3. in f. s. eo. l. 5. s. eo. l. 2. ff. eo. Inst. eo. ver. qua drupli.

x Aduersus nouercam negotiorum gestorũ & vi bonorum raptorum agi potest vt hîc. & expilatæ hereditatis. y v. l. 4. s. eo. z dixi ad 47. ff. e.

a si res eadem pluribus pignorata.
b Pœnitentia plerumque purgatur delictum. v. l. 65 ff. de furtis.
c l. 2. §. de pactis: v. Cuiac. 13. obs. 21. Hotom. 5. obs. 4.
d l. 16. §. 1. ff. de pignor. v. Menoch. 2. de arbitr. iud. casu 381.
e l. 1. ff. eod. l. 3. de extraord. crim.
f l. 36. in fin. ff. de pign.
g Stellionatus seuerissimè vindicatur.
h v. Cuiac. 13. obs. 21. in fin.
i Gallis, antidata.
k dixi ad 47. ff. eod.
l si spectemus serui dominiũ. aliàs seruis nulla fit iniuria iure Romano. §. 3. Inst. eod. adde l. 1. §. 3. l. 15. §. 34. ff. eod.
m l. 1. in fi. l. 30. in fi. ff. eod.
n d. l. 1. §. 3. & §. vlt. l. 18. in fin. ff. eod. §. 2. Inst. eod.
o d. §. 3. d. §. vlt. d. l. 18 d. §. 2.
p Turpe est delatoris nomen. Ideóque iniuriarum tenetur, qui aliũ delatorem appellat.
q l. 7. in fi. l. 80. l. 9 ff. eod. §. 9. Instit. eod.
r Crescit iniuria ex tempore l. 16. §. 5. ff. de pœ.
s dixi ad l. 16. §. 6. ff. de pœn.
t l. 9. ff. eod.
u l. 15. §. 38. l. 18. ff. eod. Præsumitur dolus quoties aliquid de genere prohibitorũ admittitur: vide tamen Socin. reg. 94. sic verba iniuriosa, animo conuiciandi prolata fuisse præsumimus, eo tamen casu purgationis iuramenti causa cognita deferri potest: habita nimirum ratione personæ quę iniuriosis per se verbis vsa est: veluti si persona propinqua, si ætate senili, si imperium aliquod habens. v. Gayllum 2. obseruat. 96.
x l. 5. §. 1. ff. eo. l. 41. in fin. ff. ad l. Aquil. adde l. 50. §. 2. l. 53. ff. de furtis. §. 7. Instit. de oblig. ex delicto: l. 1. §. de sicar. l. 1. §. 8. ff. de ventre.
Quid si quis protestatione habita vel secuta, conuicium alicui dixerit? tenetur iniurię. Protestatio enim facto contraria non excusat, maximè si factum est potentius protestatione.
y Fides innocentiæ maximã habet securitatem. v. Roland. à Valle 1. consil. 54.

IMprobum quidem & criminosum fateris, easdem res pluribus[a] pignorasse, ||dissimulando|| in posteriore obligatione, quòd eædem aliis pignori tenerentur. Verùm securitati tuę consules[b] si oblato omnibus debito, criminis instituendi causam peremeris. PP. V. Id. Febru. Pompeiano & Pelignο Coss. 232.

2. Imperator *Gordianus* Augustus, Valenti.

SI pater tuus in te donationem contulerit, & cùm emancipatus esses, traditionibus[c] dominium corporum in te transtulit, posteáque creditorem sortitus quasdam earum rerum sine voluntate tua velut proprias suas obstrinxit: ius tuum non læsit. Nec tamen iniuria stellionatus crimine petetur, cùm sciens[d] alienam rem, te non consentiente, velut propriam suo nexu erit creditori. PP. II. Kal. Ian. Gordiano A. & Auiola, Coss. 240.

3. Idem A. Hadriano.

STellionatus accusatio inter crimina publica[e] non habetur. PP. Id. April Attico & Prætextato Coss. 243.

4. Imperator *Philippus* Augustus, Euprepio.

IGnorantia creditoris, cui[f] res pridem apud alios obligatæ, pignoris siue hypothecæ iure obligantur, non sine periculo capi consueuit. Etenim huiusmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem spectare, ac stellionatus commissum seuerissimè[g] esse vindicandum sæpè rescriptum est. proinde siue ignorantiam tuam debitor circumuenire[h] tentauerit, siue obligatione ritè perfecta, participato fraudis consilio, per subiectam quasi anteriorem[i] personam dispendium tuum ad occultum compendium suum ||trahere|| pertentat: adire suum iudicem potes, congruentem iuri ac debitæ religioni sententiam relaturum. PP. VI. Id. Maij, Peregrino & Æmiliano Coss. 245.

DE INIVRIIS[k], Tit. XXXV.

1. Imperator *Alexander* August. Syro.

NEC seruis quidem alienis licet[l] facere iniuriam. PP. XI. Kalend. Decembr. Alexandro A. Cos. 223.

2. Idem A. Clauo.

INiuriarum actio tibi duplici[m] ex causa competit: cùm & maritus[n] in vxoris pudore, & pater[o] in existimatione filiarum propriam iniuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maias, Agricola & Clemente Coss. 231.

3. Imperator *Gordianus* Augustus, Donato.

SI non es nunciator, vereri non debes, ne ea propter quòd iniuriæ faciendæ gratia quidam te veluti delatorem[p] esse dixerunt, opinio tua maculata sit: quinimo aduersus eos, qui minuendæ opinionis tuæ causa aliquid confessi se comperientur, more solito iniuriam iudicio experiri potes. PP. II. Id. Iulias, Gordiano A. & Auiola Coss. 240.

4. Impp. *Valerian.* & *Gallien.* AA. & *Valer.* C. Vindio.

ATrocem[q] sine dubio iniuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est cùm[r] esses in sacerdotio[s], & dignitatis habitum[t] & ornamenta præferres: & ideo vindictam potes eo nomine persequi. PP. II. * Æmiliano & Basso Coss. 260.

5. Impp. *Dioclet.* & *Maximianus* AA. & CC. Victorino.

SI non[u] conuicij consilio[x] te aliquid iniuriosum dixisse probare potes: fides[y] veri[z] à calumnia te defendit. Si autem in rixam inconsulto[a] calore prolapsus, homicidij conuicium obiecisti, & ex eo die annus[b] excessit: rum éstne continuus vel vtilis? curritne ignoranti, vt scienti? Ita putat Accursius: contra censuit Camera Spirensis, vide Gayllum 2. obser. 106.

z An veritas conuicii excuset iniuriantem, vide Gayllum 2. obs. 99. 100. 101.
a l. 16. §. 2. ff. de pœn. l. 48. ff. de reg. iur. vide Nouel. 2. Constantin. Porphyrogennet. & in f.
An ira à delicto excuset, vide Clarum 5. sent. §. Iniuria in fin. & eodem libro. §. vlt q. 60. num. 4.
b Iniuriæ actio anno tollitur, l. 17. §. 6. in fi. ff. eodem: vide Bellouisan. l. c. 3 num. 11. Clar. 5. sent. §. iniuria. Iniuriæ, inquam, verbalis at non realis & scriptæ seu libello scriptove propositæ: durat enim huiusmodi iniuria: ideoque anno non tollitur. & ita seruari in Camera Spirensi notat Gayllus 2. obs. 204. Quid; annus in actione iniuria-

c §. 1. 7. §. 2. ff eod. l. 10. § 12. ff. de in ius vocand.
d atrocibus scilicet. d. §. 2. d. §. 12.
e l. vlt. j. eodem.

cùm iniuriarum actio annuo tempore præscripta sit, ob iniuriæ admissum conueniri non potes. PP. VI. Id. Iul. ipsis AA. IIII. & III. Coss. 290.

6. Iidem AA. & CC. Flauiano.

CVm nec patronos[c] iniuriam facere libertis, iuris æquitas permittat, proponásque patronæ heredes eũ, qui libertatem à defuncta acceperat, iniuriis[d] afficere: curabit præses prouinciæ contumeliam heredum compescere. PP. Id. Iul. ipsis IIII. & III. AA. Coss. 290.

7. Iidem Augusti & Conss. Potentiano.

INiuriarum causa non publici iudicij, sed priuati[e] continet querelam. S. Id ib. Februar Sirmij, AA. Coss.

8. Iidem AA. & CC. Martiano.

DOminum pro atroci iniuria, quam seruus eius passus est, edicti perpetui actione proposita, qua damni[f] etiam haberi rationem verbis euidenter exprimitur, agere posse conuenit. S. XV. Kal. Nouemb. AA. Coss.

9. Iidem AA. & CC. Nonnæ.

QVi liberos infamandi gratia dixerint seruos[g], iniuriarum ||actione|| conueniri posse, non ambigitur. S. VI. Kal. Decemb. Nicomediæ, AA. Coss.

10. Iidem AA. & CC. Paulo.

SI quidem auiam tuam ancillam[h] (infamandi causa) reipublicæ ciuitatis Comanensium[i] dixit Zenodorus, ac recessit: iniuriarum actione statim conueniri potest. Nam si perseueret in ea causa facultatem habens agendi, super hac re deferri querelam, ac tunc demum, si non esse serua fuerit pronunciata, postulari conuenit. S. XV. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

11. Imperator Zeno[k], Aug. Alexandro viro illustri.

SI quando iniuriarum actio, quam inter priuata[l] delicta veteris iuris auctores connumerant, ||a|| quibuslibet illustribus viris militantibus, seu sine cingulo constitutis, vel vxoribus eorum vel liberis masculini sexus, vel filiabus (superstitibus videlicet patribus aut maritis illustribus) vel si aduersus aliquam huiusmodi personam criminaliter fortè mouetur: ipsos quidem qui super iniuria queruntur, inscribere: al àque omnia quæ in huiusmodi causis de more procedunt, solenniter obseruare decernimus: licere[m] autem illustri[n] accusatori, vel reo, vxori, vel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem illustris superstitis, causam iniuriarum[o] in quocunque iudicio competenti per procuratorem criminaliter suscipere, vel mouere: sententiam iudice cõtra eum qui procuratorem dederit, (etsi ipse non adesset iudiciis, sed causam per procuratorem diceret) legibus prolaturo: ita tamen, vt nullus alius idem sibi audeat vindicare, vel à nostro numine postulare, sed in cæteris mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, in posterum seruetur intactus. Datum V. Non. Nouemb. Constantinopol. Illo V. C. Coss.

DE FAMOSIS[p] LIBELLIS, Tit. XXXVI.

1. Impp. *Valentinianus* & *Valens*, AA. Edictum.

SI quis[q] famosum libellum siue domi, siue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit: aut corrumpat priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestauerit: sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum. Sanè si quis deuotionis suæ, ac salutis[r] publicæ custodiam gerit: nomen suum profiteatur, [s] & quæ per famosum ||libellum|| persequenda putauerit, ore proprio edicat: ita vt absque vlla trepidatione accedat, sciens ||quidem|| quòd si

f l. 15. §. 46. ff. eodem.
g Liber, fine iniuria seruus appellari non potest. Iniuria est libero seruum appellari. lege 10. infra eodem. l. 11. 12 ff. eodem. l. 31. §. de liberali causa. l. 39. §. 1. ff. de liberali.
h dixi ad l. 9. §. eodem.
i Commensium. Hal. alii, legunt Cumanensium.
k fit huius cõstitutionis mentio in §. 10. Inst. eodem.
l Iniuria, priuatum est delictum, lege 7. supra eodem: lege 4. §. primo. ff. de procuratoribus.
m Viri illustres, ordinarii vel honorarii de iniuria criminaliter agere & excipere per procuratorem possunt, vt hîc, & leg. 25. supra de procuratoribus. (Idem episcopis & presbyteris tribuitur, Nouella Valentiniani de episcop. iudic.) ea tamen lege, vt subscribant in crimen & in eorum persona nominatim fiat condemnatio. Aliàs iniuriarum accusatio non fit per procuratorem, dicto §. decimo. Hinc illud, Iniuriarum non nisi præsentes accusare possunt. Paulus 5. sent. 4. §. duodecimo.
n Imò idem alii conceditur, dicta l. quarta. §. primo, ff. de procuratoribus.
o Specialiter illustribus hoc datum est in causa iniuriarum. Nam criminaliter nemo agit per procuratorem, lege vltima, supra vbi senator: lege penultima, ff. de publicis iudic. lege prima. ff. an per altum caus. appellat. Hu. adde Nouellam [illegible].
p 9. Cod. Theod. de. l. 34. dixi ad 47. ff. o. adde 69. Ecloga 63.

ψόγοι φλυαρῶν χαρτῶν, & cæter. 6. Harmenopul. 9. Paulus quintus. sententia quarta. §. sexto.
q lege 9. Codice Theodos. eodem: Ecloga dicto loco. capit. primo: 6. Harmenopul. dicto loco, versic. [illegible] §. primo. Institu. de iniuriis: lege quinta. §. nono. lege decimaquinta. §. vigesimonono. ff. de iniuriis: Paulus 5. sentent. 4. §. decimoquinto, decimosexto.
r l. 33. ff. de iniuriis.
s id enim scire expedit, l. 18. ff. de iniuriis.

a *l.4.in fi.ff.eodem.*
b *dixi ad leges duodecim tabularum lib.2.tit.25.§.3.*
c *dixi ad 47.ff.14.60.Eclog.25.*
d *Eclog.d.loco.c.4.in fin.l.8. C.Theod. de iurisdict.* ex qua præter hanc desumpta est *lex 8.s.vnde vi:& lex pen.s.de accusatio.adde Cuiac.1.obseruat.20.in fin.*
e *9.C.Th.32.*

adsertionibus||suis||veri fides fuerit opitulata,laudem maximam & præmium [a] à nostra clementia consequetur. Sin verò minimè hęc vera ostenderit,capitali [b] pœna plectetur. Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.PP.XVI.kalend.Mart.Constantinop.Valentiniano & Valente,AA.Coss.365.

DE ABIGEIS [c],

Tit. XXXVII.

ABacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine [d] ea obseruatione proponitur. Datum VIII.Kalend.Ian. Mediolani,Olybrio & Promoto Coss.395.

DE [e] NILI [f] AGGERIBVS [g] non rumpendis [h],

Tit. XXXVIII.

1. Impp.*Honorius* & *Theodosius*,AA. Anthemio PP.

SI quis posthac per Ægyptum intra [i] duodecimum [k] cubitum fluminis Nili vltra [l] fluenta [m] de propriis ac vetustis vsibus præter fas prætérque morem antiquitatis vsurpauerit: flammis eo [n] loco consumatur,in quo vetustatis reuerentiam, & propemodum ipsius imperij appetierit securitatem: consciis & consortibus eius deportatione constringendis: sic vt nunquam supplicandi eis,vel recipiendi ciuitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. X. Kal.Octob. Constantinop. Honorio VIII. & Theod.III.AA.Coss.409.

DE [o] HIS QVI LATRONES VEL aliis criminibus reos occultauerint [p],

Tit. XXXIX.

1. Imppp.*Valent.Valens* & *Grat.*AAA. Simplicio Vic.

EOs qui secum alieni criminis reos occultando, eum eámve sociarunt: par [q] ipsos & reos pœna expectet: & latrones [r] quisquis sciens susceperit,& eos offerre iudicibus supersederit,supplicio corporali, aut dispēdio facultatum, pro qualitate personæ & iudicis æstimatione plectetur. PP.Romæ X.Kalend. April. Gratiano A.III. & Equitio, V.C. Coss.374.

2. Imp.*Marcianus* A.Palladio præfecto prætorio.

SI qui latrones, seu aliis criminibus obnoxij in possessione degunt seu latitant: dominus possessionis si præsto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates [s] possessionis vltro eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint,conueniantur à ciuili officio,vt tradant prouinciali iudicio eos qui requiruntur, sub examine iudicis arguendos,& pœnas post documenta congruas subituros. Si verò exhibere eos domini vel procuratores aut primates [t] possessionis distulerint:tunc ad detinendos eos ||adito|| rectore prouinciæ omnia ciuilia dirigantur auxilia. Sin autem propter multitudinē fortè eorum qui in prædio sunt,ciuile adminiculum sufficere non posse constiterit,& memorati audaces executoribus obiecerint manus, vel aliàs parêre distulerint: tunc iudex prouinciæ memor periculi sui, à viro deuoto tribuno seu primatibus militum qui in locis sunt,auxilium postulet: vt per militarē [u] manum correpti accusati, sine damno atque læsione cuiuslibet legibus offerantur, & conuicti pœnas subeant competentes: non ignaro iudice, quòd si aduersus innocentem ob aliam causam præter latronum vel aliorum nocentium inuestigationem, militare auxilium postulauerit, aut dispendiis affici prouinciales concesserit: commotione seuerissima (prout tua celsitudo iudicauerit) ||ferietur.Tribuni etiam siue primates numerorum||vel officiorum|| qui in locis sunt, admoniti per literas iudicis, si adminiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna prouincialibus inflicta fuerint:& damna & læsiones restituent,& acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. Domini etiam prædiorum,seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes vltrò non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint. nam dominus quidem,possessionis dominio priuabitur:procurator verò seu primates perpetuo exilio subiacebunt. Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmauerint, & id prouinciali iudicio palam fecerint: militare auxilium rector prouincię à tribuno vel à primatibus numeri faciet dari, si ciuilia non posse sufficere perspexerit. Si verò post exhibitionem eorum qui accusantur,innocentes eos esse,& nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. Exemplo enim graue est sic latronem requirere,vt innocentibus periculum fiat. Dat. 12.Kalend.Ian.Constantinopoli Mariano & Asclepiodoto Coss.423.

f De Nilo, *vide l.1.§.5.ff. de fluminib. d.l.10. cap. Ecclesia de consecratione distinc. 4. Genes. 2. Diodor. 1. Rodogin.14.cap.39.*
g qui & chomata, *l.10. ff.de extraord.crim.*
h corrumpendis. *C.Theo.eod.*
i id est, cùm incrementum Nili nondum excesserit 12. cubitos.
k Plin.5.c.9.loquens de Nilo, Iustum, inquit, incrementum est cubitorum 16. Minores aquę non omnia rigant: ampliores detinent tardiùs recedēdo. Hæ serendi tēpora absumūt, solo madente: illæ non dant, sitiente. Vtrunque reputat prouincia.In 12.cubitis (nota causam huius constitutionis) famem sentit, in 13. etiamnum esurit:14.cubita hilaritatem afferunt:15. securitatem:16. delicias. (hinc illud Ammiani 22.*de Nilo.* Eum nemo aliquando extolli cubitis altius 16, possessor optauit) Maximum incrementum fuit cubitorum 18.Claudio principe:minimum quinque, Pharsalico bello, veluti necem Magni, prodigio quondam flumine auersante. Cùm stetere aquę,apertis molibus admittuntur.Hæc Plinius. Visum est & illud adiicere Nilum augescere Sole in Cancro, vel vt Græci *58. Eclog.16.c.1.* ἐν τῷ θέρει adusque transitum in libram diebus 100.*Ammian. li. 22. His adde Herodot.lib.2. Diodor.1.cap.3.*
l valla fluentis. *Hal.* vlla fluenta. *l. vn.C. Theod.eod.*
m hoc innuit, Nemini licere vllos riuos, vláve fluenta intra 12. cubitum, seu πρὸ τῆς ἀναβάσεως τῆς δωδεκαπήχεως *Græci hîc*: id est,cum incrementum Nili nondum excessit 12. cubitum, deriuare sibíque vsurpare. & hic quidem casus diuersus est à lege penultima,*ff.de extraord.criminibus.* Qui contrarias leges existimauerunt,finxere duplices Nili aggeres:vnos altissimos ad arcendam aquam Nili,ne vrbes & villas obrueret, & de his quidem agi hac constitutione:alios minores, ad limum retinendum,*vide Forcatul.cap.14.penus.*
n De ignis supplicio.*adde l.28.ff.de pœnis:l.9.s.vbi causa fiscalis: l.vnic.s.de mulieribus quæ se propriis serui iunx.l.3.s.de maleficis.l.vnic.in fi.s.de raptu:lege vnic.s.de parricid.l.2.s.de falsa moneta:l.6.ff.ad legem Iuliam peculat. l.8.§.secundo. l.28.§.11.12.ff.de pœnis:l.1.j.de immunit.nemini conced.l.9.j.de re milit.adde l.8.s.de summa trinitate.l.13.s.de iudæis.l.6.s.de hæret.l.6.j.de iure fisci.*
o *l.9.C.Theo.29.*
p περὶ ὑποδεκτῶν τῶν ὑποδεχομένων λῃστάς, *& cæter. 60. Ecloga vigesimaseptima, dixi ad 47.ff.16.*

DE REQVIRENDIS [x] REIS,

Tit. XL.

Contra absentem de graui crimine accusatum non fertur definitiua:sed citati non comparentis bonorum annotatio debet fieri.Salyc.

1. Imp.*Antoninus* A.Rustico.

CVM absenti reo grauia crimina intentantur, sententia [y] festinari non solet, sed adnotari †, vt requiratur, non vtique ad pœnam, sed vt potestas ei sit purgandi se,si potuerit. Postquā verò requirendus factus intra annum redierit:si se crimine purgauerit,res arbitrio iudicis signatas recipiat. Sin verò intra id tempus reuersus, post intimationem suam fuerit defunctus: etsi necdum se purgauerit, ad heredes proprios res transmittat.Dat.*Tusco & Basso Coss.

2. Imp.*Constantinus* A.ad Ianuarium.

QVicunque ex eo die quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni [z] spatium noluerit adesse iudicio: res eius fisco vindicentur. Et si postea repertus,nocens fuerit deprehensus,seueriori sententiæ subiugetur. Sed si argumentis euidentibus, & probatione dilucida innocentiam suam purgauerit, nihilominus facultates eius penes fiscum remaneant. Dat.Id.Ian.Constantino.A.V. & Licinio Cæs.Coss.312.

3. Impp.*Honor.& Theod.*AA.Palladio præf.præt.

IN pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum,existimationem eius non lædit. Criminalis verò programmatis [a] tenor hanc tantam ferat de iure censuram, vt inter reos adnotati, nō tantùm patrimonium debeat transferre,sed & famæ existimationem lædere. Dat. 7.Kal.Iul.Rauennæ,Eustachio & Agricola Coss.421.

DE QVÆSTIONIBVS [b],

Tit. XLI.

De seruis.

1. Impp.*Seuerus & Antonin.*AA.Antianæ [c].

QVæstionem [d] de seruis contra dominos haberi nō oportet, exceptis [e] adulterii [f] criminib. item fraudati census [g] accusationibus, & crimine maiestatis [h], quod ad salutem principis pertinet. In cæteris autem quanquàm ea,quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant: tamen si aliis quoque probationibus [i] fides veritatis inuestigetur,præscriptionis inuidia euanescit. In [k] pecuniariis [l] verò causis nec [m] inopia probationum seruos contra dominum interrogari posse manifestum est. PP.Kal.Ian.Fusco [n] 2.& Dextro Coss.197.

2. Iidem AA.& CC.Catulo.

INsolitū est [o], & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores [p],vel matrē [q] dominorū suorū: nisi tutelæ agatur.Proposita tertio Id.Sept.Chilone & Libone Coss.205.

q *lege prima, ff.eodem:l.1.Cod. Theodos. eodem: Ecloga dict. loco cap.1.*
r *lege secunda, Cod. Theodo.eod. Ecloga dicto loco cap.2.*
s Primates possessionis, *vt.j.eodem.*
t De primatibus possessionis *vt s.eod.*
u *l.68.ff. de rei vindica. l.3.ff.ne vis fiat.*
x *dixi ad 48.ff.17.*
y *l.1.ff. eodem Nouel.134. c.5.l.6. supra de accusat.l.2.s.de senten. ex periculo.*
† An hodie adnotatio locum habeat. *vid Clarum 5. senten.§.vltim.q.44.*
z *l.1.§.3.l.4.ff. eod.*
a *v.s. comminat. epistol. programm.*
b *dixi ad 48.ff.18. adde l.9. Cod. Theodos.33. Genera quæstionum, vide apud Cuia.5.Paul.senten.14.§.1.*
c Antigono, *v.Cuiac.2. obser.33.*
d *v.Cuiac.dict. loco.*
e seruus in dominum nō torquetur nisi in adulterii vel maiestatis quęstione. Quòd si præter ea quæ seruus deposuit aliæ contra dominum probationes sint, ne tū quidē dominus torqueri debet, siue depositionē serui, siue probationes illas consideres.*synop.Basil.7.tit.6. ex lib.60.titu.50.c.22. 1. Harmen.14.§.10.*
f *l.8. §. 6. s. de repud.*
g *l.1.§.20.ff.eo.*
h *l.7.8. ff. ad l. Iul.maie.*
i *v. Papo. 24. Arest.9.ar.2.*
k serui in caput domini neque à præside, neque à procuratore, neq; in pecuniariis,quā in capitalibus causis interrogari possunt, *Paul.5.sent.16.§.5.* serui in pecuniariis causis, ne quidē inopia probationū contra dominos torquentur *synopsis ibid. c.22.*
l De differentia pecuniariæ & criminalis causæ.*v.Cuiac.20.obser.28.*
m *l.6.in fi.j.eod.*ex inopia. *Hal.* quæ lectio à Cuiac.*2.obs.33.*probatur.reprehenditur tamen à Roberto *2.recept.28.*
n Prisco.
o serui ne quidem inopia probationum torquentur contra dominorum tutorē, vel matrem:nisi actio tutelæ instituatur.*synopsis Basilic.d.c.22.*
p sunt enim domini loco.*l.56.§.4.ff.de furtis.*
q *l.19.§.2.ff.eod.*

a v.inſcriptionem legis 1.ſ.*de appellatio.*
b ſi mulier accuſetur, quaſi maritum ſuum veneno necauerit,non enim in eum ſerui tantum ſed & alieni torquentur : priùs tamen alieni. ac ſiquidem veritatis argumentum demonſtratum fuerit,ipſa quoque mulier torquetur. *Synopſis Baſilicon ibid. c.24.* c *l.8.§.1.ſ.eod.* d mulier torqueri poteſt.

De fœminis.

3.Imp. *Antoninus* A.

CVm [a] cognitionaliter audiſſet,dixit:

PRimùm [b] ſerui alieni interrogabuntur,ſi præſtita fuerint ex tanto ſcelere argumenta,vt videantur accedere ad veriſimilia[c] cauſæ crimina. 1 ¶ Ipſa quoque mulier [d] torquebitur. Neque enim ægrè feret ſi torqueatur, quæ venenis ſuis viſcera [e] hominis extinxit.PP.7.Cal.Apr.Sabino & Anulino Coſſ.217.

De conuictis & confeſsis alios accuſantibus.

4.Pars ex reſcripto imperatoris *Antonini* A.

SIcuti [f] conuictis confeſſiſque ad ſocietatem [g] ſcelerum vocantibus eos,à quibus apprehenſi [h] cuſtoditíve ſunt, facilè credi non oportet:ita ſi euidentibus [i] rationib.poſt commiſſum communiter facinus,ad euitãdam de ſe ſententiã id[k] feciſſe fuerint probati,publicæ vindictę nõ ſunt ſubtrahendi.PP.V.Cal.April.Sabino & Anulino Coſſ.217.

De his qui libertatem ſupremo iudicio acceperunt.

5.Imp. *Alexander* A.Reſpecto.

NEc ſi mors teſtatoris vindicãda eſt,[l] quæſtioni indiſcretè ſubiiciuntur hi,qui libertatem[m] ſupremo iudicio acceperunt.PP.6.Id.Mar.Iulia.2.& Criſpino Coſſ.225.

De ſeruis & libertis.

6.Imp. *Gordianus* A.Herodiano.

PRidem placuit domeſtica ſeruorum ſeu liberatorum propriorum vel maternorum interrogatione in cauſis ad dominos vel patronos pertinentibus abſtinendum eſſe: vt neque pro [n] his, neque aduerſus[o] eos in capitalibus vel pecuniariis[p] quæſtionibus veritatis vim obtinere poſſit, quod in confeſſionem ab eis fuerit deductum. PP.7. Id.Maij.Sabino & Venuſto Coſſ.241.

De ſeruis.

7.Impp. *Dioclet.& Maxim.* AA.Vrbanæ.

SEruos, qui proprij indubitatè iuris tui probabuntur,ad interrogationem nec offerente te produci ſineremus: tantum abeſt,vt etiam inuito te contra dominam vocem rumpere cogantur. PP.Cal.Nou.Maximo 2. & Aquilino Conſſ.286.

De militib.& militia miſsis & eorum filijs.i.non eſſe à tormentis incipiendum & de conditione perſonarum ſpectanda.

8.Iidem AA.ad Saluſtium præſidem.

MIlites [r] neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in cauſis criminum ſubiungi concedimus, etiam ſi non emeritis ſtipendiis ſuis videantur eſſe dimiſſi : exceptis his,qui [ſ] ignominioſè ſunt ſoluti.quod & in filiis militum & veteranorum ſeruabitur. 1 ¶ Oportet autem iudices nec in his criminibus,quæ publicorum iudiciorum ſunt, ad inueſtigationem veritatis à tormentis initium [t] ſumere:ſed argumentis[u] primum veriſimilibus[x] probabilibúſque vti. Et ſi his veluti certis indiciis [y] ducti,inueſtigandæ veritatis gratia ad tormenta putauerint eſſe veniendu:tunc id demum facere debebunt, ſi perſonarum [z] conditio patiatur. Hac enim ratione etiam vniuerſi prouinciales noſtri fructum ingenitæ nobis beneuolentiæ conſequentur.PP.ſine die & conſule.

De cauſa ingenuitatis.

9.Iidem AA.& CC.ad Chariſſimum præſidem Syriæ.

SVper ſtatu ingenuitatis per omnia interrogationum & quæſtionum veſtigia [a] decurrendum eſt: ne alienæ fortè ſordidæ ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari : vel propria ac debita , per compoſitam quæſtionem, quibus competit,ſucceſſio denegetur. Dat. 6.Id.Maij,Emiſſa ipſis 4.& 3.AA.Coſſ.290.

Si teſtamentum falſum dicatur.

10.Iidem AA.& CC.Ptolemæo.

CVm [b] teſtamentum falſum eſſe proponas:ad illuminandam veritatem ſeruos hæreditarios[c] (etſi libertas eis ab eo qui ſe hæredem eſſe adfirmet,præſtita eſt)etiam per tormenta interrogari,conſtitutionibus principum eſt permiſſum.PP.6.Cal.Sept.ipſis 4.& 3.AA.Coſſ.290.

De his qui torquendi non ſunt.

11.Iidem AA.& CC.Boetho.

DIuo Marco placuit, eminentiſſimorum [d] quidẽ necnon etiam perfectiſſimorũ virorum vſque ad pronepotes [e] liberos,plebeiorum pœnis vel quæſtionibus nõ ſubiici,ſi tamen propioris gradus liberos,per quos id priuilegium ad vlteriorem gradum tranſgreditur,nulla violati pudoris macula adſpergit.In decurionibus [f] autem & filiis[g] eorum hoc[h] obſeruari vir prudentiſſimus Domitius Vlpianus in publicarum diſceptationum[i] libris ad perennem ſcientiam & memoriam refert. PP.V.Cal.Dec. ipſis 4.& 3.AA.Coſſ.290.

Si quæſtio ſit de dominio ſerui.

12.Iidem AA.& CC.Aſpro.

QVoties de dominio mancipiorum tractatur , ſi aliis probationibus veritas illuminari [k] non poſſit:de ſe [l] ipſa eſſe[m] cum tormentis interrogãda, iuris auctores probant. PP.2.Id.Maij,Sirmij, Tiberiano & Dione Coſſ.291.

Si de hereditate quæratur.

13.Iidem AA.& CC.Philippæ.

HOc,quod placet,ſi de hæreditate quæretur,hæreditarios[n] ſeruos interrogari,tibi opitulari non poteſt. Vbi[o] enim de dominio incertum eſt [p],ad quẽ hereditas pertineat : merito per interrogationem hereditarij ſerui ad veritatis indaginem peruenitur. Tu autem adſeuerando ſeruum communem eſſe,non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæſtionem haberi ab eo non permittit : cum nec communis [q] ſeruus aduerſus dominum communem,qui non occidiſſe ſocium ||ſuum|| dicatur , interrogari poſſit. S.3. Cal.Maij,Heracliæ,AA.Coſſ.

De ſeruis.

14.Iidem AA.& CC.Conſtantio.

SEruos non ſolum pro dominis, ſub quorum dominio ſunt conſtituti, ſed nec pro his quorum antea[r] fuerunt, interrogari poſſe conſtat.S.8.Id.Apr.CC.Coſſ.

15.Iidem AA.& CC.Maximo.

INterrogari ſeruos de facto ſuo[ſ] non ſolùm in criminali cauſa, ſed etiam in pecuniaria (veluti [t] quando per eos depoſiti vel commodati nomine , vel aliis cauſis legibus cognitis res aliis præſtitæ ſunt)poſſe,non ambigitur.S.V. Id.Apr.CC.Coſſ.

De Decurionibus.

16.Impp *Valent.Valens,& Gratian.* AAA.ad Antonium præfect.præt.Galliarum.

DEcuriones[u] ſiue ob alienum ſiue ob ſuum debitum, exortes omnino earũ volumus eſſe pœnarum, quas fidiculæ & tormenta conſtituunt. Quod quidem capitale[x] iudici erit,ſi in contumeliam ordinis exitiúmque tentetur.Maieſtatis [y] tantummodo reos,& (quæ nefanda dicto ſunt) conſcios , aut molientes ex ordine municipali, maneat tam cruenta conditio. Dat.15.Calen.Oct. Treueris,Valente V.& Valentiniano AA.Coſſ.376.

De his qui torqueri non debent.

17.Impp. *Arcad.& Honorius* AA.Meſſalæ P.P.

NIhil [z] ſibi deflectens à iuſtitia indignatio cognitorum,nihil venalis[a] exigentium terror in eas quæ aut innocentia ſecuræ,aut principali ſunt honore munitę,intelligat licere perſonas,ad inferendas iniurias corporales habeat hanc mercedem laboris multorum munerum teſtimoniis commẽdata deuotio.Idémque & ſi munera decurionatus[b] quis depoſuerit:nam & ipſe propter priſtinam dignitatem quæſtionem non patitur. Dat.12.Calen.Sept Theodoro V.C.Coſ.399.

Si de hereditate vel de reb.hereditarijs quæratur.

18.Imp. *Iuſtinianus* A.Demoſtheni præfecto prætorio.

DE tormentis hæreditariorum [c] ſeruorum ſancimus nullo[d] diſcrimine ſecundum anteriores leges & conſtitutiones interpoſito,ſiue de iure hereditatis aliqua moueatur inter hæredes quæſtio, ſiue de corporibus tantum hereditariis, ſiue de vtroque eorum ſeruos de corporibus tantum hæreditariis interrogari, & licere ſeruos eos tantummodo,qui res gerendas detinent[e],ſiue in ſeruitute relicti ſunt , ſiue libertatem adipiſci per vltimam teſtatoris voluntatem præcepti ſunt,in quæſtionem rerum hæreditariarum deduci , & ex his ea quæ occulta ſunt, reuelari: prius tamẽ ſacramento[f] ſuper his à nobis ſtatuto præſtando.Data XV.Cal.Oct.Chalcedone,Decio V.C.Conſ.529.

DE ABOLITIONIBVS[g]

Tit. XLII.

e poteſt ita legi , venenis ſuis in viſceribus hominẽ extinxit.
f Quæſtioni eius latronis quẽ quis obtulit, cũ de eo confiteretur,fidem accommodari nõ conuenit,niſi id forte velandæ conſcientiæ ſuę gratia quam cũ reo habuit,feciſſe doceatur. *Paulus 5. ſentent. 16.§.10.* hoc eſt latroni conuicto, cõfeſſóque non facilè credendum , quoties ad ſocietatem ſceleris vocat eum, à quo oblatus & proditus eſt , niſi euidenter appareat, cõmiſſo cõmuniter ſcelere , captandæ impunitatis gratia,hũc ad illius proditionẽ feſtinaſſe. *adde l. 1.§.cũ quis.ff.eo.*
g *l.1.§.26.ff.eo. l.37.in fin.ſ.de libe cauſa. l.vlt.ſ. de accuſation.*
h *vide l.1 §.26. ff.eod.*
i Creditur ſocio criminis, quoties euidenter probat.
k hoc eſt ſocium adprehẽdiſſe,cuſtodiſſe, obtuliſſe,prodidiſſe.
l Nam de minore 25. annis quęſtio non habetur,*l.10.ff.eod.* ſed nec de eo qui nõ fuit ſub eodem tecto. *l.1.§.26.ff.de Silaniano.*
m *l.19.ff.eo l.1. §.5.ff.de Silaniano.*
n Seruus in dominum & pro domino : libertus in patronũ & pro patrono torqueri nõ debet.*l.7.ſ.eod.*
o *l.1.§.5.ff.eod.*
p *l.1.in fi.ſ.eod.*
q *l.6.ſ.eo. l.18 §.7.ff.eod.*
r Idem in quibuſdã aliis perſonis *l.11.ſ.eod.*& decurione *l.9.§.11.ff. de pœn.* ſed ea deſueta ſunt in Gallia *Rebuff. proœm.conſt.glo. 5.nu.15.*
ſ Ignominioſè miſſi non fruuntur priuilegio militum.
t A tormentis initiũ ſumi non oportet , *vt hic. & l.1.ff.eo.* In criminibus eruendis,quæſtio quidem adhibetur, ſed non ſtatim à tormentis incipiendum eſt:ideóque priùs argumentis quærendum eſt:& ſi ſuſpicione aliqua reus vrgeatur , adhibitis tormentis de ſociis & ſceleribus ſuis confiteri compellitur *Paul.5.ſent.14.§.1.*
u *l.1.§.1.l.18.§.2.ff.eod.* x *l.3.ſ.eod.l.17.ſup.de falſis.*
y ſuſpicionib.*l.vlt.ff.eodem.* plus eſt quàm ſi indicio dixiſſet. An dictum vnius teſtis ſufficit ad quæſtionem ? poſſe non videtur *l.20.ff.eod.* quod Boſſius non probat *3.pract.5.nu.26.27.28.* z *v.Roland.à Valle 1.conſ.24.nu.36.& ſeq.*
a puta per ſeruos,maximè ſi aliter veritas cognoſci non poteſt *l.9.l.18.§.4.ff.eod.*
b Torquentur ſerui hereditarii, quum teſtamentum falſum eſſe dicitur. *Synopſis d.Titul.50.c.31.* c Serui hereditarii torqueri poſſunt *l.18.ſ.eod.*
d *l.10.ſ.de dignitatib.l.16.ſ.eo.* id non vſitatum eſt in Gallia *v.Rebuff.in prohœm.conſt gloſſ.5.nu.115.*
e *v.l.3.ff.de veteranis.v.Forn.2.ſelect.10.*
f *l.16.ſ.eod.l.9.§.11.ff.de pœnis.*
g *l.2.§.2.ff.de decurionib.*
h hoc non obſeruari *Cuia.20.obſ.29.*

i diſputationũ *Hal.*
k φωτιθῆναι.*Synopſis Baſilicon ibidem c.32.*
l *l.15.ſ.eod.*
m legendũ videtur,*de ſe*,nam Græci legunt περὶ ἑαυτῶν. hæc ſententia: Quoties de dominio mancipiorum tractatur,ſi veritas aliis probationibus illuminari non poteſt , ipſa de ſe cũ tormẽtis interrogãda ſunt mancipia. *Synopſis d.loco.*
n *l.10.ſ.eod. l.vlt.ſ.eo.l.1.§.6.l.2. l.6. in fi.l.17. §.2. ff.eo.*
o Hæc diſtinctio hodie ſublata eſt *l.vlt.ſ. eod.*
p id eſt,vbi de hæreditate inter duos litigatur.
q *l.3.ff.eod.*
r *v.Synopſis ibidẽ c.33.v.quæ dixi ad l.vlt. ſ. de legat. l.3.§.1.ff.de in ius vocando.*
ſ pro facto ſuo, de ſe,in ſe , *l.12. ſ.eodem. l.1.§.22. ff.eodem. l.8.ſ.de teſtibus. l.7.ff.de probationib.Paul. 5. ſententiar. 16. §.1.*
t Seruum de facto ſuo interrogari poſſe,ratio æquitatis oſtendit. Nec enim obeſſe ei debet qui per ſeruum aliquid ſine cautione commodat aut deponit.*Paul.d.§.1.*
u *l.2.C.Theo.eo. l.7.in fi.eod.l.11. in f.ſ.eo. l.10.ſ.de dignitatib.v.quæ dixi ad l.9.ſ.eod. & ad titul.ſ.de decurionibus.*
x Torquẽs aut quæſtioni ſubiiciens , eum qui torqueri nõ debet iudex,capite punitur vt hic *argumento* quoque *à minori ad maius ducto ex l.1. in fi.C. de priuatis carcerib.* non igitur nuda iniuriarũ actione tenentur:cùm ipſi viciſſim , ſuo ex ſcelere torquerantur lege talionis,*l.penult.ff.eo.* vt ex communi opinione refert Hippolytus Marſilius *in l.1.§. præterea,nu.8.ff. de ſicariis.*
y *l.10.§.1.ff.eod. l.3.4.ſ.ad l. Iul. maieſt.* z *l.6.C.The.eod.* a *l.7.ſ.quando prouocare.*
b *v.l.16.ſ.eod.*
c *l.13.ſ.eod.*
d abrogatur lex 13.verſ.vbi enim ſ.eo.
e hinc colligunt,Detentionem rei alienæ ſufficere ad quæſtionem:& malè.Nam detinentis vocabulo hîc intelligitur ſeruus , qui notitiam rerum domini habet *l.22.ſ.de adminiſtr.tut.*
f *l.1.ſup.de iureiur.propter calumniam.*
g *9.C.The.37. dixi ad 48.ff.16.60. Synopſ.Baſil.1.ex titul.64.* περὶ τῶν συγχωρούντων αἰτεῖν κατηγόρων de accuſatoribus abolitionem petentibus *l.16. ſup.de adulteriis. l.15.ff. de iure fiſci.*

a nota genus abolitionis ad omnia crimina quæ mota sunt.
b Semel finita non instaurantur.
c Rescripto principis abolitio à præside concessa repeti potest,
d Post abolitionem priuatam, reus intra tricesimum diem à delatore suo repeti non potest: *vt hic l.3.§.vlt.ff.de accusat.l.mulier inf.ff.ad Sc.Turpil.* post abolitionem publicam, intra illud etiam spatium, à suo delatore repeti potest, *vide l.1.§.de generali abolitione.*
e renouari *Hal.*
f *l.1.Cod.Theod. eod.*
g *l.16.ff.de adulteriis.*
h *l.10. ff. de iudiciis l.15. ff. de iure fisci.*
i *desumptum ex l.1.in f.Cod.Theo. eod.*
k exeratur *d.l.1.*
l *l.30.§.1.in f.ff. de adulteriis.* Iusta causa petendæ abolitionis est, Si quis suæ, suorúmve iniuriæ gratia accusationem instituit.
m *l.2.C.Theod. eo. Gratiani Valentiniani & Theodosij l.9. ff. de calumniator.* Abolitionem is petere non potest qui accusauerit, sciens se non vera proferre. At si quis verè cōmissum crimen existimans, egerit, & iniuriam reus perpessus fuerit, abolitio non petitur, nisi consentiat is, qui adfectus est iniuria. Quod si nihil iniuriæ pertulit, potest accusator intra triginta dies pœnitere. Post illos dies triginta, nisi reus consentiat, non potest: sin & testes qui producti erant, torti fuerint: quamuis alij cōsenserint, abolitio dari non debet. *Synopsis ibid.c.3.*
n *v.Act. Apostol.16.versic.37.*
o *Eclo.dict.l.c.3.l.vlt.ff.ad Turpill.*
p *sumptum ex lege 4.C.The.eod.* Honorij & Arcad.
q socius quæstionis,
r etiamsi *Hal. adde l.3.§.de episcop.aud.*
s sumptum ex *l.2.in fi.Cod.The.eo.* Ideóque hæc constitutio conflata ex tribus cōstitutionibus, vna Valentiniani, Valentis, & Gratiani: altera Valentiniani & Theodosij: Tertia Arcadij & Honorij. vtraque hîc tribuitur Valentiniano & Valenti.

Accusatio cuius abolitio concessa est à præside non repetitur nisi à principe impetretur. Salic.

1. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Paternæ.

PRæses prouinciæ si perspexerit abolitionem ad[a] omnia crimina quæ mota sunt, pertinentem à se impetratam, ne semel[b] finita instaurentur, intercessione auctoritatis suæ prospiciet. Supplicatione[c] verò porrecta nutui principali, præfata abolitione sopitum crimen ab[d] eadem persona reuocari[e] potest. PP. XV. Cal. Dec. Diocletiano 3. & Maximiano AA. Coss. 387.

2. Imp. *Constantinus* A. ad Ianuarium præfectum vrbi.

ABolitio[f] præsentibus patribus causa cognita non à principe, sed à competenti[g] iudice postulari debet: id est, si per errorem[h] seu temeritatem, seu calorem ad accusationem prosiluerit: hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis à reo corruptus ad postulandam abolitionem venit: redemptæ[i] miserationis vox minimè admittatur, sed aduersus nocentem reum inquisitione facta, pœna competens ingeratur[k]. Hi autem qui suam[l] suorúmque iniuriam defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. 16. Cal. Dec. Serdicæ, Constantino A. V. & Licinio Cons. 312.

Per calumniam accusanti, non debet abolitio concedi. Salyc.

3. Impp. *Valentinianus & Valens* AA. ad Probum.

FAllaciter[m] incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem syncera mente accusationem instituerit, & reus aliquid iniuriæ inscriptionibus illatæ tolerauerit, id est si vel carceres[n] sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas, abolitio non petetur: nisi fortè ille qui hæc passus est, suum consensum[o] ad petendam abolitionem accommodauerit. Quando autem reus nihil tale passus est: postquam[p] fuerit officij custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petenti, etiam inuito reo dari permittitur. Post hoc verò tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Quòd si ingenuorum, licèt plebeiorum, qui conscij & participes criminum non erant, testimonij[q] gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentísque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitam, iubemus vigore iudicis denegari: & crimen propositum, cuius examen tormentis iam cœperat agitari. Sin autem testibus tormenta minimè sunt illata: etiam sic[r] abolitio non dabitur in[s] illis criminibus (vt in violata maiestate[t], aut patria oppugnata, vel prodita[u], aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, omniáque quæ iure veteri continentur) in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda quæ detulit, quàm reum ad purganda quæ negat, debet vrgere. Datum 2. Id. Octobr. Treueris, Valen. N. P. & Victore Coss. 369.

DE GENERALI[a] abolitione,

Tit. XLIII.

1. Imp. *Antoninus* A. Rutilio consulari Ciliciæ.

QVi potentatus[x], & vis, aliorúmque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diem statutum[y] repetere supersederit: persequi crimina volens non est audiendus. PP. S. Cal. Maij, Læto 2. & Cereale Coss. 216.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Paulino.

CVm eo tempore quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio à te instituta non[z] fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat. PP. 6. Id. Feb. Maximo 2. & Aquilino Coss. 286.

t hinc colligunt, Aliud maiestatis, aliud perduellionis crimē *v. Cuiac.6.obs.25.in fi.*
u & publica *l.10.§.10. ff.ad Turpil.* quæ fit ipso iure, pro tempore certo feriarum *v.l.3.§.de episcop.* huic titulo respondet titulus *C.Th.de indulg.crimin.*
x Post abolitionem publicam reus à suo delatore etiam intra tricesimum diem repeti potest *vt hîc: l.aut priuatim.ff.ad S.C.Turpil.Paul.5.sentent.17.§.1.* post priuatam, non potest. *l.1.§.titulo proximo.*
y dierum XXX. *d.l.10.§.2.Pau.5.sent.17.§.1.* z *d.§.2.*
a *l.5.C.Th.de indulg.* Abolitionem princeps concedens facit vt pœna corporalis aboleatur, infamiam verò, quæ naturaliter publica crimina comitatur, non abolet. *Synopsis ibid.c.4.* b Patres conscriptos etiam à principe, senatores inter se iunctos appellari solitos, aliàs dixi.
† *l.7.§.de sent.passis.l.17.ff.ad Turpil.* Pœna potest tolli, culpa perennis erit. Imò non notat *l.1.§.10.in f.ff.de postul.* & ita obseruatur apud Gallos *v.Papon.3.Notar.10.c.d'abolitions.*
c Indulgentia siue generalis sit, siue specialis infamiam non tollit, *vt hic adde l.6. l.7.§.de sententiam passis.vide Sfortiam Oddum tract.de restitutionib.quæst.94.articulo 4.*
d Indulgentia pœnam corporalem remittit non infamiam. *vide Sfortiam Oddum illo loco numero 2.*
e Accusator intra biennium suam accusationem implere debet. Quod si negligēs fuerit & vltima die non adsit, vel differat, quarta bonorum suorum parte multatur, & infamia notatur, *60. Synopsis Basilicon tit.1. ex tit. 65.1. Harmeno.2.§.37.*
† vt intra annum &c. *9.Cod. Theodo.36.v.Cuiac.1.obs.8.* annum, inquam, *vt l.6.§.2.in fi.§. de custodia. l.2. Cod. Theo. ad l. Cornel. de falsis. l.15.§.3.ff.ad Turpil. l.7.ff.de muneribus. adde l.13.§. de iudiciis* hodie bienniū *l.vlt.§ eo.Eclog.d.loco.*
f *l.1. C.Theo.eo.*
g Pœna non agentis actoris intra legitimū tempus, multa quartę partis bonorum & infamia.
h *v.l.2.C.Theo. eo.v.Cui.d.loco.* Causa criminalis intra duos annos impleri debet, ab inscriptionis die computandos, necessariis dilationibus vtrique parti concessis. Elapso hoc tempore, qui negligēs fuit accusator, pœnam legibus constitutā subeat: & si vilior est, relegatur: nisi forte interiecto tempore abolitionē petierit. *Synopsis d.c.65.*
i *v.l.13.§.de iudiciis.l.6.§.2.l.12. ff.ad Turpill.*
k *l.16.§.de adulteriis.*
l Vili personę, damnum famę iniuria non est *adde l.15. §.28.ff. de iniuriis.v.Bellouisan.1.pract.3. numero 76.*
m i.relegationis. *Græci in l.4. §. ad l.Iul. de adult.* Puniendus infamia, si ipse iam infamis sit, alia puniendus est. *vide Antonium Corsetum singulari pœna.* quo iure notāt, eum cui membrum aliquod abscindi debeat, aliam pœnam subire, si eo mēbro destituatur.
n *v.l.1. in fin.ff. de dilationib.*
† Olim annus *9. C. Theo. 36. dixi ad inscript.huius titul.* Instantia igitur litis seu causæ criminalis, biennio tantum durat: *vt hic l.vnicæ §.1.§. vt omnes iudices, l.de submersis.§.de naufragiis, l.vlt.de dolo. c.venerabilis. extra de iud.* ciuilis, triennio, *l.properandum, §.de iudiciis.* † Olim à die inscriptionis *d.l.2.*

3. Impp. *Valent. Valens, & Gratianus*, AAA. ad Senatum.

INdulgētia[a] Patres[b] conscripti, quos liberat, notat†:[c] nec infamiam criminis tollit, sed pœnę[d] gratiam facit. Dat. 14. Cal. Iun. Treueris, Gratiano A. 2. & Probo Coss. 371.

VT INTRA[e] CERTVM† TEMPVS criminalis quæstio terminetur.

Tit. XLIIII.

Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur. Salyc.

1. Impp. *Valen. Theod. & Arcad.* AAA. Desiderio vic Asiæ.

QVisquis[f] accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem cœptam persequi supersederit, vel (quod est contumacius) vltima die adesse neglexerit: quarta[g] bonorum omnium parte multatus, aculeos consultissimæ legis incurrat, s. manente infamia quam veteres iusserant sanctiones. Dat. 4. Id. Iul. Treueris, Arcadio A. I. & Bautone Coss. 385.

Dilationes necessarias non superuacuas debet iudex dare vtrique parti. Salyc.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Cæciliano PP. post alia.

NOuerint[h] iudices cuilibet culmini honoríve præsidentes, necessariis vtrique parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus sc. inscriptionibus, intra[i] certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso subeat accusator qui destitit[k], pœnā legibus constitutā. Et si persona vilior fuerit, cui[l] damnum famæ non sit iniuria, pœnam patiatur exilij[m]: nisi fortè intra statuti temporis metas consensus partium abolitionē poposcerit. Iudicum autem debet esse diligentia, vt si nulla rationabilis à reo vel accusatore dilatio[n] postuletur, vrgeant talium causarum notionem nō expectatis moris. Dat. 12. Ca. Feb. Rauēnę, Honorio 8. & Theodosio 3. AA. Coss. 469.

Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ, pœna iudici negligenti imminente.

3. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

CRiminales causas omnimodo intra duos† annos à contestatione† litis connumerādos finiri censemus, nec vlla || alia || occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennij excessum minimè vlterius lite durante[o], accusatum absolui: scientibus iudicibus eorúmque officiis, quòd si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Datum Cal. April.

AD SENATVSCONSVLtum Turpilianum[p],

Tit. XLV.

1. Imp. *Antoninus* A. Amato.

IS[q] demum in senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici[r] iudicij detulit: & causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, & fideiussore[s] de exercenda lite præstito, eóque qui accusatur, sub custodia[t] officij facto, non impetrata abolitione ab executione || criminis || destitit.

2. Imp. *Gordianus* A. Appio.

SI pro eo qui in crimē subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, ísque destitit, & commissa stipulatio est: nō vltra[u] quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilo minus notando[x], & extra ordinem[y] secundum iudicialem motum puniendo.

3. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Syllano.

QVamuis eum ordinem scriptura contineat, vt primò abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur: non obseruantibus tamen aduersariis pactorū fidem, instaurare[z] accusationem

o *l.7.§.qui accusare.l.18.ff.de accusationib.*
p *dixi ad 48.ff.16.*
q Calumniæ tenetur, qui & inscripserit & fideiussores dederit, & aliquem adprehendi curauerit & citra abolitionem destiterit. *Synopsis Basilicon 60.titul.1. ex titul.66.c.1.*
r *l.5.§.de calumniatorib.*
s *60.Eclog.1.ex tit.66.c.1.*
t *v.Cuiac.8.obs.30.*
u Fideiussor non tenetur vltra quantitatem promissam.
x Qui desistit ab accusatione, notatur *vt hîc*, nisi desistat iussu iudicis *l.13.in fine.ff. eodem.*
y *l.3.§.qui accusare non possunt.l.6.§.3.ff.de decurionib.Paul.1.sent.5.§.2.*
z *v.l.6.§.qui accusare non possunt.*

minimè

a ſic reus deſtitutus, apud *Paul. . ſent.6.* ab accuſatore deſertus.
b Imò quæ ſuam ac propriam iniuriam exequitur, ſi deſtitit, non tenetur Turpilliano. *l.4.D.eo.* c Ratio decidendi. d *l.6.§.1.D.eo.l.10.de iudic.*
e Qui ex cauſa deſiſtit non deſiſtit. f Simplicitas excuſat à Turpilliani pœna.
g *9.C.Theod.39.3.D.6.6.Harmenop.9.* h i.tempore ſententiæ. *l.3.j.eo.l.1.§.4.D.ad Turpill.*

minimè potes, à qua ipſe deſtitiſti. PP.Prid.Non.Iul.Tuſco & Baſſo Conſſ.259.

4. Iidem AA.Patrophilo.

SI is de quo ſupplicas, contra parentes veſtros deſertam (vt dicis) accuſationem cœperit perſequi: præſcriptio illi in iudicio præſidis deſtitutæ [a] rei poterit opponi. PP. Prid.Non.Maij, Seculari & Donato Conſſ.261.

5. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Matronæ.

SI fœmina ſuam [b] ſuorúmque iniuriam exequatur, cum ipſa pacto [c] contra vetitum deſtitiſſe profiteatur: in Senatuſconſulti Turpilliani pœnam eam incidiſſe certi iuris eſt. Subdita 7.Non.April.CC.Coſſ.

Ille dicitur deſtitiſſe, qui depoſuit animum proſequendi, non qui aliquantiſper diſtulit. Bald.

6. Iidem AA.Lucilio.

IN executionibus criminum obtinuiſſe videtur, illos deſtitiſſe, qui animum [d] accuſationis implendę prorſus deſeruerunt. Cum igitur aliis ex cauſis [e], vel ſimplicitatis [f] ratione, necdum te ad finem vindictæ perueniſſe preces tuę teſtentur: poteris poſtpoſita formidine impedimenti ſuper aliquantulo ſilentio, inſtitutam accuſationem ſecundum leges perferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. PP. 3.Kalend.Iul.Diocletian.6.& Maxim. AA. Conſſ. 296.

DE CALVMNIATORIBVS [g].

TIT. XLVI.

1 Imp.*Alexand.*A.Sabino.

CALVMNIA eo tempore coerceri ſolet, quo [h] de cauſa præſente accuſatore iudicatur: ideóque poſteaquàm de cauſa iudicatum eſt, contra conſuetudinem calumniam accuſatoris puniri deſideras.

A præſumpta calumnia excuſatur mater, & heres vindicans necem defuncti. Salyc.

2. Idem A.Apolloniæ.

MAter [i] inter eas perſonas eſt, quæ [k] ſine calumniæ timore necem filij ſui vindicare poſſunt. Idque beneficium ſenatuſconſulti & in aliis publicis iudiciis ſeruatum eſt. Sed extraneus heres [l] qui ſuſpicionem quam de morte ſua habuiſſe defunctus cauit, exequitur, hoc nemine à calumnia excuſatus eſt: cum inter voluntariam accuſationem [m], & officij neceſſitatem heredis, multum interſit. PP.6.Kal.Iul.Iuliano & Criſpo Conſſ.225.

3. Idem A.Æmilio.

QVi non [n] probaſſe crimen quod intendit, pronuntiatur: ſi calumniæ non damnetur, detrimentum exiſtimationis non patitur. Non enim ſi reus abſolutus eſt, ex eo ſolo etiam accuſator qui poteſt iuſtam habuiſſe veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus eſt.

4. Imppp.*Carus, Carinus, & Numerianus* AAA.Arcadio.

CAlumniæ pœna in paternæ [o] mortis accuſatione ceſſat. PP.11.Kal.Dec.Caro, & Carino AA.Coſſ.283.

5. Impp.*Dioclet. & Maxim.*AA.Cæſio.

QVi calumniatores [p] pronunciantur: in publicorum [q] duntaxat iudiciorum quæſtionibus, non etiam in liberalibus cauſis, quæ priuatas diſceptationes continent, periclitari ſolent.

6. Iidem AA.Domitio.

DOminis [r] ſeruorum per accuſatoris calumniam tortorum, aduerſus eum pœna dupli [ſ] lege Iulia prouidetur. S. 15.*

7. Impp.*Valent. & Valens* AA.ad Valerianum. P. V.

NOn [t] prius quemquam ſinceritas tua ad tuæ ſedis examen iubebit adduci, quàm ſolennibus ſatisfecerit qui nititur fidem doloris adſerere: cum iuxta formam iuris antiqui ei qui cœperit arguere [u] aut vindicta propoſita ſit, ſi vera detulerit: aut ſupplicium [x], ſi fefellerit.

8. Imppp.*Gratianus, Valent. & Theod.*AAA.Menandrio Vic. Aſiæ.

i Mater ſine calumnia præſumitur vindicare defuncti filij necem.
k *l. vlt. D. de publ.iud.*
l A præſumpta calumnia excuſatur heres vindicans necem defuncti.
m *l.54.D.de rei vindic.l.14.§.9. D.de bon.lib.*
n vt calumniator non punitur omni modo is qui accuſauit aliũ, quem pòſt iudex abſoluerit: tunc demum enim accuſator, vt calumniator punitur, cum iudex pronuntiauerit, accuſatorem calumniatorem eſſe. Cui à iudice dictum eſt non probaſti. *adde d.§.4. & l.1.ſ.eo. 60.Synopſ. Baſil.1.c.30.*
o Filius accuſans de morte patris, excuſatur à pręſumpta calumnia. *adde l.2.ſ.eo.*
p Si iudex ita fuerit interlocutus Calumniatus es *d.§.4.*
q non priuatorum. *l.7.in fi.D. ad Turp.*
r Dominus ſerui qui quæſtioni ſubiectus fuit, accipere duplum debet ab eo, qui per calumniam accuſauit. *Synopſis Baſilic.7.tit.6.ex lib.60. tit.1.c.33.* vel ita, ſi in caput ſuum ſeruus torqueatur, & abſoluetur, domino ex lege Iulia in duplum condictio competit *vt hic: l.vl. D.de calumniat.* Quid ſi in alterius caput torqueantur ſerui? non niſi ſinguli torqueri poſſunt, quod inuito domino non eſt permittendum: niſi delator cuius intereſt quod intendit probare, pretia eorum, quanti dominus taxauerit, paratus ſit inferre, vel certè deterioris facti ſerui ſubire taxationem. *Paul.5.ſent.16.§.3.*
ſ *l.vlt.D.eo.l.27.in fin.D.de adulter.l.6. D.de quæſtioni.*
t Accuſante aliquo non ante reus in iudiciũ trahitur, quàm & ille ſatiſdederit, à ſe reum peractum iri: vt eo vera docente, reus condemnetur: aut ſi fefellerit, ipſe periclitetur. *Synopſ. ibid.c.34.l.9.C.Theod.de accuſat.l.2.ſ.de exhibendu reis.* u vrguere Cuiacius apud *Paul.5.ſent.14.§.1.*
x *v.l.17.in fin.ſ.de accuſat.* y *l.2.C.Theo.eod.v.Cuiac.4.obſ.29.*
z Calumniator in crimine publico, infamia notatur & deportatur: modo ſi alienam accuſationem perſecutus eſt, vt ſuam cauſam. *Synopſ.Baſilic.60.* περὶ συκοφαντῶν. *tit.1.c.36.6.Harmenop.9.§.1.* a ſic apud Iuſtinum 18. Auſúſne es, nefandiſſimum caput. *d.l.2.d.c.36.* b *l.3.C.Theod. de abolit. l.3.ſ.de abolit.* Imò ferro puniuntur. *1.Harmenop.5.in fin.adde l.5.j.de delatorib.lib.10.* c *l.15.D.de iure fiſci.*
d *l.vlt.verſic.nec impunitam.ſ.de accuſat.l.vlt.verſic.nec impunitam.C.Theo.de accuſ.*

Accuſator licet ſubmiſſus, à pœna calumniæ non excuſatur. Salycet.

NOſtris [y] & parentum noſtrorum conſtitutionibus comprehenſum eſt, eos [z] qui accuſationem alienis nominibus præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe ducendos: atque ideo calumnioſiſſimum caput [a] & perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ [b] ſupplicium ſequatur: quo poſthac ſinguli vniuerſique cognoſcant non licere in eo quod non poſſit oſtendi, iudicum animos commoueri. Dat. 8. Id. Maij, Conſtantinop. Arcadio Aug. & Bautone Conſſ. 385.

Per calumniam accuſantibus non proſunt beneficia abolitionum, etiam à principe conceſſa. Salycet.

9. Iidem AAA.Floro præfecto prætorio.

FAllaciter [c] incuſantibus, maximè poſt exhibitionem accuſati, nullius iuris color veluti deriuata accuſatione proficiat: non publica ||quidem|| abolitio, non priuata talibus proficiat ſubueniátque perſonis: non ſpecialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale ſubducat. Dat. 15. Kalend. Iun. Conſtantinopol. Antonio & Syagrio Conſſ. 382.

10. Impp.*Honor.& Theod.*AA.Coſſ.præt.trib.pleb. Senatui ſuis S. D.

QVisquis crimen intendit, non [d] impunitam fore nouerit licentiam mentiendi: cum calumniantes [e] ad vindictam poſcat ſimilitudo [f] ſupplicij. Dat.8.Id.Aug.Rauennæ, Aſclepiodoto & Mariano Conſſ.423.

DE POENIS [g].

TIT. XLVII.

Collatio damnatorum in opus perpetuum & deportatorum.

1. Imp.*Tit.Ælius Antoninus* A.Lucio.

ETIAM in opus perpetuum [h] damnati, non diſſimilis conditionis ſunt ab his, qui deportantur in inſulam. PP.ſine die & Coſſ.

De procuratore Cæſaris.

2. Imp.*Antoninus* A.Valerio.

PRocurator [i] meus qui vice præſidis non fungebatur, exilij tibi pœnam non potuit irrogare: ac propterea fruſtra vereris ſententiam, quæ nulla iuris ratione ſubnixa eſt.

De decurionibus.

3. Idem A.Senatui.

DEcurionem [k] in opus publicum dari non oportere manifeſtum eſt.

De nato ex damnata in metallum.

4. Idem A.Marinæ.

SI antè [l] conceptus eſt puer, de quo libellos dediſti, quàm mater eius in metallum condemnaretur: natus conditionis eius eſt, cuius ante condemnationem mater eius fuit.

De liberis veteranorum.

5. Idem A.Senatui.

HOnor veteranis etiam in eo habitus eſt, vt liberi [m] eorum vſque [n] ad primum duntaxat gradum pœna metalli [o] vel operis publici non afficiantur, ſed in inſulam relegentur.

De vinculis perpetuis.

6. Idem A.Alphio.

INcredibile [p] eſt, quod allegas, liberum hominem vt vinculis [q] perpetuis contineretur, eſſe damnatum. Hoc enim vix [r] in ſola ſeruili conditione procedere poteſt. PP. 3. Id. Feb.Meſſala & Sabino Conſſ.215.

De ætate.

7. Imp.*Alexand.*A.Iſidoro.

IMpunitas delicti propter [ſ] ætatem [t] non datur, ſi modo in ea quis ſit, in quam crimen quod intenditur, cadere poteſt [u].

De bonis damnatorum.

8. Idem A.Victori.

DEportatorum [x] in inſulam ab eo, cui id faciendi ius erat, bona fiſco vindicantur: relegatorum autem non [y], niſi [z] ſententia ſpecialiter adempta fuerint.

e Calumniator talioni (ταυτοπαθείᾳ) ſubiicitur. *6. Harmenop.9.§.3.*
f de pœna talionis ſæpius dixi.
g *dixi ad 48. D.19.*
h *l.34.D.eo.*
i *adde l.4.ſ.ad l.Fab.ſ.de plag. l.1.ſ.de pedaneu. v.l.3.ſ.vbi cauſæ fiſcales.*
k *adde l.9.j.eo. l.9.§.11.l.15.D. eo.adde l.16.ſ.de quæſtionib.*
l *v.l.5.l.18.D. de ſtatu homin.l. vlt.D.de ſentent. paſſ.* ſecus ſi poſt damnationem. *l.24.§ 6.D.de fideicom.lib.*
m *l.9.j.eo.l.8. in fin. prin. ſ. de quæſtionib.l.1.ff. de veteranis.*
n ea reſtrictio non eſt in liberis decurionũ. *l.9.§.13.D.eo.*
o vel opere metalli. *l.3.§.1. D. de re militar.* damnatione ad beſtias, fuſtigatione. *l.1.D.de veteranis:* oneribus vel muneribus perſonalibus. *l.9.ſ.quando prior.* tormentis. *l.8.ſ.de quæſtionib.*
p Officium ſuum quemque facere præſumi hinc colligunt.
q Pœna perpetuorum vinculorum liberis hominibus imponi non poteſt. *v.l.35.D.eo: vide l.10. in fin.j.eod.*
r Puniuntur mitius liberi quàm ſerui.
ſ *6.Harmen.6.§.3.*
t *60.Eclog.51.c.44. l.6.ſ.de ſicariis. 6.Harmenop.9.* doli capacem ſc.
u id eſt, ſi modo ſit proximus pubertati, & ea ſentiat in quibus delinquit. *d.cap.44.l.16.§.3.in fin.eo.l.23.§.2.in fin.D.de ædilitio.l.23. D.de furtis.l.111.D.de regul.*
x Bona deportati confiſcantur non relegati. *l.97.D.de regul.iur.*
y *l.1.l.14.§.1. D. de interdict. & relegat. vide quæ notaui ad l.8.§.3.D.de bon.damnat.vide Cuiac.obſeru.23.* Inde colligunt, non omnes confiſcatos eſſe deportatos, licet omnes confiſcati ſint deportati. *vide Cuiac. ad l.5.j. de conueniend.fiſci.*
z *v.l.5.ſ.eod.l.5.ſ.ex quib.cauſ.in fin.*

† v.l.12.j.eo. a l.23.D.eo. b l.13.j.eo. c l.6.in fi.s.eo.l.17 §.19.D.de adilitio. id est, in decennium.l.23.D.eo.adde l.8.in fi.l.34.D.eo.
d non tamen ad veteranos.l.9.§.11.D.eo. e l.8.§.12.D.eo.
f adde l.9.§.11.12.D.eo.l.11.in fi.s.de quæstionib.l.33.j.9.de decurionib.
g vanæ voces populi non sunt audiendæ. h etiam à magistratu.l.31.D.eo.1.Harmenop.4.versic. χρὴ τὸν ἄρχοντα.l.3.j.qui manum.l.17.D.qui & à quib.man.
i l.10.s.eo.l.8.j.de sent.pass.l.8.in fi.l.34.D.eod.l.13.de statu.
k d.l.34.
l Pœnas facilè nō remitti reipublicæ interest.
m l.51.§.2.vers.quod si quis.D.ad l.Aquil.propter exemplū.dixi ad l.8.§.3.in fi.s.de hæret.
n l.1.s.sent.rescindi non posse.l.3.s.de sentent.ex periculo.l.14.D.de re iud.l.27.ff.de pœn.Augustinus lib.de fato.Iudicibus, inquit, non licet, suam sententiā in reum datam reuocare aut mutare. Imò licet. vt & pœnā remittere.l.6.ff.de off.præsidis.l.2.D.si quis in ius vocat.
o l.1.C.Theod.eod.
p Capitalis sententia in reum prius non fertur quàm is sit confessus vel conuictus.adde l.11.D.eo.aliàs,de suspicionibus nō iudicatur.
q In conuictū reum, siue torqueri possit, siue non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est.Paul.5.sent.16.§.13.
r quid si perire velit? non auditur.l.3.§.2.D.de liberali.l.6.in fi.D.de appell.
ſ Testium cōspirātē in vnum cōfessione quis conuincitur.adde l.15.D.eod.l.vlt.s.de probat. Conuictus ita damnari potest, licet confessus non sit.
t Quidam hunc locum acceptiūt de decurione, à quo tormentis confessio nō est elicienda. vide Cuiac.apud Paulum d.§.13.
u conspirantes concordantésq; rei sint. d.l.1. conspirantes, concordantésque.

De condemnatione in ministerium metallicorum vel in opus metalli.

9. Idem A.Demetrio.

SI matrem tuam decurionis filiam † fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari.

De vinculis.

10. Idem A.Catulo.

SEruus sub pœna vinculorum sine[a] temporis præfinitione domino[b] reddi iussus sententia præsidis prouinciæ, perpetuò[c] vinctus esse debet.

De metalli supplicio.

11. Imp.*Gordianus* A.Titiano.

MEtalli supplicium tam ad personas liberas[d] quàm etiam ad seruiles[e] pertinet conditiones.

De filiis decurionum.De vocibus populi.

12. Impp.*Dioclet.& Maxim.* AA.in consistorio dixerunt.

DEcurionum[f] filij non debent bestiis subiici.

1 ¶ Cúmque à populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ[g] voces populi non sunt audiendæ[h]. nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.

De seruis.

13. Iidem AA.Visino.

SEruo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis ius[i] amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

De pœna temporali operis publici.

14. Iidem AA.& CC.Vicario.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum excessit dies, hunc expectari[k] conuenit: cùm non[l] remitti pœnam facilè, publicè intersit: ne[m] ad maleficia temerè quisquam prosiliat.

De pœna non reuocanda.

15. Iidem AA.& CC.Agatho.

POEnam sua dictam sententia præsidi prouinciæ reuocare non[n] licet.

De sententia capitali.

16. Imp.*Constantinus* A.ad Catulinum proconsulem Africæ.

QVi[o] sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, vt non[p] prius capitalem in quempiam promat seuerámque sententiam, quàm in adulterij vel homicidij vel maleficij crimine, aut[q] sua[r] confessione, aut certè omnium[ſ] qui[t] tormentis vel interrogationibus fuerint deditì, in vnum conspirante[u] concordantéque[x] rei finem, conuictus[y] sit: & sic in obiecto flagitio deprehensus, vt vix etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat. Dat.3.Non. Nouemb.Treueris, Accepta 15.Kal.Maij, Hadrumeti, Volusiano & Anniano Conss.314.

In qua corporis parte pœna scribi debet.

17. Idem A.Eumelio.

SI[z] quis in metallum[a] fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minimè in eius facie[b] scribatur: cùm & in manibus & in suris possit pœna damnationis vna inscriptione comprehendi: quò facies[c], quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minimè maculetur. Dat.12.Kal.April.Cabilluno, Constantino A.4. & Licinio 4.Conss.315.

x qui hoc fieri potest, cùm testes vnanimes præsumantur subornati? v.l.3.§.1.D.de testibus.
y Non tantum confessus sed conuictus punitur. l.18.j.eod.v.Papon.24.Arrest.9.artic.1.Paul.5.sent.16.§.13.
z l.2.C.Theod.eo.60.Eclog.51.περὶ μεταλλιζομένων.c.52.
a in ludum vel metallum.d.l.2.
b de inscriptionibus frontis, manuum, surarum, vide quæ aliàs scripsi ad l.13.D.de testib.l.1.in fi.D.de fugitiuis.Vlp.1.§.11.1.Gaius 1.§.4.adde Boetium libro de consolatione. Ciceronem pro Roscio Amerino.Senec.3.de Ira 3.l.3.j.de saltuensib.Cuiac.7.obs.13.
c Facies ad similitudinem pulchritudinis cœlestis. sic alibi, caput id esse, vnde cuiusque imago cognoscitur. l.44.D.de religiosis. Crescit etiam iniuria si quis in facie aut mala percutiatur.l.16.§.6.D.de pœnis.
d l.4.C.Theod.eod.
e v.l.16.in fin.s.eod.
f Ratio decidendi est & alia ratio in l.15.s.eo.
g In grauioribus causis vltio non est differenda. l.pen.s.de custodia.l.6.l.9.D.de iniusto.l.16.in fin.D.de sicariis: etiamsi reus dicat se habere quæ principi referat, salutis ipsius causa.l.6.D.eo.differtur tamen in prægnante muliere.l.3.D.eod.& seruo qui rationes gesserit domini.l.1.j.de bon.proscrip. Imò, causa cognita semper differri potest. v.l.20.j.eo. Imò non semper, cùm d.legis 20.casus sit specialis.
h l.3.C.Theodos.eod.l.38.j.de decurion.
i d.l.3.l.5.6.ib.de pistorib.v.l.vlt.D.de excus.tut.
k vide quæ dixi ad Nouell.5.Imò, negotiatione alicui interdici potest.l.9.§.10.ff.eo.
l l.13.C.Theod.eod. m Huius constitutionis suasor fuit D.Ambrosius 7.Sozom. A Sidonio Apollinari 1.epist. tribuitur Sc.Tiberiano.Ex vetere, inquit, Sc.Tiberiano xxx. die vitam post sententiam trahit. Idem refert Tacitus 3. Sueton. in Tiberio c.75. in eo tamē dissimiles, quod x. tantum dierum mētionem faciunt.& haud dubiè sanctissima est constitutio. nam talis dilatio potest Principis iram mollire atque temperare, sicut & de ipso Theodosio scribit Aurelius Victor, quod aliquando ab eo seuerè præcepta, modica dilatione emolliebantur. Superioribus conuenit illud Senecæ in Agamemnone, Da tempus ac spatium tibi, Quod ratio nequit, sanabit mora. Hāc constitutionem reuocauit Nicephorus Botoniates περὶ τῦ μὴ ἐσώϑεν τῶν λ ἡμερῶν γίνεσϑαι σωματικὴν ποινὴν Eustathius μετὰ λ ἡμέρας ἡ ὀργὴ τῦ βασιλέως λύεται. scio multis profuisse, ab hinc decēnio nostræ constitutionis rationem communicatam cuidam Principi à nobilissimo quodam Heroe, quem nunc, & si meritissimū, nominare tamē non velim. adde Cuiac. 5.obs.9. & 20.obs.32.
n Damnato à Principe irato, dātur iusti dies xxx.
o v.l.2.s.de sent.ex periculo: Imò suspendi non debet. l.18.s.eod. non est differenda, si ab ipso iudice sententia lata sit. Alioquin sententia reuocari poterit.l.15.j.eo. differenda est: si ab ipso principe. quia adhibita modica dilatione sæpiùs fit vt flectatur.
p l.14.C.Theo.eod.

De condemnatione non differenda.

18. Imp.*Constantinus*, A. Theodoro V.P. præsidi Arabiæ.

CVm[d] reis manifesta[e] probatione conuictis spatium temporis ante sententiam datur, facultas supplicandi, ||vel quibusdam malignis artibus, tam præsidum, quàm officialium pœnas euitandi[f]|| criminosissimis patet: cùm & in homicidij crimine, & in aliis detectis grauioribus causis vltio differenda[g] non sit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatem legem oportet seruari, & in scelerosos & noxios proferri iuris sententiam. Dat.Idib.Octob.Constantio A.IIII.& Constante Cæsar.Conss.342.

Ne quis pœnæ causa alicui corpori addicatur.

19. Impp.*Valentinianus & Valens* AA. ad Olybrium P.V.

NE[h] quis pro coercitione delicti, vel pistoribus[i], vel cuicunque alteri corpori (cùm alterius sit corporis) addicatur[k]: sed vnusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruæ seueritatis excipiat. Dat.3.Id. April.Valentiniano & Valente AA.Conss.365.

De rescriptis.

20. Imppp. *Grat.Valent.& Theodos.* AAA.Flauiano præfecto prætorio Illyrici & Italiæ.

SI[l] vindicari in aliquos seueriùs contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed[m] per dies triginta[n] super statu eorum sors & fortuna suspensa sit[o]. Reos sanè excipiat vinciátque custodia, & excubiis solertibus vigilanter obseruet.Dat.15.Kalend.Septemb.Veronæ, Antonio & Syagrio Conss.382.

De apparitoribus.

21. Imppp.*Valent.Theod.& Arcad.* AAA.ad Principium præfectum prætorio.

NE[p] diu apparitorum praua[q] admodum venalísque perfidia impunè in publica commoda desæuiat, censemus etiam in absentes eos pro competenti vltione debere consurgi.Dat.Kal.Iun.Arcad.A.& Bautone Coss.385.

Qui puniendi sunt.

22. Impp.*Arcad.& Honor.* AA.Eutychiano præfecto prætorio.

SAncimus[r] ibi esse pœnam, vbi & noxia est. Propinquos[ſ], notos, familiares procul à calumnia submouemus: quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec vlteriùs progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. Dat.8.Kal.Aug.Constantinop.Eutropio & Theodoro VV.CC.Conss.399.

De exilio.

23. Impp.*Honorius & Theodosius* AA. ad Anthemium præfectum prætorio.

OMnes[t] quos damnationis conditio diuersis exiliis[u] destinatos, metas temporis præstituti in carceris implesse[x] custodia deprehenderit, solutos pœna, vinculísque laxatos, custodia ||liberari|| præcipimus, nec formidare miserias vllas exilij. Sit[y] satis immensorum cruciatuum semel[z] luisse supplicia, ne || hi || qui[a] diu priuati sunt auræ[b] communis haustu, & lucis[c] aspectu, intra breue spatium catenarum ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur. Dat.14.Kal.Maij, Constantio & Constante VV.CC.Conss.339.

q aliàs parcissimè apparitoribus præsi dum ius dicitur.l.16.D.de off.præsid.
r l.18.C.Theodos.eod.vide l.2.§.9.D.de decur.l.74.D.de reg.iur.c.12.23.de reg.in 6.l.24.s.de donat.int.vir.
ſ Bonorum Imperatorum constitutio hæc est: alioquin sub malis, ne quidem propinqui & familiares satis tuti sunt. vide Nouellam 52. Nouell. 128. Nouell. 134. t l.22.C.Theod. eod.
u Tempus exilij temporalis, currit reo in carcere agenti, facit l.25.D.eo. Carcer pro exilio cedit. Pœna exilij quis liberatur, ob carceris diuturnitatem. vide Tiraquellum tractatu de pœnis causa.41.
x l.24.j.eo.v.l.8.D.de postul.v.Papon.24.Arrest.9.Arrest.1.3.
y humana sententia.l.33.§.2.s.de episc.l.28.in fi.s.de episc.aud.l.4.§.2.D.de lege Rhodia. z semel puniri sufficit. a Carcere qui detinentur auræ communis haustu & lucis aspectu priuati intelliguntur. b Aeris, lucísque aspectus, communis omnium est: vt mirum sit Michaelem Paphlagonem aeris hauriendi facultatem subditis vendidisse: & in eam rem vectigal indixisse, quod ab eo scelere ἀερικὸν, Cedreno & Procopio: vt notaui in Nomenclatore meo ad Harmen.1.tit.4.§.47.
c Lucis adspectus, cuique natura communis est. Est vero Philosophis lux, qualitas quæ in lucido corpore videri potest: lumen verò à luce est, actus perspicui.

Ille qui

Ille qui ſtetit in exilio quantum debuit, non debet incarcerari poſtea. Bald.

24. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

RECtores [a] prouinciarum conueniri præcipimus, vt hi qui ſuo crimine pœnam exilij ſub certo temporis ſpatio ſubire decreti ſunt: exacto præfinito tempore, nec clauſtris carceralibus, nec in locis quibus exules verſati ſunt, teneantur. Dat. 3. Kal. Sept. Eudoxiopoli, D. N. Theodoſio A. VII. & Palladio V. C. Conſſ. 416.

De his qui cõficiendi naues peritiam barbaris tradiderint.

25. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

HIs, qui conficiendi naues [b] incognitam ante peritiam barbaris tradiderint, capitale iudicium proponi decernimus. Dat. 8. Kalen. Octob. Conſtantinop. Monaxio & Plinta Conſſ. 420.

De exilio perpetuo vel temporali.

26. Conſtitutionis argumentum, quæ lingua Græca primum fuerat edita, ex lib. 60. Baſil. tit. 51. cap. vlt. Iacobo Cuiacio [c] *interprete.*

COnſtitutio iubet, vt ne miſſi in exilium, eis locis, in quæ miſſi ſunt, degant in cuſtodia, & vt ne quis relegetur in propugnaculum Gypſi [d] vel alia præſidia. ſed ſi quidem morte dignum ſit crimen, huic pœnæ ſubiiciatur. ſi exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen vt non iubeatur eſſe in cuſtodia eis locis in quę mittitur: ſed in prouinciam eat, quam iudex ſtatuerit, citra ciuitates & prouincias inferius exceptas, cum poteſtate verſandi in toto prouincia, quã tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam ſeditioſè & inciuiliter agere, niſi velit vltimo ſupplicio adficiã præſide prouincię vel à præſide illorum locorum in quibus exulat. 1 ¶ Et coniecti in carcerem, vt in regia vrbe in eo non ſint ſupra [e] conſtitutum iam tempus in ſuperiori titulo de cuſtodiis, & ſimili modo in prouinciis: vt compendio criminum cauſæ finiantur: & reus, ſi dignus exilio, damnetur, non in cuſtodiam, ſed in prouinciam, quæ non ſit ex prohibitis, ea lege vt vltimo ſupplicio adficiatur, ſi prouincia exceſſerit, vel ibi inciuiliter quid admiſerit. 2 ¶ Magiſtratus [f] autem Alexandriæ & Thebaidos ſolos iubet in Gypſum, & in Oaſin [g] mittere vel in ſex menſes vel ad ſummum in annum. Quod ſi perpetuum ſit exilium, neque in Gypſum mittere, neque in Oaſin, neque in cuſtodiam alterius prouinciæ, ſed vt dictũ eſt, in prouinciam integram, ea conditione vt ſi quid deliquerint, vel ſi exceſſerint iuſſa præſidum, qui miſerunt, vltimo ſupplicio adficiantur. 3 ¶ Iubet autem officiales cuiuſque iudicij huius legis commonefacere præſides, ne quamquam detinere vltra relegationis tempus, ſed ſtatim dimittere ſine damno & mota, & eum quicquid auſus fuerit accipere, quadruplum reddere. 4 ¶ Prohibentur verò præſides relegare in prouincias & ciuitates conſtitutioni ſubiectas [h].

a *l. 23. ſ. eod. l. 23. C. Theod. eo.*

b Naues ante ignotas qui barbaros fabricari docet, capitali pœnæ ſuiicitur *l. vlt. C. Theo. 60. Eclo. 36. ex tit. 51. c. 52. 6. Harmeno. §. 6 facit l. 2. ſup. quæ res exportari.*

c Quem vide *6. obſ. 36. in fi. 8. obſ. 27. 20. obſ. 31.*

d De Gypſo *v. §. 2. ſ. eod. Nouell. 22. c. 8. Nou. 142. ca. 1.*

e *l. 24. ſ. eod.*

f id eſt iuridicus.

g Ea infeſta culicibus & muſcis grandioribus. Non fuit tamen inſula. *v. l. 7. §. 5. ff. de interd. & releg.* dicitur quaſi in inſulam relegatio. à Nazianzeno dicitur ἀπάνθρωπος ἐρημία.

h *§. 1. ſ. eod.*

i *l. 9. C. Theo. 41. 60. Eclo. 52. extit. 47.*

k *l. vn. C. T. eod.*

l Vt ſunt præfecti Prætor. vicarij, Præfecti vrbi: non præſides.

m Bonorum omnium publicatio, principe inconſulto, ſummis tantum iudicib. permiſſa.

† *9. C. T. 42. dixi ad 48. ff. 20. 60. Eclog. 52.* Hodie bonorum conſiſcatio certis tantum caſibus locum habet *Nouel. 17. c. 12. Noue. 134. ca. vlt.* adde Gandinum de de maleficiis, Rubrica de bonis malefactorum.

n Pœna mortis variis ex cauſis differri poteſt: vt ſi à reo petatur rationũ redditio *vt hic*: ſi accuſetur de crimine grauiore *l. 1. in f. ff. nihil nouari.* ſi appellet. *l. 20. C. de appellat* (quia in ſpecie, exiſtimant reũ ſi forte neglecta eius appellatione ad

NE [i] SINE IVSSV PRINCIPIS certis iudicibus liceat confiſcare.

Tit. XLVIII.

Iudices merum imperium non habentes, non poſſunt ſuo officio præter legem exercendo bona confiſcare. Salyc.

1. Impp. *Theod.* A. & *Valent.* C. ad Hierium præfectum prætorio.

NVLLI [k] iudicum liceat (exceptis qui in ſumma [l] adminiſtrationis ſunt poſiti poteſtate) proſcriptionis tempeſtate totius [m] ſubſtantiæ aliquem percellere, niſi ad noſtras aures hoc ipſum referatur. Dat. X. Kal. Feb. Conſtantinop. Thod. A. XI. & Valent. Caſ. Conſſ. 417.

DE † BONIS PROSCRIPTORVM, ſeu damnatorum.

Tit. XLIX.

De peculio ſerui damnati.

1. Imp. *Antoninus* Auguſt. Marco.

SERVORVM capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri notum eſt: ſed quod ſeruum dominus habuiſſe probauerit, recipiet, pretiũmque rerum ſi quæ ab eo diſtractæ ſunt. Ipſius [n] quoque præſentiæ poteſtas ei dabitur, quoad rationes per eum adminiſtratæ reddantur ac diſponantur [o]. Sed meminiſſe dominum oportebit inſtare vt id velocius fiat, vt pœnæ ſuæ reddi poſſit.

De rebus poſt deportationem acquiſitis.

2. Imp. *Alexand.* A. Frontoni.

DEportati nec earum quidem rerum, quas poſt [p] pœnã irrogatam habuerint, heredem habere poſſunt: ſed & hæ publicabuntur [q].

De peculio filiifam. damnati.

3. Idem A. Iuliano.

SI filius tuus, cùm eſſet in ||tua|| poteſtate, in inſulam deportari meruit: peculium eius nec quod in caſtris [r] acquiſiuit, vel quod ei militaturo donaſti, auferri tibi debet. PP. 6. Id. Sept. Alexand. II. & Marcello Conſſ. 227.

De damnatis in metallum & reſtituto.

4. Imp. *Gordianus* A. Callimorpho.

IN metallum damnatus pœnæ † ſeruus efficitur: & ideo eiuſmodi ſententiam paſſi bona vindicantur [ſ] rationibus fiſci. Quare ſi [t] quid rerum habuit is, quem poſtea noſtra indulgentia liberatũ eſſe proponis, ad ius fiſci potiùs quàm ad ipſius dominium pertinet.

De tutore.

5. Imp. *Philippus* A. Arriano.

SI (vt proponis) bona eius, qui tutelam tuam adminiſtrauit, ſententiam paſſi ad fiſcum ſunt deuoluta: procuratorem noſtrum adire [u] cura: qui ſi quid iure poſci animaduerterit, non negabit.

De filiis deportatæ.

6. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & Gaudentio.

DE bonis matris deportatæ filiis [x] nihil † deberi, iuris abſolutiſſimi eſt.

De bonis deportati deſcribendis & ad principem referendis

7. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* AAA. ad Probum præfectum prætorio.

SI quis [y] intra prouinciam pro qualitate delicti ſtylum proſcriptionis incurrerit, per ordinarij officij ſolicitudinem bonorum eius indago [z] diligentiſſimè celebretur: ne quid rei priuatę commodis per gratiam atque colludiũ furto ſubducatur: & plena deſcriptio comprehendat, quod ſpatium, & quod ſit ruris ingenium [a], quid aut incultum ſit, aut colatur, quid in vineis, oliuetis, aratoriis, paſcuis, ſyluis fuerit inuentum: quæ etiam gratia & quæ amœnitas ſit locorum, quis||in||ædificiis ac poſſeſſionibus||ſit|| ornatus: quótve mancipia in prædiis occupatis, vel vrbana, vel ruſtica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot ſint cenſuarij, vel coloni: quot boũ exercitiis terrarum atque vomeribus inſtrumentum, quot pecorum & armentorum greges, & in qua diuerſitate numerati ſint: quantum auri & argenti, & veſtium ac monilium, vel in ſpecie, vel in pondere, & in quibus ſpeciebus, quídve in apothecis ſit repertum, tunc demum omnia ||ea|| quæ velle nos perſpicis, inquiſitione conſtricta rationalis rei priuatæ tradantur officio, aut palatinis ſuper hac cauſa miſſis, noſtro nectenda patrimonio. Mox verò ad nos ſub literis publici iudicis ſigillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligentia multanda. Nam ſi quid poſt factam à prædicto officio inueſtigationem, rationalis rei priuatæ, cui inquiſitio ſecunda mandata eſt, amplius fortaſſis inuenerit: officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, vt aliud tantum, quantum||fuerat|| ſubtractum, ex propriis facultatib. inferat. Dat. 3. Non. Maij, Treueris, Valentiniano NB. P. & Victore Conſſ. 369.

De liberis damnatorum.

8. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Eutropio præfecto prætorio.

SI [b] deportatus ſuos [c] & emancipatos filios habuerit: pars [d] quæ ex bonis eius liberis conceſſa eſt, ad eos tantũ qui in poteſtate erant, transferatur: ſi emancipati [e] ea quæ conſecuti erant emancipationis tempore, damno ſuo exiſtimant conferenda. Sin autem confuſionem bonorum & donationis elegerint: ea omnia quæ fiſcus|| liberis damnati||concedit, æquæ diuiſionis partibus ſortiantur. Quæ regula etiam in dote filiæ, vel neptis ex filio deportati conferenda, cuſtodienda erit. Dat. 15. Kalend. Iul. Theſſal. Gratiano V. & Theo. I. AA. Conſſ. 380.

De viro, & vxore. 1. De donatis filiis emancipatis ante reatum patris. 2. Quibus fiſcus præfertur.

ſupplicium ducatur, impune manibus officialium eximi poſſe, *Bal. Angel. in l. 29. ſ. de appella. Aretin. §. penult. Inſtit. de act.* niſi reus quo de agitur, manifeſtarius ſit) ſi princeps iubeat pœnam ſolito diutiorem imponi: tunc enim expectandi 30. dies. *l. 20. ſ. de pœnis.* ſi morti ſententia addictus, ſit decurio vel cõſilia rius ciuitatis. (Tunc enim expectandum eſt ſuperioris reſcriptum *l. 6. §. 7. ff. de iniuſto. l. 16. in f. ff. de ſicariis: l. 27 §. ff. de pœnis l. 2. §. 1. ff. de bonis eorũ qui mortem ſibi conſciuerunt. l. 1. verſ. ſimili modo. ff. quãdo appellãdũ ſit*) ſi aliter tumultus populi ſedari non poteſt. *Gloſſ. in d. verſ. ſimili modo.* ſi mulier prægnãs, ſit damnata. Tunc enim expectandum id tempus quo pariat. *l. 3. ff. de pœnis.*

o diſpungãtur, à quibuſdam ita legi monet Accurſius: eaq; lectio probatur à Cuiacio *hic* & in Baſilicis καὶ ἀποδῶσι.

p *l. 7. §. 5. ff. eod. v. Cuiac. 6. obſ. 25.*

q Immò nõ ſequitur fiſcum *l. 22. §. 5. ff. mãdat.*

r Caſtrenſia filiorum non cõfiſcantur.

† Hodie pœnæ ſeruus nemo efficitur *Nouell. 22. c. 8.*

ſ *l. 1. ff. de bon. donat. l. 3. ff. de interdict.*

t *l. 3. ff. de ſenten. paſſu.*

u Et ita fiſcus heredis loco habetur *dixi ad le. 128. ff. de reg. iur.*

x *l. vlt. ſ. eod.*

† *v. Nou. 17. ca. Nou. 134. c. vlt.*

y *l. 7. Cod. Theod. hoc tit.*

z De inuẽtario bonorum damnati faciendo *l. 3. ſ. de bon. vaca.* & de incorporatione *l. 2. ſ. de aquæductu* huic cõſtitutioni cõfer legem *4. D. de cenſibus. Nou. 1. c. 2. l. 22. §. 2. ſ. de iure deliberandi.*

a Ingenium ruris, eſt natura & conditio.

b *l. 8. C. T. eod.*

c Sui, qui in poteſtate, emancipati, extra poteſtatem.

d Damnati patris bona quædã, hoc eſt pro parte, eius liberis addicuntur.

e *v. l. 2. l. vlt. ſ. de emancipat. liberor. l. 17. in f. ſ. de collationibus. Nou. Leonis 25.*

9. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Cæsario præfecto prætorio.

Si [a] quis posthac stylum (quod absit) proscriptionis exceperit: vxor [b] eius res proprias ex quocunque titulo sibi quæsitas veluti manu [c] iniecta mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat. Dos [d] etiam, nō quæ aliquoties ||maniter [e]|| dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter [f] tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiam quæ ab innoxio adhuc marito ante [g] nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant. 1 ¶ Siquid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse [h] claruerit, integrum iisdem citra inquietudinem reseruetur. Quod [i] verò, nec vxor, nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum à publicis personis ita ad me referri specialiter censeo, vt illud quoque addatur, vtrum filios habeat qui damnatus est: simulque adiiciatur vtrum fidē apud se ex causa donationis aliquid vindicauerint. 2 ¶ Sed [k] in his qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiociniis proscribuntur, & condemnantur, placuit: si quid proprium vxor habuerit, vel à marito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitij in iudicium deducta est: si deinde in emancipatos filios donatione collatum est, antequam crimen oriatur, intemeratum apud accipientium iura persistere: nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio cum obligari cœpit, habuerit: vel quod agens tam suo, quàm vxoris suæ, vel filiorum, vel cuiuscunque præterea nomine comparauerit, exceptis duntaxat Cæsarianis, vel Catholicianis [l] qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata à me purgatáque [m] ratiocinia fuerint, vt quod innoxiè habuerint, transmittendi copiam habeat. Dat. 3. Non. August. Constantinop. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conss. 396.

Si condemnatus liberos habeat.

10. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hierio præfecto prætorio.

Qvando [n] quis quolibet crimine damnatus capitalem pœnam deportationémve sustineat: si quidem sine liberis mortuus sit, bona eius ad fiscum perueniant. Si verò filij, vel filiæ, vel nepotes ex defunctis filiis relicti erunt, dimidia † parte ærario vindicata, alia eis reseruetur. Idem est & si posthumos dereliquerit. Decurioni verò qui hoc incurrerit, si liberos non habeat, succedat curia, bonáque vniuersa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. Sin ||autem|| erit soboles curialis: & si ea necdum procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia vel filiæ fuerint, pars dimidia ad eas deuoluatur facultatum altera dimidia ad curiam. Sin ||autem|| mares curiales fuerint intermixti, dimidia pars eis curiæ nomine deferatur: & alia quam in commune omnibus tribuit indulgentia principalis, pro virili diuidatur portione, excepta sola maiestatis [o] quæstione: quam si quis sacrilego animo adsumpserit, iustè pœnam ad suos etiam posteros transmittet. Dat. X. Kalen. Feb. Constantinop. DN. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Conss. 426.

De bonis fisco deferendis.

11. Αὐτοκράτωρ. * Græca constitutio.

Sententia l. vltima Cod. de bonis proscriptorum, lib. 9. Cod. titul. 49. Ex Eusthatio περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

Qvicunque [p] habent vel detinent bona damnati perduellionis, in regia quidem vrbe intra duos menses, in prouincia verò intra octo menses debent ea fisco deferre. Alioquin enim vnà cum ipsius bonis quadruplum insuper præstabunt.

Eiusdem constitutionis epitome integrior ex lib. 60.

Eclog. titulo 52. c. 15.

Si [q] quis perduellionis crimine conuictus, publicationē bonorum sustineat: ij, qui bona eius habent, si versantur in regia vrbe, intra duos menses: si non versantur in vrbe regia, intra octo menses ea deferre debent. quod si non fecerint, cum bonis quadruplum præstant.

In authen. vt nulli iud. §. si col. 9. tit. 17. al. 9. nou. 134. ca. vlti.

Bona damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucro iudicibus, aut eorum officiis: neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus & descendentibus & ex latere vsq; ad tertium gradum, si supersint. Vxores verò eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si verò sine dote sint, de substantia mariti accipiāt partem legibus desinitam: siue filios habeant, siue non. Sed si neminem prædictorum habent qui deliquerunt, eorum bona fisco sociantur. In maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges seruari iubemus.

DE BONIS EORVM, QVI MORtem [r] sibi consciuerunt.

Tit. L.

Vbi quis mortem sibi consciuit ob criminis publici conscientiam, bona eius publicantur.

1. Imp. *Antoninus* A. Aquiliæ.

Eorvm demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati admissique criminis, metuq; futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Ea propter fratrem vel patrem tuum si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore, vel insania [s], aut aliquo casu suspendio vitam finisse constiterit: bona eorum tam ex testamento, quam ab intestato ad successores pertinebunt. PP. 12. Kal. Iun. Duobus & Aspris Coss. 213.

2. Imp. *Alexander* A. Rustico.

Eorum qui in [t] reatu diem suum functi sunt, si non perduellionis [u] causam sustinuerunt, nec ob metum criminis mortem sibi consciuerunt, bona ad successores trasmittuntur. Dat. Idi. Maij, Alex. A. Iter. & Martia. A. Coss. 227.

DE [x] SENTENTIAM PASSIS, & restitutis [y].

Tit. LI.

Quid sit in integrum restituere.

1. Imp. *Antoninus* A.

Cvm [z] salutatus esset à Gentiano [a] & Aduento & Opilio Macrino [b] præfectis prætorio clarissimis viris, item amicis & principalibus [c] officiorum, & vtriusque ordinis viris, & processisset, oblatus [d] est ei Iulianus Licinianus ab Opilio [e] Vlpiano tunc legato, in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: Restituo † te in integrum prouinciæ [f] tuæ. & adiecit: Vt autem scias quid [g] sit in integrum restituere: honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris [h] restituo.

De bonis.

2. Idem A. Quieto.

Cvm patrem tuum in metallū damnatum fuisse proponas, eius quidem bona meritò à fisco occupata sunt: nec ideo quòd ex indulgentiâ [i] meâ pœna tantummodo metalli liberatus esset, etiam [k] bonorum restitutionem impetrauit, nisi [l] speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De ære alieno.

3. Imp. *Alexander* A. Stratonico.

Si debitor pœnam sententiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamuis postea ciuitati Romanæ restitutus, non totam substantiam, sed aliquid [m] ex indulgentia principis vt haberet, impetrauit: æris tamen alieni ex precedente tempore pœna liberatus est. Si verò partem bonorum accepit, pro rata portione eius tenetur [n]. Quòd si ob pecuniam debitam fisco bona eius occupata sunt, mansit vnà cum ||suis|| fideiussoribus propriis creditoribus obligatus.

De tutelæ actione.

4. Idem A. Valentinæ.

Tvtor filiorum ||tuorum|| quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in [o] metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus [p] quamquam locupletior [q] sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinū cum bonis omnibus recuperauerit.

De actionibus.

5. Idem A. Iuliano.

---

a Interpolata est hæc constitutio ex l. 1. C. T. eodem.
b Publicatis bonis viri, res vxoris non occupantur *vt hic: 60. Ecl. 52. ca. 14. Nouell. 134. c. 13. in fi. vide in hunc locū Gaudinū tract. de maleficiis rubrica de bonis malefactorum.*
c Manu iniecta vindicare.
d De dote.
e *v. l. 1. §. de dote cauta.*
f Corporaliter tradere, i. reipsa. Confessio dotis receptę fisco nō nocet: si tamen fiscus intra tempora proposuerit exceptiones non numeratæ pecuniæ. *Tiraq. de retractu genti. §. 1. glos. 18. num. 91. adde Roland. à Valle 1. consil. 31. num. 43.*
g De donatione ante nuptias *d. leg. 1. vers. & donatio l. 31. in f. ff. de donationi.*
h De donatione facta emancipatis liberis *d. l. 1. vers. si quid etiam in emancipatos.*
i *d. l. 1. vers. quod verò.*
k *d. l. 1. vers. sed in his: l. 1. §. de iure fisci. l. 4. supr. de priuil. fisci.*
l Officiales sunt procuratores Cęsaris.
m Putata *vt in l. 31. §. 3. D. de negotiis: v. Cuiac. 1. obs. 9.*
n *l. vlt. C. T. eod.*
† *l. 7. ff. eo.* Hodie id immutatum *d. Nouel. 17. c. 2. & 134. c. vlt.* nisi sit crimen maiestatis *§. eo. l. 5. supr. ad l. Iul. maiestat.*
p Interpretatio Cuiacij.
q Interpretatio Leunclaij.
r *Dixi ad 48. ff. 21 adde l. 12. sup. de accus. l. 2. sup. qui testam.*
s *Dixi ad l. 3. §. 4. D. eo.*
t *d. l. 3. §. 1. l. vlt. §. de iure fisci v. l. 45. D. de iure fisci.*
u Id est, maiestatis.
x *9. C. T. 43. dixi ad 48. D. 23. 6. Eclog. 3.*
y De hoc restitutionis genere vide Sfortiam Oddum *tractatu de restitutionibus quæst. 94. 95. 96. ad 100.*
z Imperator Antoninus A. cùm salutat⁹ esset, &c. Cuiac. 15. obs. 7.
a Eedeciano Aduento *Cuiac. ibid.*
b Macrinio *Cuiac. ibid.*
c Principibus *Cuiac. ibid.* sic enim apud Lampridium in Alexandro. Sunt autem Principes officiorū, principes agentium in rebus.
d Mox offerendi restituendū principi.
e Aelio, *Cuiac. ibid.*
† Iulius Licianus deportatus

f Restitutus, prouinciæ vel laribus suis, bonis, Dignitati verò & bonis, patriæ potestati restitutus intelligitur. Bonorum enim appellatione liberi continentur. vide Sfortiā Oddum *d. loco quæst. 95. artic. 1.*
g In integrum restituere quid sit hoc loco.
h Hæc restitutio plenissimæ est. Nam & patria potestas ius patronatus, bona, testamētum, & omnia quæ per deportationē amissa sunt, restituuntur.
i Indulgētia pœnam at non bona restituit, nisi & id quoq; dictum fuerit.
k Indulgentia simplici aut generali; non intelliguntur bona indulta. *vt hic: & l. 4. l. 5. §. eo.* (cui obstare videtur *l. vlt. in fi. §. eodem.* verum quidam indulgentiæ restitutionem illo loco accipiunt pro restitutione in integrum non pro indulgētia.) Quid si indulgētia plena & libera sit concessa? bona quoque concessa intelliguntur. vide Sfortiā Oddum *ibidem quæst. 91. articulo. 1.*
l Indulgentia generalis strictè accipitur: vt nihil nisi exceptū sit, ea veniat. *vt hic & leg. 9. infr. eodem.*
m Forte modicum.
n *adde l. 5. supr. de bon. proscrip. vide Cuiac. 15. obs. 38.*
o Si missus in metallum postea reuocetur, quamuis deinceps locuples fiat, nemini tenetur eorū nomine, quæ ante metalli damnationem debuit: nisi pristina eius bona fuerint ei restituta. *Synopsis Basilicon. 6. titul. 3. ex libro 60. Titul. 68. ca. 8.*
p *vide quæ scripsi ad le. septimā §. eod.*
q Reuocatus ex metallo, etiam locuples, postea factus, non tenetur creditoribus eorum nomine quæ ante pœnam metalli debuit, nisi pristina eius bona sint restituta *l. 12. §. eo. 6. Eclog. 5. ex lib. 60. tit. 68. cap. 8.*

SI ademptis bonis in inſulam deportatus ſis, quamuis ex indulgētia cōmuni rediſti,[a] actiones[b] tamē, quaſcunque habuiſti remanent in cauſa bonorum publicatorum: nec ex ordine eſt, quod petis, vt contra hæredes tutorum actiones tibi præſtentur.

De patria poteſtate.

6. Imp. *Gordianus* A. Fabiano præfecto prætorio.

IN inſulam deportato filio[c] hácque ratione vinculo paternæ poteſtatis exempto: ſi poſtea ex indulgentia diui Alexandri (vt proponis) reditus in patrium[d] ſolum, præcedénſque dignitas[e] reſtituta ſit, poteſtas tamen patria[f] repetita non videtur.

De reditu, De militia, De exiſtimatione.

7. Imp. *Philippus* A. & Philippus Cæſar Caſſio.

GEneralis indulgentia noſtra reditum[g] exulibus ſeu deportatis tribuit:[h] non etiam loca militiæ[i] pridem adempta conceſſit, neque[k] integram atque illibatam exiſtimationem reſeruauit.

De Seruis.

8. Impp. *Valer.* & *Gallien.* AA. Seleuco P.P.

FRuſtra[l] adhuc ſeruum[m] eſſe tui iuris exiſtimas, qui in metallum damnatus, pœna eius poſtea liberatus eſt. Per huiuſmodi enim indulgentiæ occaſionem integrari dominium prius, non placuit: verùm idcirco tamen impunè tibi eum præſes prouinciæ iniurioſum eſſe[n] nō patietur. Quòd ſi quid rerum tuarum tenet, procurator vobis iudex erit: fiſci enim cœpit eſſe mancipium.

De patria poteſtate.

9. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. Reſtitutæ & aliis.

SI pater veſter in inſulam deportatus, generali indulgentia reſtitutus eſt, nec vt liberos in[o] poteſtatē reciperet, ſpecialiter[p] impetrauit: in dubiū non venit, hęreditatis cō modum per vos ei acquiri, quos ſententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuiſſe.

De effectu indulgentiæ

10. Iidem AA. & CC. Demetrio.

CVm indulgentia noſtra interueniente ſis reuerſus ad lares tuos, fruſtra vereris, ne ex annotatione præſidis, quæ iam abolita eſt, calumniam[q] patiaris.

De lite ante deportationem mota.

11. Iidem AA. & CC. Philippo.

CAſus eius, qui fundi mouerat quæſtionem, & ex benignitate noſtra facta[r] in eum cum bonis reſtitutio, ſtatum priſtinum cauſæ non immutauit.

a *vide eandem d. l. 7. vbi ſcripſi.*
b Deportatis, reſtitutis, non reſtituitur actio in debitores: *vt hîc*: niſi cum bonis reſtitutio facta ſit, *l. 11. j. eo.*
c Filius reſtitutus, in patriam poteſtatem non reuertitur, *vt hîc*: niſi ea conditione reſtitutus ſit vt ius poteſtatis redintegraretur, *arg. l. 9. j. eod.*
d Indulgentia generalis patriā reſtituit. *vide d. l. 7.*
e Indulgentia generali fama non reſtituitur. *l. 3. ſ. de generali abolitione.*
f Indulgētiam generalem conſecutus, nō reuocat liberos ſuos in ſuam poteſtatem, *vide Sfortiam Oddum d. tract. de reſtit. q. 94. artic. 3.*
g Indulgentia generalis patriā & in eam reditum, *vt hîc*, & *l. 4. 5. 6. ſ. eod. adde Sfortiam Oddū trac. de reſtitutionib. q. 94. ar. 2.*
h Indulgentia generalis, neque militiam, neque famam reſtituit. *6. ſynopſis Baſil. 3. ex li. 60. ti. 58. c. 11. adde l. 3. ſ. de generali abolit. l. 10. in fi. j. eod.* Ideóque ſi generali principis indulgētia redierint omnes relegati & deportati, neque militias ſuas recipient, & infames manebunt, *ſynopſis illo loco.*
i Reſtitutis à pœna, ſerui non reſtituuntur.
k *vide quæ ſcripſi ad l. 3. ſ. de generali abolitione.*
l Indulgentia generali domino conceſſa, non reſtituuntur ei ſerui fiſco commiſſi, ex deportatione ipſius domini.
m Serui dominis reſtituti iniurioſi eſſe non debent. *dixi ad l. 13. in fi. ſ. de pœnis. d. l. 9. ff. de pœnis.*
n Reſtitutio ius patriæ poteſtatis non reſtituit, niſi ſpecialiter ius poteſtatis reſtitutum fuit *Ecl. d. loco, c. 13. adde l. 6. ſupra eo.* aut dignitas ac bona ſint reſtituta, *l. 13. in pr. j. eodem.*
o Præſes non deportat, ſed adnotat deportandum. Eámque adnotationem plerunque ſequuntur principes, *l. 6. §. 1. ff. de interd. & releg.*
p *vide l. 2. in fi. ſupra eod.*
q Reſtituti aduerſus præſidis adnotationem ſtatus, in dubium reuocari non debet.
r *dixi ad l. 5. ſup. eo. adde l. 21. ff. de verb. ſign.*

De ære alieno.

12. Iidem AA. & CC. Tryphoni præfect. præt.

SI deportationis ſententiæ veniam indulgentia noſtra conſecuta ſuam recepit[ſ] ſubſtantiam, ſe protegere ſceleris pœna contra[t] creditores, quo minùs iure debitum ſoluat improbè conatur.

De patria poteſtate & eius effectibus 4. De bonis, dignitate & patria poteſtate.

13. Imp. *Conſtantin.* A. ad Maximum præfect. vrb.

IN[u] quæſtione teſtamēti, quod deportati filius remeante patre feciſſet, remotis Vlpiani atque Pauli notis, Papiniani placet valere ſententiam: vt[x] in patris ſit filius poteſtate, cui[y] dignitas ac bona reſtituta ſunt. 1 ¶ Ita[z] tamen vt geſta per filium, cuius conſilia legitima ætas firmauerat, rata ſint eodem in poteſtatē patria redeunte, ne eorum reſciſſio efficiat (quod eſt maximè abſurdum)[a] eodē[b] tēpore nec in patris, nec in ſua quemquā fuiſſe poteſtate. 2 ¶ Minores enim ętate iure quicquā agere prohibentur. Quibus ſi damnato patre tutor datus eſt, neceſſe eſt vt ab officio ſuo recedat, regreſſo eo, quem non ſolum nomine[c] redire, ſed etiam officium[d] ſuū nulla prauitate corruptum liberis præbere oportet, vt eorū bona tueatur & augeat. Nam[e] ſi patria poteſtate ad[f] corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam abutatur, vt furioſo, ac dementi, itémque prodigo[g] libidinum omnium vitiorúmque ſeruo, non eſt eorum pecunia committenda, ||quin|| ab adminiſtratione fugiat, neque tutor eſſe deſinat, omniáque minoris diſpendia ſuis ipſe danis præſiet. Sententia verò deportationis nullo patrē præiudicio deminuat. 3 ¶ Quē ſi cōperta integritas, vt naturę, ita officio liberis reſtituerit, ei gubernacula[h] rerū tradenda ſunt, cuius ad imitationē publici iuris prouiſa cuſtodia eſt. Quæ niſi bonis patribus detur, luctuoſior erit ||filiis|| reditus, quā diſceſſus. 4 ¶ Ideoque tantū[i] ad reſtitutionē indulgentia valeat, quantu ad correctionem ſentētia valuit. vtque deportationis ipſum per ſe[k] nomen[l] rerum omniu ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio,[m] bonorū[n] ac dignitatis, vno nomine amiſſorum omniū ſit recuperatio. Et filij emancipationē à patribus officiis petant, vt libertatē non damnationis, ſed leuitatis paternæ teſtem habeāt. Dat. 18 kal. Octob. Sirmij, Criſpo II. & Cōſtantino II. C. Coſſ. 321.

14.[o]

Explicitus eſt Codicis D N. Iuſtiniani PP. A. Repetitæ prælectionis liber nonus.

ſ *dixi ad l. 4. j. eod.*
t Reſtitutus in integrum non poteſt vti beneficio reſtitutionis in fraudem creditorum.
u *l. vn. C. T. eo.*
x Patriam poteſtatem recuperat deportatus, cùm primùm reſtitutus eſt.
y *dixi ad l. 7. ſuprà eod.*
z Reſtrictio regulæ. facit *l. 8. ſuprà de pact. dotalib.* atque ita reſtituta patria poteſtate deportato reſtituto, quę intermedio illo tempore geſta ſunt per eius filium, rata ſunt.
a Abſurditas vitanda.
b Contraria duo ſimul cōcurrere nō poſſunt. Nec enim quis poteſt eſſe eodem tempore ſui iuris, & in alterius poteſtate.
c Nomine tantū reſtituitur, patriæ poteſtati, qui adminiſtrationem rerum filii non recupat: quoad eorum bonorum adminiſtrationē reſtituitur.
d Patris officium eſt res liberorum rectè adminiſtrare.
e Reſtituta alicui patria poteſtate, reſtituitur eidē ius adminiſtrādorum bonorū, ſi modo capax ſit legitimę adminiſtrationis.
f *adde l. 50. ff. ad Treb.*
g Prodigus libidinum omniúmque vitiorum ſeruus, *vt hîc*: neque modum, neque finem expenſarum habens, bona dilacerans atque diſſipans. *l. 1. ff. de curatore furioſi*: euerſor *dixi ad 1. Cai. vlt.* his adde elegantem prodigi deſcriptionem ex Paulo *3. ſent. 3. §. 7.*
h *vide quæ ſcripſi ad l. 11. ff. de verb. oblig.*
i *l. 6. §. 12. ff. de iniuſto.*
k Nominis vis ſpectanda.
l Deportatio, rerum omnium ſpoliatio.
m Indulgentia, bonorum, dignitatis & omnium reſtitutio. his adde quę de verbo reſtituendi ſcripſi *ad l. 35. l. 75. ff. de verborum ſign. l. 173. §. 1. ff. de reg. iur.*
n *vide quæ ſcripſi ad l. 2. ſupra eod.*
o Deeſt hic conſtitutio, quam vide apud *Cuiac. 20. obſer. 31.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI,

REPETITÆ [a] PRÆLECTIONIS,

LIBER DECIMVS.

DE [b] IVRE [c] FISCI, [d]

TITVLVS [e] PRIMVS.

De donatione præcedente obligationem fiscalem.

1. Imp. *Alexand.* A. Attico & Seuero. [f]

SI prius [g] quàm fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam [h] prædiorum donationem [i] fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur. [k]

De computatione à tabulariis facta.

2. Imp. *Gordianus* A. Serenio. [l]

INstar rei iudicatæ obtinere minimè [m] potest computatio à tabulariis [n] facta: nisi sententia procuratoris [o] fuerit comprobata.

De venditione in fraudem fisci.

3. Idem A. Atticæ.

SI minori [p] pretio, quàm res est, aperta fraude [q] emptoris vel gratia, quæ obligata sunt fisco, [r] venierint: aditus procurator [s] meus debitam quantitatem inferenti [t] restitui ea prædia iubebit.

De metroicis.

4. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Niceti. [u]

CErta forma super metroicis [x] data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem translati sunt. Nam prædia [y] eorum, quæ antequam demigrarent habuerint, si ab eis [z] distracta non essent, fisci rationibus vindicari iampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto augusta maiestas decreuerit. Vt igitur à principibus salubriter statutū est, ita saluis his, quæ vtiliter placuerunt, parentibus [a] hæredes eos existere minimè oportere, nulla legis sanctione statutum est.

De bonis non capiendis sine authoritate principis.

5. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum.

PRohibitum [b] est cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi, priusquàm [c] à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouisionis genere occursum sit Cæsarianis [d]: sancimus licere [e] vniuersis quorum interest, obiicere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint, qui succubuerit [f] legibus: vt etiam si officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, à facienda iniuria arceantur. Tunc enim is, cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere, cum literis [g] nostris cognouerit non ex arbitrio suo Cæsarianos (id est officiales) ad capiendas easdem venisse facultates: sed iustitiæ vigorem [h] id fieri statuisse.

Si non suo tempore agatur.

6. Imp. *Constantinus* A. ad prouinciales. [i]

IVstas etiam, & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus concremari [k] ob hoc solùm, quòd suis [l] temporibus prolatæ non sunt: vt [m] iam [n] calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere præcipimus. Dat. 3. Kal. Iun. Constantino A. V. & Licinio Cæs. Coss.

De bonis lite pendente non occupandis, si post rem secundum fiscum iudicatam intercursum quid fuisse apparuerit.

7. Idem A. ad Volusianum præfectum vrbi. [o]

DEfensionis [p] facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: cùm facultates eorundem adhuc [q] controuersia pendente inquietari describique fas non sit. Vbi ergo controuersia extiterit fisco alicuius patrimonium vindicante: apud eum [r] omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur: [s] vt cùm rei exitus debere eas vindicari [t] probauerit, tunc demù res persequi liceat & super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales [u] seruos inuestiganda est: vt si quid subtractum [x] fuerit, exigatur, & extrinsecus integrum tantum [y] aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. Sanè in huiusmodi quęstione si Cæsariani [z] nomen inciderit, ad vsurpationemque iniuriæ.

---

a *al.* ex repetita prælectione.
b Addebant veteres, *& populi:* & Pau. *lib. 5. sen. e. ti.* & Lampridius in Alexandro ait, eum leges de iure fisci & populi moderatas & iustas tulisse. Cont.
c id est priuilegio. *adde 7. titu. 73. š. eod. 49. ff. 14.*
d id est ærarii, tā sacri quàm priuati *l. 9. j. eo.* Porro fiscaliū originem ita veteres quidā repetūt à prouinciarum partitione, inter Principem & Populum inita, quasdam Imperatoris, quasdā alias P. Romani factas fuisse, vt ex earum prouinciarum reditu haberet P. Romanus, vnde in rē suam, propriósque vsus verteret, & hæc fiscalia seu publica appellata, quæ pleno iure dominii populi essent, ita vt ea etiam alienaret pro suo arbitratu, vt hæc P. Romani ita ciuitates reliquæ quasdā etiam res peculiares habuere, fundos puta, seruos & similia: quibus administrandis, imò etiam alienandis, à principe idoneus quis præficiebatur. Cuiusmodi res quoque in dominio cuiusque ciuitatis, vt priores illæ, in populi Romani, hoc interstitium fuit quod quæ pop. Romani res erant, fiscales & publicę propriè: quæ ciuitatum propriè ciuiles, impropriè publicæ & fiscales, *1. Harmenopul. 2. §. 46. Suetonius in Augusto.*
e Titulus hic generalis: de priuilegio fisci š. specialis, vt in quo agitur de speciali hypotheca fisci.
f *Huius legis inscriptio sic ex manuscr. l. reponenda est.* Impp. Seuerus & Antoninus AA. Attico & Seuero. *al.* Sereno.
g *adde l. 10. §. 1. ff. quæ in fraudem cred. l. 4. š. de priuilegio fisci.* quid si eadem die quis cum alio contraxit, qua cum fisco? Fiscus præfertur, si cum priuato contractum fuerit titulo lucratiuo: *vt hîc*, secus si oneroso, *Ripensis ad l. 10. ff. de pignorib. num. 8.* Fraus enim facilius præsumitur aduersus fiscum in causa lucratiua, quàm onerosa. *l. 1. §. si quis in fraudem. §. si quis, ff. si quid in fraudem patroni. vide Ripensem ibidem, num. 9. & 10.*
h Perficitur vulgò donatio traditione vel mancipatione: in filios, etiam nuda voluntate. *l. 4. C. Theod. de donat. Cuiac. hic.*
i *vide l. 9. §. sed in his. š. de bonis proscriptor.*
k *subaudi*, Pauliana: at non hypothecaria aut in factum, quarum neutra rescissoria. *Cuiac.*
l *al.* Sereno.
m Potest igitur retractari.
n Tabularii qui, dixi *ad l. 7. j. de exac. tribut.*
o qui & rationalis.
p *vide Cuiac. 16. obserua. 29.*
q Aliud si bona fide. *l. 1. j. ne fiscus.*
r Id à fisco, id est procuratore vel officio eius.
s Imò præses, *vide l. pen. ff. de rescind.*
t *vide l. 16. š. de rescind. l. 2. j. de iure hastæ. l. 1. š. de præscr. 30. an. l. 9. ff. de rescind.*
u Mucatraulo. *vt š. l. 7. De resc. vend.*
x *al.* Metoecis. Metoeci sunt coloni & incolæ, qui ex vna ciuitate in aliā migrant, iussu principis, *vt hîc, l. 12. in fin. ff. de excus. tut.* Dixi ad tit. *ff. ad municipalem & de incolis.*
y Prædia incolarum (qui hîc μέτοικοι) quæ habuerunt antequam migrarēt iussu principis, in fiscum redigēda, nisi id eis princeps concesserit, vt ea sibi retinerent.
z *al.* his.
a Metoeci non arcentur à successione parentum in ea ciuitate relictorum ex qua migrarunt.
b Nuntiis principis non creditur sine literis. Bart.
c Officiales procuratoris Cæsaris bona caduca occupare nō possunt, sine auctoritate principis.
d Cęsariani officiales procuratoris Cæsaris. *dixi ad l. 10. ff. de publicanis.*
e Resistere licet officialibus & Cæsarianis, bona caduca occupātibus sine iussu Principis: atque ita permittitur, conatus eorū prohibere, si quid iniuria faciant: licet, inquam, id iis quorum interest: *vt hîc,* Tenentur quoque officiales alicuius bona occupant, vel describunt vel sub obseruatione esse faciunt, adito procuratore, iniuria submouetur: & rei huius authores ad P. Prętorio puniendi mittuntur.

Paulus *l. 5. sent. 12. §. 6.* Quoties sine authoritate, iudicati

f *legend.* quæ succubuerint, *id est ceciderint in causam caduci.* g *vide l. 1. š. de mandatis principum.* h vigore. i *C. T. eod. tit. l. 3.* k De igne & ignis pœna, *vide l. vnicam. š. de Nili aggerib.* l Fisci actiones intra suum ac legitimum tempus instituendæ: post tempus legitimum moueri non possunt. m *In C. Theo. deest*, vt *& sic nouus versiculus incipit*, Iam, *&c.* n Si fisci litibus etiam iustis, præscriptio obiicitur, quando magis iniustis priuatorum obiici debet. o *C. T. eo. l. 5.* p id est reclamandi copia, *adde l. 46. ff. eod. 1. Harmenopul. 2. §. 44.* q Conuentorum à fisco bona, pendente ipsa lite neque describi, neque distrahi debent. Possessio apud reos, remanere debet: *vt hîc*, nisi officiales sint procuratores Cæsaris. *vers. sanè, infra eodem.*
r id est possessorem. s *sub.* apud rationalem. t vindicare, *in C. Th.* u Conditionales tabularii, huic conditioni addicti & mancipati, adeo vt non possint ad aliam aspirare militiam vel dignitatem. *dixi ad l. 1. š. qui potiores.*
x *al.* ei fuerit.
y Et sic duplum, *vt l. 46. §. 2. ff. eod.* Imò quadruplum, *vt l. 8. j. eod.* dixi *ad l. 45. §. 13 ff. eodem.*
z Cæsariani seu officialis Procuratoris Cæsaris à fisco conuenti bona, statim seu ab initio litis ipsius motæ, à fisco possidentur vel describuntur, *vt hîc*, quod in aliis non est, *supra eodem.* Cur hic aliud in Cæsariano, quàm alio homine? Præsumptionem malę fidei, possessionis consuetudo fraudem inducit. *in fi. j. eodem. l. 2. Cod. Theod. de bonis vacantib.*

a *al.*

a *al.*absidere.
b *al.*prædicta.
c Præsumitur mala fide possidere, qui cõsueuit alium fraudare. Ius id ἐκ προλήψεως seu præsumptione est. vt notant Græci. teste Cuiacio ad *Nouell.22.in fin.*
d meruerint, *in C.T.al.*meruerunt.

constitutionis istius non debebit accedere [a]: si quidem consuetudo fraudum, quibus prædicti [b] omnia temerare consueuerunt[c], exceptionem eorundem meruit [d]. Datum prid. Kal. Ian. Sirmij, Constantino A.VII. & Constantio Cæsa. Coss.

De Interuersoribus.

8. Impp. *Valentin. & Valens* AA. ad Dracontium vic. Africæ.

QVi [e] in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interuersorum [f] maculosis sese fraudibus implicuerint. quadrupli [g] redhibitione teneantur. Dat. 15. Kal. Decemb. Adrumeti, Valentiniano & Valente AA. Coss.

De susceptoribus. De Irenarchis. De optione.

9. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Patricio comiti rerum priuatarum.[h]

SVper [i] creandis susceptoribus[k] periculo procuratorum[l] rei dominicæ[m], dispositionem tuę sublimitatis firmam esse præcipimus: ita vt omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæque antiqua consuetudine commendantur in pabulis [n], vel sumptu familiæ ministrando, intemerata permaneant: super Irenarcha [o] & Optione [p] omni antiqua [q] consuetudine obseruanda. Dat. 3. Kal. Ian. Constantinop. Theodo. A. VIIII. & Constantio II.[r] Coss.

De bonis mortuorum ante condemnationem.

10. Iidem AA. Palladio P.P. Orientis [s].

EOrum patrimonia mortuorum [t], qui vitæ suæ tempore diuersis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere[u], ||vel ab eo alienari[x]|| censemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse conuictos [y]. Dat. 8. Id. Iul. Rauennæ, Eustathio & Agricola Coss.

Intra quod tempus lis finienda sit.

11. Pars vndecimæ const. ex lib. 56.

Βασιλ.

OMnis [z] publica actio intra sex[a] menses post litis contestationem peragatur: nisi fortè contingat vt sit necesse vel personas, vel instrumenta quædam ex prouinciis accersiri in Regiam vrbem, aut si ipsimet, qui conueniuntur, causam dilationis præbeant, vtpote si se imparatos dixerint.

DE CONVENIENDIS fisci debitoribus,

Tit. II.

1. Imp. *Gordianus* A. Saturnino & aliis.

NOn iniusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate, eos priore [b] loco conueniri, qui reliqua contraxerunt: mox ad vos peruenire, qui ab his quædam mercati estis.

Cautio quæ non probat contra fiscum sed contra officiales, facit vt officiales primo conueniantur. Bart.

2. Impp. *Valer. & Gallienus* AA. & *Valerian.* C. Erophilo.[c]

FIsco quidem contra te manet actio, quòd argentum [d] quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauit: æquum [e] tamen est, vt prius de bonis eius qui exactor fuit, si soluendo est, ||&[f]|| conueniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat [g]: tunc à te, si seruari hic modus non possit, reposcatur.

e *Ex lib.10. tit. 1.l.10.C.T.*
f interuersor hic & *l.12.j. de susceptorib.* decoctor pecuniæ publicæ. dixi ad *l.2.j. de palatinis sacrarum largit.*
g *v. quæ scripsi ad l.45.§.13.ff.eo.*
h *C.Th.eod.tit. l.17.* hinc cõstat, agi hoc titulo, de rebus ærarij priuati. *vt l.1.j.de locat. præd. ciuil. l.1.j.de locat. fundor. fiscal.* alias propriè fiscus, sacrum ærarium, sacræ largitiones, sacri thesauri.
i Comitis rerũ priuatarum dispositione, susceptores rei priuatæ creantur, pabula & annonæ præstantur familiæ rei priuatæ:
k susceptores rei priuatæ creantur periculo procuratorũ rei priuatæ: *vt hîc.* ex dispositione Comitis rerum priuatarum. *vt docet huius legis inscriptio.*
l Comes rerũ priuatarũ principis, priuati ærarij curam gerebat per procuratores, *Theodorit.3.c.12. Græci: 6. Basilicon.* Differt autem à Comite sacri ærarij siue sacrarum largitionũ, siue thesaurorum. *de quo scripsi ad l.2.j. vt dignit. ordo seruetur.* vterque illustris.
m id est rei priuatæ ipsius principis.
n Pabula quæ & capita. *§. de annonis & capite.* animalium: vt annonæ, familiæ dominicæ sumptus.
o vide infra de Irenarchis.
p Optio est erogator annonę militaris.
q Creãtur Irenarchę & optiones periculo decurione, ex dispositione Præsidum. *l.1.j.de Irenarchis.*
r *al.*III.
s *ex C.T.l.16.tit.10.lib.30. vbi additur,* post alia.
t Mortuorum ante condemnationem bona fisco non vindicantur.
u competi. *in C.Th.*
x *absunt à C.Th.*
y id est, condemnatos.
z *Ex collectione Ant. Augustini.*
a Omnis causa fiscalis post eam contestatam finienda est intra sex menses: ideóque in l. properandum. supra de iudiciis. rectè excipiuntur causæ fiscales.
b Fiscus hoc ordine excutit debitores. priore loco reum ipsum principalem, tum intercessorem, deinde possessorem hypothecarij. *vt hîc. l.47.ff.de iur.fisci.* Exigit quidem exactor publicorum tributorum debitorem debitoris fiscalis iure tacitæ hypothecæ. Prius tamen excutit rem principalem quàm possessorem. Fiscus eam electionem non habet.
c Patrophilo, *vet.*
d Fisci debitor non continuò liberatur, hoc ipso quod exactor retulit in rationes publicas debitorem soluisse, sed tum demum cum tabularius subnotauerit: vt hinc constet exactorem à tabulario distingui. Exactoris munus inter cætera fuisse exacta in rationes publicas referre, tabularij subnotare. *l.1.j.de canone largition al. titul.*
e Apocha quæ non probat contra fiscum sed contra exactorem fisci, tantum id efficit, vt à fisco prius conueniatur exactor, quàm debitor.
f *Deest in quibusl.lib.al.*aut.
g satisfaciat.
h Si diuisa est administratio à iudice, vel ab eius officialibus primò conuenitur gerens, fideiussores, & nominatores ipsius, quàm perueniatur ad collegam. *Bart.*
i Augierio.
k Reliquis exigendis plures etiam exactores eligebantur: idque interdum ad certorum tantum nominum exactionem, *vt hîc.*
l Consortes, consocij.
m sociatos.
n *al.*cæterorum.
o multum interest exactio diuisim mandetur an pro indiuiso.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Ianuario & aliis.

QVoniam [h] Augerio [i] ac filio eius ad exigenda reliqua [k] consortes [l] vos atque consocios [m] esse dicitis, eísque certorum[n] duntaxat nominum exactionem mandatam [o]: nec inter eum [p] & cæteros qui exactores fuerant nominati [q] confusæ exactionis mutuum periculum constitutum [r], sed separato muneris [s] obsequio[t] discretam solicitudinis rationem fuisse adseueratis: à iure non discrepat, vt prius [u] ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: póstque eos, si solidum debitum exolutum non sit, nominatores conueniri. Rationalis[x] igitur noster iuris ordinem sequetur: excussísque exactorum facultatibus necnon etiã nominatorum, si fiscus in vniuersi debiti quantitate [y] securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet [z].

4. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* AAA. ad Archelaum comi. Orientis [a].

HI[b] qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxij sunt, omissa frustratione [c] teneantur, vt quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exoluere: seruatis [d] cum compleuerint [e], allegationibus propriis, si quas aduersus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex iure crediderint: ita vt aduersus eos quos sibi obnoxios adseuerant, legibus & iudiciis experiundum esse cognoscant. Dat. 3. Non. Iul. Nouioduno Valentiniano NB.P. & Victore Coss.

Scriptura propria non facit fidem pro scribente, vel eius herede, etiam si fiscus sibi successerit. Bart.

5. Iidem AAA. Fortunatiano comiti rerum priuat.[f]

INter [g] chartulas confiscati [h], breuis [i] quidam adseueratur inuentus [k] qui nomina continebat debitorum, seu contractuum [l], cum tamen neque testibus credita pecunia probetur, neque cautiouibus||ea||quæ[m]||breui||inserta sunt, ostendantur, iniquum [n] esse perspeximus, vt sub propria adnotationis manu vnusquisque sibi faciat debitorem. Occasionis igitur huiusmodi calumniam præsenti volumus iussione cohiberi: vt breuis vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem [o] de his quorum nomina conscripta sunt, vrgeantur [p], quod & in aliis similibus [q] causis obseruandum esse censemus. Dat. Prid. Non. Iul. Hierapol. Gratiano A. IIII. & Merobaude Coss.

DE FIDE[r], ET IVRE[s] HASTÆ[t] FIscalis, & de adiectionibus [u],

Tit. III.

1. Imp. *Antoninus* A. Curtiæ.

QVod in libellum contulisti: procuratori meo, ad cuius officium desiderium vnum pertinet, allega: cui [x] si probaueris non [y] auctore procuratore, vel eo cui vendendi sunt facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto venditas res esse: & id quod ex causa iudicati debes, exolueris, rescissa venditione mala fide [z] facta, easdem res recipies cum fructibus quos ad emptorem mala fide peruenisse, vel [a] peruenire debere constiterit. PP. Non. Ian. Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

p *al.* inter vos. *quod rectius existimat Cuiac. vt in fin.* etiam vos.
q nominatim.
r *al.additur,* est.
s *al.*nominis.
t *al. additur,* quo.
u Fiscus quoties pro indiuiso pluribus mãdata est debitorum fiscalium exactio, priore loco experitur aduersus exactores: deinde aduersus nominatorem exactoris: si pro diuiso, prius experitur aduersus nominatorem, quàm aduersus exactoris collegam, *vt hîc. & l.2.j. de susceptoribus, præposit. & arcariis.* hinc colligit Decius *in l. in toto genere. ff. de regulis iuris. num.21.* In mandatis fiscalibus mãdata specialia non derogare specialibus, aliis mandatis.
x Fisci procurator.
y quantitatem.
z constringet.
a *C.T.lib.10.tit. 16.l.2.*
b Fisco obnoxij sine mora cõueniantur (ἀνυπερθέτως μεθοδευέσθωσαν) & vbi fisco satisfecerint, tũ deinde aduersus creditores experiãtur. *Synopsis Basilic. 9.tit.5. ex lib. 56.ti.6.c.40.§.10.*
c *Id est*, tergiuersatione, & morosa dilatione. Frustrari, morã trahere, tergiuersari.
d Fiscalis actio non differtur, quoad ipse debitor fisci, suos debitores exegerit. *adde No.128.*
e Cõplere debitorem his liberis, est soluere & satisfacere creditori. *l.43.in fi. ff.de administ. tutor. l.vlt.§.testamentum.*

f *C.T.eod.tit.l.3.* g Fiscus ex breuiariis rationibus confiscali, quemquam conuenire, quasi confiscati debitorem, non potest. h *in C.T.* erat *deportati,* sed Tribonianus elegit nomen generalius. i Id est, chartula siue libellus breuis. Galli dicunt, *breuet.* k *sub.*vtilis fisco. *l.7.§.de probat.* l contractorum. *in C.T.*
m *l.2.ff.de fide instrument.* n *l.3.l.6.l.7.§.de probat.*
o Redhibitio hic, solutio est oratio verò ita hic legenda, nullus de his quorum nomina conscripta sunt, ad redhibitioné vrgeatur. p vrgeantur. *cætera absunt à C.T.*
q Ex breui debitoris sui, priuatus creditor, neminem conuenire potest, quasi debitoris debitorem.
r Perperam antea legebatur, *de fide instrumentorum. cùm in C.T. legatur* de fide & iure hastæ.
s In fiscali auctione hæc requiruntur, proscriptio. *l.6.j.eod.* auctoritas procuratoris fisci. *l.5.j.eod.* Hasta. *l.6.j.* Præco, Quæstor, addictio. *l.4.j.eod.*
t Fiscalis hasta, auctio est quæ fit à fisco de bonis caducis vel commissis, vel obligatis. Dicitur autem hasta, quòd eius venditionis, signum esset, hasta in foro posita. *Cicero 2.officior. & Philip.2.12.ad Attic.3.ora.de lege Agraria. Dion.46.6.Valer.3.& 6. Seneca 1.de Ira: & de consolatione ad Martian c.20. Maris.2.Saturnal.2. Festus in Hasta: Iuuenal. Satyr.3.14. Iosephus 22. vetus interpres Horatij: 1.Satyr.6.ad versum, si præco paruas.* ad hastam quoque fiebant locationes. *Columella in præfat.1.de re rustica. Ouidius 4.de Ponto elegia 5. & 9. Cornelius Nepos in vita Attici: Liuius 39. & 43. Seneca suasor. 6. Tertull. Apologetic.*
u *al.*auctionibus. Adiectio quid esset, dixi *ad l.2.j.de vendendis rebus ciuitatis.*
x cuius. y Fiscus capta pignora ex causa iudicati, sine hasta aut hastarum solennitate vendere non potest. Quæ sine hastis eiusmodi venditio intercedit, rescinditur facta debitori fisci (debitum offerenti) potestate recuperandi pignoris ac fructuum, perceptorum simul & percipiendorum.
z Præsumitur mala fides vbi non seruatur solẽnitas. vide Alciatum *3.præsumpt.13.*
a Malæ fidei emptor tenetur de fructib. etiam percipiendis.

a preces. b officialibus. c *v.l.3.C.de iure fisci.* d *l.si quos.C.de rescind.*
e inutilitatem Cuiacius *vt in l.vlt.C.de seruit. & aqua. l.1.§.hæc autem.ff.depositi.* reprehensus à Roberto *1 recep.lect.31.*
f opem daturus.
g Fiscalis seu quæ fisco vendente fit emptio, instrumenta non exigit. *adde l.10.C.de fide instrumenti. l.17.C.de pactis.*

2.Imp. *Gordianus* A.Heracleoni.

DVplex ratio desiderium[a] tuum iuuat: & quòd prætermissa hastarum solennitate possessiones tuas ex officio[b] distractas suggeris: & quòd pretij vilitate[c], ob exiguũ debitum gratiosam[d] emptionem in fraudem tuam, in vtilitatémque[e] rationum mearum, aduersarium commentum fuisse dicis, quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus quàm tuæ securitati operam laturus[f]. PP.5.Kalend.*Gordia A.& Auiola Coss.

3.Idem A.Crispo.

ETsi[g] instrumenta emptionis non extent, quibuscunque tamen probationibus vxor tua ostenderit[h] ad se eam domum pertinere, quam à fisco eius nomine dicis comparatam, pretiúmque ab ea exolutum, & in eam dominium translatum, frustrà fiscũ ex persona matris||eius|| referre quæstionem procurator meus non sinet.

4. Impp.*Dioclet.& Maximian.*AA.& CC.Marcellinæ.

SI[i] tempora quæ[k] in fiscalibus||auctionibus[l] vel||hastis statuta sunt, patiuntur: cùm[m] etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem[n] nostrum, vt iustàm[o] vberioris pretij oblationem admittat.

Venditio facta à fisco solenniter, non retractatur prætextu rescripti, vel minoris ætatis. Bart.

5.Imppp.*Valent.Valens & Gratian.*AAA.ad Viuentium P.P.Galliarum[p].

QVæcunque[q] pro reliquis prodigorum[r] in annonario titulo cæterísque fiscalibus debitis in quibuscumque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco[s] auctore vendantur: vt perpetuò[t] penes eos sint iure dominij: quibus res huiuscemodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit, & si quid[u] vnquam, vt à fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cùm etiam minoribus[x], si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis adiudicatur emptoribus, repetitionis[y] facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat.[z]3.Non.Nouem.Treu.Valentiniano NB.P.& Victore Coss.

6.Iidem AA.ad Felicem Comit. sacr.larg.[a]

SI qui[b] proscribente[c] ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates: pro earum rerum tantum pretio obnoxij sint, quas eos patuerit decursis[d] hastis & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, vt nullius conuentionis[e] || reliquorum[f] fiscalium nomines||patiamur extrinsecus subire iacturã. Dat.7.Id.Mart.[h] Martianop.Valentiniano & Valente AA.Coss.

7. Imp.*Zenon.*

SI[i] alicuius bona publicentur, atque vendantur, licet tam comiti rerum priuatarum[k] Augusti, quàm scholę Palatinorum[l], quam[m] etiam fisci aduocato emere aliquas res ex eadem auctione, ísque contractus à nemine calumnietur. PP.3.Kal.August.post Consul.*

h *sub.* apud procuratorem Cæsaris.
i si statuta fiscalibus emptionibus tempora patiuntur, augenti tibi pretiũ venditionis à fisco factæ, præferri licet ei, qui pridem emit. *Synopsis Basilicon 56. tit.13.* περὶ τῶν δημοσίων. *ex titul.6. c.1.*
k *adde l.1. in fi. C.de vendendis bonis ciuit.* Est verò tempus 20. dierum certis casibus. Quoties enim ob debita fiscalia necesse est à domibus sacris prædia vẽdi, actor siue œconomus id per dies 20. proscriptum & propositum habet & ea plus offerẽti addicit. *Nouell. 120. Authentica hoc ius porrectũ. 14.C.de sacros. Eccles.*
l *Inclusa desunt in vet.*
m Post addictionem factã à fisco emptori, adiectio & licitatio admitti intra certa tempora potest. *vt hîc.* post addictionem factã à Republica, adiectio non admittitur, nisi ex priuilegio. *l.Lucius in fin. ff. ad municipal.* Melior conditione est fiscus quàm Respublica aut municipium. sic fiscus semper hypothecam habet. *l.Aufertur. §.fiscus. ff.de iure fisci.* Respublica non, nisi ex priuilegio. *l.2.C. de iure Reip. l.Antiochensium. ff.de reb.auct.iud.poss.* Fiscus πρωτοπραξίαν habet. *l. quod quis. ff. de reb.auct.iud.* Idẽ nunc habet etiã Respublica *l.bonus. ff. de reb. auct.* olim non habuit nisi ex priuilegio. vt ex epistola Plinij ad Traianũ constat. *cap.de exactione pecuniarũ.* Lis fiscalis terminanda est intra menses sex, lis Reipublicæ intra triennium. atque ita melior est fisci quàm Reipublicę conditio. *l.1.§.illud.ff.de ædilitio.v.Cuia.2.obs.24.*

DE VENDITIONE RERVM fiscalium cum priuatis communium,

Tit. IIII.

Ratione partis fiscus potest vendere totum. Bart.

1.Imp.*Alexander* A.Epicteto.

FOrma[n] est, quotiens ad fiscum vel[o] minima portio rei pertinet, vt vniuersa à procuratoribus meis distrahatur[p]. sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum de de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem conueni, vsurum defensionibus[q] si quæ sibi competunt. PP.7.Kal. Octo.Lusco & Dextro Conss.

n *Id est,* procuratorem. *Cont.*
o vt iuxta ius vberioris.&c.
p *C.T.eod.tit.l.1.*
q Venditio facta à fisco solenniter non retractatur prætextu rescripti, vel minoris ætatis. *Bart.*
r prodiga sunt annonæ. πρόξιμα, quibus opponuntur corpora.
s Fiscus hîc pro Cæsaris procuratore sumitur.
t Fiscalis hastæ ritè factæ ea vis est & fides, vt nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia vlla ratione conuelli possit. *vt hîc.* nisi minor fuerit indefensus. *l.vlt.C.si propter public.pensit.*
u si quidem.
x dixi ad *l.6.C.de remiss.pignor.* contra iudicatum vide apud Paponem *18.Arrestor. arrest.1.*
y repetitionibus.
z *al.* III.Id.Mart.Rauennæ.&c.
a *C.T.eod.tit.l.2.*
b *al.* quis.
c De proscriptionibus. *vide l.vlt.§.5.C.de delatorib.l.15.§.32.ff.de iniurijs.*
d decursis hastis hic dixit vt *l.1.C.habitis hastis.*
e conuentioni. *in C.Th.*
f Qui à fisco auctionante comparat, pretium tantum prestat, non reliqua fisco debita. *vt hîc.* de quo vide plura quæ scripsi *ad l.vlt.C.de censibus.*
g *Absunt à C.T.*

NE FISCVS REM QVAM vendidit, euincat,

Tit. V.

1.Imperator||*Alexander* August.ad Herm iam.||

GRauissimum[r] verecundia mea duxit, vt[s] cuius rei pretium, cùm bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, eius controuersiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadem statione[t], sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus emptore non inquietato officia inter se possint experiri. Dat.15.Kalend. Maij Modesto & Probo Conss.

2.Impp.*Honor.*[u] *& Theodos.* Augusti, Palladio PP.Orientis.

REtractare[x] fiscum quod semel vendidit, æquitatis honestatísque ratio non patitur. Datum Kalend. Ian. CP.Martiano A.& Adelphio, Conss.

DE HIS, QVI EX PVBLICIS RAtionibus mutuam pecuniam acceperunt,

Tit. VI.

1.Impp.*Valentin.& Valens* AA.ad Probum præfect.præt.[y]

SI[z] quis ab exactoribus, tabulariis,||&[a]||arcariis, officiísque[b] rationum fœnebrem pecuniam sumpserit: detectus in eodem, ad quadrupli[c] pœnam ex hac auctoritate teneatur. Dat.4.Id.Mart. Treuer.Valentiniano & Valente Coss.

Qui aurum fiscale sumpsit mutuo sine principis licentia, & qui dederit, pœna hic inserta tenetur. Bart.

2.Imppp.*Gratian.Valent.& Theod.* AAA. Palladio P.P.[d]

SCiant[e] omnes[f], accipiendi mutuo ex largitionibus sacris auri non patêre cuiquam facultatem. Quòd si quis aurum ex nostro ærario priuatis commodis profuturum, occultè[g] aut cautionis aut sponsionis fide, vt debitor redditurus || sine nostra auctoritate[h] || acceperit[i] ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodauerit, aut[k] tradiderit, capitali sententiæ[l] subiugetur. Dat.12.Kal.Aug.Heracleæ, Eucherio & Syagrio CC.

POENIS[m] FISCALIBVS CREDItores præferri.

Tit. VII.

1.Imp.*Alexander*[n] A.Marcello.

REm[o] suam persequentibus, pœnæ exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate, fisci persecutio potior est: ita in triplo[p] quod pœnæ nomine adiectum est, propria forma seruanda[q] est.

h *al.* D.IIII.Id. Nouemb.Valentin. N.P. & Victore Coss.
i *Ex collectione Ant.Aug.*
k Ad curã comitis rei priuatæ & procuratorum prouincialium, qui sub eius dispositione erant, pertinebant, quæ publicabantur. *l.3. C.Theo. vnde vi.*
l Palatini pertinebant ad Comitem patrimonij seu rerum priuatarum.
m Fisco vendente, Comes rerum priuatarum, Palatini & patronus fisci, possunt etiã res auctioni proscriptas emere. *l.vl. C.de rescind. vendit. facit l.2.§.tutor.ff.pro emptore.*
n Forma. i. regula, canõ. hinc formatę epistolæ in veteribus conciliis vocantur, quas Græci vocant canonicas. hic forma pro lege sumitur *in l.2.C.de iure fisci. l. diui.ff. de administ. tut.*
o Fiscus solidã rem ac totam inuito etiã socio vendere potest: sic enim facilius inuenit emptorẽ, & tamẽ cùm ita vendit, pars pretij socio reseruatur. *l.2.C.de com. rerum alien.*
p distrahãtur.
q ¶*al. additur,* suis.
r *Pars epistolæ Imp. Alexandri ad rationalem.*
s Qui rẽ emit à fisco, pretiúmque soluit, non amplius conuenitur. *Synopsis Basilicon 19. tit. 13.lib.56.ti.6.c.9.*
t Statio, mãsio in qua officium fiscale consistit. *l.1.C.de cõpensat. l.2.C.de solut.* vt sit sensus. Quod vna fisci statio emptori addixerit, id alia retrahere non potest.
u *al.* Arcad.
x Fiscus re semel vendita, retractare venditionem nequit. *Synopsis ibid.c.10.l.1.C.de fundis rei priuatæ.l.5.C.de locat.præd.ciuil.l.17. ff.de euictionib.l.6.C.de fundis patrimonialib.* nisi διοικητής, id est, seruus bonorum administrator venditus sit: Nam huiusmodi seruorum venditiones retractantur. *Synopsis ibid.l.bonorum.ff.de iure fisci.l.interdum.ff.de publican.l.vlt.ff.de offic.Præt.*
y *C.T.lib.10.tit.24.l.1.ex quo hæc inscriptio restituta est.antea enim in quib.lib.legebatur.*
z Fœnori pecuniam fiscalem sumẽs ab exactoribus vel tabulariis, vel officialibus, quadruplum restituere tenetur. *Synopsis Basilicon 9.tit.5.ex tit.6.c.11.* a *Deest in C.Theod.* b officiísve. *in C.Theod.* c v.quæ scripsi *ad l.45.§.13.ff.de iure fisci & l.8.C. de iure fisci.* d comiti sa.largitionum *in C.Theod. 10.24.2.* e Mutuum ex fiscalibus thesauris nemo accipere debet. Quod si quis ex sacro ærario, vel occultè, vel palam, vel sub cautione scripta vel fideiussoribus mutuum scripserit, proscribitur & deportatur, itidémque is qui de sacris thesauris mutuum dederit, pœna capitis adficitur. *Synopsis ibid.c.12.3. Harmenop.5.§.95.* f neque dandi, neque accipiendi, *in C.Th.* g Occultè fieri interdum dicitur, quod fit sine authoritate principis. de quo vide Corsetum *singulari, occultè.* h *Absunt à C.Theod.* i accepit.
k ac, *in C.Th.* l sententia, *in C.Th.* m *l.11.l.17.ff.de iure fisci.* n *Sic restituimus, cum antea perperam legeretur* Antoninus. *Cont.* o Fiscus pecuniam suam repetens, omnibus præfertur: pœnam verò persequens, creditoribus cedit in eo quod multæ nomine petitur. *Synopsis ibid.c.13.* p *vide quæ scripsi ad l.45.§.13.ff.de iure fisci.*
q *al.* feranda.

a Anticho.
b Vſura pœnæ inflictæ ex contractu,delicto,vel quaſi,exigi non poteſt. *l. vlt. ff. de magiſtr. conueniend.* multæ poteſt, ſi intra tempora iudicati non ſoluatur. Cur tam variè? Pœna pœnæ eſſe non debet, ſi vſura pœnæ admitteretur , pœna pœnæ eſſet, nihil enim aliud vſura quàm pœna non ſoluentis. *l.cum quid.* §. *ſi cum pupillo. ff. de vſuris.*

DE FISCALIBVS VSVRIS, Tit. VIII.

Ex mora pœnæ non accedunt vſuræ. Bart.

1. Imp. *Antoninus* A. Antiocho[a].

EIvs ſummæ quam tibi pœnæ [b] nomine inflictam probaturus es, vſurę nō exigentur. Nec[c] enim multam tibi procurator meus [d] irrogauit vltra[e] quàm placitum eſt, ſed pœnā[f] te iuſſit inferre. PP. 15. Kal. Decemb. Sabino & Anulino Coſſ.

2. Imp. *Alexander* A. Victorino[g].

SI ſub pignore[h] creditum fuit, etiam [i] fiſcum qui ſucceſſit[k] in locum debitoris, vſuras [l] præſtare oportet, ſi eas dependi ſaltem [m] pacto placuit. PP. 3. Non. Septemb. Iuliano & Criſpino Coſſ.

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

FIſcum etiam noſtrum parêre ſanctioni noſtri numinis iubemus: per quam vſque[n] ad dimidiam centeſimæ vſuras ſtipulari creditoribus, exceptis [o] certis perſonis permiſimus: vt ipſe [p] etiam fiſcus vltra dimidiam centeſimæ partem à debitoribus ſuis minimè exigat: ſiue principaliter ei promiſerunt: ſiue à prioribus ſuis creditoribus actiones ad eum quocunque modo deuolutæ ſunt. Dat. 8. Idus April. CP. Decio V.C. Coſ.

DE SENTENTIIS ADVERSVS fiſcum latis retractandis, Tit. IX.

1. Imp. *Antoninus* [q] Acutiano [r].

CAvsas in quibus contra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium[ſ] retractari poſſe, & poſt id tempus, ſi præuaricatio[t] arguatur, vel manifeſta fraus probetur, notum eſt. PP. Non. Iul. Duob. & Aſpris Conſſ.

DE BONIS VACANTIBVS[u], ET de incorporatione[x], Tit. X.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. ad Eucharium[y].

SCire debet grauitas tua inteſtatorū[z] res qui ſine legitimo hærede deceſſerint, fiſci noſtri rationibus vindicandas: nec ciuitates audiendas quæ ſibi earum vindicandarum ius veluti [a] ex permiſſu vindicare nituntur: & deinceps quęcunque inteſtatorum bona ciuitatibus obtentu priuilegiorū[b] ſuorum occupata eſſe compereris, ad officium [c] noſtrum eadem reuocare non dubites. Datum prid. Idus Aprilis Annibaliano & Aſclepiodoto Coſſ.

2. Imp. *Conſtantinus* A. ad Æmilium V.P. Rationalem[d]

SI quando adnotationes noſtræ contineant poſſeſſionē ſiue domum quam [e] donauerimus, integro [f] ſtatu donatam: hoc verbo ea vis continebitur quam ante ſcribebamus, & cum adiacētibus [g] & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni iure ſuo: vt ea quæ ad inſtructum poſſeſſioris vel domus pertinet, tradenda ſint. Dat. 6. Id. Mart. Mediol. Conſtantino A. III. & Licinio Conſſ.

3. Imppp. *Valent. Valens. & Gratian.* AAA. ad Florentium Com. rerum priuat.[h]

SI quando aut alicuius publicatione, aut ratione [i] iuris aliquid rei noſtræ addendum eſt: ritè atque ſolenniter per comitem rerum priuatarum, deinde ||per|| [k] rationales in ſingulis quibúſque prouinciis commorantes incorporatio impleatur: & diligens ſtylus ſigillatim omnia adſcribat tituli [m] vero quorū adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis,[n] non niſi publica teſtificatione proponantur: grauiſſimis ſtatim ſubdendis ſuppliciis qui huiuſmodi aliquid propria vſurpatione tentauerint. Dat. 4. Kal. April. Valentiniano NB.P. & Victore Conſſ.

4. Imppp. *Honor. & Theod.* AA. & *Conſtant.* A. Palladio præfecto prætorio[o].

VAcantia[p] mortuorum bona tunc ad fiſcum iubemu[s] transferri, ſi nullum ex qualibet ſanguinis [q] linea, vel iuris [r] titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. Dat. 8. Id. Iul. Rauen. Euſtathio & Agricola Coſſ.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hierocrati [ſ] Com. rerum priuata [t].

SI vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur: certi palatini [u] electi, & iureiurando obſtricti ||mitantur [x],|| vt eorum inſtantia præſes prouinciæ præſente fiſci patrono diligenter inquirat, cuius vacans [y] cadénſque [z] fuerit patrimonium, quantúmque vel quale videatur: vt quum [a] data reclamandi [b] copia, nullum id||vel [c]|| iure poſſidere, vel vindicare conſtiterit, locúmque ærario factum eſſe, tam ipſius relatione, quam publicorum monumentorum fide conſtiterit, rerum nobis notitia [d] intimetur: vt iuſſu noſtro vacantia, vel aliæ res [e] nomine occupentur [f] ærarij, quæ forma[g] etiam in parte bonorum, vel in vna alteráve re, ſeu actione vna vel etiam pluribus ſeruetur. Nam ſi quid per fraudem in diſpēdium ærarij fuerit admiſſum, miſſi quidem executores non euitabunt indignationem: præſes autem facultatum parte dimidia multabitur: fiſci verò patronus detrimentum quod ||pro|| [h] vitio eius fiſco [i] ingeritur, reſarcire vrgebitur. Dat. 7. Id. Octobr. Conſtantinop. DN. Theod. A. XV. & [k] qui fuerit nuntiatus Coſſ.

DE [l] DELATORIBVS,[m] Tit. XI.

1. Imp. *Alexander* A. Baſſo.[n]

SI ei qui capere poteſt, tacitum fideicommiſſum relictū eſt: ceſſat delatio. His enim prohibetur tacitè [o] relinqui[p] qui palam relictum capere non poſſunt. PP. 13. Kal. Maij, Maximo II. & Æliano Coſſ.

Qui defert ex neceſſitate officij, vel ex præcepto iudicis, pœnam delatoris non ſuſtinet. Bart.

---

c Corrigit imperator errorē proponentis in libello multam pro pœna. *Cuia.*
d noſter.
e Procuratori Cæſaris multæ dictio nō eſt. *l. 2. ſ. de modo multarum.*
f Procurator Cæſaris pœnam infligere poteſt legibus definitam.
g Victorio.
h Vſuræ per retētionem pignoris ſeruātur, quæ non ſeruarentur pacto, niſi pignus interueniſſet. *l. quamuis. l. per retentionem. l. pignoribus. ſ. de vſuris.*
i Extenſio iuris in priuato conſtituti ad fiſcū.
k Hęredis perſona ius nō mutatur. *l. 2. §. ex his ff. de verbor. obli.*
l Fiſcus ſuccedēs priuato, eas vſuras præſtat, quas creditor à priuato potuiſſet exigere ex pacto nudo pignori adiecto, vt priuat⁹ debitor eas vſuras præſtat, ita & fiſcus ſuccedens priuato. Multo igitur magis, vſuras ſtipulatione debitas à Titio creditore, fiſcus Titio ſuccedens præſtabit.
m Vſuras ex pacto nemo præſtat, ſed ex ſtipulatione: ſi tamē in eas vſuras, quæ pacto tantū promiſſę pignus quis acceperit, retētione pignoris vſuras ſeruabit, quas pacto non ſeruaſſet.
n Vſuras maiores ſemiſſibus nemo regulariter ſtipulari poteſt.
o Vſuræ ab agricolis & illuſtribus trientes: ab argentariis, beſſes: ab Eccleſiis, quadrantes ſtipulari poſſumus.
p Vſuras maiores ſemiſſibus fiſcus exigere à ſuis debitoribus non poteſt: ſiue ipſe fiſcus nominatim eas ſtipulatus ſit, ſiue creditoribus debitoris ſucceſſerit: adeò vt ſemiſſes etiam conſequatur, etiamſi ei creditori ſucceſſerit, qui leuiores ſemiſſibus ſtipulatus ſit. *adde l. 1. in fin. ſ. de his quibus vt indignis. l. 17. §. ſi debitores. ff. de vſuris. l. 6. ff. de iure fiſci.*
q *Sic repoſuimus. cum antea legeretur* Alexander. *Contius.*
r Ariſtæo.
ſ Fiſcales cauſæ iudicatæ ex cauſa retractari poſſunt intra triennium: poſt triennium verò ſi præuaricatio vel manifeſta fraus arguatur. *l. 1. ff. de iure fiſci*, aut repertum inſtrumentum omiſſum: *l. Imperator ff. de re iudicata*, aut teſtes: parem enim vim illa duo obtinent. *l. in exercendis. ſ. de fide inſtr.* & inſtrumentorum appellatione teſtes continentur. *l. 1. ff. de fide inſtrum. l. Notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verborum ſignificatione.*
t *l. 10. ff. de diuerſis & temporalibus præſcript. l. 1. ff. de iure fiſci.*
u Vacantia bona ἀκληρονόμητα eorum qui hæredes non habent, quę ideo ad fiſcum pertinent. *l. 96. §. 1. ff. de legat. 1. adde 10. C. Th. 8.*
x Incorporare eſt in fiſci corpus redigere. Ammianus *16.* adcorporare dixit: quod fit ſolenniter ex diſpoſitione Comitis rerum priuatarum, & cura Catholicorum ſumma cura deſcriptis bonis omnibus & titulis publicè adfixis. *l. 2. ȷ. de aquæ ductib. Adde 10. C. Theodoſ. 9.*
y Scrioni, *al.* Rationali.
z Inteſtatorum bona & eorum, qui nullos hæredes habent, ad fiſcum pertinent. Nec enim ciuitatibus licet eorum bona vindicare. Quin & ſi quæ ciuitates obtentu ſui iuris eas occupauerint, ab eiſdem vindicentur, *Synopſis Baſilicon. 56. tit. 13. περὶ τοῦ δημοσίου. ex titul. 6. ca. 10.* & breuiter. Vacantia bona, fiſco cedunt, non ciuitatibus: etiamſi ſe hoc priuilegio donatas contendant.

a Quod Nicenſes ſibi conceſſum ab Auguſto, ſub Traiano cōtendebant. *Plin. 10. ep.*
b Priuilegio impetrari non poteſt ius occupandorum bonorum vacantium.
c *Legendum* fiſcum: *vt in vet. Cont.* Sed officium hîc, nihil aliud quàm fiſcus. *l. penult. ȷ. de præpoſit. ſacri cubic. l. 93. §. quoties. ff. de legat. 1.*
d *C. Th. l. 1. eod. tit. lib. 10.*
e *ſubau.* vacantem.
f ὁλοκλήρῳ, id eſt inſtructa, *vt. l. ſæpe in fin. l. prædia §. ita ff. de fundo inſtr.* integro ſtatu, res donata à principe, intelligitur donata cū adiacentibus, mancipiis, pecoribus, fructibus, & omni iure ſuo, *vt. l. 20. in fi. ff. de inſtr.* Dubitandi ratio eſt à natura, iuréque ſtricto donationum. *l. cū de indebito in fin. ff. de proba. l. ſi quis argentum. § ſin autem. ſ. de don. arg. §. in bonæ fidei Inſt. de act.* Deciſio verò à latiſſima beneficiorū principis interpretatione. *l. vlt. ff. de conſtit. princip.* vnde notant Caſtro à principe donato, iuriſdictionem omnem, ac merum imperium donatum intelligi, *v. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de offi. præf. vrb.* Mobilia p ſe in feudū certè nō dari, ſed vna cū re immobili. *Belluiſanus & Laudēſis. 1. Feu. 1. in f.*
g Adiacentium appellatione ea continētur, quæ extra quidem, cohærent tamē.
h *C. T. lib. 10. tit. 9. l. 1.*
i ex legibus caducis.
k *Deeſt in C. T.*
l *l. 5. ȷ. eod.*
m Titulos adfigere prædiis nomine principū, redactis aut redigēdis in fiſcū, iudicium eſt, *vt hîc. l. 2. ȷ. de aquæduct. l. vlt. ff. de requi. reis. l. 10. & 20. C. Th. de bonis proſcrip.* non priuatorum, procuratorum, actorū cōductorúmve prędiorum principalium. *Nouel. Tiberij de domibus &c. ſ. ti. vt nemo priuatus titulos prædiis.*
n nominibus, *in C. Th.*
o *C. T. lib. 10. ti. 10. l. 30. pars l. vlt. ſuprà de iure fiſci.*
p Caduca, *in C. Th. quem v. multa enim ſunt hic immutata.*
q Sanguinis linea, nihil aliud eſt quàm cognationis ius.
r Iuris titulo legitimi hæredes, coniux, conſors, patronus.
ſ Hermocrati.
t *C. T. eo. lib. tit. 8. l. vlt. vbi extat prolixior. & ex ea multa ſunt hic immutata.*
u Palatini, executores Comitis rerum priuatarum &c. Nam ſi quid.
x *Deeſt in C. T. l. 2. ȷ. de canone largit. titul.*
y Vacans, cadénſque patrimonium, ſic Cicero de Oratore, poſſeſſio quaſi caduca & vacua.
z *al.* caducúmque *vt in C. T. Cicero de Oratore poſſeſſio quaſi caduca & vacua.*
a & cum *in C. Th.*
b reclamandi copia, alibi defenſionis facultas, *l. 3. ſ. de iure fiſci.*
c *al. deeſt.*
d *Id eſt, deſcriptio ſiue inuentarium ἀναγραφή.*
e vel caduca, *in C. Th.*
f *l. 3. in princ. ſ. eod.*
g Vacantia bona ita incorporantur in prouinciis, quæ procuratorem Cæſaris non habent. Palatini ſiue executores iureiurando obſtricti, à Comite rerum priuatarum mittuntur ad Præſides prouinciæ, vt præſente fiſci patrono vacantia bona inquirant & deſcribant. Deinde vt ſi nullus iuſtus poſſeſſor fuerit repertus, ea iuſſu principis & auctoritate Comitis rerum priuatarum incorporentur.
h *al. deeſt.*
i *al.* fiſci.
k & Valentiniano IIII. Conſſ. *ita ex Chronologis emendat Rebuff.*
l *Ecl. lib. 6. ti. 1. ca. 117. 5. Paul. ſent. 13.*
m Paulus *5. ſentent. 13.* §. Deferre alterum omnes omnino, & cauſam pecuniariam fiſco nuntiare prohibentur. Nec refert mares iſtud an fœminæ faciant? ſerui, an ingenui, an libertini? an ſuos, an extraneos deferant. Omni enim modo puniuntur, vt execrabiles delatores. *v. in. l. 4. ȷ. eod.* Porrò deferebantur hæc fiſco, delicta, bona caduca, ereptitia, vacantia, commiſſa, tacita fideicommiſſa, vaga mancipia, theſauri inuentio.
n *al.* Haterio.
o Tacitè relinqui non poteſt, iis qui palā relictū capere nō poſſunt. Tacitè, capaci relinqui poteſt, non incapaci: hoc enim fraus fieret legi: illo non fieret. Nam quod palam poſſumus, id etiam poſſumus tacitè.
p relinquere.

2. Imp. *Gordianus* A. Eutychemo [a].

MOnente [b] officij solicitudine, quinimò iussu procuratoris, vt causam ab alio delatam, conuenienti diligentia instrueres: non [c] ipsum voluntarium delatoris [d] munus suscepisse te actorum [e] lectio, quæ precibus intexta [f] sunt, manifestè declarat. Eapropter ne quid in persona tua quod est sectæ temporum meorum alienum, attentetur: præses prouinciæ vir clarissimus ad solicitudinem suam reuocabit. PP. 8. Id. Septemb. Pio & Pontiano Coss.

3. Idem A. Chlœlio. [g]

NVlla macula vel crimine delatoris aspergitur is, qui cum [h] ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur: non se, sed alium eius rei possessorem esse monstrauerit. PP. Prid. Kal. Iul. Gordia. II. & Pontiano Coss.

4. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerianus* AAA. [i] Candido.

EX varia statutorum diuersitate ad id decursum est, vt hi qui reipublicæ [k] causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur: cum omnibus notissimum sit, [l] eos solos [m] execrabiles nuntiatores esse, qui [n] fisco deferunt. PP. 3. Kal. Sept. Carino & Numeriano Coss.

Delator non admittitur sine patrono fisci, & malè deferentes ex consuetudine grauißimè puniuntur. Bar.

5. Imp. *Constantinus* A. ad prouinciales. [o]

OMnes [p] iudices inuigilare præcipimus, delatores sint [q] fisci aduocato denuntiantes, [r] || pœnis adficere. apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuiusque [s] patrimonio ceciderit [t] in casum, & legibus & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus vindicetur. Sed quia nonnulli præcipites, secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus || licentiam [u] || qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicum implorare ferro [x] districtam [y]. Dat. 11. Kal. April. Constantin. Constantio & Albino Coss.

6. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AAA. Pallio consulari Lydiæ [z].

SEruum [a] domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari, etiam si obiecta probauerit: || excepto [b] crimine maiestatis [c]. || Dat. 7. Kal. Nou. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.

7. Constit. pars ex Basilici.

NEque [d] seruo neque libero homini liceat deferre id ex quo quisquam aut mortem, aut bonorum suorum amissione pertimescat. Quòd si quis aliter fecerit, vel si propterea quòd thesaurum [e] inuenerit, deferat quenquàm: seruus quidem statim igni tradatur, maximè si dominum suum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & ciuitate amissa extra fines Romani imperij abeat.

Pars VIII. const. siue eius epitomes ex Basilicis & versione Ant. Aug.

NE [f] liceat aduocatis fisci dicere sibi esse relatum detinere quemquam bona ad fiscum pertinentia, & propter hanc occultam accusationem insidias aliis agere: sed delator adsit, eiúsque qualitas consideretur. 1. ¶ Et neque [g] filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiscalibus deferat: neque exilium passus, aut calumniæ causa damnatus, aut fustibus à magistratu cæsus, aut alius à iure prohibitus audiatur. 2. ¶ Seruus [h] autem siue in fiscali causa, siue in alia qualibet dominum accusauerit, eius vox in ipsa accusationis oratione opprimatur, etiam si vera contra dominum detulerit. 3. ¶ Schola verò Palatinorum quæ est, potest & cogitur delationes facere, aut is, cui à iure permittitur, si quenquam deferat, patronus fisci delatoris meminerit. 4. ¶ Atque si est in vrbe regia is qui delatus est, ex decreto Comitis rerum priuatarum conueniatur, neque amplius quatuor nummis toti Palatinorum scholæ, & pro tempore Primicerio, atque fisci aduocatis pro citatione aut pro comparitione procuratoris exsoluat. Sed in singulis cognitionibus constitutas expensas in iam dicto iudicio præbeat, tam pro ipsa cognitione, quàm pro actorum conscriptione. Quòd si innocens sit, absoluatur à petitione, si verò obnoxius esse videatur, non ea solum, quæ habeat, aut debitum, quod debeat, exsoluat, sed etiam sumptus, quos fiscum fecisse contigerit, in duplum auctos restituat, ex quo temerè litem suscepit. 5. ¶ Si verò solùm bona deferantur vt ad sacrum ærarium pertinentia, & ignoretur eorum possessor, sint tamen ea intra regiam vrbem, aut in suburbanis, si quidem immobilia fuerint non eis titulos schola Palatinorum imponat, néve ea occupet, sed comes rerum priuatarum Augusti edicta in [i] celebrioribus regiæ vrbis locis proponat, & vbi ea consistunt, quibus permittat cuicunque contradicturo de his rebus intra triginta dies suscipere apud se iudicium, & cum suis rationibus comparere, expensas soluendo supradictas, siue ipse possessor bonorum sit, qui velit se opponere, siue amicus ipsius, aut seruus vel libertus, cum abest is, qui verè ea bona possidet. ea quoque in hoc negotio peragantur, quę de custode [k] possessionis constituta sunt. Si verò neque ipse dominus rei, neque procurator possidentis, neque custos possessionis intra triginta [l] dies appareat, idque actis expressum sit, in possessionem mittatur fiscus eorum bonorum sine præiudicio domini in eis quæ ipsi competunt, actionibus. Si verò bona delata ipsi mobilia, aut se mouentia fuerint, non temere ea apprehenduntur: sed prius perquiratur eorum possessor, isque conueniatur, & litiget expensas soluendo iam dictas aliáque suprascripta seruando. Atqui omnibus legitimis modis & probationibus scriptis, & non scriptis discutiatur de his rebus, & qui scire quidquam possunt examinentur.
6 ¶ Sciat verò is qui conuenitur se, si succubuerit, non solum sumptus in eo iudicio factos soluturum, sed & illa, quæ apud ipsum reperiantur, restituturum, & eorum adiecturum æstimationem. 7 ¶ Hæc cum generaliter de rebus fiscalibus constitutio statuisset propriam deinceps sanctionem de publicatis ob crimen læsæ maiestatis [m] decernit, vt eo crimine renuntians nullo pacto delator appelletur, sed rectè suscipiatur, & si quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, vt cæteri delatores puniantur. si verò vicerint in delatione, non solùm pœna careant, sed etiam octauam [n] partem bonorum, delatorum accipiant.
8 ¶ Delati autem, si res ab eis possessæ, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æstimabuntur, eius quantitati quęcunque fuerit fideiussores dabunt: si verò excedens eam summam, vsque ad quinquaginta easdē libras nihilominus dabūt fideiussores, pro reliqua autem quantitate iurabunt, addentes in eadem cautione iuratoria se adfuturos in iudicio sacrarum priuatarum Augusti aut per seipsos, aut per procuratores, neque id tribulnal deserturos. Si verò post id iusiurandum deserant, ter vocantur denis [o] diebus inter singulas vocationes interpositis: fient quoque tria proclamata contra eos. & si ne tunc quidem veniant aut ipsi aut eorum procuratores, vel defensores, possessionem bonorum sacer fiscus apprehendat, absentibus reseruata eorum defensione.
9 ¶ Quòd si bona delata in prouincia sint, & Præses prouinciæ siue sponte sua, siue ex iussione Comitis rerum priuatarum Augusti de causa cognoscat, nihil cum tumultu aut per vim fiat: sed expensæ soluendæ eius iudicij tertiam partem earum, quæ in regia vrbe soluuntur, non excedant. 10 ¶ Vnusquisque autem deferens siue Comiti rerum diuinarum priuatarum Augusti, siue scholæ Palatinorum, siue clarissimis fisci aduocatis, siue etiam clarissimis Præsidibus prouinciarum, nouerit se, siue in causa perseueret, & calumniator esse detegatur: siue ab accusatione desistat, & latitet: si mediocres facultates habeat, eásque amittere pro nihilo ducat, grauissimis verberibus castigandum, & perpetuò fore relegandum. Si verò militiam habeat, vel honestum aliquod officium aut idoneas facultates: excidet tum à militia, tum ab aliis facultatibus, & neque intra vrbem regiam, neque in ea prouincia habitare permittetur. 11 ¶ Seruabitúrque hæc lex tam à Comite priuatarum Augusti quàm à schola, quæ sub eo est. eámque violans, ob singula capita eius violata quinquaginta auri libras multę nomine exsoluet. Si verò in prouincia eorum aliquid violetur: in singulos euentus triginta auri libras tam qui prouinciis præsunt, quàm subiectæ eis cohortes exsoluent. Ne verò quisquam eam multam effugiat, liceat etiam iniuria affectis deferre legis transgressorem, & renuntiare id impunè Sacratissimo Augusto, aut gloriosissimo magistro, vt ea cognoscēs Imperator ipsi magistro [p] multarum exactionem committat.

DE PETITIONIBVS [q] BONORVM [r] sublatis,

Tit. XII.

Bona quæ deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare Bart.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti Eutropio præfecto prætorio.

a *al.* Nicontio.
b Deferre fisco pecuniariam causam serui fiscales impunè possunt: id enim quodammodo ex officio faciunt, non sua sponte. *vt hîc.* Inde Paulus. *5. sententiarum. 13. §. 2.* serui fiscales, qui causam domino prodere, ac nunciare contendunt, deferre nō videtur, *adde l. 5. §. 13. ff. de his quib. vt indignis.*
c Volens non facit, qui ex officio facit.
d delationis.
e Acta precibus inserebantur.
f *al.* inserta.
g Cæcilio, *al.* Crellio.
h Delator non est, qui sui defendendi ac tuēdi causa, alium denunciat, seu defert. *vide l. delator. ff. de iure fisci.*
i *Perperàm antea legebatur*, Philippus A. *etc.*
k Delator non est, qui Reipublicę & fisci causam defendit. *l. 2. ff. de iure fisci.*
l est.
m Delatoribus nihil est in Republica perniciosius. Synesius in epistolis eos vocat, κοινὰς ἀλάστορας τῆς χώρας. Imperatores, maximum humanę vitæ malum, *in l. 1. & 10. C. Theodos. de petitionibus & vltro dat.* ideo turpe est delatoris nomen, & iniuriarum tenetur, qui alium delatorem appellat. *l. 3. §. de iniuriis.*
n Delator verè est, qui consequendi præmij causa denūciat.
o *C. Theodos. 10. 10. 3.*
p *Eclog. ex ti. 7. ca. 5.*
q Deferens bona caduca, sine fisci aduocato ferro punitur.
r *Inclusa absunt à C. Th.*
s cuiuscunque, *in C. Th.*
t Caduca, quæ in fiscum ceciderunt.
u *Abest à C. T. & quib. lib*
x *1. Harmenopulus. 5. in fin.* Imò euellitur ei lingua. *l. 2. C. Theodos. de petit. & vltro da.* Imò tertius delator etiam in bonis causis capite punitur. *l. 12. l. 13. l. 28. Cod. Theodos. eo. tit.*
y *Omissa sunt hic multa à compositoribus.*
z *C. Theodos. 10. 10. 17.*
a *Eccl. ex tit. 7. ca. 6.*
b Delatores dominorum serui non audiuntur, excepto crimine maiestatis. *vt hîc.* hinc Paulus. *5. sentent. 13. §. 3.* Damnati serui, siue post sententiam, siue ante sententiam dominorum facinora confessi sunt, nullo modo audiuntur, nisi fortè reos deferant maiestatis. *adde. l. 1. § si serui. ff. de quæstionibus. l. 2. §. Imperator. ff. de iure fisci. l. penult. §. qui accusare.* Quinimò ne quidem in maiestatis crimine, seruos in caput dominorum audiendos censuit. Tacitus Imperator, *teste Vopisco*; nec Traianus, *authore Plinio.*
c *Desunt in C. Theodos.*
d *Ex collectione Anton. Augustin.*
e Delator thesauri inuenti, non est à comite rerum priuatarum vel alio magistratu audiendus.
f *adde. l. 5. §. aduocatum. ff. de his quibus vt indignis.*
g *adde. l. 18. ff. de iure fisci.*
h *Eclog. ex tit. 7. cap. 8. l. penult. suprà, qui accusare.*
i Proscriptiones futuræ auctionis propositis libellis in celeberrimis locis fiebant. *vt hîc, & l. penult. §. de defens. ciuit. Cicero pro Quintio Theophil.* ἐν τοῖς φανερωτάτοις τῆς πόλεως μέρεσι: quod in alienationibus Ecclesiarū fit per 20. dies proposito libello. *Nouella 120.*
k *l. vlt. §. de adquir. possess. l. meminerint. §. vnde vi. l. 1. §. si per vim vel alio modo.*
l Bona fiscalia quę dicuntur ab alio possideri, si incertus sit, & ignotus eorum possessor, statim non occupantur à fisco. Dies triginta dantur, intra quos disceptet de iure suo apud Comitem rerum priuatarum possessor, qui sua interesse arbitratur: & ea de re edicta proponuntur iussu Comitis *Eusthatius* libro de temporibus.
m Delatoris nomen in crimine maiestatis metuere nemo debet.
n Octauæ partis præmiū. *adde. 1. Harmenopulus. 5.*
o *l. per interuallum. ff. de iudiciis. l. properandum suprà de iudiciis.* quod tamen Nouellis immutatum est.
p Magistrum officiorum innuit.
q *al.* petitio, & ita apud Iacobū Rebuffum *hîc.* πετιτίω, γνώρισμα αἰτήσεως. *Suid.* Quid si vltro, & vt loquuntur practici, proprio motu princeps bona proscripti dederit? vtile beneficiū principis est, *vide Cepolam cautela. 116.*
r Fisco delatore.

Quis

QVisquis [a] in crimine maiestatis [b] deprehensus fuerit & punitus, bonáq; eius (sicut plectẽdi cõsuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem sub specie [c] munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere: qui contra legem id ausus fuerit ĩpetrare, quod nõ licet, reus violatę [d] legis habeatur. Sed quoniam plerunq; ita in nonnullis causis inuerecuda petentium inhiatione [e] constringimur, vt etiã non cõcedenda tribuamus: nec rescripto quidem nostro aduersus formam latę legis, loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus: huiusmodi tantum valeat liberalitas. Dat. 17. Kal Decemb. Thessalonicæ, Gratiano V. & Theodosio I. AA. Coss.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscum, siue fiscales Bart.

2. Impp. *Theodosius & Valent.* Augusti Florentio P.P.[f]

OMne [g] semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes, nulli [h] deinceps volumus petitionis rerum esse licẽtiam. Et si intestatus [i] quisquam ||quædámve.[k]|| ac nullis ex numero propinquorum existentibus, vel vxore, vel marito, fati munus impleuerit, cuiuscunque sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæve, cuiuscunque fortunæ aut sectæ sit, si [l] fisco nostro locus pateat, adspirare: cum ne illis quidem quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris aduersari: sed vir illustris quidem cuiuscunque temporis quæstor: [m] si oblatæ petitioni subscripserit, vel etiam responsum dederit: vírque illustris comes [n] rerum priuatarum, si vel instrui permiserit, vel petitionem, si qua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis [o] sustinebit, cæterísque fiet [p] vindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales [q] verò qui excipienda huiusmodi rescripta vel implenda curauerint, & palatinos [r] qui instruxerint, vel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari forma res [f] etiam ciuiles, & [t] ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas esse censemus, scilicet nec pragmatica [u] iussione, vel sacra adnotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (si qua contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quippiam [x] roboris habere valituris. Dat. II. Kalend. Maij Theod. A. XVIII. & Albino Coss.

DE [y] HIS, QVI SE DEferunt,

Tit. XIII.

I. Imp *Constantinus* A. Maximo Rationali Hisp.[z]

IS cuius tacitæ fidei commissa fuerit hæreditas: statim officio grauitatis tuæ nunciet, & gesta prodat & continuo [a] quod actum fuerit, renuntiet: & post hac fidem, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd si ab vxore defuncti istud ad officium [b] deuotionis tuæ fuerit reuelatum: ipsa etiam ||persona[c]|| quam defunctus esse voluit hæredem, si gesta apparuerint [d] tali premio mancipetur, vt ex omni patrimonio [e] medium consequatur. & cum [f] fisco nostro celebret diuisionem: id etiam habitura priuilegium, vt prior eligat [g] optionem [h] & tunc occultator ille gestorum, fisci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, ac fisco vindicato, in insulam deportetur, Dat. Id Mart. Gallicano & Basso Conss.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS SOcius sine hærede decesserit,[i]

Tit. XIIII.

I. Imp. *Constantinus* A. ad Mygdonium castrensem Palatij[k].

IVBEMVS vt si [l] quis fortè ex his quibus communiter [m] à nobis aliquid donatum sit, nullo hærede relicto decesserit: ad [n] consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedetis perueniat. Dat. 12. Kal. Apr. Antiochiæ, Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Coss.

DE THESAVRIS,[o]

Tit. XV.

Quærere thesaurum in proprio omnibus licet in alieno verò suo nomine, nullo modo licet. Bart.

I. Imp. *Leo* A. Euthychio præfecto prætorio.[p]

NEMO [q] in posterum super requirendo in suo vel alieno loco thesauro, vel super inuento ab alio vel à se, effusis precibus pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis vnicuique, dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificiis, [r] aut alia qualibet arte legibus odiosa thesaurum (id [f] est cõdita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia [t]) quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatem: ne vlterius Dei [u] beneficium inuidiosa calumnia persequatur, vt [x] superfluum [y] sit hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est, & imperatoriæ maiestatis videatur præuenire [z] liberalitas postulãda. In [a] alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò [b] nec volentibus vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari. Quòd si [c] nobis super hoc aliquis crediderit ||esse|| supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenerit ||totum|| hoc locorum domino reddere [d] compellatur, & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quòd si fortè vel arando [e], vel alias terram alienam colendo, vel quocunque casu, non studio perscrutandi, in alienis locis thesaurum inuenerit, id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum domino partiatur, ita enim eueniet vt vnusquisque suis fruatur, & non inhiet [f] alienis.

DE ANNONIS [g] ET tributis[h],

Tit. XVI.

Pars const. I. ex lib. 56. Basilicorum.

VACANTES [i] deinceps [k] annonæ, & capitationes à fisco exigentur, neque [l] à magistratibus separabuntur vt aliis concedantur, aut in publica opera insumantur, sine sacra forma, qua & donatio & modus sumptuum explicetur. Sed neque

---

a *Ex lib. 10. tit. 10. l. 5. C. Theodos.*
b *vide l. 7. §. ad l. Iuliam maiestatis.* c spe, *in C. T. & vet lib.*
d Violatæ legis rei, sacrilegi: dixi *ad l. vnicam. ✝. vt dignitatis ordo.*
e A lapis du[c]ta metaphora.
f *E[x] Nouell. Th. de competitionibus.*

g Origo delictorum præcidenda.
h Vacãtia bona, fisci, Reip. peti à principe nõ possunt: pœna constituta in quæstorem qui eiusmodi petitioni subscripserit: comiti rerum priuatarum, si insinuauerit: memorialibus Quæstoris, qui huiusmodi rescriptũ perscripserint, aut curauerint perscribi: Palatinis, si eorum interuẽtu apud Comitem rerum priuatarum instructa vel insinuata huiusmodi petitio.
i Vacantia bona dicuntur, eius qui intestatus mortuus est nullis propinquis relictis.
k *al.* deest. *al.* quæquámve.
l *al.* sed.
m Quæstor sacri palatij, petitionibus subscribebat, vel etiã respõsa reddebat, *vt hîc.* His autẽ verbis subscribebat, *Quæstor legi hac die*, & hæc subscriptio sequebatur subscriptionem principis.
n Comes rerũ priuatarum, Iudex & gubernator priuatę principis substantiæ de quo dictum. *✝. de officio Comitis rerum priuatarum & ✝. de fide & iure hastæ fiscalis. l. vi. ✝. tit. prox.*
o nominis.
p fient.
q Memoriales qui, *v. ad. l. vlt. ✝. de prox. sacr. scri. vbi dixi.*
r Palatinorum interuentu insinuabãtur petitiones apud Comitem rerũ priuatarum.
f Ciuiles pecunias rerum publicarum vel ciuitatium deputatas annonis ciuilibus, vel operibus publicis, vel salariis professorũ, aut medicorũ. *l. si quando. ✝. de operibus publicis. v. Caßiodor. lib. 7. formula de competitoribus.* principes ipsi quodammodo sibi vindicabant, & per exactores publicorum tributorum tractabant, sed non boni: vt & colligi potest. *ex Nou. 28. c. 15.*
t vel ad.
u Pragmaticæ, adnotationis, oraculi, & mandati differentia. Pragmatica fit solenniter de sententia consilij, suggestione aliena, precibus alienis. Adnotatio, breuiter fit adnotato ad libellum principis nomine: oraculum, simplex est iussio, subnotata à quæstore solo vel magistro scriniorum: mandatum citra suggestionem aut libellum datur. *Cuiac. hîc.* x *al.* quodcunque.
y *10. C. Th. 11. l. 1. in pr. ff. de iure fisci.* z *C. Th. l. 1 tit. 1[1]. lib. 10.*
a *l. 13. §. extat. ff. de iure fisci.* Hinc colligunt, deferentem se & confitentem mitius puniri. *vide Clarum. §. vlt. quæst. 60. num. 26.* b officio, *in C. Th.*
c *Abest à C. Theodos. & quib. lib.*
d aperuerint, *in C. Th.* id est seipsam detulerit. *l. 16. ff. de iure fisci.*
e *l. 13. in pr. l. 15. in fin. ff. de iure fisci.* f eam *in C. Th. al.* eum.
g Fœminæ in diuisionibus, optionem dari hinc notant: quod passim non verum.
h *Legendum* portionem *vt in C. Th. Cont.*
i *In C. Th. lib. 10. tit. 14. inscribitur.* Si petitionis socius. *Cont.* Verùm id ita mutauit Iustinianus aut potius Tribonianus, quod petitiones sublatæ non liberalitates.
k *Ex C. Theodos. 10. 14. 1. & 2. Cont.*

l Si [d]uobus princeps res aliquas donauerit, & alter ex ipsis absque hærede decesserit, pars eius alteri adcrescit. *Synopsis Basilic. 47. tit. 3. ex lib. 56. tit. 7. c. 15. 1. Harmenopul. 1. §. 18.*
m qui communi nomine donatum aliquod à nostra impetrauerunt clementia, *&c. in C. Th. quem vide & conf.*

n Donatum ab imperatore pluribus si qui ex iis decesserint nullo hęrede relicto solidũ fit superstitis, excluso fisco. *vt hîc.* Et tamen in feudo aliud admissum. Nã si duo fratres simul feudũ adquisierint, superstes frater, defũcto fratri non succedet. *2. Feudorum. 1. §. fin autem. 2. Feudorum. 12.* Cur tam variè? Hæc lex ad meras liberalitates refertur, quę ad donatorem nunquam recurrũt: Feudi liberalitas non est mera, quia ad dominũ recurrit certis modis, multáque ex feudo iura & cõmoda dominus habet.
o vide quę scripsi ad Nouellã Leonis. *51. §. thesauros Inst. de rerum diui[s]. Forner. 2. selecti. 26.*
p *al.* Zeno & Leo. Augusti Epinico Cons.
q *Hæc lex corrigit eum, quæ est in C. T. eo. tit. quæ quartam tantum inuentori tribuit. Cont.*
r Sacrificiis factis thesaurum quærere non licet, vide quę notaui *ad l. 1. ✝. de sacrificiis. l. 13. ff. de sicar.* Modos quęrendi refert Vuierus. *9. ca. 10.*
f Thesaurus est cõdita ab ignotis dominis tẽpore vetustiori pecunia. *vt hîc adde. l. 31. in fi. ff. de adquiren. rerũ dominio Caßi. 6.*
t monilia, *in C. Theo.*
u Thesaurus Dei beneficium *vt hîc.* Fortunæ donum. *l. 63. ff. de adquir. rerum dominio.*
x *al.* cùm.
y Superfluè à principe petitur quod iure permittitur.
z *al.* peruenire.
a Thesauri inueniendi causa nemini licet agrum alienum inuito domino ingredi, *vt hîc.* Et tamen lapidicinam aut metalla possum eo inuito, in eius fundo quęrere. *l. 3. quosdam. ✝. de metallariis.* Cur tam variè? Publica vtilitas metalli inuentione continetur, thesauri priuata. *adde Corsetum singulari expensa. l. 16. ff. de seruit r[u]sti. præd. l. 3. §. planè. ff. de adquir. rer. dom. §. planè. Inst. de rerum diuis.*
b *Legendum*, id est nec volentibus.
c Rescripto etiam principis nemo in alieno thesaurum quærere potest.
d cedere.
e Thesaurus arando repertus in alieno fundo, pro dimidia parte fit inuentoris: pro altera, fundi domini. *adde Fornerium 2. selectionum 26. adde. l. 65. § quod si creditor. ff. de adquir. rer. dom.*
f immineat.
g equis vestitis.
h Annonæ, in speciebus consistunt, veluti frumento, vino, &c. Tributa in corporibus, veluti auro, argento, ære, &c. *Cuiac.*
i Vacantes annonæ, sunt annonæ magistratuum defunctorum sine successore: cuiusmodi annonæ, vt & cætera bona vacantia, ad fiscum legibus caducis redibant. *l. 1. C. Th. de annonis ciuilibus.*
k *Ex collectione Ant. Aug.*
l Vacantes annonas (de quibus paulò diximus) magistratus non possunt sine sacra forma fisco præcipere, & vel aliis, vel operibus publicis addicere.

a Fiscalis canonis materiam vel pecuniam iudex non potest in vlla opera etiam publica transferre.

b In hæreditate defuncti hæc duo quoties occurrunt, nempe æs alienum & annonę publicæ, toties æs alienũ ab hæredibus omnibus pro partibus hæreditariis præstandum, idque ex lege xij tabularum. Annonæ autem præstandæ, ab eo qui possessiones ipsas tenet, & fructus percipit. *vt hîc. & 36. ff. de iure fisci.* hoc ideo quod æs alienum, personarum: annonæ rerũ onus sint. *adde. l. Imperatores. ff. de publicanis.*

e etiam ex publici [a] canone in priuatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur sine sacra forma. Qui contrauenerit de suo fisci damnum sarciat, & competens scrinium grauissimis pœnis subiiciatur.

2. Impp. *Valerian. & Gallien.* Augusti, & Valerianus Cæs. Antiocho.

Aes [b] quidem alienum pro portione ex qua quisque [c] defuncto hæres extiterit, præstari oportet. annonas autem is soluere debet: qui possessiones tenet, & fructus percipit PP. Seculare & donato Conss.

3. Impp. *Diocles. & Maximian.* Augusti & CC. Herennio.

INdictiones [d] non personis, sed rebus indici solent: & ideò ne vltra [e] modum earundem possessionum quas possides conueniaris, præses prouinciæ prospiciet. PP. 17. Kal. Nou. Æmiliano & Aquilino Coss.

Omnes debent soluere quod princeps imponit: & officiales non possunt augere vel diminuere. Bart.

4. Imp. *Constantin.* A. ad Proculianum.

OMnes [f] pensitare debebunt quæ manus nostræ delegationibus [g] adscribuntur, nihil amplius exigendi ||vel remittendi potestatem esse,|| [h] Nam si quis vicarius, [i] aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. Dat. 15. Kal. Iul. Constantinop. Constãtino A. IIII. & Licinio IIII. Conss.

5. Imp. *Constantius* A. ad Vranium.

OMnes [k] omnino ad oblationem [l] functionum publicarum [m] oportet vrgeri. Lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria, [n] nec vocari quæ solenniter [o] à prouincialibus deuotissimis cõferenda sunt. Dat. 3. Non. Feb. Constantio A. II. & Constante Conss.

6. Impp. *Valent. & Valens* Augusti ad Dracontium Vic. Africæ. [p]

PRo [q] locis [r] ac proximitate possessionũ annonam ad limites [s] transuehi præcipimus. Dat. 15. Kalen. Iul. Med. Valentiniano & Valente AA. Conss.

7. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Augusti ad Principium præfectum præt. [t]

IN [u] fraudem annonariæ rei ac deuotionis publicę elicitum damnabili surreptione rescriptum, [x] manifestum est ||iure [y]|| non posse vires sortiri. circa omnes igitur par atque æqualis illationis forma teneatur [z] Dat. 8. Kal. Octob. Aquil. Arcad. A. I. & Bautone Conss.

8. Imppp. *Valentin. Theodos. & Arcad.* Augusti Cynegio præfecto prætorio. [a]

NEmo possessorum ad instruendas mansiones [b] vel conferendas species [c] longius [d] delegetur: sed omnes [e] itineris ac necessitatis habita ratione ||delegentur [f]|| Dat. 10. Kalen. Ian. Constantinop. Arcad. A. I. & Bautone Conss.

9. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio. [g]

MEditerraneæ [h] ciuitates ante [i] à maritimis, & maritimæ [k] ||à [l]|| mediterraneis onerabantur expensis: vt plus [m] haberet dispendij translatio, quàm deuotionis illatio. Hoc non solum in præsens, verumetiam in posterum prohibemus, ea lege vt se vltimo nouerint supplicio puniendos qui ista commiserint. [n]

Si vtiliter dominus intra tempus hic statutum non soluerit tributa, dominio priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur Bart.

c vnusquisque.
d τὰ δημόσια τέλη, &c. Tributa publica, non personis: sed rebus indicuntur, operáque dare præsidem prouinciæ conuenit, ne quisquã eorum nomine quæ non possidet cõferat. *56. Eglog. 8. ca. 3.* de Indictionibus. vide infra titulũ de Indictionibus.
e Tributa & collectę imponuntur pro quãtitate patrimonij, & facultate vniuscuiusque possessoris, & sic per ęs & libram *Rolandus à Vall. 1. consi. 66. numero 15.*
f *C. Th. 11. tit. 1. l. 1. §. ideoque omnes pensitare.*
g Tributorum & annonarum modus manat à principe: ideóque neque plus, neque minus iis exigi debet à vicariis Præfecti Prætorio aut præsidibus. *adde. l. 3. §. illud. j. de canone largitionaliũ tit.*
h *Inclusa absunt à C. Theo. & lib. quib. veter. eáque delenda esse existimat Cuiac.*
i *Vicarij*, hi erant præfectorum prætorio. *dixi ad. l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.*
k *l. 1. j. de immu. nemini concedenda.*
l *l. 5. C. Th. eo. ti.*
m oblationem pecuniarum, *in C. Th.*
n Extrordinaria munera nõ vocantur, quæ lege imposita: per cõtrarium, ordinarium erit quod lege impositum est.
o specialiter, *in C. Th.*
p *l. 11. C. T. eo. ti.*
q Annonę militaris conferendæ & transferendæ ad limites onus, proximis possessoribus imponi debet. *l. 8. j. eod. l. 4. j. de erogat. militaris annonæ.*
r loco, *in Cod. Theodos.*
s *al.* limitem, *vt in C. Theo. al.* militem.
t *l. 20. Cod. Theo. eod.*
u Qui in fraudem commodorum publicorum à principibus rescriptum impetrauerit, nullum ex eo sentiat emolumentum. Omnes enim publico conferre debent. *Synopsis Basilic. 54. tit. 7. ex lib. 56. tit. 8. ca. 7. & lib. 56. tit. 8. c. 7.*
x Rescriptum impetratum, vt ne quis tributum soluat, nullius est momenti: est enim aduersus vtilitatem publicam.
y *al. deest.*
z teneat.
a *l. 21. C. Theodos. eod.*
b Mansiones quid, *v. in. l. 2. j. de lucris aduocat. vbi dixi.*
c *Hic omissum est aliquid quod legitur in C. Theodos.*
d *l. 6. s. eo. l. 9. j. eo. l. 2. j. de priuilegiis domus Augustæ.*
e omnis, *in C. Theo.*
f *Abest à C. T.*
g *l. 22. C. Th. eo.*

h Mediterraneæ ciuitates, à mari & fluminibus remotæ. Cicero *Verrina de suppliciis.* Centuripinos homines maximè mediterraneos. quibus opponuntur maritimæ & ripenses, mari & fluminibus propinquæ.
i anteà, *vno verbo in C. Th. & quib. manu.*
k Tributa collata à mediterraneis ciuitatibus, non transferunt maritimæ aut ripenses, & è contra. iustè: vt quorũ sit collatio, eorundem sit transuectio. *adde. l. 8. s. eo.* & breuiter translatio tributorũ, quæ plus habet dispendij quàm lucri, vitanda est.

10. *Arcad. & Honor.* Augusti Mineruio Com. R. P. [o]

OBsistere [p] commodis publicis & statutis [q] necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum [r]. Vnde vt quisque de prædiis [s] emolumentum consequitur, si non is euoluto anni spatio intra sex [t] menses omnem cui esse cõstrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum [u]: ad ipsos qui sunt domini prædij, exactionem volumus pertinere. PP. in programmate Vari viri clarissimi vrbis Rom. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

11. Iidem Agusti Eutychiano [x] præfecto prætorio.

IVdices [y] quos [z] circa profliganda ærarij [a] nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit: omnia quæ in administratione positi perceperunt emolumenta [b], reddere compellantur. Dat. 3. Kal. Mart. Mediolan. Vincentio & Frauitta Coss.

12. Imp. *Theod.* Aug. Isidoro præfecto præt. Illyrici [c].

ID ab vnaquaque [d] prouincia censemus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicauit. Nullus verò [e] de cætero ad possessiones eorum (quod maximè formidant) inspector [f] accedat. Macedonũ reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, vt obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed & hi [g] qui protestati sunt nihil à se vltra tertiam partem posse conferri [h], illud exoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur [i], sacrosancta Thessalonicensis [k] ecclesia ciuitatis excepta: ita tamen, vt apertè sciat propriæ tantummodo capitationis [l] modum beneficio mei numinis subleuandum: nec [m] externorum grauamine tributorum rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. Dat. 6. Id. Octobr. Constantinop. Victore V. C. Coss.

13. Imperator *Anastasius* Anthemio P. P.

SI prouincia vel ciuitas releuationem [n] petat animalis [o] functionis, vel inspectorem aut peræquatorem referatur petitio ad principem, eiúsque arbitrio idoneus mittatur prius iureiurando præstito: ex cuius tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma vlla detur, quàm si præfecti ea omnia quæ ab eo didicerunt & quæsierunt, principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma modis omnibus obseruanda. ¶Priuati [p] autẽ iis de rebus preces ne porrigãt. ¶Nec releuatio vel deminutio perpetuò vel ad tẽpus, nec inspectio nec peræquatio fiat aliter, quàm ex scripta iussione principis. Sed neq; præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas vel pecunias quibusdam seorsim addicant, non præstitas initio, vel postea defectas causæ præstationis accipientiúmve corporum defectu: verùm hæc omnia fiant ex sola auctoritate principis scripto comprehensa. quod qui non obseruarint, & data, & omne dãnum quod fiscus senserit, ei de suo resarcient. Is etiam qui debitoribus fisci dederit dilationes, præscripseritve terminos alios quàm legitimos sua auctoritate sine iussione principis, quæ debentur fisco de suis facultatibus exsoluat. Sed neque pecunias ciuiles fisco inferendas, vel ciuitatibus deputandas, in alios vsus trãsferat, vel quibusdam personis deputet sine auctoritate principis. Et officium præfectorum nisi omnia quæ constitutione continentur, obseruauerit, instruxeritq; præfectos & præsides prouinciarum, obsequentiáque illis officia, & cæteri qui res fiscales tractant, nisi iis iussionib. [q] paruerint, fisco contingens damnum de suis facultatibus præstabunt, & legis contemptores quinquaginta libr. auri multabuntur. Tripertito autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca vocant, videlicet Kalendis Ianuariis, & Kalendis Maiis, & ad finem indictionis, in tres æquas partes diuisa, nulla in medio collatoribus innouatione faciendũ est, vti promissum est.

l *Deest in C. T. & quib. li.*
m Expensa nõ admittitur, quæ rem ipsam absorbet. *adde Corsetum singulari expensa.*
n Datũ 3. Non. Septemb. Valentię, Honorio N. P. & Euodio Conss.
o *C. T. eo. l. 25.*
p Nemo priuilegium dignitatis prętexens nõ conferat: sed omnes pro eorũ, quæ possident, prædiorum rata, pensiones soluant. *Synopsis d. lib. 54. c. 10. & d. lib. 56. tit. 8. c. 10.*
q Satutę necessitates, canonicę & ordinariæ.
r Dignitas non excusat à muneribus, seu tributis ordinariis. *l. 4. j. de exact. trib. l. 3. s. de Episcopis & clericis.*
s *In C. Th. deest* de, *& legitur*, prædij.
t Tributa non soluente colono vel emphyteuticario vti oportet, dominus prædij, etiãsi in dignitate positus sit, conuenitur nõ quidem statim: sed post sex menses ab anno cuius indictiones colonus debet.
u *v. l. 13. j. de omni agro desert.*
x Adriano.
y id est, præsides.
z *vide. l. 6. j. de exactoribus trib.*
a Ærarij compendia appellat annonas, & tributa.
b In tributis exigendis negligens prouinciæ præses, salaria sua amittit. hic enim emolumẽta, nihil aliud quàm annonæ, & capita. *l. 6. j. de censib.*
c *Ex eo. tit. l. 33. C. T.* De duplici Illyrico orientali & occidentali. *vide Cuia. hîc.*
d Tributum à quaque prouincia promissum, ita ab ea prę̃stãda. Quia

e Vt verò nullus, *in C. Th.*
f Inspectores hi peræquatores: quorum munus tributa adæquare.
g *vet.* Achiui, *quod legisse videtur Accurs. & sic legitur in C. Th.*
h conferre.
i obseruanda, *in C. Th. ex quo hic quædam detracta sunt.*
k *vide. l. 8. s. de sacros. eccles.*
l *al.* cautionis.
m Tributorũ euitandorũ causa non licet abuti nomine ecclesiæ. *v. l. 1. j. de collegiat.*
n Capitationis releuatio fit à nullo alio, quã principe. Est verò releuatio κουφισμός.
o Animalis functio, pecunia pro capite, *dixi ad. l. 23. in fi. j. de agric. & censit.*
p Capitationis releuationem à principe priuatus petere non potest: Respublica vel prouincia potest.
q ἐκταγαῖς. Sunt autem ἐκταγαὶ dispositiones P. Prętorio. *vt. l. vlt. j. de exact. tribut.*

a Indictiones incipiebant à mense Septembri.*vt hîc dixi.l.1.j.de militari veste.*
b Hic titulus est de indictionum ratione & forma, superior de his quę indicuntur, nam indictiones nihil aliud sunt quam annonæ, vel tributa. *l. 3. s. tit. prox.* annonaria & tributoria functio omnium possessionum. Plinius ad Traianum. Nec nouis indictionibus pressi, ad vetera tributa deficiunt. *adde.l.7.ff.de publicanis. Cassiodor.4 Variar.* Porrò indictiones, initiò anniuersariæ: pòst, indictionis numerus ad xv. annos redactus sub Theodosio magno, *vt Cedrenus*, aut potius sub Constantino magno, *vt Onuphrius* obseruauit. A Septembri mense incipiebant. *vide. j. in. l.1.j. de militari veste.* vnde dictæ, *vide Cedrenum & Onuphrium.* De hera ab Augusto constituta. *adde Isid. 5.ca.26.*

da. Quia verò Armeniacorum tributorum præstatio duabus pensionibus diuiditur, liceat collatoribus si velint, priorem consuetudinem huic constitutioni præferre, & duabus pensionibus soluere, & aliud dimidium Septembri [a] futuræ indictionis. Quòd si velint tripertitò soluere, habeant ad dilationem totum Septembrem mensem futuræ indictionis. Ante missum verò vt conuenit inferant in exordio cuiusque indictionis. nam & hoc eius significat appellatio. Dat. Kal. April. Paulo V.C. Coss.

DE INDICTIONIBVS [b], Tit. XVII.

Indictio munus ordinarium est: & ideo ab hac indictione non excusantur qui à muneribus excusationem habent. Bart.

1. Impp. *Honor. & Theodos.* Augusti, Palladio P.P. [c]

OMNES omnino quocunque titulo [d] possidentes, quod delegatio superindicti [e] nomine videtur amplexa, velut canones [f] cogantur inferre [g]: vt ne qua sit dubietas, hac apertè definitione decernimus, vt id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla [h] igitur domus vel sacri patrimonij vel emphyteutici iuris, vel hominum priuatorum, etiam si priuilegium aliquod habere doceatur [i], ab hac necessitate seiuncta sit: quæ [k] iam non extraordinarium, vt hactenus. sed ipsis facientibus [l] canonicum nomen [m] accepit. Dat 7. Id. Ian. Rau. Theod. A. VII. & Palladio Coss.

Ante tempus solutionis debet singulis prouinciis notificari, vt se præparent ad indictionem soluendam. Bart.

2. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti Dario præfecto prætorio [n].

PArticulari delegationum [o] notitia, ante indictionis exordium singulis transmissa prouinciis, collationis modum à possessoribus multò antè prospectum, deuotionis [p] solitæ, non subitis calumniis [q] tua sublimitas faciat imputari: vt & prouincialibus subeundi dispendij [r] necessitas auferatur: & officiis inferendi damna licentia denegetur. Dat. 5. Kal. Septembr. Apamiæ, Isidoro & Senatore, Coss.

DE SVPERINDICTO [s], Tit. XVIII.

1. Imppp. *Gratianus, Valent. & Theodos.* Augusti. ad procons. [VV. [t] CC.] & omnes rectores [u].

NIhil superindictorum [x] nomine ad solas præfecturæ literas quisquam prouincialis exoluat, neque vllius omnino indictionis titulus etiam solennis immineat, nisi [y] cum [z] nostro confirmata iudicio & imperialibus dixi [a] præceptis, sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. Dat. 18. Kal. Iul. Mediolani, Antonio & Syagrio Coss.

c *l.2.C.T.eo.tit.*
d ex titulo, *in C.T.*
e *al.* superindictione.
f canonem, *in C.T.*
g *al.additur*, &c.
h A superindicto hoc speciali, impetrato ab Honorio & Theodosio ne quidem Ecclesia résve priuata principis excipitur. *adde.l.1.j. de immunitate nemini concedenda*,
i doceantur, *in C.T.*
k Delegationis formula ante indictionis tempus præmittenda. *Nov. 128.*
l *al.* nobis facientibus, *sed praue. Cont.*
m Calūnię species est exigere antequam præmoneas.
n *l.4. C.T.eo.ti.*
o Extraordinarium, ordinarium fieri potest: & lex specialis sequens, tollit priuilegiū speciale præcedens. vel sic, indictio munus ordinariū est: ideóque ab indictione non excusantur, qui immunitatem seu excusationem à muneribus consecuti.
p *Sic legitur in C.T. & omnibus libr. manuscript. legendum tamen*, deuotioni *existimat Cuiac.*
q Nomine mutato, mutatur nominis effectus. *l.à nullo. s.de feriis.l.vl.in fi.s.de inoff.*
r dispendia, *in C.T.*
s Id est indictionis augmento: *Cont. l.3.C.Theodos. de collat.fund. patrim.* superindictitiū dicitur: & Ammiano *27.* indictionale augmentū: & ab Athalarico augmentū.
t vicarios.
u *C.T. 11.6.1.*
x Superindictum solus princeps imponit, non Præfecti Prætorio.
y Superindicti delegatio à principe emittitur: tum insinuatur apud acta P.Prætorio: deinde mittitur ad Præsides, vt exigatur. *Nou.128.ca.10.*
z eum, *in C.T.*
a nexa, *in C.Th. & quib.lib.*
b exactionibus, *in C.Theod.*
c ad Ælianum proconsulem Africæ. *l.1.C.T.eo.Cont.*
d De Ducenariis & Centenariis, *vide in.l.5.j.de principibus agentium in rebus.*
e Ducena & centena dignitates sunt in schola agentium in reb. & in officio sacrarum largitionum. *vide hic Cuiac.*
f Ducenarij & centenarij non prius exigere fiscales pecunias debent, quàm breue debitorum à tabulario sit confectum.
g De Tabulario dixi *ad.l.7.j.eod.l.2.j.de numerariis & actuariis.*
h *C.Theo.eo.tit.l.3.*

i *v.l.8.§.solent.ff.de offic.Præsid.Vurmserum.1.practic.28.c.8.*
k *al.* plumbatorum, quod est verberum genus, de quo vide Prudentij carmina *hîc à Cuiacio citata. adde.l.40.in fin.j.de decurionibus.*
l ἢ βασάνοις τινάς & cæt. Nullus eorum à quibus tributa publica exiguntur, in carcerem coniiciatur, aut tormenta quædam perpetiatur: sed liberæ tantum custodiæ militum tradatur. Quod si cōtumax esse perseuerauerit, tūc in bonorum ipsius possessionē fiscus mittitur. *Synopsis Basilic.56.tit.8.ca.17.*

DE EXACTORIBVS [b] TRIBUTORUM, Tit. XIX.

1. Imp. *Constantinus* A. [c]

DVcenarij [d] & centenarij [e] siue sexagenarij [f] nō prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario [g] ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum: quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. Dat Kal. Nouembr. Treu. Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Coss.

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus: nec nouitates aliquas pati in persona. Bart.

2. Idem A. ad populum [h].

NEmo [i] carcerem, plumbatarúmque [k] verbera [l], aut pondera, aliáque ab insolentia iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus, vel à peruersis vel ab iratis iudicibus expauescat. Carcer pœnalium [m], carcer hominum [n] noxiorum est, || & || officialium, & cum [o] denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores [p] esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta præsidem [q] transeant solutores [r]. vel certè si quis tam alienus ab humano sensu est, vt hac indulgentia ad contumaciam abutatur: contineatur aperta & libera & in vsum [s] hominum instituta custodia militari. Si || quis [t] || in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnémque substantiam exactor [u] accedat: solutionis obsequio cum [x] substantiæ proprietate suscepto: qua facultate præbita [y] omnes fore credimus proniores ad soluenda ea quæ ad [z] nostri vsum [a] exercitus pro communi salute poscuntur. Dat. Kal. Febr. Constantino A. VI. & Constantio Cæs. Coss.

Qui debitorem captum eximit, ad id quod fisco & priuato debebatur, tenetur. Bart.

3. Imp. *Constantius* A Nemesiano V.P. Com. Larg.

QVotiens [b] quis & priuati [c] debitor inuenitur, & fisci, & abreptus ab vno [d] officio tenetur, ad vniuersi [e] debiti solutionem, qui eum abstulit, coerceatur [f], ac totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundem auellendum subtrahendúmque [g] crediderit. Dat. 4. Id. Maij. Nizibi, Amantio & Albino Coss.

4. Idem Aug. ad Eustatium P.P. post alia.

ACtores [h] cæteríque rei priuatæ [i] nostræ ad solutionem specierum solennium, debiti [k] vigoris auctoritate cogantur: ne prouinciales rei priuatæ nostræ fatiget [l] immanitas [m] Dat. 8. Id. Mart. PP. Rom. Limenio & Catullino Coss.

5. Imppp. *Theod. Arcad.* & *Honor.* AAA. Rufino, P.P.

APparitores [n] quicunque [o] in collationem [p] auri præcepti fuerint officij sui adhibere seruitium: titulorum [q] debita, [r] & collationum summas relationis suæ fide [s] & adnotatione præscribant: sitque ex officialis [t] instructione officium conscium, quid exactum, quidve perlatum [u] esse videatur: ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ [x] suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat. Dat. prid. Id April. Constantinop. Theodosio A. 4. & Abundantio Coss.

Ad petitionem exactorum cogitur præses facere exactionem. Bart.

6. Impp. *Arcad.* & *Honorius* AA. Theodoro P.P.

IN fiscalibus debitis, hoc est annonariis, cæterisque titulis, qui ad arcā [y] eminentissimæ pertinent [z] præfecturæ:

m *In quibus* pœna est.
n *al.* omnium.
o id est, & quod non potest, nisi cum infamiæ nota dici officialiū, & eorum iudicum, qui carceris potestate abutuntur. *adde l.40.j.de decurionibus.*
p coerciti citatiores, *in C.T.*
q iuxta eam, *in C.T. quod quidam magis probant.*
r id est collatores.
s *al.* vsu, *in C.T.* vsus: *& posteà*, constituta.
t *Abest à C.Th. & quib.lib.*
u ciues eius accedant, *in C.Th.*
x *adde. l.13.j.de omni agro deserto.*
y *al. additur*, exactori, *sed abest à C.Theo. & vet.lib.*
z Tributa & annonę quotannis præstabantur à possessoribus prædiorum id est dominis, vel conductoribus, *l.32.§.6.ff.de administrat. tutorum*, per causam tuendi exercitus. *vt hîc.*
a *al.* vsus.
b *Ex lib. 11.tit. 7.l.5.C.T.*
c sub. ærarij.
d puta à largitionalib. vel priuatianis.
e Fisci debitorem captum iā ab officiali fisci, abripere nō potest officialis comitis rerum priuatarū, tametsi debitor ærario rerum priuatarum principis summam aliquam quoque debeat, & è contra officialis fisci, vel comitis sacrarum largitionū, debitorem captum iā ab officiali Comitis rerum priuatarum abripere non potest. Quod si capiat, tenetur vtriusque quantitatis nomine.
f coartetur, *vet. & C.Th.*
g àbstrahendumque, *in C.Th.*
h *ex eo.tit.l.6.C.Th.* id est procuratores & conductores.
i *l.10. s. de annonis & tributis.*
k hoc est manu militari in possessionem. *l.7.j.eo.*
l *vide.l.1.j.de collegiatis.*
m *Legendum* immunitas, *vt in C.Th.*
n *Ex eo.tit.l.104.C.Theodos.*
o Tributorum exactores acceptorum & reliquorum rationem principali susceptori reddere debent. *l.3.j. de executoribus & exact.*
p collatione, *in C.Theod.*
q Titulus, est causa. *l.1.j.de apochis publicis.*
r *al.* debitum.
s Officialis relationi fides adhibetur.
t *al.* officiali.
u prolatum; *id est dilatum. al.* prælatum.
x *vide.l.1.j.de apochis publicis.*
y De arca Præfecti Prætorio. *dixi ad.l.21.j.de cursu publico.*
z *l.11.s.de annonis & tributis.*

nécnon in his debitis quæ rationale [a] vſurpat officium, rectores prouinciarum conſtringantur: & [b] eos [c] neceſſitas maneat exigendi, à quibus expectatur auctoritas. Dat. 8. Kalend. Iul. Mediolani, Honorio A IIII. & Eutychiano Coſſ.

7. Iidem AA. Hadriano P.P. [d]

MIſſi opinatores [e], || id eſt exactores militaris annonæ [f] || cum delegatoriis [g] iudicibus [h], eorúmque officiis inſiſtant, vt intra anni [i] metas id quod debetur, accipiant. nihil ſit his cum poſſeſſore commune: cui non militem, ſed exactorem, ſi ſit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaque qui prouinciales paſſi fuerint opinatoribus delegari, eiuſdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio ſententiam deportationis excipient, ſi per ſemet exigendos voluerint delegare militibus: & curiales temporale manebit exiliũ, ſi eos quos ſolenniter exigere conſueuerunt, opinatoribus putauerint eſſe tradendos [k]: cum iudicem oporteat inquirere debitores, tabularios [l] fideliter prouidere [m] nomina debitorum [n]: ||&|| [o] apparitores ſiue curiales, conſuetudine ſeruata regionum, conuictis debitoribus imminere: vt perceptis congruis emolumentis opinatores impleto anno ad proprios numeros valeat remeare. qui ſi vltra [p] annum protracti fuerint: iudices eorúmque officia abſque vlla mora de proprio cogantur exoluere militib. quod debetur, ipſis aduerſus obnoxios repetitione ſeruata. Quòd ſi ad nos aliqua de retentis ab opinatoribus [q] querela peruenerit [r], in duplum ab his protinus exigetur: vt partem debitam miles, reliquam fiſcus accipiat. Iudicib. quoq; eorúmq; officiis eatenus ſubuenimus, vt in contumaces debitores cuiuſlibet dignitatis auctoritatẽ ſuam exerant [ſ]. at ſi [t] impudenter ſolutio differatur: actores [u], procuratores, eorúmq; [x] prædia perſequantur: de eorũ quoque nominib. [y] ad noſtram ſcientiam relaturi. Dat. tertio Idus Iulij, Mediolani, Vincentio & Frauitta [z] Conſulibus.

Si domus imperialis vel eccleſia res tributarias licitè emerit, & tributa non ſoluerit, ea res ei aufertur. Bart.

8. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicoſtrato P.P.

SI [a] diuina domus, aut quælibet alia cuiuſcunque dignitatis atque fortunæ, re vera fundos extra [b] metrocomias [c], non patrocinij [d] gratia, ſed emptionis iure, vel quolibet alio titulo legitimo poſſederint, & non impoſitas reipublicæ functiones agnouerint, quemadmodum prior dominus dependebat: omnibus modis poſſeſſiones eorũ publico [e] vindicentur: & curiæ [f] eiuſdem ciuitatis, ſub qua vincti [g] ſunt, aſſignentur [h]: vt publicis commoditatibus circa tributarias functiones vndique noſtra prouiſione videatur eſſe conſultum. Dat. Kal. Septembr. Antemio A. II. Coſ.

9. Imperator *Anaſtaſius* Anthemio P.P.

NE † exactorum multitudo cum fiſci rationibus tum collatoribus damnum adferat, vnus tantum in ſingulas prouincias ex competenti ſcrinio canonicarius [i] mittatur, qui eorum quæ proprio ſcrinio debentur, exactionem vrgeat. compulſor [k] planè non mittatur, niſi poſt diem qui ſolui debuit, & hoc amplius menſem [l] alterum. At eo tempore elapſo compulſor mittatur, qui non tantùm reliqua fiſcalia, ſed & pro modo culpæ multam à præſide & officio eius & à canonicario [m] exigat. Soli autem præſidi & officio & canonicario compulſor immineat, & pro ratione prouinciæ atque itineris ſpatio ſolatium ab eis ferat, per quos factum eſt vt mitteretur. Verùm alius compulſor nequaquam mittatur, nec alius quiſquam. Si tamen præfecti ex vſu eſſe exiſtimauerint alium compulſorem mitti, eadem in eo ſeruentur, & definitum ſolatium ei is præſtet, qui mittendi cauſam præſtiterit, hoc eſt præſes prouinciæ & officium eius & canonicarius & compulſor. Conſtitutum namque canonicario ſolatium omnibus exactoribus poſt eum miſſis ſufficit, nec eo amplius quidquam corpora ciuitatum vel collatores præſtare coguntur, etiam ſi plures mittantur, iis qui miſſi ſunt ſigillatim multandis, niſi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes [n], canonicario mittantur, vt eas per ſe expediat, nec ob eas augeatur canonicarij ſolatium. 1. ¶ Ἐνδοματικὸ [o] nullus accipiat, ſed & nomen illud penitus aboleatur. 2. ¶ Quòd ſi qua ex parte quis legem tranſgrediatur, & aduerſus officia præfectorum & aduerſus præſides prouinciarum & officiales eorum, cæterorúmque publica tractantium perſonas, 50. librarum auri pœna conſtituta eſto. Dat. 12. Kal. Auguſt. CP. Paulo V.C. Coſ.

a Rationale officium, rationalis ſacrarum largitionum, aut rerum priuatarum officiales & rationalium. b *al. additur* ad, *al.* in.
c Tributorum exactioni, præſides ſeu rectores prouinciarum, debent incumbere. *vt hîc, & l. 1. ꝭ. de annonis & tributis Nouel. 161.* Caſſiodorus in formula rectoris prouinciæ, Tibi fiſcaliũ tributorũ credita mõſtratur exactio: hoc eſt Catholici ſeu procuratoris Cæſaris quoque munus & Procõſulum, Auguſti cõſtitutione. *Diõ. 53. add. l. 1. ꝭ. de offic. Præf. Auguſt. l. 1. ꝭ. de colla. fundorum fiſcalium. l. 1. ꝭ. de ex. et ex Nou. 134. c. 2.*
d *Ex. l. 16. C.T. eod. tit. Cont.*
e *al.* opinatores, *al.* optiones. ſunt autem opinatores milites qui in prouincias mittuntur petendę militaris annonę cauſa. *l. 11. & 14. ꝭ. de cog. milit. ann.* vbi dixi.
f *Incluſa nõ ſunt in text. lib. Aur. & Dionyſ. ſed in gloſ. interlineari: & etiam abſunt à C.T.*
g *al.* delatoriis.
h *l. vlt. ꝭ. de colla. fundorum patrimonial.*
i Opinatores intra anni ſpatiũ annonas accipere debent. *l. 11. ꝭ. de erogat. milit. ann.*
k credendos.
l Tabularii eorum quæ publico inferũtur & debentur rationes conficiunt. *vt hîc. & l. 1. ꝭ. eo. l. 2. ꝭ. de Numerariis. l. 1. ꝭ. de immunit. nemini. l. 1. ꝭ. de Cenſibus. l. 2. ꝭ. de iure fiſci.* Sidonius. 4. Habes ꝓcuratorẽ in negotiis, vilicũ in prædiis, tabularium in tributis.
m prodere. *in C.T.*
n dominorum, *in C.T.*
o *Deeſt in C.T.*
p Præſes in duplum dãnatur, qui opinatorẽ vltra annũ protrahit: debet itaque vel de ſuo intra annũ annonas pręſtare, ac deinde à prouincialibus eas repetere. ad de quæ ſcripſi *ad. l. 2. ꝭ. de canon. largit. titul.*
q *al.* optionib.
r *l. vl. ꝭ. de his qui ex public. ratiõe.*
ſ *al.* exerceant.
t Exactionem intra ſtatutum tempus differẽs iudex vel exactor, de ſuo cogere ſoluitur: quod notandum aduerſus Syndicos notat Corſetus *ſingulari Extenſio.*
u Actores, procuratores, & conductores fundorum fiſcalium manu militari, vel miſſione in poſſeſſionem coguntur canonem inferre. *l. 4. ꝭ. eod.*
x *l. 12. ꝭ. de omni agro.*
y Nomina eorum noſſe qui inobedientes ſunt, principis intereſt.
z *al.* Frauitto. a *Pars. l. 1. ꝭ. lib. 11. titul. 55. & ti. 53.*
b Capitationem non præſtant Metrocomitæ, vt hîc. adde quæ dixi *ad. l. 1. ꝭ. Ne ruſticani ad vllum obſeq.*
c *al.* matrocomias. vt ſit matrocomia, mater vicorum.
d v. quæ ſcripſi *ad. l. 1. ꝭ. vt nemo ad ſuum patrocinium.*
e *l. 13. ꝭ. de omni agro deſerto.*
f *l. 2. ꝭ. eo.* Imò diſtrahuntur. *l. 1. ꝭ. de capiendis.* Curiæ addicuntur non inuento emptore: vel vtrunque indifferens, vt aut bona contumacium diſtrahantur ſine reliquorum onere, aut curiæ addicantur cum reliquorum onere.
g *al.* iuncti, *quod magis probat Cuiac.*
h aſſignent.
† Poſt Canonicarium miſſum tributorum exigendorũ cauſa, cõpulſor mitti non debet, niſi poſt menſem, à die quo ſolui debuit. *vt hîc.* ſed huic conſtitutioni derogatur, neque enim poſt Canonicarium compulſor nouo iure mittendus. *Nouell. 128.* Et vt Valentinianus ait *Nouell. de indic. reliquorum.* Si vtilis eſſe nõ potuit qui ante porrexit, ſuperfluum eſt ire alterum æquè prouincialibus obfuturum.
i Canonicarij, qui ex ſcrinio Canonum.
k Compulſor Græcis ἐζεπλευςής. Compulſorũ nomen pòſt abolitũ fuit. *d. Nou. 128.*
l Menſem hîc accipi oportet pro 30. diebus: & è contrario triginta dies, ꝓ menſe. *vt in. l. vlt. ꝭ. de iure delib. l. vbi lex. ff. de regul. iur.* nonaginta dies, ꝓ tribus: ſexaginta, pro duobus menſibus. *ſic in. l. 3. §. lex. ff. de ſuis & legitimis.* Centum octoginta duo dies, menſem ſeptimum attingũt, & ita Hippocrates quodam loco 270. dies pro nouem menſibus accipit. Aliàs tres menſes Latinè accipiuntur pro diebus nonaginta trib. *l. vlt. ꝭ. de temporibus appell. vide Cuiac. cap. 10. de praſcript.*
m Canonicarij ſunt palatini qui mittũtur ex ſcrinio canonũ. *v. Cuiac.*
n Delegationes, iuſſiones P. Prætorio: ἐνταγαὶ. *Nou. 147. & l. vlt. ꝭ. de anno.*
o Indultoria vertit interpres *Synopſios Baſilicon. 56. tit. 8. ca. 24.* quæ dat collator exactori, vt aliquid de exigendi ſeueritate remittat. Iuſtinianus edicto de Alexandrinis ἐνδοματικῶν meminit.

DE [p] SVPEREXACTIONIBVS,

Tit. XX.

Qui plus exigit, in duplum exigitur: & propter conſuetudinem capitaliter punitur. Bart.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti Apollodoro Proconſ. Africæ. [q]

QVICQVID [r] vltra debitum fuerit elicitum||à curialibus, vel cohortalibus, vel aliis exactoribus, in [ſ] duplum [t]||eruatur: quod prouincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis [u] autem exactorum in ſuperexactionis crimine [x] fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda atque prohibenda eſt, ſi in iiſdem ſceleribus perſeueret. Datum prid. Id. Mart. Stilichone & Aureliano Conſſ.

DE [y] CAPIENDIS ET DISTRAhendis [z] pignoribus tributorum cauſa.

Tit. XXI.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Afros.

RES [a] eorum [b] qui fiſcalibus debitis per contumaciam ſatisfacere differunt, diſtrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate poſſidendi. Dat. 15. Kalen. Iun. Serdicę, Conſtantino Cęſ. V. & Maximo Coſſ.

2. Impp. *Conſtantius & Conſtans*, Auguſti Reſtituto præſidi Sardiniæ.

SAtis [c] ſit debitorem||annonarum [d] || ad ſoluendi neceſſitatem captione [e] pignorum conueniri. Datum 8. Idus Decembr. Theſſalonicæ, Conſtantio VI. & Conſtante III. Coſſ.

DE APOCHIS [f] PVBLICIS, ET DE deſcriptionibus [g] curialibus, & de diſtributionibus ciuilibus, [h]

Tit. XXII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Anthemio præf. præt.

AD inferiorum curialium [i] releuandas fortunas, & impreſſionem potentium, & itidem curialium cohibendam placuit, vt [k] deſcri-

p περὶ τῶν περισσοπραχθέντων, ἤτοι τῶν περιττῶν ἀπαιτησάντων *Synopſis Baſilic. li. 56. tit. 8.*
q *C.T. lib. 11. tit. 8. l. 2. & 1. eod. tit.*
r Qui vltra debitum exegerit (ὁ περισσοπράξας) ſiue ſit municeps, ſiue apparitor, duplũ ei reſtituere cogitur à quo amplius exactum eſt. ſi verò plus quàm par ſit exigere perſeueret, ſupplicio capitali plectetur. *Synopſis d. loco.*
ſ Supexactores in duplum tenentur prouincialibus. Imò in quadruplum. *l. 8. ꝭ. de excuſa. munerũ. l. 6. ꝭ. de cenſib. vide Nouell. Leonis. 61.* Neutra lex loquitur de ſuperexactore, ſed de aliis.
t *Incluſa abſunt à C.T.* u *Ex tit. 8. l. 1.* x *al.* crimen, *vt in C.T.*
y adde. ꝭ. *lib. 4. tit. 46.* z poſt duos menſes à die capionis. *l. 1. C.T. eod.*
a *Huc pertinet lex 2. eod. tit. lib. 11. C.T.*
b Si qui differant fiſcalia debita ſoluere, res eorum diſtrahantur: vt emptores earum firmiter poſſideant. *Synopſis Baſilicon. 56. tit. 8. c. 26. adde. l. 8. ꝭ. de furtis.* Quid ſi emptor non reperitur? curiæ adſignantur. *l. 2. l. penult. de exact. trib.*
c *Eod. lib. ti. 7. l. 7.* Cur hoc adiecit, ſatis? vt ſciretur neque in vincula coniiciendum, neque tormentis adficiendum eum qui tributa non ſoluerit. *arg. l. 2. ꝭ. de exact. trib.*
d *abeſt à C.T.* e *al.* capione. f Apochæ publicæ, ſecuritates quibus probatur functionibus publicis ſatisfactum. g Deſcriptiones curialium vti fiant. *v. l. 1. ꝭ. eo.*
h *In C.T. additur*, & de quadrimẽſtruis breuib. *lib. 11. ti. 25.* & hîc fortè addi debuit. Quadrimenſtrui breues, qui de ſingulis penſionibus conficiuntur, quarto quoque menſe. Tribus enim penſionibus anni cuiuſque indictiones ſoluebantur. *l. vlt. ꝭ. de annonis. l. 3. in fin. ꝭ. tit. prox. l. 15. l. 16. C.T. eo. tit. Caßiod. 12. Nou. Maioriani de indul. reliquor. adde. l. 5. ꝭ. de offic. magiſtri officiorum.*
i Suſceptores aurarij ex curialibus creabantur. *vt hîc & l. 5. ꝭ. de exact. tribut.*
k *Quædam hîc detracta ſunt ex C.T.*

a deeſt

a *deest in Cod. Theod.*
b per singulas ciuitates.
c Descriptiones curialium non antè effectum habent, quàm insinuatæ & receptæ à præsidibus prouinciarum.
d Aurum coronarium, munus curialium fuit.

ptiones || si [a] || quæ per singulos [b] ordines cogentibus diuersis negotiis agitentur, non sumant antè principium quàm [c] apud acta prouinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ sententiis. ¶Sed & aurum [d] quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita [e] debet susceptori aurario consignari, vt securitatibus nomen inferentis, dies, [f] consul, mensis, causa, [g] & summa comprehendantur: quo & descriptionis æquitas illustretur: & descriptio [h] documentis euidentibus fulciatur. ¶Hoc etiam obseruando, vt in quadrimestribus [i] quoq; breuibus, qui ad [k] excellentiæ tuæ officium solenniter diriguntur, celebratæ descriptionis dispunctio [l] societur: vt omnes vestræ potestatis scientiam [m] formidantes, nihil ad releuationem [n] locupletum, atque inopum perniciem audeant pertentare: Quod & tunc [o] optimum est custodiri cum [p] lucratiuæ facultates ex bonis curialium [curiæ [q]] obuenerint: vt & [r] inopes & locupletes fructu prouisionis simili [s] potiantur. Quam dispositionem si quis iudicum, numerariorum [t] vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi quam nostra sedes statuerit subiacebit. Datum 7. Kal. Septemb. CP. Varana Cos.

2. Impp. *Theodos. & Valent.* AA. Celeri PC. Africæ.

SEmel [u] securitatem [x] de refusione munerum emissam, ab alio iudice [y] non liceat refricari, & ideo spectabilitas [z] tua saluberrimæ ac iustissimæ præceptionis formam secuta, prohibebit in posterum [a] eos ad discussionem trãsacti muneris constringi, quos claruit accepta [b] securitatis prosperitate lætari. Dat. 5. Kal. Maij Rauennæ, post Consul Felicis & Tauri.

Qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Bart.

3. Imp. *Martianus* A. Constantino præfecto prætorio.

QVicunque de prouincialibus & collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ [c] solutionis exposcitur, si [d] trium [e] cohærentium [f] sibi annorum apochas securitatésque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur [g] ostẽdere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur [h] nisi fortè aut curialis, aut quicunque apparitor, [i] vel optio, [k] vel actuarius, [l] vel quilibet publici debiti exactor siue compulsor, possessorum vel collatorum habuerit cautionẽ: aut id quod reposcit, [m] deberi sibi manifesta [n] gestorum adsertione patefecerit. Dat. 15. Kal. Aug. Varrone & Ioanne Coss.

4. Imp. *Iustinianus* A. [o]

SEcuritatibus [p] quæ [q] publicarum functionum gratia siue in solidum siue ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. Dat. Kal. Iul. CP. Iustinian. A. II. Cos.

e Descriptio curialium & apochę quæ iisdẽ dãtur fit adscripto collatorum nomine, & collationis modo. *adde Nouell. 17. c. 8. & 128. c. 3.*
f Apochæ publicæ forma.
g Causa quę hic dicitur alibi titulus. *l. 5. ʒ. de exact. tribut.*
h *Legendum* descriptus. id est decurio, qui aurum intulit, vt existimat Cuia.
i quadrimestruis, *in C. Theo.*
k ab, *& postea,* officio, *in C. Th.*
l *Rectè sic: nec legendum est* dispositio.
m *al.* sentẽtiã.
n Descriptio curialiũ fit seruata pportione Geometrica, vt tenuiores decuriones à potẽtioribus subleuentur, nõ onerentur.
o & circa hos, *in C. Th.*
p quibus, *in C. Th.*
q *deest in C. Th.*
r & ipsi, *in C. Th.*
s simillimæ, *in Co. The. & quib. exempl.*
t Numerarii sunt officiales qui numeros agunt, proximi tabulariis.
u *Ex lib. 12. tit. 1. l. 185. C. Th.*
x Apochæ semel susceptæ ac probatæ fides nõ retractatur. *adde l. 14. ʒ. de solut.*
y proconsule. *in C. T.*
z Spectabiles esse Proconsules, hinc colligitur.
a vide *l. 2. ʒ. quẽadmodum ciuilia munera.*
b acceptę, *in C. Th.*
c Idem in emphyteusi esse existimatur: nimirum, vt emphyteuta probans se canonẽ soluisse tribus annis proximè præteritis, præsumatur retro p omne tẽpus soluisse. *Glo. & Bart. hîc.* Salic. *l. 2. ʒ. de iure emphyt. Gloss. in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa possessionis & proprietatis. & ita post Speculatorem, Innocentium, Baldum, Ioan. Andream. Petr. Cynum, Andr. de Barulo tenet Capella Tholozana, & ibi Aufrerius, decis. 235.*

DE CANONE [r] LARGITIONALIUM TITULORUM,

Tit. XXIII.

Quod particulares exactores exigunt, debet dari thesaurario qui est in illa prouincia, vt totum simul deuoluatur ad fiscum. Bart.

1 Imppp. *Gratian. Valent & Theodos.* AA. *Iuliano.*

OMnem summam auri vel argenti, & reliquarum specierum quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim [s] vt exactio fuerit celebrata, ad thesauros vniuscuiusq; prouinciæ, vel ad proximos referri [t] sub obsignatione [u] tabularij cæterorúmque quos solicitos esse debere præcedentia iussa decreuerunt, & thesaurorum præpositis consignari præcipimus: vt exinde ad sacrũ comitatum [x] integer omnium titulorum numerus dirigatur. Datum Kalen. August. Merobaude II. & Saturnino Coss.

2. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti Anthemio P.P. [y]

NEque [z] sacrarum || vel || [a] priuatarum largitionũ palatina [b] officia, ex quacũque causa, || vel [c] || ex quocunque titulo fiscalis debiti, cũ ad prouinciam mittuntur, possessores per se audeant conuenire, siue [d] id ex præterito reliquum trahatur, siue præsentis tẽporis tributa [e] solui cõueniat: sed [f] rectores prouinciarũ frequenter adeundo cõmoneant, eorúmq; officiis incumbãt. Quòd si rector prouincię imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quæret, vel qualibet alia ratione || palatinis [g] || iisdem propria auctoritate publicę exactionis permiserit curam tam ipse, quàm officium eius vicena [h] auri pondo fisco dependant. Dat. 7. Id. Decemb. CP. Basso & Philippo Coss.

3. Imp. *Leo, & Anthemius* Augusti Heliodoro Com. sacrarum largitionum.

PRæcepit nostra serenitas, neque veloci [i] cursui, neque alij præter inueteratam [k] consuetudinem grauamini subiacere chartularios [l] qui de cohortalibus [m] officiis vniuscuiusque prouinciæ largitionales titulos retractare constituuntur: cum idem [n] etiam amplissima præfectura disposuisse perhibeatur: vt his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quòd si aliquo tempore nostra iussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata: tã rector prouinciæ quàm apparitor [o] eius 30. lib. auri condẽnatione plectentur. Insuper virũ spectabilẽ comitẽ [p] Oriẽtis, eiúsque officium, licentiã habere conatus nefarios inhibẽdi tã moderatorũ, quàm cohortalis officij cùm de hac re admoniti fuerint à palatinis, eandẽ pœnam formidãtibus, si nõ omnibus modis pietatis nostræ decreta congruũ mereantur effectũ. 1. ¶Illud etiã generali forma sancimus, vt in omnibus prouinciis tam nominatio [q] specialium susceptorum [r] largitionaliũ titulorũ, quam defensio tractatorũ [s] non tantùm per viros clarissimos moderatores prouinciarum, sed etiam per viros spectabiles proconsules, & præfectum [t] Augustalem ac laudabiles vicarios vná cum eorum officiis admonentib. semper, necnon imminentibus [u] palatinis procuretur, prouidẽtibus, vt post nominationem etiã specialium susceptorũ largitionaliũ titulorũ, [x] nulla minuendæ [y] exactionis ad sacrũ pertinentis ærarium, aut trãsferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos, rectoribus prouinciarum, aut eorum officiis, seu [z] etiam curialibus licẽtia permittatur: quadrimenstruis [a] breuibus per idoneum tractatorem eorundem titulorũ, super cõmendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum prouinciarum ad sacratissimã vrbem transmittendis. nam quacunq; ex parte, quam iussit nostra trãquillitas, si minus fuerit procuratũ: pœna superius designata tã ipsi iudices, quàm eorum officia se nouerint esse plectenda. Da. 8. Kal. Aug. Cõstant. Anthemio A. II. Cõsule.

Si litteræ iudicis aliquid vltra veterem consuetudinem contineant, præsumuntur erroneæ. Bart.

4. Iidem Augusti, Heliodoro Com. S. L.

PRæcipimus, vt si fortè delegatio [b] quæ ab amplissima præfectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quoquo [c] modo exactio eorum debet procedere, nihilo minus competentem exactionem eorum à viris spectabilibus tam proconsulibus, quàm vicariis, & viro spectabili comite Orientis, & præfecto Augustali, necnon & rectoribus prouinciarum, eorúmque officiis & curialibus (omnium largitionalium titulorum exactionem [d]) procurari, vicenarum [e] librarum auri condemnationem præ [f] oculis habentibus, si quid [g] minus [h] exactum vel illatum

d Præsumitur retro soluisse, qui ostẽdit se tribus annis proximis soluisse, quæ præsumptio ita potens est, vt in aduersarium transferat onus probandi.
e Omnis collator (συντελεστής Gręcis dicitur) à quo tributa exiguntur, si trium annorũ securitates (Græci ἀμεριμνίας) ostendat, non amplius ostendere cogatur, quod etiam superioribus annis functiones tributarias (συντελείας) intulerit: nisi fortè vel apparitor, vel optio, vel actuarius, vel alius quispiam publici debiti exactor siue compulsor à possessore cautionem de collationibus iis habeat, vel alio quo modo manifestè probet, ea tributa sibi deberi, *Synopsis Basilicon & Tit. 8. c. 29.*
f concurrentium. g cogantur. h coarctetur.
i ταξεώτης. *Synops.*
k De optione dixi ad *l. 11. ʒ. de erogat. militaris annonæ.*
l ὑπομνηματοφύλαξ *Synops.* vide quæ scripsi *ad l. vlt. ʒ. de erogat. milit. annonæ.*
m deposcit. n manifestè.
o Mennæ P.P. est enim pars l. in contractibus ʒ. de nõ num. pec. §. sed quoniã. *Cõt.*
p Qui publicas functiones tractat, (ὁ δημοσιεύων) exceptionem non numeratæ pecuniæ (ἀναργυρίαν) securitati ab se conscriptæ, quæ modò profertur opponere non potest. *Synopsis ibidem c. 30. 2. Harmenopul. 2. §. 13.* Exceptione pecuniæ non numeratæ vti non potest qui apocham publico nomine dat. *vide l. 14. §. sed quoniam. ʒ. de non numerata pecunia.*

q *Hanc legẽ sic emendat Cuiac. ex d. l. in cõtractib.* Securitatib. pub. functionũ siue, &c.
r Canon, significat anniuersariam pensitationem prẹstationémque. hîc autẽm canon est qui ex more infertur thesauris vel priuato ærario, ex quo princeps dona & largitiones publicè priuatéve facit, & necessaria comparat. *Cuia. hic.*
s *vide l. 7. ʒ. de susceptorib.* t deferri.
u assignatione tabulariorum. Tabularũ munus erat obsignare: exactori dare apocham. *l. 2. ʒ. de conuenendis fisci debitorib.*
x largitionum integrè. Porrò hîc Græci vertunt vrbem regiam. Herodianus, 1. Ibi Roma, vbi princeps: Synesius. Vbi princeps est, ibi omnium integræ fortunæ.
y *Ex C. Th. 11. 7. 17. quæ hic immutata est in ipso principio.*
z Palatini largitionum sacrarum vel priuatarum missi in prouincias, fungi exactorũ officio nõ debẽt, sed instare tantum, apud Præsides, officia eorũ & curiales, vt intra anni spatiũ annonas & tributa exigant. *l. vlt. ʒ. eo. l. 7. ʒ. de exac. tribut. l. nullum. ʒ. de off. rector. prouinc. l. 1. ʒ. de executorib. & exactorib.*
a *al. deest, vt in Co. T.*
b Palatina officia, Comitis sacrarũ & priuatarum largitionũ ministri: qui ideo largitionales, priuatiani & mittendarij. *l. 1. ʒ. de palat. sacrar. largit.*
c *al. deest, vt in Co. Th.*
d Tributa pręterita vel præsentia exigũtur.
e *al.* tributo, *vt in C. Th.*
f *l. 6. in fin. ʒ. de exac. trib.*
g *al. deest in Co. Theo.*
h *l. vlt. ʒ. eod.*
i Cursus publici curã qui habent curiosi. *ʒ. de curiosis.* & beneficiarij. *Cuiac. Nouell. 14.*
k veterem.
l Chartulariis qui chartas tractant, iidem infra, tractatores. *l. 1. ʒ. eo.*
m Cohortales Præsidum officiales, vt plurimum primipili: id est exhibendæ annonæ militaris vel cursus. *Thalel. 45. Basilic. 1.* vide quæ scripsi ad *l. 14. ʒ. de cursu publ.*
n is, &c, *al.* & idem. o apparitio.
p sub Comite orientis XV prouinciæ: cui coercitio, in præsides erat. *Zasius 5.*
q Nominator præstat periculum eius susceptoris quem nominauit.
r specialis susceptor. *sed rectior est excusa.*
s Tractores hîc iidem qui chartularij de quibus ʒ.
t vide *ff. de offic. Præf. Augustalis.*
u Palatinorum Comitis sacrarum largitionum munus vrgere, instare, monere, ne quid aduersus chartularios attentetur.
x *l. 4. in fi. Glos. l. 4. ʒ. de annonis & tabulis.*
y Tributorum tituli non sunt minuendi vel confundendi: vt quod vnus exigere debet, alter exigat. *l. 13. ʒ. de suscept.*
z sed. a De quadrimenstruis breuibus dictum est. *l. 1. ʒ. de apochis.*
b Descriptio exactionis publicorum tributorum mittebatur à Præfectis Prætorio in diuersas prouincias: idque quotannis seu initio cuiusque anni siue indictionis, *vt hîc,* manabat à principe, insinuabatur apud P. Prætorio & ab eo mittebatur in prouincias. *l. vnic. & l. superindicto.* A præsidibus autem proponebatur in singulis ciuitatibus. *vide Nouell. 128.* c *al.* quomodo.
d *Totum hoc* om. lar. titul. exactionem, *vacat.*
e *l. 2. ʒ. eo.* f *l. 3 §. 1. ʒ eo.*
g si quidem. h maius.

a vide quæ notaui ad Titulum *de operis libertorum* §.
b *l.1.Cod.Theo.eo.*Opera subditis imponere aut ab eis exigere castrorum domini non debent.*l.1.l.2.§.vt rusticani ad nullū obseq.* Satis enim tributis onerati sunt. Operarum autem præbitione possis intelligere excubias. de quibus vide Hotomanum *consil. 9.*

fuerit sacro ærario, quàm prisca & inueterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit. Dat. Kal. Iulij, Constantinop. Anthemio A.II. Conss.

NE OPERÆ[a] A COLLATORIbus exigantur,

Tit. XXIIII.

1. Imppp. *Valentinianus, Valens, & Gratianus,* Augusti ad Viuentium PP.

OPerarum [b] præbitionem quæ illicitè[c] à prouincialibus hactenus expetita est, sinceritas tua cessare præcipiat. Dat. 10. Kal. Martij, Treuer. Valentiniano NB.P. & Victore Conss.

DE IMMVNITATE[d] NEMINI concedenda,

Tit. XXV.

Qui falsum testamentum immunitatis conscripserit, igne est comburendus. Bart.

1. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AA. ad populum.[e]

HIs nostræ serenitatis edictis, ciuitatum tabulariis erit flamma[f] supplicium, si cuiusquam fraude, ambitu, potestate, iniustam[g] cuiuspiam profiteantur[h] immunitatem: ac non secundū præcedentem definitionem omnes[i] omnino, abolita specialium immunitatum gratia, necessitas tributariæ functionis, firmata censitorum peræquatorumque prouincialium iudicum peræquatione constrinxerint. Datum 3. Non. Mart. Mediol. Merobaud. II. & Saturnino Coss.

2. Impp. *Honor. & Theodos.* Augusti Anthemio. PP.

PEr Bithyniam cæterásque[k] prouincias possessores in reparatione[l] publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus pro[m] iugerum numero vel capitum quæ possidere noscuntur, dare cogātur[n]. Dat. 7. Kal. Nouem. Constantinop. Honorio VIII. & Theod. V. Coss.

DE CONDITIS IN PVblicis horreis,

Tit. XXVI.

Non debet tangi de fructibus nouis donec consumantur antiqui. Bart.

1. Impp. *Valent. & Valens,* AA. ad Volusianum. PP.[o]

OMnia[p] quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita vt non prius ad id frumentum extendatur expensio, quod sub præfecta[q] tua vrbis horreis infertur, quàm vetera[r] condita fuerint erogata, & si fortè [s]vetustate species ita corrupta est, vt per semet erogari sine querela non possit: eidem[t] ex noua portione misceatur,[t] cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac iudicio tuo, nobilis[u] prudens[x] fidelis, optimè sibi conscius, pro integritate mentis[y] apponatur custos ac mensor[z] qui vel frumenta modio[a] metiatur. vel iustis æstimationibus colligat quanta habeantur in cōdito. Dat. 6. Id Aprilis, Diuo Iouiano & Varroniano Conss.

2. Iidem. AA. Anthemio præsidi.

CVm ad quamlibet vrbem mansionémve[b] accesseris, protinus horrea inspicere te volumus: vt deuotissimis militibus deputatæ[c] & incorruptæ species præbeantur. nam si per incuriam officij grauitatis tuæ, sartorum[d] tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint: ad damnum tuum referentur. Dat. 8. Kal. Septemb. Arelate, Iouiano & Varroniano Coss.

Species in horreis publicis depositas, nullus debet in suam vtilitatem conuertere Bart.

3. Impp. *Arcad. & Honorius,* Augusti Anatolio P.P. Illyrici.[e]

NVlli posthac horreaticas[f] species contingendi copia præbeatur. si verò[g] quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat vsurpare: hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam. vt deportationis pœnæ subiectus, totius substantiæ cogatur subire iacturam. Dat. 7. Id. Iul. Constantinop. Cæsario & Attico Conss.

c Operarū immunitati renunciari non posse notāt: quòd huius Tituli inscriptio sub negatione sit concepta. *vt notatur l. 1. §. de fideiuss. do tium.* deinde quòd non tantū exactio sed præbitio hic vetetur.
d Immunitates perperā impetratæ à quibusdam, & iis concessæ, hic reuocātur ad pristinam ratiōnē census censitorum. peræquatorum, & Præsidum iudicio cōfirmatam.
e *C.T. lib. 13. tit. 10. l. 6. pars l. 9. §. De agricolis. Contius.*
f Immunitatis falsum instrumentū conscribenti ignis suppliciū est, *vt hic.* licet aliàs pœna falsi minor sit *l. 1. in fi. ff. de falsis.* Porro de ignis supplicio dixi *ad l. vnica §. de Nili aggeribus.* de Tabellionū & Tabulariorū pœnis falsum committentiū, vide hîc apud Rebuffū.
g iniusta, *in C. Th.*
h profiteretur immunitas, *in C. Th.*
i *l. 5. §. de annonis & tributis. l. 1. §. de indiction. l. 9. §. de agricol.*
k Pōticæ diœceseos, Galatiā, Cassidoniā, Armeniam.
l *adde l. 1. §. con struat. ff. de via publica.*
m Viarum & aggerū reparatio, expensis possessorū fit, pro iugerum & capitum numero quæ possident. quod cū quottidie possit occurrere eò magis notandum. *Corsetus singulari Munitio. adde hîc Rebuff.*
n adstringantur, *in vet. meo manusc. Cont.*
o *Ex C. Th. lib. 1. t. 14. l. 1. §. ante omnia. al.* P.V. id est, Præfectū vrbi: quod & lex ipsa satis indicat.
p *Vide Forcatulum c. 9. Penus.*
q Præfecti vrbi & annonæ cura dietim annonæ & panes gradiles (sic dicti, quòd diriberentur è gradibus pistrinorum qui in vnaquaque regione vrbis erant) populo præbebantur: de pane gradili: *vide hîc Cuiacium: Prudent. aduersus Symmachum Cassiodorum 9.*
r Frumentum vetus ex publico prius erogandum est, quàm nouum: quod. s. vetus corruptum sit, nouo permiscendum est: vt ita vitetur corruptū, & ne damnū fisco inferatur, quod ad tutores & curatores quidam extendunt.
s *al.* eidem noua portio misceatur, &c.
t Falsum non continuò censetur, quod incorruptū, corrupto fit permixtū. *vt hîc.*
u Nobiles in officiis administrandis præferendos aliis, hinc colligunt, vt & ditiores, bonis parentibus natos, bene natos, Christianos, *Iacob. Rebuff. hîc.*
x Frumentarij mensoris partes.
y *al.* integritatis meritis. & *sic legitur in C. Th.*
z *adde l. 9. §. de susceptorib.*
a Mensor frumenta modio metitur. Lucilius apud Nonium. Frumētarius est, modium hic secum atque rutellum vnum habet. Porrò mensores hi frumentarij, immunes à muneribus personalibus: *l. 26 ff. de excusat. tutor. l. 10 §. 2. ff. de vacat. muner.* Fuerunt & alij mensores portuenses, qui annonam vrbicam in horreis portus Tiberini metiebantur: quibus adiuncti erant candicarij. *l. 1. Co. Theo. de frumento vrbis Romæ. l. 9. C. Th. de suariis.*
b Mansiones quid dixi *in l. 2. §. de lucri aduocat.*

VT[h] NEMINI LICEAT IN EMPTIONE[i] specierum se excusare & de munere sitocomiæ,[k]

Tit. XXVII.

1. Imperator *Anastasius* August. Macroniano. PP.

QVotiens[l] vrgente necessitate comparationes[m] frumenti, vel olei[n] aliarumque specierum qui buslibet prouinciis indicuntur[o], nulli[p] penitus possidentium sese sub cuiuscunque priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique quicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore, per sacros[q] apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, aut iudicialem fortè dispositionem huiusmodi excusatio data est, vel postea data fuerit, licentia minimè vnquam contra tenorem nostræ legis salubertimæ valitura, adeo namque huiusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit,[r] volumus irrogari, vt ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ coniugis domum patiamur subtrahere. Dat. 3. Kalen. Aug. Constantinop. Olybrio V.C. Conss.

2.

CIuitatum incolæ, vel qui in eis aliquid possident, non cogantur in aliam ciuitatem vel[s] metropolin species conferre. Sed & si ineuitabilis quædam causa id fieri exigat, iustis pretiis, quæ in ea ciuitate obtinent ex qua præbentur species, eas indigentibus vendant.[t] Compensentur[u] autem venditoribus pretia cum auraria collatione. nec enim æquum est, qui nunc præbuit species, & annonæ copiam attulit, ei postea pretia computari. & hoc fiat cura & solertia præsidis cuiuscunque prouinciæ. ¶ Nullus[x] verò cogatur vendere omne id quod sui vsus gratia comparauit, sed superflua tantum: quandoquidem satis impium [y]est suis quemque defraudari, eaque in alios transferri, præside qui legem violarit violarive concesserit, C.[z] libris auri multando, & dignitate propria cingulóque spoliando. Nulla vnquam citra ingentem necessitatem iussionémque principis possessoribus coemptio indicatur, nec aliter quàm vt coemptionis aurum ex auri collatione à possessoribus debita, si quidem ea omnimodo ad coemptionem sufficiat, retineatur. Quòd si nihil fisco debeant ij quibus coemptio indicitur, aut partem tantùm, prius in numis ponderis probi aurum accipiant,

c *In manuscr.* defloratæ, *Cont.*
d *vide l. 7. ff. de offic. Procons.*
e *Ex Co Theodos. lib. 1. titu. 14. l. 3.*
f *l. 6. §. de susceptorib. l. 9. §. de mu rilegulis. l. 5. §. de fundis rei priuatæ. l. 2. §. de his quæ ex publica collat.*
g sin verò.
h *Ecl. lib. 56. tit. 9.*
i *in vno meo manuscr. leg.* comparatione, *in alio* coemptione. *Cont.* vero Coemptio σιτωνία. *Nouell. Tiberij. 1. §. Boetius. 1. de consolat.*
k Sitoniæ, vel sitonici, legend. putat Cuiac. est autem sitonia Cura coemēdi frumenti: & σιτώνης curator frumenti.
l Quū in quacunque prouincia fuerit inducta speciei alicuius comparatio, nemo se quocunque modo vel tēpore, per sacros apices vel etiā pragmaticam sanctionem aut iudicialem dispositionē excuset: quippe nec sacra domus aut piissimæ Augustæ hoc onere liberata est. *Synopsis Basilicon 56. titul. 9. adde l. 2. §. quib. muner. tit. 48.*
m Cōparatio frumēti σιτωνία.
n *al.* hordei.
o indicentur, Inuitus etiam frumērū emere quisque cogitur, quoties imperator vt vrgētem aliquā necessitatem: quod vt singulare ad alios casus non extēdi notat Mynsingerus. *7. Respons. 71. num. 45.*
p *vide l. 5. §. de quibus muneribus nemini liceat.*
q Sacri apices, Principis adnotatio quæ fit en caustō· σύδοσιμα κέρμα σύδασίμας καὶ θεῖοις κα-φάις *Græcis. adde quæ scripsi ad l. 1. §. de summa Trinitate.*
r contingunt.
s ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν, id est, quàm in metropolim. *Synopsis illo loco. c. 5.*
t & illis has auehentibus, qui speciebus indigent. *Synopsis ibid.*
u ἀπολογιζέσθω, computentur autem. vt sit sensus: Computantur venditoribus pretia specierum ad ea, quæ in ipsis in auro pensitationum publicarum nomine conferantur. Nō enim æquum est, modò quidem exigi ab aliquo, vt species exhibeat: post aliquod vero temporis interuallum, ei pretia constitui, postquàm hoc modo iam annona viluit: periclitante clarissimo cuiusque prouinciæ Præside, in pretia specierum definitis temporibus constituta fuerint, ac pro eis missa. *Synopsis ibidem.*
x Nemo cogatur omnem suam annonam vendere, sed superfluas tantum species. Nam satis impium est, suis quem defraudari, vt aliis ea suppeditet. *Synopsis ibidem.*
y Impium est quem cogi annonam suam vendere, vt ea alteri suppetat.
z Pœna centum librarum auri & dignitatis amissio imponitur præsidi committenti aduersus hanc legem.

quàm

quàm ab eis species exigantur, nemine audente vel iniusti ponderis vel ex parte tantùm nummos exsoluere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pretio deest, ab eo qui secus fecerit exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere ausus sit, vel indictam illicitè exegerit, L. libris auri mulctabitur, & militiam ac dignitatem amittet, maiori etiam commotioni subdendus. At cùm ex mandato principis coemptio indicitur, vnusquisque pro rata iugorum [a] & capitum quę possidet coemptioni subiiciatur, nemine excepto eo qui in exigendo hanc rationem non seruauerit, L. librarum auri multam subituro, & dignitatem ac cingulum amissuro, & maiorem aliam commotionem expectaturo. Excipimus ab hac lege Thraciæ diœcesin. In Thracia enim quia tributa fiscalia insolidum non inferuntur, barbarorum incursibus colonis attritis, nec sufficiente specierum collatione ad alendos milites in ea consistentes, quod omnium maximè interest, nec tamen sine coemptione præstari potest, ideo eam frequentissimè fieri longè necessarium est. In ea igitur diœcesi, quæ hactenus obtinuit, consuetudo seruetur, ei subiectis etiam negotiatoribus, vt collatoribus & negotiatoribus coemptionis aurum primùm soluatur in nummis obryzis [b] & debiti pôderis, tum ab eis sine refragatione & damno vllo conferantur species, illo qui hæc non seruauerit, eisdem subdendo pœnis. Melius enim est instar priuatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quòd si quandoque ob ciuitates aliquas inopes necesse sit coemptionem fieri, liceat præsidibus eam facere in territorio duntaxat eius ciuitatis quæ frumento indiget, & in confiniis eius, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit. quod & patres [c] ciuitatum obseruabunt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At si necessitas exigat ciuilem coemptionem fieri in vrbe regia deficientibus annonis, ea verò procedat ex sacra iussione, auro prius sine damno & dilatione præstito, vt in foro rerum venalium distrahuntur species, ita vt & naula ex publico præbeantur, & collator vendat solummodo suppeditétque egentibus necessarias species. Nihil verò hac Constitutione innouatur eorum quæ de coemptione magnæ Alexandrinorum ciuitatis disposita sunt sacra forma de annona militum euocatorum. [d] Subiiciantur multæ L. librarum auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi apparitores gloriosissimorum prȩfectorum prætorio, quàm clarissimi præsides prouinciarum, & eis obsequentia officia, & locorum defensores, & alij publicorum tractatores, si hanc legem violauerint, aut violari concesserint, aut confestim & verè eius violatores minimè detulerint.

III.

CVm in ciuitate aliqua frumenti comparandi curatore opus est, eius [e] creatio fiat arbitrio & electione episcopi & primorum ciuitatis, non vt videbitur creatoribus neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militâtes & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoueantur. Hi namque qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At [f] omni damno liberentur qui eam necessitudinem curámque sustinuerint, & secundum leges discutiantur: quandoquidem æquum non est, vt ex tot laboribus damnum ferant frumentum autem præbeant non maiore precio quàm in foro distrahatur. Qui violarit legem aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

DE COLLATIONE DONATOrum, [g] vel releuatorum, [h] aut translatorum, [i] seu adæratorum, [k]

Tit. XXVIII.

1. Imperatores *Valentinian. & Theodos.* AA. Hermocrati P.P. [l]

DIspositionem amplissimæ recordationis Anthiochi [m] quæ certam quantitatem ante se releuatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui [n] decernimus id enim quoniam in canonem cecidi, & anniuersaria debet pensitatione persolui nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum. Indulgentiam verò memoratæ descriptionis, & in antè actum & in posterum tempus non solùm in releuatis, verùm etiam in donatis, adæratis, translatísque, seu quodlibet aliud nomen, nouæ descriptionis excogitatum est, volumus obseruari: nullámq; super his vnqua [o] exactionis molestiam formidari: quibus non tantùm reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quicquam innouationis [p] aut oneris [q] adiiciendum esse censemus: nullíque licere deinceps contra diualia statuta releuare suas possessiones. Nouerit tamen amplissimæ tuæ sedis officium, quòd si aliquando nobis suggestio huic nostrȩ sanctioni contraria porrigatur, vel si sacris mandatis, si [r] qua fortè citra [s] suggestionem his piis dispositionibus aduersa emanauerint [t], obsequatur, & aliquos [u] tanquam debitores ex huiusmodi titulo crediderit exponendos [x]: ducentarum librarum auri se condemnatione multandum. Dat. 12. Kalen. Decemb. Theod. XVIII. & Albino Coss.

DE COLLATIONE ÆRIS [y].

Tit. XXIX.

Pro ære potest solui aurum tanti valoris. Bart.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Hilario [z].

ÆRis pretia quæ à prouincialibus postulantur, ita exigi volumus, vt pro [a] viginti [b] libris æris, vnus auri solidus à possessore reddatur. Dat. 5. Kal. Iun. Med. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Coss.

DE [c] DISCVSSORIBVS.

Tit. XXX.

Si æstimator malè æstimat, ipse tenetur. Bart.

1. Imppp. *Valent. Valens, & Grat.* AAA. ad Arthemium Vicar. Hispaniarum [d].

QVotiens in [e] disceptatione constiterit iniquè discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discussor: ipse, in eodem [titu]lo [f], & in eodem modo ad soluendum protinus vrge[atu]r, in [g] quo alterum perperam fecerit debitorem. Dat. Prid. Id. Maij, Valentiniano N B. P. & Victore Coss.

2. Impp. *Arcadius & Honor.* AA. Messalæ præfecto prætorio [h].

NE casu amissa securitate [i] publica, quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, vt quando securitates à discussoribus seu apparitoribus expositæ, ratiociniis [k] publicis continentur: rursus per [l] iniuriam [m] non petantur. Dat. 5. Kalend. Decem. Medio Stilichone & Aureliano Coss.

Ab onere discutiendi & æstimandi patrimonia nullus excusatur, nec etiam miles, nec militans Bart.

3. Impp. *Theodos. & Valent.* Augusti Apollonio. P.P. [n]

PEr singulas prouincias vel ciuitates, honoratis vsque ad comitiuam consistorianam, necnon etiam militantibus, & suis obsequiis non adhærentibus, aduocatis [o] quinetiam fori prouincialis mandari discussionis iugerum solicitudinem decernimus. Dat. 5. Kalen. Ian. Eudoxio & Dioscoro Coss.

IIII.

NEmo fiat discussor aliter quàm [p] ex iussione principis, specialiter discussoris faciente mentionem, non

---

a πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν ἤτοι ζευγοκεφαλῶν. *Nouella 17. in fi. Græci. l. 2. ȷ. de veste milit.* Iugationibus alij: iugationibus & capitationibus, seu iugerationibus alij metiuntur. vnde alij Iugationem: alij iugationem simul & capitationem debent.

b de obryzis solidis dixi ad edictum *Iustiniani 11.*

c Patres ciuitatum, horum fit mentio in *l. 3. ȷ. de his qui sponte munera. & Nouell. 17.*

d ἐπιζευκτῶν στρατιωτῶν *Græci hîc.* possis & externos & aduentitios milites interpretari extraordinarios, ἐπιλέκτους: Eo sensu ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, *Dioni. 55.* Leges externas Dionysius: seruos Barbaros, Plutarchus in Gracchis ἐπιζεύκτους: & in conciliis mulieres συνεισάκτους: Paulus παρεισάκτους appellat. Euocati verò milites, ἀνακλητοὶ, veterani, quos post patris cædem Augustus exciuit ex Calatia & Casilino, quorũ fuit certum corpus ferentium vites centurionũ more, *Dion. 55.* quos ideo Centuriones certè possis appellare. Nam & ita Titinniũ, quem Velleius Paterculus G. Cassij euocatu, Dio 47. & Valerius 9 Centuriones appellant. *vide Cuiacium 7. Obseruationum 10.*

e Sitonæ creãtur ex cohortalibus, arbitrio primorum ciuitatis & Episcopi.

f *v. l. vlt. §. item rescripserunt. ff. de administrat. rerum ad ciuit.*

g Donat possessiones princeps dépto canone: releuat possessiones tributis: transfert possessiones in ius aliud, aliámve functionem.

h *adde l. 24. ff. de fideiuss.*

i *l. 5. ȷ. de sacrosan. Eccles.*

k Adærare est æstimare & taxare pecunia, quod in annonis inferebatur.

l *Ex lib. 11. tit. 20. l. 6. Co. Theo. in quo tamen legitur* Antiocho P.P.

m qui fuit P. Prætorio ante Hermocratem: ad quem scripta hæc constitutio. *adde l. vlt. Co. The. eod.*

n minui.

o iniquam.

p *l. penult. ȷ. de omni agro.*

q muneris.

r Mandata citra suggestionẽ & libellum dantur vltrò: tacita verò alterius repetitione, dãtur ex libello. Porrò vt differat à pragmatica sanctione, oraculo & adnotatione dixi *ad l. vlt. ȷ. de petit. bonorum sublatis.*

s contra.

t manauerint.

u alios.

x *al.* exigendos *in Co. Theod.*

y Æs inferebant fisco quædam prouinciæ vt Cyprus: quæ ideo ærosa.

z *Ex Co. Theo. lib. 11. tit. 21. l. 2.*

a Pro ære, aurum prouinciæ inferre possunt hac forma: pro vicenis libris æris, singulos solidos, *vt hîc. l. vnica. ȷ. de argenti pretio.* Ita solui aliud pro alio volenti potest.

b *in Cod. Th. vigintiquinque.*

c περὶ ἀναγραφέων ἤτοι λογοθετῶν τῶν ἐν τοῖς θέμασιν ἀποστελλομένων καὶ τῷ δημοσίῳ ἀνήκοντα ἀπὸ παντοίας ὑποθέσεως ἀπαργυριζόντων καὶ ἀναψηλαφώντων καὶ ἐκστρατευομένων: καὶ ὅτι ἐν ἑκάστῃ λίτρᾳ τῶν ἀπαιτουμένων παρ' αὐτῶν νομίσματα ἕξ λαμβάνουσι. id est, De descriptoribus siue discussoribus, qui mittũtur in prouincias, & ad fiscũ ex quacunque causa pertinentia adærant & tractant & exigunt. Item quòd in libra qualibet eorum quæ exiguntur, sex aureos accipiant, *Synopsis Basilic. 56. titul. 10.* De discussore adde aliud munus ex *l. 9. ȷ. de Iudæis.* Et breuiter, Discussor, Disceptator rationũ fiscaliũ vel publicarum ab aliis tractatarũ, *l. vlt. ȷ. eod. l. cum post. ȷ. de appell. l. penult. ȷ. quorũ appellat. l. ... ȷ. de rationib. pub. Symmachus in epistol.*

d *C. Theo. lib. 1. tit. 26.*

e Quoties discussor nõ probauerit discussionem à se cũ fide rectéque factam esse, eodem ipse titulo vrgeatur, quo alterũ grauauit. *Synopsis ibid. c. 2.*

f id est, eadem specie & quantitate. *l. 6. ȷ. de censibus.*

g *l. 7. ȷ. de public.*

h *Co. Theo. ibid. l. 2. quibusdam tamen mutatis.*

i securitate seu apocha illationis amissa, fides ex polyptychis, id est rationibus publicis sumitur, *vt hîc. & l. illatæ. 4. ȷ. de fide instrumentorũ l. 2. ȷ. de quadrien. præscript. l. 11. ȷ. de susceptoribus.*

k Ratiocinia publica, poliptica seu polyptycha Grȩcis quæ ex chartæ πάλλας ἀποκλείσεις ... πτύχας habeant, sunt verò rationes publicæ, *l. 2. Co. Th. eod. l. 13. Co. Theo. de ind. deb.* non chirographa aut apochæ, vt Alciatus putat, *3. parergôn.* De Diptychis vide quæ scripsi ad *l. 7. in fi. ȷ. de summa Trinit. adde Cuiac. 4. obseruat. 27.*

l sine iniuria autem petuntur: quoties desiderant collatores tabulas publicas sibi exhiberi. Ea ratione possessores rectè postulant censuales proferre tabulas publicas ex quibus discant, debitorum siue reliquorum modum, *Nouell. 17. & 128.*

m *l. 5. ȷ. de metallis.*

n *In manuscripto legitur,* præfecto Augustorum.

o Imò aduocatis mandari non potest, *l. 6. ȷ. de aduocat. diuers. iudic.*

p Discussor rationum, (qui Logotheta Iuliano Patritio est) seu rerum ad ciuitates pertinentiũ, à solo principe mittebatur: nõn à P. Prætorio, non à Comite largitionũ, aut priuatarum, aut à Præside. Id enim princeps sibi adrogat: ordinarij verò discussores huiusmodi rationum, Episcopus & quinqueprimi ciuitatis. *Nouell. 128.*

præfectorum iussu, non ex præcepto alterius cuiusquam iudicis, non ciuilium [a] operum vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum vel eorum quæ impenduntur in aquæductus, murorúmve constructione, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lauacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad ciuilem rationem pertinentium. At princeps siue ex ærario pecunias miserit ad mœnium vel alterius operis constructionem, siue ab alio relictas ciuitatibus pecunias inuenerit, semel vel etiam sæpius cùm ei cederit animo, mittat discussorem qui opus admetiatur, & rationes putet exactè, & ad se referat: vt si rectè sumptus facti sunt, iis qui fecerunt sacra securitas conficiatur, qua freti nullam ij postea vel hæredes eorum aut bonorum possessores quæstionē patiantur. Valeat & ab discussore post rationum discussionē emissa securitas, nec sacra apocha nec alia qualibet cautione indigens: Sumptus [b] autem discussoribus pollicetur Constitutio, vt sine damno ratiocinia tractent. Eos verò qui de suo impendunt in opera ciuitatis, vel alias publicas necessitates hæredésve eorū, nullā vult discussionem sustinere vel lucrorum, vel eorum quæ dicūtur ἀγωγικὰ [c] aut παραπομπικὰ, vel sumptuum qui fiunt citra mulos fiscales aut muliones, vel prosecutionum ratione, vel eorum quæ generali nomine vocantur solennia. Cæterùm præsidum nemo discussorem mittat, sed referat ad principem in hoc vt ab eo mittatur qui hæc discutiat, ac ne vnum quidem obolum inde corradat, sed tam fisco quam collatoribus ius suum conseruet: & si inuentas apud aliquos pecunias fiscales exegerit, & sacro ornamento [d] intulerit, licito iure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quòd si vel obolum inuitis aut volentibus prouincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplū fisco inferens, & criminaliter coerceatur quasi proditor fisci, collatorúmque concussor. Qui autem dedit, quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutiatur & exigatur. Discussione autem solemnium facta, & ad principem perlata, discussis sacra securitas detur: dari etiam ea potest à discussoribus, ita vt vtroque casu nullam illi postea discussionē patiantur. Neq; verò ob securitatem à se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus & municipibus eum propulsandi [e] ius est, referendi etiam ad principem, vt mittat aliquē qui hoc genus concussionis coerceat. Præses qui post hanc legem non accepta ex scripto iussione principis, discussorem quacumque ex causa miserit, xx. librarum auri & officium eius xv. pœnæ subiiciatur, qui nec occasione repurgationis cloacarum, vel ædificiorum muris adiunctorum, vel ruinæ eorum, vel ob factas in publicis porticibus παραδηλείας, vt vocantur, & areas, vel eorum quæ in ciuitatis intercolumniis ædificata sunt, quasi destruenda sint, vel de imaginibus aliisve à se excogitatis modis, aut ciuilibus quæstionibus vllas iussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet [f] ciuibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus prouinciarum hoc silentio transmittentibus, & omni ciuili publicóque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis qui voluerint preces principi offerre, & gesta perdocere, vt principalis indignationis correctio consequatur, præsidibus item talia iubentibus viginti libris auri multandis, maiorémque principis commotionem expectantibus, officio autem obsecundante præter multam quindecim libr. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem [g] viro integro & fideliter atque ex vsu ciuitatum hæc indaganti, nihílque protinus ob id accipienti mandare. Prouideant autem patres ciuitatum possessorúmque potiores, ne quis ciuilem vel publicum vllum locum in muris vel in publicis porticibus vel obsequiis vel alibi iniusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non rectè rescindentur: & in damno versabuntur qui acceperint. Iidem prouideant, ne qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid vsurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. Hæc autem magnificus Comes priuatarum, & ei obsequentes Palatini perscrutari & deferre debent, impositásque pœnas exigere: vel si neglexerint, viginti libris auri multantur, officium verò xv.

a Pecuniæ ciuiles seu ciuitatum (Galli vocarent, *deniers d'octroy*) in hos vsus præcipuè vertebantur, opera publica, frumenti coemptionem, portus, aquæductus, muros, vias, pontes, aggeres, balnea.

b Discussor sumptus accipit ex publico non ex collatoribus.

c Species illatæ à prouincialibus, vel ad arcam P. Prætorio transmittebantur, vel consumebātur in ipsa prouincia. Transmittebātur autem sumptibus prouincialium, quę ἀγωγικὰ & παραπομπικὰ hic dicuntur. Pro his verò quæ in ipsa prouincia consumebātur, exigebātur παραπομπικά. *adde Nouell. 128. c. 9.*

d Sacrum ornamentū hic, nihil aliud quàm sacrum ærariū: quod Nicetas vestiariū quoque appellat.

e Officialem iniustè exequētem propulsare ius est. *dixi ad l. 5. ℑ. de executorib.*

f Officiali iniustè exequenti licet resistere.

g Discussori hic inspectionē tribuit, de quo vide Cuiac. *hîc.*

h Decuriones publici consilio causa in coloniis ac municipiis conscribebantur. *l. 239. §. 5. ff. de verbor. signif.* Suæ curiæ quasi Senatores erant. *l. 35. ℑ. eod.* Ex iis, magistratus ipsi, id est Duumuiri, Ædiles (in aliquibus municipiis Dictatores, Prætorésque) creabantur: nec aliis quàm decurionibus illi honores demādabantur. *l. 7. §. 2. ff. eod.* Pecunias publicas tractabant, erogandas decernebant, annona ciuitati vti superesset prouidebant. Curatores frumenti, olei comparandi, vel operum publicorū aut alterius negotiationis publicæ causa, Legatos, Syndicos & Tutores periculo suo constituebant. Tributa, census, & legata Reipublicæ exigebāt: omnium denique quæ vniuersim ad Rempublicam pertinebant, curā gerebant. *l. 30. ff. de negot. gest. l. 2. l. 8. l. 17. § 7. l. vlt §. 2. ff. ad municip. l. 5. ff. de administrat. tutorum.* Procuratores, conductores, aut eorum fideiussores, aut mandatores esse non poterant. *l. 10. ℑ. de locato.* militia eis erat interdicta. *l. 55. ℑ. eod.* Tot muneribus obnoxij decuriones cùm essent, non mirum quòd plerique supplicij quasi loco, Decurionatui addicerentur *de quo dixi ad l. 38. ℑ. eod.* Pro his tamen oneribus, magnis vicissim priuilegiis honorati, vt neque fustibus. *l. 5. ex quib. caus. infamia.* neque quæstioni subiicerentur. *l. 16. ℑ. de quæstionib.* non in metallum vel opus metalli damnari: non furcis affigi, ad bestias aut in opus publicè dari, vel viui exuri poterant: (adeò vt si pœnæ superiores indictæ essent, à principe liberarentur. *l. 9. §. 11. l. 38. §. 5. ff. de pœnis. l. 3. ff. de veteranis. l. 3. ℑ. de pœnis.* Denique non capite puniri. *l. 15. ff. de pœnis.* Sed si quid capitale admitebant, in carcerem tantum coniiciebantur ac vinciebantur, interea dum Princeps causa cognita de crimine cognoscebat. *l. 6. § 7. ff. de iniusto. l. 27. in fin. ff. de pœnis. l. 1. in fin. ff quando appellandum.* Idem honos (quod maius est) parentibus & liberis eorum tribuebatur. *vt ex legibus superius propositis constare potest* Ab extraordinariis etiam muneribus immunes. *l. 21. ℑ. eod.* Ac ne Curiæ inopia ciuium desererentur, à Theodosio primum constitutum, deinde ab eius successoribus confirmatum, vt naturales filij Curiæ oblati legitimi fierēt, suorúmque hæredum iura nanciscerentur. *l. 3. l. 4. ℑ de natural. lib. liberis. §. 2. Inst. de heredib. ab intest.*

DE † DECVRIONIBVS ET FILIIS eorum, & qui [h] decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ [i] liberentur.

Tit. XXXI.

† *D. l. 50. titul. 2. Nouell. 38. Ec. lib. 54. titul. 1. Nouella Leonis 46. Decuriones sublati: proinde hic titulus in Basilicis deest.*

An pater, & eius heredes pro filio teneantur.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. & Valerianus Cæs. Carterio.

SI cùm te pater decurionem esse voluisset, & in illo rebus humanis agente honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam hæredes eius reipubl. nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur: sed non ante, nisi [k] tuis || propriis [l] || rebus excussis. PP. 5. Kal. Decemb. Æmilio & Basso Coss.

De ratione nominandorum magistratuum.

2. Exemplum sacrarum literarum *Dioclet. & Maximian.* AA.

OBseruare oportebit magistratus, vt decurionibus solenniter in [m] curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant: eámque statim in notitiam eius qui fuerit nominatus per officialem publicum perferri [n] curent: habituro appellandi [o], si voluerit, atque agendi [p] facultatem apud [q] præsidem causam suam iure consueto, quem si cōstiterit nominari minimè debuisse: sumptum [r] litis eidem à nominatore restitui oportebit. Sine die & consule.

De ætate.

3. Iidem AA. & CC. Iulio.

CVm decurionatus honorem [s] sponte susceperis: ab albo [t] eximi, || licet || annosum te esse dicas, non potes. PP. Id. Nou. Diocle. A. II. & Aristobulo Coss.

De filijs adoptiuis.

4. Iidem AA. & CC. Cassiano S. P.

CVm adoptiuum [u] filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit: pro atrocibus iniuriis eum quem ad [x] vicem [y] naturalis [z] pignoris tibi adscribebat, à præside prouincię illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit [a]. hócque congruenti pœna coercebitur. PP. 2. Kalend. Decemb. Dioclet. A. II. & Aristobulo Coss.

De filijsfamilias.

5. Iidem AA. Alexandro.

FIlios [b] in potestate patris positos, ad munera seu honores non posse euocari [c] falso tibi persuasum est. Sanè si [d] ad nominationem [e] filij consensum non accommodaueris. PP. 6. Id. * Maximo II. & Aquilino Coss.

De expertibus litterarum.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

EXpertes [f] literarum decurionis munera peragere non prohibent iura [g]. Dat. 8. Kal. Maij, AA. Coss.

De fratribus habentibus bona indiuisa.

7. Iidem AA. & CC. Diogeniano.

LIcet indiuisa [h] bona fratres habent: nihilo minus tamen singuli suo nomine ciuilibus tenentur muneribus. PP. 4. Id. Maij, ipsis AA. Coss.

De infamia de oculis amissis.

8. Iidem AA. & CC. Platoniano.

INfamia [i], quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum [k] casus, quæsitum tibi adimit honorem. Dat. 16. Kal. Febr. Nicomediæ, CC. Coss.

De his qui filios habent, vel non.

9. Iidem AA. Aurelio.

IN albo decurionum præscriptis [l], patrem, non [m] habenti filios anteferri constat.

i *al.* curiali,

k *l. 17. §. 2. ff. ad municipalem.*

l *al. deest.*

m ad.

n perferre. *al.* proferre.

o *vide l. 1. §. 3. ff. quando appelland. l. 1. in princip. ff. de vacat. muner.*

p peragendi.

q Vide Socinū *regula 87. l. 54. ℑ. eodem. d. §. 3. l. vnic. in fin. ℑ. de vacat. publ. muner. l. 37. in princip. ff. ad municip.*

r *v. l. vnicā ℑ. de sumptuum recuperat.*

s *l. 2. in fin. ff. eodem.*

t Album quid *vide titul. ff. de albo scribendo.*

u Adoptiuus dignitate adoptantis fruitur.

x Adoptiuus, filius ad vicem naturalis pignoris adscriptus seu adscitus.

y inuicem.

z Pignora naturalia, vocat filios naturales sunt enim ἐνέχυρα φύσεως. *Theophilact. Scholastic. in epistol. Theophil. Instit. de satisdat. tutorum in princip.* Seneca pignora pacis.

a *l. 5. ℑ. ex quib. causis infam. irrogatur.*

b Decuriones creari etiam filiifamilias possunt.

c deuocari, *al.* nominari.

d Pro filio decurione pater nō tenetur nisi consenserit: *l. 4. ne filius pro patre. l. 3. §. quod pater. l. 17. ff. de muneribus. l. 4. ℑ. de filijs famil.*

e denominationem.

f Literarū expertes & imperiti decuriones creari possunt.

g nostra iura. *adde l. 3. ℑ. de honorib. & muneribus non continuand.*

h Communio bonorum, neminem obligationi alienæ adstringit.

i Infamis remouetur à decurionatu.

k Cœcus cœcitate ipsa decurionatum non amittit: sed infamia contracta, *adde l. 1. §. casu. ff. de postulando.*

l *al.* proscribendo, *al.* describendo. *Cont.*

m Qui liberos habet, in decurionatu adipiscendo, alij liberos non habenti præferendus. *vt hîc. l. 6. ff. eod.* Præsumitur enim liberos habens de republica esse magis sollicitus quàm is qui non habet, vide Alciatum *1. præsumpt. 36.* adde quædam ex l. Iulia, quæ apud Gellium, *lib. 2.*

De æta-

a *vide l.vlt.j.qui ætate.l.3.l.5.ff.de iure immunitatis.*
b Vxor pro marito decurione conueniri non poteſt.*adde l.2.s.ne vxor pro marito*
c non eſt.
d Infamis immunitatem munerum habere non poteſt. *adde l.8.s.eod.l.49.j.eod.l. vnica.C.de infamibus.l.3.§.ſi in metallum.ff.de minoribus.Nouella 45.in princ.*

De ætate.

10.Iidem.AA.& CC.Aurelio.

SI vltra ſeptuageſimum [a] ætatis annũ patrem tuum eſſe præſes prouinciæ perſpexerit:eum perſonaliũ munerum vacatione perfrui prouidebit.

Ne vxor pro marito conueniatur.

11. Iidem AA.& CC.ad Maximinum.

VXorem [b] pro marito decurione conueniri non poſſe,proculdubio [c] eſt.

De infamia.

12. Iidem AA.& CC.Zotico.

NEc infames [d] immunitatem habere, cum [e] hæc priuilegij,nõ notæ ſit,cõuenit.Dat.5.Kal.Feb.AA.Coſſ.

De ſententia præſidis,de ætate, de podagra.

13. Iidem AA.& CC. Proculo.

A [f] Muneribus decurionatus nec [g] ſententia præſidis in perpetuum,nec anni quinquaginta [h] nec podagra [i] valetudo præſtat excuſationem.

Quis vacationem tribuere poßit.

14. Imp.*Conſtantinus* A.ad Euagrium.

NEmo [k] iudex [l] aliquem ſuo arbitrio de curia liberet: nam ſi quis fuerit huiuſmodi [m] infortunio deprauatus,vt debeat ſubleuari,de eius nomine ad noſtram ſcientiam referri [n] oportet:vt certo temporis ſpatio ciuilium munerum ei vacatio porrigatur.PP.Id.Mart. Cõſtantino A.III.& Licinio III. Coſſ.

De Tabellionatu.

15. Idem A.Mechilio Hilariano correctori Lucaniæ & Britiorum.

VNiuerſos [o] decuriones volumus à tabellionum [p] officiis [q] temperare.Dat.3.Kalend.Febr.Sabino & Rufino Coſſ.

De diſceſſu.

16.Iidem A.ad Hilarianum proconſ.Africæ.[r]

SI quis decurio vel propriæ rei cauſa vel reipublicæ cogatur noſtrum adire comitatum:is non [ſ] antè diſcedat, quàm inſinuato iudici [t] deſiderio proficiſcendi licentiam [u] conſequatur,quòd ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc fecerit iuſſionem,indignationem [x] competentem ſortiatur.PP.7.Id.Iul.Charta.Criſpo.III. & Conſtantino III.Coſſ.

De militia.

17.Idem A. Euagrium PP.[y]

QVi derelicta curia militauerit [z] reuocetur ad curiam. Dat.16.Kalend.Iun.Conſtantino A.VII.& Conſtantio C.Conſſ.

Si ad magiſtratum nominatus lateat.

18.Idem A. [a]

SI ad magiſtratum [b] nominati,aufugerint requirantur, & ſi pertinaci ||eos [c]|| animo latere patuerit [d], his ipſorum bona permittantur, qui præſenti tempore in locum eorum ad duumuiratus [e] munera vocabuntur: ita vt ſi poſtea reperti fuerint, biennio integro onera duumuiratus cogantur agnoſcere.omnes enim qui obſequia publicorum munerum tentauerint declinare, ſimili conditione teneri oportet.Dat.3.Kalend.Octob.Serdicæ, Conſtantino A.IX.& Conſtantio.IIII.Coſſ.

e Priuilegio frui non meretur, qui pœnam meretur.
f *al.*De.
g A decurionatu non liberat Præſidis ſententia,*adde l.14.j.eo.*
h *Sic legit Euſtathius* περὶ χρόνων. *Cuiacius tamen mallet.l.v.*
i Podagra nõ liberat à decurionatu. *adde l. Podagræ .j. qui morbo ſe excuſant.*
k *Co.Th.lib.12.titu.1.l.1.ſed hæc lex multum eſt immutata.*
l *adde l.13.s.eo. adde l.vnica.j.de his qui à principe vacat.*
m *al.* huius.
n deferri.
o *C.T.eo.l.3.*
p Tabellio eſſe non poteſt qui decurio eſt, *vt hîc. adde l.21.s. de falſis.l.*Cur ita ius eſt? An quòd ſcribę munus vile? Ita poſt Accurſiũ, Bartolum & alios notat Tiraquellus *c. 30. de Nobilitate.* Liuius 9.C.Flauius Cn. filius ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus. Facit qđ merces illi pro opera, non pro induſtria detur. licèt Alciatus cõtra ſentiat, *in l. mercis appellatione. ff. de verbor. ſignif.* Sed & iidẽ ſerui publici appellãtur. *l.nõ aliter.ff.de adopt.l.2.ff. rem pupilli ſaluam fore.Theophil. Inſtit.de adop.* Quid quod Cicero *5.Verrina.* Scribæ tabellarium præconem & viatorem præferat: quaſi dignum maiori mercede? Quæ omnia ad minutos & minorum iudicum ſcribas referre poſſis:nec enim magni Senatus vel Principis ſcribas, viles poſſis dicere aut ignobiles. qualem dixeris Eumenem Alexandri, *Plutarchus in Eumene*, Porſenæ ſcribã, *Liuius 2.* Æſchinem Athenienſium *Libanius in argumento orationis* περὶ παραπρεσβείας quales denique ſcribæ illi quos munus honorificentiſſimum ſuſtinuiſſe apud Græcos refert Æmilius Probus.His adde Guidonem Papæ *quæſt.90.*Adde Nouellã Leonis περὶ πολιτικῶν στρατειῶν διατάξεων vbi de creatione Tabellionum.
q Tabelliones tamen,qui ſunt publici contractuum ſcriptores, ad decurionatum vocari poſſunt.*l.ſi quis decurio.s.ad l.Cornel.de falſis.*
r *Co.Theod.eo.l.9.*
ſ Decurio rei propriæ vel publicæ cauſa, Comitatum ſeu aulam principis adire non poteſt, antequam iudici deſiderium proficiſcendi inſinuauerit, & miſſionem impetrauerit.
t id eſt,præſidi.
u ea ἀπολυτική.*adde l.penult.j.de legationib.*

x deportationis exitum,*in C.Th.*
y *Co.Th.eo.l.13.in fin.*
z Decurio,miles,relicta curia,eſſe non poteſt.*l.51.l.55.in princ.j.eo.*
a *Co.Th.eo.l.16.*
b Duumuiratum ſcilicet.

De reſcriptis.

19. Idem A.ad Lucretium Paternum. [f]

VAcuatis [g] reſcriptis, per quæ munerum ciuilium nõnullis eſt vacatio præſtita [h], omnes ciuilibus neceſſitatibus aggregentur: ita vt nec conſenſu ciuium vel curiæ præſtita cuiquam immunitas valeat,[i] ſed omnes ad munerum ſocietatem conueniantur. Dat.8. Kal.Nouem. Heracleæ Conſtantino A.III.& Conſtantio.IV.Coſſ.

De magiſtratuum deſertoribus.

20. Impp. *Conſtantius & Conſtans* AA. Ordini ciuitatis Ædeſenæ.[k]

CIrcenſium [l] magiſtratus deſertores, ad eam grauitas tua faciat neceſſitatem conditionis vrgeri, vt quaſcunque pro his expenſas ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repræſentare cogantur.Dat.14.Kal.Feb.Naiſſi Acindyno & Proculo Coſſ.

De immunitate.

21. Iidem AA.Nemeſiano Comi.[m]

CVriales omnium ciuitatum nullam [n] pro re priuata noſtra debent inquietudinem ſuſtinere: nec huiuſmodi oneribus velut extraordinariis occupari: quoniam ſatis eſt ſi ciuitatum munera per eos congruè compleantur.[o] Dat. Prid. Id Aug. Beſſæ, Acindyno & Proculo Coſſ.

Qui ſequuntur matrem.

22. Imperator *Iulianus* Auguſt.Iuliano Comiti Orientis.[p]

EOs indulſerunt veteres principes ex [q] materno genere curialibus Antiochenis [r] adſcribi, quos patris conditio [ſ] nullius vindicaret iuri ciuitatis.Dat.5.Kal.Sept.Antiochiæ,Mamerrino & Neuitta Coſſ.

De debitis alienis.

23. Idem,A Iuliano Comiti Orientis.[t]

PRouidẽdum eſt eorum nouitati decurionum,qui nuper nomen curiis addiderunt, ne [u] præteritis debitis ſuſceptorum onerentur:ſed conuentis propter hæc debita ||his,|| qui ea præcedentibus delegationibus [x] contraxerunt,nullam eos moleſtiam pro ſarcina nominationis alienæ ſuſtinere patiaris. P.P.Byritho Kal. Nouemb. Mamertino & Neuitta Coſſ.

De duodecim liberis.

24. Idem A Leontio Conſulari Palæſtinæ.[y]

SI quis decurio pater ſit duodecim [z] liberorum, honoratiſſima [a] ||munerum|| [b] quiete donetur. Dat. Kalend. Mart.Antiochiæ,Iuliano A.IV.& Salluſtio Conſſ.

An curialis vltra terminos ſuæ ciuitatis exhibere ſui præſentiam debeat.

25. Imperatores *Valent.& Valens*.AA.ad Byzacenos [c]

CVriales [d] vltra [e] terminos propriæ ciuitatis non iubeantur à moderatoribus prouinciarum exhibere ſui præſentiam,niſi publica neceſſitas exegerit. Dat.prid. Id.Septem.Aquil.diuo Iouiano & Varroniano Coſſ.

Do prætextu religionis.

26. Iidem AA.ad Modeſtum præfectum præt.[f]

QVidam ignauiæ [g] ſectatores,deſertis ciuitatum muneribus captant ſolitudines,ac ſecreta [h],& ||ſub|| ſpe-

c *al.deeſt.*
d patuerint,*in Co. Theo. & qui lib.*
e Duumuiri ſunt magiſtratus municipales annui. Duũuiralitij, qui duũuiratu abierunt. *Auguſt. de cura pro mortuis habenda.*
f *Co. Theo. eo. l.17.*
g *l.28.l.37.l.43. in fi. l.vlt. in fi.j. eo.*
h præſtituta.
i *Ex eo. titul.l.29.*
k *Sic Cuia.reſtituit.al.autem legitur*, Conſtantinæ.
l *al.*Cyrenenſium:verùm intelligit ludos Circenſes, vt ſatis lex ipſa indicat. Iubet autem Duumuiros non edẽtes ludos Circẽſes, Reipublicę protinus reddere cõpelli ea quæ in eam rẽ Reſpublica prorogauerit, *vt hîc.* Idem eſt in Prætoribus, *l.6.Co. Theo.eo.*
m *C.Th.eo.l.30.*
n *l.14.j.de ſuſceptorib. l.2.j.de ſilentiariis. l.17. l.18.ff.ad municip.*
o cõgrua compellantur,*in Co. Th.*
p *C.Th. eo.l.51.*
q qui,*in C.T.*
r *l.62. in prin.j. eo.*
ſ dignitas,*in C. Th.*
t *Co.Th.eo.l.54. meminit Zoſimus lib.5.*
u Decurio nouus non tenetur ſoluere æs alienum anteceſſoris ſui,quẽ nõ nominauit.
x Suſceptor nemo creatur ſine delegatione.
y *C. Th. eo.l.55.*
z *In Co.Th. & vet.exemp. XIII* vnde Cuiac. legendum exiſtimat *XVI*.duobus *II*.mutatis in *V*.
a *al.* honeſtiſſima. *& ita in l. ſemper.ff.de iure immunitatis.* ὁ ἔχων δέκα ἓξ παῖδας πάντων λειτουργημάτων ἀπαλλάττεται.
b *deeſt in Co.T. & quibuſdã manuſcr.*
c *In C. T. 60.eo.*
d *Vide ipſum Co.Theo. & Alciat. lib. 13. diſpun.cap.11.*
e Curialis extra ciuitatem pertrahi non poteſt, niſi publica neceſſitas aliud exigat.*adde Nouell.45.in prin.*
f *Co.Th.eo.l.63.*pertinet autem hæc lex ad monachos Ægypti (quibus Valens pertinaciter infenſus fuit) vt ex ipſo Co.Th.conſtat.
g Ignaui, eorúmque ſecta legibus notatur. *adde l.52.§.penult.s.de Epiſcopis. adde Ariſtot.1.Polit.4.* De operis monachorum Hieronymus ad Ruſticum monachum *c.nunquam.de conſecratione.5.Nouella 133.cap.6.* vbi dixi aduerſus ignauos, *adde Nouellam 80.*
h E ſecretis ſuis ignauiæ ſectatores ad ſuam curiam, *vt hîc.* (vt metallarij ad ſua metalla) reuocantur. *l.vlt.j.de metallariis.* Eorum autem, qui in ſecretis ita viuunt, præfecti,archimandritæ.*de quibus s.de Epiſcopis.*

a Id est, solitariorum monachorum. hoc autem constituit Valens Arrianus Basilio magno monachorum multorum principe ac patre infestus. *vt testatur Gregorius Nazianzenus.* & tamen hæc lex prolata Iustiniano: vt & Senatusconsultũ factum Neronis Imperatoris tempore, *l. 1. ff. ad Trebell.*

b Patriam deserens, impius, *l. penult. s. de rescin. ven.*

cie religionis cum cœtibus monazonton[a] congregantur. Hos igitur atque in huiusmodi deprehensos, erui latebris consulta præceptione mandamus: atque ad municipia patriarũ[b] subeunda reuocari, & pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris: quas per eos cēsuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. PP. Byritho, Kalen. Ian. Valentiniano & Valente. AA. Conss.

De militia paterna vel auita.

27. Iidem AA. Mauris Sitifensibus.

PRiuilegio[c] militiæ[d] paternæ se non vindicet, quem assuetus[e] curiæ nexus astringit. quòd si militari auo & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis[f] Dat. 9. Kalend. Mart. Treu. Valentiniano & Valente AA. Coss.

De muneribus.

28. Iidem AA. & Gratia. ad Volusianum P.V.[g]

NVllus qualibet prærogatiua fultus, à debitis[h] muneribus habeatur immunis. Dat. 4. Kalen. Iul. Mediol. Valentiniano & Valente AA. Coss.

Vtrum filius. patris vel matris conditionem sequatur.

29. Iidem AAA

NAti ex inquilinarum[i] nostræ domus matrimonio & patre decurione, non patrum suorum, verùm † matrum conditionem sequantur.

De actionibus publicis.

30. Iidem AAA.

PRocuratores[k] reipublicæ actionibus publicis debere vti non venit in dubium.

De curialibus in publicum protrahendis.

Potest quis extrahi de domo vt acceptet officium, & occultator punitur. Bart.

31. Imppp. *Valent. Valens, & Gratianus* AAA. ad Modestum.[l]

EX omnibus domibus[m] producti: qui origine sunt curiales[n] ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur:[o] quippe cùm occultatoribus talium, præter iacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat, si vlterius progressi, vtilitatem publicam priuatis custodiis[q] & patrociniis postponant. Dat. 3. Id. Iul. Ancyræ, Gratiano A. & Probo Conss.

De fabricensibus.

32. Imppp. *Gratian. Valentinia & Theodos.* Augusti. ad Neotherium PP.[r]

FAbricenses[s] ordinibus[t] restituantur, qui originem curialem & propria[u] munera declinauerint ciuitatis, reliqui ne[x] leui quidem inquietudine pulsentur. Dat. 16. Kal. April. Thessal. Gratiano V. & Theod. I. AA. Conss.

De formentis.

33. Iidem AAA. Eutropio PP.[y]

OMnes iudices, prouinciarúmque rectores, à consuetudine temerariæ vsurpationis abstineant, sciántque neminem omnino principalium[z] aut[a] decurionum sub

c *Ex eo. titul. l. 64. C. Th.*

d Auo decurione patre milite natus, aui: patre decurione, auo milite, patris conditionem sequitur † militiæ præfertur curia. *adde l. 35. in fi. j. eo.*

e habitus, *in veter. li. quod idem est, atque,* auitus, *vt legitur in Co. Theo.*

f functioni, *in C. Th.*

g *C. Th. eo. l. 67. ex qua aliquid hic detractũ est.*

h Decurio dignitatē aut militiā adsecutus, immunis à muneribus esse nō potest, *adde l. 9. s. eo.*

i inquilinorũ.

† Curiali patre, matre inquilina vel colona dominica natus, colonus est non curialis: inquilinatum sequitur potius quàm curiam. *vt hîc.* quod abrogatũ videtur *Nouell. 38. c. 2.*

k Procuratores Reipublicæ, causas Reipublicæ agunt apud Præsidem aut Principem dixi.

l *Co. Theo. eo. l. 76.*

m *vide l. 39. j. eo.*

n curiali, *in C. Th.*

o *vide l. 103. ff. de regulis iuris. Retium c. 6. de iure sistendi.*

p Occultator decurionis punitur.

q *in quibus. lib.* studiis.

r *Co. Theod. eo. l. 81.*

s Fabricenses ὁπλοποιοὶ.

t Curiales, qui se Fabricēsium collegio dederint, retrahendi: & ordini seu curiæ suæ restituendi, *l. 4. j. de fabricensib.*

u propriç, *in C. Th. & vet. quib. lib.*

x *al.* nec.

y *Co. Th. eo. titu. l. 85.*

z Principales decurionũ primi: Pro curiarum amplitudine quinque, decem, vel viginti erant. Principaliũ primus, primus Curiæ. *l. 56. j. eo.* quasi consul. His principalibus similes quasi, hi qui nobis Capitolini, Scabini, aliàs pro quolibet curiali sumitur. Sic Augustinus Areopagitas, principales Atheniensium vocat.

a ac, *in C. Th. sunt autem principales, decurionum primi.*

b *al.* anterioris, *in lib. Aur. & Dionys.* sub cuiuslibet culpæ aut anterioris offensæ, *&c.*

c plumbatarum cruciatibus, *in Co. Th. quod est à compositoribus immutatum. vt paulò pòst, vbi reposuerunt,* tormentis. *l. 40. j. eo.*

d Decuriones, suæ curiæ quasi Senatores erant: Curia ipsa, minor senatus. *l. 36. j. eo. l. 239. §. 5. ff. de verborum signif. Nouella. 38. Euagrius lib. 3. Maiorianus Nouella de Decuriònibus. Cassiodorus 9.*

e Decuriones, à pœnis aut tormentis plebeiorum immunes sunt. Pœnæ plebeiorum, eculi, vngulæ, fidiculç. *l. 57. l. 58. j. eod. l. vlt. ff. eo. l. 2. j. de decurial. vrbis Romæ. l. 12. s. de pœnis. Nouella. 45. August. epistola 68. & libro 3. contra Cresconium.* Gradu reorum forma tormentis datur.

f neç, *in Co. Th.*

g eruere.

h *al. deest.*

i *Ex C. Th. eo. tit. l. 92. quem vide & confer. multa enim hic sunt detracta.*

k Decurio procurator alterius esse non potest, adde quæ scripsi *ad l. 6. §. 2. ff. eod.*

l *vide Vvrmserum 1. Obseruat. 12.*

m *Co. Theo. eo. tit. l. 98.*

qualibet culpæ aut erroris[b] offensa cruciatibus[c] esse subdendum. quòd si quis fortè iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod audeat principalem aut decurionem, & suæ curiæ (si sic dici oportet) senatorē,[d] tormentis[e] subdere, viginti librarum auri illatione multatus & perpetua infamia inustus, ne[f] speciali quidem rescripto notam eluere[g] mereatur: & officiũ quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogatur inferre: quoniam vt pertinaciæ iudicis ||sui||[h] resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. Dat. 12. Kalend. August. Heracleæ, Eucherio & Syagrio Coss.

De procuratione.

34. Iidem. AAA. Floro P. P.[i]

SI quis procurationem[k] facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa grauissima pœna plectetur: ille verò qui immemor libertatis & generis, infamissimam suscipiens vilitatem,[l] existimationem suam seruili obsecundatione dānauerit, tradatur exilio. Dat. 10. Kalen. Nouemb. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.

De filiis decurionum.

35. Iidem AAA. Posthumiano PP.[m]

IN filis decurionum retinendis, priorum[n] præceptorum decreta sublimitas tua custodiat: eósque[o] qui aduocationis[p] obtentu[q] curialia onera declinant, agere vniuersa[r] compellat: quæ etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit, ipsos quinetiam filios magistrorum[s] qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernant. Dat. 8. Id April. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino Coss.

Vtrum filij patris an matris conditionem sequantur.

36. Iidem AAA. ad Basilium com. S.L.[t]

EXemplo[u] senatorij ordinis, patris[x] originē vnusquisque[y] sequitur: nec valeant specialiter[z] delata rescripta, si quis se, matris origine defensa[a] à maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit, neque vlla pro more[b] prouinciæ referri[c] sinatur exceptio. Dat. 16. Kal. Iul. Rom. Merobaude II. & Saturnino Conss.

De rescriptis.

37. Iidem AAA. Posthumiano II. PP.[d]

QVotienscunque se ex rescriptis[e] nostris aliquid impetrasse contendunt hi quos obnoxios curiæ vel[f] origo fecerit, vel latum inter partes iudicium designauerit: nullam prorsus spem curiam declinandi ex colore sacræ iussionis accipiāt. Dat. 14. Kal. August. Constantinop. Merobaude 2. & Saturnino Coss.

De pœnis.

38 Iidem Augusti ad Cynegium præfectum prætorio.[g]

NE quis officialium[h] pœnæ[i] specie atque æstimatione curię dedatur[k]: nisi si quis fortè curiam defugiēs, ob hoc cœperit militare,[l] ne[m] ingenitis[n] fungatur officiis. Omnes itaque omnino iudices tuæ[o] censuræ subditos admonebis, ne quis ||eorum||[p] existimet curiæ loco[q] supplicij quenquā deputandũ: cum vtique[r] vnumquēque

n Leges anteriores sequendæ cum filiis decurionum in curia retinēdis.

o eos quoque.

p Aduocatione fungi decurio potest. *l. 56. l. 57. j. eo. l. 13. §. 2. ff. de falsis.* tabellio esse nō potest. *l. 15. s. eo.* Licet à decurionatu vocari possit. *l. si quis decurio. s. de falsis.*

q Decurio aduocationis obtētu ciuilia munera detractare non debet.

r onera vniuersa, *in Co. Th.*

s Magistrorũ, id est, professorum artium liberalium, ex curiali genere descendentium filij à ciuilibus muneribus non excusantur vt patres.

t *Co. Th. eo. tit. l. 101.*

u Exemplo senatorij ordinis dixit: est enim sua inter Senatores & Curiales seu Decuriones similitudo, *dixi l. 33. s. eo. Nouell. 38. c. 6.*

x Originem patris sequuntur vt Senatorij, ita Decuriones.

y municeps vnusquisque, *in Co. Th.*

z Priuilegium priuatus impetrare non potest, vt ne sequatur patris sed matris conditionē, *vt hîc.* ciuitates verò & prouinciç, possunt. *l. 22. s. eo.*

a defendens, *in C. Th.*

b Consuetudine hoc ius adquiri non potest, vt liberi sequantur matris originem.

c referre.

d *Co. Th. eo. tit. l. 102.*

e Priuilegia impetrata in fraudem curiarum non valent. *l. 19. s. eod.* vt incolatus, possidendi conditio.

f Curiæ subiicitur quis origine, sententia, *vt hîc.*

g *Cod. Theo. eo. tit. l. 108.*

h Officiales hîc, cohortales, officiales præsidum.

i Pœnæ species, olim curiæ subiici, vt hîc, mox dicetur plenius.

k edatur, *in Co. Th.*

l Militia decurionibus interdicta. *vide l. 55. j. eo.*

m nec ingenuis.

n Ingenita officia, originalia. *l. 40. j. eo. l. 3. s. de officio P. Prætorio Orientis.*

o id est, præsides.

p *al. deest etiam in Co. Th.*

q Decuriones multis muneribus erant obnoxij: adeo vt pœnæ loco Christiani ab impiis principibus Curiis addicti sint: vt testatur Cassiodorus. *1. Tripartitæ 9. & 6. c.* 7. Ita desertores monachi & clerici, addicuntur cohorti Præsidis. *Nouella. 5 6.* (quod Leo in Nouellis mutat & *Nouella 123. c. 41.*) apparitores P. vrbi corpori pistorum. *l. 2. s. de apparit. Præfecti.* Hoc enim genere, conditionem mutant in deterius. Non sic pœnæ specie cohortalis addicitur curiæ, *vt hîc.* vel suarium pistrino. *l. 19. s. de pœnis.* quia rei conditio deterior non fieret.

r Pœnæ ea conditio est vt deteriorem faciat conditionem ejus qui punitur, non meliorem.

crimi-

criminosum [a] non dignitas debeat, sed pœna comitari. Dat.8.Id.Non.Constantinop.Ricomere & Clearcho Coss.

De priuilegio domus principis.

39. Iidem Augusti ad Eusignium præfectum prætorio.[b]

CVriales qui sese priuilegio [c] domus nostræ defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, &[d] propriis functionibus mancipentur, & publica damna sarciãt. Dat. 8.Kal.Ianuar.Hono.N.B.P.& Euodio Coss.

De Delictis.

40. Imppp.*Valent.Theodos.& Arcadius*.AAA. Cynegio præfecto prætorio.[e]

QVilibet principalium[f] vel decurionum, ||si[g]|| vel decoctor[h] pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis, vel immoderatus in actione fuerit inuentus: iuxta pristinam consuetudinem non solùm à vobis, quibus [i] propter loci dignitatem rerum summa [k] cõmissa est, verùm & à iudicibus[l] ordinariis plumbatarum[m] ictibus subiiciatur.[n] Dat.die Kalen. April. Constantinop. Valentin.A.III.& Eutropio Coss.

De conditione non mutanda, & curia non relinquenda.

De Senectute.

41. Iidem AAA.Cynegio præfecto prætorio.[o]

DEcurio fortunam, quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet: & si vacare per senectutem [p] potuerit, propter ordinationem, quæ per plurimos cito [q] definiri solet, curiam non derelinquat. Dat. prid.Non.Iul. Constantinop. Valentinian.A.III. & Eutropio Coss.

De viris militaribus.

42. Imppp.*Theod. Arcad.& Honor.* AAA. Abundantio Com.& magistro vtriusque militiæ.[r]

MIlitaribus[s] viris nihil sit commune cum curiis: nihilque[t] sibi licitum sciant, quod suæ non subiectum est potestati: nullum iniuria, nullũ verbere, nullum graui pulsatione, tribunus, dúxve [u] ille aut comes sit, curialem principalém ve contingat. Si quis posthac temerario & inconsiderato ausu vllum ex principalibus viris vsurpata attrectauerit iniuria: sciat se decem libris auri esse multandum. Dat.prid.Kalend.August. Constantinop. Arcadio A.I.& Rufino Coss.

De officiorum priuilegiis, actuum præiudiciis rescriptis & adnotationibus.

43. Iidem AAA.Rufino præfecto prætorio.[x]

OMnes qui curiali obstricti sanguine diuersi se officiorum [y] priuilegiis & actuum [z] præiudiciis aggregarunt, reddendos muniis esse non [a] ambiges, sed nec rescripta, aut adnotationes ad munerum fugã prodesse permittimus. Dat.prid. Id. April. Constantinop. Theodo. A. III.& Abundantio Coss.

De matris conditione.

44. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.[h]

NVllus[c] solius materni [d] sanguinis vinculis illigetur: quia[e] mulierum infirmitas nunquã huiusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis. Dat.5.Id.Aug.Constantinop.Theodo. A. III. & Abundantio Coss.

De forma nominationum.

45. Iidem AA. Ennoio procons.Africæ.[f]

NOminationum[g] forma vacillare nõ debet, si omnes, qui albo curiæ detinentur, [h] adesse non possunt: ne paucorum absentia, siue necessaria, siue fortuita, debilitet quod à maiore [i] parte ordinis salubriter fuerit constitutum: cùm duæ [k] partes ordinis in vrbe positæ, totius curiæ instar exhibeant. Dat.17. Kalend.Iun. Med.Olybrio & Probino Coss.

De Curialibus eligendis.

46. *Arcad.& Honor.* AA.Theodos.P.P.[l]

AD subeunda patriæ munera, dignissimi [m] meritis[o] & facultatibus ||curiales|| eligantur: ne tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non possint. Dat.13.Kal.Feb.Olybrio & Probino Coss.

a Crimen pœna non dignitas comitari debet.
b *Co. Theodos.eo.tit.l.109.*
c Decuriones nullius domus patrocinio tueri se debent, cuiusque illa dignitatis sit vel fortunæ.*l.31.s̃.eo.*
d & vt,*in Co.Theodos.*
e *Co. Th. eo. tit. l.117.*
f Principales, curiç primi.*l.33. s̃.eo.*
g *Abest à C.T. & quibus.lib. sed tollendum non videtur.*
h Decoctores hic & *l.12.j.de susceptoribus*, quæ dixi *ad l. 2.j. de palatinis sacrarũ largitionum, Tertul. apologetic.*
i Cassiodorus, *in Psal. 104.* Præfecti vice sacra iudicant & cunctarum prouinciarum potestatẽ maximam habere noscuntur.
k *Amian. 17.* κορυφαια, *3.Euagr.42.*
l Præsides subiecti sunt P.Prætorio.
m Plumbatarũ ictibus castigari decuriones hodie possunt, maximè si euersores pecuniæ publicæ, si iniquè descriptionẽ arbitri, si superexactores vel cõcussores fuerint. *adde l. 2. Co. Th. lib.9.ti.35.*plumbatarum verbera *l.2.s̃. de exact. tribut. l. 2.C. Th. de quæst.l.7. C.T. de exactoribus. Ammianus 29.* Prudentius περὶ στεφάνων.
n *al.* subiiciantur, *vt in Co. Th.*
o *C.Th. eo.tit.l. 118.*
p senectus non excusat à decurionatu.
q Immunitas non tribuit excusationem ab iis quæ citò expediri possunt.
r *C.Th.eo.tit. l. 128.*
s In decuriones iurisdictio est ciuilibus magistratibus: at non militaribus. *l. 47.j. eo. vide l. 2. s̃. de offic. militar.iud.*
t nihil.
u dux ille, an comes sit, *in plerisque lib. & ita legendum existimat Cuiac.*
x *C.Th. eod. tit. l.134.*
y *l.17.l.28.l.32.l. 35.l.39.s̃.eo.*
z Actuum prçiudicia. *adde l. 31.l.39.s̃.eo.*
a *l.19.s̃.eo.*
b *C.Th.eo.tit. l. 137.§.nullus.*
c Nullus sanè solis materni, *&c.in C.Th.*
d Curiç maternæ ciuitatis non obligatur, qui patre non curiali, matre verò ex curiali genere natus sit, maternus sanguis, curialem non facit.*adde l.1.§ 2.ff.ad municipalem,*excipe *l.62.j.eo.*
e A matre nemo rectè habere possit, quod ipsa mater non habeat, vnde notant, non militem, militem facere non posse. Dare nemo regulariter possit, quod ipse non habeat.
f *C.Theodos.eo.142.*
g Nominatio decurionis non fit irrita, quorundam decurionum absentia.
h continentur,*in C.Theodos.*
i Maior pars decurionum quod facit, cæteri videntur fecisse. *vide l.19.ff.ad municipal.l.27.s̃.de appellat.Rolandus à Valle 1. consil.90.num.19.*
k Duæ partes curiæ, curia aut curiæ instar: duæ partes, duæ tertiæ. *l.3. ff. de decretis ab ordine faciendis.*

l *C.Theodos.eo.tit.l.140.*
m Dignissimis ac potioribus munera iniunguntur non ordinationi.*l.1.j. de potioribus nominandis.l.7.in pr.ff.eo.*
n & meritis,*in Co.Theodos.*
o *Co.Theodos.12.1.150.*
p Comitiuam honorariam adipisci decurio potest, Comitiuç dignitas etiam curialibus data.
q Curialis licet honoretur titulo Comitiuç consistorianæ, est tamen sub Præsidis iurisdictione.*vide l.42.s̃.eo.*

De comitiua dignitate.

47. Iidem AA.Cæsario præfecto prætorio[o].

CVriales, qui honorariam adepti sunt comitiuam [p] dignitatem, formidare debent eos quorum [q] moderationi sunt commissi: nec se existimare ideo meruisse dignitatem, vt iudicum præcepta despiciant, quòd si in eadem perseuerent, quinque librarum auri multæ obnoxij subiugentur: honore quoque quem prodiderint, spoliandi. Dat.4.Kal.Ian.C.P.Olybrio & Probino Conss.

De successione Curialium.

48. Iidem AA.Florentio P.V.

IN successione curialium decernimus, vt etiam[r] si patres decesserint, teneatur agnatio.[s] Dat.12.Kalend.Ian. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.

De superstitionibus.

49. Iidem AA.Theodoro præf.prætorio.[t]

OMnes, qui quolibet || modo|| [u] curiæ iure debentur,[x] cuiuscunque superstitionis [y] sint, ad implenda munera [z] teneantur. Dat.Id.Septemb.Med. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

De Curia non relinquenda.

50. Iidem AA.Eutychiano præf.prætorio.[a]

OMnes omnino curiales in originalib. ac debitis perpetuò curiis [b] perseuerent. & qui ex his ad [c] prouinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione peruenerint, sciant se non solùm in sua curia remansuros, sed, & [d] cunctis rursus ab exordio muneribus seruituros. Dat.8.Kal.Nouem. Constantinop. Honorio A.I.V.& Eutychiano Coss.

De bonis eorum qui Curias deserunt.

51. Iidem AA. ||& *Theodos.*A|| Messalæ P.P. post alia[e].

QVamuis [f] prouisum fuerat congruæ emendationis occursu, quemadmodum curiales [g] militiæ [h] nomine & honore suspenso, officiis redderentur: tamen quia[i] hoc callido consilio repererunt, vt euitatis[k] prouinciæ suæ finibus, tanquam his eorum tantùm interdictus fuisset accessus, peregrinos [l] expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum [m], latitandi spes [n] || perseueret[o],|| & solatia [p] eos impunitatis sequantur [q], horum cupiditatibus obuiamus: vt ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni [r] vel muniis ciuitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ vel qualibet [s] fraude subtrahere conati fuerint[t], curiis, quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis, intra anni metas, hi tamen qui manifestis curiæ nexibus illigantur, latere potiùs quam redire maluerint[u]. sciant post emensum annum [x] interpellatis prouinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis, curiis, quas destituerunt, esse consulendum. Neque enim de immaturo præiudicio temporis possunt breuitatem [y] causari. Dat.17. Kal. Septemb.Theodoro V.C.Cos.

De oneribus.

52. Iidem AA.Probino procon.Africæ[z].

QVis tam inueniri iniquus arbiter rerum potest, qui in vrbibus magnifico statu præditis, ac votiua curialium numerositate locupletibus, ad iterationem [a] quempiam transacti oneris compellat [b]: vt cùm alij necdum penè initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ sæpe functiones adficiant? Dat. 16.Kalend. April.Mediol.Cæsario & Attico Coss.

De potestate fascium.

53. Iidem AA.Euchario procon.Africæ[c].

DVumuirum impunè non liceat extollere potestatem fascium [d] extra metas territorij[e] propriæ ciuitatis. Dat.6.Idus Mart.Rauen.Honor.IX.& Theodo.V.AA. Coss.

De decurionibus curiæ vindicandis.

54. Iidem AA.Palladio.P.P.[f]

GEnerali lege sancimus, vt si quis suum decurionem curiæ vindicare maluerit: si præsidis [g] desit[h] copia, in

r *l.55.j.eo. l.7. in pr.j. de principalib. agentium in rebus.*
s Agnationis voce hic liberi intelliguntur. *l. 155.Co. Th.eo.*
t *C.Th.eo.158.*
u *al. deest, & abest quoque à Co. Th.al* loco.
x *Nou.45. in pr.*
y Superstitio hic secta. *l. 7. s̃. de hæreticis.* Iudaica, vel hæreticorum.*l.3.in f. ff.eo.*
z *al.*munia.
a *C.Th.eo.159.*
b Curiam deserere nemo curialis potest.*l.55. j.eo.l.1 ff. eo.l. vnica j. si curialis relicta ciuitate. l. vnica in fi.j.de priuileg.corporat.*
c Curialis, præses prouinciæ factus ad curiam reuocandus, intermissa munera ex integro repetiturus.
d *al.*sed etiam.
e *C.Th. eo. 161. in quo desunt hæc verba*, & Theodos.A.
f *Bona eius qui quacunque fraude curiam euitat, si per annum contumax fuerit, applicabuntur curiæ.Bart.*
g *al.*isti,*vt in C. Theodos.*
h Militiç decuriones interdicti, à militia ad curiam reuocantur, *v. l.55.j. eo. l. 17.s̃.eo.*
i qui.
k *al.* ciuitatis.
l Decurioni, nõ tãtùm in patria militia interdicta est, sed & in solo peregrino.
m *al.*curialiũ.
n *al.* species, *& rectè.*
o *abest à C. Th. & quib.lib.*
p solatium, *in C.Th.*
q exacuat,*in C. Th. quod rectum est, si legatur,* solatium.
r Prosecutioni se subtrahit, qui abest lõgissimè.
s *l. penult. s̃. de rescind.vend.*
t subtraxerint, *in C.Th. & quib. lib.*
u *Hic quædam omissa & detracta sunt è C.Th.*
x Curiales qui relicta curia militant, reuocandi: aut post annum bona eorum addicuntur curiæ: aut iis sane, qui eorum vice munera subeunt.
y breuitate,*in C.Th.*
z *C Th. eo.12.5.3.*
a Iterare decurionatum nemo cogitur, si alij sint idonei: secus si desint. *l.3.j.quemadmodum ciuilia munera iudicantur.*
b impellat,*in C.Th.al.* compellatur.
c *C.Theodos.12.1.174*
d Duumuiri præferebant fasces & bacillos. *Cicero 2.agraria l.26.ff.ad municipalem.*
e de Territorio. *v.l. 39.ff de verb.signif.*
f *C.Theodos.12.1.181.*
g iudicis,*in C.Theodos.*
h Quid si præsens aut adsit præses: dies tamen feriata sit? dixi *ad l. 11. supra de feriis.*

a Manus iniectio in decurione ſuo vindicando permiſſa. adde ſimiles caſus. *l.2.ſ. eo. ex l.9.ſ. de ſeruis fugitiuis, l. ait prætor 10. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraudem, l.19. in pr. ſ. de teſtib. l.1. ff. de cuſtod. reorũ.* aliàs nõ permiſſa manus iniectio, *l.13. in fin. ff. quod metus cauſa: l.25. ff. de adult. vide Hartmanium 2. practic. 1. c. 1.* b geratur. c Lis originis ſiue de conditione curiali intra tres menſes definienda. d vindicauerit, *in C. Th.*

eundem manus [a] iniectione conceſſa, ſciat ad examẽ cognitoris reſultantem eſſe deducendum: ita vt moderator prouinciæ, (ſi quæſtio fortaſſe fiducia defenſionis vlla generatur [b]) niſi intra tres [c] menſes cauſam originis competenti diſceptatione cognouerit, atque conuictum cum pœna reſtituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciauerit, [d] decem librarum auri multam cogatur exoluere. eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur. Dat. 5. Non. Maij, Rauen. DN. Theod. A. VII. & Palladio Conſſ.

De militia.

55. Imp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Iſidoro P.P. poſt alia.[e]

SI quis decurio, aut ſubiectus curiæ auſus fuerit vllam affectare [f] militiam: nullo temporis præſcriptione muniatur, ſed ad conditionem propriam retrahatur: nec [g] ipſe vel eius liberi poſt talem ipſius ſtatum procreati, quod patriæ debetur, valeat declinare. Dat. 3. Non. April. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Conſſ.

De curiæ Alexandrinæ principalibus.

56. Iidem AA. Iſidoro P.P.[h]

ALexandrinis principalibus,[i] etſi [k] aduocatione [l] fungantur, nihilo minus [m] onus peregrinationis [n] incũbat: nec publica cura [o] niſi in ſua tantũ ciuitate committatur: & primus [p] curiæ quum [q] muneribus vniuerſis expletis ad ſummum peruenit gradum, comitiuæ [r] primi ordinis fruatur poſt biennium dignitate præſtita: in curialibus tamen [ſ] permaneat. Dat. prid. Non. Iun. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Conſſ.

Iidem AA. Iſidoro P.P.[t]

QVinque [u] ſummates [x] ordinis Alexandrini [y] à corporalibus [z] iniuriis immunes eſſe cenſemus, vt voce libera [a] commoditates patriæ defendant: cùm poſſint, ſi quid egerint criminosè, pecuniariis coerceri diſpendiis. æſtimabuntur autem præſente curia, viri ſpectabilis Auguſtalis [b] iudicio. Dat. prid. Non. Iun. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Coſſ.

58. Iidem AA. Iſidoro P.P.[c]

EVm, qui triginta [d] annos in Alexandrina ciuitate ciuilibus inhæſerit muneribus, corporalib. [e] iniuriis [f], non pecuniariis excuſari conuenit: habita conſideratione videlicet meritorum: vt hoc [g] bene cogniti [h] priuilegium conſequantur: nec eo paſſim [i] fruantur indigni. Dat. prid. Non. Iun. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Conſſ.

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

59. Iidem AA. Iſidoro P.P.[k]

SI quos ſpontaneos [l] hypomnematographi [m] munificos ſuis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones, iubemus non [n] expectandum eſſe conſenſum pro tempore viri ſpectabilis Auguſtalis, qui fit plerunque venalis: ſed vtriuſque [o] partis ſufficere voluntatem, vt incipiat functio, quam nullus incuſat: tunc ad memoratum iudicem [p] tam nominati, quàm [q] etiam creatoris [r] conſona relatione currente. quam ſi ſuſcipere vel confirmare diſtulerit, ſciat ſe vigintiquinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. prid. Non. Aug. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Conſſ.

An quis per ſubſtitutum ſatisfacere munerib. poßit.

60. Iidem AA. Thomæ [ſ] P.P.

NVllus, qui nexu generis curię tenetur obnoxius, per ſubſtitutam [t] quamcunque perſonam curiales [u] impleat functiones: ſed ipſe per ſe debitum patriæ munus exoluat, etſi ſpectabili [x] dignitate decoratus ſit: niſi hoc ei ſpeciali beneficio ſit conceſſum. Hi [y] verò, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos [z] periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur.[a]

De Dorotheo, Irenæo, & eorum liberis ad legem eos. 22. ſ. h. t.

61. Imp. *Leo.* A.*

NEque [b] Dorotheum virum illuſtrem, & totam eius ſubſtantiam, neque Irenæum virum ſpectabilẽ tribunum & notariũ, etſi ante [c] paternas illuſtres dignitates natus eſt, vllam inquietudinem pro curiali genere & conditione ſuſtinere decernimus. liberos quoque eorum, qui vel iam ſunt, vel futuri ſunt, eorúmq; poſteros, quotienſcunque continuata temporum & ſucceſſionum perpetuitate naſcentur, à conditione curiali & functione eſſe liberos lege [d] diuæ [e] memoriæ Iuliani, quæ de materno curialium Antiochenæ ciuitatis genere promulgata eſt, nihil in perſona viri illuſtris Dorothei, vel viri ſpectabilis Irenęi vel aduerſus facultates eorum, vel aduerſus liberos eorũdem, qui vel iam nati ſunt, vel poſtmodum quoquo tẽpore naſcentur, vel aduerſus ſubſtantias [f] eorum, roboris vel iuris habitura. Circa alias ſanè vniuerſas perſonas de materno genere ad memoratæ Antiochenę ciuitatis tantummodò curiam pertinentes, eãdem legem præcipimus obtinere propriam [g] firmitatem.

De his qui ex materno Curialium Antiochenæ ciuitatis genere procreati ſunt.

Qui eſt obligatus curiæ ratione originis, eam declinare non poteſt: & ſi curia non pulſauerit patrem, filium pulſare non poterit. Bart.

62. Idem A.

SI ille qui ex [h] filia decurionis Antiochenæ [i] ſplendidiſſimæ [k] ciuitatis & patre qui nullius alterius ciuitatis muniis debebatur procreatus eſt, ſub examine prouincialis iudicis vel ſponte confeſſus, vel certè conuictus fuerit, quod ex filia ſit curialis progenitus, & albo decurionum adſcriptus fuerit: nullã ſibi ſupereſſe facultatem negandæ vel euitandæ conditionis exiſtimet: & curialem nõ aſpernari fortunam aui materni ſui pertẽtet, nec dubitet ſe muniis curialibus ſubiicere.[l] Quod ſi quem [m] curia de qua præſens ſanctio loquitur, natum ex filia curialis minimè ſecundum præſtitutam ordinationem ſibi ſociandum curauerit: prolem eius pulſare nullo modo penitus poterit. nec enim patimur conuentionem eiuſmodi prætermiſſo filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, vel pronepote, vel vlterius incipere.

De Doctitio.

De natis ex illuſtribus.

63. Idem A.[n]

DOctitij viri clariſſimi [o] iubemus fortunam ſuper curiali conditione nullo modo ||eſſe|| inquietandam, [p] nec facultatibus eius: ſed eo qui huiuſmodi conamen inierit, ſacrilegij pœnam [q] luituro. 1 ¶Omnes, qui poſt [r] peractam illuſtrem adminiſtrationem, vel adhuc in ea poſito patre [ſ] ſuo gignuntur, à curialium intentione defendantur vna cum paternis ſine dubio ſubſtantiis: quas cum perſona patris à curiali nexu liberas eſſe nemo diſſimulet.

De dignitatibus.

64. Imp. *Zeno* A.

NEminem ex his qui obnoxij curiæ cõſtituti ab [t] initio feliciſſimi noſtræ pietatis imperij, comites [u] priuatarum [x] noſtræ vel || piiſſimæ [y] || Auguſtæ partis, ſiue comites [z] largitionum, vel comites [a] domeſticorum, quæſtores vel magiſtri officiorum ||licet [b]|| ad actum adminiſtrationis gerẽdum prouecti ſunt, vel in poſterum prouehentur ob hoc curialium munerum laqueos volumus euitare: [c] ſed obligatos cum liberis ſuis quandocũque progenitis, & facultatibus ſuis poſt adminiſtrationem depoſitam, curiæ commoditatibus inſeruire: niſi fortè aliis priuilegiis ſuper hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia vniuerſa legitima vel ex conſtitutionibus data priuilegia, integra volumus illibatáque ſeruari. [d] Ne [e] tamen indulti honoris [f] inane nomen retinere videantur: dignitatum titulis potiantur, per ſubſtitutos ſuarum [g] periculo facultatum curialibus muneribus reſpondentes: habeantque [h] integra illibatáque priuilegia dignitatis. Eos verò

e *C. Th. 12. 1. 188. ſed confer, quia hic multa omiſſa ſunt.*
f *Dixi ad pragmaticã Iuſtiniani c. 18.*
g *al.* ne.
h *C. T. eo. 189.*
i Militia decurionibus interdicta, *l. 17. l. 38. l. 51. ſ. eo.*
k Principales qui eſſent, dixi *ad l. 33. ſ. eo.*
l Alexandrini principales etſi aduocatione fungi poſſint, non tamen coguntur inuiti extra ſuam ciuitatem legatione fungi.
m nihil peregrinationis, *Pyrrhus.* nec onus, *& c. Aured.* Sed Cuiacius hic nihilominus accipit pro minimè. *vt l. 2. §. 1. ff. vi bonorum. vide Robertum 2. Receptæ lectionis 27.*
n Aduocatione fungi decuriones poſſunt.
o Peregrinationis onus, legatio.
p Curam hic à munere ſeparat Cuiacius. Principalis, munere expleto, curas ſuſcipit.
q qui in, *in C. Th.*
r Curię primus qui in curia ſũmo loco, ante principales, ante decuriones, *l. 127. C. T. eo.* huic ſimilis eſt, qui hodie quibuſdã dicatur maior populi, *Maire*, vt & Pariſienſibus, *Preuoſt des Marchans.*
ſ *al.* tantum.
t *C. T. eo. 190.*
u Alexandrinę curiæ primus decurio, poſt biennium comitiua primi ordinis ornatus exit, nõ quidem ex curia, ſed ex primicerio.
x Id eſt, principales, ſiue primates, vt etiam legitur *in C. Th. l. 1. j. de Alexãd. princip.* ſummates autem dixit *vt l. 6. j. de nauicular.*
y Curiæ principales ſeu primi, pro curiæ amplitudine quinque, decẽ vel viginti erant, *vt hic*, quinque. Hinc decemprimi curiales, *l. 2. C. Theodoſ. de quæſt. l. 42. l. 44. C. Theod. de iis qui ſup. rel. Cont. l. 39. C. Theod. de epiſc.* z De curia Alexandrina, *vide. j. titu. de Alexandriæ primatibus.* a Principales curiæ Alexandrinæ pro patria aduocatione fungentes corporalibus iniuriis adfici non debent à P. Auguſtali, *vt hîc*, idem principalibus Vulſinenſium in Hetruria datum, *l. vrbis. C. Theod. eod. Cuiac. hic.* b *De hac voce*, Auguſtalis, *pulchrè in hunc locum Alc. ad 3. lib. C.* c *C. T. eo. 191.* d cum aduocatione funguntur. Libertas, permiſſa aduocato. e Alexandrini curiales qui triennio functi muneribus, immunes à corporalibus muneribus non à patrimonialibus. f *deeſt in manuſcrip. rectè. al.* muniis, *vt in C. T.* g Corporales iniurias appellat, corporalia munera, cui opponit pecuniaria. h cognitum, *in C. T.* i tamen. k *C. T. eo. 192.* l *De his vide Strab. lib. 13. Geograph.* m Hi teſte Alc. in hunc locum dicuntur, qui commentaria ſcribunt. n id eſt ſi fideliter in decurionatu functi ſint, non deſultoriè. o Nominationem commentarienſis Alexandrini, Præfectus Auguſtalis etiam inuitus ratam habere cogitur. p & nominantis & nominati. q Decurionis nominatio confirmatur iudicio præſidum, *vt hîc*, qui & nominationibus intereſſe ſolent, *l. 1. §. ſed etſi præſes, ff. quando appellandum ſit.* r *al.* creationis, ſed creator hîc nihil aliud quàm nominator decurionis, *vide l. 2. §. 7. ff de adminiſtr. rerum.* inter quem & ipſum nominatum appellantem in cauſa appellationis lis eſſe ſolet. Quid tamẽ ſi ſine nominatore præſes alicui honorem detulerit, & is qui ita nominatus eſt à præſide appellauerit? Ariſtides *lib. 4. ἱερῶν.* refert ſe Irenarcham à Seuero Aſiæ præſide ita nominatum, appellaſſe, nõ ab ipſo Præſide, ſed ab ipſis magiſtratibus municipalibus, qui ei literas præſidis reddidiſsẽt: quaſi videretur illi ipſi eum nominaſſe *v. Cuia. 9. obſ. 35.*
ſ al. Theodoro.
t *l. 2. j. quo quiſque ordine.*
u Curialis origine, etiãſi ſpectabilem dignitatem, putà comitiuam, adeptus ſit, per ſubſtitutũ munus ciuile obire nõ poteſt: niſi ſpecialiter id ei à principe ſit cõceſſum: Illuſtres vero curiales ꝑ ſubſtitutũ poſſũt, periculo tamẽ ſuo.
x Spectabilis dignitas, comitiua, & ſimiles.
y *Hæc vſq; ad finem ſumpta ſunt ex lib. 12. titu. 1. l. 159. C. Th.*
z *vide l. 21. in fi. ſ. de Epiſcopis.*
a verentur.
* al. Iidem AA.
b Curiæ obnoxij liberi ante illuſtratũ nati. ab hac tamẽ ſentẽtia excipitur hic Dorotheus & Irenæus *dicam ad l. 63. j. eod.*
c Natus ex illuſtri vel adminiſtrante vel adminiſtratione perfuncto curię non tenetur *vt hic* (excipe caſum *l. 61. ſ. eod.*) Igitur natus ante illuſtratum patris curia retinetur *l. 61. ſ. eo. l. 63. l. 64. l. 65. j. eod.* vnde notãt, Natos ante illuſtratum & regnum patris, neque illuſtres, neque regis filios eſſe: qua de quęſtione plura dicam ad *l. 11. j. de dignitatibus.*
d *Extat ſ. l. eos hoc tit.*
e diuinæ.
f al. ſubiectas.
g perpetuam.
h Curia Antiochena eos ſibi ſuęq; curiæ vindicat, qui naſcuntur patre libero matre decurionis filia: quod in aliis nõ eſt *l. 22. l. 61. ſ. eo. Zoſim. 5.*
i Antiochia ſplẽdidiſſima ciuitas *vt hic.* Orientis pulcher apex *Ammienus 20.* nõ multũ Romainferior *Herodia. 4.* diuitiis, magnitudine, hominũ multitudine, omniũ vrbiũ quę in Oriente prima *Procop. 1. de Bello Perſi.* k adde *l. 1. in fi. ff. ad municip.* l ſubiacere. m ſi qua. n Iidẽ AA. ad Senatũ. Ad ſenatũ autem ideo ſcribit, quippe de ſenatore. o alias clariſſimi iuuenis. p inquirẽdã. q pœna. r Natus patre illuſtri, patre in ea dignitate poſito, vel ea etiã functo, illuſtris eſt. vnde colligitur natũ patre nondũ illuſtri, ante adeptũ illuſtratũ, nõ eſſe illuſtrẽ. *adde l. 61. ſ. eo. l. pe. l. vlt. j. eo. dicãad l. 11. j. eo. de dignitatib.* ſ patri. t Nat⁹ patre illuſtri, curia liberabatur: nõdũ illuſtri ſeu ante illuſtratũ patrẽ natus, curiæ patris tenebatur ante hãc cõſtitutionẽ: Poſt hãc cõſtitutionẽ, liberi, etiã poſt illuſtratũ patris nati curia tenẽtur, ſiue pater illuſtratũ ꝑ ſe, ſiue per ſubſtitutũ geſſerit. Hac tamẽ ſentẽtia excipiũtur quædã dignitates illuſtres, de quibus in fine *j. eo.* u *al.* comitũ priuatarũ rerũ. x modò ante hãc conſtitutionẽ eã geſſerit dignitatẽ *l. 65. j. eod.* y *al. deeſt.* z ſeu comitis *& deeſt*, ſacrarũ. a al. comitis. b *al. deeſt.* c Illuſtres ſunt hæ dignitates comitatus rerũ priuatarũ, largitionũ, domeſticorũ: Quæſtura, magiſtratus officiorũ. d obſeruari. e nec. f honores. g Natus patricio, cõſule, cõſulari, magiſtro militũ, P. Prætorio, vel vrbis (ſunt & hæ dignitates illuſtres: in eo quod mox ſequetur, à ſuperioribus differẽtes) curia liberatur: etiãſi pater illuſtris poſt imperiũ Zenonis illuſtratũ adminiſtrauerit: ante dignitates ſuperiores à patre adeptas natus, non liberatur curia. h habeant.

qui

a nuntium. b honore. c Substituto interposito seruiens, periculo suo seruit, *l.14.ff.de administ.tut.*
d Hæc lex pertinet tantum ad Orientale imperium.
e *v.l.vlt.ꝫ.de excus.munerum.* f honore.
g *l.64.ꝫ.eod.*Curiæ obligabantur Zenonis constitutione, qui ab initio imperii Zenonis facti essent Comites rerum priuatarum, largitionum, domesticorum, &c. *d.l.64.ꝫ.eo.* hac constitutione superiores curia liberantur: modò si ante constitutioně Zenonis eas dignitates gesserint: nec vult sibi eosdem quidquam præiudicasse, quod aliquādiu paruerint constitutioni Zenonis, atque ita derogatur, *l.64.ꝫ.eo.*
h data.
i *al.*deest.
k Leges futuris regulam imponunt, non præteritis. *l. 7. ꝫ. de legibus. l.20.ꝫ.de vsuris. l.12.l.vlt. ꝫ. de suis & legitimis, l.22.ff.de legib.l.1.§.2.ff.ad l.Falc. Nouel.73. c.9.in pr. Nouel. 115.c.1.in pr.l.22. ꝫ.de sacros. eccle. l.53.§.1. ꝫ.de episcopis. l.vnica.ꝫ. de contract. iud. l.3. ꝫ.de pactis pignorum.* Potest tamen princeps etiam pēdenti negotio legem dare. *Nouella 3.*Leges trahuntur etiā ad præterita si id lege noua nominatim sit expressum. *Nouel.12. l.vlt.ꝫ. de pactis pignorum, l.1. ꝫ.de contrac. iud.* Citeriore denique tempore obligant, si id specialiter lege expressum *Nou.57. & 116.* His addēdum, appellationis causas finiri secundum leges quæ dicendæ sententiæ valebant, non secundū nouas quæ post sententiā, à qua appellatū est, inualuerūt, etiamsi nouæ nominatim porrigantur ad præterita, Nam hæc recusata, quoties nouis legibus adiicitur, de præteritis negotiis, negotiis nondum finitis accipienda est, nō de iis quæ iam finita sententia iudicis vel transactione partium *l.1.in fi.ꝫ.de contractib.iudi.l.22.ꝫ.de sacros.eccl.Nou.111.& 115.* Quid si negotium quoquo modo in iudicium deductum? Accursius existimat eam clausulam non eò porrigi: verùm Accursio repugnat *Nouel.113.*

qui præfatas dignitates ante initium [a] nostri imperij consecuti sunt: cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis, à curialibus nexibus vel onere [b] decernimus liberari. Hos autē qui quocūque tempore patricij [c] vel consules, aut consulares facti sunt, aut in posterū fuerint, aut magistri militum, vel præfecti prætorio Orientis [d] vel Illyrici, vel vrbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt, aut postea gesserint: omnimodo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis [e] filiis, à curiarum nexibus vel onere [f] decernimus liberari.

65. Imp. *Anastasius* A.

DIuæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem, [g] quæ de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata [h] est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cauetur eos etiam qui ante eandem constitutionem, ab initio tamen eiusdem diuæ recordationis Zenonis imperij, comites priuatarum rerum nostræ vel piissimæ Augustæ partis, seu comites ||sacrarum|| [i] largitionum vel comites domesticorum, quæstores, aut magistri officiorum ||licet|| ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, minimè curialium munerum laqueos ob hoc euitare, sed obligatos cum liberis suis quandocūque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire, nisi fortè aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim qui memoratas administrationes vel vnam ex his peregerunt, necnon liberis & rebus eorum, beneficium quod ante per illustrem administrationem peractam eis acquisitum est, intactum illibatūque iubemus seruari: vt relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi quā liberi eorum post huiusmodi administrationem adeptam procreati, vnà cum propriis substantiis potiantur, & si contigerit eos post diuæ memoriæ Zenonis constitutionem, siue per se, siue substitutos suos curiæ competentia munera subiisse: eadem videlicet constitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die quo promulgata est, suas vires obtinente: cum conueniat leges [k] futuris regulas imponere, non præteritas calumnias excitare.

Quæ dignitates curia liberent.

66. Imp. *Iustinianus* A. Demostheni præfecto prætorio.

CVrialibus [l] consortiis consulentes, censemus, vt nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem [m] sibi curialis competere conditionis: omnib. anteriorib. modis quos non cōpræhendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquādis. Si quis igitur vel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, siue infulis consulatus honorarij [n] aut ordinarij fuerit ampliatus, vt vel consul vel consularis [o] efficiatur: seu pręfectorū prætorio infulas susceperit gubernandas: vel vrbicariam (in ipso tamen actu) meruerit pręfecturam, necnon magistri militum officium gerendum susceperit: is gaudeat se huiusmodi conditionis esse exortem, & liberum cū suis facultatibus suáque posteritate, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris, tam præfecturæ [p] quęstoris quàm viri eloquentissimi fisci patroni: tam [q] præfecturæ quæ Orientalib. & Illyricianis præsident sedibus, quàm vrbicariæ, nexibus curiæ liberantur, cum ad fisci patronatum peruenerint, vnà cum substantiis & liberis suis, quos vel antè habuerint, vel postquam ad eundem gradū prouecti sunt. ¶Viri etiam clarissimi principes agentiū [r] in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinij [s] nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri [t] scrinij libellorum, sacrarúmque cognitionum & dispositionum cum substantiis suis, & liberis quos post emensa [u] stipendia susceperant. hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum quos multo, longo, prolixóque tempore pertulerunt, [x] intactum illibatúmque conseruamus, vt hi omnes tur vt ea dignitate, vna cum liberis susceptis post eam dignitatem, curia liberētur.

l Huius suæ constitutionis ad Demosthenem meminit idem Iustin. *Nou.38. vide Forcatulum c.3 Necyomant.*
m Curia liberant hę dignitates, summa patriciatus dignitas, Consulatus, Consularitas, Præfectura prætorio, vrbana, magisterium militum, patronatus fisci, principatus agētium in rebus, proximatus sacrorum scriniorum, *vt hîc*, duæ priores, solo titulo: reliquę administrationis tantum merito, patriciatus & consulatus etiam honorarius, reliquæ non nisi reipsa administratæ, *Nouel.70.& 81.*
n Consulatus alius honorarius, alius ordinarius.
o Dignitas hæc Consulatitas.
p *al.*prælaturæ, *sed hunc locum sic emendat Cuia.* Sed & viri eloquentissimi fori patroni tā præfecturæ, quę Orientalib. & Illyricianis præsidē sedibus, quā vrbicarię.
q Aduocatorum Præfecturę, prætorianæ & vrbicariæ certus erat numerus. Ex eorum numero quotannis prodibant duo fisco patroni quibus hoc priuilegii da-
r *v.l.7.ꝫ.de princip.agent.in reb.* s scrinia memoriæ, epistolarum, libellorum, cognitionum & dispositionum. t necnon sacrorum librorum, sacrarúmque.
u emensa. x protulerūt. y Curia nullę dignitates liberāt præter superius enumeratas, Ita Comitiua priuatarū, vel largitionū vel domesticorū, vel quęstura, vel magisteriū officiorum curia non soluit.
z *l.132.C.Theod. de decur.*
a memorauimus.
b Natus patre iam patrono fisci, curia vna cū patre, liberatur: ante natus, nō liberatur, *vide quæ scripsi ad l. 61.ꝫ. eo. & l.11.ꝫ. de dignitatib.*
c quis.
d Quartā Sabinianam datā adoptato ex tribus marib? tollit, *§. sed ea omnia, Inst.de hære. ab intest.* de qua dixi *ad l.pen. §. 3.ꝫ.de adop. vide hic Cuiaciū. Alciatum 4. parerg. 5.*
e Senatus maximus, vrbis Romæ.
f eminentissima.
g imperfectis.
h eius.

fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suáque sobole, secundum ea quę prædiximus. Ex æuo autem sequente progenitos antea, nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos: vt ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alij sibi audeant vindicare, sed progeniti filij antequam [y] ad fisci patronatum peruenerint, in conditione pristina remaneant: ¶ Aliis || [z] autem modis || quàm his quos sigillatim enumerauimus [a], siue legibus [b] antiquis comprehensi sunt (qualis [c] erat is quem ex tribus [d] maribus cōcessum ante fuerat patri maximo [e] senatui sociare) siue comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed siue pragmatica super hoc processit, siue sententia eminentissimæ [f] præfecturæ, siue alius modus quicunque excogitatus est: ea omnia penitus vacuari, & pro infectis [g] haberi, & curialia corpora suis reddi ciuitatibus, & substantias eorum subiacere, nulla excusatione eis [h] penitus competente.

SI SERVVS AVT LIBERTVS AD decurionatum aspirauerit,

Tit. XXXII.

1. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Saturnino.

SI † libertus vel ius aureorum [i] annulorū adeptus non est, vel natalibus suis non restitutus: præses prouinciæ non tantùm curiæ [k] participare non permittat, sed iuxta legis [l] seueritatem congruenti pœna vlciscatur.

2. Iidem AA. Oricinæ. [m]

PRæses prouincię si eum qui ędilitate [n] fungitur, [o] seruum tuum esse cognouerit: si quidem non ignarum conditionis suæ ad ædilitatem aspirasse perspexerit, ob violatam [p] seruili macula curiæ dignitatem congruenti pœna adficiet. Si verò quum opinione [q] publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subiugabit.

† Curiæ res alterutro modo liberti esse poterant, vel iure aureorum annulorum impetrato, vel natalibus restituti, hic deficientib. curiales esse nō poterant, *vt hic*, vt nec senatores, *l. 9. ꝫ.de dignitatib.* Hodie, possunt: cum omnibus libertis ius aureorum anulorū datum sit, & omnes restituti natalib. *Nou.78.*
i Annulo aureo vtebantur ingenui, idcirco libertinis anulus dabatur, vt quasi ingenui viderentur.
k curiam.
l Legē Visselliā intelligit, de qua *ꝫ.ad l.Visel.*
m Originæ.
n Ædilitas hic, magistratus municipalis, *l.qui insulam. §.ædilis ff.locati. Iuuenal. saty.3.* sic Arpinum habuit ædiles. *Cic. 13.familiar. & 15. ad Atticum:* Capuę Prætores. *Cic.2. Agrar.* Laminiū, Dictatores, *Cic. pro Milone.* In aliis, duūuiri Spartianus *in Adriano.* Per Latina oppida Dictator & Ædilis & Duumuiri sunt. In aliis Quatuoruiri, *l.1.ꝫ.de solut.& lib.debit.ciuit.* Alexandriæ, Hypomnematographi, *l.59.ꝫ.de decu.* o Fungi ędilitate & ędilē esse differūt: hoc iuris, illud facti. p Curialis seu decurio esse nō potest, qui seruus sit. q Opinio publica libertatem nō tribuit seruo ædilitatē gerēti, potius quā ędili. *adde l.11.ꝫ.de liberali* Quid gesta per eū cuius sunt momētāipso iure nulla: vtilitatis tamē causa sustinētur. *arg.l.Barbarius.ff.de offi.prætor.* r curialiū. s *Subaudi præpositi.v.Cassiod.lib.7.* t Id est, vendendis: *vt constat ex l.vlt.h.ti.ꝫ.de iure emphy.* u *C.T.12.3.* x vrbana vel quælibet mancipia. *in C.T.* y Decurionum bona vendi non possunt à creditore, nisi causa probata apud acta pręsidis, *vt l.2.sup.de offi.eius qui vice alicui.iud.adde l.15.§.in fraudem, ff.ad municip.Cassiodorus 7.& 9.Nouella Maiorani de curialib.* z Nullus est actus, qui fit legis forma neglecta, *l.constitutionibus, ff.ad municipal.* a Forma neglecta actus infirmus, nempe quia informis. b Decreti interpositio efficit vt ne sit locus legi.*2.ꝫ.de rescind.vend.* c *absunt à C. T.* d *deest in C.T.* e distrahat, in C. T. f Emens fundū decurionis causa nō probata apud acta præsidis, pretiū amittit, *vt hic*, similes casus. *v.in l.7.ꝫ.de agr.& cens.l.vlt.ꝫ.de fundis rei priuatæ.*
g In emptionibus quę nullæ sunt, emptor fructus non lucratur.

DE PRÆDIIS DECVRIONVM [r] sine decreto [s] non alienandis [t],

Tit. XXXIII.

De prædiis decurionum.

1. Imppp. *Valent. Theodos. & Arcad.* AAA. Cynegio P.P. [u]

SI quis decurionum vel rustica prædia, vel vrbana [x] venditor necessitate coactus addicit, [y] interpellet iudicem competentem, omnésque causas sigillatim quibus strangulatur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probauerit. Infirma [z] enim venditio erit, si hæc fuerit forma [a] neglecta. ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, [b] nec emptor, ||cuiuscunque sit [c] conditionis,|| inueniatur iniustus. denique nihil erit postmodum quo venditor vel circumuentum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat, quandoquidem sub fide actorum & de necessitate distrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quòd si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas, cuiuslibet loci, quem tamen ||ei [d]|| decurio distrahebat, [e] comparator extiterit: sciat se pretio [f] quod dedit, esse priuandum: & locum quem comparauit, cum [g] fructibus esse restituendum. Dat. 8. Kalend. Decembr. Constantinopoli, Honorio NB. P. & Euodio Coss.

De rebus mobilibus & nominibus curiæ hereditario iure adquisitis.

2. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentino PP.

NEc[a] venditio rei hæreditariæ[b] curiæ acquisitæ, aut debitoris[c] hæreditarij qui soluerit, liberatio aliter admittenda est, nisi[d] apud acta totius vel maioris partis ordinis intercedente decreto, [e] ineundi contractus vel dissoluendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id quod[f] ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes (sicut[g] dictum est) eiusdem curiæ publicis muneribus quæ solatio egere constiterit, iustissimè seruabuntur: ex consensu omnium, & maxime ditiorum,[h] vel idonea fideiussione oblata conductoribus eligendis.

Decuriones non possunt vendere sine decreto, alios autem contractus non prohibentur celebrare. Bart.

3. Imp. *Zeno* A. Sebastiano præfecto prætorio.

CVriales[i] vendere quidem res immobiles vel mancipia rustica[k] prohibemus||sine||interpositione decreti, donationes † verò vel permutationes vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus[l] celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones quæ super hoc à retrò principib[9] latæ sunt, in plurimis[m] suis partibus de precio non redhibendo locutæ sunt: vt [n]ex hoc apertissimè detur intelligi, solùm venditionis[o] decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum. cum[p] tamen venditio intercedente (vt dictum est) decreto agitur: nullum eos, vel qui ab his cõmparant, dispendiũ cuiuscunque personæ, vel causæ vel theatralis[q] liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec[r] ex tabella decretum recitari, sed curialium vel maioris partis curiæ relatione[s] currente, sine vlla malignitate[t] referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis iudicis proferri sententiam.**

Constitutio Græca Iustiniani hic deest, qua iubebat vt tam donatio quàm omnis actus alienationem continens decreto subiaceret: vt idem ait Nouell. 38.

QVANDO ET QVIBVS QVARTA pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum,

Tit. XXXIIII.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA.

SI decurionum consortio sit alienus, qui curiali successit: competentis eidem[u] iuris, siue ex asse, siue ex parte hæres sit, bonorúmve possessor: partem quartam[x] iure optimo à curia peti decernimus. Datum 5. Id. Iun. C.P. Felice & Tauro Conss.

Curiales debent habere quartam extraneo succedente curiali, non tamen de singulis rebus. Bart.

2. Iidem AA. Apollonio præfecto prætorio.[y]

MEminimus nuper emissa lege diuali,[z] portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet nouissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemque (præterquam † si ad filios||curiales||) deferatur,[a] curialium[b] deputasse corporibus. sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonij occasione captata, vniuscuiusque rei sibi particulam[c] vindicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent, quorum nimiam licentiam prouida dispositione refrenantes[d], ipsis[e] quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui, copiam denegamus: hæres[f] autem ad quem ab intestato vel ex postrema voluntate directis vel fideicommissariis verbis decurrit hæreditas, omne[g] patrimonium quod relictum est, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis in[h] sortium[i] casum deductis, vel curiæ quadrantis, vel hæredi aut[k] fideicommissario per vniuersitatem dodrantis electio ex sortis felicitate[l] contingat. ita scilicet & præfati successores & curia promiscui rerum dominij liberabuntur incommodo. *Naturale*[m] *quippe vitium est negligi quod communiter*[n] *possidetur*: vtque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res quæ[o] nec latere facilè possunt, nec[p] cuiquam[q] (si diuulgentur) officiunt, sub aspectu etiam curialium æstimari diuidíque concedimus. mobiles autem res, vel[r] se mouentes, vel instrumenta, vel si quid aliud ||etiam||[s] in huiusmodi iure[t] consistat, in medium proferri diuulgaríque non[u] patimur: sed iuratis[x] successorib. cũ apud se diligẽter æstimauerint, quę quantíque sint pretij facultates, credi oportere decernimus. **Quid*[y] *enim tam durum támque inhumanum est, quam publicatione pompáque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere*[z] *diuitias*? In exigendis verò debitis, si pretium quod pro quarta parte actionum curiæ competit, successores præstare noluerint: cautionibus iurata[a] fide prolatis in medium, vnusquisque à debitoribus conuenientem sibi exigat portionem. Æquè ex diuerso æs alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores quàm curia pro sua sorte[b] restituere compellantur. Quòd si sępè dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum: tunc verò ad similitudinem rerum immobilium diligentior[c] curialibus omnium rerum indago prębebitur, scilicet vt vniuersis mortui facultatib. in aperto propositis, vel æstimatio rerũ vel diuisio[d] sub pręsentia curialiũ celebretur. In omnibus autẽ casibus vbi quarta pars curiæ cõpetit, transactiones interpositas firmas illibatasq; manere decernimus. 1 ¶Ad[e] filiorum † verò||curialium[f] vel nepotũ ac pronepotũ, scilicet decurionum ||similitudinẽ[g] ad quos integras opes peruenire censuimus: filiam, quinetiam neptem, proneptémve, principali eiusdẽ ciuitatis vnde pater, auus, vel proauus oritur, nuptã, rerũ vel ab intestato vel ex dispositione vltimę voluntatis quæsitarũ, integrũ nullaq; parte minutum dominiũ habere sancimus. Quòd si post parentũ obitum inueniantur innuptę vel viduę: in impuberibus quidẽ post transactam pubertatẽ, in aliis verò quæ pubertatẽ excesserint,[h] vel etiã in viduis post mortẽ parentis triennium[i] duntaxat volumus expectari: vt interim quarta portio suspensa, aut apud eã, si in matrimonio curialis eiusdẽ ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat: vel si intra id tẽpus[k] alienũ ||ab||[l] eadẽ curia sortiatur maritũ, penitúsve nupta nõ fuerit, memorata pars||totius[m] substatiæ|| curię cũ triennij tã vrbanorũ quàm rusticorũ prædiorum duntaxat fructibus addicatur: ita tamen, vt ||&[n] optionis conditio in offerendis rebus quartę partis vel dodrãtis[o]|| & sacramenti tam de quantitate quàm de æstimatione rerum mobilium, déque actionibus inferendis vel excipiendis (sicut in extraneis personis dictum est) ratio conseruetur. Sed & si mater mortui vel auia tempore quo filius nepósve moritur in coniugio eiusdem ciuitatis curialis inuenta fuerit: ne ipsas quidem patimur quartę portionis subire iacturam. Extraneum quinetiam hæredem propinquitatis quidem iure discretum, curię tamen||eiusdem ciuitatis[p] ||obnoxium supradictæ portionis dispendio liberamus. Dat. 7. Idus Martij, Constantinopoli, Dioscoro & Eudoxio[q] Coss.

3. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ præfecto pretorio.

SI quis curialibus[r] muneribus obnoxius, vno fortè vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis substantiæ suæ partem minimam dereliquerit, (eam tamen quæ[s] excludere eos ab inofficiosi querela potest) aliis autem suam substantiam dereliquit, vt ex hac patrimonij distributione, apud filium[t] quidem vel filios

---

a *Huc pertinet l. 1. ti. 3. li. 12. C. Th.* b Curiæ rem hereditariam nemo emere potest sine decreto curiæ. c Soluere curiæ debitor hereditarius eiusdem non potest, nisi decreto intercedente. d *l. 3. in fi. j. de vendendis reb. ciuil.* e Decretum requiritur in alienatione rei hereditariæ curiæ, & in solutione hereditariæ rei curiæ facienda. f Pretium rei curiæ hereditariæ venditæ, in prediorum comparationem vertendum, vt ex eorum reditibus, onera curiæ sustineantur.

g Pars videtur esse alterius legis hæc cõstitutio, *l. 1. j. titu. proxi. l. 1. Cod. Th. de impon. lucrat. descript.*

h Ditiores pauperioribus pręferuntur.

i *Hanc legem accusat Iust.* Nouell. 38.

k *l. 22. §. de administ. tutor.*

† Donari possunt res curiæ etsi vendi non possint sine decreto. vnde hæc lex mirabilis dicitur, *Nouella 38.* Causa tamen differentiæ esse potest quod facilius vẽdamus quã donemus. Hodie neutra valet sine decreto *d. Nouella 38.* Imo ne quidem donatio sine decreto valet. *Nouella 87.*

l *l. 163. de regu. iuris.*

m Pluribus.

n Presumitur emptio & venditio contracta, vbi pretii facta mentio est, *vt l. illicitas. ff. de officio præsidis: l. apud Celsum in fin. ff. de doli except. l. si inter virum. l. cum dotẽ ff. de iure dotiũ:* nisi hoc actum sit in contractu vt dominium transferatur: tunc enim æstimatio seu pretii mentio emptionem non facit, sed vt piculum rei trãseat in accipientem. *Bald. in l. si paciscenda. §. de pactis: Socinus regula. 116.*

o Emptionis.

p Ratio dubitandi in hac lege.

q Theatralis liberalitas, largitio curiæ ad theatra.

r Decretũ curiæ vbi exigitur ex tabella seu periculo vel breuiculo fieri non debet, sed viua voce, consensu curiæ & sententia competentis iudicis, ne quid pro scriptura exceptoribus dare sit necesse. *adde l. 7. § 2. ff. de off. procons.*

s *l. 59. §. de decurionib.*

t Oratio in speciem concepta non nimis esse potest: idque vt eo facilius tollatur sophistica interpretatio, *Dec. in l. quæ dubitationis tollendæ 81. ff. de reg. iur.*

u Eiusdem. x Quartam hæreditatis defuncti decurionis extraneus eius hæres curiæ præstare debet.

y Nouella Theodosii quæ integra hodie extat in breuiario Alarici. titu. de bon. decur. z id est, *l. 1. §. eod.* † Id abrogatum videtur, *Nouella 36.*

a deferantur *in Nou. Th.*

b curiarum, *in Nou. Th.*

c Quarta debita curiæ, ex vniuerso sumitur non ex singulis rebus.

d *al.* frænantes, *vt in Nouel. Th.* e *al.* ipsius.

f *Hic, vt etiam. j. sæpius, quædam è C. T. immutata sunt: quem vide.*

g Hæres extraneus bona defuncti decurionis diuidit in quatuor partes & is eligit cui sors dederit.

h Sorti electio committitur. Is eligit cui sors dederit, *vt hic*, vnde hic notat Cuiacius fratres in diuisione hæreditatis, hæredes & fideicommissarios, sorti rem totam fortè commisisse vel inter fratres, maiorem diuidere, minorem eligere, qualem legem refert *Seneca 6. declamat. & Sulpit. Victor in Instit. oratoriis.* quod & hodie fit multis locis de quo genere diuisionis, *vide Mynsingerum 4. obseruat. 37. l. 3. §. comm. de legatis.* Diuisio fit ita sorte multis locis, sorte vel micando digitis. *§. optionis. Inst. de legatis. vbi Theophil. l. sed cum ambo. ff. de iud.* Olim in dandis iudicibus & diiudicando vtra pars prior deberet dicere, sorte dirimebatur ita proles adscriptitia inter adscriptitiorum duorũ dominos sorte diuiditur, *Nouel. 56.*

i in sortitum casúmque, *rectè. & sic legitur in N. Th.*

k ac, in *Nou. Th.*

l conditione, *in N. Th.*

m Vitiũ quoddam à natura subaudi, corrupta.

n Communia naturali iure negliguntur, *vt hic*, qua ratione Aristoteles. 2. *Politicôn 1.* Communionis regulam introductã à Socrate in sua Republica reprehendit, ἥκιστα γὰρ ἐπιμελεῖν τυγχάνει τὸ πλείστου κοινόν. & cæt. quæ ibidẽ vide, quod aduersus Anabaptistas, communionis patronos, possis rectè vsurpare.

o Immobilia latere non possunt, apparent facilè: non ita occultantur vt mobilia.

p Immobilium bonorum possessionis euulgatio, non efficit possessorẽ.

q quicquam, *in N. Th.*

r Mobilia ab alio: mouentia se, à seipsis mouentur vt animalia: Immobilia, à nullo, *l. 93. ff. de verb. sig.*

s *al.* deest.

t Rerum aliæ immobiles, mobiles, se mouentes, iura.

u Statutũ tyrannicum est vt quisque mobilium suorum numerum profiteri apud acta & publicè cogatur.

x *vide Vvrmserum 1. pract. 25. c. 2.*

y Ea re putant quidã inuecta in vrbanum ædificium facilè obligari: in rusticum non æquè. *Doct. ad l. 4. ff. de pact.*

z patere, *in N. T. & quibusl. lib.* a *vide Vvrmserum 1. pract. 38. c. 8.* b per suam sortem, *in N. Th.*

c diligenter, *in N. Th.* d diuisio prout successores elegerint, *in N. T.*

e *descendentes masculi curiales, vel fœminæ nuptæ curialibus, vel extranei curiales succedant in totum. Bart.*

† Id abrogatum, *Nouel. 8.*

f *Inclusa absunt à N. T. Hic autem vt sup. in principio* curiales *addidit Tribonianus, adiecit etiam* curialium, &, scilicet decurionum: *vt hæc lex congrueret cum Iustiniani lege. j. proxim.* g numerum, *in N. T.* h adeptæ sunt, *in N. T.*

i Conditio, si nupserit, tempus habet limitatum.

k temporis, *in N. Th.* l *abest à Nou. Th. & quibus. lib.* m *absunt à N. Th.*

n *Inclusa desunt in omnibus manuscrip. & perperam inserta sunt ex libero Nouellarum Theod. vide Cuiac. 3. Inst. 1.* o *al.* sine eius pretio.

p *absunt à N. Th.*

q VV. CC. *additur in N. Th.*

r Huius suę legis sententiam Græcè recitat idem Iustinianus. *in Nou. 18. Cont.*

s *adde Nouellam 38. c. 13.*

t ad filium.

a sororis eius. b l.superioris. c omnimodo.
† Legitima liberorum curialium, olim quarta bonorum omnium: reliquorum liberorum quarta legitimæ portionis *vt hîc*. Hodie curialibus plus debetur quàm cæteris. Curialibus dodrans omnium bonorum: cæteris triens vel semis legitimæ partis. *Nou. de trien. & semis. Nou. de decurion. 38.* Mutatur itaque nouo iure quadrans in dodrantem.

curiales minima pars substantiæ remaneat, totum autem curiale munus masculis immineat, siue filij sint, siue nepotes vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxij: sancimus huiusmodi iniquitatem resecari: & non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere: siue vnus est filius, siue plures: nulla deminutione ex permixtione sororum eis [a] facienda: vt non solum corporibus, sed etiam substantiis laborantes, possint curiale habere consortium. ¶ Ad hoc sancimus, si quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit subtractus, quarum vna curiali eiusdem nupserit ciuitatis: aliis filiabus quæ ad huiusmodi vota non migrauerint, vel extraneis in reliquam partem hæredibus derelictis. non videri curiæ ex sententia legis Theodosianæ [b] ad Apollonium scriptæ satisfieri: sed omnino [c] quartam † partem patrimonij curia consequatur: siue vni filiæ quæ curialibus nuptiis copulata sit, deputanda est: siue ex aliis hæredibus colligenda: filia proculdubio quæ curiali nupsit, immuni ab huiusmodi quartæ datione seruanda: cùm per maritum eius quantum ad ipsius personam [d] curiæ sit satisfactum. & hoc obseruari [e] non solùm si vltimo elogio condito testator curialis decesserit: sed etiam si intestatus [f] diem suum obierit. || Sed & || si quid [g] minus † quarta || parte || fuerit, vel minimè derelictum: hoc modis omnibus filio curiali vel filiæ quæ nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris curialis modis omnibus vel deputari vel adimpleri: nullo obstaculo curiæ opponendo, si secundum prædictam [h] legem filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate vel occasione fuerint absoluti. In hoc enim Theodosianæ [i] legi apertissimè volumus esse derogatum. Et generaliter definimus ex omni causa neque masculos liberos, neque filias copulatas matrimonio curialis, minus quarta parentis substantiæ habere: vel non extantibus filiis vel filiabus, sed aliis hæredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium. Datum Kalen. Ianuar. CP. Iustiniano A. II. Cos. 528.

DE [k] IMPONENDA LVCRAtiua [l] descriptione,

Tit. XXXV.

1. Impp. *Theodos. & Valent.* AA. ad Apollonium præfectum prætorio.

DEscriptionis [m] onere siliquarum [n] quatuor, quas ||ex|| [o] lucratiuis iugationibus tantum non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici: & si curiales non sint, maiores ac [p] posteros liberamus: vt si pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ, nepti, proneptive (nec interest [q] nuptæ sint curialibus necne) postrema voluntate, vel inter viuos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Æquè [r] ex diuerso, si posteriores ad maiores prædicta sibi consanguinitate [s] deuinctos præfatis titulis suas conferant facultates: nullius [t] accessione [u] grauaminis huius modi liberalitas oneretur. *in tam [x] enim necessariis [y] sibi coniunctisque personis, sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur.* Cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus etiam si ab intestato succedant sibi præfiniti [z] generis ordine sociati. Ex his enim successionibus maximè debiti potius solutio quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæteri [a] verò licet quadam inter se cognatione iungantur: nunquam tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur, nisi is fortè cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione quod datum est, consequatur. nam cùm personæ conditio non mutetur: nec rei quidem statum conuenit immutari. ¶ Lucratiuas [b] verò res eas tantum volumus appellari, atque à prædictę descriptionis grauamine excipere, quæ hæreditatis, legati, fideicom-

d huius personæ.
e seruari.
f intestatò.
g siquidem.
† Hodie dodrans *Nouella 38. c. 3.*
h *vide Nouellam Theodosij*: si filius, nepos, pronepos, auus, pater, proauus nô curialis curiali successerit curiæ nihil debetur.
i *l. 2. §. eo.*
k Videtur hic deesse Græca constitutio, cuius meminit Nouel. *28. cap. 1.* vt curiales filiis suis dodrâtem relinquant. *Contius.*
l Lucratiui tituli qui sint. *vide §. eo.* De lucratiua descriptione *adde l. 1. §. de apochis. l. 16. C. Theo. de agentib. in reb.*
m Sumpta est hęc l. ex eadem Nouell. Theodosii, ex qua superior l. meminimus. §. tit. proxi ex li. *N. Theodos. qui hodie extat.*
n Siliquarum onus (quod & siliquaticum) pręstatur ex singulis iugationibus non ex capitibus vel rebus mobilibus. qua in re derogatur. *l. 1. Cod. Theodos. eo. adde Nouellam 131. c. 5. in fin.*
o *deest* ex *in N. Th.*
p *al.* ad.
q *al. refert. vt in No. Th.*
r Æque diu *al. deest*, ex.
s Consanguinitas hic pro cognatione accipitur, cum tamen fraternitatem significet, & in aliis locis consanguinei dicâtur fratres. Consanguinei, fratres ex eodem patre, germani, fratres legitimi. *l. 32. ff. de legat. 3.* Consanguinitas, fraternitas. Hic tamé generaliter pro cognatis accipit. *vt & l. 1. Co. Theo. de legit hæredit.* vt Lycophron ὁμαιμένες & αὐθομαίμενες. *vide Cuiac. 15. Obseruat. 36.*
t Vectigal ex lucro soluendum, non soluitur ex hæreditate patris seu à patre delata. *vide l. 9. ff. pro socio.* u Eadem ratio de vicesima remissa domesticis hæredibus, est apud Plin. *in Paneg.* x ita enim *in N. Th.*
y Lucratiua causa non est, quam necessitate ab alio accipimus. Quod necessaria persona, necessariæ personæ præstat, necessitate præstare videtur.
z præfati, *in No. Th.*
a Cæterùm, *in No. Th.*
b Lucratiua causa est hæreditas, legatum, fideicommissum, mortis causa donatio quodque vltima quauis voluntate ad nos venit, *vt hîc.* Non lucratiua, dos, donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio & similes. *vide Decium ad l. 33. ff. de regulis iur.*
c *al.* donatione, *vt in No. Th.*
d casus euentúsve eius. cui, *al. additur*, mortis vel diuortii, *sed præter auctoritatem veter. lib.* e Dos non est titulus lucratiuus marito eam accipienti: sed ei cui quis dotem constituit. *l. vlt. §. si à socero. in fi. ff. quæ in fraudem creditor.*

missi iure, mortis causa donationis, [c] vel cuiuslibet postremę voluntatis arbitrio ad quempiam delabûtur. Inter viuos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. Si verò vel socer futurus, filij vel nepotis vel pronepotis sponsæ affinitatis coeundæ causa donauerit: vel parens etiam filiam vel neptem vel proneptem curiali seu extraneo nubentem donauerit: licet casus euentu, [d] res eius cui data est, vertatur ad lucrum: nec [e] inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. *Nec enim iuris optimi est matrimonium, [f] cùm tot [g] tantísque suis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus.* Res verò quæ memoratis causis lucratiuæ semel nomen exordiúmque sortita est, licet ab eo qui susceperat, ad alterum emptionis vel cuiuscunque contractus iure migrauerit, cum prædicto descriptionis grauamine proculdubio transferetur: vt vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam: vel si ignorauerit, quod interest consequatur. Contráque si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit: & si postea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit, sarcinam memoratæ descriptionis effugiet. Nulla enim in huiuscemodi causis confusionis intercedit occasio, etsi ad [h] primordium tituli posterior quoque formetur euentus: nisi fortè res decurionis quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate vel ab intestato vel inter viuos donatione translata. tunc enim quia semel in personam cecidit principalis: (veterum titulorum nequaquam ratione perspecta) conditionem & onus merebitur lucratiuæ. Dat. VII. Id. Mar. Constantinop. Dioscoro & Eudoxio VV. CC. Conss.

DE PRÆBENDO SALARIO, [i]

TIT. XXXVI.

1. Imp. *Constantin.* A. ad Marcellinum Corr. post alia. k

NVLLI [l] salarium [m] tribuatur ex iuribus [n] reipublicæ, nisi ei qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Datum V. Non. Octob. Constantinop. Limenio & Catullino Conss.

SI CVRIALIS RELICTA CIVItate rus habitare maluerit,

TIT. XXXVII.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem & ad curiam: & locus in quo ruri habitant publicatur. Bart.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Eutychiano P.P. post alia. [o]

CVriales omnes iubemus interminatione moneri, ne [p] ciuitates fugiant aut deserât rus habitandi causa: fundum quem [q] ciuitati prætulerint, scientes fisco esse sociandum: eoque rure [r] se capturos, cuius causa impios [s] se patriam vitando, demonstrauerint. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. Conss.

DE [t] MVNICIPIBVS ||ET [u]|| originariis, [x]

TIT. XXXVIII.

In loco originis & incolatus cogitur quis subire munera. Bart.

1. Imp. *Alexander* A. [y] Siluano.

CVM te Biblium [z] origine, incolam autem apud Berytios esse proponas: merito apud vtrasque [a] ciuitates muneribus fungi compelleris.

2. Imp. *Gordianus* A. Frontoni.

f Matrimoniũ multis difficultatibus opprimitur.
g Afflictis noua afflictio non est imponẽda.
h Ad primordium tituli, posterior euentus formatur. Inde notant, lucratiuo titulo rem non accipere, qui eam ab ingrato, iure suo reuocat.
i Salaria, quæ ad victum dantur. *vide l. 4. ff. de decretis.*
k *C. Th. lib. 12. tit. 2. l. 1.*
l Hanc legem ex serie titulorum rectè sic accipit Cuiacius, vt non possint decuriones cuiquam salarium cõstituere sine iussu principis.
m Salariũ decuriones ex publico constituere non possunt, sine principis voluntate, excipe casus. *l. 4. ff. de decretis.*
n viribus, *in C. Th.*
o *Cod. Theo. 12. 18. 2.*
p Cur fugiebât patriam, ciuitatémque suam? Non tam studio Philosophiæ vt in vmbra sederent, quàm quòd curiæ munus, onus quoque esset: & eorum, vt pote primorũ vrbis, pręsentia, vrbes ac municipia ipsa ornari & augeri Principes ipsi affectarent: & ad cultum municipiorum id pertinere existimarent ad quem modum Italis nobilibus etiamnum hodie necessitas à suis principibus indicitur, certis anni temporibus, in vrbem coeundi: quod & ad vrbium splendorem, & vectigalia augenda ingeniosè excogitatũ.
q Rustica vita ciuitati ac patriæ non præferenda. Romani quidem senatores in agris sæpe, in vrbem tamen accurrebant acciti: quin & ipsos viatores sæpe anteuertebant.
r *al.* iure, *sed rectior est excusa lectio, quæ confirmatur. C. Th.*
s Patriam qui vitat, impius. *l. penult. §. de rescind.* Ita apostolo qui suorum curam non habet, impius est.
t *D. lib. 50. tit. 1. §. lib. 1. tit. 55.* u *al. deest* &.
x Originarii opponuntur voluntariis, de quibus *in l. 22. §. 2. ff. ad municipal.*
y Antoninus A. *sic in meo manuscript. Cont.*
z Biblus, *vrbs est in Phœnicia non longè à Libano, & Beryto.*
a Ad munera quis vocatur vel vt originarius vel vt incola. *l. 29. ff. ad municipalem.*

SI, vt proponis, ea quæ ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem iustam fuerit consecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania [a] ducebat: tu quoque eius conditionis, eiusque ciuitatis ius obtines, vnde quæ te manumisit, fuit. Eorum enim conditionem sequi ex [b] causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatem præstiterint, non qui dari rogauerint.

3. Imp. *Philippus* A. Patroclo.

FIlios apud originem [d] patris, non in materna ciuitate, etsi ibi nati sint (si modo non domiciliis retineantur) ad honores seu munera posse compelli, explorati iuris est.

4. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. Secundo.

ORigine [e] propria [f] neminem [g] posse voluntate sua eximi, manifestum est.

5. Imp. *Constantinus* A. ad Maximum vic. [h] vrbis.

SI quis [i] cum ex maiore vel ex minore ciuitate originem ducit: eandem euitare studens [k] ad alienam se ciuitatem incolatus [l] occasione contulerit, & super hoc vel preces dare tentauerit, vel qualibet fraude niti, vt originem propriæ ciuitatis eludat: duarum ciuitatum decurionatus onera sustineat, in vna voluntatis, [m] & in alia originis [n] gratia. PP. 8. Kalend. Ian. Paulino & Iuliano Coss.

DE [o] INCOLIS, [p] ET VBI QVIS DOmicilium habere videtur, & de his qui studiorum causa in aliena ciuitate degunt, Tit. XXXIX.

1. Imp. *Antoninus* A. Paulo. [q]

NOn [r] tibi obest, si cùm incola esses, aliquod munus suscepisti: modò [s] si antequam ad alios honores vocareris, domicilium [t] transtulisti.

Scholares non dicuntur constituere domicilium vbi student: nisi X. annis steterint, vel alia ratione constituerint. Bart.

2. Imp. *Alexander* A. Crispo.

NEc ipsi [u] qui studiorum [x] causa aliquo loco [y] morantur, [z] domicilium ibi habere creduntur, nisi X. ann. transactis eo loco sedes sibi constituerint, secundum epistolam diui Hadriani: nec pater, ||qui|| propter filium studentem frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium in splendidissima ciuitate Laodiceorum [a] habere probatus fueris: [b] mendacium, [c] quominus muneribus fungaris [d] non proderit.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Alexandro.

EST verum, eos qui in territorio alicuius ciuitatis commorantur, velut [e] incolas ad subeunda [f] munera, vel ad capiendos [g] honores non adstringi.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CVm neque originales, [h] neque incolas vos esse memoratis: ob [i] solam [k] domus vel possessionis, licet ex substantia decurionis acquisita sit, causam, publici iuris auctoritas muneribus subiugari vos non sinet.

5. Iidem AA. & CC. Maximo. [l]

SI in [m] patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti: incolatus iure vltro te eiusdem ciuitatis muneribus obligasti.

6. Iidem AA. & CC. Marcellino. [n]

PRiuilegio speciali ciuitatis non interueniente, tamen originis ratione, ac [o] domicilij voluntate, [p] ad munera ciuilia quemque vocari certissimum est.

7. Iidem AA. & CC. Aurelio.

CIues quidem origo, [q] manumissio, allectio, [r] vel [s] adoptio: incolas [t] verò (sicut & diuus Hadrianus edicto suo manifestissimè declarauit) domicilium facit. Et in eodem [u] loco singulos habere domicilium non ambigitur, vbi [x] quis larem, rerúmque ac fortunarum suarum summam [y] constituit, vnde ||rursus [z] || non sit discessurus si nihil auocet: vnde cùm profectus est, peregrinari videtur: quòd [a] si rediit, peregrinari iam destitit.

8. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. [b] ad Senat.

SEnatores [c] in sacratissima [d] vrbe domicilium dignitatis habere videntur. Kalen. Mart. Valentin. A. & Neoterio Coss.

Mulieres ex persona maritorum sortiuntur dignitates & forum. Bart.

9. Imppp. *Valentin. Theodos. & Arcad.* AAA. Martiano comiti Orientis. [e]

MVlieres honore [f] maritorum erigimus, ||& [g] ||genere nobilitamus, [h] & [i] forum [k] ex eorum persona statuimus. ||Sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatę, posterioris mariti sequentur conditionem [l] ||: & [m] domicilium [n] mutamus. Dat. 4. Kalend. Februar. CP. Arcadio II. & Rufino Conss.

DE MVNERIBVS [o] ET HONORIBVS non continuandis inter patrem & filium, & de interuallis, [p] Tit. XL.

Continuatio honorum & munerum impeditur in his qui sunt idem vel quasi: interualla verò in his tantum, qui sint idem verè. Bart.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Septimio [q] Zenoni.

SICVT honores & munera cùm pater & filius decuriones sunt, [r] in [s] eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora, non [t] aliis prodesse possunt, quàm ||his|| qui ad eosdem [u] vel alios honores, eademque vel alia munera denuo vocātur. Pro [x] infante verò filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum astrinxeris, tamen onera sustinere non cogeris: cum ad ea || tantum, y|| quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

2. Imp. *Gordianus* A. Cyrillo.

AB honoribus ad honores eosdem quinquennij [z] datur [a] vacatio: triennij verò ad alios: legatione [b] autem perfunctis [c] biennij [d] vacatio concessa est. [e]

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Critiæ. [f]

INterualla temporum quæ in vnius [g] persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minimè prodesse, frequenter constitutum est. Sanè his missis, [h] qui necdum functi muneribus, ad hæc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium ciuilium munerum repererit paruisse: ne interim [i] interpellemini, præses prouinciæ prouidebit.

DE MVNERIBVS PAtrimoniorum, Tit. XLI.

1. Imp. *Antoninus* A. filio. k

CIVILIA munera per [l] ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

2. Idem *Augustus* Materno.

MVnera quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia indicuntur, ab [m] omnibus subeunda [n] sunt.

---

a Aquitania duplex: Primæ metropolis, Biturigæ: secundæ Burdigala. *Antonini Itinerarium.* b Liberti patronorum originem, seu ciuitatis, originem patronorum sequuntur. *dixi ad l.6. in fin. l.29. in princ. ff. eod.* adde quæ de libertis scripsi *ad l.108. ff. de cond. & demonst.* c Manumissus originem manumittentis sequitur. *l.17. §. ex causa, ff. ad municip.* d Originem patris nō matris in honoribus subeundis sequuntur liberi, *l.1. §. qui ex duobus, ff. ad municip.*

e Originis ius nemo mutare potest: *vt hic, l. vlt. j. eo.* incolatus, potest. Illud naturale, hoc ciuile ius est. Vnde sequitur vnū & eundem, duarum ciuitatum municipē esse posse, qua nimirum & originarius vnius: alterius verò incola est, *l. vlt. j. eo.* adde *l.11. ff. de senator.*

f *al.* Origini propriæ. &c. Huius autem legis ea est ratio, quia ius originis naturale est.

g Imò vxores eximuntur, *l.22. l.32. l.37. in fi. l. vlt. ff. ad municip.*

h comitem orientis.

i *Ex lib.12. tit.1. l.12. C.Th. al.* qui.

k *al.* studeat.

l Originē. incolatus occasione, nemo potest mutare, *l.22 §.2. ff. ad municip.*

m *al.* voluntate.

n Voluntaria non est origo, sed necessaria: Incolatus, voluntarius est, inde municipū alii origine, alii voluntate municipes sūt.

o *ff. lib.50. tit.1. Ecl. lib.54. tit.1.*

p Incola quid, *vide in l.239. §. incola, ff. de ver. sign.*

q Paulino.

r Si is qui quodam in loco fuit incola, munúsque sustinuit, antequā ad alium honorē vocaretur, domiciliū suū transtulit: non amplius eo loco munera subire cogitur. Nam translatio domicilii, ἀρχαιογονίαν, id est originem quidem non mutat, sed μετοίκιον incolatum. *Synopsis Basilicon.54. tit.1. ex lib.55. titu.2. c.1.* Ita qui susceptum munus nondum impleuit, renunciare incolatui non potest. *l. incola. ff. eod.*

s *l.34. ff. ad municipal.*

t *l.31. ff. ad municipal.* u ipsis.

x Studio qui operam dant intra decennium, pro incolis non habentur. *l.5. §. domum. ff. de iniuriis.* post decennium iam non discipuli sed incolæ censentur. *vt hic.* Seneca *19.* Epistolarum. Non nouimus quosdam qui multis apud Philosophiam annis persederint & ne colorem quidem duxerint? Quidni nouerim? Pertinacissimos quidem & assiduos, quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco.

y loci. z ὁ πάροικος ἐν πόλει δέκα ἔτη. vide quæ scripsi *ad l.14. in fi. ff. de statuliberis.*

a *Laodicei* (Laodiceorum *enim legendum est, non* Laudicinorum, *teste Alc. in hanc l.*) *à Laodicea dicti sunt: de qua Plin. lib.5. c.29.*

b *al.* fuerit. c *Id est falsa adseueratio.*

d *al.* fungatur.

e *l.35. ff. ad municipal.* Imo vt incolas. *l.239. §. incola ff. de verb. signif.* f obeunda. g capessendos. h ὁ μὴ ἀρχαιογενής id est qui neque originalis est, nec incola, nec domicilium in aliquo loco habet, sed domum, fundúmve tantum possidet, munera subire non cogitur. *Synopsis 54. tit.2. c.4.* i *l.17. §.13. §. sola ratio. ff. ad municipal.* Possit quis, quo loco habet bona, eius neque originalis esse neque incola, ideóque nec eius loci vlla habetur ratio in testamento. *vid. Cuiac.14. obserua. c.12.* k *al.* domum vel possessionem: *& postea,* causa. l Maximæ. m Qui domicilium habet in vxoris patria vel alia quadam ciuitate, tanquam incola sustinere munera cogitur. *Synopsis d. tit.2. c.5.* n Marcello. o *l.6 j. eod.* p Municipes alii origine alii voluntate. *l.22. §.2. ff. ad municip.* q Ciuem facit τὸ ἐκεῖθεν ὁρμᾶσθαι origo ex aliquo loco ducta, vt & manumissio ab aliquo facta ex ea ciuitate oriundo: sed & τὸ ἀπογραφῆναι τοῖς πολίταις, adscriptio in numerum ciuium: vt & adoptio in eadem ciuitate instituta. *Synopsis Basilicon 54. tit.1. c.6. adde l.1. ff. ad municipa.* r adiectio. Potest ex hoc loco satis colligi, ciuitatem à quoquo mutari posse. *adde l.6. ff. de munerib.* Tertul. *3. aduersus Marcionem.* allectio nationum à nouissimis diebus exorta est.

s id est.

t Incola loci est, qui ibidem domicilium habet. non momentarium, sed vbi larem & summam rerum & fortunarum suarum constituit: vnde non sit discessurus, nisi necessitate auocetur: vnde si discedat, peregrinari incipit: quo si rediit, peregrinari destitit. *adde l.203. ff. de verb. signifi.*

u *al.* & in eo loco. *Cuiacius emendat*, & in eo demum loco.

x *adde l.27. §.1. ff. ad municip.*

y τὴν ὁρμὴν.

z *al. deest.*

a *al.* quò.

b *al.* Constantinus A.

c *Pars l.2. š. vbi senatores vel clarissimi.*

d Constantinopoli & Romæ. *l.22. §. pen. ff. eo. l.2. š. vbi senat.*

e *Sic in C. T.2. l.7. Extat eadem lex iterum j. lib.12. tit.1. l.13. Cont.*

f Vxor à marito mutuatur honorem, genus, forum, domiciliū *vt hic. Nouella 105. c.2. & 22. c.36.*

g *al. deest* vt *in Th.*

h Nobilitatur à marito vxor. *adde l.13 j. de dignit.*

i iisdem forum, *in C.Th.*

k Forum mariti vxor sequitur. *l.5. ff. de ritu. l.1. §. domum. ff. de liber. exhiben. l. pen. ff. de iurisd. l. exigere dotem. ff. de iudic. l. cum in te. š. de donat. ante nupt. l. cæterum. §. mulier. ff. de vsu & habitat. Seruius 3. Æneidos ibi* vt patrio Andromaches iterum cessisse marito. *adde Costanum c.10. num.47.* l *Inclusa desunt in C.Th.* m Domicilium mortuo marito in domo mariti vxor retinet. n domicilia, *in C.Th.* o Munus est officium priuati hominis, cuius vtilitas ad singulos, vniuersósque ciues redit. p Interualla, vacationum tempora. *l. diuus. ff. ad municipalem.* q Meminit huius rescripti Paulus *in l.21. §.6. ff. ad municipalem.* r *l.3 j. de filiisfamil.* s *l.4. §.1. ff. de excusat. tuto.* t *l.3. in princ. j. eod. l.6. ff. de legationib.* u eos. x *dict. l.21. §.6. l.21. §. Imperator. ff. ad municipalem.* y *al. deest.* z *vide Dionem 53. Ciceronem: Liuium 7. & 10.* a ἀλειτουργησία. *Synopsis Basilicon.54. titu.3. c.1.* b legationem. c functis. d Legatione functis biennii vacatio datur. *dixi ad l.3. l.8. j. de legationib.* e Vide apud Liuium lib.7. & 10. legem quæ vetabat ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet. & Ciceronem de leg. f *al.* Aniceto, *vel* Niceto. g *l.1. š. eod. l.7. š. de decurionib.* h *vide l.3. infra quemad. ciuilia munera.*

i *al.* ne iterum. k *al.* Philino. *al.* filio Syrio.

l Ordine ciuilia munera sustinentur. *adde l.7 j. de prox. sacror. scriniorum. l. vlt. ff de muneribus.*

m Patrimonalia onera ab omnibus subeunda. *l.3. l.5. l.7. l.10. j. eod. vide l.2. in fin. ff. de veteranis.* vnde notant immunitate nuda alicui data, tutelam semper excipi. *l. pe. §.1. ff. de vacat. munerum.* aliud erit si plenissima immunitas data sit. Plenissima enim immunitas, omnium tributorum & omnis publici muneris remissio est, etiā tutelarum: sed eorum tantum pupillorum qui non sunt Ilienses. *l. non tantum. §. Iliensib. ff. de excusat.*

n obeunda.

3. Imp.

a *l.2.§.eodem.*
b Hospitis recipiendi onus,patrimoniale.
c aberrare.
d Equos curules alere seu hippasia munus est patrimonij non personæ.
e *legend.*curules,qui & Circenses.
f *v.l.7.§.de appellat.*
g commisso.
h A patrimonialibus ætas non excusat, numerúsue liberorum *l.2.§.qui patrimoniorũ.ff.de vacat.& excus.muner.l.7.j.eo.*
i *al.*excusationes.
k *L.1.§.an & Philosophi. de var.& extraordina.cog.& l.8.§.Philosophis. de vaca.muner.*
l A professione sua alienum quiddam postu l re,& iniquum & inutile.
m Philosophũ dedecet auaritia & rapacitas: ideóque à patrimonialibus muneribus non excusatur. Philosophia denique eiúsue professio non excusat à patrimonialibus *l.8.ff.de professorib.l.7.§.Philosophis.ff.de vacat.& excus.l.6.§.6.& 7.ff.de excus.tutor.*
n De Auaritia & rapacitate.*ad.l.vi.j.ff.de veteris numismatis potestate.*
o auaritiæ cæcitate,*in quibusdam manus.*
p A patrimonialibus minor ætas non excusat *l.6.§.eo.*
q *Pyrrhus legit,* prostasiæ.*verum protostasia principalitatem significat. vide hîc Alciat.* dixi ad l.3.j.*de filijsfamilias.*
r sacerdotiæ *Hal.* sacerdotiũ hîc, munus,quo qui fungũtur,ludis in honorem Dei alicuius institutis præsunt cum sumptu aliquo. Talis fuit Alytarchia, Asiarchia, Syriarchia, Phœniarchia.
s Decaprotia, decẽprimatus: δεκάπρωτοι decemprimi.
t Corporalia munera, personalia:quibus hîc opponuntur, patrimonij onera.
u *al.* sed tamẽ.
x Patrimonij onus est protostasia, sacerdotium, decaprotia. *vt hîc.* Imò mixtum ex personis & patrimonio.*l.vlt.§.26.ff.de muneribus.*

3.Imp.*Alexander* A.Attilio.

QVi immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent[a]: in quibus causis & hospites[b] recipiendi sunt.

4.Impp.*Valerianus & Gallien.*AA. Neroni.

NOn videtur abhorrere[c] ||à|| ratione sententiæ ||qua|| præses prouinciæ equos[d] curiales[e] alere,non personarum, sed patrimonij esse decreuit: & tamen si iniqua[f] esset, omisso[g] à te appellationis auxilio necessariò permanet.

5.Impp.*Carus,Carinus & Numerianus* AAA Antepisti.

NEque[h] tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus quæ patrimoniorum sunt, excusationem[i] quis habere potest.

6.Impp.*Dioclet.Maximianus* AA.

PRofessio[k] &[l] desiderium tuum inter se discrepant, nam cum philosophum[m] te esse proponas, vinceris auaritia[n] & rapacitate[o]:& onera quæ patrimonio tuo iniunguntur,solus recusare conaris: quod frustra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

7.Iidem AA.& CC.

ETiam minores[p] ætate patrimoniorũ muneribus subiugari solent. Vnde intelligis te frustra plenam immunitatem desiderare: cum munera quæ impensas exigunt,subire te necesse sit.

8.Iidem AA.& CC.

NEc protostasiæ[q] vel sacerdotij[r],vel decaprotiæ[s] munera corporalia sunt:[t] sed tantum[u] patrimonij[x] esse non ambigitur.

9.Iidem AA.& CC.

PAtrimoniorum munera mulieres[y] etiam sustinere debent.

Superindictiones sunt munera patrimonialia.Bart.

10.Exemplum sacrarum litterarum eorundem AA.& CC.ad præsides prouinciarum.

QVantum ad extraordinarias[z] indictiones pertinet, præsidibus significamus,vt omnes[a] possessores cæterósque sciant conueniri debere, quandoquidem ea patrimonij munera esse constet, quæ meritò ab[b] omnibus agnosci debeant,quo facilius obsequiis publicis pareatur.

QVEMADMODVM[c] CIVILIA[d] munera indicuntur.

Tit. XLII.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia.Bart.

1.Impp.*Carus,Carinus & Numerianus*[e] Augusti.

CVm te curatorem[f] ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas, præses prouinciæ si alterius curiæ[g] te esse animaduerterit, ad[h] alieni corporis munera vocari non sinet: quia eius patriæ[i] oneribus respondere debes,cui te attributum esse commemoras.

2.Impp.*Diocletianus & Maximian.*AA. Dionysio.

MAjoribus[k] honoribus[l] functos,ad minores deuocari[m] non oportere rationis est[n].

3.Iidem AA.Eutychiano.

CVm[o] te omnibus muneribus functum esse adseueres: ad eadem munera si aliorum ciuium copia est, qui obsequiis ciuilibus fungi possunt, præses prouinciæ deuocari te non permittet.

4.Iidem AA.& CC.Regio.

VLtra[p] modum sumptuum te muneribus ciuilibus grauari leuatis[q] aliis, præses prouinciæ non patietur, sed æqualitatem[r],tam iuris quam censuræ memor, circa ordinem[s] custodiet.

y Patrimonialia munera etiam mulieribus indicuntur:sexus non excusat à patrimonialibus.*l.mira in fi.j.de mulieribus & quo in loco.*
z Extraordinariæ indictiones sunt, quæ præter morem indicuntur ad tempus ex improuiso.
a Patrimonij muneribus continentur extraordinariæ indictiones.
b Patrimonii muneribus nemo excusatur *l.1.ff.de munerib.* ne quidem Ecclesia *l.neminem.§.de sacros.eccles.*
c *Similis est tit.in C.Th.*
d *Eclo.lib.14.tit.3.*
e *al.*Alexander A.
f Curator ad cogendas angarias is est qui repellit,adigit & exhibet angarias.
g *al.*creaturæ, *id est creationis, siue nominationis.* vnde creator appellatur, qui ad munera nominat.
h officium alieni corporis sustinere nemo cogitur.

i partis.
k A maioribus ad minores vocari rationis non est. Ideo vitio versum Dionysio tyranno Siciliæ, quòd exul Corinthi se ludimagistrum professus, in triuio pueros doceret.*Iustinus lib.21.* l *al.*honeribus,*sed perperam.* error inde natus quod veteribus honus scriberetur:*2.Gell.3.*quæ vox pro honore interdum adscribitur.
m reuocari.*al.*euocari.
n Cur ita? ἀδικεῖσθαι γὰρ ὑβρίζεσθαι. videntur iniuria adfici. *Synopsis Basilicon 54.titul.3.c.2.*
o *l 52.§.de decurionib.l.4.j.eo.l.3.ff.de honorib.& munerib.l.vnica.j.qui potiores ad munera.l.2.in fi.§.de apochis.*
p *l.3 §.præses.l.4 in fin.ff.de munerib.& honorib.*
q subleuatis.*al.*eleuatis.
r æquabilitatem.
s *Id est,formam & disciplinam publicam.*
t *al.deest.*
u *al.* Antoninus.
x Renunciat veterani priuilegio,qui se decurionem creari patitur, non excepta immunitate sua. Ita non sola decurionatus susceptione veteranus amittit priuilegium excusationis à muneribus personalibus, sed si excusationẽ suã omisit, cũ iuuaretur.*v.l.5.in fi.ff.de iure immunitatis.l.2.l.vlt.ff.de priuil.veteran.*
y *l.2.in pr.l.penult.§.vlt.ff.de iure immunitatis.*
z Ius publicum intelligit quo concessa immunitas est.
a *al.* Paco P,P. Fuit hic Puseus Præfectus prætorio:qui etiam eo anno consulatum gessit cũ Ioanne,quo Anthemium occidentis, Imperatorem Leo fecit.
b *Pars l.1.§.de officio comitis Orientis.*
c *l.4.j.eo.*
d remansisse.
e Pater ciuitatis, quasi pater patriæ,discussor pecuniæ publicæ, opúmque publicorum: ædilium munus in sua ciuitate implens:cogens dominos, ædes collapsas restituere, *Græci:*curans denique vt munda sit ciuitas.*Vlp.in Demosthenem.§.de ratiocin.oper.public.Cuiac.hîc.Nouella 17.in fi.& 12.obseruat.30 l.vnica.j.de solut.& & liberat.*

DE HIS QVI SPONTE ||PVBLICA[t]|| munera subeunt,

Tit. XLIII.

1.Imp.*Alexander*[u] A.Feliciano.

VEterani[x], qui cùm possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt:redire ad excusationem quam reliquerunt,non possunt:nisi certa lege & pacto seruandæ immunitatis, vel partem eius honoris agnouerint.

2.Impp.*Diocletian.& Maximian.*AA. Valerio.

QVi publici muneris vacationem habet: si[y] aliquem honorem excepto decurionatu sponte susceperit: ob id quod patriæ suæ vtilitatibus cesserit,vel gloriæ cupiditate paulisper ius[z] publicum relaxauerit, competens priuilegium non amittit.

3.Imp.*Leo.*A.Puseo[a] P.P.

QVi conditioni[b] non obnoxius curiali,quemlibet honorem, vel munus voluntate[c] propria in quacumque gesserit ciuitate, nullum præiudicium circa fortunam suam,statúmque sustineat:sed tam ipse, quàm liberi eius, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni huiusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alieníque permaneant:ita tamen,vt si aliqua functio volentibus eis fuerit iniuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos mansisse[d] constiterit: soluentes, sine vlla molestia, vel conditionis suæ formidine discedant.Si quis verò ex his omnia decurionum munera,vel functiones,vel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: eum pro sua liberalitate patrem[e] ciuitatis in qua voluntarius municeps apparebit, hoc libuerit ei, fieri constituíque hac lege decernimus. Dat.V.Id.Nouembr.C.P.Basilisco & Armerico Coss.

4.Imp *Iustinianus* A.Mennæ PP.

EOs qui curiali fortuna liberi constituti,postea[f] se curiæ cuiuscunque ciuitatis obtulerint,confidere volumus, quòd posteritas eorum non solùm iam procreata, sed[g] etiam post talem deditionem[h] procreanda, huiusmodi fortuna libera manebit, siue specialiter sub[i] hac lege curiæ se obtulerint,vt ab eis descendentes,tali fortuna liberi permaneant: siue nullam huiusmodi fecerint mentionem:nullo audente dicere,quòd nati vel concepti post talem deditionem,paternam cõditionem sequi debeant. hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiusmodi opitulationem constituere properauimus:ita tamen,vt nec occasione quartæ portionis bonorum huiusmodi decurionis[k],quicunque successores eius aliquam inquietudinem patiantur: vtpote libera eius substantia omni curiali grauamine conseruanda: & si quid[l] defunctus vel ex administratione curialium munerum,vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel sæpius deuoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur, hoc idem successores curialibus reddere minimè dubitent[m]: illis scilicet quæ super[n] naturalibus filiis,quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, vel postea dederit, vt legitimos tam ex testamento quàm ab intestato successores habeat,non solum veteribus legibus,sed etiam nostris sanctionibus disposita[o] sunt,præsenti lege excipiendis:vt non ipsi tantum filij naturales, sed etiã ex his procreandi mares paternam sequantur fortunã,vel maribus liberis[p] minimè subsistentibus[q],quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur.

DE HIS QVI A PRINCIPE vacationem[r] acceperunt.

Tit. XLIIII.

f post.
g Curiæ qui se alicui obligat datue, liberos curiæ non obligat, etiam post eam sui deditionem vel obligationem natos.
h conditionem.
i Pactum non valet, vt qui ex me nascentur liberi, curiam meam sequantur.
k decuriones.
l si quidem.
m debent.
n Curiæ offerre naturales liberos pater potest.
o exposita.
p *Rectè Accurs.supplet,*vel fœminis curialib.nuptis.
q sustinentibus.
r sub numerum.

1.Impp.*Theod.Arcad.& Honor.*Auguſti Rufino,P.P.

NVllus[a] vacationem temporalem[b] curialis accipiat, niſi id fortè veris[c] ac probatis cauſis adnotatio[d] noſtra conceſſerit. Datum prid. Non.Iun.CP.Theodoſ.& Abundantio Coſſ.

DE[e] VACATIONE PVBLICI MVNERIS.

Tit. XLV.

Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigitur ad munera ordinaria.Bart.

1.Imperator *Gordianus* Auguſt. Ianuario.

MVneris publici vacationem[f] ea continere[g], quę non lege[h],non ſenatuſconſulto,non conſtitutionibus principum iniunguntur,meritò reſponſum eſt[i]. ad quam formam iuris pertinens[k] ſi cœperis ad munera extraordinaria[l] à magiſtratibus deuocari[m], appellatione interpoſita poteris apud[n] præſidem iuris rationibus protegi.

DE[o] DECRETIS DECVRIONVM ſuper immunitate quibuſdam concedenda.

Tit. XLVI.

1.Impp.*Dioclet.& Maximian.* AA.Vrſatio.

EXceptis[p], qui liberalium ſtudiorum antiſtites[q] ſunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto[r] immunitas nemini tribui poteſt.

2.Iidem AA.& CC.Caſſio.

ORdinis ambitioſa[ſ] decreta ſacris conſtitutionibus improbantur.

DE[t] EXCVSATIONIBVS munerum.

Tit. XLVII.

De his qui fuerunt procuratores patrimonij Cæſaris.

1.Imppp.*Carus,Carinus,& Numerianus* AAA. Demetrio[u].

ETiam hi,qui noſtra procuraſſe[x] monſtrantur, muneribus ciuilibus[y], quæ dignitati eorum congruunt[z],fungi debent[a].

De dignitatibus.

2.Pars actorum *Dioclet.& Max.* AA.& CC.

INductis[b] Firmino & Apollinario & cæteris principalibus[c] Antiochenſium adſtantibus Sabinus dixit,*[d] & cætera. Diocletianus dixit.

CErtis dignitatibus data à nobis[e] indulgentia eſt munerum ciuilium & perſonalium, id eſt his qui aut ex protectoribus[f] ſunt,aut ex præpoſitis[g]. hi ergo ad munera perſonalia aut ciuilia non vocabuntur.

De tutelis.

3.Iidem AA.& CC.Martiano.

TVtelę ſolicitudo à muneribus ciuilibus non excuſat: vtpote||cum[h]||nec tres[i] ſimul iniunctæ diuerſarum[k] domuum,huiuſmodi beneficium præſtent.

De Hydraulis.

4.Iidem AA.& CC.Attalo.

HYdraulæ[l] munerum ciuilium immunitatem ſibi iure conceſſam approbare[m]minimè[n]poſſunt.

De procuratoribus abſentium reip.cauſa.

5.Iidem AA.& CC.Marcellino.

PRocuratores abſentium[o]reipublicæ cauſa, munerum ciuilium vacationem non habent.

a *C.Th.12.1.135.*
b temporariam *in C.T.*
c puta ob morborum egeſtatem.
d quippe Præſidis adnotatio non ſufficit *l.14.§.de decurionib.*
e *D.li.50.t.5.*
f vacatione.
g contineri.
h *l.6.l.7.l.8.§.3. ff. de vacat. munerum.*
i *intelligit l. in honoribus. §. qui muneris.ff.de vacat.mun.*
k pertines.
l *l.12. ff.de munerib.*
m *l.1.ff.de vac. munerum.*
n *l.2.§.de decurionib.*
o *50.ff.9.*
p *l.4.ff.eod.*
q Antiſtites liberalium artiũ hîc dicitur, vt à Quintiliano, Seruius Sulpicius, iuris antiſtites: & à Plinio, Plato ſapientię antiſtes, *adde quæ ſcripſi ad l.1. ff.de iuſtitia.*
r probantur enim decreto *l.2. ℑ. de profeſſorib. & med.*
ſ *Id eſt gratioſa.* κολακικαὶ ψήφοι. *l. 4. ff. eod. vide Cuiac.hîc.*
t *50.ff.5.*Huc refer Paponem *3. Notar. 7. des lettres d'exemption.*
u *al.* Dioclet. &Maximia.AA. & CC.
x Muneribus exprocuratores etiã Cæſaris nõ excuſantur.
y curialibus.
z non congruit autem vt ſint capſarij vel piſtores. *Græci in l.9.ℑ.eod.*
a Cur debent? finita adminiſtratione, finitur priuilegium *l.adigere. §.quãuis. ff.de iure patronat.*
b In conſiſtorium.Hęc enim acta habita ſunt in conſiſtorio. *Ammianus* XVI. Inductis quadã ſolenni die agẽtibus in conſiſtorium. *Cuiac. hîc.*
c Principales, primi curiæ, *vt multis §. diximus.*
d Græcè quædam,quæ eruere ex libris manuſcriptis non potuimus, nec fuêre vnquam integra, quoniam iis ſubiicitur *&c.Cuiac. hîc.*
e hoc Honorius &Arcadius non admiſit. *l. 153.Cod.Theodoſ. de decurionib.*
f *vide ℑ.titulo de domeſticis & protectorib.*
g Præpoſitos laborum videtur intelligere qui erant ex protectoribus. *l.1. Cod. Theodoſ.de præpoſit.laborum.*
h *al.deeſt.*
i *l.2.§.9.ff.de excuſat.tutorum.*
k Domus diuerſæ,diuerſa patrimonia.
l Hydrulæ.ſunt autem Hydraulæ,qui machinis & organis aquas deducunt. *Vitruuius 10.Atheneus.Plinius.* ne alioqui putes cum Accurſio Hydrulam eſſe, qui aquam in palatium principis deferat, vel cuſtodiat aquæductus aulæ Imperialis. De aqua & eius vſu vide Forcatulum *cap.14. penus.* Sed quid? Cuiacius in *l.6. §.1. ff. de excuſatione tutorum.* in ex lege quarta huius tituli notat muſicos immunitatem non habere, licet eorum ars ingenua ſit & liberalis, quam liberum ſcire adoleſcentem æquum ſit,videtur hîc legiſſe Muſici.
m Probare immunitatem debet,qui eam ſibi conceſſam aſſerit.*l.5.ff.de probat.*
n *ſub.*licet profiteri videantur artem liberalem.
o Abſentes tamen ipſi Reip.cauſa immunitatem habent.*l.1ℑ.de profeſſorib.*
p venator ſola venationis profeſſione non eſt immunis.

De venatoribus.

6.Iidem AA.& CC.Caio.

VEnatoribus[p] immunitas ob hanc profeſſionem ſolam nullo[q] iure conceſſa probari poteſt.

De negotiatoribus.

7.Imp.*Conſtantinus* A ad Catullinum Vicarium.

NEgotiantes veſtiarios, linteones[r] purpurarios, & particarios[ſ],qui deuotioni noſtræ deſeruiunt viſum eſt ſecundum veterem conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe.

Qui poſſunt aliquid inferendum indicere vel non.

8.Imp.A.*Conſtantinus & Iulianus* Cæſ. ad Taurum P.P.

PLacet[t] nullum omnino iudicem de cætero prouincialibus inferendum aliquid indicere, vt ea tantùm ſedulo cunctorum ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti forma complectitur, vel noſtra clementia decernit inferenda, vel delegatione ſolenniter ſanciente, vel epiſtolis præcedentibus, ſed ſi quid vrgere forſitan cœperit, referri ad celſitudinem tuam ſtatuimus, & auctorem[u] te fieri,& eo perſoluto referri ad ſcientiam noſtram, vt nobis iubentibus roboretur. Si quis autem vſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli[x] repetitione teneatur. quæ ſeueritas iuſſionis ad ordinariorum iudicum officiorúmque terrorem debebit excurrere[y], vt ſi eorum vel gratioſa conniuentia, vel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis,eos quoque damni ſimplicis[z] pœna caſtiget.Dat. Kal.April.Mediolani, Conſtantio A.IX.& Iuliano Conſſ.

De muneribus perſonalibus.

9.Impp.*Valentin.& Valens* AA.

ILlud[a] conuenit præcaueri,ne quis hanc,quæ perſonalis eſt functio,pretio[b]putet eſſe taxandam. Datum Kalen. Decemb.Treueris,Valentiniano & Valente Conſulibus.

De prædijs principis.

10.Imppp.*Grat.Valent.& Theodoſ.*Auguſti ad Hypatium P.P.[c]

PRiuatæ rei[d] noſtræ priuilegiis permanentibus,nihil[e] extra ordinem prædia iure perpetuo conſignata ſuſtineant:neque adiectis[f] ſæpius, ac præter primum delegationis canonem poſtulatis afficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario[g] canoni ſub priuilegiis æſtimato, aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionum diuerſitate decutitur:& pari cum cæteris æſtimari ſorte non conuenit,quos præter annonarias functiones æſtimatas[h]perpetua[i]penſitationum prærogatiua nexuerunt.PP.Carthagine,Idib.April.poſt conſulatum Syagrij & Eucherij.

De dignitatibus.

11.Iidem AAA.ad Syagrium P.P.[k]

EOs qui cum honore[l]comitum,nomine magiſtrorum memoriæ[m] præfuêre,vel epiſtolis[n], vel libellis,item eos qui ibidem peragendis ſignandíſque reſponſis noſtræ[o] manſuetudinis[p] obſecundant:omnium[q] ciuilium munerum fieri iubemus exortes. igitur qui ex eo gradu palatio noſtro adhæſerint[r],adeſſe ſibi competentia priuilegia glorientur:qui verò ſuperioribus dignitatibus creuerint[ſ], nihilominus eius loci priuilegia præſto ſibi fuiſſe lætentur. Lecta 3.Kalend.Septembr. Capuæ, Antonio & Syagrio Conſſ.

12.Iidem AAA.ad Hypatium.[t]

MAximarum[u] culmina dignitatum, conſiſtoriani[x] quoque comites, notarij etiam noſtri, & cubicularij omnes, atque excubicularij[y], ab omnibus ſordidis muneribus vindicetur cæteros autem palatina vel militari intra palatium prærogatiua munitos,ita demum priuilegium ſimile contineat[z], ſi[a] prioribus ſtatutis ſe ad huiuſmodi exceptionem[b] docuerint[c] pertinere: vt non ſingulis indulta perſonis, ſed in commune dignitati vel corpori huiuſmodi beneficia doceantur fuiſſe conceſſa, circa[d] rhetores atque grammaticos eruditionis vtriuſque[e] vetuſto more durante. Sordidorum verò munerum talis exceptio[f] ſit, vt patrimoniis dignitatum ſuperius

q imò aliquo iure, *l.vlt.circa finem. ff. de iure immunitatis.*
r lintearios, *quod magis probat Cuiac.*
ſ parthiarios legit Alciat. ſed parthicarios magis probat Cuiac. qui pellium Parthicarum negotiatores ſunt. ex quibus fiebãt Zanchæ. *l.2. l.3. Cod. Theodoſ. de habitu Trebell.in Claudio.* Pyrrhus legit *pelliparios.*
t *Hæc conſtitutio conflata eſt ex l.8 & 11. tit. 16. lib.11.C. Th.quare imperat.nomina & conſulum, illinc deſumes.*
u auctore, *in C. Th.*
x Imò dupli.*l. vnica.§.de exact. vide Nouell. Leonis 61.*
y excutere, *in C.Th.*
z ſimilis, *in C. Th. & vet. quib. lib. quod rectius videtur.*
a *Pertinebat hæc lex ad piſtorum functionẽ, vt conſtat ex l.12. C. T. de piſtorib.*
b *l.15.ℑ.eod.*
c *Ex C.T.lib.11. tit.16.l.13.*
d *l.16. in pr. ff. de munerib. & honorib.l.5.§.qui bonis cedere.*
e *al.*niſi.
f abiectis, *in C. T.id eſt* ſordidis: quod magis probat *Cuiac. iuxta l.pen.ℑ. & ſic reperi in duobus li. manuſ.*
g Aurarius canon quid, dixi ad Pragmaticũ Iuſtiniani *c.18.*
h æſtimata, in *C.Theo. & quib. lib.*
i perpetuò, *in C.Theo. & quib. lib.*
k *Ex C. Th. 11. 16.14.*
l *l.11.in pr.§.eo.*
m memoriæ magiſtri,memoriales.
n magiſtri epiſtolarum, libellorum, reſponſorum.
o *al.*vel noſtre.
p manſuetudini,*in C.Th.*
q *Hîc quædam è C.Th. immutata ſunt.*
r abſceſſerint, *in al. lib. & C. Th.*
ſ *al.* accreuerint.
t *C.T.lib.11.tit. 16.l.15.*

u Maximæ dignitates,illuſtres.*l.vlt.ℑ.eod.*
x *συγκλητικοὺς καὶ τοὺς κομητας κονσιστωριανοὺς* adiicit author ſynopſeos. *54.titul.6. c.19.* ſenatores & comites conſiſtorianos,
y ex cubiculariis,*in C.T.& quib.lib.* ἀποκουβικουλάριοι *ſynopſis.*
z contingat,*in C.Th.*
a hoc eſt ſi toti gradui, non ſingulis perſonis priuilegium indultum ſit. *Synopſis ibidem.*
b exactionem,*in C.Th.*
c *al.*docuerit.
d *additur in C.T.*eccleſias.
e *Id eſt,Græcæ & Latinæ.Synopſis ibid.*
f exceptio ſic,*in C.Th.*

digeſtarum,

a γυρινοὶ quibus cura pollinis conficiendi incumbit. *Synopsis ibid.* Apud Accursium legitur, conficiendæ polinæ.
b mandatur, *in C.T.*
c ἀρτοκόποι, quibus panis excoctio iniuncta. *Synopsis ibid.*
d ne, *in C.Th.*

digestarum, nec conficiendi [a] pollinis cura mandetur [b], aut panis [c] excoctio, aut obsequium pistrini, nec [d] paraueredorum huiusmodi iuris [e], aut parangariarum præbitio mandetur, exceptis his quibus ex more Rheticus limes [f] includitur, vel expeditionis Illyricæ pro necessitate vel tempore vtilitas adiuuatur. Operarum quoque [g] artificum diuersorum, excoquendæ etiam calcis obsequia, nulla de talibus adiumenta poscantur. Materiam lignorum [h] atque tabulata exceptorum virorũ patrimonia non præbeant. carbonis [i] quoque, nisi eum quem moneta solenniter, vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab huiusmodi viris præbitio desistat. Publicis vel sacris ædibus construendis atque reparandis, capitalis [k], atque temonis necessitas nulla mandetur: legatis [l] atque adlectis [m] sumptus possessio huiusmodi priuilegiis munita non conferat [n]. hoc tamen his patrimoniis prosit, quæ dignitatem proprio videntur nomine possidere. eos etiam qui simili honore functi [o] sunt, generali prærogatiua à præbitione sordidorum munerũm vindicamus. Datum V.Id.Decembris. Antonio & Syagrio Coss.

De successoribus.

13. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. ad Neotherium. [p]

Sordidorum [q] munerum excusatio [r] delata personis, ad hæredem successorémve transire non potest. *Neque enim potest esse perpetuum* [s], *quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiæ indulsisse nos constat.* Datum 18. Kal. Maij Mediolan. Arcad. A.I & Bautone, Coss.

Ad l.18. C.Th.h.t.

14. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. Tatiano P.P. Orientis. [t]

Eam legem [u], quam de extraordinariis sordidísque muneribus, expressis vocabulis functionum, & insignibus dignitatum, sine vlla ambage præscripsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus seruandam, vt iisdem beneficiis non quandiu militauerint, sed quandiu vixerint, perfruantur. D. XI. Kalen. Apr. Mediol. Tatiano & Symmacho Coss.

De prædijs principis.

15. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Messiano Com. R.P. [x]

Evidenter atque absolutè iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu condictionis titulo, seu perpetuo iure teneantur, aliquid præter ordinem superindicti vel pretij [y] nomine de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. nam & hoc à diuis principibus imperatum [z] est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis, totidem & de curialibus qui exequi mala iussa festinãt, nouerit eruenda. Datum 17. Kalend. Iul. Med. Olybrio & Probino Coss.

De illustribus.

16. Iidem AA. & *Theodos.* Aug. Melitio præfecto prætorio post alia. [a]

Ab [b] illustribus [c] personis sordida munera & extraordinarię necessitatis damna remouemus. Datum XV. Kalend. Mart. Rau. DD.NN. Honorio IX. & Theodosio V. AA. Coss.

DE [d] QVIBVS MVNERIBVS vel præstationibus nemini liceat se excusare.

Tit. XLVIII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Herculeo P.P. [e] Illyrici.

Comparationi [f] transuectioníque specierum vniuersi sine vllo priuilegio coartentur ad necessitates Illyricanas [g]. nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare priuilegij velamento censemus: sed sub hac conditione, cùm tempus exegerit, huiusmodi collationi succumbant [h], vt non tantùm requiratur idoneus, verùm vniuersi proportione suæ possessionis iugationísque ad hæc munia [i] coartentur, & à summis sarcina ad infimos vsque decurrat. Dat. 3.

e viris, *in Cod. Theodosiano, & quib. lib.*
f *August. lib. 18. de ciuitate Dei cap. 18.*
g atque, *in C. Th. & vet lib.*
h lignum, *in C. Th. & quib. lib.*
i Carbo requiritur ad monetam & arma fabricanda. *Veget. 4. c. 6.*
k *legendum* capituli, *ex C. Theo. quẽ vide & confer. ex eo enim multa hîc sunt detracta.* Capitulum Græci interpretantur κεφαλικῆς συντελείας.
l legati qui immittuntur ad principem.
m Adlecti οἱ ὑπὸ βασιλέως καλούμενοι, qui cũ principe euocãtur publici negotij causa. *vide l. 1. j. de præpositis laborum.*
n conferant, *in quib. lib. al* conferantur: *sed in C.T.* ferat. *vt in lib. Aurel. & Diony.*
o Perfuncti, *in C.Th.*
p *C. Th. lib. 11. tit. 6. l. 16.*
q *l. 1. in pr. ff. de iur. immunit.*
r *al.* excusatione, *in C.T.*
s Perpetuũ priuilegium, perpetuaue excusatio esse non potest, quæ non rebus sed personis, cõtemplatione dignitatis mandatur.
t *C. Th. lib. 11. tit. 16. l. 19.*
u *Intelligit l. 18. eius tit. C. Th.*
x *C. T. eod. tit. l. 20.*
y pretij petiti *in C. Th. & Græcos legere* petiti *notat Cuiac.*
z impetratum.
a *C. Th. eod. tit. l. vlt.*
b *l. 64. in fin. §. de decurionib. l. 23. in pr. ff. ad municipal.*
c Illustres hic senatores, maximarum dignitatum culmina. *l. 12. §. eod.*
d *al.* Ex quibus
e ad rempubl. Illyrici.
f Comparatio specierũ συνωνὴ, *adde l. vlt. j. eod. l. vnica. §. vt nemini liceat in emptione specierum.*
g Illyricianas.
h succumbat.
i munera.
k Hæc causa summè necessaria, ideóque nemo ab ea excusatur. *l. vnica. Cod. vt nemini liceat. adde l. 11. §. de sacrosf. eccles. l. 21. j. de cursu.*
l *Iunge cum l. 11. §. de sacrosan. eccles.*
m Ab expeditionis (τοῦ στρατοπέδου) oneribus, ne quidem Ecclesia nec alius quisque immunis est: oneribus, inquam, expeditionis, puta angariis & perangariis. *Synopsis 5. titul. 1. c. 5. & ibidem ex libro 56. titul. 17. c. 22. l. 21. j. de cursu publico.*
n numinis.
o quibus.
p exhibere.
q *deest in d. l. 11.*

Id. April. Constantinopoli, Basso & Philippo Conss.

2. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. ad Taurum præfectum prætorio.

Cvm [k] ad [l] felicissimam expeditionem [m] nominis [n] nostri, omnium prouincialium per loca quà [o] iter arripimus, debeant nobis ‖ solita ‖ ministeria exhiberi [p]: neminem ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere ‖ penitus [q] ‖ excusari præcipimus: sed omnes, siue ad diuinam [r] nostram domum, siue ad venerabilis Augustæ, vel ad sacrosanctas ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione, sacróve oraculo excusatos, indictionibus magnificæ [s] tuæ sedis tempore nostræ expeditionis obedire decernimus. Dat. 13. Kalend. Martias Constantinopoli, Valentiniano A. V. & * Conss.

3. Imp. *Leo ad S.*

Hac prouidentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nulláque personali [t] dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tuæ commissis [u] opus exegerit murorum [x] constructionem, seu comparationem [y] frumenti aliarúmque specierum sine vllo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua perspexerit, fieri.

QVI ÆTATE [z] ‖ VEL PROFESSIONE [a] ‖ se excusant,

Tit. XLIX.

Studentes habent immunitatem à muneribus personalibus vsque ad XXV. annum ætatis suæ. Bart.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Seuerino & aliis scholaribus Arabiæ.

Cvm vos adfirmetis liberalibus [b] studiis operam dare, maximè circa iuris [c] professionem, consistendo in ciuitate Berytiorum prouincię Phœniciæ [d]: prouidendo [e] vtilitati publicæ & spei vestræ [f] decernimus, vt singuli vsque [g] ad vicesimum quintum annum ætatis suæ studiis non auocentur [h].

2. Iidem Augusti & CC.

Cvm filios tuos patria potestate liberatos, adhuc minores legitima [i] ætate esse dicas, meritò postulas vt liberalibus [k] studiis non auocentur [l], & ideo muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si ciuium inopia [m] non est.

Maiores quinquaginta annis excusantur à muneribus personalibus, non patrimonialib. Bart.

3. Iidem Augusti & CC. Plautiano.

Manifesti iuris est, maiores quinquaginta quinque [n] annis inuitos ad munera personalia vocari non posse. cum itaque septuagenario maiorem te esse profitearis, si à nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione præsidis prouinciæ potes iure concesso.

QVI MORBO [o] SE EXCVSANT,

Tit. L.

1. Imp. *Gordianus* A.

Si ea cæcitate [p] pater tuus oppressus est, vt vtriusque oculi aciem prorsus amiserit, leuamentum personalium [q] munerum sentiet.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* Augusti.

Cvm auriculari [r] morbo debilitatum te esse dicas: iuxta iuris publici auctoritatem à personalib. muneribus vacationem habebis.

3. Iidem Augusti & CC. Celæ [s].

Podagræ [t] quidem valetudo nec ad personalium munerum prodest excusationem: verùm cùm ita te valetudine pedum adflictum dicas, vt rebus propriis intercessum commodare non possis: rector prouinciæ si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit [u], ad personalia munera te vocari non patietur.

r *adde Nouellam Tiberij 1. c. vlt. in fin.*
s magnificentiæ.
t *aliàs*, persona, vel dignitate.
u commissi.
x In murorum constructione, vel cõparatione frumenti, aliarúmue specierum, nemo excusationem habet. *Synopsis Basilicon 54. titul. 7. c. 3. v. l. 1. §. eod.*
y parationem.
z *sub.* maiori annis 55. est verò hoc senectutis priuilegium. *adde l. 34. in fi. ff. de vsufr. legato.*
a *al. inclusa desunt.* de priuilegiis scholarum vide Authenticam habita. §. Ne filius pro patre: & Tractatũ Horatij Luschi de priuilegiis scholarum:
b *l. 2. j. eod. l. 27. ff. quib. ex causis maiores.*
c Iuris professio, liberale studium est. *vt hîc*
d *al.* Phœnicæ, *al.* Phœnices.
e *al.* prouidendum.
f nostræ.
g Cur ita? collige ex *l. 11. ff. de decurionib.*
h aduocentur.
i Minor 25. annis decurio fieri, vel ad honores vel munera ciuilia admitti non potest. *vt hîc. l. nõ tantum. ff. de decurionib. l. ad Rempublicam. ff. de muneribus & honorib. l. 2. §. 1. ff. de vacat. munerum.*
k *v. l. 1. §. eod.*
l aduocentur, *al.* reuocentur,
m *v. l. 11. §. 2. ff. de munerib.*
n *Eustathius li. 10. de temporib.* quinquaginta. *Basil.* septuaginta. *Cuiac. arg. l. 3. ff. de iure immunit.* olim septuaginta in vrbe. *Varro 3. de vita P. Romani. Plinius 4. epistol.*
o De cæcitate vide *l. 1.* auriculari morbo. *l. 2.* podagra. *l. 3. j. eodem.*
p Cæcitas excusat à muneribus personalibus. *l. 1. §. qui morbo.*
q at non à consilio præbendo. *l. 1. ff. de postulando.*
r auriculari. *al. ade: l. 18. §. Cametelasiæ. ff. de munerib.*
s Celsæ.
t Podagra à muneribus personalibus non excusat nisi iusta causa sit, hoc est nisi magna admodum podagra sit. *vt hîc.* eadem ratione podagra non excusat à decurionatu. *l. 13. §. de decurionib.*
u prospexerit.

4.Iidem Augusti & CC.

CAsus [a] corporis patris, munerum personalium filio iure non præstat excusationem.

DE HIS QVI NVMERO [b] LIBErorum, vel paupertate excusationem meruerunt.

Tit. LI.

1.Imp. *Alexander* [c] A.Verecundo.

NVmerus liberorum ab oneribus [d] non excusat.

2.Imp. *Philippus* A.& *Philip.* Cæs.Seuero.

Filium [e] ab hostibus captum, ac nedum reuersum, ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse, magis placuit.

3.Iidem A.& C.Nomo.

NEpotes [f] loco parentum succedentes, vice eorum prodesse consueuerunt: ideóque si quinque [g] numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur: à muneribus personalibus is quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

4.Impp. *Dioclet.& Maximian.* Augusti.

CVm [h] facultates tuas || omnes [i] || in filium tuum contulisse te, nec quicquam habere proponas: respectu patrimonij [k] eius quod tuum esse desiit, muneribus ciuilibus non adstringeris.

5.Iidem Augusti & CC.Marco.

DE [l] personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur: extemplo [m] marium, quinque superstitum numero liberorum eas excusari diui parentes nostri constituerunt.

6.Imp. *Constantinus* A.Dalmatio [n].

EOs qui cuiuscunque sexus liberos [o] quinque habeant, impetrata semel vacatione potiri conuenit: ita vt si in hoc numero ætatis legitimæ filius inueniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legib. immunitate seruanda. Quòd si quis propter censum [p] tenuiorem, vacationem meruerit, atque hoc probauerit: beneficio potiatur, si [q] propter rerum angustias ad personalia vocatur [r] obsequia. Dat.14.Kal.Febr. Sirmij, Crispo III.& Constantino II.Coss.

DE PROFESSORIBVS [s] & medicis [t],

Tit. LII.

De medicis.

1.Imp. *Antoninus* A.

CVm te medicum [u] legionis [x] secundæ [y] adiutricis [z] esse dicas: munera ciuilia quandiu reipublicæ [a] causa abfueris, suscipere non cogeris. Cùm autem abesse desieris, post finitam eo iure vacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate vteris.

De grammaticis & oratoribus.

2.Imp. *Gordianus* A.

GRammaticos seu oratores decreto [b] ordinis probatos, si non se vtiles studentibus præbeant, denuò ab eodem ordine reprobari [c] posse [d], incognitum non est.

De poetis.

3.Imp. *Philippus* A.

POetæ [e] nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

De professoribus & calculatoribus.

4.Impp. *Dioclet.& Maximian.* AA.& CC.

ORatione [f] diui Pij liberalium [g] studiorum professores, non etiam calculatores [h] continentur.

De medicis.

5.Iidem Augusti & CC.Phuidemo [i].

NEc intra [k] numerum [l] præstitutum [m] ordine [n] inuitos [o] medicos immunitatem habere sæpe constitutum est, cùm oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

De medicis, grammaticis, & cæteris professoribus & legum doctoribus.

6.Imp. *Constantinus* A.ad Volusianum [p].

MEdicos [q], & maximè archiatros, vel ex [r] archiatris, Grammaticos [s] & professores alios literarum, & doctores legum, vna cum vxoribus & filiis [t], necnon & rebus quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel ciuilibus vel publicis immunes esse præcipimus: & neque in prouinciis hospites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci || nec [u] || eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati: vt si qui eos vexauerit, pœna arbitrio iudicis plectatur. Mercedes, [x] etiam eis [y] & salaria reddi iubemus, quò faciliùs liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant [z]. P.P. Kalend. August. Sirmio, Crispo & Constantino C.Coss.

De magistris.

7.Imp. *Iulianus* A.

MAgistros [a] studiorum doctorésque excellere oportet moribus [b] primùm, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum: iubeo, quisquis docere vult, non repente nec temerè prosiliat ad hoc munus, sed iudicio [c] ordinis probatus, decretū curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. Datum XV. Kalend. Iul. Acc. IIII. Kalend. Aug. Spoletij, Mamertino & Neuitta Coss.

De philosophis.

8.Impp. *Valentinian.& Valens* AA.ad Mamertinum P.P. [d].

REddatur vnusquisque patriæ suæ, qui habitum [e] philosophiæ indebitè & insolenter vsurpare cognoscitur, exceptis his qui à probatissimis approbati [f], ab hac debent collusione [g] secerni. *Turpe* [h] *enim est, vt patriæ functiones ferre non posit, qui* [i] *etiam fortunæ vim se ferre profitetur.* Dat.14.Kal. Februar. Sirmij, Valentiniano N.P. & Victore Conss.

De archiatris.

9.Iidem Augusti ad Prætextatum P.V. [k]

ARchiatri [l] scientes annonaria sibi commoda à populi commodis || ministrari [m], || honestè obsequi tenuioribus malint, quàm turpiter seruire diuitibus. Quos etiā [n] ea patimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt. Datum 3.Kal. Februar. Treu. Valentiniano & Valente III.AA.Coss.

10.Iidem Augusti ad Olybrium P.V. [o]

SI quis in archiatri defuncti locum est promotionis meritis aggregandus: non antè eorum particeps fiat, quàm primis, qui in ordine reperientur, septem [p] vel eo amplius iudicantibus idoneus approbetur: ita tamen, vt quicumque fuerit admissus, non in priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui cæteris ad priora subuectis vltimus poterit inueniri [q]. Dat.6.Id. Mart. Valentiniano & Valente III.AA.Coss.

De grammaticis, oratoribus, philosophis, medicis, & eorum liberis.

11.Impp. *Honor.& Theod.* AA.Monachio P.P. [r]

GRammaticos, oratores, atque philosophiæ præceptores [s], necnon etiam medicos [f], præter hæc quæ retrò latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt priuilegia immunitatésque, frui hac prærogatiua præcipimus, vt vniuersi qui in sacro palatio inter archiatros [t] militarunt, cùm comitiuam primi ordinis vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, nulla municipali, nulla [u] curialium conuentione [x] vexentur, seu adempta administratione seu accepta testimonialem [y] meruerint missionem: sint ab omni functione, omnibúsque muneribus publicis immunes, nec eorum domus vbicumque positæ, militem seu iudicem suscipiant hospitandum. Quæ omnia || in [z] || filiis etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri [a]. Hæc autem & professoribus [b] memoratis, eorúmque liberis deferenda man-

a *Vide l.5.§.immunitate. ff. de iure immunitatis.* b numerus liberorum excusationes præbet. Tres liberi à legationibus *l.1.~~j~~.de legationib.* quinque à personalibus muneribus excusationem præbent parentibus suis cuiuscunque sexus sint. *l.3.l.vlt.~~j~~.eo.* Duodecim vel tredecim à muneribus patrimonialibus. *l.24.~~j~~.de munerib.patrimonialib.* multò magis sedecim. *l.semper 5.§.demonstratur. ff.de iure immunitatis.* adde Guidonem Papæ *decis. 401. l.2.§.munerum. ff. de vacatione munerum.*
c *al.* Antoninus A.
d *al.* honoribus. *l.2. §.munerum. l.8. in pr.ff. de vacat.muner.*
e *Vide Platonem lib.5.de Repub.*
f Nepotes loco filiorū sunt, quoties parentum loco successerunt. *adde l.2.§.7.ff.de excusat.tutorum.*
g *l.5.l.vlt.~~j~~.eod.*
h *vide l.4. in fi. ff. de muneribus.*
i *al.deest.*
k Id est, propter paupertatem: non est enim hæc lex accipienda de patrimonialib. muneribus, sed de personalibus, vt adnotat Cuiac. rectè.
l *l. vnica.~~j~~. de munerib.*
m *l.4. in pr. ff. de munerib.*
n *C.Th. lib. 12. tit.17.l.1.§.eo.*
o *d.l.4.*
p Censu tenuis iustam præbet excusationem à muneribus. adde Rolandum à Valle *1.consil.66. numero 35.*
q *al.* nec propter *&c.* & ita Holoander.
r Imo vocatur *l.4.§.inopes.ff.de excusat.tutorum.*
s de Grammaticis & oratoribus. *l. 2.* poetis. *l. 3.* calculatoribus. *l. 4.* magistris studiorum, doctoribus. *l. 7.* philosophis. *l.11. ~~j~~.eod.*
t Medicina an nobilitet. vide Tiraquellū tract. de nobilitate.
u Medici in legionibus fuêre. *l.vlt.ff.de muneribus. adde l.33.§.2. ff. ex quibus causis maiores. vide l.6.~~j~~.eod.*
x Legiones plures fuêre.
y Imò adiutrix legio, prima fuit non secunda. *l.1.~~j~~.de castrensi peculio.*
z Adiutrix legio prima, de qua dixi ad l.1. *~~j~~. de castrensi peculio.*
a *Vide l.44.§.1. inf. de excus.tut.*
b *l.1.in fin.~~s~~.de decretis decurionum.*
c *l.5.§.6.l.6.§.5.ff.de excusat.tut.l.11.in fi.ff.de munerib.*
d Imò non possunt. *l.9.§.penult.ff.de negotijs.* possunt, non tamen temerè. *l.penult. ff.de decretis.*
e Poetæ hoc ipso quòd poetæ, immunitatem non habent: non quòd eam diuini spiritus non mereantur, sed quòd lex deficit.
f *l.6.§.3.ff.de excus.tut.*
g Liberalia studia quæ essent dictum in *l.1.ff.de varijs & extraord.cognit.*
h Calculatoribus & librariis qui numerandi artem docent, immunitas non datur. *l.15.§.5.ff.de excusat.tutor.* adduntur à Græcis ζυγοστάται ponderatores & lipripendes. Possunt addi ex *l.1.§.ludi.ff.de varijs & extraord.cognit.* notarij & tabularij. Illi enim immunitatem non habēt, licet videantur liberalia tractare, notarij, numeros puta & literas, vel ea quę sunt literarum vice, tabularij tabulas publicas.
i Finidemo.
k infra
l Medicis inter cætera à Iulio Cæsare, Ius ciuitatis datum *teste Suetonio.* Augustus verò, quòd à Musa liberto (cui ius & anulorum & vim auri infinitam dederat, & statuam ære collatitio prope signum Æsculapij posuerat) ex aduersa admodum valetudine in optimam restitutus esset, vniuerso medicorum ordini immunitatem munerum dedit, *teste Dione.53.* postea sub Vespasiano, Adriano, & Antonino confirmatum. *l.vlt.ff.de munerib.* Postea placuit, numerum medicorum definiri, ne eo prætextu quisque munera effugeret. *l.7.ff de excusat tutor. l.1.ff.de decretis ab ordine.* Post hæc placuit vt ne qui intra eum numerum essent inuito ordine immunitatem haberent. *vt hîc.* Quod argumento est decreto decurionū immunitatē medicis tributam. Hos secutus Claudius, Galenus sub Commodo Romæ, summos honores consecutus est & statuā. Post Commodum, Seuerus medicis annonas ex publico addidit. Hæc tot beneficia Cōstātinus, Honorius, Theodosius postea cōfirmarunt. *vt ex Codice Theodosiano potest colligi.* Postremò Iulianus, oneribus municipalibus medicos liberauit. *vt ex epistolis Iuliani potest colligi. l. Ratio. Cod. Theodos. de Medicis & Professorib.*
m præstitutum.
n ordinem.
o immunitos, *al.* ordine inuito.
p *Cod. Th. eod. tit.l.1. sed multis mutatis.*
q *l.1. in pr.~~s~~.eo. l. vlt. in pr.~~j~~. eod. l.6.in pr.ff.de iure immunitatis.*
r *l. 2. l. 4. Cod. Theodos.eod. adde l.2.~~s~~.quib.non obiicitur longi tēporis præscript.*
s *l.vlt.in fi.~~j~~.eod. l. 10.§. angariarum. ff.de vacat. munerum.*
t *l.3. Cod.Theodos.eod.*
u *al.deest.*
x *l.1.in pr.ff.de varijs & extraord.cognit.*
y eorum.
z instruant.
a *C.Th.eo.l.5.*
b mores facundiæ præferendi. *adde l.2.~~s~~.de postul. l. vnica.~~j~~. de professorib.qui in vrbe.*
c *vide l.6.~~s~~. de munerib.*
d *C.Th.eo.l.7.*
e Philosophi habitus, supercilium, pallium, barba: *1. Gell. 2. & 13. c. 22. & 9. c. 2. Tertull. de pallio. adde quæ scripsi ad l.1.ff.de institia. l.6. §.7. ff.de excus.tut.*
f *l.6. §.4.ff. de excus.tut.*
g colluuione. *in Co.Th. & vet. lib.*
h Imò nō turpe est: num excusentur. *l. vlt.~~j~~. eod.*
i Philosophi vim fortunæ se ferre profitentur.
k *C.Th.eo.l.8.*
l Archiatri vrbium maximarum prouinciales medici.
m *abest à Cod.Th.*
n tantum ea. *Hal. adde l.3.ff.de extr.cognit.*
o *C.Th.eo.l.9.*
p Doctor à septem aliis confirmandus est. *vt hîc.* Quid si tres idoneum: quatuor nō idoneum dixerint? Tunc demum tres illos affirmantes negantibus esse potiores: ex ea sentētia vulgata, qua dicimus duos testes affirmantes præferri mille negantibus. *l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbitris?* An potius plurium testimonium ferri tametsi negantium. *c.in nostra.de testib.* quod verius est. Nam quod dicitur duos affirmantes præferri mille negantibus tunc locū habet, quoties negatiua probari nō potest: secus si probari possit. *vt hîc. Corsetus singulari. Testis. Duo testes.* adde Vurmserum 1.*obseruat.c.14.*
q *Detracta sunt multa è C. Theod.*
r *Cod.Th.eo.tit.l.16.*
s *v.l.6.~~s~~.eod.*
t de Archiatris vide *l.6.§.2. ff.de excus.tut.*
u atque non excusantur. *l.8.~~s~~.eod.l.6.~~s~~.de munerib.l.7.§.philosophos.ff.de vacat.& excusat.muner.*
x Additur in C.Th. nulla senatoris vel glebali collatione, sed hæc verba detraxit Tribonianus, quòd iā senatoria & glebalis collatio sublata esset. *l.2.~~j~~.de prætor. Cuiac. hîc.*
y testimoniali, *in C.Th.* sunt autē testimoniales missionis honorariæ epistolæ.
z *al.deest.*
a *Quædā hîc sunt detracta è C.Th.*
b *l.6.~~s~~.eo.*

damus.

damus. Datum prid. Kalen. Decemb. Constantinop. Constantio & Constante Coss.

DE ATHLETIS,

Tit. LIII.

1. Impp. *Diocletianus & Maximian.* Augusti.*

ATHLETIS [a] ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis [b] quoque non minus tribus certaminis [c] sacri (in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur, ciuilium munerum tribui [d] solet vacatio.

DE HIS QVI NON IMPLETIS stipendiis sacramento soluti sunt,

Tit. LIIII.

1. Imp. *Antoninus* A.

IGnominiæ [e] causa sacramento liberati honoribus abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excludendi [f] non sunt.

Causariè missus ante finem militiæ, à muneribus excusatur, non tamen habet priuilegia veteranorum, licet habeat vacationem. Bart.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* Augusti.

CVm ob prouectæ ætatis senium sis dimissus: honestam [g] missionem consecutum te esse ambigi non potest. habebis itaque à ciuilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen ea priuilegia quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, vsurpare te ius permittit, quando non perfecto [h] statuto militię tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

3. Iidem Augusti & CC.

VEteranis [i] ita demum onerum & munerum personalium vacatio iure conceditur, si post [k] vicesimum annum [l] militiæ quam in legione vel vexillatione militauerint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendatur. Vnde cùm te in cohorte militasse commemores: intelligis superuacuo vacationem tibi velle flagitare.

QVIBVS MVNERIBVS [m] EXCVSENtur hi, qui post impletam militiam vel aduocationē per prouincias suis commodis vacantes commorātur, [n] & de priuilegiis eorum, & de conductoribus [o] vectigalium fisci,

Tit. LV.

Deest sub hoc titulo I. Constitutio Græca, cuius sententia in verbis expressa est libro 54. βασιλικῶν, tit. 7.

QVi militiam vel aduocationem impleuerunt, præter ea priuilegia quæ iam adepti sunt, nec frumenti aut olei comparandi curam, vel inspectionem operum, vel ratiocinium, vel defensionem ciuitatis, vel patris [p] ciuitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent vbi voluerint, nec præsidibus vltra portas occurre cogantur, nec ad curias siue collegia vocentur inuiti, vel nominentur vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum vel spectaculorum nomine. Vnam quoque domum habeant liberam onere suscipiendorum militum superuenientium iis qui in locis versantur dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant, & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc Constitutionem violarit aut violari permiserit, L. librarum auri multam sustineto.

2. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC.

NOn [q] alios à muneribus & honoribus, [r] vacationem habere, quàm qui mancipatum [s] suo nomine vectigal à fisco conducunt, certū est. quare eos qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos haud dubij iuris est.

DE LIBERTINIS,

Tit. LVI.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC.

CONDITIO libertinitatis [t] de muneribus ciuilibus [u] tribuere non potest excusationem, nec in ea quidem ciuitate vbi domicilium libertinus habet.

DE INFAMIBVS, [x]

Tit. LVII.

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus*, AA. [y]

INFAMES [z] personæ licet nullis honoribus qui integrę dignitatis hominibus deferri solēt, vti possint: curialium tamen vel ciuilium munerum [a] vacationem non habent, sed solennibus [b] indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

DE REIS POSTVLATIS,

Tit. LVIII.

1. Imp. *Alexander* A.

REos [c] criminis postulatos, nouos honores appetere non debere antequam purgauerint innocentiam [d] suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est.

DE HIS, QVI IN EXILIVM [e] DATI, vel ab [f] ordine moti ||sunt,||

Tit. LIX.

1. Imperator *M. Antoninus* Aug. Diogeni. [g]

QVIBVS posthac [h] ordini suo, vel aduocationi ad tempus interdicetur, post [i] impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. *Gordianus* A.

AD tempus exulare decurio iussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad nouos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam [k] abfuit.

DE FILIISFAMILIAS, & quemadmodum [l] pro his pater teneatur,

Tit. LX.

Qui consentit decuronatui filij emancipati, non obligatur: secus si filius erat in potestate. Bart.

1 Impp. *Seuerus & Antoninus* Augusti.

PATREM emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri, dubij iuris non est. tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filiū in potestate habeat.* Consentire autem etiam is videtur, qui [m] non testificatur dissentire nominationi.

2. Imp. *Antoninus* A.

CVm appellasse te dicas ostendis causam ad te [n] pertinere [o]. potueras enim nominato filio tantum contestari & non consentire oneri ei delato.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC.

SI ||hi|| qui cum patre ad protostasiæ [p] munus [q] vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberētur, cum [r] ex eadem familia hoc modo [s] duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sanè eos quos emancipatos esse, atque ex [t] familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

Pater non tenetur pro filio curatore creato: sed qui eum nominauerit tenetur. Bart.

4. Iidem AA. & CC.

SIne periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sanè nominator [u] qui filium in potestate positum nō cōsentiente patre ad munus deuocauit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimentum muneris obligabitur.

---

a *l. 4. in pr. ff. de his qui notantur infamia. v.* Forcatulum *c. 20. cupidinis.* numero 3.
b De coronis sacris dixi ad *l. 40. ff. de re iudicata. adde l. 5. §. quæ res pigner.*
c *al.* certaminibus sacris. Certamina sacra in Grecia quatuor. Olympia Ioui: Pythia Apollini: Nemęa Archemoro: Isthmia Palæmoni sacra. *Archias 1. Epigrāmaton.* vt hinc constet sacra non ideo vocata quòd deorum gratia celebrarentur, quod tamē Alciatus censuit. In his certaminibus præmium erat sola corona. *Pollux 3. 16. Pli. 4.* Coronę in olympiis, olea. *Herodot. Vrania.* & breuiter præmia superiorū certaminum olea, pomū, apiū, picea. *Archias illo loco.* Pausanias *in Eliacis* refert Theagenem 1040. coronas in sacris certaminibus accepisse. Gellius *3. c. 15.* refert Diagoram Rhodium tres habuisse filios, pugilem, pancratiastem & luctatorem, at cum eos omnes eodem olympiorum die conspiceret, populúsque patri congratulans, vndique flores in illū cōiiceret, præ nimio gaudio animā efflauisse.
d igitur nō infames. *l. 2. in fin. ff. de postul.*
e Coniunge cum *l. 1. §. de infa. l. 1. §. de dignitat.*
f excusandi, *al.* excusati.
g Honesta missio, causaria, ob ætatem. *adde l. 8. in pr. ff. de excus. munerum. l. 8. §. de re militari.*
h imperfecto.
i *Vide l. 7. §. interdum. ff. de excusat. munerum.*
k *vide l. 9. §. quando prouocare non est necesse.*
l *Vide Tacit. lib. 1. dixi ad l. 2. §. de re militari.*
m *al.* A quibus muneribus.
n Hactenus quę præcesserūt verba pertinebant ad Græcam cōstitutionē quæ deperdita est. *Cont.*
o *al.* conditionibus.
p Pater ciuitatis ἀναγκάζεται τῆς δεσπότης τῶν κεκτημένων εἰκότων ἀνανεῶν αὐτοῖς. Græci *in l. 1. §. de solut. & liberat.*
q *adde l. 8. §.* nō alios. *ff. de vacat. munerum.*
r oneribus.
s id est, emptū.
t *l. 17. in pr. ff. ad municipalem.*
u *al.* quibuslibet.
x *lib. 2. tit. 12. §. 3. ff. 2.* vide quæ scripsi ad *l. nec infames. §. de decurionib.*
y *al.* Imp. Antoninus A.
z *Coniunge cum l. 1. §. de his qui non impl. l. 3. de re militari.*
a *vide l. 12. §. de decurionib.*
b sed & solennibus, &c.
c *l. 17. §. in quæstionib. l. 21. §. idē respondit. ff. ad municip. l. 7. ff. de muneribus.*
d Innocētiam suā purgare accusatus cogitur.
e exilio dati sunt.
f ex.
g *In scripto meo exēplari ita scriptum reperi:* Pars edicti Imperatoris Antonini. Proposita Romæ V. Id. Iulias, Duob. Aspris Cōsulibus. *Contius.*
h *Rectè inquit,* posthac, *tanquā ius antea dubiū & controuersum, hoc edicto certum constituens.*
i *l. 2. §. alia causa. l. 3. l. 5. ff. de decurionib. l. 3. §. quib. ex caus. infam. l. 13. ff. ad l. Cor. de falsis. l. 8. in fin. ff. de postul.*
k Fugam exiliū interpretatur Cuiacius rectè.
l *4. libro 13. §. eod.*
m *l. 2. ff. ad municipalem.*
n Imò nō pertinet. *l. 6. §. pater. ff. de decurionib.*
o *Quasi* causam filij in te susceperis: atque pro eo sis quasi fideiussor.
p Protostasiæ hic & *l. 8. §. de muneribus patrimoniorum.* nihil aliud hic quàm principalitate. qui & Græcis πρωτοστασίας *l. 3. Cod. Theodos. de priuil. eorum qui in sacro palat. militat. l. 2. C. Theod. de protostasia. l. 8. in pr. ff. de vacat. munerum. l. 8. in pr. ff. de muneribus patrimonior.* Qui eas gerunt principales πρωτεύοντες, δεκάπρωτοι, εἰκοσάπρωτοι. *l. 33. §. de decurionibus.*
q *l. 1. in pr. §. de munerib.*
r Eadem familia quæ dicatur vide *l. 4. §. 1. ff. de excusat. tut.*
s *al.* ac domo.
t Ex familia nō sunt qui emancipati.
u *l. 3. §. plebei. ff de munerib. l. 5. §. de decurionib.*

DE PERICVLO SVCCESsorum parentis.

Tit. LXI.

1. Imp. *Alexander* A.

SI[a] de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine||pater tuus||repromisit[b], idcóque[c] etiam sacerdotem te creari impetrauit:onus erogationis[d] commune omniũ hæredum eius esse præses prouinciæ non ignorabit.

DE MVLIERIBVS, IN QVO LOco munera sexui congruentia vel honores agnoscant.

Tit. LXII.

Mulier in loco domicilij mariti subit munera personalia:patrimonialia verò,in loco in quo est patrimonium. Bart.

1. Imp. *Philippus* A.

EAM quæ aliunde oriunda, alibi nupta est: si non[e] in vrbe Roma[f] maritus eius consistat, non apud originem suam[g], sed apud incolatum mariti ad honores seu munera quæ[h] personis cohærent, quorumque[i] is sexus capax esse potest, compelli posse,sæpe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse[k] est mulieres in his locis in quibus possidet, sustinere.

DE[l] LEGATIONIBVS,

Tit. LXIII.

1. Impp. *Valerianus & Gallienus* AA.

PATER trium[m] incolumium liberorum legationibus publicis[s] liberatur.

2. Ijdem AA.& Valerianus Cæs.

CVm vos proprio nomine[n] sumptus ob defensionem publicam susceperitis:id,quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere hæredes eius oportet:sed si in ea causa est,vt restitui omnino oporteat, reipublicæ debent potius inferre. Sanè si honorarijs aduocatorum erat ea quantitas destinata,restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non iniuria postulatis. eum autem collegam vestrum, quem à defensione[o] patriæ[p] destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ[q] legationis[r] arguere potestis.

3. Imppp. *Diocletianus & Maximianus*, AA.

TRansmarina[f] legatione apud nos perfunctos,constitutum est biennij[t] vacationem munerum ciuilium & honorũ[u] habere, non eos qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

4. Imp *Constantinus* A.

VNiuersi omnino ex comitibus, vel ex præsidibus, qui suffragio perceperint[x] dignitates, ciuilibus oneribus muneribúsque teneantur adstricti,ne commoda publica cum vmbratili[y] suffragiorum pactione lacerentur. eos tamen à prædictis oneribus[z] excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt.

5. Imppp. *Theodosius, Arcadius & Honorius*, Augusti Apodemio P.P. per Illyricum[a].

SI quod extraordinarium consilium[b] postulatur[c], cum vel ad nos est mittẽda legatio,vel nostræ sedi[d] aliquid intimandum:id quod inter omnes communi consilio tractatúq; cõuenerit, minimè[e] in examen cognitoris ordinarij referatur[f], Prouincialiũ enim desideria,quibus necessaria sæpe fortuitis||casibus||[g] remedia deposcuntur,vobis[h] agnoscere atq; explorare permittimus: vt sint[i] examinis tui,quæ ex his auxilio tuo protinus implẽda sint,& quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. In loco autẽ publico de cõmuni vtilitate ||prouincialium[k]|| sentẽtia proferatur:atque id quod maioris[l] partis probauerit adsensus,solennis firmet auctoritas. Datum V.Kal. August.Constantinopol.Arcad.A.II & Rufino Coss.

Non debet mitti legatio ad principem,nisi de voluntate concilij & auctoritate superioris. Bart.

6. Impp. *Honorius & Theodosius* AA. Monaxio P.P.[m]

QVotiens[n] ||ab Alexandrina ciuitate[o]|| legatio destinatur,vniuersos curiales præcipimus[s],qui intra vrbẽ consistunt,si non ægritudine vel alia excusabili[p] necessitate impediuntur,in locũ curiæ conuenire, & decreta sua propria subscriptione firmata, viro spectabili præfecto Augustali insinuare, vt eius relatione comitati, tuis virtutib.suas petitiones intimẽt:& sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Datum 3. Non. Octob. Constantinopol.DN.Theod.A.VII.& Palladio V.C.Coss.

DE EXCVSATIONIBVS artificum,

Tit. LXIIII.

1. Imperator *Constantinus* Aug.ad Maximum[q].

ARTIFICES artium breui[r] subito[f] comprehensarum,per singulas ciuitates morantes ab vniuersis munerib. vacare præcipimus:si quidem in discendis[t] artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire.Datum 4.Non.August.Feliciano & Titiano Coss.

Et notitia[u] est ista[x].

[y] Architecti[z],medici[a] pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij[b],seu arcarij,clauicarij[c] quadrigarij,vel quadratarj,quos Gręco vocabulo πηκτὰς[d] appellant,structores,i. ædificatores,sculptores ligni,musearij[e], deauratores, albini[f], quos Græci κονίατας appellant, argentarij, barbaricarij,[g] diatretarij, ærarij,fusores, signarij, fabricarij, bracharij,||particarij,||atque[h] libratores,figuli,qui Græcè dicuntur κεραμεῖς,aurifices,vitriarij, plumbarij[i], specularij, eborarij,pelliones,[k] fullones,carpentarij,sculptores,dealbatores, cusores, trigarij, cisiarij, bractearij, id est, πεταλουργοὶ[l].

2. Impp. *Constant. & Constans*,ad Leontium præfectum prætorio.

MEchanicos[m], geometras,[n] & architectos,[o] qui diuisiones partium omnium incisionésque seruant, mensurísque & institutis opera fabricationibus stringũt, & eos qui aquarum ductus, & inuentos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Datum Prid.Non Iulij,Leontio & Sallustio Coss.

DE[p] POTIORIBVS AD MVnera nominandis,

Tit. LXV.

1. Imp. *Antonin.* A.

SI ipse vocatus ad munera[q] ciuilia,potiorem[r] aliũ nominandum putaueris,age[f] causam tuam.

SI PROPTER INIMICITIAS creatio facta sit,

Tit. LXVI.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias,facit aliquem,si vult,posse appellare. Bart.

1. Imp. *Alexander* A.

SI[t] propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, præsidis æquitas faciet:cum & publicæ vtilitatis[u] intersit, non ex amicitia[x] creationes fieri debere,sed æstimatione[y] vera & commodo reipublicæ.

DE SVMPTVVM REcuperatione[z],

Tit. LXVII.

Electus qui habet excusationem,recuperat sumptus quos fecit in lite,ab eo qui eum nominauit. Bart.

1. Imp. *Gordianus* A.

MVNERIBVS ciuilibus non fungeris quæ personis mandantur, si quinque[a] filios incolumes habeas.at si cõtra id priuilegium ad munus fatigandi tui causa, quidam te deuocauerint, túque appellatione interposita[b] securitatem reportaueris: à nominatoribus[c] sumptus quos in litem feceris recuperabis.

a vide quæ scripsi *ad l.21.§.2.ff.ad municipalem.*
b promisit.
c *vide l.8.ff.de vacat.munerum.*
d *l.1.§.nec castrense.ff.de collat.*
e siue ab.
f Roma cõmunis patria est. *l. eod. ff. de vacat. munerum. l. Roma. ff. ad municipalem. l. vlt.ff. de interdictis relegat.l.in orbe.ff. de statu. Nouella 78.* Proinde qui Romæ docet, etsi in ea natus non sit,aut salarium non habeat, immunitatem habet.
g *vid.l.22.§ munera. ff. ad municip.*
h *vide l.5.§. de his qui numero liber.*
i A patrimonialibus oneribus sexus non excusat. vide Decium *ad l. 2. ff. de regulis iuris.*
k *vide l.9.§. de munerib.*
l *lib.5. tit. 7 ff.*
m *l.1.§.qui numero liberorum.*
n *l. 2. in fin. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. quod cuiusque vniuers.*
o defensionẽ.
p *vid.l. .ff.eod.*
q Desertæ legationis crimẽ est.
r *al.*desertæ al legationis,*id est, defensionis. sed recta videtur excusa.lectio.v.hac de re contrarias Aeschinis & Demosthenis orationes.*
s Transmarina legatio in pari itineris spatio, maiorẽ dilationem habet.
t legatione functis biennij vacatio datur. *vt hîc & l. 2. §. de munerib.non continuandis. l.Paulum. §.1. l. vicarius. ff. de legationibus.*
u onerum.
x percepit.
y in vmbratili,al.subumbratili.
z honoribus.
a *C.Theod. 12. 12.12.*
b concilium,*in C.Theo.*
c *adde l.6.§.eod.*
d vestræ sedili,*in C.Th.*
e Imò referendum. *l.16. §. de muneribus.*
f perferatur *in Co.The.*
g *Abest à Co.The.& quib.li.*
h vobis solis, *in C.Theo.*
i sit. *al.*sibi.
k *al.deest,vt in C.T. al.* prouinciarum.
l maior pars quod approbat, ceteri probasse intelliguntur. *l. 19. ff. ad municipal.*
m *C.Theod.12.12.15.*
n *l.5. in prin.§.eod.*
o *Absunt à C.Theod.*
p inexcusabili,*in C.Th.*
q *C.Theod.13.4.2.*
r Breuem vocat,notitiam,quam mox subiicit.
s *Sic rectè,vt in C.Th.al.*vrbi subditos: *sed perperam.*
t edis cendis,*in C.Theo.* u *l.2.§.eod.l.5.§.quibusdam.l.6.ff.de iure immunit.*
x Et est notitia sic.
y *v.in hanc legem Alci.& Pyrrhum.*
z *Quædam hîc sunt omissa è C Theod.*
a Mulomedici,*videtur legisse Accurs.vtrumque retinendum censet Cuiac.*
b Lectarij,seu laccarij,*legit Cuiac.ex vet. li.*lectarij sunt qui fabricant lectos: laccarij qui fossas vel puteos fodiunt. sed lecticarij sunt qui lecticas fabricant.
c *al.*clauicularij: *al.* clauidarij.
d *Emendat ex Basil.Cuia.* λιθοξόους. adde *Vegetium 2.c.11.*
e musmarij:*in C. Theod.* musinarij.
f albarij. adde *l.241.ff. de verb. signif.*
g Qui barbarica,i.ornamenta ex auro conficiunt. Donat.in *2.Aeneid.*
h aquæ libratores *in c.Th.*
i *al.* Plumarij, *& sic Græcos legisse scribit Cuiac.* sunt autem qui vestimenta ex plumis auiũ conficiunt.
k polliones.*vide l.vlt ff.de iure immunitatis.*
l πέταλον enim significat bracteam atque folium,*Cont.*
m *Rectè sic,non vt antea,* Mathematicos.*nam hi reijciebantur.*
n Geometris datur immunitas. *vt hic*:cum & ex cõstitutione Theodosij spectabiles sint: nõ tamen data censetur à tutelis.*l. Geometræ. 22. ff. de excus.tut.* Nã generaliter data immunitate, semper tutelæ exceptæ videntur.*l.2.§. de munerib.patrim.*
o *l.1.§.architecti.§.eod.*
p *2.Paul.sentẽt. 28. & 29. l.46.§. de decurionib. l. 7. ff. de decurionibus.*
q Potiores ita nominantur ad tutelam.*l.2.ff.de fideiuss.& nominatorib.*
r Nominare potiores solẽt, qui ad munera publica vocati. *vt hîc.l. ad subeunda.46.§.de decurionibus.l.7.ff.de decurionib.* Potiorem autem non rectè nominare is videtur, qui causam nominati potioris non expresserit. *Paul. 2. sentent. 28.§.1.* Cõtra potiorẽ nominat, qui causam exprimit:causam, inquã, generis & facultatũ. Potior enim quis esse debet, non solùm gradu generis, sed & substantia rei familiaris.*Paulus ibid.§.2.* Facultates potiùs spectamus,quàm propinquitatem generis.*adde l.3.§.quemadmod.ciuilia munera.*
f Quid si potiorem quidem nominaueris,& is facultatibus lapsus sit? nominator tenetur,perinde ac si fideiussisset.*l.1.l.2.§.de periculo nominatorum.*
t *l.6.§.pen. l.14.ff.de excus.tutor.l.1.§.1.ff.de vocat.muner §.7.Inst.de excusat.*
u æquitatis,*al. vtrumque deest, & legitur* publicè.
x inimicitia.
y examinatione.
z *sub.*si quis contra legis priuilegia & excusationem,iniustè sit nominatus.
a *vide l.4.in prin.ff.de munerib.*
b appellationem interpositam.
c *l.2.§. de decurionib.l.1.in fi ff.si tutor vel curator.*

SI POST[a] CREATIONEM[b] quis decesserit,

Tit. LXVIII.

1. Imperator *Gordianus*, Augustus.*

SI ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est: conueniri [c] eo nomine hæredes[d] eius non oportere præses prouinciæ minimè ambiget.

DE[e] TABVLARIIS[f], SCRIBIS[g], logographis[h], & censualibus[i],

Tit. LXIX.

1. Imp. *Alexander*[k].

NVLLI[l] omnino ex tabulariis vel scribis vel logographis[m], eorúmque filiis, in quocunque officio militent, sed ex omnibus officiis[n], nec non etiam si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur.

2. Imp. *Gordianus* A.

QVicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipauerit, conditionem habeat quam ipse elegerit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si [o] eum necessitas quæstionis subeundæ inuenerit.

Seruus non potest esse tabellio. Bart.

3. Impp. *Arcadius & Honorius*, AA. Hadriano præfecto prætorio. [p]

GEnerali[q] lege sancimus, vt siue solidis [r] prouinciis siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabularij [s]: liberi [t] homines ordinentur, neque vlli deinceps ad hoc officium patescat aditus qui sit obnoxius seruituti. Sed & si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit (consensum [u] enim, non ignorantiam volumus obligari) ipsum quidem in quantum interfuerit publicæ vtilitatis pro ratiociniis quæ seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium detineri: seruum autem competentibus affectum verberibus fisco addici. dominorum [x] enim interfuit ab initio prouidere ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur. Datum VIII. Kalend. April. Mediolani, Vincentio & Frauitta[y] Coss.

4. Impp. *Theodos. & Valentinian.* AA.

BOethos, logistas medogrammateos*, logographos, diastoleas (quæ vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus) siue quolibet alio nomine nuncupentur, non honore, aut alicuius priuilegij colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam fortunam subire compelli: quatenus nec publicis quidquam noceatur aut minuatur vtilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris vel maiorum obligatio vel sua constringit.

DE[z] SVSCEPTORIBVS,[a] PRÆPOSITIS[b], & arcariis[c],

Tit. LXX.

Susceptores debent à soluente sine mora solutionem suscipere; alias puniuntur. Bart.

1. Imperator *Constantinus*[d], Aug. ad Eufraxium rationalem trium [e] prouinciarum, post alia[f].

SVSCEPTORES[g] publicos absque omni mora aurum censemus suscipere: ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si soluere volens, à suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit[h] proponere[i]: vt hoc probato, & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus [k], cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, eius ponderis, quod debebatur, duplum[l] fisci rationibus per vigorem officij præsidis inferre cogatur. Quod [m] autem susceptores, iudice cuius interest negligente[n] violauerit[o], ex[p] ipsius iudicis facultatibus sarcietur[q]. Datum 14. Kalend. August. Paulino & Iuliano Coss.

2. Impp. *Valentinianus, & Valens*, AA.[r] ad Secundum præfectum prætorio.

IVxta inueteratas leges nominatores [s] susceptorum & eorum qui ad præposituram horreorum & pagorum [t] creantur, obnoxij teneantur, si minus idonei sint qui ab eisdem fuerint nominati: nec quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. Datum 3. Kalend. August. CP. Valentin. & Valente. AA. Coss.

3. Impp. *Valentinianus & Valens*, AA. ad Mamertinum præfectum prætorio.[u]

SVsceptores noui non modò[x] præsentis anni debita, verùm etiam species quas[y] ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt ac recentes[z], suscipiant. Dat. Prid. Kal. Nouembr. Romæ: Valentiniano & Valente, AA. Coss.

Non debet quis in officio reformari, nisi primi officij rationes reddiderit.

4. Iidem AA. ad Florentium Com. S.L.[a]

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi [b] se prius vinculo solicitudinis superioris absoluerit. Nam neque eos qui placuerint, grauare, iusti[c] est: neque eos qui displicuerint, tenere, prudentis est. Integro igitur singuli [d] anniuersario anno transcurso cogantur exponere quibus titulis suscepta dispersérint: vt facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam, non perpetui [e] autem exactores teneantur in continuata vexandorum prouincialium potestate, velut concussionum dominatione: sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo ciuitatis, aut auctoritas [f] ordinis eos per biennium esse compellat. Dat. Prid.[g] Kal. Decembr. Constantinopoli, Honorio N.P. & Euodio Coss.

5. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S.L.

QVotienscunque [h] certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuaginta[i] duos solidos libra feratur accepta. Datum 6. Id. Ian. Romæ, Lupicino & Iouino Conss.

6. Imppp. *Valentinianus, Valens, & Gratianus*, AAA. Probo præfecto prætorio.[k]

FRumenta quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico[l] apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. Dat. 5. Idus April. Treu. post consulatum Gratiani A. III. & Equitij V.C.

7. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti Haue Hypati K.N.[m]

DIu [n] minimè penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed statim [o] quodcunque à prouincialibus fuerit exsolutum[p] sacris thesauris inferatur. Datum 3. Kalend. Maij, Constantinop. post Consulatum Antonij & Syagrij.

8. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio[q].

EXactores vel susceptores[r] in celeberrimo cœtu curiæ, consensu & iudicio omnium [s] subactorum testificatione firmentur: prouinciarúmque rectores [t] eorum nomina qui ||ad [u]|| publicum munus officij editi atque obligati fuerint, innotescant: & animaduertant [x] quicunque nominauerint[y], ad discrimen suum vniuersa quæ illi gesserint redundare. Dat. 6. Kal. Nouemb. Constantinop. Honorio N.P. & Euodio Conss.

9. Imppp. *Valentinian. Theod. & Arcad.* Augusti Cynegio P.P.[z]

MOdios[a] æneos vel lapideos cum sextariis[b] atque ponderibus per mansiones [c] singulásque [d] ciuitates iussimus collocari: vt vnusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat quid debeat susceptoribus dare: ita vt si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorúmque[e] vel ponderum normam putauerit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum: & submotis quæ contra vtilitatem populo-

---

a *al.* ante.
b Creatio hîc, nominatio ad munera, *l. 1. §. quemadmodum ciuilia munera indicuntur.* vnde creator, nominator.
c conuenire.
d *l. 1. §. de decurionib.*
e *al.* De tabulariis holographis, id est scribis censualibus. *Co. Theo. libro 8. titul. 1.*
f Tabularij pertinét ad ea quæ publicè inferuntur.
g Scribæ sunt magistratus municipalium.
h Logographi tributorum rationes scribunt.
i Cēsuales, magistri census in vrbe operā accommodant. *l. vlt. §. 16. ff. de munerib.*
k Impp. Constantius & Constans AA. ad Catulinum PP.
l nullus.
m *al.* lolographis. *al.* holographis.
n curiis officiísque.
o *vide l. 53. §. de decurionib.*
p *C. Th. 8. tit. 1.*
q Seruus non potest esse tabellio. *Bart.*
r Solidæ prouinciæ, integræ: non pars earū.
s tabellarij, *in C. Theo.*
t Tabularij actus, olim erat argumētum seruitutis. *adde l. 1. ff. de re militari. l. 3. §. si seruus Reipubl. vide quæ notaui ad l. 2. ff. rem pupilli. vide Conanū. 2. commenta. 2.*
u Consentientes soli obligantur nō ignorantes.
x Culpa adscribitur authori.
y *al.* Fabricio.
* *Legendū* demogrammateus: verū Cuiac. hūc locum sic emēdat: Boethos logistarum. demogrammatei logistæ, sunt curatores reipub.
z *περὶ ὀρειαρίων τῶν καὶ ὑποδεκτῶν καλουμένων. &c.* De horreariis, qui & susceptores dicūtur: & de horreis & de speciebus in iis reconditis. *Synopsis Basilic. lib. 56. tit. 11. cap. 7.*
a Susceptores, sunt qui annonis & tributis vtriusque ærarij recipiendis occupantur. *l. cum possessor. ff. de censib.*
b Præpositi, qui horreis in quibus species fiscales deponuntur.
c Arcarij qui, his quæ in arcam præfect. præt. inferuntur, suscipiendis præpositi sunt. *Cuiac. hic.* vnde arcarij Præfectorum dicuntur à Cassiodoro *lib. 1. vide l. 1. §. 2. ff. de munerib. adde l. 25. §. de sacros. eccles.*
d *al.* Antoninus.
e Tres autem hæ prouinciæ sunt Sicilia, Sardinia, & Corsica: vt constat ex notitia imperij, *& l. 1. C. Th. comm. diuid.*
f *Cod. Theo. 12. 6. 2.*
g *l. vltim. §. eod.*
h Præsumitur enim pro quolibet officiali. *Alciat. 3. præsumpt. 15.*
i opponere.
k Sola oblatio liberat etiam à publicis debitis, *vt hîc: adde l. 9. §. de solut.* Imò non liberat. *l. 72. ff. de solutionib.*
l in duplum.
m Quos.
n negligentem.
o violauerit.
p & ex.
q sarcientur.
r *al.* Alexander. A.
s *adde l. 3. §. de conueniendis fisci debitorib.*
t Pagorum præpositura. vnde pagis præpositi. *Euseb. 9. c. 1. l. 1. Cod. Theodos. de erogat. militari annona: πάγαρχοι. Nouella de Alexandrinis. l. 49. Cod. Theodos. de decurionib. l. 1. C. The. de pignorib.*
u *C. T. 12. 6. 10.*
x *al.* non præsentis.
y quas in.
z *al.* adcrescentes.
a *C. T. 12. 6. 11.*
b *adde l. 9. §. 2. ff. de public.*
c *al.* iustitię. *al.* iustitia.
d *l. 3. §. de executorib.*
e *Ex l. 22. eo. tit. C. Th.*
f raritas, *legendum existimat Cuiac. i. paucitas hominum. Græcè τὸ σπάνιον.*
g Datum XV. Kal. Oct. Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Coss.
h *Ex eo. tit. l. 13. C. Theo.*
i Libra septuaginta duos solidos habet. *Synopsis Basilic. 56. titul. περὶ ζυγοστατῶν, titul. 5. c. 15. vide Cuiac. 17. obser. 9.*
k *Co. Th. eo. tit. 16.*
l *vide l. 3. §. de cōditis in publicis horreis.*
m *C. Th. eo. 17.*
n Susceptori pecuniæ publicæ, exactā quantitatem non licet fœnerare, vel aliter ea vti, *d. c. 15. adde l. 1. §. de canone largitional.*
o Tributa statim inferenda thesauris prouinciæ, ne diu sint penes susceptores, *l. 1. §. de canonib. largit. tit. l. vnica. §. de off. comit. sacrar. largit. l. vnica. §. de auri publici prosecutorib.*
p solutum.
q *C. Th. eo. titul. leg. 20.*
r Susceptores publicorum tributorū ex decurionibus creātur, *vt l. 5. §. de exact. tribu.* quod tamen eis ademit Anastasius constitutis vindicibus.
s Pars maior quod facit, omnes viaentur fecisse: quod in executorib. testamento datis: & compromissariis electis hac formula, *vt quod omnes fecerint ratum habeatur. notandū* Satisfactum enim formulæ videbitur, etiamsi non omnes, sed maiori ex parte fecerint.
t rectoribus.
u *al. deest, & postea legitur,* publici onus. *al.* publici munus.
x *vide l. 2. §. eo.*
y nominauerit.
z *C. Th. eo. tit. l. 21.*
a *μοδίους χαλκοῦς καὶ λιθίνους, &c.* Modij ænei & lapidei confici debent, vt vnusquisque tributarius securè soluat. *Synopsis 56. hoc tit. adde Suidam in μέτρα. & l. 1. §. de condit. in publicis horreis.*
b Mensuræ, vt & pondera, iniquæ prohibentur. *l. vlt. §. eo. l. penult. §. de defens. ciuit. Nouell. 128. c. 15.*
c Mansiones quid dixi, *in l. 2. §. de lucri aduocat.*
d singulas quasque.
e *al. deest,* que.

Vt susceptores frumenti quidem quinquagesimam: hordei, quadragesimam: vini & lardi quintam decimam accipiant. *Synopsis eod. 2. Harmenopul. 6. §. 2* Susceptoribus rerum, ita pars certa rerum ipsarum dabatur. Sic optionibus, id est erogatoribus militaris annonæ decimaquinta pars copiarum dabatur, *Nouella 130.*
b laridi, *in Co. Theo.* c commoniti. d *Co. Th. eo. tit. leg. 26.*

rum omnium hactenus gesta sunt, frumenti[a] quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & lardi[b] vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti[c], in Armeniæ partibus susceptoribus, longinquitatis causa, frumenti & hordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. Dat. 4. Kalen. Decembr. Constantinopoli, Honorio, N. P. & Euodio V. C. Conss.

10. Iidem AA. Cynegio P.P.[d]

SVsceptores præsentibus defensoribus & modum iugationis possessorum, & species singulas, vel eorum[e] numerum quantitatémque describant[f]. Dat. 4. Kalen. Decembr. CP. Timasio & Promoto Coss.

11. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Benigno Vicario vrbis Romæ[g].

SEcuritates[h] semel publicatas & gestis lectas vini[i] susceptoribus imputari: & cœptam mercedis discussionem volumus in apertum quæsita ratione deduci, & omnes publicas securitates[k], quæ gestis tenentur, à susceptoribus accepto ferri. Dat. 6. Id. Iun. Med. Stilichone & Aureliano Coss.

Non potest quis exercere officium, in quo semel deliquit. Bart.

12. Iidem AA. Pompeiano[l].

SI[m] aliquid[n] à susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel de interuersione[o] conuictus, id[p] rursus officium gerat in quo ante decoxit[q], etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina[r] supplicatione intulerit[s]. Dat. Prid. Kal. Ian. Mediolani, Stilichone & Aureliano Conss.

13. Iidem AA. Lucio comiti sacrarum largitionum[t].

DVos tabularios, ||seu numerarios[u], || & susceptores totidem per vniuersas prouincias oportere constitui, clementia nostra præcepit. Scire autem volumus prætorianam amplissimam præfecturam, eos[x] qui aurum largitionale susceperunt[y], nihil cum arcæ[z] ratiociniis habere commune: iudices autem prouinciarum quinque libris auri multandos, & primates officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. 6. Kalen. Febr. Basso & Philippo Coss.

14. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Euchario[a].

HVmilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari[b] curiales non patimur, ne publica vacillet vtilitas. Susceptorem[c] itaque vestium æquius est ab officio proconsulari, vel ab his qui in eodem meruerunt,[d] solenniter procurari. Horum námq; interest huiusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum[e] commodior cura est. neque enim æquum est, vt ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam submouemus: exceptis his qui curialium in officio memorato aut militasse aut militare fuerint deprehensi. Dat. prid. Kal. Martiis Rauen. Honorio VIIII. & Theodosio V. AA. Conss.

15. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti Volusiano P.P. post alia[f].

AVrum siue argentum quodcunque à possessore confertur[g], arcarius vel susceptor accipiat: ita vt prouinciæ moderator, eiúsque officium ad crimen suum nouerit pertinere, si possessoribus vllum fuerit ex aliqua ponderum[h] iniquitate illatum dispendium: & quidquid ex prouinciis ad nostrum dirigitur ærarium, id ad illustres viros ærarij[i] nostri comites[k] relatione deferatur. Datum 3. Kal. Mart. Rau. post. Cons. Felicis & Tauri VV. CC.

e earum, *in C. Theo.*
f præscribant, *in C. Theo.*
g *C. Th. eo. l. 26.*
h *l. 2. §. de quadr. præscript. l. 2. §. de discussorib.*
i *Sic forte legendum,* non binis, *vt in C. Th.* Hinc autẽ, arca vini.
k *2. Harmenopul. 2. §. 13.*
l *Co. Th. eo. tit. leg. 27.*
m Susceptor aut tabularius (ὑποδεκτὴς ἢ ταβελλάριος) semel circa ministerium suum conuictus, non amplius idem officium gerat. *Synopsis ibid. c. 9.* Ita tabellioni, qui semel falsum admiserit, postea fides nõ adhibetur.
n quis.
o Interuersores qui. *l. 8. §. de iure fisci.*
p Officium id exercere nemo amplius potest, in quo semel deliquit & condemnatus est. *vide Corsetũ singulari, Tabellio.*
q Decoctores, *hic & l. 40. §. de decurion quæ dixi ad l. 2. §. de palatinis sacr. largit. l. vnic. §. de ambitu.*
r *Hoc est,* obreptitia.
s tulerit. *al.* detulerit.
t *C. Th. l. 30.*
u *Hæc adiecit Tribonian. quæ absunt à C. T. sed de tabulariis & numerariis vide hîc Cuiac.*
x Tributorum tituli non sunt cõfundendi: vt quod vni arcæ inferendum sit, alteri non inferatur. *l. 3. §. de canone largitionalium titulorum.*
y Officiorum commissionem profiteri, *hinc colligit Bart.*
z Arcæ P. Prætorio fit mẽtio *in l. 22. §. de cursu publico vbi dixi.*
a *Ex Co. Th. eo. leg. 31.*
b *vide l. 21. §. de §. de decurionib.*
c Susceptionẽ, *in C. Th. & quib. lib.*
d *l. 4. Co. Th. eo.*
e contuẽdum. *in Co. Theo.*
f *C. Th. eo. titu. l. 32.*
g statim. *l. 1. §. eo.*
h Pondera iniqua prohibita, *vide l. 9. §. eod.*

DE[l] PONDERATORIBVS[m], & auri illatione, Tit. LXXI.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Eufraxium Rationalem trium prouinciarum.

AVRVM[n] quod[o] infertur à collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance & libramentis paribus suscipiatur. PP. 14. Kalen. August. Paulino & Iuliano Conss.

i Comites ærarij, largitionum priuatarũ comites.
k *In Co. Theo.* non solum ad illust. vir. æra. nost. sed etiam ad eminentiam tuã pari relatione, &c. l περὶ ζυγοστατῶν τὰς εἰσκομιδὰς ὑποδεχομένων. De ponderatoribus qui collationes suscipiunt. *Synopsis Basilicõn 56. titul. 5. adde Edict. Iustiniani 11.*
m *al.* ponderationibus. n *Ex lib. 12. tit. 7. l. 1. Co. Th. confer, detractũ enim est initium & cætera valde immutata.* o Æqua lance suscipienda sunt quæ inferuntur: habente libra septuaginta duos solidos. *Synopsis ibidem c. 15. l. 5. §. titul. prox.*
p *Sic in Co. Th. lib. 12. tit. 7. lib. 2.* post alia. *Cont.* q *id est, ponderatorem.*
r *vide Edictum Iustiniani 11. c. 2.*

s atque ita vni creditur. *dixi ad l. 1. in fi. ff. de verbor. obligat.*
t *Co. Th. 12. 8. 2.*
u Persecutoria, diploma auri persequendi quod à Comite sacrarum largitionum dabatur. x *Abest à Co. Theo.* y *vide l. 1. §. de canone largitional. tit.*
z decoquendum, *Pyr. al.* vt coquendum, *id est, consumendum & interuertendum, Cuiac. hîc puto legendum*, prosequendum.

2. Imp. *Iulianus* August. ad Mamertinum P.P.[p]

QVotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio: placet quem sermo Græcus Zygostatem[q] appellat, per singulas[r] ciuitates constitutum, qui pro sua fide atque industria neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere[s]. Dat. 9. Kal. Maij, Salone, Iuliano Aug. IIII. & Salustio Conss.

DE AVRI PVBLICI PERsecutoribus, Tit. LXXII.

Susceptores non debent pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere, & habita licentia retardare. Bart.

1. Impp. *Honor. & Theodos.* Aug. Anthemio PP.[t]

AVRI persecutores partim nulla præmissa (vt assolet) persecutoria[u], aurum præsumunt ||persequi[x], || partim diutius retentant, quod statim[y] fuerat adsignandum. Idcóque censemus, ne quis absque præcepto viri illustris comitis sacrarum largitionum, vel coquendum[z] aurum sumat[a], vel capiat deinceps retinendum. Dat. 13. Kalend. Aug. Honor. VIII. & Theod. III. AA. Conss.

DE HIS QVÆ EX PVBLICA COLLAtione illata sunt, non vsurpandis, Tit. LXXIII.

1. Imp. *Constantinus* A.[b]

NVLLVS iudicum quod à republica[c] ex collatione susceperit[d], mutui interuentione opposita vel inuadat[e], vel conetur[f] inuadere. Dat. Pr. Non. Mart. Treueris, Paulino & Iuliano Coss.

2. Imppp. *Gratian. Valentinian. & Theod.* Augusti Haue Lampadi K.N.[g]

NVllus penitus ex eo quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum[h] vsurpet, nisi fortè præsumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit. Dat. 3. Id. April. Constan. Antonio & Syagrio Conss.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Messalæ, PP. post alia[i].

SCiant iudices[k] nihil sibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi[l] malint grauissima seueritate suam licentiam coerceri. Dat. 16. Kalend. Iun. Mediolan. Theodoro Cons.

DE AVRO CORONARIO[m], Tit. LXXIIII.

1. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti Cynegio P.P.

AD[n] collationem auri coronarij placuit neminem absq; consuetudine[o] esse cogendum. Dat. XV. Kal. Febr. Constantinopol. Richomere & Clearcho Conss.

DE IRENARCHIS[p], Tit. LXXV.

1. Impp. *Honor & Theod.* Augusti Anthemio P.P.[q]

IRENARCHÆ, qui[r] ad prouinciarum tutelam, quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à[s] decurionibus iudicio præsidum prouinciarum idonei nominentur. Dat. 8. Kal. Ianuar. Constantinop. Honor. VIII. & Theodos. III. AA. Conss.

DE ARGENTI PRETIO, QVOD thesauris infertur, Tit. LXXVI.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Augusti Eutychiano P.P.

IVBEMVS[t], vt pro argenti summa quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita[u] vt pro singulis libris argẽti quinos solidos inferat. Dat. 11. Kal. Mar. Constantinop. Cæsario & Attico Conss.

a sumatur.
b *C. Th. 2. 9. 1.*
c ad rempublicam.
d *vide l. 2. §. de his qui ex publicis rationibus.*
e *Vide l. vlt. §. eod.*
f cõminetur.
g *C. Theo. eo. tit. l. 2.*
h *vide l. vlt. §. eo. l. vlt. § de conditis in publicis horreis.*
i *C. Th. eod. tit l. 3.*
k *Repetitur l. vlt. §. de colla. fun. patr. ex qua hæc verba ex iisdem titulis ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referenda esse existimat Cuiac.*
l *l. 1. l. 2. §. eod. l. 7. §. vlt. §. de exac. tribut.*
m Aurum coronariũ, quod Græci στεφανωτικὸν χρυσίον vocant, decuriones annonæ propriè offerebant principi cũ coronis aureis. *Co. Theo. eo.* ob lætitiam vel similem causam puta adoptionẽ: (quale oblatum fuit Pio, teste Capitolino.) Id etiã offerebant Satrapæ, *l. vlt. C. Theo. eo.* & Iudæi, *l. 7. l. penult. §. de Iudæis. Cicer. pro Flacco.* Aliis authoribus, aurũ coronarium est quod triũphantibus offerebatur, *5. Gell. 6.* sicut æs coronarium æneæ coronæ histrionũ, *35. Plin. 7. 34. c. 8.* Alciat. *6. parerg. 4.* putat coronarium aurũ dictũ quòd Imperatores coronas ex lauro, postea ex auro tulerunt, adde Forcatulum *c. 20. Cupidinis numero 7.*
n *Ex lib. 12. titu. 13. l. 5. C. T. verum quid sit aurũ coronariũ, explicat l. 4. eo. tit. C. Th.*
o Consuetudo in auro coronario conferendo seruãda. Nõ indicitur à principe: si tamẽ offertur, accipitur. Imò indicitur, si cõsuetudo id ferat. *vt hîc.*
p Irenarchæ appellabantur, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præpositi erãt. *l. 9. §. de iure fisci. l. 6. ff. de custod. reor. l. vlt. §. Irenarchæ. ff. de muner. & honor.* q *Ex Co. Th. eo. tit. l. 1. Cont.*
r Irenarchæ munus institutum vt per eum prouinciæ tutela, quietis ac pacis per singula territoria concordia stet. Aristides 4. ἱερῶν, Irenarcham vocat φύλακα τῆς εἰρήνης: leges Gotthorum pacis adsertorem τὸν τῆς τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντα. Cuiac. *1. Obseruat. 33. l. super creandis. §. de iure fisci*: vide quæ scripsi de Irenarchis *ad Nouell. 80. & l. 6. §. de custodia reorum.*
s Irenarchæ creantur periculo Decurionum, & ex dispositione Præsidum, *vt hîc. adde l. 9. in fi. §. de iure fisci.* t *C. Th. lib. 13. tit. 2. l. 1.* u *l. vnic. §. de collat. æris.*

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER VNDECIMVS.

DE NAVICVLARIIS[a] SEV NAVCLERIS publicas species transportantibus, & de tollenda lustralis[b] auri[c] collatione,

TITVLVS PRIMVS.

Argumentum Græcæ constitutionis quæ deest titul.1.libr. 11.Cod.de lustralis auri collatione, tale reperi in antiquissimo exemplari manuscript.quam fidem ei habere debeat, prudens lector perpendet. Contius.

Indictionibus trino lustro digestis, auri primo pro rebus functio præter annuum canonẽ indicitur: aurúmque quod ex tali collatione depẽditur, est lustrale. Quindecim verò annorum spatium in se quin quennij continens tria lustra, primo aurum, secũdo argentum, tertio æs exsoluere collatores perurget. In lustra verò conglomeratio per subadiuuas mello proximos adiutores & arcarios ad hoc officij deputatos sub forma exactionis inserta hoc expedito, cursu perstringat.

1.

REMITTIT omnibus prorsus collationem auri argenti, exceptis ciuitatibus aut vicis qui quid vltima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel si quid à fisco eadem lege datum sit. Qui verò tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit id soluere Constantinopoli vel in prouincia, siue quarto quoque anno, siue vltra quadriẽnium, sine damno & peruersitate vlla. Ac si quid eo illato superest, id in alias ciuitatis necessitates impendatur, veluti opera aut frumenti coemptionem aut lumina[d] aut similia. Constituit autem pœnam C. librarum scholæ palatinorum, & præsidibus & cohorti & municipalibus, si hæc quandoque non obseruauerint.

2.

NE quis, quò sit releuatus auri atque argenti collatione, describatur in spectacula vel alia quædam alioquin supradicta pœna imminebit.

De nauicularijs publicas species transportantibus.

3. Imp. *Constantin.* A. & *Iulianus Cæs.* Olybrio P.V.[e]

NVllam[f] vim oportet naucleros[g] sustinere delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac[h] remeantes omni securitate potiri, decem librarum auri multa proponenda his qui eos inquietare tentauerint. Datum Kalend. Iun Rom. Constantio IX. & Iuliano Cæs. II. Conss.

4. Impp. *Arcad. & Honor* AA. Eusebio P.P.[i]

COmpertimus naucleros[k] susceptas species in[l] negotiationis emolumẽta conuertere[m]: ideóq; decernimus, vt intra annum[n] quas susceperint, inferant species, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant: vt intra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sint. Dat. 10. Kalend. Ian. Mediol. Arcad. III. & Honorio III. AA. Conss.

5. Iidem Augusti Flauiano P.V.[o]

AB his qui in naucleros prædas[p] egerunt, volumus eorum commodis satisfieri: & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, vt quicumque in rapinis fuerit deprehensus, pœnã[q] quadrupli[r] teneatur. PP. Romæ in foro Aproniani IX. Kalend. Febr. Stilichone & Aureliano Conss.

Quando id quod per personas certæ regionis debet expediri, non potest, debet expediri per homines circumstantes expensis publicis. Bart.

6. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti Anthemio P.P.[s]

CVm nauarchorum cœtus circiter prouincias Orientis inopia nauium titubaret, & inuestigandæ classis obtentu insularum secessus[t] obiret[u], & nauigandi opportunitate transacta, iudiciorũ indignatio sine transuectionis expectaretur effectu: meritò celsitudo tua præfecto Augustali & insularũ[x] præside conue.tis, ciuitatis Alexandrinæ & Carpatiæ classis summates[y], & nonnullos alios naucleros eius[z] professionis adduxit, vt onus frumentarij commeatus, qui per Oriẽtales nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis consuerat[a] ad sacratissimã vrbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem Augustissimæ vrbis horrea comportarent[b], salariis[c] pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, vel ex eo quod vocatur φιλικὸν[d], necnon etiam aliis[e], quæ cognationis limauit[f] examen. Dat. 14. Kalen. Feb. Honorio VIII. & Theod. III. AA. Conss.

7. Iidem AA. Anthemio P.P.[g]

QVi fiscales species susceperit deportandas, si recta nauigatione contẽpta, littora deuia sectatus, eas auertẽdo[h] distraxerit: capitali pœna plectetur. Dat. 14. Kal. Augusti, Constantinop. Honor. VIII. & Theo. III. AA. Conss.

8. Iidem Augusti Faustino P.P. post alia[i].

IVdices, qui in partibus[k] diœceseos suæ onusta nauigia, cum prosperior flatus inuitat, sub prætextu hiemis[l] immorari permiserint: vna[m] cum municipibus & corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. naucleri præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit reuelatum. Dat. 18. Kal. Septemb. Rauen. Varana V.C. Conss.

* *Constitutio Græca.* *

DE PRÆDIIS ET OMNIBVS rebus nauiculariorum, Tit. II.

1. Impp. *Valent. & Valens* August. ad Aurelianum P.P. an.

DOMVM[o] etiam[p] mansuetudinis nostræ, in his quæ nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. Dat. 3. Kal. Oct. Lupicino & Iouino Conss.

a Nauicularij, naucleri, nauarchi, nautici, exercitores nauiũ, idem sunt. *Vegetius 4.* Diuersi sunt magistri. *l. 3. j. de naufragiis. l. penult. C. Theo. de nauiculariis.*

b Lustrale aurum, vt mox dicemus mercatoribus rerum minutarũ, lenonum, meritoriarum puellarum, fœneratorum, & similium, vt mox dicemus. Fuit & iisdem indictũ silignaticum ob venditionem in nũdinis proponendam, quod Græci κεραπισμὸν appellant. Monopolium verò, ab eo præstabatur, qui iussu principis id exercebat. *l. 1. s. de Monopol. Caßiodor. 2. Cuia. hic.*

c Lustrale aurum χρυσάργυρον cui⁹ oneris quarto quoquo anno, id est lustro, pendẽdi author Constantinus. Onus autem erat mercatorũ, & negotiatorũ (quale negotiatorum fuit, id cuius meminit Lampridius *in Alexandro.*) rerum minutarũ, imò meritoriarum puellarum, lenonum, fœneratorum. cuius pensitationis quædã quoque scrinia erant. *l. 3. s. de episcopis. l. 1. s. de commerc. & mercat. l. 5. C. Th. de lustratis auri conlat.* Verum id tributi genus postea sustulit Anastasius: vt Euagrius & Zonaras testantur. *adde lib. 13. C. Th. de lustrali conlatione.*

d Lumina balneorum intelligit, vt *l. quia plurimæ. s. de operibus publ.*

e *C. Th. lib. 13. tit. 5. l. 5.*

f *l. 5. j. eo. l. vnica j. de littorum & viarum custodib.*

g nauicularios, *in C. Th.*

h Securitas interdum datur à lege, *vt hîc: adde Authenticam Habita. s. Ne filius pro patre: l. præsenti in pr. & .§. 1. s. de his qui ad Eccles. confugiunt: l. quisquis in fi. s. ad l. Iuliam maiest. l. vlt. ff. de legat.*

i *C. Theodos. eo. tit. l. 26.*

k nauicularios, *in C. Theodos.*

l Species annonariæ ab his qui eas transuehunt, in priuatam negotiationem non sunt transferẽdæ. *adde l. 1. 24. s. titul. 4. & de his, qui ex publicis ratiociniis.*

m *Hic multa detracta sunt è C. Theodos.*

n *l. 6. j. eo.*

o *Cod. Theodos. eod. 29. al.* Fabiano.

p *vide l. 3. supra eod.*

q in pœnam, *in C. Th.*

r *vide Paponem 3. Notar. 8.*

s *Ex C. Theo. eo. tit. l. 32.*

t successus, *in C. Th.*

u conspiraret.

x Cycladas intelligit. De Cycladũ præside. *adde Nouell. 163. 41. 50.*

y Summates classis Carpatiæ, *hîc*, vt summates ordinis Alexandrini. *l. 57. s. de decurionibus.* Symmachus. Sũmates Aricinæ vrbis.

z eò, *in Cod. Theod.*

a censuerat, *in C. Theo.*

b comportaret, *in C. Th.*

c solatiis, *in C. Th. facit l. 6. ff. de captiuis.*

d *i. amicale, quod datur amicæ.*

e alios, *in C. Th.*

f *al.* libuit.

g *C. Theo. eo. tit. l. 33.*

h *l. 3. s. quæ res venire.*

i *C. Theo. eo. tit. l. 34.*

k portubus, *in C. Th. & qui. lib. manus.*

l *adde l. 2. s. eo.* Hyeme periculosa nauigatio. Hinc suscipi annonæ publicæ debent & subuehi æstate, non hyeme: nisi ventis valde secundis. *l. 3. j. de naufragiis.*

m Delicto iudicis, interdum ipsos ciues puniri hinc colligunt: vt & repræsalias concedi aduersus omnes ciues, ob iustitiam denegatam à rectore loci. *Corsetus singulari. Iudex.*

n nauicularij, *in Cod. Theodosiano.*

o *Cod. Theodosiano l. 5. titulo 6. libro 13. confer.*

p Nauicularij iuris domum emens, onus nauicularium agnoscere debet. Quod ita verum, vt id locum habeat etiam in principe emente, *vt hîc.* Nauicularia igitur domus transit cũ suo onere: & ea parte princeps vtitur iure priuati. *adde l. si diuina s. de exac. trib.* Cur ita? Onus reale comitatur rẽ: neque mutatur priuilegio noui possessoris. *l. vl. s. de annon. l. 1. §. si fundus. ff. de seruit. præd.* Hoc autẽ onus reale est. *l. 2. j. eo*

a *Cod.Theodoſ.eo.titul.l.7.*
b Libera eſt cuique emēdi & vendendi facultas: libera æſtimatio & venditio eſt, ſeu libertati emendi fauendum: neque ea facultas coercenda.
c Imò non prohibet: multis enim caſibus emptio reſtricta. *l. dudum. ꝫ. de contr. empt.l.ſi in emptione.§.1.ꝫ.de contr.empt.*

Pro rata rei quæ peruenit ad aliquem de bonis nauiculariorum, debet onus ſuſtinere, nec patrimonium vel perſona vlterius aggrauatur.

2. Iidem Auguſti & *Gratian.*A.Achiloni Proconſ.Africæ[a].

IN his quæ nauicularij vendunt (quoniam intercipere[b] contractum emendi vendendíque fas prohibet[c]) emptor, nauicularij functionem pro modo portionis comparatę ſubeat. Res[d].n.oneri addicta eſt, non perſona mercatoris[e]. Neq;[f]nauicularium iubemus[g]fieri eum qui aliquid comparauit: ſed eam partem quæ empta eſt, pro ſuo modo ac ratione eſſe munificam[h].nec enim totum patrimonium ad functionem nauiculariam[i]occupandũ erit, quod habuit qui rei exiguæ mercator acceſſit: ſed illa portio quæ ab initio nauicularij fuit, ad penſionem huiuſmodi[k] functionis ſola tenenda[l] eſt reſiduo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum eſt, otioſo & immuni ſeruando.

¶ Domus[m] verò quarum[n] cultu decus vrbium potius quàm fructus acquiritur, vbi à nauiculariis veneunt, pro[o] tanto modo ad hanc penſionem obligari placet, quãtum habebant emolumentum cùm[p]pecunia mutuaretur[q].vbi verò ſpatium[r]||loci[ſ]||& exiguitas nullam habuerit penſionem, aut extructio cuius eſt ardua difficiliſque molitio, aut decus ſumptuoſum, aut (vt eſt plerunque liberale inſtitutum) habitationem quis ſuam vrbis[t]ornamento adiecerit, nolumus munificentiam, quæ poſtea addita eſt, improbam licitationem æſtimationis excipere: ſed vetúſta[u] potius loci ſpecies & penſio cogitetur, quàm cultus hodiernus qui per induſtriam hominis animoſi[x]acceſſit. Datum 3 Non.Auguſt.poſt conſulat.Gratiani A. III. & Equitij V.C.

Qui emit prædia nauiculariorum, tenetur ad onus ſecundum veram æſtimationem, quæ priuatorum pactu non tollitur. Bart.

3. Impp.*Arcad & Honor.*Auguſti Meſſalæ P.P.[y]

HI qui fundos nauiculariæ functioni adſcriptos à nauiculariis acceperunt quolibet ad ſe titulo tranſeuntes, ſecundum[z] agri opinionem[a] quæ antiquitus habebatur[b]adſcripta, nauiculariam functionem ſuſcipere cogantur: neque eas conditiones ſibi exiſtiment profuturas quas venditor minus idoneus in ſe recepit impoſitæ[c] mentis arbitrio[d]: hac tamen pactione[e] ſeruata, vt ſi ad minus idoneum fuerit tranſlata poſſeſſio, etiam auctores tranſcripti prædij teneantur obnoxij, ſitque hoc in promptu, vt damnis fiſcalibus primitus ab idoneis conſulatur. Dat. 14.Kal.Mart.Mediol.Theodor. V.C.Conſ.

DE NAVIBVS, NON excuſandis,

Tit. III.

Naues quæ ſub nomine & titulo alieno excuſantur, publicantur. Bart.

1. Impp.*Arcad.& Honor.*Auguſti Longiniano P.P.[f]

MVLTI[g] naues ſuas diuerſorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obuiantes pręcipimus, vt ſi quis ad euitationem publicæ neceſſitatis titulum crediderit opponendum, ſciat nauẽm eſſe fiſco ſociandam. Nam vt priuatos[h]quoque non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum eſſe non ſinimus: cum omnes in commune, ſi neceſſitas exegerit, conueniat vtilitatibus publicis obedire, & ſubuectionem ſine dignitatis priuilegio celebrare. Datum 3.Id. Ian.Rau.Arcad.A.VII. & Probo Conſſ.

Nulla nauis ob neceſsitatem publicam excuſatur aliquo priuilegio in corpore iuris inſerto, vel non inſerto. Bart.

2. Impp.*Theod.& Valent.*AA.Florentio præfecto prætorio.

d Realia comitantur poſſeſſorem.
e mercantis, *in Co.Theodoſ.*
f Nauicularius nõ eſt, qui emit rem nauicularię obnoxiam. *vt hîc.* vnde notant vaſallum Titio non eſſe, qui rẽ emat à Titij vaſallo.
g illico iubemus, *in C.Th.*
h *v.l.18. in fi.ff. de verb.ſignif.*
i nauicularij muneris, *in C.T.*
k huius, *in C.T.*
l Nauiculariæ rei onus, rem comitatur vt onus tributi vel pignorũ. *l.vlt.ꝫ.ſi ne cenſu vel reliq. l. Imperat.ff. de publ.*
m domos, *in C. Theodoſ.*
n Ædificiis vrbes ornantur: ſunt ad ornatũ potius quàm ad fructum: quod tamen paſſim in omnibus ædib. non admittendum: vt vocem, *quarum*, taxatiuam intelligamus eſſe.
o Valor rei colligitur ex eius reditu. Eatenus denique res valet, vt fructum reddit, non vt vendi poteſt.
p id eſt, venditionis tempore: vt ita non habeatur ratio temporis poſtea ſecuti, quo fortè pluris locari, & æſtimari cœperunt.
q pecuniã mutuarentur, *in C. Th. emendat. Cu.* pecunia mutarentur, *in li. Aured.* pecunia mutuarentur.
r ſpatia.
ſ *al. deeſt, legitur,* hoc.
t Vrbium ornamẽto ciues plerunque habitationes ſuas adiiciunt.
u Antiquũ ſtatum rei conſiderari non pręſentem hinc colligunt.
x Animoſus emptor, qui plus æquo pretij pręſtat vel offert.
y *C.T.eo. tit.l.8.*
z valet res tantum, quantum æſtimatur communiter: hoc eſt publicè, & à publicis perſonis: ne obſtet *l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus.ff.de legat.1. l. cum pater §.pater qui filios.ff.de legat.2.*
a habetur, *in C.Theodoſ.*
b Opinio hîc, cenſus & profeſſio.*l.vlt.ꝫ.de colon.fundor.fiſcal.*
c *Sic legitur in C. Th. al.* imponentis arbitrio, *in quibus manuſcr.* impoſitas ementis arbitrio.*quod magis probat Cuiac.*
d Pactiones aduerſus fiſcum, fiſco non nocent, ſed paciſcenti tantum.
e Teſtem qui rei alicuius æſtimationem eam eſſe ſuo arbitrio ſuáque opinione dixerit, rectè probare hinc colligunt, ſi modo opinionem ſuam referat ad communem cæterorum ſententiam. *Corſetus ſingulari. Teſtis: An Teſtis.*
f *Co.Theodoſ.eo.titul.l.1.*
g Immunitatis ſuæ priuilegium alij per fraudem communicans atque ita eum excuſans, bonorum publicationem patitur. *vt hinc colligit Corſetus ſingulari. Gabella adde l. 2.ꝫ.eo.*
h Nauigia priuati habere poſſunt: vt iis vel in flumine publico, vel in mari nauigent etiam ſine permiſſione principis.*adde l.1.ff.vt in flumine publico.* Porrò qui naues habere poſſint *vide.l.3.ff.de vacat.munerum. l.aufertur. §.quod à præſide.ff.de iure fiſci.l.15.ff.de interdictis & relegatis: l.penult.ff.de veteranis.*
i *l.1.ꝫ.eo. l.vnica.ꝫ.de Nauticis Tiberinis.*
k vide Nouellam Theodoſij, *de nauibus vltra duorum milium modiorum capacitatem non excuſandis.*
l Embola fœlix, publicarum ſpecierum tranſuectio.*adde l.10. ꝫ. de ſacroſanct. eccleſ.*

IVbemus nullam nauem[i] vltra[k] duorum milium modiorum capacem, ante felicem embolam[l], vel[m] publicarum ſpecierum tranſuectionem, aut priuilegio dignitatis aut religionis intuitu, aut prærogatiua perſonæ, publicis vtilitatibus excuſari poſſe ſubtractam: nec ſi cęleſte contra proferatur oraculum, ſiue adnotatio ſit, ſiue diuina || pragmatica || ſanctio[n] prouidentiſſimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus[o] obſeruari: vt generaliter ſi quid eiuſmodi contra ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, nõ valeat. quidquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit attentatum, id nauigij quod excuſatur, publicatione corrigimus.

NE QVID ONERI[p] PVBLIco imponatur,

Tit. IIII.

Qui cogit nautam ad accipiendum aliquid vltra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.

1. Impp.*Arcad.& Honor.*Auguſti Rufino præf.prætorio.[q]

ONERI[r] publico ſarcinam priuatam ne[ſ]quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad ſuſcipiendum onus aliqua neceſſitate compellere. Hoc enim facto atque commiſſo, non in diſpendium ſolum, atque naufragij[t] damnum tenebitur obligatus, verumetiam publicæ coercitionis experietur vigorem. Dat.5.Id.Ianuar.Conſtantinop.Olybrio & Probino Conſſ.

DE[u] NAVFRAGIIS,

Tit. V.

1. Imp.[x] *Conſtantinus* A.

SI quando naufragio[y] nauis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam[z] terram attigerit, ad[a]dominos pertineat, fiſcus meus ſeſe nõ interponat. Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate,[b] vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur.

Nauicularius qui dicit ſe feciſſe naufragium, debet hoc probare per teſtes coram iudice illius loci, & intra annum præfecto nunciare. Bart.

2. Imppp.*Valentin Valens, & Gratian.*AAA. ad Modeſtum P.P.[c]

SI quis nauicularius naufragium ſe ſuſtinuiſſe adfirmet, prouinciæ[d] iudicem, eius[e] videlicet in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet[f] apud eum teſtibus euentum: relatióque etiam ad ſublimiſſimam referatur pręfecturam: ita vt intra anni[g] ſpatium veritate reuelata[h] competens diſpoſitio[i] procedat. Quod ſi per negligentiam[k] præfinitu anni ſpatium fortaſſe claudatur, ſuper vacuas[l] ſeraſque interpellationes[m] emenſo anno placuit non admitti. Datum PP.Berſti, Non.Iun.Modeſto & Arintheo Conſſ.

Cum de naufragio quæritur, debẽt examinari duo vel tres de naui qui melius ſcire debent veritatem: & eis deficientibus deuenitur ad alios. Bart.

3. Imppp.*Grat.Valent.& Theod* AAA.nauiculariis Afri. Sal.[n]

QVotiens obruta vel ſubmerſa fluctibus naui, examen adhibetur competentis iudicis, duorum vel trium nautarum quæſtione[o] habita, cæteri ab huiuſmodi nexu liberentur. quid eſt enim quod non abunde[p] intra præfinitum numerum ſolers quæſitor inueniat? Circa magiſtros nauium quibus[q] eſt ſcientia plenior, immoretur: qui ſi fatali ſorte defuerint, in alios inquiſitio transferatur.[r] Sanè ſi vniuerſos violentia tempeſtatis obruerit: ne veritas lateat, à[ſ] liberis nautarum ſiue magi-

m *Vel*, particula plerunque interpretatiuè ſumitur: id verbi ἑρμηνευτικόν.
n *al. deeſt.*
o pręcipimus.
p id eſt, naui onuſtæ ex publico.
q *C.T.eo. tit.l.1.*
r id eſt, nauibus onuſtis ex publico: quæ publicas ſpecies deferunt.
ſ Cur ita? minus onuſta nauis, periculo minus obnoxia eſt: fit enim iactus rerum eo fini, vt nauis ſit incolumis. *ff. ad.l.Rhodiam.*
t Caſum itaque fortuitum præſtabit, qui onus impoſuit: nempe quia eius culpa caſum pręceſſit. de quo vide plura apud Rebuff.*hîc.*
u *Ecl.lib.53.tit. 1.& 3.*
x *In meo vetere manuſcr. legitur:* Imp. Anto.. *rectè, meo quidem indicio, nam hæc videtur Antonini conſtitutio, quæ citatur in leg. vl. eo.tit. Contius.*
y *l.vlt.ꝫ.eo. l.penult. ff. de incendio ruina.*
z *al.* reliquam. *fortè* reliquię attigerint terram premendo.
a *vide Authen, Naufragia. ꝫ. de furtis.*
b *l.3.§. vlt.ff. de incendio.*
c *C.T.eo. tit.l.1.*
d præſidem. *l. 7. ff. de incendio.*
e Teſtes eo loco interrogari petere quis iure poteſt, vbi caſum aliúdve infortunium paſſus ſit, *Corſetus ſingulari. In loco.*
f Non pręſumitur naufragiũ: niſi probetur. *adde quæ ſcripſi ad l. 40. ff. ad l. Aquil.*
g Nauicularius qui exportat publicas ſpecies, intra annum ꝓbare debet naufragium quod allegat. *vt hîc.* Imò intra biennium probare poteſt. *l. 5.ꝫ. eod.* Dic pro locorũ interuallo annũ aut bienniũ ſtatuendum eſſe. *l.2.C.T.eo. Hinc etiam colligunt.* Rationibus quotannis reddendis, mercatores eſſe obnoxios. *Corſetus ſingulari* Mercator.
h relata, *in Co.Theodoſ.*
i remedium ex indulgentia concedatur, *in C.Th.*
k *Additur,* huiuſmodi, *in C.Th.*
l Imò neque ſuperuacuę, neque ſerę ſunt preces poſt annum.*l.1.ff.de incendio.l.18. ꝫ.de furtis.*
m actiones, *in C.Th.*
n *Co.Theo.eo.tit.l.3.*
o *vide quæ ſcripſi ad l.19.§.1.ff.de probat.* Auguſtinus *ſermone 52. ad fratres in Eremo.* Homines ad tormenta daturi eramus, vt de ſubmerſione nauium ſecundum conſuetudinem quæreretur.
p aliunde, *in C.Th.*
q Probari mortem eo ipſo, quòd is de quo agitur pro mortuo habeatur inter liberos & coniunctos, notat ex hoc loco Corſetus *ſingulari* Mors. veriſimilius enim norunt facta coniunctorum coniuncti quàm extranei.
r transferetur, *in C.Th.*
ſ Iuramento impedimentum probari: ſi is de cuius impedimento agitur honeſta ſit perſona, neque aliter iniri poſſit probatio, hinc colligit Balbus *deciſ.317.*

a Id eſt annonæ publicæ æſtate ſuſcipiendæ & ſubuehendæ non hieme.
b Nauigationis opportunæ tempus à Kalendis Aprilis,in Kalendas Octobres:quia æſtatis beneficio vis ventorum mitigatur.
c *v. & ita etiam in C.Th. emendandum exiſtimat Ru.*
d *C.Theodoſ.eo.tit.l.4.ſed aliter Cont.*
e *l.126.§.2.ff.de verb.oblig.*
f *C.T.eo.til.6.*
g *vide quæ ſcripſi ad.l.2.s.eo.*
h Leuato velo, hic eſt,aperta foro,ſolebãt enim foribus ædium prętendi vela,vt rectè Æſchylus χοηφόροις dixerit, βηλὸν ἑρμειον πυλῶν.& Stephanus βηλὸν τὸν ὀδὸν τῆς θύρας. *Idem Cuiac.* s. *vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis, vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpendat. Auguſt. 1. confeſſ.* Plautus *Querulo* tampiè ius patente velo dixit.
i *vide Authent. Naufragia.* s. *de furtis.*
k *al.deeſt.*
l aditione.
m *al.* planaria: *quod quidam magis probant, vt.l.4.s.de dilat.*
n *l.4.§.penul.ff. de incendio.*
o id eſt pręſcriptione biennij.
p Modiatio, id eſt, modus frumẽti. ſic dicitur modiatio *hoc loco, &. l. 1.j. de annonis ciuili.* vt ne penſitationẽ frumenti putes. cum quibuſdã. non eſt quoque quinquageſima: de qua.*l. 9. s. de ſuſceptoribus.* Eſt enim hic modiatio,menſura, quinquageſima illa,ἐπίμετρον. Nõ eſt quoque hic modiatio, nauis æſtimatio ex lege Rhodia, quæ nauem capacẽ mille modiorũ, æſtimat aureis 50.
q Delicto vnius alius teneri poteſt,de quo vide quæ ſcripſi *ad. l. 5.j. de Fabricenſ.*
r naucleriorũ.
ſ ſed.
t *10.C.T.18.* Porrò metallariorũ alij voluntate. *l.1.j.eod.*alij conditione.*l.vlt.j.eo.*
u Metalli nomine intelligũtur etiã lapides, *vt.l.3. l.6.j.eo.adde quæ ſcripſi ad. l.3.in fin.de rebus eorum qui ſub cura.*

ſtrorum intra iudicia conſtitutis ſuper eorum quæratur interitu quos nauicularius naufragio periiſſe contendit. Suſceptionis [a] autem neceſſitas [b] ex Kal.Aprilis in diẽ Kalendarum Octobris menſura ſeruabitur. Dat. 8. Id Febr. Treuer.Gratiano vel [c] Theod.I.AA.Conſſ.

Priuatis qui ſoluerunt collectas publico officiali, qui poſtea aufugit vel perdidit,non imputatur.Bart.

4. Imppp.*Valent.Theod.& Arcad.*Auguſti Tatiano præfecto prætorio.[d]

PRo his quæ ſemel à collatoribus illata, naufragiis [e] perierint,nolumus nobis aliquam cum poſſeſſoribus, ſiue ſenatores ſiue priuati ſint,communionem eſſe, vel aliquid periculi ad eos redundare.Dat.15.Kalen.Aug.Conſtant.Tatiano & Symmacho Conſſ.

Cum de naufragio quæritur ſummatim examinabitur Bart.

5. Impp.*Honor. & Theod.*Auguſti nauiculariis per Africam poſt alia.[f]

DE ſubmerſis nauibus decernimus, vt leuato [g] velo iſtæ cauſæ cognoſcantur, & ſi quiſquam de talibus negotiis aliquid accepiſſe [h] detegitur: iudex apud quẽ cõſtiterit,his conquerentibus qui nudantur, pro [i] qualitatibus perſonarum multandi,remouẽdi,|| proſcribẽdique|| [k] habeat poteſtatem.Si verò cauſarum talium cognitores libelli donatione [l] vel plenaria [m] interpellatione commoniti intra biennium [n] has cauſas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapſum:præiudicium noceat eatenus cognitori, vt nauiculario propter vitium [o] iudicis abſoluto,mediam oneris eius partem,propter cuius probandam amiſſionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur,iudex cogatur inferre:reſiduam vero officium eius exoluat.Dat.16.Kal.April. Rauen. Honor. IX. & Theod. V.AA.Conſſ.

6. Iidem Auguſti

SVper naufragiorum quæ contigerint caſibus, vſitato more habita quæſtione,ſi quis calculus modiationis [p] dicatur tempeſtate maris deperiiſſe:ſub tuæ ſedis auditione nequaquam feratur acceptus:ſed hæc diſpendij iactura, in [q] omne naucleorum [r] concilium pro rata ſcilicet [ſ] contingentis muneris deferatur.

DE METALLARIIS,[t] ET METALLIS,[u] & procuratoribus metallorum,

Tit. VI.

1. Impp.*Valent. & Valens* Auguſti ad Creſconium Com. metallorum,[x]

PERPENSA deliberatione duximus ſanciendum,vt quicumque metallorum exercitiũ velit affluere,is labore proprio & ſibi & reipublicæ cõmoda comparet.Itaq; ſi qui ſponte conduxerint,[y] eos laudabilitas tua octonos [z] ſcrupulos in balluca [a] ||quæ Græcè χρύσαμμος [b] appellatur,||cogat exſoluere.quidquid autem amplius colligere potuerint, fiſco potiſſimum diſtrahant, à quo competentia ex [c] largitionibus noſtris pretia ſuſcipiant. Dat.4.Id. Decembr. Pariſiis, Valentiniano & Valente AA.Coſſ.

2. Iidem Auguſti ad Germanianum Com.S.L. [d]

OB metallicum [e] canonem, in quo propria conſuetudo retinenda eſt, quatuordecim [f] vncias ballucæ pro ſingulis libris conſtat inferri.Dat.6.Id. Ian. Romæ, Lupicino & Iouiano Coſſ.

3. Imppp.*Grat.Valent.& Theod.*Auguſti Floro.PP. [g]

CVncti [h] qui per priuatorum [i] loca ſaxorum [k] venam laborioſis effoſſionibus [l] perſequuntur [m], decimas [n] fiſco,

x *C.T.eo.tit.l.3.* hunc autem comitem fuiſſe in Illyrico, in notitia Romani imperij conſtat.
y confluxerint,*in C.Theodoſ.*
z Octonos *ſub.* in ſingulos legulos: vt ſeptenos in ſeptem. *l. 5.j. eo.* non in octo vel ſeptem vncias:ne quis cum Accurſio fallatur.
a *Vide in hunc locum Alciat.in hunc ipſum tit.in annotationibus ad.3.poſt.lib.C.*
b χρύσαμμος. Balluca,quæ nuper eſt effoſſa è terra.
c *vide quæ ſcripſi ad legem.2.j.de cupreſſis.*
d *C.Theodoſ.eo.titu.l.4.*
e Metallicus canon fuit varius,pro varietate prouinciarum, *l.4.l.5.j.eo.*
f Libra ballucæ,quatuordecim vncias, *vt hîc,* obryzæ duodecim vncias continet. *l.5.s.de ſuſceptoribus.* Cur pluris æſtimatur libra ballucæ,quàm obryzæ? nempe quia multum diminui ſolet. g *C.T.eod.tit. l.10.*
h Lapides qui in priuato cædunt vnas decumas fiſco: alteras domino præſtant: reliquum ipſi pro ſuo labore habent. *Synopſis Baſilicon.56.tit.12.cap.5.*
i *adde.l.6.j.eod.*
k Metallorum nomine ſaxa etiam intelliguntur.*l.6.j.eo.*
l *al.*effuſionibus. m *2.Harmenopul.5.§.14.*
n Decimam fiſco:alteram decimam fundi domino præſtat foſſor, qui in eius fundo marmor eruit:reliquum ſibi habet.
o *al.*certo. p *Abeſt à C.Th. & quib.li.*

q Metallorum procuratores hi, erant ſub Comite metallorum de quo *in. l. 1. s.eo.*
r Hæ prouinciæ, Illyrici ſunt: vt hinc conſtet in Illyrico frequens fuiſſe metallorum commercium, *l.7.l.8.C.Th.eo.*
ſ Metalliferæ hę Illyricę prouinciæ,Macedonia, Dacia mediterranea,Mœſia,Dardania.

decimas etiam domino repræſentent: cætero [o] modo ||propriis|| [p] ſuis deſideriis vindicando. Dat.4.Kalend.Sept. Conſtantinop.Antonio & Syagrio Coſſ.

Officiales exigentes metallum,non debent ad aliam dignitatem promoueri,niſi prius illud officium perficiant.Bart.

4. Iidem Auguſti.

CVm procuratores [q] metallorum intra Macedoniam [r], Daciam mediterraneam, Mœſiam, ſeu Dardaniam [ſ], ſoliti [t] ex curialibus [u] ordinari, per quos ſolennis profligatur exactio,ſimulato hoſtili metu, huic ſe neceſſitati ſubtraxerint, ad implendum munus retrahantur: & nulli [x] deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quàm ſubeundam procurationem fideli ſolertique deuotione [y] compleuerint.

5. Impp.*Valent.Theod.& Arcad.*Auguſti, Romulo Com.S.L.[z]

PEr annos ſingulos ſeptem [a] per hominem ſcrupuli largitionibus inferantur ab aurilegulis [b] non ſolum in Pontica [c] diœceſi,verumetiam in Aſiana. Dat.11.Kal.Mart. Conſtantinop.Arcad.A.II. & Rufino Conſſ.

6. Impp.*Theod.Arcad. & Honor.*Auguſti Paterno[d].

QVoſdam operta humo eſſe ſaxa [e] dicentes, id agere cognouimus, vt de foſſis in altum cuniculis, alienarum ædium [f] fundamenta labefactent. qua de re ſi quando huiuſmodi marmora ſub ædificiis latere dicantur perquirendi eadem copia denegetur. Dat.16.Kal.Apri.Conſtantinop.Theod.A.III & Abundantio Coſſ.

Adſtricti ad fodiendum metallum,ſi aufugerint ad aliud officium,retrahentur, etiamſi familiares principis fuerint.Bart.

6. Imp,*Theod.*A.Maximino Com.S.L.[g]

MEtallarij || ſiue metallariæ, || [h] qui quæve ea regione deſerta ex qua videntur oriundi [i] vel oriundæ, ad externam [k] migrauerint: indubitanter ſine vlla temporis præſcriptione ad propriæ originis ſtirpem larémque vnà cum ſua ſobole reuocentur, etiam quos domus [l] noſtræ ſecreta [m] retineant. Sciant autem nullum exinde prędiudicium fiſco eſſe generãdum, etiam ſi quis ex his quem metallicum eſſe conſtiterit, priuatis cenſibus ſuum nomen indiderit [n]. Datum 5. Id. Iul. Conſtantinop. Victore V.C.Conſ.

DE[o] MVRILEGVLIS ET GYNÆCIARIIS,[p] & procuratoribus gynæcij,& de Monetariis,[q] & baſtagariis,[r]

Tit. VII.

De monetariis.

1. Imp. *Conſtantin.*A.ad Bithynos.

MOnetarios [ſ] in ſua ſemper conditione [t] durare oportet:nec dignitatis [u] cuiuſcumque priuilegio ab huiuſmodi conditione liberari.Dat.12. Kal.Aug.Gallicano & Baſſo Conſſ.

De baphiis & gyneciis.

2. Idem A. ad Felicem procuratorem rei priuatæ.

BAphij [y] & gynæcij,per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur & ſpecies [z] gynæcij confectæ corrumpuntur,in baphiis [a] etiam admixta temeratio næuum adducit inquinatæ alluuionis:ſuffragiis abſtineant, per quæ memoratas adminiſtrationes adipiſcuntur: vel ſi contra hoc fecerint gladio feriantur.

De his qui ſe gyneciariis iunxerunt.

3. Impp.*Valentin.& Valens.*Auguſti ad Germanum Conſularem.

INgenuæ mulieres,quæ [d] ſe gynæciariis ſociauerint, ſi conuentæ denuntiatione ſolenni, ſplendorem generis

t *al.*inſoliti.
u Metallorum procuratores ex curialibus ordinabantur: ad eos pertinebat creatio procuratoris metallorũ.
x nullus, *aliàs,* nulla.
y exactione, *C.T.eo.ti. l.12.*
a ſepteni,*legendum ex C.Th.* vt octoni.*in l.1.s.eo.*
b aurilegulus, χρυσορύκτης.*Synopſis ibid.ca.6.* χρυσολέκτης. *2. Harmenop.5.*
c Metallicus hic Canon erat in diœceſi Pontica & Aſiana.
d *C.Th. eo.tit.l.14. confer. multa ſunt enim in fin. detracta.*
e *l.3.s.eo.*
f Marmor in alieno effodere, licet, etiam inuito domino: dum tamen ei præſtetur ſolatium, ſeu decima.*l.3.s.eo.* & ne actis cuniculis noceatur alienis ædificiis. *adde.l.26.ff.de damno.*
g *C.T.eo.ti. l.15.*
h *Deſunt in Co. T. vt poſtea* quæve,vel oriundæ.
i Metallarij cõditione, ea conditione ſe nõ liberant præſcriptione temporis, *vt hîc,* niſi fortè 40. annorum:*l.4.s.de præſcript. 30.annor.*
k externa, *al.* extraneum.
l quod nos damus.
m conſecrata, *al.* conſecuta. A ſecretis reuocãtur metallarij, *adde. l. 26. s. de decurionibus.*
n indixerit.
o περὶ κογχυλευτῶν. *Ecl. lib. 54. tit. 16.* Sunt autem conchyliorum genera hęc purpura,murex, buccinum, ceryx, ὡς πορφύρας vt Stichippus ait quorum ſanguine inficiuntur lanæ imperatoriis vſibus deſtinatæ, murileguli, qui & conchylioleguli,cõchyliorum piſcatores hinc numeri addicti cõditione.

p Gynæcij procuratores ſunt, per quos ſpecies, id eſt, Gynæciis confectæ corrumpuntur.*l.2.j. eodem.*Gynæciorum,miniſtri qui conficiunt, & contexunt veſtes imperiales & eius miniſtrorum.
q Monetarij,ſunt qui monetam cudunt.
r Et de veſtiariis. *additur in quibuſdam libris. vide in hunc titulum Alciatum.* Baſtagarij ſeruiunt vecturæ rerum ad ſacrum ærarium pertinentium, quàm propriis iumentis faciunt excepta parte quinta, quæ de fiſco reparatur. *adde. l. 7.j. de curſu publico.* ſ *C.Theodoſ.lib. 1.tit.20.l.1.* t τύχη. *Synopſis ibid.* περὶ μονοταρίων ἤτοι χαρακτῶν. u Verbi gratia militiæ,*vt.l.11.j.eod.*
x Cuiacius ita legit, idem ad Felicem. Procuratores rei priuatæ, Baphij & Gynæcij,&c.vt tria procuratorum genera hic proponat.
y Græci ita hanc conſtitutionem reddunt. Quoniam generales rerum noſtrarum procuratores (καθολικοὶ dicuntur) & tinctores & gynæciarij multa corruperunt, & inquinarunt: idque factum eſt inde quòd rerum adminiſtrationi prępoſiti fuerint: idcircò volumus in poſterum,ne quis talis fiat: quippe gladio ferietur,*Synopſis Baſilicon ibid.c.2.* z id eſt,veſtes.*l.4.j. titu.prox.*
a Baphij procuratores ſunt per quos Baphiis admiſta temeratio, vim addit inquinatę alluuionis,*vt hîc.*Baphij ſeu βαφεῖς, miniſtri tingẽdę Imperatoris purpuræ.
b *C.T.eo.ti.l.3.* c *adde.l.7.j.eo.l.Lucius.ff. depoſit.dixi ad Vlp.11.§.11.adde.l.edicimus C.Th.hoc titulo.l.ſenatus C.Th.de decurionibus. l.1.j de dignit.*

a vtilitati. b *C.Theodos.eod.tit.l.4.*
c decimum, *in C.T.* d reprobatione, *al.* reportatione.
e *C.Theodos.20.2.& 7.* f *C.Theodos. eo.tit.l.9.*
g pristini, *sed malè.* Sed Græci ἐκ τῶ γυναικείῳ, legunt: hac sententia, vt qui gynæcei mancipium celauerit, ternas auri libras præstet. *Synopsis ibidem c.6. ibidem c.8.* edicitur quoque, vt qui corruperit mulierem deputatam gynæceo, duas libras soluat.

contuberniorum vtilitati [a] præferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. Dat. 4. Kal. Iul. Med. Valentiniano & Valente AA. Conss.

De Bastagariis.

4. Iidem Augusti ad Auxonium P.P. [b]

QVod ad præsens remedium pertinet, quintum [c] animal bastagariis pro reparatione [d] præbeatur. Dat. Id. Dec. Marcianop. Valentiniano & Valente AA. Conss.

De occultatore gynæciarij.

5. Imppp. *Valentin. Valens & Gratian.* Augusti ad Filematium Com.S.L. [e]

QVi aliquem ex familiis gynæcij in latebris habere comperti sunt: quinque librarum auri damno subiiciantur. Dat. 12. Kal. Septemb. Ciliciæ, Modesto & Arintheo Conss.

De occultatore mancipiorum textrini.

6. Imppp. *Gratia. Valen. & Theo.* Augusti ad Eucherium [f].

QVi textrini [g] nostri mancipia occultatione [h] celauerit: ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. PP. Carthagine, III. Kal. Mart. post consulat. Auxonij & Olybrij.

De his quæ se monetariis iunxerunt.

2. *De filiabus monetariorum.*

7. Iidem Augusti ad Hesperium P.P. [i]

EDicimus ne qua mulier splendidioris gradus monetarij adhærens consortio, decus natiuæ libertatis amittat: quod si qua [k] ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis [l] abduxerit: ea [m] vel legitima admonita conuentione discedat, vel si complexui [n] monetarij putauerit inhærendum, non ambigat se ||sibi|| [o] & liberis præiudicaturam, & eius conditioni esse nectendam. 1. ¶Si qua verò originaria [p] seu colonaria possessionis alienæ, ignaro domino seu sciente, monetario adsociabitur: hi conuenti mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent: vel de cætero sciant repetendi facultatem, silentij sui conniuentia perdidisse. 2. ¶Sed vt monetario nullam extraneam [q] necti volumus, ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Idus Mar. Aquil. post consulatum Auxonij & Olybrij.

De Bastagariis.

8. Iidem AAA. Trifolio Com.S.L. [r]

AEternam fiximus legem, ne vnquam bastagariis militiam vel suam deserere liceat, vel aliam antequam eam impleuerint, surreptitia [s] impetratione tentare. Dat. 9. Kal. Aug. Heracleæ, Richomere & Clearcho Conss.

De nauiculis lectione conchiliorum deputatis.

9. Iidem AAA. ad Principium P.P. [t]

SI quis nauiculam functioni muricis & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit [u] vsurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. 6. Kal. Octob. Aquil. Arc. A. & Bautone Conss.

De sericoblata & metaxa.

10. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Philometori Com.S.L. [x]

LOtas [y] in posterum sericoblattæ [z] & metaxæ [a] huiusmodi species inferri præcipimus, viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant prioribus etiam cuiuscunque officij, si statuta cœlestia à quoquam passi fuerint temerari. Dat. 5. Kalend. Iul. Constantinopol. Arcad. A. VI. & Probo Conss.

De murilegulis.

11. Impp. *Theod. A. & Valent.* Cæs. Maximo Com.S.L. [b]

MVrileguli, [c] qui derelicto atque despecto propriæ conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriæ artis & originis vincula reuocentur, ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministeriis inseruire manifestum est: omnia quæcumque extiterit ex quocũque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si [d] alienigenæ detentores [e] oneribus conditionis extraneæ maluerint subiacere, quàm restituere facultates: & futura deinceps agnoscant munera [f] sibi esse subeunda: & de præterito si qua ipsis possidentibus reliqua colligũtur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione soluenda. Dat. 17. Kal. Nouemb. Constantinop. Victore Cos.

h occupatione.
i *C.T. eo.tit.l.10.*
k si quam.
l perennitatis.
m *Desunt hic quædam è C. Th. detracta.*
n *l.3.§.eod.*
o *abest à C. Th.*
p originalia, *in C.Th. & quib.li. sed rectior videtur excusa lectio.*
q Matrimoniũ tamen cum extranea seu extraneę terrę muliere statuto prohiberi nõ posse notant: cum id genus statuti libertatem tollat matrimonij. *contra l. Titia. l. etsi. ff. soluto. l. cũ ita ff. de condit. & demonstr.* eò magis quod in matrimonij causis quæ iuris sint diuini, Laici nihil iuris, atque imperij habeant, *Corsetus singulari statutum, statuto cauetur.*
r *Co. Theod. eo. l.11.*
s subreptiuam, *in C.Theo. ex quo multa detracta sunt al.* subreptitiua.
t *C.T.eo.ti. l.12.*
u *l.3. §. de conditis in publ. horr.*
x *C.T.eo. ti.l.13.*
y Notas, *legit Alciat. hic.*
z sericablatæ, *in C.Th. quidam malunt* sericobaptæ. *Cont. vide l. 1. §. quæ res vænire.* Est verò blatta purpura.
a mataxæ, *in C. Th.* Inde metaxarij, *l. vlt. §. de pignorib. adde. l. vlt. ff. de publica.*
b *C.T.eo.ti.l.14.*
c Si murilegulus militauerit, aut dignitatem consequutus fuerit, nihilominus ad propriam cõditionem reuocetur. Quod si quis eiusdem originis cum ipso species ab eo quasdam acceperit, eas ipsas restituat. *Synopsis ibid. ca.11.*
d Feudum licet non possit alienari inuito domino, *tit. de prohibita feudi alienat.* si tamen emptor onera sustinere velit, quę primo feudatario imminebant, emptorem eo casu rectè admitti colligunt ex hoc textu Bartolus, & Angelus, & Corsetus *singulari feudum.*
e detentatore, *in C.Theodos.*
f munia.
g *Co. Theodos. eo. titul. l.15.*
h alienigenæ.
i *C.Th.eo.tit.l.16.* ostendit autẽ notitia Romani imperij eos omnes qui in hac lege enumerantur, licet diuersæ sint functionis, fuisse sub dispositione comitis sacrarum largitionum.
k Corpus (quod intra collegium) gynæciariorum, lintearioriorum, limfariorum, monetariorum, murilegulorum.
l Limfariorum, *ex C.Th. emendat Cuiac.* Linteari sunt artifices linteæ vestis: linifarij, linifices. in quibus deest.
m Monetarij, qui monetã cudunt: quod tamen Alciatus non admittit immeritò.

n sub dispositione comitis largitionum fuerunt gynæciarij, lintearij, linifarij, monetarij.
o Sanguinis, seu originis iure hi pertinebant ad sacras largitiones.
p antea corpus appellauit.
q Dextræ triumphalis absolutio hic &. *l. penult. C. Theodos. de annonis ciuilibus,* nihil aliud quàm adnotatio principis. *Eusebius 2. de vita constant.* ὑποσημειώσεις ἔγγραφος τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς.

De natis ex murilegula & ingenuo.

12. Idem A. & Cæs. Maximino Com.S.L. [g]

HI, qui ex filiabus murilegulorum & alienæ [h] originis patribus sunt vel fuerint procreati iura maternæ cõditionis agnoscant. Dat. 9. Kal. Iun. Theod. A. XI & Valentiniano Cæs. Conss.

De substitutis.

13 Impp. *Thehdos. & Valent.* AA. Acacio Com.S.L. [i]

SI quis ex corpore [k] gynæciariorum, vel lintearioriorum, vel lymphariorum, [l] monetariorum [m] vel murilegulorum, vel aliorum similium ad [n] diuinas largitiones nexu sanguinis [o] pertinentium, voluerit posthac de suo collegio [p] liberari: non quoscunque nec facilè in locum proprium, freti dextrę [q] triumphalis absolutione, substituant: sed eos quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimę tuæ sedis obtutibus approbauerint: ita tamen, vt is qui ab huiusmodi conditione iuxta formam cœlitus [r] datam beneficio principali fuerit absolutus, vniuersi [s] generis sui prosapiam [t] in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius qui absoluitur rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse nõ dubitet. Dat. 7. K. Mart. Constantin. DD. NN. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Conss.

De satisdatione.

14. Iidem AA. [u]

PRiuatæ vel lineariæ [x] vestis magistri, [y] thesaurorum præpositi [z] vel baphiorum ac textrinorum procuratores, [a] cæterique quibus huiusmodi solicitudo committitur: non antè ad rem sacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm satisdationibus dignis [b] eorum administratio roboretur: sciturí nec prosecutorias [c] quidem sacras posthac sibimet postulandas.

De natis ex alterutro parente Conchylilegulo.

15. Iidem AA. [d]

QVi [e] aut patre [f] conchylilegulo [g] geniti probabuntur, aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigant. [h] Dat. 10. Calend. April. CP. Hierio & Ardaburo Conss.

De his qui publicis corporibus adscribuntur.

16.

NE quis, vt fit, publicis corporibus adscribatur nisi vrgente necessitate, vel nisi sit ex eo genere & tam arte quàm ætate habilis atque idoneus, actis apud præsidem prouinciæ factis, & esse illum idoneum corpore deponente, rursúsque gestis ad nos delatis, vt confirmentur diuino oraculo nostro vice probatoria [i]. Qui verò hæc non seruauerit, neque solatia inde vlla percipiet, nec vllum cum collegio commercium habebit, sed grauissimè coercitus exilio perpetuo damnabitur extra prouinciam, eisdem pœnis subiicitur qui ei opem tulerit hac in re, & maximè præpositus.

DE VESTIBVS HOLOBERIS [k] ET auratis [l], & de intinctione sacri muricis [m],

Tit. VIII.

1. Imppp. *Valentinian. Valens & Grat.* AAA. Archelao Com.S.L.

AVRATAS [n] ac sericas paragaudas [o] auro intextas viriles [p] priuatis vsibus contexere [q] conficeréque prohibemus: & in gynęciariis [r] tantùm [s] nostris fieri præcipimus. Dat. 5. Non. Iul. Nebiodumi. Acc. XV. Cal. August. Martianop. Valentiniano N.P. & Victore Conss.

r Cœlitus data forma, hoc est, ab Imperatore, à principe. Ita de principe loquuti veteres, Socrates Christianè certè nõ tulit, Imperatores vocari θειοτάτους καὶ δεσπότας: vt nec Tiberius, passus est occupationes suas vocari sacras.
s vniuersam.
t Prosapia, quę & prosapies, genus, generis longitudo, à prosipando seu proferendo. Cato originum libro. 1. veteres prosapias. Festo Prosapia, progenies id est, porrò sparsi & quasi iacti liberi. Varro De Coelitum prosapia te esse arbitror. Nam hi sunt vnoculi.
u *Additur in quibusd.* * Com. S.L.
x linteæ.
y Magistri vestis priuatæ vel lintearíæ.
z Præpositi thesaurorum.
a Procuratores baphornm, ac textrinorum. *vt. l.2.§.eo.*
b Digna satisdatio, idonea. sic Plutarchus βεβαίαν ἀξίαν.
c Prosecutorię, probatoriæ. *l. 9. §. de diuersis officiis.*
d *Co. Th. eo. tit. l. 17. ex qua hic adiiciendum:* Valerio Com. S.L.
e *Hæc lex correcta est per Nouellam 38.*
f Liberi patris conditionem interdum sequũtur. dixi *ad l.7.§. de rei vindic.*
g conchylio legulo, *in C.Th. al.* conchylij legulo.
h ambigent.
i De probatoria. *v. d. l.9.*
k Holobaris, *Hal.* sed holoberæ vestes, nihil aliud quàm togæ sericæ: βῆρας enim Zonaras esse ait vestes sericas. *vide hic Alciatum.*
l vestis holosericæ, & auratæ fit hîc mentio. vtriusque par pretium, libra enim auri tunc libra serici erat, vt Vopiscus scribit in Aureliano, & in lege Rhodia, ὁλοσηρικῶν ὁλοσηρικῶν χρυσῶν.
m siue sacræ vestis. *al.* tinctione.
n *Co. Theodos. eo. titu. l.1.*
o Paragaudæ, vestes auratæ, & sericæ auro intextæ, phrygio vel barbarico opere, pro numero filorum aureorum intextorum, monolores, dilores, trilores, pentelores facit Vopiscus in Aureliano. Onera vocari ab Ammiano refert Petrus Faber. *1. Semest. 16.*
p *Additur*, muliebres, *in C. Th.* sed hoc detractum est, quia eas matronis indulgebat *Iustinianus. l.2. l.4. §. eod.*
q intexere.
r gynæceis.
s tantummodo.

2. Imppp.

a *Co.Th.eo.tit.l.2.*
b *Abest à Co.Th.vide l.1.§ eod.l.4.j.eod.*
c Principis ministro vestis aurata permittitur,quæ aliis non permittitur.
d *Inclusa desunt in Co.Th.*
e indutu. f Colore adulterino lanam ita tingere, vt in speciem tinctã videatur muricis colore capitale.
g Id est,tincta. *quidam legunt*, fuscata, *sed malè* Dibaphæ seu bis tinctæ prætiosiores.Fulgẽtius, Talo tamẽ recolligens bis tinctam vestẽ: Tibullus,Vellera det succis bis madefacta Tyros.*Cicer.2 epist.* Curtius dibaphum cogitat, sed eum infector moratur.
h tingere.
i Rhodinũ sericum,an à Rosa vt Accursius putat? An à Rhodo insula vt Alciatus?an à rosæ colore (ῥόδον enim Græci rosam appellãt) vt Forcatulus, *c.21.penus.* eadem ratione qua Rhodinũ oleũ Plinio, id est, è rosis.Rhodia radix, Dioscoridi, quòd contritas rosas , redolet. Rosis enim Purpureus color inest: & vt poetæ fingũt Veneris sanguine tinctus cùm dea in rosas incidisset. Ausonius in Rosa , Hanc tenui folio purpura rubra notat. Claudian⁹ in raptu Proserpinæ, sanguineo colore rosas. An verò legemus Ianthino: vt dixi , *ad l.1.§.quæ res venire?*
k sericum , *in quib.manuscr.*
l Fit enim vt hac dibapha , seu hac duplici tinctione roseũ vellus efficiatur magis simile purpuræ. Nisi dicamus alio externo colore tingi hîc vetari, *vide l.4.j.eo.*
m Fucare est tingere, *v. Forcatulum c.21.penus.*

2.Imppp.*Gratian.Valent.& Theod.*AAA. Floro PP.

NEmo [a] ||vir [b]|| auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragandas:||nisi hi tantummodo , quibus hoc propter [c] imperiale ministerium concessum [d] est.||non enim leui animaduersione plectetur quisque vetito se & indebito non abdicauerit indumento [e].Dat.4.Kal. April. Constantinop. Antonio & Syagrio Conss.

Non debent lanæ vel panni tingi aliquo colore simili colori muricis Bart.

3. Imppp.*Theod. Arcad.& Honor.*Augusti.

VEllera [f] adulterino colore fucata [g] in speciem sacri muricis intingere [h] non sinimus: nec tinctum cum Rhodino [i] prius serico [k], alio [l] postea colore fucari [m]: cùm [n] de albo omnium colorum tingendi copia non negetur : nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipient.

4. Imp.*Theod.*A.Maximo Com.S.L. [o]

TEmperent [p] vniuersi,cuiuscunque [q] sint sexus [r],dignitatis, artis, professionis & generis ab huiusmodi speciei [s] possessione,quæ soli [t] principi eiúsque domui dedicatur: nec pallia tunicásque domi quis sericas [u] contexat, aut faciat Quæ tincta [x] conchylio, quæ nullius [y] alterius permixtione contexta sunt:proferantur ex ædibus,tradantúrque tunicæ aut pallia ex omni [z] parte texturæ cruore infecta conchylij.Nulla stamina [a] subtexantur tincta conchylio,nec eiusdem infectionis arguto pectine [b] solidanda fila decurrant:reddenda ærario holobera [c] vestimenta virilia [d] protinus offerantur. Nec est vt quisquam de abiurato [e] pretio conqueratur : quia sufficit calcatæ legis impunitas. [f] Ne quis verò nunc huiusmodi suppressione in laqueos nouæ constitutionis incurrat : alioqui ad [g] similitudinem læsæ maiestatis periculum sustinebit. Datum 17. Kalendas Februarias Constantinopoli , Victore V.C.Cons.

5. Impp.*Theod. & Valent.*Augusti Apollonio comiti sacrarum largitionum.[h]

PVrpuræ [i] nundinas , licèt innumeris sint constitutionibus prohibitæ,recenti quoque interminatione vetamus:& ideo septimum de scrinio [k] exceptorum,sextum de scrinio canonum , quintum de scrinio tabulariorum [l] ad baphia Phœnices per [m] certum tempus mitti præcipimus,vt omnis fraus eorum prohibeatur solertia , timentium ne quæsitis longo [n] sudore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. 8. Id.Mart.Constantinop.Isidoro & Senatore Conss.

DE [o] FABRICENSIBVS,[p]

Tit. IX.

1.Imppp.*Valentin.Theod.& Arcad.*Augusti Tatiano P.P. [q]

OMNIBVS fabricis non pecunias [r] speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri [s] præcipimus:vt venerabilis,[t] & quæ facilè deducatur [u] ignibus seu liquescat ferri materies præbeatur : quo promptius adempta fraudibus facultate , commodo publico consulatur. Dat.15,Kal.Nouem.Theod.A. II.& Cynegio Conss.

Primicerius fabricensis per biennium habet vacationem à muneribus. Bartol.

2. Iidem Augusti Rufino magistro officiorum. [x]

PRimicerium [y] fabricæ post biennium [z] non solùm vacatione, verumetiam honore donari præcipimus: ita , vt inter protectores || eiusdem fabricæ per [a] biennium [b] || adoraturus [c] æternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Dat.8.Id.Mart.Med. Valentiniano A. IIII.& Neotherio Conss.

Fabricensibus tyronibus stigmata brachijs infliguntur.Bart.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Osio magistro officiorum.[d]

STigmata, hoc est nota publica fabricensium brachiis [e] ad [f] imitationem tyronum [g] infligantur , vt hoc saltem modo possint latitantes agnosci [h] : his qui eos susceperint [i] , vel eorum liberis [k] sine dubio fabricæ vindicandis [l] ,& qui subreptione quadam declinandi operis,ad publicæ cuiuslibet sacramenta militiæ [m] transierint. Dat.18. Kalend.Ianuar.Constantin.Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

4. Impp. *Honor.& Theodos.* AA. Anthemio P. P. [n]

SI [o] quis consortium fabricensium crediderit eligẽdum in ea vrbe in qua natus est, vel in qua domicilium collocauit:his [p] quorum interest conuocatis, prius acta conficiat,seséque [q] doceat [r] non auo.non patre curiali progenitum:nihil [s] ordini ciuitatis debere:nulli se ciui commanere [t] obnoxium.atque ita demum gestis confectis vel apud moderatorem prouinciæ,vel si is absit,apud defensorem ciuitatis,ad militiam quam optauerit, suscipiatur , si absque hac cautione [u] quispiam ad fabricensium consortium obrepserit [x] sciat se ad ordinis cui debetur , patriæque suæ [y] munera esse deducendum: [z] ita vt nulla eum nec temporis [a] nec stipendiorum prærogatiua defendat. Dat. 15.Kal.Iun.Constantinop.Honorio VIIII.& Theo. V.AA. Conss.

5.Impp.*Theod & Valent.*AA.[b]

IVre prouisum est ,fabricenses artibus propriis inseruire:vt exhaustis [c] laboribus immorentur: [d] cum sobole professioni cui nati sunt.Denique quod [e] ab vno committitur , id totius delinquitur periculo numeri: [f] vt constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant , & vnius damnum ad omnium transitg

n Sensus est,licet sericum album,id est,crudũ, natiuúmque quolibet alio colore inficére:tinctum Rhodino colore,non licet alio inquinare.
o *Co.Th.10.21.3.*
p *l.1.l.2.§.eo.l.vnica.j.Nulli licere in frenis:adde quæ scripsi ad l.9.ff.de iniur.*
q qui cuiuscunque,*in C.Th.*
r Prohibitiones vt generaliores videantur,sexum,dignitatem,artẽ,professionem, & genus admittentis in legem comprehendunt.
s Species hic pro vestibus accipit,*vt l.vlt.j.de militari veste.*
t Principis vestem nemo subditus imitari debet.
u serica,*in Co.Th.*
x Color conchylij & purpuræ soli Principi reseruatur.
y Purpureæ crustæ (Crustas vocabãt quibus color alius purpureo est admistus)*l.1.C.T.de Scenicis:l.1.§.eo.*)nemini interdictę.ad vsum tamẽ sacræ domus fieri vetitæ.
z Holopurpuræ vestes,omni ex parte purpureæ: quibus nullus alius color immixtus.Hæ priuatis interdictæ.
a Purpuræ hæ textæ interdictæ,quas nominatim Leo interdicit *Nouella 30.* de quo vide quæ scripsi *ad l.vestis,§. .ff.de auro.*
b *Virgilius*:Arguto coniux percurrit pectine telas. *Sic in l.31. §.de Episcopis.*Auri sacra fames:*& in Nouella Valentiniani de sepulchris:* Scimus,nec vana fides. *& l.4. Co. Th.de agentib.in reb.*Vnde domo.
c holouera,*C.T.id est,holoserica.*
d Virilia ideo addidit,quod mulieribus eorum vsu non interdicitur. *l.1. ibi viriles.l.2.ibi vir.§.eod.*Licet inquam, mulieribus vti holoueris & holosericis auratis vel auro intextis paragaudjs: non viris.Quid ita? Ornatus & cultus mulieris proprius est, non virorum.Purpuræ tamen , quæ serico semper pretiosior fuit, vsus mulieribus interdicitur.
e Purpuram priuati quam habent,sacris thesauris reddere debent, minimè recepto pretio.
f *Quædam detracta sunt è C.Th.*
g Purpuram priuati post hanc legem habentes , læsæ maiestatis tenentur. Maiestatis itaque crimen incurrit vel is qui vestes imperatoris proprias vsurpat:qui iisdem vtitur quibus Imperator.
h *Ex lib.10.tit.21.l.vlt.C.T.sed multa hic sunt immutata.*

i Purpuræ nundinæ negotiationes & venditiones interdictæ priuatis. l. *16. quæ res vænire.* k Scrinia hæc largitionum fuere,scrinium exceptorum, canonum tabulariorum,vestiariorum, l *Alc.hic legit:*de scrinio vestiarij ad baphias Phœnices.*Addit Haloãder,*quartũ de scrinio vestiariorũ: *quod abest à veteribus lib.& C.T.*
m Cur Phœnices baphia seu officinas tinctorias explorari iubet potius, quàm aliàs? nẽpe quod ibi pretiosissima purpura , quæ dicebatur Tyria, vel ostrũ Tyrium,a Tyro colonia Phœnicię.*l.1.ff.de cẽsib.*
n multo, *in Co.Th.*
o περὶ ὅπλων καὶ ὁπλοποιῶν. *Ecl. lib.57 tit.9.*
p Fabricenses ὁπλοποιοὶ qui in publicis fabricis, bellica arma fabricant: His solis arma fabricare licuit, non priuatis. *adde Nouella 85. & quæ scripsi ad l.vl.ff.de iure immunitatis. l.vlt.§. de seruis fugit. & Nouell. Theodisũ,de bonis fabricens.*
q *C.T.10.22.2.*
r Ferrum adęrare non debẽt fabricenses , hoc est purum ferrum fabricẽsibus præstandum,non pecunia pro ferro: ne alioquin vietum ferrum emant.
s *Additur in C.Th.* in perpetuũ seruãda hac forma.
t venæ nobilis, *in veter.libr. manuscr.vt Cassiodorus*: Seculis suis producit nobilis vena primarios.*in Co.T.* venæ nobiles.
u reducatur.
x Scripta est ad magistrum officiorũ,vt 3.6.7. quia sub eius dispositione fuerunt fabricæ & fabricenses.*Cuiac.hîc. & Nouell.de armis.85.*
y *C.T.eo. tit. l.3.* De præfectis fabrorum , *vide 2.Veget.11.*
z Primicerius fabricę biennio primiceriatum fabricæ administrare debet, *vt hîc.*idem in primicerio notariorum.*l.2.j.de primicerio.*
a Hyperbole quam Ammianus *lib.15.* irridet. Honor autem ille maximus ius adorandæ purpuræ sacræ consequi. b *Inclusa desunt in C.T.& veter.quib.lib.*
c Corpora seu collegia non conditionalia, perpetuos primicerios non habebant, sed aliàs vel annales,biennales,triennales : qui post id tempus immunitatem consequebantur. d *C.Th.eo.tit.l.4.* e Testis qui se eum,de quo agitur,ex brachio aut facie recognoscere testatur,probare intelligitur.*facit l.cum in diuersis.ff.de religiosis.Corsetus singulari Testis.* f Tyronibus stigmata inurebantur.Vegetius *1.c.8.* Punctis signorum scribendus Tyro:*& 2.c.5.* Puncturis in antè punctis milites scripti & matriculæ inserti iurare solent.*Gregorius 2.Epistolarum.* Ælius Amidenus *8.c.12.*Eo alludit non Tyro quidẽ fidei , sed miles & quidem magnus Iesu Christi Paulus.*Galat.vlt.vers.17.*κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.Eadem ratione aquarij in manibus signabantur : nomine principis eis impresso.*l.10.in fi.j.de aquæductib.* g Fabricensium fuit militia quædam,*vide l.5.j.eo.* h Zas.*2.consil.6.*hinc colligit,signatum ei competere , cui signum competat: ideóque ius venandi ei competere cui sit domus venatoria. i *v.l.1. ff. de receptorib.* k liberos,*in C.Th.* l *al.*iudicandis. m Hinc constat quandam esse fabricensium militiam. n *C.Th.eo.tit.l.6.* o Forma fabricenses creandi.
p Citandi sunt quaque in re hi omnes quorum interest, q sese doceat, *in C.T.*
r Probat autem id , si doceat quo patre natus sit. s Negatiuam, negans ipse probare cogitur,si ea intentionis totius causa sit, t ciuico muneri, *in C. Th. & lib.Aufred.& Dionys.* u curatione. x oppresserit.*al.*appresserit.
y sua. z reuocandum,*in C.Theod.*
a *vide l.55 §.de decurionib.*
b *Ex Nou.Th.& Valen.in qua additur:*Aureliano C.R.P.*vt emendat Pithœus.*
c exhausti,*in Nou.Th.* d immoriantur.*in Nou.Th.*
e Delicto vnius, alter obligari , teneri & puniri etiã potest. *vt hinc colligunt,& l.vlt.§.de naufragijs.* vnde notant,statutum Florentinorum rectè defendi,quo cauetur,vt vno adgnationis delinquente cæteri adgnatorum teneantur. *adde l.vlt.j.de primipilo.l.1.§.ne filius pro patre.Corsetum singulari statutum.si statutum.*
f Numeri verbum hîc,*& l.vlt.j.eod.* militare:vt hinc constet Fabricenses fuisse gradus militiæ,*vt hîc.*Inde tyronibus comparantur.*l.3.§.eod.*
g transeat,*in Nouell.Theod.*

dispendium. vniuersi itaque veluti in corpore vnius formæ,[a] vnius decoctionis [b] si ita res tulerit,[c] respondere cogentur.

6. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Eufemio [d] mag. off.

EOs qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorum vxores, aut filios qui itidem inter fabricenses militari dicuntur: nō alibi pulsare volentibus respondere præcipimus, nisi in iudicio tuæ sublimitatis, ad cuius iurisdictionem potestatémque pertinent: nec eos post stipendiorum finem & militiæ, super ciuilibus vel curialibus muneribus, quibus nullo modo subiacere monstrantur à viris clarissimis rectoribus prouinciarum, vel eorum officiis præter licitum inquietari.

Prohibet fabricenses aliquam administrationem vel agriculturam adsumere. Barr.

7 Imp. *Anastasius* A. Eufemio magist. off.

NVllus fabricensium cōductioni [e] vel administrationi, vel agriculturæ alienarum rerum se posthac immiscere cōetur: dominis quidē, si ||qui|| contra hęc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint, res vel prędia quæ sciētes quòd Fabricenses sunt, iisdem Fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus verò grauissimè coercitis [f] post facultatum suarum amissionem perpetui exilij pœna & animaduersione retinendis. ¶Quotiens sane in translatione [g] armorum angariæ [h] necessariæ fuerint, sublimitas tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi præfecturam: & numerum [i] ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt, iudicare: vt continuò super præbendis angariis pro numero eorum quæ transferuntur armorum, præceptione sua viros clarissimos moderatores prouinciæ conueniat:[k] vt secundum missam à sublimitate tua notitiam, naues vel angariæ confestim de publico præbeantur. Quod si aliqua tarditas vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas, in destinandis auctoritatibus [l] amplissimæ tuæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita: ||in [m]|| quinquaginta libras [n] auri tam numerarium pro tempore officij eiusdem amplissimę sedis, quam alios quorum interest, condemnari præcipimus: eámque auri quantitatem protinus exactam fisci iuribus aggregari: multa pręterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, [o] si conniuentibus his armorum subuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.[p]

DE[q] VETERIS NVMISMATIS potestate.

Tit. X.

1. Impp. *Valentinianus & Val.* AA.[r] Germano P.P.

SOLIDOS [s] veterum [t] principum veneratione [u] formatos, ita [x] tradi ac suscipi ab ementibus[y] & distrahētibus iubemus, vt[z] nihil omnino refragationis oriatur, modo, vt debiti ponderis sint, & speciei [a] probæ: scituris [b] vniuersis, qui aliter fecerint, haud leuiter in se vindicandum.

a vniformi visus, *in Nouell. Th.*
b cognitionis, *emendant quidam. al.* decoctioni. Decoquere verò est intercipere. *l. 12. §. de susceptorib. l. 9. Co. Theodos. eo. tit. l. vlt. §. de heredit. decur.*
c retulerit.
d Eufinio. *al.* Eusenio.
e Conductores & administratores alienarū rerum fabricenses prohibiti, *vt hîc. l. 5. C. Theod. eod.* quemadmodum & milites. *l. milites. §. de locato: l. si militem. C. de condict. ob turpem causam.*
f coercendis.
g De muneris militaribus, *adde l. 6. §. eo.*
h Angariç, sunt præstationes prouincialibus militibúsque onerum vehendorum baiulandorúmve causa impositæ: id est iumentorū vel plaustrorū præstationes.
i Arma vti trāsferenda sint.
k conueniant.
l auctoribus.
m *al. deest.*
n libris.
o apparitionibus.
p impedita.
q περὶ νομισμάτων παλαιῶν. *Synopsis Basilicon lib. 54. tit. 18.* de veteribus solidis: *adde l. 1. C. T. si quis solidi circulum exteriorē: Nouell. Theodos. de pretio solidi.*
r *al.* Constantinus A.
s *Similis est constitutio in C. Th. l. si quis soli. circul. exter.* Solidi, formam (τύπον Græci vocant) habētes sine omni refragatione tradantur & suscipiātur, modo pōdus & speciē probā (hoc postremū εἶδος καλὸν) habeant. *Synopsis ibid.*
t Dubitādi ratio videbatur quòd numorū veterum vsus, ipsi vetustatem sibi sublatus videretur.
u Monetæ aureæ, vultus suos Romani principes, etiam impresserūt: vt hic solidi principū veneratione formati. sunt aurei quibus insculptæ sunt facies veterum principum æternales vultus, *in l. 3. §. eod. l. 6. Co. Theodos. de iud. cr.* Sacrum os & diuini vultus. *vide apud Paulum 5. sentent. 25.* Vultu principum qui monetam conflat priuatim, teneri lege Cornelia dicitur. *Statius.* Quæ diuum in vultus igni formanda liquescat massa, quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ. Et ita omnis generis monetæ suos vultus impressisse reges Gothos, refert Cassiodorus 7. *Variarum.* Idem Francorum reges. Persis autem religio fuit argento vultus suos imprimere, non auro. *Procop. 3. de bello Gotthorum.*
x In nummis hæc tria considerantur, τύπος βασιλέως, σταθμὸς καὶ εἶδος καλόν. Forma principis, pondus, species proba. *Græcus.* In numismate tria quæruntur, metallum, figura & pondus, si ex iis aliquid desierit, numisma non erit. *16. Isidor. 17. in fin.*
y id est ab his qui quid emunt venduntur. Quia solidi veteres principum ipsi interdum vendi soliti. *dixi ad l. 9. §. 2. ff. de falsis.*
z Nummos probos monetámue vultu principum signatam, præter adulterinam, id est si non adulterina sit, reprobans, lege Cornelia de falsis tenetur, *Paul. 5. sentent. 25. §. 1.* Cedrinus in Nicephoro Phoca, νόμους καὶ ἔτους ὄντων πάντα χαρακτῆρα βασιλέως εἰ μὴ τοῦ σταθμοῦ ἐλαττοῖτο, δύναμιν εἰς φέρειν, καὶ ἔχειν ἴσημον. & l. 1. *Cod. Theodos. Si quis solidi circulum exteriorem*, constituitur, vt omnes solidi vno pretio æstimentur atque vendātur. & in Nouella Theodosij de pretio solidi. Ne insigniti solidi aurei veterum Imperatorum nominibus, ab vllo emptore recusentur, & vt ne minoris distrahantur quàm empti sint à collectario. adde Leonem *Nouella 52.* Arrianum ad Epitectum 3. Pragmaticam Iustiniani ad Vigilium de mutatione solidorum.
a Speciem hic interpretor materiam ipsam nummi, quæ & qualitas. Porrò materia ipsa ex metallo. In numis verò tria pręcipuè metalla. Aurum, Argentum, Æs. vide Triumuiri monetales, Auri, argenti, æris flatores, Plautus in Mostellaria quendam accusat qui plumbeos credere solebat. Stanneis vti suos Siculos aliquando coegit Dionysius tyrannus, vt & Spartanis & Byzantiis, ferrea etiā fuit pecunia. Ærosæ meminit Iurisconsultus *in l. 102. ff. de solu.* Leo Nouella 52. hoc cōiungit, ἀπαράτρεπτον τὴν μορφὴν, ὕλην ἀκίβδηλον, ὁλκὴν τέλειον.
b Monetā publicā maiori vel minori pretio dare & accipere, nōlicere quàm sit publica iudicatura seu æstimatio, hinc colligit Molinæus, tractatu de vsuris *quæst. 100. numer. 814.* Vnde rursus notat pactum contrariū non valere: neglectóque pacto secundum æstimationem publicam esse recipiendam. Vsum monetæ & eius probitatis, iuris esse publici quod pactionibus priuatorum mutari non possit, *l. Ius publicum. ff. de pactis.*

2. Iidem AA. ad Iulianum P.P.

PRo imminutione [c] quæ in æstimatione solidi fortè tractatur, omnium quoque pretia specierum [d] decrescere [e] oportet.

Omnes aureus debent capi æquali æstimatione, & contra faciens grauissimè punitur. Bart.

3. Imppp. *Gratianus, Valentinianus & Theodosius* Augusti.

VNiuersos auctoritas tua proposito edicto commoneat [f] obryzatorum [g] omnium solidorum vniforme [h] pretium postulare: capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel iussa nostræ maiestatis [i] auaritiæ [k] cęcitate cōtempserit, vel æternales [l] vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare.[m]

NVLLI LICERE IN FRENIS ET EQVEstribus sellis & in balteis margaritas & Smaragdos & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis,

Tit. XI.

1. Imp. *Leo* A. Leontico.

NVLLI [n] prorsus liceat in frenis & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare posthac, vel inserere. aliis autem gemmis frena & equestres sellas & balteos suos priuatos exornare permittimus: de cucurniis [o] verò omnem prorsus qualiumcunque gemmarum habitum [p] præcipimus submoueri. fibulis quoque in chlamydibus his vtantur, quæ solo auro & arte pretiosæ sunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit: sciat se continuo quinquaginta libris auri esse multandum. ¶Nulli præterea priuatorum liceat (exceptis [q] scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornamentum imperatorium [r] pertinet, facere: neque illud sub [s] hoc colore & prætextu præparare, quod [t] velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium || sibi || offerri à priuatis cultum requirit. Sanè si quis posthac aliquid contra vetitum huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta quæ vsibus regiis deputata sunt, auro gemmísque decorata, ausus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum: capitali quoque subdendum esse supplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri || à palatinis|| artificibus debent: non passim in priuatis domibus vel officinis [u] parari. Vnde summa seueritate sancimus, vt quod in cultu ornatúque [x] nostro sacrum & adoptabile [y] est, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis sanè contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab his per officia [z] palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri.

sufficere debitā pecuniam soluere secundum vsum & probitatem publicè definitam tempore solutionis. Pecuniam publicè signatam, in dispositionē deduci non posse tanquā massam, sed tanquā pecuniam publicam. Fore alioqui in huiusmodi specie magnā captionem & quasi aleam.
c ¶minutione, sic Græci κατὰ τὴν μείωσιν, &c. pro imminutione solidorum, venalium quoque rerū pretia minuantur. *Synopsis Basilic. ibid. cap. 2.*
d Specierum voce Græci hîc accipiunt τὸ τίμημα τῶν ὠνίων. pretium rerum venalium. *Synopsis ibid c. 2.* Hotomanus, *cap. 15. Illustrium* verò nō res ipsas sed species alias monetæ & pecuniæ accipit: vt vna cum aureo gradatim omnes reliquæ monetæ pro rata cuiusque portione decrescant. De quo dubitari potest meritò.
e Pretium rei decrescit, si decrescit moneta. *vt hîc.* per contrarium augebitur pretium, moneta augescente. Eadem enim est cōtrariorū potestas, vt Aristoteles ait. Quid: quia de imminutione nūmi hic agitur? An de ea quæ fit abusu & tyrannide principis? an potius de ea quæ fit ex iusta causa & proportione ad alias monetas? Hoc postremū putat Molinæus tract. de vsuris, *quæst. 93. numero 716.* hoc sensu: Omnibus monetis pari proportione minutis vel auctis, nouum pretium, subire locū veteris auctaque vel minuta pretia videri. Aureo tantum minuto, cæteris monetis in suo statu manentibus, pretia manere in suo statu respectu aliarum monetarum stantium. Respectu aurei minuti, non minui sed aurei pretium. Quæ summè notanda sunt cum possint esse vsui in mutuo. *l. 59. ff. de verbor. obligat.* Solui enim aurei pro aureis possunt, siue aucta siue deminuta sit eorum æstimatio. Plinius *33. c. 3.* Constitutum est, inquam, vt asses qui librales erant, sextantario pondere ferirentur: ita quinque partes factæ lucri, dissolutúmque æs alienum.
f Nemo solidorum obryzorum (Græci ὄβρυζα) diuersum pretium inducat. Nam capitali supplicio punitur, qui obryzos solidos antiquos leuius æstimat. *Synopsis ibidem cap. 3.*
g Qui ex auro optimo & purissimo conflati sunt. Plin. scribit obryzum aurum vocari, quod cum igne probatur, simili calore, quo ignis rubet. eorum autem fit mentio *in l. vnic. §. de oblat. vot.*
h Pretium vniforme solidorum. i *al.* serenitatis.
k *vide l. 6. §. de munerib. patrimon.*
l vide quæ de vultu principum, monetis insculpi solito scripsi *ad l. 1. §. eod.*
m viliores, *in quib. lib. manus. quod magis probat Cuiacius ex libr. βασιλικῶν.*
n adde *l. 1. §. de vestibus holoberis.*
o *al.* curcumis. Azo, qui ait esse eam partem freni equini, quæ ori equi imponitur & vulgo morsus equi appellatur. Cuiacius tamen magis probat cucurmiis, vel curcumis. Quibusdam Curcuma vox Chaldaica, videtur quæ sandalium significat. Hesychius tamen curcumam interpretatur, camum genus ornamenti equestris quod freni vel oreæ vice sit vt illo loco Psalmi. ἐν κημῷ ἐν κουρκούμῳ. vt post Enimundum Bonæfidium scribit Cuiacius. *11. Obseruat. 20.*
p ambitum. q *v. Nouell. Leonis 81.* r ornatum Imperatorū. s super. t qui.
u officiis. *quod magis probat Cuiac.* x ornamentóque. y optabile.
z *Id est, officiales Comitis sacrarum largitionum.*

a Claſſici,milites deputati nauibus amnicis purgandorum fluminum & aliarum neceſſitatum gratia.
b *Cod.Theod.eod.titul.l.1.*
c Claſſes variæ pro regionum & fluminum varietate fuerunt.
d Iuriſdictionem in mari adiacenti, quoſque magiſtratus exercere poſſe hinc colligunt: vt nõ ſolùm puniant delinquẽtes in ipſis mediterraneis locis ſui territorij,ſed & in mari, ſuo territorio adiacenti. *vide Corſetum ſingulari Iuriſdictio.*

DE CLASSICIS.[a]

Tit. XII.

1. Impp.*Valentinian.& Valens.*Auguſti Auxonio P.P.[b]

CLASSEM Seleucenam [c]aliáſque vniuerſas ad [d] officium quod magnitudini tuæ obſequitur, volumus pertinere :,vt claſſicorum numerus ex incenſitis,[e]vel accreſcentibus [f]compleatur: & Seleucena [g] ad auxilium purgandi Orientis , aliáſque neceſſitates comiti Orientis [h] deputetur. Datum Indictione XII.

DE DECVRIALIBVS[i] VRbis Romæ,

Tit. XIII.

1. Imppp.*Valentinianus,Theodoſius & Arcadius* AAA. ad Trifolium P.P.[k]

SI quis decurialem de auferendis priuilegiis putauerit lite pulſandum,intelligat ſe curiæ [l] interpellare debere iudicem.† Dat. 14. Kal. Febr. Med. Timaſio & Promoto Coſſ.

2.Imppp. *Arcad. Honor. & Theodoſ.* AAA. Exuperantio, Iulio, & cæteris decurialibus.[m]

LEges decuriales tam à ſuperioribus principibus,quàm à diuo parente [n] noſtro conditas , noſtra auctoritate firmamus.Singulos itaque iudices ſcire volumus, ne quis huic collegio iniuriis[o] corporalibus tentet notam attere-re,neque ab his commodis quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare.huic enim collegio volumus antiquam priuilegiorum prerogatiuam ſeruari.Dat.8.Id.Iul.Romę, Honorio A.VI.& Ariſteneto Conſſ.

DE PRIVILEGIIS CORporatorum [p] vrbis Romæ,

Tit. XIIII.

Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegiis ciuium. Bart.

1. Impp.*Honorius & Theodoſ.*AA.ad Alypium P.V.

NVLLI ſit [q] liberum,nulli permiſſum,vt nouũ aliquid vrbis incolæ in vrbe ſuſtineat:ſed [r] in honorem ęternę vrbis corporatis indulta ſuffragia valere præcipimus.Cura [ſ] autẽ rectorũ prouinciarum,corporati vrbis Romæ , qui in peregrina tranſgreſſi ſunt,redire cogantur : vt ſeruire [t] poſſint functionibus quas impoſuit antiqua ſolennitas.Dat.prid. Id. Iul.Aquil.Tatiano & Symmacho Conſſ.

DE PISTORIBVS,[u]

Tit. XV.

1. Imp. *Leo* A. Viuiano.

QVICVNQVE ex mancipiis [x] comitis horreorum dignitatẽ & officium vel ambitione , vel gratia,vel pecunia, ſeu quolibet alio [y] modo poſthac fuerit adſecutus:exutus dignitate,quã contra interdictum noſtræ ſerenitatis adeptus eſt, multatus etiam viginti libris auri , ad antiquum [z] denuo conſortium collegiúmque reuocetur : omne etiam ſpeciale beneficium,quocunque modo contra hanc ſanctionem fuerit impetratum,penitus conquieſcat.

DE SVARIIS,[a] ET SVSCEPTOribus vini[b] ||& cæteris corporatis,[c]||

Tit. XVI.

1.Imppp. *Valentin.Theod & Arcad.*AAA. Albinum P.V.[d]

PORCINARII[e]vrbis æternæ,cum peruigilem laborem populi Romani cõmodis exhibeat: ſordidis ſemper muneribus liberentur . Dat. 8.Kal. Septemb.Romæ, Timaſio & Promoto Conſſ.

e In cenſiti,colonariæ conditioni minimè adſcripti. *l.ſicubi Cod.Theod.de cenſu vel adſcrip. l.6.l.7.C.Theo.de tironib.*
f Adcreſcẽtes, qui ex claſſicis nati.
g Orontis fluuij , qui amnis eſt Syriæ Seleuciam affluens.
h Quippe Seleucia ipſa de qua hîc,in Syria & Oriente.
i *al.* Curialibus *in C.Th.* Decuriis : corpus decurialium fuit Romæ *Cod. Th. eod. Caſſiodor. 5.*
k *C.Th. lib.14. tit.1.l.3.§.ſi quis.*
l Decurię,*in C.T.& quibuſ.manuſ. erant autem decuriarum vrbis Romæ iudices qui etiam à Caſſiodoro rectores appellantur.*
† Hodie principẽ *Nouell. 151.*
m *C.Th. 14.1.4.*
n *al.*patre.
o *vide l.33. ≅.de decurionib.*
p corporati,ſũt vſibus & neceſſitatibus populi Romani deſtinati,ſic dicti,tãquam ex corpore ciuitatis vel collegij , de iis autem ſequentibus titulis ſingulatim tractatur.
q hęc conſtitutio ex 2.3. & 4. conſtitu. conflata eſt,quæ extãt in *C.Th.lib.4.ti. 2.* quare ex eo loco pete inſcriptiones, & conſules. commodè enim hic reponi non poterant , niſi hæc cõſtitutio rurſ⁹ diſſoluta fuiſſet in tres illas cõſtitu.
r *l.3. Cod.Theo. eod.*
ſ *l.4. Cod.Theo. eod.*
t *l.50.≅.de decurionib.*
u Hi mancipes dicti: pani ciuili conficiẽdo obnoxij, *l.1. l.2.j.de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ.*
x mancipibus , *in lib.Aured. & al. vet. vide hic Cuiac.*
y quoquo modo.
z mancipium, & rectè,vt etiam conſtat, *ex l.18.Co.Th.eo.tit.*vbi piſtores mancipes appellantur,& eorum mancipatus fit mentio, *adde 12.C.Th.16.*
a *l.2.j.eo.*& porcinariis *l.1.j.eod.*
b Suſceptores vini fiſcalis caupones vocat , qui fiſcale vinum populo vendebant. Vinum enim perrarò populo gratuitum dabatur *Vopiſcus in Aureliano.*
c *Deſunt in pleriſque lib.*
d *C.Theodoſ.14.4.6.ſed vide, multa enim hic detracta ſunt.*

e Porcina gratuitò P.Romano dabatur.
f *al.*Hilario P.V. *vt C.Th.14.4.8.Vnde ſumpta eſt hæc conſtitutio.*
g *al.*corporalibus.
h adiutorium.
i Collegiati, συςημαπκοί : quorum corpus incendiis arcendis deſtinatum *Symmachus de corporibus ad Valentinianum* , ex diuerſis corporibus aſſumpti *l. penult. ≅.de commerciis.*

2. Impp. *Arcad. & Honor.* Auguſti, Florentio P.P.[f]

QVicunque ex corporibus [g]ſuariorum, ſiue excipiendæ neceſſitate litis adſtrictus,ſiue inferendæ voluntate ſpontanea prouocatus iudicium voluerit experiri: fori vrbani auditorium [h] præſtoletur.Dat 18.Kal. Feb. Romæ,Baſſo & Philippo Conſſ.

DE COLLEGIATIS,[i] ET chartopratis,[k] & nummulariis,

Tit. XVII.

Qui intrat vnum collegium, & munera ad quæ ordinatus eſt non exercet: non effugit munera alterius collegij de quo exiuit.

1. Impp.*Theod.& Valentinianus,* Auguſti Cyro P.V.

QVi ||ſub[l]|| prætextu decanorum[m]ſeu collegiatorum,cum id munus non impleant , aliis ſe muneribus conantur ſubtrahere: eorum fraudibus credimus eſſe obuiandum : ne [n] quis ſub ſpecie muneris quòd minùs exequitur,alterius muneris oneribus releuetur:ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani feſtinant.Ideóque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatum ſe vel decanũ appellat:ſciat pro ſe alium ſubrogandũ,qui prędicto muneri ſufficiens approbetur:ſubrogatione videlicet [o] memoratorum vel eorum qui moriuntur, primatum eius [p] qui ſubrogatur, admiſſa [q] iudicio. 1 ¶ Quod autem ſupra [r] numerũ qui in cautis[ſ] breuibus continetur, nemo ſe quolibet patrocinio,vel cuiuſlibet adſumpta potentia debeat excuſare,hoc noſtræ ſerenitatis cẽſere,& tuæ ſublimitatis tuíque officij cautiùs obſeruare. Hoc inter omnes æqua lançe ſeruari præcipimus:nullo diuinæ domus patrocinio,nulla ſacroſanctarum eccleſiarum reuerentia nullo qualibet vel cuiuſlibet potẽtia ſe excuſante. ¶ Sed ne tantum circa munera releuanda ſupplicibus conſuluiſſe noſcamur: illud etiam dicendum [t] obſeruandúmque eſſe cenſemus,vt chartæ [u] venditio,quę de prouinciis ad corporatos ſupplicum per innouationem [x] tranſlata eſt,primæ conſtitutionis terminis concludatur : [y] hoc eſt quod in initio diſpoſitionis conſtitutum eſt,[z] id in poſterum nulla adita [a] nouatione ſeruetur.

DE STVDIIS[b] LIBERALIBVS VRBIS Romæ, & Conſtantinopolitanæ,

Tit. XVIII.

1. Impp.*Theodoſius & Valentin.*Auguſti P.V.[c]

VNIVERSOS [d] qui vſurpantes [e] ſibi nomina magiſtrorum, in publicis magiſtrationibus cellulíſque collectos vndecunque diſcipulos circunferre conſueuerũt,ab oſtentatione vulgari præcipimus amoueri:ita vt ſi quis [f] eorum poſt emiſſos diuinæ ſanctionis affatus, quæ prohibemus,atque damnamus iterum fortè tentauerit, non ſolum eius quam meretur infamiæ notam ſubeat,verùm etiam pellendum ſe ex ipſa vbi verſatur illicitè vrbe cognoſcat. ¶Illos verò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim[g] ſtudia conſueuerunt,ſi ipſis tantummodo diſcipulis vacare maluerint,quos intra parietes domeſticos docent, nulla huiuſmodi interminatione prohibemus. ¶Sin autem ex eorum numero fuerint,qui videntur intra Capitolij [h] auditorium conſtituti:hi omnibus modis priuatarum ædiũ ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant:ſcituri, quòd ſi aduerſus cœleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint , nil penitus ex illis priuilegiis conſequantur , quæ his , qui in Capitolio tantummodo docere præcepti ſunt , meritò

k *Vide Alc. li. 1.prætermiſſ. Budæum in annot. poſterior.ad Pandec. & Pyrrhum hic.*
l *Iam ſemel poſita fuit hæc l.ſub tit.de ſacroſ. eccl. l.qui ſub prætextu.*
m Decani,lecticarij, copiatę,veſpillones *l. 4. ≅. de ſacroſ. eccleſ. Nou.3. & 43. 59. l.ſi qua.≅.de Epiſcopis l.15. C. Th. eod.l.1.Co.Theod. de luſ. col. Epiphan. 3. Tomo 7. in fi.vide Forner. 2.ſelect.21.*
n Tributorum euitandorum cauſa Eccleſiæ vel cuiuſcũque alterius dignitatis nomine abuti non oportet: idq; ne grauetur Reſpublica:quæ quò pluribus datur immunitas, eo certè maiora tributa pendit. *l 12. ≅. de anno. & trib. l. 4. ≅. de exact. trib. l.2.j. de priuileg.domus Auguſtæ Nouell. 43.*
o vbi videlicet.
p ei, qui.
q admiſſo.
r Supernumerarius collegij muneris vel dignitatis alicuius beneficio ac priuilegio dignitatis , vel collegij frui non poteſt, *Corſetus ſingulari ſupernumerarius.*
ſ encautis *emendat Cuiacius* Encauta verò , ſiue encautaria dicuntur monumenta ciuitatis ſiue chartæ publicæ *l. 8.j. de agric. cenſ. & col.*
t edicendum.
u Chartæ & chartariarũ Cura ſub P. vrbi,vt docet huius legis inſcriptio', pertinuit & ad Comitem ſacrarum largitionũ *Nou.44.* Chartariæ autẽ Romæ, & Conſtantinopoli fuêre in 4. regione.
x innocationẽ.
y Emptoribus certę in publico tabernæ (banchum Barbari appellãt.) Tabellionibus , vt cõmoda, ita incõmoda tabernæ cohærere notat ex hoc loco poſt Angelum Corſetus *ſingulari* officium.
z conſtitutum vel præceptum eſt. a adita.
b Scholam publicam aperuiſſe ſub Domitiano Quintilianum quidam ſcribunt:& è fiſco ſalarium accepiſſe: quod,præſtat ex Suetonio ſub Veſpaſiano adſcribi.
c *C.Th.eo.tit.l.3.* d *adde l.1.j.de profeſſoribus.*
e Profitendi publicè authoritatem nemo vſurpare debet : pœna, infamia & vrbe eiectio. f qui,*in Cod.Theodoſ.* g Profiteri priuatim cuique licet:priuatim autem eſt intra parietes domeſticos *vt hîc.*
h Profiteri in Capitolio ſoliti profeſſores:vbi & eorum auditorium fuit.

a *al.* Habeant.
b Professorum publicorum is numerus fuit Romæ linguæ Latinæ Oratores 3. Grammatici 10. Græcæ, sophistæ tres, Grammatici 10. Philosophus vnus: Iurisperiti, duo.
c *al.* grammatici.
d græcitatis *in Cod. Th. al.* græcanitatis.
e Sophistæ Rhetores Græci.
f profūdiores, *in C.T.* Philosophiæ studiū & professioné anteponit Iustinianus Grammaticæ & oratoriæ.
g Professores iuris duo Romę. fit métio Leontij Iurisperiti & professoris *in Cod. Theodos. & Leonis apud Sidonium.*
h formulas *in C.T.*
i Vendere inuitum cogi posse fauore publico & religionis, cuius causa & ipsa summè publica sit, hinc colligūt. *a ade l. 12. ff. de religiosis: l. 2. ff. qui sunt sui. l. 26. §. de Episcopis.*
k Professionū publicarum auditoriū satis indiscretū fuisse ante hanc legē constare hoc loco potest. Iubet enim auditoria separari, ne discipuli sibi inuicem obstrepant, & ne linguarum confusio pmisceatur.
l *C. T. l. 14. ti. 12. l. 1.*
in Carrucæ nō omnibus in vrbe permisse, sed ciuili vel militari dignitate præditis tantū senatorib. permiserat Seuerus: vt & priuatis Aurelianus.
n *al.* decorati.
o militarium dignitatum, *in C.T.*
p vehicula pro carrucis.
q biiugis *additur in C.T.*
r *Pars l. 6. de sacrosanct. eccle.*
s Quod induxerant Valentinianus, Valens, & Gratian. *l. 1. C. Th. l. 14. tit. 13. de iure Italico vrbis Constantinopolitanæ. Cont. l. 1. ff. de censib.*
t Constantinopolis prærogatiuā veteris Romæ habet. *vide c. 28. synod. Chalcedon. Pragmat. Iustiniani ad Vigilium c. vt fabricæ.* adde *Nouell. 131. c. 2.* vbi de priuilegio Archiepiscopi Constantinopolitani.
u Metropoles duæ in Syria Phœnice, Berytus & Tyrus: vt in Ponto, Amasia & Cæsarea: *Nouell. 28.* vt in Cappadocia, Cæsarea & Tyana. Cetera vide apud *Cuiac. hic:* & quæ scripsi *ad l. 29. in fi. §. de episcopal. audientia.*
x *al.* deest.
y i, Traiani: à quo id Paulus Tyrius arator primus impetrauit, auctore *Suid. v. Al. ci. li. 4. parergon, cap. 15.*
z Canon vrbis Romæ erat frumentum, oleum, porcina, bubula, quæ conferebatur à prouincialibus populo alendo.
a *C. T. li. 14. tit. 15. l. 2.*
b *al.* notitia annonæ. sed Nautici, nauicularij & caudicarij sunt.
c curatorum *in C.T.*
d *C. T. eod. li. 3.*
e Immunitas frumenti & olei non inferēdi impetrata nihil valet. *Synopsis Basilicōn. 54. tit. 6. περὶ ἀτελείας ex titul. 24. c. 1.*
f *al.* olei. *& sic legitur in C.T.*

deferuntur. ¶ Habeat ᵃ igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos ᵇ Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores quidem tres numero, grammaticos ᶜ verò decem. In his etiam qui facundia grauitatis ᵈ pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, ᵉ & grammatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tantùm adolescentiam gloriosam optamus institui: profundioris ᶠ quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui philosophię arcana rimetur. duos quoque qui iuris ᵍ ac legum voluntates ʰ pandant: ita vt vnicuique loca ⁱ specialiter ᵏ deputata assignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere vel magistri: néve linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam aut mentes à studio literarum auertat. Dat. 3. Kal. Mart. Constantinop. Theodosio A. XI. & Valentiniano Coss.

DE HONORATORVM vehiculis,

Tit. XIX.

1. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Augusti, Nebridio P.V.ˡ

Omnes ᵐ honorati ⁿ, seu ciuilium seu militarium, ᵒ vehiculis dignitatis suæ ᵖ, id est carrucis ᑫ intra vrbē sacratissimi nominis semper vtantur. Dat. 3. Kal. Feb. Constant. Hono. N.P. & Euodio Coss.

DE PRIVILEGIIS VRBIS CONstantinopolitanæ.

Tit. XX.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti.ʳ

Vrbs Constantinopolitana non solùm iuris Italici ˢ, sed etiam ipsius ᵗ Romæ veteris prærogatiua lætetur.

DE METROPOLI ᵘ BERYTO,

Tit. XXI.

In eadem prouincia possunt esse duæ matrices ciuitates. Bart.

1. Impp. *Theodos. & Valentinianus,* Augusti.

Propter multas iustásque causas metropolitano nomine ac dignitate ciuitatem ˣ Berytum decernimus exornandam, iam suis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de iure suo derogetur. Sit illa mater prouinciæ maiorum nostrorum ʸ beneficio: hæc nostro, & vtraque dignitate simili perfruatur.

DE CANONE ᶻ FRVMENTArio vrbis Romæ,

Tit. XXII.

g *Abest à C.T. & quib. al. lib.*
h *al.* xvi. i Martij. k *C.T. eod. tit. l. 5.*
l *Hæc quoque constitut. ex 5. & 6. c. reiectis multis & truncatis constitutionibus coagmentata est, extant in C.T. li. 14 tit. 15. l. vlt. §. dei ceps. vbi §. ad. l... j. titul. prox.*
m Canon prædiis Romanis impositus mutari non potest: Qui mutauit, duplum ab ipso repetitur: qui cōcessit mutari vicarius & iudex, deportatur: primates ipsi officiorum, capitali supplicio adficiuntur. *Synopsis ibid. c. 1.*
n *al.* De canone & frumento vrb.
o *Eccl. lib. 54. tit. 25.*
p περὶ σίτου δημοσίου τῆς πόλεως καὶ τῶν σχολαρίων. De annonis vrbis Constantinopolitanæ ac scholarium. *Synopsis 54. tit. 25.*
q *C. Theod. 14. 16. 1.*
r Vt nulli penitus ne diuinæ quidē domui, pro annonis frumentum præbeatur: sed mācipibus detur, vt domibus cōcti panes exhibeantur. *synopsis ibid.*
s Frumentum (quod gratuitò Cōstantinopoli probetur à principe) pro pane, populo præberi nō oportet. sed integrū id quidē mancipibus, id est, pistorib. dandū est, dein de populo panis coctus dirībendus: ne si frumētū nō panis populo detur, id populus in alios vsus vertat facile, & postea panē emere cogatur, qui ipse aliis vēnere potuisset. Ad hunc modū panes canonicarij, canonicis hodie præbentur: & breuiter, qd in pane solui oportet, id in frumento solui nō potest. *Confessus singular. frumentum.*
t mancipes *hic & l. 2. j. eod. pistores.*
u Annonā gratuitam octoginta millium ferè modiorū. *2. Socrates. l. 3. prim°* Cōstantinus, Cōstantinopolitanis suis dedit: vt antea gratuito *l. Rom.* dabatur. Suidas hunc canoné panes palatinos videtur appellare, forte quod è palatio erogarētur: nisi malis palatinos appellare, quod palatinis darentur. Panum enim alij populares alij militares. *l. 7. Cod. Th. de annonis ciuilib.*
x Canoné annonæ gratuitæ à Constantino Constantinopolitanis concesse vt §. dix imus Theodosius auxit, *vt hîc l. pen. Cod Theod. de annon. ciuilib.* vt & Martianus, *l. 2. j. tit. prox.* vt & Romæ, Aurelianus *teste Vopisco.* quæ anteà à Traiano & Seuero constitutus. y *Abest à C. Th.* z *vide l. vlt. §. tit. prox.* a Ad frumenti publici coemptioné auri statura erat Constantinopoli quantitas, ei rei perpetuò ita dicta destinatáque, vt nefas esset etiā vrbis præfecto, eam minuere vel in alios vsus vertere. b *i. 611. auri libræ, ex T.C. eo. tit. l. 3.* c Frumenti coemptio συνωνή, *vide Cuiac. 1. obseruat. 39.* d *l. 2. §. quod de frumentario. §. fin autem. ff. de administ. rerum.*
e Frumentum publicū ita emebatur. Pecunia ex area frumentaria promebatur: testatò mancipibus, hoc est, pistoribus mutui nomine, hoc est in antecessum dabatur. Inde frumēto ita coempto, pistores vel frumentū vel panes reddere cogebantur. f *i. pistoribus. vt l. 1. §. e.* g mutuū hic pro motuum dixi, *in l. 15. §. 6. ff. locati.* h sed &. i *vide l. 2. j. de apparitorib. Præf. vrbi.* k inquietare, *in C.T.* l Pœna hæc est P. vrbi frumentariam pecuniam in alios vsus vertentis, vt in duplū teneatur: & in id quod ex ea pecunia lucri fecit. m *vide quæ notani ad l. 14. ff. peculatus.*

Nauta debet confiteri se recepisse species incorruptas. Bart.

1. Imppp. *Valentinianus, Valens & Grat.* Augusti, ad Iulianum PF. annonæ. ᵃ

Navtici ᵇ apud præsidum ᶜ aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorúmque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet nihil in his esse vitij, quod eo tempore quo ad sacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare præceptum est. Dat. 18. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I. & Dagalaifo Coss.

2. Impp. *Arcad. & Honorius,* Augusti ad Senatum ᵈ.

Si quid ᵉ frumenti vel hordei ᶠ vrbicarij canonis remissione indultum est speciali beneficio: contra commodum publicum ||rescripta|| ᵍ elicita non valeant. Dat. 17. ʰ Kal. Maij ⁱ, Med Cæsario & Attico Coss.

3. Iidem Augusti Messalæ P.P. ᵏ

Neminem ˡ patimur in mutando ᵐ canone vrbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare, sed etiam ea rescripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus. eos verò qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. vicarios, quinetiam cæteros iudices (nisi deinceps ab vsurpatione vrbicarij canonis abstineant) deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subiugari perpetua auctoritate sancimus.

DE ⁿ FRVMENTO ᵒ VRBIS CONstantinopolitanæ ᵖ,

Tit. XXIII.

Quod debet dari in pane, non debet solui in frumento. Bart.

1. Impp. *Honorius & Theodosius,* August. Vrso P.V. ᑫ

Nvlli ʳ ne diuinæ quidem domui nostræ frumentum ˢ de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus ᵗ consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda, ita enim debet canon ab inclitæ memoriæ Constantino ᵘ præstitus, necnon à diuo pietatis meæ auo|| ˣ Theodosio ʸ || auctus, expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta quæ pro annona tribuuntur ᶻ, ad vsus alios deputata cognoscantur. cogentur enim de publico sibi emere, quæ aliis vendere potuissent. Dat. 10. Kal. August. Constantinop. Theodoro A. VII. & Palladio Coss.

Quantitas statuta ad emptionem frumenti, non potest minui, nec ad alios vsus conuerti. Bart.

2. Impp. *Theod. & Valentin.* Augusti Leontio P.V.

Avri ᵃ statuta quantitas ᵇ ad coemptionem ᶜ frumentariam perpetuò sit dedicata ᵈ: nec liceat cuiquam post administrationem vrbicariæ potestatis perceptam, aliquid ex eadem summa minuere, vel ad quoscunque alios vsus conuertere ᵉ: sed sub gestorum testificatione certum fiat & quod mācipibus ᶠ mutui ᵍ nomine datum est, & ʰ quod ab ijsdem sit excepta omni cōcussione ⁱ soluendum. cum autem qui hanc formā ausus fuerit inquinare: ᵏ quantitatem in qua suam calliditatē exercuerit ˡ, in duplūᵐ redhibere iubemus: & quicquid ex prædicta ratione

a excreuerit.
b Lucrum,aſſumit naturam ipſius capitalis. *Corſetus ſingulari lucrum.*
c fomitem *in C.T.*
d *C.T.eod.tit.l.10.*
e ciuicas,*in C.T.*
f viritim, *in C.T.& quib.li.manu. quod magis probat Cuiac.*
g *l.2. in princ.§. eod. l.2.§. de frumento Alex.vide Paponem 3. Notar.8. c.2.des lettres de fief, ſolde & aſſignat.*
h Martianus.A. Tatiano.P.P.*ita legitur apud Cuiacium.*

accreuerit [a], ad [b] cumulum eiuſdem auri quantitatis & frumentarij tituli firmiter [c] redundare:legiſque huius tenorem æneis tabulis incidi.Dat.5.Kal.Decemb.Conſtantin.Ariobindo & Aſpare Coſſ.

DE ANNONIS CIVILIBVS, Tit. XXIIII.

Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus, ſed pro meritis. Bart.

1. Imppp. *Theod.Arcadius & Honor.*AAA. Proculo P.V.[d]

ANNONAS publicas [e] non tam titulis dignitatum,quam ſingulorum virorum [f] meritis attributas diui Cõſtantini liberalitate ſatis claruit. Ideóque nihil ex his ſcholarum nomine vindicetur:ſed pro [g] vniuſcuiuſque merito,quæ ſunt conceſſa,ſeruentur, vt quicunque perceptarum annonarum emolumẽta vel in hæredes proprios iure ſanguinis tranſfuderunt, vel in extraneos diſtractionis titulo trãſcripſerunt.maneat quod geſtum eſt,vel hæreditatis merito,vel alienationis arbitrio. Dat.7.Kal.Iul. Conſtantinop. Arcadio A.II.& Rufino Coſſ.

2. Imppp.*Theodoſ.*[h] *Arcad.& Honor.*Auguſti.

CEntum [i] vigintiquinque modios frumenti, præter ſolitum canonem,per ſingulos dies de præſenti ſexta indictione ex die Kalend. Ianuarij [k] nomine [l] parapeteumatis [m] de horreis publicis huius almæ vrbis, inſita noſtræ pietatis liberalitate tribuimus, datis ſacris apicibus ad [n] ſublimiſſimam quoque per Orientem præfecturam,quibus poſſit & modum [o] noſtræ donationis agnoſcere, & incunctanter præbere quæ iuſſimus: quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus noſtris debere conferri,valitura in æuum hac lege ſancimus.

DE[p] MENDICANTIBVS validis [q], Tit. XXV.

1. Imppp. *M.Gratian.Valent.& Theod.*Auguſti ad Seuerum P.V.[r]

CVNCTIS [ſ] quos [t] in publicum quæſtum incerta mendicitas vocauerit, inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum, & robur annorum: atque [u] inertibus & abſque vlla debilitate miſerandis neceſſitas inferatur, vt eorum quidem quos tenet conditio ſeruilis, proditor ſtudioſus & diligens dominium conſequatur: eorum verò quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciatur quiſquis huiuſmodi lenitudinem [x] prodiderit ac probauerit: ſalua dominis in eos actione, qui vel latebram fortè fugitiuis, vel mendicitatis ſubeundæ conſilium præſtiterunt.Dat.12.Kal.Iul.Patauí,Antonio & Syagrio Coſſ.

DE NAVTIS TYBERINIS, Tit. XXVI.

Qui nauem Tyberinam habet, onus publicum cogitur ſuſcipere, nec vllo priuilegio excuſatur. Bart.

1. Impp.*Valent.& Valens* Auguſti ad Symmachum P.V.[y]

QVI nauem Tyberinam habere fuerit oſtenſus: onus [z] reipublicæ neceſſarium agnoſcat. Quodcunque igitur nauigium in alueo [a] Tyberis inuenietur, competentibus & ſolitis obſequijs mancipetur:ita vt nullius [b] dignitas aut priuilegiu ab hoc officio vindicetur.Dat.8.Id.Octob.Altini,diuo Iouiano & Varroniano Coſſ.

DE FRVMENTO ALEXANdrino, Tit. XXVII.

1. Impp.*Honor.& Theod.*Auguſti Anthemio P.P.[c]

IN æſtimatione frumẽti quod ad ciuitatem Alexandrinam [d] conuehitur,quicquid de critologia [e] & zygoſtaſij munere,& pro naucleroru [f] tuenda ſubſtantia eminentia tua diſpoſuit,ro-

i *l.1.§. eod.* Canõ annonæ gratuitę in hũc modum auctus à Martiano,huius legis authore, vt diximus. De quantitate Canonis à Cõſtantino & Theodoſio cõſtitut.*ſcripſi ad l.1.§. eod. frumẽto vrbis Cõſtantinopolit.*
k Iuniarum.
l Panibus publicis nomẽ imperiale ſeu imperatoris impri mi conſuetũ ex hoc loco quidã notant.
m Teſſeræ nomine,quæ πετὸς Græcè appellatur, & peteuma, & parapeteuma *Cuiac. hîc.* Quidã legunt, peritteumatis, *al.* periſſeumatis. *vide Alciat.*
n ſublimiſſima, *& poſteà* præfectura.
o commodũ.
p περὶ ῥωμαλέων ἀπτώχων *Eclog. li. 54. titul.27. vide Nouel. de prætore populi. 8. c. 4. & 5.*Petrũ Gregorium *15. ſyntagmatis 25.* adde *l.5.§.7.ff de liberis agnoſcẽdis.* ſcripſi etiam *ad legem xij. tabularum.*
q *In C.T. legitur,* non inualidis.*rectius.Cont.*
r *C.T.14.18.1.*
ſ Cunctis affatim, *in C.Th. & quib.lib.*
t Cuiuis licet, mẽdicãtes, qui ſani ſimul & annis vegeti, perueſtigatos in publicũ adducere, ac tales eſſe probare: vt ſi quis ſeruus eſſe deprehẽſus fuerit, in ſuã enim poteſtatem redigat:ſin liber [*] domino nihilominus, aduerſus eum qui cęlauit vel corrupit actionibus ſaluis. *Synopſis ibid.* fit & eius rei mentio *Nouella de Quæſtore.*
u atque ea, *in C.T.*
x *l.2.§.de nauib.non excuſ.* y *C.T.14.2.1.* z de alueo Tyberis adde *Pragmat Iuſtiniani C.25.* a Legendum videtur lentitudinem. b *al.*nulla. c *C.T. 14.26.1.* d De Canone populi Romani & Conſtantinopolitano loquitur,adiuecto ex Alexandria, vt quod ex tota Ægypto Alexandriam conueheretur, iti...maretur,excuteretur,adnecteretur.
e *al.* decreto elogij de, &c. ſed perperam: eſt autem critologia munus eius qui in Alexandria frumento ſuſcipiendo & excutiendo præpoſitus eſt: zygoſtaſium verò,eius qui admetiendo, vt rectè hîc explicat Cuiac.*adde l.3.ff.ad l.Iul.de annona*

l.5.ff.ad municipal. f naucleriorum. g. *C.T.14.26.2.* h *l.1.§.de annonis ciuilibus.* i *Vide Alciatum hîc,& Cuiacium,qui interpretatur,ſupererogationis.*
k Caſſato(hoc vocabulum feramus, qui Oſca & Langobardica iampridem vocabula hoc ſeculo latinis permiſceri ſinimus) nomine, caſſari effectum: Caſſatis ſtatuto nominibus officialium, caſſari in cõtinenti ipſos officiales, hinc nõtat Corſetus *ſingulari, Officialis.*

boramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occaſio, iubemus eos ad huiuſmodi ſolicitudinem affectandam nunquam accedere,ſed deſignata officia tuis prouiſionib. examinata, ſolitudinem prædictam implere. Dat.5.Kal. Feb.Conſtantinop.Honor.IX.& Theod.V.AA.Coſſ.

2. Impp. *Theod.& Valentin.*Auguſti. Iſidoro P.P.[g]

DIurnos [h] centum & decem modios alimonijs Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus:vt nemo priuetur eo quod nunc vſque percepit:& periſſochoregiæ [i] nomen [k] penitus amputetur, & teſſeræ deſignentur, & noſtræ pietatis nomine cenſeantur.Dat.prid.Non. Iun.Conſtantinop.Iſidoro & Senatore Coſſ.

DE ALEXANDRIÆ [l] PRImatibus [m], Tit. XXVIII.

1. Impp. *Theod.& Valentin.*Auguſti Iſidoro præfecto prætorio [n].

CORPORATOS ciuitatis Alexãdrinæ,repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore diſpoſitionis tuæ quadringentos ſolidos ex dinummio vectigali memoratæ ciuitatis præcommodari decernimus.ita vt ex titulo nauium [o] modis omnibus repenſetur. Dat.prid. Non.Iun. Conſtantinop. Iſidoro & Senatore Coſſ.

DE IVRE REIPVBLICÆ, Tit. XXIX.

Sententia lata contra ciuitatem indefenſam, eſt ipſo iure nulla. Bart.

1. Imp.*Antoninus* A.

SI quid aduerſus rempublicam indefenſam [p], in ea ſpecie in qua neque defenſores creati fuerint,neque vt crearẽtur placuit, ſtatutum eſt:actionibus eius nihil eſt præiudicatum.

2. Idem A.Phorodio & alijs.

AN [q] reſpublica, in cuius locum ſucceſſiſtis [r], ideo quia [ſ] ſatisfeciſſe debito vos proponitis, ius pignoris in eo fundo habeat, apud ſuum iudicem quæritur. ſi enim neque [t] beneficio ſibi conceſſo id ius nacta eſt, neque ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi proſpexit:cauſa eius non ſeparatur à cæteris creditoribus qui habent perſonalem actionem.

3. Imp. *Alexander* A.

REmpublicam [u],||vt [x] pupillam [y]|| extra ordinem iuuari moris eſt.

4. Impp. *Dioclet.& Maximinian.*AA.

||SI|| ſecundum legem ciuitatis reſpublica cuius meminiſti, ruina collapſis [z] ædificiis tuis diſtraxit aream [a]: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

DE ADMINISTRATIONE [b] REnum publicarum, Tit. XXX.

1. Imp.*Philippus* A.Creſcentiæ [c].

FVNDVM vectigalem [d], ſi ſuis quibuſque temporibus debitæ quantitates inferantur, inuito poſſeſſore auferri non poſſe manifeſtum eſt.

2. Impp.*Dioclet.& Maximinian.* Auguſti & CC.

COntra [e] eos qui rempublicam adminiſtrantes, per officij neceſſitatem ſub conditione relicti fideicommiſſi ſatis accipere debuerunt: quanti reipublicæ intereſt ſatis non ||eſſe|| acceptum, dirigendam eſſe actionem perſpicitis [f].

DE VENDENDIS [g] REBVS ciuitatis, Tit. XXXI.

l *al.*Alexandrinis.Quòd ad Alexandrinã curiam, de qua hîc attinet, ea à Seuero inſtituta eſt. Spartianus,Alexandrinis ius Buleutarum dedit, qui ſine publico cõſilio, ita vt ſub regibus ante viuebãt, vno iudice(is eſt Iuridicus Alexãdriæ) contenti, quem Cæſar dediſſet.
m qui Archigerontes.*vide l. Archigerontes.5. §.de epiſcop.aud.*
n *C.Theod. 14. 27.2.*
o *al.*nauigiũ.
p Reſpublica in eo comparatur pupillo vel adoleſcẽti. *l.5.§.eod.*
q Tacitam hypothecam Reſpublica non habet niſi ex priuilegio.*l.Antiochenſiũ.ff.de reb. auct.iud.vid.Cuiac. 2. obſeruat. 24.in fi.* An Reſpublica loco priuatorũ habẽda. *vide Forner.2.ſelect.22.*
r vos ſucceſſiſtis.
ſ eo quod.
t Hypothecam Reſpublica nõ habet niſi ex priuilegio *vt hîc & l. Antiochenſium. ff. de reb. auct.indic.poſſid.* fiſcus ſemper.*l. Aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc.* Deterior ea re conditio eſt Reipubl. quàm fiſci.*dixi ad l.4. §. de fide & iure haſtæ.*
u Rempublicã & fiſcum Accurſius hîc confudit malè.
x Reſtituitur Reſpublica vt pupillus.*l.4.§.ex quib. cauſis maiores.l.1.§. de officio eius qui vicem alicuius iud. obtinet. l.9.ff. de appellat.vide Cuiac.4.obſ.8.*
y *al.* deeſt, *al.* pupillum.
z collapſa.
a Areas domorum vacuas occupare fiſco licet. quod & Veſpaſian. permiſit *auctore Suetonio & Victore. adde l.7.ff.de of. Præf.*

b adminiſtratoribus.
c Creſcentio.
d Vectigalem ſeu Emphyteuticariũ fundum Reſpublica auferre emphyteuticario non poteſt,niſi per triennium ceſſauerit in ſoluendo canone.*l.2.§.eo.de iure emphyt.*de agris vectigalibus.*vide l.1.ff.ſi ager vectigalis.*
e Extat *in l.vlt.§. vt in poſſeſſ.legat.*
f proſpicitis.
g *vide Cuiac.2.obſer.24.*

a perfectam venditionem.
b *l.4.§.de fide & iure hastæ.l.21.in fi.ff.ad municip.*
c Adiectio, est licitatio, siue promissio offerẽtis maius pretiũ.*sic & l.2.in fi.§.de locatione prædiorum ciuilium. l. penult.§. de omni agro deserto. & §.titul.de fide & iure hastæ fiscalis & de adiectionibus.* Galli, *Encheres.* Addictio vero, collocatio est penes eos qui pluris licitati sunt, res subiectas voci præconis. Adiectio ὑπερθεματισμός: adiectio προσκύρωσις. adde quæ scripsi ad rubricam *tituli.ff. de in diẽ addictione.*

Venditio pura & perfecta non debet à rep. reuocari, licet per alium maius pretium offeratur. Bart.

1. Imp. *Antoninus* A.

Si sine vlla conditione prædia vendente republica comparasti: perfecta venditione[a], nulla ratione veteris [b] ne adiectione [c] facta, auferri tibi dominium possit. Tempora [d] enim adiectionibus præstituta [e] ad causam fisci pertinent: nisi siqua ciuitas propriam legem habeat.

2. Impp. *Valerianus & Gallienus* Augusti.

Quamuis incrementum conductioni factæ publici prædij videatur offerri, non tamen additamẽti specie oportet fidem locationis [f] infringi: præsertim cùm tantum iam temporis ex contractu decessisse proponas[g].

3. Imp. *Leo* A.

Si quæ hæreditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia vel mancipia ad ius inclitæ vrbis alterius cuiuslibet ciuitatis peruenerint: super his licebit ciuitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum [h]: vt summa pretij exinde collecta [i], ad renouanda siue restauranda publica mœnia dispensata proficiat. Indefessa verò cura prospicientes, nequis aduersus ciuitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine vlla fraude seu nundinatione [k] vel collusio seu conniuentia huiusmodi venditiones [l] procedant: hoc [etiam] in posterum obseruandum esse censemus, vt si quidem ad hanc inclitam vrbem domum vel ciuiles annonas, aut alia quælibet ędificia vel mancipia pertinentia contigerit venundari: non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur: in prouinciis [m] verò præsentibus omnibus seu plurima[n] parte tam curialium quàm honoratorum & possessorum ciuitatis ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis sigillatim vnumquemq; eorum qui conuenerint, iubemus sententiam quam putet [o] vtilem patriæ suæ designare: vt ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor[p] competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, siue iam completi fuerint, siue postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus.

DE DEBITORIBVS CIuitatum.

Tit. XXXII.

Debitores ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitum soluant. Bart.

1. Imp. *Antoninus* A.

Non prius debitorem [q] reipublicæ honorem in republica subire, quam id quod debere constiterit, conuentus exsoluerit, tam meis quàm diuorum principum constitutionibus declaratur.

2. Imp. *Constantinus* A. Verino [r] S.

Apud eos quos superstites integris facultatibus esse perui derís [s]: vel quorum hæredes incolumia retinent [t] patrimonia, sortes reipublicæ [u] perseuerare debebunt: ita tamen, vt annuas vsuras suis quibusque temporibus exoluant, cum simul & reipublicæ vtile sit retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minimè nutriri. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus [x] alienatis [y], circumscribi ciuitates: placuit, si quis debitor reipublicæ ciuitatis quippiam ex eo patrimonio quod habuit cum pecuniam reipublicæ sumeret, donauerit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis quas habuit cùm ei pecunia crederetur, pro rata ab eo qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque vsuris postulari. Ita que quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui [z] inuenitur obnoxium, iudex omni diligentia & solicitudine debebit inquirere ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates: vt singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum quas possident, conueniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis soluentibus liberatur. ¶ Ab eo autem, à quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. Quòd si quispiam debitor reipublicæ ciuitatis, fisco nostro locum fecerit [a]: emptores qui à fisco nostro comparauerint, manifestum est, secundùm ius vetus, & rescripta diuorum [principum [b]] constitutionésque nostras nullam debere molestiam sustinere.

Galli, ... [margin notes, left column:]
d adde *l. 4. §. de fide & iure hastæ fiscalis.* & quæ ibidẽ scripsi. adde *Fornerium 2. select. 22.*
e *al.* præstita.
f Adiectio in locationibus à republica semel factis non admittitur.
g proponat.
h *l.11.§. de operibus publicis.*
i collata.
k *al.* inordinatione, *sed male.*
l venditionis.
m adde *l. 2. vers. circa medium §. de prædijs decur.*
n In venditione rerum vniuersitatis, duæ ad minimum partes consilij præsentes & au thores esse debent. conuocatum consiliũ esse debet, & decretum iudicis interponi. *Rolandus à valle.1.consil.90.numero.6.17.22.*
o putent.
p emptio.
q Reipublicæ debitor non prius honorem subire potest, quàm id quod debeat exsoluerit. *vt hîc l.6. §.debitores. ff.de muneribus & honorib.*
r *Ex C. Theod. lib. 12.tit. 11. l.1. vbi legitur.* Locrio Verino suo S.
s *al.* prouideris.
t retinere, *in C.Th.*
u kalendarij, *in C.T.*
x μετωνυμία. corpora hic accipit pro patrimonio corporali, id est eius, cuius nomen obnoxium est ciuitati.
y *al. additur* forte, *al.* fortè: *sed abest à C.T.*
z kalendario ciuitatis alicuius, *in C.T.*
a Fisco locum facere bona dicuntur, quæ publicata, *vt l.5.§. de iure fisci. l. 3. C. Theo. de bonis proscript.*

b *Abest à C.T. & quib.lib.*
c ¶ *al.* comparauerit.
d curatoris kalendarij. *in C. Th.* sed eundem dici existimandũ est qui pater ciuitatis, nempe curator Reipub. & discussor publicæ pecuniæ. *vide Cuiac. ad l. 3. §. de iis qui spon. mun. susc. e Eccl. lib. 54. tit. 1.*

Quòd si quis debitor non comparuerit [c], vel certè omnia sua ita consumpserit, vt nemo aliquam rem ex eius bonis possideat: id debitum conuenit ad dispendium reipublicæ pertinere: ideóque cura patris ciuitatis [d] apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est. PP. 3. Kalend. Febr. Volusiano & Anniano Conss.

DE[e] PERICVLO NOMInatorum,

Tit. XXXIII.

1. Imp. *Gordianus*[f].

Si [g] quũ à te collegáque tuo magistratus creati sunt: etiam si maximè fideiussores non exegistis, tamen si per id tempus [h] quo magistratus honor deponebatur [i] soluendo fuerunt: periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo quòd casu aliquo patrimonium eorum mutilatũ sit: cum cessationi suæ id debeant imputare, damnáque reipublicæ, si qua ob culpam eorum passa est, sarcire: qui cùm nomine publico eos conuenire potuissent, id facere supersederunt.

Nominator tenetur pro nominato officiali in quantum ipse conuenitur ex persona sua.

2. Imp. [k] *Philippus* A. & Philippus Cæs.

Si successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominauerit, administrationis eius periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest. etenim nominati [l] successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt.

DE PERICVLO EORVM QVI PRO magistratibus interuenerunt,

Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Antoninus* A.

Fideiussores [m] magistratuum in his quæ ad reipublicæ administrationem pertinent, teneri, non in his quę ob culpam vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quam diuo Seuero patri [meo] placuit.

QVO QVISQVE ORDINE[n] conueniatur,

Tit. XXXV.

1. Imp. *Antoninus* A.

Etsi duobus simul cura pecuniæ ciuitatis nõ tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro virili portione, sed [o] in solidum reipublicę obligantur. cùm autem de indemnitate ciuitatis eius quæritur: prius [p] eius bona qui administrauit, ac mox si satisfieri non poterit, collegæ conueniuntur. vos tamen qui hęredes vnius ex curatoribus extitistis: damno, si quod post [q] mortem eius dolo vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

Duobus si committitur pro indiuiso administratio, quilibet ante nominatorem primum conuenitur: secus si separatis portionibus.

2. Imp. *Gordianus* A.[r]

Quotiens duobus non separatim, sed pro [s] indiuiso munus iniungitur, & ita vt vnusquisque eorum periculo soliditatis [t] videatur obstrictus [u]: manus ad nominatorem [x] priusquam vtrique qui[id munus] administrauerunt, solenniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. si verò separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius [y] proportione conueniantur qui id munus administrauerint [z]: item fideiussores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit seruata, tunc demum creatorem [a]: ac si nec is quidem sufficiat, nouissimè participem muneris conueniri debere præses non ignorat.

3. Imppp. *Carus, Carinus & Numerianus* AAA. Theodosio.[b]

Si ita duumuiri creati estis [hoc expresso [c]] vt mutuo periculo teneamini: in dubium non venit vicariis [d] damnis vos esse obstrictos: cum [e] in magistratibus prius nominatores [f] conueniendos esse (hoc quod in persona nostra [g] custodiri considerastis) constitutum est.

4. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. Dioni.

Cum te & collegam tuum magistratus vestri tempore publicum fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum à quibusdam reipublicæ restitui: cùm paratus sis pro te id quod solus gessisti, reipublicæ satisfacere: consequens est rempublicam, si separati actus vestri contractus fuerint, [h] successores collegæ tui vel rerum eius [i] possessores prius ob personã eius congredi [k]: &, si solida indemni-

e *Eccl. lib. 54. tit. 1.*
f *al.* Gratianus.
g Tũc magistratus pro collega tenetur, quũ & ipse magistratus & fideiussores eius & nominatores (ὀνομάσαι) soluendo non sunt: nec tempore depositi magistratus soluendo erant. Nam cæteróqui administrationis suæ nomine quisq. tenetur. *synopsis Basilicum 54. titul. 1. c. 6.* adde quæ scripsi *ad l. vnicam §.de potiorib. ad munera nominãdis.*
h temporis.
i *l.15.§. in cum. ff. ad municip.*
k *In veteri scrip.* Idem A. Rufino.
l nominatim successorib. *al.* nominatis successoribus.
m *adde l. fideiussores. ff. de fideiussorib.*
n ordo in conueniendis Reipublicæ debitoribus quis seruetur.
o *l.11.in princ. ff.ad municip.*
p *l.2.§.eod. vide l.3.in princ.ff. de administr. rerum*
q *l.1.in prin.ff. de operib.publ.*
r *al.* Gratianus.
s Pro indiuiso quæcunque iniũgũtur, ea periculo soliditatis gerẽtes obligant: secus si separatis portionibus iniuncta.
t *al.* soliditati.
u constrictus.
x *l.3.l.vlt.in fi. §.eod.l.1 .in fi.ff. ad municipal.*
y *l.1.§.eod.*
z *l.13.ff.ad municipal.*
a Creator hic est nominator: qui quẽ ad munera ciuilia nominauit. *l.59.in fin.§. de decurionibus. dixi ad l. 2. §. 7. ff. de administrat. rerum ad ciuit.*
b *al.* Idem A.*
c *Deest in plerisque manusc. & delendum existimat Cuiac.*
d *vide l.1.§.eod. l.11. in prin.ff.ad municip.*
e Cũ *pro,* quãuis *accipit Cuiac.*
f *vide l. 2. §. eod.*
g vestra.
h *vide l. vlt. §. 1.ff. de administ. rerum.*
i ei.
k progredi.

da indemnitas reipublicæ ſeruata non fuerit, nominatores [a] eius interpellare: ac poſtremo loco ſi quid ex nomine collegæ tui defuerit, ob [b] culpæ nexum te interpellare, priores enim nominatores veluti fideiuſſores placuit obſtringi.

NE QVIS LIBER [c] INVITVS [d] ACTVM [e] reipublicæ gerere cogatur,

Tit. XXXVI.

1. Imp. *Alexander* A. Vrbico.

SI, vt proponis, decreto [f] ordinis ad libertatem ductus [g] es: non [h] debere te inuitum, actum reipublicæ adminiſtrare, curator reipublicæ non ignorat: præſertim cum ſerui huiuſmodi officia adminiſtrare debeant.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA.

SI cùm ingenuus eſſes, ad actum gerendum à republica [i] compelleris: auxilium præſidis, & iuris præſidia, prout vſus exigebat, implorare potuiſti.

SVMPTVS INIVNCTI [k] MVNERIS ad omnes collegas pertinere,

Tit. XXXVII.

1. Imp. *Maximian.* A.

CVM ad munus [l] exhibendarum angariarum cum aliis creatus, à conſortibus muneris ſolicitudine deſerta, ſolum te functum eſſe proponas: ſumptuum detrimenta, ſi [m] qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, prouiſione [n] præſidis diuidentur, quòd ſi etiam à te obſequium derelictum eſſe cognouerit: quid cenſuræ [o] publicæ congruit, non ignorat.

DE HIS QVI EX OFFICIO QVOD adminiſtrarunt, conueniuntur,

Tit. XXXVIII.

Si pecunia mutuatur per adminiſtratorem reip. ad ipſum damnum ſortis pertinet, non vſurarum. Bart.

1. Imp. M. *Antoninus* A.

FOENORIS reipublicæ, quod non tua culpa perditum eſſe apparuerit: ſufficit ſortis damnum, non [p] etiam vſurarum eius [q] ſuſtinere [r].

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERAtionibus [ſ] debitorum ciuitatis,

Tit. XXXIX.

1. Imp. *Alexander* A. Quatuoruiris [t] & decurionibus Fabretanorum.

CAutiones ſeruorum publicorum ita demum firmam ſecuritatem debitoribus præſtant, ſi curatorum [u] adſignantium, vel eorum quibus exigendi ius eſt, auctoritate ſubnixæ ſunt. Cum autem is qui exſoluiſſe dicitur, ſolam ſcripturam actoris ſuſcipientis pecuniam promat: ea tantùm defenſio

a *vide l.2.in pr.*. *eod.* b *l.Imperator.ff.ad municip.* c Liberis actoribus non vtebantur: ideóq; plerique ad actum gerendum, ſe vænire patiuntur. *l. 6.§.irritum. ff.de iniuſto.* d Inuitus liber actum ciuitatis gerere non cogitur.
e Actus Reipublicæ, munus eſt pecuniæ dandæ, fœnerandæ, ſtipulationis contrahendæ, rationum dominii tractandarum. Cuiuſmodi actores ſerui erant ſub diſpoſitione curatoris Reip. vel kalendario, vel patris ciuitatis. *l. 1. de ſolut.& liberat.*
f *adde l. 2. eod.*
g productus.
h *vide l. 1.* *de ſeruo Reip. manumittendo.*
i reipublicæ.
k *al.* inuecti.
l Angariarum exhibendarum munus eſt quo quis cogitur angarias cogere, qui id ſuſtinet, curator ad cogendas angarias dicitur, *l. 1.* *quemadmodum ciuilia munera indicũtur.*
m ſunt enim plerunque ſine ſumptu, *l. 1.* *quemad. ciuilia munera indic.*
n promiſſione, *al.* permiſſione.
o Cenſura, diſciplina, iudicatio publica, *l.3.* *de condict. ob turpem cauſam. l. 4.* *quemadmodum ciuilia munera indicantur.*
p *vide l. 24. in fi.ff.ad municip. l. 2. in fin. ff. de adminiſt. rerum ad ciuit.*
q te. *al. deeſt vtrumque.*
r tenere.
ſ Hic tit. generaliter conceptus de omni genere ſolutionum & liberationum accipiendus eſt.
t Quatuoruiri ſunt magiſtratus cuiuſdam ciuitatis & reipublicæ: vt hic adnotat Cuiac. rectè. *vide quæ ſcripſi ad l.2.* *ſi ſeruus aut libertus ad decur. adſpir.*
u Curator hic, Reipublicę curator, qui & pater ciuitatis ὁ ἀναγκάζων τοὺς δεσπότας τῶν καταπεσόντων οἴκων ἀνανεοῦν αὐτοὺς, Græci hic: ὁ καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολισμένος. *Vlpian. in Demoſthenem. de quo vide l.1.* *de aleatoribus. l. 1.* *de ration. publ. operum: l. vlt.* *de infantibus expoſitis: l.3. in fi.* *de his qui ſpõte publica munera ſubeunt: l. 1.* *quibus munerib. excuſ. l. 2.* *de debit.ciuit. Græci ad l. curatores. ff. de damno: Nou.17. 85.128.160. l. hac valitura.* *de Iudæis.*
x ¶ περὶ θεάτρων καὶ θυμελικῶν. *ſynopſis Baſilic. 54. titul 5. cap.4.* Quod ad theatra attinet, Spectaculorum loca apud veteres varia, theatra, amphiteatra, Circi. Theatrum erat veluti pars circuli dimidia, & eo amplius diametri quarta pars: nec enim Semicyclia fuiſſe theatra, & forma ipſa minus arridens, & ouata forma amphiteatrorum quæ hodie extant Romæ, Oticuli, Veronæ, Nemauſi, Arelatis indicio ſunt: nam ex duobus theatris iunctis, amphiteatrum eſt ad ludos gladiatorios & ferarum venationes. Circi, ad ludos currules, curſus & naumachias, *adde Vitruuium 5. 3. Plin.36. c. 15. Caſſiodor.3. & 5. Variar.* adde Tertullianum libro de ſpectaculis vbi de ludis, titulis, apparatibus, loco, Circo, theatro, ſcænis, agonibus & muneribus.
y *l.15. Cod. Theod.5.*
z *l.15. Cod. Theod.7.*
a *l.15. Cod. Theod.8.*

conſueuit admitti, ſi quod exſolutum eſt, rationi reipublicæ profeciſſe doceatur. Sanè curator veſter, ſi fraude ſerui conſtiterit effectum vt interciperentur à curatore illatæ à debitoribus quantitates: de peculio eius, quod eo modo deeſt, reſtituet.

DE [x] SPECTACVLIS, [y] ET SCEnicis, [z] & lenonibus, [a]

Tit. XL.

1. Imppp. *Valens, Gratia. & Valent.* AAA. ad Heſperium proconſulem Africæ [b].

NOn inuidemus, ſed potius cohortamur amplectenda felicis populi ſtudia, gymnici vt agonis ſpectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri, populi ſtudiis ac voluptatibus [c] grati eſſe cupiant: promptius permittimus, vt integra voluntas [d] ſit, quæ volentium celebratur impenſis. Dat. 6. Id. Mart. Treuer. Valente V. & Valentiniano AA. Coſſ.

Deſeruientes ſacris ludis, nullo afficiuntur ſupplicio. Bart.

2. Imppp. *Gratian. Valent. & Theodoſ.* AAA. ad Valerianum P.V. [e]

EOs [f] qui [g] agitandi munus exercent, illuſtris auctoritas tua nullis præter Circenſe [h] certamen adfici nouerit oportere [i] ſuppliciis. Dat. 8. Id. Maij, Eucherio & Syagrio Coſſ.

3. Iidem AAA. ad Valerianum. [k]

QVisquis equos [l] quos vel ſerenitas noſtra [m], vel ordinarij conſules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiúmque priuatum abduxerit [n] vnius libræ auri condemnatione multetur. Datum 8. Kalend. Maij, Treu. Eucherio & Syagrio Coſſ.

4. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* Auguſti Rufino P.P. [o]

SI qua in publicis porticibus, vel in his ciuitatum locis in quibus noſtræ ſolent imagines conſecrari, pictura pantomimum [p] veſte [q] humili, & rugoſis [r] ſinibus agitatorem, aut vilem offerat hiſtrionem: illico reuellatur, neque vnquam [ſ] poſthac liceat [t] in loco honeſto inhoneſtas [u] adnotare perſonas: in aditu verò circi, vel in theatri proſceniis [x] vt collocentur, non vetamus. Dat. 3. Kal. Iul. Heracleæ, Arcad. A. III. & Honor. A. II. Coſſ.

5. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P. [y]

NEmo [z] iudicum ex quacunque ciuitate in aliud oppidum vel ex prouinciæ ſolo equos curules, aurigas, beſtias, hiſtriones, ciues tentet traducere: ne dum popularibus plauſibus intemperanter [a] ſeruiunt, & publicarum rerum ſtatum fatigent, & feſtiuitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam: ita vt ſi quis hanc violauerit iuſſionem, pœna teneatur ea quæ legum violatores perſequitur. Datum 8. Id. Auguſt. Conſtantinopol. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Coſſ.

Patres vel domini ſi filiabus aut ancillis peccandi præbent, neceſſitatem, earum perdunt poteſtatem. Bart.

6. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio P.P. [b]

LEnones [c] patres & dominos, qui ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem imponunt: nec iure frui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione ſubduci, ne poteſtatis iure frui valeant, néve quid eis ita poſſit acquiri:

b *Ex C.T.li.15. ti.6.l.3. al.* Conſtantinus A.
c voluntatibus.
d voluptas, *in C.Th.*
e *C.T.15.7.7.*
f Qui agitandi munus Conſtãtinopoli exercent (ἡνίοχοι πόλεως Græcis) à præfecto vrbi non verberantur: niſi in ipſo circenſi certamine peccauerint. *ſynopſis Baſilicon 54. tit.5.*
g *al. legitur poſt l. quiſquis.*
h *l.1. §. 2. ff. de munerib.*
i pertinere.
k *C.T.15.7.6.*
l *adde l. 15. C. Theod. 10. de equis curulib.*
m *al.* veſtra.
n adduxerit.
o *C.T.15.7.12.*
p De Pantomimo, *adde l. 43. in fi.ff. de act. emp.* de Archimimo. *l.25. §.1. ff. de operis libertorum.*
q Pantomimi veſtis humilis fuit. Cæterũ ex hoc loco poteſt colligi, in Picturis decorum à pictoribus in pingendi ſeruandum eſſe Licinius Mathematicus, Alabãdeos ciuiles quidẽ eſſe dicebat, ſed propter hoc vitium, minus prudentes, quòd in gymnaſio eorũ omnes imagines eſſent cauſas agentes: in foro, diſcos tenẽtes aut pila ludentes.
r Rugoſos ſinus agitatoris vocat, qđ nudi ea parte corporis & ſoli expoſiti aduſtáque rugas contraherent, ad quẽ modum ſenex Hieronymus aratã rugis frontem ſibi, ſcribit.
ſ nec iam, *in quib. lib.*
t Meretrix publica cogi poteſt à vicinis ex ædibus conductis, imò propriis migrare. *Papo 12. arreſtorum 9. arreſto.14. & 18.* Sanè meretrices in loca muris vrbium proxima quaſi relegatas & ſubmotas à lictoribus in publico notat Lipſius *13. electorum.*
u Inhoneſtas perſonas non eſſe pro infamib. accipiendas exiſtimantur, ſed pro abiectis & vilibus quæ inter honeſtas numerari non debent. *ne pugnet l.4.ff. de his qui not.infam. cum hac lege. vide Petr. Fabr. 1. ſemeſtr.20. in fi.* & Tertullianus alioqui libro de ſpectaculis, ſcribit, artem non artificem notari. x Nemo iudicum ex ciuitate in aliud oppidum vel ex prouincia in aliam prouinciam traducat, equos, aurigas, hiſtriones, beſtias. Nam vnãquãque ciuitatẽ ſuã habere feſtiuitatẽ oportet: alioquin ſacrilegii dãnabitur. *ſynopſis Baſilic.54. tit.5. c.5. ibid. tit.37. c.5.* y *C.T.15.5.3. de ſpectaculis.* z Proſcæniũ, locus ante ſcænam. a intemeratè, *in C.T.* b *C.T.15.8.* Iam ſemel poſita fuit hæc l. in *l.12.* *de epiſc. aud.* c *l.12. adde l.24. in fi.ff. de pig. act. l. vlt. ff. ſi quis à parente manumiſſ.*

a *vide l.7.§.3.ff.de iniuriis.* b hic casus excipiendus est ex *l.4.§.de emancipationib.* c pœna, *in C.Th.* d *l.10.C.Theod.9.*
e Theodorus Balsamon numerat hunc ti. 41. huius libr. & 1.c.huius t.tale recitat argumentum ex lib.Basilic.de reliquo certamina liberè peraguntor. Nemo inuitus certamina edito.voluntarios enim sumptus facere volo. *Cont.*

sed ancillis filiabusq́; [a] si velint, conductiſve pro paupertate personis, quas sors damnauit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorúmque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui: [b] ita vt si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem inuitis, amittant non solum eam quam habuerint potestatem, sed proscripti, pœnæ [c] mancipentur exilij, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quàm si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Datum 11.Kalend. Maij, Felice & Tauro Conss.

7.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur. nullus ancillam ingenuámve prostituat. alioquin humilior qui id fecerit, coercitus metalli & exilij pœna damnabitur: honestior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abstineant thymelici. Quòd si ancilla prostituta sit, vt gratuitò vindicetur ab omnibus viris aut fœminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obseruent magistratus tam minores quam maiores & officia eorum, corporis & 20. librarum imminente pœna.

DE [d] EXPENSIS [e] LVDORVM publicorum [e],

Tit. XLI.

Pecunia deputata ad spectacula, in refectionem murorum potest conuerti & ipsis refectis causa pristina firma permanet. Bart.

1. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA.

CVM [f] præsidem prouinciæ impensas [g] quæ in certaminis [h] editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter deriuatum est, non reuocabitur: & solenne [i] certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam, iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. ita enim & tutelæ ciuitatis instructæ murorum præsidio, prouidebitur: & instaurandi agonis voluptas confirmatis his quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

DE [k] AQVÆDVCTV [l],

Tit. XLII.

1. Imp. *Constantinus* August. ad Maximilianum Consularem [m].

POSSESSORES [m]... QVARVM possessores, per quorum fines formarum [n] meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: vt eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti, mundentur: nec ad alud superindictæ rei onus iisdem possessoribus attinendis: ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent. [o] quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur. nam fiscus prædium eius obtinebit, cuius negligentia [p] perniciem formæ cōgesserit. ¶Præterea scire [q] eos oportet, per quorum prædia aquæductus commeat, [r] vt dextra leuáque ex ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant, obseruante officio [s] iudicis, vt si quo tempore pullulauerint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat.15. Kalend. Iun. Gallicano & Symmacho Coss.

2. Imppp *Valentin. Theod. & Arcad.* Augusti Pancratio P.V. [t]

SI quis de cætero vetiti furoris [u] audacia florentissimæ vrbis commoda voluerit inutilare, aquam ad suum fundum ex [x] aquæductu publico deriuando [y] sciat eundem fundum fiscalis tituli [z] præscriptione signatum, priuatis rebus nostris aggregandum. Dat.8. * Constantinop. Timasio & Promoto Conss.

Auertens aquam de publico aquæductu, debet ipsam ducere per castellum vel alud paruum foramen, ne matrices fistulæ corrumpantur. Bart.

f si præses ea quæ ad spectacula dedicata fuerant, in refectionem murorum impenderit, laudandus erit: vt qui præstiterit quò spectacula securè deinceps exhibeantur. *Synopsis Basilicon 54. tit.12. ex tit.38.c.8.*
g Ludorum, impēsæ, Lucar. *dixi ad Festum.*
h vide Lipsium *1.Saturnal.12.*
i solennis.
k *Eclog. lib. 58. tit.19.*
l De aquæductibus. *Hal.*
m *Sic in meo manusf. Cont. C. T.15.2.1.*
n forinarum, *mallet hic Alc. Sed rectè legitur* formarum, *i.aquæductuum: vt notaui in Nouel. de manda. principum. Cont. vt l.3.l.6.J.eo.dixi ad l.27.§.3.§.de vsufr.*
o non occurrant, *in C.T.*
p negligentię.
q Circa fontes publicos arbores plantare nemo potest, nisi intermisso legitimo spatio, *vt hīc, & l.6.J.eod.* alioquin publicatur suburbanum, in quo, secundùm aquæductum arbores plantatæ, vt prædium, balneum, aquæ molam.
r *l.5.§. super his, l.10.§. hoc etiam.J.eo.*
s tuo officio, *in C.Th.*
t *C.T.l.3.§.eo.*
u vide quæ notaui *ad l.7.§. vnde vi.*
x *l.10.in pr.J.eo.*
y dirigando.
z De castellis dixi *ad l.1.§.38. ff.de aqua quotidiana.*
a *¶C.T.eo.t.l.4.*
b vsu, *al.* eius vsum, *vt in C.T.*
c Tituli prædiis in fiscum redigendis aut redactis à iudicibus imponi ius fuit, non à priuatis aut aliis. dixi *ad l.3. §. de bonis vacantibus. vbi dixi.* Theodoricus rex apud Cassiodorum, Casas eius appositis titulis, fisci nostri iuribus vindicabis. Et alio loco. Fixis titulis publico debes applicare. Quin etiam ecclesię, titulorum impositio interdicitur synodo à Gregorio, Mauricii Augusti tempore habita. Præterea hæc titulorum impositio, testato fiebat, publicis personis pręsentibus, seruato iuris ordine. Athalaricus apud Cassiodorum. Si quis legum ordine prætermisso, publicos titulos præsumpserit affigere, & Gregorius ad Constantiā Augustam 4. epistolarum, queritur de Stephano quodam chartulario quod nomine fisci loca singulorum inuaderet & titulos imponeret indicta causa. His adde quæ scripsi ad tit.de his qui potentiorum nomine titulos prædiis suis affigunt, &c.& Cuiacium *in l.3.§.de bonis vacantib.* d autem.
e *vt l.1.§.eo.* f *al.* eligere. g *Inclusa à cōpositorib. addita sunt.*

3. Iidem Augusti Albino P.V.Romæ [a].

EOs qui aquæ copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, vsum [b] aut ex castellis, [c] aut [d] ex ipsis formis [e] iubemus elicere [f], neque earum fistularum quas matrices vocant, cursum ac soliditatem attentare, ‖vel ab ipso aquæductu trahere [g]‖. Quod si quis aliter fecerit: non solum id quod prius iure beneficij fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personæ seuerissima pœna plectetur. Dat.5. Kal.Septem.Rom. Timasio & Promoto Coss.& PP.IIII.Kal.Iun. Constantinop. Olybrio & Probino Coss.

4. Impp. *Arcad. & Honor.* Augusti Asterio Co. Orientis [h].

VSum aquæ veterem [i], longóque dominio constitutum, singulis ciuibus manere censemus, nec vlla nouatione turbari: ita tamen, vt quantitatem [k] singuli quā veteri licentia percipiunt, more vsque in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, furtiuis aquarum meatibus abutuntur. Datum Kalen. Nou. Cæsario & Attico Coss.

Qui beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu impetrauit, debet illud intimare præfecto, & non alij. Bart.

5. Impp. *Theodos. & Valent.* Cyro P.P.

SI quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ: non viris clarissimis rectoribus prouinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi [l] cælestes apices intimare debebit: condemnatione [m] contra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra vniuersos administratores qui rescriptum per surreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorundem virorum, clarissimorum prouinciæ moderatorum, animaduersionibus pro vigore tui culminis subiugandis: & amplissima tua sede disposita, quid in publicis thermis, quid in nymphæis [n] pro abundantia ciuium conueniat deputari: quid his personis, quib. nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impartiri.

Seruitus aquæ ducendæ ad aliqua loca priuata ex aquæductu palatij Hadriani, etiam per rescriptum est prohibita. Bart.

6. Iidem Augusti Cyro P.P.

OMnis seruitus aquarum aquæductus Hadriani, siue domorum, siue possessionum, siue suburbanorum, siue balneorum, vel per diuinos afflatus [o] intimatos in quolibet iudicio, vel per vsurpationem impertitos, penitus exprobretur. malumus etenim prædictum aquæductum nostri palatij, publicarum thermarū ac nymphæorum commoditatibus inseruire, & decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aquæductu precibus oblatis vsum aquæ petere, vel‖eum‖laudere perforare: sciențibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi molimen [p] accedere, vel officio (si ausus fuerit instruere) vel minus instructis precibus parēre, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. ¶Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari [q]: sed ex vtroq; latere decempedale spatiū integrum illibatumq; seruari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas [r], quæ Achillea [s] nuncupantur, quas prouidentiæ tuæ magnificentia [t] factas fuisse cognouimus, eandem formam [u] seruari censemus. etenim memoratas fistulas thermis tatùm & nymphæis quibus eminentia tua deputauerit, volumus inseruire: facultate præbēda tuæ sublimitatis [x] apparitoribus, [y] circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea, ad requirendum ne quā [z] deceptio vel suppressio vel insidiæ contra publicam vtilitatem à quoquam penitus attententur.

Pecunia ex vectigalibus redacta pro reparatione aquæductus, debet expendi dando eam operariis aquæductus. Bart.

7. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

AD [a] reparationem aquæductuum [b] huius almæ vrbis omnia vectigalia [c] quę colligi possūt ex vniuer-

h *C.T.eo.ti.l.6.*
i veteri.
k quantitate, *in C.T.*
l sedis.
m *l.11.J.eo.*
n *Nymphæa, Græci vocant hydria, vt hic Cuiac. notat ex Socrate 4. c. 8.* separantur hic à balneis calidis. Alciatus putat, balneū in quo mulieres lauare solitæ, sed verius est viros sua habuisse quoque Nymphæa. Nymphęa autē fuisse, lauacra seu balnea aquam tepidā habentia, non valetudini, sed voluptatis causa, qd ex Strabone & Pindaro *12.Olymp.* pbat Forcat. *10. Cupidinis 2.* dictū autē à Nymphis, Dianę comitibus, quæ se pomeridianis horis abluebant. Quod & Romani seruarūt in octauam diei horam, lotione differentes: octauā, id est secundam post meridie, Martialis *10.* Octauam poteris seruare, lauabimus vna, scis quā sit Stephani balnea iūcta mihi. Hic obseruari etiā potest Vitruuiū *5.c.10.* in balneis ahena tria locare, caldariū, tepidariū, frigidariū, sed quid Cuiacius putat? Nymphæa esse ædes publicas, in quibus nuptias celebrant, qui ædibus carent, & ad choreas capaces: cuiusmodi multæ Lutetię sunt: & ita Zonaram explicare in Leone Magno. Inde Νυμφικὰ λουτρὰ Suidæ τὰ εἰς γάμους τῆς ἀγρὰς τὰ χρώμενα λαμβανόμενα.
o afflatus.
p *al.* emolumentum.
q *l. 1. circa fin. §. eod.*
r *adde l. 1. §.2. ff. de muneribus.*
s Thermarum Achilleā meminit Cedrenus, & Socrates *lib.12.* apud Cassiodorū Achilleas autem dictas Cedrenus refert, quod positæ iuxta altare Achillis. Forcatulus *10. Cupidinis 3.* putat quidem ab Achille dictas, sed quod Thetis mater aqua stygia abluisse eum memoretur, præter talū: quod etsi fabulosum, ingeniosè tamen inuentum est. t prouidentia magnificentiæ. u *vt l.1.§.eo.* x sublimitati. y *adde l.10.§.vniuersos.J.eo.* z neque.
a *Huc pertinet l.23.de operib.public.C.Th.* b aquæductus. c *l.8.J.eod.*

sis

a *vide Cuiac.hic,qui multis rationibus legendum esse* ſcalis *oſtendit.al.*calculis.*quidam emendant* cellulis,*in li.Aure.& Dion.*ſcholis. Scalæ autem maritimi traiectus fuere Conſtantinopoli,*vide Nouell.69.*
b Cyzicenii.*al.*Zyzincenii. *al.*Ticennii. *al.*Titennii. meminit œcorum Cyzicenorum Vitruuius *6.*

ſis ſcalis [a] huius inclytæ vrbis, & ex operariis qui Cyziceni [b] dicuntur, ad refectionem eiuſdem aquæductus procedere.[c] Illo videlicet obſeruando, vt nemo eorum qui ||ius||aquæ poſſident, quamcunque deſcriptionem [d] ſuſtineat.[e] nam execrabile videtur, domos huius almæ vrbis aquam habere venalem.[f]

Præfectus conuertens aurum aquæductui deputatum ad aliud opus,de ſuo reſarcire tenetur. Bart.

8. Imperator *Zeno*, Auguſtus ad Amantium [g] P.V.

HAc lege ſancimus, vt ſi quis ampliſſimam præfecturam gubernans, aurum [h] aquæductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aquæductibus vel aquæ publicæ competens, extruendum, vel curandum putauerit conuertendum: de ſuis facultatibus eandem ſummam aquæductus titulo repenſare cogatur.[i] Separatus verò arcarius [k] aurum aquæductus ſuſcipiat glorioſiſſimorum conſulum [l] liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel poſtea colligendum.

Fons publicus ab initio,vel ex poſtfacto publicus effectus, vſui priuatorum non applicatur,etiam ex reſcripto ſuper hoc impetrato.Bart.

9. Idem A.Poratio.[m]

DIligenter inueſtigari [n] decernimus, qui publici ab initio fontes,[o] vel cùm eſſent ab initio fontes priuati, poſtquam publicè vſum præbuerunt, ad priuatorum vſum conuerſi ſunt, ſiue ſacris apicibus per ſurreptionem impetratis, ac multo amplius ſi auctoritate illicita, nec appetito colore ſacri oraculi huiuſmodi aliquid pertentatum fuiſſe dignoſcitur: vt ius ſuum regiæ ciuitati reſtituatur: & quod [p] publicum fuit aliquando, minimè ſit priuatum, ſed ad communes vſus recurrat: ſacris oraculis vel pragmaticis ſanctionibus aduerſus [q] commoditatem vrbis quibuſdam impertitis, iure caſſandis, nec longi temporis præſcriptione ad circumſcribenda ciuitatis iura profutura.

10. Idem A.Pontio.

DEcernimus, ne quid à quacunque perſona qualibet [r] dignitate prædita contra minuſcularios [ſ] aquæductus vel fontes publicos qui ad aquæductus confluunt,[t] pertentetur. Sed & ſi quis clam vel palam, auctoritate confiſus, de iiſdem paragogiis [u], vel fontibus aquam traduxerit, vel clandeſtinis inſidiis fortè ſurripuerit, publicis aquæductibus eam reſtituere compellatur. ¶ Hoc etiam præcipimus, ne in poſterum à quolibet iuxta [x] eoſdem aquæductus plantari qualeſcunque arbores poſſint, ne ex ſtirpibus labefactentur parietes aquæductuum [y]: quod antiquis etiam conſtitutionibus interdictum eſſe dignoſcitur: ſcientibus vniuerſis, quòd in poſterum ſuper huiuſmodi commiſſis ſuburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquæ [z] mola [a], vel hortus, ad cuius vſum aqua publica fuerit deriuata, vel ſi quid ex his iuxta aquęductū poſitum, ad eum pertinet qui plantauit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum, vel hominem, vel domum, proſcriptionis titulo ſubiacebit, & fiſci iurib. vindicetur: nulli ſuper huiuſmodi pœna nec per ſacros apices venia tribuenda. ¶ Vniuerſos autem aquarios,[b] vel aquarum cuſtodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum huius regiæ vrbis cuſtodes deputati ſunt, ſingulis manibus [c] eorum felici nomine pietatis noſtræ impreſſo ſignari decernimus: vt huiuſmodi adnotatione manifeſti ſint omnibus, nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad vſus [d] alios auellantur, vel angariarum [e] vel operarum nomine teneantur. Quòd ſi quem ex hiſdem aquariis mori contigerit, eum nihilo minus qui in locum defuncti ſurrogatur, ſigno eodem notari præcipimus: vt militiæ quodammodo ſociati, excubiis aquæ cuſtodiendæ inceſſanter inhæreant: nec muneribus aliis occupentur.

c producere.
d quacunque deſcriptione.
e ſuſtineant.
f Aquam venalem eſſe in vrbe execrabile. venalis videtur, ſi ciues ad reparationē aquæductus cōferre tenentur.
g *al.*Adamantio P.V.*rectius.*
h Aquæductibus aurum deputatum, in alios vſus verti non debet, *l.7.* *ſ.eod.*
i repræſentare, *in quibus.codicib.*
k Ad aquęductuum aurum ſeruandum, ſpecialis arcarius fuit Conſtantinopoli.
l Ad aquæductus pecuniam largiebantur, vt ſæpius Conſules. *l.2. l.3.ſ.de conſulib.*
m *al.*Sporatio.
n inueſtigare.
o Fontes publici priuatorū reſcripto principis fieri non poſſunt: facti reuocantur, *vt hîc*, vſus tamen ex publico fonte concedi poteſt,*l.4.ſ.eo.*
p & quid.
q Reſcripta aduerſus vtilitatem publicā nullius ſunt momenti. *l.2.ſ. de nauib. non excuſ.l. 2. ſ. de canone frumenti vrb.Romæ.*
r quamlibet dignitatem prę tendant.*Cuiac.*
ſ i.tenuiores & diminutos aquæductus, *vt l.1. ſ.de defenſor. ciuit.l.3.C.Th.de iud.deb.Auguſt. 7.de ciuit. 4.* Alci. *hîc* muſcularios *legendum putat.*& ita quoque legit Haloander.
t *l.1.in pr.ſ.eo.*
u *al.* paralogiis. Paragogi, minuſcularii aquæductus: de quibus ſupra.
x *d.l.1.ſ.eo.*
y *Idem ſcribit Caſſiodor. lib. 5. c.38.Cont.*
z ὑδρόμυλων. Molas aquæ fuiſſe apud veteres hoc ex loco ſatis conſtat, vt ne truſſatiles tantum fuiſſe quis exiſtimet. Porro Aquatium molarum aliæ publicæ aliæ priuatę, *l.4. C. Theod. de canone frument. vrb. Rom.* vide Caſſiodorum 3. vbi ſcribit diligenter eſſe conſeruandas aquarum formas, propter aquæ molas.
a aquariola, vt etiam legit Pyrrhus: ſed rectior eſt excuſa lectio.
b *l.6.in fi.ſ.eod.*
c In manu, principis nomine, aquarii ſignabantur: *vt hîc*, ita tyrones & fabricenſes.*l.3.ſ.de fabricenſib.*
d aduerſus, *ſed malè.*

e Angariæ hîc ſeparantur ab operis. Angariarum nomen latius patet quàm operarum. operæ, angariæ quædam ſunt: operæ, opera corporalia Galli *Cornees. adde l. vnic.ſ.ne operæ à collectoribus exigantur.*
f ¶Seruio P.P.
g in iudicio. h *l.5.ſ.eo.* i cōſenſerint. k atque. l Gladiatores, μονομάχοι.*l.15. C.Theodoſ.12.vide Tertul. lib. de Spectaculis, Alciat.2.parerg.45. Lipſium libro de Gladiatoribus.* Qui ad gladiū damnabantur intra annum erant conſumendi, *Pau.5.ſenten. 17. vide l.8. in fi. ff.qui teſtamenta facere.*

De fonte vel aquæductu publico non licet aquam deriuare niſi per principis reſcriptum concedatur.Bart.

11. Imp.*Anaſtaſius* A.Seruo [f] P.P.

DIuinam diſpoſitionem ab inclytę recordationis principe Theodoſio ſuper his qui aquam ſibi de publicis aquæductibus ſeu fontibus præberi deſiderant, promulgatam, hac etiam lege in ſua firmitate durare ſancimus: quatenus nemo vel in hac ſacratiſſima ciuitate, vel in prouinciis ſine diuinis apicibus de ſacro epiſtolarum ſcrinio more ſolito edendis, & iudicio [g] tuæ celſitudinis, vel aliis quorū intereſt, intimatis vel intimandis,[h] aquam de publico aquæductu ſeu fonte trahere permittatur: his quicumque noſtra iuſſa violauerint, ſeu violare conceſſerint [i], denarum librarum auri condemnatione, aliáque [k] grauiſſima indignatione feriendis.

DE GLADIATORIBVS [l] PENItus tollendis [m],

Tit. XLIII.

1. Imp.*Conſtantinus* [n] A.Maximo P.P.

CRVENTA [o] ſpectacula in otio [p] ciuili & domeſtica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus. PP. Beryti, Kal.Octob.Paulino & Iuliano Conſſ.

DE VENATIONE [q] FERARVM,

Tit. XLIIII.

1. Impp.*Honor.*& *Theod.*AA.Mauriano Com.Domeſtic. & vices agen.Magiſt.milit.[r]

OCCIDENDORVM leonum [ſ] cunctis facimus poteſtatem, neque aliquam ſinimus quenquam calumniam formidare. Beſtias [t] autem quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus tranſmittuntur, non plus quam ſeptem [u] diebus intra ſingulas ciuitates detineri præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fiſci iuribus [x] illaturis. Dat.13.Kal.Iun.Conſtantio & Conſtante VV.CC.Cōſ. & Dat 5.Kal.Octob.Conſtantinop. DN. Honor.A. XI. & Conſtantio II.V.C.Conſſ.

DE [y] MAIVMA [z],

Tit. XLV.

1. Impp.*Arcad.& Honor.*AA.Cæſario P.P.[a]

CLEMENTIAE noſtræ placuit, vt maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas [b], & verecundia caſtis moribus perſeueret. Dat.7. Kal.Maij, Conſtantinopol. Arcad. IV. & Honor. III. AA.Conſſ.

VT ARMORVM [c] VSVS INSCIO principe interdictus ſit,

Tit. XLVI.

Nulli licet arma portare ſine principis licentia.Bart.

1. Impp.*Valentinianus & Valens* AA.ad Bulephorum Conſ.Campaniæ.[d]

NVLLI prorſus nobis inſciis atque inconſultis quorumlibet armorum mouendorum [e] copia tribuatur. Dat. 3. Non. Octob. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Conſſ.

m *Sic vet. manuſ. de hoc titulo ſic Theodorus Balſamon ad Photij Nomoca. ti.13.c. 22. tit.43. tollit ſpectacula gladiatorum.*
n Gladiatores ab Honorio ſublatos Theodoritus & Nicephorus auctores ſunt, permoto cuiuſdā Monachi æde monomachis infeſti, quem Telemachum vocant: Otho Friſingenſis, Dirimachum, corruptè vocat.
o *Ex lib.15. tit. 12. l. 1. C.Th. v. Sozomenum lib. 1. Symmachum lib. 1. epiſtol. 7.* cruenta ludicra *Ammian.14.*deteſtāda. *l.3.ff.de lib. & poſthum. l. 2. C. Theod. de gladiatorib.*
p In pace, otio ciuili & domeſtica quiete, cruenta ſpectacula, non placent.
q Venatio ferarum hîc permiſſa. Hi autē venatores diuerſi ab his qui dicebātur κυνηγοὶ ad beſtias damnati.
r *C.Th. lib. 15. tit.11.l.1.*
ſ Leonē cuiuis venari & occidere licet: *adde l.1.§.vlt.ff. de adquir.rerum dominio.*
t *C. T. ibid.l.2. §.ideoque.*
u Vt feræ quas duces ad principem trāſmittunt, ſeptem tātum diebus reſideant, & alantur in ſingulis ciuitatibus, *vt hic*, equis præſcribuntur dies quinque. *l.1.ſ.de tract.& ſtatiuis.*
x viribus.
y *l.15.C.Th.6.*
z Huius vocabuli interpretationem pete ex Suida. & Gregorio in Coſmographia.*v..Alci. hic.* De Tiberina decurſione, vide Ciceronem *5. de Finib.* & apud Feſtum in Piſcatoriis ludis. Suidas autem fuiſſe ludum quòd menſe Maio ludibundi, Hoſtiam maritimam vrbē oppugnarét, & ſeſe in aquas marinas deiicerét. Alii maiimā Syriacè aquā ſignificari ſcribūt. a *C.T.15.6.1.* b poteſtas, & honeſtas. c Armorū vſus inſcio principe ſubditis interdictus eſt.*Nou.85.Syneſ.in epiſt.Valer.6.Cic.Verrina de ſuppliciis. adde l. 3.verſ.eadem lege.ff.ad l.Iul.maieſt.l.11.ff.ad l.Iul.de vi publica.* d *C.T.15.15.2.*
e Mouere arma eſt armis vti: ſic mouere equos dicimus. *l.4.l.vlt.ſ.de curſu publ.*

a *βασ.lib.52.tit.1.*
b Agricolarum duæ conditiones hîc adferuntur. Alii, censiti: alii, coloni.
c Censiti, qui & capite censiti à Iuliano in Nouellis dicuntur & tributarii, sunt censibus quasi adscripti, siue adnotati, qui capitis censum præstant, & ii quidem serui sunt. Coloni verò, qui liberi sunt, terræ tanquam domini habentur: & tantum domino terræ reditus certos ac pensiones prestant in pecunia vel in speciebus pro solo. Cuiac. hic.

DE [a] AGRICOLIS, ET [b] CENSITIS [c], & COLONIS,

Tit. XLVII.

De oneribus extraordinariis.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Æmilianum P.P.

NVnquam [d] sationibus [e] vel [f] colligendis frugibus insistentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: cùm [g] prouidentiæ sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere.

De alienatione.

2. Imp. *Constantin.* A. ad Dulcitium Cons. Æmiliæ.[h]

SI quis prædium vendere voluerit, vel donare: retinere sibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non possit. Qui enim colonos vtiles credunt: aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi prædium sibi prodesse desperant. Dat. 3. Kal. Maij, Med. Constantio A. IX. & Iuliano C. II. Cons.

De mancipiis vagis.

3. Impp. *Valentin. & Valens* Augusti, Fauentio Vic. Italiæ.[i]

QVisquis ex desertis agris veluti vagos seruos [k] liberalitate nostra fuerit consecutus: pro fiscalibus pensitationibus ad integram terræ [l] professionem, ex qua videlicet serui manare videntur, habeatur obnoxius, id etiã circa eos obseruari volumus, qui ex huiusmodi fundis seruos ad possessiones suas transire permiserint.[m] Dat. Pri. Kal. Aug. Med. Valentin. & Valente AA. Conss.

De functionibus.

4. Iidem AA. ad Modestinum.[n]

HI,[o] penes quos fundorum dominia sunt, pro [p] his colonis originalibus, quos in locis eisdem censitos [q], esse constabit, vel per se vel per exactores [r] proprios recepta compulsionis solicitudine, implenda munia functionis agnoscant. Sanè quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur: ab huiusmodi præcepti com munione discernimus,[s] eos enim conuenit propriæ commissos mediocritati, annonarias functiones sub solito exactore agnoscere. Dat. Kal. Maij, Constantinop. Gratiano A. & Dagalaifo Conss.

Quid dominus prædiorum præstatur.

5. Iidem AA. ad Oricum P.P.

DOmini prædiorum id, [t] quod terra præstat, accipiãt: pecuniam non requirant, quam rustici optare [u] non audent: nisi consuetudo prædij non exigat.

De adscriptitiis, colonis, vel inquilinis reducendis.

6. Iidem AA. & *Gratia.* A. ad Germanianum.

OMnes omnino fugitiuos adscriptitios, colonos vel inquilinos, sine vllo sexus, muneris, conditionisque discrimine, ad antiquos penates, vbi censiti atq; educati natíque sunt, prouinciis præsidentes redire compellant.

De alienatione.

7. Iidem AA. ad Maximum.

QVemadmodum originarios [x] absque terra, ita [y] rusticos censitósque seruos[z] vẽdi omnifaria nõ licebit. Neque verò commento fraudis id vsurpet legis illusor [a], quod in originariis [b] sæpe est actitatum [c], vt parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cùm soliditas fundorum vel certa portio ad vnumquemq; perueniat, tanti quoque serui & originarij transeant, quanti apud superiores dominos & possessores vel in soliditate vel in parte mãserunt: & emptor [d] pretiũ quod dederit, amissum existimet: nihilo minus venditori ad repetendos seruos cum agnatione eorum vindicatione concessa. & si aliqua deniq; ex causa dissimulauerit legis vsurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & hæredibus eius & contra hæredes emptoris vindicationem damus, lõgi [e] temporis prescriptione submota.[f] * *Malæ [g] fidei [h] namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.*

De eo qui adscriptitium recepit, vel eius operas conduxit.

8. Iidem AA. ad Probum.

OMnes profugi in alieno latebras collocantes, cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur: scilicet vt si hi homines apud quos reperiuntur, alienos esse nouerant [i] fugitiuos, & profugis in lucrũ suum vsi sunt, hoc est, siue excoluerunt agros fructibus [k] dominis profuturos, siue aliqua ab hisdem sibi iniuncta nouerunt, nec mercedem laboris debitam cõsecuti sunt: ab illis tributa quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum si occultato eo profugi, quòd [l] alieni esse viderentur, quasi sui arbitrij ac liberi apud aliquem se collocauerunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt, cætera proprio peculio reseruantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt: ab ipsis profugis quecunque debentur, exigentur. nam manifestum est priuatum iam esse contractum. Si qui verò inter agricolas (vt assolet[m]) ex quibuscunque commerciis huiusmodi hominibus esse inueniuntur debitores: coram partibus constitutis iudex ab obnoxiis quod debetur, exposcat.

d C.T. 11.16.4.
e rationibus legit Cuiac.
f συλλογῆς καὶ λογισμῶν meminit author synopseos 55. tit. 1. c. 1. collectionis & rationum, vt hîc, videantur Græci rationibus legisse: nõ, sationibus, hac sententia: vt ne agricola colligendis fructibus aut rationibus occupatus ad extraordinaria onera trahatur.
g hoc est, necessariis occupationibus detinentur, *Synopsis ibid.*
h *C.T. 13.10.1.*
i *C.T. 11.1.12.*
k *vide l. 12. ĩ. eod.*
l glebæ, *in C. Th.*
m obseruare.
n *C.T. 11.1.14.*
o Pro colonis (hi Græcis γεωργοὶ) munia functionum à dominis exiguntur, *synopsis ibi. c. 4.*
p *l. 15. ĩ. eo.*
q censos, *in C. Th.*
r actores, *in C. Th.*
s Dominus pro colono vel adscriptitio conueniri non potest. adde quæ scripsi de clarigatione *ad l. 12. ĩ. de omni agro deserto.*
t Coloni reditus certos & pensiones domino terræ præstant in pecunia vel in speciebus pro solo, *l. 8. l. 20. l. penult. infra eodem.*
u *Id est*, εὔχεσθαι. *Cuiac.*
x Vendi originarii, & censiti serui absque terra non possunt. Reipublicæ enim interest vt censiti terræ suę adhæreant. *adde l. 112. ff. de legatis 1.*
y Censiti, & rustici ab originariis differentia.
z *vide l. 12. ĩ. eod.*
a illusio.
b originarios.
c agitatum.
d Ementis censitũ absq; terra, pœna est pretiũ amittere. Similis pœna in eo qui prædium dominicum emit dempto canone, *adde l. 7. ĩ. de fundis rei priuatæ.* Quid: quibus casibus emptor pretium amittit, cui pretium cedit: venditori, an fisco? fisco. *Accurs. hic, & l. pen. ĩ. de rescindenda.*
e Dixi *ad l. 1. ĩ. de præscript. 30. annorum.*
f Imò non est submota in mancipiis, *l. 3. ff. de diuers. & temporal. præscript.*
g Præsumitur mala fide is possidere, qui contra legum interdicta mercatur.

De immunitatib. specialiter datis, & iugatione, & capitatione.

9. Iidem Augusti ad Populum.[n]

IMmunitates [o] specialiter datæ, & iugatio, & capitatio libris publicis, & ciuitatum aut pronunciarum encautariis [p] sine aliqua probatione factæ penes fruentes ereptę in functionem pristinam redeant. Dat. 3. Non. Mart. Mediol. Merobaude II. & Saturnino Coss.

De agricolarum capitatione censenda.

10. Iidem Augusti Cynegio P.P.

CVm ‖ antea ‖ per singulos viros, per binas verò mulieres, capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem [q] quaternis, vnius [r] pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanensium [s] & Ariaratensium [t] & Armeniæ secundæ, Amasenorum Helenoponti [u], & Diocæsariensiũ Cappadociæ secundæ vrbes, salubris ac temperatæ peræquationis modum monumẽtis publicis iubebit annecti.

De originariis colonis.

11. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.

ORiginarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari præcipimus: sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino vel fundo esse reddendos.

De receptatoribus.

12. Iidem Augusti Florentino.

SEruos [x] vel tributarios,[y] vel inquilinos [z] apud dominos suos volumus remanere. Nam cum [a] metu damni deterritus vnusquisque, eum quem incognitum habuerit, à se cœperit propulsare: voluntas fugiendi seruis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum: sed aut cognitum sibi ingenuum vnusquisque suscipiet: aut eum, qui se liberũ esse simulauerit, à se submouebit, metuens his, quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit repertus,[b] duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator. ipsi autem cuius fuerit, præter eundem fugitiuum, alterum etiam eiusdem æstimationis inferre decernimus.

De liberis colonorum vel inquilinorum. 1. De colonorum translatione.

13. Iidem Augusti Vincentio P.P.

DEfinimus, vt inter inquilinos colonósve (quorum quantum ad originem pertinet vindicandam, indiscreta eadémque penè [c] videtur esse conditio, licet sit discrimẽ in nomine) suscepti liberi, vel vtroque vel neutro [d] parente censito statum paternæ conditionis agnoscant. 1. ¶Illud etiam seruandum est, vt si quando vtriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus ad eã coloniam, quæ laborabat tenuitate, colonos transtulerit, iidémque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transierint: maneat quidem facta translatio, sed ita, vt prædij eius dominus, à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum agnationem restituat.

De fugitiuis.

14. Iidem A. Vincentio P.P. Galliarum post alia.[e]

SI coloni, quos bona fide quisque possidet, ad alios fugę vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ [f] fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri: & tunc [g] causam originis & proprietatis agitari.[h] Dat. 4. Id. Iul. Mediolani, Stilichone & Anthemio Coss.

De fiscalibus debitis.

15 Impp. *Honor. & Theod.* AA.

COlonos, [i] nunquam fiscalium nomine debitorum, vllius exactoris [k] pulset intentio: quos ita glebis [l] inhærere pręcipimus, vt nec puncto [m] quidem temporis debeant amoueri.

De colona quæ se iunxit homini libero.

16. Iidem AA. Palladio.

MVlier, [n] quæ fuisse originaria docebitur, si cuiuscunque liberi hominis secuta consortium, in vrbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit: eius omnẽ [o] sobolem secundum vetera constituta cõueniet reuocari.

Præiudicium possessione per colonum fieri non posse.

17. Iidem AA. Ioanni P.P.

h Mala fide.
i nouerunt, *al.* nominauerunt.
k *vide l. 5. ĩ. eod.*
l ¶qui.
m solet.
n *C.T. 13.10.6.*
o si quis cuicunque donauerit immunitatem, nihilominus contribuere cogitur. *Synopsis Basilicon 54. 7. ex lib. 55. tit. 1. c. 8. vide l. 1. ĩ. de immunitate nemini concedenda.*
p *v. quæ scripsi ad l. 1. . ff. de instructo. Sic in C. T. Cont.* eucteris, *legit Alc.*
q aut.
r ius vnius.
s Comagenensium & Amastriensium, *Alcia. hic.*
t *De Ariata Stephanus: al.* Ariatensium.
u *al.* Amasinorum Hellesponti, & Eleocæsariensium. *al.* Armazenorum *v. hic Cuiac.*
x Agricolarum tria genera, serui tributarii, inquilini, *vt hic*, serui autem hi planè, & censibus adscripti. *l. 3. l. 7. ĩ. eo.*
y Tributarii hic, adscriptitii.
z Inquilini hîc, coloni liberi, *l. 18. ĩ. eo. Saluianus 5. de prouidentia: Nouella valent. de colonis vagis.*
a *adde l. 10. ff. de custodia.*
b vide quæ notaui *ad l. 6. ĩ. de seruis fugitiuis.*
c pœna, *sed malè.*
d alterutro.
e *C.T. 4.2[illegible].1.*
f *vide l. [illegible]. §. quoties. ff. vti possidetis.*
g vide quę notaui *ad l. 156. §. 1. ff. de regulis iuris: vide Dynum ad c. dolo facit. de regulis in 6.*
h *Quæ hic detracta sunt è C.T.*
i *l. 4. in prin. ĩ. eod.*
k exactionis.
l *l. 23. §. cum autem Anastasiana. §. careant. ĩ. eo. l. vnica. C. de colonis Palæstinis: l. vnica. C. de colonis Thracensib. l. vnica. C. de colonis Illyricanis, Nouel. 17. c. 14.*
m Punctũ hic accipe pro momento. Puncto aut momento temporis coloni longius abduci nõ debẽt. adde de momento Cuiaciũ *c. 1. de præscript.*
n *l. vnica. C. T. de inquilinis, lib. 5. tit. 10.*
o *l. 21. ĩ. eod.*

Per

a *Hanc legem Græcam & Latinam edidit Cuiac. cuius mentio fit in l. 23. & ab Euſtathio lib. de temporib.* b Agricolarum alii adſcriptitii, alii coloni. c *vide quæ ſcripſi ad l. vlt. ſ. ne vxor pro marito.* d *vide quæ ſcripſi ad l. 2. j. in quibus cauſis coloni.* Coloni 30. annorum poſſeſſione adquiruntur. e Coloni liberi, *vt hîc, & l. 1. j. de prædiis tamiacis.* adſcriptitii non item. ſ. *eo.* f Militia colonis interdicta.

PEr colonum præiudicium poſſeſſioni, inuito vel inſcio domino, imponi non poſſe, & iure & legum auctoritate declaratur.

De adſcriptitiis & acquiſitis poſſeſſione triginta annor.

18. [a] Imp. *Anaſtaſius.**

AGricolarum [b] alij quidem ſunt adſcriptitij, [c] & eorũ peculia dominis competunt: alij verò tempore annorum [d] triginta coloni fiunt liberi [e] manentes cum rebus ſuis, & ij etiam coguntur terram colere & canonem præſtare. Hoc & domino & agricolis vtilius eſt.

De militiis. De apparitoribus.

19. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Probo P.P.

COlonos nulla ratione ad vllum quamuis humilioris militiæ [f] locum ſinimus admitti: ſed nec apparitores magiſteriæ poteſtatis, cenſibus [g] adſcriptos probari concedimus: quia in hac parte & dominorum [h] iuri, & publicæ conſulimus honeſtati.

Si de terræ dominio dubitetur & locatio negetur.

20. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præf. prætorio.

LItibus imponentes celeritatem, ſancimus, ſi quando coloni cuiuſcunque conditionis cõtra dominos terræ declamauerint, ſuper hoc ipſo dubitantes, vtrum is terræ dominus eſt, nec ne: an ipſi coloni dominium ſuæ terræ poſſident: (eos tamen dicimus qui non ex longo prolixóque tempore, vel longinqua, & inueterata redituum [i] ſuſceptione ſufficientem habent cautelam: in quibus caſibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præſcriptione, vel redituum frequentiſſima conſequentia, [k] colonorum impetum [l] excludente) talem eſſe ſuper redituum vel publicarum functionũ præſtatione formam cenſemus, vt ſi tales coloni quales prædiximus, idoneum fideiuſſorem [m] totius ſummæ quæ ab his dependitur, præſtiterint, quod omnes reditus ſine vlla procraſtinatione, ſi melior cauſa dominorum iudicetur, eis reſtituent, & talis fideiuſſor per triennium accipiatur, eóque impleto iterum remouetur: [n] coloni in medio nullo modo ſuper reditibus à dominis inquietentur.
1 ¶ Si autem hoc coloni minimè facere voluerint vel potuerint: tunc iidem reditus per officium iudicis annui exigantur per ſolita tempora in quæ etiam dominis dependebantur, & deponantur [o] in æde ſacra [p], vel [q] in κειμηλιαρχείῳ [r] ciuitatis ſub qua poſſeſſio ſita eſt: vel ſi localis eccleſia ad ſuſceptionem pecuniarum idonea nõ ſit, in metropolitana eccleſia remaneant cum omni cautela: & poſt pleniſſimam definitionem vel dominis dentur, vel colonis reſtituantur. 2 ¶ Sin autem reditus non in auro, ſed in ſpeciebus inferuntur [ſ] vel in totum, vel in partem [t]: iterum [u] per officium iudicis fructus vendantur, & pretia eorum ſecundum prædictum modum deponantur. 3 ¶ Hęc de reditib. definientes, ad publicas tranſeamus functiones. Et ſi quidem coloni more ſolito eas dependebant, [x] ipſi maneant in priſtina conſuetudine, nullo præiudicio dominis generando, qui etiam [y] quieſcentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minimè inferebant. Sin autem moris erat dominos totam ſummam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones, partem autem in ſuos reditus [z] habere: tunc ſi quidem fideiuſſor à colonis detur, eundem fideiuſſorem dominis ſine præiudicio litis tantam ſummam inferre, quantam tributa publica faciunt, vt à dominis publicis rationibus perſoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generãdo. ſuper reditib. enim, domini fideiuſſione fiant contenti. 4 ¶ Sin autem fideiuſſione [a] ceſſante ad ſequeſtrationem res veniant, & pecuniæ deponantur [b]: ex earum ſumma tanta [c] iudices ſeparare, quanta ad publicas ſufficiat [d] functiones: & eam diſpoſitionem dominũ accipere: quatenus ipſe eam perſoluens, publicas accipiat ſecuritates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros [e] remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præiudicio ſiue colonis ſiue dominis ex huiuſmodi fideiuſſione, vel ſequeſtratione, vel publicarum functionum ſolutione generando: ſed omni cauſa in ſuſpenſo manente, donec iudicialis ſententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & oſtendat quis dominus terræ conſtitutus eſt, [f] & ad quẽ publicarum functionum ſecuritas debet [g] in poſterum fieri, ſeu reditus peruenire, vel permanere. Recitata ſepties [h] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Coſ.

De Natis ex adſcriptitio & ſerua, vel adſcriptitia & ſeruo,

Collatio ſeruorum & adſcriptitiorum.

g id eſt, libris cenſualibus.
h Adſcriptitiorũ peculia ſunt dominorum, *l. 21. in fi. j. eo.*
i *l. ſi certis annis. ſ. de pactis.* vide Molineum de vſuris *q. 20. num. 207.*
k Redituum diuturna & cõtinua præſtatio poſſeſſioné confirmat, & vim longi temporis præſcriptionis habet. *vid. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur.*
l impetus.
m Sequeſtrum fieri impedit, qui ſatiſdationé offert, *vt hîc, & l. vn. C. de ordine cognitionum, l. ſi fideiuſſor. in fi. ff. qui ſatiſdare. Cy. in l. 1. ſ. de prohibita ſequeſtrat.* dummodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituenda re ſine procraſtinatione (exceptis certis caſibus *clement. 1. de ſequeſtra.* poſſeſſionis: *Panorm. cap. 2. extr. eod.*) Eadem ratione ſequeſtrum impeditur contumacia ipſius impetrantis ſequeſtrum: vt ſi lité perſequi negligat. *l. ſi oleum, ff. de dolo.* vt & ſententia poſt ſequeſtrum lata. *Doct. in d. §. vlt.* Quid in ſequeſtro vt ſummaria cognitio, ita citatio [illegible] partis vel alius ordo iudiciar[illegible]s nũ exigitur? nó exigitur: idque propter ſuſpicioné fugæ & rei auferendæ. *Bal. in d. §. vlt. Panorm. d. c. 2. arg. l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. de his quæ in fraudem. vide Bald. deciſ. 240.*
n renouetur.
o vbi non eſt ſatiſdatum, *l. 16. in fi. ff. de off. præſidis. l. 7. in fi. ff. qui ſatiſdare.*
p ędem ſacrã.
q id eſt.
r De Chimelio & Chimeliarchis, vide quæ ſcripſi ad *Nouellam 40. 161. l. vlt. §. vlt. ſ. de bonis authorit. iudic. poſſidendis. Paul. 4. ſent. 6. §. 1.*
ſ inferantur.
t ex parte.
u interim.
x dependant.
y &.
z ſuum reditũ.
a fideiuſſore.
b *al. additur* &.
c tanta.
d ſufficiant.
e Puri reditus, ſoluti à tributis ſic pura ſubſtan-

tia, quæ ære alieno ſoluta eſt, *l. vlt. Cod. de repud.*
f ſit. g debeat.
h *Legendum*, ſeptimiliario. *vide Cuiac. 1. obſeruat. 3.*
i Adſcriptitia libero nubere poteſt: propterea quòd ex eo matrimonio nati adſcriptitii ſunt. *l. 16. ſ. eod. l. vlt. j. eod.* ex adſcriptitió autem & libera nati, liberi ſunt, non adſcriptitii, *d. l. vltim. Nouel. 54.*

21. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitetur, ſi quis ex adſcriptitia & libero, vel ex adſcriptitia & ſeruo, vel adſcriptitio & ancilla fuiſſet editus, cuius ſtatus ſit, vel quæ peior fortuna ſit, vtrúmne adſcriptitia an ſeruilis, ſancimus ea quidem quæ in anterioribus legibus cauta ſunt pro tali progenie quæ ex mulieribus adſcriptitiis & viris liberis progenita ſit, in ſuo ſtatu relinqui, & ſic ſit [i] adſcriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex ſeruo & adſcriptitia, vel ab ancilla & adſcriptitio fuerit editus, matris ſuæ ventrem ſequatur, & talis ſit conditionis, qualis & genitrix fuit, ſiue ancilla, ſiue adſcriptitia, quod hactenus in liberis tantùm & ſeruis obſeruabatur. Quæ [k] enim differentia inter ſeruos [l] & adſcriptitios intelligatur, cùm vterque in domini ſui poſitus ſit poteſtate, & poſſit ſeruum cum [m] peculio [n] manumittere, & adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere?

De probationib. 1. De præſcriptione xxx. vel xl. annorum.

22. Idem A. Iuliano [o] præfecto prætorio.

CVm ſcimus noſtra iura nolle [p] præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confeſſionibus, neque ex ſcriptura, niſi etiam ex aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum: ſancimus ſolam confeſſionem [q] vel aliam quamcunque ſcripturam ad hoc minimè ſufficere: nec adſcriptitiam conditionem cuiquam [r] inferre, ſed debere huiuſmodi ſcripturæ aliquod aduenire adiutorium: quatenus vel ex [ſ] publici cenſus adſcriptione, vel aliis legitimis modis talis ſcriptura adiuuetur. melius etenim eſt in huiuſmodi difficultatibus, & pluribus capitulis conditiones oſtendi, & non ſolis confeſſionibus [t] neque ſcripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem eſt ſcriptura, & poſt [u] ſcripturam confeſſio ſeu depoſitio (ſine vi & neceſſitate tamen) interuenerit (quid enim ſi conditionale [x] inſtrumentum, vel aliam chartulam in qua ſubſcripſit [y] & ||intimauit || & inter acta depoſuit ſeſe colonum fuiſſe adſcriptitium?) tunc ex vtroque genere obligationis, id eſt, tam ſcripturæ, quam confeſſionis vel depoſitionis, talem eum eſſe credendum, qualem ſe & ſcripſit, & inter acta depoſuit. 1 ¶ Illud quoque non ineleganter dubitabatur, ſi coloni filius per triginta annorum curricula, vel forſitan per quadraginta ſeu ampliora adhuc viuente patre, & agriculturam peragente, ipſe in libera conuerſatione [z] morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei ſatisfiebat, [a] non etiam præſentiam eius exigebat: an poſt obitum patris, vel poſtquam fortè inutilis is exiſtat, & ruri non idoneus, poteſt excuſari filius longinqua libertate abutendo: & quòd per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarij operis celebrauit, cùm non poſſit dominus incuſari propter ſuam deſidiam, cui per patrem eius omne quod voluerat, accedebat. in omnibus itaque huiuſmodi ſpeciebus ſatis acerbum nobis videtur, domino præiudicari [b] colonorum abſentia [c], qui rure [d] nati, & poſtea abſentes, per ſuos vel patres, vel fratres, vel cognatos, agriculturam peragebant: cum enim pars [e] quodammodo corporis eius per cognationem in fundo [f] remanebat, non videtur neque abeſſe, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius inconcuſſum, & donec eius vel antiquitas vel poſteritas vel cognatio in agrum remanet, ipſe videatur ibi reſediſſe.

1. ad leg. 18. ſupra h. tit.

2. De adſcriptitiis vel colonis alienis non ſuſcipiendis.

23. Idem A. Ioanni [g] præfecto prætorio.

CVm ſatis inhumanum eſt, terram quæ ab initio adſcriptitios [h] habebat, ſuis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis [i] terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, cenſemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali curſu liberatur: ita nec adſcriptitiæ cõditioni ſuppoſitus, ex annalibus curriculis quantacunque emanauerint, vel quacunque prolixa [k] negotiatione aliquis ſibi vindicet libertatem: ſed remaneat adſcriptitius, & inhæreat terræ, & ſi ſe celauerit, vel ſeparare ſe conatus fuerit, ſecundum exemplum ſerui fugitiui ſeſe diutinis [l] inſidiis furari intelligatur, & ſit ſuppoſitus vnà cum omni ſobole ſua (etſi in

k vide Cuiacium *12. obſeru. 35.*
l Adſcriptitii ſerui ſunt, *vt hîc*, & ea parte differunt à colonis, *l. 1. j. de prædiis tamiacis.*
m Adſcriptitiorum peculiũ ad eorum dominum pertinet, *vt hîc, & l. 18. l. 19. in fin. ſ. eod.*
n *al. additur*, vel ſine eo: *ſed gloſſema eſſe apparet ex Accur.*
o *al.* Ioanni.
p nullum.
q conductionem *in quibus. veter. lib. quam lectionem magis probat Cuiac. & Græcorum auctoritate confirmat.*
r cuidam.
ſ vide Paponem *3. Notar. 9. c. des lettres de terrier.*
t conductionibus.
u Geminata confeſſio ſeu recognitio, magis deliberatè præſumitur facta, quàm ſimplex & non geminata. *Angel. l. vnic. ſ. de plus petit. Corſetus in additionibus ad ſingulare, habetur.*
x conductionale. *ex Græcis emendat Cuiac.*
y ſcripſit.
z conditione. *quam varietatem & Accurſius notauit.*
a ei ſatisfaciebat.
b præiudicare.
c abſentiam.
d ruri, *al.* in rure.
e & propè eadem perſona, *l. vltim. in fine. ſupra de impub. & aliis ſubſtitut.*
f Per partem retinetur vſuſfructus, *l. 5. ff. de vſufructu.*
g *al.* Iuliano.
h adſcriptiones: *ſed malè.*
i alienis.
k vide Molineum *de vſuris quæſt. 20. numero 209.*
l diutius.

a Capitalis illatio, *taille*, Hanc autem præstant dominis, & adscriptitii tributarii.
b quæ non exstat. c *al. deest.* d Liberi homines qui per triginta annos quasi coloni & adscriptitii detenti sunt, liberi quidem manent (quia libertas nulla præscriptione infringi potest) sed terram deserere non possunt, & solennem capitationem inferre coguntur. *adde l. 15. ῑ. eod.*

alia terra eam fecerit) huiusmodi fortunę & capitali [a] illationi: nulla liberatione ei penitus competente. 1 ¶ Cùm autem Anastasiana [b] lex homines qui||per[c]||triginta [d] annos colonaria detēti sunt cōditione, voluerit liberos quidem permanere, non [e] autē habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiam liberi eorum cuiuscūque sexus, licet nō per 30. annos fuerint [f] in fundis vel vicis, deberent colonarię esse cōditionis, aut [g] tantummodo genitor eorū, qui per triginta annos huiusmodi cōditioni illigatus esset: sancimus liberos colonorū esse quidem in perpetuū secundū præfatā legē liberos, & nulla deteriori conditione prægrauari: nō autē habere licentiam relicto suo rure ad aliud migrare: sed semper terræ inhæreant, quā semel colendā patres eorum susceperunt. Caueant autē possessionū domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquā innouationē vel violentiam eis inferre. si enim hoc approbatū fuerit, & per iudicem pronūtiatū: ipse prouinciæ moderator in qua aliquid tale fuerit perpetratū, omnino prouideat & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & ||sic|| vetere consuetudinē in reditibus [h] præstandis eis obseruare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundū vbi cōmorantur, relinquere: [i] & hoc tam in ipsis colonis, quā in sobole eorum, qualiscūque sexus vel ætatis sit, sancimus, vt & ipsa semel in fundo nata, remaneat in possessione sub eisdem modis eisdémque cōditionibus sub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definiuimus. 2 ¶ Nemini autem liceat vel adscriptitium vel colonum alienum sciēti prudentiq; in suum rus [k] suscipere: sed & si bona fide eum susceperit, postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino vel ipsius adscriptitij, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem suū, hunc restituere eum cum omni peculio & sobole sua. & si hoc facere supersederit: omnis quidē temporis quo apud eum remoratus est, publicas functiones siue terrenas siue annales [l] pro eo inferre compelletur: cura & prouisione tam eminentissimæ præfecturæ, quàm præsidis prouinciæ. coartetur autem sic ad restitutionem eius secundum veteres constitutiones, & pœnas in eis insertas.

De natis ex adscriptitio & libera.

24. Idem A. Ioanni [m] præfecto prætorio.

SI qui adscriptitiæ † cōditionis cōstituti, mulieres liberas quacunque mente aut quacunq; machinatione, siue scientibus, siue ignorantibus dominis sibi [n] vxores cōiunxerunt vel coniunxerint: [o] in sua libertate permanere, tam eas, quàm prolem quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo proculdubio obseruando, vt si ex libero marito & adscriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ [p] conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem, sed ne adscriptitij [q] putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maximè verendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius, siue per se, siue per præsidem prouinciæ talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere, quod si neglexerit, sciat in suum damnum huiusmodi desidiam [r] reuersuram.

DE CAPITATIONE [s] CIVIVM [t] censibus eximenda,

Tit. XLVIII.

1. Imp. *Constantinus* ad Eusebium V.P. Præsidem Lyciæ & Pamphyliæ [u].

PLEBS [x] vrbana (sicut in Orientalibus quoq; prouinciis obseruatur) minimè in censibus pro capitatione sua conueniatur: sed iuxta hāc iussionem nostram immunis habeatur. [y] Dat. kal. Iun. Constantino A. III. & Licinio III. Coss.

IN QVIBVS CAVSIS COLONI CENSITI [z] dominos accusare possint,

Tit. XLIX.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Maximum vic. Orien.

e *3. Harmenop. 8. §. 11.*
f *In veter. lib. legitur, vt adnotat Cuiac. & reperi in lib. Aure. & duobus al. manus.* licet non 30. annos fecerint.
g an tantum modò.
h Coloni certos reditus præstant domino. *l. 5. ῑ. eo.*
i *vide l. 15. ῑ. eo.*
k *al.* ius.
l *al.* animales, *quam varietatē Accurs. notauit.* Animalis autem functio *hîc & l. eorum. Cod. Theod. de collat. donatar. vel releuat. posses.* pecunia est pro capite. Ψυχικὴ συντέλεια. *in l. vl. ῑ. de annonis & tributis.* Ψυχικὰ δημόσια *Græci in l. vlt. ff. de munerib.* Capita, capitationes, census capitis. *Plutarch. de liber. educat.* prædiis non imponuntur, sed colonis & mancipiis quæ in prædiis: & ita intellige. legē, *l. si minor. ῑ. de act. emp. l. vlt. C. The. sine censu:* & Sidonium in illo versu ad Maiorianū: His capita vt viuā, tu mihi tolle tria. *vide Cuiac. in d. l. vlt.*
m *al.* Hermogeni magistro officiorum.
† Adscriptitius olim erat ex adscriptitio & libera natus: hodie liber nascitur, *vt hic,* quod de iis intelligitur qui post hanc constitutionē nascituri, non ante *Nouel. 22. & 54.* hodie colonus est, neque terrā deserere potest *Nouel. 162. adde Nouel. 78. c. 3. & Nouel. 117. c. 6.*
n Adscriptitio cum libera muliere, etiāsi hoc sciat consentiátque dominus, cōnubium non est: ideoq; rectè à domino potest dirimi, *vt hic,* Deterior est in eo conditio adscriptitiorum, quàm seruorum, propter agriculturę necessitatem. Nā serui si liberum duxerint matrimoniū, sciente vel consentiente domino, matrimonium non dirimitur.
o *Iustinian. in Nouel. 54. ait hæc verba callidè à quibusdam accepta, ideóque ea interpretatur in illa Nouel. Contius.*
p *l. 21. ῑ. eod.* vide Cuiac. *4. obserua. 28.*
q *Coniunge. l. vnic. §. vlt. de S.C. Claud. tol. supr.*
r residiam.
ſ Capitatio est census capitis.

t s. Romanorum. u *C.T. 13. 10. 2.* x Capitationem plebs vrbana non præstat, *vt hîc,* sed nec metrocomitæ, *l. vlt. ῑ. de exactorib. tribut.* Coloni capitationem præstant, *l. 1. ῑ. ne rusticani. ad vllum obseq.* exceptis Thracēsibus, Illyricanis, & ecclesiæ Thessalonicensis. *dixi ad d. l. 1.*
y *Detracta sunt quædam è C.T.* z *al.* capite censiti. a dignoscitur.

QVISQVIS colonus plus à domino exigitur, quàm ante consueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactum est: adeat iudicem, cuius primùm poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: vt ille qui conuincitur amplius postulare, quàm accipere consueuerat, hoc facere in posterum prohibeatur, prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur [a] extorsisse.

Coloni censiti, licet respectu aliorum sint liberi, tamen quo ad personas dominorum quibus tributa præstant, quadam seruitute tenentur adstricti. Bart.

2. Imperatores *Arcadius & Honorius* AA. Nebridio comiti Asiæ.

COloni censibus [b] duntaxat adscripti, [c] sicuti ab his [d] liberi sunt, quibus eos tributa [e] subiectos non faciunt: ita his quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij [f] sunt, penè est vt quadam dediti seruitute videantur: [g] quo minus est ferendum, vt eos audeant lite pulsare, à quibus ipsos, vtpote dominis, vnà cum possessionibus distrahi posse non dubium est: quam de cætero licentiam submouemus: ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere: & cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim sæpissimè decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret: quemadmodum contra eius personam æquo poterit iure consistere, quem nec propria quidem leges sui iuris habere voluerunt, & acquirendi tantùm, non etiam transferendi potestate permissa, domino & acquirere & habere voluerunt? Sed vt in causis ciuilibus huiusmodi hominum generi aduersus dominos vel patronos aditum intercludimus, & vocem [h] negamus (exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi prębuerunt) ita in criminum accusatione, quæ [i] publica est, non adimitur eis propter suam suorúmque iniuriam experiundi licentia.

DE COLONIS PALÆSTINIS,

Tit. L.

1. Imppp. *Valentinianus, Theodos. & Arcad.* AAA. Cynegio [k] P.P.

CVM per alias prouincias quę subiacēt nostræ serenitatis imperio, lex à maioribus constituta, colonos quodam æternitatis [l] iure detineat, ita vt [m] illis non liceat ex his locis, quorū fructu [n] releuantur, abscedere, nec ea deserere, quę semel colenda susceperunt, neque id Palęstinę prouincię possessoribus [o] suffragetur: sancimus vt etiam [p] per Palęstinā nullus omnino colonorum suo iure velut vagus ac liber exultet, sed exemplo aliarum prouinciarū ita domino fundi teneatur, vt sine pœna suscipientis non possit abscedere: addito eo, vt possessionis [q] domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.

DE COLONIS THRACENSIBVS,

Tit. LI.

Thracenses capitationis tributa non præstant, sed tributa terræ. Bart.

1. Impp. *Theodos. & Valentin.* AA.

PER vniuersam diœcesim Thraciarum [r] sublato in perpetuum humanę capitationis censu, iugatio [ſ] tantum terrena soluatur. Et ne fortè colonis tributarię sortis nexibus absolutis, vagandi, [t] & quo libuerit recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario iure teneantur: & licet conditione [u] videantur ingenui, serui tamen terrę ipsius cui nati sunt, existimentur: nec recedendi [x] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessores [y] eorū iure vtantur & patroni [z] solicitudine, & domini [a] potestate. Si quis verò alienum colonum suscipiendum retinendúmve crediderit: duas auri libras ei cogatur exoluere, cuius agros transfuga cultore vacuauerit [b]: ita vt eundem cum omni peculio suo & agnatione restituat.

b Census hîc, libri censuales, *l. 4. ῑ. de agricolis.* scripturæ publici census, *l. 22. ῑ. de agricolis.*
c Adscripti censibus, *l. 18. ῑ. de agricol. & censit. l. 10. ῑ. de re militari. l. si quis presbyter. ῑ. de episcopis.* sunt adscripti: de quibus mox dicetur.
d *al.* sicuti hi liberi.
e Tributarii hi cēsiti, seu capite censiti, *l. 2. Cod. Theod. si vagum mancipium:* censibus obnoxii, *l. 1. ῑ. de tyronib.* adscriptitii, qua si adscripti censib. *ῑ. eod.* terræ Gręci ἐναπόγραφοι, ἀπογεγραμμένοι τῇ γῇ πάροικοι.
f *vide l. vnic. ῑ. de colonis Thracensib.*
g vt quadam debiti seruitu. vid. adstricti. Quo, &c.
h Vox cui in certo loco negata sit, eidē vocē seu suffragiū in iudicio negatū esse colligit Corserus *singulari statutum, statuto cauetur.*
i Accusatio criminum, publica est.
k *al.* ciuibus.
l Coloni æternitatis quodam iure addicti locis ex quorum reditibus subleuantur.
m *vide l. 15. ῑ. de agric. & censit.*
n Coloni fructus ex fundo colonario sibi maximè percipiunt.
o possessionib.
p Coloni etiā in Palæstina à possessionū dominis reuocari possunt.
q Colonus nō est dominus fundi, sed eius dominus.
r Capitationē non præstant coloni Thracenses, *vt hic,* vt nec Illyricani, *l. vnica. ῑ. titul. proximo.* plura vide quæ scripsi *ad l. 1. ῑ. ne rustica-ni.*
ſ Iugatio terrena à capitationis humanæ censu differt. Capitationem autem paulò post vocat tributariam sortem.
t Colonis vagari & quo libuerit recedendi facultas non est, *l. 15. ῑ. de agricolis.*

u Coloni conditione ingenui, serui tamen terræ sunt. x redeundi.
y Coloni possidentur à patronis suis & dominis.
z Coloni patronum habent.
a Coloni dominum habent, *vt hîc,* aut potius terra ipsa, coloni domina.
b *al.* cultor euacuauerit. *al.* vacauerit.

DE

a Illyricanis,*al.*Illyrianis.
b capitationem non præstăt coloni Illyricani: *vt hîc.*vide plura *ad l.1.j.Ne rustica-ni.*vbi dixi.
c Coloni originis & agnationis merito in rure immorantur.
d Id speciale hoc casu:aliud ius in aliis est.*l.4.§.quod si seruus.*ʒ.*de seruis fugitiuis.*

DE COLONIS ILLYRICIANIS[a], Tit. LII.

Coloni Illyriciani origine,à terra se separare non possunt.Bart.

1. Imppp.*Valentin.Theodos.& Arcad.*AAA.

COlonos,inquilinósque per Illyricum [b], vicinásque regiones,abeundi rure in quo eos originis [c] agnationísque merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inseruiant terris non tributario nexu , sed nomine & titulo colonorum:ita vt si abscesserint, & ad alium transierint:reuocati , vinculis pœnísque subdantur : maneátque eos pœna, qui alienum & incognitum recipiendum esse duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni quod locis quæ deseruerant,factum est : quàm multæ [d], cuius modum in auctoritate iudicis collocamus : ita vt etiam dominus fundi in quo alienus fuisse monstrabitur , pro qualitate peccati coercitionem subire cogatur : nec sit ignorantiæ locus , cùm ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit [e],ignorationis excusatione sublata , quadrupli pœna teneatur , operarum præterea compendiis damnísque præstitis. In libertis etiam quos pari vsurpatione susceperit,is modus sit,quem circa liberos colonos duximus retinendum.

e *l.vlt.*ʒ.*de operis libertorum.*
f si quis in fraudem fiscalium ad patrocinium alicuius , sub prætextu donationis vel venditionis,vel conductionis , confugerit:quod factum est , nullā firmitatem habeat:tabellionibus qui instrumēta conficiūt, bonorum proscriptione plectendis , & vico id committente , similiter fisco vindicando. Qui verò susceperit,si locuples est, centum auri libras soluat: si inops proscribatur:eadē pœna multādis iis, qui hāc ad rem ministeriū suū præbuerint. *Synopsis Basilicon 7.tit.9. ex lib.56. tit. 3.c.1.*
g *Pars l.vlt.*ʒ.*de exactorib. tributorum.*
h nominis, *vide Saluianū libr. 5. de prouid. Dei.*
i Patrocinij nomine quod possidetur, verè nō possidetur.*l.vlt.*ʒ.*de exact.tribut. vide* ʒ.*tit. Ne liceat potentior.*
k Tabelliones, publici contractuum scriptores. *l.2.*ʒ.*de Eunuchis. l.17.*ʒ.*de fide instr. & testamentor. l.24*ʒ.*de testam. l.14.§.2.*ʒ.*de sacros.Eccles.*νομικοὶ, ἀγράφοι, vt quæ ab eis conficiuntur ἀγράφα forensia. *d.l.17.*
l Publicari vel vicus integer potest.
m Clientes,suscepti.vide *Cuia. 8.obseruat.14.*
n artibus.
o *vide l.2.j. de militari veste.*
p Thracia.
q Oriens diuisus in prouincias quinque. *d.l.2.Nouella 24.*
r & iterum.
s *al.* vigintiocto,*al.*xxix.
t κωμήταις.Nemo vicanis patrocinium polliceatur, nec agricolas ad clientelā suscipiat , eo nomine redituum promissione vel alio lucro recepto. Quòd siquis hęc transgrediatur, & supradictis pœnis subiacebit , & aliā prætera maiorem. *Synopsis ibid.c.2.*

VT NEMO AD SVVM PATROCInium suscipiat rusticanos,vel vicos eorum, Tit. LIII.

1. Impp.*Leo & Anthemius* AA.Nicostrato P.P.

SI [f] quis [g] post hanc nostri numinis [h] sanctionem, in fraudem circunscriptionémque publicæ functionis , ad patrocinium [i] cuiuscunque conditionis confugerit : id quod huius rei gratia geritur sub prætextu donationis vel venditionis , seu conductionis , aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem:tabellionibus [k] qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, bonorum proscriptione plectēdis, qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere:vicis [l] etiam vel possessionibus ad patrocinia confugientium,publico vindicandis. Hæ autem personæ quæ contra publicam vtilitatem in clientelam [m] suscepisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur:mediocris verò fortunæ,facultatum suarum amissione plectentur : eadem pœna multandis etiam his qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus [n] improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore , quod sacra constitutio a diuæ memoriæ Martiano promulgata continet,id est,in [o] Thracia [p] quidem diœcesi abhinc annis triginta , hoc est à consulatu Aetij secundo, & Sigisbuldi:in Orientali [q] verò,& Ægyptiaca,& Pontica,& [r] Asiana diœcesi,vigintisex [s]:hoc est,à consulatu Cyri valere,atque executioni mandari præcipimus.Dat.Kal. Septemb.Anthemio A.II.Consule.

2.

NE quis vicanis [t] patrocinium polliceatur , vel agricolas in clientelam suscipiat redituum alteriúsve lucri promissione recepta. & vt qui hæc non seruauerit, supradictis pœnis maiorique cōmotioni subiaceat. Præterea vt vicani si serui sint, dominis castigati reddantur:si liberi , xx. libris multentur , & verberati vnà cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur,dummodo scientibus omnibus secesserint.

3. Imp.*Iustinianus* A.

SI cuiuslibet tributarius [u] iunxerit sibi tributariam vxorem, vel econtrario si [x] cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno:tam tributarij quàm serui filios, matrum sequi conditionem , earúmque more genitricum suarum dominis subditos esse censemus.

u Liberi tributarij & tributarię,matris conditionem sequuntur, sunt in eius dominio,qui matrem ipsam habet in potestate.
x Liberi serui & ancillæ diuersorum dominorum,cedunt materno domino.
y Vt. z De rusticorum priuilegiis vide Chopinum. a *l.vnica* ʒ.*de capitatione.*
b *Id est, extra metrocomias.Cont.* c Capitationem præstant rusticanæ plebes, seu coloni. *vt hîc*:exceptis Thracensibus,& Illyricanis. *l.1.*ʒ.*de colonis Thracensib.* & Ecclesiæ Thessalonicensis. *l.12.*ʒ.*de annonis & tributis.* Plebs vrbana non præstat. *l.1.*ʒ.*de capite ciuium censu eximendo.*sed nec metrocomitæ.*l.vlt.*ʒ.*de exact.tribut.*
d nullum. e rationabili. f cogantur. g *Sic in man.* h *C.T.11.11.1.*
i *Multa hîc sunt detracta è C.Th.*

k sublatis.
l vltimo subiugetur exitio,*in C.Th.sed pœna immutata est à compositoribus.*
m operas.
n metrocomia id inter vicos est,quod Metropolis inter vrbes, Metropolis mater vrbium & prouinciæ. Solino,Floro,Ammiano , Metrocomia mater & caput vicorum. vt vrbes à capitatione immunes , ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici. *l.vlt.*ʒ.*de exact. tribut. l.1.*ʒ.*Ne rusticani ad vllum obseq.*

NE[y] RVSTICANI[z] AD VLLVM obsequium deuocentur, Tit. LIIII.

1. Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.& CC.

NE [a] quis ex rusticana plebe,quæ extra muros [b] posita capitationem [c] suam detulit , & annonam congruam præstat, ad vllum [d] aliud obsequium deuocetur:neque à rationali [e] nostro munerum fiscalium vel equorum ministerium subire cogatur [f].||Sine die & consule [g].||

2. Impp.*Valentinian.& Valens* AA.ad Probum P.P.Illyrici [h].

SI qui eorum qui prouinciarum rectoribus obsequuntur , quíque in diuersis agunt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles , rusticano cuipiam necessitatem obsequij quasi mancipio sui iuris imponant , aut seruum eius vel fortè bouem in vsus proprios necessitatésque conuerterint [i]:ablatis [k] omnibus facultatibus,perpetuo subiugentur exilio [l]: & nihilominus rusticanum,qui se in eiusdem opera [m] sponte propria detulisse desponderit , par pœnæ seueritudo constringat. Dat.prid.Kal. Octob.Agrippinæ, Valentiniano & Valente Coss.

NON LICERE HABITATORIbus Metrocomiæ [n] loca sua ad extraneum transferre, Tit. LV.

1. Impp.*Leo & Anthemius* Augusti, Nicostrato P.P.

IN [o] illis [p] quæ metrocomiæ communi vocabulo nuncupantur, hoc adiiciendum necessariò nostra putauit humanitas,vt [q] nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur [r]: sed si quis ex iisdem vicariis [s] loca sui iuris alienare voluerit , non licere ei,nisi [t] ad habitatorem adscriptum eiusdem [u] metrocomię,per qualemcunque contractum terrarum suarum dominium possessionémque transferre : sciente persona extranea, quòd si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentauerit:quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu: & contractu soluto , si quid præstitum est , hoc [x] tantum reddetur.Dat.Kal.Sept.Anthemio A.II.Cos.

o si voluerit habitator metrocomiæ(ὁ προκωμήτης vel μητροκωμήτης) rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat , sed eiusdē vici habitatori: Nam quidquid alioquin agetur , irritū erit: nec quidquam cōsequetur emptor , nisi quod præstita recipiet. *Synopsis Basilicon 55. in fin.* περὶ προτιμήσεως τῶν πιπρασκομένων παρὰ μητροκωμήτου : id est, de præstatione in rebus iis quæ ab habitatore metrocomię vēduntur.
p *Pars l.vlt.*ʒ.*de exact.tribut.*
q *l.8.*ʒ.*de exact. tribut.*Ceterum interpretes quidam ad hunc locum referunt quęstionem peregrinitatis quę apud Gallos Ius Albinagij continet . de quo vide *l.11.*ʒ.*de episcop.& clericis. Paponem 5. Arrestorum 2.& 3.Notar.6. c.des lettres de Naturalité.*
r attribuatur.
s *aliàs* vicanis, *hi sunt* μητροκωμῆται,*de quib.v. hîc Cuiac.*
t Ius προτιμήσεως datur comitanis. *vt hîc*: non tamen sociis. *l.1. dudum.*ʒ.*de contr.empt.*
u eidem.
x emens Vicani prædium nō Vicaneus , precium recuperat. *vt hîc* : nō idem est in eo qui censitū absque terra.*l.7.*ʒ.*de agricolis & censitis.* qui , dominicū prædium dempto canone comparat. hi enim pretium amittunt.*l.vlt.j.de fundis rei priuatæ.*
y vicanis.*al.*vicariis.
z De clarigatione & iure Represaliarum adde *l.4.j.de exsecut. Nouella 52. l.3.in fin.*ʒ.*de vxor.pro marito.*

VT NVLLVS EX VICANEIS[y] pro [z] alienis vicaneorum debitis teneatur, Tit. LVI.

1. Imp.*Zeno* Augustus.

GRaue [a] est non solum legibus , verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

DE CENSIBVS[b] ET CENSItoribus,& peræquatoribus,& inspectoribus, Tit. LVII.

De collusione & fraude tabulariorum.

1. Imp.*Constantinus* Augustus ad populum [c].

QVoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum sarcinam [d] ad [e] inferiores transferunt : iubemus , vt quisquis se grauatum probauerit, suam tantùm pristinam [f] professio-

Authent.Habita ʒ.*Ne filius pro patre.*
a *Huc pertinet l.2.de exact.C.Th.l.4.j.de exactor.*
b *ff.15.vide Molineum ad Consuet.titul.des Censiues.*
c *C.T.13.9.7.* d *l.5.j.eod.*
e Ita Q.ad M.Ciceronem fratrem Asiæ Proconsulem scribens , illud in eo in primis laudat , quod effecerit vt tributa ciuitatum ab omnibus qui earum ciuitatum fines incolunt, tolerarentur æquabiliter.
f Censualis professio non tantum testibus,sed ex antiqua seu priore potest argui. *l.1.*ʒ.*de immunitate nemini concedenda.*& ita intellige *l.10.ff.de probationib.*Nam aliàs tabulæ censuales potiores sunt testibus.

nem agnoscat. Datum XV. Kalend. Febr. Romę, Constantino A.III. & Licinio Coss.

De paupertate simulata succisis vitibus vel arboribus.

2 Imppp. *Gratianus, Valentinianus, & Theodosius*, Augusti, Eutropio P.P.[a]

QVisquis [b] vitem succiderit [c], aut feracium ramorum fœtus vetauerit [d], quò declinet fidem censuum & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus, competenti indignationi subiiciatur,[e] illo videlicet euitante [f] calumniam, qui fortè detegitur laborasse pro copia, ac||pro[g]||reparandis agrorum fœtibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. Dat. prid. Non. Iun. Constantinop. Eucherio & Syagrio Coss.

De procuratore subducto, colonóve fugato.

3. Iidem Augusti Cynegio P.P.[h]

SI peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit [i], aut colonum per [k] contumaciam retractionis [l] fugauerit: ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peræquator apposuerit, nostrę sanctionis auctoritate tenebitur. Datum VI. Kalen. April. Constantinopol. Honor. N.P. & Euo dio Coss.

Si defectorum prædiorum releuatio petatur.

4. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* Aug. Rufino P.P.[m]

OMne territorium censeatur, quotiens defectorum leuamen exposcitur, vt [n] sterilia [o] atque eremap his, quæ culta vel opima sunt, compensentur. Data III. Non. April. Cõstantinop. Theodosio. A.III. & Abundãtio Coss.

De iniqua peræquatione.

5. Iidem AA. Rufino P.P.[q]

QVi [r] grauatos se esse à peræquatoribus [s] conqueruntur, & iniusto [t] oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem: vt quid remissum gratia, quídve interceptum fuerit fraude, conuincant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, vt aliis demeretur: quod intra annum [u] post codicum oblationem, quo [x] videbitur, de iniusto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione [y] conuincat: vt quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat [z], quem debitæ functioni [a] fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur, exceptis [b] minoribus qui fuerint indefensi: his etiam, qui abfuerint [c] reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint [d] facultatem. Datum 3. Kal. Decembr. Constantinop. DN. Theodosio A.III. & Abundantio V.C. Coss.

De negligentia vel gratia peræquatorum vel discussorum.

6. Impp. *Arcadius & Honorius* August. Eusebio P.P.[e]

PEræquatores [f] ac discussores [g] si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum bonorum [h] iacturam [i], verumetiam annonarum [k] in quadruplum [l] multam [m] subire debebunt: ea verò, quæ in damnum prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exoluere. Dat. 4 Kal. April. Med. Arcadio & Honorio III. AA. Coss.

De addictione prædiorum desertorum.

7. Impp. *Honorius & Theodosius* Augusti, Sebastiano Comi. primi ordinis [n].

APud [o] eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua [p] verò temporis anteacti à nouo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si [q] quis verò priuatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta vsque [r] nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat: allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare [s] debebit: ita vt æquitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio: is qui à peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis [t] subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis donationes [u] semel constitutæ turbentur, sex [x] mensium spatium censemus debere seruari: intra quod is qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat [y] actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum: nullum [z] penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis||ex [a]||eo tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de suo iure vel per se, vel per homines suos non crediderit actitandum, [b] sex [c] mensium curriculis euolutis, in perpetuum cõquiescat. Data pridie Idus Mart. Rauennæ, Honorio XI. & Constantio II. Coss.

DE OMNI AGRO DESERTO, & quando steriles fertilibus imponuntur,

Tit. LVIII.

Prædia deserta decurionibus loci cui subsunt, aßignari debent, cum immunitate triennij. Bart.

1. Imp. *Constantinus* A.

CVm diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & pro his fundis qui inuenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta de solennibus satisfacere: seruato hoc tenore præcipimus, vt si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera [d] possessionibus & territoriis diuidantur accepta [e].

2. Idem A.[f]

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessionęs sustentare consueuerat [g], & succisis quasi quarundam virium neruis, reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem [h]||inopem [i]|| inutiles permanebunt. Dat. 8. Id. Decemb. Thessal. Feliciano & Tit. Coss.

3. Impp. *Valentinian. & Valens*, AA. ad Mamertium P.P.

QVicunque deserta prædia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum nõ prius sinantur accedere, quàm vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonij sui maximè vtilibus obligatis, idonea cautione firmauerint susceptam||à se||possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

4. Iidem Aug. & *Grat.* A. ad Crescentium Vic. Afric.[k]

HÆredes scripti etiam pro [l] minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renuntiandum hæreditati putent, cedant his omnibus [m] rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo & iure perceperint. Dat. 4. Id. Iul. Contionaci, Grat. A.II. & Probo Coss.

Poßidens prædia sterilia & fertilia, non potest renuntiare sterilib. & fertilia retinere. Bart.

5. Impp. *Valentinianus & Theodos.* Augusti.

QVi vtilia [n] reipublicæ loca possident, permixtione facta etiam deserta [o] suscipiant vt si earum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præstatione salua cum desertis & culta possideant, sublata [p] à paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes grauatura sit pars relicta.

6. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Nebridio Comiti R.P.[q]

QVisquis [r] conductor fuerit inuentus possessor fundi ||fertilis [s],|| qui ex publico vel templorum iure descendit, huic ager iungatur inutilior [t]. quòd si contra id reluctandum existimauerit, alius possessor sub eadẽ præstatione quæratur: vel si voluntarius qui [u] sit conductor non inueniatur, tunc [x] ad possessores antiquos, id est decuriones, vel quoslibet [z] alios loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur: idoneis fideiussoribus præstitis [y]. Datum XV. Kalend. Febr. CP. Merobaude II. & Saturnino Coss.

7. Iidem Augusti [z].

QVicunque desertum [a] fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneúmque præstiterit: saluo patrimoniali canone [b], perpetuo ac priuato iure defendat [c],

& velut

---

a C.T.13.11.1.
b Si quis, *in C.Th.*
c aliud si mortuæ sint. *l.4.§.2.ff.eod.*
d *C.Th.* hebetauerit. *fortè* amputauerit. *al.* vitiauerit. *vide l.4.§.si quis.ff.de censib.*
e *Immutata est pœna, quæ in Cod.Theod.expressa est.*
f vitante.
g *Abest à C.T. & quib.lib.*
h *C.T.eod.2.*
i *l.4.§.si quis.ff. de censib.*
k ad, *in C.Th.*
l retractationis, *in C.Th.*
m *Cod. Theod. eod.3.*
n *vide l. 4. j. titulo proximo.*
o squaliora. *in Cod.Th.al.* squalidiora.
p ieiuna, *in C.Th.*
q *C.Th.eo.4.*
r *l.1. in pr. s. eo.*
s Perequatores sunt, qui inspectis prędiis census æquabili ratione imponũt aut emendant.
t iniuncto.
u Qui se grauatum dicit à censitore vel peræquatore, ea de re queri & agere potest intra annum, non post annum.
x cui, *in C.T.*
y *al.* competitione, *in C.T.*
z agnoscat.
a functionis.
b sequestratis, *in C.Th.*
c abfuerunt, *al.* abierunt.
d habere potuerint.
e *C.T.eod.7.*
f Peræquator ἐξισωτής: discussor, λογοθέτης. *Synopsis Basilicon 56.tit.14.c.1.§.6.*
g *Quædam hîc sunt omissa à C.Th.*
h *honorum, in C.T. & vet.quib. lib. quod magis probat Cuia.Græcorum auctoritate.*
i quæ & emolumenta *l.11. s. de annonis & tributis.*
k *l.1. s. de discussorib.*
l Imò in duplum *l.vnica. s. de exactorib.*
m multæ, *in C.Th.*
n *C.T.e.l.pe.cuius hîc omissum est initium.*
o *v. l. 11. in fi. j. de omni agro deserto.*
p λοιπάδες Græcis dicuntur. *Synopsis ibid.* Qui à fisco auctionãte rem cõparat, pretium tantum præstat, non reliqua *vt hîc: & l.6.in fi. s. de fide & iure hastæ fiscalis. l.2. j. de fundis rei priuatæ.* olim ius id non erat. *l.prædijs ff.de iure fisci.* Verùm cùm id pleriq; refugientes nollent à fisco emere, facilius inueniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente id remissum. *l.1.Cod. Theodos. de fideiuss.ciuit.* In priuatis auctionibus, emptor reliqua etiam præstat. *l. Imperatores. ff. de publicanis. vt s. sine censu.*
q Qui possessionem à peræquatore traditam, velut obligatam sibi euincit, expensas meliorationis soluere debet: & intra sex menses actionem sibi competentem instituere. *Synopsis ibid. adde l.11.in fi.j.de omni agro deserto.*
r hucusque, *in C.T.*
s apud spectabilitatẽ tuã publicare, *in C.T.*
t recepris, *in C.Th.*
u dominationes, *in veter.lib. manusc. id est dominia, in C.T.* dominationis.
x duorum, *in C.Th. dixi ad l. locorũ j. de omni agro deserto.*
y exerat, *in C.Th.*
z De exceptione litis finitę vide Rebuff. *tractatu de exceptionib. numero 600. & 606.*
a *Abest à Cod. Theodos. & quibus.manusc.*
b actitatum.
c duorum, *in C.Th.*
d *vide l.6.in fi. j.eod.*
e *Hoc verbum,* accepta, *est ex subscriptione, vt* Data.
f *C.T.11.1.4.*
g *vide l.5. s.eodem.*
h desertorem.
i *Abest à Cod. Th.*
k *C.T. 11.1.17. vbi legitur,* Crescentem.
l *l.2. s. eod. l.5. §.6. l.7.§. cæterum. l.9.l.10.j.eodem. l. 4. j. titulo proximo. l.10.j.de fundis patrimonialib.*
m Institutus à debitore, repudians eius hæreditatem priuatur omnibus bonis non solum hæreditariis, sed quocunque titulo ad delatis à testatore. *Corsetus singulari hæres.*
n εὐθαλῆ χωρία: Qui fertilia loca possident, etiam ἄπορα sterilia suscipere debent. Quod si nolint, cedere debent fertilibus vt & omnia mancipes habeant. *Synopsis Basilicon 56. ex titul.14.c.12.*
o *l.3. l.4. s. eodem.*
p sublatis.
q *Sic legitur in C.T. 10.3.4. vnde hæc lex desumpta est. al.* Iidem Augusti.
r Vt quisque *in C.Th. al.* Vt quisquis. *al.* Vt quicunque.
s *Abest à C.T. & quib.lib.*
t *d.l.4.*
u quis conductor, *in C.Th.*
x *l.1. in fin. s. eod.*
y præbitis, *in C.Th.*
z *in quib. additur,* & Arcadius A. Cynegio P.P.
a defectum.
b *l.5. l.9. j. de fundis patrimonialib.*
c defendatur.

a optimas,*al.*opportunas. b *l.4.§.eod.* c defecta. d *al.*qui. e Deserta defecta siue ἄπορα prædia qui suscipiunt, non nisi post biennium,solennem canonem fisco inferunt. f Vide Alcia.hîc,qui legit diacatharotiæ, sed Cuiacius magis probat excusam lectionem , & diacatochiam interpretatur possessionem ex qua fisco canon debetur:vt,ad diacatochiæ vicem,significet,possessionis titulo & iure.

& velut domesticum , & auita successione quæsitum sibi habeat,suísque relinquat,neque eum aut promulgatione rescripti , aut reuerentia sacræ adnotationis quisquam a fructu impensi operis excludat. Cæterùm eos qui opimas [a] ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas , pro [b] deserta [c] scilicet portione summam debiti præsentis iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine , nec ad plenum idoneas , nec omnibus modis vacuas detinent,sic ex illis quoque quæ[d] præsidio indigent, iustam ac debitam quantitatem debere suscipere, vt indulto temporis spatio , post biennium[e] decretum canonem soluendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis obiectione submoueatur quo minus ad diacatochiæ[f] vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat , earum tributa & canonem soluturus : illud speciali obseruatione procurans, vt primo vicinas, & in eodem territorio sortiatur:dehinc si neque finitimas neque in eisdem locis repererit constitutas,tunc demum etiam longius positas:sed in quantum fieri valet, pro interiecto spatio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat , vt id consensu [g] omniu fiat, quod omnibus profuturum est.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest inuadere: siue inuadens sit vicinus, siue non.

8. Imppp.*Valentin.Theod.& Arcad.*AAA.

QVi [h] agros domino [i] cessante desertos vel longè positos,vel in finitimis , ad priuatū pariter publicúmque compendiū excolere festinat:voluntati suæ nostrum nouerit adesse responsum : ita tamen, vt si vacanti ac destituto solo nouus cultor insederit , ac vetus dominus intra biennium [k] eadem ad suu ius voluerit reuocare,restitutis primitus quæ expensa constiterit , facultatem loci proprij consequatur.Nam si biennij fuerit tempus emensum,omnis possessionis & dominij carebit iure,qui siluit.

9. Imppp.*Theod.Arcad.& Honor.*Rufino P.P.

QVi fundos parrimoniales iure priuato canone saluo susceperint:hanc omnes sine vllius exceptione personæ propositam || sibi [l] || intelligant optionem,vt aut ea loca [m] quibus minor est soli fœcunditas,cum his ex quib. fructus vberes capiunt,suscipere & tenere non abnuant[n], aut si eorum refugiunt sterilitatem,[o]opimioribus cedant. Datum 8.Id.Nouemb. Tyro, Arcadio III. & Honorio II. AA.Coss.

10. Impp.*Arcadius & Honorius* AA. Eutychiano P.P.

QVi[o] per potentiam[p] fundos opimos ac fertiles[q] occuparunt:cum quæstuosis [r] vberibúsque pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem [s] substantia.

11. Iidem AA.Hadriano P.P.

LOcorum domini intra sex [t] menses edictis vocati,reuertantur. qui si adfuerint , & propria teneant,& ea quæ ex præterito contraxerint debita ,redhibere cogantur. Sin verò se impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia,nec adesse voluerint:penes[u] eos qui [x] hæc susceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt,proprietas possessionis intemerata permaneat:vt postquam ea [y] exoluerint,sciant sibi inquietudinem submouendam,nec subreptione cuiusquam competitionis [z] loca quæ tenuerunt,auferenda : quibus etiam illud[a] indulsimus,vt[b] ex eo tempore ex quo primum loca de quibus agitur,cœperint possidere,tributa poscantur [c].

Ad tributa prædij sterilis nullus possidens fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit.Bart.

12. Impp.*Honor.& Theodos.*Augusti Seleuco P.P.[d]

HAc definitione sancimus,nullum possessorem neque munificum prædium pro [e] alienis debitis vel destitutionibus [f] esse retinendum [g]: neque eorum prædiorum despectione [h] prægrauari, quæ ex iisdem bonis quæ retinentur [i], nequaquam esse monstrantur [k]: ne [l] vllis præstigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat.prid.Kal. Febr.Rau.Honor.VIII.& Theod.V.AA.Coss.

g Pars maior collegij & vniuersitatis quod facit omnes facere,& comprobare tenentur. *arg.huius legis.l.160.§.1.ff.de reg.iur. l.quod maior.ff.ad municipalem. c.1.de his quæ fiunt à maiori parte cap.* quam sententiā limitat seu restringit Corsetus, *singulari v. niuersitas.* si ageretur de reformatione,vt ipse loquitur,officialis : si de reuocanda libertate aut retrahendo in seruitutē aliquo:si pars maior statuere vellet aduersus ea quæ ab omnibus antea statuta essent.Item si contra ius statuerēt. *adde Innocentium in c. humilis de maioritate:& c.cum omnes de constitut.* Postremò,si pars maior , extra collegiū id fecerit *c. in causis de elect. Bald. in l.per fundum. ff.de seruit. rusticorum.*
h Agrum sterilem, & tributarium,& desertum quilibet auctoritate propria potest inuadere. quod qui facit, nō incidit in l. cum quærebatur. *§.vnde vi.*
i *l.14. in pr.§.eo.*
k Deserta prædia qui occupant , ab eis ea, dominus repetere potest intra biennium, redditis meliorationibus , *vt hîc:*vide quę notaui *ad l.1.§.10. ff.de adquir.poss.* Neque obstat lex *11.§.eod.* quæ loquitur de eo cui prædia addicta sunt à peræquatore , non de eo qui deserta occupauit.
l *al.deest.*
m *vide l.4.§.eo.*
n abnumerat. *al.*abnumerent.
o *C.T.13.11.8.*
p impotentiā, *in C.T.*
q *l.4.§.eod.*
r *vide l.12.§.eod.*
s *Multa sunt hîc immutata ex C.T.vnde huiusmodi subscriptio addenda est.* Dat. Non.Mart.Constantinopol.Honor. A.IIII. & Eutychiano Coss.
t Desertum agrum qui à peræquatore accepit, firmo iure eum tenet. neque reliqua prioris possessoris soluit. Quod si superuenit qui agrum vindicet dominij aut hypothecæ iure & euincat , meliorationis sumptus ab eo consequitur , si modò is veniat intra sex menses post addictionem agri. Post sex menses venienti, obstat præscriptio.*vt hîc:& l.vlt.§.de censibus & censitoribus titulo proximo.*adde quę scripsi *ad l.8.§.eod.l.7.§.de censib.*
u penes quidem hos.
x *l.13.§.eodem.*
y eam excoluerint.
z competitoris.
a *vide l.36.ff.de iure fisci.*

b *l.7.§.de censib.& censitorib.l.2.in fin.§.de fundis rei priuatæ.Nouella 128.c.7.*
c præstentur.
d *C.T.11.1.31.*
e Clarigationes & repræsaliæ vetitę.*l.10.§.eod.l.vlt.§.eod.l.4.§.de agricolis & censitis. Nouella 17.52.128.c.14.l.1.§.vt nullus ex vicaneis.l.4.§.de exsecutoribus & susceptorib.adde Paponem 3. Notar.tit.des lettres de marque. & 3. Arrestor.3.Gayllum tract.de pignorat.*

13. Iidem AA.ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est vt debeat dominium commutari.

14. Iidem AA.Aureliano P.P.

RVra [n] & possessiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis vel reliquerunt [o],vel possidere alios permiserunt : penes eos qui eas excoluerūt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt,nullam[p] habentibus curialibus copiam repetendi.

15. Iidem Augusti Sebasto [q] com.primi ordinis.

SI quis deserta prædia quæ naualem sustinent functionem,& in desertis nunc vsque remanent , superæquationis iure perceperit : meliore conditione in omnibus titulis conuenit ea releuari,vt grauis sors nauis [r] esse non possit pro ea quæ resederit portiuncula : cùm aliis fuerit dispendiis liberata.

16. Iidem AA.Hermocrati P.P.[s]

SI quis auctoritate nostri nominis [t] de fundis patrimonialibus [u] steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit , firmiter eum volumus possidere : sub [x] eiusdem tamen canonis solutione,quem nostræ maiestatis auctoritas, per annos singulos soluendum esse præscripsit:nullámque eos descriptionem,siue adiectionem [y], aut innouationem in posterum sustinere : quoniam nimis absurdum est , eos qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos [z], magno labore || impenso,|| aut exhausto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt , vtpote deceptos, inopinatum onus suscipere : illúdque velut quadam circumuentione deposci,quod si se daturos præscissent, fundos minimè suscipere aut etiam colere paterentur.

17. Imp.*Theodos.*[a] A.

IVbemus [b] neminem[c] curialem pro[d] alieni territorij debitis detineri [e], sed tantum municipem pro gleba propria conueniri. Dat.V.Kalend.Maij, Rau.post Cons.Felicis & Tauri VV.CC.

DE[f] FVNDIS LIMITROPHIS[g], & terris,& paludibus,& pascuis,& limitaneis [h],vel castellorum [i],

Tit. LIX.

Rescripta in contrarium impetrata nullius sint momenti.

1. Imppp.*Valentinianus,Valens,& Gratianus,* Augusti ad Licinium.†PPP.

TIberianus [k] ad possibilitatem singulorū quorumque locorum , intuens statuit certas possessiones quæ ad limitem [l] frumenta conueherent.Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere obseruari : amouentes quidquid vel potentia cuiuscumque [m] elicuit [n], vel furtiua [o] deprecatio : addentésque nihilominus , in futurum nulli licere [p] aduersus vtilem vetustatem , & præsentem legem nostram importuna & respuenda reposcere.[q]

2. Impp.*Honor & Theod.*AA.

QVicumque castellorum [r] loca quocumque titulo possident, cedant [s] ac deserant:quia his [t] tantùm fas est possidere [u] castellorū territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas:quòd si vlterius, vel priuatæ conditionis quispiam in his locis vel non castellanus miles fuerit detentator inuentus : capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.

f ¶destitutione,*in C.Th.*
g detinendum *in C.Th.*
h depectione, *al.*defectione,*in C.T. al.* defunctione. *in libr. Aured. legitur* defectione.
i retinent , *in C.T.*
k monstratur.
l nec.
m *l.11.§.eodem. l.10.§.de annonis & tributis.l.2.in fi.l.7.in fin.l.8.§.de exsecut.trib.l.2.in fi.§.de fundis rei priuatæ.*
n *al.* Iura , *sed malè.*
o *vide l.8.in pr.§.eod.*
p *al. additur,* penitus.
q *al.* Sebastiano.
r naualis.
s *al.*Hermogeni.
t numinis.
u *l.1.§.similiter.§.de alluuionib.l.2.in pr.§.de fundis rei priuatæ.*
x ita vt nō releuetur fundus. *l.vnica.§.de collat.donatorum.*
y *vide quæ scripsi ad inscriptionem titul. de in diem addictione.*
z *Nouella integra habet* ieiunos : *& ita legitur in quibusd. vet.lib.*
a *In quib. libr. hæc lex superiorem præcedit: & ea est illius inscriptio :* Impp. Theod. & Valentin. AA. Celeri Proc.Afric.
b *C.Th.12.1.186.*
c μηδεὶς τῶν κτητόρων ὑπὲρ γῆς. &c. Nullus curialiū pro gleba in alieno territorio sita detineatur. *Synopsis d.tit.14.c.16.*
d Clarigationes prohibitæ, *vt hîc l.12.§.eod. & l.4.§.de executoribus Nouella 128.c.14.*
e attineri.
f *Eclo.lib.55.titul.6.*
g limitotrophis *Cuia* hîc rectè fundos limitotrophos dici scribit,quòd inde milites limitanei alantur, nō quòd ad milites limitaneos pertineant. *vt l.13.§.de fundis patrimonialib.* Græci ita legunt : περὶ ἀγρῶν λιμιτανέων καὶ λιμιτοτρόφων καὶ ἐμφυτευτικαρίων. de agris limitaneis & limitotrophis & emphyteuticariis *Synopsis Basilicon 55 tit.6.l.3.§.eod.*
h Fundi limitanei,qui ad milites limitaneos pertinebant,
i Castellorum fundi,ad milites castellanos pertinent.*l.2.§.eod.*
† *al.*ad Latinum,*in meo manus.Cont.*
k De fundis limitotrophis dispositionem Tiberiani P.Prætorio confirmat.
l *In scriptis,*ad limitum frumenta conuenirent.
m vniuscuiusque. n reliquit. o id est obreptio. De obreptionis exceptione & subreptionis adde Oldendropium *c.14.de except.* p nocere. q deposcere.
r Castellani milites , agros castellis deputatos soli possidere debent , non priuati aut alij milites. s reddant. t ab his. u possideri.

a Limitanei agri, quos limitanei milites ex prisca dispositione ab omni munere vacuos ipsi curabant, & arabant pro suo compendio. Ex prisca, inquam, dispositione seu vti adtributi illis sint *ἀφορισθὲν ἐξ ἀρχῆς. Synopsis 55. titul. 6. c. 2.*
b Limitanei milites οἱ τὰς κλεισούρας φυλάττουσιν, qui clisuras custodiunt. *Synopsis 55. titul. 6. c. 2.*

Agri limitanei donec per milites possidentur, sunt à tributis immunes. Bart.

3. Impp. *Theod. & Valent.* AA.

AGros limitaneos vniuersos cum paludibus omníque iure, quos [a] ex prisca dispositione limitanei [b] milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueuerant, & si in præsenti [c] coluntur, ab his firmiter ac sine vllo concussionis grauamine detineri: & si ab aliis possidentur (cuiuslibet [d] spatij temporis præscriptione cessante) ab vniuersis detentatoribus vindicandos [e] iisdem militibus sine vllo prorsus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus adsignari: in his etiam contra eos qui præceptionibus nostris obuiã venire tentauerint, proscriptionis [f] pœna valitura. Nam si quis fortè (quod minimè audere debuerat) emptionis titulo, memorati iuris possidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta seruabitur [g]. Dat. Prid. Id. Septembr. Constantinopol. Maximo II. & Paterio [h] Coss.

DE[i] PASCVIS[k] PVBLICIS, & priuatis,

Tit. LX.

Antiqua pensio pro pascuis saltuum antiquitus constituta, inconsulto principe augeri non debet. An.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. [l] P.P.

CVm [m] nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei priuatæ pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmẽta facienda sunt. Etenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, vt animalia ex rebus priuatis nostris à locorum pastibus arceantur: quod fieri non oportere diuæ memoriæ Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens auctoritas tua conuentis prouinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates: sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas.

2. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. ad Simplicium magist. mil. [n]

INsignis [o] auctoritas tua hac [p] conditione à publicis [q] pratis || ac amœnis || [r] pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, vt [s] vniuersi cognoscant, de emolumentis eorum, tuíque officij facultatibus, duodecim libras auri fisci commodis exhibendas, si quisquam posthac memorata prata [t] mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, si etiam prata priuatorum [u] Antiochenorum fuerint deuastata: ita tamen, vt sine læsione prouincialium prouideant curiales quo pacto animalium militarium pastui [x] consulatur.

Prata prouincialium non debent fatigari molestia militum principis. Bart.

3. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti.

PRata [y] prouincialium nostrorum, & præcipuè rei priuatæ nostræ, perniciosum || vel periculosum || [z] est militum molestia fatigari. ideóque lege ad amplissimam [a] præfecturam promulgata, censemus, ne hoc deinceps vsurpetur super qua re vniuersos quorum interest: conuenire tua magnificentia non moretur: neque permittat [b] possessores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari.

DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS [c], & saltuensibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus,

Tit. LXI.

De donatione.

1. Imp. *Constantinus* A.

SI quis fundos emphyteutici [d] iuris salua lege fisci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmæ [e] sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quę fisco pensitanda sunt, repræsentare cogatur.

De pensitatione omissa à minore xxvi. annis.

2. Iidem Augustus ad Dracontium.

PAtrimonialis fundi pensitationem seu aurariam seu frumentariam intra tempus omissam, minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem iuris eorum accedere [f], si quod solenniter debetur, paulò serius inferatur: ita tamen, vt permanente substantia paruulorum [g], iudex tutorem vel curatorem, per quem differtur

c præsentia.
d *l. 8. j. de fundis patrimonial.*
e vindicatos.
f eadem pœnarum acerbitate quæ aduersus ducum auiditatem prolata est, valitura. *in Nou. Th.*
g *Hanc subscriptionem restitui ex Nou. Th.*
h *al.* Paterno.
i περὶ νομῶν ἤτοι βοσκῶν. *Ecl. lib. 55. titul. 7. 7. Cod. Theodos. 7.*
k *s. titul. prox. & lib. 7. titul. 41. l. 30. in fin. ff. de verbor. significatione.*
l ad Rufinum.
m *l. 2. Cod. Th. eod.*
n *al.* Simplicio Comiti & magistro vtriusque militiæ.
o *l. 3. Cod. Theo. eod.*
p ac conditio.
q *l. 3. in pr. j. eod.*
r *Pro inclusis legit Cuiac. 1. obseruat. 19.* Apamænis, *i. Syriæ locis de quibus, Strabo lib. 16. In quib. vet. lib. deest* amœnis.
s vt &.
t prata praua.
u *al. additur.* aut.
x pascuis.
y *l. 2. s. eod. Synopsis eodem c. 7. l. 5. Cod. Theodos. eod.*
z *al. deest*, vel periculosum.
a ad Aurelianum P. Prætorio qui est *l. 4. Cod. Theodos. eodem.*
b permittant.
c Fundi patrimoniales sunt qui ad patrimonium principis pertinent: Saltuenses, sunt pastioni deputata nemora: Emphyteutici sunt fundi qui emphyteutico iure dantur. *Cuiac. hîc. adde l. 13. s. de prædijs minorum.*
d Emphyteutici iuris fundum salua lege fisci, donare citra iudicis authoritatem licet.
e *l. 16. in fi. ff. de pignoratitia act.* vide tamẽ *l. vlt. s. de reb. alienis non alienandis. Nouella 7. §. alienationis.*
f euadere.
g Paruuli, qui intra vicesimũ quintum annũ. *l. 1. j. de fugitiuis colonis.*
h ¶In emphyteusim fundum à fisco accipiẽs, non potest fundum, eo pretextu quòd desertus sit (ne quidẽ si rescriptũ principis habeat) refundere (ἀποβάλλεσθαι) vt per contrarium auelli ab eo nõ potest, etiamsi super eo fundo fiat licitatio (ὑπερθεματισμὸς) Itaque fundus ita acceptus, apud accipientem & eius posteritatem perpetuo manet. *Synopsis Basilicon 15. tit. 13. ex lib. 55. tit. 1. c. 9. §. 4.*
i referendum, *al.* refutandum: *in duob. manus.* reddendum.
k locatio.
l aliquo.
m permissa.

illatio, negligentiæ suæ & deserti officij pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Quibus ex causis fundus ab emphyteuticarijs relinqui vel eis auferri non potest.

3. Impp. *Valent. & Valens* Augusti.

QVicumque [h] possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum [i] vti occasione non possunt, qua asserant desertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint: sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio [k] ab alio [l] fuerit promissa [m] sed eas in perpetuum apud eos qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum.

De his qui poscunt fundos ad domum principis deuolutos.

4. Imppp. *Valens, Grat. & Valent.* Augusti ad Florentium. [n]

FVndi [o] patrimoniales, & qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti sunt, sic eis, qui eos poposcerint, cedunt [p], vt commissi metus esse non possit. Neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea iure dominij: ita [q] tamen, vt ea, quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterũ soluãt.

De his quæ à peræquatore vel censitore desertum agrum patrimonialem suscipiunt.

5. Impp. *Gratian. & Valent.* Augusti.

SI qui à prioribus colonis vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum à peræquatore vel censitore susceperint. perpetuo [r] eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat.

De donatione.

6. Imppp. *Gratian. Valentin. & Theod.* Augusti.

HI quibus patrimoniales possessiones per Asianam [s] & Ponticam diœcesim, vel à nobis, vel à diuis [t] parentibus nostris sacra largitate donatæ [u] sunt, inconcussè possideant, atque ad suos posteros [x] transmittant: quod quidem non solùm in hæredibus, sed etiam in contractibus [y] omnis generis [z] volumus custodiri.

De cautione & emphyteuticario præstanda.

7. Iidem AAA. Cynegio P.P.

QVicumque ad emphyteusim fundorum patrimonialium vel reipublicæ iussu nostri numinis [a] venerit, is si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda quæ desertis fortè possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si verò minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: scientibus his quos talium rerum cura solicitat [b], in se negligentiæ damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse vertenda [c].

De fundis limitrophis.

8. Iidem Augusti Nedearcho [d].

OMnes fundi [e] patrimoniales per Mesopotamiam, & Osdrochenam [f] prouincias, quos constat diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine vllius adsertionis [g] reuocentur obstaculo, præbituri omnia quæ antea impendenda necessitatibus limitis præberi [h] consueuerant: ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium vel emphyteusim vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint.

De fundis patrimonialibus emptis, vel donatis iure priuato.

9. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.

VNiuersi cognoscant nihil priuato iure, saluo [i] canone, fundis emptis [k] cum patrimonialibus esse commune: ita vt ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare.

10. Iidem AA. Eutychiano P.P.

FVndos patrimoniales eos dumtaxat, qui saluo canone iure [l] priuato nostra liberalitate [m] concessi sunt, cum his [n] patrimonialibus qui in conditione propria [o] constituti sunt, illustris auctoritas tua iubeat exæquari: ita vt releuato onere rei [p] quod imminet fatigatis, translatio in eos qui integris viribus florent, || & adscriptio [q] || tributorum, æqua lance diuidatur.

n Iidem AA. ad Florianum Com. R.P. *in lib. manu. al.* ad Florum.
o Fundi publici (δημόσιοι) in perpetuum locati, sine iussu principis non auferuntur. *Synopsis Basilicon 15. titul. 5. ex lib. 55. titul. 1. c. 9. §. 4.*
p *vide l. 6. j. eodem.*
q *l. 2. §. si quis ante. j. de fundis rei priuatæ.*
r *vide l. 7. in pr. j. de omni agro deserto.*
s Asiam.
t diuinis.
u *l. 4. in pr. s. eo. l. 1. l. 2. s. ne fiscus rem quam vendidit euincat. l. 1. j. de fundis rei priuatæ. l. 4. l. 5. j. de diuersis prædijs vrbanis. l. 5. j. de locat. prædiorum.*
x natos etiam ante hunc contractũ initum. *Hot. 2. illustr.*
y contractatoribus, *in quib. vet. lib.*
z omni genere,
a nominis.
b *l. 1. j. de locatione prædiorum.*
c reuertenda.
d *aliàs* Clearcho P.P.
e Hîc not. contra illos qui dicunt Rom. imperiũ non fuisse extensum vltra Euphratem.
f Osdroenam. *Alc. hîc. al.* Osroenam, *al.* Sophenam.
g *l. 3. s. de fundis limitrophis.*
h præbere.
i *l. 5. s. eod.*
k Patrimoniales fundi iure priuato vendi possunt iussũ principis. *adde l. 10. j. eod.*
l Iure priuato fundi patrimoniales donati, in dominio donatoris sunt.
m Patrimoniales fundi interdum donantur iure priuato, principis iussũ. *l. 39. in fin. ff. de legat. 1. l. 9. s. de omni agro deserto. excepto Oriente. l. 13. j. eod.*
n Patrimonialium fundorũ alij in emphyteusim dantur, alij locãtur: illi, iure priuato dantur: hi locantur tantum.
o Patrimoniales fundi in cõditione propria manent, quorum dominium non est translatum, sed qui tantum locati. Conditio enim propria hæc est patrimonialium, vt locentur, non vt in ius priuatum transferantur.
p eius quod. q *al. desunt.*

a *al.*volumus.*sed rectior est excusa lectio.*
b Emphyteuticarij à professoribus distinguuntur.Hi, non illi domini efficiuntur. *l.1.ff.si ager.*
c Emphyteuticarij fundi sunt,qui emphyteutico iure dantur,qui & patrimoniales sunt. d nominis. e à nostri nominis.

De cautione & emphyteuticario non præstita.

11. Impp.*Honor.& Theod.*Augusti.

IVs emphyteutici prædij, quod sine obligationis vinculo retentatum est iudicio nostro,immutabile perdurare præcipimus.possessionem autem,quę sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis nolumus [a] adiuuari.

De iure possessorum vel emphyteut.

Emphyteutæ fundos patrimoniales emere non coguntur.Bart.

12. Impp.*Theodos.& Valentin.*Augusti.

POssessores,vel [b] emphyteuticarij [c] patrimoniales, qui fundos minimè nunc vsque comparauerunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem vrgeantur:sed tanquam pretiis depensis, sic eis nostri numinis [d] beneficio potiantur:vt quod iuris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius,in quibus coluit prædiis,quod aut ex successione, aut ex comparatione priuata,aut [e] nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit,sciat illibatum intemeratúmque seruari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cùm fundorum sint domini,præstare.

De fundis non alienandis.

13. Iidem [f] AA.ad Florentium PP.

NVlli iam in posterum licere præcipimus patrimoniales seu limitrophos [g], vel saltuenses [h] fundos,qui per tractum Orientis [i] positi sunt, ad ius transferre priuatum:siue dempto siue saluo canone iuris||fundorum [k]|| immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes: tam videlicet petitorem, quàm officium quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio nostra vel [l] diuina pragmatica contra vetitum proferatur.

De præscriptione xl.annorum.

14. Imp.*Anastasius* A.

IVbemus [m] omnes qui in quacunque diœcesi aut quacunque prouincia vel quolibet saltu [n]||vel ciuitate [o]||fundos patrimoniales vel templorum, aut agonothetici [p], seu releuatorum iugorum,vel cuiuscunque iuris per quadraginta [q] iugiter annos (possessione scilicet non solùm eorum qui nunc detinent, verùm etiam eorum qui antea possederant,computanda)ex quocunque titulo,vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam [r] penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum, vel domorum à publico actionem vel molestiam aut quamlibet inquietudinem formidare,sed impositum canonem pro qualitate iuris, cuius prædia sunt vel loca,per singulos annos soluentes,pro certo habeant suum esse quod possident,vel postea possederint:ita vt omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam quæstionem,nuda ex [s] quocunque titulo, vel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum iugis [t] possessionis exceptio possit sufficere:hoc etiam adiiciendo, vt illi quoque qui adempto [u] canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione [x] datos sibi fuisse confirmant: si per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt: nec canonem cuius ademptionē quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur,possint penitus profligari: eo quòd nostræ pietati placuit in vtroque casu, id est tam saluo, quàm adempto canone, possessorum nostrorum iura in eo statu in quo per quadraginta annos(sicut dictū est)iugiter manserunt,absque vlla innouatione durare.

f *Ex Nouella Theodosij, cuius ea est inscriptio:* Iidem AA. Florentio PP.Do.
g limitotrophos *legit Cuiac.non* limitrophos: *quamuis ita legatur in Nou. Th.* Porrò qui limitrophi fundi,explicatū *§.de fundis limitrophis.*
h Patrimoniales fundi in Oriente, iure priuato donari nō possunt. *vt hîc:* Atque ita hæc exceptio est.*l.9. l.10.§.eod.*
i *vide l.14.ĵ.eod.*
k *deest in N.T.*
l licet,*in No.T. ex qua subscriptio sic restituenda est:* Data VI. Id.Iun. Constātinop. Theodosio A.XVII.& Festo Coss.
m Quisquis in quacumq; diœcesi vel prouincia,fundū principis patrimonialem,vel templi vel agonotheticum (ἰδιόκτητον, ἢ ἱερατικὸν, ἢ ἀγωνοθετικόν) per annos quadraginta cōtinuos, siue iusto siue non iusto titulo possederit: firmiter eum teneat.Idē iuris sit,siue saluo canone, siue non, per annos quadragīta possederit, vt eum tutò retineat. *Synopsis Basilicon 51. titul.3. ex lib.56. titul.14.c.31.*
n Saltuēses fundi, nemora pastioni deputata: qui fundi etiam patrimoniales sunt. *l.13. §.eod.*
o *al.desunt.*
p Agonothetici iuris fundi *hîc* qui agonothetici *l.penult.ĵ. de diuers. præd.* agonophori. *l. Titio.§.1.ff.de legat.2.* deputati sumptibus sacrorum certaminum.
q Præscriptione 40. annorū defendi potest possessor, qui fundum patrimonialem, vel sacrorum templorum, vel fundos quasi alienatos, vel quasi donatos dempto canone cū titulo vel quasi titulo 40. annis possedit. *adde l.4.§. de præscript. 30.annorum.*
r Imò aliquā. *l.6.§.de præscriptio. 30. annor.1. Harmeno.3.§.63.*
s & ex.
t *al.*iuris.
u dempto.
x per iussionē principalem.

DE MANCIPIIS ET COLONIS patrimonialium,saltuensium,& emphyteuticorum [y] fundorum,

Tit. LXII.

Si villa locata in emphyteusim conceditur,non possunt coloni vsurpare totum territorium eiusdem.Bart.

1. Imp.[z] *Constantinus* A.

EMphyteuticarios grauant [a] coloni,agros præter consuetudinem vsurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum solennitas id [b] eos attrectare permittat, quod eorum labore vel

y emphyteuticariorum. z *al.*Imppp.Valent.& Valens AA.
a Coloni emphyteuticarios agros grauare non debent: hoc est eos fundos quorum alterius est emphyteusis. b Coloni eos tantùm agros colere possunt, quos labore coluerunt:verbi gratia quos oliuetis inseruerunt vel vinetis.
c ¶*al.*obsitum. d Fontiū aquas quę emphyteuticariis debentur coloni vsurpare non debent.

oliuetis est insitum [c]:vel vinetis.Sed & irriguas fontium [d] aquas vsurpare conantur, quarum [e] fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideóque placuit,vt [f] deinceps aquarum iura potestatésque penes emphyteuticarios permaneant:tantúmque [g] ex||eis [h]||colonis impertiatur,quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est,quos [i] ipsi colunt.pro modo autem superfluæ irrigationis,quam vltra culturas suas vsurparint,emphyteuticariis [k] possessoribus pensiones accessionésque præbeant.

2. Imppp.*Valens,Grat.& Val.*AAA.

LIbertates quas mancipiis [l] ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini,præstiterint,rationales huius [m] præcepti auctoritate rescindant.

Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono,quem si expulerit,possessione priuatur.

3. Imppp.*Gratianus,Valentinianus & Theodosius* AAA.

COgnouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerunt [n] colonos antiquissimos perturbari, atque in [o] eorum locum [p] vel seruos proprios,vel alios colonos surrogari. Edicti itaque huius auctoritate sancimus, eos qui deinceps aliquid huiusmodi crediderint attentandum,hisdem possessionibus esse priuandos.

Coloni ad aliquam militiam conuolantes,reuocantur ad antiquam culturam.Bart.

4. Iidem Augusti [q] Cynegio præfecto prætorio.

SVper patrimonialium refectione [r] fundorum dudum nostris est legibus constitutum, vt [s] hi qui eos colentes, solum eorum verterant: nunc||ad||alia||se [t]||loca dirigentes [u],nunc ad militiam conuolantes, ad auitas conditiones & propria iura reuocentur. Cæterùm eos qui castrensibus stipendiis otia [x] quieta meruerunt,||iam [y]|| veterani constituti,nequaquam placet tela [z] in vsum vomeris ligonísque conuertere.

DE FVGITIVIS [a] COLONIS PAtrimonialibus,saltuensibus,& emphyteuticis,

Tit. LXIII.

1. Imppp.*Valentinian.Theodos.& Arcad.* Augusti.

QVicunque paruuli [b] ex municipibus [c] vel colonis [d] patrimonialibus vel saltuensibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, conniuentia militaris officij ad stipendium castrense vel officia diuersa transierint:ad munera patriæ,vel||ad||agrorum [e] cultus conuentis ducibus,tribunis, ac præpositis reuocentur, neque his stipendia||data [f]||prosint.

2. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio.

QVisquis [g] colonum patrimonialem [h] aut solicitatione susceperit [i], aut occultatione celauerit: non solùm [k] ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur.PP.8.Kalend.Nouemb. Constantinopol.Honorio N.P.& Euodio Conss.

Omnes adscriptitij ad agriculturam prædiorum patrimonialium,si ad aliquam militiam conuolauerint,reuocantur.Bart.

3. Impp.*Honorius & Theodosius* Augusti.

CViuscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel postea eliciendi auctoritate submota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes,

e quorum.
f Aquarū quæ partitio inter colonos & emphyteuticarios.
g Colonis quātum aquæ emphyteuticarij relinquere debeant.
h *al.deest.*
i quod.
k Colonis emphyteuticariis, possessoribus pēsiones & accessiones prębebāt.
l id est alienis. *vide l.2. & l.3.§. de his qui à non dominis manumissi.*
m huiusmodi.
n *al.* emeruerunt.ídque iure priuato vel emphyteutico.
o Patrimoniales fundos qui habent, eorum fundorum colonis permutare,& in eorum locū alios substituere nō debent.
p loco.
q & Arcadius A.*in ve.quib.lib.*
r refectionem.
s Coloni patrimoniales, qui solū verterint, quíque ad alia loca dirigentes, siue militię nomen dederunt reuocandi, nisi veterani sint.
t *al.deest.*
u *al.*Diligētes.
x Veterani,sūt qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt.
y *al. deest. al.* etiam.
z Tela in vsum vomeris & ligonis conuertere in ciuile: hoc est ex veterano milite, colonū.
a *5.Cod.Theo.9.*
b Paruuli dicūtur intra annū vicesimū quintum.*l.2.§.de fundis patrimonial.*
c orti ex curialibus, ex militia retrahendi ad munera patriæ seu curiam.*l.17. §.de decur.*
d ex colonis. Nati ex colonis patrimonialib⁹ vel Saltuensibus ad agrorū cultus reuocandi.
e hoc est ad sciuam & aratrum.
f *al.deest.al.additur post* prosint. *& est ex subscriptione.*
g *Ex lib.5.tit.9. l.2.C.Th.*
h iuris alieni *in C.T.*
i Recipiēs aut occultans colonum patrimonialē qua pœna teneatur. de priuato *adde l.12.§. de agricolis.*
k *Quædam hîc omissa sunt è C. Theod. quem vide.*

a Coloni patrimoniales forum sortiuntur apud præsidem prouinciæ : & apud eum litigant de colonaria sua conditione. deduntur autem ad eundem præsidem à tribunis vel ducibus, sub idonea cautione.
b *al.*emphyteuticorum.
c ad Proculum Proconf. Africæ, *in C.Th.*

ad [a] prouinciæ moderatoris iudicium illico sub idonea intercessione mittentur.

DE COLLATIONE FVNDOrum patrimonialium, & emphyteuticariorum [b],

Tit. LXIIII.

1. Imp. *Constantinus* Augustus [c].

EMphyteuticarij [d] possessores qui mansuetudinis nostrę beneficio ad extraordinaria [e] minimè deuocantur||munera [f]:||sicut cęteri prouinciales, obsequium suum itineribus [g] muniendis impendant. Nulla enim ratione debent ab hoc quod [h] in commune [i] omnibus profuturum est, seiungi [k].

2. Idem Augustus ad Ouinium [l].

PAtrimoniales [m] fundos [n] extraordinariis oneribus vel mediæ aut tertiæ [o] portionis obsequiis fatigari, non conuenit, cum eosdem & auri [p] speciem, & frumenti plurimum modum constet persoluere. ita vt qui violare statuta tentauerit, puniatur. PP.VI. Kal. Septemb. Karthagini, Constantino A.V. & Licinio Conss.

3. Imp. *Iulianus* Augustus [q].

OMnes qui patrimoniales fundos siue [r] communiter siue ex asse retinent, pro his conueniendi sunt ad vniuersorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro [s] rata portione vel in solidū functiones, sicut [t] vnumquemque priuatorū necessitas publicæ pensitationis adstringit. Dat. V. Kal. April. Mamertino & Neuitta Conss.

4. Impp. *Valentinian. & Valens* Augusti.

PLacuit vt emphyteuticorum fundorum patrimonialiúmque possessores, quo [u] voluerint tēpore, & quantum habuerint pensionis paratum : dummodo non ampliùs quàm in tribus per singulos annos vicibus, officio rationalis adsignent : ac [x] de suscepto [y] ab eodem securitatem eodem die pro more [z] percipiant : modò vt intra Ianuariarum Iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur : grauissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ [a] illationis excedat) solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium, vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo: super quo possessores, aut procuratores, vel magistratus, aut quicunque in locis fuerint qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conueniat contestari : vt & de officij insolentia constet, in quo exercenda vindicta est : & his possit esse consultum.

5. Impp. *Arcad. & Honorius* AA.

PEr omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinariis [b] iudicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant verò memorati iudices nihil sibi ex priuatæ rei canone, vel ex eò quod ex hisdem titulis contigerit [c], ad necessitates alias transferendum: nisi maluerint grauissima seueritate eorum licentiam coerceri.

d C.Th.15.3.1.
e Patrimonialium fundorū emphyteuticarij ab extraordinariis muneribus excusantur.
f *Abest à C.Th.*
g Patrimonialium fundorū emphyteuticarij à munere viarū muniendarum non excusantur. *adde l. 4. §. de priuilegijs domus Augustæ.*
h Itinerum refectio omnibus prodest.
i Immunitas nō datur ab iis quę in commune omnib. profutura sunt.
k esse seiuncti, *in C.T. ex quo restituenda hic est subscriptio* PP. Non. Maij Karthagine, Constantino A.V. & Licinio Cæsar. Coss.
l Catulinū PP. Africæ.
m *C.T.11.16.1.*
n Patrimoniales fundi ab extraordinariis muneribus excusantur. *l.15.§. de excus.mun.*
o Patrimoniales fundi nequidem extraordinariorū munerum mediā aut tertiam partem exsoluere debent. *l.4. C.Th. eod.*
p Patrimoniales fundi, principi præstant auri species, & frumentum. *l.2.§. de fund.patrimonial. l.10.§. de excus.mun.*
q *C.T.11.19.2.*
r *Multa sunt hîc & posteà addita à compositoribus.*
s Patrimonialium fundorū possessores, pro rata possessionū, solennibus functionibus satisfacere tenentur.
t Patrimonialium fundorū possessoris, & priuati fundi possessoris, eadē in inferendis solennibus præstationibus ratio est.
u Patrimonialiū & emphyteuticariorū fundorum possessores pensiones, suas annonas, solennes, quo anni tempore voluerint, possunt soluere, sic tamen vt integrum suum canonem inferant intrà tres ad summum pensiones.

DE FVNDIS REI PRIVATÆ, ET saltibus diuinæ domus,

Tit. LXV.

Fisco alienante rem non potest res auocari, sed perpetuo penes ipsum vel eius successores debet res permanere. Bald.

1. Imp. [d] *Constantinus* A.

VNiuersi [e] cognoscant has possessiones quas de fisco nostro comparauerunt, seu comparant, nullo a nobis iure retrahi [f]: sed propria firmitate possessas, etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti.

2. Impp. *Valentinianus & Valens* AA.

HI quos commoditas priuatæ rei prædiorum [g] ad ea postulanda solicitat, adeant tuæ dignationis officiū, & modum suæ deliberationis indicent per libellos : certúmque habeant [h], quod vnaquæque villa cum eo onere vel forma [i] cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini [k] iura migrabit : vt si [l] quid adiecerit sumptus cura vel solertia, quicquid mancipiorum vel pecoris accreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, sed solis [m] dominis hæredibúsque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis [n] non soluerit debitum ex re ipsius : quod in reliquis [o] remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogetur induciis. Sanè si quem postea minus idoneum factum esse constet [p], nec ita vt expedit, rationem reddere rationis: res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium [q] idoneum iure quo sancimus transferentur : nec tamen decoctoris [r] cuiusque reliquis [s], qui nouus accedit, onerabitur.

3. Impp. *Grat. & Valent.* Augusti [t].

QVicunque possessionem rei priuatæ nostræ acceptam suo nomine, vel iure perpetuo, & vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare vtilitatem patrimonij [u] nostri soluendo non valeat : is [x] pro eo quem succedaneum surrogauit, perpetuæ [y] solutioni statuatur obnoxius.

4. Iidem ad Orebium [z].

VNiuersi fundi templorum [a], ad rationalium rei priuatæ solicitudinem curamque pertineant : atque ab his anniuersariis [b] solutionibus postulatis, peculiari (vt semper fuit) studio defendantur.

5. Iidem ad Nebridium [c].

VSus [d] aquæ, quæ fundorum nostrorum vtilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur vsurpatione sublatus: ídque procuratorum [e] conniuentia vel dissimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas destituta [f] nullos fructus cultoribus præstet [g]. Quia igitur satis iniustum est statum florentis antè patrimonij, aridæ sitis molestia fatigari : ad meatus pristinos vniuersum aquæ motum, temporis præscriptione submota, præcipimus reuocari.

6. Imp. *Arcadius* [h].

EVm [i] qui [k] collegio, vel curiæ, vel burgis [l], cæterísque corporibus per XXX. [m] ann. sine interpellatione seruierit: res dominica [n], vel intentio priuata non inquietabit, si colonatus vel inquilinatus quæstionem mouere [o] tentauerit: sed in curia vel in corpore in quo seruierit, remaneat. Dat. 3. Kal. Iul. Med. Stilichone & Aureliano Coss.

7. Impp. *Theodos. & Valentinian.* Augusti ad Eudoxium [p].

NEmo [q] dempto [r] canone ad comparationem dominicæ [s] possessionis accedat. Quòd si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, eum volumus pretia [t] perdere [u] perpetuò : nec expensarum, vel melioratæ rei fructum exactioni compensationem opponere : nec temporis sibimet contra ||nostra|| commoda præscriptione|| excepto vetustatis [x] auxilio [y]|| blandiri: palatinum etiā officium si quoquo [z] modo contractus eiusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clemētię, nulla sanctione contra tāta rei priuatæ cōmoda valitura, licet adnotatio, vel diuina pragmatica sit, quę cōtra vetita canonem vēdere concedat [a], vel pœnā palatino remittat [b] officio. Dat. 13. Kal. Iun. Constātinop. Anatholio V.C. Cos.

x *l.47. in fin. ff. de iure fisci.*
y perpetuò.
z *al.* Iidē AAA. ad eundem. *al.* Ceperium.
a Templorum fundi pertinent ad curam rationalis rei priuatæ.
b *al.* vniuersariis, *sed malè.*
c *al.* Iidē AAA. ad Nepidium, *al.* Nepotium.
d Aqua pertinens ad vsum fundorum rei priuatæ principis, à nullo intercipienda: adde vt vsurpatorem nulla possit defendere temporis præscriptio.
e *vide l. vlt. §. de condit. in publ. horreis.*
f fertilitates destitutæ.
g præstent.
h Impp. Arcadius & Hon. AA. Vincentio PP. Galliarum.
i *Ex lib. 12. tit. vlt. l. pen. Cod. T. quem confer: multa enim hîc sunt immutata.*
k Qui triginta annos seruiuit collegio, curiæ, vel burgo, non reuocandus est quasi colonus alienus vel inquilinus.
l Burgi, corpora, *vt hîc* habitacula per limitem *Paul. diaconus in Valentiniano*, castella parua. *Veget. 4.* ἀπὸ πύργος deducitur, quę vox etiā vrbē significat: vnde leges vrbanæ Aeschylo νόμιμα πύργινα. adde titulū *Cod. Theodos.* de Burgariis. adde quæ scripsi *ad l.2.§.1.§. de offic. P. Africæ. vide Cuiacium 3. obseruat. 24. in fin.*
m *vide Nouell. 123. c. 1. in fin.*
n Dominica res & priuata, idem *vt hîc & l.9.§. de iure fisci*, quæ & proprietas & dominiū. *l.2.§. titul. prox.*
o *al.* opponere.
p *Ex Nouella Theodosij de rescindendis vendit. rei dominicæ: vbi sic legitur inscriptio* Eudoxio C.R.P.

x soluentis debitori, apocham creditor (etiamsi princeps sit) præstare cogitur.
y De suscepto est securitas apochę. vide *Nouellam 130.* z promere. a trinæ.
b *l.7. in pr. §. de exact. tribut. l.1. in pr. de collatione fundorum fiscalium.*
c *al.* exegerint.
d Imp. Constantini edictum ad Constantinopolitanos. *ita scriptum reperi in vno manuscr. al.* Impp. Constantinus & Constans AA. ad Heliodorum.
e ¶Emens prædium priuatum à fisco, firmiter id retinet, neque vllā eius ademptionem vereri debet: ita vt id ad suos liberos durabiliter (ἰσχυρῶς) transmittat. *Synopsis Basilicon 15. titul. 3. ex lib. 55. titul. 15. c. 1. l. 2. §. ne fiscus rem quam vendidit euincat. l. 6. §. de fundis patrimonialib.*
f Retrahere dicit. *vt l. 5. §. de locat. præd. ciuil. vt & retractare in l. 2. §. ne fiscus rem quam vendidit euincat.* g pretiorum. h habeat. i fortuna.
k dominij. l *l.16. in pr. §. de omni agro deserto.*
m solùm. n *l.4. §. de fundis patrimonialibus.*
o vide quod scripsi *ad l. vlt. §. de censibus.* p constabit.
q *l.13. §. de omni agro deserto.*
r Decoctor, qui pecuniam publicam decoquit, intercipit, interuertit.
s *vide l.11. in fin. §. de omni agro deserto.* t Imppp. Gratian. Valentinia. & Theodosius AAA. ad Hesperium. u Patrimonij appellatione, res etiam priuata principis cōtinetur. Est enim quoddam patrimonium principis priuatum. *l.18. Cod. Th. de iure fisci. l. vlt. §. de agricol. & mancip.* aliud sacrum *l.1. §. de indict. l. vlt. §. de vectigalib.* quod à re priuata separari solet vt à domibus. *Edicto 4. & 8.*

q Emere dominicam possessionem canone detracto nemo potest. Nam & pretium perdit, & fundum amittit: nec ea quæ impendit, aut meliorauit, recipiet : nec compensabit cum fructibus qui ab eo exiguntur: nec præscriptionem temporis habebit. Quinetiam palatini, qui, vt talis emptio fieret, adiuuerint, quinquaginta libras auri, nullo beneficio in his valituro, præstant, *Synopsis Basilicon dicto titul. 15. c. 5. vide l. 11. §. sine censu vel reliquis.*
r adempto, *in Nou. Th.* s Domino rerum, hoc est principi priuato conseruari publicum interest. t Ementis contra interdictū legis pœna hîc pretium, expensas, meliorationes in re factas amittere, præscribere non posse. Aliàs interdum pretium amittitur tantum : vt si quis censitum absque terra emerit. *l.7. §. de agricolis.* Imò ne pretium quidem: vt si non vicaneus, vicanei fundum compararet: contractus quidem nullus est, emptor tamen non amittit pretium. *l. vnica. in fi. §. non licere habitatoribus Metrocomiæ.* u præperdere, *in N. Theo. sed emendanda est ex hac lectione.*
x vetustatis vocabulum aliàs significat quadraginta annos : aliàs XXX. *vt l. 11. §. de fundis patrim.* aliàs viginti annorum spatium. *l. 1. in fi. l. 2. in pr. l. vlt. ff. de aqua pluuia. adde l. 12. §. de cohortalib. & l. 2. Cod. Theod. de longi temporis præscript.* Ita diutinū tempus variè solet accipi. *l. 1 Cod. Theod. de act. certo tempore fini. l. 2. §. de præscript. 30. annor. l. qui in prouincia. ff. de ritu. vide Cuia. 18. obs. 28.* y *Absunt à No. Th. & addita fuerunt ex l. vlt. §. de fund. patr. vt rectè obseruauit Pithoeus.* z quo, *in No. Th.* a concedet, *in No. Th.* b remittet, *in Nou. Th. ex qua subscriptionem restituere potes.*

DE FVN-

a Tamiacæ,*in meo manuscrip.est.*Dominicæ.
b Grex ouium vel equarum in saltus dominicos immissus fisco vindicatur.
c procurator. d *al.*domorum. e *C.T.10.1.15.l.3.*§.*ne rei dominicæ vel teplorũ.*
f vsquam loca,in *Co.Theo.*
g Dominium hic appellat, res priuatas.

DE FVNDIS ET SALTIBVS rei dominicæ [a],

Tit. LXVI.

Immittens animalia in pascua principis, animalia perdit: procuratórque fisci qui hoc consentit, grauißimè punitur. Ang.

1. Imppp.*Valent.Theod.& Arcad.*Augusti.

SI quis ouium [b] vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco illicò vindicentur. Quòd si venalis procuratorum [c] conniuentia, vt id deinceps tentetur, admiserit: eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.

2. Impp.*Arcad.& Honor.*Augusti ad Paulum comitem dominicæ rei[d].

SI qua [e] loca[f] ad sacrum [g] dominium[h] pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit,secundum veteris [i] census fidem in sua iura retrahãtur: rescriptis per obreptionem[k] impetratis, & præscriptione [l] longi [m] temporis, & noui census præiudiciis in hac causa submouendis[n]. Neque enim aut precatio colorata, aut incubatio [o] diuturna, aut nouella professio,proprietatis[p] nostræ priuilegium [q] abolere potuerunt. Datum 5.Kalend.Apr.C.P.Arcadio IIII.& Honorio III.AA.Conss.

DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS dominicis,vel fiscalibus [r] rei publicæ vel priuatæ,

Tit. LXVII.

1. Imp.*Constantinus* Augustus.

NVLLVS omnino originalis colonus [s] rei priuatæ nostræ ad[t] aliquos honores vel quælibet alia ciuitatis munera deuocetur. Non enim ciuitatum ordinibus, & cæteris,ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus ad hæc suprema præsidia iniuriosa nominatione descendendum est.

2. Idem Augustus Ianuario P.P.

COlonos nostros, qui priuati [u] sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantùm colendis nostris rebus addici: quinetiam in posterum obseruari ne quis eorum rem priuatam cuiusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

3. Idem Augustus ad Equitium magistrum equitum & peditum[x].

SErui atque coloni, & eorum filij vel nepotes, vel quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia conuolauerint diuersa:reddantur,etiam[y] si armatæ habuerint sacramenta militiæ. Nos enim etiam eos discingi iubemus,ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

4. Imppp.[z] *Gratianus Valent.& Theod.* Augusti ad Florum.

EX ingenuo & colonis ancillísque nostris[a] natos natásve,origini ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

5. Imppp.*Valent.Theod.& Arcad.*AA.

DOminicos [b] colonos neque ad descriptionem [c] patimur deuocari, neque extraordinarias pati functiones: maximè cùm aduersus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. Impp.*Theod.& Valent.*Augusti.

QVotiens alicui colonorum agrum priuati patrimonij nostri placuerit venundari [d]: non vnus tantum, qui fortè consortibus [e] suis grauis ac molestus existat,sed alij quoque duo vel plures ex simili origine ac [f] iure venientes,in supradicta emptione socientur.

DE PRÆDIIS [g] TAMIACIS, ET DE his qui ex colonis dominicis aliísque liberæ conditionis procreantur,

Tit. LXVIII.

h tameiũ. *Hal.*
i Censui antiquo standũ nõ nouo,*l.1.*§.*de cẽ.*
k Obreptitia rescripta nõ spectanda, sed vtilia fisco.
l præscriptionem.
m Dominio sacro non possessioni lõgi temporis fauendũ.
n *Quædam hîc omissa sunt è Co. Theo.*
o Incubatio, est malæ fidei possessoris.
p Proprietatẽ quoque hîc appellat res priuatas.
q *Vide l.2.*§.*de vsucapionib.*
r *In scriptis nostris exempl.legitur,*fiscalibus,siue rei priuatæ. *sic in meo rectè. Cont.*
s *l.5.*§.*eo.l. vlti.* §.*2.ff. ad municip.l.5.* §. *coloni. ff. de iure immunit.*
t Coloni rei priuatæ ad honores aut munera ciuilia deuocari non debent.
u Coloni rei priuatæ principis, alienam rẽ administrare non possunt.
x *al.*redituum, *sed malè.*
y Coloni rei priuatæ principis à militia armata etiamsi protectores sint, ad propriã conditionem cum sua sobole retrahendi.
z *al.* Idem A. ad Florẽtinum.
a δούλας δεσποτικάς Græci appellant ancillas dominicas: vt sit sensus: Ex ingenuo & colono ancilláque dominica natũ, matris conditionem sequi: & origini eius deputari. *Synopsis 55.titul.11. c. 12.* colonus est dominicus, *ad l.16.*§.*de agricol.& censit.*
b *l.1.*§.*eo.*
c Coloni rei priuatæ principis nullam descriptionem pati debent, aut ad extraordinaria munera deuocari. *adde l.1.*§.*de agricolis. l.1.*§.*ne rusticani.*
d Coloni agro vendito, non vni consorti tantum addicẽdus est, sed duobus saltem vel pluribus.
e Consortes,qui eiusdem sunt originis.
f aut.
g De tamiacis prædiis:*pulchrè Alc.hîc:& Pyrrhus* §.*ad tit.de fun.rei priuatæ.*
h ¶*Pro inclusis meus liber habet,*proposito sacri.*fortè deest verbum patrimonij. Cont.*
i Coloni liberi res proprias habent. *vt hîc.* adscriptitij, serui & peculia eorum in potestate dominorum.*l.18.l.19.in fin.l.21.in fin.*§.*de agricolis & censitis.* terram tamen dimittere non possunt, vt qui possessionem xxx. annorum quæsiti sint. *d.l.18.*

k ταμεῖον,*Nouell.Martiani.de indulgent.reorum.* cubiculum & cellarium principis cui deputati erant reditus tamiaci. Tamiaci verò serui, qui huic addicti. *Nouella 20.30.* l tamiacam. m tamiaco.
n *l.21.*§.*de agricolis.* o Iustinianus.
p Gomaticij,Alciat.legendum existimat:gunathetici, vel agonothetici, qui sacrorum certaminum sumptibus deputati erant. Est autem Gonaticus saltus cuiusdam dominici saltus proprium nomen,vt hîc scribit *Cuiac.*

Natus ex vno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus est. Bart.

1. Imp.*Zeno* Augustus||Chiseroti P.P.[h]||

SI LIBER [i] colonus vel colona libera tamiaco[k] vel tamiacæ matrimonij iure copuletur: filij vel filię ex huiusmodi contubernio procreati vel procreatæ, colonis dominicis adnectentur. si autem adscriptitius vel seruus alienus colonam, vel ancillam dominicam [l] ducat in vxorem, vel adscriptitia vel ancilla colono vel seruo nubat dominico[m], & ex huiusmodi coniunctionibus nati sunt liberi: veterum[n] legum ius tenere sancimus.

2. Idem Sebastiano P.P.[o]

MEminimus pragmaticam sanctionem iussisse fundos tamiaci iuris in prouinciis positos, nec non etiam possessiones Gonatici [p] saltus sub certa forma(saluo scilicet canone, & tributariis collationibus) hisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem huiusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, huius etiam perpetuę constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

DE DIVERSIS PRÆDIIS VRBAnis & rusticis templorum & ciuitatum,& omni reditu ciuili,

Tit. LXIX.

1. Imp.*Iulianus* A.Attico.

PRO ædibus quas nonnulli [q] reipublicæ extruxerunt, placitam præstare pensionem [r] cogantur.

2. Idem A.Secundo [s] P.P.

||PAmphiliæ||etiam[t] ciuitates,& quæcunque aliæ,quicquid [u] sibi acquirant,id firmiter habeant [x].

3. Impp.*Arcad.& Honor.*AA.[y]

REstaurationi[z] mœnium[a] publicorum tertiam portionem eius canonis qui ex locis fundísve reipublicæ annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere.D.3.Non.Iul.Med.Olybrio & Probino Coss.

4. Iidem AA.[b]

EOs[c] qui auctione[d] prima fundorum iuris patrimonialis,siue templorum [e] possessores effecti sunt, vel fuerint [f], firmum dominium tenere decernimus, ne [g] vlterius vacillet vniuscuiusque possessio, sed teneat quisque ius proprium quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiscalis facta à priuato, vel etiam à ciuitate sub pacto ne teneatur ad canonem,tenet: sed pactum est irritum. Bart.

5. Imp.*Valentinian.*[h] A.

SI [i] qui [k] ex titulo donationis vel emptionis, siue ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris esse verè probantur, cuiuslibet ciuitatis,& præcipuè huius æternæ vrbis,cui maiorem debemus fauorẽ, tam ciuilis (vt dictum est) iuris, quam etiam agonotheticas possessiones, à consulatu Ausonij & Olybrij [l], dempto ciuili canone acceperunt: eos impositum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nam si priuati iuris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt ciuitatibus, quæ iure debentur:cum sufficiat [m] possessoribus, quòd apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent, vel numquam ademptum, vel postea impositum:ad hanc iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonem quem nunc agnoscunt,inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successorésque eorum & detentatores pari modo permanente [n]. Dat. XV.Kal. Febr. Constantinopol.Martiano A.I.Cos.

q Solariũ conuentum superficiarij qui in solo Reipublicæ ædificauerunt, quotannis præstare debẽt. solarium est, quod pro solo datur, vectigal soli,*l.2.ff.ne quid in loco publ. l. etiam. ff. qui potiores.Iustinus.18.*
r pẽsitationes.
s *al.*Sero.
t & ciuitates.
u Ciuitates quicquid sibi adquisierint, id firmo iure tenere debent.
x teneant.
y *Co.T.15.1.33. vnde hæc inscriptio sic restitui potest:* Haue Vincenti K.N.
z *al.* Ad restaurationem. *in C. Th.* Ad reparationem.
a Mœniũ instaurationi, tertia pars canonis, qui colligitur ex fundis Reipublicæ, deputanda. *vide l. 10.l.11.*§.*de operibus publicis.l.18. Co.Th.eo.*
b Cęsario P.P.
c Emptores patrimonialium fundorum, templorúmue, solutis pretiis,dominium in ea nunquam ipsis adimẽdum habeant. *Synopsis Basilicôn 15. titu. 3.ex lib.55. titul. 13.cap.1.*
d actione, *al. auctoritate.*
e Templa paganorũ ab Imperatoribus vẽdita, fuisse hîc locus indicio est: *l.3.*§.*de fundis patrimon.*
f *vide l.6.*§.*de fundis patrimonialib.*
g nec.
h Impp. Valentin. & Martianus AA. Palladio P.F.P.Oriẽtis. *in Nouella Martiani.*
i Si qui vel per donationẽ, vel emptionẽ, vel per alium modum domos aut ergasteria ciuilia, præsertim Constantinopolitanæ vrbis, aut agonotheticas possessiones à consulatu Ausonij & Olybrij,dempto canone acceperunt, deinceps impositum eis ab initio canonem præbeant.Nam si priuatos fraudari nolumus,multo minus vrbes: adeóque possessores dominium firmum in eis habeant.*Synopsis ibid.d.c.1.*
k *Sumpta ex Nouella Martiani de prædijs ciuitatum omnium, quæ hodie extat in breuiario Alarici:sed hic multum immutata est.*
l *l.1.in fin.*§ *sine censu vel reliquis.*
m *vide l.6.*§.*de fundis patrimonialib.*
n *Ex Nouell.Mar.hæc subscriptio restituta est.*

a Vt Nicænorum ciuitati reditus circa Apamæam restituatur, quem Marcianus ad alios vsus destinauerat: & si quod aliud præiudicium ei ciuitati ex Marciani sanctione factum, irritum sit, graui pœna in secus facientem indicta. *vt hîc. Synopsis Basilicôn 54.tit.10.ex lib.55.tit.13.c.2.* Nicæa autem hæc metropolis est Bithiniæ.
b *De Nicæa intellige: metropoli videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamæa. al.* Nicenensium, *al.* Nicæensium.

6. Imp. *Zeno* A.

HAc in perpetuum valitura lege sancimus, Nicésium[a] ciuitati[b], seu habitatoribus eius tam ius exactionis XL[c]. solidorum annui canonis ciuilis reditus ad suam patriam pertinentis, & possessoribus, id est Callimacho[d] & Eliburno[e], necnon Emptorio & Veratorio[f] ||cum Epotio[g], eorum sub territorio|| Apamenæ ciuitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quàm si quid ex quo sanctio Martiani diuæ memoriæ lata est, ad eiusdem ciuitatis præiudicium gestum est, infirmari, & quod ex eadem prouisione ciuitatibus delatum, interea[h] qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ serenitatis eisdem ciuitatibus redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adiectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit infringere[i]. Quòd si quis aliter fecerit, pœna graui plectetur.

DE LOCATIONE PRÆDIORVM ciuilium||vel||fiscalium, siue templorum[k] siue rei priuatæ, ||vel||dominicæ,

Tit. LXX.

Prædia principis quæ in perpetuum locantur, sunt locanda diuitib. & aliis cum fideiussoribus idoneis. Bald.

DIVI patris nostri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuariis, vt periculo[l] collocantium officiorúmque tradantur. Neque enim quicquam potest ex deuotionis plenitudine vacillare, si apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione est munita. quorum si alterum vel vtrumque neglectum est: quæ ex hoc titulo pensitatio canonica desideratur[m], ex officiorum facultatibus seruetur[n].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.

2. Iidem AAA. Nibrio[o].

FVndi reipublicæ ab his qui || nec[p] || titulo conductionis eos detinent[q], quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarum quidem sanctionum (si fortè quispiam per surreptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem: semel tantùm licentia faciendæ adiectionis[r] indulta.

3. Impp. *Honor. & Theod.* AA.[s]

LOca omnia fundíve reipublicæ, propositis[t] prius licenter edictis, dehinc vbi in eum canonis modum, contendentium augmento[u] succreuerint, vt extendi vltra aut superari alterius oblatione non possint: perpetuariis conductoribus locentur.

4. Iidem AA. Mineruio Comiti R.P.

COngruit æquitati, vt veteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur[x], si facta[y] per alios augmenta suscipiant.

Prædia domus Augustalis in perpetuum locata, ad alium non possunt transferri sub aliquo prætextu, quandiu pensio soluitur. Bart.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA.

PRædia domus nostræ si semel iure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint vel iamdudum sint collata[z], ad alium transferre perpetuarium[a] nõ oportet. Apertè. n. definimus hoc edicto, vt à perpetuario nunquam possessio transferatur, etiam si alteri eam imperator vel exoratus vel sponte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica: cui si fortè contra perpetuarium vir illustris comes priuatarum rerum dũ allegabitur, acquiescet: & de proprio ipse centum libras auri, & alias centũ fisci iuribus palatinũ inferre) cogatur officium. nec tamen post allegationem habebit huiusmodi iussio firmitatem, sed nec locabitur[b] alteri licet ingenti superari videatur augmento possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neque à se, neque à posteris suis, vel his ad quos ea res vel successione, vel donatione, siue venditione, vel quolibet[c] titulo peruenerit[d] esse retrahendam[e]. Sane quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis, rem diuinæ domus suæ imperator, si velit, donabit ei qui eam possidet, iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiuslibet tituli iure successerit. videtur enim suam concedere pensionem: non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem iure perpetuo dominum vult vocari. Sanè si quis non[f] perpetuo iure, sed ad tempus locatam, ab[g] illustri viro comite rerum priuatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter fortè conduxit. Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur[h] augmentum, sit in arbitrio conductoris prioris cui res ad tempus locata est, vt si ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si verò idem hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo possidere: habebit ||&|| ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

c *al.* quadringentorum.
d *al.* Calamo.
e Heliobomo, *al.* Elioburno, *al.* Zeliobuno.
f Varateno. *& abest*, & *al.* Varatorio.
g *Cuiacius hîc emendat*, Equitio, vel Enthecio. *in lib. Aur. legitur* Entechio. *in quibusd. inclusa desunt. vt l. Iulianus. in fin. ff. de legat. 3. Nouell. 128.*
h intereat, *& post illud verbũ fit interpunctio.*
i refringere.
k templorum & ciuitatum.
l *l. 7. in fin. ꝫ. de fundis patrimonialibus.*
m desiderat.
n seruẽtur. *sed in lib. Aured.* eruentur.
o *al.* Nebridio com. r. p. *rectè in meo manuscr. Cont.*
p *Abest negatio à quibusf. veter. lib. & hunc locum affirmatiuè legendum esse Græcorum auctoritate confirmat Cuiacius.*
q *vide l. 1. ꝫ. si ager vectigalis.*
r addictionis. malè. adiectio quid esset, dixi *ad l. 1. ꝫ. de vendendis rebus ciuitatis: & ad titulum. ff. de in diem addict.*
s Impp. Arcadius & Honorius, AA. Adriano P.P. *in quib. lib.*
t Locatio prædiorum ciuiliũ fiscaliũ & templorum fit publicè, prius edito libello & proscripto, *l. 6. ꝫ. de fide & iure hastæ fiscalis.*
u Locationes prædiorum ciuilium, fiscaliũ, templorũ plus licitanti addicuntur.
x *l. 5. §. vltim. ꝫ. eod.*
y *al. additur* nobis.
z collocata.
a *vide l. 6. ꝫ. de fundis patrimonialib.*
b collocabitur.
c Conducentem rem in perpetuum posse eã vendere donare & ad posteros transferre hinc colligunt. *Accursius hic & Bart. Corsetus singulari, Lucrum.*
d peruenit.
e trahendam: retrahere dixit, *vt l. 1. ꝫ. de fundis rei priuatæ. vbi vide.*
f *l. 4. ꝫ. eod.*
g ¶Locationes rerum ciuilium fiscalium, templorum, rei priuatæ & dominicæ, fiebant vel in perpetuum, vel ad tempus.
h Locationes rerum priuatarum principis à Comite rerum priuatarum fiebant.
i *Co. Th. lib. 10. tit. vlt. l. 1.*
k Legibus etiam addicti homines pertinentes ad domum Augustam, Græci ita habent: *πάντες κατὰ νόμους πολιτευόμενοι κἂν ἐν τῷ θείῳ διαφέρονσιν οἴκῳ.*

DE CONDVCTORIBVS ET PROCVratoribus siue actoribus prædiorum fiscalium domus augustæ,

Tit. LXXI.

Conductores fundorum domus augustalis, & alij homines dictæ domus cum agere volunt vel excipere, vel experiri debent ordinario iure hoc facere. Bart.

1. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti Basso P.P.[i]

CONDVCTORES hominésve Augustissimæ domus nostræ quotiens de causa ad domum regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit, non aliter quam ex legum[k] ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur) vel excipiant vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: nec sententia[l] iudicantium aut illicito patrocinij sui fomite iura conturbent: nullive[m] executionis suæ turbulentum ministerium audeant commodare: non priuatis se negotiis, non publicis misceant[n]: nec quiescentem domum delatio vlla solicitet: ne[o] eos inconsultæ pertinaciæ sero pœniteat. Grauior[p] enim pœna[q] constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent custodire mandata. Datum prid. Non. Mart. Rauen. Theod. 12. & Valentiniano II. AA. Consf.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM prædiorum fiscalium accedere non licet,

Tit. LXXII.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorum principis. Bart.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Nestorio[r] Comiti R.P.

NVLLVS[s] palatinorum qui in officio rei nostræ priuatæ militant, conductionis[t] nomine vel per se, vel per quamlibet personam possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem: cum[u] neque militi[x], neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. 6. Kalend. Aug. Vincentio & Prauitta Consf.

DE COLLATIONE FVNDORVM fiscalium vel rei priuatæ, vel dominicæ vel ciuitatis[y], vel templi,

Tit. LXXIII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.

ORDINARIORVM[z] iudicum officiis, nec non ipsis rectoribus prouinciarum, auctores[a] siue conductores dominicos conueniendi licentiam damus: ita tamen, vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant.

2. Iidem Augusti Messalæ P.P.

PAlatinos qui à[b] viro illustri comite rerum priuatarum cum publicis literis destinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pensiones, cum summa[c] degere præcipimus disciplina. de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos seuerissimè vindicetur.

3. Iidem AA. & *Theod.* A. Petronio[d] P.P.

OMnia prædia tam[e] ea quæ in re priuata olim detinentur, quàm illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta: eatenus ab huiusmodi priuilegiis & excusationibus submoueantur, vt omnes species annonarias, cursitationes[f] etiam debitas, atque integram opinionem[g] sciant esse soluendam.

l sententiam, *in C. Th.*
m nullísque, *in Co. Th.*
n se immisceant.
o nec.
p *Hæc vltima clausula abest à Co. Th.*
q *adde l. 3. §. 17. ff. de Silaniano.*
r *ad eundem scripta lex vlt. ꝫ. de rescindenda.*
s *Co. Theo. 10. 3. 6. pars. l. vltim. supr. de rescind. vend.*
t Conducere prædia fiscalia palatini, id est apparitores Comitis rerum priuatarum, non possunt. *vt hîc.* vt nec emere res priuatas principis. *l. vlt. ꝫ. de rescindenda.*
u Palatino nõ licet, quod non licet militi aut curiali.
x Conducere prædia fiscalia miles vel curialis non potest.
y ciuitatum vel templorũ.
z Actores & conductores dominici, sub Præsidum iurisdictione sunt: nisi de debito fiscali agatur. nam quod ad debita fiscalia & collationes attinet, sub Iurisdictione sunt procuratoris Cæsaris. *vide ꝫ. vbi causæ fiscales: adde l. 5. ꝫ. de collat. fundorum patrimonial. l. 6. in fin. ꝫ. de exact. tribut.*
a actores, *In veter. quibusf. lib. quod probat Cuiac. Græcorum auctoritate, qui vertunt δι' οἰκητάς.*
b *l. 2. l. 3. ꝫ. de canone largit. titul.*
c Tributorum exactores modestè se gerere debent in exigendo.
d *al.* Centronio. *in meo. Contius.*
e A præstatione annonarum, cursus & census fundi rei priuatæ principis (in quibus sunt etiam confiscatorum bona) non sunt immunes. Sunt enim hæc ordinaria. de extraordinario, *vide l. 1. titul. proxim.*
f Cursitationes, cursus debitum: transuectio.
g Opinio est census.

DE

a *C.T.11.16.5.* b res, *in C.T.*
c Priuati fundi principis, à muneribus sordidis immunes sunt : nec eorum conductores vel coloni extraordinaria munera vel superindictiones sustinent. *Synopsis Basilicôn 54.titul.7.ex titul.5.c.17.adde l.5.§.de excusat.munerum.*
d *al.*conuenitur.

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVgustæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habent, Tit. LXXIIII.

Ad extraordinaria munera vel superindicta etiam, fiscalis possessor non cogitur.

1. Imp. *Constantinus* A. ad Italicum.

PRIVATAS[a] possessiones[b] nostras ab vniuersis muneribus sordidis[c] placet immunes esse: neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conueniri[d]. Dat. 8. Kalend. Febr. Bononiæ, Placido & Romulo Conss.

2. Imp. *Valent.* A.[e]

REm priuatam nostram, leuandorum[f] prouincialium causa canonicas necessitates ea conditione qua cunctos volumus sustinere. sed excessit occasio iussionem: quandoquidem non locis solitis frumenta quæ sunt ex diuersis saltibus conuehenda, trahantur, sed eo vsque portentur, quo graue atque damnosum est prouehere. Proinde spectabilis[g] synceritas tua remanentes[h] in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant[i].

3. Impp *Honor. & Theod.* Augusti.

PRo[k] tyronibus[l] in corporibus postulatis pretia conferri ex fundis ppetuariis nostræ rei priuatę præcipimus.

4. Iidem Augusti Asclepiodoto præf. præt.

ABsit[m] vt nos instructiones viæ publicæ, & pontium[n] stratarúmque opera[o], titulis maiorum[p] principum dedicata[q] inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationésque itinerum pontiúmq; nullum genus hominum, nulliúsque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domus[r] etiam[s] diuinas[t] tam laudabili titulo libenter adscribimus. Dat. 15. Kalen. Mart. CP. Asclepiodoto & Mariniano Conss.

5. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Flauiano P.P.

EXcepto[u] patrimonio pietatis nostræ, cuius[x] quidem reditus necessitatibus publicis frequẽtissimè deputamus: vniuersos possessores functiones in superindictis[y] titulis absque vllius beneficij exceptione agnoscere oportere censemus. Dat. 3. Kal. Maij, Rauen. Basso & Antiocho Conss.

e Impp. Valét. Valens, & Gratian. AAA. ad Claudium, *in quibus.lib.*
f vide quæ scripsi *ad l.1.§.de collegiatis: vide l.8.§.de annonis.*
g spectata.
h *Legendum*, rē eandem, *hoc est, rem priuatam: vt scribit Cuiac. al.* remeantem. *al.* remanentem.
i præbeant.
k Tironum præbendorũ onus, patrimoniale, & possessionibus indictum. *l.7.Co.Th. de tironibus. Vegetius 1.c.7.* Tironum productio seu prosecutio personale. *l.vlt.ff.de munerib.*
l *al.* Pro portionibus in corpor.*&c.*
m *Co.Th.15.3.6. pars huius l. est §. l.7. de sacrosanc. eccl.*
n A pontium & itinerum instructionibus nemo immunis est, ne religiosa quidem vel augusta domus: quippe nec sordida sunt ista munera. *Synopsis Basilic. ibid. c.21. l.7.§. de sacrosanct. Eccles. Synopsis Basilic. 1.c.5. adde l.1.§. de collat. fundorũ patrimonial.*
o operam. *in Co.Th.*
p magnorum.
q dedicatam.
r *Ecc.lib.5.tit.1.cap.5.*
s ἐναγεῖς καὶ βασιλικοὺς οἴκους exponunt Græci: hoc est religiosas & principis. *l.7.§. de sacrosanct. Eccles.*
t ac venerandas ecclesias, *additur in Co. Theo. quem vide: multa enim hic detracta & immutata sunt.*
u *Co.Th.11.1.36.*
x Priuati principis ærarij reditus ad necessitates publicas deputatus erat. hoc est ad donationes, & largitiones. *vide l.2.§.de cupressis.§.eod. vbi dixi.*
y Superindictum non præstant fundi priuati principis. *vide l.15.§. de excusat.muner.*

DE GREGE DOMINICO, Tit. LXXV.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Cæsario præf. præt.

PROPOSITIS[z] edictis sublimis magnificentiæ tuæ, minimi maximíque moneantur, vt sciant singulas[a] libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus, siue[b] Hermogenianis[c] siue Palmatis[d]: nisi sponte eos[e] obtulerint. in his verò quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri vncias fisci iuribus[f] inferendas. Dat. prid. Kal. Decembr. Constantinop. Olybrio & Probino Conss.

z *Co.Th.10.6.1.Iunge tit.de equis curulib.in C.Th.15.10.1.*
a Equum ex grege dominico occupans, nec vltrò reddens multatur libra auri: qui ex alio grege, semilibra. Vt hinc constet, quale equorum fuerit pretium apud veteres. Libra enim auri 72. solidorum fuit.
b *l.1. Cod.Theodos. de equis Currulib.* An ab agitatoribus ita dicti, vt putat Alciatus? An Hermogeniani, q. Herme seu Mercurio geniti? Palmati vero, quod victorum & triumphantium?
c *v.hic Alciat.*
d *al.* palmatiis.
e *al.*eas: *quod quidam magis probant: & referunt ad libras.*
f viribus, *in C. Theod.*

DE PALATIIS[g] ET DOMIB. DOMINICIS, Tit. LXXVI.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Ioanni Comiti rerum priuatarum.

COnsecratas nobis ædes, id[h] est inclyta palatia, ab omni priuatorum[i] vsu & communi habitatione excipimus.

g *al.* De Palatinis domib. *& ita in C.T.*
h Palatia, principum ædes.
i Palatia priuatorum vsibus seruire non debent. *l.quicũque. §.de operib.publ.*

DE CVPRESSIS[k] EX LVCO DAPHNENSI[l] vel Perseis[m] per Ægyptum non excidendis vel vendendis, Tit. LXXVII.

Ementes & vendentes arbores cupreßi in locis hic nominatis, puniuntur. Bart.

1. Impp. *Arcadius & Honorius* AA.

SI quis[n] Daphnensis[o] luci in Syria, vel Perseis in Ægypto arbores comparauerit, quinque libris auri nouerit se esse multandum: non minore dispendio & illo feriendo, qui vendere arbores ausus fuerit[p], quas non licet emptoribus comparare.

2. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Eudoxio P.P.

OMnes[q] iudices cuiuscunque dignitatis sciant posthac absq; permissu magnitudinis tuę arborem ex Daphnensi[r] luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi vel quolibet modo lapsas transferendi licentiam sibimet denegandam. Sed[s] nec alytarcha[t] vnam cupressum, aliis plantatis, excidere sibi licere contendat. At ne solatio antiquitus ei concesso priuari per omnia videatur: pro eo quod ei cupressum excidere denegatur, vnam libram auri[u] eum de[x] priuatis nostris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta[y] librarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

k Cupressorũ meminit *lex 16. §.1.ff.quod vi aut clam.*
l Daphnes.
m Perseidis. *sed vide hic Alciatum.*
n *Huc pertinet l.12. C. T. de iure fisci. l. 45. §. conductor. ff. de iure fisci.*
o *al.* Daphnes. Est autem Daphne, suburbanus locus Antiochiæ cupressis obsitus, *de quo vide Stephanum & Sozomenum libr. 5. cap. 19. & Nicephor. lib. 10. ecclesiast. histor. Ammian. lib. 19. in fin.* Daphnẽsi quoque palatij meminit, *l.2. C. Th. de aquæductu.*
p Argumentũ à correlatiuis.

Emptio vbi prohibita, & venditio quoque impermissa.
q *vide Cuiac.2.obseruat.13.Forcatulum.1.Cupidinis.1.* r Daphnes.
s *l.12.Cod.Theo.de iure fisci.lib.10.* t *al.* à luco. vel à litore, *sed rectior est excusa lectio.* u auri condemnatione.
x Princeps ex priuato ærario dona & largitiones publicè & priuatim faciebat, & ad eam rem necessaria comparabat. *vt hîc. & l.1.§.de metallar.l.vlt. §.de priuileg. domus Augustæ.* His præfectus Comes thesaurorum & sacrarum largitionum remunerationum, vel munerationum de quo aliàs sæpe dictum est. Fiebant autem huiusmodi largitiones affatim Kal. Ian. *l.laudabile.§.de aduoc.diuers.iud.* y quinque.

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER DVODECIMVS.

DE[a] DIGNITATIBVS[b].

TITVLVS PRIMVS.

De fæminis.

1. Imp. *Alexander* A. Seuerinæ[c].

SI vt proponitis, & auum conſularem, & patrem prætorium virum habuiſtis, &[d] non priuatæ conditionis hominibus, ſed clariſſimis nupſeritis: claritatem generis retinetis.

De his qui ad dignitates non admittuntur.

2. Imp. *Conſtantinus*[e] Auguſtus Voluſiano P.P.

NEque famoſis[f] & notatis[g] & quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt.

De maiori dignitate adepta.

3. Idem ad Nuphidum[h] P.P.

MAior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis ſeu militiæ priuilegia præiudicium facere.

De ſenatoribus.

4. Impp. *Conſtantinus*[i] *& Conſtans* AA. Philippo.

SEnatorum ſubſtantias, quas in diuerſis locis & prouinciis poſſident, & homines[k] eorum tam à[l] temonariis[m] oneribus conferendis quàm à cæteris præſtationibus, quas iudices deſcribunt, necnon etiam ab omnibus ſordidis muneribus extraordinariíſque & vilioribus liberos eſſe præcipimus: nulláque ſorte[n] conſtringi functionis indignæ.

5. Idem ad Clearchum[o].

NEmo præfectus vrbis citra præceptionem vel ſcientiam noſtram vlli muneri ſubiuget[p] ſenatorem: nemo curiam noſtram immani pulſet iniuria. Si quid enim ſenatoria præditis dignitate fuerit fortè mandandum: noſtro id iudicio reſeruandum[q] eſt. fit[r] námque dignitas quæ[ſ] nobis iubentibus ſuſtinetur.

De his qui ad dignitates non admittuntur.

6. Idem Orphito[t].

NE[u] quis ex[x] vltimis negotiatoribus, vel monetariis[y] abiectíſque officiis, vel deformibus miniſteriis[z], vel ſtationariis[a], omníque officiorum fece, diuerſiſque paſtis, turpibus lucris, aliqua[b] frui dignitate[c] pertentet. ſed & ſi quis meruerit, repellatur: repulſos autem etiam propriis reddi conſortiis oportebit.

De ſenatoribus.

7. Idem[d] ad Senatum.

QVoniam diuerſi iudices nonnulla opera in quibuſdam exiſtimant vrbibus extruenda, ad[e] huiuſmodi neceſſitatem ſenatorum ſubſtantia non[f] vocetur.

8. Imp. *Iulianus* A. Salluſtio P.P.[g]

IVs[h] ſenatorum[i], & auctoritatem eius ordinis (in[k] quo nos quoque ipſos numeramus) neceſſe eſt ab omni iniuria defendere. Dat. Non. Februar. Conſtantinopol. Mamertino & Neuitta Conſſ.

De filiis libertinorum.

9. Idem Iulianus.

LIbertorum † filios adipiſci clariſſimam dignitatem non prohibemus.

De quæſtionibus.

10. Imppp. *Valens, Gratianus, & Valentinianus* Augusti ad Gracchum P.P.[l]

SEueram indagationem per tormenta[m] quærendi à clariſſimo[n] homine ſubmouemus. Dat. prid. Non. Ianu. Treu. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conſſ.

De liberis.

11. Iidem[o] AAA. ad Procopium.

SEnator[p], vel alius clariſſimus priuatos[q] habeat[r] filios, editos quippe antequam[ſ] ſuſciperet dignitatem. quod non ſolum circa maſculos dignoſcitur conſtitutum, verum etiam circa filias ſimili conditione ſeruandum. Cum ‖autem‖ paternos honores inuidere filiis non oporteat: à ſenatore, vel ſolo[t] clariſſimo ſuſceptum, in clariſſimatus ſciendum eſt dignitate manſurum. Dat. 15. * Hierapoli, Grat. A. IIII, & Merobaude Coſſ.

De furtis & ſceleribus iudicum.

12. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Auguſti Neotherio P.P.[u]

IVdices, qui[x] ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis[s] codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios habeantur[y]: nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos[z] indignos iudicauerunt. Dat. 18. Kalend. Febr. Theſſal. Gratiano V. & Theod. I. AA. Conſſ.

De fæminis.

13. Imppp. *Valent. Theod. & Arcadius* Auguſti Martiano comiti Orientis[a].

MVlieres[b] honore[c] maritorum erigimus, genere nobilitamus[d], & forum ex eorum perſona ſtatuimus: & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis

a *Ecl. lib. 6. ti. 1.*
b *Harmenopulus libro 6. titul. de dignitatib.*
c Seuerianæ: *in meo manuſcr. Cont. al.* Seuerino, *al.* Antonin. A.
d Dignitatem Conſularis & Prætoria mulier amittit, nubendo priuatæ conditionis homini. *l. 8. ff. de ſenatorib. adde l. 3. ꝫ. de murilegulis.* Ita plebeij ſunt nati matre nobili, patre plebeio. Sic Virginia patritia, per nuptias facta plebeia eſt, *Liuius 10. vide l. 13. j. eod.*
e *al.* Alexander.
f Infames & inhoneſti (οἱ ἄτιμοι καὶ αἰσχροὶ) Senatores fieri non poſſunt. *Synopſis Baſilicôn. 6. titul. 1. cap. 18. l. 1. ꝫ. de his qui non impletum ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt. l. 1. ꝫ. de infamibus. l. 2. ff. de officio adſeſſoris.*
g *al.* adnotatis, *quod idem eſt. Cicero 3. Offic. eóſque à cenſorib. omnibus ignominijs adnotatos. Cuiac.*
h *al.* idem Fruſiano P.P. *al.* Rufiniano. *al.* Gordianus A.*
i *al.* Imp. Philippus A.
k Homines hîc ſunt, qui res aliorum agunt, vt procuratores prædiorum, actores, clientes, coloni. Galli in ea ſignificatione dicunt *leurs hommes.* dixi ad *l. 1. ꝫ. de commercijs.*
l Senatorum patrimonia à temonario onere & ſordidis præſtationibus, extraordinariis vel vilioribus, libera ſunt, *adde l. 7. j. eod.*
m Temonarij præſtatio, eſt præſtatio tyronum, equorum, auri tyronici: *vt Cuiac. interpretatur.*
n *al.* ſorde.
o *al.* Valerianus & Gallienus. AA.
p *Vide l. 14. j. eod.*
q ſeruandum. r ſit. ſ ſi.
t *al.* Imppp. Diocletian. & Maximi. AA. u *Ecl. c. 22.*
x Nullus negotiator vel monetarius, vel publicanus vel abiecti officij (ἔμπορος μονετάριος, τελώνης ἢ ἀπὸ εὐτελοῦς ὀφφικίου) dignitatem aliquam conſequi pertentet. quòd ſi etiam conſequatur, rurſum collegio ſuo reddatur. *Synopſis Baſil. eo. c. 22.*
y Monetariorum vile officium: inter vltimos negotiatores, abiecta officia, & deformia miniſteria cenſentur.
z deformis miniſteriis ſtationariis, *in quib. eo. v. in hanc legem Cuiac.*
a Stationarij qui, dixi ad *l. 15. §. 7. ff. de iniur. vide Cuiac. 2. obſer. vlt.*
b *adde l. vnicam. j. negotiatores ne inutilem.*
c pertentent. d *al.* Iidem AA. & CC. e ¶ *vide l. 4. ꝫ. eod.*
f reuocetur, *al.* deuocetur. g *C. Theo. 9. 2. 1. al.* P.P.

h *Ecl. c. 24.*
i *al.* ſenatoriũ. Senatorum ius, & Senatorij ordinis auctoritatem iniuria nõ oportet adfici. *Synopſis Baſilic. d. loco, c. 24.*
k Senatoribus vel Princeps ipſe adnumeratur. *vt hîc.* rectè: quum etiã conſulatus adminiſtrationem ſuſtineat, *Synopſis d. c. 24.* vt hinc colligas, Hodie principem appellari videri, dum appellatur ad Senatũ: quia pars eſt Senatus, *vt hîc.* è contra Senatus, pars principis, *l. 5. ꝫ. ad leg. Iu. ma. vide Sueton. in Tiberio 29.* nec neceſſe eſt confirmari à Principe decreta Senatus. quod olim non ſint. *Nouell. 62.*
† Senatores (vt & decuriones, *l. 1. ꝫ. ſi ſeruus aut libertus*) eſſe poſſunt qui liberti filij ſunt: quippe ingenui, *vt hîc,* ſoli enim libertini prohibentur: *Synopſis ibid. c. 25. 6. Harmenopul. titul. de dignitatibus 1. §. 2.* Turpe tamen & inuidioſum fuit & Imperatori Claudio vitio vertitur qđ latum clauum tribuerit libertini filio: & Appio Claudio, quòd in cenſura inquinarit Senatum lectis libertinorũ nepotibus. Hodie liberti Senatores eſſe poſſunt: vt pote natalibus reſtituti & iure aureorum annulorum donati. *Nouell. 78.*
l *C. T. 9. 35. 3.*
m *l. 11. l. 17. ꝫ. de quæſt.*
n Senatorio nomine, *in C. Th.*
o *al.* Conſtantinus A. *al.* Valentinianus.
p *al. incipit,* Si Senator. *v. in hanc legem Dua. libr. 2. diſp. cap. 29. & Cuiac. hîc.*
q *Id eſt plebeios, & editos antequam dignitatem ſuſciperet.*
r habebat, *in lib. Aured.* ſ *vide Hotomanum. 2. Illuſtrium.*
t alio, *in vet. quib. lib.* u *Cod. Th. 9. 27. 1.*
x *l. 2. ꝫ. eod. l. 2. ff. de ſenatoribus: l. 12. §. 2. ff. de iudicijs.*
y ita à teſtimonio dicendo remouentur. Oldendorp. *c. 4. de teſtib. numer, 22. & cap. 66. de exceptionib. numero 14.*
z ipſi. a *Co. Th. 2. 1. 7.*
b *Coniunge l. vlt. de incolis ſupr. Nouell. 22. c. 36.*
c Vxor à marito ſumit honorem, generis nobilitatem, forum, domicilium.
d Nobilis eſt natus patre nobili, matre plebeia: quia mater per nuptias nobilitatem adipiſcitur, *vt hîc.* Contra nati patre plebeio, matre nobili, plebeij ſunt. Nam & ipſa per nuptias facta eſt plebeia, *l. 1. ꝫ. eod. l. fœminæ. ff. de Senatorib.* vt Virginia cũ eſſet patritia, per nuptias facta eſt plebeia, *Liu. 10.* idque congruit cum antiqua definitione iuris, vt connubio interueniente liberi ſequantur patrem ſemper. *l. cum legitimæ. ff. de ſtatu hominum.* Apud quaſdam gentes, filij melioris patris conditionem ſequuntur.

virum

a Gratianus & Theo.AA.
b *l.5.ſ.eod.l.22.§.ſenatorem.l.23.in prin.ff.ad municipalem.*
c *al.*Euſtathium P.P.*in meo.Cont.*
d *l.vlt.j.eod.* Sine commeatu res ſuas inuiſere clariſſimis vel ſpectabilibus licet, *vt hîc.*Illuſtribus non licet.*l.vlt.j.eod.* Cur tam varie? Illuſtrium quo maior potentia eſt & dignitas, eò Reipublicæ aut principi periculoſior eſt eorum receſſus. Et hæc quidem diſtinctio proponitur hoc loco.Et huiuſmodi olim fuit diſtinctio Senatorum, qui in Sicilia & Gallia Narbonenſi, ab aliarũ prouincia ſenatoribus.Illis enim non his Auguſti conſtitutione licuit,non exquiſita principis ſentẽtia res ſuas inuiſere, *Tacit. 12.Dion.52.* Poſt Auguſtũ Claudius, ſine permiſſu principis, Senatores vrbe excedere vetuit vltra ſeptimum miliarium. *Suidas in Claudio.*

virum poſtea ſortitæ fuerint:priore dignitate priuatę,poſterioris mariti ſequentur conditionem. Datum IIII. Kalend. Februar. Conſtantinopol. Arcadio A. II. & Ruffino Conſſ.

De ſenatoribus.

14. Impp.*Theodoſ.& Valent.*[a] AA. Baſſo P.P.

PRæcipimus, vt ſenatori in qualibet prouincia conſtituto[b],nullam habeant iudices iniungendi aliquid fortè||publici||muneris poteſtatem.

De commeatus neceſſitate ſublata.

15. Iidem Auguſti ad Euſtaſium[c].

CLariſſimis vel ſpectabilibus vniuerſis ad genitale ſolum,vel quolibet aliò & ſine[d]commeatu proficiſcendi, & vbi voluerint commorandi habitandive permittimus facultatem.

De delictis.

16. Iidem Auguſti & *Arcadius*[e] A.Apollonio P.P.

SI grauius vllum facinus admittatur, nocente perſon extra carceralem cuſtodiam ſub [f] fideiuſſione habita, ſuper illuſtribus quidem, nobis ſuggeri iubemus. ſuper cæteris verò quadam minori dignitate decoratis, ad tu referri culminis notionem:vt ita demum, quid de admiſſo crimine conſtitui oporteat,iudicetur.

De priuilegiis illuſtrium.

17. Impp.*Honor.& Theod.**AA. Arcadio P.P.

QVotiens [h] ex priuata cuiuſlibet interpellatione ciuili vel criminali viro illuſtres conueniendi ſunt, nulla dandæ fideiuſſionis concuſſione vexentur: ſed per ſpeciale priuilegium ſuæ committi fidei conſequantur, iuratoria [i] ab his cautione tantummodo exponenda. quam ſi neglexerint, & contra inſertum cautioni ſacramentum ipſi, vel eorum procuratores abfuerint: in pecuniariis quidem cauſis ſuper [k] poſſeſſione rerum ad eos pertinentium iudex competens, quod etiam iuris auctoritas & rei qualitas ſuggeſſerit, ordinabit. In criminalibus verò negotiis dignitate quoque qua ſe per ſuum videlicet periurium[l]indignos eſſe[m]probauerint, ſpolientur. vt in eos vtpote illuſtri dignitate per ſuum facinus priuatos,inconſulta etiam noſtra pietate, iudicibus legum ſeueritatem liceat exercere. 1 ¶Quibus illuſtrium dignitatum priuilegiis hoc etiam adiiciendum [n] eſſe cenſuimus[o], vt huiuſmodi perſonæ nullam [p] ex cuiuſlibet iudicis ſine[q]ſcriptis habita ſententia[r], conuentionem neque in ciuili, neque in criminali cauſa ſuſtineant.

18. Imp.*Anaſtaſius* A.Euſebio magiſtro officiorum.

IVbemus, ſaluo honore qui per reuocationem [s] ſacræ reuocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus [t] quàm maioribus poteſtatem gerentibus, necnon etiam honorariis illuſtribus, ſiue ex hac regia vrbe, principali videlicet præcedente conſenſu, profecti fuerint,ſiue in prouinciis habitantes ſacratiſſimum (ſuis ſcilicet poſcentibus negotiis) petere maluerint comitatum: ſine ſacra quoque reuocatoria ad hanc regiam [u] vrbem peruenire.

e *al.*Zeno A.
f *vide l.3.ff.de cuſtodia reorum:* Id non ſeruari refert Clarus *5.ſentent.§.vltim. quæſt. 46. verſ. ſcias autem.*
g ſubſtitutione,*in veter.q ib. Cod.Cuiac. legendum exiſtimat,* ſubſtitutione.
* *al.* Zeno. *al.* Anaſtaſius.
h *E cl.c.32.*
i *l.12. circa. pr. j. de proximis ſcrinior. 1. Harmenopul.12.§.26. 29. dixi ad l. 6. in fi.ff.quorum legatorum.* Iurant illuſtres, *vt hîc.* memoriales, *l. 12.j.de proximis ſacrorum ſcriniorum.* Iurat, non ſatiſdat immobilium rerum poſſeſſor. *l. vlt. j. de princip. agent. in reb. l. ſciendum.ff. qui ſatiſdare.* Iurat & quilibet,quãdocunque iudici iuſta cauſa videtur eſſe, forte non inuento fideiuſſore. *Nouell.112.*
k Miſſio fit in poſſeſſionẽ debiti ſeruãdi cauſa, *Nouella 53. c. 4.* qua miſſione vt ibidem Iulianus ait rectiſſime, ius pignoris conſtituitur pro modo debiti.
l Periurus dignitatem amittit.
m ſe eſſe. n addendum. o ſtatuimus. p nulla.
q *vide l.8.§.hoc etiam.j.de principibus agentium in rebus.*
r Sententia hîc generaliter accipitur pro quocunque iudicis iuſſu, & pronunciatione iudiciali auctoritate facta.Aliud eſt porrò hîc ſententia,aliud libelli conuentio,*vt l.6.ſ.vnde vi.*
ſ euocationem.
t tam minores quam maiores poteſtates,*in veter.lib.*
u *l.15.ſ.eodem.* x *adde titul.de off. Prætorum.ſ.& ff.*

DE PRÆTORIBVS[x] ET HONORE præturæ,& collatione,& gleba[y],& folij[z],& ſeptem[a]ſolidorum functione ſublata,

Tit. II.

y Gleba,glebale aurum, glebalis functio,aurum oblatitium, à Senatoribus exigitur,vt aurum coronarium,à decurionibus: aurargentum à negotiatoribus, à gleba ſenatoria, Cuiacius putat nihil differre follem ſenatorium, de quo mox dicetur. *Adde Nouellam Martiani de indulg.reliquorum. Zoſimus 2.*
z folli.*al.*pholi. Follis aurei numi genus.*l.2.l.5.Cod.Theodoſ.quorum appellat.non recip.l.3.Co.Theodoſ.de ſuariis.l.5.l.21.Co.Theodoſ.de Prætorib.*Moſchopulo,obolum:Marcellino,Follerales dicti.Singuli,ſiliquæ partem XII.efficiebant. Iuſtin.in Georgicis titul.περὶ ἀκλοπῆς:adde Zonaram in Leone Iſauro. Sed quid? Forcatulus *8.Necyomantiæ 5.* Prætores olim magiſtratum ineuntes à prouincialibus accipere ſolitos fuiſſe ſcribit, follem glebam & clauem, vt his quaſi ſymbolis adumbrarent æris, mobilium & immobilium collationem:idque in hominis fidem:quæ meræ nugæ.Follis enim id,quod ante dixi.
a Septem ſolidorum præſtatio tenuiſſimos ſenatorum obligabat: eràtque id perſonæ onus non glebæ. b ¶Martianus *in meo lib.Cont.pars l.2.ſ.de offic.præt.*

1. Impp.[b]*Arcad.& Honor.*AA.Tatiano P.P.

NEMO ex clariſſimis[c] & ſpectabilibus qui in prouinciis degunt, ad præfecturam [d] poſtea deuocetur[e], ſed maneat vnuſquiſq; domi ſuæ tutus atque ſecurus, & ſua dignitate lætetur.

2. Iidem AA.ad Senatum.[f]

GLebam[g]vel follem,ſiue vij. ſolidorum functionem [h], ſiue quamlibet huiuſmodi collationem tàm circa perſonas, quàm circa res ac prædia funditus iubemus aboleri: vt omnis huiuſmodi ſopita perpetuò conquieſcat exactio.

DE CONSVLIBVS[i], ET NON SPARgendis[k]ab his pecuniis,& de præfectis,& magiſtris militum,& patriciis,

Tit. III.

Inter habentes eandem dignitatem ille prius debet antecedere,qui prius eſt adeptus dignitatem.Bart.

1. Impp.*Theod.& Valent.*[l]AA.ad ſenatum vrbis Conſtantinopolitanæ.

ANTIQVITVS[m] ſtatutum eſt,conſularibus viris cæteros quidem honoratos ipſius trabæ ſummitate, pares verò infulis,conſideratione tantum temporis anteire. Quis enim in vno denique genere dignitatis prior eſſe debuerat,niſi[n]qui priò meruit dignitatem?cum poſterior etiam ſi eiuſdem honoris prætendat auſpicia, cedere tamen illius temporis conſuli debeat,quo ipſe non fuerit: hoc obſeruando & ſi iterata vice faſtigia conſulatus aliquis aſcenderit. Repetiti etenim faſces, virtutes ſæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil eſt altius dignitate. Quod ſi quis prior conſul poſteriori conſuli eidémque patricio poſthabitus,patriciatum [o] poſtea conſequatur: vinci eum oportet: qui prior meruerit patriciatum, poſtquam iſte honore patriciæ dignitatis decoratus eſt.

2. Impp.*Valent.& Marcianus*[p]AA.[q]Aporatio Dom.||vel com.||& conſuli.

ORdinem [r] conſulatus ad antiquam reduximus [ſ]ſanctionem, vt ſellam noſtri [t] honoris,merito, non rapiendi ſtudio populorum agmina ſectentur [u]: ac lucrandi[x]cupiditate depoſita, venerabilem parentum[y]habitum, & feliciſſima antiquitatis ornamenta conſpicentur[z]. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere conſules volumus: nec expendere eos ſine effectu patimur. Ceſſante ergo iſta ſpargendi [a] vtilitate [b] ampliſſimi conſules procedentes[c],deinceps abſtineant hoc errore[d] perdendi,optimóque conſilio operi neceſſario proficiat, quod erat incompetenter proiiciendum. Ad reſtaurationem itaque aquæductuum [e] huius ampliſſimæ vrbis centena pondo auri præſtentur per ſingulos conſulatus: vt & conſul patriæ ſe dediſſe nouerit, & data notum ſit manſura eſſe perpetuò.

Nullus eligi poteſt patricius,niſi primò alteram dignitatum hic inſertarum fuerit adeptus. Bart.

3 Imp.*Zeno* A.

NEmini ad ſublimen [f] patriciatus honorem (qui cæteris omnibus anteponitur) aſcendere liceat, niſi prius aut conſulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætorio, vel [g] Illyrici: vel vrbis [h] adminiſtrationem, aut magiſtri militum, || aut magiſtri officiorum|| in actu videlicet poſitus geſſiſſe noſcatur: vt huiuſmodi tantum perſonis,ſiue adhuc adminiſtrationem gerendo, ſeu poſtea,liceat, quando hoc noſtræ ſederit maieſtati, patriciam conſequi dignitatem. Quoniam verò glorioſiſſimæ huic

c Ad Præturæ onus non vocãdi ſenatores, qui in prouinciis ſedes ſuas conſtituerunt.
d præturam, *quod rectius eſt.*
e deuocentur.
i *Sic Azo not. ſcriptum fuiſſe in lib. Martiani.*
g Id eſt,glebalem functionẽ, quæ ſcilicet pro poſſeſſionibus penditur. *al.* Clauem.*6.Co.T. in princ.*
h functione, ſiue qualibet huiuſmodi collatione.
i *l.ff. o.*
k *adde Nouell. 105. Nouell. Leonis 94.*
l *al.*Imper.Valentin.A.
m *Vide Symmachum lib.1.epiſt.7.Cont.* Vid. Petrũ Fabrum, *1.ſemeſtr. 2.circa finem.*
n Inter Conſules is præfertur, qui prior geſſit. *vide l.1.j. vt dignitatum ordo.* ita ordinarius,honorario: etiã antiquiori. *l. 4.j. de princip.agent. in reb. l.2.j.de primario.*
o *l. 4.j.de princip. agentium in reb.*
p *Nouella 93.*
q *Sic in manuſcript.Cont. al.* Leo A.
r *Vide de hac lege Marcellinũ in chronicis.*
ſ *al.* reducimus.
t *al.*noſtram.
u ſectarentur.
x lucri.
y Conſules, parentes Principis.
z conſpicerẽt, *al.* conſpiciant, *al.*cõſpicerẽtur.
a Spargendi miſſilia facultatem Conſulibus adimit Marcianus hac lege: hoc conſtituto, vt certam potius ſummã expendant in formarum reparationem.Iuſtinianus verò Nouell.105.ſpargendi facultatem volentibus permittit ad certũ modum tamen, & ſepties in anno, hoc eſt, Initio magiſtratus, Kalendis Ianuariis (quibus & Prætores & Conſules Magiſtratum inire ſolebant) Deinde Circenſibus ludis (quos mappam poſtea appellarunt) Tertiò theatrica venatione: quartum in ſpectaculo quod μονημέριον (edebatur in eo pancarpum ſeu ſilua & venatio,) quintò ludis Scęnicis, (quos πόρνας à productione meretricum in Scænam vocabant) ſextò,iterum ludis Circenſibus.Septimò,tempore depoſiti magiſtratus.Quod ad modum attinet,quantitatis notitia non extat:nũmi,argentei tantum (non aurei) & quidem minutiores, quorum alij concaui,quadrati, rotundi. Quin & mater & vxor Conſulis ſpargendi ius habuit.*d.Nouell.105.*
b Vtilitate, *Hal.* legendum videtur, futilitate. Quanquam & vilitas eſt, numis in populum iactis gratiam populi mereri,non virtute.
c Hinc proceſſus Conſulum.*l.nam & Imperator ff.de dona.inter virum.*Gręci πρόοδος.*Nouella 105.*
d Perdit,qui miſſilia in vulgus iactat. e *vide l.3.j.eod.*
f Patriciatus honor maior Cõſulatu,non gradu, ſed duratione.Cõſulatus annuus: patriciatus,perpetuus.ita Conſulatus maior patriciatu. *l.1. in fi ſ.eo. Petr.Faber. 1.ſemeſt.24 in fin.* g Prætoriorum Orientis.vel Illyric,*&c.*
h Præfectura vrbi poſtponitur conſulatui hîc:quod mutari videtur *Nouella.62.*

a Roma caput orbis terrarum.
b ad aquæductus reficiendos Conſules liberalitates ſuas largiebantur, *vt hîc & l. 2. ꝟ. eo. l. 8. ꝟ. de aquæductibus.*

vrbi, quæ[a] caput orbis terrarum eſt, omnifariam credimus conſulendum: vniuerſos, qui poſthac honorarij conſulatus inſignibus principali munificentia decorantur: centum libras auri ad reficiendum aquæductum[b] publicum miniſtrare cenſemus: ad ſimilitudinem eorum, qui per annale tempus conſularium editione munerum gloriantur. Nam ipſis quoque expedit, vt florentiſſima ciuitas centum auri librarum munificentia ſuſtentata, honorarium quoque ſentiat conſulatum.

Si cui conceditur adminiſtratio dignitatis diu ante conceſſa, non videtur de nouo dignitas concedi. Bart.

4. Idem A. Sebaſtiano P.P.

SAncimus viris excellentiſſimis conſularibus omnibus qui iam facti ſunt, vel poſtea fuerint, procedendi quoque & re ipſa per annũ gerendi conſulatus impetrato videlicet principali iudicio, legitimam tribui facultatem: ita vt peracta quam meruerint proceſſione, non nouum aliquid, vel quod nondum habeant, adipiſci: ſed conſulatus ius[c], quod ſemel eis conſularis detulerat proceſſio, iteraſſe beneficio videantur: & in adoranda[d] noſtra purpura, vel in conſequendis cunctis conſulum honoribus & priuilegiis ex anteriore tempore prouectionis ordinem ſibimet nouerint vindicandum. Hoc etiam obſeruando, vt huiuſmodi conſul nec centum libras auri aquæductibus huius inclytæ ciuitatis pro tenore ſacræ conſtitutionis præbendas, quas cum eſſet conſularis, præſtiterat, conſul poſtea creatus perſoluere denuò compellatur.

Filiusfamilias electus in patricium, à patria poteſtate liberatur Bart.

5. Imp. *Iuſtinianus* Auſtuſt. Ioanni P.P.

SAncimus[e], viros excelſos[f] patricios[g], quos in huiuſmodi dignitatis apicem Auguſta maieſtas retulerit[h], illico ab imperialibus codicillis præſtitis patresfamilias effici, ac poteſtate liberari paternane videantur, qui à nobis loco patris honorantur, alieno iuri eſſe ſubiecti: (quis enim patiatur patrem[i] quidem poſſe per emancipationis modum ſuis nexibus filium relaxare: imperatoriam autem celſitudinem non valere eum quem ſibi patrem elegerit[k], ab aliena eximere poteſtate?) ne ſi contrarium approbetur per quamcunque machinationem, imperialis maieſtas minui videatur. Et hoc quidem rarò contingere ſatis certum eſt: nemo[l] enim facilè reſpexit filiumfamilias in patriciatus honorem prouectum, quemadmodum in conſulibus hæc res vſitata eſt: ſed ne quid in parte temporis tale eueniat, & ſine legibus inueniatur, ideo hæc nobis viſa ſunt ſancienda.

DE PRÆFECTIS PRÆTORIO, ſiue vrbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis,

Tit. IIII.

1. Imppp. *Valentin.*[m] *Valens & Gratian.* Auguſti ad Ampelium P.P.

PRÆFECTVM[n] vrbi[o], & præfectum prætorio, & magiſtro[p] equitum ac peditum, indiſcretæ ducimus dignitatis: vſque adeo videlicet, vt cum ad priuatam ſeceſſerint vitam, eum locum[q] velimus eſſe potiorem[r], qui alios promotionis[ſ] tempore, & codicillorum adeptione præceſſerit. Datum 3. Non. Iul. Nanſonaci. Accep. IIII. Non. Septemb. Modeſto & Arintheo Coſſ.

Dignitate depoſita per plures in pari gradu dignitatis exiſtentes, ille eſt potior qui prior fuit in dignitate electus. Bart.

2. Imppp *Gratian. & Valent. &* [t]*Theod.* Auguſti Reſtituto P.V.

QVisquis magiſterium equitum, peditúmque ſuſceperit, & geſſerit ante captam à quoquam pręfecturam: is cum priuatus erit, & honorem depoſuerit, ex pręfectis[u], qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur ſedes prior[x] antè prouectis, locus conſpectior, decernendi loquendíque facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior. Dat. 8. Kal. Iul. Theſſal. Gratiano V. & Theodoſ. AA. Coſſ.

DE[y] PRÆPOSITIS SACRI CVBICVLI[z], & de omnibus cubicularijs, & priuilegiis eorum,

Tit. V.

Cuſtodientes cubiculum principis vel Auguſtæ eandem dignitatem habent, quam præfectus vrbi, & præfectus prætorio, & magiſter militum. Bart.

1. Impp. *Honor. & Theod.*[a] Auguſti Florentio[b] P.V.

SACRI[c] cubiculi præpoſiti ea dignitate fungantur qua ſunt prædití qui eminentiſſimam prætorianam vel vrbanam meruerint pręfecturam, aut certè militarem magiſteriam poteſtatem: ita vt ſit inter eos poſt depoſitas adminiſtrationes nulla diſcretio, ſiue noſtræ ſerenitatis adoraturi[d] admittantur imperium, ſiue pro ſuo arbitrio ſolennes feſtiuitates & cœtus, vel ſalutationes, vel quælibet alia officia[e] frequentent[f]: vt in ſedibus & in conceſſu eis ordo ſeruetur, quem ordo[g] prouectionis oſtenderit: ſub habitu videlicet ipſis conſueto: cum manifeſtè decretum ſit eorum eſſe potiorem, qui præceſſerit: vel illum ſubſequi, quem recẽtius probauerit examen. Dat. 8. Id. Nouem. C.P. Honorio XIII. & Theod. X. AA. Coſſ.

2. Iidem *Theod. & Valent.* Aug. Proculo P.P.

HAc noſtræ manſuetudinis æterna lege ſancimus, vt omnes cubicularij qui de noſtro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant (excepto caſtrenſi & comite domorum) his priuilegiis perfruantur, id eſt, vt neque poſſeſſiones[h] eorum angarias, ſiue parangarias, vel etiam parauer edos in poſterum diſpotione tui culminis, vel alicuius calumnia dare cogantur, ne ſordidis adſtricti muneribus, decus miniſterij, quod militando videbantur adepti, otij tempore & quietis amittant, domos quoque eorum vel in hac ſacratiſſima vrbe, vel in qualibet alia poſitas ciuitate, ab omni hoſpitum cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus: prouinciarum rectoribus, eorúmque apparitoribus denarum librarum auri diſpendio feriendis, ſi manſuetudinis noſtræ ſtatuta diſſimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

3. Impp. *Leo*[i] *& Anthemius* AA. Ioanni comiti & magiſtro officiorum.

CVbicularios tam ſacri cubiculi mei, quàm venerabilis Auguſtæ, quos vtroſque[k] certum eſt obſequiis occupatos, & aulæ penetralibus inhærentes, diuerſa iudicia obire non poſſe: ab obſeruatione aliorum tribunalium liberamus, vt in[l] ſublimitatis ſolummodo tuæ iudicio propoſitas aduerſus ſe excipiant actiones.

Si dominus principi ſeruum ſuum cubicularium obtulit, ilico talis ſeruus libertatem adipiſcitur. Bart.

4. Imp. *Leo* Auguſtus Puſeo P.P.

IVbemus omnes[m] qui vel iam in ſacrum cubiculum cuiuſpiam liberalitate donati, alióve titulo dati vel dandi, principalibus obſequiis inhærere vel ante meruerunt, vel poſtea meruerint, licet nulla interueniente ſcriptura, nulla confectione geſtorum, poſtquam[n] deuotiſſimis cubiculariis fuerint ſociati[o]: ad[p] conditionem libertatis ingenuitatíſque rapiantur, raptíque videantur. hoc non ſolum circa ſuperſtites, ſed etiam[q] circa mortuos volumus cuſtodiri. Nam cum hoc priuilegium videatur principalis eſſe proprium maieſtatis, vt non famulorum, ſicut priuatæ conditionis homines, ſed liberorum honeſtis vtatur obſequiis: periniquum eſt eos duntaxat pati fortunæ deterioris incommoda: ſed[r] teſtamenta quidem ad ſimilitudinem aliorum qui ingenuitatis infulis decorantur, pro ſua liceat eis condere voluntate, inteſtatorum verò nemo dubitet facultates, vtpote ſine[ſ] legitimis ſucceſſoribus defunctorum, fiſci iuribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti obſeruatione volumus cuſtodiri, cum ſponte, ſuáque voluntate quis dederit eunuchum[t] ſacri cubiculi miniſteriis adhæſurum. Si verò quidam fuerit violenter extortus, aut inuito domino vel ignaro intra ſacrum auſus ſit militare cubiculum: liceat domino deſtinatum ſacra ex lege cubiculariis interpellare iudicium: & eum quem probauerit nolente ſe vel inſcio ſacrum penetraſſe cubiculum, vt ſuum famulum cum peculio conſequatur. Sed & ſicut læſis implorandi præſidij facultatem denegari non conuenit: ita nec calumniandi || viam patimur || diutius eſſe patefactam. Ideóque tempus quinquennij præfinimus, intra quod contra eum ſuas debeant exercere quæſtiones, vt ſi medio tempore mouere[u] diſtulerint, vlterius eis tanquam in ſuum famulatum[x] vindicandi[y], vel eius[z] vt ſerui peculium, vel bona quaſi liberti, copia denegetur. Hæc omnia quæ ſuper deuotiſſimis cubiculariis ſancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in ſacrum cubiculum datæ vel dandæ ſunt, ſuperſtites atque mortuas extendi propagaríque decernimus.

5. Imp. *Anaſtaſius* Auguſtus Euſebio magiſtro officiorum.

IVbemus duobus viris illuſtribus præpoſitis vtriuſq; ſacri cubiculi, tam noſtræ pietatis, quàm ſereniſſimæ || noſtræ || coniugis, qui poſt finitam militiam ſenatorio fuerint conſortio ſociati[a], licere quotiens ad aſpiciendos agros ſuos, vel ob aliam cauſam proficiſci voluerint, cingulo vti, cum hoc ad implendum eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere videatur.[b]

---

c *In manuſcriptis lib. legitur, vt in hoc excuſo Co. ſed ex veterib. ſic emendat Cuiacius.* Sed conſulatus ius quod eis conſularitas detulerat, proceſſionis iteraſſe.
d *vide quæ ſcripſi ad l. 1. ꝟ. de apparit. Præfecti vrbi.*
e *Huc pertinet §. filiusfamilias. Inſtit. quibus modis patr. poteſt. ſol.*
f *Nouella 81. c. 11. §. filiusfamilias. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. adde l. 3. ꝟ. eod.*
g & alios, *ex Nouell. 81.*
h extulerit.
i Suidas ait eum apppellatum fuiſſe patrem communem reip. Idem & Caſſiodorus in formula patriciatus.
k elégit, *al.* fecit.
l Patricij pauciores conſulibus.
m *al.* Imp. Valentinian. A.
n Præfecti vrbi, Prætorio, & Magiſtri equitum ac peditum par & indiſcreta dignitas. Tres hæ dignitates ordinariæ curia liberant: honorariæ non liberant. Honorarij cingulum non habent, eſt enim cingulum nihil aliud quã adminiſtratio. *Nouell. 70.*
o vrbis.
p Hi magiſtri militum.
q *Puto legendum* loco, *ex manuſcr.*
r priorem.
ſ *vide l. 1. ꝟ. vt dignitatum ordo ſeruetur.*
t *al.* Imp. Leo A.
u ex pręfectis, qui poſt prouecti, *&c. legit Cuiac.* Ex præfecti autem eſſe dicuntur, qui à præfectura abierunt.
x *vid. l. 1. ꝟ. vt dignitatũ ordo ſeruetur.*
y *Eclog. libr. 6. tit. 25.*
z Duplex eſt ſacrum cubiculum: Auguſti & Auguſtæ. *vide hîc Cuiac.*
a *al.* Arcad. & Honor. AA.
b *al.* Floro P.F.
c Præpoſiti (οἱ πραιπόσιτοι) eandem habent poteſtatem, quàm Præfecti Prætorio, vel vrbi vel magiſtri militum, tam in adorationibus principis, quàm priuatis feſtiuitatibus, & aliis omnibus officiis: vt videlicet pro ratione gradus, quem tempus tribuit, alij aliis pręferantur: *Synopſis Baſilicôn. 6. titul. 25. cap. 1. l. 1. Cod. Theodoſ. eod. 6. Harmenopul. titul. de dignitatibus. §. 6.*
d *vide quæ notaui ad l. 1. ꝟ. de apparitoribus P. vrbi.*
e Veluti funebria aut nuptialia. *Suetonius in Caligul. Cum ad officium veniſſet. Cuiac.* Ita hic locus indicio eſt veteres in funeribus etiam de gradu & ordine certaſſe.
f frequententur.
g *vide l. 1. ꝟ. vt dignitatum ordo ſeruetur.*
h Angarię munus poſſeſſionibus num indicitur? eſtne patrimonij? non eſt, *l. vltim. §. 1. ff. de muneribus.* Atqui hic poſſeſſionibus hîc indici videtur? Cura exigendæ angariæ, perſonalis: præſtatio, realis.
i *al.* Imp. Martianus A.
k vtriuſque, *al.* vtriſque.
l Forum cubicularij principis & Auguſtæ ſortiuntur apud Magiſtrũ officiorum.
m *al. additur,* ſeruos.
n *vide l. 6. ꝟ. qui militare.*
o Libertatis conſequendæ hic modus ſingularis: *adde alios ex l. 24. ꝟ. de Epiſcopali audientia: l. vnica. Cod. de Latina libertate. §. 1. Inſtit. de libertinis.*
p Cubiculo principis ſociati cubicularij, hoc ipſo quod cubicularij, liberi & ingenui ſunt. Poteſt defendi, hoc ipſo quoque nobiles fieri. Nam & interpretes noſtri, minimũ quemque, qui in principis ſit miniſterio, nobilem fieri notant: minimum inquã, verbi gratia, coquum.
q Lex plerũque extenditur ad mortuos.
r *al. additur,* &.
ſ *toto titulo ꝟ. de bonis vacantibus: l. 96. §. quoties lege Iulia. ff. de legat. 1.*
t *De eunuchis cubiculariis vide hîc Cuiacium.*
u Mouere hic eſt agere.
x famulum.
y iudicandi.
z ei, vt ſerui.
a aſſociati.
b videamus.

DE

DE QVÆSTORIBVS[a] ET MAGIſtris [b] officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ,

Tit. VI.

1. Imppp. *Gratian.* [c] *Valentinian. & Theod.* AAA. Reſtituto P.V.

QVI ex [d] quæſturæ honore, aut officiali [e] magiſterio, aut comitiua vtriuſque [f] ęrarij noſtri attonito ſplendore viguerunt: acclamatione excipiãtur ſolita, nec prætereantur vt incogniti[g].

DE PRIMICERIO[h] ET SECVNdicerio [i], & notariis,

Tit. VII.

Notarij principis licet ſenectute depoſuerint officium, aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc notariorum nomen perdunt. Bart.

1. Iidem Imppp. [k] Eutropio P.P.

PRAECIPVA eſt noſtræ pietatis intentio circa notariorum nomen: atque ideo ſi vnquã huius ordinis viri laborem quiete mutauerint, vel abiecerint, vel ſenectute poſuerint, ſeu ||cum|| alia dignitate poſthac[l] qualibet vſi ſunt, non omittant prioris [m] vocabulum militiæ, ſed compendium ſequentis honoris adſumant: & ſi quis ex officio vel præcipuæ ſublimitatis tuæ temerario adſenſu[n] in diſcuſſiones, peræquationes, aliam deniq; vllam rem inquietator extiterit: officium ſuum nouerit vel leuis culpæ offenſione detecta, grauis multæ diſcrimine fatigandum: & numerariorum corpus extincto iniuriæ auctore minuendum.

Primicerij vltra biennium in officio militare non coguntur. Bart.

2. Imp. *Zeno* [o] Auguſtus * [p] magiſtro officiorum.

PRæclaram nobilémque militiam ſpectabilium tribunorum notariorum qui glorioſis obſequiis nonnihil reipublicæ commoditatis afferunt & decoris, diuerſis beneficiorum titulis muniendam credimus & augendam. nam biennales[q] metas viro ſpectabili pro tempore primicerio agendis numeris [r] duximus ſtatuendas. Hos autem tribunos, qui ſuis negotiis occupati, minimè ſacrum palatium curauerint frequentandum: niſi intra annale ſpatium reuertantur quamuis commeatus iura prætendant, pro abſentia quidem vnius anni, vnius gradus: ſi verò duobus annis abfuerint, duorum: ſi tribus, trium: ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduum ſubire iacturam: his qui inferiores [ſ] eis fuerint, poſtponendis [t]. Qui verò per quinquennium integrũ ſe præſentare ceſſauerint: exemptos matricula, tantùm nomine tribunorum, non verò ordine perpotiri: his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cenſus, diſcuſſionis, peræquationis, & cuiuſlibet alterius rei habituros. Illud præcipuè proviſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cuiuſlibet occaſionis obtentu, vel laborum ſeu ſolicitudinum ſpecie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum ſeriem conturbare, & temporum [u] ratione calcata dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixíſque ſtipendiis [x] defenſa [y] iam

a *l.1.libro 30.§.eod.*

b Magiſter officiorũ ἡγούμενος τῶν βασιλείων. *5.Theodoret.20.* ἡγέμων τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. *Zoſin.2.* Apud eum forum ſortiebantur ſilentiarij & miniſteriales omnes. *l.4. de ſilent. l.vlt.§.de caſtrenſ. & miniſter. ſcholares l. vlt.§. de priuileg. ſchol.* agentes in rebus: *l.4.§.de agentib. in reb.* decani *l.2.§.de decanis* cubicularij principis & Auguſtæ. *l.3. §.de præpoſit. ſacri cubiculi.* militãtes in ſacris ſcrinis. *l. 12.§. de prox. ſacrorũ ſcrinior.* fabricẽſes. *l.penult.§.eod. de fabricenſ.* duces limitanei, præpoſiti caſtrorũ. *l.8.§.de diuerſ. officijs.* deniq; totius palatij diſciplina ad eũ ſpectabat.

c *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA.

d *al. deeſt* ex.

e efficaci *legit Cuiac. & ita in quib. lib. manuſ. reper.*

f Ærarium duplex. Aliud ſacrum (quod & ſacræ largitiones, & theſauri) aliud priuatũ. Illi adtributus Comes ſacrarũ largitionum, ſacri ærarij & theſaurorũ Comes: Alteri vero ærario hoc eſt priuato Comes adtributus Comes rei priuatę. *dixi ad l.2. §.vt dignitatũ ordo ſeruet.*

g cogniti.

h Primicerius Secundicerius, Tertiocerius, Quartocerius, ſcholarum vel notariorum eſt Primus, Secundus, Tertius, Quartus ſcholarum & notariorũ, Erius enim, productio eſt verbi. Ita Stephanus primicerius Martyrum Auguſtino. *ſermone 21* Petrus Primicerius Apoſtolorum *apud Baldricum Bolenſiũ Archiepiſcopum in hiſtoria Hieroſolymitana.* cætera *vide apud Cuiac.*

i Sericerio. *ſed vtrumque abeſt à Cod. Th. in quo legitur:* De primicerio & notariis.

k *al.* Imp. Leo A.

l poſt hanc.

m Tabellio ſi certa dignitate arceatur ſtatuto, & Tabellionis matricula diſpunctus ſit, eam tamen dignitatem, à qua antea remouetur, attingere ſeu gerere non poteſt. vt hinc colligit Corſetus, *ſingulari. Statutum Statuto cauetur.*

n temerarius ad cenſus diſcuſſiones, *emendat Cui. ſed excuſa lectio extat in omnibus*

o *al.* Iuſtinianus A.

p *al. additur,* Illuſtri.

q Primicerij notariorum munus biennale. *vt hîc.* Idem in primicerio fabricenſium. *l.2.§.de fabricenſib.*

r *al.* agendi muneris: *ſed rectior excuſ.*

ſ inferioris gradus.

t poſtponendi *al.* poſtponendos.

u *vide l.7.§.de proximis ſacrorum ſcriniorum.*

x diſpendiis.

y defeſſa ſibi iam, &c.

z munerum.

a *al.* P.P.

b *Ex lib.6.tit.1.l.2.C.Theod. quem confer. detractum enim eſt principium.*

c Qui locum indebitum ſibi vſurpauerit, ſacrilegij tenetur: nec ignorantiam prętexere poteſt. *Synopſis Baſilic.15.titul.1.ex lib.6.tit. .c.54. l. vlt.§.de priuil. eorum qui in ſacro palatio militant. l.1.§.de cõſulib. l.1. l.2.§.de of. P. Prætor. l.1.§.de præpoſit. ſacri cubicul. l.vlt.§.titul. prox.*

d ignoratione.

e ſacrilegij reus eſt, qui in leges admittit. *vt hîc. l.1.§.de petit.* bonorum ſublatis: *l.13.§.de erogat. militaris annonæ.*

f Illuſtrium quinque gradus. Illuſtres qui actis illuſtrem dignitatem geſſerunt: vacantium præſentium cum comitatu principis, vacantium abſentium, honorariorum præſentium, honorariorum abſentium.

g vacantes adſcriptitij *Trebellio Pollioni in Balliſta: Lampridio in Alexandro* adlecti & inter agentes *conſtit. de faciend. & confirm. Codi. l.vlt.* merito. *Cod. Theod. de Socr. cod. l.5.§.de metatis. l.1§. de ſilentiarijs.* ζωστοὶ antè geſtæ dignitatis, eã dignitatẽ aſſecuti: cum cingulo illuſtres: ab honorariis qui ſine cingulo & ἄζωστοι diuerſi. Ita vacantes dicuntur. *C.Th. de Comitib. vacantib. Ammiano 16.18.31.* His dabantur annonæ: at non honorariis *Lampr.*

h *al. abeſt.*

i perficimus, *in vet. lib.*

k Honorarij ſine meritò geſtæ adminiſtrationis ſolis codicillis principis hanc dignitatem conſecuti, imaginarij ſine cingulo, ἄζωστοι, & vt hîc dicitur, qui ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti *Nou. 70.* quales Pontifices, Augures & XV. viros ſacris faciẽdis Seuerũ feciſſe memoriæ proditum. Horũ alij præſentes: alij abſentes hic dicuntur.

pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſurripere: hoc etiam adiiciendo, vt primicerius poſt depoſitam publicam numerorum [z] ſolicitudinem, ac ſi ipſam geſſiſſet adminiſtrationem, cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine inſulas ſortiatur, omnibus vacantibus, quamuis tempore præcedentibus, præponendus.

VT DIGNITATVM ORDO ſeruetur,

Tit. VIII.

1. Imppp. *Gratianus Valent. & Theodoſius* Auguſti ad Prætextatum P.V. [a]

SI [b] quis[c] indebitum ſibi locum vſurpauerit, nulla ſe ignorantia [d] defendat: ſitque planè ſacrilegij [e] reus, qui diuina præcepta neglexerit. Datum 12. Kalend Iun. Mediolani, Richomere & Clearcho Conſſ.

2. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Cyro P.P.

OMnes priuilegia dignitatum hoc ordine [f] ſeruanda cognoſcant, vt primo loco habeantur hi qui in actu poſiti, illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo veniant vacantes [g], qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint: Tertium || verò [h] || ordinem eorum proſpicimus [i], quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis: Quartum honorariorũ [k], qui præſentes à noſtro numine [l] ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt: Quintum, eorum quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. ¶Sed adminiſtratores [m] quidem etiam comites rei priuatæ vacantibus omnibus [n] honorariis anteponi [o] cenſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, nõ [p] omnes iam omnibus honorarijs credimus prę̨ponendos: ſed eos vacantes illis honorariis, qui ſimilem adepti ſunt dignitatem: vt pręfectorius quęſtorio, non quæſtorius præfectorio [q] præponatur: paríque modo quæſtorius quæſtorio: non vacans comes theſaurorum [r], vel comes [ſ] rei priuatæ, honorario quæſtorio, vel magiſtro [t] officiorum præferatur. ¶ Et inter [u] adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro conſiſtorio cinctis [x] aliquid ordinarię dignitatis vel ante commiſimus, vel poſtea committemus peragendum: verbi gratia ſi vacanti magiſtro militum belli cura [y] committatur. Cur enim aut vir magnificus Germanus [z] magiſter militum vacãs appelletur, cui bellum contra hoſtes mandauimus? aut cur excellentiſſimus Propentadius [a] non egiſſe dicatur præfecturam cuius [b] illuſtribus cunctis diſpoſitionibus vice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia [c] cõmeatuum abundauit [d]?

DE MAGISTRIS[e] SACROrum ſcriniorum,

Tit. IX.

1. [f] Impp. *Theod. & Valentinian* Auguſti Ziolo P.P. Orientis.

VIRIS ſpectabilibus magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum, noſtræ beneuolentiæ liberalitas tribuẽda eſt, qui [g] noſtræ quodammodo adſidere maieſtati videntur: ideóque poſt depoſitum etiã officium ab omni indictionis onere ſeu ciuilium ſeu militarium iudicum prorſus immunes eſſe

l nomine.

m *al.* adminiſtrationes, *& ſic deinceps.*

n *In lib. Aured. additur. & Cui. legit* omnibus vacantibus, omnibus honorariis.

o Ordo hic dignitatum illuſtriũ eſt, vt adminiſtrãtes, vacantibus: vacantes honorariis præferantur.

p vacantes honorariis præferũtur ſimili gradu dignitatis præditis: maiori gradu præditis non præponuntur.

q præfecto.

r Comes hic theſaurorũ, qui & ſacrarum largitionum & ſacri ærarij Comes. *l.2.§. de palat. ſacrar. largit. l.vnica §. de quæſtorib. l. 3. §. vbi ſenatores* qui & ταμίας. & præpoſitus regaliũ theſaurorum. Præfectus ærarij. *in l. 15.§.4. ff. de iure fiſc.* Rutilius Numatianus, Nam neq; opum curam, quamuis ſit magna ſacrarum, Nec ius Quæſturæ grata fuiſſe magis.

ſ De Comite rei priuatæ dixi *ad l.9.§. de iure fiſci. de quo l. 9. §. de iure fiſci.*

t ex magiſtro *in quib. vet. lib.*

u Illuſtribus adminiſtratorib. adnumerãtur vacãtes, qui non ſunt otioſi, ſed ordinariam aliquam dignitatem gerunt. licet ea dignitas non ſit illuſtris, ſed clariſſimatus vel perfectiſſimatus.

x *al.* cunctis.

y Belli cura cui committitur, dux: Ducatus dignitas non illuſtris, ſed clariſſima vel perfectiſſima.

z Germanus hic magiſter militum vacãs, contra Vandalos dux magna claſſe miſſus à Theodoſio, pro adminiſtratore habetur, non pro vacante illuſtri. *vide Paulum & Proſperum.* Ita fit, vt vacanti illuſtri, belli cura committatur.

a Propentadius hic præfectorius vacans, curator copiarum factus, inter illuſtres adminiſtratores cenſitus eſt.

b cuius cincti illuſtribus diſpoſitionibus. *ſic emendat Cui. Et in lib. quidem Aured. & Dionyſ legitur,* cincti.

c Commeatuum copiis, curator copiarum præficiebatur authoritate P. Prętorio. *l.4.§.de erogat. milit. annonæ. adde l. ob negotiũ. ff. de cõpẽſat.*

d *al,* abundabit, *al.* commeatu.

e Magiſtri ſcriniorũ, principes ſcriniorum: quorũ alij magiſtri memoriæ (hi adnotationes omnes dictant & emittunt, & precibus reſpondent) alij magiſtri epiſtolarum, qui legationes ciuitatum conſultationes & preces tractant. Alij libellorum ſeu libellos agentes. Alij ſcrinium gerebant. ab his diuerſi Referendarij qui ſupplicũ deſideria principi exponebant, & iuſſiones principũ iudicibus inſinuabãt. *Nouella 10.113.124.* anulo ſeu ſigillo regis publicas conſcriptiones confirmabant *Sigebertus.* Regerendarij, qui ſunt à regiſtris & libellis. de quibus *vide Cuiacium hîc.*

f *al.* Imp. Anaſtaſius A.

g Magiſtri ſcriniorum, adſeſſores quodammodo principis: immunes, etiã depoſita adminiſtratione ab omnibus ciuilibus muneribus. *vt hîc & l.§.de excuſat. mun.*

a ne ab. b *vide.j.de proximis ſacrorum ſcrin.* c *al.* propagari.
d quis. e innouata. f *6. Cod. Theod. 12.*
g Conſiſtorij Comites, intimi principis conſiſtorij conſiliarij, ſpectabiles proconſularibus exæquati immunes à ſordidis onerib. *l. Maximarũ. ſ. de excuſ. muner. l. .C. Theod. qui à præb. eq. l. 1. Cod. Theod. qui cond. rei priu. Ammian. 15. Ambroſ. 5. epiſt. 133.*

præcipimus: vt nec [a] ab ampliſſima quidem ſede tui culminis eis vlla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet grauamine priuato vel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos [b] etiam ſacrorum ſcriniorum, & ex proximis, volumus prorogari [c]: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid [d] aduerſus ſtatuta clementiæ noſtræ innouari [e] conceſſerit. Dat. 5. Kal. Mart. Theod. A. XVII. & Albino Coſſ.

DE [f] COMITIBVS CONſiſtorianis [g], Tit. X.

1. Impp. *Arcad.* [h] *& Honorius* Auguſti Seuerino [i] P.V.

HOs [k] qui tranquillitatis noſtræ conſiſtorij dici comites meruerunt, ſpectabilibus proconſulibus equari [l] generaliter decernimus.

2. Imp. ANASTASIVS [m] A. Euſebio magiſtro officiorum.

VIros ſpectabiles comites conſiſtorianos, & coniuges & liberos, quinetiam ſeruos eorum atque colonos iiſdem priuilegijs, tam intentiones ab alijs proponendas excipiendo, quam ſuas contrà alios exercendo, perfrui, quibus viri clariſſimi principes ſcholæ agentium in rebus, per ſacram pragmaticam ſanctionem diuinæ memoriæ Zenonis vtuntur.

DE [n] COMITIBVS [o] ET TRIbunis ſcholarum, Tit. XI.

1. Impp. [p] *Honor. & Theod.* AA. Priſciano P.V.

PRAEPOSITOS [q] ac tribunos ſcholarum, qui inquietudinis [r] epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitus meruerũt: (inter quos comites etiam ſacri ſtabuli [ſ], & cura [t] palatij numerantur) ſi primi ordinis comitiuam [u] cum præpoſitura meruerunt, & caſu ad altiora non peruenerint, depoſito ſacramento inter [x] eos qui comites Ægypti vel Ponticæ diœceſeos fuerint (quorum par dignitas eſt) haberi præcipimus: alios, qui [y] honore comitiuæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, inter eos qui duces [z] fuerint prouinciarum, numerari iubemus. Dat. 7. Kal. Apr. CP. Lucio V.C. Coſſ.

DE COMITIBVS [a] REI militaris, Tit. XII.

1. Imppp. [b] *Valentinian. Valens & Grat.* AAA. Ampelio P.V.

QVI contemplatione meritorum, ducto intra prouincias tranſmarinas [c] ſtrenuiſſimo milite primi ordinis comitiuam fuerint conſecuti: ea [d] reuerentia altiſſimarum dignitatũ viris [e] ſubiugantur [f], vt his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur. Dat. 3. Non. Iul. Naſonnaci, Modeſto & Arintheo Conſſ.

2. Impp. *Honorius & Theod.* [g] AA. Priſciano P.V.

EOs [h] qui ſub comitiua [i] primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet prouinciã, vel [k] prouincias defendendas milite credito auctoritate noſtri numinis deſtinãtur, & eos qui [l] vicem illuſtrium virorum magiſtrorum militũ ſuſceperint peragendã, ducibus [m] qui prẹter [n] Ægyptũ & Põticam in aliis prouinciis adminiſtrauerint, adæquamus. Dat. 12. Kal. April. C.P. Lucio V.C. Coſ.

DE [o] COMITIBVS, ET [p] ARchiatris [q], ſacri palatij, Tit. XIII.

1. Impp. [r] *Honorius & Theod.* Auguſti Priſciano P.V.

ARCHIATROS [ſ] intra palatium militantes, ſi comitiuæ [t] primi ordinis nobilitauerit gradus, inter vicarios taxari præcipimus, ſiue iampridem depoſuerũt militiam, ſiue poſtea depoſuerint: ita vt inter vicarios [u] & duces [x] qui adminiſtrauerint, & eos qui comitiuam primi [y] ordinis meruerint, nihil interſit, niſi tempus quo quis adminiſtrauerit, vel comitiuæ adeptus [z] eſt inſignia. Datum 12. Kal. Apr. C.P. Lucio V.C. Coſ.

h *al.* Imppp. Gratian. Valent. & Theodoſ. AAA.
i Seueriano.
k *l. 1. Cod. Th. eod.*
l æquare.
m Iuſtinian. A.
n Comites ſiue Præpoſiti, ſiue tribuni ſcholarũ agentium in rebus, ad quos ſcholarũ gubernatio pertinet.
o præpoſitis.
p Imp. Valentinianus A.
q *Iunge l. vlt. j. de comitib. rei militaris.*
r *v. Pyrrhum. j. ad tit. de prox. ſac. ſcrin.* qui inquirendis epulis, *hîc putat eſſe legendum. Cuiac.* qui & diuinis epulis.
ſ Comites ſtabuli, equorum prẹfecti & rectores. *l. 3. C. Th. de equo. collat. l. 29. C. Theod. de ann & tribut.*
t curatores. *in duo. vet. li.* Cura palatij (quę & cuſtodia aulæ Euagrio) architectus ad quem cura fabricæ palatij pertinebat: auream virgã geſtabat ante Imperatorẽ. *Caſſiod.* ab hoc diſtinguitur Cura Prætorij, quæ dabatur Tribuno militum, *Trebell. in Claudio.*
u Comitiua primi ordinis, titulus honorarius à Conſtantino inuentus: ſecundi & tertij ordinis quoque Comitibus creatis. *Euſeb. 4. de vita Conſtantin.*
x Prẹpoſiti ſcholarũ, ſtabuli, palatij comitiua primi ordinis decorati, peracta militia exæquantur Comitibus Ægypti & Ponticæ diœceſeos: non honorati comitiua, ducibus prouinciarum.
y ſeu abſq; honore. *Cuiac.* & ita indubiè legendum.
z Duces prouinciarum, diœceſeos Comitibus inferiores erant, licet vtrique ſpectabiles.
a Comites rei militaris duo: vnus limitis Auguſti alter Iſauriæ. *vt conſtat ex Notitia.*

b *al.* Imp. Leo A. c Comites rei militaris in Tranſmarinis prouinciis occupati.
d Comitibus rei militaris præferuntur Proconſules. e viri. f ſubiugatur.
g *al.* Imp. Anaſtaſius A. h *Iunge cum l. 1. ſ. tit. prox.* i comitiuæ.
k Comites rei militaris ad defendẽdam vnam vel prouinciã, interdum ad plures defendendas mittebantur. l Comitibus rei militaris exæquantur, qui vicem magiſtri militum geſſerunt.
m Comites rei militaris ducibus adæquantur, verbi gratia, Phœnices, Mœſiæ, Meſopotamiæ. n Comitibus rei militaris, Comites diœceſeos Ægypti & Ponticæ ſuperiores: vt quæ diuiſæ cum vicariis, adminiſtrationem habent. *l. 1. ſ. de offic. vicario.* o *Ecl. lib. 6. tit. 21.*
p *Ecl. lib. 6. tit. 27.*
q Medicos principis hic accipe archiatros. *Alcia.*

r *al.* Imp. Zeno A. ſ *Coniunge cum l. 2. j. de comi. rei milit.*
t De Comitiua primi ordinis dixi *ad l. 1. ſ. de Comitibus & tribunis.*
u Archiatri Comitiua primi ordinis honorati, vicariis & ducibus exæquantur, ſic tamen vt ordo temporis inter eos ſeruetur.
x Duces & vicarij exæquantur.

DE COMITIBVS QVI PROuincias regunt [a], Tit. XIIII.

1. Impp. [b] *Honor. & Theod.* Auguſti Priſciano P.V.

EOs [c] qui adminiſtratione ciuili, ac prouinciæ gubernaculis ſub iuriſdictionis licentia comites quoque primi ordinis eſſe meruerint, vicariæ [d] dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationem priuilegiis frui oportet. Dat. 12. Kal. Apr. CP. Lucio V.C. Coſ.

DE [e] PROFESSORIBVS QVI IN VRbe Conſtantinopolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam [f], Tit. XV.

Grammatici & ſophiſtæ & iuriſperiti qui per viginti annos ſcientiam docuerunt Conſtantinopoli ſunt digni ea dignitate qua funguntur vicarij principis. Bart.

1. Impp. *Theod.* ||A|| [g] *& Valent.* ||Cæſ.|| Theophilo P.V.

GRAMMATICOS tam Græcos, quam Latinos, ſophiſtas, & iuriſperitos in hac regia vrbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter [h] ſtatutos cõnumeratos, ſi [i] laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiámque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo iudicante [k] digni fuerint æſtimati [l]: cum ad viginti [m] annos [n] obſeruatione iugi ac ſedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari. Dat. Id. Mart. CP. Theodoſio A. XI. Valentiniano Cæſ. Conſſ.

DE [o] SILENTIARIIS [p], ET DECVrionibus eorum [q], Tit. XVI.

Poſt depoſitum decurionatus officium, decurio poteſt eligere vtrum velit eſſe magiſter officiorũ domeſticorum, vel comes. Bart.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Vrſo P.V. & Æmiliano com. ord. Pr. & Strategio P.P. Illyrici.

DECVRIONES [r] noſtri palatij poſt emenſum [ſ] fideliter obſequium, póſtque depoſita ſacramenta militiæ, electionem habeant, ſiue ex magiſtro officiorum, velut agẽtes, dignitatem conſequi à noſtra maieſtate maluerint: ſiue inter viros illuſtres comites domeſticorum, videlicet inter [t] agentes taxari: vt tam in adoranda noſtra ſerenitate, quàm in ſalutandis [u] adminiſtratoribus & reliquis prædicti honoris priuilegiis, nec non in noſtro conſiſtorio his [x] honor omnifariam obſeruetur. Dat. Prid. Kal. Nou. C.P. Honorio X. & Theodoſio VI. AA. Conſſ.

2. Iidem Auguſti Venantio [y] P.P.

VNuſquiſque [z] decurio [a] vel ſilentiarius à [b] tyronum equorúmque præſtationibus habeatur immunis: nullam [c] collationem, quæ plerúmque poſcitur, ſoluat: nihil his vlla poteſtas iniungat, aut neceſſitas imponat.

Priuilegia data decurionibus & ſilentiarijs per hanc legem confirmantur. Bart.

3. Impp. *Theod.* [d] *& Valent.* Auguſti Flauiano P.P.

DEcurionibus [e] & ſilentiarijs etiam ſi ad ſuperiorem gradum ſucceſſu meliore tranſcendunt: omnia priuilegia [f], quæ iam dudum diuorum principum iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica [g], nec angarias, vel parangarias, ſiue paraueredos vlla eis ampliſſimæ præceptionis imponat auctoritas. ſordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & ſuperindicti grauamine eos liberamus. Domos quoq; eorum non tantum in hac ſacratiſſima vrbe ſed in qualibet alia poſitas ciuitate, immunes ab omni hoſpitum cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus: permiſſa [h] eis veniẽdi ad comitatum licentia præter euocatoriæ ſecuritatem [i]: mul-

y Archiatris primi & ſecũdi ordinis Comitiua interdũ datur. *l. vlt. ſ. de profeſſ. & medic.*
z ¶ indemptus. *al.* indeptus.
a gerunt.
b *al.* Imp. Zeno A.
c *Iunge cum l. 1. ſ. de comitibus rei militaris.*
d Comites & rectores prouinciarum Comitibus exæquantur.
e *Eclog. lib. 6. tit. 27.*
f Comitiua eſt titul. honoris à Cõſtantino Imperatore inuentus. *vide Euſeb. li. 4. de Conſtant. vita.*
g *al. pro incluſ.* AA. *Videtur eſſe pars l. 1. ſ. de ſtudijs liberalibus vrbis Romæ al.* Imper. Valentin. A.
h intra.
i *l. 7. ſ. de profeſſorib. & medicis.*
k Quid: nũ recuſari poteſt doctor interrogationi ſtudioſi præpoſitus? poſſe exiſtimant: exemplo teſtis *vide Corſetũ. ſingulari ſuſpicio.*
l *vide Alciat. 3. præſumpt. 19.*
m profeſſionis iuſtę tempus, vigin i anni *vt hîc l. 1. ſ. de excuſat. veteranorum. l. 3. ſ. de his qui non impleuis ſtipend.*
n *Vide Quintilianum.*
o *Ecl. lib. 6. tit. 6. C. Th. 23.*
p Silẽtiarij qui dicantur. *vide in l. 3. j. eod.*
q *in quibuſdam nõ eſt vox* eorũ, *in Anaſtaſio.*
r *l. 1. Cod. Th. eod. vide l. 3. j. eod.*
ſ emerſum.
t Silentiarij & eorum decuriones abſoluti militia numerãtur inter exmagiſtros officiorum vel ex comites domeſticorum, honore inter agentes, atque ita illuſtratũ vacantem cum cingulo nanciſcuntur.
u ſaluandis.
x is honor.
y *al.* Valentio.
z *huc pertinet l. vn. lib. 11. C. T. qui à præb. tyro. & equo. excuſentur.*

a *l. 3. j. eod. l. 21. ſ. de decurionib.*
b *l. 3. j. eod. vide l. 21. ſ. de decurionib.*
c nudam, *in veter. quib. lib.*
d *al.* Imp. Valentin. A.
e Silentiariis erãt ſui decuriones, *vt hîc.* qui palatij *Ammian. 20.* ſacri palatij. *l. 1. ſ. eod.* & ſacri conſiſtorij decuriones. *6. C. Theod. 2. l. vlt.* Decurio verò quiſque præerat, decem ſilentiariis.
f Silentiariorum priuilegia.
g pragmatici.
h Ad Comitatum principis omnibus paſſim venire licuit, licuit verò vel ſingulari priuilegio *vt hîc* vel euocatoria, hoc eſt euocatis.
i ſeueritatem *in exemp. Victor.*

a numinis. b Silentiarii non plures, sed & eorum decuriones non plures tribus, inter viros illustres senatores referri poterant, si per tredecim continuos annos excubias egissent.
c Illustres fuere senatores.

ta decem librarum auri iudicibus prouinciarum, eorúmque officiis infligenda, si statuta nominis [a] nostri crediderint esse contemnenda. His addimus, vt cum optatam quietem acceperint, & inter [b] viros illustres [c] senatores cœperint numerari: honore [d] curiæ sine aliqua functione lætentur, immunitatísque gaudio plena dignitatis lętitia potiantur: vt dignitatem solam habeant ex senatu, sub hac videlicet definitione, vt triginta tantummodo numero ea [e] priuilegia consequantur. decuriones quoque tres: sed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis suprascriptis, cum per continuos tredecim [f] annos inculpatas excubias [g] peregerint. Datum 9. Kal. April. Rau. Ætio & Valerio Conss.

4. Imp. *Zeno* A. Cosmæ præposito sacri cubiculi.

NE ad diuersa tracti [h] viri deuoti silentiarij iudicia, sacris abstrahi videantur obsequijs: iubemus eos qui quemlibet deuotissimorum silentiariorum scholæ, vel eius vxorem ciuiliter vel etiam criminaliter pulsare maluerint: minime eum ex cuiuslibet alterius iudicio, nisi ex iudicio tantummodo viri excellentissimi magistri officiorum [i] conueniri.

5. Imp. *Anastasius* [k] Antiocho [l] præposito sacri cubiculi.

IVbemus clarissimorum [m] silentiariorum præditos militia, etsi genitorum [n] suorum in potestate sint constituti: quæcunque solatiorum, seu emolumentorum, vel donationum, seu hæreditatum nomine per militiam vel quālibet eiusmodi causam his acquisita sunt, vel fuerint, iure castrensis peculij possidere, nec ea posse vel parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiā post eorum obitum fratres, vel alios eorum hæredes, quasi ad defunctorum dominium pertinentia, in diuisionem deducere. nec enim oportet labores eorum aliis fructū vel lucrum adferre. Hac namq; ratione simul & contemplatione, nec ipsam militiam vel suffragium [o] quodcunque pro ea, vel ab eisdē viris deuotissimis silētiariis, vel à parentibus eorum, vel à quolibet alio datum est vel fuerit, ab his patimur in successionem defunctorum parentum cōferri, seu nomine collationis in medium easdem offerri pecunias, vel his imputari. Ad hoc, de tutelis [p] & curationibus eos excusari sancimus: ne alienarū rerum administrationem subire compellantur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu prouisionem diligēter deferre possunt. insuper eorum liberos, qui dignitate virorum spectabilium comitum seu tribunorum decorati sunt, vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem præfecturæ [q] suscipere, seu peragere: omnibus videlicet antelatis priuilegijs in persona non tantum in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militię quàm post eam depositam obseruandis, Dat. Kal. Ian. Ioanne & Asclepione Coss.

DE [r] DOMESTICIS [s], ET protectoribus, Tit. XVII.

Domestici & protectores principis salutantes vicarios, & præfectum, ipsos osculari possunt. Bart.

1. Impp. [t] *Valentinian & Valens* Augusti Eusignio P.P.

DOMESTICI ac protectores, osculādi, [u] cum salutauerint vicarios, tui culminis habeant potestatem. Pœna enim sacrilegij [x] similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt existimati [y]. Dat. Prid. Non. Mar. Med. Valentin. A. III. & Eutropio Conss.

2. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti Heliodoro P.V. [z]

PRimicerius [a] quidem domesticorū & protectorum vtriusq; [b] scholæ post adeptu [c] tribunatum, inter eos spectabili dignitate perfruatur [d], qui ducatum gerere [e] meruerint. alij verò qui decursis stipendiis ab eodem decem vsq; numero subsequuntur, cōsulari, id [f] est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decemprimorum [g] accessione. Dat. 3. Id. Iun. Ætio & Valerio VV. CC. Coss.

3. Ijdem Augusti Sporatio comiti domesticorum peditum.

SI quis domesticorum nulla negotij publici abstrahente solicitudine, nec ei per commeatum solenniter, vt abesset, facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit: is retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinq; sequentibus postponatur. Si verò triennium eius absentia continuasse monstretur, vsq; ad decimum locū proculdubio regredietur [h]. Quod si quadriennio tenus abfuerit, nouissimus collocetur. Quinquenniū autē si fuerit diuagatus: ipso iam cingulo spoliandus est. indignum quippe est, desides à proprijs tādiu munijs aberrantes [i] (quos esse conuenit adsiduos) numerari.

Si domesticus vel protector ante finitum officium decessertt, hæres eius salarium totius anni ac etiam subsequentis percipiet. Bart.

4. Imp. *Iustinianus* [k] A. ||Vigili consulari & Patricio.||

LEge pragmatica sine vectura præfiniendum ac constituendum credidimus, vt si quis virorum fortium præsentalium [l] domesticorum in equitum [m] schola secundicerij [n] locum [o] adeptus, diem interea supremum clauserit: hæredes eius non reliqui tantum temporis quód eidem gradui [p] superesse mōstratur: verumetiā [q] insequentis anni, hoc est primiceriatus solatiis ac emolumentis fruantur omnibus: vt quod ad quæstum & compendium militiæque fructum prolixe [r] pertinet, similis habeatur [s], ac si superstes permansisset [t] ad finem vsque supremum.

DE PRÆPOSITIS LABORVM [u], Tit. XVIII.

1. Impp. *Honorius & Theodosius* Augusti.

QVi prępositi laborum [x], nostro iudicio promouentur, clarissimi sint inter allectos [y]: ita vt ex consularib. habeantur. Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. Dat. 3. Id. Nou. C.P. Theodosio A. VII. & Palladio Coss.

DE [z] PROXIMIS SACRORVM SCRINIORUM, cæterísq; qui in sacris scrinijs militant, Tit. XIX.

De honore.

1. Imppp. *Gratianus, Valent. & Theod.* Augusti Cynegio P.P.

PROXIMOS [a] memoriæ, epistolarū, ac libellorum, atque dispositionum, ita vicariorum honore cumulamus, vt inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro præfectis diœceses [b] sibi creditas temperarunt, ex eo tēpore ex quo eos splendor indepti proximatus ostēdat: insequentibus proponendi, qui vicarias postea administrauerint: & nullā iniuriam descriptionis perhorrescant. Dat. prid. Kal. Maij, CP. Honorio N.P, & Euodio Coss.

De ingressu in secretaria Iudicum & concessu.

2. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Constantino P.P. Galliarum.

IN [c] sacris scrinijs nostris militantes, in prouincijs ordinarij [d] vel spectabilis iudicis [e] ad salutationem [f] non arceantur [g], & inuiti in consessum accipiantur: scituris vel principe, vel corniculario, vel capitibus officij, ternas libras auri ex [h] suis facultatibus eruendas [i], si consistorium nostrum sæpe ingredientibus, secretarij iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Dat. 6. Id. Nouembr. Treueris, Timasio & Promoto VV. CC. Coss.

d honorariæ.
e & priuilegia.
f *al.* XXX.
g silentij excubias agebant in cōsistorio principis, stantes ad limina.
h tractari.
i Forum, silentiarij & ministeriales omnes sortiūtur apud magistrum officiorum. *vt hîc & l. vlt. ī. de castrens. & ministerianis.*
k Anastasius. *rectè: vt apparet ex l. 30. s. de inofficioso testamento al.* Iustinianus.
l Polycarpo P.P.
m silētiarij clarissimi hic dicuntur, qui alio loco spectabiles: quæ varietas multis dignitatibus accidit, crescētibus vel minutis dignitatib. pro arbitrio principis & ipsa rerū accessione vel decessione. Cætera vide hic apud Cuiac. Iuris diuini & humani, omnium denique, nullis exceptis, scientissimum.
n in genitorū suorum. *delendum est igitur postea,* in.
o militia silentiariorum vēdi potest. *v. Nouell. 53. c. 4.*
p silentiarij à tutelis & curationibus immunes. *l. vlt. s. de excusat.*
q præturæ.
r *Ecl. lib. 6. tit. 28.*
s Domesticos arcanorū principis conscios. Alciatus hîc exponit falsò, Protectores, milites sunt qui latus principis apertius protegunt. Domestici, eodem munere protegēdi fungūtur, sed familiarius id faciūt quàm protectores. *l. 9. C. 25. eod. Socrates 1. c. 13. Suidas: Zonar. in Diocletiano.*
t *al.* Imppp. Valent. Theo & Arca. AAA. Eusignio. P.P.
u Osculū principis summi honoris loco habebatur. *adde l. 2. s. de fabricensib.*
x sacrilegij tenentur qui honorem nō deferunt contingentes purpurā principis.
y æstimati. z *al.* P.P.
a Primicerij fuerunt in schola domesticorum & protectorum, hoc est primi.
b Schola domesticorum & protectorum diuersa.
c acceptum. d potiatur. e agere.
f Consulares, clarissimi.
g ¶Decemprimi senatoriam dignitatem, veluti exconsulares adipiscuntur inter allectos: ita tamen, vt onera senatoria non agnoscant exemplo senatoriorum.
h regradetur *in vet. lib. & l. 2. C. Theod. de cursu publico l. 1. j. de priuileg. schol.*
i aberrasse, *in vet. & sequentia sine parenthesi leguntur, & abest* esse.
k *al.* Anastasius.
l Præsentales domestici, qui in præsenti sunt comitatum. *dixi ad l. 6. s. de aduocat. diuers. iud. Edicto 3. c. 2.* παραστάσιμοι
m Domesticorum alij pedites, alij equites, *vt hîc, & l. restituendæ s. de aduocat. diuers. iudic. Caßiodor. 1. Var.*
n *Sic in exemp. quodam nostro scripto legitur: rectè. al* secundi primicerij: *sed perperam.*
o secundicerij in scholis ex tertioceriis: primicerij, ex secundiceriis: verbi gratia, qui hoc anno tertiocerius, sequenti secundicerius, tertio primicerius. Primicerius autem ferè biennalis.
p gradus in scholis fuere.
q Salarium integrum totius anni defuncto officiali debitum, heres consequitur. *l. 11. l. 12. j. de proximis sacrorum scriniorum. l. 3. j. de agentib. in reb. l. 2. j. de primipil. l. post duos in fin. s. de aduocati diuers. iudic.* Imò & sequentis anni, *vt hîc* in domestico & protectore. quod vt singulare Bartolus. Raynaldus, Albericus Angelus & Baldus notāt. *adde l. diem functo. ff. de officio adsess. fac. 1. §. diuus. ff. de varijs & extra. cognit.* Quid si quis priuatus, operas locauit & antè quàm operas præstaret mortuus fuerit, salarium non debetur. *l. si vno. §. cum quidā. ff. locati.* Quid si officialis ingressurus ciuitatem in itinere ipso decesserit? Quidā negant salarium deberi. Alij expensas itineris eius heredibus saltem præstari oportere. *arg. l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam.* Bartolus putat salarium deberi. *in d. §. diuus.* Quod si qui officium gessit, aliâs incapax fuit? vel hoc etiam casu salariū deberi Baldus ait. mouetur quod procuratori salarium etiā debeatur, etiamsi mādatum eius nullū fuerit. *vide Corsetū singulari salarium.*
r *al.* prolixius.
s similes habeantur.
t permanserit.
u labarorum *v. Cuiacium hic.* est autem labarum magnum vexillum, quod Imperatori præferri solebat, & à militibus penè adorabatur. *huius meminerūt Prudentius priori lib. in Symma. Tertullianus in Apolo. cap. 16. & alij plerique Galli vocant banniere.*
x labarorum.
y electos. Allecti ita dicuntur qui à principe aduocati negotij publicī causa. *l. 12. s. de excusat. munerū.* sunt & quidam susceptores. *l. 11. l. 12. l. 13. Cod. Theod. de suscept.* Sidonius *5. epist.* Inuident arcanis pondera, mensura allectis, Ammian. *ad l. 1. C. Theod. de Episcopis.* nec exactores, nec allectos facere.
z περὶ τῶν ἐν τοῖς σκρινίοις ὑπομνημάτων στρατευομένων. de his qui in gestorum scriniis militant. *Synopsis Basil. 6. titul. 28.*
a Quatuor sunt sacra scrinia, memoriæ, epistolarum, libellorū, & dispositionum: In illis enim adnotationes vel pragmaticæ sanctiones, cognitiones, preces, vel rescripta principis eduntur, reponuntur & seruantur. *l. vlt. supra de aquæduc.*
b diœcesis. c *Pars l. 3 sup. de off. diuers. iud.*
d ordinarij qui & ἐμβραθμὶ, Præsides sunt prouinciarum, sub quorum cura vna tantum prouincia est. *adde l. vlt. s. de multarum: l. omnes. s. de episcopis & clericis. Nouella 20. 31. 13. 112.* quasi infimi ordinis, vt ordinarij milites hoc est gregales & mancipularij minores erant vicarij, de quibus dixi *l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.*
e spectabiles iudices.
f à salutatione.
g arceant, *& posteà,* accipiant. h à.
i si honoratis viris, quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur secretarij, *&c. d. l. 3.*

a XXX. b exconſulibus. c *l.14. C.Theod.eod.*
d vt patrimoniorum eorum qui,&c.
e *l.9.ȷ.eod. l.1.l.2.ȷ.de priuilegijs eorum qui in ſacro palatio milit.*
f Venalitium, vectigal rerum venalium, quod exigebatur à venditore ob venditionem proponendã. *vt hîc & l.1.ȷ.de veteranis.* fuit autem mãcipiorum venalium viceſimaquinta aut quinquageſima. *Tacit.13. Dion.55.* cæterarum rerũ vectigal, centeſima. *Tacit.1.* quã ad ducenteſimam poſteà redegit Tiberius *Tacit.2.* Poſtea ducenteſimam Italiæ non prouinciis remiſit Gaius, Caligula, Sueton. Quãquam in eo quod de Tiberio diximus diuerſus ſit. *Dion. 57. & 58.* refert enim Dion ducenteſimam pro centeſima à Tiberio inuectam. at deinde à Caligula ſublatam centeſimã. Aut de conuerſis iã morib. Tiberij loquitur Dion: aut certè, verior Taciti & Suetonij narratio. *adde 6. Cuiac.28.*

De honore clariſſimatus.

3. Impp. *Arcad. & Honorius* AA. Claudio P.V.

IN ſcriniis palatij militantes, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque ac diſpoſitionũ, poſt viginti [a] annos tranſactæ militiæ ſi diſcedendum ſibi eſſe decreuerint: cõſulari honore fulti, inter allectos habeantur: húncque honorem dignitatis teneant, qui exconſularibus [b] deferri cõſueuit: nec eos quiſquam iniungendo aliquid vel iubendo poſſit ab impertito otio ſeparare. Dat. 15. Kal. Mart. CP. Arcadio 4. & Honor. 3. AA. Coſſ.

De excuſatione à muneribus.

4. Iidem AA. & *Theod.* A. Epiphanio. P.V.

IVbemus [c] vt [d] primum omnium ſit eorum, qui in ſacris ſcriniis noſtris, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum referuntur, ſecura [e] poſſeſſio, ab omnibus ſordidis muneribus excuſata: ſuperindictũ non timeant: venalitium [f] non petatur: ſolúmque canonicæ indictionis præſtent tributum: vt labore dignitas [g] conquiſita, extraordinarium munus ignoret: nec vllam temonum patiatur iniuriam: equorum tyronúmq; [h] præſtatione nullus agnoſcat qui vel adhuc [i] in ſcrinijs militat [k], vel honorem proximi, & comitatiuam primi diſpoſitionum, longi temporis ſudore quæſiuit. Et hęc quidem patrimonijs cenſuimus deferenda. Quod autem omnibus conſtat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur: vt etiam ſi pro ſuperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta proceſſerint, vetera tamen eis ſcriniis labore priuilegia quæſita ſeruentur. Dat. Id. Oct. Rau. Honorio 7. & Theodoſio 2. AA. Coſſ.

De honore clariſſimatus. De ingreſſu in Secretario Iudicum ex conſeſſu.

5. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Fauſtino [l] P.P.

PEculiari [m] perceptionis noſtræ fauore præſtamus, vt in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque, ab exceptoribus vſque ad melloproximos, dignitatem clariſſimorum honorémque percipiant: & ſicut reliqui, qui in ijſdem ſcrinijs militant, liberum cum ordinarijs iudicibus ingreſſum ſecretarij, conſeſſúmque habere legibus meruerunt: ||ita|| hi quoque, in quos hanc ſtipendiorum meritis clariſſimatus cõferimus dignitatem, cum ſpectabilibus etiam habere ſeſe reuerentiam recognoſcant: vt conſedendi, ingrediendíve ſecretarium ſibi ſciant à nobis licentiam contributam. Dat. 8. Id. Iun. Rau. Lucio V.C. Coſſ.

Vt proximatus trium ſcriniorum annuus ſit.

6. Ijdem [n] Auguſti & *Valent.* A.

PRo biennio [o] annum ſolum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus ſcrinijs, memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque ordine ac merito ſtipendiorum ad gradum peruenerint proximorum. Dat. 8. Id. Feb. CP. Theo. A. 7. & Palladio Conſſ.

De ſucceſſione in locum defunctorum.

7. Impp. *Theodoſius* [p] *& Valent.* AA. Nomo magiſtro officiorum.

VNicuique [q] qui in ſacris ſcrinijs militat, ſui loci merita ſeruari [r] oportere conſtituimus: & vniuerſos qui vltra numerum ſtatutorum [ſ] in ijſdem ſcrinijs militant, ſui gradus reſpectu, per [t] ordinem quem ſortiti ſunt, in deficientium ſtatutorum locum (vt tamen vltimis ſocientur,) ſubire decernimus, ſcilicet vt nemini penitus liceat, cum ſit poſterior tempore, locum præcedentis ambire [u]; niſi fortè ab eo qui tempore [x] vincitur, laborũ comparatione ſuperetur: vt quindecim primatum [y] eiuſdem ſcrinij teſtimonio cum ſacramenti religione ſubnixus præcedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obſeruationem extra filios proximorum volumus cuſtodiri. etenim vnicuique [z] proximo vnum de ſuis filii qui temporis dumtaxat ſuffragio nititur, (licèt parum obſeruaſſe militiam cognoſcatur) in ſequẽtibus tempore qui laborum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus. Illũ [a] tamen qui locum ſtatuti [b] meretur: proximo quidem ducentos quinquaginta ſolidos [c], melloproximo [d] verò vel adiutori pro conſuetudine vniuſcuiuſque ſcrinij viginti aut quindecim ſolidos auferre præcipimus. Quod ſi quis de ſupernumerarijs qui in ſtatuti locum ſubire debuerat, ne pecuniam offerat, ſtatuti etiam gradum recuſare voluerit: ſequenti tam offerendæ quãtitatis prædictæ, quàm ſurrogandi licentia permittatur [e]: ita videlicet, vt ſi ſecundus vel etiam tertius vel alterius cuiuſlibet numeri, in eadem excuſationis voluntate durauerit: accedenti [f] ſemper eadem copia, quam præcedens recuſauerit, tribuatur. Hos autem qui ad ſtatutorum ordinem progredi noluerint, nec de ſuo gradu volumus remoueri: & cum vacauerit ſtatuti locus, conditionem quam antea repudiauerant, id eſt & offerendæ pecuniæ, & adipiſcendi ſtatuti locum, liberam habere præcipimus [g] facultatem.

g dignitatis.
h Tironũ prębitio & præſtatio olim in muneribus publicis fuit. *l.18. §.3. ff.de muneribus. adde Veget.1.c.7*
i ad hunc.
k militant.
l *al.* Fauſto.
m *l.16. C.Th. eod.*
n *al.* Ijdẽ AA. Euſtathio V.C. Quæſtori & Helioni V.I. magiſtro officiorũ.
o *l. 11.ȷ.de palatinis ſacrarum largitionum.*
p *Sic ait legendum Taur. lib. de militijs ex caſu ar. l.11.ȷ. eod. tit. Cont.*
q Militantes in ſcrinio vltra numerũ loco deficientium ſuccedunt ſecundum ordinem gradus ſui. *Bar.*
r ſeruare.
ſ *In ſacris ſcrinijs alij ſunt ſtatuti, alij ſupernumerarij.*
t *l.2.ȷ.de officio magiſtr. offic. l.1.ȷ.de munerib. patrimon. l.vlt.ȷ.de primicerio. l. 1.ȷ. de agẽtib. in reb. l. 1.ȷ. de caſtrenſ. aur. l.vlt.ȷ. de tironib. l.11. l. 4. §. gerendarũ. ff. de muneribus & honorib.*
u in locũ præcedentis abire.
x *Vide quæ ſcripſi ad Nou. Leonis 41.*
y *Cõiunctim legendum eſſe tradit Pyrrhus, quẽadmodũ decemprimatus dicitur.*
z cuique.
a Illi.
b ſtatutum.
c *Vide quæ ſcripſi ad l.11.ȷ.eod. l.30. in fin.ȷ.de inofficioſo.*
d Melloproximus quid ſit, vide hîc Alciat, & Cuiac. Is quidem eſt qui ſecundum locum tenet, & futurus eſt proximus: adiutor verò eſt proximi adiutor.
e promittatur.
f accedendi.
g concedimus.
h Magiſtri.

i Militia literata eſt eorum qui proximi ſacrorum ſcriniorũ. *vt hîc.* in literarum præſidijs militant. *l.1 Cod. Theod. de prox. con. diſp.*
k Sic appellari à literis pingendis ſeu ſcribendis tradit Duaren. *lib.1. Diſput. c.3.*
l præſtitutis. m *l.3.ȷ.de dignitatib.*
n proximis.

De militia peracta.

8. Ijdem Auguſti Nomo magiſtro officiorum.

PRoximos [h] ſacrorum ſcriniorum, quos fides, ac diuturnæ obſeruationis induſtria literatáque [i] militia [k]: comitem quinetiam diſpoſitionum, quem probitas ac ſtrenuitas meritò commendant, completo tempore ſuæ militiæ comitiuæ ſacri noſtri conſiſtorij cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet iamdudum præſtitis [l] ſaluis [m] priuilegiis proprijs [n]) decernimus. Quibus enim pietatis noſtræ arcana [o] meritò committuntur: his pietas noſtra vitam cingulo ſupradictæ comitiuæ ornandam decorandámque decreuit.

De commeatu & de vacatione munerum.

9. Imp. *Leo* A. Patricio magiſtro officiorum.

IN ſacris noſtris ſcriniis militantes, per commeatum [p] non continuatim præſtitum [q] ante conuentionem profecti, intra indultum temporis ſpatium erunt cum ſuis coniugalibus [r] & liberis à conuentione ſecuri [ſ]: ab indictionibus etiam publicorum & ciuiliũ munerum etiam poſt completam militiam excuſatione potiantur: ſuper domibus quoq; quas in prouincijs poſſident, metatorum moleſtia liberentur.

De numero memorialium, ne quis duplici fungatur officio.

10. Idem Auguſtus Hilariano comiti magiſtro officiorum.

HAc parte ſtatutos memoriales pręcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexagintaduos, epiſtolarum verò trigintaquatuor, ||libellorum [t] quoque trigintaquatuor:|| antiquarios verò, qui habentur in ſcrinijs memoriæ, nunquã minus eſſe quàm quatuor. 1 Supraſcripti autem memoriales nullo modo [u] duplici fungantur officio, nec [x] geminis chartis irrepſerint [y]: vt non occupentur [z] plura in vnum ſe commoda collaturi, nihílque reliquis relicturi.

De ſalario defuncti.

11. Imp. *Anaſtaſius* A. [a] Euſebio magiſtro officiorum.

SI quis in ſacris noſtris ſcrinijs, id eſt memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum & libellorum, ſtatutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubtractus: ab eo quicunque, vtpote vacante loco, de ſubſtitutis [b] in ſtatutorum conſortio fuerit vltimus ſubrogatus, pro [c] ſolatio vel ſuffragio [d] proximi [e], definitam ſacræque conſtitutioni diuæ memoriæ Theodoſij & Valentiniani [f] principum [g] inſertam quantitatem defuncti [h] hæredes & ſucceſſores [i], vel liberi eius ſeu creditores, qui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei acquirendo contraxerint, conſequantur: ita ſ. vt ſi [k] hæreditas vel ſucceſſio defuncti minimè fuerit ſuſcepta vel adita, tales perſonæ, id eſt creditores quidem contra cæteros prærogatiua ſibi ſeruata: liberi autem vel agnati ſeu cognati, non hæreditatis, ſed priuilegij [l] nomine ſimili modo huiuſmodi ſummam percipiant: ſibíque petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione huiuſmodi noſtra diſpoſitione retractãda ſeu violanda: maximè cum viros etiam pro tempore ſpectabiles eorundem proximos ſcriniorum, ſi quis eorum ante completum proximatus actum morte præuentus ſit, ad hæredes ſucceſſoréſque ſuos reſidui [m] temporis proximatus ſolatia ſine quadam imminutione tranſmittere non dubitetur.

De foro competenti & de cautione præſtanda.

12. Idem Auguſtus Celeri magiſtro officiorum.

IN ſacris ſcrinijs militantes, & parẽtes atque vxores eorum, necnon liberos, ex ſententia tãtummodo tuæ cel-

o Principis arcana committũtur proximis ſacrorum ſcriniorum.
p Commeatus eſt libera proficiſcendi licẽtia.
q pręſtitutum.
r Coniugales vxores.
ſ *l.4 ȷ.eod.*
t *Incluſa deſunt in quib. lib. Antiquarij ſunt Alciato, qui Antiquarum rerum memoriam principi ſuggerunt:* aut potius librarij & ſcriptores librorum. *l.2. C. Th de ſtud. liberal. vrb. Rom. Sidonius 9. Auſon. Epiſt. ad Probũ: Auguſt. de verbis diuin. Hyeronim. ad Florentinum.*
u Duplici officio fungi quis prohibetur. *adde l.5.ȷ. qui militare.*
x ne geminis.
y irrepant.
z aucupentur.
a *al.* Imp. Zeno A.
b *l.7.§. illum tamen ȷ.eod. l.1. in fi. ȷ. de offic. P. Prætorio Africæ.*
c Quæſtoris ſacri palatij adiutore vno mortuo, militia defuncti ad defuncti liberos trãſmittitur etiamſi non ſint heredes. *Nouell.35.* Quod ſi minus idonei militiæ ſint liberi defuncti. Qui in locum defuncti ſubrogabitur, hæredibus aut liberis defuncti centũ ſolidos præſtare cogetur. *vt hîc & l.7.ȷ.eod. l. omnimodo in fi.ȷ. de inofficioſo. Nouell.35.* quæ præſtatio ſcholæ placitum. *l. vlt. ȷ.de pignorib.* caſus militiæ. *Nouell.53.57. Iulianus Patrit. ad Nouell.35.*
d *vide quæ notaui ad l. 102. §. 2. ff. de legat.3.*
e proximo.
f *Intelligit l.7. ȷ.eod.*
g vt principũ.
h diem functi.
i Salarium integrum defuncti, eius heredi interdũ debetur. *adde l.vlt.ȷ. de domeſticis vbi dixi.*
k Patris iura filij interdum conſequuntur, non vt heredes eius, ſed iure ſingulari. *adde l. 1. §. ſed ſi ſub conditione. ȷ. de latina libertate.*

l Liberi vt & vxor defuncti militis, præferuntur creditori non hereditatis nomine (nam etiam non heredes in caſum militiæ veniunt) ſed priuilegij & principalis liberalitatis, *vt hîc,* niſi ſi pecunia creditoris, militia comparata ſit. hoc enim caſu creditor præfertur vxori & liberis defuncti. *adde Nouellam 53. cap. 5.*
m *l.vlt.ȷ.de domeſt. & protectorib.*

ſitudinis

a Sed ita. b Memoriales iuratoriæ cautioni committuntur.
c Iuratoriæ cautioni qui committantur. *vide in l.26.ꝫ.de Epiſcopis & clericis.l.17.in prin.ꝫ.de dignit.l.4.§.vlt.ꝫ.de caſtrenſianis & miniſterianis.l.vlt.§.ne tamen.ꝫ.de priuilegijs ſcholarum.l.16.ff.qui ſatisdare.§.ſed hodie.Inſt.de ſatiſdat.adde l.6.§.6.ff.de iudicijs.*
d *Id eſt ſumptuum,qui in litem faciendi ſunt.Cuiac.hic.*
e attinendis.

ſitudinis criminales & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus: inſuper etiam colonos ſeu adſcriptitios, & ſeruos eorum in hac regia vrbe degentes, eodem beneficio potiri:fidei pro tempore adiutoris viri ſpectabilis proximi, vel vnius ex ſtatutis committendos: ita vt [a] ſi in prouincia quincūque memorialis [b] repertus fuerit, iuratoriæ [c] cautioni committatur:vt etſi non poſſideat immobilem ſubſtantiam, ſerui nihilo minus & coloni ad eam pertinentes,fidei eius tradantur. 1 ¶ Modum inſuper ſportularum [d],ad mediocrem deduci quantitatem:& executoribus de ſchola agentium in rebus attribuendis [e], vnum ſolidum ſingulos vſque ad finem negotij: próq; ingreſſu in iudicio tuæ magnitudinis quolibet modo faciendo,duos ſolidos:& pro editione geſtorum exceptoribus dimidiam ſolidi partem:& ſi apud arbitrū negotium ventilari contigerit,ipſi quidem arbitrio vnum ſolidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum obſeruātibus, tam pro ipſo quod implere videntur miniſterio, quàm pro editione geſtorum ſeu relationis vel definitionis,tertiam partem ſolidi præbere ſancimus: nec pro tempore virum ſpectabilem fiſci patronum,vel executores [f] quib. imminendi [g] litibus ſolicitudo iniuncta eſt,quicquam ab eis exigere [h] ſeu profligare [i] concedi:dimidia ſ.expenſarū quas in iudicio tui culminis à memoratis perſonis præberi ſtatuimus, portione in iudicijs prouincialibus ab his agnoſcenda: ita vt ſi de ciuilibus annonis, vel tutela ſeu curatione, vel noui operis nunciatione litem eos ſubire contingat:in maiore quidem iudicio ad ſimilitudinem ſumptuum, quos in [k] iudicio eminentiæ tuæ dependere præcepti ſunt, apud virum [l] clariſſimum præfectum annonæ,ſeu fiſci patronum vrbicariæ magnificæ præfecturæ,vel architectos [m],pro modo eorum quæ ſuper arbitris, & litibus apud eos exercēdis ſuperius ſtatuta ſunt, ſoluentes expenſas, nihil amplius agnoſcere ſeu dependere cogantur. 2 ¶ Quæ omnia cuſtodiri iubemus, ſiue per ſe, ſiue per procuratores aut etiam defenſores lites exercere maluerint. Hoc,ſi prolata ſcriptis ſententia moniti ſunt. 3 ¶ Si verò ex depoſitione ſeu aliter quis eorum conuentus fuerit, nihil eum vel ſcrinio viri clariſſimi adiutoris, vel cuilibet alij nomine ſportularum offerre compelli: omnibus antelatis priuilegijs, quibus poſtea per anteriores diuorum principum ſanctiones defenduntur, in perſona [n] tam eorum qui adhuc militant,& qui poſtea eandem militiam ſortiti ſunt:quàm eorum qui prædictam militiam gradu vacante [o] iam depoſuerūt, vel poſtea depoſuerint,ſeruandis: vt eorum commodo ipſi quoque vnà cum vxoribus & liberis,colonis prętereà & ſeruis proprijs, perfruantur. 4 ¶ Et quoniam in controuerſijs [p] quas in iudicijs moueri contigerit,æqualitatem litigatoribus volumus ſeruari, & aduerſarijs eorum: pro ſumptibus & expenſis ſimilem antelatorum beneficiorum prærogatiuam cuſtodiri. propter hanc etenim cauſam & viros deuotos memoriales non tantum agendo in quolibet iudicio, ſed etiam actiones ab alijs ingerendas excipiendo,priuilegijs à nobis indultis potiri decernimus : his videlicet qui militiam virorum deuotiſſimorum memorialium gradu ſolito depoſuerunt||ſeu [q]||depoſuerint,etſi quietis amore per prouincias domicilium fouere maluerint, omnibus nihilominus priuilegijs, quæ huiuſmodi perſonis per ſacratiſſimam legem nuper promulgatam à noſtra liberalitate præſtita ſunt,muniendis,& eorū commodis atque auxilio potituris.

De numero adiutorum.

13. Imp. *Iuſtinianus* Auguſtus Proculo quæſtori [r] ſacri palatij.

COmperimus diuinitus quidem pridem fuiſſe diſpoſitum, viros deuotos adiutores [ſ] tuæ magnitudinis, certos [t] eſſe in numero, nec ad huiuſmodi nomen vel operam plures licitum eſſe adſpirare, quàm in ſcrinio quidem ſacræ memoriæ duodecim tantùm : ſeptenos verò in duobus [u] reliquis ſcrinijs, id eſt ſacrarum epiſtolarum, ſacrorúmque libellorum: ſed poſterioris licentiam temporis ſupra modum indulgēdo ambitionibus, diſturbaſſe rei merita, ac multitudine diuulgaſſe : vt inter memorialium & adiutorum numerum nō longum penè interſit. 1 ¶ Sancimus itaque reduci eis ac renouari ſtatutum ordinis terminum:non vt eximantur adiutoribus [x] hi qui præter prædictam [y] diſpoſitionem in præſenti exuberāt: ſed vt interea omnibus alijs interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus ſingulis ac recedentibus decreſcere poſſit vetita cōglomeratio, legitimúſque iam reſideat numerus: non prohibendis viris deuotis adiutoribus deſiſtentibus ||ab|| eodem officio, cum vel ad laterculenſis [z] gradū in ſcrinio ſacræ memoriæ prouecti fuerint,vel ſecundum locum obtinuerint,in duobus alijs ſcrinijs, poſtquam proximi creabuntur, licèt nondum redacta ſit quantitas priſtina, tamen alios pro ſe quos elegerint ſurrogandos adiutores petere : qui poſteriores erunt cæteris. 2 ¶ Illud etiam diſponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis ſubnixum, necnon iuſtitiæ congruum,vt ab his,quibus conceſſum eſt, adiutorum agmini pro ſe ſociare : libellus [a] offeratur viro illuſtri pro tempore quæſtori, petendáque eius ſubſcriptio, tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipſam continens: id eſt quod inter adiutores ei quem pro ſe ſurrogat, mereri permiſſum eſt:ordinandis videlicet hiſdem adiutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti ſunt: vt etiam ſi||in [b]|| memorialium [c] matricula [d] inferiore loco [e] ſit,qui prior in adiutoribus meruit: adiutor quidem habeatur ſuperior : memorialis verò poſterior pro vtriuſque ordinis modo vel diſcrimine quod etiam in alijs quoque penè omnibus officijs obſeruari dignoſcitur.

De adiutoribus Conueniendis. 1. De commeatu. 2. Ne alius adiutor addatur

14. Idem Auguſtus Tatiano [f] magiſtro officiorum.

HAc lege ſancimus,ſi quando adiutores viri magnifici pro tempore quæſtoris ſacri noſtri palatij,in accuſationem [g] ciuilis cauſæ vel criminalis deducti fuerint: ſtrictum iuris & integritatis congruum ordinem conſeruari: vt ſi ſine ſcriptis conueniendi ſint, nomen eius præcipientis ore deſignatum eſſe ſufficiat. Sin autem ſcriptis in querimonia vnus adiutorum aut plures fortè ferendi [h] ſint : monumenta ſententiarum in perſona tantummodo conueniendi adiutores præcedētium, æquum & iuſtum initium futuro præſtent certamini. 1 ¶ Et quoniam probationibus & exemplis potiùs quàm indecoræ conſuetudini deceat indulgeri: quod in vniuerſo deuotiſſimorum ſcrinio libellenſium euiciſſe monſtratur, id in adiutores ſacræ memoriæ, ſacrarum etiam epiſtolarum transferendum cenſemus: vt qui liberam proficiſcendi licentiam prænuntiatione commeatus indepti fuerint, ſine qualibet ſtipendiorum aut emolumentorum deductione peregrè degāt.etenim pro tempore viris clariſſimis proximis & melloproximis, aut eorum adiutoribus, abſentiæ cauſa vel offerre de ſuo proprio, aut ex annonis ſeu ſtipendijs quicquam relinquere cogendis: quamuis Ianuarias Calendas indultum excedat ſpatium, & intra ſe feſtum diem contineat. 2 ¶ Ad hoc illud obſeruari ſancimus, ne alius adiutor propter quamcunque ambitionem his,qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionem addatur,licèt in veterem numerum redacti fuerint.

Ad ſuperiores leges Iuſtiniani.

15. Idem Auguſtus eidem.

CErtę quidem ſunt diſpoſitiones noſtri numinis,quas ſuper adiutoribus [i] viri illuſtris pro tempore quæſtoris noſtri palatij, quorum [k] obſequio res agitur quęſtoria, dedimus: quarum prima quidem ad ſupplicationem eorundem adiutorum emiſſa, numero eorum,qui erant illo tempore,quo preces nobis obtulerunt,neque aliquem eximi, neque addi præcepit, præterquam [l] ſi quis eorum vel ad laterculenſis gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ, vel ad ſecundum locum in duobus alijs ſcrinijs, id eſt ſacrarum epiſtolarum, ſacrorúmque libellorum & cognitionum, prouectus fuerit.nam his licere deſiſtentibus ab adiutoris officio alios pro ſe, quos voluerint adiutores ſurrogare, vltimum [m] locum in hiſdem adiutoribus obtenturos,licèt ſuperiorē in memorialibus habeant. ¶ Altera [n] vero per ſacram pragmaticam facta eſt,per quā excelſæ memoriæ viro Proculo ſuggerente [o] præcipimus illos etiam adiutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitū caſum minùs implere ſuum officium valeant, veluti ſenium, vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam : quod ex ipſorum adiutorum petitione idem magnificæ memorię Proculus ad nos retulit. Sed in pręſenti ab alijs memorialibus [p] tàm in ſcrinio ſacræ memoriæ, quàm in cæteris duobus,ſacrarum epiſtolarum,ſacrorúmque libellorum & cognitionum relatis, adijci cōperimus. deminutionem eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam ſanctionem, & inſuper venditionis quodammodo memorati officij locum introductum eſſe.quod ne de cætero fiat,pręſentem ſanctionem ad tuam magnitudinē mittimus : per quam iubemus illis tantùm permiſſum eſſe ſecūdùm prius noſtræ ſerenitatis reſcriptum alios in ſuum locū ſurrogare,

f de quibus. *l. 33. §. exſecutoribus. ꝫ. de epiſcopis. l. vlt. ꝫ. de ſportulis. l.vlt.ꝫ. de fructib. & litium expenſis. §. 24. Inſt. de actionib. l. 5.ꝫ de numerarijs & actuarijs.*
g *al.* minuendi, *al.* in minuendis.
h poſcere.
i proflagitare.
k Forum militantes in ſacris ſcriniis ſortiebātur apud magiſtrū officiorum.
l apud virum autem.
m Architectorūm & mechanicorum æſtimatione & arbitrio,in multis cauſis ſtatur,de operibus publicis, priuatíſque & ſeruitutibus. *vt hîc & Nou.7.*
n perſonam.
o vocante.
p cauſis.
q *al. deeſt.*
r Quæſtor ſacri palatij is erat,quem nunc Camellariū appellamus.
ſ Quæſtoris ſacri palatij adiutores certo numero, hoc eſt viginti ſex : nimirum duodecim ex ſcrinio memoriæ : ſeptem,ex ſcrinio epiſtolarum:totidem ex ſcrinio libellorū, *vt hîc & l. vlt.ꝫ. eod.* quos ſacræ vocis miniſtros vocat interpres Nouella 35.Deinde multo plures fuere. Verum antiquus hic numerus 26.reductus eſt Nouella 35. Cetera, *vide ꝫ.eod. & in l.vlt.ꝫ.eod.*
t certo.
u ſcrinia quæſtoris tria, memoriæ epiſtolarum, libellorum.*l.vlt.ꝫ.eod.*
x militantes in ſacris ſcriniis memoriæ,libellorum, epiſtolarum,generali nomine memoriales appellantur, & ſunt adiutores potius, quàm officiales, *vt hîc.* licèt Nouella 23. officiales dicat impropriè.Notitia Romani imperij,Quæſtor officium non habet,ſed adiutores de ſcriniis quos voluerit.
y dictam.
z ¶ Laterculenſis dictus eſt, quia laterculo præpoſitus.Duplex autē erat laterculum maius & minus. Maius erat codex qui totius imperij notitiam continebat : minus, in quo dignitatum ciuilium & militarium notitia continebatur: illud erat ſub cura Primicerij notariorum,hoc verò ſub cura & diſpoſitione Quæſtoris,vt conſtat ex notitia vtriuſq; imperij.& Cedreno differt à palatio.
a Quæſtoris adiutor intra ſtatutum numerum 26. adiutorum,alium poteſt in ſuum locū ponere cōſentiente Quæſtore,vendito alij loco militiáque ſua. Quin & eam tranſmittere in hæredes extraneos poſſunt, dummodo inferant pro introitu ſolidos centum, & hoc eſt quod ait *l. vlt. ꝫ. de pignorib.*militias trāſferri in hæredes ſub certa pretij definitione.Pretium autem eſt 100. aureorum:nā nec pluris eā vēdere poſſūt.*No.35.*
b *al.deeſt.*
c *l.5.ꝫ.eod.*
d Matricula hic dicitur vt patricula. *l.5. Cod. Th.de domeſticis & protectoribus.* Eſt vero matricula μάτριξ. *c. 120.Concilij Carthagin.* ἀπογραφὴ τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. *Zonaras.*
e locus.
f *al.*Proculo.
g *al.*accuſatione.
h feriendi.
i Adiutores viri, memoriales quæſtoris.
k Memorialiū obſequio res agitur quęſtoria: erant enim adiutores quæſtoris,& ex diuerſis ſcriniis aſſumebantur *l.2.ꝫ. de bonor. petis. ſublatis.*ad quęſtorē denique pertinebant.Dicuntur *in d.l.2.* Græcis οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, *& in l. eos ꝫ. de excuſat.munerū.* οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων. *& in l. 5.ꝫ. qui militare* τῶν κελεύσεων φύλακες. vt qui leges & reſcripta excipiebāt & perſcribebāt, ſeu perſcribi curabant.
l Adiutorum quæſtoris ita certus numerus eſt, vt nullorum in locū alij ſupra numerum ſubrogari poſſint : niſi ſi qui ſint adiutores ſupra numerū, laterculēſes in ſcrinio memoriæ vel aliis duobus ſcriniis melloproximi. Hi nanque aliū poſſunt in locū ſuum ſubrogari accepto pretio quantolibet *vt hîc.*
m intimum.
n *l.13.ꝫ.eod.*
o Pragmatica fit de conſilij ſententia ſolenniter,ſuggeſtione aliena, precibúſque vt differat ab adnotatione, oraculo ſacro,mādato.*dixi ad l.vlt. ꝫ. de petit. bonorum ſublatis.*
p *l. 13.in fi.ꝫ.eod*

qui vel laterculensis gradum in scrinio memoriæ, vel secundum locum in alijs duobus scrinijs adepti fuerint: secunda[a] nostra sanctione super hoc capitulo decætero cessante: nullique [b] danda licentia eorundem adiutorū, præterquam||si|| ad memoratos gradus ascenderit, aliam pro se eisdem adiutoribus ex quocumque fortuito casu connumerare: vt eo modo ad veterem numerum||ijdem||adiutores redeant: & XII. quidem in scrinio sacræ memoriæ, septem verò in alijs duobus sint, id est sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionum. Illo videlicet obseruando, ne alius adiutor per quamcunque ambitionem his qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem (licèt in veterem numerū redacti fuerint) addatur. nam si permutationem, licèt fortuiti casus inciderint, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus: cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris [c].

DE[d] AGENTIBUS[e] IN rebus,

Tit. XX.

Nullus de numero agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet inuadere. Bart.

1. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Anthemio magistro officiorum.

NVllus [f] de schola agentium in rebus de cætero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine [g] stipendiorum, & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius prēmia percipienda succedat, omni obiectione[h] cessante. Dat. prid. Kal. Iul. CP. Honorio A. 6. & Aristeneto Coss.

2. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti Helioni [i] mag. offic.

NVlli [k] posthac sine nostræ maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi [l] pateat copia. nam probata schola, & animaduersionem vereri [m] iudicis, & nullam timere debet contumeliam vilitatis [n]. Dat. 3. Id. Nou. CP. Honorio X. & Theodosio 6. AA. Coss.

Matricula agentium in rebus non debet esse nisi XLVIII. quorum quilibet præest ducentis.

3. Imp. *Leo* A. Patricio mag. offic.

MAtriculam[o] agentiū in rebus à tua celsitudine confectam admittentes, iubemus ne ducenarij [p] plusquam quadraginta octo in singulis habeantur in posterum: & numerum centenariorum[q] ducenti viri, quos vacante [r] tempore gradus competentes admiserint: paríque modo biarchorum nomen meritúmque ducenti quinquaginta viri duntaxat: præterea circitorum trecenti & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in æternum illa quoque fixa [s] stabilisque tuæ sublimitatis dispositio: vt si quis de numero ducenariorū, quos quadragintaocto[t] quotannis esse cēsuimus, forsitan de luce migrauerit: laborum [u] eius fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes, & lucrum dispensent, & ita [x] omnibus inter cæteros superstites potiantur solatijs: tanquam si viuus, [y] qui hæc eadem diu sperauerat, sibimet vindicasset: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare conueniet. Nemo autem sine diuali probatoria [z], quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi debeant inserendam accipere, militaribus eiusdem deuotissimæ scholæ stipendijs vel priuilegijs potiatur [a].

4. Idem Augustus Patricio mag. offic.

EX||eo||quo primum ducenæ vel cèntenariorum gradum in schola agentium in rebus militantes meruerint, desinant in sacratissima videlicet ciuitate constituti alterius iudicis cuiuslibet auctoritate pulsari [b] vel in alio quolibet examine præterquàm viri magnifici magistri officiorum [c], & cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisque [d] aduersarij respondere: quod multo magis in criminalibus causis obseruari decernimus. absurdum[e] est enim, vt in eius salutem vel existimationē valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius autē beneficij prærogatiuam subadiuuis [f] etiam qui singulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus: licet hanc in eorum persona more quoq; [g] veteri seruari cognouerimus: vt tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. Prædictas autem omnes cētenariorum [h] personas in prouincijs repertas, concessa nunc speciali fori prærogatiua, (nisi publicæ executionis solicitudo his iniuncta sit) vti prohibemus: eosque ordinariorum etiam iudicum pro veteri iure sententijs obedire præcipimus.

a secundū nostram sanctionem.
b nulli danda.
c duraturis.
d *6. C. Th. 27.* Agētes autem in rebus militant in rebus & actis reipubl. Græcis Magisteriani, quòd magistro officiorū sæpe attribuūtur *Marianus Scot. Nou. 17. & 124.*
e *Quinā hi sint, vi. apud Pyrrhū in hunc tit. sunt illi qui militant in rebus, id est in actu Reipublicæ.*
f *Coniunge l. 2. §. de off. magist. off. l. 14. C. T. eod.*
g *vide l. 7. §. de proximis sacrorū scriniorum.*
h obreptione *in vet. lib.*
i *al.* Heliodoro.
k *l. 17. C. T. eod.*
l exuendi.
m *al.* veteris.
n *al.* vtilitatis.
o *Vide in hanc legem Pyrrū & Alciatum.*
p Agētium in rebus alij primarij, senatores, ducenarij, centenarij, biarchi, circitores equites, tirones. *l. 1. l. 3. §. de offic. magistr. offic. l. 1. §. de priuil. schol. l. 2. §. de offic. P. Præt. l. 2. C. Th. de filijs mili. appari. l. 3. §. de filijs offic. Notitiæ imperij: Hieronym. aduers. Ioan. Hierosolymit.*
q Centenarij qui, dixi *ad l. 5. §. tit. prox.*
r vocante.
s Præsumūtur pro matricula. *vide Alciat. 3. præsumption. 17.*
t X. *al.* VIII.
u *vide l. vlt. §. de domesticis & protectorib.*
x ita vt.
y si vnus.
z probatione. *vide l. 9. §. de diuersis officijs.*
a potiantur.
b Pulsari apud aliū, quàm hūc vel illum iudicem prohibitū, nō modò in ciuili, sed & in criminali apud alios iudices conueniri non posse, hinc colligit *Corsetus singulari. statutum statuto cauetur.*
c Forum agentes in rebus, sortiebantur apud magistrum officiorū post ducenæ & centenæ gradum.
d quisquam.
e Argumentū à minor. ad maior. Qui minus non potest, maius non potest.
f prærogatiuā his etiā qui sub alijs cingulis inueniūtur, pro tēporibus, def. &c.
g quos velit.
h Cētenarij qui *v. in l. 5. §. tit. proximo vbi dixi.*

DE[i] PRÆPOSITIS[k] AGENtium in rebus,

Tit. XXI.

1. Imp. *Leo* [l] A. Patricio mag. officiorum.

AGentes in rebus qui per ordinem cōsequi solent principatus insignia in vnoquoque scrinio fabricarum, & barbarorum [m] quaternos subadiuuarum [n] solicitudine per annum duntaxat integrum procedentes gradatim subire hac in ęternum valitura lege decernimus: exceptis [o] videlicet vniuersis negotiatoribus quibuslibet mercimonium per se gerentibus, interpositásve personas: cùm eis antè sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare: exceptis nihilominus his qui possessionum alienarum solicitudinem procurationémve susceperint. eos enim ad hæc officia volumus adspirare, quorū labores, scholæ agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mansuetudinis excludendi, qui cum scholæ eidem socientur, in sacris scrinijs quibus vir spectabilis [p] primicerius & tertiocerius præsunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus [q] officijs operam suam adhibere non possunt. nam præter èmolumenta quæ de prædictis scrinijs consequuntur: principatus etiam solatio debent esse cōtenti. Quòd si morbo vel ætatis senio capti & imperiti huiusmodi rerum, vel quocumque alio vitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint: consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutum [r] chartularium eiusdem scrinij cui præfuturus [s] est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam peritiámque rerum habentem, electione sua, suarúmque periculo facultatum, præfatum [t] munus eos implere præcipimus.

2. Imp. *Anastasius* Celeri magistro officiorum.

HAc [u] saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus, & modo sportularum executoribus [x] præbendarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab alijs inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores exercenda, conuenit ab his agnosci: beneficijs quæ in sacro nostro militantibus ministerio iam pridem per diuinas sanctiones indulta sunt, perpotiri: ||&|| fideiussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli: ita tamen vt priuilegia quæcunque centenarijs seu ducenarijs, vel chartularijs, seu viris clarissimis principibus post depositam quoq; militiam iam per dispositiones principales impertita, & nunc vsque obseruata esse noscuntur, intacta inuiolatáque custodiantur: cum perabsurdum pérque temerarium sit, hanc nostræ liberalitatem pietatis quenquam astuta interpretatione non ad augmentum anteriorum priuilegiorum, sed deminutionem conuertere concedi, simili videlicet forma pro matribus & vxoribus eorum necnon etiam liberis sub eorum potestate constitutis, nec aliam sortitis vel sortituris militiam, necnon etiā seruis ad eos pertinentibus, seruanda: ita vt in prouincijs quoque supradictæ personæ degentes simili beneficio perfruantur: sportulas tamen & litium expensas pro tertia superiùs enarratæ quantitatis parte soluturæ, denarum librarum auri condemnatione aliáque grauissima indignatione his feriendis, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violari consenserint.

DE[y] PRINCIPIBUS[z] AGENtium in rebus,

Tit. XXII.

1. Imppp. *Grat.* [a] *Valent. & Theod.* Augusti Cynegio P. P.

AGentes [b] in rebus post palmam laboris emeriti, principatus honore remuneramus, atque ideo officialis [c] tā ad necessitates publicas quàm priuatas non nisi || à || principe mittatur [d] auctore, nullarúmque [e] sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum: etiam si intercessio [f] in locis degentis officij fuerit impertita. Causarum etiam patronos ||ita [g]|| volumus esse conuentos, ne ignorante principe vllam postulationem introducāt: néve sub vnius persona suscepti [h], fraude quadam aliena negotia inferenda esse pertentent. quod si fuerit definitio cōtempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri. Datum prid. Kal. Mart. C. P. Honorio NB. P. & Euodio Coss.

2. Imppp. *Arcad. & Honorius* Augusti Theodoro P. V.

OMnia [i] citatoria, omnium s. causarum atq; personarum, licet sint [k] senatoriæ dignitatis, ad principes [l] specialiter

i *6. C. Th. 27.*
k principibus *in manusc. al. nō est noua rubrica. Cent.*
l *al.* Zeno.
m *al.* barbaricorum, *al.* barbariorū, *al.* barbaricariorum.
n *rectè. al.* sub ambarum, *sed malè.*
o *vide l. vnicam §. Negotiatores ne militent.*
p viri spectabiles.
q *vide l. 5. §. qui militare possint.*
r substituto dato qui munus aliquod obire potest, idē idoneū planè dare cogitur, quod & in adsessoribus, professoribus, militibus, & aliis quibuscunque meritò potest notari. *Corsetus singulari* substitutus.
s *al.* præfecturus.
t *In quib. vet. additur,* subadiuuæ.
u Hanc saluberrimam sanctionem.
x executionibus.
y Principatus est dignitas eius, qui cæteros agētes in rebus antecellit, cui ea pro præmio exacti laboris tributa est. *Cassiodorus lib. 11.*
z περὶ πρίγκιπος καὶ μαγιστριανοῦ καὶ ἑτέρων τινῶν στρατευομένων. *synopsis Basilicon 6. tit. 30* adde *6. C. Th. 27.*
a *al.* Imp. Zeno.
b *l. 4. C. Theod. eod.*
c officiales.
d mittantur.
e nulláque.
f executio. *vt l. 8. §. de offi. rect. prouin. l. 7. §. quæ res pign. obl.*
g *Abest à quibusd.*
h Susceptum, clientē dici Cuiac. & Pithœus multis auctoritatibus confirmāt. Idem submissus vocatur, de quo aliâs dixi *ad l. 4. ff. de vsu.*
i *l. 5. C. Th. eod.*
k fuit.
l & principis.

ſpecialiter reuocari præcipimus:actus verò cæteros qui à ‖ſacratiſſimo ‖ cœtu ſenatus tractari conſueuerunt, cenſualium[a] ſolicitudine celebrari:nec aliquod præiudicium ex ſurreptitio reſcripto ſupplicibus inferri. Dat.12.Kal. Iun.C.P.Olybrio & Frobino Coſſ.

3. Imp.[b] *Honor.*A.

PRoconſularis[c] apicis dignitatis adiectione principes ‖agentium‖in rebus præcipimus decorari. Datum 7. Kal.Oct.Rau.Varana C.V.Coſ.

4. Impp.*Theod.& Valent.*Valerio Mag.offic.

EX[d] agentibus in rebus principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat eos quorum fidem induſtriámque probatam ſibi exiſtimant, etſi ſæpe eodem officio fuerint antè perfuncti. Et ſi quis agens in rebus poſt XXV.annorum curricula, ob aduerſam corporis valetudinem,militiæ finem minimè valuerit expectare, ſed ad honorariam ex principe dignitatem teſtimonio ſcholæ proſiluerit, hiſdem eum priuilegiis muniri cenſemus, quibus hi qui ad principatus actum progreſſi ſunt, potiuntur. Sed in ſalutationibus iudicum conſeſſibúſque priores eos qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, etſi actus tempore poſteriores ſint, eſſe præcipimus: nihil cenſualibus vel apparitoribus aduerſus priuilegia eorum excogitantibus,tanquam in actu principatus fuerint verſati:vicenarum librarum auri condemnatione contra eos propoſita. Dat.4.Kal.Febr.C.P. Theo.A.15.& qui fuerit nuntiatus.

5. Iidem Auguſti Cyro P.P.

EOs qui ordine tranſcurſa militia, poſt ducenam[e] ad deſideratum principis peruenerint gradum,aut adiutores viri illuſtris magiſtri officiorum extiterint:cum inter honoratos cœperint numerari, vicarianæ[f] dignitatis titulis decorari cenſemus.

6. Iidem Auguſti Momo mag.offic.

PRincipes agentium in rebus,quos ſæpe ſæua pericula vitæque interdum renunciatio ad memoratum gradum adduxit: completo[g] tempore militiæ ſeu comitiuæ primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præſtitis ſaluis priuilegiis) decernimus.

Militans in ſchola agentium ſi fuerit de corpore cohortalium, licet princeps agentium factus ſit, filium curiæ obligatum relinquit. Bart.

7. Imp.*Leo* A.Nicoſterio P.P.

QVicumque ex corpore cohortalium militans in ſchola agentium in rebus filium procreauerit:antequam[h] ad metas militiæ ſuæ perueniat, principatus honore decoretur: ‖&‖ licèt ipſe poſt finitam militiam, vtpote liber, nulla debeat huiuſmodi conuentione pulſari: filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si verò poſtquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium: is qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſſimorum agentium in rebus militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit ac ſecurus,‖vt[i]‖nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quaſi iam ex patre libero & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

8. Imp.*Zeno* A.

MVltis deuotiſſimæ ſcholæ agentium in rebus aditionibus permoti,viros clariſſimos eiuſdem[l] ſcholæ principes[m], qui finitis militiæ ſtipendiis exeunt: quotiens ex maioris iudicis ſententiis ipſi, vel eorum coniuges, aut liberi, vel ſerui, aut coloni, ſiue per ſe,ſiue per procuratores conueniantur, non amplius quàm vnum ſolidum executoribus ſportularum nomine præbere compelli:apparitoribus vicariani ſeu præſidialis[n] iudicij, non niſi tertia parte ſolidi tantùm præſtanda: nulláſque iiſdem concuſſiones aut vexationes in præbendis fideiuſſoribus ingeri,‖ſed eos fideiuſſores quos locorum defenſor exiſtimauerit,dare: ita videlicet,vt pro tenore generalium edictorum hi qui vel in ſacratiſſima vrbe, vel in prouinciis immobiles poſſident facultates, adiuratoriæ[o] cautioni, & ſubſtantiæ ſuæ credantur. ¶ Hoc etiam adiiciendo, vt nunquam niſi[p] ex ſententia in ſcriptis prolata penitus moueantur[q]. Ad ſimilitudinem inſuper aliorum officiorum, quotiens ciuiles vel criminales contra eoſdē cognitiones mouentur, executorem quidem negotij vſque ad finem litis ciuilis ſeu criminalis, vnius eſſe ſolidi præſtatione contentum:& pro inſinuandis noſtræ ſerenitatis apicibus, vel ſimplici contra obnoxios eorum poſtulatione deponenda, binos ſolidos ab his vel coniugibus eorum præberi: & quotieſcunque exemplaria poſtulantur, hi quorum intereſt, accepto ſolido, quod petitur præbere non differant[r]. Pro implendis verò monumentis vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas: nō vltra quàm tres ſolidos, quibus competit, impertiri præcipimus: arbitro verò non amplius quàm ſolidum:& fiſci patronis dimidiam ſolidi partem: notariis verò tertiam vſque ad finem (ſicut dictum eſt) cauſæ præſtare: ſuper editione quoque chartularum ſolidi partem dimidiam præbere Quòd ſi non apud arbitrum, ſed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur: inducendi quidem negotij gratia non niſi quatuor ſolidos eoſdem viros clariſſimos erogare:geſtorum verò excipiendorum cauſa duos tantum modo ſolidos dare: & nullius vltra ſupraſcriptas quantitates cuilibet alteri præſtandi ſumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, ſiue ipſi aliis litem ingerant,ſiue[s] ab aliis pulſentur.

a *vide Capitolinum in Gordianis.*
b Impp.Hono. & Theod. AA. Palladio proc. Africæ.
c *l.7.Cod.Theodoſ.eod.*
d *l.8.Cod.Theodoſ.eod.*
e Ducena: *vt hîc:*(vnde ducenarij *l.1.§.de exact. tribut.*) & centena (vnde centenarij *d.l.1. & l.3.& l.4.§.de agentib.in reb. l.1.j. de lucris aduocat.l.1.Cod.Theodoſ. de Cæſarianis.l.1.Cod.Theodoſ. de murileg. l.5. Cod.Theodoſ. de decurionib. l.3.Cod.Theodoſ.de cohortal.princip. eorum.l.1.§.de offic. magiſtr.offic. Euſeb.7. Cyprianus in epiſtolis. Sueton. Claudio c.24.* dignitates & officia ſunt in ſchola agentium in rebus & in officio ſacrarum largitionū: ſic dicta fortè à numero pecuniarum eis cōmiſſarum: nam & hac ratione procuratoribus Cæſaris indita nomina. *Dion. 53.vide Cuiac.ad l.1.§. de exactor. tribut.*
f vicariæ.
g expleto.
h natus patre nondum cohortali, non eſt cohortalis filius: manet in priſtina conditione parentis, in qua fuit antequàm eſſet cohortalis, *vt hîc.*vide omninò quę ſcripſi *ad l.11.§. de dignitatib.*
i *al.abeſt.*
k *Sic legendum*: Zeno, *non* Anaſtaſius. *nam hæc lex citatur §. in l.2. de comitib. conſiſtorianis. & in quib.vet.c.additur*,Ioāni magiſtro officiorū.
l eius.
m Principes ſcholæ.
n præſidialis.
o adiutoriæ,*al.* iuratoriæ.
p *l. vlt.j. de caſtrenſ.*
q moueantur.

DE[t] CVRIOSIS[u], ‖ET STAtionariis[x],

Tit. XXIII.

Denuncians maleficium punitur ſi non probat. Bart.

1. Imp.*Conſtantinus* A.ad Lollianum P.P.

CVrioſi & ſtationarij,vel quicunque funguntur hoc[y] munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & ſibi neceſſitatem probationis incumbere, nec[z] citra periculum ſui[a], ſi innontibus eos calumnias nexuiſſe conſtiterit[b].ceſſet[c] ergo praua conſuetudo per quam carceri[d] aliquos immittebant. Dat.11.Kal.Aug.Med.Acc.12.Kal.Sept.Arbitione & Lolliano Coſſ.

Officium agentium in reb.eſt, curam habere ſuper euectionib. curſus publici,portando pecuniam publicam per prouincias.Io.de Plat.

2. Iidem A.& Iulianus Cæſar ad Taurum P.P.

AGentes[e] in rebus, in curis agendis, & euectionibus publici curſus inſpiciendis, noſtrorum memores præceptorum, credimus in omnibus velle profutura reipublicæ: ideóque ſolos agentes in rebus in hoc genere iuſſimus obſequium adhibere: & non ab alio penitus officio. Hi verò peruigili diligentia prouidebunt, ne quis contra euectionis auctoritatem moueat curſum, vel amplius poſtulet quàm conceſſit euectio. Quiſquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit,improbi cœpti priuetur effectu. Demonſtretur etiam iudicibus vel curioſis euectio,etiam ſi quis nobis iubentibus feſtinare memoret in obſequium neceſſarium, nec præualeat contumacia vel dignitas.Ergo nummum‖iam‖vetamus expoſci pro animalibus in curſu[f] minimè conſtitutis. Quod ſi fortè aliquis exiſtimauerit perpetrandum: eius quadruplum quod accepit,inferre cogatur.Dat.15.Kal.Maij,Mediolani,Conſtantino A.9.& Iuliano Cæſare 2.Coſſ.

3. Idem A.ad agentes in rebus.

PEr id tempus[g] quo curſus tuendi ſolicitudinem ſuſtinetis, condemnationes præfectorum circa eos ſolos irritæ ſunt futuræ, qui ſeruauerint honeſtatem: erga eos verò qui inhoneſtè, & contra decus ſeculi, vel honorem militiæ verſabuntur,non ſolùm condemnatio manſura eſt,verumetiam grauior pœna eſt ſtatuenda.PP.prid. Kal.Dec.Euſebio & Hypatio Coſſ.

4. Impp.*Arcad.& Honor.*Auguſti Marcello mag.offic.

AGentes in rebus ſingulos per ſingulas prouincias mittendos eſſe cenſemus: quibus[h] inſpiciendarum euectionum tantùm debeat cura mandari: vt nihil prorſus commune aut cum iudicibus,aut cum prouincialibus habeant: nec naues debebunt illicita concuſſione vexare: nec libellos aut atteſtationes vel conteſtationes litis gratia ſuſcipere, aut in carcerem quemquam trudere[i], ſed curſui ſolùm[k] vacare. Datum Kalend.Iun. C.P.Olybrio & Probino Coſſ.

r ¶differat.
ſ Intereſt Reipublicæ delicta & maleficia nō latere aut impunita non eſſe:intereſt, multos eſſe accuſatores criminū.
t vide quæ ſcripſi ad *l.vlt.j. de caſtrenſianis.*
u *6. Cod.Theodoſ.29.* περὶ φροντιστῶν τοῦ δρόμου. De curatoribus curſus. *Synopſis Baſilicon 6.ti.31.*
x *Incluſa deſunt in quib lib.ſed in al. hic t.præcedēti coniungitur.ſed curioſos, qui & curagendarij dicuntur in l.1.C. Th.eo.ti.fuiſſe ex agentibus in rebus, tradit Cuia. hîc,quem vide.*
y Curioſi & ſtationarij munus crimina inueſtigare & iudicibus nuntiare,ita reges Medorū in ęam rē ſuos habuêre κατασκόπους *Herodot.* & hi quidē Curioſi,quaſi quæſitores quidam. Ea re penè Darius, teſte Plutarcho, multos ſemper habuit ὠτακουστὰς qui principis aures appellarentur, tametſi delatorū munere fungebātur. & Mecœnas agens cū Auguſto de his quę ad Rempublicam vidētur neceſſaria,delatorū quidē miniſterio vtendū monet, ſed non temerè fidē eſſe adhibendam. *Dion.52.*
z Criminum nuntiatores nō impunè calumniantur. ſic improbus Irenarcha qui ad præſidem notoria falſa miſerat,punitur ab Antonino Pio. *l. Diuus,ff.de cuſtodia & exhibit reorū.* & ab ipſo Conſtantino huius legis authore, calumniatores acerbè puniti. *Text.Aured. Victor.* quanquam non ita ſeuerus ipſe fuerit aduerſus Donatianos, qui Cæcilianum: vel Arrianos,qui Athanaſiū calumniis exagitabant.
a ſuis, *al.* ſi v[…]ris.
b contiger[…].
c *l.1.j. de cohor. & princ ip. cor[…]nit.*
d Curioſi manus in aliquem iniici[…]endæ aut in carcerē abducendi ius nō habent.
e *l.2. Cod.Theodoſ.eod.*
f curſum.
g temporis.
h *al. additur.* tam,*al.*tamen.
i tradere.
k curis ſuis.

DE[a] PALATINIS[b] SACRARVM largitionum, & rerum priuatarum,

Tit. XXIIII.

De muneribus.

1. Impp. *Constantinus & Constans* AA. ad Beronicianum Vic. Asiæ.

PAlatini [c] pro [d] capitibus seu iugis suis tantùm pensitationem atque obsequia recognoscent, extraordinariis & sordidis muneribus & susceptionibus & temonariis oneribus liberati. Dat. Non. Maij, Constantinop. Constantio 4. & Constante 3. AA. Coss.

De euersore.

2. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* Augusti Titiano Com. S.[e]L.

NVllus [f] thesaurensis [g], vel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euersor [h], quocumque pacto aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. 8. Kal. Febr. Antiochiæ, Gratiano A. 4. & Merobaude Coss.

De principe officij Comitis domorum.

3. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti Pancratio com R.P.

PRisco [i] iam nunc ordine reuocato, de palatino potius officio ad regendum principatum [k] officij comitis domorum per Cappadociam mittâtur, quales comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit [l], vereatur. Idoneos itaque singulis annis è numero mittendariorum [m] ad hoc eligere debebis & mittere. Dat. prid. Non. Iul. Scopis, Ausonio & Olybrio Coss.

De Iudicibus prouincialibus.

4. Iidem Augusti Hesperio P.P.

NIhil [n] omnino vllis iudicibus cum palatinis nostræ clementiæ, quicunque à comitibus diriguntur, sit commune atque coniunctum: sed excepta reuerentia quę non solum ab inferioribus, sed etiam à maiorib. & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. Dat. 8. Id. Dec. Sirmij, Ausonio, & Olybrio Coss.

Ne is qui militauit, & princeps fuit in aliquo ordine, ad alium ordinem transeat.

5. Iidem Augusti Nebridio P.P.

QVidam [o] post impletum ordinem militiæ palatinæ quam gesserant, honorémque transactum, ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, vt nulli prorsus dehinc ista audendi [p] relinquatur occasio: sed vnusquisque eius scrinij, quem [q] primum militando elegit, ordinem persequatur [r]: nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui [s] iam proprij ordinis transegerit principatum. Dat. 5. Id. Octob. C.P. Merobaude 2. & Saturnino Coss.

Ne quid præfecti prætorio, præsidésue palatinis iniungant.

6. Iidem Augusti ad Probum P.P.

AB [t] officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum vt neque ipsa postmodum licitum sibi credat iisdem [u] aliquid iniungere: & præterea [x] prouinciarum rectores prohibeat [y] quicquam vlterius tale conari. Dat. 7. Kal. Nou. Med. post cons. Merobaudis 2. & Saturnini.

De dignitatibus & annonis.

7. Iidem Augusti Trifolio Com. S. Lar.

SCriniis [z] omnibus largitionum comitatensium infrascriptas decernimus dignitates: vt his contenti, ambiendi [a] sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beneficium emendicato suffragio quisquam voluerit [b] impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus præstari: nec amplius quicquam præsumi. 1 ¶ Breuis, quas dignitates per singula scrinia officium [c] sacrarum largitionum habere statuimus. ¶ Scrinij exceptorum perfectissimus [d] ordinis secundi numero [e] vnus, id est primicerius [f] exceptorum vnus: ducenarij duo, id est tertiocerius & quartocerius: centenarius vnus [g], id est primicerius instrumẽtorum: epistolares numero duo. formæ primæ numero trigintasex: formæ secundæ numero quatuor: formæ tertiæ numero tres. ¶ Scrinij numerorum [h] perfectiss. [i] ordinis tertij numero vnus [k]: ducenarius numero vnus: centenarij numero duo [l]: epistolares numero duo [m]: formæ primæ numero tres [n]: formæ secundæ numero vnus [o]. || formæ tertiæ numero duo. || ¶ Sacri scrinij tabellariorum [p] perfectiss. [q] ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numero vnus: epistolaris numero vnus: formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero quinque. ¶ Scrinij canonum perfectissimus ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numero vnus: epistolares numero duo: formæ primæ numero quatuor: formę secundæ numero quatuor. ¶ Scrinij mittendariorum [r] ducenarius numero vnus: centenarij numero duo: epistolares numero octo: formæ primæ num. vij. formæ secundæ numero trigintatres. ¶ Scrinij aureæ massæ perfectissimi ordinis tertij numero vnus, id est primicerius sacræ massæ, numero vnus: item secundocerius numero vnus: ducenarij numero ij. id est tertiocerius, & quartocerius: centenarij num. vj. epistolares num. iiij. ¶ Aurifices [s] specierum perfectissimus num. vnus: ducenarij num. iiij. centenarij numero sex: epistolares num. viij. formæ primæ numero xvij. formæ secundæ num. iiij. ¶ Aurifices [t] solidorum ducenarij numero vnus: centenarij numero octo: epistolares numero sex: formæ primæ numero nouem: formæ secundæ num. xxx. ¶ Sculptores & cæteri aurifices centenarij num. vnus: epistolares numero v. formæ primæ num. sex: formæ secundæ nu. xvij. ¶ Scrinij auri [u] ad responsum perfectiss. ordinis primi nu. vnus: perfectissimi ordinis secundi num. ij. ducenarius num. vnus: centenarij num. ij. epistolares num. iij. formæ primæ numero iiij. formæ secundæ num. ij. formæ tertiæ nu. vnus. ¶ Scrinij a miliarensibus [x] perfectissimus [y] ord. primi numero vnus: ducenarius numero vnus: formæ primæ num. vnus: formæ secundæ numero duo: formæ tertiæ num. iij. ¶ Scrinij vestis perfectissimi ordinis iiij. num. j. perfectissimus ord. ij. nu. j. ducenarij nu. j. centenarij nu. j. epistolares num. ij. formæ pri. nu. vij. formæ ij nu. x. formæ iij. nu. iiij. ¶ Officialium sacrarum vestium ducenarij nu. iij. centenarij num iij. epistolares num. ij. formæ primæ num. xij. formæ secundæ num. x. formæ tertiæ nu. viij. ¶ Deputati sacræ vestis perfectiss. secundi ordinis num. ij. ducenarij num. ij. centenarij num. ij. epistolares num. ij. formæ primæ num. iij. Scrinij ab argento perfectissimi ordinis secundi num. j. epist. num. j. formæ primæ nu. sex: formæ secundæ nu. iij. formę tertiæ num. j. ¶ Scrinij à pecuniis perfectiss. ord. secundi num. j. formæ primæ num. j. formæ secundæ nu. ij. formæ tertiæ nu. v. ¶ Argentarij comitatensis [z] ducenarij num. j. centenarij num. ij. epistolares num. iij. formæ primę num. viij. formæ secundæ num. xxv. ¶ Barbaricarij centenarij numero ij. epistolares numero quinque. formæ primę nu. viij. formæ secundæ num. vnus. Dat. 4. Id. Iun. Heracliæ, Richomere & Clearcho Conss.

De his qui cingulo liberantur.

Palatini transmissi per prouincias, anno elapso cingulo liberantur Bart.

8. Iidem Augusti Trifolio C.S.L.

PLacuit [a] iustè [b] omnibus Mittendariis [c] & Palatinis officiis profutura suggestio, quam [d] insinuasti, vt ex iisdem annis singulis [e] ex ducenariis terni, ex centenariis habito prouisionis intuitu, cingulo liberentur. Dat. 4. Id. Mart. C.P. Arcadio A. I. & Bautone V.C. Coss.

Ne quis militiæ cingulum sumat sine adnotatione principis.

9. Impp. [f] *Theod. & Arcad.* AA. Nestorio Com. R.P.

NOn [g] aliter quilibet in officio sacrarum largitionum vel priuatarum rerum cingulū militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostræ mansuetudinis adnotationem meruerit. Dat. prid. Id. August. Ancyræ, Stilichone 2. & Anthemio Conss.

De tyronum collatione, & alijs oneribus.

10. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Ioanni P.P.

PAlatinos [h], qui sacrarum [i] remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminúmque militię peruenientes, necnon etiam adiutores & primicerios diuersorum officiorum præcipimus [k] habere priuilegia, quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt mansuetudine contributa: scilicet vt à tyronum præbitione memorati reddantur exortes, cæteráque onera non agnoscant. Dat. 7. Id. Iun. Rau. post cons. Honorij 8. & Theodosij V. AA.

Vt primicerij officiorum & scriniorum palatinorum sint annui.

11. Iidem AA. Anysio C.S.L. & Tauro C.R.P.

AD [l] similitudinem sanctionis [m], quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum atque priuatarum rerum pro biennio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita vt & priuilegia, quæ huiusmodi officiis vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra illibatáque seruentur. Dat. 3. Kal. Iul. C.P. Theod. A. 7. & Palladio Conss.

De foro competenti.

12. Imp. *Theodosius* A. [n]

VIros deuotos palatinos non oportet in hac regia vrbe apud virum illustrem præfectum vrbi

---

a περὶ παλατινῶν. *Synopsis Basilicon 6. tit. 32. 6. Cod. Theodos. 30.*
b Palatinorũ nomẽ generale est: omnes enim in palatio habitantes, palatini dicebantur. sed hunc titulum de apparitoribus comitum esse, Cuiac. hîc ostendit.
c *C. Th. 11. 16. 6. vbi additur* & Constantinopolitani ciues.
d adde *l. 6. l. 10. l. 13. l. 14. ĵ. eod. l. 1. l. 2. l. 3. ĵ. de priuilegiis eorũ qui in sacro palatio militant.*
e id est, sacrarum largitionũ, qui & ĵ. thesaurorum comes. *l. 2. s̃. vt dignitatum ordo.*
f *l. 4. Cod. Theodos. lib. 8. tit. 7.*
g Thesaurẽsis, officialis Comitis thesaurorũ seu sacrarũ largitionum.
h Euersores, hîc & *l. 1. Cod. Theodos. de susceptorib.* (qui interuersores *in l. 8. s̃. de iure fisci.*) sunt administratores, qui dolo malo dilapidãt rem pecuniámue fiscalem. Eadẽ ratione, qua in schola Rhetorum quidam olim euersores dicebantur authore Augustino *3. confessionũ 3. & lib. 5. c. 12.* Decoctores dicuntur in *l. 40. s̃. de decurionib. l. 12. s̃. de suscept.*
i *l. 2. Cod. Theodos. hoc titulo.*
k Comites domorum officiũ habent & officij principes ex officio Comitis rerum priuatarũ, non ex schola agentium in rebus.
l congesserit.
m mittendorum. adde *l. 7. l. 8. ĵ. eod. l. 1. §. 8. s̃. de offic. Præf. prat. Africa. l. 2. s̃. de canone largit. titul.*
n *l. 4. Cod. Theodos. eod.*
o *l. 5. Cod. Theodos. eod.*
p audiendi.
q à se primũ militando electi.
r *l. 7. in pr. ĵ. eod.*
s quia.
t *l. 6. Cod. Theodos. eod.*
u *l. 1. s̃. eod.*
x propterea.
y *al.* prohibeãt.
z *l. 7. Cod. Theodos. eod.*
a *l. 5. in fi. s̃. eod.*
b valueris.
c *al.* officiorũ.
d perfectissimi præfectus.
e numeri, *al.* muneris.
f *In quib. lib. quædam hîc adduntur.* omnis scholæ perfectissimus vnusquisque primicerius: exceptorũ numero vnus.
g vnúsque.
h canonis. *Haloander.*
i præfectus.
k quisque ducenarij.
l quinque. *Haloander.*
m octo. *Halo.*
n octo. *Halo.*
o triginta tres. *Haloan.*
p tabulariorũ, *al.* massæ. *Hal.*
q *al.* præfectus.
r ¶ *l. 1. §. 8. s̃. de off. præf.*
s *al.* Artifices. *& ita Haloand.*
t Artifices. *Hal.*
u *al.* Scriniarij ad responsum per formã primã nume. vnus: per formam secundã nu. duo. ducenarius, &c.
x miliarenses nummi genus: decimam partem solidi faciebant. Suidas, Epiphanius & Cedrenus miliarenses dictos putant, quasi militares nummorũ argenteorũ sacrij, alij κοῖλοι, τετράγωνοι, μυλοί, caui, quadrati, rotundi. *Nouell. 105.*
y *al.* Scriniarij ad limitem, *al.* ad militem per formam, *sed rectè hanc legem restituit Cuiacius, qui vbi erat scriptum,* per formam, *emendauit,* perfectissimus, *vel* perfectissimi: *sic enim legitur in lib. Aured. & Dionys.*
z comitatenses. *Hal.*
a *l. 8. l. 9. Cod. Theodos. eod.*
b *al.* ita *in veter. quib.* iusta, *atque additur.* &
c Mittendariis Palatini officij. *l. 3. s̃. eod.*
d qua.
e annui singuli.
f *al.* Imppp. Theodo. Arcad. & Hon. AAA. Nestori comiti Orientis.
g *l. 18. Cod. Theodos. eod.*
h *l. 20. Cod. Theodos. eod.*
i De remunerationibus sacris, adde quæ scripsi ad *l. 2. ĵ. de commeatu.*
k *vide l. 1. s̃. eod.*
l *l. 21. Cod. Theodos. eod. l. 6. s̃. de prox. sacr. scrin.*
m *l. 6. supr. de prox. sacr. scrin.*
n Imperatores Theodosius & Valentin. AA. Maximo C.S.L.

litigare

a Forum palatini certis casibus sortiuntur apud Præfectum vrbi. *l. 3. C. de episcopis & clericis.* b *Id est, noui operis nuntiatione. l. 12 C. de prox. sacr. scrin.* c Forum palatinorum ordinarium, apud Comites sacrarum largitionum. d In palatinos magistratus prouincialis, criminales sententias dicere non potest inconsultis Comitibus sacrarũ largitionum. e militant. f De priuilegio scholę thesaurorum.

litigare cõpelli, nisi[a] de ædificatione[b] domorum & seruitutibus & annonis orta videatur causa: in aliis verò causis tam pecuniariis quàm criminalibus apud[c] viros illustres tantummodo comites suos respõdere. rectoribus[d] autem prouinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili quam pro criminali causa permittimus: sic tamen vt non aliter criminalis sentẽtia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij vir illustris comes, sub quo militat[e], certioratus hoc ei permiserit.

De dignitate & immunitate primiceriorum.

13. Iidem AA. Eudoxio C.S.L.

INter alias[f] prærogatiuas, quas antea meruerant scholæ[g] societatis[h] sacrarum largitionum, primicerius, & tres[i] primicerij scriniorum tribuni prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica vel priuata necessitate.

Vt palatini rei priuatæ iisdem priuilegiis fruantur quibus palatini sacrarum largitionum.

14. Iidem AA. Florentio P.P.

IVbemus viros deuotos palatinos rei[k] nostri numinis[l] priuatæ, eisdem[m] priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deferuntur. Cùm[n] enim par similisque militia sit, iustum & competẽs videtur iisdem vtrumque officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque offic j. trésque primates[o] scriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, saluis iisdem præstitis priuilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen vt || nullam iniunctionem, || nullam solicitudinẽ priuati vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto sustinere possi t. sed excepta omni necessitate omníque fatigatione, indepræ[p] dignitatis honore potiantur.

De[q] STRATORIBVS, Tit. XXV.

1. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Zosimum præsidem nouæ Epiri.

PEr omnes prouincias edictum generale misimus, vt stratoribus vnus tantùm solidus probæ[r] nomine posceretur, & in offerẽdis equis[s] certam formam statutam &[t] ætatem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant: quos etiam fisco certo modo solidorum[u] obnoxios fecimus. si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent. officium quoque grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non illicò eam seueritati iudiciariæ prodiderit. Dat 13. Kal. Iul. Apolloniæ, Valentiniano & Valente AA. Coss.

De[x] CASTRENSIANIS[y], & ministerianis, Tit. XXVI.

Castrensiani & ministeriani officio finito per lapsum biennij, alius subrogatur. Bart.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Narsi. V. spectab. comiti & castrensi S.P.

IN[z] officio[a] spectabilitatis tuæ secundum formam diualium responsorum post completum tempus præfinitum, id est biennium[b] priorib. decedentibus[c] insequentes ad[d] locum pro merito laborum stipendiorúmque succedant[e], nec vlla licentia tribuatur his qui impletum deposuerint officium[e], denuò ad eandem militiam vel solicitudinem remeandi. Dat. 6 Id. Feb. C.P. Theodosio A. 7. & qui fuerit nuntiatus.

2. Iidem Augusti Scholastico V.C. comiti & castrensi S.P.

SI[f] quis primæ, vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cœlitus valuerit impetrare: supernumerarius[g] vltimus formæ tertię in matriculis habeatur. D. prid. Id. Ian. C.P. Honorio 13. & Theodos. X. AA. Coss.

3. Impp. *Leo & Anth.* AA. Ioan. comiti & magist. offic.

HI qui in schola[h] vestis sacræ militant, vel matres eorum vel vxores, criminalem vel ciuilem litem contra se || commouendam[i] || in nullo alio nisi[k] in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

Castrensiani & ministeriani eorúmque matres, vxores & filij,

g *vide l. 1. C. eod.*
h sociati.
i plures ponit Marianus Scotus. & *l. 7. C. eod.* hoc eit, quatuor
k De priuilegiis scholæ priuatorum. Res enim hîc priuati numinis, res priuata principis.
l nominis.
m *d. l. 1. C. eod.*
n Pares, paria priuilegia merentur.
o Primates scriniorum, iidem qui & primicerij: primiscrinij à Mariano.
p indepto.
q *6. Cod. Theod. 28. in manuscr. legitur*, De stratoribus: *vt & in Pandectis Flor. l. 3. ff. de off. procons. Contius. Alciat.* statorib. *ma mult.* Græci ita ἀντὶ ςρατόρων κὴ ἐπέχων πινὰν ςρατευομένων: *Synopsis basilicon 6. tit. 33.* Stratores autem vel statores, officia præsidum vel proconsulum.
r Probæ, id est probationes. *Cuiac. al.* proprio nomine.
s Stratores equos militares probabant, qui à prouincialib. conferebantur. *vt hîc: quod & confirmat Ammianus 29.*
t *al.* æqualem.
u certo solido rum modo. *al.* cviii. solidorũ modo.
x *6. Cod. Theodos. 32.* Hoc numero fuerunt prægustatores, pincernæ, vestitores, pistores, pædagogia, seu pędagogiani pueri. *Domestiques de la maison du Prince.*
y *Magis Latinè (inquit Alc. hîc) diceretur.* De castrensib. ministris. *tu illum videto.* sunt autem Castrensiani ministeriani aulici, qui sacro ministerio deputati sunt: qui & Castrenses dicũtur *in inscriptione huius legis, &c. Tertullianus libro de corona militis.* Castrenses ministri Lãpridio *in Alexãdro. Cuia. hîc.*
z *l. 1. C. Th. eod.*
a Officiũ suum quoque habuit Castrensis sacri palatij. *Nolit imperij.*
b Castrensiani biennio militabant: post militiam deponebant & sequentibus locum faciebant: nec rursus ad eandem militiam reuerti poterant. *adde l. 5. C. de palatinis.*
c *al.* discedentibus. *adde l. 7. C. de proxim. sacr. scrin.* d sequentes in locum.
e *l. 2. Cod. Theod. eod.* Castrensianorum varij gradus sunt: alij primi, secundi, tertij.
f *vide l. 6. C. de adsessorib.* g supernumerariis. Castrensianorum alij supernumerarij, alij statuti. *adde l. 7. C. de palatinis.* h Schola vestis sacræ, ministeriani vestis sacræ. i mouendam. *al. vtrumque deest.* k Forum militantes in schola vestis sacræ sortiuntur apud magistrum officiorum. l Pactum seu conuentio contra legem vetandi modo conceptam nullius est momenti. *adde l. 3. C. vbi senatores.*
m Forum sortiuntur Castrensiani omnes apud magistrum officiorum.
n Castrensiani principum ministri, sacro ministerio vacare dicuntur.
o hæc notitia desideratur. p *l. vlt. C. de princ. agentium in reb.* ministeriani conueniri non possunt nisi ex scripto. q seipsi. r Sportulas pro conuentione executori præstat reus, quas tamẽ si absoluatur ab actore repetiturus est. *l. vlt. C. de principib. agentium in reb. l. vlt. C. de fructib. & litium expensis. §. tripli. inst. de act. Nouell. 112.* Et malè quidam ab actore pro conuẽtione rei aliquid dari executori colligunt ex Nouella 86. quæ de sportulis pędaneorũ iudicũ loquitur, nõ executorum. malè quoque ex lege vltima C. *de fructibus & litium expensis.* quæ de reo tantum loquitur à sportulis immuni, qui actorẽ eodem quoque iure vti pati debeat: vt ne denique ab actore possit petere eas sportulas, à quib. ipse sit immunis, malè quoque ex *d. l. vlt. C. de principib. agentium in reb.* quę loquitur de sumptibus litis & sportulis executorũ. sumptus in litẽ facit vtraq; pars. sportulas pro cõuentione dat solus reus & ita post Placentium videtur Cuiacio. *Nouell. 53.*

solum coram magistro officiorum sunt conueniendi.

4. Impp. *Leo & Zeno* Mariano com. & magist. offic.

ANte omnia nullius[l] penitus alterius iudicis[m] minoris vel maioris sacro[n] ministerio nostro deputatos (quorum officia sigillatim breuis[o] subter annexus cõtinet) nisi à tuæ duntaxat magnitudinis sententiis conueniri, vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine præbeant aliquado responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis cõueniantur facilè iudicis cuiuscunque mandatis: ipsis quoque sportulis & fideiussionibus modum cõstituimus obseruandum: ante omnia decernentes, ne quando sine[p] scriptura vel interpellatione deposita, ac sentẽtia prorogata tuæ magnitudinis, eadémque non edita, conueniri possint: conuentos verò non aliũ fideiussorem nisi actuarium, vel vnum ex primatibus suę scholæ executoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare: siue per seipsos[q], siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue[r] in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur: nec vltra conuentionis nomine sportularũ, quam vnum aureum executoribus vsque ad finẽ litis præstent, quemcunque contigerit conueniri. Inducendorum sanè nomine, & cognitionum exercendarum, stantéque[s] personæ gratia, ex simplici postulatione contra eos habita, siue ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in iudicio deponatur: tribus tantummodo solidis vsque ad terminum negotij eos qui accepturi sunt, præcipimus semper || esse || contentos: in cognitionalibus[t] verò gestis edendis, duos tantummodo pręstari solidos. 1 ¶ Hæc autẽ priuilegia non in eorum tantummodò, sed[u] in matrũ quoque & vxorum personis valere, & ad integrũ permanere: filiis quoque & maritis eiusdem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades[x] exigi: ipsósque dum militant, & post emensam militiã, cum his qui ex tẽpore prioris præstitæ sibi pragmaticę sanctionis eiusdẽ militię stipẽdia implesse noscuntur, omnibus priuilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis, sacris afflatibus diuæ recordationis Martiani, quos se meruisse adserũt, valituris: excepto hoc quòd in diuersis iudiciis tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. 2 ¶ Aduocato quoque fisci, exceptoribus etiã[y] qui apud arbitros hoc vtutur officio, ab exordio incipiendo, vsque ad terminũ finémq; negotij tertiã duntaxat solidi partẽ præbituros. ¶ In huiusmodi autẽ arbitrorũ gestis edendis non[z] vltra pręstare, quàm dimidiam solidi partẽ: & cum[a] per prouincias constitutus[b] fideiussoribus[c] conuentus caruerit[d], adiuratoriæ[e] tantummodo cautioni committi: nec vllo tempore nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributariis[f] & munerũ functionibus, & criminibus quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta cõstituunt, præsenti sanctione decernimus: viro clarissimo adiutore sublimitatis tuę in speculis cõstituto, ne quid ex his quæ statuimus, aliqua subreptione violetur[g].

De[h] DECANIS[i], Tit. XXVII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Helioni Com. & mag. offic.

QVatuor[k] qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint[l], biennij spatio primiceriatus gerant[m] officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. Dat. prid. Non. Nouemb. C.P. Theodosio A. 7. & Palladio V.C. Coss.

Decani adhærentes famulatoribus principis, coram illustri magistro officiorum sunt conueniendi. Bart.

2. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Nomo magist. offic.

NOstræ pietatis famulationibus[n] adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi[o] iudicia: sed viri illustris tantùm magistri[p] officiorũ obseruare examẽ. Hoc namque modo neque mansuetudinis nostræ obsequia decipiũtur: & agentib. aduersus eos iure adhibetur respõsum. ad exemplũ itaq; deuotissimorũ scholariũ nulli licere memoratos ad aliud iudiciũ trahere, & pulsatos priorũ fidei scholę permitti[q] præcipimus.

s *al.* præstandæque.
t cognitiònib.
u Priuilegia liberorum & maritorum interdum extenduntur ad matres & vxores eorum quibus priuilegia data sunt. *Nouell. 105. l. vlt. C. de priu. scholarũ.*
x vades, fideiussores.
y & qui.
z ministeriani quas præstent sportulas.
a ministeriani conuenti, committuntur fidei actuarij, vel vnius ex priorib. eiusdẽ scholæ.
b constitutas.
c fideiussore.
d cauerit.
e iuratorię. *v. l. 12. §. in sacris. C. de prox. sacr. scri. al.* adiutoriæ.
f Forum loci quisque sortitur in quo crimen admisit, vel tributum aut muneris functio præstari debet, & breuiter ministeriani omnes cõueniendi apud magistrũ officiorum, exceptis tributariis & criminalibus causis. g *In quib. Co. notatur constitutionem Græcam desiderari.*
h *6. Cod. Th. 33.* περὶ δεκανῶν. *Synopsis Basilikõn lib. 6. t. 34.* i Decani dicebantur qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernij vocantur, *Alc. hîc* Erant autem ex ministerianis hi decani. *l. 2. C. eod.* k *al. incip. t.* Qui ex corpore. *adde l. 1. Cod. Theodos. eod.* l peruenerit. m gerat. n Decani ex ministerianis erant. *vt hîc* quod & confirmat notatio, *& l. 3. de diuersis officijs. Ambros. 5. epistol.*
o protrahi. p Forum sortiuntur decani apud magistrum officiorum.
q committi.

DE[a] MENSORIBVS[b], Tit. XXVIII.

1. Impp. *Honor. & Theod.* Auguſti Æmiliano mag. off.

PRimicerius[c] menſorum biennio expleto agentis in rebus militis [d] militiam ſortiatur. Dat. X. Kal. Aug. Ancyræ, Stilichone & Anthemio Coſſ.

DE[e] PRIVILEGIIS EORVM QVI in ſacro Palatio militant, Tit. XXIX.

1. Imp. *Conſtantinus* A. Palatinis bene meritis.

A[f] Palatinis tam his qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quàm illis qui in ſcriniis[g] noſtris, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque verſati ſunt: procul vniuerſas calumnias ſiue nominationes iubemus eſſe ſubmotas: idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipſo ordine ſanguinis peruenire, atque immunes eos à cunctis muneribus ſordidis & perſonalibus permanere, cum vniuerſis mobilibus & mancipiis vrbanis: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita vt qui hoc contempſerit, indiſcreta dignitate pœnas debitas exoluat [h]. Dat. 4. Kal. Nouembr. Treueris, Voluſiano & Anniano Coſſ.

2. Idem A. ad Rufinum P.P.

DE [i] cubiculis noſtris vacatione donatos, vel diuerſis obſequiis[k] palatinis, memoriales etiam [l] qui in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarúmque diſpoſitionum referuntur: necnon & ſi qui in vtroque officio palatinorum comitatenſium, ſingularúmve vrbium & officio admiſſionum, & caſtrenſi ſacri palatij militant: priuilegia volumus habere, vt nec ipſi, nec filij, nec nepotes eorum ad honores vel munera municipalia deuocentur: quibus omnibus cōdonamus ne[m] exactorum vel turmariorum[n] (quos capitularios vocant) curam ſubeant: vel obſequium temonariorum [o], vel pentaprotiæ[p], aut etiam tyronis præſentationem[q] agnoſcant. Nam beneficiis noſtris ita digni ſunt, vt etiam cenſualibus vel perſonalibus vel corporalibus muneribus liberētur, & habeant caſtrenſe peculium, ſiue adhuc palatium obſeruent, ſiue optata [r] quiete donati ſunt. Quibus omnibus priuilegiis cōiungimus agētes in rebus, licèt militaribus videantur eſſe ſubnixi. Dat. 5. Kal. Maij, Sirmio Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. Coſſ.

3. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Eutropio P.P.

EX [ſ] aula noſtra diſcedentes viri, ab omnibus iniunctis habeantur immunes: numerariorúmq; faſtus [t], vel rapaces quæſtus, tanquā experientes & idonei nō patiantur. Dat. 3. Non. Feb. CP. Eucherio & Syagrio VV. CC. Coſſ.

Qui miſsionem meruit ab officio quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs qui poſt ad regendas dignitates vel prouincias ſunt adſumpti. Bart.

4. Iidem *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Piniano P.V.

OMnes[u] qui in palatio militando, diuerſis actibus paruerint, volumus||in||tantum eius dignitatis cuius meruerint miſſionem, obtinere inſignia, vt his omnibus præferantur in ordine atque conſeſſu, qui poſteriori tempore regendas prouincias, dignitatéſque ſuſceperint palatinas. Si quis autē temeraria[x] vſurpatione ſtatuta violare tentauerit, ſacrilegij pœnā [y] ſuſtineat. Dat. prid. Non. Iul. Med. Acc. IIII. Kal. Sept. Honorio NB. P. & Euodio Coſſ.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM[z], Tit. XXX.

1. Imppp. *Theod. Arcad. & Valent.* Auguſti Pleitio com. & mag. off.

VIris [a] ſpectabilibus comitibus ſcholarum, verberandi [b] degradandíve[c] ſenatores ac ducenarios, licentiam denegamus ea namque quę tali commotione digna ſunt, ad tuę ſublimitatis volumus referri notitiam. Inſuper etiam domeſticos eorum, nō ſenatores, vel ducenarios centenarióſve fieri decernimus: pœna v. librarum auri plectendo, quiſquis hanc diuinam iuſſionem exceſſerit: ſcrinio verò barbarorum [d], ſi tale quid vel attentari paſſum fuerit, vel attentatū contra leges non ſuggeſſerit, decem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam obſeruari non ſine ratione conuenit, ne is cui domeſtici officium per militiæ gradum, vel quinquennij tempus interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata, rem prohibitam alio nomine valeat vſurpare. Dat. 16. Kal. April. CP. Caro Coſ.

a 6. *Cod. Theod. 34. l. 11. §. 2. ff. de re militari.*
b Menſores ſunt, qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca in quibus tentoria milites figant, vel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant. hi etiam metatores dicuntur.
c *l. 1. Cod. Thod. eod.*
d vltimi.
e *6. Cod. Th. 35.* ὅτι πρωτιμῶνται οἱ ἐν τῷ παλατίῳ στρατευόμενοι τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀρξάντων. *Synopſis Baſilicon 6. titul. 34.*
f *l. 1. Cod. Theod. eod.* vide l. 1. §. de palatinis ſacrarum largitionū.
g *vide l. 4. §. de proxim. ſacrorum ſcriniorum.*
h exigatur.
i *l. 3. Cod. Theodoſ. eod.*
k *vide l. 1. §. de palatinis ſacrarum largit.*
l *vide l. 4. §. de proxi. ſacrorum ſcriniorum.*
m nec.
n ſummariorum, *al.* carmariorum. ſunt autem turmarij à turmis tyronū cogendis dicti.
o telonariorū *fortè. vide Alcia. hîc.*
p Pentaprotia ſignificat quinque primorum munus, quos alibi conſtitutiones quinq; ſummates vocant: *ſed Cuiacius legit* prototypiæ, *vt in Cod. Th. quem hîc vide.*
q præſtationē.
r adoptata.
ſ *l. 11. Cod. Theodoſ. eod.* id eſt, ex palatio. *vide l. 1. §. de palatinis ſacrarum largit.*
t *Sunt qui emendant,* hauſtus, *vel* paſtus, *ſed recta eſt excuſa lectio.*
u *l. 13. Cod. Th. eod.*
x *l. 1. §. vt dignitatum ordo ſeruetur.*
y *al.* pœna.
z Scholares hic intellige militantes ſacro palatio Alciat. *hîc.*
a *Coniunge cum l. 3. §. de offi. mag. offi.*
b *l. 3. in fin. §. de offic. magiſtri officiorum.*
c Degradatio & regradatio fit quoque ſenatorum: vt & Epiſcoporum. *Nouell.* Eodem Regradandi verbo vtitur in *l. 3. §. de domeſticis & protectorib. Hierony. ad Pammachiū, & in Chronicis: Solinus: l. 2. Cod. Theodoſ. de curſu publico: l. 3. §. de officio magiſtri officiorum.* Eſt verò Græcis regradatio καταβίβασμός.

2. Impp. *Leo & Zeno* Auguſti Euſebio mag. officiorum.

HAc lege decernimus, vt qui in ſingulis ſcholis militant, quíque poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura, virorum clariſſimorum comitū meruerint [e] dignitatē: tam cingulo quàm priuilegiis omnibus ſibimet competentibus perfruantur [f]: ac deinceps vſque ad finem vitæ foro tuæ celſitudinis tātummodo ſubiaceant: nec ex alterius cuiuſlibet ſententia ciuile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſanè controuerſiis, & in publicis tributis ita etiam[g] aduerſus tales viros prouincias moderantium congruam iuriſdictionem volumus obſeruari, ne ſub prætextu conceſſi priuilegij, vel flagitiorū creſcat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

3. Imp. *Zeno* [h] Auguſtus* magiſtro officiorum.

QVotiens ſuper cauſa ciuili, vel etiam criminalī, ex ſententia videlicet iudicij tui culminis ſcholares vel eorum coniuges (ſiue adhuc viuerent earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſunt) matréſve eorum in viduitate permanentes, aut liberi qui non ſpecialiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionem ſortiti ſunt, & ſerui ad eos pertinētes conueniuntur: minimè eos [i] eáſve extranei [k] fideiuſſoris [l] exactione vexari: ſed pro conſuetudine vetuſtiſſima & iugiter obſeruata, numerarium ſuæ ſcholę fideiuſſorem præbere iubemus: hoc videlicet obſeruando, vt[m] in criminalibus cauſis quinque alios primates [n] ex triginta viris à primicerio vſque ad triginta retro numerandis, vnà cum numerario[o] volente ſcilicet & non recuſante præbeant fideiuſſores: aut recuſantibus quinque (ſicut dictum eſt) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor vnà cum numerario præbeatur: ita vt executoribus non ampliùs ab his quàm vnus ſolidus, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem reſpondere maluerint, præbeatur. 1 ¶ In ſubeundis autem cognitionalibus certaminibus, quotiens cauſa fuerit arbitro delegata: pro conteſtatione litis vnum ſolidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterū vnum, & nihil amplius dari decernimus. 2 ¶ Quòd ſi cauſa in iudicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interpoſita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quàm tres ſolidos, & chartarum, vel recitandorū in cognitionibus inſtrumentorum, nomine editionis, quinetiam geſtorum, duos tantummodo ſolidos dabunt. 3 ¶ Quotiens ſanè apud viros clariſſimos prouinciarum moderatores, ex delegatione ſcilicet ſententiæ tuæ magnitudinis contra viros fortiſſimos ſcholares, vel eorum coniuges, ||vel|| liberos, vel ſeruos cognitio celebretur: non amplius quàm dimidiam partem conſuetorū ſumptuum præberi decernimus: hoc etiam adiiciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vſque ad quinque[p] menſium ſpatium, intra quod ipſis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem ſuper ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) ſuſtineant. Ne tamē ibi quoque, poſt quintum ſcilicet commeatus menſem, ex ſententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti, in exigendis fideiuſſoribus aliquod ſentiant detrimentum: adiuratorię[q] eos cautioni iubemus committi. 4 ¶ Quotiens autem ex verbis, & ſine vlla ſcriptis prolata ſententia, iidē fortiſſimi ſcholares, vel [r] eorum matres ſeu coniuges (vt dictum eſt) aut liberi aut ſerui moneātur: nihil ||pro[ſ]|| ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres ſeu coniuges aut liberos (ſecundum ſuperiùs datam diſtinctionem) vel ſeruos præbere decernimus. Sed ſi talis ſit negotij vtilitas, vt etiam ſine ſcriptis, conſentientibus videlicet partibus, ſuper eo poſſit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis euentu, ſi deteriorem calculum reportauerint, ſportularū nomine vnum tantummodo ſolidum executori præſtabunt. Si verò cauſæ qualitas habendam in ſcriptis cognitionem flagitauerit: in hoc neceſſe eſt caſu interlocutione in ſcriptis proferenda, ea quæ ſuperius de quantitate ſportularum ||decidendarúmque|| cognitionum diſpoſita ſunt, obſeruari.

DE CASTRENSI OMNIVM, palatinorum peculio, Tit. XXXI.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Seuerum P.V.

OMnes [t] palatinos quos edicti noſtri iamdudum certa priuilegia ſuperfundunt, rē ſi quā, dum in palatio noſtro morantur, vel parſimonia propria quæſierint, vel donis noſtris fuerint cōſe-

d *al.* Barbaricorum, *vt & in fin. §. de palat. ſacrarum largit. al.* Barbariorū.
e ¶meruerit.
f perfiniatur.
g & aduerſus.
h *al.* Anaſtaſius.
i eos ex aſſueta.
k extranea.
l fideiuſſionis.
m Scholaſtici dant fideiuſſorem numerarium, ſiue actuarium ſcholæ: in criminalibus 30 primates ſcholę ſuæ.
n Primates ſcholæ triginta.
o Numerarius hîc vocatur actuarius. *Nouell. 117.*
p Scholares (ij milites ſunt) quibus commeatus datus eſt, intra mēſes quinque ciuiliter conueniri nō poſſunt.
q iuratoriæ: Iuratoria ſeu adiuratoria cautio. *vide l. 12. §. de proxim. ſacrorū ſcriniorum.*
r Priuilegia liberorum & maritorum extenduntur ſæpe ad matres & vxores. *vide l. 4. §. de Caſtrenſianis.*
ſ *al. deeſt.*
t Peculij caſtrenſis ius datur omnibus in palatio militantibus, in iis quæ tempore militiæ adquiſiuerunt, vel ex donis principum, vel ex ſua parſimonia, ſiue tempore ipſius militiæ, ſiue ea cōpleta. *Synopſis Baſilicon 57. tit. 8. ex lib. 55. tit. 2. c. 22.*

a in actibus. b eruditis. c 6.Cod.Theodoſ.36. περὶ ἀξιωμάτων ἱππέων καὶ περὶ ἀποπάρχων, de dignitatibus equitum & expræfectis. *Synopſis Baſilicon 6.t.35.* d *l.vnica. Cod.Theod.eod.* e *6.Cod.Theod.37.* f *al.*Conſtantinus A. g *l.vnica. Cod.Theod.eod.* h de decurionum filiis. *l.2.*colonis ſaltuenſibus. *l.3.*curialibus cohortalibus.*l.4.*ſeruis.*l.6.l.7.ꝫ.eod.* Quid hæretici? placet ſummopere, quòd ad Chriſtianos milites pertinet formula precationis militibus à Cõſtantino præſcriptę in hanc ſententiam, Te vnum Deum nouimus, te agnoſcimus regem, te opitulatorẽ inuocamus. Tu victoria noſtra es, per te hoſtes vincimus. Tibi accepta ferimus bona, quibus fruimur omnia. Reliqua abs te vno expectamus, te ſupplices precamur, vt Conſtantinũ principem noſtrum, eiúſque filios diutiſſimè ſerues incolumes. *Euſebius 4. de vita Conſtantini.* Hæc magnus Imperator: cuius exemplo optabile eſſet vt qui armato prę ſunt, formulam precandi ſimilẽ aliquã præſcriberent, neque ἀθέους planè eſſe ſinerent.

cuti:vt caſtrenſe peculiũ habere præcipimus. Quid enim tam ex caſtris eſt, quàm quod nobis conſciis ac propè ſub conſpectibus noſtris acquiritur? Sed nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur: qui præſtò ſunt ſemper actibus [a]: quos intentos & eruditos [b] ſtudiis, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideóque Palatini noſtri, qui priuilegiis edicti vti potuerunt, peculia ſua præcipua retineant, quæ dum in palatio noſtro conſtituti ſunt, aut labore (vt dictum eſt) proprio, aut donatione noſtra quæſierint. PP.X.Kal. Iun.Conſtantino A.VI.& Conſtantio Cæſ.Coſſ.

DE [c] EQVESTRI DIGNITATE, Tit. XXXII.

1. Imp.*Valentinianus* Auguſtus ad Mamertinum P.P.

EQuites [d] Romanos ſecundum gradum poſt clariſſimatus dignitatem obtinere iubemus. Dat.prid.Kal.Nouem.Philippopoli, Diuo Iouiano & Varroniano Coſſ.

DE [e] PERFECTISSIMATVS dignitate, Tit. XXXIII.

1. Imp.*Iuſtinianus* [f] Auguſtus ad Paternum Valerianum.

COdicillis [g] perfectiſſimatus fruentur, qui impetrauerunt, ſi abhorreant à conditione ſeruili, vel fiſco aut curiæ obnoxij non ſint, vel ſi piſtores non fuerint, vel non in aliquo negotio conſtiterint, nec ſibi honorem venali ſuffragio emerint, nec rem alicuius adminiſtrauerint.

QVI [h] MILITARE POSSVNT, VEL non poſſunt: & de ſeruis ad militiam vel dignitatem adſpirantibus: & vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur. Tit. XXXIIII.

Quibus militaturus ſe offerre debet. 1. *De his qui litis cauſa nomen militiæ dederunt.*

1. Impp.*Seuerus & Antoninus* Auguſti Antonio.

SI militię nomen dare vultis: offerte vos his, qui probandi ius habent. 1 ¶ Non autem ignoratis, eos, qui litis [i] cauſa militiam appetierint, poſtulantibus aduerſariis ſolui ſacraméto ſolere.

De his qui militiæ nomen dant in fraudem ciuilium munerum.

2. Impp.[k] *Dioclet.& Maxim.*Auguſti.

NOn tantùm decurionum filiis, ſed omnibus in fraudem [l] ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodeſſe diſplicuit.

De colonis & ſaltuenſibus.

3. Impp.*Arcad.& Honor.*Auguſti [m] *Mag. vtriuſque militiæ.

CVra peruigili obſeruare debebit ſublimitas tua, ne coloni vel ſaltuenſes aut vltro ſe offerentes ad militiam ſuſcipiantur armatam [n], aut cogantur inuiti.

De curialibus & cohortalibus.

4. Imp.*Leo* Auguſtus Dioſcoro.

OMnes omnino curialis vel cohortalis conditionis conſtituti, nullam armatam militiam in poſterum arripiant.

Vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur.

5. Imp.*Iuſtinianus* [o] A.*mag.offic.

HIs [p] quidem [q] quibus indultum hactenus demonſtratur, quo binis [r] aut ternis, pluribúſve mereantur [ſ] cingulis non cõiunctis ex priſca conſuetudine, ſed abiectis [t], atque diſcrepãtibus, detur electio quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deſerendum cognoſcant: vt in eo quod optauerint [u], firmiter maneãt: eo quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur. In poſterum verò nemini prorſus facultas pateat eodem tempore plus quàm vnius ordinis nomẽ affectare: interdicendis in cõmune cunctis (vt dictum eſt) binis pluribúſve militiis, nec dignitatem coniungere cuilibet alij cingulo concedendis [x]. vt & qui ſupplicandũ de re vetita nobis exiſtimauerint, pœna decem librarũ auri pro temeritate quanuis infructuoſa plectantur: & qui ſuſceperint iuſſionem Auguſtam per ſurreptionem elicitam (quod nonnunquã contingit) decem librarum auri multa feriantur: ſcriniis etiam, necnon officiis quorũ hoc intereſt, ſi non reſtiterint, & [y] hanc pragmaticam legem abiecerint [z], decem librarũ auri || diſpendio ||

i Litis cauſa militiam appetere non licet. *l.5. ꝫ. ex quibus cauſis maiores. l. 91. ff. de hæredib. inſtit. adde Petr. Fabr. 1.ſemeſtr.20.* k *al.*Alexander A. l fraude. m *al.* Diocl. & Maximian. AA. n armari, aut. o *al.*Iuſtinus. p Eis. q Duas militias diuerſi generis, aut dignitatem & militiã eodẽ tempore quis habere nõ poteſt. *Ex Bart.* r Duas militias, duáſue dignitates nemo eodem tempore habere poteſt; vt ne vel duplicem obeat militiã, vel dignitatẽ cum militia. Qui ſecus facit, pœna decem librarum auri multãdus: nec quidquã ex eo fructus conſequitur. *Synopſis Baſilicon 57. tit.1.c.42. adde l. 10. ꝫ. de proxim. ſacrorum ſcriniorũ. l.1. §. illi quoque. ꝫ. de præpoſit. agent. in reb. l.10. ff. de muner.* ſ mereãt *fortè: aut certè* vtãtur. t abiectis. u adoptauerint. x concedi. y nec. z obiecerint. a ¶ contra conſenſum. b Moderante tamen: *hãc quoque varietatẽ notauit Accurſius.* c proſpeximus. d Militiarũ plura ſunt genera. *Nou.35.& 53.* e Militiæ quædã vendi poſſunt. Talis fuit militia ſilentiariorum. *l.30.in fi.ꝫ.de inofficioſo* domeſticorum. *l.6.in fin.ꝫ.de aduocat.diuerſ.iudic.adde Nouell.53.* aliç neque vendi neque pignorari poſſunt. *l.5.ꝫ.quæ res pignori.* f excipiendi. g Militiæ duplices eſſe, hoc eſt coniungi poſſunt. Ita beneficiarij, beneficia alia aliis adiungunt & conuertunt. h dicatiſſimis. i cingulis. *in vet. pleriſque lib.* k *Ecl.lib.7.tit.6. ex lib.5 .tit.1.c.41. & lib.57.titul.1. c.43.vide l.11.ff.de re milit.* l innocentiam, *Cuiacius, ex veter.lib.& Græcis, qui vertunt,* ἀθωότητα.

puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur: ſciant omnes, quod extra [a] conceſſum admiſſum eſt, aut actum fuerit, vel notis conſcriptũ publicis, ſimile habeatur, ac ſi nec impetratum nec pronunciatũ omnino, nec inſertum eſſet vllis matriculis: ſcituris etiã omnibus qui merentes in ordinibus armatis ſiue ciuilibus adminiſtrãdas prouincias, ſeu gerendos quoſlibet numeros vel iam ſunt ſeu de cætero fuerint iuſſione noſtra ſortiti: & vt ſeruetur eis gradus, Auguſta promeriti ſanctione, parem indulgendã ſibi licentiam poſtquã depoſuerint ſolicitudinem, aut in priori cingulo protinus perſiſtendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam ſolicitudo media præſtiterit: aut retinendi ſplendorem, quem acquiſierint adminiſtrationis obtentu, verùm priore cingulo deſiſtendi. Monente [b] tamẽ innata nobis clementia, liberum eſſe cunctis perſpeximus, ſi [c] militia qua decedendum eſt, inter [d] eas habeatur, quas volentibus [e] licet diſtrahere: & in alios eam conferendi, & pretia conſequendi: prout in iiſdem agminibus conſueuerit hactenus: excipiendis [f] videlicet, nec deducendis in hanc perpetuò conſeruandam legem pragmaticã, his qui binas militias ſimul [g] compoſitas, & ſociali nexas conſortio fuerint adſecuti: vt in viris deuotiſſimis [h] ſcholarib. atque cãdidatis fieri moris eſt: necnon in viris deuotis laterculenſibus & pragmaticariis, vel à ſecretis contingit: quos memorialium, aut etiã agentium in rebus adornat cingulum [i]: & ſi qui ſimili ſtipendiorum iungũtur copula.

De ſeruis.

6. Imp.*Iuſtinianus* A.Mennæ P.P.

SVper [k] ſeruis qui poſtea ad quandam militiam adſpirare tentauerint, vel ſcientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, ſi quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem, & ſuam ignorantiam [l] (eo [m] quod contrarium minimè probatur) oſtendere, eóque modo ſpoliatos eos militia in ſuũ dominium trahere [n]. ¶ Sin [o] verò ſcientibus [p] his ſerui militarint: cadere quidem eos non tantum dominio eorum, ſed etiam omni patronatus iure: illos verò ingenuos effectos, ſi quidem vtiles ad militiam eis datam viſi fuerint, in ea durare: ſin verò minimè idonei ſint, ea priuari. Super illis autem ſeruis qui iam militauerunt, & adhuc in eadem militia perſeuerant, licentiam damus dominis intra triginta dierum ſpatium ab [q] eo tempore connumerandorum, quo præſens ſanctio diuulgata fuerit, vel noſtram adire clementiam, vel competentes iudices, & ſuam ignorantiam [r] commendare, eóſque in ſuum dominium recipere, quo tempore tranſacto, ſimili modo tam dominio quàm omni patronatus iure cadere eos neceſſe eſt.

7. Idem A.Ioanni P.P.

SI [ſ] quis [t] ſeruum ſuum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit paſſus: ſpolietur & dominio ſerui, & iure quod pertinet [u] ad patronos. Cui enim ferendum eſt, homines à noſtra manu donationes accipientes, adhuc inter ſeruos haberi, & fortè cum ſuis dominis noſtrã purpuram adorantes? In his itaque caſibus, in quibus non militia, ſed dignitas, volentibus dominis, ſeruis acquiritur, eadem iura ſeruentur [x], quæ antea poſita ſunt: nec videatur noſtra ſanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exemplum præteritæ noſtræ conſtitutionis, quæ de huiuſmodi ſeruis loquitur, quod niſi hoc intra triginta [y] dies ex quo eis hoc fuerit notum, manifeſtauerint, & competentem iudicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curauerint: dominium eorum & ius patronatus amittant: nobis deliberantibus, poſtquã dominio ſerui fuerint liberati, & inter ingenuos [z] connumerati, ſi oporteat eos habere dignitatẽ, vel ea quaſi indignos [a] ſpoliari [b].

Ne quis duplicem habeat militiam.

8. *Conſtitutio deſideratur. Eius ſententia ex lib.57. Baſilicῶn hæc eſt doctiß. Cuiacio referente.*

HÆc conſtitutio Græca confirmat primam conſtitutionem huius tit. qua cauetur ne quis eodem tempore duas militias habeat, adiiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur. & exigit vt apud acta quiſque deponat vtrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem ſtatuit tempus trium menſium, intra quos ex quo præſens conſtitutio promulgata fuerit, adeat quiſque in vrbe Comitem priuatarum, in prouinciis præſides, & ſuam voluntatem exponat. Quo tempore elapſo, præcipit Conſtitutio, vt ſi plures habeat militias, vnam tantùm retineat: ſi militiam & epiſtolas tribunorum notariorum, tribunus tantùm maneat: ſi militiam & Comitis dignitatem, militiam a-

m *l.7.ꝫ.eod. l.4. ꝫ.de præpoſit. ſacri cubic. Nouell. 123.c.17.* n protrahere. o Probatur ignorantia facti alieni niſi ſcientia probetur. *vt hîc & l.21. ff. de probat.* niſi id quod dicitur ignoratum non fuerit in fama vulgi. *l.36.§.3.ff. de adquir. hæred.* aut notoriũ fuerit. *l.11. §.3.ff.de inſtitoria.* aut ſit factũ propriũ. *l.vlt. ff. pro ſocio.* vel vicini. *l.9. ꝫ. de nuptiis. l.55.ff. locati.* conſanguinei. *l.7. ꝫ. de in integr. l.37. ꝫ. de liberali cauſa.* domeſtici. *l.8.§. 6.ꝫ.de repudiis.l. vlt.§.10. ꝫ.de iure delib. l.3.ꝫ.de negotiis. adde Nouell.90.c.1.* nominis proprij. *adde Socinum regula 176.177.* p Militiam vel dignitatẽ ſciente domino ſeruus adeptus, neque in poteſtate domini eſt, neque eius libertus, ſed ingenuus planè. *vt hîc. & l. 7.ꝫ. eod.* Quid in liberto eadémne ratio eſt? vt miles factus, extra ius patronatus ſit, Quidam ita putant: alij vt ingratum in ſeruitutẽ, eo facto, reuocari poſſe notãt: quorũ neutrũ probat *Cuiac. c. 10. de præſcription.* q vide quæ ad hunc locũ ſcripſi. *l.7.ꝫ.eod.* r innocẽtiam. ſ *Synopſis Baſilicon d.ti.1.c.44. vide l. 11.ꝫ. de re militari. l.6.ꝫ.eo.* t *Dominus patiens ſeruũ in dignitate eſſe, priuabitur dominio, & iure patronatus. Bart.* u peruenit. x reſeruentur. y Militiã adeptus ſeruus ignorante domino, ſi poſt eum militare compererit dominus, neq; intra dies 30. à domino reuocatus fuerit, in poteſtate domini eſſe deſinit, neque libertus ſit ſed ingenuus. *vt hîc & l. 6.ꝫ.eod.* Spatium autem illud 30. dierum non omnibus ſeruis preſcribitur, ſed iis qui tempore conſtitutionis ſextæ. *ꝫ. eodem* militabãt: nõ iis qui poſtea militarint: quod & Latinos & Græcos interpretes non animaduertiſſe notat Cuiacius. *c.10. de temporibus.* adde quæ ſcripſi *ad l. 7. in fin. ff. de publicanis.* z *d.l.6.ꝫ.eod.* a indigni ſunt. b expoliari.

a τὴν ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος. id est, dignitatem Comitis consistoriani. quamquam & is Comes sit primi ordinis. *sic Nouell.13.* ἢ τῶν ἀξιολογωτάτων κομήτων τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος ἢ τῶν λαμπροτάτων. *vide Cuiacium 7.obseruat.10.*
b *al.* De negotiatoribus ne, *&c. Vide Sidonium primo epist. adde Fornerium 2.select.3.*
c *l.6.* ꝫ. *de dignitatib. l.1.* ꝫ. *de præpositis agentium in reb. l.12. in fi.* ꝫ. *de cohortalib.*

mittat, dignitatem[a] Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex cõtrario locum obtinente. Quòd si quis militiã habens fiat præses prouinciæ, & vt sibi gradus seruetur à principe promeritus sit, iubet Constitutio tunc gradũ ei militiæ seruari, nec vti eum dignitate ex prouinciæ administratione conquisita. Quòd si quidã vtramque retinere studeant, & fortè duplici militia vtantur, vtrãque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum etiam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides qui eam susceperint.

NEGOTIATORES[b] NE militent, Tit. XXXV.

1. Imp. *Iustinianus* A. Mennæ P.P.

EOs qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis cuidam[c] ergasterio præsunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim, vtpote vtiles omnibus[d] contractibus, armata quidẽ militia penitus abstinere sancimus: aliã verò quamcunq; sine metu præsentis sanctionis posse sibi acquirere. Si qui verò negotiatores[e], quos omni militia prohibuimus, iam militarunt: eis licentiã damus negotiationẽ quidẽ relinquere, militiã verò retinere: scientibus, quod si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quòd & in argenti distractoribus huius almę vrbis, si armatã militiam iã sortiti sunt, tenere volumus: vt relicta negotiatione liceat eis in eadẽ militia[f] durare. Negotiantes[g] etenim post hanc sanctionẽ, huiusmodi militia priuabũtur: illis qui ad armorũ extructionẽ suam professionẽ contulerint, minimè prohibendis ad competentem suę professionis venire militiã, & huiusmodi negotiationẽ nihilominus retinere.

DE RE[h] MILITARI, Tit. XXXVI.

De postliminio.

1. Imp. *Antoninus* A. Annæ militi.

STipendia & donatiua temporis, quo apud hoste fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso[i] restitutóque, non iure desideras.

De his qui xx. stipendia impleuerant.

2. Idem A. militib. cohortis primæ.

VIginti[k] stipendia si implestis, sordida munera || militiæ[l] || vobis non indicentur.

De ignominiosa missione.

3. Idem A. Iuliano.

|| MIlites || ignominia[m] missi cum infamia notentur nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus[n] deferri solent, vti possunt. habeant autem memorandi, vbi velint, potestatem, præterquàm in eis locis, in quibus specialiter arguentur[o].

De desertoribus.

4. Imp. *Alexander* A.

DEfunctorum[p] in desertione[q] bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit.

5. Imp. *Gordianus* A. Valentino, & aliis militib.

CVm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: non rectè desideratis, vt id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideóque nec[r] stipendia temporis quo in desertione fuerit, exigere poterit.

De causaria missione.

6. Idem A.*

SEmel causaria[f] missis militibus, instauratio non solet cõcedi obtentu recuperatę valetudinis melioris quando non temerè dimittantur, nisi quos constet medicis[t] denuntiantibus, & iudice competente diligenter examinante, vitium contraxisse.

De militari vel paganico delicto.

7. Idem A.

FRustra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare intercessit, existimationem tuam iam veterani læsisse videatur: maximè cùm nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites, post missionem placuerit esse famosos.

De causaria missione.

8. Imp. *Philip.* A.

d omnium.
e De negotiatorum vilitate & prohibita militibus negotiatione vide Forneriũ *2.select.3.*
f prouincia.
g negotiatores.
h *7.Cod.Theod. 1.49.ff.1.*
i reuerso.
k *l.9.* ꝫ. *quando prouocare. l.3. in pr. ff. de munerib.* Qui viginti annis militauit, à sordidis muneribus immunitaté consequitur. *Synopsis Basilicon 57. titul.3. c.2.* Ita militiæ iustum tempus, viginti anni: quódque ciuilium munerum vacationẽ præstat. Iustum, inquam, tempus militię 20. anni. *vt hîc & l.9.* ꝫ. *quando prouocare. l.1.* ꝫ. *de excusat. veteranor. l. vlt.* ꝫ. *de his qui non impletis stipend.* Idẽ etiam beneficiũ Pannonicis legionibus, datum à Tiberio, *Dion. 57.* anteà anni vigintiquinque. *9. Isidor. 1. Seruius 2. Aeneidos.* Sub Augusto annis XII. Prętoriani militiæ astricti. *Sueton. Tacit. 1. Dion 54.* Atque ita restringi potest formula sacramenti quę extat apud 2. Vegetij. f. qua milites iurant, se militiam nunquam deserturos. Nõ tantùm autem vicennio, sed vel valetudine vel ætate indulgentia ac missiõ dabatur. *l.2. ff. de veteranis.*
l *al. deest.*
m *l.2. l.3. §. Ignominiosa. ff. de his qui notantur. l. vnica.* ꝫ. *de infamib. l.2.* ꝫ. *de dignit.*
n omnibus.
o arcentur. *Cuiac. & ita legitur in lib. Aured. & Dionys.*
p Si quis fossati (Græcis est φόσσατον) desertor factus, mortuus fuerit, bona eius confiscantur. *Synopsis Basilicõ ibid. c.4.*
q *l.1.* ꝫ. *si reus vel accusator mortuus.*
r *l.10. ff. eod.*
f *vide l.38. §.2. ff. de milit. testamem. l.8.* ꝫ. *eod.*
t Probatio est infirma, medici referẽtis de vulnere & cicatrice vulnerati, nisi iudex vel adsessor in acta iusserit referri, medicum, re tota diligentius explorata, de vulnere retulisse. *vide Corsetum singulari. medicus.* u de causaria missione adde *l.6.* ꝫ. *eod. l.2.* ꝫ. *de his qui non impletis stipend. l.8 §.5. ff. de excusat. tutor.* x *C.T. lib 7. tit 1. l.1.*
y Barbari qui dicerentur aut haberentur dixi *ad l.6. in fin. ff. de bonis damnat.*
z κεφαλικῶς τιμωρεῖται hac sententia: Qui hostes prouocat, aut hostibus Romanos tradit, capitali pœna adficitur. *6. Harmenop. 8. §.5.* Porrò de ignis supplicio & viui comburio *dixi ad l. vnicam* ꝫ. *de Nili aggerib.* a amburatur. *in C.Th.* b *l.2. Cod. Theod. eod. vide l.26. §.1. ff. de pactis dotalib.* milites quibus permittitur familias suas ad se vocare, non nisi vxores, liberos, seruósque suos castrenses vel accersere vel circũducere possunt. vt hoc ex loco seruemus, militibus interdũ licuisse suas coniuges circũducere & comites habuisse, *vt hîc.* quod & præsidibus & magistratibus Romanis permissum Senatusconsulto quoque *l.3. §. proficisci. ff. de offic. Proconf.* sic Apostolis licuit ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν. *1. Corinth. 9. vers.5.* vt ad milites reuertar, eorum vxoribus id priuilegij datũ est, vt earum absentia, iisdem priuilegiis, quibus milites donati sunt, defenderetur. *l.1. l.2.* ꝫ. *de vxorib. militum.* Interim hîc quoque notandũ bonos principes mulierũ, puerorũ & seruorum multitudine, vt & lustris ac lupanaribus impedimenta militaria onerari noluisse. His addenda quæ de focariis militũ aliàs dixi.

CAusaria[u] missus, nulla existimationis macula adspergitur.

De eo qui barbaris prædandi facultatem dedit vel cum eis prædam diuisit.

9. Imp. *Constantinus* A. & Cæsar.[x]

SI quis[x] barbaris[y] scelerata factione facultatem deprędationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diuiserit, viuus[z] comburatur[a]. Dat. IIII. Kal. Maij, Seuero & Rufino Coss.

De familiæ appellatione.

10. Idem A. Titiano P.P.

QVicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad[b] te venire meruerint, non ampliùs quàm coniuges, liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos, neque adscriptos censibus, ad eosdem excellẽtia tua dirigi faciat. Dat. III. Kal. Iun. Limenio & Catulino Coss.

Vt tribuni vel milites in mansionibus solitis maneant.

11. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Augusti Cynegio P.P.

TRibuni[c] vel milites nullam[d] euagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneãt. at si quis tam necessaria scita contempserit: de eo, ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorũ relationibus protinus referatur: quatenus seuerissimè in eos animaduertatur. Dat. IIII. Id. April. CP. Richomere & Clearcho Coss.

Si exercitus in ripa consistat.

12. Iidem Augusti Richomeri comiti & Magistro vtriusque militiæ.

CVm[e] suprà virẽtes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit: ideo prouida auctoritate decernimus, vt nullus omnino immũdo[f] fimo sordidatis fluentis commune[g] poculum polluat: néve abluendo equorum sudores[h] deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat.

Ne milites sibi vacent, vel aliena obsequia peragant sine nutu principis. 1. De accessu ad Comitatum. 2. De militibus vagis.

13. Impp. *Arcad & Honor.* AA. Romuliano P.V.

NEmo[i] miles ex his, qui præsentes diuino[k] obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac alma[l] vrbe præsente[m] comitatu concessi sunt, quíve de aliis numeris vel legionibus sunt: vel[n] sibi vacet, vel aliena[o] obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autẽ in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellantur. hi verò qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur. 1 ¶ Si verò quisquã missus à numero[p], vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostrę peruenerit: (aliter enim eos hoc facere vetamus) illicò se viris illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causas profectionis exponat: vt & responsum cœleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem. 2 ¶ Si[q] quos autẽ milites per prouincias relictis propriis numeris passim vagari[r] præsides earũ cognouerint, correctos[f] faciẽt custodiri, donec de his clementię nostrę aurib. intimetur, &, quid fieri oporteat decernamus. D. Kal. Feb. C.P. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss.

De militibus à numeris ad alios numeros transferendis.

14. Iidem AA. Stilichoni magistro militum.

COntra[t] publicam vtilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites vel duces quibus regendæ militię cura commissa[u] est, nõ solùm à comitatensibus[x] ac palatinis[y] numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis quidẽ, ||[z] seu de comitatensibus legionibus, seu de castris riparensibus[a] castrensianis, || cęterísque, cuiquã eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta maiestas publicę vtilitatis gratia fieri iusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire. quod si quis cõtra fecerit, per singulos milites singulas auri libras à se nouerit[b] exigendas. D. XIIII. Kal. Apri. Med. Stilichone & Aureliano Coss.

Quibus rebus milites vacare debent.

15. Imp. *Leo* A. Aspari magistro militum.

MIlites[c], qui à republica armantur & aluntur, solis debent vtilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui

c *l.12. Cod. Th. eod.*
d *vide l.13. in fi.* ꝫ. *eod.*
e *l.13. Cod. Th. eod.* Quoties ad ripas legiones cõsistunt: nemo militum flumẽ sordibus inficere (Græci ῥυπῶσαι) audeat: aut in oculis commilitonum nudari: sed infra tentoria sua, eos quos abluat. *Synopsis Basilicon ibid. c.12.* quod summo sanè pudore factum: quódque nobis hodie probro est: in militibus etiam nudata corpora principes non tulisse, qui summa inuerecundia nudos omnimodo in publicis fluuiis lauari æstate sinimus & spectamus.
f *vide l.1. §.1. ff. de extr. criminib.*
g Cõmune poculũ appellat, ipsa flumina: quorum vsus omnibus patet.
h sudore.
i *l.17. C. Th. eod.*
k diurno.
l clara.
m *al.* prẹsentes esse comitatui.
n *l.15 l.16.* ꝫ. *eod. l.31.* ꝫ. *de locato. Forner. 2. select.3.*
o miles aliena negotia sine nutu principis tractare.
p numerario.
q *l.11.* ꝫ. *eod. l.4. in fi. ff. eod.*
r *l.10. C. Th. eod.*
f correptos.

t *l. vlt. Cod. Th. eod.* u concessa. x comitensibus. y *l.7.* ꝫ *de palatinis. l.2.* ꝫ. *de hæredit. damn.* z *Pro inclus. leg.* pseudocomitatens. legionib. seu de castris riparensibus castrensianis. *sic Cuiac. lib.1. obs. c.25. Cont.* a qui in limitibus imperij excubabant cõtra Barbaros. *Alc.* b *Vide ad hanc legẽ Flor. de Posthum. & Ambros. . officio. & coniunge l.21.* ꝫ. *de loca.* c *v. l.13.* ꝫ. *eo. l.4.* ꝫ. *de offic. magistri militis.*

stui

stui, sed propriæ muniis insudare militiæ, nullum præterea ex militibus post hac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse iubeat: vt armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quòd si quis ex militaribus iudicibus vllos militū tam diuinis quàm regiis, vel priuatis domibus ac possessionibus, diuersisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputados: sciat se ab† eo qui contra vetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Iul. CP. Leone A. Coss.

16. Idem A. Dioscoro.

Militares viros, ciuiles [a] curas arripere prohibemus: aut si aliquam huiusmodi solicitudinem fortè susceperint, & militia statim & priuilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint.

Milites fieri per probatorias principis tantum.

17. Imp. Zeno A.* magist. milit.

Neminem in vllo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis [b] sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magisteriæ potestati vel ducibus probatorias [c] militum facere, vel militibus adiungere licentiam tribuebat: vt hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui à nostra diuinitate probatorias consequuntur. viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, necnon & viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putauerint, veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero vel limite debeant surrogari: vt ita demum, prout nostræ sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi militiam sortiantur: officio quod [d] tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata.

De iudicibus militum, & controuersiis dirimendis.

18. Imp. *Anastasius* A. Ioanni magist. mili. præsentalium.[e]

Tam collatores & prouinciales, quàm fortissimos milites, prout oportet, gubernari, miniméque læsionem aliquam sui dispendium perpeti, properantes, esse necessarium prospeximus [f], dicatissimos milites, qui [g] de diuersis præsentalibus [h] numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum iussionibus obedire: vt quicquid emerserit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, vtpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri [i] remedium: ita videlicet, vt etiam agentibus causas tam criminaliter quàm ciuiliter, præfati milites iam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus eius, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cuius iurisdictione consistunt [k], quàm eorundem ducum respondeant. 1. ¶ Eo scilicet obseruando, vt ad responsum [l] quem de officio tuæ sublimitatis huc vsque ad prædictam magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhæsurus [m] mittatur, tam per se, quàm per adiutores suos eosdem iudices obseruare, & iussiones eorum implere curaturus [n]: licentia||e|| non deneganda & adresponsum [o] qui de officio alterius viri excelsi magistri militum præsentalium [p] pro hac nostra dispositione destinatur, in locis in quibus apparitionis tuæ sublimitatis ad responsum ||non|| contigerit reperiri, suam solicitudinem pro emergentibus maximè causis peragere: cuius etiam illi qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem, vt non tantùm per adiutores suos ad responsum, sed etiam inuicem se adiuuando, nec publicis, nec priuatis causis vel executionibus abesse videantur, ad singulos etenim duces ad responsum de apparitoribus [q] nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. 2. ¶ Vt autem omnifariam tam publicæ commoditati, quàm fortissimis prospiciatur militibus, sportularū [r] nihilominus exactionem meritò censuimus moderandam [s]: & iubemus nec ipsis ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quàm vnum solidum à singulis vel nolentibus vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus: ita vt si [t] vniuersitas numeri seu principiorum monenda sit, iudicata quantitate tantummodo sportulas accipiant, in his etenim causis nec [u] plures quàm duos primates, [x] quorū nomina semel ac primùm gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: syndico [y] videlicet prout cōsuetudo deposcit, legibúsque cautum est, ordinando. 3 ¶ Hoc quo-

† sciat & ab eo. a militibus ciuilia negotia mandari non debent, *l. 13. in pr. S. eod.*
b nominis.
c miles fieri debet per probatoriam principis tantùm, non per probatoriam magistrorum militum vel ducum.
d quod in.
e Præsentales milites, qui in præsenti comitatu: cuius appellationis duo magistri militum fuere, teste Marciano. Ita magisterium præsentale Marcellinus Comes: magistratus in præsenti dixit Chariſius, *l. ob carnem. §. 1. ff. de test. mil.*
f diximus, *al.* perspeximus.
g Forum sortiuntur milites præsentales, nō apud magistrū militum per Orientem, sed apud magistros militum præsentales & duces: licet ipsi duces, sint sub magistro militum per Orientem.
h terræ præsentalibus.
i adhiberi.
k existunt.
l Ad responsum, *coniunctum legendum est. erat autem dignitas, de qua hic tractat Cuiac.*
m *al.* in mensuris mittantur, *sed malè.*
n curaturos.
o Ad responsus ἀποκρισιάριος responsalis qui vice magistri militum præsentalium responsa dabat, *Nouella 24. 25. edicto 8.*
p præsentalis, *al.* præsentialis, *al.* præsentialium.
q apparitionibus.
r Sportularū modus quis fuerit in iudicio Duciano.
s ordinandam.
t Numerus militum, si qua forte sit causa quæ ad totum numerum pertineat, litigare per syndicum potest: vt hac parte sit conueniri duos numeri primates.
u Primates numerorum militarium.
x ne.
y Syndicum, numeri etiam militares constituunt.
z ¶ *al. additur,* &
a Sportulæ dabantur iudicibus in ingressu iudicii.
b in ingressu

que adiecto, vt pro omnibus [z] quibuslibet expensis faciendis [a] ingressus [b] in iudicio duciano [c] vnū tantummodo [d] solidum, nihilque amplius milites vel syndici litigantes dependere compellantur: vt huiusmodi solatium ad commodum ad responsum, [e] & eius adiutorum & exceptorum proficiat: nihil sibi vsurpare, vel suo nomine poscere, vel viris deuotis principibus [f] qui ducianum obseruant [g] iudicium vel ducianam apparitionem, de præfatis litibus concedendis: ita videlicet, vt super litis expensis, in personis etiam eorum quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma seruetur. 4 ¶ Erit autem arbitrij [h] atque æstimationis virorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorum vel quantitate quæ deuotissimis militibus ab aduersariis eorum ingeritur, vel [i] suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis principis seu arbitris in locis degentibus committere. 5 ¶ Quibus viris, spectabilibus ducibus & eos obseruantibus ad responsum, seu adiutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem duces milites [k] accersiti [l] fuerint, vel de locis in quibus constituti sunt, moueri præcepti, ne quolibet modo curiales seu collatores [m] quibusdam afficiantur dispendiis: ita scilicet, vt pro militibus inspiciendis quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales deuotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis conuocare [n] procurent. 6 ¶ Sin verò etiam necessitate poscente milites ad alia peruenient loca, læsionibus cōtra [o] curiales seu collatores nihilo minus modis omnibus abstineant: & si ||tam|| in eundo ||quàm redeundo|| triginta tantùm dies oporteat eos proficisci, ipsi suas expensas sibi præbendas (collatoribus seu curialibus minimè prægrauandis) suscipere non cessent. sin autem vlteriore tempore in aliis locis necesse sit eos commorari: expensas ei vlterioris [p] (vt dictum est) temporis ad quæ peruenerint loca ministrari.

7 ¶ Quoniam verò comperimus quosdam temerario animo atque iniquo proposito, anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis tuæ, quàm apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse: & ||eosdem [q]|| eodem [r] tempore ad diuersa quoque protraxisse iudicia: diuersaque [s] super iisdem personis, iisdémque causis & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantáque confusio querelis quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud sedem magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita, conuentionéque oblata, eundem vel eosdem criminaliter vel ciuiliter per iussionem virorum spectabilium iudicum vel ducum inquietare antequam negotium ex priori actione prioreque conuentione finem legitimum sortiatur.

8 ¶ Idémque versa vice obseruari, vt si quidem miles seu milites præsentales prouisione [t] viri spectabilis ducis incusati ac admoniti fuerint: incusatori [u] licentia denegetur agenti postulationem seu accusationem in iudicio tuæ sublimitatis contra eundem militem vel eosdem milites deponere: nec si eundem vel eosdem tam criminaliter quàm ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatem eidem agenti superesse: & separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis iudicium, pro ciuilibus autem viri spectabilis ducis sublimitatem seu [x] versa vice, occupare. 9 ¶ Si quis verò ad huiusmodi tam audacissimum, támque æquitati contrarium conamen prosilierit: eum pro pecuniariis quidem negotiis, iactura litis, & damnorum quæ vitio eius contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniatorem conuictum, legum aculeos sentire. 10 ¶ Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum, ac securitate publica noscimur præstitisse: cùm non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parêre præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

DE [y] CASTRENSI PECVLIO MILItum, & præfectianorum,[z]

Tit. XXXVII.

1. Imp. *Alexander* A. Prisciano.

Si in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quædam nomine eius emisti, ea [a] tua esse non dubitatur. Peculio [b] autem castrensi cedunt res mobiles quæ eunti in militiam, à patre vel à matre aliisve propinquis vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quærun tur: in quibus sunt etiam hæreditates eorum qui non alias noti esse potuerunt, nisi per militiæ occasionem, etiam si res immobiles in his erunt. Matris autem hæreditas quamuis in militia delata sit, ad peculium castrense non

iudicii, *al.* in ingressu in iudicio.
c *al.* duciani.
d tantùm.
e Sportulæ, de quibus hic, ad responso & adiutoribus eius præstantur, non principibus officii Duciani, officioue Duciano.
f principalibus.
g ducianum seruant.
h pro arbitratu atque æstimatione.
i Duces militum per se causas militares disceptare debent, vel delegare arbitris, aut principis numerorum, in quibus ex prisca consuetudine ius solebat reddi.
k Milites vocati à ducibus, curiales vel collatores, sumptibus grauari nō debent, nisi vltra dies 70. morari eis sit necesse.
l accersiri.
m *l. 3. §. de erogat. militaris annonæ.*
n prouocare.
o circa.
p vlteriores.
q *al.* deest.
r Milites eadem de re eodem tempore non conuenien di apud magistrum militum præsentalium, & duces, ne diuidantur actiones.
s diuersas quoque.
t pro iussione.
u accusatori, *al. vtrumque abest.*
x sub. versa vice.
y *49. ff. 17.*
z Hi erant apparitores præfecti prætorio. *l. 2. & 3. §. de apparit. præfect. præt. Ammia. Marcel. lib. 17. Sunt qui legunt,* præfectiariorum.
a *vide l. 6. in princ. §. de bonis quæ liberis.*
b Peculio castrensi quæ cedant, *adde l. 11. ff. eod.*

pertinet. In castrensi verò peculio prædium [a] donatum non esse constat: quamuis empta ex castrensi peculio prędia, eius conditionis efficiantur.

2. Idem A. Felici.

Filiusfamilias [b] alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

3. Idem A. Feliciano.

Errat [c] qui tibi persuasit, quod nexu paternæ [d] potestatis, iure [e] sacramenti solutus es. Manent enim nihilominus milites in potestate parentum: sed peculium [f] castrense proprium habent: nec [g] in eo vllum ius patris est.

Hæreditas fratris quæsita militanti in castris, in castrensi peculio numeratur. Bart.

4. Imp. *Gordianus* A.

Cum allegas te à fratre tuo eodémque commilitone in eisdem castris institutum [h] hęredem: successionem eius potius in castrensi peculio tuo, quàm patri tuo cuius in potestate es, per te quæsitam videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborem [i] sociatum commilitij eius, & obeundorum munerum consortium, affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimo vice mutua chariores inuicem sibi||eos [k]||reddidisse credendum [l] est.

5. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA.

Intelligis, filio qui militauit, defuncto, peculium eius penes patrem remansisse, non hæreditatem patri quæsitam.

6. Impp. *Theodos. & Valent.* AA. Zoilo P.P.

Ius [m] castrensis peculij tam scriniarios, quàm exceptores, cæterósque qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione [n] prima adiutrice nostræ reipublicæ militat, inuiolatum habere præcipimus.

DE [o] EROGATIONE [p] MILITARIS [q] annonæ,

Tit. XXXVIII.

1. Imp. *Constantinus* A. & *Iulianus* Cæs. Helpidio.

Repetita [r] consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum [s] ac panem: vinum quoque atque acetum, sed & lardum, carnem etiam veruecinam milites nostros ita solere percipere: in [t] duobus diebus buccellatum [u], in tertio die panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem veruecinam. Dat. 16. Kal. Iun. Hierapoli Constantino X. & Iuliano Cæs. III. Coss.

2. Imp. *Iouinus* A. Secundo P.P.

Vicesimo [x] non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuectare. Dat. 5. Kal. Octob. Ædesa, Iouiano & Varroniano Coss.

Milites vt aliquid in cœna habeant, à prouincialibus nihil possunt accipere. Bart.

a *l. 4. §. familiæ erciscundæ.*
b Patria potestate non liberat militia.
c *al.* Erat.
d Peculio castrense excepto, filiusfamilias nec vendere nec alienare sine voluntate patris potest. *synopsis Basilicon 31. tit. 5. ex lib. 56. tit. 2. c. 23.*
e sacramenti ius, militia seu ius militiæ.
f Peculium castrense, propriū est ipsorum militum licet sint filiifamilias, *l. 4. §. familiæ. l. 12. §. quia autem. l. 22. §. de collat. l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bono. l. 4. ff. eod. l. 52. §. Papinianus. ff. pro socio. §. ex hoc. Inst. quibus non est permissum.*
g *l. 10. ff. eod.*
h vel tibi legatum. *l. 5. l. 8. l. 11. ff. eod.*
i *al.* labor sociatus commilitii eius & ꝑ. credendus. *al.* commilitoni.
k *Abest à quibus. lib.*
l Præsumitur ex frequenti conuersatione augeri affectio inter consanguineos. de qua præsumptione, *vide Alciatum 1. præsumptionū 30.*
m Peculii castrensis ius habent tam scriniarii, quàm exceptores P. Prętorio: videntur enim primę legionis esse, quæ principis est adiutrix. *synopsis Basilicon lib. 6. tit. 4. ex lib. 57. ti. 2. c. 26. & lib. 57. tit. 8. ex lib. 55. tit. 2. c. 26.*
n Legio prima, adiutrix appellata, *vt hîc, Tacit. 18. Annal.* Imò secunda est, *l. 1. §. de professorib. vide Alciatum 6. parergon 18.* & ita quoque appellatur in veteribus monumentis, P. Ælio Mutiano Spec. legionis secundæ adiutricis Vitalianus & Vitalis auunculi. Verè defendi potest, adiutricem legionem duplicem fuisse, primam & secundam, Ita in marmore Budæ legitur, schola legionum I. & II. adiutricium piarum. Fit ita mentio in itinerario Antonini primæ & secūdæ legionis adiutricis. apud Ptolemæum *2. c. 15.* auxiliaria prima appelletur. Tacitus *19.* eam Italicam appellat, Mineruiam, Spartianus. Tertię legionis nomen erat Cyrenaicæ, sic enim Romæ in antiquo marmore legitur M. Pompeii. M. F. Am. Aspro leg. XV. Apoli. cohort. 3. primop. leg. III. Cyrenaicæ. Quarta legio Macedonica dicebatur. *Tacit. 19.* Septima, Claudiana *Tacit. 19.* & Galbiana. *Tacit. 18.* Octaua, bis Augustalis: idque in saxo Viterbii ostenditur. Tre. Mil. leg. VIII. bis August. Q. Vrbano. proq. prouinc. Cretæ & Cyrenarum ædili. Pl. pr. legato D. Vespasiani leg. XIII. geminæ Procos. prouinc. Macedoniæ P. Tullius Varro optimo patri. Duodecima fulminatrix. Sic enim in antiquo saxo Romæ extat, Veterano leg. XII. Fulminat. Decimatertia geminia appellata est, *vt §.* Decimaquinta Apolinaris, *vt §. quoque constat.* vicesima, Victrix, in saxo vetusto. Pręf. Castr. leg. XX. vict. vigesimaprima, Rapax *Tacit. 18. & 19.* Extat Bononiæ monumentū, hac inscriptione: Q. Manilio C. F. Cordo. tr. leg. XXI. Rapac. præf. equit. exact. tribut. ciuit. Gall. fac. cur. certus lib. in agr. P. XLIV. in fr. P. XLIV. cuius inscriptionis meminit Alciatus *in adnotationibus ad 17.* Taciti, Vigesimasecunda, Primiginia nuncupata est, reperitur in marmore quodam Romæ P. Cœlio. P. F. Ser. Balbino Vibulo Pio X. viro stlitibus iudic. VI. viro equitum Rom. turm, quint. tr. milit. leg. XXII. Primig. Adi VValtherum *1. Miscellaneorum 15.* & Alciatum *6. parergon 18. adde l. vlt. §. de off. præf. prætor. l. 1. §. de professorib. & medicis: Spartianus in Adriano: Dionem 55.*

o *l. 7. Cod. Theod. 9.* περὶ ἀννόνων καὶ ἐρογῶν αὐτῶν, &c. De annonis & earum erogationibus. Item paleas à miliari vigesimo conuehendas esse: Præterea, coniugem liberósque defuncti ab erogatore (παρὰ τοῦ ἐρογάτωρος) quidquid ei debebatur ad mortem vsque, consequi. *synopsis Basilic. 57. tit. 4.*
p Zonaras *in c. 83. Apostolor.* differentiam facit inter διανέμησιν σιτηρεσίαν στρατιωτικῶν, & ἀποδοχὴν τροφῶν στρατιωταῖς ἀφορισμένων, & στρατολογίαν, *adde l. 12. §. 2. ff. de re militari.*

3. Impp. *Valentin. & Valens* AA. ad Victorem magist. militum.

Cœnaticorum [y] nomine milites & eorum super instantes [z] nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites quod oportet eos commoda sua quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis prouinciales non adficere. Dat. 6. kal. Ian. Bonamansione, Diuo Iouiano & Varroniano Coss.

4. Iidem AA. [a] ad Auxonium P.P.

Sicut [b] fieri per omnes limites salubri prospectione pręcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis [c] ad castra conferri, sed in veterani [d] castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem [e] de conditis sumant: nec amplius quàm tertiam partem ipsi vehere cogantur. Dat. 5. Non. Maij, Martianopol. Valentiniano NB. P. & Victore Coss.

5. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* AAA. ad Probum P.P.

Actuarij, [f] nisi expleto triginta dierum spatio, pittacia [g] authentica confestim tradiderint: species quas ex fiscalibus conditis [h] dissimulauerint excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalium horreis addicantur inferre. Dat. 6. Id. Apr. Sirmio, Valentiniano & Valente AA. Coss.

Militibus præstanda est annona singulis diebus & ante lapsum anni.

6. Iidem AAA. ad Modestum P.P.

Fortissimi [i] ac deuotissimi milites annonas & capita singulis diebus, aut certè [k] competenti tempore, id est, priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si [l] debitam studio voluerint [m] protelare: id [n] quod competenti tempore minimè perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. Dat. Prid. Non. April. Antiochiæ, Gratiano A. IIII. & Merobaude V. C. Coss.

7. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. Rufino P.P.

Nulli militariū [o] pro [p] his annonis quæ in prouinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare: ita vt si quis propter [q] anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxauerit: neque id quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere: neque id quod accipere dissimulauerit, consequatur. Dat. III. Kalend. Aug. CP. Theodosio A. III. & Abundantio V. Cæs. Coss.

8. Impp. *Arcad. & Honor.* Augusti Hilario P.P.

Prouincialium [r] commodis nos conuenit subuenire. Ad omnium itaque numerorum siue vexillationum aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres comites sublimitas tua faciat peruenire, vt meminerint fœnum [s] militibus iustis capitibus præstandum, iuxta legem diui Valentiniani: nec [t] tamen ad oppidum deferendum. Dat. 16. Kal. Iul. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss.

9. Iidem Augusti * P.P.

Excellentia [u] tua erogationis per susceptores factę modum quantitate breuium conferri perficiat, ita vt quo die numeris datum sit, diligentiùs exploretur: ac si quid

¶ *al.* erogatione militiæ, & annonæ.
r *l. 6. C. Theod. eod.*
s Id est frumētum ad vsus diuturnitatem coctum: Gallica lingua vocamus *Biscuit Ammia. Marcelli. li. 18. vide in hunc locum Xenoph. lib. 3.* ἀπομνημ. vt hinc constet, sobriā & frugalē annonam nobilibus erogasse, ne rem militarem eneruarēt. Et ita quoque victitarunt Imperatores magni, vt frugalitatis & continentiæ exemplum suis militibus essent. Hinc Hadrianus exemplo Traiani, Scipionis Æmiliani & Metelli, vti solitus erat cibis castrēsibus lardo, caseo posca. *Spartianus.*
t vt militibus expeditionis tēpore, biduo, buccellatum, vno die, panis biduo, caro veruecina, vno die, lardum detur.
u *al. sic*, in duos dies buccellatū, in tres panem. *al.* biduo.
x Milites paleas vltra vicesimum lapidem seu miliare quęrere debent.
y ¶ *Id est*, pro cœna. *al.* Venaticorum, *al.* Menaticorum. Porro cœnatica genus exactionis quod milites exigebāt à prouincialib⁹, quasi pro cœna, quale est quod Galli vocant *la passade*, adde quæ scripsi *ad l. 7. ꝑ. eo. l. 12. C. Th. eod. l. 15. §. quibus. §. de re militari. Rolandum à Vall. 1. cōs. 66. nu. 10. Cuiac. No. 130.*

z super his stantes, *al.* insuper stantes.
a *al.* Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. * P.P.
b *l. 15. C. Theod. eod. l. 6. §. de annonis & tributis.*
c ordinatis. *al.* ordinalibus. d *al.* in veteranis. e itidem.
f *l. 16. C. Th. eod.* Actuarii (hi Græcis ὑπομνηματοφύλακες, id est actorum seu commentariorum custodes) intra dies triginta tradere authentica pittacia debent. Secundum ea pittacia, militibus fit erogatio annorum, & ideo dicuntur pittacia τῶν ἀποτροφῶν. g *Pittacia sunt rationes & commentarij annonarum militarium.*
h creditis. i *l. 17. C. Theod. eod.*
k certo. l ac sibi debitam.
m *l. 7. ꝑ. eod.* n & id.
o militum. p *l. 20. C. Theod. eod.* Militibus non licet aderationis nomine (quæ Græcis ἀπαργυρισμὸς. *Nouella 43. 130.*) id est pretia pro annonis accipere, *vt hîc*, nihil nomine ἐπιδημητικῶν. *l. vlt. ꝑ. de metatis. Nouel. 134.* nihil denique cœnaticorum vel introituum nomine, vel quo alio titulo commentatio *l. 3. l. 6. §. eod. Nouel. 130.*
q per.
r *l. 23. Cod. Theod. eod.*
s seu. t necnon ad oppidum.
u *l. 24. Cod. Theod. eod.*

amplius

a *vide quæ scripsi ad l. vlt. j. eod.*
b *Sic in vet. sed iidem & opinatores dicuntur, l. 7. s. de exactorib. trib. Cont.* sed optio est erogator militaris annonæ: cui actuarius adiungitur. *l. vlt. j. eod. l. 3. s. de apochis. Nouel. Martiani de ind. deb.* subscribendarius. *l. 1. C. Theod. eod.* & numerarius. *l. 3. Cod. Theod. de numerariis.*

amplius actuarios [a] vel optiones [b] accepisse constiterit, quam breuium datorum scriniis nostris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eosdem erogasse monstrauerint. nam ad illustres quoque viros magistros vtriusque militiæ sacri apices cucurrerunt, quibus prouida sanctione decreuimus, vt breues ante indictionis principium summa fide ac veritate confecti, ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos à susceptoribus erogatio celebretur. Dat. 8. Kal. April. CP. Honorio A. IIII. & Eutychiano V.C. Coss.

10. Iidem Augusti Eutychiano P.P.

IVbemus [c] per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à Nouembri mense de nouello vino annonam dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. Dat. X. Kalend. Iun. Honorio A. IIII. & Eutychiano V.C. Coss.

11. Iidem Augusti prouincialibus proconsularis.

OPinatoribus [d], id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum prouincialibus commercium: ita vt à ducibus vel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spatium conferenda. Dat. prid. kal. April. Medio. Vincentio & Frauitta [e] Coss.

Septem diebus fori militibus non venduntur res pretio viliori. Bart.

12. Iidem Augusti & *Theod.* A. Anthemio P.P.

SEptem diebus [f] per quos tribuni ||prætoriani|| emolumenti gratia solenniter stellaturæ [g] nomine species consequuntur: species resistentes [h] non aliter adærentur, nisi vt in foro rerum venalium distrahuntur. Dat. 5. Id. April. CP. Arcadio A. VI. & Probo V.C. Coss.

13. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P.

LEge [i] repetita censemus, vt si quis militum interclusam specierum exactionem refricare [k] tentauerit, vel adærationes [l] statutas ausus fuerit immutare: tam vir spectabilis dux, centum librarum auri, quam eius etiam officium pari condemnationis summa quatiatur [m], adiecta sacrilegij [n] pœna, quæ diualium scitorum violatores palam insequitur. Dat. X. Kal. April. CP. Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

14. Iidem Augusti Constantio magistro militum.

HIs [o] scholaribus quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de ærariis annonis singulos solidos per opinatores [p], caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorum antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex vtraque causa ei debebatur [q], hæredibus eius restitui. Dat. 13. Kal. Decemb. Constantio & Constante VV.CC. Coss.

15. Iidem Augusti Asclepiodoto P.P.

ANnonas [r] omnes quæ vniuersis officiis atque sacri palatij ministeriis, & sacris scriniis cæterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quásque hi qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate & libidine sua grauiter ex prouincialium visceribus eruebant: ad similitudinem militum quibus ærariæ præbentur annonæ, adærari [f] præcipimus: vt omnibus supra [t] designatis emolumenta debita in pretiis dispositio tui culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari. Dat. 16. Kal. Mart. CP. Asclepiodoto & Mariniano Coss.

Erogator iurare debet se officium legaliter & secundum iustitiam peracturum. Bart.

16. Imp. *Anastasius* Longino magist. equitum ac peditum.

IVbemus per hanc diuinam dispositionem eos, quibus ex officio tuæ sublimitatis militarium meritorum seu cuiuslibet præstationis committitur erogatio, in primis iurare [u] pro iustitiæ ratione iniunctam sibi solicitudinem peracturos: & secundùm præsentem saluberrimæ nostræ dispositionis obseruationem solatium (sicut dictum est) publicum erogator manu sua sine vllo dolo & fraude singulis militibus enumeret: quatenus vnusquisque miles accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negotiatione [x] actuariis permissa secundùm rationem agat iustitiæ: hoc videlicet obseruando, vt pro [y] singulis solidis actuario, siue statim, siue post vnum duósve seu amplius annos restitutum fuerit debitum, minus quidem vno tremisse, [z] pro temporis scilicet breuitate pacisci liceat, amplius autem vnu tremissem nullus actuarius pro quoquo tempore seu annorum spatio pacisci penitus permittatur, nec vlla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quantitatem tremissis excedere. 1 ¶ Si qua tamen inter actuarium & militem super pactione, vel negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias, ab erogatore principis [a] dari, & [b] secundum hactenus obseruatam [c] consuetudinem ||easdem pecunias [d]|| vel ab erogatore||principis [e],|| vel ab actuario retineri [f]: quatenus causa apud deuotissima principia, propositis sacrosanctis scripturis inter actuarium & militem tractetur: vt ex omni parte miles nullum damnum sub quacunque occasione (præterquam id quod eum ex iusta & permissa actuariis negotiatione debere constiterit) patiatur.

2 ¶ Super his verò quos datis fortè commeatibus abesse contigerit, hoc volumus obseruari, vt pecuniæ quæ erogandæ sunt, vsque ad triginta milites, quos tantummodo datis commeatibus dimitti sacra constitutio continet, apud deuotissima principia sequestrentur: illorum scilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros constitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia, vtpote habita super pactione, protulerit, quatenus cum iidem redierint milites, causa apud deuotissima principia secundùm præfatum modum tractata vtriusque partis indemnitati similiter consulatur. Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris amplius sub commeatus occasione dimittere. 3 ¶ Sin verò saluberrimam constitutionem offendendo [g], amplius quam triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecunias quidem quæ post præfatorum triginta virorum numerum per commeatus [h] dimissis militibus erogandæ fuerant, publicę rationi [i] erogator non dubitet reportandas. 4 ¶ Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de propriis facultatibus singulis militibus quibus vltra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causa||non [k]|| consequendi publica solatia dederit: quidquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum: Nec prius idem tribunus ab eodem decedat [l] numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illæsos reddiderit. 5 ¶ Hoc etiam [m] adiiciendo, vt sub gestorum testificatione tam decem [n] ex deuotissimis principiis [o] primates eorum: videlicet, quàm vnusquisque caput [p] scholæ iuratus deponat sub præsentia sua rem sicut superius dispositum est, fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis vnumquemque militem [q] solatium suum manu sua ab erogatoriis dextera suscepisse: & huiusmodi gesta relatione à viro clarissimo tribuno, vel deuotissimis principiis intra tres menses mittenda, ex quo profectus [r] fuerit, numerandos, ad nostram referat pietatem. 6 ¶ Hoc videlicet ante omnia curando [s], vt pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex [t] publico pecuniæ, intra duos vel tres menses, seu quatuor, pro qualitate scilicet spaciorum commissam sibi solicitudinem erogationis non dubitet faciendam [t]: vel si [u] vlterius apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere, sciat se modis omnibus damnū quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militibus soluturū. Sciētibus his qui præfatæ dispositionis obseruantiam siue in differenda, vltra sigillatim definitum temporis spatium erogatione, siue in qualibet alia parte fuerint egressi, non solum sese militiæ cinguli amissionem, verumetiam facultatum||quoque|| suarum publicationem pro tāto subituros flagitio: & insuper erogationum quoque solicitudinem ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendam. 7 ¶ Si verò idem officium simul atque huiusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostræ mansuetudinis, vel certè ad scientiam illustrissimę magisteriæ referre curauerit [x] potestatis, vt eiusdem apparitionis [y] periculo tale flagitium principales minimè possit aures latere: quatenus [z]

c *l. 25. C. Theod. eod.*
d *al.* Optionibus. *l. 26. C. Theo. eod.* In exercitu delegatores, (qui Harmenopulo *6. tit. 14. & lib. 2. in fi.* legatarii) copiis militaribus, hoc est militari annonæ prouidebant: optiones (de quibus hic) erogabant, *l. 7. j. de exact. trib. l. 3. s. de apochis pub.* Vnde optio militum, annonæ diuisio Græci *ad l. 1. ff. de muneribus.* His Nouella *130.* decimam quintam partem copiarum dat: sicut & aliarum rerum susceptoribus certa pars datur. *l. 9. s. de susceptorib.*
e *al.* Frauitto.
f Septem dierum: *l. 28. C. Th. eod.*
g Stellaturam interpretatur hic & in lib. præter. 1. Alci. esse priuilegiū quoddam militum, quo viliori pretio annonam consequuntur.
h restantes.
i *pars legis 39. C. Theod. eod.*
k replicare.
l Adæratio est taxatio pretii. *al.* legitur erogationes.
m quatiantur.
n sacrilegi, qui committunt in leges. dixi *ad l. vnicam. s. vt dignitatum ordo.*
o *l. 34. C. Th. eo.*
p optiones.
q *vide l. 16. in fi. j. eo.*
r *l. 35. C. Th. eo.*
f *Rectè. sic enim in vet. li. legitur: & eo verbo vsus est Ammianus Marcellinus lib. 31. v. Taurell. de milit. al.* adhærere.
t superius.
u *Lege Solonis apud Æschinem cautum est, vt iudices iurent se secundum leges iudicaturos,* διχάσας ὅρκῳ ψηφιοῦσθαι κατὰ τοὺς νόμους.
x Fœneratoria, negotiatio est, *vt hic*, & quidem licita. *Nouella 106.* adde Molineū *tract. de vsuris. numer. 58.* Idem ibidē *numero 105.* negat agi hic de negotiatione vniuersali vel mercabili quæstuaria militantibus prohibita, *s. negotiatores ne militent.* sed de negotiatione particulari eorum quorum milites egent in expeditione, puta pro emendis sagis, equis, victu & huiusmodi necessariis. Et prohibetur actuarius cum eis contrahere, antequam eis debitum stipendium integrè persoluerit: quo in manus militum persoluto, potest eis vendere res necessarias, imò mutuum dare sub vsuris legitimis: ita tamen vt statim atque trientem sortis æquauerint, cessent neque possint vlterius currere. *Hæc ille apud quem ibidē plura vide.*
y Actuario permittitur negotiari cum militibus, ita vt in singulos solidos amplius quàm vnum tremissem, pro quocunque tēporis spacio accipere nō possit, sed minus tremisse: vnde colligitur, vsurę cumulū nō posse in fine cuiusque siue breuis siue prolixi tēporis, tertiā partem sortis excedere, sed infra tantū subsidere, *Molin. de vsuris. q. 4. num. 105.* vbi notat vsurę duos esse supremos gradus. Primū in quantitate, pro rata cuiusque mensis vel alterius certi temporis successiuè currentis, cuius quantitas non sit vniformis, sed diuersos habeat gradus. Alterū esse in cumulo seu totali summa & periodo seu fine finiente: in quo nulli sint gradus, sed vnicus & idē terminus vniformis, & eadem periodus, quæ hoc casu nostro fallat.
z Tremis, tertia pars solidi: vt semis, dimidia. Ita Alexander Seuerus tributa ab Heliogabalo imposita ad tricesimā partē reduxit, ita vt qui decem aureos sub Heliogabalo pendebat, tertiā tantū partē aurei præstaret: tūq; primū semisses & tremisses formati.
a principibus.
b *In vet. li. additur negatio,* nō *& Cuia. ex Græcis negatiuè legēdum existimat.*
c obtinentem.
d *Absunt à quibus. lib. al.* tales pecunias.
e *al. deest.*
f teneri.
g *al.* offerēdo.
h pro commeatu.
i rationis.
k *Abest à quibus. lib.*
l discedat.
m verò.
n Erogationis factæ gesta cōfici testatò debent, decē principiorū primatibus & capite scholarū (si scholaribus facta sit erogatio) deponente, *De manu in manum factam esse erogationē. adde quæ scripsi ad Nouel. Leonis 41.*
o Primates principiis.
p Caput scholę *Ammian. 25.*
q militum.
r factus.
s à, *al. vtrunque abest.*
t faciēda.
u erogatoris militaris annonæ mora si dānū militi cōtigerit, ob cōtractū siue pactionē habitā cū actuario, erogator ipse id agnoscere debet.
x procurauerit.
y apparitoris.
z qui

ex omni parte eodem [a] delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostræ ||constitutionis vel [b] ||pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita vt singulis militibus qui non obseruato in eorum persona tenore dictæ dispositionis læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per vnum fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere commeatum [c]: & porrectis precibus, quod contra nostram dispositionem passi sunt, approbare: eóque facto, statutis violator imperatoriæ dispositionis suppliciis percellatur. 8 ¶ Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias quæ mortuis [d] militibus vsque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, secundum iam datam diualem dispositionem [e] vxoribus vel liberis eorum non dubitet ministrandas.

Milites deputati ad custodiam alicuius personæ vel loci, annonam de publico non percipiunt. Bart.

17. Imp. *Iustinianus* Augustus * P.P.

CVm sæpè contingat propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes, quibusdam ad [f] custodiam vel ob aliam huiusmodi causam milites ||deputari, vel etiam iam [g] || deputatos esse, & non conueniat hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero, curiis vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (vt dictum est) vel ||tali|| alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint, ne per eorum translationes, circa annonarum vel capitum [h] eis præbendorum erogationem publicis rationibus quædam læsio ingeratur: eandem rem de [i] proprio personam seu etiam personas, cui vel quibus deputati sunt vel fuerint, ||hæc|| modis omnibus agnoscere, hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis & capitu præbendo & imputando, quod in locis ex quibus præfati milites perueniunt seu peruenerint, imputabatur: vel si antè latam præstationem supradictæ personæ recusauerint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos qui recesserint [k] sine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam custodiendo, vt nemo deuotissimorum militum cuicunque personæ seu corpori sine [l] speciali nostræ serenitatis iussione scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis, si hanc nostræ mansuetudinis formam, quotiens super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere||oportet,|| itidem publicare minimè curauerit: tam dispendium quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei [m] de proprio resarcire, quàm triginta librarum auri multam propter [n] desidiam suam, immo magis conniuentiam, dependere cogendo: rectoribus nihilo minus prouinciarum, & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellendis.

XVIII.

COnstitutio iubet vt in regionibus retineantur in primis ea quæ militibus eroganda sunt, atque ita deinde procedant reliquæ causæ fisci. Nec enim oportet solas transmissiones vrgere, & erogationes militares negligere. Et si hanc constitutionem præsides violarint aut municipia vel quilibet alius tractator publicorum, vt de suo militibus pecunias exoluant, & hoc amplius mulctam C. librarum auri.

XIX.

COnstitutio iubet, si milites propriis angariis minimè dant operam personis quibusdam auxilij gratia deputati vel per commeatum dimissi, vt actuarius eorum stipendia in speciebus non accipiat, ne corrumpantur, sed in auro, facta specierum æstimatione secundum [o] rationem mensæ, & iureiurando præstito à tribunis & vicariis, & domesticis, & actuariis, & optionibus, à quibus etiamsi iusiurandum dederint, ratio postea nihilominus, & si qua in re peierasse inuenti fuerint, duplum exigetur. Sed & si milites adærari sibi velint annonas, eandem in pretio rationem mensæ seruari: si species dari, vt eas accipiant quas regio parit, arbitrio religiosissimi Episcopi & clarissimi defensoris ciuitatis. Rursus si actuarius à milite emerit annonas eius, & eas accipiat à collatore quasi sibi concessas, rationem mensæ seruari, nisi malit collator species ipsas inferre. At si velint sua sponte collatores vendere quædam militibus, id non prohibemus, etiamsi ex eo lucrum facturi sint, minorem specierum quantitatem præbentes quàm exigat ratio mensæ publicæ. Ne tamen ea propter liceat ciuibus lædere collatorem, puta si curia siue ciuitas cum milite perperam conuentionē inierit præbendarum specierum, ne cogatur collator secūdum eam conuentionem species inferre. Quia verò plerique ex chartulariis fortissimorum numerorum vel fœderatorum coemunt sibi frumentum pretia à fisco accipientes iuxta nundinationem quæ mensa continetur, sibi autem quasi iam antè comparatas species retinentes, ideo iubet Constitutio ne quis collator inuitus eorum coemptioni parere cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia mensæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda est. Nam etiam extrinsecus quantitatem specierum eo pretio emere prohibentur sicut milites. Quæ omnia demonstrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit sibi quemque vindicasse, in tantum damnabitur in duplum: ita vt simplum fiscus habeat, simplum actor. Omnibus quoque militibus personis quibusdam deputatis secundum rationem mensæ adærentur [p] annonæ & capita, [q] nec petantur species nisi à volente: eo qui quid antè dictorum temerare ausus fuerit, maximum periculum subituro, siue tribunus sit, siue vicarius, aut domesticus, aut actuarius, [r] aut optio, aut numeri princeps, aut officialis magistri militum: si quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confestim minimè denuntiauerit. Retractatio enim quicquid aduersus constitutionem acciderit, coarguet & iudicabit.

a eorum.
b *Absunt à plerisque lib.*
c comitatum *emendat Cuiacius ex Græcis & Latinis manuscriptis.*
d Milite mortuo erogator debitum stipendium vxori & liberis defuncti persoluere tenetur. *vt l. 14. §. eo.* Quæri pōt cur non totius anni, vt aliàs fit, *l. 4. §. de domesticis & protectoribus?* Cuiacius putat, id ideò cōstitutū, quòd militibus stipēdia in annos non constituerentur, sed vt quisque militiæ onus subiisset. Potest & hoc adiici, rem in infinitum abituram fuisse, si in tanta militum multitudine id fuisset admissum.
e *l. 14. in fin. §. eod.*
f Militibus nonnunquā vtebantur ad certas personas custodiendas: imò & curias, corpora, ecclesias, *vt hîc.*
g *Absunt à quibusdam lib. manuscr.*
h *al.* capituum. & *j.* capitu. præbendo.
i Militibus custodiæ, certæ personæ ecclesiæ, curiæ, vel certi corporis deputatis, consuetas annonas & capita princeps ipse præstat: id quod amplius militibus necessariū esse potest, præstant illi ipsi qui à militibus custodiuntur.
k decesserint.
l Milites tuitionis vel alia causa deputari non possunt, sine principis iussu.
m eam de.
n pro sua desidia.
o Adæratio specierum (ἐξαργυρισμὸς) quæ primipilari præbentur, secundum aliarum specierum venditionem fiat: hoc est secundum rationem mensæ: vel potius accipiendum est, hoc fieri debere, prout fori ratio postulat. *Synopsis Basilicôn 56. titul. 17. περὶ ἐξαργυρισμοῦ.*

p Adærare est pretio munus redimere.
q Capita, pabula equorum, *§. de annonis & capitu.*
r Actuarius iūgitur optioni, *vt l. 9. §. eo. l. 3. §. de apochis publ. Nouel. Martiani de iud. deb.* vt & annonario. *l. 3. C. Theod. de numerariis* subscribendarius dicitur *in l. 1. Cod. Theod. de apochis.*

DE [s] EXCOCTIONE [t] ET TRANSLATIONE [u] MILITARIUM ANNONARUM, Tit. XXXIX.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Stilichoni Com. & magist. vtriusque militiæ.

OPINATORES [x] quibus species in diuersis prouinciis delegantur contra omnem consuetudinem à nullis consistentibus familiis [y] excoctionem panis efflagitent. Illustris igitur auctoritas tua nouam vsurpationem congrua auctoritate repellat: vt cùm opinatores in prouincias delegantur, vetus consuetudo seruetur. Dat. Id. Septemb. Med. Theod. V. C. Coss.

Ab excoctione panis nulla domus etiam principis excusatur. Bart.

2. Iidem AA. Adriano P.P.

IN [z] excoctione buccellati quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione etiam annonæ, nullius excipiatur persona, videlicet vt nec nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinamur) implere quæ sunt præcepta neglexerit, in procuratorem eius seuerissimè vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominum || conscium || esse constiterit, quadruplum id quod pro eius capitatione poscitur, post habita dilatione soluetur [a]. Dat. 9. Kal. April. Romæ, Honorio A. VI. & Aristeneto Coss.

s *l. 7. C. Theo. s.*
t exactione, *al.* excutione.
u collatione.
x Optiones.
y *al.* famulis.
z *l. 2. C. Th. eod.*

DE [b] MILITARI VESTE, Tit. XL.

Canonem vestium à Kalen. Septemb. vsque ad Kalend. Apr. respub. soluet. Bart.

1. Impp. *Valentin. & Valens* AA. Auxonio P.P.

OMNEM [c] canonem vestium [d] ex Kalendis Septembris [e] ad Kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ vel eius officio condemnationis quæ||tuæ|| iustitiæ videbitur. Dat. 14. Kal. Decemb. Martianop. Valentiniano & Valente Coss.

2. Imppp. *Valens Gratian. & Valent.* Augusti Modesto P.P.

PRouinciæ [f] Thraciarū [g] per XX. [h] iuga seu capita conferant vestem. Scythia & Mysia [i] in XXX. iugis [k] seu capitibus interim annua solutione dependant: per Ægyptum & Orientis partes in [l] trecenis ternis iugis: per Asianam verò & Ponticam diœcesim ad eundem numerū in capitibus seu iugis annuæ vestis collatio dependatur: ita vt per Orientem [m] prouinciæ in titulo auri comparatitij quod per iugationem redditur, cōpensationis gratia perfruantur: exceptis [n] Osroena, & Isauria. nam eas demū cōstat aurum comparatitiū minimè debere. [o] Dat. 5. Id. Aug. Hierapoli, Gratiano A. IIII. & Merobaude V. C. Coss.

Ad vestem militis non præstabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. Bart.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* Augusti Martiano Com. S. L.

FOrtissimis [p] militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos [q] solidos dari præcipimus. Dat. 16. kal. Feb. CP. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss.

4. Impp. *Honor. & Theod.* Augusti Asclepiodoto P.P.

MIlitaris [r] adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferenda: ita vt quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio: sexta verò portio à gynæciariis clementiæ nostræ

a soluatur.
b *l. 7. C. Th. 6.*
c *l. 1. C. Th. eod.*
d Omnes res suas obligātem, res suas non obligare hinc colligit Ripēsis *ad l. 6. ff. de pign.*
e Indictiones incipiunt à mēse Septembri, *vt hîc, & l. vlt. §. de annonis & tributis No. 128.*
f *l. 2. C. Th. eod. l. 1. §. vt nemo ad suum patrocinium.*
g Tarsiarum, *Pyrrhus al.* Daciarum.
h *al.* tricena. *al.* quinquagena: *vt notat Azo hic. Cont.*
i Mœsia. *Alc.*
k Iuga, capita. *l. 2. §. quod si nihil. §. vt nemini liceat in coemptione specierum.*
l in xxx. terrenis iugis.
m Orientis prouinciam.
n *In quib. lib.* Ostroenatis, & Osdrohenia. *Alc.* Orthodosiæ natis, *vel* Ostroenæ natis, *hic legit. verum excusa lectio rectissima est, & lib. manusc. confirmatur.*
o redhibere.
p *l. 4. C. Th. eod.*
q singulis.
r *l. 5. C. Th. eod.*

a *al.*iunioribus.
b Species hic pro veste accipitur, *vt l.2.§.de murilegulis:l.4.§.de vestibus holoberis.*
c *l.7.C.Theod.8.περὶ μιτάτων ἤτοι ἀπληκτων,&c.*De metatis seu hospitiis,& quinam eis præbendis obnoxii non sint:*synopsis Basilicôn lib.57.tit.12.c.2.*
d Metata sunt hospitia, quæ superuenientibus militibus vel aliis personis prouinciales præbent.

absque vlla vel ipsorum vel publica incommoditate,pro eadem contextione suscepta, minoribus [a] gregariisque militibus in ipsa quàm maximè eos desiderare constiterit,specie [b] præbeatur.Dat.7.Id.Mai t.CP.Asclepiodoto & Mariniano Coss.

DE [c] METATIS [d] ET EPIDEMETICIS,[e]

Tit. XLI.

1. Imppp.*Valentin.Theod.& Arcad.*AAA.Theodoto mag.offic.

SI quis metatorum nostrorum manum qua deputatas singulis quibusq; domus denotat, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit : ad instar falsi reus,[f] constituti huius auctoritate teneatur. Dat.6.Kal Nouem. CP.DN.Theodosio A.III.& Abundantio V.C.Coss.

2. Impp.*Arcad.& Honor.*Augusti Osio mag.offic.

IN [g] qualibet vel nos ipsi vrbe fuerimus, vel ||in|| qua hi qui nobis militant, commorentur:omnium tam metatorum, quàm etiam hospitum iniquitate summota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domo [h] diuisa partes,primam [i] eligendi dominus habeat facultatem:secundam hospes quam voluerit exequatur:tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate atque iustitia est,vt qui aut successione fruitur,aut emptione[k] vel extructione gaudet,electam præcipuè iudicio suam partem teneat & relictam. ¶Ergasteria verò quæ mercimoniis deputantur,ad prædictam diuisionis iniuriam non vocentur,sed quieta sint & libera : & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis conductoribúsque deseruiant. Sanè si stabulum (vt adsolet) militari viro in tertia domus parte defuerit[l]:ex ergasteriis(nisi id dominus qualibet occasione prouiderit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. ¶Illustribus sanè viris non tertiam partē domus, sed dimidiam [m] hospitalitatis gratia deputari decernimus : ea duntaxat conditione obseruata, vt alter ex his (si libet [n] atque maluerit) diuisionem arbitraria æquitate faciat, ||& [o]|| alter eligendi habeat optionem. & firmissimum perpetuò quod iussimus perseueret:ita vt triginta librarum [p] auri, qui illustrissima sunt prædití dignitate, fisco nostro se || pœnam|| illaturos esse cognoscant : cæteri verò militia sciant ||se [q]|| esse priuandos, si generale præceptum amplius vsurpando quàm iussimus,reprehensibili temeritate violauerint. Dat. VIII.Id. Febr.CP.Honorio IIII.& Eutychiano Coss.

3. Iidem Augusti Vincentio P.P.

CVnctos iudices scire volumus,à [r] prætoriis ordinariorum iudicum his præsentibus abstinendum. Dat.16. Kal.Feb.Mediol.Stilichone & Aureliano VV.CC.Coss.

4. Iidem AA.Æmiliano mag.offic.

FAbricensium [s] domibus vbicunque [t] constitutis omnem molestiam hospitū præcipimus amoueri : quòd & Antiochensibus, & cæterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu. Dat.II.Kalen.Feb.CP.Stilichone & Aureliano Coss.

5. Impp.*Hono.& Theod.*AA.Ioanni P.P.

DEuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus.Primo igitur omnium ad nullum prædium publicum,vel priuatum domus nostræ, vel cuiuscunque [u] iuris vllus [x] metator accedat, si à quoquam fuerit destinatus. Licentiam [y] enim domino,actori,ipsique plebi serenitas nostra commisit, vt eum qui præparandi gratia ad possessionem venerit,expellendi [z] habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat: cùm sibi arbitrium vltionis suæ sciat esse concessum : rectéque sacrilegum prior arceat,qui primus inuenit. Administrantem verò, eiúsque officij proceres,quorum pręceptio [a] inhibitam personam ad agrum aliquem destinauerit, in tempus [b] proscribi debere censuimus. [c] ¶Solam sanè hospitalitatē sub hac obseruatione concedimus,vt nihil [d] ab hospite quod vel hominum vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur : omniúmque sit acceleratum iter atque continuum,nec vlli liceat residere [e]:ne diuturnitas commanentium vlla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarū auri multa ferietur, quisquis administrator, rogator [f], apparitor ||ve [g] ||vllus, militans scilicet, vel iter [h] agens vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, vt ipsis quoq; præbentibus impunitum esse non patiamur , si quid [i] sponte contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse. Dat.prid. Id.Iun. Rau. post consulatum Honorij VIIII. & Theod.V.AA.

6. Iidem AA.Adriano procur.Africæ.

HOc prospectum est, vt [k] infausta [l] hospitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum [m] quisquam à domino ædium postulet.Dat.5.Non.Mart.Rau.Constantio & Constante Coss.

7. Iidem AA.Eustathio P.P.

DEuotissimos milites ex procinctu redeūtes, vel proficiscentes ad bella,muri [n] sacratissimæ vrbis singulæ turres in pede planis [o] suis suscipiant. D. 5. Non.Mart. CP.Honorio XIII.& Theodosio X.AA.Consl.

Medici sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberalium artium,& pictores ingenui,quoad viuunt,sunt immunes ab onere hospitandi.

8. Impp.*Theod.& Valent.*Augusti Helioni mag.offic.

ARchiatros [p] nostri palatij, necnon [q] vrbis Romæ, & magistros literarum,pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modò ingenui sunt) hospitali [r] molestia quoad viuent, liberari præcipimus.Dat.14.Kal.Sept.Hierio & Ardabure Coss.

9. Iidem AA.Nomo [s] P.mag.off.

OMnes [t] qui metata [u] in suis domibus præstant [x], siue hospitia præbuerint metatoribus, siue quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur.Deinde [y] neminem volumus cuiuslibet loci vel ordinis in hac florentissima vrbe domum propriam,excusantem metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare. quod & in prouinciis obseruari oportet, cæteris [z] verò quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum pro [a] suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit:honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres : Sciturris omnibus quòd si quis cum cingulo perfruatur,& excusationem ||ita|| propriæ domus impetrauerit, vt à pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum ||in [b] || alienis domibus sibi crediderit vindicandum : si quidem honore præditus excusationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, quas fraudare conatus est.Si verò inter eos quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum [c] librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.Datum 17.Kalend.Februar. Constantinop.Theodos.A.Cos.[d]

10. Impp.*Valentinia.& Martia.*AA.*

HAc [e] lege sancimus, vt si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias dū superest, habeat hospitum immunitate securas, hæredes verò eius filij,aut pater, aut mater, nepotes, aut frater,aut soror, aut vxor, duarum domorum suarum excusatione

---

Notes, left column margin:

a *al.*metatoribus. dicuntur autē metatores qui eligendi & præparandi hospitii causa procurrunt.
e Epidemetica sunt pretia quibus se redimunt onere hospitum suscipiendorū. *Nouel.130. Roland.à Valle 1.consil.66. num. 1. Quidam legunt*, epimesaticis,*al.*epidimeticis,*vide hic Alciatum.*
f reus ex hac.
g Quelibet domus quæ metatum (μιτάτον) præstare debet, in tres partes diuidatur : ac partem quidē vnam dominus ad mansionem suam eligat, alteram quā volet miles accipiat:tertia, quæ restat domino relinquatur:officinæ verò adhærentes ędibus (παροικικὰ τὰ προσκείμενα τῇ οἰκίᾳ) à metatis immunes sunt : nisi fortè miles in electa à se parte tertia , stabulum non habeant. Tunc enim vndecunque dominus stabulū præbere debet, aut si nullum habeat,ex adhęrentibus officinis deputet: nō quale omnino ipse miles requirit, sed quale numerus animalium, quæ secum miles adducit, postulat. Et ea quidem lex est, metatorum militibus præstandorum. Nam illustribus , quibus metatum parandum est, non tertia pars domus, sed dimidia concedenda:domino quidem ædium diuisionem faciente , altero vero eligente. Quòd si quis maiorem ædiū partem ,pretextu metati occupauerit,illustris quidem 30. libris auri multetur:miles autem militia priuetur. *synopsis Basilic.57. tit.12. c.2.*
h vt in tres domus diuisę partes.
i In metatis principales ædium partes dominis reseruandæ.*adde Nouel.130.*
k empto. l *al.*additur id. m mediam. n quilibet,quíve maluerit.
o *al.deest.* p libras. q *al.deest.* r *vide l.14.§.de offic.rector.prouinc.*
s Metatis non sunt obnoxiæ domus deputatorum fabricensium (ὁπλοποιῶν) vbicunque sint.*synopsis Basilicôn eod.c.4.adde 2.Harmeno.5.§.9.*
t vbique.*sic vsurpatur in l.vrbana.D.de verb.signif.* u cuiusque. x nullus.
y *l.4.§.de iure fisci·l.2.§.de discussorib.l.5.§.de executorib.*
z Metatorem, *vt hic*, vt & aliàs officialem iniustè exequentem, licet ipsis priuatis expellere.dixi *ad l.5.§.de executorib.*
a præcepto. b ¶tempore. c recensuimus.

Notes, right column:

d *l.6.§.eod.l.vnic.§.tit.proxim.* e possidere.
f erogator,*al.rogatus.Cuiac.emendat*, rogatus : *& sic legitur in lib.Aur.id est,patronus causarum.* g *al.abest* ve:*& post* vllus,*adiicitur*,vel. h *Mauult Cuiac.*inter.
i qui,*al.*quis. k *al.*ne infausta hospitalitatis præbitio tolleretur , *Hal.* Est verò infausta hospitalitatis præbitio,mereticum. l infanda. m quod & priuatum, *dixi ad l.13.Cod. Th.eo.2. Harmenop.4.§.23. adde Cuiac. 9. obser.1.*
n scilicet noui:à Theodosio iuniore constructi;de quib. *Noue l.39. l. 18.§.de operib.publ.*
o ἐπιπέδοις. Ita milites olim in media vrbe nō hospitabantur.
p A metatis sunt immunes, tantisper dū viuunt, Archiatri palatii & vrbis Romę,magistri literarū (γραμμάτων διδάσκαλοι) pro verè necessariis artibus & liberalibus disciplinis:vt & picturæ professores , si modo ingenui sunt.*synopsis eod. c.8. 2. Harmonop.5.§.9.*
q Archiatrorū alii sacri palatii:alii vrbis Romæ, *adde l.2.§. quibus non obiicitur longi temp.* vide Hieronymum Mercurialem *4.Variar.1.*
r hospitalitatis.
s Numo.
t *Ex Nouella Theodosij, quam integram edidit Pithoeus.*
u *al.*metatum, *id est, diuersoriū. & ita accipitur lib.4. c.25. ecclesiast. hist. sed excusa lectio extat in Nou.T.*
x *al. additur*, siue officia.
y metatū in alienis ędib⁹ sub prætextu militiæ vindicare, nemo cuiuslibet gradus aut cōditionis , potest:siue in vrbe Constantinopoli, siue in prouinciis. Quin illustres excusationē à metatis nō habent , εἴτε ζωστοί εἰσιν , εἴτε ἄζωστοι , siue cū cingulo, siue extra cingulum sint,ac si ille priuilegiū à metatis impetrauerit, priuilegio priuabitur: ἰδιώτης priuatus,cētū auri libras sacris thesauris inferre cogitur *synop.eod.c.9.*
z *l.10.§.vlt.§.eo.*
a *abest* suo , *à Nou.Theo. in al. deest*,solo.
b *Abest à quibus. lib.sed extat in Nou.Th.*
c centenarū, *in Nou.Th.*
d *Sic legitur in No.T. sed in lib. Cuiac.* Theod. & Valentiniano AA.Coss.
e A metatis excusandarum ædiū,is modus est:vt qui consularis & patricius factus sit, tres domos suas à metatis excuset, dum superest: hæredes ipsius(siue filii succedant,siue pater, siue mater,siue nepotes, siue fratres, siue sorores,siue vxor)domos duas, *vt hîc.* Consularis tantum,duas semis tantùm, hæredes eius vnam semis.*vers.si quis vero.* Patricius tantum, idem priuilegium habebit.*vers.pari.* Præfecti & magistri militū,duas, ipsorum hæredes, vnam. *vers. præfectorū.* Magistri officiorum seu quæstores,vnam semis. *vers. magistri.* Comites domesticorum,protectorum,largitionum(παροχῶν) rerum priuatarum, primicerii notariorum,singuli vnam domum: hęredes ipsorum, dimidiam vt residuæ dimidiæ partis portionem metato præbeant. *vers.Comites.* Illustres vero in actu nullo

constituti, sed honoraria dignitate duntaxat ornati, nullam: exceptis eorum ergasterijs quæ in plateis vel angiportis sunt. *vers. si qui illustres.* Nullus autem vel ex sacro rescripto, vel ex pragmatica sanctione semet à metatis excuset. *vers. ita vt nemo* *Synopsis ibid. c. 10.*

potiantur. ¶ Si quis vero consulatu [a] tantummodo gloriatur, duas semis domos ||suas [b] || immunes habeat: post fata verò eius memorati hæredes vnam semis domum suam habeant nullis hospitijs prægrauatam. ¶ Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. ¶ Præfectorij verò, necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Hæredes verò eorum memorati vnam defendant domũ suam simili excusatione munitam. ¶ Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domum suam quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. Hæredes verò eorum prædicti vnam ab hospitibus iure defendant. ¶ Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionum, ||& rerum priuatarum, ||& vir spectabilis primicerius [c] notariorum, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeant esse securas. Memorati verò hæredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. ¶ Si qui [d] illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cœlitus impetrauerunt, æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia quæ legibus præfinita est, portione: exceptis videlicet ergasterijs quæ in plateis vel angiportis [e] esse noscuntur, quod in omnib. domibus quæ hospitales sunt, obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro scripto, vel ex diuina annotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem vti possit excusationis auxilio, his omnibus quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna vrbe obseruandis.

11. Imp. *Zeno* [f] A.

Decem post primicerium tribunos in domibus quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri.

XII.

Ne quid præses dum [g] per prouinciam oberrat, hac specie exigat à prouincialibus, ne illos hospitio grauet, vel vt eis habere arma concedat. Qui secus fecerit, vt dignitate bonisque ademptis exilio perpetuo damnetur.

DE [h] SALGAMO [i] HOSPITIBUS non præstando [k],

Tit. XLII.

1. Imp. *Constantinus* A.

Ne [l] quis [m] comitum, vel tribunorum, aut prepositorum, aut militum nomine, salgami gratia culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat: sed sint prouinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis, militibúsque graui vexationi subiacentibus. Dat. 5. Id. Octob.*

DE [n] COMMEATU [o],

Tit. XLIII.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contra faciens, capite punitur. Bart.

1. Imperatores *Constant. & Constans* [p] AA. Leontio P.P.

Ne [q] cui liceat præpositorum vel tribunorum cohortium, vel vicariorum & familiariũ eorum [r] tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus à castris atque signis, vel his etiam locis in quibus [s] prætendant [t], discedendi commeatum dare. Si quis verò contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore in quo Barbarorum incursio [u] extiterit, & tunc cum præsentes in castris atque apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit: capite vindicetur. Dat. 4. Kal. Maij, Seuero & Rufino Coss.

2. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. Syagrio mag. offic.

Qvicunque [x] de scrinijs, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officijs palatinis, his videlicet qui sacrarũ [y] & priuatarum remunerationum comitibus obsecundãt [z], qui commeatum accepit, si supra commeatus diem sex mensibus fuerit, quinque sequentibus, postponi debet.

b *l. 3. §. si ad diem commeatus. l. 14. in prin. ff. de re militari.*

sex [a] mensium spatium supra [b] diem commeatus, aut iussionem euectionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis posterioribus, deuoluatur. Is [c] verò qui anni [d] vacationem [e] arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus assumpserit, à decem post se militantibus transeatur [f]: ac deinde cum iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui verò nec [g] post quadriennij quidem tempus [h] militantium non immeritò matriculis auferatur. Dat. kal. Octob. Auxonio & Olybrio Coss.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inscripto punitur. Bart.

3. Impp. [i] *Honor. & Theod.* AA. Hausoni com. & mag. militum.

Si quis sine commeatu aliquo annum in penatibus [k] propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur. in quo verò biennalis [l] culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit: ita vt quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat. Dat. prid. Id. Iun. Rau. post consulatum Honorij VIII. & Theod. V. AA.

DE [m] TYRONIBUS,

Tit. XLIIII.

1. Impp. *Valentin. & Theod.* AA. Modesto P.P.

Nvllus [n] tyro [o] vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat. Dat. 14. Kalen. Octobr. Hierapoli, Valentin. & Valente III. AA. Coss.

2. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* AAA.

Qvisquis [p] alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac proditus auri librã ærario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino (si factum ignorauerit) reddendo. Dat. Id. Maij, Tyro Metropoli, PP. Beryto, Antonio & Syagrio Coss.

3. Imp. *Honorius* A. [q]

Tyrones [r] in scholis loco semper posteriore ponantur: nec [s] enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur. Dat. 7. Kal. Decem. Rau. Basso & Philippo Coss.

DE [t] LITTORUM [u] ET ITINERUM custodia,

Tit. XLV.

1. Impp. [x] *Honor. & Theod.* AA. Eustathio P.P.

Albverrima [y] sanctione censemus [z] ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur: & quæcunque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur [a] nullam [b] concussionem vel damna sustineant: ita tamen vt earum naucleri deponant in quam [c] prouinciam ituri sunt: vt [d] hoc manifestatò, nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat. Dat. 14. Kalen. Octob. CP. DN. Theod. A. IX. & qui fuerit nuntiatus.

DE [e] DESERTORIBUS, ET OCCULTATORIBUS eorum,

Tit. XLVI.

Recipiens scienter desertorem in agro vel in domo, si est actor vel procurator capite punitur. Bart.

1. Imppp. [f] *Gra. Valent. & Theod.* AAA. Syagrio P.P.

Si [g] quis fortè desertorẽ agro vel tectove susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidẽ vel procurator loci qui hoc sciens prudénsque cõmiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus verò si huius rei conscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, [h] mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque solum de his loquimur qui proximè signis [i] felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt [k]: verumetiam qui stipendiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. ¶ Desertor [l] autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis. Horum qui sponte processerit: peccati anterioris supplicium non timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat: per eum in cuius domo fuerit inuigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, vbicunque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis [m] gladio subiturus. Sin autẽ rector prouinciæ propositã seueritatẽ vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonij atque existimationis damno subiiciatur: & in officij primores capitaliter vindicetur. Datum Id. Iul. Romæ, Gratiano VI. & Theodos. I. AA. Coss.

Desertor

---

a consulatum. b *abest à quib. lib.* c & primicerius. d *l. 9. §. cæterũ. 3. eod.* e ἐν τοῖς ξενοδοχείοις *Synopsis.* f *al.* Leo. g Id ἐπιδημητικὸν Græcis *Nouel. 134. dixi ad l. 7. §. de erogat. militaris annonæ.* h *l. 7. C. Th. 9.* i Salgami appellatione significantur esculenta quæ ad condiendum valent. Et hic sanè culcitræ, lignum, oleum numeratur. Huius vocis etiam meminit & Columella. k præbendo. l *l. 7. C. Theod. eod.* Milites stipendiis suis cõtenti esse debent, quod & Scriptura quoque iubet. ac vt sint, quod esse debent Reip. defensores & populi, nõ autem quod esse solẽt, prædones, vetat Constantinus, milites à suis hospitibus exigere salgami nomine, culcitram, oleum, lignum. *adde Forcatulum c. 20.* Venus *l. 3. §. solam. 3. tit. prox. adde Rolan. à Valle 1. cons. 66. num. 4. & 9.* m qui. n *l. 7. C. Th. 12.* o Cõmeatus est abeundi licentia, data militi ad tempus. *Cuiac. hic. l. 1. l. 14. ff. de re militari. vide Festum in Remeare. l. 2. in fi. ff. ad municipalem.* p *al.* Constantinus A. *al.* Arcad. & Honor. AA. q *l. 1. C. Th. eod.* r *adde l. 12. §. 2. ff. de re militari.* s quibus, & deest, in Cod. Th. t prætendatur. u excursio. x *l. 2. C. Theod. eod.* y Comes sacrarum & priuatarum remunerationũ, *vt hîc*, sacrarum remunerationum, *l. 10. §. de palat. sacrar. largit. l. 41. Cod. Theodos. de appellat.* is per quem princeps largitiones publicè & priuatim facit: præsidebat donis imperialibus. *Cassiodor. 6.* z obsecundent. a ¶ Scriniarius magisterianus, vel palatinus,

c His verò. d Miles qui supra commeatus diem annũ abfuerit, decẽ sequentib. postponi debet. e vocationem. f transferatur. g ne post. h *al.* nec post quadrien. quidem tempus militauerit, non; &c. i *al.* Imp. Zeno A. k Penates, domus cuiusque. l biennium talis, *al.* biennio talis. m *l. 7. C. Theod. 13.* n pars *legis 6. Cod. Th. eod.* o Tyroni vix fidendum: ita tyroni custodia non tuto committenda, *l. 14. in prin. ff. de custodia.* p *Similis est constitutio lib. 5. Cod. Th. tit. 9. l. 2. l. 11.* q *al.* Anastasius A. r *l. 19. Co. Theo. eod.* s *vide l. 7. §. de proximis sacrorum scriniorum.* t *l. 7. C. Theod. 16.* u *al.* littoribus. x *al.* Imppp. Gratian. Valentinia. & Theod. AAA. y *l. vltim. Cod. Theodos. eod. adde quæ scripsi ad l. 11. §. 3. ff. de publicanis.* z *vide l. 3. §. quæ res exportari non debeant.* a mittuntur. b *vide l. 3. §. de nauicularijs.* c qua prouincia. d ex hoc. e *l. 7. Co. Theodos. 18. vide 6. Harmenopul. 8.* f *al.* Imp. Theod. A. g *l. 1. Cod. Theod. eod.* h Desertorem indicantis & prodentis præmium. i Signa militaria quæ & quot generum fuerint, dixi ad Rubricam *titul. de verborum & rerum significatione.* k tenuerunt. l Desertor est, qui belli tempore abest à signis. *adde l. 3. §. desertor. ff. de re militari.* m degeneri morte, *al.* degenerem mortem gladii.

a *Pars l.11.Cod.Theod.eod.* Desertor seu qui ad hostes transfugit, tanquam hostis à quouis potest impunè occidi *6.Harmenop.8.§.1.*
b *vide l.2.ʒ.quando liceat vnicuique se sine iudice.*

Desertor inuentus resistens, vt rebellis opprimitur. Bart.

2. Imppp. *Arcad. Theod. & Honor.* Augusti Adriano P.P.

SI [a] desertores inuenti, resistendum [b], atque armis oppugnandum [c] putauerint: tanquam rebelles [d] in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur: ita tamen vt prouinciarum iudices solicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine, desertionis suæ cimē defendere moliantur: nec [e] suppositis & [f] commentitijs epistolis euadēdi habeant facultatem. Dat. 6. Kal. Mart. Rau. Theo. A. I. & Rumorido Coss.

3. Ijdem AAA. Longino P.P.

QVi [g] relictis militaribus castris, se ad deprædationem vel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis non euadant. Dat. 9. Kal. April. Rau. Arcadio A. V I. & Probo V. C. Coss.

DE [h] VETERANIS,

Tit. XLVII.

Veterani gaudent priuilegijs hic insertis. Bart.

1. Imp. *Constantinus* A.

CVm [i] introissent principia [k], & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatum est: *Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, || vestra salus* [l] *|| nostra salus vere dicimus, iurati dicimus.* Adunati veterani exclamauerunt: *Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus?* Constantinus Augustus dixit: *Magis magísque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quam minuere.* Victorinus veteranus dixit: *Muneribus* [m] *& oneribus* [n] *vniuersis locis conueniri non sinamur.* Constantinus Augustus ||dixit:|| *Apertius indica quæ sunt maxima munera quæ vos contumaciter grauant.* Vniuersi veterani dixerunt: *Ipse perspicis.* Constantinus Augustus dixit: *Iam nunc magnificentia mea omnibus* [o] *veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo* [p] *munere ciuili, nec in operibus* [q] *publicis conueniatur, nec vlla collatione, nec à magistratibus, nec* [r] *vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vllam ob* [s] *venditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque*(vt adsolent [t] agentibus supplere [u]) *ab eisdem veteranis amoueantur: quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoque nostro eadem epistola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere & vendere, optimis negotijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solùm integra beneficia eorum sub seculi nostri otio & pace perfruantur* [x]*, sed etiam nullo munere ciuili,* id est *corporali seu personali vel deportatorio onere eos affici concedimus.* Dat. Kal. Mart. Ciuitate [y] Belouocorum, Constantin. A. V I. & Constantio Cæs. Coss.

Veteranus factus protector nullis iniurijs est pulsandus. Bart.

2. Idem A. Maximo.

PRouidendum [z] est, ne veterani qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniurijs. quòd si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coerceant. Dat. 4. Kal. Iun. Treueris, Ianuarino & Iusto Coss.

3. Idem A. Euagrio P.V.

VEterani [a] qui ex negligentia vitæ nec [b] rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinijs [c] sese dederunt: omnibus veteranorum priuilegijs exuti, pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus subijciantur. Dat. 3. Id. Aug. Constantino A. V I. & Constante II. Coss.

4. Impp. [d] *Honorius & Theodosius* Augusti.

NVllus eorum qui sacramentis [e] inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententijs: quæ non his obseruatis latę fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi [f] forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio. tunc enim velut necdum cingulo deposito sub militari iudice rem tractari finiríque præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

c *al.* obtinendum, *in lib. Aured.* obnitendū.
d ὡς πολεμίους vt hostes. *6. Harmenop. 8.* Rebelles tamen. alio sensu, *in feudis. Qui rebelles.*
e ne suppositis.
f vel commentis.
g *l. 15. C. T. eod.*
h *7. Cod. Theod. 20.* περὶ τῶν ἀποστρατευομένων καὶ τῶν προνομίων αὐτῶν. De militibus emeritis & eorum priuilegiis. *synopsis Basilicon 57. tit. 6.*
i *Ex C. Theod. lib. 7. tit. 20. 11. l. 2. in nõnullis cod. sic incip. hæc l.* Imp. Constantin. cùm introisset principia, & salutatus esset à præfectis & tribunis, & à viris eminentissimis acclamatū esset, Auguste, *etc. rectè Contius.*
k Principia in re militari quid essent dixi *ad l. vlt. ʒ. quæ sit longa consuetudo. l. 12. in fin. ff. de re militari.*
l *al.* nostra salus. *al. absunt.*
m *l. 2. in princ. ʒ. eod.*
e honoribus.
o *l. vlt. ff. eod.*
p nullo.
q Puta ob nauium fabricā, *l. vlt. ʒ. eod.*
r Imò vectigalibus tenentur. *l. 2. in fin. ff. eod.*
s Venatitium vectigal innuere videtur, de quo scripsi *ad l. 4. ʒ. de proximis sacrorum scriniorum.*
t solent.
u superpellere. *in vet. lib. sed in Cod. Theod.* supercompellere.
x *Multa sunt hic è Cod. Theod. detracta & immutata.*
y in ciuitate Velouocorum, *in C. Th.*
z *l. 5. C. Theod. eod.*
a *Pars legis 7. C. Th. eod.*
b Veteranorū exercitia post missionem, rus colere, aut tale quod honestū vitæ genus sectari.
c Milites seu pro militib. nō habendi latrones armati.
d *al.* Imp. Theodosius A.
e Sacramentum militare quid dixi. *ad l. 2. ff. eod. l. 11. ff. de adulterijs.*
f In ius vocatur, si posteà militiæ nomē dederit, nō potest in eâ causa vti præscriptione fori, quasi præuẹtus, *vt hîc: &*

l. 7. ff. de iudicijs: l. penult. ff. de iurisdict. omnium iudicum.
g ¶ *Synopsis Basilicon 57. tit. 7. 7. Cod. Theod. 22.*
h *l. 3. Cod. Th. eod.*

DE [g] FILIIS OFFICIALIVM militarium, qui in bello moriuntur,

Tit. XLVIII.

1. Imp. *Constantinus* Augustus Euagrio.

HI [h] qui ||ex|| officialibus quorumcunque officiorum geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt [i], in parentum militiam vocentur. Dat. prid. Non. Aug. Basso & Ablabio Coss.

2. Imppp. [k] *Grat. Valentin. & Theod.* Augusti.

FIlios [l] primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

III.

SI [m] quis quocumque modo militans in bello moriatur, filius eius si vnus sit vel ex multis maior [n] natu, statim in locum eius succedat, & easdem annonas accipiat, si pater vsque ad Biarchi dumtaxat gradum peruenerit. Quod si altiorem obtinuerit (veluti ducenarij aut centenarij) filius eius fiet tantum modo Biarchus. Manifestum autem est, maiorem natu [o], in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

DE [p] OBLATIONE [q] VOTORVM [r],

Tit. XLIX.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* Augusti Basilio P.V.

QVando [s] votis communibus felix annus aperitur, in vna libra auri, & solidis obryzatis [t] principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus: statuentes, vt deinceps sequētibus annis vniuscuiusque sedulitas principibus [u] suis talia inferat semper & deferat. Dat. 3. Non. Mart. Med. Olybrio & Probino Coss.

DE [x] NVMERARIIS, ACTVARIIS, ET chartularijs, & adiutoribus, Scriniarijs, & exceptoribus [y] sedis excelsæ [z], cæterorúmque iudicum tam militarium quàm ciuilium,

Tit. L.

De numerarijs & tabularijs.

1. Imp. *Constantinus* [a] Augustus ad Veronicianum Vic. Asiæ.

VOrax [b] & fraudulentum numerariorū propositū, qui diuersis obsequijs rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis [c] ||atque|| lacerationibus subiacere. Dat. 14. Kal. Iun. Optato & Paulino Coss.

2. Impp. [d] *Valent. & Valens* Augusti Clearcho.

QVi [e] numerarij appellari consueuerant consularium atque præsidum, dumtaxat tabularij post hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subiectos, nisi [f] iudicibus, vel his qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum || nomen & [g] || modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: quos scire oportet, cùm his qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinēdos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. triennij † tamen spatio tabulariorum decet tēpus omne concludi. Dat. 14. Kal. Mart. Cōstantinop. Valentin. & Valente AA. Coss.

3. Ijdem Augusti Rufino P.P.

NVmerarios [h] amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus. Dat. prid. Id. Dec. Parisiis, Valentin. & Valente AA. Coss.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocantur. Bart.

4. Imppp. [i] *Gratian. Valent. & Theod.* Augusti omnibus rectoribus prouinciarum.

IN [k] prouincijs singulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quo ad vnum fiscalis arcæ [l] ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur: hoc scituri, quod si ex alterius [m] quicquam actibus ad alteram [n] partem illicita [o] fuerit vsurpatione translatum: is qui culpam iudicis dissimulatione texerit [p], grauissimo sit supplicio subiugādus. Dat. 3. Kal. Ap. CP. Anton. & Syagrio Coss.

De exceptionibus.

5. Ijdem Augusti Principio P.P.

EXceptores [q] omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque à fisco vllas consequuntur annonas, absque metu dare cœptis operam, etiam si decuriones sint, minime prohibemus: dummodo munera [r] propriæ ciui-

i erunt.
k *al.* Idem A. *al.* Impp. Arcad. & Hono. AA.
l facit. *l. 11. C. Th. eod.*
m vt defuncti militis filius natu maior statim in locum patris sui succedat, & easdem annonas accipiat, vsque ad Biarchi gradū. *synopsis ibid.*
n Primogenitis militum sua fuit prærogatiua.
o Primogenitus frater, fratrum inferiorum curam gerere debet.
p *7. Cod. Theod. 24.*
q *al.* De obseruatione votorum. *al.* De obligatione.
r De votis, adde *l. 233 §. 1. ff. de verb. signif.*
s *l. 1. C. Theod. eod.*
t Obryzati solidi quid essent aliâs dixi, sunt qui ab Ophir hâc vocem trahant.
u *al.* principalibus.
x *13. Cod. Theod.* περὶ ταβουλαρίων καὶ χαρτουλαρίων, βοηθῶν ἤτοι σκρινιαρίων, καὶ ἐξκεπτόρων τῶν πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἀρχόντων. de Tabulariis & chartulariis, adiutoribus, siue scriniariis & exceptoribus tā ciuilium quàm militarium iudicum. *synopsis Basilicon 6. titul. 36. adde l. 25. ʒ. de sacrosan. eccles.*
y executoribus.
z excelsæ, id est, *prætorianæ.*
a *al.* Impp. Valentin. & Valens AA.
b Voracitas seu concussio in officiali punitur. *l. 2. Cod. Theod. eod.*
c aculeis.
d *al.* Imppp. Grat. Valent. & Th. AAA.
e *l. 9. Cod. Th. eod.*
f *vide l. 1. ʒ. de exact. tributorū.*
g *absunt à quib. lib.*
† *vide l. 1. ʒ. eod.*
h *l. 11. C. Theod. eod.*
i *al.* Imppp. Valent. The. & Arca. AAA.
k *l. 21. Cod. Th. eod.*
l *al.* hastæ.
m alienis.
n alienam.
o *l. 36. ff. de regulis iuris: l. 2. ʒ. de executorib.*
p traxerit, *al.* tenuerit.
q *l. 2. ʒ. de proximis sacrorum scriniorum. adde l. 19. §. 9. ff. locati.*
r munia.

a *l. 14. Cod. Theod. ȝ. eod.*
b percipiat.
c *al.* Imp. Leo A.
d *l. 4. in prin. ȝ. de muneribus patrimoniorum: l. 5. in prin. ȝ. de spectaculis.*
e *al.* clarissimæ.

tatis agnoscant, & peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. Dat. IIII. Id. Decemb. Aquileiæ, Arcadio A. & Bautone Coss.

De numerarijs actuarijs.

6. Impp. *Arcadius & Honorius* Augusti, Seuero P.V.

NE [a] diutius ad cunctorum perniciem actuarij numerariorum consortijs adiuuentur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerarijs actuariorum societate præcipiat [b] abstinere, atque ab eorum communione discedere, quòd si hoc moniti custodire neglexerint, hisdem pœnis se quibus actuarios, non ambigant subiacere. Dat. IIII. Kalend. Iun. Niciæ, Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss.

De actuarijs.

7. Impp. [c] *Theod. & Valent.* Augusti Hierio P.V.

ACtuarios [d] tam classium [e] vrbis Constantinopolitanæ, quàm Thymelæ [f], equorúmque curulium [g] ciuitatum diuersarum, non aliter nisi vt consueuerat [h] manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari, quod [i] si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profecto irritis his, quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurrat. Dat. 10. Kal. Iul. Nicomediæ, Theod. XII. & Valentin. II. AA. Coss.

De scriniarijs vel numerarijs præf. præt.

8. Ijdem Augusti Protogeni P.P.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis tuæ iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi, quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

De actuarijs.

9. Impp. *Leo* iun. & *Zeno* Augusti.

NEmini licere deinceps iubemus in quacumque militia cõnumerato, solicitudinem actuarij subire: vel post depositam eandem curam ad militiam aspirare: quatenus inter priuatos agens, omníque militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia quibus obnoxius est, attentare valeat.

De scriniarijs, numerarijs, adiutoribus, chartularijs.

10. Imp. *Zeno* Augustus * P.P.

NVlli [k] scriniario liceat pro tempore numerarios plus quàm quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare. Idémque hoc super chartularijs in prębenda pro tempore numerarijs opera obseruari decernimus, ita vt adiutorum quidem biennij, chartulariorũ verò vnius anni interuallo continuatio interrumpatur: nulla adiutoribus ad chartulariorum solicitudinẽ quam semel dedignati sunt, descendendi [l] danda licentia: ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerarijs non nisi ab his scriniarijs qui inter triginta viros à numerario retro numerandos, Asianæ [m] verò diœceseos numerarijs non nisi ab his qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerãdos inueniuntur, Ponticæ verò & Thraciæ [n] diœceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. 1 ¶ Omnia sanè commonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta nõ solum adiutoribus, verùm etiam prouinciæ illius de qua disponitur, tractatori [o] inspiciendi, itidémque subscribendi, aliorum quoque qui vnà cum eo tractant [p] in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. 2 ¶ Si quid autem sine hac obseruatione ex Oriẽtali, vel Asiano, vel Thraciano [q] scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quid in ijsdem instrumentis solum numerarium eiusdẽ diœceseos eiúsque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit: ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui quàm solennitatum seu solatiorum vniuersi ||vnius|| anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeant [r].

De numerarijs.

11. Idem Augustus Catoni magist. mili.

OFficio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum ||annum|| statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem quæ super biennio promulgata fuerat, super vno tantummodo anno [s] reuocauit

f Chimeleæ, *al.* Antiochiæ *Pyrrhus & Alciatus legunt* Timeleæ. *sed hanc legẽ vt excusa est, restituit Cui. ex vet. lib. & l. 21. & 22. C. Theod. de diui. offi. qui interpretatur Thymeleæ, id est, scenæ.*
g *al.* & quarumcumque curialiũ, *al.* quamque curialium. *Apuleius lib. 3.* equum curulem nimia velocitate refectũ: Circenses dicũtur hi equi. *l. 1. ff. de munerib. & honorib.* quorũ alendorum munus patrimoniale nõ personale: *vt aliâs dixi.*
h consueuerãt.
i quin.
k *Scriniarij adiutores non debẽt sociari numerarijs & chartularijs, nisi secũdum modum hic declaratum. Bart.*
l discedendi.
m Asiæ.
n Thraciæ.
o Tractator hic paulò ante chartularius dictus est, à chartis tractandis, vt & *l. 3. ȝ. de canone largitional. l. 6. ȷ. de executoribus. Nouell. 28. & 30. c. 2. & 128. 129. & 147.*
p contractant.
q Thraciaco.
r pœnæ subiaceant.
s *al.* dispositionem quæ super vno tantummodo anno promulgata fuerit, reuocauit. *l. 2. ȝ. eod.*
t ¶ scriniarios operum intelligit Cuiacius *Nouell. 128.* qui sub Præfecto prætorio erãt, quibus interdicta discussio est rationum ad ciuitates pertinentium. *d. Nouell. 128.*
u *Cornicularius est officialis, qui præest cornib. secretarij, vt scribit Caßiodorus li. 11. Variar.*
x *al. additur,* quæ.
y *8. Cod. Theod. 5.* περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ τῶν τοῖς κουρσόροις χρωμένων. *synopsis Basil. 58. tit. 17.* id est de cursu publico, & iis qui con turis vtuntur, Galli, *Des postes.*
z *De cursu publico multa Alciat. hic non aspernanda, itidem & Budæus in anno. poste. ad Pandectas.*
a *Ecl. lib. 5. titu. 1.*
b Angaria est quà cursus publicus dispositus est, parangaria alio uersum. *vide synopsin Basilic. 5. lib. 3. ex lib. 56. titul. 17. c. 22. adde l. 18. §. 4. ff. de munerib.*

c οὐδὲ ξύλοις οὐδὲ ῥοπάλοις τύπτονται, ἀλλὰ μόνον φραγγελλίοις ἐλαύνονται. *synopsis eodem c. 1. adde l. 1. §. impuberi. de Silaniano.*
d verò.
e καθολικοῖς. Præsidibus & generalibus cæterísque procuratoribus & cuiuis alij magistratui, ac eorum animalib. propterea ex publicis rationibus alimenta deputata sunt, ne publico cursui molesti sint. *synopsis ibid. c. 2.*

De cornicularijs, chartularijs, primiscrinijs & numerarijs.

12. Imp. *Anastasius* Augustus P.P. Illyrici.

PEr hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis prætorianis, dum dignitas eis qui in scrinijs [t] seu gradibus officij tuæ celsitudinis deponunt militiam, præbebatur, & custoditum fuisse digno scitur, hoc super honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri: vt sententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum vel diuinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia sufficiat. ita tamen, vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiusdem potestatis mereantur ||hi, id est|| cornicularius [u], & chartularius, primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Dacię, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his etiam qui post nouellam dispositionem diuæ memoriæ Zenonis quæ de eisdem pœnis loquitur, & de eisdem personis [x], deposuerunt militiam, obtinente.

DE [y] CVRSV [z] PVBLICO, ET [a] angarijs [b] & parangarijs,

Tit. LI.

1. Imp. *Constant.* Augustus Titiano.

EQvos qui publico cursui deputati sunt, non [c] lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: pœna non [d] defutura contra eum qui aliter fecerit. Dat. prid. Id. Maij, Sabino & Rufino Coss.

2. Idem Augustus Cyndino P.P.

PRæsidibus, & rationalibus [e], cæterísque quibus propterea [f] respublica [g] & annonas & alimenta pecoribus subministrat [h], vsurpandi [i] parauer edi [k] licentia derogetur. Sed nec per aliam viam eundi quisquam habeat facultatem: nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia & vbi ratio exegerit, præsto est P.P. 15. Kal. Mar. Constantino A. VII. & Constantio Cæs. Coss.

3. Imp. [l] *Constant.* Augustus Tauro P.P.

EVectiones [m] ab omnibus postulentur, & tam iudices quam custodes publici cursus minimè ||transire|| patiantur antequam seriem euectionis aspexerint. Quòd si [n] quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus quod euectioni insertum est, publico cursu vti conatus sit: vbi repertus fuerit, ibidem [o] iubemus retineri: & si quidem dignitate præditus sit, de eius nomine ad prouidentiam [p] tuam, & ad illustrem virum comitem [q], & magistrum officiorum referri: aduersus verò cæteros protinus indignatio competẽs exercenda est, quos synceritas tua pro loco gradúque militiæ ibidem coerceri posse crediderit. Dat. 8. Kal. Iul. Mediolani, Constantio A. VIIII. & Iuliano Cæs. II. Coss.

4. [r] Imp. *Iulianus* Augustus.

PArhippum [s] eum [t] videri, & habendum esse, qui [u] vsurpato vno [x] vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiúmve extra ordinem commoueat [y]. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, vtrùm agens in rebus suo itineri, an mulionis subiugando modo euectionis datæ formæ licentiam non excedat. Dat. 5. Id. Sept. Mamertino & Neuitta Coss.

5. Impp. [z] *Valentinia. & Valens* Augusti.

SI [a] quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscumq; dignitatis vel militię, ab itinere recto diuerterit, pœna in eum competens proferatur.

6. Ijdem Augusti & Gratianus A.

EVectionum [b] copiam senatui cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, cum aut à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ veneratione discedit. Si quis ergo posthac cõtra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit, motum in se nostræ mansuetudinis excitabit.

7. Ijdem Augusti.

IN [c] omnibus prouincijs veredorũ quarta pars reparetur [d]: stabula autẽ vt impensis publicis extruantur, contra rationem est: cum prouincialium sumptu, in quorum

f præterea.
g respublicæ, *in quibus manus. i.* ciuitates.
h *al.* subministrant.
i *adde l. 10. ȷ. eod.*
k *Veredi sunt publici equi cursuales: Parauer edi videntur esse maiores equi agminales, quos vulgò Parafredos vocant. Cui. ad hunc tit.*
l *al.* Impp. Arca. & Ho. AA.* P.P.
m *Euectiones, diplomata siue codicillos, quib. cursu publico vtendi facultas datur, esse tradit Cui. quæ & synthemata & combinæ & tractoriæ dicuntur.* Apud Græcos (hoc est autorem synopseos *58. tit. 57. c. 8.*) ea sententia est. A quouis iter faciente, licet maximæ vir dignitatis sit, præpositi cursus publici accipiant συνθήματα tesseras. Quod si resistet, ad P. Prætorio & Comitũ & magistrũ officiorum de eo referatur. Cæteri protinus puniantur.
n Publicanos suspectos fraudati vectigalis, suspectis in locis iter instituentes, manu iniecta retinere posse hinc colligit Corsetus *singulari Gaballa. Aliqui.*
o eodem.
p prudentiam.
q Magister officiorum dicitur etiam Comes, vt in *l. 10. Cod. Th. de curiosis & inscriptione legis 3. ȝ. de officio magistri offic. & l. 3. l. 4. ȝ. de castrensianis.* Ita eundem vocat Ælius Amidenus medicus.
r *al.* Impp. Hono. & Th. AA.
s *Vide Caßiodorum lib. 4. & 5. Variar. epist. 4.*
t Publicanus potestatẽ Titio faciens rerum exportandarũ, Titij quoq; mulieri earũ exportandarũ fecisse intelligitur: vt reale quàm personæ beneficium sit magis. *Corsetus singulari, Gabella gabellarijs.*
u si quis.
x *l. 15. l. vlt. ȷ. eod.*
y Commouere equũ est eo vti. *v. l. vlt. ȷ. eod.*

z *al.* Imp. Th. Coss. A.
a *l. 25. Cod. Theod. eod.*
b *l. 32. C. Th. eod.*
c *l. 34. C. Th. eod.*
d Reparari ita dicitur quintum animal. *l. 4. ȝ. de murilegulis.*

a Fimentum seu stercus equile pro solatio hospiti relinquetur. *vide l.12.§. sed etsi pecoris ff. de vsu & habitat. Inst. de vsu.* b Imp.Valentin.A. c *l.38.C.Th. eod.* d *al. additur*, lege.
e Impp.Leo & Anthemius. f *l.40.Cod.Theod.eod.l.2.j de cohortal.*
g nomini. h nec verò. i *l.16.l.20.j.eod.* k cuidàm. l est.

locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, & vtilius sit tam publico, quàm his, quos [a] stercus||animalium pro||suo solatio habere concedimus.

8. Imppp.[b] *Valent.Grat.& Valens* Augusti Floro Com R.P.

VT[c] agendi itineris possit esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex vtraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minimè defutura contra eos qui statuta nostra [d] neglexerint.

Faciendæ euectionis copia omnibus iudicibus denegetur, excepto præfecto prætorio, & officiorum magistro. Bart.

9. Imppp.[e] *Gratianus, Valentin. & Theod.* Augusti * P.P.

IVdicibus [f] faciēdæ euectionis copiam denegamus: cum id tantùm nostro numini[g], & tuæ sedi, necnon [h] viro illustri magistro officiorum sit reseruandum: cùm neque præfecto vrbi, nec magistris militum, nec [i] ducibus, nec vicarijs, nec cuiquam [k] alij præter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit [l]. His enim [m] tantùm ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores [n] viderint cōstitutos: scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem vigintiquinque auri libris, officia verò quinquaginta esse multandos.

10. Ijdem Augusti Philagio.

GRauissimę [o] pœnæ acerbitate proposita, euectionū[p] contractus, animalium quoque publicorum merces, & ementis & distrahentis coercitione prohibemus.

11. Ijdem Augusti Cynegio.

NVllus [q] euectione vtatur priuatus, tametsi valuerit impetrare.

12. Imppp.[r] *Valent.Theod & Arcad.* AAA. Cynegio.

QVoniam [s] veredorum [t] quoque cura pari ratione [u] tractanda[x] est: sexaginta libras auri sella cum frenis, sexaginta||itidem||auerta [y] non transeat: ea conditione, vt si quis præscripta moderaminis imperatorij libramenta transcenderit, eius sella in frusta cædatur: auerta verò fisci iuribus deputetur, exceptis auri centenarijs [z], quę necessarium [a] est ab hippocomis [b] in solitis sacculis reportari.

Non debent rustici, qui hippocomi appellantur, perducendo equos, per publicum cursum indigna spoliatione vexari. Bart.

13. Ijdem Augusti Floro.

NOn[c] patimur hippocomos per eos qui veredis vtentur, indigna spoliatione vexari. si quidem nonnulli veredarij [d] saga eorum dicuntur auferre vel præcidere. quocirca per omnes iudices & curiosos [e] miserabilis remoueatur[f] iniuria: scientibus cūctis quòd si obseruata nō fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verumetiam notam & multam qui neglexerit, subire cogetur.

14. Ijdem Augusti Potamio.

PVblici[g] cursus exhibitio secundùm locorum consuetudinem[h] vel curialibus vel cohortalibus [i] debet committi, vel his qui [k] suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt.

15. Impp.[l] *Arcad. & Honor.* AA.

SI[m] quis vel pro vna[n] mutatione veredum superducendum esse crediderit, in quadruplum superductorum [o] animalium pretium fisci iuribus [p] inferat.

16. Ijdem [q] Augusti Remitheo duci.

HIs[r] tantummodo vtendi cursus publici facultas concessa est, qui legati [s] de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

17. Ijdem Augusti Lucentio.

NEmo [t] mulionem mutationibus deputatum, vel per solicitationem, vel per receptionem [u] subtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

18 Ijdem August. Messalæ P.P.

ANimalia [x] publica dum longè maiore [y] ac periniquo pretio pabula æstimantur, per mancipes atque apparitores apertè vexantur. ne id contingat, sublimitas

m etenim.
n prosecutores.
o *l.41.C.T.eod.*
p *l.2.§.eod.*
q *l. 44. C.Th. eod.*
r *al.* Imp.Leo A.
s *Pars legis 47. Cod.Theod.eod.*
t ἵππων: Quoniam & equorum habenda cura est, sexaginta libras sella cum freno habeat. (ἡ δὲ βέρτα, vel ἀβέρτα τουτέστι τὸ ὀπισθομάρσιππον ὅπερ ἐπιφέρονται χάριν τοῦ νώτου. καλεῖται δὲ βέρτα ἐκ τοῦ ἀπωστραφθῆναι.) Auerta verò, id est lateralium quod in tergo gestāt. vocatur autem auerta ex eo, quod auersa sit, & ipsa librarū sexaginta sit. Quod si quis præscriptū hūc modum transcenderit, eius sella in frusta comminuetur, & auerta fisci iuribus deputabitur: excepta tamē auri centenaria sunto. *Synopsis Basil. ibid. c.12.*
u impetratione *al.* moderaminis imperij.
x cōtractanda.
y *Auerta, quid explicat Budæus in tit. ad l. Cornel. de fal.*
z *Ornamenta erant veredorū auertis applicita.*
a necesse.
b *Hippocomi dicūtur stabularij, seu equorum curatores.*
c *l.50.C.Th.eod.*
d veredariis.
e *Qui curā totius publici cursus gerunt.*
f moueatur.
g *l.51. C.T.eod.*
h *l.22.in fi.j.eod.* Consuetudo in publici cursus exhibitione seruāda, *vt hîc.* Vnde notant, mulos equósve cōductitios plus consuetudine recepta teneri onerare. *Corsetus sing. onus.*
i Cohortales apparitores, pręsidum perpetui cohortalini, & beneficiarij curam, habentes mansionum equorum dicuntur Patricio apud Thalæeū *45. Basilic. 1. l.7. Cod. de cohortal. officiales. §. de episcop. & cleric.* cætera *vide in l. 10. j. de cohortalib.*
k quos. l *al.* Imp.Zeno A. m *Pars legis 53.C.Teod.* si quis vel vnam mutationem (cursus subaudi) pręteruectus fuerit, quadruplum animalis pretium persoluat. *synopsis ibid. c. 5.*
n *l.4.§.eod.* vna mutatio, *vne poste.*
o supradictorum. p vitio. *quod magis probat Cuia. quia in lib. veter frequentius reperitur.* q *al.* Idem A.
r *Pars legis 54. Cod. Theod. eod.* s *vide l.9.§.eod.* t *Pars legis 58.C.Th.eod.*
u *al.* obreptionem. x *l.60.C.Th.eod.* y minore.

z ¶ *l.64.Cod.Th.eod.* a curialis.
b *l.9.§.eod.l.66. Cod. Th.eod.* Cursu publico in suis negotiis duces & præsides prouinciarum & ministrantes eis apparitores, ne vtuntor. si secus fecerint, in animalia singula singulas auri libras soluunto. *synopsis Basilic. ibid. c.20.*
c suo vtatur officio. d cohortalibus. e *al.* Imp.Anastasius A.

tua disponat, vt nec pabula mutationibus desint, nec prouinciales vltra quàm iustitiæ finit ratio, prægrauentur. Dat.15.Kal.Decemb. Stilichone & Aureliano Coss.

19. Ijdem *August. & Theod.* AA. Septimio Procur. Afric.

COmperimus [z] prouinciales & pabula & pecuniā pro ||cursu|| equorum cursualium solenni ratione cōferre, & extrinsecus etiam parauerodorum onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam cursus publicus veniat querela, & occasio deceptionis curiales [a] vel prouinciales animal a indebita præstare compellat. Dat.7.Kal. Apr. Rau. DN. Theodosio A.I. & Rumorido Coss.

Nullus dux postquàm ducatum suum intrauit, vti debet cursu publico, sed iumentis proprijs. Bart.

20 Ijdem Augusti Anthemio.

NEmo [b] ducum ingressus semel prouinciam suam, postmodum ||in|| itineribus faciendis cursu atq; angarijs ipse ||siue|| suum [c] vtatur officium, sed expeditionem militarem iumentis proprijs exequatur. De cohortalinis [d] etiam officijs eadem lege sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens, veredo vti conetur in posterum, cùm sacra prohibitu sanctione cognoscat. Quòd si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putauerit: per singula animalia quibus vsus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur. Dat.4.Non.Aug.CP.DD.NN.Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss.

21. Impp. *Theod. & Valent.* Augusti [e].

NVllus [f] penitus [g] cuiuslibet ordinis seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis [h] excusationem angariarum seu parangariarum habeat.

22. Imp. *Leo* [i] A.* P.P.

CVrsum [k] ambularem [l] ab omni Orientali tractu, necnon ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputaríque decernimus: ita tamen vt in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas disposuerit ex alijs ad alia eos loca deduci, euectionésq; animalium secundum consuetudinem à nostra fuerint serenitate consecuti, & in armorum tam confectione quam translatione seruata consuetudine, in profectione quinetiam legatorum, animalium dominis qui ea solent accepta mercede locare, prębenda pensio, arcæ [m] tui culminis imputetur, tractorias videlicet animalium super memoratis causis nulli alij iudici, cuiuscumque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

23. Imp.[n] *Anastasius* Augustus.

IVbemus nemini licere cuiuscumque scholæ, vel officij, vel militiæ seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcumque causam proficiscenti seu redeunti [o], supra vnum veredum vnúmque parauerodum, cum euectione tamen iudiciali mouere [p]: nisi specialis [q] ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens euectio: exceptis proculdubio his qui pecunias publicas deuehunt: cùm in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis cōdemnatione, quicumque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.

DE[r] TRACTORIIS[s], ET statiuis.

Tit. LII.

1. Imppp.[t] *Theod. Arcad. & Honor.* Augusti.

TRACTORIAE [u] cum statiuis solitis tantummodo biduum tempus accipiant: nulli verò penitus cum necessarijs sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia [x] atque equos [y] sacro vsui necessarios [z] prosequuntur [a]: ita tamen, vt his dimissis in tractoriarum corpore, quinque [b]

f *Ecl. li. 5. tit. 1. ex li. 56. tit. 17. c. 21. & 22. dixi ad l. 22. §. de sacrosanct. Eccles.*
g *Coniunge cum l. 11. §. de sacrosan. eccl. & l. 2. de quibus mune. vel præstat. nem.*
h *l. 11. §. de sacros. eccl. l.1. l.2. §. de quib. muneribus. l. vlt. in fin. ff. de muneribus.*
i *al.* Iustinus.
k *Ecl. ibi.*
l *Quidam legunt* clabularē. Est autem clabula, vehiculi genus, de quo vide Cuiacium hic. Græci synopseως. *Basilic. 1. ex lib. 56. tit. 17. c.22.* διὰ ὀχημάτων.
m Arcę siue mēsæ P.Præfectorio in qua canones seu tributa inferebantur, fit etiā mentio *in l. 6. §. de exact. tribut. l.13. §. de susceptorib. l. vlt. §. de apparit. P. Prætorio: l.9. C. Th. de indult. debit.* fuit & arca quæstoria. *Symmachus in epistol.* arca theatralis p. vrbi. *Iulianus No. 63.* adde *l. 14. §. eod.*
n *al.* Iustinianus.
o *vide l.1.§.eod.*
p Mouere equum, est eo vti, *vt hîc & l.4. §. eod.* ita mouere arma, armis vti. *l. vnica §. vt armorum vsus.*
q specialiter.
r *8. Cod. Th. 6.*
s Tractoria diplomata sunt quæ dātur missis vel euocatis à principe cursu publico vtentibus, adscriptis etiam statiuis, id est, diuersoriis & mansionibus, quibus alantur sumptu publico. Cuiac. hic. *al.* tractoribus & stationariis. *l.2.C.Th.eod.*
t *al.* Imp. Constantin. A.
u Tractotores.
x Cursus publici tractorias seu diplomata qui habent, ius statiua habendi, id est vllo loco considendi non habent, vltra biduum.
y de feris, *vide §. titul. de venatione ferarum.*
z necessario.
a vt equi quos duces ad principem transmittūt, quinq; duntaxat diebus resideant & alantur in singulis vrbibus *vt hîc.* Hoc amplius colligit Corsetus *singulari Gabella si alicui.* Potestate alicui facta, frumenti extra territorium euehendi, septendij spatium ad eam rem dari. Atque ita licet operarum exactio vetita sit, *l. vita §. Ne operæ à collatoribus exigantur l. ad portus §. de operib. publicis*, & equorum prosecutio. *l.1.§. Ne rusticani ad vllum obsequium*, non tamen equorum prosecutoribus ministerium *vt hîc.*
b Prosecutio equorum dicitur *hîc* vt auri. *l.1.§. de auri publici prosecutorib.* publicarum functionum, *l.9.§. de cursu publico.* frumentorum *Caßiodor. 4.*

a intra. b al. Imp. Leo A. c *Ex C.T. lib. 12. tit. 10. l. vni. confer. valde enim immutata est. l. 3. in prin. §. eod.* d *vide l. 5. tit. prox. l. 7. §. qui militare.*
e Id est, obtinuerint, vt aliàs sæpius. f Præfectiarios. Præfectiani autem hic præfecti Prætorio apparitores. *adde l. 3. §. eod. l. 8. §. de offic. rectoris prouinciæ. adde Titul. C. Th. Ne præfectianus lib. 12. tit. 10.* g Apparitores Præfectorum prætorio exactores, horrearij, decuriones esse nō possunt.
h curarum, *in C. T. tit. ne præfectia exactio. etc. ex quo hæc lex sumpta est. 12. C. T. 10.*
i *Absunt à C. T.*
k Imp. Anastasius A.
l *l. 1. §. eod.*
m præfectiarius. *l. 2. §. cod.*
n Arcæ p. Prætorio fit mentio *in l. 22. §. de cursu publico vbi dixi.*
o inhærent.
p De legionibus dixi *ad l. vlt. §. de castrensi peculio militum.*
q *al.* seueritatis.
r *l. 1. §. de præpositis sacri cubiculi. l. 4. §. de consulib. l. 1. §. titulo prox.* Huiusmodi osculū principis (quod scilicet princeps à suis subditis accipere nō dare solebat) labratū dicitur à labro: vt ab ore osculū: quod fieret labris manu admota. & tacta deinde purpura principis, vel genu flexo φίλημα βασιλικὸν, δαπασικὸν βασιλέως. Et hæc principis adoratio, veneratio principis, purpuræ & imperij. *l. 1. §. de apparitorib. præfecti Prætorio: l. 1. §. de aparit. præf. vrb. vide Cuia. 11. obseruat. 27. in fin.*
f *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA.
t *Ex lib. 14. tit. 5. l. vlt. C. Theod. ex quo hic quædam sunt detracta.*
u Cōcussio pistorum vetita: vetitum, inquā, vt ne Præfectus vrbi, eiúsve apparitores, eùm pecuniam publicā ex arca frumentaria pistoribus, frumento publico emendo numerant, pistores concutiant. *l. 2. §. de Præfecto vrbis Constantinopolitanæ.*
x *al.* concutierit.
y perpetuis, *in C. Theod.*
z Panificij nexus, pistorū corpus.
a Pœnæ species corpori alicui addici: *vt hic.* vrbaniciarius, id est officialis seu apparitor P. vrbi corpori pistorum addicitur & in corpus pistorū damnatur, *vt hic.* sic monachi abiecta stola, vel tribonio in curiam vel cohortem transferuntur. *Nou. 5. 6. di: 3 ad l. 38. §. de decurionib.* b *Ecl. lib. 7. tit. 6.* c *al.* Impp. Theod. & Valent. AA.

dierum numerus adscribatur: vt nullus vltra a hoc temporis spatium ad residendum in, quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. Dat. 7. Kal. Septemb. CP. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

DE APPARITORIBVS PRÆFECtorum prætorio, & priuilegijs eorum,

Tit. LIII.

1. Impp.[b] *Valentin. & Valens* Augusti Mamertino P.P.

PRÆFECTVRAE[c] cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare[d] purpuram volumus: quo honore perfunctis, cùm iam missionem tenuerint[e], liberum otium damus, vt ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium minimè deuocentur. Dat. 3. Cal. Feb. Med. Valentin. & Valente AA. Coss.

2. Ijdem Augusti Zosimo præsidi Epiri nouæ.

PRæfectianos[f] ad perniciem prouincialium exactionibus[g] in prouincijs, vel potius lucris & quæstibus suis sese immiscere vetamus: præterea vel horreorum gerere custodiam, vel curiarum[h] ius atque arbitrium sibi præsumere ‖ his denegamus[i] ‖. Horum si quis præsentis legis temerator exstitit, volumus eum competenti motu & indignatione percelli. Dat. 14. Kal. Decemb. Mediolan. Valentiniano & Valente IIII. Augustis Coss.

Cornicularij primiscrinij & numerarij præfecti prætorio sortita laborum requie priuilegijs hic insertis gaudent. Bart.

3. Impp.[k] *Theod. & Valent.* Augusti Zoilo P.P.

COrnicularij[l] & primiscrinij, numerarij insuper qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequijs militiæ terminatis, desideratam laboru requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus, ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes, & ciuilium tantùm iudicum non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, vt si quis præfectianus[m] dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento quod legibus comprobatur, nullisque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates prouisione magnificæ tuæ sedis non fisci iuribus, sed arcæ[n] tui culminis rationibus vindicentur. Scriniarijs autem ‖ & ‖ exceptoribus, cæterisque qui in officio tui culminis merent[o]: cùm in legione[p] prima adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis in quibus pulsantur, tuæ celsitudini deputamus. In prouincijs verò commorantes, rectoribus earum eos respōdere iubemus, nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

DE APPARITORIBVS PRÆfecti vrbis,

Tit. LIIII.

Qui administrauerunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Bart.

1. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* Augusti Principio P.P.

PRAETER eos qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum & curriculis euolutis, vrbisq; præfecturæ, serenitatis[q] nostræ annis singulis attingere purpuram[r] venerarię præcepti sunt: nulli prorsus eorum qui prouincialia officia peregerint, trāquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. Dat. 14. Kal. Oct. Aquil. Arcadio A. & Bautone V.C. Coss.

2. Impp.[f] *Honor. & Theod.* Augusti Palladio P.P.

QVicunque[t] illustris vrbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem[u] concusserit[x], accusatus atq; conuictus, perpetui[y] panificij[z] nexibus addicetur[a]. Dat. 7. Kal. Ian. Rau. Honorio A. XI. & Constantio II. V.C. Coss.

DE[b] APPARITORIBVS MAGIStrorum militum, & priuilegijs eorum,

Tit. LV.

1. Impp. *Valent. & Valens* Augusti, ad Arthemium correctorem.

QVi sese in officijs magistrorum equitum ac peditum militare mōstrauerint, ab omni nominationis iniuria excusentur. Dat. 13. Ka. Octob. Aquil. A. CC. XV. Kal. Nouemb. Salerni, Diuo Ioniano & Varroniano Coss.

d Apparitores magistri militum, milites esse videntur. *vt hic.* Hoc autem ideò dicitur, vt ostendatur eos castrense peculium habere posse. *Synopsis Basil. 7. tit. 6. ex lib. 56. tit. 17. c. 30.* e Ariouindo magistro militum, *in Nou. T. tit. 14. l. 4. vnde hæc lex desumpta est. §. probari aut. al.* Imp. Martianus A. f Apparitores, magisterię potestatis esse non possunt, qui curiales, vel cohortales vel censibus adscripti.

2. Ijdem AA.[c] Mamertino P.P.

QVi[d] in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt: ordinis sint militaris.

3. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Basso[e] P.P.

PRobari apparitores magisterię potestatis, neque curiales[f] in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus[g] adscriptos volumus[h].

Numerarij illustrium completa militia, & principatus munere functi, gaudent priuilegijs hic insertis. Bart.

4. Ijdem AA. Apollonio.

NVmerarios virorum illustrium magistrorum militum tam præsentalium quàm Orientalium, qui ordine & stipendijs militiæ fuerint decorati, exeuntes, tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita videlicet, vt post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes. principatus verò munere functos, tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

5. Imp. *Anastasius*[i] * magistro officiorum.

EOs qui in officijs vestris[k] merentes, statutorum[l] tantummodo numero inserti sunt. fori[m] præscriptione muniri: cæteros[n] verò qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militates, & apud[o] illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos[p] prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus.

DE APPARITORIBVS PROconsulis & legati[q],

Tit. LVI.

1. Imppp.[r] *Valent: Theodos. & Arcad.* AAA. ad Flauium Proconsulem Africæ.

OFficio[f] quod tuis meritis obsecundat, non curialem[t] quenquam, nec ex cæteris[u] corporibus volumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos muniis debitis mox iubemus.

2. Impp.[x] *Arcad. & Honorius* AA. Dominatori Proconsuli Africæ.

APparitioni tuæ & legatorum quadringentos[y] censuimus deputandos de his duntaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra non queruntur.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA.[z]

IN proconsulari[a] prouincia officium proconsulare postulet quod exigere consueuit, nec alienis se partibus impudenter inserat.

[a]DE APPARITORIBVS comitis Orientis,

Tit. LVII.

1. Impp.[b] *Theod. & Arcad.* AA.

IN officio comitis Orientis non amplius quàm sexcenti[c] apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus nouimus abundè suppetere[d].

DE[e] COHORTALIBVS[f], PRINCIPIbus, cornicularijs, ac primipilarijs,

Tit. LVIII.

De stationarijs.

1. Imp. *Constantinus* A. edicto suo ad Afros.

OMnes stationarij[g] neque superexactionem audeant[h], neq; carcerem[i] habeant, néve quis personam, licet pro manifesto crimine, apud se habeat in custodia, sciens quòd si tale fuerit commissum, capite puniendus est. P.P. 6. Id. Maij Carthag. Constantino A. III I. & Licinio IIII. Coss.

De Sacra probatoria.

2. Impp. *Constantin. & Constans* AA. Tauro P.P.

NVllus iudicum quenquam sine sacra[k] probatoria probare audeat, vel prouehere. Excipimus tamē officia prouincialia[l] cursus publici solicitudinem sustinentia. nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica[m] permittit vtilitas[n]. Dat. 6. Kalend. Ian. Med. Acc. VIII. Id. Iul. Datiano & Cereale Coss.

g Adscripti censibus, adscriptitij.
h *Multa tum in principio tum in fine è Nou. T. detracta sunt: sed ea integra extat.*
i *al.* Zeno.
k *al.* nostris.
l In schola magistri officiorū apparitorū, alij statuti, sive intra numerū, alij supernumerarij, *vt hic.*
m Fori apparitores intra numerū seu numerarij magistri officiorum sortiūtur apud magistrum officiorum.
n *l. 3. §. de offic. magistri militū.*
o Forū sortiuntur apud Præfectum prætorio, apparitores supernumerarij magistri officiorum.
p viros clarissimos,
q legatis.
r Imp. Cōstantinus A.
f Apparitor Proconsulis esse non potest qui vel curialis sit vel alterius corporis.
t naturalem.
u puta pistorū aut trapezitarum.
x *al.* Imppp. Valen. Valens & Gra. AAA. Proconsuli Africæ.
y Apparitores quadringentos Proconsul Africæ olim habuit.
z *al.* Ijdē AA.
a prouinciali. Prouinciarum quædā Proconsulares: hoc autē verbo Græci intelligunt Asiam & Corinthum: Cuiacius, Africā. *l. 11. §. de erogat. milit. annonæ.*
b *al.* Imp. Zeno, *al.* Theo.
c Apparitores sexcentos Comes oriētis habuit.
d sufficere.
e *8. C. T. 4.* Cohortales qui, di xi *ad l. 14. §. de cursu publico: & ad l. 10. §. eod.*
f Cohortales sunt officiales præsidū vel consulārium & correctorum.
g Stationarij sunt ex cohortalibus. *l. 1. §. de curiosi. l. 6. §. de dignitatib.*
h Carcer interdictus stationarijs omnibus priuatis. *adde l. 1. & l. 6. in fin. §. de curiosis.* Possunt tamen stationarij fugitiuos prehendere. *l. 14. ff. de fugitiuis.*
i *al.* habeant.

k *vide l. 9. §. de diuersis off.* l *l. 9. §. de cursu publico.*
m Cursus publici commoditas ad publicam vtilitatem pertinet. n auctoritas.

De cohor-

De cohortalibus Syriæ.

3. Imppp.[a] *Valentin. Valens, & Gratian.* AAA. Festo consulari Syriæ.

SOlita cohortalibus [b] Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta sunt atque concessa, nos quoque porreximus: ac iubemus eos non ad solicitudinem bastagæ [c], non ad functionem nauicularium deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adscribendos: verum peracto labore militiæ, pastus[d] primipili[e] competenti sedulitate functione transacta, prærogatiuam [f] his recusationis offerimus. Dat. 6. Non. Oct. Valentin. & Valente AA. Coss.

De officialibus rectorum prouinciarum.

4. Iidem AA. & *Gratianus* A. Probo P.P.

OFficia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, vt susceptos in officio proprio vel probatos, cohortium[g] nomine, vel[h] legionum priuilegiis existiment inserendos [i]. Dat. 16. Kal. Iun. Modesto & Arintheo Coss.

De primipilario plures filios habente.

5. Iidem [k] AA. Modesto P.P.

QVicunque per Osroenam[l] primipilarius maiore lætatur numero filiorum, vnum loco suo veluti hæreditario iure substituat, alterum pro amore patriæ, Ædesenæ [m] curiæ tradat obsequiis: cæteris qua[n] voluerit militia prouisurus. Sin autem duos tantum procreauerit: cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quòd si vnum procreauerit eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sanè [o] licentiam tam patribus [p] eorum, quàm ipsis qui huius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregantur, vt si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari [q], in medium proferant: vt & ipsi similibus officiis deputati, pareant [r] impetratis.

De delictis.

6. Imppp. [f] *Gratian. Valen. & Theodos.* Augusti Neotherio P.P.

SI apparitor defugerit criminosus [t], edictum quo reuocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur: cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem à iudice pro qualitate peccati sententia proferetur. Veniam enim talibus non permittimus nec indulgentiis crimina subleuamus. Datum prid. Id. Iun. Med. Arcadio A. I. & Bautone Coss.

De apparitorum laxatione & remissione.

7. Imppp.[u] *Valentin. Theodos. & Arcad.* Augusti Tatiano P.P.

ORdinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum[x] vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili [y] pastum digesta ratione compleuerint. Quòd si ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda, non prius otio condonetur, quàm omne quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio sub hac occasione lætentur, ita condignæ vltioni eos volumus subiacere, vt functioni quoque quæ extremæ militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. Dat. 3. Non. Maij, Mediol. Timasio & Promoto Coss.

De adæratione.

8. Impp.[z] *Arcad. & Honor.* AA. Euthymio Vic. Asiæ.

SPeciebus primipilaribus adærandis[a] eadem pretiorum taxatio seruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri. Dat. 5. Kalend. Mart. CP. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coss.

De apparitoribus per Illyricum.

9. Iidem [b] AA.

PEr Illyricum (in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta, officiis constat præsidalibus expediri) centeni numero singulis iudicibus obsecundent: nec vltra hunc modum vel ad militiam vllus adspiret, vel conniuentia iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi qui vano militię nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officij solicitudinib. debitis exequantur.

De nomine in matriculis recipiendo.

10. Iidem AA. & *Theod.* A. Anthemio P.P.

QVicumque chartas [c], vel tabulas, vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optauerit, non antè [d] accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna proposita his qui contra statuta cœlestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis[e] officium iniungendum. Dat. 16. Kalen. April. CP. DD. NN. Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss.

De ignominiosa missione.

11. Impp.[f] *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P.P.

SI quis ex grege cohortalinorum, vrgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus[g] quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplissimę tuæ sedi offerat allegandum. Datum 14. Kalend. Mart. CP. Honorio X. & Theodosio VI. AA. Coss.

Ne cohortalini ad aliam aspirent dignitatem. 1. vel militiam. 2. Siue fortunam. 3. De negotiatoribus & ergasteriis adhærentibus.

12. Impp.[h] *Theod. & Valent.* AA. Isidoro P.P.

SI [i] cohortalis [k] apparitor, aut obnoxius cohorti, ad vllam adspirauerit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur: liberis etiam in tali ||eius|| conditione susceptis, fortunæ patriæ mancipandis. 1. ¶ Quòd si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiam, nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet, quæ ex triginta[l] annis colligitur: sed ad conditionem propriam retrahatur: nec[m] ipse, vel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. 2. ¶Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum[n] suorum exempla præiudicant. 3. ¶Sed etiam cunctos, qui[o] diuersarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum argentíque vestiúmve venditores, apothecarios[p] etiam, cæterósque institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhærentes, iubemus à prouincialibus officiis remoueri: vt omnis honor atque militia à contagione huiusmodi segregetur[q]. Dat. 3. Non. April. Constantinop. Isido. & Senat. Consf.

De his qui ad aliam militiam vel dignitatem adspirant.

13. Iidem AA. Florentio P.P.

NVllum ex primipilaribus, nullum ex principe [r] cohortalis officij, vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam vtilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium[f] præteriti status accedere concedimus. Quòd si contra hanc tam saluberrimam formam, vel responsa cœlestia, quædam militia aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiam si speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec adsertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati [t] subtrahere: sed statim ciuitatis, vnde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

14. Imp. *Leo* [u] A. Constantino P.P.

QVisquis cohortalibus [x] adhuc obsequiis obligatus, vel regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuslibet militiæ vel dignitatis [y] quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum vsurpatis impetratísve careat, etiamsi vltronea nostra liberalitate ius gerendæ prouinciæ, vel militiæ seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit fuisse delatum. dehinc vniuersis solatiis conditionis quam spreuerat[z] defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam possit acquirere, primipili tantùm[a] munus implere cogatur: mox curialibus ciuitatis in qua natus est, in diem vitæ suæ functionibus inhæsurus [b]: ita scilicet, vt [c] etiam hi qui post impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatísve genus affectauerint, curiæ ||patriæ|| suæ restituantur. Dat. 6. Kal. Ian. CP. Leone A. IV. & Probiano Coss.

DE APPARITORIBVS præfecti annonæ,

Tit. LIX.

1. Imppp.[d] *Valens, Gratia. & Valent.* AAA.

APPARITORES vrbanæ præfecturæ annonario officio sese non inserant [e]: sed apparitorum æmulatione secreta, ministerio suo annonæ præfecturæ fungantur.

2. Impp. [f] *Arcad. & Honorius.* AA.

PRæfectus annonæ canonem qui ad officium suũ pertinet, per compulsores suos exigat: & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis suæ exactionem non ostenderit.

DE [g] DIVERSIS OFFICIIS, ET APparitoribus iudicum, & probatoriis [h] eorum,

Tit. LX.

1. Imppp. [i] *Valent. Valens, & Gratianus* Augusti Seuero mag. militum.

SI [k] quando præfectus prætorio vel vicarius, aut rector prouinciæ significauerit eum, qui chartis ac ratiociniis publicis inuenitur obnoxius, ad præpositum castri ac militum transisse: retractus illi adsignetur officio, ||à [l]|| quo ad necessitatem præstandi ratiocinij deuocatus [m]: in reiecti [n] verò locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulantur [o] insignia. Datum 10. Kalendis Ianuariis Gratiano A. II. & Probo Coss.

a *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA.
b Cohortaliũ cõsulariũ Syrię quæ priuilegia.
c Bastaga munus erat ferẽdi res necessarias ad exercitum. *Alc. al.* bastagiæ. *al. vtrunque deest.*
d Primipili pastus, *vide l. 7. ʒ. eo.*
e Primipilum hic accipi pro annonæ militaris exhibitione & cura, tradit. *Cuiac.*
f *al.* post primipili competenti sedulitate functionẽ transactã, *sed rectior videtur excussa lectio.*
g Officiales rectoris pũcię, nomine cohortales: priuilegio legionarij.
h & legionum, *ex Græcis legit Cuiac.*
i inferendos.
k Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus Modesto P.P. *in C. Th. lib. 12. titul. 1. l. 79. vnde hæc lex desumpta est.*
l Osdroenam, *in Co. Th. al. aliter.*
m *Sic legitur in C. Th. al.* Osdrosenæ. *sed Aedessa est vrbs prouinciæ Osroenæ. Cuia. hîc.*
n quã voluerit militiam.
o autem.
p *l. 13. Co. Th. §. eod.*
q excusatos.
r careant. *sed excussa lectio confirmatur Co. Th. in quo hæc additur subscriptio,* Dat. 3. Non. Dec. Antiochiæ post cos. Gra. A. III. & Equitij V. C.
f *al.* Impp. Honor. & Theod. AA.
t De cohortali criminis reo & latitante, pręses prouinciæ cognoscit.
u *al.* Imp. Theod. A.
x Speculatores dicuntur, non spiculatores, *vt in l. Diuus. ff. de bonis damnatorum, & Marci. 6. ver. 27.* ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα, ἐκέλευσε ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Hinc Suetonio speculatoria caliga. Iidẽ Tesserarij. *Plutarch. in Galba.* vide plura apud Cuiac. *6. obseruat. 33.*
y Primipili pastus hîc dicitur, *vt l. 3. ʒ. eo.* vnde admonemur primipilũ esse annonæ militaris exhibitionẽ. *vt & l. 6. Co. Th. eod. Theodorus Hermopolites. 9. titul. 9.*
z *al.* Imp. Valentin.

a In adęranda annona militari, seruãda sunt pretia fori rerũ venalium.
b *al.* Idem A. & Martia. A.
c Ex cohortaliũ grege (de cohortalibus dixi *ad l. 14. ʒ. de cursu publico.*) plerũque assumebãtur, qui tabulas vel chartas fiscalium debitorũ tractarent, agerent, administrarẽt, *vt hîc.* Hi quia chartas tractãt, chartularij quoque dicti.
d antecedere, *al.* antea cedere.
e eius.
f *al.* Imp. Leo A.
g ¶tributus.
h *al.* Imp. Zeno A.
i *l. 13. l. 14. ʒ. eo, l. 15. ʒ. de off. rectoris prouinciæ.*
k *Co. Theo. 12. 1. 188.*
l *Legendum,* quadraginta, *vt in Co. Th. & meo vet. manusc. Contius.*
m ne ipse.
n Maiores, qui ante nos: hic pater. *vt l. 22. §. nec domum. ʒ. de administ. tutor.*
o *v. l. vnicam. ʒ. negotiatores ne militent.* Huc referẽda lex Thebanorum antiqua, qua cauebatur, vt ne quis ad honores admitteretur, nisi decem annis à mercatura destitisset. *Aristoteles 3. Politic. 3.*
p *vide Cuiac. 2. obseruat. vlt.*
q nisi princeps concessit. *l. 1. ʒ. quibus ex caus. serui.*
r *l. 12. ʒ. eod.*
f apud iudicium.
t commoditate.
u *al.* Anastasius A.
x *l. 12. ʒ. eod.*
y *al. additur,* suæ.
z sperauerat.
a tantummodo.
b mansurus.
c vt &.
d *al.* Imp. Antoninus A.
e inferant. *vt l. 4. ʒ. prox. titul.*
f *al.* Imp. Constantinus A.
g *5. Cod. Theod. 7.*
h probatoribus.
i *al.* Imp. Constantinus.
k *l. 11. Co. Theo. eo.*
l *al. deest.*
m denotatur.
n reuocari.
o assignantur

a al. Imp. Constantinus A. b l. 18. Cod. Theodos. eo. c Augustis. d al. Idem A. & Iulia. Cæs. P.P. e Officio. f primiscriniis. g strator. h cogetur. i al. Imp. Iulianus A. k l. 19. Co. Th. eo.

Resolutus à militia, ad eandem non adspirabit sine licentia principis.

2. Impppp.[a] *Grat. Valent Theodos. & Arcad.* Augusti Eusignio P.P.

NVllus [b] ex his quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti [c] affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem fortè meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo. Dat. prid. Id. Iul. Med. Honorio NB. P. & Euodio Coss.

3. [d] Iidem Augusti Eusignio P.P.

NVllus apparitor amplitudinis tuæ, vel de officiis palatinis ad eam prouinciam ex qua oriundus est, vel in qua collocauerit larem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis, vel executor priuati negotij dirigatur. Etenim officij [e] tuæ celsitudinis primiscrinius [f] tres libras auri fisci vtilitatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor verò qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc verò pœna etiam cæteris irrogata est, vt si domesticus, aut protector, aut stator [g], vel agens in rebus, vel palatinus vtriusque officij, vel ad eandem prouinciam in qua natus est, vel ad eam in qua collocauerit larem, cum huiusmodi vsurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus ipse qui se voluerit mitti, auri libram vnam fisci iuribus inferre cogatur [h]. adiutores verò officiorum, ||&|| palatinorum, ac numerarij comitum illustrium virorum, siue actuarij, libram auri fisci iuribus soluant, nisi statuta fuerint custodita. Dat. 2. Non. Decem. Med. Honorio NB. P. & Euodio Coss.

4. Imppp.[i] *Theod. Arcad. & Honor.* AAA.

QVi[k] vel exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum[l] numero non vetentur.

5. Impp.[m] *Honor. & Theod.* AA. Graccho P.V.

QVicunque [n] apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato discincti [o], || iam|| ad nullam militiam habeant facultatem adspirandi: nec ex rescripto his vllus aditus referetur, quos congruit pœnæ grauissimæ subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis aspirare contempserint [p]. Dat. 8. Kal. Aug. Rau. Honorio X. & Theo. VI. AA. Coss.

6. Impp.[q] *Theod. & Valent* AA. Hierio P.P.

IN [r] his officiis, id est, virorum spectabilium proconsulis Asiæ, comitis Orientis, præfecti Augustalis, & vicariorum, quos etiam monuimus sub 30.[s] interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinij probatoria[t] consecrauerit. Quòd si quis|| talis [u]|| sub tua fuerit abdicatione[x] conuictus: profectò [y] irritis his quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationē incurret. Dat. 10. Kal. Iul. Nicomediæ DD. NN. Theod. XII. & Valente II. AA. Coss.

7. Iidem AA. Anatolio mil.

AD splendidioris priuilegia militiæ, posteaquam priorem continuo labore compleuerint, eos venientes admittemus, qui ea[z] voto adipiscendi honoris crediderint expetenda[a]: non eos qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, vt velut in meliori fortuna positi, aut ea scelera quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impunè committere.

Duces & apparitores & limitanei castrorum sub officiorum magistro conueniuntur. Bart.

8. Impp.[b] *Leo* [c] *& Zeno* AA. Ioanni mag. offic.

VIros spectabiles duces, eorúmque apparitores, necnon limitaneos, castrorúmque præpositos, tantummodo ex [d] sublimis tui iudicij sententia conueniri, nec aliis subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum & Illyrici, ex longo tempore hactenus obtinuit, reseruata.

9. Iidem AA. Hilario mag. offic.

PRobatorias [e] memorialium & agentium in rebus, cæterorúmque nihilominus apparitorum prætorianæ per Orientem amplissimæ præfecturæ, eorum etiam qui in diuersorum iudicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus: non passim, nec licenter [f], solis auctoritatibus [g], vel sacrarum militarium literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis, ita vt nullus his dolus aut fraus possit annecti. de his etiam qui sunt veræ [h] & catholicæ fidei, iubemus admitti. Aliter verò militantes, nisi ex his sint, quos solis auctoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit: detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solùm mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylum [i] subire decernimus, & bonorum omnium amissione multamus.

legem attinet, testari tres iuratos oportet apud acta, priusquam ria suscipiatur ex constitutione Græca, *Titul. S. de Episcop. audient.* i stylo. k *l. 9. S. eod.* l obseruandis. m præsentibus.

10. Iidem AA. Erithrio P.P.

HAc sanctione decernimus, vt in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quam sine diuinis probatoriis [k] adipisci non possunt, sed periculo primatum vniuscuiusque officij ipsas authenticas|| sacras,|| quæ diuinam nostræ pietatis continent adnotationem cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, his qui militare volunt, præstari: exemplaribus videlicet eorum cum subscriptione eorundem iudicum apud singula quoque officia, prout conuenit reseruandis[l]. Quamuis autem manifestum sit de huiusmodi probatoriarum obseruatione excepta esse cæterorum iudicum officia, tamen ne vlla|| ei|| ignorantiæ relinquatur occasio omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiam|| in|| sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub hac igitur obseruatione omnes qui siue in hoc sacro palatio nostro, siue in aliis quibuscumque officiis deinceps militare cupiunt, qui tamen (vt dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus [m] sacris probatoriis militiæ sociari, sicut subiecta [n] notitia demonstrat [o], adipisci præcipimus, scientibus his qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniuentia vel negligentia quadam colludere [p] tentauerint, non tantùm amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vtpote crimini falsitatis obnoxios, semet ||ipsos|| esse plectendos. ¶Et est notitia ||hæc [q] :|| Scrinij memoriæ probatoriæ agentium in rebus, palatinorum|| sacrarum [r] largitionum[f], rerum priuatarum partis Augustæ. Item scrinij sacrarum epistolarum sic: in officiis virorū illustrium præfectorum prætorijs [t] Orientis & Illyrici, & vrbi, officij proconsulis Asiæ & Africæ, officij comitis Orientis, officij præfecti Augustalis, officij comitis diuinarum domorum, officij vicariorum Thraciæ [u], Ponti & Asiæ & Macedoniæ, & Thesaurentium classis. Item scrinij sacrorum libellorum sic: officij virorum magistrorum militu vtriusque [x] præfecti Orientis & Illyrici, mutatorum, admissionalium [y], memorialium, omniúmque pædagogorum[z], cellariorum, mensorum, lampadariorum eorum qui in sacris scriniis deputati sunt, decanorum partis Augustæ, & cursorum partis Augustæ, officij virorum spectabilium ducum Palæstinæ & Mesopotamiæ, nobilis comitis Phœniceseos, Corsenæ [a], Syriæ, & Augustæ Euphratensis, Arabiæ, & Thebaidis, Libyæ, Pentapoleos, vtriusque Armeniæ, vtriusque Ponti, Scythiæ, Mysiæ[b], primæ, secundæ, Daciæ, Pannoniæ, officij virorum spectabilium comitis Ægypti, Pamphiliæ, Isauriæ, Lycaoniæ, & Pisidiæ.

prolata probato-

n subnexa. o demonstratur. p vel colludio. q *Abest à quibusdam lib.* r *Abest à pleris. lib.* s *additur in quib. lib.* palatinorum. t prætorio. u Vicarij Orientis olim quatuor diœceseos Thraciarū, Ponticæ, Asianæ, Macedoniæ. Quod ad vicariū Thraciarum attinet, ætate Iustiniani vicarius Longi Muri vocabatur: longus enim murus, haud paruū fuit munimentum præsidiúmque Thraciarū, *Nouella 26. &c.* x *Emendat Cuiac.* militiæ in præsenti, Orientis, *&c.* y amissionalium. z pædagogiorum. a Phœniciæ Osdroenæ, *legit Alciat. hic, Cuiac. emendat.* noui limitis Phœnices, Osdroenæ. b Mœsiæ. c *S. Cod. Theo. 8. Ecl. lib. 7. ti. 4.* d vel. e *l. 6. Cod. Theo.* f *l. 2. in pr. S. de Canone largitionali. titul.* g *vide l. 7. §. Iudices. S. de exact.* h *l. 6. in fin. S. de exact. trib.* i al. cōsistente. k impleatur. l *l. 7. Co. The. eo.* Nec magisterianus, nec palatinus, nec alius quispiā apparitor illustriū magistratuum titulorum exigendorum nomine cōmeans, vel mandatum adferēs, & illud ipsum exsequēs, extra limites specialiter sibi præscriptos agat: nec quæ alij mādata sunt, alius facere præsumat. *Synopsis Basilicōn 7. titul. 4. ex lib. 56. titul. 17. c. 53.* m curæ. n Præsumitur pro nuncio & officiali, *vide. Alciatum 3. præsumptionum 14.* o ne quod iniunctum alteri fuerit collegij iure alter præsumat vsurpare. p *l. 9. Co. The. eo.* Tam præfectiani & omnes apparitores alij, qui ad exsequutionem mittuntur, ad iudicem suum intra spatium anni sese conferat: eíque declarent, quid cessita-

DE [c] EXECVTORIBVS, & [d] exactoribus,

Tit. LXI.

1. Impp. *Arcadius & Honor.* AA. ad prouinciales & ad proconsules.

NE [e] per diuisas prouinciarum partes aut palatinus [f] exactor accederet, aut illustrium virorū apparitor [g] vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege sancimus, vt omnes memorati intenti sint ad [h] prouinciæ rectorem, & cum eo agant: illo insistente [i] disponente, & agnoscente, & suo periculo rem peragant, ||& || impleant [k] vniuersa. Dat. 17. Kal. Iul. Mediol. Olybrio & Probino Coss.

2. Iidem AA. Andromacho P.V.

QVicumq; [l] ex palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouincias commeauerit, compulsor, exactor, admonitor, portitórve præcepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum: hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curiæ [m] suæ specialiter approbatur [n], nec quod iniunctum alteri fuerit, collegij iure præsumat: ne [o] dum hoc sibi inuicem mutui officij licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur. Dat. prid. Id. Iul. Med. Olybrio & Probino Coss.

Exactor intra annum debet ostendere quid exegit: & si non exegit, causam denotare cur non exegit, alias punitur. Bart.

3. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Palladio P.P.

SIue [p] ex prætoriano officio, siue illustris comitiuæ sacrarum largitionum, necnon & rei priuatæ nostræ|| militiæ,|| vel ex quacunque apparitione ad quamcunque ne-

a al. Imppp. Gra. & Valent. & Theodos. AAA. n *l. 20. Cod. Theo. eo.* o districti. p præsumpserint. q *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. P.P. r *l. 21. Co. Theo. eo.* s *al.* viginti. t *vide l. 6. S. cod.* u *al. deest.* x indicatione. y profectò qđ vetito contrectauit. z eam voto. a expetendo. b *al.* Imp. Theodosius A. magistro officiorū. c Citatur hæc constitutio in *Nouella 109.* d Forum sortiebantur apud Magistrum officiorum, duces, limitanei, castrorum præpositi. *vide quæ scripsi ad rubricam Tituli de Quæstoribus & Magistris officiorum.* e Probatoriæ sacræ, *hic & l. vl. S. de murilegulis.* (quæ & persecutoriæ, *in l. 14. S. de murilegul.*) in multis exiguntur. *Edictum Iustiniani 8. & 13.* sic dictæ, qđ iis laudentur & cōfirmentur qui eas consecuti. *l. 7. Cod. Theo. de priuilegiis eorum qui in sacro palatio militāt. adde l. 6. S. eo l. 10. eo. l. 5. S. de officio magistri officior. l. 3. in fin. S. de agētib. in reb. l. 2. S. de cohortalib. vide Cuiac. Nouella 24.* f ne liceret, *al.* nec latenter. g Auctoritatē à sacris literis distinguit: vt etiam auctoritas senatus à S. C. differebat. *quēadmodum ex Cicerone in princip. lib. 3. de Orat. epistol. Cælij ad Ciceronem, & Dione lib. 55. constat.* h Christiani tantùm ad dignitates memorialium, agentiū in rebus & apparitorū admittendi, idem in defensore ciuitatis. *adde l. 8. S. de defensorib. ciuit. Nouella 15.* aduocato, *l. 15. S. de Episcopali audientia. l. vl. S. de postulando.* primatibus Alexādrinis, *l. 6. S. de Episcop. audient. & ibidem l. 5. l. 19. l. 20.* militibus, *Cedrenus ita constitutum à Constantino refert.* Qua de re quod ad hanc

sit in residuis,& penes quos residua illa sint. *Synopsis ibid.cap.54.*

a *l.4.š.de susceptoribus.*

b insidens. c prioribus. d apposita. e *al.*vires.

f *al.*Imp.Zeno.

g *l.10. Cod.Theodos.eod.* Clarigationes seu Represaliæ prohibitæ : *vt l. vlt. š.de agro deserto. & Nouell.52.c.1.Nouell. 135.c.14. l.vnica. š. vt nulli ex vicaneis.* Aliũ pro alio teneri non debet, ob id solum quod sit eiusdem ciuitatis vel vici,*adde l.1. š. vt nulli ex vicaneis. l.4.š.de iure fisci.*

h *al.* Imp. Anastasius A.

i *Absunt à quibusd.lib.*

k executor, *in vet. lib. al.* exactionem exercere.

l *al.* proscriptione.

m Officiali cõtra ius & æquũ exequenti licet priuatis ipsis resistere, *vt l.5. š. de iure fisci.l.deuotum. š. de metatis. l. vlt. š. de discussoribus: adde quæ scripsi ad l.4.ff.de appell.*

n etiamsi, *in quib.lib.*

o executoris, *& postea*, vindicantis.

p *al.* Iustinianus A.

q Tractores qui, *dictum in l. 10. §.1. š.de Numerarijs.*

r vel.

ſ ipse.

t Executores, vt & exactores & canonicarij missi in prouincias aliter non admittendi, quàm mandatũ & delegationẽ suã præsidi insinuauerint.*Nouell. 128. cap. 10.* Eadem ratione in priuatis exactionibus procurator creatus exigendi debitoris causa non aliter admittendus, quàm si iudici mandatum insinuauerit: quæ sententia Placentini fuit: à qua facit, *l.exigendi. š.de procuratorib.*licet Accursius de ea disputet, *in. l.nõ solum. §.1. ff. de procuratorib. vide Cuiac. 12. Obseruat.22.*

u *¶1.Cod.Theo. 10.*

x *l.1.Cod. Theo. eo.*

y *Coniunge l.3. š. de exact. & l. 3. š. de aduocat. fisci.*

z Ducenarij & Centenarij qui essent, *dixi ad l. 5. š.de princip.agent.in rebus.*

cessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat [a] se intra anni metas debere collectis ratiocinijs ad proprium iudicem remeare,eiq; suam efficaciam ostendere, & quid ||in||eius instantia exactum fuerit,quídve in debitis habeatur,& penes quos resederit, vel cuius culpa, aut qua causa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quòd si exacto spatio anni in eius religionis visceribus prædator insidians[b], deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus cingulo militiæ abijcietur,primoribus[c]eius militiæ decem librarum auri multa proposita [d] si redire dissimulet:& per vices[e]officiorum ligatus ferreis nexibus, cura prouincialis officij, ad debitum mittatur examen:nec ei liberum sit, vt hoc se priuilegio aut occasione defendat, quòd sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum hisdem licentiam auferamus in eadem prouincia continuare exactionem. Dat. 10.Kalend. Octob.DN. Theod.A.VII.& Palladio Coss.

4. Iidem [f] AA.Ioanni P.P.

NVllam possessionem alterius[g] pro alienis debitis publicis vel priuatis præcipimus conueniri. Dat. 5. Id. Iul.Rau.Honorio XIII. & Theodos.X.AA.Coss.

5. Impp.[h] *Honor.& Theodos.*AA.Volusiano P.P.

COntra nostra præcepta si quisquam vetito ||ac temerario [i] ||ausu exactionem [k] audebit,licebit prouinciæ moderatori eundem correptum ad sublimitatis tuæ iudicium sub prosecutione [l] dirigere,& licebit [m] prouinciali, si[n] probetur obnoxius executor[o]contra vetitum exactionem sibi vindicans,temeritatem legitimè repellere.

6. Imp.*Zeno* [p] Arcadio P.P.

SAncimus, vt eum cui ex iudicio tui culminis quocunque modo, siue studio numerariorum aut tractatorum[q],vel ipsorum iussu,qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiũt,exactio publicarum pecuniarum iniungatur, minimè prius liceat aliam solicitudinem gerendam suscipere,quàm reuersus iniunctæ sibi causæ responsum præbuerit.Si tamen ita sors tulerit,vt in ea prouincia ad quam exequendi causa publici negotij aliquis proficiscitur, aliqua quoque causa sit exequenda, non prohiberi vnum eundémque executorem ab hac vrbe regia proficiscentem, duorum simul, non [r] plurium negotiorum executionem suscipere, dum ipsi [ſ] quoque tertij non sit iniungendi ||licentia|| antequam de superioribus responsum portauerit. Executoribus his qui secundam, siue simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere, non solùm cinguli & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilij supplicium subituris.Eandem hanc pœnam numerarium quoque,& eius adiutores, ad quorum curam quod violatum est pertinet,formidare.

VII.

QVilibet executor [t] diuinæ iussionis prætorianíve præcepti id prius insinuare præsidi debet, vt is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi,aut legibus aduersum aliquid,& an per obreptionem impetratum sit. ¶Executio autem fit scripto vel sine scripto propositis sacris Euangelijs, & præsentibus possessoribus omnibus, & vnà cum præside inquirentibus, qui & opem executori ferent,si res digna videatur. Sed si quid manifesto in ea falsi vel illegitimi deprehenderit, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem per agentem in rebus, vel ad sedem eius à quo res processit. Et interim executor quidem cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, idque sine vlla impensa. Debet enim executor indemnem eum præstare quem conuenit, si temerè forsitan eum conuenerit. quã cautionẽ nisi præstiterit, impunè ab eo quem conuenit repelletur. Præses ipse vel alius ad quem iussio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate.Sed & si potuerit quis executionẽ repellere, & repulerit, debet præses executorem restituere,& ab eo cautionem exigere personalem,& rem deferre. quod si negligat, tam ipse quàm suum officium, isve ad quem literæ missæ sunt,de suo indemnitatem cõuento præstabit durante vel deposito magistratu. Constitutio excipit eos qui nomine tributorũ obligati sunt. Quòd si pretio victi præsides non inquirant,qua de re superius diximus inquirendum esse,etiam si negligentia hic tantùm argui videatur, & rei familiaris damnum patientur & magistratu eijcientur, & circa salutem periclita-

a *al.* D. 6. Id. Nou. Treueris. Acc.XV. Kalen. Mar. Carthagine,Constantino A.IV.& Licinio IV.Conss.

b *l.2.Cod.Theodos.eod.*

c Id est,aduocatis,*vt hîc interpretatur Cuiac.& multis auctoritatibus confirmat.* Græci συνηγόρους.Quo nomine primum nuncupati Rhetores (vt Cornelius Tacitus scribit,*lib.de Oratorib.*)& declamatores fictarum litium : deinde à fictis litibus transiit ad veras.*Plinius 2.epistol.*

d Mansiones,*hîc & l.8.š.de annonis & tributis.l.2.š.de conditis in publicis horreis.l.9. š.de susceptorib.l.9.Cod.Theodos.de annonis.l.Claudiopolis. Cod.Theodos.de decurionibus.* ἀλλαγαὶ mansus & diuersoria militum, vel sacri comitatus ab oppidis separata,quę annonis & pabulis instruebantur ex collatione vicinorum, non eorum qui procul disiuncti.Galli *Estappes.*

e *l.3.Cod.Theodos.eod.*

f etsi. g omnibus quoque. h subuenire.

buntur. Omnis autem lex Præf. prætorio prius insinuari debet, deinde in prouinciam transmitti, & portitori dari aureos sex, præside curante per omnes ciuitates suæ prouinciæ legem promulgari sine vlla impensa præsidis vel defensorum vel portitoris. Et si quis ex ea re quid perceperit,in duplum tenetur,& magistratus dignitatem amittit,officialis officium.

DE [u] LVCRIS ADVOCATORVM, ET concussionibus officiorum seu apparitorum,

Tit. LXII.

1. Imperator *Constantinus* A.ad Ælianum proconsulem Africæ.

SI [x] quis [y] à ducenarijs [z],vel centenarijs,vel fisci aduocatis læsum se esse cognoscit, adire iudicia, & probare iniuriam non moretur : vt in eum qui conuictus fuerit, competenti seueritate vindicetur. Dat. [a] Kalen.Nouemb. Treuer.Constantino A.IV.& Licinio IV.Coss.

2. Idem A.Eubulidæ Vic.Africæ.

PRæter [b] solennes & canonicas pensitationes, multa à prouincialibus indignissimè postulantur ab officialibus & scholasticis [c] non modò in ciuitatibus singulis, sed ||etiam|| mansionibus [d], dum ipsis & animalibus eorundem alimoniæ sine pretio ministrentur. Prouinciales itaque cuncti iudices tueantur,nec iniurias multas transire permittant.Dat.3.Kal.Iul.Leontio & Salusto Coss.

3. Imperatores *Arcadius & Honorius* AA.Pompeiano Procon.Africæ.

QVotiens [e] cõpulsor arguitur in deprædatione conuictus,etiam [f] non consulta clementia nostra pœnam subeat legibus competentem. Dat.prid.Kalend.Ian.Med. Stilichone & Aureliano Coss.

4. Impp.*Honor.& Theod.*AA. Adriano P.P.

CVrialibus & nauicularijs, omnibúsque [g] corporibus ita subueniri[h] volumus,vt nihil apparitoribus vniuersorum iudicum liceat, quod ad prædam prouincialium pertinet.

DE PRIMIPILO[i],

Tit. LXIII.

1. Impp.[k] *Valeria.& Gallien.*AA.Domitio.

COMMODA primipilatus [l] post administrationem incipiunt deberi. & si is qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, hæredibus petitio salua sit.

2. Impp.*Dioclet.& Maximian.*AA.Alexandro.

OBtentu nominis primipili, ciuiles actiones ad alios iudices transferendæ non sunt.

3. Iidem AA.Domnæ.

VTilitas [m] publica præferenda est priuatorum contractibus,& ideo si[n] constiterit fisco satisfactum esse ob causam primipili, poteris obligatam tibi possessionem dotis titulo petere,vt satis doti fieri possit.

Solum ex causa primipili filius non existens hæres patris potest conueniri pro patre,in aliis verò secus. Bart.

4. Iidem AA.Dionysio.

CVm [o] ex sola primipili causa liberos, etiam si patribus hæredes non existant, teneri diuus Aurelianus [p] sanxerit : si neque successistis patri vestro, nec quicquam ex bonis eius tenetis: consequens est, à paternis creditoribus vos non conueniri.

PVBLICÆ [q] LÆTITIÆ VEL CONSVLum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum,& aliarum sacrarum vel iudicialium literarum,ex[r] descriptione, vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum,

Tit. LXIIII.

1. Imppp.*Gratian.Valentinian.& Theodos.* AAA.Floro P.P.

QVICQVID [ſ] nostrorum[t] vnquam nuntiari cœperit prosperorum, vt [u] bella si desinunt,si oriuntur victoriæ fastus [x], si honor datus fuerit regalium [y], vel consulum,vel trabearũ,com-

i Primipilus est decurio primæ cohortis: regit autẽ quatuor centurios. *Veget.*Sed Theodorus Hermopolit. *lib.9.tit.9.* Primipilum definit annonam quæ datur primipili centurionibus, vt inter milites distribuatur. *Vide hic Alc. dixi ad l.3.š.eod. ad l.7.š. de cohortalib.*

k *al.*Imp.Gordianus.A.

l primipili.

m Publica vtilitas præferẽda priuatorum cõtractibus. *l.4. š. qui potiores: Nouella 97.c.4.*

n Doti res mariti quidem tacite obligatæ sunt, primipilũ tamen ei præfertur. Est verò πριμίπιλον ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα militaris annona. Quare si quis primipilũ debeat & dotem, primipilũ præfertur. *Synopsis Basilic.9. titul.5. ex libro 25. Titul.2. c. 28. vbi Scholiastes. & ex tit.17.c.64.*

o Primipili causa quod pater debet, liberos eius heredes obligat, etiamsi heredes patris non sint: quod ius speciale est. Nam ex sola primipili causa tenentur, qui hereditatẽ paternam non adierunt liberi, at non ab aliis patris creditoribus : quod ius Græci authores παράδοξον insolens & nouum appellant. *Synopsis Basilicõn 9. titul.5. ex lib.56. tit.17.c.64. Harmenopul.3. titul. 5.§.84. adde l.3. š. de reuocandis ĩjs quæ per fraudẽ alienata sunt.*

p *al.*Traianus.

q De consuetudinibus quæ à prouincialibus dantur perferẽtibus, missas à principe sacras siue iudiciales litteras.Item de cõsuetudinibus quæ dãtur perferentibus constitutiones eorum, qui magistratum ciuilẽ vel militarem gesturi sunt. *Synopsis Basil.7.tit. 6.περὶ συνηθειῶν. ex lib.56.tit.17.c. 67.&c.& lib.59. tit.17.*

r *l.2.š.eo.* ſ *Huc pertinet l.vnic.lib.8.tit.4.C.T.*

t Qui publicas adferunt hilaritates siue gaudia (δημοσίας ἱλαρίας καὶ χαρμόσυνα ἐπιφερόμενοι) nihil omnino à prouincialibus accipiant : siue hostium abitum,siue victoriam,siue consulatus renunciationem, siue pacem cum hostibus compositam εἴτε λαβράτα (aliàs λαυράτα.) id est laureatum renuncient. *Synopsis Basilic. 56. circa finem titul.περὶ συγχαρίων.*

u ad. x *Ex veter.lib.emendat Cuiac.*fastis,*sic enim legitur in lib.Aured.*

y regalium trabearum,*in lib.Aured.& ita emendat Cuiac.*

positæve pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus, hoc sine [a] immodico pretio nuntiari excipíque sancimus: actum [b] esse iubemus castissimum, indigentibus non numerarijs [c] esse præbendum: iudices statuimus esse solicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris pretium gaudiorum. Quòd si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum, & [d] accipientem pudoris fortunarúmq; manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium [e] triginta librarum auri vexatione quatietur. Dat. 4. Non. Feb. C. P. Merobaude II. & Saturnino Coss.

[f] II.

Constitutio [g] vult singulas prouincias insinuatoribus sacrarum literarum vel generalium Constitutionum vel publicorum commonitoriorum [h] vel statuarum sex duntaxat solidos dari, & ab eo qui amplius acceperit quadruplum reddi, hoc inhibente præside & Episcopo & primoribus [i] ciuitatis, omníque tam ciuili quàm fiscali adminiculo, nisi velit Episcopus in principis indignationem incurrere. Præses bonis & dignitate & ciuitate multari. Curet autem officium nec descriptionem [k] fieri ex ijs causis vltra sex aureos, nec ab inuitis, & ab accipiente quadruplum inferri. At cùm ciues seipsos volunt describere operis publici vel fruméti coemédi causa, & hoc sibi concedi à principe petunt, nihil oportet lędi ex hac causa, ne sacerdotes indignationem eandem incurrant, pręsides dignitatem amittant & publicentur: officium in corpus torqueatur, nisi principi detulerint, quicquid contra hanc constitutionem fuerit admissum. possunt enim descripti resistere describentibus: vel si nequeant resistere, licet eis inuocare præsidem, & deferre principi. Sed non oportet patres [l] ciuitatum vel sitonas [m] vel susceptores ex reditibus quos habent in manu, quidquam præbere, sed eorum quantitatem destinatæ necessitati seruare debent. Quòd si præses violarit, de suo eos reditus implebit. Fiscales enim & ciuiles res imminutas seruari necesse est.

a id est, modo ne excedat sex aureos. *l. 2. eod. l. 26. §. 2. de Episcop. andient. Contius. 1. Disputat. 14.*

b getulum iubemus esse castissimum: indices nummarios esse prohibemus. *ita ex Cod. Theo. & lib. manuscrip. emendat Cuiac. & nũmarios interpretatur lucri auidos.*

c indicib. non nummariis.

d in.

e officio.

f *Ecl. lib. 7. tit. 6. ex lib. 56. titul. 27. cap. 67.*

g *Hæc lex est epitom. 2. part. 26. constit. Græcæ de episcopal. audient. quam suo loco restituimus.*

h συμβολαίων. *Synopsis Basilicôn 7. titul. 6. d. titul.* περὶ συνθείων.

i Primores ciuitatum, locupletiores. *l. vlt. vt nemini liceat in coempt. specier.*

k Exactores publicorum tributorum, collectas pecunias iubeãtur statim Curatoribus Reipublicæ præstare, sine vlla diminutione vel sportularum, vel descriptionum specie.

l Patres hi ciuitatum, qui & Curatores Reipublicæ.

m σιτῶναι curatores emendi frumenti. Hi vt & Curatores seu patres ciuitatum & curatores operum, creabantur decreto episcopi & primorum ciuitatis. *Nouella 128. c. 16.*

CODICIS DOMINI IVSTINIANI sacratissimi principis ex repetita prælectione,

FINIS.

Corpus Juris Civi[lis]
cum Notis Gothof[redi]